Digitized by Google

VITT. EMANUELE
D
13-11 f 27

Digitized by Google

SYLVAE COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE,

IN TRES LIBROS DISTINCTAE,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V. I. C. AVTHORE,

LIBER PRIMVS.

Cum rerum & verborum Indice, ad quaſuis inſigniores & notabiliores deciſiones inueniendas, ſummo ſtudio fideliter edito.




BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium, Anno Domini, M. D. LXXXII.

Digitized by Google



RANALDI RIDOLFII

TETRASTICON,

In D. Franciſci Viuij Aquilani Iuriſconſulti celeberrimi Effigiem.

CORPORIS effigiem qui pulchram cernis in ære,
Pulchrior aſt animi, quòd ſit imago puta;
Hanc immortales poterunt oſtendere chartæ
Viribus æternis; altera vt vmbra fugit.

Digitized by Google

Digitized by Google

GREGORIVS PAPA XIII.

DILECTE SALVTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. Cùm ſicut accepimus, tu ad cõmunem, & publicã utilitatẽ quoddã opus, librũ Communiũ Opinionũ ferè trium milliũ utriuſq; cenſuræ, aulæq; Doctorũ, partim aliàs impreſſarũ, ſed de hinc vndiq; illuſtratarũ, atq; auctarũ innumeris additionibus, intitulatum, & à loci Ordinario Aquilano examinatũ elucubraueris, & in lucẽ edere, ac imprimi facere intendas, ſed dubites, ne huiuſmodi opus poſt modũ ab alijs ſine tua licentia imprimatur, quod in maximũ tuũ tenderet præiudiciũ. Nos propterea tuæ indẽnitati conſulere volentes, Motu proprio non ad tuã, vel alterius pro te nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de mera liberalitate & ex certa ſcientia noſtra tibi ne quiuis hominũ ipſum opus per decẽ annos poſt huiuſmodi operis impreſſionẽ primã cõputandos, à quocunq; uel quibuſcunq; ſine tua licentia imprimere, ſeu imprimi facere, aut ipſum opus uendere, ſeu in eorũ apothecis, uel alibi ubilibet venale præterquã de uolũtate tua impreſſum, uel imprimendũ tenere, vel aliàs quomodolibet habere poſſit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentiũ concedimus, & indulgemus, Inhibentes omnibus, & ſingulis utriuſq; ſexus Chriſti fidelibus, tam in Italia, quàm extra in terris Sanctæ Romanæ Eccleſię mediatè, uel immediatè ſubiectis exiſtentibus, præſertim Bibliopolis, & librorũ Impreſſoribus in uirtute Sanctæ obedientiæ, & ſub pœna Quingentorũ ducatorũ auri cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & amiſſionis librorum toties ipſo facto abſq; alia declaratione incurrẽda quoties contrauentũ fuerit, ne intra decẽ annos ab impreſſione operis huiuſmodi cõputandos dictũ opus dicto decennio durante imprimere, ſeu ab ipſis, ſeu alijs, præterquã de uoluntate tua imprimi facere, ſeu impreſſum, uel imprimendũ uendere, ſeu uenale habere, uel proponere, aut aliàs quomodolibet habere audeant, ſeu præſumant, Mandantes uniuerſis, & ſingulis uenerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq; Vicarijs, ſeu Officialibus in ſpiritualibus generalibus in ſtatu tẽporali Sãctæ Romanæ Eccleſiæ etiã Legatis, & Vicelegatis Apoſtolicæ Sedis, & ipſius ſtatus Gubernatoribus, quatenus ipſi quoties pro parte tua fuerint requiſiti, uel eorũ aliquis fuerit requiſitus tibi efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnẽ tuã requiſitionẽ contra inobedientes, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, etiã ſæpius aggrauãdo, & per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur, inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, ſicq; in præmiſſis ab omnibus cenſeri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter attentari contigerit, irritũ, & inane decernimus. Et inſuper quia difficile foret præſentes ad quemlibet locũ deferri, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, illarũ tranſumptis, uel exẽplis etiã impreſſis, & eidẽ operi præfigendis, tam in iudicio, quàm extra eam fidẽ haberi, quæ ipſimet originali haberetur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus, etiã iuramento confirmatione. Apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq;, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, etiã Motu proprio, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiã ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dũtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die prima Septẽbris M. D. LXXX. Pont. Noſtri Anno Nono.

P. Tarus.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX,
Caſtellæ Aragonum vtriuſque Siciliæ Hieruſalem, Portugalliæ. &c.

DON IOANNES De Zunica Princeps Petræ Pertiæ, Militiæq; Sancti Iacobi in Caſtella Maior Comendatarius, & in præſenti Regno prædictę regiæ, & Catth. Maieſtatis Vicerex, Locũtenens, & Capitaneus Generalis &c. Magnifico viro V. I. D. Franciſco Viuio regio fideli diletto. Pro ueſtri parte fuit nobis porrectum memoriale tenoris ſequentis videlicet, Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Sig. Il Doctor Franceſco Viuio dell' Aquila fà intendere à V. E. come hauendo occupato lungo tempo à beneficio uniuerſale in componere tre libri de Communi Openioni ricorſe da quella li meſi adietro, & ottenne, che tal' Selua de Communi Openioni, che coſi uiene Intitolata, che ſe poteſſe Imprimere, ſi come è ſtata con il ſudetto beneplacito ottenuto, & conceſſo ſotto il dì XVII. de Nouembre proximo paſſato impreſſa, & ſtampata in detta Città dell' Aquila à ſpeſe di eſſo ſupplicante, & temendo, ch'altri librari, & altre ſimili perſone faccino ſtãpare l'iſteſſa Selua de Cõmuni Openioni, & quella impreſſa forſe, farla uendere nel Regno. Per queſto dũque l'è parſo ricorrere alle benegniſſime gratie de V. E. ſupplicãdola à cõcederli priuilegio per diece anni, che neſſuno poſſa imprimere detta Selua nel Regno, ne di fuori, ne farla Imprimere, & uendere poi nel Regno ſotto la pena de perderſi li libri Impreſſi, et de reſtorarſi tutti dãni, & ſpeſe, & de altra pena, et che ſolamẽte eſſo ſupplicãte in detto tẽpo poſſa Imprimere, & far Imprimere tal' Selua, acciò altri non ſe goda le ſue fatiche, et ſpeſe fatte, & il tutto ſe receuerà à gratia releuatiſſima. Vt Deus &c. Quod memoriale fuit per nos remiſſũ Magnifico V. I. D. Ferdinãdo Fornario Regio Conſiliario fideli dilettiſſimo, per quẽ fuit nobis facta infraſcripta relatio tenoris ſequentis &c. Illuſtriſſ. & Eccel. Sig. Li meſi, & anni paſſati me fù ordinato da V. E. ch'io

doueſſe

Digitized by Google

doueſſe uedere un' opera de Cōmuni Openioni diſtinta in tre libri cōpoſta dal Mag. Dottore Franceſco Viuio dell' Aquila, & per me uiſta le fei relatione, come detta opera era utile, & da V. E. fù conceſſa licentia de poterſi ſtāpare. Hora il detto Dottore Viuio deſidera priuilegio, che per tēpo de diec' anni niuno altro fuora, che lui poſſa fare Imprimere detta opera dentro queſto Regno, & che ſtāpandoſi fuora non ſi poſſa uendere dentro Regno ſotto pena de perdere li libri, nel che potrà V. E. comādare quello, che più le ſarà ſeruitio, & humilmēte baſcio le mani à V. E. Di caſa à 13. de Giugno 1582. De V. E. hu miliſs. Seruidor Ferrante Fornaro. Et viſa per nos præinſerta relatione; Ea propter veſtris ſupplicationibus. In hac parte benignè inclinati, tenore præſentiū de certa noſtra ſciētia deliberatè, & cōſultò, ac ex gratia ſpeciali prędictæ Maieſtatis nomine cū deliberatione, & aſſiſtētia regij collateralis Conſilij ſtatuimus, & decernimus, quòd per annos decē à die datæ præſentiū in antea numerandos nemini liceat in hoc Regno opus prædictū imprimere, aut exēplari, & imprimi facere, nec alibi impreſſum in Regno uendere, aut aliquo pacto contractare abſq; ſpeciali permiſsione ueſtri prędicti Magnifici Franciſci Viuij, ueſtrorum hęredum, & ſucceſſorū dicto tēpore perdurante, uolentes, & decernentes expreſſè, quòd ſi quis contra prędictam noſtram ordinationē facere attentauerit, ipſo facto libri operis prædicti, in hoc Regno aut per exēplum in quouis alio loco impreſsi, & in Regnū ipſum immiſsi deuoluantur, & ſint ueſtri prædicti Magnifici Franciſci Viuij, ueſtrorum hæredū, & ſucceſſorū, qui multos libros imprimi curetis, taliter quòd regnum prædictis libris ipſis multum affluat; Et ultra prædictā deuolutionē incidant in pęnam ducatorū centum diuidendam pro tertia parte regio fiſco, pro tertia parte accuſatori, & pro alia tertia parte uobis. Mandantes propterea per has eaſdē omnibus, & ſingulis officialibus, & ſubditis regijs maioribus, & minoribus quocunq; nomine nuncupatis officio, titulo, authoritate, poteſtate, & iuriſdictione fungentibus, præſentibus, & futuris ad quos, ſeu quē ſpectabit præſentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præſentatæ vnicuiq; in ſua iuriſdictione, quatenus uobis, ſeu legitimæ perſonæ pro ueſtri parte præſtent, præſtarique faciant omne auxiliū, conſiliū, & fauorem neceſſarium, & oportunū ſuper conſecutione dictorū librorū in caſibus permiſſis uobis deuolutorū, ac pœnę ſupradictę. Adeo quòd pro prædictis ad nos recurſum habere vobis neceſſe non ſit, & ſi ſecus factum fuerit ſtatim incurrant iram, et indignationem regiam, pœnamq; ducatorum auri mille. pręſentibus Regio Sigillo impreſsis præſentanti ſingulis vicibus remanſuris. Datum Neapoli die 28. menſis Septembris M. D. LXXXII.

Don Iuan de Zuñiga.

V. Salernitanus Regens. V. Salazar Regens.
V. Daroca Regens.

Dominus Vicerex Locumtenens & capitaneus generalis mandauit mihi Baſtidæ de Muñatones.

ALFONSVS DVX.

SECVNDVS Dei gratia Dux Ferrariæ, Mutinę, Regij, & Carnutum &c. Marchio Eſtenſis &c. Rodigij, Giſordij, Camis, Baieuſię Comes &c. Carpi Princeps &c. Prouinciarū Carfignanæ, Frignani, & Romandiolæ, Comacliq; & Montis Argui Dominus &c. Expoſuit nobis I. V. D. Dominus Franciſcus Viuius Aquilanus ſe ad cōmunem hominū utilitatē quoddam opus, cui titulus, liber Communiū Opinionū ferè trium milliū utriuſq; cenſuræ, Aulæq; Doctorum partim aliàs impreſſarum, ſed de hinc undiq; illuſtratarū, atque auctarū innumeris additionibus, elucubraſſe, idq; in lucem edere, & imprimi facere uelle, ſed dubitare ne ab aliquo impreſſorū idem magno ſuo cum detrimento imprimatur. Iccircoq; à Nobis petijt, ut cauere uelimus, ne quis Ducalis Ditionis noſtræ cōtra eius uoluntatē de huiuſmodi opere ſtatuere, atq; in id imprimendū manus inijcere audeat. Quapropter ipſius petitionibus annuere uolentes, præſentiū noſtrarum Patentiū literarum tenore, & Decreti ſerie ex certa ſcientia, & animo deliberato, ac de Ducalis noſtrę poteſtatis plenitudine, impreſſoribus, librorū uenditoribus, librarijs, & cæteris omnibus qui noſtræ Ditionis ſunt, præcipimus, & mandamus, ut eorū nullus huius operis exemplaria per decenniū imprimere, ſeu imprimi facere, aut alibi impreſſa uendere, uel uenalia habere audeat, niſi ea quæ, ipſe D. Franciſcus Viuius, aut qui ab eo cauſam habuerit, impreſſerit, aut imprimi fecerit. Qui uerò mandato huic noſtro nō paruerit, amiſſis libris omnibus, centum inſuper ducatorū pœna, pro dimidia Cameræ noſtræ Ducali, & inuentori applicandorū mulctabitur. Iubemus igitur quibuſcunq; Officialibus & ſubditis noſtris, tam præſentibus, quā futuris ad quos ſpectet, aut ſpectare poſſet ut hoc noſtrum Priuilegiū per decenniū inuiolabiliter prorſus ſeruent, & ſeruari faciant, pœnamq; ipſam ubi uſu euenerit, omni adhibito ſtudio, & abſque delicti condonatione ſedulò exigant. In quorū omniū robur & fidem haſce noſtras literas, & Decretū fieri iuſſimus, & Regiſtrari, noſtriq; maioris Sigilli conſueti appenſione corroborari. Datū Ferrariæ in Arce noſtra Caſtri Veteris. Anno Salutis Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo, Indictione octaua, die uerò ſexta menſis Auguſti &c.

Ant. Montecat.

R. pag. 38.
Iulius Pegatius &c.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO LOPE GVSMANO, EQVITI DIVI IACOBI,

INVICTISSIMI REGIS PHILIPPI CONSILIARIO PRAECIPVO,

Et huius Regni Neapolitani omnium cauſarum Recognitori,

FRANCISCVS VIVIVS S. P. D.

NVLLVS (quod ſciam) Illuſtriſsime, & virtutum præſtantiſsime Domine, de literis hactenus benemeritus eſt, qui aliquam calumniantium labem, ac rabidum morſum non ſubierit, quiuè ſycophantarum rabiem omninò vitare potuerit. hoc primis illis Iureconſultis (vt de cæteris taceam) accidiſſe præſertim videmus. Taxatus eſt Curtius, quòd faciles tantùm, & apertos locos explicauerit; Pariſio tributum eſt, quòd ſemper eodem ſit reuolutus, atque eadem ſæpiſsimè iteraret; Obſcura Picus ſimul, & confuſa pleriſque viſus eſt dicere; Amputata, & nimis breuia placuiſſe Claudio multi perhibent; Prærancida multa aſcripſerunt Accurſio; Bartolum accuſant, quòd à ſe innumera confinxerit, & leges à vero ſenſu libenter eximere conatus fuerit; Baldum, quòd ingenio fretus per inuolucra ſibi plurimum tribuat; Budei, Alciati, Zaſij, & aliorum elegantia, & emendata ſtructura non admodùm placet; Viuij congeriem, ſeu Syluam, non deſunt, qui damnent, quòd citra puluerem, & nullo negocio tam multa congeſſerit, & ſine delectu plantas quaslibet, vel ſeuerit, vel complantauerit, non deprehendentes miſeri quantus labor in colligendis Communibus Opinionibus ſit impendendus; quanta induſtria in deligendis ſit comparanda; quantum iudicium in ſtatuendis, & confirmandis ſit adhibendum. Et quid quæsò aliud eſt omnium facultatum fundamentum, & finis, niſi doctiſſimorum virorum confirmata ſententia? verùm id æquo animo fero, quòd mihi cum doctiſsimis

ctiſsimis viris, & præcipuis Iureconſultis eſt commune: ſatis mihi fieri uidetur ſi ſtudioſis, ac doctis legum profeſſoribus, atque utilitati communi profuero, ſatius hoc quidem eſſe ducam, quàm imperitorum inertiam ſectari, & ocioſorum deſidiæ animum admouere. Nec refert quid quiſque de me iudicet, modò uiri prudentiſſimi, qualem te omnes confitentur, onus quod ſuſcepi æqui, boniq; faciant; quod ubi me aſſecutum eſſe ſenſero, non parùm mihi feciſſe uidebor. Nam Iúris tam Cæſarei, quàm Pontificij fontes aperire, & riuulos in benedigeſtas Communium Opinionum plantulas inducere, ſemitas omnes recludere, viam adire uolentibus ſternere, ac demùm nihil, quod ad hanc facultatem pertineat deſerere, tantum abeſt, ut vitio mihi uertendum eſſe iudicem, ut meum animum potius ab omnibus commendandum eſſe puté. Et licèt plurimi antè me hoc idem, & feliciſsimè fortè aperire tentauerint, nullú tamen hactenus comperi, qui cúcta Doctorum iudicia, uel collegerit, uel collecta demùm potiora confirmauerit, vt colligere, & pro viribus cõfirmare iugiter ſtatui. Illa náq; collegi, quæ rationi finitima, & potioribus cũ multis conuenire uiſa ſunt; quas quidem iure optimo Communium Opinionum Syluam nuncupaui: ſiquidem illud mihi ueri Iuriſconſulti munus eſſe uidetur, quod legum ſenſa, & mentem apertiſſimè explicet: ut qui ſit illarum uigor, quæ æquitas, quæ uita, quę ratio boni, & æqui, quiſque per ſe intelligere poſſit. Nã nec cuiquam eſt peruium videre, quæ ſit uariarum opinionum ueritas, nec ad eundem modum ſe omnes habent. Aliæ nanque perſuadétur rationibus, aliæ Ciuitatum moribus confirmantur, aliæ téporibus, locis, & perſonis immutantur. In pleriſque conſideratur, quod ſit magiſtratus in priuatos ſtudium, quod iuſſum, quod imperium, qui ſint magiſtratus præcipui, qui in Republica infimi, quę rurſus dignitas, quę obedientia, quis honos cuique exhibẽdus ſit. Alibi conſtituuntur emptiones, uenditiones, locationes, cõductiones, permutationes, donationes, acceptiones, promiſsiones, & alia generis eiuſdem: hinc ſeligas præmia, & honores his, qui bene, hinc ſupplicia, & pœnas his, qui de bono, & æquo malemeriti ſint. Mihi prætereà non minori curę fuit ita temperatè omnia pertractare, vt nec obſcuritati locus daretur, nec feneſtræ fraudibus aperirentur. Sic enim quemq; delatores, calumniatores, & ſycophantas facilè uitare poſſe crediderim. Et (vt Socrates dictitare ſolebat) quàm damnoſum ſit litigare, & quàm fructuoſum à litibus abſtinere, vel excitatas propulſare, & benè componere. Et (ſi mea me non fallit opinio) non erit opus in poſterùm tot euoluere libros, tot uolumina inuertere, tot chartulas conterere: nam ad intelligenda omniũ ferè grauiſsimarum legum, uel ſaltem totius implicati, tenebroſiq; iuris vtriuſq; claſsis ſenſa, has meas, quas & digeſsi, & ſimul delegi, & diiudicaui Opiniones, ſatis eſſe cõfido. Nihil enim intentatũ, nihil abſtruſum, nihil non pro virili explicatũ in utroq; iure reliqui. Nam, & pręter Doctorũ Opiniones, meum iudicium in pleriſq; adhibui, & meam ſententiã interdum aſcripſi, vt facilior cuilibet delectus eſſet. Euolui & nonnullos ſacrarum literarũ libros, & quod ad ueram pietatem potiſsimùm conducere uidebatur, id inde decerpſi: & vt omnia magis confirmata probarentur, multa ex Oratoribus, Hiſtoricis, Poetis, & aliarum facultatum profeſſoribus ad noſtrum hoc inſtitutum aſſumpta deduxi. Hæc, & pleraque alia feci, quę communi omnium utilitati prodeſſe poſſe putarem: quod quidem apertiſsimè

videbit

videbit quicunque æquo animo hanc Communium Opinionum Syluam diligenti indagine perluſtrauerit. Sic (quæſò) accipiant illam (qualiſcunque ea ſit) utriuſque iuris ſtudioſi, & optimi viri, quibus tantùm me conſcripſiſſe nouerint, non autem obtrectatoribus, quibus ne deſit quod agant, ſemper aliena carpunt. Dicent fortaſſè facillimum eſſe Communes conſarcinare Opiniones: colligant igitur, & cudant ipſi, ſi tam peruium, & tam facile uidetur. Verùm ſi tales blaterones ſemel experti eſſent, quàm difficile hoc onus exiſtat, palinodiam illicò canerent: ſoli namque ſtudioſi, ſoli ſapientes, & horum admodùm pauci, hoc munus ſubire potuerunt. Videant itaque multa, audiant, obſeruent, notent, & cenſeant quid iuris prudentem deceat, & ſic fortè fortuna reſipiſcent, ſi animum ad meliorem frugem procliuem aliquatenus habent; alioquì ſciant de ipſis deſperandum eſſe: nam mentis agitatio cuilibet eſt innata, ſiue uigilet, ſiue ſomno prematur, ſemper tamen, uel ad opus, uel ad curas, vel ad bonum, uel ad malum, vel ad aliquid tale motum habet. Sed alij eadem impellente ad alia impelluntur: partim enim (quæ plurima turba eſt) corrupto animorum affectu, uitiis irretiti tenentur: partim ocio torpeſcentes, non ſe, non alios utilitate iuuant. Sed cum huiuſmodi oblatrantium aculeis mihi minus eſt decertandum: uanum enim ſemper eſſe duxi, olidas muſcas operoſis pellere flabris, uel aureis maſſulis obſtreperos propulſare canes. Quid de aliis commententur, & occinant, quàm tabidam impuri pectoris bilem euomant, ipſi uiderint. Satis eſſe duxi, ſi doctis, & probatis uiris, tuiq́ue ſimillimis placuerint meæ lucubrationes, quas ideò tibi dicare ſtatui, illuſtrium uirorum illuſtriſſime, & iuriſconſultorum conſultiſſime; quòd non temerè in hoc regnum à Catholico REGE PHILIPPO deſtinatum eſſe putaui, ut omnium cauſas, omnium geſta, ſingulorum adminiſtrationes, res priuatas, & publicas, iura totius Regni ſolus agnoſcas: quòd non ſine cauſa in celeberrimum, & ſanctiſſimum Diui Iacobi Equeſtrem ordinem aſcriptus fueris; quòd eidem Regi Catholico à conſiliis præcipuus exiſtas; quòd prudentiſsimè in omnibus te geras; quòd ſingulorum neceſsitatibus æqua mente proſpicias; quòd optimos quoſque foueas; quòd vitia cuiuſque generis acriter inſecteris; quòd æquè ames, & uirtutes, & virtutum amatores; quòd vir incorruptiſsimus, & conſtantiſsimus, & ſis, & iure ab omnibus prædiceris; quòd demùm Hiſpaniarum, imò totius ſeculi decus habearis. Tibi (inquam) meam hanc Syluam dicaui, ut tanquàm æqui, boniq́ue cultor putes, amputes, ſuccindas, incendas, & ſi quid frugi reliquum eſſe cognoſces, tuearis; & à deuaſtantibus apris, aliiſq́ue impuris animalibus tutum eſſe uelis. Tuum eſt opus, tibi datur, tibi dicatur; accipe, foue, & defende. Nec tibi hoc indignum videatur: nam & ſummi Imperatores, & Reges, ac celeberrimi viri ſibi laudi, & gloriæ fore duxerunt, ſi literarum monumenta ſibi dicarentur. Conſueuerunt & Scriptores hoc facere, ne ſine alicuius numinis fauore ſuę lucubrationes paſſim legendę permitterentur. Hæc autem mea (quæcunque ea ſit) lucubratiuncula eò libètius tibi committitur, quòd nullum pręſentius numen, nullum pręſtabilius animi iudicium, nullum accuratius ſtudium (quo quidem meas partes tueri poſſem) quàm tuum excogitare poteram. Nam ſi in Neapolitano Regno

* omnium

omnium partes tuendas ſuſcepiſti, iure optimo, & meas benignè ſuſcipies. Sit igitur hoc munuſculum meæ erga te obſeruantiæ, ſempiternæ beneuolentiæ pignus: tibique laudem, honorem, gloriam, & perpetuam felicitatem portendat. Vale. Aquilæ, ſeptimo idus Aprilis,

M. D. LXXXII.

EXCELLENTI DOMINO FRANCISCO VIVIO V.I.D.

PETRVS FOLLERIVS.

VIDI opus tuum Communium (vt aiunt) Opinionum, præter aliud iam diù in lucem editum; & , mea ſententia, adeò doctum, luculentum, elaboratum, & neceſſarium eſſe arbitror, quòd ſi ante hac magnam apud omnes uendicaſti opinionem , ac laudem comparaſti, ex hoc maximam, & immortalem conſequeris, quippè cùm in iudicando , & legendo ſemper Communis Opinio, reiectis paradoxis, amplecti ſoleat ab omnibus: ita ut qui à Communi recedant, non niſi à ueritate delirare contingat. Quamobrem legum profeſſores omnes quantoperè tibi Herculano nodo deuinxeris, uerbis conſequi non poſſem. Plerique enim dum hoc periculoſum Iuris, & legum pelagus tranare contendunt, aliqui fluctibus ita agitantur, ut non nauigationem duntaxat abhorreant, ſi tamen periculo ſoſpites euadant, uerumetiam ob periculorum memoriam , qua faſtidiuntur, aſſiduè propriam uitam odio proſequantur. Plurimi etiam ſcopulis adeò illiduntur, vt offenſione aliqua affecti, ad huiuſmodi nauigationem in poſterùm inhabiles penitus reddantur. Cæteri uero nauigandi ſydere non cognito , uel oculorum ob lippitudinem non perſpecto, quò vela tendant ignorant : ita vt ducantur potius quàm ducant confiteri neceſſe eſt. Quot quantiſque aliis (nec ſine maxima iactura) diſcriminibus uſquequaque iactantur, huiuſmodi prouinciam ſuſcipientes, qui nauigant (ut ſæpè ſoleo) pericula narrent. O quàm induſtriæ tuæ omnes obnoxij eſſe debent , & laboribus; quibus vt tot Opiniones colligeres, ita vt Syluam iure optimo appellares , nulla proprij commodi ratione habita, nullo pacto peperciſti. Induſtriæ inquam, poſtquàm ingenij acie non perſtricta, argutè , ſubtiliter, & uberrimè adeò cuncta recitaſti; & accurata diſputatione, quæ ſunt reiicienda confutaſti , vt facilè inter dumos aſpertimos purpureas roſas, inter lolium ſterileſque auenas, tribulos, & zizaniam, optatam cererem maxima animi ſatisfactione capiamus; imò ex profundo Oceani precioſos lapillos, & quot quot ſunt ibi obruta attalica , facili negocio ſubtrahamus. Omnium una uoce conclamandum eſt , VIVIO LEX VIVIT, & legum profeſſores portum appellunt, ſalute, & uita potiuntur. Iam , VIVIO DVCE, ad cuncta facilis eſt aditus, facilior progreſſus, facillimus uerò regreſſus. Loca præcipua atque neceſſaria, cùm ad ciuile ius, & canonicum pertinentia , tum uerò ad diuinum , cùm eam materiam tam diligentiſſimè, quæ ad diuinos Phyloſophos ſeù Theologos, qua maiori nemo poſſet animaduerſione tractaueris: ita ut omnes, qui huiuſcemodi facultate delectantur, fructus inde capere poſſint

 vberri-

uberrimos. Hæc ſunt munera uirtutis tuæ, quę in dies magis magiſque eluceſcant; & præſertim, quòd omni Ariſtarchorum cura poſthabita, & eorum, qui dum inuidia rumpuntur, praui animi maleuolentia ducti, aliena magis quàm ſua facta pendunt; Zoileis dentibus carpunt, & genuinum frangunt, prima à te impreſſa uolumina ita locupletaſti, ut eorum omnem liuorem ſuperaſti, qui mutato VIVII cognomine, & Patriæ appellatione uariata, famam tuam denigrare tentarunt. Nihil ſanè ad nos, cum his profectò nihil commune habemus, faciunt enim quod ſolent, non quod debent. Lux lucet, & non lucere nequit, nec uelo, uel aliquo poteſt impedimento prohiberi. Sed quid in præſenti latrabunt, quid excogitabunt, uel qua pœna plectentur, cùm nullo ſoleant inuidi maiori tormento angi, quàm propria inuidia, cùm Conſilia illa, ſeu Reſponſa ita mihi probatiſsima emittes, quę adeò demorſos ſapiũt ungues, ut non ab homine, uerùm ab Apollinis Oraculo deprompta uideantur; Vel opus illud (non ſine diuino afflante ſpiritu) de Peccato, ita apud me præcipuè commendatiſſimum, ad communem totius Chriſtianę gentis utilitatem in lucem ederis? Tunc ut limaces nimio calore perculſæ, uitam fortè nõ ſine querula uoce, cum morte commutabunt. Garriant; ſemper aliquid monſtri alant, iterũ garriant, quòd dum ab huiuſmodi more non abhorrent, non aliorum crimina coarguunt, ſed ſua indicant. Lux Viuia cæteris præſtat, & ita ſplendeſcit, ut etiam oculis capti iter noſtrum tot obicibus obſeſſum, iam facillimè proſequuntur. Te duce, hodiè ſcopulos non timemus, fluctus ſuperamus, portum appellimus, & tandem uoti compotes eſſe gaudemus. Quis igitur non charum habebit, & quàm maximè non ęſtimabit? Procul quidem dubio, ad aſtra uſque euolabis; tecum eſt Aquila, ab illa rapieris, & cùm VIVIVS, uiues proculdubio. Perge quæsò ut cœpiſti, & quæ dona diuino numine, & tua induſtria tibi comparaſti, humano generi, cui iure naturali plurimum debemus, impertias. Si enim homini cuncta deſeruiunt, ad hominem tanquàm ad finem cuncta diriguntur, hominem hominis cauſa eſſe generatum, non ignoramus. Plurimis meo iudicio ſatisfacies, & potiſsimùm ſtudioſis, literarum & legum præſertim non ignaris. Citò igitur in lucem prodere cures, & me vt ſoles adama. Vale. Neapoli XIII. Kal. Februarias, M. D. LXXII.

ANDREAS FLAMMINIVS I.C. CAMPLENSIS AD AVTHOREM.

VIVET adhuc, poſtquàm viuis exceſſerit Author
Viuius: hoc virtus præſtat, & ingenium.

IOSE-

IOSEPHI LEONINI I.V.D. AQVILANI.

CARMEN RETROGRADVM Ad operis Authorem.

COMPOSITI tibi qui ſunt mores, ſplendida uita,
Conſcia tum recti, candor & ingenij;
Hic labor eximius, ditans nunc undique mundum,
Feruida tum uirtus, tum pia religio;
Ad decus æthereum faciunt te tollere; uitam
Viuere quòd poſsis dant tibi perpetuam.

Retrogradiuntur.

INgenij & candor, recti tum conſcia, uita
Splendida, mores ſunt qui tibi compoſiti;
Religio pia tum, uirtus tum feruida, mundum
Vndique nunc ditans eximius labor hic;
Perpetuam tibi dant, poſsis quòd uiuere uitam,
Tollere te faciunt æthereum decus ad.

Eiuſdem.

Ebibat hos latices, vitam quicunque perennem,
Viuius vt viuit, viuere deſiderat.

TERENTII TVRCANICI V.I.C. AQVILANI.

QVÆ latuere diù tenebroſo aenigmate ueri,
Daedaliiſque aderant mille ligata modis:
Vix Ariadneo Theſeus cum ſtamine poſſet,
Ferro hos Peliacus vel penetrare locos.

Sacra igitur caecis uatum ſic dogmata gyris,
Aut potius nodis interitura ruunt:
Vt qui Caeſareas optaſſent noſcere leges,
Limine tentarent ritè referre pedem.
Inclyta propterea uirtus Aſtraea cubabat,
Deſpoliata ſuo ſaeua decore lugens.
Viuius aſt tandem ſummo demiſſus Olympo,
Praelucens aliis; lucidus arte noua
Expellens tenebras, ceù fax dans lumina nocti:
Nigra ut ridenti lumine clara micent.
En Virgo gaudet priſco donata nitori,
Extulit & laetum ſydera ad alta caput.
Suſcipiat iuſtas Doctor nunc vndique lites,
Improba nec chari dona clientis amans.
Qui regitis terras, iam iam caligine victa,
Hoc duce, iudicium reddite cuique pium.

Eiuſdem.

Quid tu plus ſolito, volucrum regina, volaſti?
Aeternum vt viuat Viuius ingenio.

POMPEII LEONARDII IVRISconſulti Reatini.

TER felix Aquila es, cui Mars, & Pallas honores
Armorum tribuunt, ingeniiq; decus.
Sed magis hoc felix, quòd tetro hoc tempore VIVIVM
Extuleris, tollit qui ſuper aſtra caput.
Aſtræa hunc duxit media in penetralia Iuris,
Ingenteſque uiro larga recluſit opes.
Hinc tibi quæ fulgent emiſſa uolumina legum
Depromit doctus de locuplete penu.
Quæ tot erunt annos manibus detrita peritis
Fulgenti cœlo quot micuere faces.
Viuium nocturnis digitis, uerſaque diurnis,
Quid reus in cauſis diſce, quid actor agat.

DE

DE FRANCISCO VIVIO I.V.D. celeberrimo, Cæſaris Fabij Aequicoli carmen.

IAM ſilet Oceanus legum, iam vortice nullo,
Turbine, uel uento, corripiuntur aquæ.
Scylla iacet, facilis cubat implacata Charybdis,
Syrtibus, aut ſcopulis, tuta carina uolat.
Nauita, nil certat, tutò committe phaſelum,
præcipuis ueniet mercibus aucta nouis.
Viuius effulſit legum qui temperat undas
Fulgor, inaccesſos ducere uela locos.
Viuius hic fulgor, factis, & nomine viuus,
Sic fugienda monet, ſic facienda docet.
Ius dare cuique ſuum uis, nullum lædere, honeſtè
Viuere, depreſſo crimine? diues eris.
Hic legum eſt Tiphys, legum hic eſt Viuius Argo,
Suſtinet hic Atlas Iuris vtrunque Polum.
Cui primas partes, de tot ſuper æthera notis
Millibus? huic meritò, IVSTINIANE, dabis.

AD CELEBERRIMVM I.C. FRANciſcum Viuium Fama, Sylua Veſpaſiani Pandulphi Aquilani.

STAT ſuper ingentis flammantia mœnia Mundi
Spes hominum, decus & diuum, atque æterna uoluptas
Fama; animus quodcunq; ſapit, quæ prima ſtupentẽ
Edocuit, prima & rerum primordia duxit
E cælo miſerata genus mortale uirorum.
Hæc immenſa polum metitur utrunque decora
Fronte nitens, puriſque oculis, & lumine puro,
Quæ ſi forte rudi è terra ſata corpora luſtret,
Hæc

Hæc eadem ſolido diffundunt corpore lucem:
Vt non cuncta uorans tempus, maledicta nec ulla,
Inuidia quæ animus tabeſcens congerat atra
Conterere, aut fœde maculis effundere poſſint:
Nam neque fons lucis tales fax aurea Phæbi
Aera per medium, per aquas, extremaque terræ
Ducit inextinctos radijs penetrabilis ignes:
Quandoquidem obſcuret niſi imagine noctis opacę
Illa, nequit nitidæ hæc dulci ſplendore diei
Illuſtrare, licèt magnum per inane feratur
Peruius, & radiis formet uaga ſydera cœli
Luciferis at Phæbus equis decurrat Olympum,
Diſtinctoſque eius rerum Natura colores
Veſtiat aduentu, iuuat hoc, niſi fama loquatur,
Et benè factorum decernat præmia laudes?
Debet enim quiſquis manſuræ gaudia uitæ
Deligit, & Diuis ſimilis cognoſcit honores
Fama tibi, quæ cùm per mille pericula mortem,
Mille per ærumnas homines, quorum ante timendo
Tartara habent manes, quàm terra amplectitur oſſa;
Oppeterent; tua nos primùm contemnere iuſſit
Conditio, & cum laude Deam malè perdere ſæuam.
Tu cinta alitibus cœlo ſpatiantibus alto
Concelebras Regem ſuperum, ſonat arduus æther,
Et Regem ſuperum referunt conuexa polorum.
Tu quoque ad hæc ima aerias delapſa per auras
Semideos pietate graues, meritiſque potentes
Tollis humo ſimul ora mouens plebiſq;, patrumque;
Cùm iucunda nimis membrorum in carcere cœco
Paſcit honore animum, & curarum temperat æſtus
Vox tua, ſolamen certum, requieſque laborum.
Qua ſemel audita interior ſimul excita uirtus
Creſcit, & auratis circumuolat aëra pennis
Gloria, & hinc hominum miris, clariſque repertis
Ingentes urbes paſſim florere uidemus,
Aruaq;, & eſt pelago ſuper addita ab arte uenuſtas:
Sed nimis haud aliquid cupidi, nec inutile tentent.
Nam quanuis uiſum quondam felicibus aſtris
Eueniſſe quibuſdam ortis quæcunque cupiſſent
Ex animo, dum audent ſtudio temerè omnia famæ,
Felices tamen hi non omni ex parte fuerunt,
Rara nec in medium adducas exempla uirorum.

Dæ-

Dædalius linquens iuuenis confinia terræ,
Inſuetum per iter cœlo ſe credidit, atque
Immemor vt patrij iuſſus, propriæque ſalutis,
Alatos homines ſenſit nouus ales, & altum
Mirari graue piſcatorem è littore corpus;
Arctoumque polum dubiam te aſcendere curſu
O auium regina, tibi neu ſceptra, domumque
Frondiferam auferret temerarius, altior alis,
Vt timor huic, illique ſtupor concreſceret unà,
Impulit in clari pondus tunc mœnia Mundi:
Feruida ſed Phæbi miſero uis magna reſoluit
Remigium alarum, liquidaſque illiſit in undas,
Illum Nereides celeres rapuere, perennis
Ille maris compos ſuperato ſydere factus;
Et ſic dum laudem cuperet malè doctus inanem,
Euaſit fama magnum, & memorabile numen.
Sic potuit fama Phaeton pro talibus auſis,
Et Cycno lacrymas, & carmen triſte ciere,
Carmen, quo puer inuidiam, quo uinceret æuum.
Quid nocuit Iouis huic, illi quid Apollinis ignis?
Felices fateor, multos quibus ultima uitæ
Tempora conſtituunt annos, quos fata ſecundent,
Sed magè felices ſi nullæ extrema ſecutæ
Triſtitiæ, aut timidæ curæ, caſuſque fuiſſent,
Hoc potuere tamen ſapientes prouida tantum
Progenies ſuperare malum, quos inter honeſtis
Muneribus Diuum, & laudũ ſunt uocibus aucti,
Non admirantis qui oculis abſcondita vulgi
Principia, & rerum genitalia ſemina pandunt,
Vnde omnes Natura creat res, auget, alitque,
Et tremulos paſcit uitalis ſpiritus artus,
Excitus & luce, & motu maioris Olympi,
Vt perfecta opera ætherias educat in oras
Squamigerũ genus, & pecudes, pictaſq; uolucres,
Semen & in flores uertens, & gramina rurſus
In ſe mutari cogat, fluuioſque ſonantes
E lapidum uenis infundat in æquora Ponti,
Quæ genus hoc hominum uitæ præſentia noſtræ
Adiumenta tulit? Veri magis utilis author
Socratis exemplo innixus quicunque laborat,
Vt uarios hominum poſſit componere mores,
Quo læti magis, & ſumma cum pace fruantur
Mor-

Mortales, diui tamen, expertesque futuri
Mortis; adumbrata hac uita, ſi vita putanda eſt
Tot conjuncta malis, ipſique ſimillima morti.
Scilicet id populis iurare in iura coactis
Fama eſt Semideum quondam feciſſe Lycurgum,
Veridica quem uoce deumnè, hominemnè uocaret,
Omnia erant cui nuda prius dubitabat Apollo.
Quid veterum memorem innumeros exempla ſecutos?
Vir bonus at modò, & egregius, formator amænus
Morum idem exemplo ſatis eſto pro omnibus unus:
Quem Iuſtinus enim in partem, ſortemque uocauit
Imperij, is ſimul ac deuicto ex hoſte recepit
Regna, ſuoſque nouis dedit aſpirare triumphis;
Prudentum confuſa nimis reſponſa virorum
Afficere vt multos damno, liteſque fouere
Vidit, & ad cœlum incaſſum iactare querelas
Sanguine, & ære pios hauſtos, quos ſubdola verbis
Impietas æqui, atque boni mentita colores
Preſſerat, haud potuit communi deeſſe ſaluti,
Namque ſuperuacua, & iuri minus apta decenti
Abſtulit è medio, & quædam correxit, & auxit,
Diſtribuitque ſuæ concinnè ſingula ſedi,
Tranquilla alliciens homines dulcedine pacis,
Ergò poſtque magiſque viri nunc gloria claret.
Inde autem ingenij vi quidam ducere iura
Senſus in varios, miſcere & ſacra prophanis
Auſi ſunt, multiſque ſimul contendere ſcriptis,
Tot ſuberant, quibus antiquæ veſtigia fraudis,
Quot mare habet piſces, æther quot ſydera paſcit.
Quantos tum gemitus ipſi ſibi, quantaque nobis
(Heu gens plena dolis) peperere incommoda vitę?
Et niſi te pater omnipotens FRANCISCE dediſſet
Rebus in anguſtis hominum, (tam creuerat ingens
Improbitas, ſpoliandi, & habendi dira cupido)
Legibus exitium tali eſſet tempore partum
Perpetuum, aut potius cæſis melioribus ipſis
Omnia torreri ſurgentibus vndique flammis
Corpora vidiſſes rerum, magnumque fluente
Igne mare, & fluuios vndis areſcere ſiccis,
Et picis accenſæ, nimbis, & ſulphuris atri
Abſumi, & verti in cineres, tenueſque fauillas
Humanum genus, ac mutum, plantaſque feraces.

Sed

Sed tu librorum dum ingentia corpora ſpectas,
Doctorum & quæ ſit Communis Opinio, pandis,
Vt, quæ non ſanctæ leges prouiſa dedere,
Impenſa poſſit parua cognoſcere iudex
Ex ęquo, atque bono, tua dum monumenta uolutat;
Aurea das iterum per terras ſecla uideri,
Tanto aliis dignus magè, Iuſtiniq́ue nepote
Multorum qui opera eſt uſus, quanto omnia ſolus
Ante alios auſus meliori ex ordine ducis,
Vtile non mittens, nec quod uideatur honeſtum.
Salue igitur bonus, atque uiris modò numinis inſtar,
Diuinam duce quem Famam virtute ſecutum
Centum oculis nunc Fama uidet, centumq́ue per ora
Concelebrat, nomenq́ue tuum nunc tollit ad aſtra.
Viue, tuo felix & premia digna labori
Parta cape, & tibi quos Fama elargitur honores,
Et gaude inde tuæ nulla eſſe pericula uitę:
Nam Dea, quam gelidas Aeſepi ad fluminis undas
Adraſtus diuum primus donauit honore,
Cuius non nomen uires nouere Latini,
Arridet meritis etiam, vulguſq́ue nocentum
Verberibus petit, atque à te implacabilis arcet.

Digitized by Google

RANALDVS RIDOLFIVS

FRANCISCO VIVIO S.D.

DE RATIONE & modo ſcribendi libros Iuris ciuilis.

CREBRIS mecum literis, ac internuntiis agere ſoles, Viui doctiſſime, vt de libris à te iam pridem in lucem editis,& nuper ampla corollarij dote locupletatis, deque vniuerſo ſcribendi genere meam dicere velim ſententiam. Tum benignè, & blandè hortaris, vt ego quoque aliquid laborum meorum ſtudioſis impertiar. Tibi verò quid negare poſſim? quem vnicè diligo, tum ob virtutem tuam excellentem, tum ob veterem,(quæ inter nos intercedit) neceſſitudinem; quem glorior[a] iam diù habuiſſe in hac Peruſina Academia auditorem frequētiſſimum,& ornatiſsimum; & demùm in Piſano Gymnaſio, cùm ibi ius ciuile publicè interpretarer, manu mea Iuriſconſulti inſignibus ornaſſe. Longiore & forſan liberiore epiſtola toties efflagitāti de omnibus nunc reſpondebo, neſcio an ſatisfaciā, non enim tantum mihi tribuo ac perſuadeo; vt putem de re difficillima poſſe hominem non ſatis expertum perfectè iudicare[b]; vt igitur librorum tuorum excellentia magis eluceat, facta cum aliis comparatione[c], breuius quàm fieri poterit percurram (quædam etiam ad me pertinentia permiſcens) an, & quomodò ſcribendum; Tum meam excuſationem ſuſcipias, ac defenſionem, ſi quis temeritatis notam inurat, quòd cùm nihil aut parum ſcripſerim, quaſi alter Phormio[d] coram Annibale de re militari, audeam de modo ſcribendi diſputare[e]; cùm ſoleat, quorundam ſermonibus vſurpari, non rectè poſſe imperare, qui aliquando non ſeruierit[f], nec equitandi artem alios docere, qui nunquàm in equo ſederit, nec docere qui prius non didicerit[g]; hinc illud, quam quiſque norit

a Præceptoris gloria eſt habere bonos diſcipulos. Acur. ad §. vlt. in proœ. ff. orū, et in auth. conſt. qua dign. §. generaliter, ubi Gloſ. in uer. Nobiliores.

b Expertus præfertur nō experto. Ariſt. 1. metaph. Lu. de Pen. ad l. expertes. C. de decur. lib. 10. et ad l. agentes, colū 2. C. de ag. in reb. lib. 12.

c Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. poſt Phil. Bal. in proœ. ff. uet. § item que n. 2. Io. Mon. ad rub. de renūc. in 6.

d De Phormione, poſt M. Tull. refert Alc. de quin. ped. præſcr. nu. 30.

e Peritis in arte credendum eſt. l. ſemel, vbi not. C. de re mil. libr. 10. Bar. poſt Odofr. in proœm. ff. uet. num. 8.

f Imperare neſcit, qui prius non ſeruierit, ſed contra infra.

g Diſcipulum prius eſſe oportet, poſteà fieri magiſtrum. c. officij, & c. cùm in magiſtrum, de elect.

artem in ea ſe exerceat [b]. Equidẽ dubito ne hæc ſint minus uera, aliàs enim tot Reges & Cæſares, quorũ iuſtũ imperium hodiè quoque celebratur, neceſſe eſſet prius fuiſſe in ergaſtulo, non per ſuorũ maiorum manus accepiſſe ſceptra [i], & cum lacte primũ imbibiſſe modum regẽdi populos; nimirùm omnia ſolo uſu atque exercitatione non comparantur, quędã natura hauriuntur, alia librorum lectio ſuppeditat, tum multa à maioribus natu audita, & alia aliundè accipimus. Niſi fortè Homerum, & Maronem dicamus ſummos fuiſſe bellatores [K], qui Græcorũ, Troianorum, ac Latinorum prælia, & inſtructas acies, tam egregiè depinxerint. Porrò penitùs ignarus, & rudis hujus rei cenſeri debeam, qui ętatem conſumpſerim interpretando, quo munere vt dignè perfungerer, aliqua etiam ſcriptitaui. Dices non emiſiſti, ſi ceſſationis meæ conſilium exponam, de ſcribendi ratione erit uberius ediſſerendum, cur ea ſuppreſſerim, cur inchoata non perfecerim, cur tentatam viam deſeruerim [l]. Hæc ſępius itaque periclitatus, non ſine ratione admonere potero, quæ idem iter ineuntibus obuiam fiant difficultates; & ſalubrius certè ſit, alieno periculo [m] territos pedem cautè referre, quàm naufragium facere cum iis, qui temerè profundum mare ingreſſi [n], ſerò pęnitentes uix tutò enatauerint. Plures ſunt, quos pigeat emiſiſſe, quàm nihil ſcripſiſſe, proferendi in publicum ſemper eſt tempus; ſed ſemel in lucem editum non poteſt, niſi errorem fatendo retractari [o]. Et cur magis ſyncerum de hac re iudicium haberi forſan non debeat eorum, qui non ſcripſerunt, quàm quòd fides habenda ſit iis, quorum appareant opera. & in Scriptorum ſint numero? vt ob id Scribẽtibus fauendo cauſam propriam tueri uideantur; aut in aliorum ſcriptis reprehendendis procliuiores ſint [p], vt ſua magis in eo genere probentur. Demùm ſi qua putes negligenda à me prolata, qui nulla, aut parua ſim authoritate, fingas ea emanaſſe ab aliquo grauiſſimo, ac locupletiſſimo Scriptore; & ſi magis libet, ab Origene, qui tot millibus librorũ mundũ repleuit [q]. Sic enim fiet vt plus ponderis, ac fidei ſint habitura, quẽadmodũ olim Lacedemonij bonam ſententiã à malo viro in Senatu dictã, iubebant ab alio probo, & gratioſo dici [r], vt placeret, quaſi vinum ex uili vaſe in prętioſum transfuſum gratius euadat. Pleriq; igitur exiſtimarũt nihil ſcribẽdũ [s], ſed vitã ita agendã, vt vel præclaris factis illuſtretur. vel honeſto fruaris otio, quo tuę dignitatis gradũ retineas, & aliis pro uiribus ſtudeas prodeſſe. Vnde illud, qui benè latuit, benè uixit. Hoc Deus & Seruator noſter optimus uidetur docuiſſe (ad cuius normã omnis noſtra actio dirigẽda eſt [t]) quẽ ſemel tãtũ in vita memoratur literas exaraſſe digitis, idq; in puluere [u], ne diutius permanerẽt. Socratẽ quoq; iudicatũ Delphico oraculo ſapiẽtiſsimũ nihil mãdaſſe monimentis [x], ex cuius tamẽ ore, tanquã ex fonte omnis ferè fluxit philoſophorũ ſchola; quorũ forſan authoritate, ac exẽplo à nonnullis doctis viris factũ videmus, vt à ſcribẽdo ſe abſtinuerint, cupientes potius rerũ à ſe geſtarũ nãciſci

Scriptores

b Artẽ quã quis norit, in ea ſe exerceat. ob id pulchra contra Alex. pueri Apellis pictoris, Plin. lib. 35. c. 10.

i In Philomenẽ Regem, aliud ſceptrũ, aliud plectrũ. Athaneus. lib. 8.

K Homerus, et Vergilius bellatores nõ fuerunt, tamẽ bella egregiè depinxerũt

l Artifex dici poteſt, qui incipit artẽ exercere, licèt deſeras. l. ex agentibus. C. de princ. agen. in reb. lib. 12.

m Periculo alieno diſcere ſalubrius eſt Felix, quẽ faciunt aliena pericula cautum.

n De nauta periculũ maris timente. Card. Zab. in proœ. decret.

o Semel editũ in lucem, non põt retractari niſi confitẽdo errorem.

p Scriptores ſcriptoribus detrahũt. Luc. de Pen. in proœm. triũ lib. Cod. col. 2. in prin. Ang. in l. 2. aliàs 3. C. de vſucap. pro empt. Barb. conſ. 1. col. 17. vol. 3.

q Origenes ſcripſit ſex millia uolumina, poſt Hieron. refert 4 lb. in ſuo dic. in ver. Origenes.

r Lacedemones iubebant bonam ſentẽtiam à malo uiro dictã, ab alio probo uiro dici. Plut. in polit. fol. 3.

s Scribendum nihil eſt, ſed contra infra.

t Chriſti omnis actio, noſtra eſt inſtructio. 1. quæſt. 1. Deus. c. ſolennitatibus de conſe. c. 1. de ſepult. c. ſignificaſti, de elect. Card. ad Clemen. 1. in princip. de magiſt.

u Chriſtus ſemel tantùm ſcripſit, & in puluere.

x Socrates nihil ſcriptum reliquit.

Scriptores,quàm alienæ uirtutis eſſe præcones. Quos & illa fortaſsè cauſa mouit,quòd arrogantia quædam uideatur,& oſtentatio, velle ſua ſcripta circumferri [y], ut perueniat in manus omnium, ac quaſi Minerua Phidiæ in arce collocentur;quod non uniuerſos deceat,ſed paucos, qui ſoli docere poſſint, quæ ab aliis penitus ignorentur. Hinc odium excitatur,& inuidia,quibus uix carere poteſt uirtus,etiam excellentiſſima [z]: & in ſcriptis conamur inuenire errores magis,quàm ex eis haurire doctrinam [a]? Et quidem de hac noſtra iuris ciuilis ſcientia tot iam ſunt ſcriptitata [b], & indies manant,ut plura eſſent amputanda,quibus ſtudioſi alleuarentur, quàm quòd oporteat imméſis ſcriptionibus defeſſos magis onerare,ſicque Scriptoris vitaretur reprehenſio, & lectoris faſtidium. Conqueruntur nec temerè nonnulli Triboniani calliditate,tam ad viuum fuiſſe olim reſecata elegantiſſima illa Iuriſcóſultorum reſponſa,in quorum locum ſuffecta videmus infinita noſtratium commentaria [c], erudita quidem multa ſi ſententias ſpectes,ſed uerbis ob ętatis uitium, ita inquinatis, vt ſtomachum,& riſum moueant;permutatio ſimilis illi Glauci, & Diomedis [d], quam Paulus noſter attingit Iuriſconſultus.Et quidem, ſi uera eſt Comici ſententia,tot iam ſeculis prolata,nihil dici,quod prius dictum nó ſit [e], non poterunt hodiè Scriptores rerum nouitate prodeſſe,uel placere,& pręſertim in iure ciuili,quorum profeſſorum illud eſt proprium ut eandem rem ſexcentum in locis reponant.Quis igitur hoc tempore inſumat laborem in ſcribendo, operam,& oleum perdens,ut moleſtiam, ac ſumptum hominibus augeat, & ipſe multornm ſit potius reprehenſionibus laceratus, quàm ullius teſtimonio laudatus? Accedit & alia noſtrorum temporum calamitas,quæ omnes proſternit literatos,qui uel ob magnum ipſorum numerum,ſeu quod ardens ubique ferueat auaritia ita iacent, ut qui in honore eſſe cupiant, amplumque, & copioſum ſibi parare patrimonium, cogantur magis ad ſordida delabi artificia [f], quàm operã fruſtra ponere in liberalibus diſciplinis, cũ quarum profeſſoribus hodiè agi uidetur præclarè, niſi cuiq; deſpectui ſint ac ludibrio [g]. Cæterùm, qui ita ſentiunt,uereor ne minus grati uideantur beneficij in eos diuinitus collati [h]; literæ,enim undè & libri, poſteritatis, & immortalitatis cauſa tributæ ſunt [i]; natura exiguũ uitę curriculũ hominibus circumſcripſit,adeò vt,qui omnem ętatem in ſtudiis egiſſet, tot uigiliis adeptas bonarum artium diſciplinas vnà cũ ſpiritu amitteret:ſcientia enim teſtamento relinqui non poteſt,ſicut hęreditas [k], cui iacturæ ſubſidio ſunt literę [l], vt uerò mũdus ſtare non poſſet, ſi nemo uellet liberis operã dare:ita ſi libris ſcribendis nemo uacaret [m], præteritorum memoriã non haberet poſteritas;vt porrò nõ ex quolibet coitu procreari liberi probãtur,ſic non omnes recipiuntur libri, inconſultò exarati; ſed excellẽti doctrina,miro artificio,eximio ingenio,& prudenti iudicio cõpoſiti.Qui in bel-

y Arrogantia quę dam uidetur, ac oſtentatio velle ſcripta ſua circumferri. facit l. 3. §. ult. ff. com.

z Odio, & inuidia vix carere poteſt virtus excellentiſſima. Cicer. in noua rhet. & Franciſ. Petrar. de rem. aduer. for.

a In ſcriptis alienis magis notamus errores, quàm doctrinam. Luc. de Penn. in proœm. trium lib. C. col. 2. ad medium.

b In iure ciuili nimium eſt ſcriptum.

c Interpretum noſtratium commentaria barbara, ſunt ſuffecta in locum aliorum, quę prius eleganter ſcripſerant ueteres Iuriſcõſulti. Bud. in pãd. fol. 16. cum ſeq. 1. part.

d Glauci, & Diomedis permutatio. in l. 1. ff. de contrah. empt. & Bud. in pand. fol. 54. 1. par.

e Nihil dictum, quod prius non dictum. Bal. in proœm. decretal. Zab. in proœ. Clemen. de quo infra.

f Artificia ſordida hodiè maioris lucri, quã literarum ſcientia. de ſordidis artificijs. Cle. 1. de uit. & hon. cl. Bar. ad l. ne quis. C. de dig. lib. 10. Luc. de Penn. ad l. 2. c. de exc. art. lib. 10.

g Literati habentur odio, ac ludibrio. Pet. Rebuf. trac. de priuil. ſch. priuil. 44. n. 4.

h Scribendũ eſſe. Bal. in d. proœm. decretal.

i Scriptores immortalitatem adipiſcuntur ſcribendo. Luc. de Pen. in proœm. lib. C. col. 2.

k Scientia non poteſt relinqui in teſtamẽto, ſicut hæreditas.

l Libri, & literæ cauſa immortalitatis, ac poſteritatis inuentę. Pract. Papien. in proœm. & Rebuff. de priuil. ſchol. priuil. 48. n. 1.

m Liberorum, & librorum ſimilitudo.

in bellis gerendis ſemper uerſantur (cùm ſileant literæ inter arma,) digni ſunt ut eorum res geſtæ per ſtudioſos literis mandentur, at non homines literati, qui in otio vitam degentes, poſtquàm ex diuturna aliorum librorum lectione ſatis repleti ſunt, æquum eſt aliquid pariant de ſuo, quod cæteris impertiant, quaſi ignis ex igne, & lumen de lumine accendatur. Qui emendi, aut vendendi quæſtu ducti proficiſcuntur ad mercatum [n], ſi in alienis tantùm ſpectandis negociis occupentur, & de ſuis rebus nihil agant, non modò incuriæ damnari poterunt, ſed ſtultitię. At, inquiunt, pulchrum eſt benè latere, vndè illud λάθε βιώσας minimè quidem [o], cùm & is, qui hoc dixit, latere noluerit, & pulchrius ſit immortalibus monimentis perpetuò viuere, & aliis benè viuendi iter oſtendere. Si noluit aliquid ſcriptis prodere Seruator noſter, multis id rationibus, & quidem optimis factum eſt [p]. Tum quòd in hominum animis, & cordibus, magis quàm in chartis imprimi curauit diuinam ſuam legem, ac præcepta; Tum quòd auferre uoluit occaſionem malitiosè interpretandi iis, qui de religione malè ſentientes, ſcriptum cum voluntate pugnare obſtinatè contenderent [q]; quarè illius quoque Apoſtoli plura voluerunt uerbo, & doctrina tradere per manus, quàm ſcriptis mandare [r], de qua re cùm ſit à religioſis, ac doctis uiris acutè, & copiosè diſputatum, non eſt cur actam rem temerè agamus [s]; indè enim ſitim explere poterit, qui in hoc exquirendo magis ſit curioſus, atque ibi intelliget, quamobrem Socrates, & Pythagoras eundem morem inſtituerint. Quod uerò obiicitur de arrogantia, odio, ac inuidia, ita dilui poteſt; homines ea conditione natos, vt nequeant carere calumniis [t], ut mors, ac Siſipho ſaxum ſemper impendet, ſic vitari non poſſunt Momi, & Zoili morſus. Hominis eſſet nimium impudentis optare, quę nemo mortalium aſſequi unquàm potuit vt de ſe omnes benè ſentirent, & honorificè loquerentur; uix multa arte poteſt in fidibus muſicus congruum inuenire concentum, quid ergò in hominibus, quorum proprium eſt diſſentire [u]? & potius mille reperias, qui minimum aliorum erratum reprehendant, quàm vnum ex cuius ore aliquando excidat frigida laudatio alieni facti, alioquin præclariſsimi [x]. Noſti illud de mantica ante pectus & à tergo. Qui literis nihil mandant inſimulantur ignauiæ; ſi in Scriptoribus notatur temeritas, at aliquãdo etiam contingit laudatio, & gratius eſt à paucis bonis, & doctis laudari, quàm acerbum à multis improbis, & imperitis vituperari [y]. Nec eorum damnandus eſt labor, qui ſcribendo interdum labuntur, cùm & ipſi ſtuduerint pro viribus ſuis prodeſſe, & ſapientioribus addiderint animos corrigendo edendi meliora [z]. Communis eſt laus eius, qui ſtatuam diligentius expoliuit, cum altero, qui rudem prius, & informem materiam ſuppeditauit. Immenſa ſunt certè, ac propè infinita uolumina Iuris ciuilis, at non ideò ceſſandum à ſcribendo [a], noua ſiquidem ſolent placere, utque in patrimonio, ſic Scriptoribus in fama, & authoritate ſuccedit ur [b], & nouiſsimi ſæpè antiquorum extingunt, ac delent memoriam. Nos cunctarum rerum capit ſatietas, ac faſtidium, in uictu, in veſtitu, in ædificiis

continua

n Similitudo proficiſcentium ad mercatum, cũ ſtudioſis.

o Latendũ non eſt.

p Ratio duplex cur ſcribere noluerit noſter Seruator.

q Hieronymus ad Galath. 4. & ad Paulin.

r Papias apud Euſebium, lib. 3. cap. 33. eccl. hierar.

s Melchior Canus epiſcopus Canarienſis de locis theolog. libr. 3. cap. 3. fundamento 4.

t Reprehẽſores uitari nõ poſſũt. Tul. Tuſc. 2. Hieron. ad præſid. & in cron.

u Homines faciles, ad diſſentiendum. l. item ſi unus. §. principaliter. ff. de arb.

x Reprehẽſores facilius reperiri, quã laudatores. Luc. de Pen. d. proœm. col. 2. Sylua Nupt. lib. 4. nu. 49.

y Laudari à bonis eſt honor, ſed turpe à turpibus laudari. Abb. in c. inquiſitionis. §. ult. nu. 5. de accuſat.

z Error ſcribentis prodeſt aliis. & cuiuſq; Scriptoris laudandus eſt conatus, Bertach. in tract. de gabel. in proœ. n. 3.

a Scribendi occaſio adhuc reſtat, quamuis plurima fuerint ſcripta, poſt Senecã Bal. in proœm. decretal.

b Scriptores ſuccedunt Scriptoribus. Anch. in proœ. 6. decretal.

continua ſit mentio, & varietas. Demùm cùm hodiè homines inexhauſta auiditate inflāmati rapiantur ad ſcribendum, non puto aliquam adhibendam curam deſperato huic morbo[c]. Mihi quæſò non ſuccenſeant Critici, quòd & ipſe quaſi ligna ad ſyluam ferens, noua hac ſcriptione uelim ſtudioſos onerare, cùm quòd ita erit perbreuis atq; exigua, vt nec manus nec oculos ſit multum defatigatura; Tum quòd id contineat argumenti, quo aliqui forſan admoniti abſtinebunt ab edendo, aut ſaltem non ita longas proferent Iliadas. Permutanda porrò ſcripta ſic deſidero, vt huius artis Scriptores æmulentur ueteres Iuriſconſultos non modò in ſententiarum pondere, ſed in verborum quoquè elegātia, atque ita de ſedibus depellant noſtros Doctores, qui ob illius temporis uitium, tam barbarè loquuntur[d]; Eſt, inquiunt, antiquiſſima ſententia noui nihil dici poſſe; vereor ne & ipſa minus vera habenda ſit[e], qui enim ex eadem materia nouam exprimit dicendi formam, nouum facit: qui aliquid addit priorum inuentis, plus interdum, quàm primus author laudatur[f], Virgilius ex ſtercore Ennij ſe aurum colligere profeſſus eſt. Bartolus noſter ex Acurſij, & aliorum dictis, immortales ſuos confecit cōmentarios. Magnam ſtudioſi feciſſent iacturam, ſi illud Comici, quòd nihil ſit non prius dictum tot doctiſſimorum uirorum ſtudia à ſcribendo reſtrinxiſſet, quorum multo maior & forſan melior eſt numerus, quàm eorum, qui ante ipſum Comicum ſcripſerunt.

VTinam ſic falſa eſſet illorum querela, qui hoc tempore cum viris literatis peſſimè agi deplorant[g]; ſed animo magno & fortiter hæc ferenda ſunt, & deuorandæ hominum ſtultitię, quibuſq́ue poſſumus rationibus conſolatio adhibenda. Et quidē modica pecuniola eorum induſtriam, ac uirtutem remunerari, iniquiſsimum eſt, at ij nō ſordido quęſtu, nec pretio ſanctiſſimā iuris ciuilis ſcientiam æſtimandam cenſent[h]. Atrox magis eſt, ac inſignis iniuria uidere in eorum ciuitate haberi honorem ſanè maiorem nimio otio affluētibus, quàm his, qui (vt viuentibus proſint, & poſteris) patrimonium, ætatem, ac uitā conſumunt in ſtudiis literarum. Hæc tamen ſuis propriis aluntur premiis, quę ſummi Principes auferre non poſſunt[i]. Dum quis in legendo, & ſcribendo eſt occupatus, nec corpore nec animi cogitatione Deum ſuum lædit[k], quæ res ponenda eſt in maximo lucro, cùm aliàs otioſi, vix diuini numinis vnquàm vitemus offenſionem. Et ſtudium animi pabulum ſuauiſſimum[l] cunctas helluonum ſuperat epulas, & condimenta. Prę ſertim quòd ſcribendo rapimur ad ſpem immortalitatis, qua (animæ ſalutem excipio) nihil iucundius; nec iiſdem ſemper legibus, moribus, & Regibus mundus gubernatur[m]. Scribendum igitur, ſed cum diligentia, & latenti artificio, vt lectores

a 3 dulce-

c Morbo deſperato non eſt adhibenda medicina, quia nihil fruſtra. l. hæc ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. nom. cau. facit. c. gaudemus, de diuor.

d Doctores noſtrates ob uitium ætatis barbarè ſcripſerunt. Bud. in pand. fol. 87. 1. par.

e Noua adhuc poſſunt dici. Bald. in d. proœm. decretal. & Card. Zab. in proœm. Clem. in princ.

f Formam dans alienæ materiæ, ſuum facit opus: idem ſi aliorum dictis tribuat authoritatem, etiam qui expoliuit. l. Iulianus. ff. ad exhib. l. 1. §. omnis. C. de uet. iur. enucl.

g Literati malè tractantur, & à diuitibus odio habentur, cùm in æſtate dicantur algere. Rebuff. de priuilegiis ſchol. priuileg. 44. nume. 4.

h Sapientia iuris ciuilis non æſtimanda eſt ſordido quęſtu. l. 1. §. proinde. ff. de uar. & ext. cog. Io. And. in c. 1. Io. Mon. in cap. 2. de cenſ. in 6. Plac. in tract. de act. perſ. tit. 8. nu. 2. tom. 16. fol. 39. & Pauin. de viſi. 7. q. 1. par. fol. 148. nu. 28. tom. 3. Faciunt coacernata per Tiraquel. de nobilit. cap. 29. nu. 20. cum ſeq.

i Studioſorū propria pr̄mia, quæ ſummi Principes nō poſſunt auferre. Cicer. pro Arch. poe. Alb. de Ferrar. de hor. can. n. 21. fol. 56. tract. tom. 3. & D. Viuius in Sylua com. opin. in opin. 36. Aduocato, n. 4. lib. 1. quibus præmijs incitamur ad benè operandū. Cōmen. 2. phyſi.

k Studendo quis non lędit Deum, quod uix contingit in negocijs. Caccialup. de aduoc. q. 5. nu. 4.

l Doctrina eſt vita animæ. 36. diſt. per totum.

m Leges, Reges, ac mores mutantur. c. non debet, de conſang. & affin. 15. q. 1. alius, auth. de nupt. in princ. de reſt. & ea quæ par. in princ. Gam. de ueri. & excel. legal. ſcien. in prin. num. 3. cum ſeq. tract. uol. 1.

dulcedine allecti inchoatam lectionem non dimittant, & cauti imitandi ſunt mercatores [n], qui nundinarum tempore uarias, & pulchriores omnium generum merces explicant, & oſtentant, vt diuerſarum rerum uarietate, ac pulchritudine prætereuntes ad illarum emptiones incitentur. In eis porrò, qui cupiunt libros edere, (ut aliàs in publicis profeſsoribus ſimilia requirit Cæſar.) quatuor exiſtimo eſſe ſpectanda [o], perſonam ſcribentis, propoſitum ſeu finem, materiam uel argumentum, modum ſiue diſpoſitionem. Si Oratorem uirum bonum eſſe oportere, eius indicat diffinitio, An impurum eſſe ſcriptorem, & ſceleſtum concedamus [p]? An cuiuſquàm ſcripta probari poterunt, cuius uita dãnetur? Ex cuius ore uirus euomitur, calamo quoq; opinionum prauitate inficiat neceſſe eſt. Nec quorundã morem probandum nunquàm putaui, qui quaſi aculeis, & maledictis aliquem inimicè inſectari profitentur; ut præſeferant ardere potius impia cupiditate hominis reprehendendi, quàm ueritatis inueniendæ. [q] In Papinianũ notæ ab aliis Iurecõſultis conſcriptæ olim nihil roboris habebant, ut niſi poſteà Triboniani opera ſecus fuiſſet ſtatutum, præciſa forſan eſſet poſterioribus ætate tanta licentia, temerè effutiendi ſimiles notas, & antiparadoxa [r]; nec tot diſquiſitionibus, apologiis, & huiuſmodi pertinacibus concertationibus obtunderemur, ubi contumeliis interdum pugnatur magis, quàm rationibus. Philippi Decij ſcriptis non parùm detrahitur de fide, dum tam præceps fertur in detrahendo de honore Iaſonis. Et multorum hoc eſt vitium; vt eos, qui eiuſdem ſint patriæ, quin (ſi diis placet) ipſos præceptores libentius, quàm alios exagitent, quos excuſari, ac tueri potius deceat [s]. Exquirenda ſanè eſt veritas, ſed non ita garriendum, & æmulandum, vt altercando amittatur [t]; & lepidis interdum ſcommatibus ludendo, quis oſtendat ſe non odio in perſonam, ſed amore ueritatis ductum, nec dente canino carpens mordeat vt lupus; ſed lambat vt lepus. [u] Quamobrem laudanda eſt ſummorum Principum hodierni temporis prouidentia, qui curarunt prohibendo ne quid in publicum edi poſsit, quod prius à religioſis, & doctis uiris, qui huic muneri præfecti ſint, diligenter ventilatum, & expurgatum non fuerit. [x] Morum itaque probitatem, ingenium, iudicium, & doctrinam in Scriptore deſidero; quæ omnia ſi in vno inueniantur, cumulatiſsimè erit ſatisfactum, ſi aliquod deſit, tolerari interdum poterit; (dummodo ab-

n Mercatores cautos in explicandis mercibus imitētur ſcripturi libros.

o Quatuor ſpectanda in eo qui ſit ſcripturus. l. unic. C. de profeſ. qui in urb. Conſt. lib. 10.

p Scriptor debet eſſe uir probus, ut Orator. faciunt dicta per Luc. de Pen. ad l. magiſtros, in prin. C. de profeſ. & medic. libr. 10. Rebuf. de priuil. ſchol. priuileg. 48. nu. 4. cum ſeq.

q Scriptor non ſit petulans, nec odium præſeferat in perſonam reprehendēdo, tanquàm inimicus hominis, magis quã amicus ueritatis.

r Reprehenſores acerrimi diſcipulorum, & magiſtrorum, ac æmulantiũ. Ranerius Forliuienſis cõtra Bartolum diſcipulum, in repet. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. idem contra Signo. de Homo l. vt habetur inter Sign. conſil. 263. Baldus in Bartolum præceptorem, refert Tuſl. in trac. de teſtib. cap. 1. fol. 81. tom. 13. In eundem Bartolum inuehuntur præter Bal. Homod. Ang. Fau. Cuman. & alij, de quibus Iaſ. in l. quidã cùm filium, n. 38. cũ ſeq. ff. de uer. obl. Paulus Caſtrenſis contra Baldũ præceptorē in repet. l. unicæ, col. 2. in prin. C. quãdo non pet. part. Ruinus præceptor irridetur ab Alciato lib. 2. c. 42. parerg. iur. ciuil. mordetur parad. lib. 1. cap. 5. ad fi. & lib. 2. cap. 8. ad fi. Decius ad rub. C. qui adm. nu. 64. & 66. 3. lect. contra Iac. de Nigris. Barbatius uituperatur à Calcan. conſ. 1. in prin. Antiparad. contra parad. Alciat. Zaſij, & Petri Stellæ inuicem concertatio, cenſura, & apologia in repet. l. repetitio. ff. de cond. ind. Caſſanei cõcertatio, & ira cum Tiraq. de legib. connub. Glo. 3. nu. 3. & 5. Marcelli Berincutij Senenſis apologia contra Bolog. de iur. & fact. ignor. Plautij notæ in Crauettam. Apologia Doctoris Nauarri de reditibus eccleſ.

Hominũ eſt diſſentire, & ab antiquis temporibus Ariſtoteles aliquando Platoni aduerſatur. Hieronymus, & Auguſtinus, & Paulus, & Barnabas, Act. 15. interdum diſſenſerunt, quod fas eſt pro ueritate inuenienda: ſed abſtinendum à contumeliis, & petulantia.

s Præceptores defendendi, ſed non reprehendendi l. dicere. §. dicere. ff. de arb. & l. Attilius. ff. de don.

t Veritas exquirenda, ſed cauendum ne amittatur nimium altercando. Sylua Nupt. in princ.

u Mordendum non eſt ut lupus, ſed lambendum ut lepus.

x Pontificis, & aliorũ Principum laudatur prouidentia, qui non ſinunt imprimi libros, qui prius non ſint ab inquiſitoribus approbati. Conc. Trid. Seſſ. 4. & Prag. in Regno Neap. tit. de impreſſ. libr.

dò abſit malitia) reliquum humani generis imbecillitati condonandum.[y] Qui obtuſo ſit ingenio, nihil poterit inuenire de ſuo; aliorum ſenſa abſtruſa vis percipiet, quòd ſi docilitas deficiat, quo modo poterit alios docere, dilucidè explanare, priorum inuentis addere, acutè diſceptare, argutè reſpondere[z]? Oportet enim Scriptorem in docendo, & ediſſerendo eſſe ſubtilem, vt ſcitè aliàs Baldus noſter admonuerit pinguioris mineruæ aduocatis non eſſe arduas cauſas committendas[a]; ſubtilitatem uerò non intelligo illam pernicioſam[b], in qua ſæpiſsimè errari Celſus inquit Iuriſconſultus; quàm ridiculè quidam profitentur, qui tanquàm vaſa anguſtis ori, cùm ob nimiam ipſorum infantiam, nequeant tria uerba effari, hęrentes voluuntur, & reuoluuntur; dumque nec ipſi, nec alij intelligunt, quænam eorum ſit ſententia, ſubtiles ſe appellari affectant, & verborum inuolucris, quaſi velis quibuſdam eorum tegitur inſcitia; vt illud conſtet eſſe verius, qui clarè ſcit, clarè loquitur[c]. Verùm quia ingenii proprium eſt inuenire, & in iure ciuili non tam ſit opus inuentione quàm iudicio, quo tot aliorum ſcripta perfectè diiudicentur; ideò ſemper arbitratus ſum, ſicut actioni primas, ſecundas, & tertias partes in dicendo tribuit Demoſthenes[d], ſic iudicio primas in hac noſtra ſciētia dari oportere. M. Tullius ſuo tempore memoriam videtur in Iuriſconſulto celebrare[e], ego noſtris temporibus cēſeo in Iuris profeſſore iudicium eſſe maximè perquirendum[f]; memoria enim hodie non videtur admodum neceſſaria, in tanta librorum copia, vbi cuilibet volumini præponitur, vel ſubſequitur generalis rerum elenchus, quo omnia antè oculos poſita in promptu ſemper habeantur. Et quanquàm inanis quædam memorię oſtentatio in dicendo admirationem pariat, tamen in ſententiis ferendis prudens tantùm iudicium efflagitatur. Doctrina quoque non mediocris debet eſſe, nec vulgaris[g]; itaque uelim iuris profeſſorem, qui eo ſit animo vt libros aliquando componat, in primis aliorum uolumina diligenter reuoluat, Iuriſconſultorum reſponſa, & Cæſarum reſcripta lectitet, Azonis, Acurſij, Bartoli, & aliorum interpretationes[h], è quibus ſolidam hauriat iuris ciuilis diſciplinam; tum in iuris Pontificij ſcriptis, ſit admodum verſatus, libros Decreti, Decretalium, Clemētinarum ſaltem percurrens[i], tum ab Hoſtienſi, Innocentio, Zabarella, Ioanne Imolenſi, Butrio, Panormitano, & Sandeo hanc ſcientiam edoctus, unum & alterum ius ſimul coniungens, ex vtroque tanquàm apes ex floribus meliora excerpat, artis pręcepta notet, vndè copioſa ſuppellex, & rerum ſylua comparetur; vt ſi quando aliquod ſcribendi genus ſibi in mentem veniat, ſtatim res habeat in promptu, ac ſine ullo labore poſſit ſua ſenſa explicare, & authoritatibus communire, prouidos imita-

y Probitas, ingenium, iudicium, & doctrina in ſcr. piore deſideratur.

z Hebes ingenio non rectè docere poteſt, uel ſcribere.

a Aduocatis pinguioris mineruæ nō ſunt committendæ cauſæ arduæ. Bald. ad l. ult. nu. 37. C. de hęre. inſt.

b Subtilitas quædam laudatur, quędam damnatur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur ff. de uerb. obl. c. dilecti, & ibi Abb. & alij Canoni ſte, de iud. Gloſ. in l. ſi mulier. §. ex aſſe, in uer. Subtilitatē. ff. de iur. dot. Spec. in tit. de aduoc. §. nūc de exordijs, col. 8. et in tit. de denun. §. 2. Bal. ad l. 2. q. 4. C. de cont. tab. et ad l. ſcimus. 2. not. C. ad Treb. & Doct. omnes, & præſertim Marc. Ant. Be uer. nu. 7. & Soc. Iun. nu. 16. in l. cū filio. ff. de leg. 1. & ſubtilitas minus deſideratur, quā ueritas. Arch. ī c. hoc habet. 46. diſ. Luc. de Penn. ad l. unic. C. de profeſ. qui in urb. Conſt. lib. 12. Pet. Rebuf. in rep l. un. n. 166. cum ſeq. C. de ſent. quæ pro eo qđ int. et S. p. 6.

c Qui clarè ſcit clarè loquitur. Ariſt. 6. metaph.
d Actioni in dicendo primas, ſecūdas, & tertias partes tribuit Demoſthenes.
e Memoria Iuriſconſultorum à Cicerone de Orat. celebratur.
f Iudicium in Iuriſconſulto hodie magis neceſſarium.
g Doctrina nō mediocris, nec uulgaris in ſcripturo debet ineſſe. Zaſ. ad l. 2. §. poſt originem, nu. 2. in uer. Iuriſperitus. ff. de orig. iur.
h Antiqui authores iuris ciuilis legendi. Roma. ſing. 87. nu. 2. & ſing. 105. num. 2.
i Iuris pontificij qui libri euoluendi.

imitatus fabros [x], qui antequàm aliquod opus faciẽdum aggrediantur, res neceſſarias præparant; ſit denique omnium librorum helluo, quorum multiplici lectione refectus, vt mulier grauida, aliquod deinde pariat. Aliqui laudantur, quòd ſint magnę eruditionis, nonnulli multę lectionis, quidam longæ ſcriptionis cupiũt appellari [l], quorum neſcias ridenda ne magis an miſeranda ſit ambitio; ij enim cùm vix Iuſtiniani Codicis inſpexerint tegumenta, nec dum quatuor pagellas commentariorum Bartoli euoluerint, libros vndiq́ue reconcinnatos emittũt ſuo nomine [m], qui cùm pertenuis ſint ſpiritus, tanquàm bulla in ipſo ortu occidunt. At non ita Bartolus noſter coripheus, quem memoriæ proditum eſt aliquando integrum luſtrum contriuiſſe in valde parua vnius reſponſi explanatione, ſcriptis abſoluenda [n], Zeuſis illius pictoris exemplo, cuius in perficiendis picturis tarditatem cùm quidam exprobarent, ita fertur ſcitè reſpondiſſe, equidem lentè & longo tempore, pingo quippè æternitati [o]. Si poetis aliquando operam dediſſent, Icari infelici caſu à tanta forſan temeritate ſe abſtinerent; quod ſi ob artis ignorationem non percipiant, at naturæ ſaltem vi, ac impulſu intelligant, infantes pedibus adhuc tenellis ob uirium imbecillitatem currentes cadere; & volucres pennis nondum munitas ruere præcipites, ſi è nidulis euolare intempeſtiuè tentent. Animaduerti qualicunque ingenij monumento, & opuſculo, quod ex iuuenum manibus excidat, magnum plauſum dari, in quo etiam ſi quid erretur coniuendum eſſe homines arbitrentur. His uerò qui aliquid emittere diù, multumq́ue differant, grauiorem indies cõſtitui aduerſariam, mirificam nempè expectationem, ut eam facilius ſit decipere, quàm uincere; cùm in tanta cunctatione, eorum quibus exacta ætas authoritatem afferat, uix exquiſitiſsima probentur, & maiora ſemper deſiderentur [p]; vt ueriſsimum ſit creſcenti uirtuti faueri, adultæ autem inuideri [q]. Cùm aliquando de huius facti ratione, nonnullos doctos, ac prudentes uiros percunctarer; ita reſpondebant, patrum noſtrorum ętate ſapientiores, calamo frenum adhibuiſſe; hiſce uerò temporibus multos habenas intemperanter relaxaſſe, cuius rei cauſas reperiri duas [r]. Vnam, quòd acri iudicio præditi uix ſibi unquàm ſatisfaciant, & adeptam exiſtimationem ſperant tutius non ſcribendo tueri, quàm in illius uenire diſcrimen, & ancipitem aleam ſubire; iis uerò, quorum nomen adhuc non ſit admodùm illuſtre, ſtimuli ſemper admoueantur, ut aliquid expromant, undè celebres fiant ac inſignes. Altera quòd iis, qui ad ſummam peruenerint authoritatem, nulla hora detur vacua, & magnus undiq́ue ad eos fiat concurſus, ita vt vehementer ſint occupati in publicis interpretationibus, in reſponſis de iure reddendis, & in reis apud ſubſellia iudicum defendendis; ut ingenio propè diuino opus ſit, quo homo opere ac animo diſtentiſsimus, aliquod pangat publica luce dignum. Sed otio abundantes, qui eiuſmodi muneribus minori diligentia & nominis ſui commendatione funguntur, omni conatu & ſtudio id agunt, ut ſaltem ſcriptis aliqua celebritate famæ abſentibus ſæpè magis quàm præſentibus eſſe uideantur. Verùm nec nimia feſtinatione properandum [s], nec ita procraſtinandum, vt quaſi par-

tus ele-

x *Fabri ædificaturi opus, præparant res neceſſarias, ſic ſcripturi libros. Cy. in procem. ff. ue. col. 2. & uerſ. Ad quartum, nu. 11.*

l *Aliqui magnæ eruditionis, nonnulli multæ lectionis, quidam longæ ſcriptionis nomine lætantur.*

m *Feſtinatio iuuenum ambitioſa, in emittendis libris dãnatur.*

n *Bartolus cõſumpſit quinque annos in componenda explanatione ad l. de ætate ff. de minorib. refert Caſtr. ad l. ſi minorem, nu. 3. C. de in integ. reſt. & Iaſ. in l. quidam cũ filium, nu. 37. ff. de uerb. obl.*

o *Zeuſis argutè reſponſum, quare tardius pingeret. Plut. de amic. in mul. diſ. mihi fol. 221.*

p *Procraſtinandũ nimis non eſt in editione.*

q *Iuuenibus faueri, at adultis inuideri.*

r *Cauſa cur aliqui feſtinent, aliqui procraſtinent edere opera.*

s *Virtus conſiſtit in medio. c. 1 de of. cuſt.*

tus elephantis expectetur, ſed tamen præclara primùm eruditio comparanda, oportetque ſcripturum eſſe locupletem, & ita abundare, vt tanquàm fluuius extra ripas, ſcientiam undique, ac doctrinam diffundat. Etenim, qui in bonorum authorum ſcriptis non ſit admodùm uerſatus, quid ex ſolo animi ſui impetu in medium afferat niſi puerile, rude, ac nugatorium[t]? Agri inculti, herbas tantùm aſperas, & agreſtes ſponte ſua ferunt; at diligenti hominis adhibita cultura iucundiſſimos, & uberrimos edunt fructus. Sit aliquis quantum deſiderari poteſt magno præditus ingenio, adiumenta doctrinæ quærat neceſſe eſt. Admirabilem uim naturæ paſſim videmus, quòd vt homines corporis forma plurimùm differant, ſic vnus altero ingenioſior, aut hebetior edatur in lucem; ſed acumen ad aliquid percipiendum indiget ſtudio, & doctore, quibus ad bonarum artium diſciplinas erudiatur. Cui natura deeſt, ardenti ſtudio[u], & multis laboribus ſe frangens, non nihil tandem aſſequitur, vt docti nomen mereatur, ſi non ingenioſi; Zenocrates[x] Chalcedonius, quem Plato, cuius fuit auditor, calcaribus indigere dicebat ob ingenij tarditatem, philoſophus factus eſt clariſsimus ob vehementem ſtudiorum aſsiduitatem. Qui uerò reconditas literas ſcrutari negligat, nec uelit artis alicuius ſcripta volutare eximio ingenio ſuo fræ tus, atque elatus; arrogantię plenam magis, quàm doctrinæ orationem effutiet. Felix in quo vtrunque perfectè conſpiciatur, talis olim Diuinus Plato[y], & philoſophorum princeps Ariſtoteles, & recentiore memoria Picus ille Mirandulanus, qui vt excellenti, ac ſingulari ingenio, ſic aſſiduo, & indefeſſo ſtudio mortales omnes ſuo tempore ſuperauit, ut non immeritò phænicis nomine fuerit decoratus[z]. Tales ſunt uiri vel Heroes potius, qui non vna contenti ſcientia, omniũ bonarum rerũ variam, & multiplicẽ diſciplinam complectuntur. In hunc numerum puto referendos eſſe veteres noſtros Iuriſconſultos, ex quorum reſponſis hodie ius ciuile pendet, illorum enim ſcripta redolent omnes artes liberales[a]. Non me latet de hac re contrariam quorundam extare ſententiam, qui contendant naturam eſſe ad unum, & neminem poſſe pluribus rebus excellere. Sic enim fieri videmus vt tantum quiſque laudet, quantum ſe aſſequi poſſe confidat[b]. Ob idque in unius tantùm cura & cogitatione dicant eſſe verſandum, cùm ſagittarius collimare nequeat ſi ad duas diuerſas res eodem tempore oculos defigat[c]; Plato[d] aiunt Rempub. M. Tullius Oratorem expreſsit, Iuriſconſultus quoque omnibus ſcientiis ornatus à nobis effingi poteſt, quem animo complectamur, magis quàm oculis intueamur. Equidem fateor plures reperiri graculos, quàm olores; ſed neminem aliqua ætate floruiſſe in omnibus diſciplinis verſatum, ex ipſorum Iuriſconſultorum exemplo falſum eſſe reuinco. Et cur de ſcientiis non idem ſtatuatur, quod de virtutibus, vt qui unam habeat cęteras omnes cenſeatur habere[e]? ob illam enciclopediam, qua cunctæ diſciplinæ arctiſsimis nexibus ſimul connectantur. Riſum tenere vix poſſum, cùm quorundam audio ineptias, qui grammatices artem vt ieiunam, ac puerilem Iuriſconſultorum maieſtati non conuenire cauillantur[f], quam Plato ille diuinus, & Ariſtoteles

t Ingenium ſine doctrina non ſatis ad ſcribendum in iure ciuili. c. relatum 37. diſt.

u Ingenio minus pollentes longo ſtudio aliquid proficiũt. Bal. in proœm. decretal. col. 2.

x Zenocrates diſcipulus Platonis indigebat calcaribus, quia tardi ingenij.

y Plato, & Ariſtoteles ingenio admirabili, & ſtudio indefeſſo.

z Picus Mirandulanus dict' phęnix.

a Iuriſconſulti ueteres attigerunt omnes artes liberales. Alc. in præfat. ad l. un. c. C. de ſent. quæ pro eo quod int.

b Quis tãtum laudat, quantum ſe aſſequi poſſe ſperat.

c Vnus non poteſt pluribus artibus excellere.

d Plato in dialogo. 3. de rep. mihi folio 381. ad ſi. dic ut infra mox declaratur. Grib. de ra. ſtu. lib. 1. cap. 2.

e Virtutem unam habens, omnes habere cẽſetur, an idẽ de ſcientijs ob enciclopediam? Bud. in pand. fol. 2. 1. par.

f Grammatica Iuriſconſultis neceſſaria.

ſtoteles(vt plurimos omittam) docere non erubuerunt[g], & M. Tullium poſt forenſia negotia Gniphonis grammatici ſcholam legimus frequentaſſe; vt nō temerè poſteà Auguſti Iuris noſtri latores æquam oratoribus, Iuriſperitis, & Grāmaticis munerū immunitatem tum honoris, ac dignitatis tribuerint præmia[h]; vtq; viuēdi leges ab ipſis Principibus, ſic loquendi, & ſcribēdi precepta à Grammaticis dari permiſerint, quibus non ſeruatis, (tanquàm ſi lineas quis tranſierit) omnia euertuntur, quę cum falſa grammatica ſint enuntiata[i]. Quamobrem Bartolus, Albericus, Caſtrenſis, & alij ſummi interpretes poſt ipſos Iuriſconſultos de ſingulis dictionibus, ſyllabis, ac penè literis acutè, & exquiſitè diſputarunt. Et non modò dicendi, ſed etiam benedicendi artem callere deceat Iuriſconſultum[k], vt indè diſcat, quæ ſcripturus ſit rectè accommodare temporibus, locis, perſonis, cauſis, rebus, eaque ornatè, diſtinctè, copioſè, ac prudenter diſponere. Hanc quoque abhorrent plerique legulei, dum quaſi miſerè eſurientes, quæſtum duntaxat facere quoquo modo poſſint ſemper ſtudeant; cæterùm vt filiolam amplecterentur, ſi ſperarent ex eloquentia hodiè tantum lucri ſe facturos, quantum olim Gorgiam Leontinum fecisse memoratur, qui ex hac bene dicendi arte, ſtatuam auream. & ſolidam conflatam Delfis poſitam ſibi erexit[l]. Equidem eloquentiam ſine Iuris ciuilis ſcientia in Iuris profeſſore contemno[m]; ſed eloquentiam cum Iuris ciuilis ſcientia coniunctam admiror. Ad quam etiam adiungi uelim ſociam & comitem veri & falſi indagatricem Dialecticam, à διαλέγομαι, vel ſi malis etiam cum Ariſtotele ſcientiam percipiendi, quod in vna quaquè re ſit probabile, quam uocant λογικὴν, vndè ſuppeditatur argumentandi ſylua, adhibito tamen modo ne in huius artis gyris, & Meandris conſeneſcat[n]. Non defecerunt ex Iuris peritis, qui Dialecticam legalem (vt nos orationes legales) ediderint. Philoſophię porrò, cuius plura eſſe genera non ignoras, æquo animo feres, ſi ex multis partibus vnam duntaxat aut alteram noſtro quoque tribuam Iuris perito. Naturalem[o] verò de mundo, tum de altiſſimis, & primis cauſis, iam pridem traditam Athenis ab Archilao, Anaximene, Talete, & Anaxagora libens equidem concedam Democrito, & Crati Thebano; aut ſi quis uelit fieri eorum ſimilis, quorum alter non paruum argenti atque auri cumulum fertur in mare proiiciſſe, alter ſibi ipſi eruiſſe oculos, vt magis attentè rerum contemplationi uacaret. Moralem uerò nobis meritò vendicabimus[p], qui veram profitemur philoſophiam, expendendo mores, nō modò ſingulorum, ſed familiarum, & ciuitatis vniuerſæ[q]. Hæc enim philoſophia eſt lex, & dux vitæ, & vitiorum expultrix, quæ animum noſtrum format, & fabricat ad benè, beateque uiuendum, ob quam Græcia olim admirata eſt ſeptem illos ſapientes, quorum maiorem

hodiè

g Plato, Ariſtoteles, & M. Tullius profeſſi grammaticam.

h Grammaticis cōceſſa eadem priuilegia, quæ iuriſperitis. l. unic. C. de profeſ. quę in ur. Cōſt. lib. 10. Scholaſtribus grammaticis eadē priuilegia, quæ ſcholaſtrib. iuris. Rebuf. de priuil. ſchol. priuil. ult.

i Grāmatica falſa an, & quando uitiet. l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg. c. ad audientiam, de reſcr. p. Glo. in c. forus, de uer. ſig. Bar. ad l. 1. ff. de cond. et demō. Luc. de Pen. ad l. 2. C. de profeſſ. & med. lib. 10.

k Rethorica non ignoranda à Iuris profeſſore Bud. in Pand. fol. 443. 1. par. & fol. 45.

l Gorgias Leontinus ex eloquentia tantum fecit lucri, vt auream ſtatuā ſibi erexerit.

m Eloquentia ſine iuris ciuilis ſcientia contēnitur in Iuris profeſſore, ſimul cōiunctę, ſunt admirabiles. Pus. de ſynd. §. ſequitur, n. 2. poſt Alb. ad l. 2. §. poſt hos ff. de ori. iu. & ad l. 2. nu. 6. C. de uet. iur. enuc. Luc. de Pen. ad l. unic. C. de ſtu. lib. ur. Rom. colum. 3. in prin. lib. 10. Bud. in pand. fol. 44. cum ſeq. 1. par.

n Dialectica prodeſt Iuriſconſulto, ſed in ea non eſt conſeneſcendum.

o Philoſophia naturalis non pertinet ad Iuris profeſſores.

p Philoſophia moralis tractatur à Iuriſconſultis. l. 1. vbi Bud. ff. de iuſt. & iur. idem ad l. 1. ff. de cont. empt.

q Gam. de ueri. ac excell. legal. ſcien. in princ. num. 16. cum ſeq. tract. tom. 1.

hodiè videmus numerum in hac præſertim Ciuitate noſtra [r], vbi qui Iuriſconſulti ueſtis ind[u]it, idem ſapientis nomen adipiſcitur, & de moribus cognoſcere, actionibuſque iudicare ſolet. Nec diuinæ hunc deceat expertem, eſſe philoſophiæ [s], non dico illius ad fabulas pertinentis, quæ ſi adſit, hominem ornat, ſi deſit, non ideò minus iuris profeſſor poterit excellere: nec alteram deſidero, quam falſis reſponſis, ac dæmonum oraculis miſeri olim imbibebant, ſed myſticã propono Theologiam, per quã ſummi boni habetur cognitio, & hãc neceſſe ſit noſtrũ odorari Iuriſconſultũ; vt propoſitas controuerſias rectè poſſit dirimere, cũ de chriſtiani hominis factis, & de animæ ipſius ſalute aliquãdo diſceptetur ob hæreſim, ob uſuras, ob decimas ſacerdotibus perſoluendas, & alia eiuſdem generis plura. Mathematicorum porrò artem quis diſiunget à Iuris ciuilis diſciplina [t], cùm paſsim oporteat rationes ſubducere, & ſummã facere hæreditatum ob quartam Falcidiam, Trebellianicam, & alimenta homini relicta ad uitam [u]. Hęc quidẽ Aritmeticæ prorſus ignarus, & ſi Iuris peritiſsimus per ſe neſciet diffinire, vt non immeritò hanc ſcientiam tanti fecerit Pytagoras Samius (numerorum ut quidam putant inuentor) quòd dixerit in ipſis numeris, ut in regula certiſsima, cõtineri omnium diuinorum cognitionem. Turpius ſanè carebit Geometria iuris Scriptor [x], ac profeſſor, qui ad terminandos agros quotidiè euocetur, & ad diuidenda, quæ per alluuionem prædiis adiunguntur, adeò ut ſi Euclidis libros nunquàm euoluerit, tanquàm ſtupidus ſpectabit figuras, legetque, at non intelliget, quæ per Bartolum noſtrũ poſt ipſum Euclidem artificiosè conſcripta antè oculos ſibi ponentur. Vt plurimum laudem unum aut alterum ex recentioribus noſtris Scriptoribus [y], qui hoc obſcurum, & incognitum argumentum, de alluuione frequentiſsimum, & neceſſarium dilucidius, & diligentius ſtuduerint explicare; cùm ob Geometriæ ignorationem ipſa flumina iuſtius, quàm iudices interdum iudicent de eiuſmodi agrorum acceſsionibus. Impudentem me dices, ac putidulum ſi Aſtrologiæ quoque tinctum deſiderem Iuris peritum [z], qui ſaltem uerum Horoſcopi gradum in naturalibus cognoſcens, inſtituat vt ſapiens [a], animum ad fortiter ferendos caſus, qui euitari non poſſint, & aliquos, qui protenduntur, ſua prudentia effugiat, altriſq; dominetur. Sed hęc mittamus cęleſtia, quorũ vt perfecta habeatur cognitio, uel in cœlos opus eſſet aſcendere, uel aliquẽ è cœlis regreſſum conſulere. De humanis ergò agentes, manſuetiores muſas, & muſicam à noſtro nõ auferens Iuriſconſulto [b]; cùm & Socrates philoſophus grauiſsimus iã ſenex lyra inſtitui non erubuerit [c]. Temiſtocles verò habitus fuerit indoctior, quòd in epulis eam recuſauerit. Illius pars, quæ in uocum & ſonorũ modulatione conſiſtit, non eſt quærenda ad animi tantũ oblectationẽ, ſed optanda, vt uox ab animo non diſcrepet. Altera uerò pars, quæ eſt poeſis [d], complectitur leges cùm naturæ tum gentium, & ſicut hodiè iuris profeſſores, ſic olim

r Sapientes hodiè plures appellari, quàm olim ſeptem illi in Græcia.

s Theologia conuenit Iuris profeſſoribus. de hac poſt Varronem, & Auguſtinum, Fr. Connan. commen. iu. ciuil. lib. 3. cap. 1. in prin.

t Mathematicorũ artes non alienæ à Iuris peritis.

u Tot. tit. ff. & C. ad Treb. & ad l. Falcid. l. hęreditatum.

x Geometria non debet carere Iuriſconſultus.

Geometriæ tres ſpecies refert Lu. de Pen. ad l. 2. C. de excuſa. artific. lib. 10. de hoc in l. Geometra. ff. de excuſ. tu. tot. tit. ff. ſi menſ. fal. mod. dix.

y Buteon, & Bapt. Aym. Parmenſis de alluuione.

z Aſtrologiæ aliqualis cognitio non aliena à Iuris perito teſte D. Viuio in Sylua Communiũ Opinionum, in Opi. 950. nu. 8. cum alijs ſeq. lib. 3. ubi utiliter ponit theoricam, & practicam planetarum, & lunæ, & ortus ſignorum.

a Sapiens dominatur aſtris, de quo Bald. ad c. 1. ut lit. pend. Tiraquel. de leg. cõnub. l. 8. n. 5.

b Muſica non aliena à iuris ciuilis ſtudio.

c De Muſicæ Laudibus, Quintilianus, libro 1. orat. inſtit. Tiraquel. de nobilit. cap 34. num. 10.

d Poeſis apta Iuriſconſulto.

ſic olim ſoli poetæ habiti ſunt ſapientes[e], & poeſis Homeri philoſophiæ ſtudium appellata eſt. Tum Socrates Homeri diſcipulus à Dione nominatur. Modeſtinus noſter Iuriſconſultus celebris eſt ac poeta, qui in ſingulos Vergilianæ Aeneidos libros elegantiſsimum epitomen compoſuit[f]. Non auderem noſtratium Doctorum conſiliis, & (vt aiunt) cautelis medicorum quoque collyria, & pharmaca commiſcere[g]. Verùm cùm legerim veteres Iuriſconſultos ſuis reſponſis propoſitas dirimere controuerſias ex teſtimonio, & authoritate doctiſsimi Hippocratis[h], illorum motus exemplo, non uerebor requirere in Iuriſconſulto medicinæ quoque cognitionem[i], non dico exactam; ſed vt ſaltem in manus aliquando ſumat, percurrendo Hippocratis aphoriſmata, Galeni de bona valetudine tuenda opuſculum, idemque Plutarchi, Cornelij, Celſi, & aliorum, ex quibus & præſentem poſsit ſanitatem conſeruare, & abſentem reducere. De Græcis literis nihil dixi[k], de quibus ſi meam uelis audire ſententiam, ſcito me omnium literarum eſſe auidiſsimum, ad inſtar auari hominis, qui uniuerſa numorum genera in ſuam arcam recondi ſtudeat. Bartolus noſter tot occupationibus, & illa ætate natus, cùm bonæ literæ exulabant, Hebraicam quoque linguam olfecit[l], proximis uerò temporibus Guilielmus Budeus uir doctiſsimus, quot obſcuriſsima iuris ciuilis, loca ex grauiſsimorum librorum fontibus illuſtrauit, unde Alciatus multa hauſit, quæ iuris ſtudioſis utiliter communicando impertiuit. Illud conſtantius affirmo ſine hiſtoriarum cognitione non poſſe iuris ciuilis ſcientiam intelligi[m], quod eſt diuerſis temporibus ex variis authoribus reſectum, hinc multi emanant errores[n], dum quidam ſine delectu ſanctionem Reip. Romanæ tempore latam, æquè interpretantur, ac aliam, quæ poſt mille annos à Iuſtiniano, uel aliquo alio Cęſare in Gręcia facta ſit. Ex temporum igitur diſtinctione multa ſunt colligẽda, & ad concordiam redigenda, quod ex Liuio, Plutarco, Suetonio, Plinio Iuniore, Lampridio, Paulo Diacono, & aliis Scriptoribus colligi poteſt. Verùm vt mulier, quæ deformis nata ſit, calamiſtris, & pigmentis plurimis fucata, riſus magis quàm ſui amores excitare ſolet: ſic Iuriſconſultus, qui cunctis ſupra relatis diſciplinarum abundet ornamentis, niſi in Iuris ciuilis diſciplina, quam potiſsimum profitetur excellat[o], ut conſultoribus ſuis iuſtum reſpondere, & rectè cauere ſciat, plures inueniet, qui multiplici, & copioſo ipſius ſermone oblectentur, quàm qui ſua opera in cauſis utantur. Etenim quędam ſunt, quæ in ſola rerum cognitione verſantur[p], ut naturalis Philoſophia, Aſtrologia, Coſmographia, Hiſtoria; Aliqua uerò ad hominum uitam facta, & mores pertinẽt, vt ars militaris, medicina, & noſtra Iuris ciuilis ſciẽtia, cuius finis eſt, vt homines benè, beateque uiuentes humana ſi fieri poteſt fruantur felicitate. Quum porrò varia & multiplex cauſa homines mouere ſoleat ad ſcribendum, & pleroſque auaritia impellat, vel ambitio[q], aut una & altera ratio urgeat, tamen toleranda erit hæc cupiditas; dummodò præclarum aliquod opus inde appareat[r]; non de tot uiris illuſtribus mundus poſſet gloriari, niſi ad eos gignendos mutua titillatio parentes incitaſſet. Natura effinxit homines laborum impatientes,

e Poetæ olim dicti ſapiẽtes, de his poſt Platonẽ, & alios, Tiraq. de retract. in præfat. n. 11. & de nobil. c. 31. n. 521.

f Modeſtinus I.C. compoſuit epitomẽ ad Aeneid. Verg.

g Medicinæ cognitio utilis Iuriſconſulto.

h Hippocratis authoritas habetur in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. hom.

i De medicina & medicis uſq; ad nauſeam. per Tiraq. de nobilit. cap. 31.

k Græcarum literarum peritia non inutilis Iuris profeſſori. Bud. in pand. fol. 555. 1. par.

l Bartolus etiã olfecit linguam Hebraicam.

m Hiſtorias callere debet Iuriſconſultus. Bud. in pan. fol. 87. 1 par. Grib. de mod. ſtud. cap. 15. lib. 1.

n Errores plures apud Iuris profeſſores ob ignorationẽ hiſtoriarum.

o Iuris profeſſor ridiculus ſine ſciẽtia iuris, etſi aliis diſciplinis ornatus.

p Artes quædã uerſantur in ſola cognitione, quędã pertinent ad facta, & uitã hominũ, vt Iuris ciuilis diſciplina, & aliæ.

q Cauſa ſcribendi aliquando auaritia & ambitio.

r Ambitio ob uirtutẽ toleratur. Luc. de Pen. ad l. 2. col. 11. C. de hi. qu. ſp. m. u. ſub lib. 10.

patientes, commodorũ uerò ſuorum auidiſsimos, à quibus ſi gloriæ ſpem adimas [s], laborandi quoque uoluntatem tollas; libenter ſuſtinemus labores, nec ſumptibus parcimus [t], ut quod cupimus conſequamur longo etiam temporis interuallo. Agricolæ genium fraudantes [u], frumentum in horreis iam reconditum liberali manu ſpargũt, quod tellus cùm gremio mollito ac ſubacto receptum cumulatiore deinde refundit menſura. Nautę ac mercatores mercium ſpe non dubitant hyeme tranſire uaſtiſſimum mare; nullus eſt humilis artifex, qui pluribus uigiliis, ac inediis afflictum ſe ipſum non conſoletur ſpe iam conſequendæ mercedis. Strenui milites, ſummi armorum duces, exercituum Imperatores, ac Reges, cur inuadunt in aliorum regiones, & hoſtiles, procul à dulciſsimis laribus, & eorum Regno, ubi omnibus diuitiis, & delitiis ſolent abundare, niſi quòd ſperant non tam ſui Regni fines, quàm ſui nominis famam ampliare? Profectò uoluptatibus blandiſſimis animantium dominis pręcipites ferremur, niſi à vitiis ad uirtutes ſperatæ gloriæ dulcedo nos abduceret. Laudanda eſt, quæ ad virtutem inflammet ambitio [x], & æmulatio, illuſtrium uirorum exemplo; Alexander cognomento magnus, tum Philippi patris uictoriis, tum Achilli ad eius ſepulcrum illachrymans inuidit, ipſique Alexandro Cæſar dictator apud Gades. Miltiadis triumphi excitabant à ſomno ac torpore Themiſtoclem Athenienſem. Theſeus ęmulatus eſt Herculi, Craſſus Pompeio in re bellica [y]. In pictura æmuli fuerunt Zeuſis [z], Thymantes, Parraſius, & alij. De literatis, Ariſtoteles Platoni [a]; Inter Xenofontem & Platonem æmulatio fuit apertiſſima; In Ciceronem Salluſtij petulantia. In Bartolum Baldi cũctis cognita eſt oppoſitio [b]. Innata eſt hominibus ambitio & æmulatio, quæ ſi uirtutis ſit, æmulantibus dignitatem parit, & quibus fit æmulatio, augetur gloria, aliis utilitas comparatur. Tametſi multo magis probandum ſit illorum conſilium, qui eo potiſsimum animo ingrediuntur ad ſcribendum, vt uiuentibus proſint [c], & poſteris, nec contra Seruatoris noſtri præceptum occultent, quaſi theſaurum, illud munus, quod liberaliter, & largè eis donauit natura [d]; homo enim homini non lupus, ſed Deus eſſe debet [e]. Etenim qui magno ingenio, & prudenti iudicio præditi, tum optimarum artium ſtudiis exculti, diuturna obſeruatione collegerint, & notarint plura, quæ à cæteris ignorentur, ij tot bonis uiderentur abuti, niſi indigentibus communicarent. Longè, lateq́ue diffundenda eſt uirtus, quod optimè fit per ſcripturam, conſulendumq́ue eſt poſteris [f]; quod ſi facere enitimur ſerendo arbores, ędificando, ac aliis rebus, quæ fragiles ſunt, & caducæ, multo magis id contendere debemus literarum monumentis, quibus Scribentis memoria conſecratur. Forſan dices ut facilè ſic turpe eſſe Scribentem labi, & legentium irriſione ludi [g]; iam reſpondi id malum quaſi Siſiphi ſaxum,

b cunctis

s Gloria uirtutis premium, Cicer. Tuſc. offic. & pro Planc.

t Honor dicitur ſignum uirtutis. Io. de Lign. in trac. de amicit. §. conſequenter, num. 4. fol. 93. tom. 6.

u Laborant ſpe pr[a]emij.
Agricolæ.
Nautæ.
Mercatores.
Opifices.
Milites.
Imperatores exercituum.
Reges.

x Aemulatio quadam non improbanda.

y Aemuli in re bellica.

z Aemuli in pictura.

a Aemuli in literis & ſcientijs.

b Baldus Bartoli æmulus. Tind. in tract. de teſtibus. capit. 1. folio 81. tom. 13.

c Finis verus, ac propoſitum Scriptoris debet eſſe, ut alijs proſit. faciũt dicta per Fortun. in tract. de ult. fin. iuris canon. & ciui. à numer. 1. uſque ad 8. folio 7. tractat. tom. 1.

d Theſaurus non abſcondendus.
e Homo homini non lupus, at Deus. l. ſeruus ea lege. ad fin. ff. de ſeru. exportan.
f Poſteritati conſulendum, non ſolùm ſerendo arbores, & ædificando, ſed etiam ſcribendo.
g Errores Scribentis tolerandi, & laudandus cuiuſque conatus. Bertach. de gab. in proœm. num. 3.

cunctis impendere, uel ſcribant, uel taceant; imò & editi errores aliquando afferunt utilitatem, cùm faciant animos rectius ſentienti ad ſcribendum[h], vt illorum euellantur errores, aliàs nihil ſcripturus forſan, niſi illam nactus occaſionem. Quin & qui libros à propriis authoribus abditos, compilare ſolent in apertum referentes, non ſunt fortaſſe damnandi, etiam ſi pro ſuis edant[i], præſertim ſi de infectis faciant perfectos, ut qui infantes à parentibus eiectos recipiunt, & pro ſuis alunt; melius enim eſt aliquid ad communem fructum afferre, quàm unius tantùm priuati rationem haberi[k]. Quàm mira humani ingenij varietas, cùm nec deſint, qui ſui proprij fœtus alios faciant parentes[l], quos putant maioris authoritatis, ut ferunt de Origene, cui multa aſcribuntur volumina, quæ ab aliis dicuntur compoſita; ſicque Bartolo noſtro aliqua ſcripta feruntur accepta, quæ verè ab aliis putantur exarata. Qui porrò libros componunt, aut operis ſunt inuẽtores[m], aut aliorum interpretes, quidam nec authores ſunt, nec interpretes; ſed vt qui ex variis lapidibus ſparſis maceriam conſtruunt, ſic iſti ex aliorum libris aliquod coaceruant; Poetæ, Oratores, Hiſtorici, & ſi qui eiuſdem generis ſolent ſuo marte (vt dicitur) inuenta promere, nunc artis præcepta dando, nunc res ſuo ingenio fabricando; In iure autem noſtro ſolus Princeps & Reſpub. aut qui ab ipſis habeant authoritatem eiuſmodi poſſunt libros emittere, nobis aliis nefas eſſe, uel explanationes legislatorum libris annectere ſanxerat Iuſtinianus Cæſar[n], & ſi contrarium morem videmus paulatim irrepſiſſe, ita ut ingenti mole, & explanantium immenſis uoluminibus prima legiſlatorum axiomata iam obruantur. Horum porrò duo diuerſa genera eſſe animaduerti, vnum vbi de ſimplici ueritate inuenienda, & oſtendenda quæratur, alterum in contrarias partes acutiùs diſputando de ſubtilitate laborat magis, quàm de ueritate[o]; ex quo fit, vt qui forum frequentant, Speculatoris, Papienſis, Angeli Aretini, Marantæ, & nouiſſimorum Scriptorum opera, ad pragmaticos pertinentia, digitis aſſiduè conterant; Obſeruationes in pandectas, paradoxa, intellectus, ſupputationes, declarationes, & eiuſdem generis plura, quæ nil contineant litigatoribus vendibile auerſentur, quòd iſtiuſmodi tractentur in ſcholis, ubi acumen ingeniorum exercetur, & ſubtiliſsimè edifferendo veritas limatur. Sic olim apud philoſophos duo librorum genera[p], vnum populariter ſcriptum, quod exotericum dicitur; alterum acromaticum, quod ſit limatius. Multis ab hinc annis nullus ferè liber exiit in lucem, qui non magis laborem authoris, & diligentiam præſeferat, quàm ingenium, & induſtriam redoleat[q], quòd breuitas vitæ, prolixitas Scriptorum, & lucri cupiditas non ſinat in contemplando diutius cõmorari, ac in rebus, (vt putant) inutilibus tempus fruſtrà conterere. Inter hos autem libros diuerſos alij interiecti ſunt medij, quorum Scriptores omne (vt ille ait) tulerunt punctum, è quibus veritas habeatur in foro, & ſubtilitas redundet in ſcholis, quod Acurſius, Bartolus & alij, leges explanando præſtiterunt. In iuris noſtri cõpoſitione, quędã præcipua accidunt, vt illud, quod hęc ſcientia non ſit nobis tradita per generales regulas[r], nec in certa

genera

h *Errores Scribẽtis impellunt alios ad melius ſcribendum.*

i *Libri compilati, & aliqui ſine nomine, vt tract. tom. 2. fol. 2. & tom. 15. fol. 12.*

k *Aliena edere utilius eſt, quàm pati, ut pereant.*

l *Iaſ. in l. quidam cùm filiũ, n. 39. cũ ſeq. ff. de uer. obl.*

m *Librorũ aliqui ſunt inuentores, nõ nulli interpretes, quidam nec authores, nec interpretes*

n *Iuſtinianus edixit ne ſuis libris adderentur commentaria. l. 1. §. noſtrã. C. de uet. iu. enucl. Alc. libr. 9. c. 26. parer. iuris titulus.*

o *Libri vel in ueritate tantùm rerũ verſantur, vel de ſubtilitate laborãt. Rebuf. in cõmẽ. ad conſt. Regni in epiſtola ad lectorem.*

p *Cic. de fin. lib. 5.*

q *Libri hodierni temporis non ingenium redolent, ſed laborem ac diligentiam.*

r *Scientia Iuris ciuilis non eſt tradita per regulas generales, ſed per indiuidua. Dy. in c. nullus pluribus, de re. iur. in 6 Gribal. de modo ſtudendi. cap. 11. lib. 1.*

genera conſtituta; ſed per indiuidua Iuriſconſultorum reſponſa, & Cæſarum reſcripta, ex quibus poſteà interpretes elicuerunt theoremata præſcribendo normam, ad quam dirigendum ſit quicquid de Iure ciuili, uel in controuerſiam, & diſputationem vocetur[s], vel lites dirimendo ſtatuatur; hoc præter eos, quos ſupra diximus, optimè perfectum eſt à pluribus, qui multo artificio ſcripſerunt libros ab ipſis tractatus nominatos[t], vbi diſtinctè dicitur quodcunque pertinet ad rei propoſitæ argumentum, incipiendo à diuiſione, & diffinitione, tum cauſas, vim, ac affectus ſubtiliter, & copioſè explicando. Alterum quoque quod uideri poteſt mirandum in Iuris ciuilis contingit diſciplina, vt qui minus acumine ingenij polleant, libros aliquando populo edant magis plauſibiles, & minori labore, quàm illuſtri ingenio præditi ſumma induſtria conſequantur[u]; cùm popularis hæc videatur ſcientia, quæ à vulgi opinione multum pendeat[x]: ingenioſi uerò facilè veniunt in ſuſpitionem rudium[y], qui ſapientiam ſæpè appellant calliditatem, nec eiuſmodi authoribus, nec eorum libris fidem habent. Scribentique aliquando minus ingenij, & laboris, plus tamen honoris contingit, dummodò utilitas legentibus gratiſſima afferatur, præſertim ſine multa eorum moleſtia; adeò ut quamuis ex nonnullis artibus, quædam oblectatio capi ſoleat, ex hac emolumentum, & quæſtus potiſſimum quęratur, iamque ars incipiat eſſe minus difficilis, & obſcura, etſi longè, lateque diffuſa, ita ſatietate legendi defatiget, ut aliquid cogitandi tempus, & animus eripiatur, & (quod ſine multa nauſea fieri non poteſt) eandem penitus rem bis mille in locis repoſitam legere, & relegere contingat[z], ita ut illud Pythagoricum optimè in iſtis libris agnoſcas, quòd unus in alterum, imò plures in unum mirabiliter & miſerabiliter transferatur, & mutato ſolùm libri nomine eiuſdem argumenti plures authores glorientur, & plura uolumina circumferantur, ut ſi quis quod ſuum eſt repoſceret, aliquis interdum ſpoliatus, ut illius cornicula plumis ablatis moueret riſum. Et quemadmodum multi homines, quibus idem ſit nomen, exempli cauſa Ioannes, cuncti eodem Ioannis nomine ab aliis nuncupantur: ſic qui eiuſdem penitus argumenti libros contexunt, ſinguli nominãtur etſi nihil addant de ſuo[a], & ob id plerique, quos uafros dicam an prudentes, eam ſcribendo ſeligunt materiam, quæ in uſu quotidiano ſit poſita, vt ipſorum quoque nomen, quamuis eodem ſemper cum aliis reuoluantur, in ore, ac ſermone hominum frequenter verſetur. Si maiorum noſtrorum ætate morem hodiernum ſeruatum uideremus, refertæ eſſent libris Iuris peritorum omnes mundi officinæ, cùm nemo fuerit alicuius nominis, nec hodiè ſit Iuris peritus, qui ſignata reſponſa conſultoribus non reddat, quę omnia ſinguli typis excudere tam diligenter curent, quis ex contritis linteis papyrum conficiet, ubi ſatis omnia ſcribentur[b]? Nimirùm ſunt aliqui ſui fœtus amatores, qui nihil unquàm ſinunt perire, cuiuſdam hominis inſtar, qui quod noctu ſomniabat, ſummo mane experrectus, ne obliuione traderetur libris commendabat. Satius (niſi iudicium me fallit) nomini ſuo

s Ariſtot. 1. phiſ. com. 2. metaphy. Porph. in lib prædicam. in c. de ſpecie ac indiuiduo.

t De tractatibus Iuris ciuilis.

u Libri Iuris ciuilis minori ingenio compoſiti aliquando plus placere.

x Iuris ciuilis profeſſio popularis pendet ab opinione vulgi.

y Ingenioſi facilè ueniunt in ſuſpitionẽ vulgi.

z Libri in librum transfuſio, vt de una anima in plura corpora ſecundùm Pythagoram.

a Scriptores ſumunt materias quotidianas, vt ipſorum mentio fiat, quãuis nihil dicant de ſuo.

b Natura non ſinit colligi omnia quæ apparent.

ni ſuo

ni ſuo conſulerent ſi qua prælud ij quaſi loco exarata perire deſiiſſent contenti fructu, quem ex hac cœperint exercitatione, qua ſcribendo ingenium & prudentia plurimum acuitur[c]. Compeſcenda eſt tanta noſtrorum temporum ſcribendi ambitio, dicam an inſania; & abſtinendum ne omnia inſulſa, & nullo aliquando iudicio exarata ſine ſale, ſine methodo emittantur, quę tanquàm inter mortua prius uideantur ſcripta, quàm cogitata. Selectioque habenda, agricolarum more, ſi enim diligenti educentur cultura ſingula virgulta ſponte ſua naſcentia, breui tempore omnis ager erit ſylua[d]; ergò vt inutilium fit ſarmentorum amputatio in vitibus, ſic in iſtis ſcribendis imitemur naturam, quæ non omnes flores in arboribus emiſſos ſinit conuerti in fructus, ſed turbine, ardenti Sole, nimio frigore, aliiſque cauſis ſæpius permittit plurimos euaneſcere. Admirabilis certè eſt in hominibus diſsimilitudo non modò corporum, ſed animorum; quot uideas humilioris fortunæ, qui coguntur non tantùm mutuo, ſed etiam fęnori pecunias ſumere vt ſumptuoſiſsima extollant ædificia, & alienis numis ampliſsima mercentur prædia? Contra verò, qui auri reconditos habeant aceruos, nec numum quidem ex arca uelle eruere, quo lapſas ædes reſtaurent. Idem in Scriptoribus, quorum aliqui nimium forſan moroſi, ac putidi, nunquàm ſibi ipſis ſatisfaciunt[e], multa inueniunt, plura notant, nihil emittunt, ſed tabeſcere, & demùm perire ſuas ſinunt lucubrationes. quod uitio datum eſt Apelli, ut neſciret unquàm tollere manum de tabula[f]; contra alij in ſuis inuentis conniuendo geſtiunt, & contineri nequeunt, donec proponant in publico opera non dico abſoluta, ſed uix inchoata, vt perdifficile ſit mediam eligere uiam, qua uitioſa extrema euitentur.

LOngior quàm par ſit, noſtra fieret diſputatio, ſi quæ ad methodum ſcribendi ſpectant proſequerer diligentius, quo nomine Iaſonem pręceptoré ſuum, Alciatus plurimum commendat[g]. Ego uerò poſt Bartolum aurigam, ex poſterioribus Philippo Decio daré primas[h], qui copioſa breuitate, miro ordine in ſuis interpretationibus utitur, vt Alexander Tartagnus in reſponſis ſuis componendis; explanationes enim non tanta diligentia uidetur contexere uoluiſſe. hic porrò ordo in diſputatione, & elocutione conſiſtit. Primum nō uidetur in Iuriſperitorum libris multum curari, quorum aliqui non aliàs diſtinguntur, ſed pleraque ex uoluminis magnitudine ſolùm metimur[i], vt illa reſponſa, quæ ab ipſis conſilia dicuntur, ubi non fit capitum diſtinctio, titulorum, aut librorum, ſed tunc cenſetur ad metam perductum volumé, cùm eius ſit magnitudinis, ut uix baiuli manibus geſtari poſsit. Alterum uerò in controuerſiam iam diù fuiſſe uocatum à philoſophis legimus, & vehementiſsimè diſceptatum, dum aliqui eloquentiam in philoſopho non deſiderari contendunt; ſed vt rebus & doctrinæ ſatisfaciat, ſic Iuriſconſulti non in lingua, ſed in corde eloquentiam habere debent[k], nec orationem decere comatá, quemadmodú nec in uirginis facie probétur fuci, & calamiſtri; quòd hęc ſciétia doceri conténta ſit, ornari auté ſe nō patiatur, reſq; ipſas ac ſentétias ponderari oporteat, non inani uerború ſono oblectari. Contra uerò aliqui ut ré puram, & quaſi ſacram

c Exercitatio ſcribendo facienda quæ prodeſt. L. legatis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3. ubi Bart.

d Naturæ imitanda in rerum affluentia, & patiendum aliqua ſcripta perire.

e In Tardos Scriptores.

f Apelli obiectú, quòd neſciret tollere manum de tabula.

g Alciatus pærer. lib. 5. cap. 26.

h Bartoli, Alexã. in reſponſis, & Dec. methodꝰ laudatur.

i Libri conſiliorú non diſtinguntur in uolumina, aut capita, ſed eos metimur magnitudine. idem aliqui dicunt eueniſſe de infortiato in tub. ff. ſol. mat.

k Eloquentia & ornatus uerborum non adhibendus in libris Iuriſperitorum & ſententiæ tum ponderandæ Pat. de ſynd. §. ſequitur. nu. 2. ſed contra infra.

cram lutulentis manibus non eſſe contrectandam, ſic Iuris ſcientia nitidiſsima, ſordidis verbis non debeat inquinari [l]; nec modo ornatum verborum non aſpernetur, ſed eo tanquàm pretioſa veſte induta, ſpectatior, & lætior incedat. At inquiunt nomina rerum pendere à natura, quæ ſimplici ueritate contenta, nimio hominis artificio interdum deformetur potius, quàm illuſtretur, ut marmorea domus dealbata pulchritudinem ſuam amittit, & ſatis ſit quibuſcunque uerbis ſenſa, & cogitationes noſtras explicare. Age uerò cur templa vbi colitur diuinum numen, quod nihil indiget humanis opibus, tanta altitudine, excellentia, diligentia, tam expolito marmore cælata tanto hominum labore, ac induſtria, tanto opere, diuturno tempore ædificantur? cur tot argenteis, & aureis uaſis, tot gemmis eorum aræ exornantur? fruſtra ergo tanta religione, ſumma cærimonia ſacerdotes purpurati pretioſiſſimis ueſtibus ornati infulis etiã aureis thura daturi, & odores incendentes ſacrificium faciunt, tam admirabili pompa. Si naturæ tantùm neceſſitati velimus ſatisfacere, nec ex hominum operibus aliquam oculis, auribus, & cæteris corporis ſenſibus uel animi præbere oblectationem. Valeant pictores, ſtatuarij, & quicũque ingenioſi artifices, qui mira uenuſtate calceos, & veſtimenta indies noua inuentione lepidiùs & belliſſimè fabricari laborant. Qui ruri habitant, agricolę veſtitu obſoletiore, & ſordido palliolo, humilique ſocco à frigore defenduntur; at urbium incolæ nobiliores ſplendidiſsimis, atque ornatiſsimis ueſtibus, non tam frigus ſtudent depellere, quàm purpura fulgere, vt inſignes, ac illuſtres conſpiciantur. Qui ergò ruſticorum more ueſtiri indignantur, cur eorum ſermone vti non erubeſcant, quòd oratio animi indicium ſit, ueſtis corporis tegumentum. Hiſce, & aliis pluribus hi, & alii inuicem acerrimè altercantur; Mea uerò hæc eſt ſententia, multa reperiri, quibus carere ſine reprehenſione non poſſumus, iis tamen ſine ceſſatione ſemper uti minimè deceat. Veſtimenta habemus hyberna, ac æſtiua, vt alternis temporibus eorum ſit uſus opportunus. Locuples paterfamiliàs habere debet, animi cauſa rus amænum, at uillas aſsiduè incolere, urbe relicta, turpe eſſet; Viro nobili opus eſt alere equm, ſed aſsiduè equitare non conuenit, modo enim pedes ire debet, modo eques. Si matronæ generoſæ ſtirpis deeſſent ueſtes prætioſę, lauta ſuppellex, margaritæ, & alia muliebria ornamenta dedecus uideretur: at ſi ita ornata popinas exerceret, omnium irriſione eſſet ludenda. Quòd locorum, temporum, ac perſonarum in omni actione habenda ratio ſit: ſic Iuris profeſſorem bene dicendi artem tenere oporteat, eam autem ſine intermiſsione nõ deceat exercere [m]. Si reos patrocinio ſuo apud ſubſellia defenſurus, iudicẽ (vt fieri ſolet) forſan offendat bonis literis & eloquentię infeſtũ [n], qui ſolũ Aretini, Marſilij, & aliorũ de criminibus puniẽdis libros euoluat, nõ lænocinia uerborũ affectet, non trocheo, aut choreo orationẽ corã ipſo terminari ridiculè ſtudeat, ne iudici eiuſmodi epulis non aſſueto ſtomachũ moueat. Cumq; auditoribus ſit aliquod iuris reſponſum, uel reſcriptũ explanaturus [o], nõ tam exquiſitũ, inflatũ, ac retruſum dicẽdi genus eligat, ut putidulus uideatur inter

 pres au-

l Bud. in pand. fol. 44. & 45. 1. part. Alci. in præfat. ad tit. C. de eo quod int.

m Iuris profeſſ. Ter tenere artes habeat benedicẽdi, at nõ ſẽ per utatur.

n Lænocinijs uerborum non utentiũ, apud iudicem infeſtum bonis literis.

o Explanando auditoribus non afferẽ da uerbi abſtruſa, nec interpres ſit obſcurior authore. Rebuf. in rep. l. un. n. 169. C. de ſent. qu. pr. eo quod int. & ibi Bereng. n. 272. Pet. Leſnau. ĩ trac. de Docto. priuileg. 4. par. q. 6. et q. 11. trac. tom. c. Ioan. An. in proœ. 6. lib. Goff. & Hoſt. in ſũ ma de magiſt.

pres authore ipſo obſcurior[o]. In reſponſis quoque iuris ſignatis interdum reddendis (ubi multa aliorum Doctorum minus eleganter ſcripta ſolent coaceruari) non aliquem pulchrum Ciceronis periodũ[p], quaſi gemmam maximi pretij in plumbeum anulum temerè inſerat. Demùm cum quælibet ars habeat pręcipua quędam & peculiaria uocabula[q], quę mutari nõ poſſunt, quin ipſa quoque ſcientia magnis inuolucris obnubiletur, popularibus uerbis, & vſitatis vtatur. Cùm uerò in demonſtratiuo, deliberatiuo, aut iudiciali genere orationem habiturus ſit, tũc omnem ingenij, & eloquentiæ vim effundat[r], & quàm maiori poteſt artificio, uerborum habeat delectum, ſententias uerbis illuſtret, & pro viribus caueat, ne oratio fluens, diſſipata, & numeris carens proferatur; ſed puris, & electis uerbis compoſita ſplendidiſſima, atque ornatiſsima eluceat, ut Periclis Athenienſis exemplo fulgurare, ac tonare uideatur[s]; atque in ſumma cum Oratoribus de eloquẽtia, cum iuris tantùm Doctoribus de Iuris ſcientia æqualiter certet[t]. Sed quamuis in uerborũ delectu nimis moroſum Iuriſconſultum non expetam: tamen exquiſitam rerum & uocum compoſitionem requiro, ut nihil redundet, uel deſit; at breuitas ſit ſine obſcuritate; nec quidam interpretes imitandi, qui eandem in ſcriptis adhibent affluentiam ſermonis, qua diſcipulis ore explanando utuntur[u]; Tum quòd rudibus vt plurimum interpretamur, ſcripta uerò etiam ad manus Doctorum ſoleant peruenire; tum quòd oculus arbiter ſit acrior, quàm auris. Qua in re (vt in aliis) admirabilis eſt Ariſtoteles[x], in cuius libris, nec uerbũ adimas ſuperuacaneum, uel addas neceſſarium; cuius uidetur hac in re fuiſſe imitator D. Thomas Aquinas[y]. In iure autem Pontificio Innocentius, Ioannes Andreæ, Archidiaconus, Hoſtienſis, Cardinales, Calderinus, & Zabarella, Præpoſitus, Ancharanus, & ſi qui ſimiles[z]. In Iure uerò ciuili Azo[a], Petrus Perticenſis, Dynus, Cynus, & omnium maximè Bartolus, Angelus, Paulus, Franciſcus Aretinus, Socini ueteres, Claudius Seyſellius, & pauci alij. Non deſunt tamen eruditiſſimi Scriptores, qui ad hanc rem noluerint conferre diligentiam, ſed calamo quaſi currenti de rebus tantùm ſoliciti, ac ſententiarum ueritate hunc artificioſum ſcribendi modum non curent, ut Diuus Auguſtinus ingenio ac doctrina ſingulari[b], & ex noſtratibus Baldus, & aliquando Alexander, quibus ſi ob ſummam illorum excellentiam id condonetur, qui tanquàm amnes incitatiores noluerint curſum cohibere, ſenſuum, quę ob ingenij fæcunditatem aſſiduè ueniebant in mentem, non ideò ſimilis ſit concedenda licentia inferioris ordinis Scriptoribus[c], quibus làborandum eſt, vt modos, quibus placere poſſint, undique expiſcentur. Qui igitur ita compoſiti erunt libri, an ſtatim in publico proponi debeant[d]? uel ex Venuſini poetæ præcepto nonus debeat expectari annus[e], donec minus inuentionis amor refrigeretur? Quod non ſat uideo quantum proficiat, cùm ſemper in ipſomet authore eadem uigeat philautia,

p Conſilia & reſpõſa Iuris ſine affectatione ac elegantia uerborum reddenda.

q Scientia quælibet habet ſuum proprium modũ loquẽdi, & uocabula peculiaria. Philoſ. 1. poſter. Spec. in ti. de adu. §. nunc de exordijs, Fr. Ponzi. in tract. de lam. n. 26. fol. 34. tom. 15.

r Iuris profeſſor habiturus orationẽ, utatur omni artificio in uerbis, ac ſententijs.

s Pericles Athenienſis orando dicebatur tonare, ac fulgurare.

t De eloquentia cũ Oratoribus, de iuris ſcientia cum Doctoribus certandum.

u Interpretandi ore ac explanandi diuerſus modus, quã ſcribẽdi, Lu. de Pẽ. ad l. magiſtros. col. 1. in fi. C. de prof. et med. lib. 10.

x Ariſtoteles admirabilis ẽt in uerborum cõpoſitione.

y D. Thomas Aquinas in hoc uidetur imitatus Ariſtotelem.

z Pontificij iuris Scriptores sũmi clara uſi breuitate, & qui.

a Idem in iure ciuili qui.

b D. Auguſtinus in ſacra Theologia, Baldus noſter in iure non curarunt artificium orationis, ſed rebus tãtùm ſtuduerunt.

c Hodiernis Scriptoribus non ſit licentia ſcribendi ſine arte, ac ſelectu.

d Tempus dandi forat libros compoſitos.

e Horatij poetæ ſententia de noto anno non probatur.

lautia, quæ non ſinat cùm de ſuis rebus rectè iudicare, nec probare aliena, ut mirum ſit à parente generari filium ualde abſimilem [f], quippè quòd ſui ipſius amor gignat odium in alios ac inuidiam. Melius forſan Platonis præceptum [g], ne cui liceat, quæ compoſuerit edere in vſum publicum, antequàm à iudicibus huic muneri præfectis, fuerint diligenti ſtatera ponderata & comprobata. Nec iſtud quidem mihi uidetur ſatis, cùm perdifficile ſit tales inueniri Ariſtarcos, qui prudenti, ac ſyncero iudicio poſſint omnium Scriptorum delectū, & diſcrimen habere. Quid ergò faciendum? nimirum, ut loquendi, ſic ſcribendi omnibus detur libertas [h], & quiſquis uel optima proferat, uel ineptias effutiat ſuo arbitratu; Tum ueritas temporis (vt dicitur) filia aliquando euceſcet, ſaltem apud poſteros [i], vbi ſine amore, aut odio in Scribentem, de eius opere iudicabitur; utque liberis, ita libris continget, ut quidam adhuc infantes extinguantur, aliqui adoleſcentes diem ſuum obeant, pauci uirilem attingant ętatem, rari ad extremam perueniant ſenectutem. Idem igitur erit exitus librorum [k], ex quorum authoribus ij felices dici poterunt, qui perpetuò uiuēt: vt in qualibet ferè diſciplina primas ſedes videmus iamdudum eſſe occupatas ab iis, qui per tot iam ſecula omnium hominum ore celebrantur. Quod non inficior ex Scriptoris proficiſci excellentia, tamen interdum dubitaui ne & iſtud fato fieret, cùm uideam vt in aliis humanis rebus ſic in libris fortunam uehementer dominari [l].

HÆC habui, Franciſce amantiſſime, quæ de ratione, & modo ſcribendi ſentirem: ſi itaque in vno eluceant uniuerſa, quæ diximus (ut in te ipſo admiramur) magnus ille vir meritò exiſtimabitur, ex cuius ingenij ſemine mirabiles colligentur fructus; at cui aliqua deſint, nō ideò deterritus abſtineat à ſcribendo, vt non à ducenda vxore, & liberis procreandis abhorret [m], qui non admodū eleganti ſit forma. Fortiter tamen ferendum eſt, tū benignè excipiendus quicunque edatur fętus, cùm in ſecundis, tertiiſque conſiſtere non ſoleat vituperari. Tibi igitur [n], quē omnibus ſcientiis præditum eſſe immortalia tua teſtantur monimenta, mirùm immodum gratulor, quòd tam ſingulare ſpecimen dederis ingenij, prudentis iudicij, & doctrinæ admirabilis; qui ætatem tuam florentem, & iam confirmatam non in uoluptatibus homine docto indignis impenderis, ſed in laboribus, & bonis diſciplinis aſſiduè exercitatus: & ſi negocia publica, & amicorum in patria, & Neapoli gerēdo [o], patrocinium tuū indigentibus nunquàm defuit: tamen doctrinarum ſtudia minimè intermittens, tantum opus noctibus puto lucubratum, tam perfectum, ac elaboratum ſemel atque iterum in apertum retuliſti. Hic labor à te exanelatus & ſuceptus ſtudioſis nō modò vtilis eſt ſed neceſſarius; in tuos enim libros diſtinctè, ſubtiliter, & copioſè cuncta ferè translata ſunt [p], quæ ex infinitis penè uoluminibus diffuſa, & diſſipata diligenti ſtudio, & indagatione per longum tempus difficillimè colligi poſſent. Vt ingrati nomen meretur, qui gratiam non habeat monſtrāti ſibi viam [q], qua citiſsimè, & ſine incommodo ad locum deſtinatum perueniat: ſic ingratus, & verè inuidus nominari poſsit, ſi quis gratias tibi ingentes

f Pater gignit filium ſibi diſſimilē videlicet amor ſui, odium in alios.

g Platonis pręceptum de eligendo iudices antequā libri ederentur, nō ſatis.

h Libertas libros edēdi ut loquendi cō cedenda.

i Veritas tēporis filia eluceſcet apud poſteros de librorū præſtantia.

k Liberorum & librorum interitus ſimilis.

l Fortuna, & Fatum etiam in libris videtur dominari.

m Abſtinendū non eſt à ſcribendo cui aliquid deſit: ſicut non ab uxore ducenda qui forma nō ſit ualde eleganti.

n DE FRANCISCO VIVIO.

o VIVIVS aduocatus in patria, & Neapoli.

p VIVII in libris omnia diſtinctè continentur, quæ in uoluminibus propè infinitis ſunt diffuſa.

q VIVIO qui neget ſe debere, ingratus ſit ac inuidus.

gentes non agat, qui compendiariam hanc diſcendi viam oſtendas, & immenſum, ac profundum Iuris noſtri pelagus cum parua cymba tutò & ocyus tranare docuiſti, quanquàm neminem inueniri puto, qui te miris laudibus ad cœlum uſque non extollat, & mirificas agendo gratias induſtriæ tuę ſe plurimum debere ingenuè non fateatur. Qui iuris ediſcendi ſtudio è Gymnaſiis nondum ſint abducti [r], ex tuis libris doctrinam, ut infantes lac, & præmanſum cibum facilè imbibent. Publicis profeſſoribus argumentorum copia [s], rerum ſylua & uarietas, maximus numerus authorũ ſuppeditatur, dum tanquàm ſapiẽs belli Imperator denſiſsimas inſtruis Scriptorum acies, qui inuicem pręlientur, demùm tua opera & iudicio ad iciendum fędus adducuntur. Sine Azonis ſumma non eſſe ad curiam accedendum, olim quaſi prouerbij loco uſurpari ſolere memoratur, hodiè ſine VIVII libris nullus aduocatus, cauſidicus, uel quilibet pragmaticus ſe cõferre audeat in forũ [t], vbi vt de Pytagora olim ſui diſcipuli ipſe dixit, ſic VIVIVS Communem Opinionem eſſe teſtatur, cùm iudices audiunt, tanto freti teſtimonio, ſuas ferunt ſententias. Quare ſi hoc tuum inuentum colligendi Communes Opiniones conferatur cum aliis generibus ſcribendi, ſine controuerſia cunctis anteponetur [u], ſiue Scriptoris laborem, diligentiam, & induſtriam metiamur, ſiue legentium utilitatem ſpectemus. Non inficior tractatus, quos vocant, multo artificio, atque eruditione compoſitos laudari [x]: verùm, cùm ij vnum duntaxat Iuris argumentum tractandum ſuſcipiant, tui verò vniuerſam Iuris ſcientiam iucunda varietate complectantur, tanto illis antecellunt, quanto vniuerſa ciuitas vni tantùm homini præſtat. Non enim ſemper lites intenduntur de dotibus, de iudiciis, de pignoribus, de compenſationibus, & aliis eiuſdem generis, quorum proprij ac ſeparati ſint tractatus; adeò vt cùm de aliis diuerſis rebus contingat diſceptari, eiuſmodi libri iaceant pulueruIenti. At de Communibus Opinionibus ſemper ſoliciti in quacunque lite anxiè inquirimus vt victoriam reportemus; Vt lætatur inuento lepore venator [y], ita incredibili triumphat gaudio cauſarum patronus, vbi inuicem cùm aduerſario orta altercatione, Communem ſtare Opinionem pro ſuo cliente Iudici poteſt oſtendere, authoritate alicuius Scriptoris, cui ob id benè precatur, illiuſque doctrinam, ac teſtimonij veritatem cõmendans, non minus authoris dictum, quàm clientis cauſam pro viribus tuetur. Ad has porrò Communes Opiniones ſimul connectendas, quantum temporis inſumendũ [z]? quantum ſtudij adhibendum? quot omnium Scriptorum abditiſsima loca lynceis oculis luſtranda? quàm exactè argumenta rationes, ac ſententiæ ponderandæ? nomina ſingulorum numeranda? ne vno, aut altero prætermiſſo, uel imperitia notetur, vel non integer teſtis detegatur. Vt ex diuerſis pratulis uarios & ſelectos carpiunt flores corollam contexentes, ſic ex plurimis libris Communes haſce Opiniones excerpere opus eſt. Quidam laborioſum hoc eſſe magis quàm ſubtile per calumniam vociferantur, ego utile uerius quàm futile appello [a]; tamẽ ab iſtis peto, cur ſubtile dici non debeat eiuſmodi ſcribendi genus, quòd totum elici oporteat, ex multorum interpretum

inter ſe

r VIVII libri utiles commorantibus adhuc in Gymnaſiis.

s VIVII libri proſunt publicis profeſſoribus.

t VIVII abſque libris non accedendum in forum.

u Communium Opinionum opus aliis anteponendum, & quare.

x Tractatus unã tantũ materiã, Communes Opiniones uniuerſam complecti. Bertach. de gab. in proœm.

y Aduocatus lætatur inuenta Communi Opinione, vt venator inuento lepore.

z Labor maximus ac ſtudium in coaceruandis Communibus Opinionibus.

a Vtile opus Communium Opinionũ. conſtat enim. l. non eſt uериſimile. ff. quod met. cau. ſumptam ex lib. 5. Opin. Domitij Vlpiani, ipſumque libros ſex Opinionum ſcripſiſſe, vt apud Bernardinum Rutilium in vita Vlpiani.

inter ſe diſſentiendum diſputationibus acutiſſimis[b], ubi ſingula arguméta uoluuntur, & reuoluuntur in utranque partem, repercuſſa diſceptando refelluntur, iterum retorquentur, & centies ventilata, atque excuſſa eorum cognitio multis obſtructa difficultatibus capi non poſsit ſine magni ingenij acumine, quòd lumen præbeat ad euadendum ex tot obſcuris & longis anfractibus, tricis, & labyrintis, quibus irretiti miſerè torquentur, cùm ſe ſe nequeant ex iſtis laqueis expedire. Adde quòd tu non ſemper teſtis, at ſæpè etiam Iudicis munere fungi ſoles, non modò aliorum referendo ſententias; ſed tuum interponens iudicium nouis excogitationibus, Communes interdum Opiniones confutas[c], aut quorũdam aculeis labefactatas atque conuulſas erigis, ac ſuſtentas. Quid igitur ego iudicem de tuis libris, ex quorum pręſcripto iudices iudicãt, controuerſias dirimẽdo[d]? Digni perpetuò uolitare per docta virorum ora[e]. In quibus cùm non uno tantùm in loco (quæ tua eſt humanitas) nomen quoque meum honorificè apponi volueris, & quòd me non nunquàm magiſtro uſus fueris profitendo[f], immortales pro immortalitate, quam mihi dediſti gratias ago; ſic enim ſpero quòd teſtimonio tuo ampliſſimo unà tecum ſemper ſim vixurus, vt hedera arborem complexa in ſublime fertur, & uerè dici poſſit multos diſcipulos meliores eſſe ſuis pręceptoribus, quod ſenario Græco optimè ſignificatur: πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.[g]

HIC locus capi poſſet opportunus ad facti mei rationem, quam repoſcis reddendam: ſed cùm admoneamur de nobis ipſis in neutram partem eſſe loquendum[h], ſolùm referam breui ſummam cuiuſdam ſermonis inter aliquos prudentes, ac doctos uiros hac de re habiti, dum inuicem colloquendo percuntarẽtur, cur ego nullum adhuc pangerem opus, quod appareat, & quòd omnibus aliis calentibus, ipſe ſolus frigerem; & cunctis ubique laborantibus, gurguſtiolum ſaltem Diogenis exemplo non reuoluerem; quod illi poſteà ſic uehementiſsimi tuebantur an RANALDVS[i], & ſi quis ſui ſimilis (de vniuerſis enim Iuris ciuilis interpretibus nunc agimus, qui in contentionem, & comparationem ueniant, cùm eiuſdem Iuris Scriptoribus) videantur turpi languere otio, qui clientum cauſis ſemper extet patronus, conſultoribus aſsiduè reſpondeat, qui in publica Iuris ciuilis interpretatione[k], in primis ſemper ferè conſiſtens ætatem conſumpſerit in hoc & illo celeberrimo Gymnaſio, quorum alterum eius voce quotidiè perſonat? à cuius ore per tot annos plura millia iuuenum (quod cùm ueriſſimum eſſe, palàm ſit, uitioſa foret verecundia, & forſan inuidia tacere) attentiſſimè pendeant? è cuius ludo tot indies prodeant, cauſarũ patroni[l], iudices ciuitatum, ac prouinciarum rectores, & ipſi demùm librorum Scriptores, ibi edocti iudicia, ac leges populis adminiſtrare? in cuius frequentiſſimo auditorio omnibus temporibus affulgeant, tanquàm cęleſtia ſydera ſummorum Principum filij, qui maioribus mox ſacerdotiis, nec ampliſſimos excipimus Cardinales, vt Domini amantiſſimi præceptorem amore & honore proſequantur? Ex libris vtilitas legentium, & gloria Scribentium quęri ſolet, quorum vtrunque plena manu præſtat Iuris ciuilis interpretatio; nimirùm

b Subtile opus ac ingenioſum colligere Communes Opiniones, & iudicio opus eſt.

c VIVIVS multa dixit de ſuo, & iudicauit aliena.

d Ex VIVII ſententia, iudices ferũt ſententias.

e VIVII libri digni volitare per docta ora virorum.

f VIVII modeſtia profitentis aliquando uſum præceptore ipſo RANALDO.

g Diſcipuli multi meliores magiſtris.

h De nobis ipſis in neutram partem loquendum.

i Sermo & iudicium nonnullorum ſapientum, cur RANALDVS plura ſcripta non emitteret.

K Publicorum Interpretum ore, comparatio & contentio cum Scriptoribus.

l Docere homines ſciẽtia, non minus eſt quàm ſubminiſtrare alimẽta vitæ. vt poſt Bern. Zaſ. ad l. 2. §. Iuris ciuilis ſcientia. ff. de ori. iu.

mirùm fructus vberrimos capi videmus ex voce Doctoris, quem in ſumma quoque librorum copia deſiderari Cicero teſtatur [m]. Quis porrò publico profeſſore illuſtrior? cuius dicta conſtanti fama celebrantur per tot auritos, & oculatos teſtes præcones illius uirtutis, quæ ſæpè eorum prędicatione fit maior, & vt dicitur de manu in manum, ſic de ore in ora latiſſimè diffunditur. Contra verò quanta volumina conſpicias in bibliotecis, ſitu & in ſordibus iacentia, quorum authoris nomen, vel penitus ignoretur, vel ſi quando ad aliquorum aures perueniat, paucíſsimi ſint, qui eum de facie norint; cùm ipſius publici interpretis vultum, ac geſtum innumerabiles ſpectatores intentis oculis contemplentur, quorum animis impreſſam pręceptoris imaginem omnibus notam facere non deſinant; vt Cleanthes Zenonem, cui aſsiduam nauabat operam diligenter expreſsit. At ſi obiiciatur, quòd ore docere non habeat dignitatem, nec Doctoris diuturnam conſeruet memoriam, ſcriptis uerò immortalitatem comparari [n]; tunc fatendum erit, omnes dici ſeruiles, quos inſtituendi alios cura attingit; Quis verò eſt ſummus magiſtatus, uel magnus Rex, qui populorum commodis non ſeruiat? non igitur reprehenſione carebit Socrates; dignitati Platonis labes aſpergetur, Ariſtotelis, & M. Tullij minuetur gloria, qui omnes ludum aperire [o], eorumque domum tanquàm ſapientiæ officinam his, qui eos audiebant erudiendis patere voluerint; vt Azonem [p], Acurſium, Bartolum, Baldum, & alios Iuris ciuilis profeſſores clariſsimos omittamus, quorum paucos numeres, qui prius verò fuerint ſummi interpretes, quã magni euaſerint Scriptores: prius enim legere diſcimus quàm ſcribere à primis incunabulis [q], & rudimẽtis, ſic enim libet, ſi licet, in re graui lepidè iocari. Tum gratiſsimi interdum diſcipuli magiſtrorum nomina ab obliuione hominum, & ſilentio ſolent vindicare, vt Plato Socratis [r], qui nihil ſcripſit, ſermones ęternitati conſecrauit. Age porrò, quis munus publicè docendi, & homines erudiendi honorificentiſsimum dicere non debeat? quo fungi non recuſauit æterni numinis filius dum terras incoleret [s], quotidiè concionando vt latentem veritatem per vniuerſum terrarum orbem gentibus omnibus detegeret? Qui hoc explanandi onus ſolent cum dignitate ſuſtinere, ingenuè fatebuntur, non minori præmio interpretum induſtriam, quàm Scribentium laborem eſſe remunerandum [t]. Pręſertim hoc tempore cùm memoriter recitare explanando ſoleant publici interpretes omnia, quæ aliquando infinita ferè ſunt. Experti ij facilè iudicant, quàm magna res ſit quotidiè prodere in publicum, de ſuperiore loco interpretaturum & ſatisfacturum, quibuſcunque auditoribus, qui aliquando curioſi & cenſores improuiſo opponuntur. Quàm graue eſt cum doctiſsimis collegis, quaſi fortiſſimis athletis maximè corona ſeptum audacter congredi, quæ pericula ſubeunda ſunt nõ tuo arbitrio, ſed ex pręſcripta Gymnaſiorum lege, uel minus bellè aliquando habens, uel animi uexet ſolicitudo, cùm nemo mortalium omnibus horis ſapiat; Quod ſecus Scriptoribus contingit, qui ſponte ſua laborem ſuſcipiunt, cùm animum habeant omni cura uacuum intra priuatos parietes & in bibliotecis abditi ſponte aliquod pangere incipiunt

m *Preceptoris & Doctoris viua vox deſiderare tamẽ Iuris ciuilis ſcientia. poſt Cicer. & alios, Rebuf. de neceſ. ſcholar. neceſ. 4. nu. 2. fol. 415. tom. 5.*

n *Docere ore, num habeat dignitatem, quòd ſic.*

o *Ludum literariũ aperuerunt. Socrates. Plato. Ariſtoteles. M. Tullius.*

p *In Iure ciuili, Azo, Acurſius, Bartolus, Baldus.*

q *Legere prius diſcimus, quàm ſcribere.*

r *Plato nomen pręceptoris Socratis, qui nihil ſcripſit ab obliuione vindicauit.*

s *Chriſtus æterni numinis filius, non indignatus, dum terras incoleret docere concionando, & aliquando munere aduocati fungendo. Tiraq. de nobilit. c. 29. nu. 19. & D. VIVIVS in Sylua Communiũ Opi. in Opin. 27. nu. 12. lib. 1.*

t *Pulchrum exẽplum, labores, munera, diſcrimina, ſolicitudines.*

incipiunt opus ſolitudinis ac otij teſtimonium, tum defeſſis aut ſatietate ca pitis libera eſt ceſſatio. Singuli ſingula, ſed non plura poſſunt perfectè abſolue re, pręſertim eodem tempore[w], & paucos uideas, imò ætate noſtra nullum, qui interpretandi publicè, & ſcribendi munere rectè penitus fungatur; aut enim explanando auditorum aures non implebit, aut ſcribendo legentium oculis non ſatisfaciat: aut enim uni, aut alteri muneri, uel forſan utrique deſit neceſſe eſt. Non igitur etiam interpretes dum uiuunt, ſua gloriola defraudentur, quam ubi amplius lingua tueri non poterant, abeuntem calamo reuocabunt. Hæc illi, & alia plura, quibus amicè, & beneuolè ornabant me, potius quàm ex cuſabant. Ego uerò non tam arctè in interpretum numerum aſcribi velim, vt ex Scriptorum grege penitus reiiciar[x]; vt enim fęmina non debet amplius appellari virgo[y], quæ ſemel fętum qualemcunq; ediderit, uel fecerit abortum: ſic nobis nomen Scriptoris omninò eripi non poteſt, à quo iudicialium orationū libellus iam olim exaratus in publicam lucem (aliorum tamen facto) prodierit, qui ſi non multę doctrinę, at magni certè laboris, & nouæ cuiuſdam inuentionis poterit eſſe teſtis; ibi enim Iuris ciuilis ſcientia (quod à nemine hucuſque factum uidimus) cum eloquentia coniungitur, quem ſi parùm olfaciant, qui ſtomacho ſint languenti; at ſpero non improbabitur iis, quibus cor ſapiat & palatus; imò etiā qui politiorem orationis elegantiam horrent, ac damnant, multa ex eo percipiant (ad legitimos præſertim filios pertinentia) unde lucrum poſſint facere, à quibuſdam tam auidè expetitum. Sed de iis aliàs, nunc ad te redeundo, cuius potiſſimum cauſa hác diſputationem ſuſcepimus, libros tuos tales eſſe cenſeo, ut comendandi ſint ab omnibus[z], quos plures admirari, pauci uerò imitari poſsint, & reprehendere nemo debeat. Gaude igitur ac tot, tantiſque tuis bonis fruere, & perge vt cępiſti quantum potes ſemper ſcribens, deque æmulis tuis (ſi qui ſint) glorioſè triumpha, dum non ſolùm uiuos atque præſentes; ſed poſteritati quoque ſeruiendo, etiam qui poſt mille annos naſcētur erudias, & immortalibus tuis monimentis perpetuò viuas.

[w] *Plato d. dialogo 3. de republica.*

[x] *RANALDVS ex Scriptorum grege non penitus reiiciendus.*

[y] *Virgo non dicitur quæ ſemel peperit, uel fecerit abortum, l. mulieris, & ibi Doct. ff. de uer. ſig. l. alioquin, ff. de cont. emp. l. ex empto. §. ſi quis virginem. ff. de ac. emp. hinc Cic. ſenex ducens uxorem uirginem reſpondit cras mulier erit, Plut. in uita Cic.*

[z] *Summa laudū de libris VIVII, veri ueſtigiorū imitatoris illius VIVII ſenioris, prouincia Cilicię legati, cui reſcripſiſſe maximi momenti negotium diuū Adrianum recitatur, in l. 3. §. ideoque. ff. de teſtibus.*

Idem de eodem.

VIVIT Ius noſtrum, VIVI, ſplendore coruſcum
Perſpicua methodo, quod fuit ante chaos.
VIVIVS vt vitam dat Iuri in ſecla futura,
Per Ius ſic, VIVI, vita perennis erit.

TYPOGRAPHVS
LECTORI CANDIDO S.

NE grauiter moleſteque feras (candide & amice lector) ſi pręſens perilluſtris D. Ranaldi Ridolfij opuſculum, inſtar Pactoli auro refertum, hiſce erroribus tinctum, ut infra tuis luminibus expurgandum ſubiicitur; cùm ea qua apud nos fieri potuit exquiſita induſtria, uigilantia, ac diligentia illud imprimendum curauerimus: tamen, aut noſtro malo fato eueniſſe, aut prauo, & id eius pace, tranſcribentis chyrograſo, confiteri neceſſe eſt. propterea non toruo ſupercilio, ſed ea qua ſoles benignitate, loca ipſa ſic reſtituta uelis rogatus eſto: nec etiam illius immemor, quòd ſi qua culpę nota in nos fortaſſis inurenda; homines(quorum deflenda conditio eſt)in primis cum lacte errores imbibere. cæteros autem,qui in opere imprimendo inciderunt, ne modò multitudine premereris, in primo indicis folio reportauimus. bene uale, excuſationis noſtræ rationem foue,& propediem,his interim fruendo, Authoris maiora expecta.

Errata ſic corrigito.

FOLIO primo, in Gloſ. 1. lin.5. qua dign. quę de dign. 1. lin. 17. Tum, Tu. 1. à tergo lin 9. cenſeri debeam, cenſeri non debeam. eod. lin.32. retineas, teneas. 2. lin. 3. perueniat, perueniant. 3. lin. 18. reſtrinxiſſet, reſtinxiſſet. 3. à tergo gloſſ. 2. lin. 3. ſcripturus. l. ſcripturus. arg. l. eod. lin. 11. nunquàm, vnquàm. 4. lin. 2. vis, vix eod. lin. 9. anguſtis ori, anguſti oris eod. à tergo lin. penult. eſſe uideantur. Adde ibi. Itaque dicebant Roma non bene audire, qui abduntur in tenebris, ut libros componant, quaſi id ſit argumento, plus eos babere otij, quàm negotij, quoſdam tam haud piget abire in ſolitudinem, & interim latere inglorios, ut Gallina fouens oua, donec ex eis pullos excludat, & ipſe Bartolus memorat ſe per multũ tẽpus delitescere uoluiſſe in Bononienſi rure ameno, ut libros ſuos diligentius reuideret. 5. à tergo lin. 23. defecerunt, defuerunt eod. lin. 30. proijciſſe, proieciſſe 6. lin. 2. veſtis, veſtes eod. lin. 34. auferens, auferes. 7. lin. 29. nec, ne. 8. lin. 38. ſinguli typis, ſinguli ſi typis eod. lin. 39. Nimirum, Nimium. eod. lin. ult. traderetur, obrueretur. eod. à tergo lin. 1. in ſuo, ni ſuo eod. lin. 38. doctrinæ, doctrina. 9. in Gloſſ. 2. lin. 2. tenere artes, artẽ eod. lin. 24. Præpoſitus, Prępoſitus, Immola, 10 lin. 1. cùm, eum eod. lin. 37. exanelatus, exanclatus eod. à tergo lin. 18. carpiunt, carpunt eod. lin. pen. tamen, tum. 11. lin. 1. diſſentiendum, diſſentientium eod. lin. 17. vixurus, victurus eod. lin. 27. vehementiſſimi, vehementiſſimè eod. lin. 29. videãtur, videatur eod. lin. 39. Sacerdotiis, nec, Sacerdotiis ornati, nec eod. à tergo Gloſſ. 1. tantum, in eod. à tergo lin. 21. vero, non eod. lin. 34. prodere, prodire eod. lin. 39. babens, habeas eod. Gloſſ. ult. Pulchrum exemplum, Publicorum interpretum. 12. lin. 6. aut enim uni, aut vni eod. in gloſſ. vlt. Summa laudum de libris VIVII. Cętera quæ ſequuntur deleantur.

Bar. in l. conſtit. ff. uet. §. ult. num. 2.

COMMVNIVM

OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE

LIBER PRIMVS.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi neceſſarijs, Authore Franciſco Viuio, Iuriſconſulto, ab Aquila.

SVMMARIVM.

1 *ABBAS ſolus poteſt hæreditatem, ſeu legatum monacho delatum abſque eius conſenſu repudiare.*

2 *Monachus eſt ſeruus, cùm per ſe non videatur habere velle, neque nolle: ſed omne ſuum velle dependet à velle Abbatis.*

3 *Monachus æquiparatur potius ſeruo, quàm filio quo ad acquiſitionem.*

4 *Monachus æquiparatur filio, vel ſeruo, prout eſt vtilius monaſterio.*

5 *Monachus non poteſt adire hæreditatem, vel capere legatum ſine licentia ſuperioris.*

6 *Prælatus hæreditatem, aut legatum eccleſiæ delatum non poteſt repudiare abſque capituli conſenſu, ſecundum vnam opinionem communem. Sed ſecundum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, & approbatam à Rota Romana poſſet repudiare.*

OPINIO. PRIMA.

1 ABBAS ſolus, ſeu monaſterium poteſt hęreditatē, vel legatum monacho delatum abſque eius conſenſu repudiare, ſeu agnoſcere. & ſic ſi monachus vellet adire hæreditatem, & monaſteriū vellet illam repudiare, & refutare pręfereretur monaſterium ipſi monacho, ſecundum Cyn. & Iac. de Aret. in l. Deo nobis C. de epiſ. & cler. Bar. in l. tutor in fi. ff. de bon. poſ. Bal. in l. 1. q. 10. C. qui admicti, Paul. Caſtr. & Alex. nu. 2. in l. legatū ſeruo ff. de leg. 1. & Canoniſtas oēs vnaniniter in c. in pręſentia de probat. pręſertimq; Fely. col. pen. q. 10. & eruditiſsimum D. Brunorū ibi in add. *Cōis opin.*

2 Quia monachus ipſe per ſe non dicitur habere velle, neque nolle, cap. ſi religioſis de elec. in 6. Sed omne ſuum velle dependet à velle Abbatis, cùm monachus profitendo, ſicut propriis renuntiauit, ita voluntati ſuę renunciaſſe cenſetur vouendo illa tria ſubſtātialia regulę, c. nullam 18. q. 11. & opinionem iſtam meminit magis communem eſſe Alex. in d. l. legatum ſeruo, nu. 2. & in l. 1. nu. 24. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. Bertran. conſ. 68. ad euidentiam dicendorum pręmiᵭo, ſub nu. 1. vol. 6. & Vaſquius cum aliis ſignatis per eum in tractatu de ſucceſ. ꝓceſ. libr. 2. de acquir. hęred. §. 18. nu. 1. & veriorem dicit Pomates in ſcholiis ad Bar. in d. l. tutor, & Berous in c. Raynutius, nu. 384. de teſta.

3 Contrarię verò parti, videlicet, ꝙ monachus in acquirēdo magis ſeruo, quàm filio ęquiparet̃, cuius certè factū omninò requiratur, & domino ꝑiudicare poſsit: & cōſequenter, ꝙ antedicta hęreditas, ſiue legatum deferant̃ immediatè, non monaſterio, ſed monacho, acquieuerunt omnes legiſtę, Innoc. in c. cùm olym de priuil. Spec. in tit. de ſtatu mona. verſ. 8. quęritur, Bar. in l. cum hęredes in prin. ff. de acqui. poſ. Bal. & Rom. in l. 1. C. qui admicti, Ang. in l. Papinianus in prin. ff. de acqui. hęred. Bar. Bal. & Fulg. in l. fin. in princ. C. de bonis quę liber. & Rom. in l. is qui hęres in fi. ff. de acqui. hęred. & ita conſuluit Ang. conſ. 91. ſancta carmelitarum religio fundata eſt ſub regula mendicantium, col. 1. & ſeq. & ita firmāt cęteri legiſtę magis communiter in locis pręcitatis, & iſtam eſſe magis communem ſententiā enodatè deducit Bertran. in d. conſ. 68. ſub nu. 1. Berous in d. c. Raynutius, nu. 283. circa mediū, & nu. ſeq. circa fin. Sed omiſſa omni diſputatione, prima quippè opinio videtur verior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, cōſulendoq; ſequutus eſt Berous, vt ipſe recenſuit in d. c. in pręſentia, nu. 115. & in d. c. Raynutius, & comprobat pariter, aitq́, magis communem eſſe, ac tuetur efficacioribus rationibus, quàm alius quem hucuſque viderim illuſtris D. Riminaldus in rubr. nu. 37. cum aliis ſeq. inſtit. per quas perſ. ius nob. acqui. & Franciſ. Marci deciſio. 311. in prima par. & Vaſq. in d. §. 18. nu. 1. cum cęteris ſeq. & Iulius Clarus in tract. de teſt. lib. 3. quęſt. 30. vbi ponit etiam vtilitates maximas huius quęſtionis, & ſuadet iudicibus, quòd non errarent ſequendo in foro Cęſaris opinionē iſtam, & in foro canonico primam ſententiā Canoniſtarum. *Cōis opin.*

4 Sed melius loquutus eſt Barbatius in d. c. in pręſentia, numero 127. in caſu hoc attendi, & conſiderari debeat vtilitas monaſtetij, quòd ſi melius eſſet monaſterio, quòd monachus ęqui-

pararetur filiofamiliàs, tunc ęquipararetur filiofamiliàs. Si verò vtilius foret monaſterio, quòd ęquipararetur Seruo, tunc ipſi ſeruo æquipararetur, & hoc amplectitur cum aliis aggregatis per eum, & tuetur Riminal. in d. rub. inſtit. per quas perſ. ius nobis acq. nu. 42. cum aliis ſeq.

6 Imò tutius loquutus eſt Bertrã. in d. conſ. 68. nu. 2. aſſerendo ibi, quòd in omnem euentum monachus non poſſet adire hæreditatem, ac capere legatum ſine licentia, & authoritate ſuperioris.

7 Cæterùm iſta communis ita dilucidata, & amplexa interpratatur vtiliter non habere locum in prælato, ac Rectore eccleſię, qui hæreditatem, ſeu legatum ipſi eccleſiæ delatum repudiare nullo modo poteſt abſque capituli conſenſu: quia huiuſmodi repudiatio dicitur eſſe alienatio, ſecundum Bal. in l. contra. §. 1. ff. de par. Paul. de Caſt. in d. l. legatum ſeruo, Ancha. & Imol. in c. 1. de reb. eccle. non alienan. & alios relatos per Lamber. in tract. de iure patro. lib. 3. quæſt. 2. art. 9. per Alex. in d. l. legatum ſeruo, vbi ſupponit iſtorum opinionem magis communē eſſe contra Feder. de Senis conſ. 9. contrarium aſſeuerantem. *Cōis opin.*

¶ Sed aduerte, quòd ſentētiæ Federici de Senis, quòd Prælatus cum capitulo poſſit hęreditatem, vel legatum ſibi delatum repudiare acquieuerũt Abb. in c. abbate, ſub nu. 20. de verb. ſign. & in c. 1. nu. 22. de dolo, & contu. Francus in c. 1. nu. 26. & ſeq. de reb. eccle. non alie. lib. 6. Barbac. conſ. 3. ſcribitur, nu. 24. & conſ. 41. illud, nu. 29. & 31. vol. 1. Soc. in tract. fallentiarum reg. 110. ſub nu. 6. Bal. titubanter reuocando cōſilium in melius in l. pupillorum. C. de repu. hæred. Aret. in l. is qui hæres §. fin. ff. de acqui. hęr. vbi meminit opinionem Federici communē eſſe apud Canoniſtas, & obſeruari in practica, & ſequũtur etiam Lapus in allegat. 25. diſputat primo, ſub nu. 4. & ſeq. Rolandus à Valle conſ. 15. in præſenti cauſa, nu. 29. cum quatuor aliis ſeq. vol. 1. Rom. conſ. 184. viſis quæ narrantur in facto poſt prin. & ibi cautus D. Horat. Mandoſ. in addi. in litera A, qui in medium expoſuit eandem opinionem approbaſſe Rotam Romanam de anno 1549. & eam comprobat etiam Anch. conſ. 150. ex conſiliis, ſub nu. 3. Gemi. in c. 1. nu. 19. de reb. eccle. non alienan. lib. 6. & Iaſ. nu. 13. & 16. Soc. reſpondendo obſtaculis, & contrariis omnibus, & Ripa nu. 9. in d. l. legatum ſeruo, qui ſimiliter ad lucem adducunt iſtam eſſe communem opinionem, cum qua tanquam canonica, ſacroſanctiſsima, & veriſsima libenter concurro. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ABSOLVTIO à iuramento, vbi dubitatur, vtrũ quis abſolui debeat ab ipſo iuramento, vel ne nullus inferior à Papa poteſt de hoc cognoſcere, vel iſtam abſolutionem facere.*

2 *Abſolutio, vel habilitatio à iuramento quo ad effectum agendi fieri non poteſt parte non citata: nam ad hunc actum requiritur citatio, quando iuramentum eſt cōfirmatorium contractus, & iſta eſt communis opinio: licèt recitetur, ponaturq; altera opinio contraria ſimiliter communis.*

3 *Abſolutio petita à iuramento ad finem penitus diſſoluendi contractum requirit citationem Partis. & ſic neceſſaria eſt, in obtinenda abſolutione iſta, citatio.*

4 *Abſolutio à iuramento licèt poßit concedi ad effectum agendi parte non citata, tamen ſi fuit obtenta per obreptionem, & ſubreptionem non valet. & iudex ſecularis facta oppoſitione per partem, quòd abſolutio eſt ſubreptitia, poteſt de ea cognoſcere.*

5 *Surreptio illa dicitur, quæ per veri taciturnitatem, vel per cōfuſam, ac perplexam narrationem veri fit. Sed obreptio ea dicitur, quæ per expoſitionem falſi committitur.*

6 *Abſolutio à iuramento peti non poteſt à debitore poſt tempus lapſum ſoluendi, & effecto periuro. & ſi forte extitiſſet conceſſa abſolutio poſt periurium incurſum non releuaret.*

7 *Impetrans reſcriptum à Papa ab abſolutione à iuramento quo ad effectum agendi tenetur, & debet petere relaxationem nō ſolùm ab vno iuramento, ſed etiã ab omnibus iuramentis præſtitis in contractu gradatim, explicitè, & expreßè, non autem relatiuè, & implicitè.*

8 *Impetrans abſolutionem à iuramento tenetur exprimere in reſcripto apoſtolico, quòd iurauit in contractu ei non contrauenire, ſed omnia vera eſſe, & non petere abſolutionem, etiam ad effectum agendi, vbi ipſe in contractu promiſit modo, & forma, vt ſupra, aliàs hoc non expreſſo ſpecificè abſolutoria contra tale iuramentum non valet.*

9 *Surreptionis ſpecies circiter ſex ſuper habilitatione à iuramento ponuntur hic remiſſiuè.*

10 *Abſolutus à iuramento ad effectum agendi, & excipiẽdi non cenſetur abſolutus ad effectum reſcindendi contractum, niſi faciat ſe iterum abſolui.*

11 *Abſolutio peti poteſt à iuramento, & conceditur, non obſtante, quòd petens abſolutionem reperiretur obligatus mediante iuramento de non petendo abſolutionem ipſam.*

12 *Abſolutio à iuramento debet concedi minoribus viginti quinque annis donantibus omnia bona ſua cum iuramento, & filiabus nubentibus, renunciantibuſque cum iuramento bonis paternis, & omnibus, & quibuſcunque aliis enormiter Læſis.*

13 *Abſolutio à iuramento in decem aliis caſibus poteſt licitè peti, & concedi, vt remiſſiuè diſcurritur.*

OPINIO. II.

1 ABSOLVTIO à iuramento, vbi dubitatur vtrũ quis abſolui debeat ab ipſo iuramento, vel ne, nullus inferior à Papa poteſt de hoc cognoſcere, vel talem abſolutionem facere, ſe-

re ſecundum Ioan.de Imol. in c. cùm contingat in 3.membro in fi.de iureiur. Alex.conſ.42. vol. 1.& conſ. 223.vol. 2. Soc. conſ. 115. col. 4.vol. 1. Corn. conſ.71. col. fin. vol. 3. & hoc idem videtur innuere,& habere pro cõſtanti Afflict. deciſ. 220. nu. 9.& 11.Bertran. conſ. 65. quoniam & ad bonos, nu.9.& conſ. 135. vidi caſum mihi exhibitum,ſub nu. 13.vol.8.& Fely.in c.2.ex literis Syluani,de ſponſal. licèt ipſe,& malè variauerit in c.1.ext. de iureiurã.

2 Et abſolutio iſta nihil prodeſt impetranti parte non citata: quoniam requiritur citatio in obtinendo abſolutionem prædictam, ſecundum Ioã. And. in add. Spec. in tit.de iureiur.ſuper rubric.in addit.fin.Ant.Imol.& Card. in c.debitores de iureiuran. Federic. de Senis conſ. 300. factum proponitur eſſe tale, Anch. conſilio 198.prædictis ſubtiliter,Alex.conſi.36.vol.3.& conſ. 90. viſis actis vol. 2. cũ aliis cumulatis per Curt.conſ. 43. col. 7. & fin. & conſ. 65. col. pen. vbi concludit, ꝙ pars ſemper citanda eſt, quando abſolutio concedi non poteſt ſine cauſa,quod tenet etiam Soci.conſi.59.vol.3.nu.15.& Corn. conſi.45.col.fi.lib.vbi dicit,& firmat,quòd ſemper pars quæ læditur citanda eſt,quando iuramẽtum eſt confirmatorium contractus,& Paul.Caſtren. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſ. inquit fatuos eſſe iudices, qui putant poſſe abſoluere à iuramento confirmatorio, & opinionem hanc ſequitur etiam Alex.in l. hæres abſens ff. de iudic. vbi ponit eſſe verum, & eandem magis communem aſſeuerat ſequendo, & approbando Marſ. in repet. l. de vnoquoque,nu. 193.& ſeq.ff. de re iud. & conſulendo Ioan. de Amic. conſ. 34. nu. 7.& ſeq. Berous conſ.50. nu.75.cum aliis ſeq.volu. 1. & Bertran.in d. conſ. 135. ſub nu. 11.cum aliis ſeq. & pro iſta parte ait ſe pluries conſuluiſſe Card.in d.c.debitores. *Cõis opin.*

¶ Licèt Doct. in c. 1. de iureiuran. videantur ponere regulam, abſolutoriam à iuramento poſſe concedi parte non citata,& quod habilitatio,ſeu abſolutio à iuramento quo ad effectum agendi fieri poſſit etiam parte non citata, & eſt communis opinio omnium Scribẽ. teſte Alciato in d. c. cum contingat, nu. 124.& magis communem fatetur Afflict. in d. deciſ. 220.nu. 10.& Hannib. Cauenſ. in pragmat. 21. & ſi aliqua Partium ſe grauatam ſenſerit, nu. 4. vbi affirmat ita practicari,& Vincentius Maxilla etiam in conſuetudinibus ciuitatis bari in cõſuetudine à ſeruitio galearum, nu. 30. fol. 30.& ſeq.in tit.de immu no.ciui.& Rolã. à Valle quoque cumulatiſsimè conſ. 13.viſa tranſactione facta inter dominum Antoniũ,nu.38.vol.1.& Ioſephus Ludouici deciſ. 18. nu. 8. & ſeq. in prima par. vbi deducit ita vidiſſe practicari Macerata, Firmi,& Peruſij,& ſic extitiſſe ſimiliter deciſum in ſacro regio Conſilio Neapolitano meminit Vrſillus in annotationibus Afflicti in d.deciſ. 220.nu.14. *Cõis opin.*

¶ Nihilominus quoad numerum illuſtrium Doct. iudicio meo prior opinio apparet magis communis. ideò rationabiliter dixit eam magis communem Vrſillus in addit. Afflicti in d. deciſio. 220. nume. 11.& 14. & Marſili. in loco præcitato,& eam tanquam veriorem,& frequentiorẽ ipſe amplector, & affirmat in practica obſeruari Bononię Berous in c.quoniam contra,nu. 93. de probatio. & ſequitur Abb. & Fely. nu. 23. in c.1.de iureiur. Gozad. conſ. 69. nu. 22. & ſequitur quoque pluribus rationibus,atque limitat in ſex caſibus Tyraq. in tract. res inter alios acta in limitatio. 30. fol. paruo 20. & Albericus Oliua in interpretatione rituum Archiepiſcopalis eccleſiæ Neapolitanæ in ritu 12. nu. 2. cum aliis ſeq.

3 Sed vbicunque peteretur abſolutio à iuramento ad finem,& effectum diſſoluendi contractus penitus, & omninò citatio requireretur, & neceſſaria eſſet abſque dubio aliquo, ſecundum Doct.omnes in d. c. cum contingat, vbi Alciat. prædicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

4 Et dato, ꝙ cõcedi poſſit abſolutio à iuramento interpoſito in contractu ex cauſa iuſta in reſcripto apoſtolico allegata quoad effectum agendi abſque Partis citatione;ſecundum communẽ præmiſſam,tamen ſi Papæ, vel Epiſcopo fuit obreptum, vel ſubreptum in impetratione huiuſmodi abſolutionis,talis abſolutio non valet, neque tenet, & iudex ſecularis poteſt cognoſcere de iſtis cauſis,& ſubreptionibꝰ abſolutionis à iuramento, ſecundum Anch. conſ. 382. retento ordine,vbi tenet,quòd iudex ſecularis non obtẽperat eccleſiaſtico iudici,niſi quando ipſe proceſſit iuris ordine ſeruato,aliàs ſecus,& ſequitur Fely.ad id plura adducens in c.cùm ſit de foro competen. col.5. & Vrſillus etiam cumulatiſsimè in ſcholiis ad Afflictum in d. deciſ. 220. numero 9. & ſeq.

¶ Et ſic oppoſitione facta per Partẽ, ꝙ abſolutio eſt ſubreptitia poteſt de hoc cognoſcere iudex ſecularis,& ita fuit deciſum per ſacrum Conſilium Neapolitanum, ſecundum Afflict. in d. deciſ.220.nu.9. & 11.

5 Et ſubreptio ipſa, ne ignorentur termini illa dicitur quæ per veri taciturnitatem, ſeu per confuſam, atque perplexam expoſitionem, vel narrationẽ veri fit. Sed obreptio ea eſſe videtur quę per narrationem falſi committitur, ſecundum Bal.conſ. 252.quærulæ, col.2.vol.1.Abb.in c. cũ dilecta, nu.15.de reſcrip.Gemi. conſ. 128.in fin. Alex. conſ. 60. in fin. vol. 2.Ruin.conſ.28. nu.8. vol. 1. Bero. in c. ſuper literis lect. 1. ſub nu 1. & lect. 2. de reſcrip. nu. 1. vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin*

¶ Et vt aiunt pleriq; ex memoratis Doc.ſubreptio vitiaret reſcriptũ ope exceptionis, obreptio verò ipſo iure, vt apertius concludunt etiam Capicius deciſ. 32.nu.12. Goza.conſ.26.nu.21. & Grauet. conſ.68.nu.5. & conſ.296.

6 Item huiuſmodi abſolutio à iuramento poſt periuriũ incurſum minimè peti poſſet, & conſequẽter cõſtituto in mora debitore, & effecto per iuro ob tẽpus lapſum ſoluendi non concederet aliquo modo ei abſolutio. Et ſi extitiſſet petita, & conceſſa vtiq; non releuaret abſolutum, ſecundum Innoc. Ioan. And. Ant. de But. Abb. & alios in c. debitores de iureiur. Ancha. conſ. 198. prędictis ſubtiliter, & ad plenũ deductis, ſub nu. 3. & conſi. 200. in quæſtione prędicta, ſub nume. 4. Affliᶜt. deciſ. 31. ſub nu. 1. Alex. conſ. 17. ponderatis his, ſub nu. 3. vol. 3. qui explicat iſtam eſſe communem opinionem, & Gozzad. etiam cõſi. 69. videtur prima facie, quòd dominus Horatius, nu. 21. & citat etiam, ſequitur, & ait ita vidiſſe ſæpè iudicari, & limitat in tribus caſibus Fely. in c. 1. nu. 28. de iureiur. *Cõis opin.*

¶ Et iſthęc communis opinio, quòd concedi nequeat abſolutio à iuramento ei qui venit contra iuramentum prius quàm petierit abſolutionem ab ipſo iuramento, probatur ea ratione: quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui in illud committit, l. auxilium in fin. ff. de mi. auth. nauigia. C. de furt. & c. quia fruſtra. de vſu. & not. Anch. in c. 1. in prima col. de reſc. lib. 6.

¶ Et limitatur quoq; in altero quarto caſu ſatis vtili infra poſito in opinio. 425. iuramentum ſuper contractu ſimulato, ſub nu. 6. videlicet, quòd nullatenus dicatur periurus intentans, vtenſq; præuentione, ſecundum regiæ pragmaticæ normam.

¶ Vnde non immeritò inoleuit practica in curia archiepiſcopali Neapolitana, de qua meminit Affliᶜt. in d. deciſio. 31. & Albericus Oliua in d. ritu 12. nume. 10. & ſequẽ. quòd viginti dies debeant supereſſe ante terminum ſolutionis pecuniæ prius quàm petatur abſolutio à iuramento.

7 Ideò aduertere debent impetrantes reſcripta à ſummo Pontifice ab abſolutione à iuramento quo ad effectum agendi, vt petere debeant relaxationem ab ipſo iuramento nedum ab vno, ſed ab omnibus etiam iuramentis præſtitis in contractu, ſeu contractibus gradatim, ordinatim, ſucceſsiuè, ac explicitè, & expreſsè, non autẽ relatiuè, & implicitè, ſecundum Soci. in d. conſi. 59. num. 10. & Fely. in d. c. debitores, vbi allegat Bal. in l. 2. ff. de iureiur. in repeti. fol. 9.

8 Et ſimiliter animaduertere debent impetrantes iſti abſolutionẽ à iuramento, vt faciant mentionẽ in reſcripto apoſtolico, ꝙ impetrans ipſe iurauit in contractu ei non contrauenire, ſed omnia, & ſingula vera eſſe, & non petere abſolutionem, etiam ad effectum agẽdi, vbi hoc in cõtractu ipſe promiſit modo, & forma vt ſupra, & prædictis clauſulis appoſitis, aliàs hoc non expreſſo ſpecificè abſolutoria cõtra tale iuramentum nõ valet, & ſic impetrans iſte non eſt abſolutus, neque habilitatus, ſecundum Bal. & Ioan. de Imol. in l. hæc ſcriptura ff. de conditio. & demon. Curt. in d. conſ. 43. col. 8. & ſeq. & Soc. in d. cõnſ. 59. nume. 10. Ant. & alios in d. c. 1. de iureiur. Bertran. in d. conſil. 135. ſub nu. 10. & ſeq. & Affliᶜt. in d. deciſio. 220. nu. 11. & ſeq.

9 Alias verò ſubreptionis ſpecies circiter quinque ſuper habilitatione, ſeu abſolutione à iuramento ponit, & explicat Vrſillus in add Affliᶜt. in deciſio. pręmemorata 220. per totam. & alteram ſpeciẽ ſubreptionis ſatis vtilem, ponit Bertran. in d. conſ. 135. nu. 9.

10 Cæterum caſu quo quis habilitatus foret à iuramento ad effectum agendi, atque excipiendi, cenſeretur quoque abſolutus ad effectum reſcindendi contractum, ſecundum Paul. de Caſt. conſ. 219. col. fin. vol. 2. Afflic. in conſtitutio. obſcuritatem, ſub nu. 24. rubrica 40. lib. 2. & Sacrum regium cõſilium Neapolitanum, teſte Affliᶜto deciſ. 322. Dominus, ſub nu. 11. & ſeq. & ita fuit deciſum etiam in Camera imperiali, vt teſtatur Ioachimus in obſeruat. 57. centuria 2.

¶ In contrariã verò partẽ, videlicet, ꝙ neceſſariò peti debeat iterum abſolutio, & ꝙ prima nequaquam ſufficiat inclinauit Fely. in d. c. 1. colũ. pen. de iureiur. & Rota Bononienſis, atteſtante Petro de Benintendis deciſ. 14. quidam fuit abſolutus, quorum quidem opinionem tanquam tutiſsimam, veriſsimamq; ipſe ſequor.

11 Et deniq; aduerte, ꝙ aliquando quis ad contẽplationem ſui creditoris in inſtrumẽto promittit, ſeu obligatur mediante iuramento de non petendo abſolutionem ipſam à iuramento, tunc equidem licèt iuramentum de non petendo abſolutionem validum ſit, nihilominus ab illo abſolutio peti poſſet, vt firmat Bal. in repet. l. 2. col. 29. verſ. & quo ad primam ff. de iureiur. ad cuius rationes ſe adiungit Fely. in d. c. debitores col. 5. verſ. tertiò quæro, Ruin. conſil. 103. ponderatis col. fin. vol. 4. Soc. conſ. exordiente cauſa nobilium, in ſecundo dubio, vol. 3. & Affliᶜt. in d. deciſio. 220. nu. 12. & ibi Vrſillus in additio. & ita doctiſsimè, & cumulatiſsimè cõſuluit Gram. conſi. ciuili 25. in cauſa honorabilium, nu. 1. cum aliis ſeq.

12 Aduerte etiam, quòd minoribus vigintiquinque annis donantibus omnia bona ſua cum iuramento, ac filiabus nubentibus, renuncian tibuſq; cum iuramento bonis paternis, & conſequenter omnibus, & quibuſcunque enormiter læſis vltra dimidiam concedi poſſet ipſa abſolutio à iuramento, vt voluerunt Ant. de But. in c. cùm contingat in 4. caſu principali de iureiurã. Ancha. in c. canonum ſtatuta quæſt. 2. de conſtit. Fely. in c. in præſentia, nu. 8. de probat. vbi adiicit iſtam communem opinionem, & reddit efficacem rationem, & Vrſillus etiam in addi. Affliᶜti deciſio. 179. ſub nu. 4. & Afflic. deciſio. 322. Dominus Ciccus Abbas, nu. 8. cum aliis ſeq. vbi meminit antiquiores Dominos de Conſilio aſſerentes eorum temporibus vidiſſe hanc ſententiã obſeruari, Curt. conſ. 53. nu. 10. & ſeq. & conſi. 141. *Cõis opin.*

ſi.141.nu.5.& Ruin.conſ.60.nu.23.vol.3.vbi refert,ſecundum hanc opinionem ſæpiſsimè per viros doctiſsimos,& præſtantiſsimos extitiſſe conſultum, & D. Brunorus veritatis fideliſsimus aſſertor in add.Felyni in d.c.in pręſentia,ſub nu.8. in litera A.

13 Alios verò caſus circiter decem, in quibus licitè peti poteſt,ac etiam concedi abſolutio ab ipſo iuramento ponit,& explicitè reſoluit Sanctus Antoninus in ſua ſumma in 1.par. tit.10.cap.6. de iuramento promiſſorio.

SVMMARIVM.

1 *ABSOLVTIO ab excommunicatione iniuſta valet nullo præſtito iuramento ab abſoluto: quia abſoluendus ab excommunicatione ipſa iniuſta iuramentum præſtare non tenetur; ſecus ſi foret abſoluendus ab excommunicatione iuſta.*

2 *Excommunicatus abſolui non poteſt:niſi prius ſatisfecerit de expenſis, & fideiuſſerit de ſiſtendo in iudicio.*

3 *Abſolutio ab excommunicatione requirit cauſæ cognitionem, & partis citationem, ſed concluditur contrarium.*

4 *Abſolutio à cenſuris latis in curia roma. ad effectum agendi non conceditur niſi parito, ab aliis verò latis in partibus ſemper abſolutio ſine cauſa cognitione conceditur.*

5 *Abſolutio probatur per depoſitionem pęnitentiarij.*

6 *Abſolutio ſpecialis eſt petenda, neque ſufficit generalis à quibuſcunque cenſuris.*

OPINIO. III.

1 ABSOLVTIO ab excommunicatione valet, & tenet nullo præſtito iuramẽto ab abſoluto, ſecundum Glo.in c. cum deſideres de ſen. excom. cum qua ſentiunt Abb. cæteriq; cõmuniter ibi, teſte Decio in c. quæſtioni nu.5. de app. vbi ipſe ſequitur quoq; iſtam cõmunem, & vtiliter limitat. Cõis opin.

¶ Sed hoc iudicio meo abſque dubio procederet in excommunicatione iniuſta,& nõ aliter: quia abſoluendus ab excommunicatione iniuſta iuramentum ipſum pręſtare non tenetur de parendo iudici,vel de reſtituendo, vt concedunt Doct.in d.c.quæſtiones de app.& Glo. fi. in c.ab excommunicato de reſcript.cui accedũt omnes Doct. concorditer, & communiter, affirmante ibi Barbatio,nu.61.& ſeq. Cõis opin.

2 Et licèt iuramentũ hic neceſſariò nõ requiratur,tamen excõmunicatus abſolui nõ debet,niſi prius ſatisfecerit de expenſis, c.fin.de offi. deleg. Glo. in c. venerabilem de electio. & Bertac. in ſuo repertorio in prima par.in ver. excommunicatus,ſub verſ.ſeu nu.40.vbi hoc latè probat, & declarat Ang. de Clauaſio in ſua ſumma in ver. contumacia poſt prin. Ioã.Tabienſis in eius ſumma tabiena in ver.contumacia,§.3. & Bartholomeus Fumus in ſumma armilla in ver. contumax. §. 3. in quibus quidem locis prædicti ſummiſtæ aiunt hoc procedere in excommunicato per veram contumaciam,non autẽ per præſumptam, ſeu fictam.

3 Et hinc eſt, quòd abſolutio ab excommunicatione requirit cauſę cognitionem,& etiam citationem eius in cuius fauorem emanauit, ſecundum Glo. in c. excommunicatos 11.q.3.in verbo vtriuſque.

¶ Et ſic ex opinione ipſius Glo. abſolutio ab excommunicatione abſq; Partis citatione concedi poſſet, ſi ex officio vtiq; excommunicatus, quis extitiſſet: Secus verò ſi ad Partis inſtantiã, & ſequitur Innoc.in c. ab excõmunicato in Glo. in verbo obtentis de reſcrip. & Phylip. Franc. in c.qua fronte in prima quæſt.de appel.

¶ In contrariam verò partem inclinarũnt Hoſt. Ioan. And.Ant. But. Abb. & cæteri communiter ibi,& Doct. in d.c.cùm deſideres, indiſtinctè,quòd concedi poſsit abſolutio ipſa etiam parte non citata, ſed quòd appellari poſsit. Cõis opin.

¶ Immo abſolutio ab excõmunicatione parte nõ citata,etiã vbi citanda erat,valet,& tenet, ſiquidem ipſa abſolutio ſemper ab arbitrio,voluntateq; excommunicantium pẽdet,& ob hoc ſemper valet,ſiue iuſta,ſiue iniuſta ſit, c. venerabilis §. vbi autem de ſent. excom. lib. 6. & ita firmat Fely. in rubrica de ſententia, & re iudicata, ſub nu.15.verſ.non obſtat Gloſſa. in lege prima,& in c.1. de iureiur. ſub nu.23. in fine ipſius numeri. Rom. in ſing. 590. tu habes, & ibi Nic. Pignol. in add. vbi firmat abſolutionem ipſam nullo caſu reddi nullam ex defectu citationis.

4 Ex his itaque concludo denique,quòd à cenſuris latis in Curia Romana ad effectum agendi non abſoluitur quis in eadem Curia, niſi parito, ita Ioan.Paul.in deciſ.32.& 119.à latis verò cenſuris in Partibus ſemper ſine cauſæ cognitione abſoluit memorata Curia, ſaltim ad beneplacitum,atteſtante Auguſt.in deciſ.3.& 130.& pręſertim ſi de nullitate dicatur,ſecũdum Car. Put. deciſ.3.in tit.de abſolutione.

5 Sed aduerte,quòd ad iuſtificandum, probandumque abſolutionem prędictam,ſufficit,quòd ea probetur per depoſitionem Pęnitentiarij, ita Creſcen.deciſ.163.

6 Et aduerte etiam, ne erres in practica, ſuper impetratione abſolutionis poſt declaratoriam, quoniam abſolutio ipſa ſpecialis petẽda eſt, nec generalis quippè ſufficit à quibuſcunque cenſuris,vt efficax teſtimoniũ eſt Moed. in deciſ. 193.

SVMMARIVM.

1 *ACTIONES inuentæ ſunt iuris gentium; ſed quo ad formam, & ſolemnitatẽ ſunt inuẽta, ac introductæ de iure ciuili.*

2 *Teſtamenta, ſucceſſiones, & hæreditates ſunt-*

ſunt iuris gentium quo ad inuentionem, et quo ad formā, & ſolemnitatem ſunt iuris ciuilis, ſecundum vnā communem opinionem, ſed ſecundum alteram cōmunem ſententiā contrariam ſunt de iure ciuili poſitiuo.

3 *Teſtamentum vtrum ſit introductum iure ciuili, an gentium ponuntur hic vtilitates remiſſiuè.*

4 *Contractus emphyteoticus eſt merè iuris ciuilis.*

OPINIO. IIII.

1 ACTIONES iure ciuili inuentę, introductæq; ſunt, ſecundū Glo. & Bar. nu. 13. & cæteros oēs in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure, vbi Pariſ. ī add. Bar. in litera C, perhibet iſtā eſſe cō- *Cōis opin.* munē opinionē, quam copioſè tuetur Iaſ. inſtit. de act. in prin.

¶ Et licèt non deſint qui ſentiant cōtrarium, videlicet, quòd de iure gentiū ipſę actiones inuentæ ſint, nihilominus opiniones iſtæ poſſent facillimè concordari, ſcilicèt inuentu actiones eſſe iuris gentium, & perconſequens eo iure inuētas extitiſſe, & cognitas: Sed quo ad formam, & ſolēnitatem eſſe de iure ciuili introductas non me latet, & hac nempè ratione poſſunt ciuiles appellari, l. ius ciuile ff. de iuſti. & iur. prout ita concludunt diſtinguendo Bal. in d. l. ex hoc iure, Claud. Aquen. in l. vt vim, nu. 8. ff. de iuſti. & iur. Zaſi. nu. 52. & Cagnol. nu. 93. & ſeq. in l. 2. ff. de origi. iuris; & ex hac quæſtione effectus maximus colligitur, quem refert, & ponit Bar. in d. l. ex hoc iure, nu. 3.

2 Similiterque teſtamenta, ſucceſsiones, ac hæreditates ſunt de iure ciuili poſitiuo, & nonnulli Doct. concludunt à iure ciuili introductas fuiſſe, & ab eo originē habuiſſe, vt voluerè Gloſ. in ver. domina in fin. & Bar. col. 3. in d. l. ex hoc iure, Ang. in auth. vt factæ nouæ conſtitutiones in prin. Bal. in l. 12. tabularum C. de leg. hæred. vbi ſubdit omnes ſucceſsiones eſſe iuris ciuilis, & poſitiui, & iſtorum ſententiam veriorem ait Paul. Caſtr. in l. 1. in prin. ff. ad leg. fal. & Corn. in l. ſi teſtamentū C. de teſta. & ſequuntur, ſcribuntque communem Port. in §. 1. in prin. inſtit. de teſta. & Thobias Nonius ibi cum aliis congeſtis per eum, nu. 11. cum aliis ſeq. Corn. conſ. 137. nu. 5. & conſ. 150. nu. 5. vol. 2. Guiliel. Benedic. in c. Raynutius in ver. teſtamentum, il primo, nu. 2. & 6. & in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 43. 226. & 387.

¶ In contrariam verò partem, quòd teſtamentum, & omnes omninò ſucceſsiones ſint iuris gentium quo ad inuentionem, quāuis quo ad earum formā, & ſolemnitatē ſint iuris ciuilis, & poſitiui inclinarūnt Bar. in l. interdū, nu. 7. ff. de cōd. indebiti, Rom. Fulg. & Iaſ. nu. 6. in d. l. ſi teſtamentū, Ang. cōſ. 88. & 126. Pau. Caſtr. in l. teſtandi. C. de teſta. & Iaſ. in d. l. ex hoc iure, nu. 46. *Cōis opin.* qui docet iſtā eſſe communē opinionem, Ant. & Barbatius col. 8. in rub. de teſt. Alex. nu. 4. & Iaſ. nu. 14. in rub. de acq. hær. Alex. cōſ. 1. nu. 7. vol. 1. & conſ. 208. col. 3. vol. 2. Dec. cōſ. 455. nu. 3. cōſ. 516. nu. 6. cōſ. 557. nu. 5. & cōſ. 608. nu. 5. Pariſ. cōſ. 1. nu. 49. vol. 2. & cōſ. 46. nu. 32. vol. 3. & Clarus in tract. de teſtamen. in 2. q. & in effectu iſtorum opinio magis communis, magiſq; vera apparet.

¶ Et quæ ſint vtilitates vtrum iure ciuili, an gentium teſtamentum introductum ſit, ponit vtiliter Thobias in d. §. 1. inſtit. de teſtam. nu. 23.

3 Item contractus emphyteoticus eſt etiam merè iuris ciuilis, ſecundum Glo. Bar. Fulg. Iaſ. & cæteros omnes communiter, & indifferenter in d. l. ex hoc iure. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ACTIONES, iura, vel nomina debitorum non compræhenduntur in generali obligatione omniū bonorum, nam actio, ſeu nomen debitoris conſtituit tertiam ſpeciem.*

2 *Actiones perſonales connumerantur inter bona mobilia.*

OPINIO. V.

1 ACTIONES iura, vel nomina debitorum non compræhenduntur in generali obligatione omniū bonorū mobilium, & immobilium: quia actio, ſeu nomen debitoris conſtituit tertiam ſpeciem bonorum, & conſequenter non compræhenditur appellatione mobilium, vel immobilium, argum. text. in l. à Diuo Pio §. in vēditione ff. de iud. & ita voluerunt Bar. in l. poteſt ff. de autho. tut. Albe. & Bar. & Alciat. in l. mouentium ff. de ver. ſig. Abb. in c. nulli, nu. 9. de rebus eccle. Ang. de Clauaſio in ſua ſumma angelica in ver. alienatio, §. 8. Alex. conſ. 45. nu. 8. vol. 1. & conſ. 24. vol. 6. & in d. l. à Diuo Pio §. in venditione in 1. no. Bertran. conſ. 153. nu. 3. vol. 3. & conſ. 275. appellatione bonorum mobilium, nu. 1. vol. 8. & conſ. 142. vidi caſum mihi exhibitum eod. vol. 8. Ant. Neguſan. in tract. de pignor. in 2. par. ſecundi membri, nu. 9. Dec. conſ. 414. nu. 11. & in l. 1. in 2. lectu. nu. 8. ff. ſi cer. pet. & ibi Cagnol. nu. 63. cum aliis ſeq. Grauet. conſ. 213. in fin. Cagnol. in l. fin. ſub nu. 255. cum aliis ſeq. C. de pactis, Guid. Papæ queſt. 291. nu. 1. & Alex. in l. 1. nu. 9. ff. de vulg. & iſtorum opinio concors eſt, & communis contra Accurſium in l. *Cōis opin.* fin. in ver. quærere C. quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſſaria, aſſerentem actiones indiſtinctè inter immobilia connumerari, quam communem ſententiam ſequitur etiam, & citat vltra præmemoratos Doct. Boer. in conſ. 2. col. peu. poſito poſt lecturam Dyni de reg. iur. in fin.

Tyra-

Tyraq. in tract. de vtroque retract. glo. 7. §. 1. nu. 9. Pinellus in rub. C. de bonis maternis parte 1. concluſ. 10. nu. 24. & Iacob. Phylip. Portius, ſeu potius Ant. Gabriel in concluſ. 10. lib. 3.

2 Benè tamen verum eſt, q actiones perſonales computantur, & connumerantur inter mobilia, l. liberto §. lucius ff. annu. lega. & l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. Bar. in d. l. mouentium, & Tyraq. in tract. de vtroque retract. glo. 7. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO iniuriarum competit cōtra dicentem tu mentiris per gulam, nō obſtante proteſtatione præmiſſa per iniuriantem (ſaluo honore, pace, & reuerentia tua) niſi iniurians ſic diceret prouocatus, vel ad defenſionem ſuæ innocentiæ. Quod procedit ſi laceſſitus veritatem proferat. Et procedit etiam ſi appareret quis ipſorum rixātium prius prouocauerit; aliter verò hoc non apparente neuter agere poſſet quo ad actionem parti competentem: non autem quo ad vindictam publicam.*

2 *Actio iniuriarum non competit, vbi quis improperaret alicui delictum extra iudicium, & infamaret eum de certo crimine, videlicet, quòd mitriatus fuit, vel eſt latro, vel ſpurius, dummodo infamia hęc vera ſit, & interſit reipublicæ ſcire, vt infamia ipſa appareat, ne ad dignitates admittatur.*

3 *Actio iniuriarum non competit contra dicentem alicui traditore ex iuſta cauſa, & hoc verum ſit.*

4 *Compenſatio non habet locum in actione iniuriarum, et ſic iniuriatus reproperare non poteſt iniuriam aduerſus iniuriantem proferendo ſimilem, vel maiorem iniuriam.*

5 *Iniuria nō inferē alicui ex eo, quòd quis ei dicat tu dicis falſum, vel non dicis verū, vel non dicis veritatem.*

OPINIO. VI.

1 ACTIONE iniuriarum experiri, atque agi poteſt cōtra dicentem tu mentiris per gulam: & ſic iſte iniurians ob huiuſmodi verbi iniurioſi ꝓlationem, non obſtāte proteſtatione præmiſſa, & facta ſaluo honore, pace vel reuerētia tua tenetur, ſimul, ac puniri poteſt actione iſta iniuriarum; ſecundū Dy. Bar. Ang. Pau. Caſtr. Alex. & cæteros oēs in l. ſi qs extraneus in prin. ff. de acq. hær. per tex. ibi, Abb. in c. cum te de re iud. Ang. Aret. in tract. maleficiorum in ver. fama iniurioſa, & contumelioſa, nu. 9. & ibi Auguſt. in add. Alberi. de Roſa. in tract. ſtatutorum in 2. par. quæſt. 43. Bar. in l. apud labeonem §. 1. ff. de iniur. Fely. in c. quæ in eccleſiarum col. 34. de conſt. Alex. in l. & ſi pepercerit, nu. 5. ff. de liber. & poſthu. Coraſium in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 6. cap. 24. nu. 4. Soc. Iun. conſ. 122. nu. 11. & conſ. ſeq. nu. 20. vol. 2. & Iaſ. in l. non ſolùm §. morte, nu. 47. ff. de operis noui nuncia. vbi oſtendit iſtam veram, cōmuneq́; opinionem fore, & Bertran. conſi. 131. nō eſt dubium, ſub nu. 7. vol. 5. & Cæph. etiam conſ. 296. primò quæritur, nu. 7. vol. 2. vbi aſsignat rationem efficaciſsimam, & ipſam communē ſequuntur, & limitat inſimul Alex. nu. 3. & Iaſ. nu. 3. cum aliis ſeq. in l. fin. ff. quod quiſque iuris, Alciat. conſ. 6. cum contentio, atque diſcordia, nu. 24. tomo 2. lib. 5. Boer. conſ. 4. nu. 10. 24. 25. 27. 29. & 32. & in conſuet. Bitu. conſ. 1. & Thom. Ferrat. in cautela 39. vbi vtiliter tradit remediū poſt alios ſignatos per eum euitandi actionem iniuriarum in caſu iſto, quod tutiſsimū eſſe reor. Cōis opin.

¶ Cæterū hoc coarctaretur nō procedere, vbi cunque quis diceret tu mentiris prouocatus, & ad defenſionem ſuæ innocentiæ, quemadmodū ſi alicui diceretur, quòd eſſet latro, vel homicida, tunc enim iniuria non colligeretur, nec colligi poſſet ex iſta reſponſione, & verbis ita, & taliter prolatis, ſecundum Bart. in l. eum qui nocentem ff. de iniu. Gul. de Cu. Bal. Ang. Alex. nu. 3. & Iaſ. in d. l. fin. ff. quod quiſque iur. Abb. in c. fin. extr. de iniur. Philip. in d. c. cum te, col. fin. Boer. in d. conſ. 4. ſub nu. 25. & 29. Alex. in d. l. ſi pepercerit ſub nu. 7. & Soc. Iun. in d. conſ. 122. nu. 12. & ſeq. & in d. conſ. 123. nu. 21.

¶ Et de hoc mirandum quippè non foret: nam reſpondens tu mentiris laceſsitus reſpondere videtur, l. quæ omnia verſ. ſed ſi aduerſarius, & ibi Bar. ff. de procur. l. qui cum maior §. ſi libertus ff. de bon. liber. & d. l. fin. ff. quod quiſque iur. & ibi Iaſ. verſ. tertiò facit, vbi ſubiicit notabile verbum, & ibi Paul. Caſtr. ante eum, quòd non poſſet à primo replicari, imo tu mentiris, & benè quidem, ex quo iniuriatus laceſsitus fuerat; ille verò qui primo loco protulerat verba iniurioſa non. imò nec etiam laceſsito, iteratò ſic dicere liceret, ex quo prima vice propulſatio eſt iniuriæ, licita omni iure, l. vt vim ff. de iuſt. & iu. & l. 1. §. cùm arietes ff. ſi quad. paup. feciſſ. dica l. 1. §. vim vi ff. de vi, & vi armata, & c. ſuggeſtum de appe. poſtea verò iniuria, & offenſio, à lege ꝓhibita, c. factæ autē ſunt leges 4. diſt. l. legis virtus ff. de legi. & §. iuris ꝑcepta, inſtit. de iuſti. & iur.

¶ Sed aduerte, quòd iſthæc limitatio ſic roborata, & enucleata ita demū ꝓcedit ſi is qui laceſſitus, dicendo tu mentiris, veritatem proferat, vt declarat Pręp. in c. ſollicitudinem col. 48. de app. & Fely. in c. dilecti col. 6. de excep. & alij in d. l. vt vim, & probatur in l. eum qui nocentē, & ibi Bar. ff. de iniur. & in l. ſi non omnes, & in l. ſi quis extraneus C. eod. & inſtit. de iniur. in prin. & in l. ſi quis extraneus ff. de acqui. hære. & in ſimili multa diffundit Rom. conſ. 96. in prin.

¶ Similiterq́; eadem limitatio locū obtineret, quādo conſtaret quis ipſorū rixantiū prius prouocauerit: aliter verò hoc non apparente neuter agere poſſet, vt per Bar. in l. cùm pater §. libertus

 ff. de

ff.de lega.2.Bal.& Moder.in l. ſemel mora ff. ſol. matrim. & Rom. in l.cùm mulier, col.31.ff. eod. vbi concedit etiam, quòd quando nõ appareret, quis primò pacem violauerit, quòd tunc neuter agere valeret.

¶ Quod quippè verum, & indubitatum interpręetatur quantùm ad actionem Parti compe tentem, non autẽ quo ad alia: quia quatenus ad vindictam publicam ſpectat vterque tenebitur, ex quo etiam vterque delinquit, ſecundum Bal. in d.l.vt vim,& Fely. in præcitato c. dilecti.

2 Item nec obtineret locũ memorata cõis ſententia, quando quis improperaret alicui delictũ extra iudicium, & conſequenter infamaret eum de certo crimine, videlicet, quòd mitriatus extitit, vel eſt latro, vel ſpurius,& crimen, & infamia hæc vera quidem ſit, atque interſit reipublicę ſcire, vt infamia ipſa appareat, ne ad dignitates admictatur, non teneretur actione iniuriarum, vt firmarùnt Pet.Cyn. & Alberi. in l. ſi nõ conuicij in quæſt. 8. C.de iniur.Bar.in d.l.eum qui nocentem, Bal. Aret.& Nic. de Neap. inſtit. de iniur. in prin.Alex.in d.l.ſi pepercerit, nu. 6. vbi iſtorũ opinionem communem vocat,& ſequitur etiam (Cõis opin.) latè conſulendo,& communem pariter exprimit Boer. in d.conſ.4.ſub nu.35. cum cæteris ſeq. & 46.& Paleotus in trac.de notis,& ſpuriis cap.64.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Sacrũ regium Concilium Neap.teſte Grammatico deciſ. 37. nullam mentionem faciendo de communi præmemorata, quam quidem deciſionem citat,& declarat Vrſillus in annotationibus Afflicti in deciſ.206.nu. 13.

3 Et hinc eſt, ꝙ ſi quis diceret alicui traditore ex iuſta cauſa,&hoc verũ ſit, accuſari non poſſet de iniurioſis verbis,& accuſatus nõ teneretur aliqua pæna quãtumuis leuiſsima, nec puniri deberet, prout ità, in facti cõtingentia ſuper caſu relato per Vrſillum in d.deciſ.Afflict.206.nu.13.deciſum extitit in ipſo ſacro prætorio Neapolitano, & ſequitur Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 6.cap.24.nu.7.

4 Sed aduerte, quòd compenſatio non habet locum in actione iniuriarum, & conſequenter iniuriatus reproperare nequit iniuriam aduerſus iniuriantem, proferendo ſimilem, ſeu maiorem iniuriam, ſecundum Doct. præcitatos, Boer. in d.cõſ.4.nu.20. & ſeq. & Capicium cum aliis congeſtis per eum deciſ. 58. in cauſa Nicolai de Capullo, vbi recitat in facti contingentia ità deciſum fuiſſe in ſacro Concilio Neapolita.

5 Item iniuria non infertur alicui ex eo, ꝙ quis ei dicat tu dicis falſum, vt admittit Saly. eleganter in l. de tutela per illum text. C. de in integrũ reſtit. mino. quem ſequitur Iaſ. in l.3.col.1.de liber.& poſthu.& reddit rationem, & rationes Roma. conſ. 96. ſuper eo, quo quæritur an actione iniuriarum, & ibi Horat. Mand. cum aliis aggregatis per eum in add. in litera C, & Old. cõſ. 53. conſueuit dubitari, an dicens verbum contumelioſum, nu. 1. cum aliis ſeq. vbi conſuluit, quòd quis teneatur de verbo iniurioſo prolato in iudicio, vel extra animo iniuriandi, & non aliter, nec alio modo. Et dum ſuperioribus annis in facto euenit, quòd Peregrinus Sperantiæ de oppido Tuſsij propè Aquilam vrbane alloquendo Ioannem Angelum Meloni de eodem caſtro, & facta ſibi reſponſione quadam protulerat cõtra eum hæc formalia verba tu non dicis veritatem, pro quo quidem verbo credendo idem Ioannes Angelus ſe fuiſſe iniuriatum incautè egerat criminalem proponendo quærelam contra ipſum Peregrinum, qui ex præmiſsis, & ex notatis per Doct. in l. illud eleganter ff. quod quiſque iuris mediante meo patrocinio extitit abſolutus per Gubernatorẽ tunc temporis prędicti caſtri Tuſſij de voto magnifici D. Ioannis Vincentij Burri iuriſconſulti Aquilani.

SVMMARIVM.

1 *ACTIONES reales, & perſonales an tollantur per præſcriptionem ponitur vtraque opinio communis.*

2 *Actiones pſonales de iure canonico, & in conſcientia cum mala fide debitoris non præſcribuntur ſpatio 30. vel 40. annorum, & præcipuè interueniente iuramento.*

3 *Mala fides defuncti impedit præſcriptionem hæredis etiam volentis eam de nouo inchoare.*

OPINIO. VII.

1 ACTIONES reales iure canonico, & ciuili tolli nõ poſſunt per præſcriptionem 30.vel 40. annorum, ſed actiones perſonales vtique extinguuntur præſcriptione inducta iure ciuili triginta annis, etiam mala fide, ſecundum Hoſt. in ſumma de præſcri. rerum immob. §. res col. 1. ver. actiones perſonales, Bar. in l. hæc autem iura ff. de ſerui. vrba. prædio. Bal. conſ.437.vol.1.Bar.& Rom. in l. ſequitur §. ſi viam ff. de vſucap. Bonif. in clemen. col.3.de re iudi.Corn.cõſ.206.vol.2.& cõſ.296. vol.3.Bellamer.in c.fin.de præſcrip. Deciſ.Tholoſa.73. Papien. in ſua pract. in for. reſponſionis rei conuenti ſuper ver. præſcriptionis,& Apoſtillam ad Alex.conſ.99.col.2.vol.4.qui præſupponunt iſtam opinionem, ac diſtinctionem veriorem,& cõmunem fore,& in practica obſeruari. (Cõis opin.)

¶ In cõtrariam verò partem inclinarùnt Panor.& alij omnes in d.c.fin. Glo. Anch. & Francus i regula poſſeſſor malefidei de reg. iur. lib.6. Paul.Caſt.conſ.98.lib.2. Alex.in d.conſ 99. col. 2.vol.4.& conſ. 102.vol. 1. in fin. Anch. conſ. 5. quorum opinionem ſequuntur, & explicant cõmunem eſſe Imol.nu.19.& Fely.col.2.in d.c.fin. (Cõis opin.)

Balb.

Balb.in tract.pręſcrip.in 2.par.tertię partis principalis quæſt.13.Imol.in d.l.ſequitur §.ſi viam, Gozad.cõſ.56.nu.13.Crot.in l.nemo poteſt col.4.& ibi Rip.nu.116.ff.de leg.1.Grat.conſ.41.col.fin.vol.1.Gomeſ.inſtit.de act.in prin.nu.68.& eandem ſententiam tuetur Fortun.in trac.de vltimo fine illatio.2.& tenet Matthæſ.ſing.23.& ibi Gabriel Saray.ĩ add.videlicet,quòd actiones perſonales præſcribi non poſsint à debitore, qui ſciuerit ſe debitorem eſſe,etiam triginta, vel quadraginta annorum curriculo, & conſequenter actiones pariter perſonales cũ mala fide nullo tempore pręſcribuntur,ſecundum opinionem iſtam vltimo loco relatam, quæ ex deductis magis communis apparet,& ab ea in iudicando, cõſulendoque tanquam ſacroſancta nullo pacto diſcedendum eſſe opinor.

2 Et hinc deducitur altera cõcluſio, quòd actiones ipſę perſonales de iure canonico, & in conſciẽtia cum mala fide debitoris nullo modo pręſcribuntur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum;& præcipuè interueniente etiam iuramẽto, ſecundum Ang.& Rom.in d.l.ſequitur §.ſi viam,Glo.Bal.& Imol.in d.c.fi.& Iaffred.poſt alios relatos per eum complures deciſ.148.actiones perſonales:nam vbi de peccato vitando agitur lex ſecularis cedit,& ſubiicitur põtificiæ,quo ad vtrunque forum, Glo. eſt ordinaria in d.reg.poſſeſſor,cum qua tranſeunt ibi Francus, & omnes,& Fely.in c.in cauſis col.2.de teſtibus, & in c.1.col.8.& in c.eccleſia col.16.de conſti.

3 Sed aduerte utiliter, quòd mala fides defuncti nocet etiam eius hæredibus,qui etiam à ſeipſis minimè poſſent inchoare pręſcriptionẽ etiã eam lõgiſsimi temporis ſtante mala eorum pręděceſſorum, vt efficax teſtimoniũ eſt Abb. Ant. de But.& Fely.nu.6.in c.ſi diligenti de præſcrip. ubi perhibet iſtam eſſe magis communem opinionem,cui inhæret etiam cum aliis aggregatis per eum Gozad.conſ.56.nu.15.& Bertran.conſ.226.thema quæſtionis tale eſt, nu. 7. uol. 3. qui ſimiliter prædicat iſtam ſententiam fore cõem.

SVMMARIVM.

1 *Actiones datiuæ non tranſmittuntur ad hæred s ſecundum vnam communem opinionem : ſed ſecundum alteram ſententiam communem cõtrariam ipſę actiones datiuæ tranſeunt ad hæredes.*

OPINIO. VIII.

1 Actiones datiuæ non tranſmittuntur aliquo modo ad hæredes, ſecundum Gloſ.fin. in c. cum præcario ff.de præcario,in l.fin.§.fi.ff.de eden. Iaſ.cum aliis congeſtis per eum in l. iuriſgentium ff.de pact.col.2.& Couar.in c. poſſeſſor de reg.iur. lib. 6. parte 3. §. 1. nu. 4. vbi profert iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶ In cõtrariam vero partem,videlicet, quòd ipſæ actiones datiuæ tranſeant ad hæredes inclinauerẽ Dec. cũ quamplurimis coaceruatis per eum in l.cum mota,nu.7. C.de tranſact. & Gregorius lupus in l.7.tit.4.par. 5. & Aemilius Ferretus in d. l. iuriſgentium §.& ideò, vt exiſtimat iſtorum opinionem communem eſſe: Cõis opin. tamen prima opinio verior, & tutior apparet, prout oſtendit Couar.in d.c. poſſeſſor, & ei tanquam magis communi,ac ſacroſanctiſsimæ inhærere tutiſsimum arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria præſcribitur ſex mẽſibus vtilibus, & hoc tempus eſt vtile in principio, & in progreſſu, & non currit ignoranti.*

2 *In dubio tempus reputatur vtile ſi ignoranti noceret.*

3 *Actio redhibitoria competit emptori per actionem ex empto quatuor cauſis concurrentibus.*

4 *Actio redhibitoria competit quando emptor ſi ſciuiſſet vitium rei venditæ eam non emiſſet.*

5 *Actio redhibitoria præſcribitur quo ad vtrunque forum canonicum,& ſeculare ſex menſibus,etiam aduerſus eum qui malam fidem habuiſſet.*

6 *Actio redhibitoria non competit emptori,qui ſciuit vitium rei emptæ.*

7 *Vendens animal cum omni magagna non liberatur ſi ſciens morbum tacuit.*

8 *Actio redhibitoria quanto minoris, & ſimilis licèt extinguatur, remanet tamen obligatio in animæ iudicio ad damni compenſationem.*

OPINIO. IX.

1 Actio redhibitoria durat ſex menſibus vtilibus, vt l. cum proponas C.de ædilitiis actio. & l.ſciendum §.fi. ff. eod. titu. quod nempè tempus vtile eſt in ſui principio,ſecũdum Glo. in l.2.C.de ædilitiis actio.& ideò non currit ignoranti,niſi ignorantia ſit ſupina,vbi Bal.reddit rationem. quod quidem tempus vtile eſt etiam in progreſſu, vt notatur in l. annus ff. de calum. & ſentit Glo. in 2.lect. & in l. cũ ſex ff. de ædil. act. Cyn. poſt Iacob. But. & Bal. in d. l. 2. vbi aſsignant rationem.

2 Imò in dubio tempus hoc reputatur, ac dicitur vtile,ſi eius curſus noceret ignoranti, vt voluit Soc.Iun.conſ.19.nu.16.cum ſeq.uol.3.

3 Præterea conceditur actio hæc redhibitoria emptori per actionem ex empto ex quatuor cauſis,ſcilicet ob morbum,ob vitium, necnon quando pronunciatum ſit quid adeſſe quod abeſt, vel abeſſe quod adeſt, item quando non cauerit venditor de his, de quibus iubent cauere ædiles, ſecundum

cundum Azo. in ſumma ſuper C. de ædili. actio. §.fit autem,& Gaſp.Caball. in tract. de ædilitiis actionibus cap.2.nu.5.

4 Et vt clarius, apertiuſque hoc intelligas aduerte, quòd actio prędicta redhibitoria datur, quando emptor ſi ſciuiſſet rei venditæ vitium, eam nullo modo emiſſet, l. 1. §. quicunque ff.de ædil.actio.ideò agit is intra ſex menſes ad redhibitionem, vt venditio reſcindatur omninò,l. red hibere ff.ædili.edi.l.2. C. de ædilit. actio. & in d. l.ſciendum §. tempus, & actio iſta redhibitoria perſonalis quanto minoris, & ſimilis competit etiam contra eum,qui bona fide contractum fecit,l.tenetur ff.de act.empt.

5 Sed limitatur,ſeu interpretatur hoc, quòd actio iſta redhibitoria præſcribatur,tollatur,& extinguatur quo ad vtrunque forum pontificium, ſcilicet,& ſeculare ſpatio, & tempore memorato ſex menſium legibus definito, etiam aduerſus eum qui malam fidem habuiſſet,ſecũdum Paul. Caſtr.in l.ſequitur §.ſi viam,nu.6. poſt medium ff.de vſucap.Panor.col.3. Fely. col.2.in c. fin. de præſcrip. Balbum in tract. de præſcrip.in 2.par. tertiæ partis principalis quæſt.13.Crot.in l. nemo poteſt,nu.117.ff.de leg. 1. & in l. omnes populi concluſ.11.ff.de iuſti. & iur. & iſtorum opinio communis eſt,prout teſtantur Moder.in d.c. fin.& eidem communi accedunt etiam Matthęſ, ſing.23.& Panor.poſt Butr.in c. quoniam col. 5. de præſcrip.vbi Fely. quoque col. 2. meminit de ipſa communi. *Cõis opin.*

6 Interpretanturq; prędicta ſimiliter non procedere,vt non competant actiones prædictæ emptori,qui ſciuerit rei emptę vitium,l.1.§. ſi intelligatur ff.de ædilit.actio.& notat Corn. conſ.81. nu.1.vol.3.

7 Tamen vendens animal alicui, dicenſq; illud vẽdere cum ſuperoſsibus,ſchinellis,pro bulſo,marcio,& fragido,& cum quacunque aliã generali proteſtatione, & quòd non vult denique de aliquo alio vitio teneri,tunc quippè ſi animal hoc morbo antiquo vexatum ſit, de quo venditor ipſe quomodolibet notitiam habuiſſet tenetur ſpecificè notificare proprium vitium,nec ſufficit proteſtatio memorata ſub generalitate verborum, & quòd non vult teneri, & cætera, & ſic venditor ex quo non notificauit proprium vitiũ tenetur in hoc caſu redhibitoria, & reſtituere prætium,& reaccipere ſuum animal,vt ità in terminis conſuluit Corn.in d.conſ.81.& Bernardinus ille ſanctiſsimus protector noſter in ſuis ſermonibus *de euangelio eterno, ſermone* 33.art. 2.ſub cap.7.ante fin.Iaſ.poſt Ang.& Paul.Caſtr.in l.paciſci ante fin.ff.de pactis, Port. in §. ſuſpectus autem,ſub nu.8. inſtit. de ſuſpectis tuto. & curato. Alex.conſ.14.in fi.& ibi Nat.in add.vol.5. & idẽ Alex.conſ.95. eod. vol. & ita voluit originaliter Spec.in tit.de empt.& vendit. §. de reſcin.vend.

8 Cæterùm extincta actione redhibitoria quanto minoris, & ſimili adhuc remanet obligatio in animæ iudicio ad damni compẽſationem, iuxta diſtinctionem Sancti Thom. in ſecunda ſecundę quæſt.77.art. 3. Maior. in 4. ſent. diſ. 15. quęſt. 40. ar. 3. Syl.in ſua ſumma in uer. emptio q.19. Caiet. in d.art.3.& Matthæſ.in d.ſing. 23.

¶ Imò ſi quis egerit redhibitoria,& ſubcumbuerit poſſet quippè poſtea agere intra annum quanto minoris,ſecundum Bal.in l.pen.col.2.C. de ædilit.actio.Cremen.ſing.164.& Cot. in memorali in uer.actio redhibitoria.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO dotis competens mulieri conſtante matrimonio, marito vergente ad inopiam, cum iuramento per ipſam mulierem alteri cedi non poteſt.*

OPINIO. X.

1 ACTIO dotis competens mulieri cõſtante matrimonio,marito vergẽte ad inopiam, cum iuramento per ipſam mulierẽ alteri cedi non poteſt, vt efficax teſtimoniũ eſt Bal. col. 4. & Saly.col.2.in l.1.C.de priuil.dotis, & Iaſ. cum aliis coaceruatis per eum in l. ſi conſtante col.fi. ff.ſolu.matt.Curt.Senior conſ.57.per totum,vbi refert Doct.omnes contrarię ſententię,tollitque omnia obſtacula, & ſequitur etiam Soc.Iunior conſulendo conſ.55.nu.11. vol.2.vbi iſtam opinionem æquiorem,communioremq; vocat. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DONATIO non vallata ſtipulatione, vel traditione, ſed nudo pacto, agitur ex eo, & maximè ad pias cauſas. & actio iſta appellatur condictio ex lege.*

2 *Actio non oritur hodie ex nudo pacto donationis, ſed propter pactum lex introducit condictionem ex lege.*

3 *Actio an hodie oriatur ex nudo pacto de donando, an ex lege, diſcutitur hic.*

4 *Donatio cauſa mortis nudo pacto perficitur.*

5 *Donatio præſumpta, velut quando quis promittit ſcienter abſque cauſa præſumitur donatio.*

6 *Donatio facti, & ſic continens merum factum, vt ire Romam, quando animo donandi tibi promitto, ex ea donatione agi non poteſt; ſed quando factum miſtam habet traditionem; puta quando factum, animo donandi promitto tibi, quòd cretam, vel lapidem poſſis eximere de fundo meo videor donare cretam illam, vel lapidem per te eximendum, & patientiam eximendi promittere.*

OPI-

OPINIO. XI.

1 LEX ſi quis argentū §. fi.C. de donat. vbi dicit tex. quòd licèt donatio non ſit vallata ſtipulatione, vel traditione, ſed nudo pacto, tamē agit ex eo, pręcipueque ad pias cauſas. Et actio iſta appellatur cōdictio ex lege, vt notat Zaſi.in prin.de actio.ſub nu.10.

2 Vnde ampliatur primùm iſte §. fi. vt actio nō oriatur hodie ex nudo pacto donationis, ſed propter pactum lex introducat condictionem ex lege, ſecundum Bar.in l.legitima ff.de pactis, quē ſequuntur communiter Scribentes, atteſtante ibi Alex.& Iaſ.& Caccial.ī tract. de pactis quęſt. 6.ſub nu.48. *Cōis opin.*

3 Lex enim in donatione non fouet pactum, imò illud nudum remanet, nec actionem parit, verùm lex ipſa ob pactū producit actionem, vt firmauerunt Bar.& Imol.in l.fideiuſſor §.1.ff. de fideiuſ. obſeruatque lex in caſu iſto quod Rex quādoque, qui licèt valeat vnum paruum comitem potentem facere ſic, vt ipſe per ſe bellum faciat, id certè non facit Rex ipſe, ſed, illo paruo comite in ſua poteſtate dimiſſo propter ipſum facit bellum, vt tradit exemplum hoc cōgruenter Bar.in d.l. legitima, cum quo ſentit Communis Schola omnium Scribentium, vt ſupra deduximus, & de communi iſta teſtatur etiam Iaſ. in §. in perſonam, nu.47.inſtit. de actio. & Portius in §.1.nu.3.inſtit.de donatio. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partē inclinarūnt Glo. Fulg. & Zaſi.in d.l.legitima, quorum fundamēta tolluntur per Scriben.in d.§.1.ſed Iaſ. in pręcitato §.in perſonam, nu. 58. noſcens, perpendenſque quæſtionem iſtorum fore de lana caprina, ac fruſtrà laborare circa præſentem altercationem protulit magnum, & vtile quippè uerbum, quòd quatenus attinet ad quęſtionem hāc nullius, aut paruæ admodum vtilitatis ſit, an hodie oriatur actio ex nudo pacto de donando, an verò ex lege propter pactum.

4 Secundo etiam loco ampliatur d.§.fin. vt obtineat locum ſimiliter in donatione cauſa mortis, vt ſcilicet ipſa nudo pacto perficiatur, ſecundum Gloſ. ſingularem, & ibi Bar. in l. cùm pater §.Meuio ff.de leg.2.& hoc idem firmat Bal. poſt Cyn.in l.1.C.de donatio.cauſa mor. & Coraſ.in miſcellaneis iuris ciuilis lib.3.cap.15.nu.14.& aſſertionem iſtorum ait communem eſſe Ioā. de Imol.in l.eum ex cauſa ff. de re iud. quamuis ipſe ibi præcipitanter aſſeueret per complura fundamenta, contrariam ſententiam veriorem, quæ omnia tollit Ang.in d.§. in perſonam, nu.61.& ab hac opinione Gloſ. & tantorum Patrum non fore recedendum in iudicando, & conſulendo ſuadet Rom.in d.l.1.C.de donatio. cauſa mor.& Iul.Clarus in tract.de donat.quæſt.14. vbi enuntiat iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur cū magna caterua Doctorū per eum relata. *Cōis opin.*

5 Tertiò ampliatur prædictus §.fin.vt procedat etiam in donatione preſumpta, vtputa quando aliquis promitteret ſcienter abſque cauſa; quo caſu præſumitur dubio procul donatio, ſecundū Gloſ.in l.hactenus §.1.& ibi Bar.ff.de conſti.pecu. & huic opinioni accedunt complures Doct. quos cumulat Iaſ.in d.§. in perſonam, nu.65.& ſyncerè apparet magis communis. *Cōis opin.*

6 Quarto loco ampliatur etiam d.l. ſi quis argentum §.fi.vt locum habeat in donatione facti: verùm hoc non tranſit ita abſolutè, & ſimpliciter: nam Aret.in §.1.inſtit. de donat. relatis opinionibus hinc inde tenet diſtinctionem Bal.in l. ex placito quęſt.9. C. de rerū permu. & in tract. de pactis, nu.33.& Imol.in l.ædibus §.1.col.2.ff. de donat. cui inhærent Caccial. in tract. de pactis in 6.quæſt.nu.45. Alex.& Iaſ.in d.l.iuriſgentium §.ſed cum nulla ff.de pact.

¶ Propterea duo caſus conſiderandi ſunt. Primus quando donatio contineret merum factū, vt ire Romam, quando animo donandi tibi promitto, & circa iſtum primū caſum Guil. & Rayne.in d.§.ſed cum nulla inclinarūnt in partē negatiuam, & alij plures etiam, quos congerit ibi Iaſ.nu.29.& opinionem iſtorum fatetur audacter communem eſſe Ruin.in l.2.ff.de leg.1.ſed contrarium aſſeuerant Soc.Iunior ibi, Bal. Fulg. & alij plures, quos citat, & ſequitur Iaſ.in d. ſed cum nulla, quorum fundamenta optimè, atque doctiſsime tollit Garzi.in c.1.nu.39. de pactis, & communem iſtam in deciſiuis tanquam veriſſimā ſequendam, amplectendamq; totis viribus ſuademus. *Cōis opin.*

¶ Secundus verò caſus eſt, quando factum miſtam habet traditionem, puta quādo factum animo donandi promitto tibi, quòd cretam, vel lapidem poſsis eximere de fundo meo videor donare cretam illam, vel lapidem per te eximendum, & patientiā eximendi promittere; vt Imol. declarat in d.l.ædibus §.1.& iſtam partem affirmatiuam circa pręmiſſum ſecūdum caſum poſt Bal.in memoratis locis tenet Caccial.Imol.in d. l.ædibus §.1.Aret.in d.§.1.inſtit. de donat.Alex. in d.§.ſed cum nulla, & fuit de mente Bar. in l. qui ſaxum, vbi etiam ſentit Imol.ff.de donat.

¶ Ampliaturque poſtremò d.l.ſi quis argentum in duobus aliis caſibus per Iaſ.in d.§. in perſonam, & per Clar.in d. quæſt.14. quos videre per te poſſes.

SVMMARIVM.

1 *PROMISSIO de donando facta pacto nudo non producit actionem, cùm aliud ſit donatio, aliud pactum de donando.*

OPINIO. XII.

1 ACTIONEM non produ-
cit, nec parit promiſsio de
donando facta pacto nu-
do, cùm aliud ſit donatio,
aliudq́; pactum de donan
do, ſecũdum Ioan.Fabr. in
§.aliæ inſtit.de actio.Alex.
in l.iuriſgentium col. 3.ff.
de pact. Saly. in l.ſi quis argentum C. de donat.
& in l.2.C.de condict.ob cauſam, Imol. in l. ędi-
bus ff.de donatio. Alciat. & Dec. in l. ſi pactum
quo pænam, nu. 6. C. de pact.Gallia. in rub.nu.
113.& Soc.Iuniorem, nu. 247. & 256. ff. de ver.
oblig.Tyraq.in tract.de retract.lib.2. ad fin. nu.
47.& Pet.Dueñ.in reg. 19.actio oritur ex pacto
nudo in prima limitat.ſub nu.8.& iſta eſt com-
munis Schola cõtra Bar.in princ. & Fort.Garzi. Cõis
col. 31. in d.l. iuriſgentium, & Ang. in d.l.ſi opin.
quis argentum §.fin. contrariam partem ſubſti-
nentes.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO hypotecaria, & actio perſona-
lis de dote ſimul in eodem libello inten-
tari poſſint.*
2 *Cumulatio perſonalis actionis, & hypo-
thecariæ admittitur, licèt non proponantur, aut inten-
tentur ſimul, & ſemel à principio; ſed vna actio poſt
aliam.*
3 *Proteſtatio eſt neceſſaria, vbicunque actor proponeret
plures actiones ad idem competentes in caſibus per-
miſſis; videlicèt, quòd non intendit ſolutionem conſe-
qui niſi ex vna.*
4 *Libellus non vitiatur ex omiſſione proteſtationis in ca-
ſu plurium actionũ propoſitarum per actorem in ca-
ſibus permiſſis, quòd non intendit ſolutionem conſequi
niſi ex vna actione.*
5 *Hypothecaria quamuis cumulari queat cum perſona-
li, nihilominus id intelligitur coram eodem iudice, &
non diuerſo.*
6 *Hypothecaria actione agens contra tertium poſſeſſo-
rem, etiam ſi cauſam habeat à debitore, an teneatur
probare poſſeſſionem debitoris, & titulum, diſcurri-
tur, & reſoluitur.*
7 *Hypothecaria, vt agi queat contra tertios poſſeſſores,
opus eſt, vt præcedat legitima excuſſio bonorum debi
toris, & fideiuſſoris.*
8 *Hypothecaria actione, vt agi poſſit contra tertium poſ-
ſeſſorem neceſſe eſt, vt fieri prius debeat excuſſio in bo
nis debitoris, vel fideiuſſorum vbicunque ſitis.*
9 *Hypothecaria actione, vt quis agi poſſit contra ter-
tium poſſeſſorem, opus eſt, vt præcedat pronuntiatio iu
dicis, vt excuſſio contra ipſum tertium poſſeſſorem le
gitimè facta fuerit.*
10 *Hypothecaria actione tertius poſſeſſor conueniri non
poteſt, niſi prius facta excuſſione in bonis principalis
debitoris, vel eius fideiuſſoris, etiam ſi in inſtrumento
vltra obligationem bonorum fuiſſet appoſitum conſti
tutum, ſeu precarium de poſſidendo.*
11 *Hypothecaria actio datur contra tertium poſſeſſorem
tam pro tacita, quàm pro expreſſa hypotheca.*
12 *Poſſeſſores tertij debent generaliter vocari, ac citari in
declaratione hypothecariæ actionis.*
13 *Hypothecaria actio licèt non procedat contra tertium
poſſeſſorem, niſi prius diſcuſſis bonis principalis debi-
toris, vel fideiuſſorum, tamen hoc limitatur in duode-
cim caſibus remiſſiuè.*
14 *Cumulatio petitionis hereditatis, & rei uendicationis
ſimul, & ſemel in eodem libello pro eadem re admit-
titur.*

OPINIO. XIII.

1 ACTIO hypothecaria, & actio
perſonalis de dote ſimul in
eodem libello intentari poſ-
ſunt, §. ſed neque in auth. de
fideiuſ. Nam hypothecaria ip
ſa eſt acceſſoria ad perſonalẽ
actionem, ſecundum Cyn.Bar.nu.18.Fulg.& Bo
log.cumulatiſsimè, nu.117.in l. edita C. de edẽ. Cõis
Fab.col.antepen.Iaſ.nu. 101.in §.item ſeruiana opin.
inſtit.de actio.& hoc non habet contradictorem
aliquem, teſte Balbo in tract. de preſcript. in 4.
par.nu.15.& Boer.deciſ.334.
2 Ergò acceſſorium hoc ſapit naturam ſui prin
cipalis, iuribus vulgaribus, & text.in d.§.ſed ne-
que, debet intelligi, vt ibi ab initio ſimul, & ſe-
mel fiat cumulatio perſonalis, & hypothecariæ,
vt voluit Dyn.in reg.nullus pluribus lib. 6. Cæ-
terùm d. l. edita loquitur de vna actione poſita
poſt aliam, tunc enim cumulatio non admitti-
tur, & iſtam opinionem Dyni enuntiat commu- Cõis
niter ſeruari Alber.in d.l. edita, & ita iudicauit opin.
Senatus Bardegalenſis in facti contingentia, at-
teſtante Boer. in d.deciſ.334.nu. 3. Bal. verò in
prælibata l.edita voluit eleganter, quòd etiam
ex poſt facto cumulatio iſta perſonalis actionis,
& hypothecariæ admittatur, & ita per hanc Bal
di doctrinam deciſum extitit in ſacro regio con-
ſilio Neapolitano, Capicio teſte in deciſ. 80.
3 Aliqui etiam ex præcitatis Doct. voluerunt
circa præmiſſa vnum valde curioſum, ſeu potius
pompoſum, videlicet, quòd actor proponẽs plu-
res actiones ad idem competentes in caſibus
permiſsis proteſtari debeat, quòd non intendit
ſolutionem conſequi, niſi ex vna.
4 Tamen quicquid Doct. iſti ſuadeant, ob hoc
libellus non vitiatur propter omiſsionẽ huiuſce
proteſtationis, ſecundum omnes Canoniſtas cõ Cõis
muniter in c.conſtitutus de in integ.reſtit.quo- opin.
rum opinionem cõmunem eſſe atteſtatur Rip.
in l.1.§. quia autem, nu. 21. ff. quorum legato-
rum contra Glo.in l.quod in hæredem §.eligere
ff.de tribu. contrarium aſſeuerantem, & com-
muniter damnatam ibi ab omnibus.
5 Et licèt redeundo ad inſtitutum noſtrum, hy
pothe-

pothecaria cumulari poſsit, cum perſonali, tamē id intelligitur cum grano ſalis coram eodem iudice, & non diuerſo, vt probat, & firmat Gram. in d.conſ.ciuili 95.nu. 30. vbi in medium affert iſtā eſſe communem opinionem. Cōis opin.

6 Vnde proſequendo materiam huiuſcemodi actionis hypothecariæ, aduerte, quòd hypothecaria actione agens contra tertium poſſeſſorem, tenetur probare non ſolùm eum qui hypothecauerat rem quæ aliena prętenditur pignori data tenuiſſe, & poſſediſſe tempore ipſius hypothecationis, ſed etiam, quod illammet tenuerit, & poſſederit cum titulo, ſecundum Glo. & Bar. in l.rem alienam.ff. de pigno.actio. Alber. in l.cùm res circa fin.C.ſi aliena res pigno.da.ſit, ubi etiam adſeruit hoc uidiſſe communiter obſeruari, (Cōis opin.) & opinioni huic accedit quoque Ang.Aret. in §.item ſeruiana inſtit. de actio. vbi recitatis opinionibus explanat ita eam in practica obſeruari, niſi appa ret de fraude facta in damnum creditoris. Et ſic ex hac opinione in praxi recepta creditor agens contra extraneum, etiam ſi cauſam haberet à debitore, teneretur proculdubio indiſtinctè probare poſſeſsionem ipſius debitoris, & titulum. Cynus verò in d.l.cùm res in hoc articulo diſtinguere videtur inter extraneum habentem cauſam lucratiuam à debitore, & eum qui habet onerofam, & quòd in primo caſu ſufficiat probare poſſeſsionem debitoris, in ſecundo uerò non; quam quidem diſtinctionem amplectuntur Flor. in l.ante omnia ff. de probat. Iacob. But. in d. l. cùm res, & Bald. in l. de rebus C. de donat. ante nupt. & in d. §. item ſeruiana, ubi Moder. aiunt iſtam eſſe communem opinionem, (Cōis opin.) & veriorem patefacit Bertran.conſ. 77. perſcrutato proceſſu dudum cepto, ſub numero 4.vol.4. In alteram uerò ſententiam inclinauit Saly.in d.l.cùm res, uidelicet, quòd probatio ſolius poſſeſsionis ſufficiat, & ita iudicatum extitiſſe in eminenti curia parlamenti Delphinalis aſſerit Guido Papæ deciſ.432. ſupra, nu. 6. ſcilicet, quòd deducto, & probato, quòd debitor poſsidebat rem hypothecatam, vt ſuam tamquam dominus tempore obligationis iudices illius curiæ conſueuiſſe decernere hypothecariam creditori contra tertios poſſeſſores, & iſta eſt veritas.

7 Sed ubicunque ageretur actione ipſa hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, deberet utique prius fieri excuſsio legitima, & ſolemnis in bonis principalis debitoris, vel ſui fideiuſſoris, vt in §. hoc autem, auth. de fideiuſſ. & in authē. hoc ſi debitor cum ibi not.C. de actio. & obligatio.& per Doct.in l.fin. ff. ſi cer. pet. & per Corn. conſilio 246.in hac conſultatione, numero 2.volu.4.& per Barto.Ange.& alios in d. authen. hoc ſi debitor, & notat, firmatque etiam Soc. conſilio 24.numero 19.volu. 1. Alexan. conſilio 100. col.2.vol.5.Pariſ.conſ. 50. nu. 40. vol. 1. & Bertran.conſ.77. perſcrutato proceſſu, numero 1. & ſeq.vol.4.

8 Vbi hoc ampliat procedere etiam, vt excuſsio ipſa fieri debeat in bonis debitoris, ſeu fideiuſſoris ubicunque ſitis.

9 Et ampliat quoque Barto.& Alex. in l. prætor §.hoc interdictum ff. de noui oper. nunciat. & Ancha.conſilio 363. in nomine indiuiduæ trinitatis, numero 3. vt non tantùm debeat præcedere excuſsio ipſa, uerum etiam iudicis decretum, & pronunciatio, vt excuſsio hęc ſit legitimè emanata, & facta, & huic opinioni Barto. accedunt Iaſ.in l.ſtipulatio §.habet autem ff.de noui oper. nunciat.& Anto.Neguſantius in tract.de pignoribus in primo membro in 8. par. ſub nume. 11. quibus in locis ad lucem adducunt iſtam eſſe communem opinionem, & ita meminit obſeruari in Curia Parlamenti Delphinalis Guido Papæ in deciſ.432.nu.2. Cōis opin.

10 Imò regula iſta ſic ampliata obtinet quoque locum ſi in inſtrumento ultra obligationem bonorum fuiſſet appoſitum conſtitutum, uel præcarium de poſsidendo, vt concedunt Bald. in l. prima.C. de reuocan. his quæ in fraud. credit. & in cap. cùm ueniſſent circa finem de reſtitutio. ſpoliatorum, & Docto. communiter, quos refert Alexan. conſilio 137.colum. 2.vol. 2. & conſilio 70.& conſilio 73.uol.5. Cōis opin.

¶ Et hoc quippè abſque ſcrupulo aliquo locum haberet ſi creditor egiſſet actione hypothecaria contra fideiuſſorem, ſeu tertium poſſeſſorem omiſſa via executiua, hoc eſt non agendo remedio l. fin. C. de acquir. poſſeſ. nec ex reuocatione præcarij, tunc nempè excuſsio omninò foret neceſſaria, ſecus uerò ſi uia executiua creditor ex conſtituto, ſeu præcario egiſſet, vt voluerunt Roma. Aret. & Alexan. in l.exitus ff. de acquiren.poſſeſ.Guid. Papæ in d.deciſio.432.numero 12. Neguſantius affabrè in dicto tract. de pignoribus in 1. membro octauæ partis, ſub numero 17.& Alexan. in præcitatis conſiliis, & eſt de mente Bald. in dicta lege prima. C. de reuocan.his quæ in fraud. credit. & Ange. in l. fin. C. de actionib. & obligationib. & ita debet intelligi id quod firmarùnt Aret. conſilio 127. & Alex. in d. conſilio 70.

¶ Et licèt omiſsio diſcuſsionis principalis debitoris non reddat iudicium nullum, ex teſtimonio Barto.in l. ſecunda. C. commu. diuidundo, tamen tutius foret, ſecundum Corne. conſilio 85.uidetur prima facie dicendum, numero 9. & 14.volu.4.quòd pendente lite diſcuſsio fieret, & idem firmat Guido Papæ in d.deciſ.432.nu.8. & ſeq.

11 Ampliatur itidem regula antedicta, quòd quemadmodū pro hypotheca expreſſa actio hypothecaria cōtra tertium poſſeſſorē conceditur, vt l.ſi debitor C.de diſtract.pigno.cum aliis concordantibus præallegatis, ita ſimiliter conceditur, daturque pro hypotheca tacita, arg. l. cùm quid ff.ſi cer.peta.& eſt textus in l. 1.C.de præca. & ſalui.interdic. ſecundum communem intelle- Cōis opin.

ctum Gloſſæ, & omnium aliorum ibi]: ſiquidem textus ille in locatore, & conductore intelligitur, prout conſtanter firmat Bar. in l. 3. C. de pign. in 4. quæſt. principali, vbi concludit, quòd vbicunque conductoris res, quæ tacitè hypothecata extet locatori in tertium cauſam habentem à conductore perueniret, vtique locator contra tertium poſſeſſorem ipſum ius executiuum] de ingrediendo propria authoritate exercere nequiret: vtpote quia pactum illud executiuum ad certum locum cenſetur limitatum, videlicet donec, & quouſque res in domo reperiuntur; cæterùm vbicunque extra domum reperiantur penes tertium habentem à prælibato conductore cauſam, deberet contra eum agi hypothecaria; & allegat Bar. textum in d. l. 1. C. de ſalui. interdic.

12 Finaliter ampliatur etiam regula antedicta, vt in huiuſmodi pronuncia, declaratione que actionis hypothecariæ facienda per iudicem mediante decreto debeant citari, ac vocari tertij poſſeſſores, & fideiuſſores, generaliter quidem, mediante præcone, ſecundum Bar. in l. decem ff. de ver. oblig. cuius opinionem ibi ſequitur, tuetur, enuntiatque communem eſſe Iaſ. & Ant. Neguſantius in d. tract. de pignoribus in primo membro, in 8. par. nu. 12. ſed Guido Papæ in allegata deciſ. 432. nu. 3. meminit hoc de ſtylo eminentis Curiæ parlamenti delphinalis non ſeruari. *Cõis opin.*

13 Et iſtam regulam ita vtiliter ampliatam limitat in duodecim caſibus Ant. Neguſantius in d. tract. de pignoribus in primo membro in 8. par. à nu. 14. vſque ad nu. 34.

14 Sed ad prouinciam vnde incepimus redeamus, concludendum eſt, quòd quemadmodum actio hypothecaria, & actio perſonalis de dote cumulari queunt in eodem libello, ita etiam petitio hæreditatis, & rei uendicatio ſimul, & ſemel in eodem libello intentari, cumularique poſſent pro eadem re, ſecundum Ang. in l. qui interrogatus ff. de interrog. actio. Bal. poſt Pet. & Cyn. in l. 2. in fin. C. de petitio. hæred. Paul. de Caſtr. conſ. 138. in cauſa quæ vertitur coram locumtenente, vol. 2. Alex. conſ. 184. viſo proceſſu inter Balthaſarem, ſub nu. 1. & ſeq. vol. 5. & Iaſ. in l. vt reſponſum, nu. 2. C. de tranſact. & iſta eſt veritas, licèt & malè, titubanterque contrarium aſſerat idem Paul. de Caſtr. in d. l. 2. C. de petit. hæred. & Ruin. conſ. 54. viſo proceſſu, & quantum in me eſt, ſub nu. 8. vol. 4. dicens ibi hoc maximè procedere, vbi actor proponeret iura ſua ſimul, & diuiſim, copulatiuè, & alternatiuè.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO ſeruiana, ſeu interdictum ſaluianum competit locatori pro rebus coloni illatis, non ſolùm contra conductorem, ac debitorem, aut inquilinum, & eorum hæredes, ſed etiam contra quemlibet extraneum poſſeſſorem.*

OPINIO XIIII.

1 ACTIO ſeruiana, ſeu interdictum ſaluianum competit locatori pro rebus coloni illatis, etiam contra extraneum poſſeſſorem, & conſequēter pro rebus coloni inuectis competit locatori directum ſaluianū ipſum, vtile autem locatori competit pro rebus inquilini, & cuilibet creditori etiam, vt eſt caſus in l. 1. C. de ſalui. interdict. competitque nō ſolùm contra cōductorem, ac debitorem, aut inquilinum, & eorum hæredes, vt in d. l. 1. & ibi Bal. verùm etiam contra quemlibet extraneum poſſeſſorem, vt eſt tex. in l. 1. §. 1. ff. de ſalui. interdict. & ibi Bar. & ſic vtile ſaluianum competit pro rebus inquilini, ſecundum Glo. in ver. coloni, Fab. Aret. Iaſ. & Bellonum, nu. 23. in §. item ſeruiana inſtit. de actio. vbi adiicit iſtam eſſe communem opinionem, & cum ea ſentiunt quoque Bar. in d. l. 1. ff. de ſalui. interdic. Bal. & Saly. in l. certi iuris C. locati, & Neguſ. in tract. de pignoribus in 2. par. quarto membro, nu. 133. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PVBLICIANA eſt actio in rem origine prætoria, vtilis, perpetua, ac competens alicui ratione iuris, vel rei bona fide quæſiti, facta traditione, vel quaſi à poſſidente, quem putabam eſſe dominum ex titulo habili ad tranſlationem dominij contra habentem facultatem reſtituendi ad declarationem iuris ſui.*

OPINIO XV.

1 PVBLICIANA eſt actio in rem origine prætoria, vtilis; perpetua, competenſq; alicui ratione iuris, ſeu rei bona fide quæſiti facta traditione, vel quaſi à poſſidente, quem certè putabam eſſe dominum ex titulo habili ad tranſlationē dominij contra habentem facultatē reſtituendi ad declarationē iuris ſui, ſecundū Pet. de Bellaper. Ioā. Fabr. col. 3. & oēs ī §. ſed iſte, inſtit. de actio. quorū opinionē, ſeu diffinitionem fæcundè proſequit Iaſ. ibi, nu. 7. cū multis ſeq. & latius ibidem eam explicat, declarat, ſequitur, & affert communem eſſe Gomeſius, numero 6. *Actio* *Cõis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *ACTIO publiciana competit emptori bonæ fidei cauſam habenti à malæ fidei poſſeſſore, nec competit aliquo modo vero, ac directo domino.*

2 *In actione publiciana, vt quis obtineat requiritur ex parte actoris, vt probet de eius titulo, & qualiter rem poſſedit ex traditione ſui authoris.*

3 *Ad actionem publicianam acquirendam ſufficit, vt à quocunque fuerit habita poſſeſſio.*

OPINIO XVI.

1 ACTIO publiciana competit emptori bonę fidei cauſam habenti à malæ fidei poſſeſſore, nec competit aliquo modo vero, & directo domino, ſecundum Spec. in tit. de actio. & pet. §. ſequitur, Azo. in ſumma in tit. de publiciana, Iacob. But. Fabrum, Nicol. de Neap. & omnes in §. ſed iſte inſtit. de actio. legiſtas omnes etiam in l. eum qui §. prætor ait ff. de publici. & Canoniſtas in c. abbate de ſenten. & re iudic. in 6. & iſtorum opinionem ſequitur legendo Iaſ. in d. §. ſed iſte, nu. 59. cum quinq; aliis ſeq. vbi recitat eam eſſe magis communẽ, Alex. quoque, nu. 9. & Ripa nu. 31. in l. rem quæ nobis ff. de acqui. poſſ. quia acquirens rem iuſto titulo, & bona fide à non domino, qui mala fide poſſedit certè iſta mala fides authoris ſibi bona fide acquirenti nocere non poteſt, nec debet, quominus ſibi publiciana prędicta competat, & agens publiciana iſta actione non tenetur neceſſariò probare ſe ipſum non dominum, vt firmant Spec. in d. §. ſequitur, verſ. ſin autem velis, Bal. in d. l. eum qui §. in publiciana, Aret. & Iaſ. nu. 76. in d. §. ſed iſte. Cõis opin.

2 Quia vt quis obtineat in publiciana requiritur ex parte ipſius agentis, vt probet de eius titulo, & qualiter rem poſſedit ex traditione ſui authoris, d. §. ſed iſte, l. 1. ff. de publicia. & d. c. Abbate, cum ibi nota.

3 Et ad acquirendam ipſam publicianam ſufficit à quocunque fuerit habita poſſeſſio, vt voluerunt Bal. in d. l. eum qui §. prætor ait, Bar. in l. cùm ſolus ff. de vſu. & Ang. in l. ſuper longi C. de præſcrip. long. temp.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO publiciana non competit eccleſiæ, niſi actualiter tradatur poſſeſſio.*

OPINIO XVII.

1 IN eccleſiam transfertur dominium ex ſolo titulo donationis ſine traditione, l. fin. C. de ſacroſan. eccle. tamen ipſi eccleſiæ publiciana non cõpetit, niſi actualiter tradatur poſſeſſio, l. 1. & l. traditionem ff. de publiciana, & ita voluit Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua, verſ. 58. Bal. in l. quoties. col. 1. C. de rei vendi. Ioan. And. Ant. Card. Floren. Imol. & Panor. in c. 2. ext. de conſuet. & in terminis Corn. conſ. 288. nu. 7. & ſeq. vol. 4. & conſ. 117. nu. 24. vol. 2. & iſtorum opinionem nonnihil declarat Iaſ. in §. ſed iſte, numero 36. & 75. inſtit. de actio. & Gomeſius quoque, nu. 26. vbi narrat eſſe communem. Actio Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO publiciana nunquam conceditur contra eum qui poßidet cum titulo*

2 *Actio publiciana conceditur contra titulo poßidentem quando titulus eſſet cauſatus ab extraneo, & non ab hęrede poſt mortem defuncti.*

3 *Actio publiciana datur contra titulo poßidentem, quando per reum exciperetur de titulo ante ſententiam.*

4 *Actio publiciana datur ad inſtar rei vendicationis, & in ea veniunt fructus, & in rei vendicatione fit etiam condemnatio fructuum perceptorum.*

OPINIO XVIII.

1 REI vendicatio datur, conceditur que contra poſsidentem cum titulo, l. officium in fi. ff. de rei vendi. ſed publiciana nunquam conceditur contra eum qui poſsidet cum titulo, l. ſiue autem §. ſi duobus, vbi Bar. & alij notant, ff. de publi. & rationẽ diuerſitatis aſsignant Bar. & omnes in l. hæreditatis C. de petitione hæredi. quam amplectitur Iaſ. in §. ſed iſte, numero 19. & ſeq. inſtit. de actio. & communem dixit ibi Gomeſius numero 13. Actio Cõis opin.

2 At hoc non procedit, quando titulus eſſet cauſatus ab extraneo, & non ab hęrede poſt mortem defuncti: quia tunc publiciana conceditur contra titulo poſsidentem, ſecundum Saly. in l. 2. C. de petit. hæred. & in l. fin. C. de edic. Diui Adria. tollen. & Alex. conſ. 90. vol. 2.

3 Fallit etiam antedicta communis, quando per Reum exciperetur de titulo ante ſententiam: quia eo caſu publiciana datur contra titulo poſsidentem, ſecundum Cyn. Bal. & Paul. Caſtr. in l. cogi in fin. de petit. hæred.

4 Sed benè verum eſt, quòd actio ipſa publiciana datur ad inſtar rei vendicationis, & in ea veniunt fructus, l. eum qui §. in publiciana ff. de publicia. Et in rei vendicatione fit etiam condemnatio fructuum perceptorum, l. fructibus, & l. ex diuerſa §. 1. ff. de rei vendic.

SVMMARIVM.

1 *IN actione publiciana ponitur hic quadruplex forma libellandi.*

2 *Publiciana cum petitorio alternatiuè cumulari poteſt, & libellus iſte procederet de ſola conſuetudine.*

OPINIO XIX.

1 IN actione publiciana quadruplicem formam libellandi ponũt Glo. Dy. Faber, Aret. & alij in §. ſed iſte, inſtit. de actio. *Actio*

2 Sed tertia forma libelli in publiciana, tradita ibi per Glo. eſt iſta, quando actor alternatiuè libellum ipſum conciperet, peteretque rem, ſeù bona ad ſe ſpectare, & pertinere ratione dominij, vel quaſi, & ſic poſſet publiciana cum petitorio alternatiuè cumulari, & libellus iſte de ſola conſuetudine procedit, ſecundum Glo. pręmiſſam, & idẽ tenet Glo. in c. 2. de lib. obla. ext. & alij congeſti per Fely. in c. cùm contingat de offic. deleg. & in c. 2. de appell. & ita conſuluit Soc. Iunior conſ. 128. nu. 1. cum aliis ſeq. vol. 2. & opinionem iſtam vſque ad ſaturitatem explicat, & declarat quomodo, & quando procedat Iaſ. in d. §. ſed iſte, nu. 70. cũ aliis ſeq. vbi ſcribit eam communem, videlicet, quòd libellus prædictus alternatiuè formatus de conſuetudine procedat. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ACTIO publiciana, vt competat quę requirantur, & infra etiam numero quarto.*

2 *Actio publiciana non competit ei qui non poteſt vſucapere.*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei poſt curſum 30. vel 40. annorum acquirit exceptionem, & publicianam actionem contra dominum: imò vtilem in rem; & conſequenter acquirit vtile dominium, vel effectum dominij.*

4 *Publiciana agens ſi bonam fidem non alleget, ſuccumbit; non obſtante, quòd ea præſumatur.*

OPINIO XX.

1 ACTIO publiciana ad hoc, vt cõpetat neceſſe eſt, quòd actor non modò habuerit titulum à non domino, bonamque fidem, verùm requiritur etiam, quòd habuerit poſſeſſionem vacuã, ideſt, quòd abſens ciuilem poſſeſſionem non habeat: & ſic neceſſariò requiritur, quòd agenti prædicto publiciana tradatur poſſeſſio vacua, ſecundum Cyn. & Bar. in l. cum res, nu. 2. & 7. C. de proba. & alios relatos per Alex. conſ. 45. col. 1. & ſeq. vol. 3. & per Doct. in d. l. cùm res.

2 Et ratio per memoratos Doct. & Iaſ. in §. ſed iſte, nu. 16. & ſeq. inſtitu. de actio. aſsignatur iſthæc, quia publiciana non competit ei qui non poteſt vſucapere, l. eum qui ff. de publi. & ſic procedit argumentum de vſucapione ad publicianam, & opinionem iſtam perhibet eſſe magis communem Alex. in l. rem quæ nobis, nu. 8. circa fin. ff. de acquir. poſſ. & Præp. in c. reintegranda, 3. q. 1. *Cõis opin.*

3 Vnde aduerte ad vnum valde vtile circa pręmiſſa, quòd bonæ fidei poſſeſſor poſt curſum 30. vel 40. annorum habet, ſiue acquirit exceptionem, & publicianam actionem contra dominum; imò vtilem in rem; & conſequenter acquirit vtile dominium, vel effectum dominij, l. ſi duo §. 1. ff. de iureiur. Secus autem ſi foret malæ fidei poſſeſſor: quia tunc non acquireret, niſi exceptionem; & diſtinctionem iſtam tradidit Glo. & omnes in l. traditionibus C. de pactis, quam ſcribit magis communiter approbari Alex. ibi, nu. 3. à Doctoribus, & Additionator ad eundem Alex. in loco pręmiſſo fatetur iſtam eſſe magis communem opinionem tam Scribentium ibi, quàm etiam conſulentium omnium in variis conſiliis. *Cõis opin.*

4 Proindè ad inſtitutum redeundo, concludo, quòd ad hoc, vt actio huiuſmodi publiciana cõpetat, deturque alicui, & quæ requirantur ad obtinendum in ea, multa quippè ſunt neceſſaria, de quibus per Bartolome. Soc. conſ. 62. in præſenti vol. 1. per Specul in tit. de actio. & petit. §. ſequitur, verſ. quid ſi velis intentare publicianam, & ſeq. & in tit. de cauſa poſſ. & proprie. §. 2. circa prin. & in tit. de loca. §. 1. verſ. cæterũ, & in §. 6. verſ. 56. & ſeq. & per Glo. magnam in d. §. ſed iſte, & per alios Doct. præſertimque Iaſ. numero 66. ibi, ubi ipſa Gloſſa ponit, & commemorat quinque neceſſaria. Ang. verò decem, inter quæ eſt bona fides, quæ vtique neceſſaria diſcernitur in authore tam tempore emptionis, quàm traditionis.

¶ Et quamuis probatio illius neceſſaria non ſit, opus eſt tamen, ꝙ illa deducatur ad hoc vt præ-

ted by

præſumatur. & cóſequenter agens publitana, ſi bonam fidem nõ alleget, ſuccumbit dubio procul, licèt ea præſumatur, l. ſi adulterium cũ inceſtu §. iidẽ Pollioni ff. de adul. & firmat, & cócedit Bal. in c. vnico §. ſi quis per triginta in tit. ſi de feud. fuer. controuer. inter dominum, & agnatũ, Ang. in l. cum qui §. fin. ff. de publiciana, Alexã. conſ. 94. in cauſa, & lite uertente coram arbitris, uol. 2. & conſ. 67. in cauſa, & lite, uol. 3. Bal. & Ang. in l. ſuper longi. C. de præſcrip. long. tẽp. Iaſ. in l. cùm quid col. 5. in 1. lectu. & in 2. lectu. col. 7. ff. ſi cer. pet. & Fely. in c. fi. de præſcri.

SVMMARIVM.

1 *OFFICIVM iudicis latè ſumpto vocabulo, venit appellatione actionis.*

2 *Officium iudicis, & actio differunt inter ſe in duodecim caſibus, poſitis hic remiſſiuè.*

OPINIO XXI.

1 ACTIONIS appellatione latè ſumpto vocabulo venit officium iudicis, l. actionis verbo, ff. de actio. & oblig. iuncta l. inquilinos cum ibi notatis ff. de damno infec. & ita firmãt Glo. in l. 1. ff. de eden. Tyraq. in tract. de vtroque retract. in tit. de retractu conſanguineorũ §. 35. glo. 4. nu. 39. fol. 227. & Doct. omnes communiter in c. fin. de offi. iud. & in l. 1. ff. de iuriſdic. omnium iud. prout de iſta communi facit mentionem Alex. ibi, nu. 23. & Dec. nu. 23. & Iaſ. in prin. inſtit. de actio. nu. 54. cum aliis ſeq. & in d. l. 1. nu. 8. & ſeq. vbi ponit octo differentias inter officium iudicis, & actionem: & duodecim alias differentias diffuſè refert etiam ibidem Cardinalis Albanus in lucubrationibus in Bar. nu. 8. cum aliis ſeq. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *DIES tacita, licèt impediat natiuitatem actionis, non tamen impedit natiuitatem obligationis, quæ ſtatim naſcitur ante diem, quę tacitè ineſt, & ſubintelligitur ratione loci.*

OPINIO XXII.

1 ACTIONIS natiuitatem, licèt dies tacita impediat, tamen non impedit natiuitatẽ obligationis, quæ ſtatim naſcitur ante diẽ, quę tacitè ineſt, & ſubintelligitur ratione loci, ſecundum Bart. & omnes in l. interdum ff. de ver. oblig. quorum doctrinã ſequitur vltra alios ibi Alex. & ſupponit eſſe communem, nu. 3. Cagnolus quoque, & Dec. nu. 9. & ſeq. in l. in omnibus obligationibus ff. de reg. iur. vbi eam plurimum declarat, & ab omnibus ferè contrariis tuetur. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ACCVSATIO non vitiatur ob confinia in libello non expreſſa: & licèt in criminalibus pro forma libelli accuſatorij locus commiſſi delicti cum ſuis finibus requiratur; tamen ſi per expreſſionem ipſius loci citra vlla confinia expreſſa ſatis certus poſſit eſſe iudex, id ſufficit; & valet accuſatio non aliter, quàm cõfinia ipſa ſigillatim expreſſa forent.*

OPINIO XXIII.

1 ACCVSATIO non vitiatur ob confinia in libello non expreſſa, & præſertim ſi locus erat ſatis cognitus, & ſic in criminalibus quamuis requiratur pro ſolennitate, & forma libelli accuſatorij locus commiſſi delicti cũ ſuis finibus, vt in l. libellorum ff. de accuſat. nihilominus ſi per expreſsionem ipſius loci citra vlla confinia expreſſa ſatis certus poſsit eſſe iudex, id ſufficit, & valet, ſubſtineturque accuſatio ipſa, non aliter, quàm ſi confinia præmemorata omnia ſigillatim expreſſa forent, ſecundum Bar. & reliquos omnes in l. demonſtratio falſa in 7. quæſt. ff. de cond. & demonſtr. Iaſ. in l. 1. nu. 13. ff. de liber. & poſthu. Bar. Alex. Iaſ. nu. 14 & cæteros cõmuniter in l. 2. per textum ibi ff. de liber. & poſthu. Iaſ. in l. de pupillo §. qui nuntiat ff. de noui oper. nunciat. & iſta eſt vera, communiſque opinio, licèt, & malè quidem Ang. in l. hac conſultiſſima C. qui teſta. facere poſ. contrarium aſſerat. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ACCVSATOR, vel fiſcus in cauſis criminalibus non cogitur exprimere diem in accuſatione, ſed ſufficit ſolùm exprimere locum, annum, & menſem delicti. quod limitatur, & vtiliter ad ſaturitatem vſque declaratur infra.*

2 *Actor in cauſis ciuilibus non tenetur exprimere diem contractus, nec diem confeſſionis dicti, vel proteſtationis, nec diem rogitus notarii, ſed ſufficit exprimere ſolum annum, & menſem ſine die.*

3 *Iudex ex officio cogere nequit accuſatorem ad exprimendum diem delicti commiſſi, ſed benè ad requiſitionem partis poſſet.*

4 *Accuſatio, ſeu inquiſitio valet, etiam ſi non apponantur locus, & tempus in accuſatione, vel inquiſitione, vbicunque iudex hoc ignoraret.*

5 *Accuſatio, vel inquiſitio valet etiam ſi ignoretur perſona delinquentis.*

OPINIO XXIIII.

1 ACCVSATOR, vel fiſcus in cauſis criminalibus nõ cogitur exprimere diẽ in accuſatione; ſed ſufficit ſolummodò exprimere locum, annum, & menſem delicti, l. libellorum ff. de accu. & l. in cauſis C. eod. tit. vbi text. & Doct.

2 Et hoc idem habet locum in cauſis ciuilibus, nam actor in ipſis cauſis ciuilibus non tenetur exprimere diem contractus, nec diem cõfeſsionis, dicti, vel proteſtationis, nec diem rogitus notarij, ſed ſufficit exprimere ſolum annum, & mẽſem abſque die, l. 1. §. editiones ff. de eden. vbi text. Glo. & Doct. tamen vbicunque reus in criminalibus negociis petit per accuſatorem, vel fiſcum, aut delatorem, ſeu denunciatorem, vel inquirentem exprimi diem delicti prætenſi, pro quo vexatur inſtando vellẽ diem in præmiſsis exprimi ad ſui defenſionem, & pro ſui defenſione: quia velit, determinetque probare ſe illa die, quæ nominabitur alibi fuiſſe, puta Aquilæ, vel velit probare teſtes contra eum deponentes illa die fuiſſe alibi, vel velit redarguere de falſo indicia, & probationes, quę contra eum proponuntur, tunc accuſator denuncians, delator, & inquirens, & teſtes tenentur exprimere diem præciſum, & locum loci, ad hoc vt poſsit probari cõtrarium: nam vbicunque omiſsio loci, vel depoſitionis teſtium eſſet damnoſa Reo, & ei auferret defenſionem, tunc exprimi debet locus loci, & dies certus, alioquin non valet actus contra eum, nec probatio, text. eſt in l. arbitraria §. ſi quis Epheſi, vbi not. Bar. per illum textũ, & ibidem Bal. & Ang. ff. de eo quod cer. loco, & hoc idem tenet Bar. in l. is qui reus, nu. 1. ff. de publi. iud. & in d. l. libellorum, nu. 12. & Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 5. tit. de reſpõſionibus Rei ad poſitiones actoris col. 2. ſol. paruo 73. & *Cõis opin.* iſta eſt magis communis opinio, prout narrant Doct. in locis præmemoratis, & Hieronymus Chuccalon in add. Bonifacij de maleficiis in rubric. quid ſit accuſatio in forma productionis cauſe, nu. 12. ſuper litera B, & eam ſequitur Bal. in l. 1. C. de re iud. Rom. in l. Pantonius. §. rei perduellionis ff. de acq. hęred. Ang. in tract. maleficiorum in verſ. de anno præſenti in prin. nu. 2. & Auguſt. in add. ibi, Franciſ. de Aret. in c. qualiter, & quando §. debet col. 7. de accuſat. Iaſ. in d. l. arbitraria §. ſi quis Epheſi, & eruditiſsimus D. Follerius in pract. crim. in verſ. audiantur exceptiones proponendæ per eos, nu. 49. & Franciſ. Marci deciſ. 724. in prima par. licèt contrarium ſentiat conſulendo Bertran. conſ. 8. vol. 3. & cõſ. 16. nihil opponit vol. 6. ſed ſi iudex cogeret accuſatorem ipſum ad exprimendum diem, tunc accuſator poſſet deponere cum iuramento ſe nõ recordari de die, & excuſaretur quippè, & ita cõmuniter practicatur, atteſtante Iulio Claro in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 12. verſ. dixi etiam in fine, & Bertran. in d. conſ. 16. in fin. & ita etiã vidimus obſeruari innumeris ferè vicibus in praxi in variis tribunalibus regni Neap. *Cõis opin.*

3 Sed aduerte, quòd hoc facere non poſſet iudex ex officio, verùm duntaxat ad partis requiſitionem, & petitionem, vt admonet Octauianus Veſtrius in d. tit. de reſponſionibus Rei ad poſitiones actoris col. 2. & ſeq.

4 Item text. in d. l. libellorum requirens exprimi locum, & tempus maleficij non procedit, ſecundum Bal. in l. edita in repet. paduana in 9. oppoſitio. C. de eden. ſubſiſtente iuſta cauſa ignorantiæ in iudice, vt puta, quia ſecretò maleficiũ fuerit commiſſum, adeò, quòd iudex ignorans tunc locum, & tempus, inquiſitio ipſa valeret, & teneret, etiam ſi non apponeretur, aliàs maleficia remanerent impunita, quod eſſet abſurdum, & idem ſcribit Bal. in c. 1. col. pen. quibus modis ſæud. amit. quem ibi omnes alij Doct. ſequũtur. *Cõis opin.*

5 Imò inquiſitio, vel accuſatio procedit, & valet etiam ſi ignoraretur perſona, qua mediante delictum commiſſum eſſet, & conſequenter ſi ignoraretur perſona adulteri, qua mediãte Titia accuſata, commiſiſſet adulterium adhuc valeret, & teneret accuſatio, vt voluit Glo. in c. libellorũ 2. q. 8. in ver. Gaio Seio, cui ibi inhęret Archid. Bal. & Ang. in l. ſi cum exceptione §. in hac actione ff. quod met. cauſ. Flor. in l. item Mella §. ſi plures ff. ad legem Aqui. Aret. in §. quadrupli col. 1. inſtit. de actio. Bal. Ang. Paul. de Caſtr. Imol. & alij in l. quotiens §. ſi quis nomen ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 19. circa primum col. 2. vol. 7. & Imol. in c. tuæ col. 3. de procur. & iſta eſt communis, opinio, vt per Doct. memoratos. *Cõis opin.* vnde ex his concluditur, quòd perſona cum qua commiſſum eſt delictum debeat nominari in inquiſitione, ſi ſciatur, ſecus ſi ignoretur.

SVMMARIVM.

1 ACCVSATVS, *vel inquiſitus pendente accuſatione promotus, & electus ad aliquam dignitatem, licèt poſtea abſoluatur, non tamen eſt retinendus in dignitate, ſed deponendus, & puniendus.*

2 *Accuſatus criminaliter, accuſatione pendente, non poteſt eſſe teſtis; nec in teſtem admittitur contra alium in cauſa criminali.*

OPI-

OPINIO XXV.

1 ACCVSATVS, vel inquiſitus pendente accuſatione promotus, vel electus ad aliquam dignitatem, & poſtea abſolutus non foret retinẽdus in dignitate, ſed deponendus, & puniẽdus; l. qui ſtatus, & l. fin. ff. de re mili. & ita cõcludunt Innoc. in c. accuſatum de ſimon. & omnes Doct. in c. omnipotens Deus de accuſat. vt per Auguſt. Berous ibi, nu. 5. contrarium verò aſſerit Ioan. And. cum aliquibus aliis relatis per ipſum in d. c. omnipotẽs per text. in l. qui de libertate ff. de libera. cau. quorum ſanè opiniones conatur more ſuo concordare Berous in d. c. omnipotens, nu. 5. poſt Abb. ibi. *Cõis opin.*

2 Et ſimiliter iſte accuſatus criminaliter accuſatione pendente non poteſt eſſe teſtis, nec in teſtem admittitur contra alium in cauſa criminali, c. fi. de teſt. & ibi Doct. & Spec. in tit. de teſte §. 1. verſ. item pendente, & ibi Ioan. And. & Bal. in add. quia ex pendentia huiuſmodi accuſationis aggrauatur opinio accuſati, vt non dicatur integri ſtatus, ſecundum Doct. prçcitatos.

SVMMARIVM.

1 *INFAMIS infamia iuris non poteſt accuſare.*

2 *Infamia iuris dicitur, quæ ſecundum leges ciuiles, vel ipſo iure, vel mediante ſententia, eſt.*

3 *Infamis infamia iuris, ac ex damnatione publici iudicij accuſare non poteſt in criminibus exceptuatis.*

4 *Infamis infamia facti repellitur ab accuſando de iure canonico, non autem de iure ciuili.*

5 *Infamia facti dicitur, quando eſt læſa fama, ſeu æſtimatio alicuius propter factum ab eo cõmiſſum apud bonos, & graues viros.*

6 *Infamis eſt ipſo facto habens vnam vxorem, & vnam concubinam, & non admittitur ad accuſandum de publico crimine.*

7 *Infamis eſt, habens duas concubinas.*

8 *Concubinarius eſt infamis infamia facti, nec poteſt accuſare, etiam eum, qui ſuam concubinam cognouit, niſi eſſet eius patronus.*

9 *Subditus non poteſt accuſare ſuum ſuperiorem, & præſertim quando ſuperior aduerſus eum opponat, quòd ſubditus iſte eſt criminoſus, vilis opinionis, & malæ famæ.*

10 *Familiares, ſerui, ac liberti non poſſunt accuſare dominos, & ſi accuſant puniuntur; quod limitatur pluribus modis.*

11 *Proceſſus factus ſuper accuſatione non valentis accuſare, valet ſi non fuit oppoſitum accuſationi.*

OPINIO XXVI.

1 ACCVSARE nõ poteſt infamis infamia iuris, & ſic ab accuſando omninò repellitur, l. qui accuſare ff. de accuſ. vbi Bar. & c. infames 6. q. 1. & idem Bar. in l. infames ff. de publ. iudic. Saly. & omnes legiſtæ communiter in l. criminis C. qui accuſare non poſſ. Ang. in tract. maleficiorũ in ver. ad quærelam Titij infraſcripti, ſuper verſ. accuſare non poteſt ille qui eſt infamis, nu. 23. Abb. nu. 7. & omnes Canoniſtæ communiter in c. 1. de accuſat. & opinionem iſtam aiunt eſſe cõmunem tam legiſtarum, quàm canoniſtarum Moder. inibi, & Hier. Cucchalon in add. ad Ang. in tract. maleficiorum in loco præcitato. *Cõis opin.*

2 Et illa dicitur infamia iuris (ne ignorentur termini præmiſſę communis) ſecundum Abb. in d. c. 1. quæ eſt ſecundum leges ciuiles, vel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur, vt l. 1. & ſeq. ff. de his qui notan. infa. vel mediante ſententia; vt habetur in l. infamem ff. de pub. iud. & in c. prohibetur 2. quæſt. 1. & in d. l. qui accuſare.

3 Et iſte infamis, ſeu potius infamis ex damnatione publici iudicij minimè poteſt in exceptis criminibus accuſare, vt per Glo. eleganter in l. qui iudicio ff. de accuſat. quam ſequitur Bar. ibi, & Berous in d. c. 1. nu. 43. vbi recitat communiter approbari, quamuis regulariter inhabiles in criminibus exceptuatis admittantur ad accuſandum, l. famoſi ff. ad legem Iuliam maieſ. l. mulierem ff. de accuſat. & notat Spec. in tit. de accuſatore §. 1. circa fin. *Cõis opin.*

4 Idemque obſeruari videmus in infame infamia facti, qui ab accuſando repellitur, ſecundũ Glo. Abb. nu. 7. & omnes Canoniſtas communiter in d. c. 1. Goffre. in c. omnipotẽs Deus, de accuſat. & Spec. in d. §. 1. ſed opinio iſthæc procedit de iure canonico, & eſt cõmunis, vt per Moder. in d. c. 1. Cæterùm de iure ciuili huiuſmodi infamis infamia facti accuſare poteſt, & ab accuſatione ipſa nullo pacto repellitur; vt efficax teſtimonium eſt Bar. in d. l. qui accuſare, nu. 7. Abb. Marian. Soc. & Ioan. de Imol. in d. c. 1. & iſtam ſcribunt fore communem opinionem Berous ibi nu. 44. & Hieronymus Cucchalon in add. ad Ang. de maleficiis in loco prçcitato. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

5 Vnde aduerte, quòd iſta infamia facti dicitur, vbicunque eſt lęſa fama, ſeu æſtimatio alicuius propter factum ab eo commiſſum apud bonos, & graues viros; vt per Dyn. in c. infamibus de reg. iur. & Bar. in l. 1. de his qui not. infa.

6 Et concludit Bal. in l. neminem C. de inceſt. nupt. quòd habens vnam vxorem, & vnam concubinam eſt infamis ipſo facto; & non admittitur ad accuſandum de publico crimine.

7 Itidemque habens duas concubinas infamis

apparet,vt voluit Glo.ſecundum eum in 5. fi. in auth.quibus modis natu.effici.legi.

8 Imò iſte concubinarius accuſare non pòteſt eum qui eius concubinam carnaliter cognouit; niſi eſſet eius patronus; ſecundum Bar. in l. ſi vxor in prin.ff.de adulter.& ibi Alex.

9 Necnon ſubditus accuſare nequit ſuum ſuperiorem,& eo præſertim caſu,quando ſuperior in accuſatione propoſita, vel proponenda aduerſus eum opponat, quòd ſubditus iſte reperitur criminoſus, vilis opinionis,& malæ famæ, vt voluit Abb.in c.nulli epiſcoporum, nu.7. de accuſat. vbi refert ità tenere Innoc.& communiter omnes Doct. *Cōis opin.*

10 Idemque videmus in ſeruis, familiaribus, & libertis, qui nullo modo accuſare poſſunt eorũ patronum,ſeu dominum,l.pen.& fin.C. qui accuſ.non poſſ.& ita firmat Ang.in d.tract. maleficiorum in verſ. ad quærelam Titij, nu 27.& Gand.in tract.de maleficiis ſub rubrica,qui accuſare poſſunt, nu.2.imò ſeruus, vel familiaris ipſe non ſolùm repellitur ab accuſando dominum, ſed etiam puniri debet, l. iniquum C. qui accuſ.non poſ.& c.fin.3.q. vltima; ſed hoc vtiliter limitat,declaratque Fely.in quatuor caſibus non obtinere locum in d.c.nulli,qui tex. intelligitur, ac interpretatur in familiari criminoſo procedere,ſecundum communem intellectum, de quo per Dec.in d.c.dilecti col.4. de excep. *Cōis opin.*

11 Sed ſi accuſatio facta eſſet à perſonis iſtis prohibitis parte non opponente, procederet quippè, & valeret proceſſus, ſecundum Doct. omnes in d.c.1 Bar.& Alex.in l.1.§.accuſationẽ ff.ad turpi.& ſolennem doctorem D. Follerium in pract. crim.in verſ. audiantur exceptiones proponendæ per eos, nu. 41. Ang.in d. verſ. ad quærelam Titij,nu.40.& iſta eſt communis,teſte Aret.in d. c.1.& Hieronymo Chuccalon.in add.ad Ang.in d.verſ.ad quærelam Titij,ſub nu.40. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ACCVSATIO falſi,& cęterorum criminum regulariter durat vſque ad viginti annos.*

2 *Inquiſitio formata ex officio iudicis tollitur viginti annis.*

OPINIO XXVII.

1 ACCVSATIO falſi, ac cæterorum criminum regulariter durat vſque ad viginti annorum curriculum, & ſpatium; & conſequẽter accuſatio,ſeu quærela in iſtis criminibus poteſt tolli præmemorato tẽpore; quo elapſo amplius de falſo cognoſci nequit,l. quærelã C.ad legem Cor.de falſ.vbi Glo.& oẽs Doct. hoc firmant, & Ang. Aret. in tract. maleficiorũ in verſ.falſario in queſt. incip.quæro vſque ad quantum tempus, Gandinus in tract. maleficiorum in tit. qui accuſare poſſunt, nu. 28.Paul.Caſt.cõſ.184.uol.àntiquo, & iſtam explanat magis communem opinionẽ fore Boer. deciſ.26. nu. 5.& ſeq. & ita extitiſſe iudicatum in camera imperiali planum facit Ioachimus in obſeruatione 35.centuria 4. *Cōis opin.*

2 Idemque videmus in inquiſitione ex officio iudicis,quæ tollitur ſimpliciter viginti annis,ſecundum Bar.Saly.Raph.& omnes in d.l.quærelam,& Anchar.conſ.90.vbi tenet,quòd ſublato iure quærelandi,ſublatum ſit etiam ius inquirẽdi,& iſtorum Doctorum opinionem demonſtrat communem eſſe Iaſtredus deciſ.486. *Cōis opin.* Sed caſu quo tranſactis ipſis viginti annis, ageretur in caſibus præmiſſis,tam vigore accuſationis, quàm inquiſitionis antedictæ contra accuſatum, vel inquiſitum,& tunc vexatus, ac moleſtatus præſcriptionis exceptionem non opponeret, poſſet quippè iudex procedere in cauſa ad condemnationẽ, vt determinatum reperi in conſiſtorio imperiali, atteſtante Ioachimo in præallegata obſeruatione 35. ante finem.

SVMMARIVM.

1 *IVDAEVS abſolutus per pænitentiam poteſt tamen accuſari de crimine commiſſo ante baptiſmum, ſecundum vnam communem opinionem; & licèt altera contraria opinio ſimiliter communis appareat, nihilominus prima ſententia à lege nouiter approbatur.*

OPINIO XXVIII.

1 ACCVSARI poteſt iudæus abſolutus per pænitentiã de crimine ante baptiſmum commiſſo; & ſic baptiſmus iſte nõ tollit accuſationem,& pęnam delicti,vt concedũt Gio.Hoſt. Innoc.Ant. Abb.& Pet. de Peruſio in c. gaudemus de diuor.Card. Alex.in c.deinde 26. diſt.& Domini.25.diſt. 1. Abb.Marianus, & Aret. in c. de his ext. de accuſ.vbi Ioan. de Ana.& Berous, nu.15.aſſeuerat iſtorum opinionem magis communem eſſe,idemque fatetur Dec.cõſ.130. *Cōis opin.* Marquardus in tract. de iudæis, & infidelibus in 3. par.cap.5.nu. 1.& Fely. in c. teſtimoniũ, ſub nu. 31.de teſt.& atteſtationibus, & ibi diligentiſsimus D.Brunorus à ſole vir, & eruditus, & diſertus in add. & Additionàtor ad Thom. Ferrat. in cautela 24.ſub nu.4.in litera A, & Dec. & Marcus Mantua in c. quæ in eccleſiarum, nu.42. de conſtit. vbi allegat communem iſtam, eamque ſimiliter ab omnibus contrariis tuetur. *Cōis opin.* In contrariam verò partem, videlicèt,quòd iudęus per baptiſmum euitet accuſationem criminis per

ipſum perpetrati, & quòd ipſi iudæo baptizato plenaria delictorum præteritorum remiſsio conceſſa ſit, & quòd intelligatur facta remiſsio fori ſecularis, inclinauerũt Glo. in c. quod autẽ 32. q. 1. Cald. Ant. Ioan. de Imol. & Fely. in d. c. de his, & Ruin. conſ. 13. col. fin. vol. 5. vbi ſcribit, quòd in iudicis arbitrio reſidet eligere hanc vltimam ſententiam, & hoc idem concedunt Marcus Ant. Blancus in pract. crim. in cautelis pro reis defendendis, caut. 1. nu. 3. & ſeq. & Thomas Ferrat. in d. cautela 24. nu. 4. poſt medium, vbi nunciat, quòd ità tenent communiter Theologi, & in facti contingentia mediante patrocinio præſtito per Ruinum cuidam iudæo effecto chriſtiano poſt commiſſum magnũ furtum fuit obtemptum Paduæ. Et demùm iſtorum opiniones non abſque modico labore conatur reducere ad facilem conſonantiam, & concordiam Berous in d. c. de his, nu. 15. & 19. & Brunorus à ſole in add. Fely. in d. c. teſtimonium: ſed ipſe frœtus ſtabili fundamento veræ fidei amplector primam opinionem tanquam magis piam, & canonicã ob rationes citatas, & aſsignatas per omnes Doct. præmemoratos: prout hoc idem nouiter mediante lege fuit ſtabilitum in catechiſmo ex decreto concilij Tridentini ad parochos, Pij Quinti iuſſu edito in tit. de baptiſmi ſacramento, ſub verſ. iam verò in baptiſmo non ſolùm peccata remittuntur fol. paruo 204. vbi determinat Catechiſmus peccata, & peccatorum pænas per baptiſmum remitti, non autem pænas illas condonari, quæ ciuilibus iudiciis perſoluenda forent.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MAIOR viginti annis regulariter poteſt accuſare, quamuis ſit minor vigintiquinque.*

2 *Crimina probantur per teſtes, non autem per accuſatores.*

3 *Maior vigintiquinque annis poteſt in criminalibus teſtificari.*

4 *Argumentum de teſte ad accuſatorem valet; quod procedit affirmatiuè.*

OPINIO XXIX.

1 ACCVSARE regulariter poteſt maior viginti annis, quãtumuis ſit minor vigintiquinque; vt notat, & firmat Bar. poſt Gloſ. in l. 2. ff. de accuſa. quorũ ſententiam innuit communẽ fore Abb. & Moder. in c. 1. de accuſat.

Cõis opin.

2 Vbi eam comprobant ſimiliter, hac ratione; quia qui poteſt in criminalibus teſtificari, multo facilius poteſt accuſare; maior enim habilitas in teſte, quàm in accuſatore requiritur. vt potè quia crimina per teſtes, non autem per accuſatores probantur, c. licèt heli de ſimonia, c. de cætero, & fin. de teſt.

3 Sed maior viginti quinque annis valet in criminalibus teſtificari, l. in teſtimonium cum ibi notatis. ergò & cætera.

4 Imò valet argumentum de teſte ad accuſatorem, argumento notatorum per Glo. & Bar. in l. qui iudicio ff. de accuſ. quod quippè procedit affirmatiuè hoc modo quis admittitur ad teſtificandum in criminalibus, ergò & ad accuſandum admittetur, c. teſtes 4. q. 3.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVMMARIVM.

1 *ACTA curiæ non requirunt teſtes, quia abſque teſtibus habẽt publicam fidem, ex quo acta ipſa ſuſcipiunt authoritatem ex præſentia iudicis, non autem ex præſentia tabellionis, & actuarij curiæ. Et inſertis apud acta, parte citata præſtatur plena fides etiam.*

2 *Donatio ſi inſinuetur non eſt neceſſaria teſtium ſubſcriptio.*

3 *Teſtes in actis extraiudicialibus de neceſſitate adhiberi debent.*

4 *Actis iudicij creditur ſine teſtibus, dummodò in illis dies appoſita ſit.*

5 *Acta iudicialia debent continere, vt valeant, & teneant, diem, locum, & menſem, in quo celebrantur.*

6 *Notarius actorum conficiens acta tenetur explicare à quibus perſonis fiant ipſa acta.*

7 *Acta ſcribi debent in iudicio ad inſtantiam partium, & in illis inſeri tenetur ad cuius petitionem geſta ſunt, ne aliquo prætextu retractari queant.*

8 *Notarius actorum non poteſt committere alteri notario extraneo, vt acta tanquam eius ſubſtitutus ſcribat, niſi ſpecialis authoritas iudicis interueniat.*

9 *Acta inchoata per vnum notarium non poſſunt per alium perfici, & ad finem ſuum adduci, niſi primus notarius impeditus ex iuſta cauſa ſit.*

10 *Acta coram arbitro facta teſtes exigunt pro eorum firmitate, dummodò ipſe arbiter voluntarius ſit, non autem neceſſarius, quia acta facta coram arbitro neceſſario conceſſo à ſtatuto fidem faciunt abſque teſtibus, quemadmodum eſſent facta coram iudice ordinario.*

11 *Inſtrumentum mandati, & alij contractus non poſſunt fieri apud acta ſine teſtibus, ſecundum communem opinionem, licèt contrarium obſeruetur in practica, & infra ſub nu. 14.*

12 *Scriptura quælibet facta coram iudice dicitur de actis.*

13 *Acta vocantur, quæ fiunt coram iudice.*

14 *Acta propriè dicuntur quę facta ſunt in iudicio.*

15 *Sententia diffinitiua dicitur de actis, ſeu proceſſu iudicij, & ſufficit, quòd ea ſcripta in actis ſit abſque teſtibus.*

16 *Clerici, vel monachi in ſacris exiſtentes poſſunt exercere officium tabellionatus, & ſcribere acta in cauſa hæreticorum, tùm in ea non poſſint, niſi religioſi ſcribere acta.*

17 No-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

17 *Notarius inquiſitionis licèt iurauerit in principio ſui officij fideliter exercere officium, tamen iterum tenetur iurare, dum aſſumitur in cauſa inquiſitionis.*

18 *Iudex tenetur examinare teſtes contra hæreticos corã duobus teſtibus religioſis, & non aliter, & coram eiſdem teſtibus actuarius tenetur etiam ſcribere eorum dicta.*

19 *Teſtium examinationi in omnibus cauſis arduis, vt res ſine ſuſpitione procedat, aliqui teſtes fide digni adhiberi debent.*

20 *Iudex tolerans teſtes examinari per eius actuarium in cauſis criminalibus, eo non audiente examine damnatur.*

21 *Negligentia omnia lędit.*

22 *Peccatum mortale eſt quando prætermittitur illud quod eſt de neceſſitate ſalutis, ſiue ſit actus, ſiue circunſtantia.*

23 *Negligentia in eo qui tenetur diligentiam præſtare inducit peccatum mortale.*

24 *Negligentia eſt eruditionis nouerca.*

25 *Iudex tenetur aſſiſtere examinationi teſtium in cauſis criminalibus, nec ſpem collocare tenetur in repetitione ipſorum teſtium, cùm ſemper ſoleant ſe referre primæ eorum depoſitioni, ſiue ea vera, ſeu falſa ſit.*

26 *Negligens nemo eſſe debet in ſuo officio.*

27 *Negligentia iudicis committitur in non recipiendo libellum querimoniarum, nec teſtes, nec in aduertendo quid ſcribatur apud acta, nec in prouidendo Reis inquiſitis, & miſerabilibus perſonis de aduocato, & procuratore, nec in curando reuoluere libros.*

28 *Iudex negligens, ſi ex negligentia ſua damnum inferat Partibus, tenetur illis illud reſarcire in foro conſcientiæ ſi fuerit in dolo, vel lata culpa.*

29 *Teſtes ſuper canonizatione alicuius ſancti examinandi, debent examinari ſecretò, & ſeparatim, cum ea diligentia, quæ ſolet in teſtibus adhiberi.*

30 *Teſtium examinatio fieri debet ſecretò, & non in pręſentia Partium.*

OPINIO XXX.

1 ACTA curiæ non requirunt aliquo modo teſtes ad eorum corroborationem: ſiquidẽ abſque teſtibus habẽt publicam fidem, ex quo acta ipſa ſuſcipiunt authoritatem ex pręſentia iudicis, non autem ex perſona tabellionis, & actuarij curiæ; vt per Bar. in l. emancipatione C. de fide inſtru. cum quo ſentiunt Doct. apoſtillantes ibi, & Bal. in l. geſta C. de re iud. Glo. in l. fi. C. de re iud. Bal. & Saly. in l. in donationibus C. de donat. Spec. de fide inſtru. §. reſtat verſ. ſed cum literis col. 9. Ang. in l. poſt mortem ff. de adop. Glo. Bal. Ant. de But. Abb. Imol. & alij in d. c. quoniã contra, & iſta eſt communis opinio, de qua teſtatur Lanfran. in repetit. c. quoniam contra, nu. 24. in rub. de probat. & Moder. inibi, & præſertim Mantua, nu. 40. & Berous ſub nu. 74. cum aliis ſeq. & Maranta in tract. de iudiciis in 6. par. principali ſuper 10. actu, nu. 51. *Cõis opin.*

2 Et mouentur Doct. præcitati ad ita dicendum per textum in l. in donationibus C. de donat. ſecũdum communem intellectum Bar. ibi, & aliorum, Gof. & Innoc. in c. poſt ceſsionem de proba. vbi ſi donatio inſinuetur, non eſt neceſſaria ſubſcriptio teſtium, cùm publica monumenta ſufficiant dicit textus. *Cõis opin.*

¶ Et acta ipſa ſunt tanti momenti, vt non ſolùm actis pręđictis, ſed etiam inſertis apud acta parte citata datur fides, ita Puteus deciſ. 28. in tit. de fide inſtrumentorum. Et ſic inſerto in ſententia creditur quoque, atque plena fides præſtatur, teſte Creſcen. deciſ. 134.

3 Et quamuis teſtes in actis curiarum non requirantur, vt ſuperius oſtendimus. tamẽ in actis extraiudicialibus teſtes omninò, & de neceſsitate debent adhiberi, ſecundum Glo. in l. fin. C. de re iudi. & in l. donationibus C. de dona. vbi Saly. profert magnum quippè verbum ità communiter ſeruari, & refert Dec. in d. c. quoniam contra, nu. 76. & ſeq. vbi diffuſè iſtam materiam explicat. *Cõis opin.*

4 Secundò claudicat eadem communis opinio, vt credatur actis iudicij ſcriptis per actuarium ipſius iudicij, etiam ſine teſtium ſubſcriptione, dummodò in illis actibus dies contineatur, ſecundum Spec. in tit. de inſtrumen. editio. §. oſtenſo, verſ. & ſcias, & in §. reſtat videre, verſ. ſed cum literis in fin. §.

5 Imò acta ipſa iudiciali non ſolùm diem, ſed etiam locum, & menſem, & annum in quo celebrâtur continere debent, aliàs non valent modo aliquo, d. c. quoniam contra, & ibi notant Glo. & Doct. Glo. Bar. Bal. col. 2. & alij in l. 2. C. de eden. Innoc. in c. 1. in princ. de probat. Maranta in d. tract. iudiciorum in 6. par. principali in 10. actu de actorum editione, nu. 43. & Bal. in rub. de fide inſtru. col. 2. vbi ponit exemplum in tutelis, curis, & in decretis.

6 Imò ſcriba, acta conficiens, denique explicare tenetur, & debet etiam neceſſariò à quibus perſonis fiant ipſa acta, d. c. quoniam contra, & ibi omnes Canoniſtæ, & præſertim Berous, numero 220.

7 Et ratio aſsignatur iſthæc, quoniam acta ipſa ſcribi debent ad inſtantiam Partis, ita Dec. in d. c. quoniam contra, poſt Ang. conſ. 266. col. 1. & eſt Glo. not. in l. ſancimus C. ad Træbel. & habetur in l. peremptorium ff. de iudi. Et propterea iudex cautus ſemper debet facere, & curare, vt ſcribatur ad cuius petitionem actus iudicialis geritur, vt ſententia lata, aliaque geſta eſſe videantur ad Partis petitionem, neque poſsint aliquo prætextu retractari.

8 Tertiò coharctatur etiam communis prædicta, vt licèt authoritate iudicis faciãt fidem acta ſcripta per eius actuarium, iuxta notata in d. c. quoniam contra, non tamen actuarius ipſe alteri pænitus extraneo hoc committere poſſet, vt voluit

luit Innoc. ibi. Et ratio eſt, nam ex quo iudex authoritatem, induſtriam, & fidelitatem antedicti tabellionis elegit, non videtur ei committere, quòd habeat nudum, & induſtrioſum officium, vt illud aliis committat, niſi ſpecialis iudicis authoritas interueniat, vt in c. fin. §. is autem de offi. deleg. & Doct. in d. c. quoniam contra.

9 Vnde acta per vnum notarium inchoata per alium nullatenus perfici debent, niſi primus ipſe notarius impeditus quippè ſit, l. 1. & ibi Bald. & omnes alij C. de ſportul. Bar. in l. 1. ff. de offi. cõſul. Ang. in §. hinc nobis col. 2. in auth. de hæred. & falci. Lanfran. in d. c. quoniam contra in verſ. ſententia col. 12. & ibi etiam Dec. nu. 52. Rom. conſ. 281. in re præſenti, nu. 6. & Maranta in d. tract. de iudiciis in 6. par. principali in 10. actu de actorum editione, nu. 14.

10 Quartò limitatur quoque, communis præmemorata, quòd licèt acta coram iudice, teſtes non requirant, tamen acta coram arbitro facta abſq; dubio aliquo teſtes exigerent, Alex. conſ. 13. ex his quæ in themate narrata ſunt, ſub nu. 8. vol. 1. & Soc. in tract. fallentiarum reg. 5. & vide Ang. conſ. 198.

¶ Cæterùm aduerte, quòd iſta opinio procedi poſſet in arbitris voluntariis, non autem in arbitris neceſſariis electis à ſtatuto habentibus ordinariam iuriſdictionem, nam tunc acta facta coram eis probarent nempè ſine appoſitione teſtium, cùm nulla admodum foret differentia inter iudices ordinarios, & ipſos arbitros à ſtatuto electos, & uocatos, & acta tunc coram arbitris neceſſariis facta ſine teſtibus fidem facerent, quemadmodum acta facta coram iudice ordinario, ſecundum Marcum Ant. Blãcum in tract. de compromiſſis in quæſt. 8. de ordine procedendi, & decidẽdi, ſub nu. 24 & Barbatium in d. c. quoniam contra, nu. 24. & ſeq. vbi Abb. & Augu. Ber. Cõis opin. ſub nu. 69. patefacit iſtam eſſe cõmunem opinionem, & ita obſeruatur quotidie in regno abſque ſcrupulo aliquo in actis factis coram arbitris à regia pragmatica vocatis.

11 Quintò interpretatur quoque prælibata cõmunis, quòd ſi ſcriptura facta in iudicio foret propriè de actis, non requireret vtique tunc teſtes de neceſſitate, niſi extaret conſuetudo in cõtrarium: ſed ſi eſſet propriè contractus, vt inſtrumentum mandati factum apud acta, & in hoc quippè caſu requireret teſtes, vt per Bal. in rub. C. de fide inſtr. col. 2. & per Innoc. in c. poſt ceſſionem in glo. 1. de probatio. & in c. cùm in iure peritus de offi. deleg. Ant. & Abb. in d. c. quoniam contra, & Ruin. conſ. 126. ſuper dubio, ſub nu. 3. vol. 4. vbi ita conſuluit, & in medium reſerauit Cõis opin. iſtam eſſe magis communem opinionem, & Ioã. Bapt. Ferrettus etiam conſ. 221. delegatio, & ſub delegatio, ſub nu. 2. & ſeq. vol. 1. ſed ego in tribunalibus maioribus, atque minoribus regni ſemper uidi obſeruari opinionem contrariam Aret. in d. c. quoniam contra, & ſic fieri penes acta curiarũ inſtrumenta mandati ſine teſtibus, & alios contractus etiam emptionis, & venditionis, locationis, & cuiuſcunque alterius generis.

12 Et non dubito hoc de iure ſubſiſtere poſſe, nã quælibet ſcriptura facta coram iudice dicitur de actis, ità Bar. in prin. & Bal. col. 2. in l. illud C. de ſacroſan. eccle.

13 Imò etiam omnia, quæ fiunt coram iudice dicuntur, & nuncupantur acta, d. c. quoniam contra, & Card. in c. ſæpè §. & quia in 8. quæſt. de verb. ſigni.

14 Necnon etiam acta propriè dicuntur, quæ facta, celebrataque ſunt in iudicio, l. acta de re iud. & Alex. in l. 1. in prin. ff. de ver. oblig.

¶ Vnde ex his concludo contra Bal. & ſequaces, omnes quippè contractus poſſe fieri apud acta curię ſine teſtibus, vtpote quia tunc acta ipſa, & conſequenter contractus celebrati coram iudice, & tabellione in iudicio, & ſcripta in libro ordinario curiarum, in quo ſoleant ſcribi alia acta, ſine teſtibus inducunt pleniſſimam fidem. ſiquidem acta iudicij propriè dicuntur omnes ſcripturæ notarij actorum factę de commiſſione iudicis, Bal. in auth. quæ ſupplicatio col. 1. C. de præci. impe. offc. & ita in facti contingentia iudicauit Rota Romana, atteſtante conſummatiſſimo D. Quintiliano Mandoſio in add. Lapi in allegat. 81. nõ valuit actus factus, ſub litera E, quòd mandatum celebratum, ſcriptumque in partibus penes acta præſente, & mandante iudice ſine teſtium interuentu valeat, & teneat, & pleniſſimam fidem inducat, & iſta eſt veritas, vt oſtendit in terminis Dec. in d. c. quoniam contra, nu. 77. & ſeq. & ita obſeruatur vbique de communi antiquiſſimo ſtylo curiarum omnium.

¶ Et quamuis aliqui curioſi Doct. & pręſertim Glo. & Abb. in d. c. quoniam contra in medium expoſuerint cautius fore in omnibus actibus præiudicialibus, quæ de ſui natura in iudiciis exercentur, & potiſſimum alicuius momenti teſtes apponere, & præſertim in appellationum interpoſitionibus, in mandatis, & prolationibus ſententiarum, tamen iſta eſſet nimia ſcrupuloſitas dubitandi de geſtis coram iudice, & in iudicio, eo præſente, & authorizante, & de ſcripturis, quæ, vt Margaritæ precioſiſſimæ conſeruari conſueuerint in archiuiis publicis, vt illa acta teſtes exigerent. vnde tutius eſſet iudicio meo, vt Partes ſuſpicantes de aliquo præiudicio quomodolibet oriendo ſumerent copiam authenticam de actibus prædictis præiudicialibus, & eam penes ſe retinerent, & conſeruarent.

15 Retenta itaque opinione iſta vti veriſſima, concludo in publicatione ſententiæ, conſtitutione procuratoris apud acta, & in appellatione à ſententia ſtandum eſſe actis ſine teſtibus. cùm ſententia diffinitiua dicatur de actis, ſeu proceſſu iudicij, & ſufficit, quòd ea ſcripta ſit in actis ſine teſtibus, ſecundum Ioan. And. Abb. & Aret. in d. c. quoniam cõtra, Cyn. Bal. Paul. Caſtr. & alios

in l.

in l.2. C. vt lite pen. Alex. & cæteros omnes in l. actorum ff. de re iud. & iſta eſt communis opinio, Cõis opin. teſte Decio in d.c. quoniam contra, & Auguſtino Beroio, nu. 56. cum aliis ſeq. poſt Bar. in l. in fraudem §. neque ff. de iure fiſ. & in l. 2. in fi. C. de edé.

16 Sextò fallit hæc eadem communis non obtinere locum in cauſa hęreſis, in qua fauore fidei chriſtianæ, & religionis, & in odium hęreticorum acta debent neceſſariò ſcribi à notario, qui eſſet clericus, uel monachus, c. vt officium §. uerum quia in finalibus uerbis, iuncta Glo. in uer. canonis de hæreti. in 6. & notat cum aliis congeſtis per eum Nic. Arela. in tract. de hęreticis in 37. notabili.

17 Qui quidem notarius inquiſitionis, etiam, quod iurauerit in principio officij fideliter illud exercere, tenetur quoque iterùm iurare, dum aſſumitur in cauſa inquiſitionis, textus eſt in clemen. 1. §. porrò, & ibi Glo. de hæreti. & Nic. Arelatanus in d. tract. de hæreticis in 36. notabili, nu. 2. cum aliis aggregatis ibi per eum.

18 Et in ipſa cauſa hæreſis finaliter de forma eſſentiali ſunt examinandi teſtes coram duobus teſtibus religioſis, d.c. vt officium §. verum quia, & notat Gundiſſaluus de Villadiego in tract. contra hæreticam prauitatem quæſt. 13. nu. 18. vbi firmat etiam per textum in d. §. uerũ quia, quòd non ſolùm examinationi teſtium contra hæreticos duę perſonę religioſę adhiberi deberent, ſed etiam in conſcribendo eorundem depoſitiones interuenire tenerentur illimet duo religioſi. & ſic habes caſum in quo, licèt cum iudice adſit tabellio, tamen iudex debet examinare teſtes coram duobus teſtibus religioſis, & coram eiſdem teſtibus tenetur actuarius ſcribere eorum dicta.

19 Et hoc eatenus procedit, & amplificatur, vt iſta practica examinandi teſtes obſeruari deberet etiam, vt res ſine ſuſpitione aliqua procederet, in omnibus factis arduis, ſecundum Abb. in c. cauſam de teſtib. & Gundiſſaluum de Villadiego in d. tract. cõtra hæreticam prauitatem quęſt. 13. ſub nu. 17.

¶ Et hinc vtiliter proferebat non ab re Bal. in l. nullam col. 2. C. de teſtib. Nic. Ma. ſolitum aſſeuerare, quòd in omnibus cauſis arduis teſtes deponere deberent, honeſtis perſonis, & fide dignis præſentibus. nam laudabilis uigilantia quippè eſt iudicum, & examinatorum, & optimum nempè conſilium, quòd teſtes in ipſis negociis arduis examinentur coram aliquibus teſtibus idoneis, honeſtis, & in dignitate conſtitutis, qui iurarent non reuelare teſtium depoſitiones, donec fuerit publicatum, vt hoc ſecretũ quippè ſit Partibus, ac etiam aduocatis, & procuratoribus, ne examinator etiam ſuſpectus ſit partibus, vt per Glo. & Bar. in l. cuſtodias ff. de publi. iudi. & per eundem in l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. de adult. & per Paul. Caſtr. in l. legis virtus ff. de legi.

20 Sed hodie in hac pęnitus calamitoſa tempeſtate noſtra plena ſentibus, & ſpinis, in qua non ſolùm in negociis arduis, in quibus de ſtatu hominis, & eius uita, & honore agitur, non examinantur teſtes coram teſtibus idoneis, uerùm etiã ad informationem, inſtructionemque curiarum teſtes ſępiſsimè examinantur per earum actuarios, nullo nimirum modo in ſuis depoſitionibus interuenientibus iudicibus. vnde ſilentio præter eundum non arbitror, cæterum multorum ſaluti ſi referatur fore proficuũ, quòd ſumma negligẽtia hodie diſcernitur in aliquibus iudicibus in enunciatione boni operis, & ſic in examinandis teſtibus in cauſis grauibus, dum ſæpenumerò tolerant, vt examinentur teſtes in cauſis grauiſsimis per ſuos tantummodò actuarios, ob quod equidem euenit illud quod non licet homini loqui.

21 Vnde nemini debet mirum uideri ſi negligentia omnia lædit §. ſed & pigritię collat. 6. auth. de quæſto. & l. pen. C. de collatio.

22 Et potiſsimùm quando prætermitteretur illud quod eſſet de neceſsitate ſalutis, & tunc, ſiue ſit actus, ſiue ſit circunſtantia, ſemper erit peccatum mortale, præcipueque ſi illa negligentia ſit, ex aliqua ſcintilla craſſa, vel ſupina.

23 Meritò itaque negligentia in eo qui tenetur, diligentiam præſtare inducit peccatum mortale, ita Mari. Soc. conſ. 11. proſequendo col. 2. vol. 1. & Grauet. conſ. 132. nu. 4.

24 Quia negligentia eſt eruditionis nouerca, vt in c. nihil 83. diſt. & notat, & firmat Card. in clemen. 2. §. 1. de ſepul. & Spec. de aduo. verſ. 9. ver. item cautus.

25 Et hinc admonitos eſſe volo iudices omnes, vt vigilãtiſsimos ſe oſtendant in examinandis teſtibus in negociis grauibus, nec in ſe ipſis ſpes, rationeſque collocatas habere velint, expectantes repetitiones ipſorum teſtium coram eis faciendas congruo loco, & tempore; ſiquidem tunc teſtes, etiam, quòd tabellio aliter ſcripſerit, quàm ipſi depoſuerint ad euitandum aliqua diſcrimina vitæ, & metu, & vi potius adducti, quàm veritate expeditiſsimè ſe primæ eorũ depoſitionibus referunt in omnibus, & per omnia, & ego tanquã expertus loquor uidiſſe hiſce oculis quamplures depoſitiones ex propria ceruice tabellionum ſcriptas, & poſtmodum inuitis quippè dentibus confirmatas à teſtibus tempore repetitionis factæ, potius lugendas, quàm referendas.

26 Et tanto magis, quòd nemo debet eſſe negligens in ſuo officio, l. ſi duas §. nemine ff. de exc. tut. l. cum plures §. nimium ff. de admi. tuto. & l. Diuus Marcus in fin. ff. de offi. præſid.

27 Et aduerte, quòd negligentia iudicis committitur in non recipiendo libellum quærimoniarũ, nec teſtes, nec in aduertẽdo quid ſcribatur apud acta, nec in prouidendo Reis inquiſitis, & miſerabilibus perſonis de aduocato, nec in curando reuoluere libros, & de illis excutere puluerem, & facit ipſum teneri, l. mancipia, & ibi Bal. C. de ſer. fugi. & l. ſi qñ, col. 1. C. de teſtib. & Ioã. Tabiẽſis in ſumma tabiena in verbo iudex §. 21. in 2. par.

Et ſic

28 Et ſic iudex negligens, ſi ex negligentia ſua damnum aliquod illatū ſit Partibus, tenetur ad reſtitutionem, & ad illud reſarciendum, ſecundū Glo. in uer. negligentia, Abb. & alios omnes, tam antiquos, quàm Modernos communiter in d. c. quoniam contra & Tabienſem in d. ſumma tabiena in uer. iudex §. 20. vbi concedit iſtam communem ueram eſſe, & locum obtinere in foro animæ, ſi iudex fuerit in dolo, vel lata culpa.

Cōis opin.

29 Sed vt ad rem noſtram ueluti longo poſtliminio redeam, coharctatur etiam ſeptimò antedicta communis, ubicunque examinarentur teſtes ſuper canonizatione alicuius Sancti, c. venerabili de teſtib. nam deberent tunc examinari ſecundum eſſentialem formam traditam per Papam ibi, ſcilicet ſecretò, & ſigillatim, ac ſeparatim, cū ea quippè diligentia, quæ ſolet, conſueuitque in teſtibus adhiberi.

30 Et hoc iuſtificatur, ea nimirum ratione, nam examinatio teſtium fieri debet ſecretò, & non in pręſentia partium, vt habetur per Glo. in l. minimè, & ibi per Paul. Caſt. & alios omnes ff. de legi. & per Spec. in tit. de teſte in §. id tractandū col. fi. & p Glo. in l. laudabile C. de aduoc. diuer. iud.

SVMMARIVM.

1 *ACTVS factus contra iuramentum tenet tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, licèt contrafaciens ſit periurus. Et ponitur exemplum in promittente alicui de non vendendo rem ſuam alteri, etiam cum iuramento, quòd pactum hoc tunc licèt iuramento roboratum ſit, tamen non poſſet impedire venditionem, & dominij translationem.*

OPINIO XXXI.

1 ACTVS geſtus in temporalibus contra iuramentum valet, & tenet, licèt gerēs, & contrafaciens periurus ſit, ſecundum Innoc. Hoſt. Ioā. And. Abb. ſub nu. 17. & ſeq. Ioā. de Imol. & alios omnes communiter in c. dilecti de præben. & Ioan. de Imol. in repe. c. cùm contingat in 9. membro, uerſ. ſed circa iſtud de iureiur. & Old. cōſ. 127. viſo inſtrumēto pacti initi, ſub nu. 2. vbi tradit exemplum congruum huiuſcemodi communis ſententiæ in promittente alicui de non uendendo rem ſuam alteri, etiam cū iuramento, quòd pactum hoc tunc, licèt iuramēto roboratum ſit, nihilominus impedire non poſſet venditionem, & dominij tranſlationem. & ſic iſtorum opinio communis eſt, quę ſecūdum Ioā. And. in d. c. dilecto procedit quoque in ſpiritualibus, c. ſicut ex literis de ſponſ. ſaltem ſi illa non ſint merè ſpiritualia, vt voluit Ioan. de Imol. in d. c. dilecto, & in d. c. cùm contingat in 9. membro.

Cōis opin.

SVMMARIVM

1 *ACTA facta in iudicio ſummario, ſiue iuramentum ibidem præſtitum, ſiue ſententia lata, ſiue vbi articulus incidens ſummariè dominij, vel poſſeſſionis ventilatur non obſtant in iudicio ordinario.*

2 *Teſtes examinati in iudicio ſummario non probant in iudicio ordinario.*

3 *Acta in vno iudicio ſummario probarent inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario.*

OPINIO XXXII.

1 ACTA facta in iudicio ſummario, ſiue iuramentum ibidem præſtitum, ſiue ſententia lata, ſeù ubi articulus incidēs ſummariè, uerbi gratia dominij, uel poſſeſsionis uentilatur nō obſtant in iudicio ordinario, ſecundum Bar. in l. ſi iudex in ſin. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de ver. oblig. vbi hoc idem firmant Iaſ. Ripa, & omnes Scriben. vnanimiter, & concorditer, Corn. quoq; cōſ. 126. nu. 2. uol. 4. per tex. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. & in l. ſed ſi ante ff. de except. & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. in d. §. duo fratres. Cōis opin.

2 Et ratio uidetur iſta: quia teſtes examinati in iudicio ſummario non probant in iudicio ordinario, text. & Doct. in c. veniens de teſt. Bar. in l. ſæpè in fin. ff. de re iud. Bal. & Doct. in l. 2. C. de edē.

3 Tamen nota, quòd acta in vno iudicio ſummario probarent vtique inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario, ſecundum Corn. in præcitato conſ. 126 nu. 3. & Moder. in d. c. ueniens, & in d. §. duo fratres.

SVMMARIVM.

1 *ADVLTERI puniri debent pena mortis naturalis, & vltimi ſupplicij de iure diuino, & ciuili, & de iure regni.*

2 *Adulteræ ſi hodie lapidarentur, vt lapidabantur in lege moſaicha tela, & camiſæ, ſeu interulæ uirorum caro pretio uenderentur, propter paucitatem mulierum.*

3 *Adulterium eſt grauiſſimum delictum.*

4 *Adulterium eſt crimen leſę maieſtatis proximum, & eſt furto longè grauius, quod declaratur infra.*

5 *Conatus in adulterio, & raptu an puniatur.*

6 *Adultera de iure authenticorum verberari debet, & poſtmodum in monaſterium detrudi. de iure uerò regni punitur confiſcationis bonorum pena niſi ex matrimonio violato, ſeu alio filios habeat. ac traditur uiro ſuo, vt truncare ei naſum debeat. ſed ſi vir hoc agere nolit publicè flagellanda venit. & lex iſthæc regni eſt ſimilis legi aliàs conditę per Seleucum Locrenſium principem, qui ſtatuerat legem, vt quicunque adulteraretur vtroque oculo priuaretur.*

6 *Adulteri de conſuetudine per iudices non puniuntur, ſed ſolent de talibus maritis cornutis truffari, & ridere.*

7 *Maritus reperiens vxorem cum adultero ambos ſine mora protracta poteſt impunè occidere. & licèt unus ex adulteris aufugeret, tamen maritus poſſet occidere alium non fugientem, vt explicatur ſub numero 8. infra.*

8 *Maritus tam ægrè fert adulterium, vt moleſtius id patiatur, quàm proprij filij mortem, & ſic adulterium ipſum peius eſt, quàm mors filiorum.*

9 *Adulterum, vt tutò interficeret; ſi pater, ſeu maritus amicos, & familiares conuocauit, amici, & familiares illi nulla ſunt pęna mulctandi.*

10 *Pater, ſeu maritus licèt poſſint impunè adulteros occidere, tamen non poſſunt committere alteri licentiam propria authoritate occidendi adulteros.*

11 *Pater licentiam proprio filio committere poteſt occidendi adulteros propria authoritate.*

12 *Pater, & filius eadem perſona reputantur.*

13 *Pater, & filius pro vna perſona tantùm ſoluunt tributum unicuique perſonę impoſitum, quia cenſentur vna, eademque perſona.*

14 *Filius pro patre deſeruire poteſt, vbicunque eſt electa induſtria perſonę patris.*

15 *Pater, & filius ſunt copulati nexu diuino.*

16 *Filius de alio confidere plus non debet, quàm de patre, & è conuerſo.*

17 *Filius non eſt integer homo, ſed pars paterni corporis.*

18 *Pater nomen, non ſolùm naturę nomen apparet, ſed religionis etiam, & reuerentiæ.*

19 *Filius pro patre mori debet.*

20 *Pater dicitur ſuperior, cui filius obedire tenetur.*

21 *Patris iuſſus excuſat filium à periurio.*

22 *Filius excuſatur ex pręcepto patris.*

23 *Patris iuſſis honeſtis obſequendum eſt, turpibus uerò nequaquam*

24 *Filius poteſt propulſare violentiam corporalem illatam patri pro eo liberando, quemadmodum ſi ipſi filio uiolentia hæc illata fuiſſet.*

25 *Occidens adulteram, ſeu adulterum, etiam lege permittente incurrit peccatum mortale.*

26 *Maritus recipiens vxorem adulteram, & eam reconcilians non poteſt in poſterum eam de adulterio accuſare.*

27 *Adultera in quibus caſibus poſſit accuſari, & dimitti. & in quibus excuſari, & non accuſari ponitur hic remiſſiuè.*

28 *Mulier lucratur dotis augmentum ex adulterio mariti.*

29 *Adulter grauiùs peccat, quàm adultera.*

30 *Adulterari magis licere maritis, quàm vxoribus ſuis maxima cæcitas eſſet.*

31 *Mors ſtatuta contra adulteros, licèt amara ſit, quia ſeparat animam à corpore, tamen amarior eſt luxuria, vel mulier, quia ſeparat animam à Deo. vnde mulier meritò dicitur amarior morte ipſa.*

32 *Remedium ad euitandum adulterium tutum eſt recurſus ad orationem, & ieiunium. & traditur exemplum Ioſephi, cum nonnullis authoritatibus noui, & ueteris teſtamenti.*

OPINIO XXXIII.

1 ADVLTERI puniri debēt pæna mortis naturalis, vltimiq; ſupplicij, ſcd̃m oẽs Doct. p tex. ibi in l. quãuis C. de adul. Glo. & cæteros in c. tuæ de ꝓcurator. ubi Imol. explanat, ꝙ legiſtæ ita cõiter tenẽt, & iſtam magis cõem opinionẽ fore aſſeuerat Alex. cõſ. 13. nu. 3. vol. 7. imò adulteriũ ipſum eadẽ pęna mulctat̃ in matrimonio putatiuo, qua in uero, ſecundũ Pau. Caſt. conſ. 147. uol. 2. & Grauet. conſ. 205. nu. 36. Cõis opin.

¶ Nec lex iſta contra adulteros promulgata, iniqua cenſeri debet, cùm de ea meminerit in ſpecie Cayetanus in ſecunda ſecundę quęſt. 64. art. 11. Thom. & Palud. in 4. ſententiarũ diſt. 37. q. 11. art. 1. Ioan. Maior. inibi diſt. 35. quæſt. 1. & Frater Ioannes noſter uir illuſtris doctrina, & ſanctitate in ſermonibus quadrageſimalibus in ſerm. 22. de adulterio q. 2. col. 10. imò ſimiliter lege moſaica erat ſtatuta eadem mortis pæna contra adulteros, leuitici 20. Deuter. 22. Dan. 13. & ob hoc ſcribæ, & Phariſei adduxerunt ad Chriſtum mulierẽ in adulterio depræhenſam, dicentes, ꝙ Moyſes iuſſerat, huiuſmodi mulieres lapidari, Ioannis. 8.

2 Sed ſi hodie omnes tales adulteræ lapidarentur tela, & camiſæ; ſeu interulæ uirorum caro præcio uenderẽtur propter mulierũ paucitatẽ. Et ſic patet, ꝙ leges ciuiles ſunt conformes legi diuinę.

3 Quoniã adulteriũ eſt grauiſsimũ crimen, vt p Doct. in c. at ſi clerici §. de adulteriis ext. de iudi. & per Coraſiũ in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 2. cap. 1. nu. 1. cum aliis ſeq. ubi etiam aliqua adducit in contrariam partem.

4 Imò probat Bertran. conſ. 316. nu. 12. & 14. vol. 2. adulterium crimen fore læſæ maieſtatis proximum, & furto longè grauius.

5 Imò ſunt ità ẽt grauiſsima facinora adulteriũ, & raptus, ꝙ conat⁹ in eis puniri ſoleat, vt firmat Bertrã. cõſ. 169. nu. 1. uol. 3. licèt cõtrariũ tenuerit in raptu Marſ. cõſ. 105. & hoc apertè oſtendit in c. q̃d in oĩbus 32. q. 7. reprobãte adulteriũ, vbi ſic dr̃, q̃d in oĩbus peccatis adulterio grauius eſt? ſic tamẽ loquitur ille tex. ad deteſtationẽ criminis: quia multa crimina contra præcepta ſecundę tabulæ ſunt grauiora adulterio: vt homicidiũ, inceſtus, ſacrilegiũ, & fractio uoti cõtinentiæ. ſecundũ nãq; in pęnis tenet locum, ubi Gloſſ. in pænis, ideſt in prohibitionib⁹ ſecundę tabulæ Moyſi, nã prima ꝓhibitio ſecundæ tabulæ eſt illa, nõ occides. ſecunda uerò prohibitio illa vr̃, q̃ immediatè ſequit̃, ſ. nõ mœchaberis: ex qua itaq; cõcluditur, ꝙ adulteriũ eſt grauius furto, ſ. ex genere: poteſt tñ aliq̃d furtũ eſſe grauius aliquo adulterio ex circũſtantia: vtpote de illo q multũ furat̃, & cũ magna libidine, reſpectu illius, q parùm delectatur ĩ adulterio. Et hæc mortis pęna ĩ adulterio ipſo ĩ regno Neap. mutata nõ reperit̃, teſte And. de Iſer. & Aſflict. in pri. in conſti. legum aſperitate lib. 3. rub. 42. & hacmet pęna mortis, plectebatur adultera quoq;, l. caſtitatẽ, & d. l. quamuis C. de adult.

6 Sed iure authenticorum mutata extitit in aliã mitiorẽ, videlicet, vt adultera uerberari debeat, & poſtmodũ in monaſteriũ detrudi, iuxta auth. ſed hodie C. de adulter. & not. Piacentinus in tra cta de accuſa. tit. 3. nu. 14. conſtitutione autẽ regni præcitata, legum aſperitate, punitur adultera confiſcationis bonorũ pena, niſi ex matrimonio uiolato, ſeu alio filios habeat, traditurque uiro ſuo, vt truncare ei naſum debeat, atque poſsit. verum ſi uir hoc agere nolit publicè flagellanda uenit, & ſic in iudicio, probato adulterio conceditur marito vindicta prædicta trũcationis naſi.

¶ Et antedicta conſtitutio legũ aſperitate uidetur ſimilis legi alias conditæ, & promulgatæ per Seleucũ Locrenſium principem, qui teſte Valerio lib. 6. cap. 7. ſtatuerat legẽ, vt quicunq; adulteraretur, vtroq; oculo priuaretur. accidit autem unicũ filiũ ſuum adulterari: ob quod equidẽ ipſe Seleucus iuſsit legẽ in eũ adimpleri, ſed multitudo populi hoc exequi pęnitus renuebat: quo uiſo dixit, ex quo tãtùm inſtatis pro filio meo, ſic fiet: nam mihi alter oculus, & illi alter eruetur: vt ſaltem ſic lex mea impleatur; quod & ita executioni demandatum extitit.

¶ Imò ipſa conſtitutio, ſeu imperator ibi ſumpſit exemplum à legibus, ſeu moribus Cumæorũ, vt refert Plutarcus in problemat. quia apud Cumæos ipſos mulieres in adulterio deprǽhenſę, tali uerecunda pęna affligebantur: eas etiam aſino inſidentes, nudas per urbem trahẽtes, vt etiã adnotuit Alciat. Parerg. lib. 11. cap. 47. qđ apud nos obſeruatur ſolũmodò in mulieribus, q̃ pluribus maritis eodem tẽpore inuentæ ſunt nupſiſſe.

¶ Nam adulterij pęna iã pro nihilo habetur, & de ea iudices ridere ſolent, vt cõmemorat Soc. Iunior conſ. 34. nu. 8. vol. 2. & Paul. de Caſt. conſ. 277. in cauſa incarceratorũ, ſub nu. 3. uol. 2. Sed Martialis in quodã ſuo epigrammatæ ad maritũ in tertio libro promulgauit quodammodò ſentẽtiam ſuã contra prelibatam regni conſtitutionẽ legũ aſperitate, aſſerendo ibi, quòd dum abſciderat maritus nares męcho, oportuiſſe determinat potius abſcidere mentulam, qua peccauerat. inquit itaque inibi.

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mecho?
Non hac peccatum eſt parte marite tibi.
Stulte quid egiſti? nihil hic tua perdidit vxor,
Cùm ſit ſalua tibi mentula Deiphobi.

Epigrammaton. Martialis ad maritum

Chi t'hà moſſo à tagliar, marito, il naſo
Al tuo Berton, che con quel membro fatto
Vergogna non t'hauea, ne verun danno?
Folle, ch' hai fatto? che tua moglie quinci
Perdita alcuna non riceue: poi
Che del Ruffiano il battiſteo le reſta.

7 Si verò in actu ipſo adulterij maritus reperit vxorẽ cũ adultero, ambos ſine mora protacta poteſt impunè occidere, conſtitutione regni, exordiente ſi maritus vxorẽ. & hoc non ab re conſtitutum extitit.

8 Nam tam ægrè fert maritus adulterium ipſum, vt moleſtius id patiatur, quàm ꝓprij filij mortẽ, l. codicillis §. matre ff. de lega. 2. & notat Ozerius in §. eſt autẽ, ſub nu. 5. inſtit. de hered. inſtit. & libẽtius etiã, atteſtãte Hieronymo in amos cap. 7. audiat vxorẽ ſuã interfici, quàm pollui. Et licèt vnus ex adulteris depręhenſus in adulterio aufugeret, tũc nihilominus marit⁹ poſſet occidere aliũ, q. non aufugit, textus eſt i l. adulter in prĩ. & in l. nihil intereſt ff. ad legem Iuliam de adult.

9 Et queadmodum patri, ſeu marito permittitur adulteros ſuæ uxoris, & filiæ impunè occidere, ita hoc ampliatur etiã, vt pater, uel maritus adulteros ipſos occidere, & trucidare impunè ſimiliter poſsit conuocatis amicis, & familiaribus ſuis, ſecundũ Iaſ. in l. 1. §. fi. nu. 5. ff. de oper. noui uuncia. Fely. in c. 1. ext. de præſcri. nu. 5. & in c. fi. §. is autẽ col. 2. ext. de offi. deleg. Marſ. ſing. 175. cõceſſo uno, Pau. Caſt. in l. raptores C. de epiſc. & cler. Tyraq. in tract. de retract. §. 26. glo. 1. nu. 68. & ſeq. Soc. Iun. conſ. 34. in cauſa nobilis uiri, nu. 12. cũ aliis ſeq. uol. 2. & Alex. in l. ſi plagiſ, nu. 20. ff. de uer. oblig. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

10 Sed aduerte, ꝙ quãuis marito, & patri liceat impunè occidere adulteros etiã conuocatis amicis, tũ idẽ maritus ſeu pater non poſſet alteri cõmittere, vt filiam, ſeu uxorẽ adulterã occideret, vt firmat Bar. in l. non ſolùm §. ſi mandato meo col. 2. ff. de iureiur. Bal. in l. accuſationibus C. qđ met. cau. Saly. in l. Gracchus C. ad leg. Iuliã de adult. & Rolan. à Valle cũ aliis congeſtis per eum conſ. 34. ſcio etenim apud legum uertices, nu. 19. cũ aliis ſeq. uol. 2. ubi ita conſuluit, & in medium reſerauit iſtam eſſe communem ſententiam. Cõis opin.

11 Quòd equidẽ non procederet in filio, cui nempè pater committere poſſet, vt adulteros occideret, ſecundũ Bar. in d. l. non ſolũ §. ſi mãdato meo, Saly. in d. l. Gracchus, Fely. in c. ſi uerò de ſent. ex cõ. Diaz. in regula 534. pater, Hyppolitus Rimin. in l. vt uim, nu. 384. & Rolã. à Valle in d. conſ. 34. ſub nu. 11. & 27. & ſeq. cũ aliis quàmplurimis aggregatis p Couarruuias in epit. i 2. par. cap. 7. §. 7. vbi admonet iſtã opinionẽ cõem eſſe, licèt ab ea ibi aliquib' artificioſis argumẽtis malè recedat. Cõis opin.

12 Sed iſthæc opinio cõis tanquã ueriſsima fulcitur optima hac quidẽ rõne, nam pater, & filius eadẽ perſona cenſentur, & eſſe reputantur, l. fi. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus, & c. contradicimus in fi. 35. q. 3. & notat. Spec. in tit. de feudis §. 2. nu. 14. Marſ. in ſing. 160. pater, & filius, & Pariſ. conſ. 84 nu. 47. uol. 1. & eſt textus etiam expreſſus in l. cùm ſcimus in fi. C. de agric. & cenſi. lib. 11. quem aſſeruit aureum Bald. conſilio 234. colum. 1. uol. 1. & hanc rationem ad deciſionem præſentis quæſtionis plurimum extollit Rolan. à Valle in dicto conſ. 34. nu. 27. & ſeq.

13 Et adeò hoc uerum eſt, quòd pater, & filius una, eademque perſona cenſentur, ſtante, quòd pro una tantùm perſona ſoluunt, & ſolue-

re tenentur tributũ vnicuiq; perſonæ impoſitũ, ſecundũ Bar.in l.1.§.domini il 2.ff.ad Sillanianũ, Iaſ.in l.filius paciſcendo col.1.C. de pact. Bal. in l.etiam col.pen.C.de exec.rei iud.& Grauet.cõſ. 249.nu.49. & Nicolaũ Feſtaſium in tract. de æſtimo,& collectis in 1.par.in prin.nu.62. cum aliis ſeq.vbi aſsignat rationem,& ampliat hoc procedere etiam in filio emancipato.

14 Comprobatur etiã ſecundò eadem cõmunis, quòd licèt pater authoritate propria trucidare queat adulteros lège permittente ex; priuilegio ab eadẽ lege ſibi elargito; tamen vbicunq; induſtria perſonæ electa foret,filius tunc pro patre deſeruire poſſet abſq; dubio aliquo, ſecundũ Lud. Rom.in l.1.ff. de in ius vocan. allegantẽ textum in l.ſciendum §.legati ff.de leg.quem refert, & ſequitur Marſili.ſing.160.

15 Tertiò cõprobatur quoq; prælibata cõmunis opinio ex eo,quòd pater, & filius cenſentur copulati iure,nexuque diuino,ita Bal.in l.cùm in adoptiuis col.2.C.de adop.

16 Et ideò pater ipſe de alio plus confidere non debet,quàm de filio,& verſa vice filius de alio cõfidere plus non debet, quàm de patre, l. quidam cũ filium ff.de hæred.inſti.& tradit Iaſ.in l.1. col. fin.C.de collat.

17 Vnde cum filius non ſit homo integer,ſed potius pars corporis patris, d.l.cùm ſcimus circa prin.& notat Frãciſ.Aret.in l.quod dicitur col.1. ff.de uer. oblig. Mar. Soc. conſ. 31. proſequendo vol.1.& conſ.252.viſis,nu.13.vol.2.

18 Et cùm nomen pater non tantũ naturæ nomẽ appareat,ſed etiã religionis,obedientię,& reuerẽtiæ,atteſtãte Silueſtro Aldobrã.in proęmio inſti.

19 Non mirandũ ergò erit,ſi per patrem demandari poſsit filio vindicta occidendi adulteros. & eo magis,cùm teſte Cicerone in orat. ſua pro Roſcio Amerino filius pro patre mori deberet, ſi res poſtularet,iura diuina,atque humana cogebant.

20 Illuſtratur ſimiliter præmemorata cõmunis, ſtante,quòd pater dicitur ſuperior, cui tenetur filius obedire,l.2.ff.de iuſti.& iure.

21 Intantùm, quòd eius iuſſus excuſaret quippè filiũ à periurio,Alex.in l.fi.ff.qui ſatiſd.cog. & Feder.de Senis conſ.191.quæſt.talis eſt, electus.

22 Et ꝙ filius excuſetur ex præcepto patris eſt textus in l. fur. §. qui iuſſu ff. de his qui not.infa. per quem ità firmat Spec.in tit.de feudis in §. 2. ſub nu.29.

23 Et licèt patris iuſsis, honeſtis quidẽ omninò obſequendũ ſit,tñ in turpibus,& pænitus iniquis iuſsis iniunctis per patrẽ filio parendũ nõ eſt modo aliquo,teſte Aulo Gellio lib.2. cap.7. vbi ponit diſtinctè caſus, in quibus obſequendũ ſit patri per filiũ,& in quibus non ſit parendum.

24 Poſtremò ſubſtinetur itidẽ cõmunis prædicta ex doctrina Innoc.in c.cũ locum in prin.extra dè ſpon.cõcludentis ibi,ꝙ ſi violentia corporalis inferetur patri,& filius tunc egiſſet ad tutelã,defenſionemq; ſui patris,vt illũ liberaret, diceretur,ac pſumeretur ille actus eo quippè caſu geſtus per metũ,perinde ac ſi violentia ipſa eidem filio illata extitiſſet. alios uerò caſus in quibus pater,& filius pro vna perſona habeantur,& reputentur ponit Iaſ.in l.ſciendum,nu. 26. cũ duobus aliis ſeq. ff.qui ſatiſd.cogan.

25 Sed aduerte, ꝙ licèt adulter, ac vxor, ſeu filia depræhenſę in adulterio occidi à ſtatutis, & legibus cõcedatur,nihilominus hoc agendò, etiã lege permittẽte,ſemper incurrerẽt peccatũ mortale,ſecundũ Glo.i c.inter hæc 33.q.2.Pet. de Palu. & Thom.in 4.ſententiarũ diſt.37.& S. Antoninũ archiepiſ.Florẽ.in ſua ſumma in 1.par.tit.7.cap. 8.de homicidio col. 7. uerſ. ſed q̃ritur vtrũ liceat marito,Doct.cõiter in l. vt vim ff.de iuſt.& iur.& alios ferè innumeros aggregatos in tract.meo de peccato in primo conſcientiæ caſu, vbi huic opinioni fræquẽtioribus uotis approbatæ tale lumẽ attuli ex propria officina,vt maius nullatenus deſiderari queat. eidẽque cõi ſentẽtiæ accedũt etiã S. Dionyſius Cartuſianus in ſua ſumma fidei orthodoxę tomo 2.arti.178.ſub §.2.& S.Auguſt. in lib.1.de libero arbitrio,ubi firmat,ꝙ lex iſta,quę regẽdis ciuitatibus ferẽ multa concedit,atq; impunita relinquit,q̃ per diuinã prouidentiam vindicantur,& hoc idẽ concedunt Abb.& Præpo. in c.veniẽs il 2.de ſpon.Faber in l. Graccus C. de adul.Abb.Ana.& Pely.in c. interfeciſti de homic. Alex.col.1.Iaſ.col.1.& Ripa i l. ſi plagij ff.de uer. obli.Pet.à Plaza in epito.cauſarũ crimi.lib.1.cap. 36.nu.12.& 18.Iaſ.nu.22.& Oroſci.col.1.in d.l. vt vim, & Couarruuias in epito. de matrimonio in 2.par.cap.7.§.7.nu.8.& ſeq.ubi ſtrenuè tuetur opinionem iſtam,& eam communem uocat. *Cõis opin.*

26 Sed aduerte, ꝙ qñ maritus receperit mulierẽ adulterã,& eã reconciliauerit, non poſſet vtique eam amplius accuſare,vt concedit Afflict.in conſtit.qui poteſt crimen lib.2.& Roſarium Buſti, in ſermone 24.in litera L,in prima par.

27 Vbi ponit ſex alios caſus,in quib⁹ mulier adultera pro adulterio excuſari deberet,nec equidem in ipſis caſibus accuſari, uel dimitti poſſet.

28 Vnde quẽadmodũ mulier ultra pęnam corporalem punitur confiſcationis bonorum pæna,ita etiã mulier ex adulterio mariti lucraretur dotis augumentum,ſecundũ Neuizanũ cũ aliis aggregatis p eũ in ſilua nuptiali lib.4.nu.50. cũ determinetur in c.chriſtiana 32.q.5.ꝙ chriſtiana religio adulteriũ in vtroq; ſexu pari rõne condẽnat.

29 Quinimò quantũ ad aliq̃d,grauius peccat uir adulterãs,quàm mulier,inquantũ ſ.ꝙ maior naturalis rõ in eo uigere debet, c.indignãtur 32.q. 6. ꝓpterea ait Auguſtin⁹ de verbis dñi ſerm. 46. & ſimiliter recitat,i c.ſi ducturi 32.q.6.ſi (inq̃t) vos uiri ducturi eſtis vxores: ſeruate vos ęquales vultis eas inuenire, tales & ipſæ inueniãt uos. q̃s inuẽs eſt, q nõ caſtã velit ducere vxorẽ? & ſi accepturus es virginem,quis nõ intactã deſideret? intactã q̃ris? intact⁹ eſto,purã quæris? noli eſſe impurus.non enim illa poteſt eſſe caſta, aut pura, & tu

non

non potes. ſi fieri non poſsis caſtus, nec illa poteſt: quia uerò illa poteſt, docet te, quia fieri potes. hęc ille, & notāt etiam Cyn. & omnes per tex. ibi in l. 1. C. de adult.

¶ Necnon idem Auguſtinus in lib. de decem chordis, ad propoſitum loquitur, dicens, ò homo dicitur tibi: non mechaberis, id eſt non ibis ad aliquam aliam præter vxorem tuam. tu autem exigis hoc ab vxore, & nō vis reddere hoc vxori tuę? & cùm debeas in uirtute præcedere vxorem, tu ſubitò vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem eſſe libidinis, tu victus iacens? & cùm in capite ſis vxori tuæ, præcedit te ad Deum illa, cuius caput es? vis domum tuam capitę deorſum pendere? caput enim mulieris eſt vir. vbi ergò mulier melius uiuit, quàm vir, capite deorſum pendet domus. icciroò debet uir tanquam caput in omnibus bonis factis præcedere vxorē ſuam, vt illa imitetur ipſum vti caput ſuum.

30 Ideò ò infelices viri adulteri, maxima vtique, & euidens cęcitas, & ſtultitia ueſtra eſt, qui creditis, vobis magis licere adulterari, quàm uxoribus veſtris; cùm totum oppoſitum appareat ex recitatis authoritatibus, & legibus. vnde ſi uiris ipſis ſemel compertum fuerit uxores ſuas adulteriū perpetraſſe, tam maximo odio eas proſequerentur, quòd vix cuncti conſanguinei vtriuſque partis poſſent ipſos coniuges conciliare, & ſi fieret pax inter eos parum, aut nihil forſan duraret: ſed ad nimiam offenſam (aut forſan ſine offenſa) illi quotidie improperarent vxoribus, quę commiſerunt, & ea etiam quæ nullo modo commiſerunt.

31 Cæterùm ſi contingeret ipſos viros adulterari acciperent quaſi pro riſu ſi vxores hoc ſcirent. Et licèt amara ſit mors corporalis ſtatuta contra adulteros, quia ſeparat animam à corpore, nihilo minus amarior eſt luxuria, vel mulier, quoniā ſeparat animā à Deo, & celeſti curia: & hinc Salomon eccleſiaſtes 7. breuiter concludebat mulierem amariorem morte ipſa.

32 Vnde ad euitandū hoc genus peccati, & mortis nullum reperitur tutius remedium, quàm recurſus ad orationęm, & ieiuniū. & nunquam trādas obliuioni quòd narrat Ioſeph in lib. de teſtamentis 12. patriarcarum, vbi ad lucem adduxit admonēdo filios ſuos, quomodò liberatus extiterat de periculo adulterij, ad quod aſsiduè eū Domina ſua inuitabat, & hoc quippè mediantibus cōtinuis ieiuniis, & orationibus, vbi in mediū expoſuit etiā oēs fraudes, quibus illa peruerſa mulier ad huiuſmodi adulterium inducere procurauit.

¶ Primò quidē cùm filiis careret, admonuit eū velle in filiū recipere, & quia adoleſcens erat 16. annorum, cùm primùm fuit venditus frequēter amplexabatur, & tangebat, vt filiū improbo animo. quod apertius perpendit, cū cepit ad malū impellere, ſub colore pſertim, vt filiū ſuſciperet ex eo, quē maritus propriū putaret, & ſic omnia bona, quæ multa erant ad eū deuenirent, ſed cùm ille recuſaret dicens fuiſſe à Deo ſuo domino cœli prohibitum adulterium.

¶ Suggeſsit alterum modum offerens ſe virū necaturum ueneno, ſi decreuiſſet ipſam in vxorē accipere. quod audiens ille nonnihil horruit proteſtando, quòd ſi hoc ageret manifeſtaret equidē tale crimen, nec ſibi iungeretur aliquo pacto.

¶ Tertiò promiſit ei, ꝙ dimitteret idola, & uirū ſuū ad idem induceret, ſi ei aſſentiret, adoraretq́; etiā Deū ſuū, & cōſequēter pbuiſſet anſam eorū ſaluti, & cōuerſioni. cui reſpondit Ioſeph huiuſmodi conuerſionē Deo ſuo minimè gentiū placere, cū conſtitutiſsimū ſit mala facienda non fore, vt bona contingerent; vt not. Glo. in l. qui ſub prætextu C. de ſacroſan. eccle. & in c. magna de cler. vel mona. contra c. dixit Sarra 32. q. 4.

¶ Quartò miſit ſibi epulū ſolenne, ſed incantatū diaboli opere, vt inflāmaret, incitaretq́; eū ad ſuū proprium amorem, atq; concubitum. qđ nempè ipſe Domini reuelatione comprehēdens facta oratione ſuper cibum nil nocumenti percepit ex huiuſmodi comeſtione.

¶ Quintò eū monuit, ꝙ niſi cū ea rē haberet dubio, pcul gladio, vel veneno mortē ſibiipſi cōſciſceret, & ſic ipſe facilè ſuæ morti occaſionē prębuiſſet. ſuper quo increpuit eā exprimēs, ꝙ cōcubina uiri ſui ſi hoc ageret poſtea omniū bonorū ſuorū hęres remaneret. Et qa emula ei⁹ erat, ideò retraxit ſe inuidens fęlicitati ſecuturę emulę ſuæ.

¶ Demū deſperatione ducta quadā die appręhendit eū p liciniā ueſtimenti quaſi vim inferendo dicēs dormi mecū, qđ expreſsè recuſauit fugā arripiēs, vt teſtimoniū reddit Scriptura Gen. 39.

¶ Quoniā vt habeť prouerbiorū ſexto, mādatū lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiāt te à muliere mala, & à blanda lingua extraneę. nō concupiſcat pulchitudinē eius cor tuū, ne capiaris nutibus illius: prætium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autē uiri præcioſam animā capit. nūquid poteſt homo abſcondere ignē in ſinu ſuo, vt ueſtimenta illius nō ardeāt? aut ambulare ſuper prunas, vt non cōburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierē proximi ſui, nō erit mundus cū tetigerit eā. non grandis eſt culpa, cū quis furatus fuerit: furatur enim, vt eſurientē impleat animā: depræhenſus quoq; reddet ſeptuplū, & omnē ſubſtantiā dom⁹ ſuæ tradet. qui autē adulter eſt pp cordis inopiā perdet animā ſuā: turpitudinē, & ignominiā congregat ſibi, & opprobriū illius nō delebitur, quia zelus, & furor uiri nō parcet in die uindictæ, nec acquieſcet cuiuſquā præcibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

¶ Et legitur etiā eccleſiaſtici 41. capite: erubeſcite à patre, & à matre de fornicatione, à reſpectu mulieris fornicariæ, ne reſpicias mulierē alieni viri, & ne ſcruteris ancillā eius, neque ſteteris ad lectum eius.

¶ Et dr̄ Thobię quarto cap. oībus diebus uitæ in mente habeto Deū, & caue ne aliquādo peccato cōſentias, & ptermittas pcepta Dñi Dei noſtri

¶ Et oſtenditur ad Timotheū quinto: nā quæ (vidua) in deliciis eſt, viuens mortua eſt. te ipſum caſtum cuſtodi.

¶ Et ad Hæbreos decimotertio: honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus.

¶ Et legitur deniquè eccleſiaſtici nono: ne reſpicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. cum ſaltatrice, ne aſsiduus ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. virginem ne conſpicias ne fortè ſcandalizeris in decore illius. nec des animam tuam in vllo, ne perdas te, & hęreditatem tuam: noli concupiſcere in uicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. auerte faciem tuam à muliere cōpta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. ſpeciem mulieris alienæ multi admirati: reprobi facti ſunt. colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. cum aliena muliere ne ſedeas omninò, nec accumbas cum ea ſuper cubitum: & non altercaris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

¶ Et dicitur ad Epheſios quarto: hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut, & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.

¶ Et ad Coloſenſes tertio: nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. & paulò ſuperius: mortificate membra veſtra, quę ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malā, & auaritiam, quę eſt ſimulacrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.

¶ Et concluditur Iob 31. cap. pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis? ſi deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea, & cętera. hoc enim nephas eſt, & iniquitas maxima.

¶ Et concluditur etiam in amos 6. cap. Væ qui opulenti eſtis in ſion, & cætera, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris: qui canitis ad uocem pſalterij: ſicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici, bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, & auferetur factio laſciuentium. iurauit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominꝰ exercituum, deteſtor ego ſuperbiā Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cū habitatoribus ſuis.

S V M M A R I V M.

1 *ADVLTER laicus de iure canonico puniri po:eſt per iudicem eccleſiaſticum, et aduerſus eum proced: ad excommunicanem, ad detruſionem in monaſterium, ad ſeparationē thori, & ad ſciſſionē panni, & capilli.*

2 *Adulterij crimen eſſet mixti fori vbicumque contra laicum adulterum ageretur pro adulterio de iure ciuili ad pęnam ſanguinis, & tunc iudex ſecularis duntaxat cognoſceret adulterium, aliàs ſi interueniret iudex eccleſiaſticus, ubi pęna ſanguinis imponeretur efficeretur irregularis, & eius beneficia impetrari poſſent.*

OPINIO XXXIIII.

1 ADVLTER laicus per iudicem eccleſiaſticū de iure canonico puniri poteſt, & contra eum deueniri ad excommunicationem, ad detruſionem in monaſterium, ad ſeparationem thori, & ad ſciſſionem panni, & capilli per ipſum iudicem eccleſiaſticum; ſecundum Abb. in c. intelleximus per tex. ibi de adult. Arch. in c. rex 23. q. 5. Sand. col. 7. & Fely. in 2. in c. cùm ſit generale de foro competen. Abb. in c. tuæ de procur. Rom. ſing. 674. nos ſumus in materia adulterij, Fely. & Dec. in prin. in c. conſuluit de appella. Alciat. in c. 1. in 5. notab. de offi. ordi. Clarum in pract. crim. in §. adulterium in verſ. alia quoque eſt pœna adulterij, & Couar. in epit. de teſtamen. in 2. part. §. 7. cap. 7. nu. 20. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem contra Ioan. And. in c. fin. de foro competent. lib. 6. in nouella contrarium aſſerentem, & ſequitur etiam prælibatam communem Mantua in d. c. cùm ſit generale, nu. 47. vbi poſt Abb.

2 Concludit, quòd ſi ageretur contra laicum pro adulterio perpetrato de iure ciuili ad pęnam ſanguinis, tunc crimen hoc eſſet mixti fori, & ſolus iudex ſecularis id cognoſcere poſſet, aliàs ſi interueniret iudex eccleſiaſticus, vbi pæna ſanguinis imponeretur, efficereturꝰ proculdubio irregularis, poſſentque eius beneficia impetrari.

S V M M A R I V M.

1 *CLERICVS adulter deponitur ab officio, & beneficio, & in monaſterium detruditur toto tempore vitę ſuæ.*

2 *Mulieres in adulterio cum clericis depræhenſę qua pęna plectantur.*

OPINIO XXXV.

1 ADVLTER clericus deponitur ab officio, ac beneficio, & in monaſterium pariter detruditur toto tēpore vitę ſuę, vt habetur in c. ſi quis clericus 81. diſt. & idē tenet Glo. & Arch. in c.

in c. lator 2. q. 7. Goffre. Bernar. Lauden. Ioan. And. Abb. & Imol. in c. vt clericorum de vita, & honeſt. cler. Ioan. de Ana. in c. vt ſignificauit ext. de adul. & iſta eſt communis opinio, teſte Ana. ibi, Ioan Ber. Diaz. in pract. crim. cap. 79. in prin. & Paulo Grillando in tract. de pœnis omnifariam coitus illiciti, quæſt. 6. nu. 1. cum aliis ſeq. licèt & malè ibi contrarium ſubſtinere, probareque audeat. *Cõis opin.*

2 Et mulieres quæ reperiuntur prolapſæ in adulterium cum clericis, diſtrictione adhibita, diſtrictioni ſubiacent, prout ſacerdoti viſum fuerit; & à ciuitatibus, vt ſacerdos præceperit, propelluntur, vt apud Concilium Aurelianenſe quartum conſtare videtur, cap. 17. de mulieribus in adulterio cum clericis depræhenſis.

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS, ſeu doctor poteſt petere, exigereque ſalarium, vel honorarium à ſuis clientibus, habita tamen conſideratione negocij de quo agitur.*

2 *Clericus aduocatus poteſt recipere pro ſuo labore iuſtũ patrocinium, & mercedem condignam.*

3 *Aduocatus, aut doctor reſpondens, aut conſulens abſque labore, & librorum reuolutione licitè poteſt petere, & recipere condignam mercedem: habita tamen conſideratione ad remunerationem prçteriti laboris, quod declaratur infra.*

4 *Aduocati ſalarium à quo imperatore à principio conſtitutum ſit ponitur hic. & ſimiliter quis imperator primus fuit in regno Neap. qui ſtatuit officium aduocatorum pauperum.*

OPINIO XXXVI.

1 ADVOCATO, ac doctori pro eorum aduocatione, & cõſultatione licitum eſt petere ſalarium à ſuis clientibus, habita tamen cõſideratione negocij de quo agitur: & ſic aduocato licet uendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium, atque pro eorum laboribus recipere honorarium, mercedemque condignam, ſecundum Gloſ. in l. 1. §. ait prætor *il primo* ff. de poſtu. & in l. 1. ff. de ſuffra. Guid. Papæ quæſt. 102. & 190. Glo. & Card. in c. qui ſtudet 1. q. 1. & Glo. in c. nõ licet 11. q. 3. Sanctum Antoninum in ſua ſumma in 2. par. cap. 19. de iniuſtitia quę fit in iudiciis ante fin. & Alex. de Hales in 3. par. ſummæ quæſt. 44. membro 2. & Auguſtinum in epiſtola 54. ad Macedonium, & ſimiliter recitatur in d. c. non licet, & in c. non ſanè 14 q. 5. & iſta eſt communis ſchola Thologorum, Canoniſtarum, & legiſtarum. *Cõis opin.*

2 Imò clerico aduocato etiam licet ſalarium accipere, vt notat Glo. in c. 1. 15. quæſt. 2. & Abb. in c. 1. in fin. ext. de poſtulan.

3 Sed iſthæc communis ſententia limitatur nõ procedere in doctore, qui abſque labore, & librorum reuolutione reſponderet, conſuleret, ſeu aduocaret, quia is gratis conſulere in tali caſu teneretur, ſecundum Gloſſam in d. c. non licet, Spec. in tit. de ſalario §. ſequitur poſt princ. & Alex. de Ales vbi ſupra, & Bertran. conſ. 34. col. 19. vol. 2.

¶ In contrariam uero partem, uidelicet, quòd aduocatus, ſeu doctor reſpondens ſine chartarũ reuolutione debeat, & licitè poſſit condignam mercedem recipere, & petere, habita conſideratione præcipuè ad remunerationem præteriti laboris inclinauerunt Ioan. And. in add. Spec. in d. §. ſequitur, Archid. in d. c. non licet, Imol. & Flor. in c. cùm ab omni col. fin. de vit. & honeſt. cler. Alex. in add. Bar. in l. 1. ff. de var. & extraordi. cogni. S. Antoninus in 1. par. tertiæ partis principalis ſuæ ſummæ tit. 6. cap. 2. §. de ſalariis aduocatorum poſt prin. Gabr. Biel. in 4. ſententiarum diſtin. 15. in 6. concluſ. 8. Barbatius reuocando iudicium in melius in c. ex litteris de conſtit. in prohęmio cle. in 2. lect. in uer. ſalutem col. 15. & in l. 2. §. item ſi in facto, iuncta l. ſequenti, Alber. in l. 1. C. de poſtulan. Soc. in tract. fallẽtiarum reg. 229. nu. 3. Sanctus Antoninus in d. 2. par. ſuæ ſummæ cap. 19. uerſ. aduocatus, & procurator in fin. Iaſ. in l. nec quicquam §. vbi decretum col. 2. ff. de offi. procon. & in §. ſed iſte col. antepen. inſtitu. de actio. Purpur. in l. ſi me, & Titium in prin. ff. ſi cer. pet. Alciat. de uer. ſign. lib. 1. fol. 8. Cagnolus de offi. aſſeſ. col. 2. Scala de conſilio ſapientis. lib. 3. cap. 11. honorarium, §. poſt prin. Ripa in tract. de peſte in 3. par. Lud. Bolog. in repet. auth. habita fol. 9. C. ne filius pro patre, Lallus de Tuſcia in cõſtitutione regni aduocatos, nu. 8. & in conſtitut. ſeq. nu. 3. lib. 1. Rebuf. in 46. priuilegio ſcholaſticorum, & Dec. in c. cùm in cũctis, nu. 33. de elect. ubi reddit rationem, & tollit omnia contraria, & iſta eſt magis communis opinio, vt ex præmemoratis authoritatibus facilè dignoſcitur communiter reprobatam Glo. in d. c. non licet, & ſecundum ipſam communem tuta conſcientia obſeruatur quotidie, & omnibus in locis. *Cõis opin.*

¶ Sed benè uerum eſt, quòd opinio contraria ſuperius recitata poſſet ſaluari, vt procederet, vbicunque petens conſilium eſſet pauper, ſi uerò diues non ſolùm aduocatus poſſet aliquid ab eo recipere, uerùm etiam exigere, vt uoluit Hoſtien. ſed fabulantur multi ruſtici, quòd aduocatus nõ laborat in cauſa eorum, quibus reſponderi poteſt, quòd tunc laboret modis præmemoratis, aut quòd prius laborauerit ſtudendo, & diſcẽdo.

4 Et hinc eſt, quòd Nero imperator apud Romanos primus fuit, qui inſtituit, vt litigatores pro patrociniis certam, iuſtamque mercedem darẽt; teſte Suetonio in eius vita cap. 17. licèt Cornelius Tacitus lib. 11. aliud ſentiat, quòd Claudius Cæſar, qui ante Neronẽ præfuit imperio Romano, iam modum impoſuerat aduocatis pro capien-

piendis pecuniis uſque ad dena ſeſtertia, quæ egreſsi repetundarum tenerentur.

¶ Et in regno Neap. Rex inclitus Carolus ſecundus primus fuit, qui tanquam princeps clementiſsimus, piiſsimus, & miſericordiſsimus ſtatuit certum officium aduocatorum pauperum in ciuitate Neapolis, vt adiuuent eccleſiam, pupillos, uiduas, orphanos, pauperes, & cæteros omnes indigentes, qui habent ſalarium à regia curia, textus eſt in conſtitutione lege præſenti, ubi And. de Iſer. Afflict. & alij, vbi etiam iubet imperator, quòd prædictis miſerabilibus perſonis, ſiue in iudicio litigent, & ſic actores, ſiue Rei cum perſonis potentibus, vel non potentibus, ſiué cum Fiſco expenſis ipſius regiæ Curiæ, dari debeant aduocati.

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS poteſt compelli ad ſuſcipiendum delegationem.*

2 *Aduocatus cogi poteſt litigatoribus conſulere.*

3 *Aduocatus cogi non poteſt ad ſubeundum officium aduocationis, & postulationis, niſi vrgente neceſſitate.*

4 *Aduocatus pro ſuo patrocinio poteſt petere, aut conſequi ſalarium, & mercedem ſecundum qualitatem negocij, conditionem clientis, conſuetudinem loci, & excellentiam ſuam, dummodò non excedat centum aureos. quod procedit de iure ciuili, & canonico.*

5 *Aduocatis prohibitio facta olim per Neronem ne acciperent ſalarium pro eorum poſtulatione.*

6 *Aduocatus poteſt exigere, ac petere ſalarium promiſſum, etiam quòd lis, & cauſa non terminetur per ſententiam diffinitiuam iudicis, ſed per amicos.*

7 *Aduocatus promittens poſtulare per annum ſub aliquo ſalario, ſi eo tempore nullas lites, & cauſas haberet licitè petere poſſet dictum ſalarium.*

8 *Aduocatus recipiens integrum ſalarium pro toto tempore aduocationis, & interim ſuperueniret egritudo, ob quam aduocare nequiret, & cliens alterum aduocatum conduceret non teneretur aliter ad illud ſalarium reſtituendum.*

9 *Aduocatus deſerens cauſam tanquam iniuſtam in proſecutione ipſius, quam autumabat à principio iuſtam eſſe poteſt recipere ſalarium. nec tenetur ſecreta cauſę ſui clientis reuelare.*

10 *Aduocatorum Neapolitanorum laudes.*

11 *Aduocatus pro ſolutione ſui ſalarij poteſt cogere clientem officio iudicis mercennario.*

11 *Aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalarium an dimittere queat clientem ſuum, & parti aduerſæ inhęrere?*

12 *Aduocationis officium eſt de iure diuino, & Chriſtus quandoque pro ſalute humani generis ſuſcepit munus aduocationis multorum.*

13 *Aduocatus æquiparatur confeſſori, & quemadmodum confeſſor confeſſionem reuelare non poteſt, ita aduocatus ſecreta cauſę propalare non debet.*

14 *Aduocati cogi non poſſunt ad teſtificandum contra eorum clientes, ne vocarentur proditores cauſarum.*

15 *Aduocatus inſtructus de iuribus vnius partis, cui promiſerat patrocinium pręſtare, ſi eam relinquat, et pro altera parte patrocinetur incideret in crimen falſi, non autem pręuaricationis.*

OPINIO XXVII.

1 ADVOCATVS poteſt cõpelli ad ſuſcipiendum delegationem ſibi factam, ſecundum Bar. in l. ſancimus la prima, nu. 2. & Bal. & alios omnes ibi, C. de aduo. diuerſ. iud.

2 Et ſimiliter aduocatus ipſe cogi poſſet litigantibus conſulere, vt concedit Gloſſ. in l. 2. C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. 12. & Bar. in d. l. ſancimus, quorum opinionem indicat communem eſſe Fely. in c. ſi pro debitore col. fin. de offi. deleg. Iaſ. in l. 3. aliàs cùm qui res, nu. 13. C. de procuratoribus, & Ripa in tract. de peſte in tit. de remediis ad curandam peſtem, nu. 89. & ità conſuluit Corn. conſ. 150. in prin. uol. 4. & ſequitur etiam Scala de conſilio ſapientis lib. 3. cap. 7. Cõis opin.

3 Sed idem aduocatus cogi non poſſet ad ſubeundum officium aduocationis, & poſtulationis, & ſic ad præſtandum ſuum patrocinium, niſi urgente neceſsitate, vt per Bar. in d. l. ſancimus in ſummario, & per Ripam in l. fin. nu. 32. C. de reuocan. donat. & per Beroum in c. quoniam contra, nu. 44. de probat. ubi hoc vtiliter limitat, & interpretatur.

4 Et aduocatus iſte pro ſuo patrocinio poteſt petere, & conſequi ſalarium, & mercedem ſecundũ qualitatem negocij, conditionem clientis, conſuetudinem loci, & grauitatem, facundiam, & excellentiam ſuam, dummodò non excedat centum aureos, l. 1. §. in honorariis ff. de uar. & extraord. cognitio. per quem tex. ita uoluit Glo. in l. 2. §. ait prætor in uer. non habebunt ff. de poſtu. Afflict. in conſtit. hac ædictali, ſub nu. 3. & ibi Batius in ſcholiis lib. 1. rub. 87. Roſar. Buſti. in ſerm. 25. in litera V, in 1. par. & Zaſ. in §. tripli, nume. 20. inſtit. de actio.

¶ Et hoc non ſolùm procedit de iure ciuili, ſed de iure etiam canonico, vt habetur in c. non licet 2. q. 3. & tenet Gio. & Card. in c. qui ſtudet 1. q. 1. & Guid. Papę in quæſt. 190.

5 Et ſic irrita, & pęnitus caſſa remanet ſanctio Neronis aduerſus aduocatos à quo factum ita fuit, vt cauſarum patroni abſque mercede, ſalario, munereuè cauſis adeſſent, teſte Alex. ab Alexan. lib. 3. dierum genial. cap. 5.

6 Et ſalarium hoc aduocatus petere poteſt, etiã, quòd cauſa, & lis non terminetur mediante ſententia diffinitiua iudicis, ſed per amicabilem cõpoſitionem, Glo. in l. fin. in uer. ex euentu ff. mãd. Spec. in tit. de ſalar. in §. ſequitur uerſ. ergò ſi litigator, & Iaſ. in §. tripli col. fin. inſtit. de actio, quia non ſtat per eum cauſam ipſam adiuuare, & pa-

ctum

ctum obſeruare, ſecundũ Guid. Papæ in quęſtio. 102.nu.2.vbi meminit iſtam eſſe communẽ opinionem, quã ſequitur Cagnol. in l.diem functo, nu.156.ff.de offi.aſſeſſ. *Cōis opin.*

7 Similiterque aduocatus promictens poſtulare per annum ſub aliquo ſalario, ſi eo tempore nullas habuiſſet cauſas, tũc quippè licitè petere poſſet prælibatum ſalarium ob rationem in ſuperiori proximo caſu allegatã; & ita firmat Affiict. in d.conſtitu. hac ædictali, nu. 5. ubi teſtimonium reddit iſtam eſſe ueriorem opinionem.

8 Et eadem ratione ibi, nu.6. concludit aduocatum recipientem totum ſalarium pro toto tempore aduocationis, & interim ſuperueniret ægritudo, uel infirmitas, taliter, quòd ob hoc impediretur aduocare, & cliens alterum aduocatum cõduceret non teneri aliter ad illud reſtituendum.

9 Necnon aduocatus deſerens cauſam tãquam iniuſtam in proſecutione, poteſt recipere ſalariũ: nec mirum eſt, quia ſi aduocatus ipſe ignoranter à principio iniuſtam cauſam ſuſceperit, quam in curriculo ipſius, iniuſtam eſſe cognouerit, teneretur eam nempè omninò deſerere, uel clientem cuius cauſam agit ad cedendum inducere, ſuadẽdo eidem apertè nullum ius fouere, ſeù ad componendum eum inducere cum aduerſario ſine eius damno.

10 Nec debet ob hoc eam ſuo aduerſario prodere, vt ipſum releuaret. nec itidem deberet ſecreta cauſæ alteri parti aduerſæ reuelare, vt voluit S. Thom. in ſecũda ſecundę quæſtione 71. articulo 3. & eſt textus in l.rem non nouam C.de iudiciis. & ita obſeruant excellentiſsimi, eloquentiſsimi, doctiſsimi, ſtrenui, & religioſi aduocati Neapolitani, qui ubi primùm facta publicatiõe in cauſa, & reperta cauſa iniuſta, quam à principio iuſtam exiſtimabant, ſtatim eam deſerunt, & religioſè quidem more eorum agunt.

11 Et hinc aduerte, quòd aduocatus pro pręſtatione, & ſolutione ſui ſalarij poſſet cogere clientem ſuum officio iudicis mercenario, ſecundum Bar. & omnes in l.properandum §.illo proculdubio in prin. C.de iudic.

11 Imò Amanellus in ſing. 253. intrepidè aſſeruit, quòd aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalariũ dimittere poſsit clientem ſuum, hærereque parti aduerſę, & eam totis uiribus iuuare per Glo. in ſi. in l.1.C.de aduo.fiſci: ſed id agens in regno Neapo. certè nedum maxima repræhenſione dignus foret, uerùm pœna etiam non leni plectendus ueniret, quòd religioſè ſancitum eſſe exiſtimo, tam pro conſeruanda grauitate aduocatorum, quàm etiam pro falſitatibus excludendis, remouendis, & pęnitus euitandis. ideo potius ſuaderem aduocato, vt totum ſalarium ſibi occaſione poſtulationis debitum amitteret, quàm cũ perpetua eius infamia parti aduerſæ inhæreret.

12 Quinimò meminiſſe eos oportet aduocationis officium de iure diuino eſſe, & Chriſtum Saluatorem noſtrum quandoque pro ſalute humani generis multorum aduocati ſubiiſſe munus, quod eleganter pluribus comprobat Caccialupus in tract. de aduocat. quæſt. 1.

¶ Benè tamen uerum eſt, quòd ubicunque in regno fieret præiudicium per aliquem clientem ſuo aduocato in eum deſerendo, & in eligendo alterum aduocatum, conſueuerè aliàs aduocati ita abſque eorum culpa à patrocinio amoti conuolare, recurrereque, mediantibus ſupplicationibus, ad ſacrum regium Concilium, in quo ſolitũ eſt concedi, ex rationabili cauſa, aduocatis ita expulſis licentia, & facultas aduocandi, & poſtulandi pro cõtraria Parte in eadem cauſa, prout aliàs uidi conceſſam licentiam per memoratum ſacrũ Concilium ſic agendi impunè excellenti D. Federico Ferdinando aduocato Neapolitano.

13 Imò aduertere quoque tenentur, quòd aduocati æquiparantur confeſſori: quia eis veritas coactè dicitur, quemadmodum confeſſori, vt probat Neuiz. in ſilua nuptiali lib.3. ſub nu.47. & ſic ſecundum eum ibi quemadmodum confeſſor nõ poteſt reuelare confeſsionem, ita etiam aduocatus ſecreta cauſæ propalare non debet modo aliquo.

14 Imò ſecundum eundem cum aliis aggregatis ibidem aduocati ipſi de iure, ne uocarentur proditores cauſarum contra eorum clientulos ad teſtificandum cogi non poſſent, licèt in contrariã ſentẽtiam inclinare uideatur And. de Iſer. in tit. de inueſtitura ſi inter dominum, & uaſallum quęſtio oriatur, & Guid. Papæ in ſing. 982. aduocatus aduerſarij, uidelicet, quòd aduocatus aduerſus clientem teſtimonium dicere cogi poſsit.

15 Vnde aduocatus inſtructus, informat⁹, & edoctus de iuribus vnius partis, cui promiſerat patrocinium præſtare, ſi deinde eam relinquat, & pro altera patrocinetur, incideret quippè in crimen falſi, non autem præuaricationis, vt cõcedit Bar. in l.1.ff. de præuaricato. cui omnes communiter inhærent, Alciat. quoque in l. præuaricatores ff. de ver.ſig. Boſſius in pract. crim. in tit. de pręuaricatoribus, nu.2. & 5. fol. 164. vbi mentionem facit de hac opinione communi, & Rolan. à Valle etiam conſ.38.nu.23. & ſeq. uol.3. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATI ſalarium non poteſt, excedere centum aureos in cauſis ciuilibus.*

2 *Pacta de quota litis, & immenſi ſalarij facta, etiam cum iuramento non valent.*

3 *Aduocati poſſunt exigere magnum ſalarium in negociis capitalibus, etiam ultra centum aureos.*

4 *Aduocati licitè poſſunt exigere ſalarium etiam vltra centum aureos, vbi agitur de infamia, vel de ſtatu dignitatis Magnatum conſeruando: quia à pari procedunt mors, & infamia.*

5 *Aduocatus propriã conducẽs cauſam, & obtinens nõ poteſt petere mercedẽ aduocationis, quod declarat infra.*

6 Aduo-

6 *Aduocati utentes ſathanica doctrina, aut inſtruentes clientulos ſuos ad negandum ueritatem, vel ad petendum terminos indebitos, & dilationes ſuperfluas, ſeu corrumpentes iudices, ac notarios, aut inducentes falſus, correctaſque leges, uel falſas probationes, aut teſtes, vel produci facientes, tunc non ſolùm non poſſunt petere ſalarium, ſed tenentur etiam offenſo ad reſtituiionem omnium damnorum, & expenſarum, & peccant mortaliter.*

7 *Aduocati omnia mala nouerunt, & ſupple fecerunt.*

8 *Aduocatus dicit clientulo ſi confiteris, cauſam perdes, nõ tamen dicit ei tu perdes animam negando.*

9 *Mentiri non licet in iudiciis, etiam quòd aliquis foueat iuſtam cauſam.*

10 *Procuratores de ueritate facti interrogati ad reſpondendum per uerbum credit, uel non credit, & non ce,ti de ueritate ipſi tuta conſcientia tales reſponſiones facere non poſſunt, ſed debent petere dilationem ad conſulendum principalem.*

11 *Aduocati, cauſidici, & procuratores etiam, quòd principes uideantur in populo: tamen aliquando per eorum culpas ſunt infideles, ſocij furum, raptores alienæ ſubſtantiæ, inductores dilationum multarum, uani, fallaces promiſſores, amatores odiorum, & litium, neglectores propriæ ſalutis, auidi receptores ſalarij, ſuſceptores cauſarum iniquarum, fabricatores peſſimarũ traditionum, & ſubuerſores veritatis agnitæ.*

12 *Doctorum uita, & mors hic deſcribitur.*

13 *Doctores cauillationibus, cautelis doloſis, ſubterfugiis, colluſionibus, ambagibus, & corruptionibus, & ſubornationibus, ſeu ſenſariis vti non debent in præiudicium animæ.*

14 *Dynus fuit damnatus ad inferos propter doloſam conſultationem.*

OPINIO XXXVIII.

1 ADVOCATI ſalarium non poteſt excedere centum aureos, l. 1. §. penult. de uariis, & extraord. cogni.

2 Ideo non mirum eſt ſi pacta de quota litis, & immenſi ſalarij facta, etiam iuramento firmata non ualeant, ſecundum Cęſarem Vrſillum in addi. Aſ. lict. in decis. 23. nu. 6. ubi fatetur ita bis fuiſſe deciſum in ſacro regio concilio Neap.

3 Tamen in criminalibus capitalibus hoc non procederet, eſto, quòd tunc poſſent recipere magnum ſalarium etiam ultra centum aureos à legibus ſtatutos: quia defendere delinquentem in cauſa capitali, in effectu iſta poſtulatio foret merces eximij laboris, l. ſi pater in fi. & ibi ſingulariter Bal. & Ang. ff. de don. Batius in ſcholiis ad Afflict. in conſtitut. hac ædictali lib. 1. rub. 82. Tyraq. cum cæteris adductis per eum in tract. de nobilitate, cap. 29. an aduocati munus, ſub nu. 37. & Ioan. de Amicis conſ. 148. nu. 8.

4 Et pariformiter ubi ageretur de infamia, ſeu de ſtatu dignitatis Magnatum conſeruando aduocati ipſi licitè poſſent exigere ſalarium ultra centum aureos, per ea quę notat Glo. in l. iuſta cauſa ff. de manumiſ. uindicta, & c. uno delegatorum ext. de offi. deleg. & ita Ray. de Forli. & Bal. mirabiiiter in l. 1. C. manda. teſtificantes, quòd ſicut pro uita tuenda ſalarium eſt debitum aduocato, ita etiam pro ſtatu dignitatis conſeruando: nam à pari procedunt mors, & infamia, & opinionem iſtam ſequitur etiam Tyraq. in d. tract. de nobilitate cum aliis aggregatis ibi per eum, cap. 29. nu. 37.

5 Sed aduerte, quòd ſi aduocatus propriam conduceret cauſam, & obtineret in ea, utique nõ poſſet pro ſalario aliquid petere ratione aduocationis, & poſtulationis, ſicut pro aliena cauſa petere poſſet, vt per Rotam Roma. deciſ. 434. in antiquis, & Canoniſtas omnes communiter in c. finẽ litibus de dolo, & contu. Lanfran. in repet. c. quoniam contra falſam, nu. 15. de probat. & legiſtas concorditer omnes in l. properandum §. ſin autẽ alterutra parte C. de iudiciis, & Iacob. de Aretio in tract. de expen. fol. 4. uerſ. ſed quid ſi ipſemet, & opinionem hanc communem ſequuntur etiã, & citant Moder. in d. c. quoniam contra, & in d. c. finem litibus, & Ioachimus in ſingularibus obſeruationib' obſeruatione 2. centuria prima, nu. 1. ubi deducit ita bis fuiſſe iudicatum in camera imperiali. Cõis opin.

¶ Sed hoc non procedit in aduocato qui propriam cauſam conduxerat petente ſuum ſalariũ tanquam damni, & intereſſe, vt concedunt Doct. pręcitati, & Ioachimus in d. obſeruatione 2. ſub nu. 1. ubi in medium affert iſtam eſſe communẽ opinionem, & in obſeruatione 68. cẽturia. 4. vbi conſiſtorium imperiale ita iudicaſſe planũ facit. Cõis opin.

6 Similiterque aduocati utentes ſathanica doctrina, & inſtruentes clientulos ſuos ad negandũ ueritatem, uel ad petẽdum terminos indebitos, & dilationes ſuperfluas, ſeu corrumpentes iudices, notarioſuè, aut inducentes falſas, uel correctas leges, aut falſas probationes, ſeu producentes falſos teſtes, vel produci facientes, tunc non ſolùm ſalario carere debent, uerùm etiam tenentur offenſo ob huiuſmodi cauillationes ad reſtitutionem omnium damnorum, & expenſarum, & peccant etiam mortaliter, vt firmat, & probat Glo. in c. 1. de confeſſ. lib. 6. Frater Ioannes compatriota noſter celebris theolog' in ſermonibus quadrageſimalibus in ſerm. 38. de reſtitutione quæſt. 3. col. 5. & S. Antoninus in ſua ſumma in 2. par. cap. 19. de iniuſtitia quę fit in iudiciis, ſub verſ. aduocatus, procurator, & iuriſconſultus, & Roſar. Buſti. in ſerm. 25. in litera V, in prima par. ubi etiam adducit exemplum ſatis congruum, quod quilibet aduocatus pro animæ ſalute, & uitę emẽdatione animaduertere deberet, & eſt tex. in c. ſæpè diſt. 5. & in c. fin. de iniuriis, & in l. qui occidit §. fi. ff. ad legem Aquil.

7 Vnde non ab re promit Glo. in l. ab Anaſtaſio C. mand. quòd mali aduocati omnia mala nouerunt,

runt,& deberet ſuppleri non abſque propoſito,& fecerunt,per id quod affirmauit Glo.in d.c. 1. de confeſſ.in 6.

9 Ait enim, quòd aduocatus dicit clientulo, ſi confiteris cauſam perdes, non tamen dicit ei tu perdes animam negando.

9 Quia in iudiciis mentiri non licet,etiam quòd aliquis foueat iuſtam cauſam, vt explicant Aret. in l. decem ff. de uerb.oblig.& Abb.in c. olim el primo circa fin.de reſtit.ſpolia.& in c.ſicut il 3.q. 4.de iureiur.

10 Imò procuratores de ueritate facti interrogati ad reſpondendum per uerbum credit, vel non credit, & non ſat certi de ueritate ipſa non poſſent tuta conſcientia facere ſimiles reſponſiones per uerbum non credit, ſaltim præuia petitione dilationis ad conſulendum principalem, & non obtenta, quia ſi forent certi,non poſſent, neque deberent aliter reſpondere, aliàs enim temerè cauſæ clientis ſui præiudicare poſſent, & anceps ſubire periurij periculum, quod nō deberent per l.uideamus ff.de in litem iurando,& l. Marcellus §.qui rerum ff.de rerum amotarum, Glo. in c. in pertractandis ext.de iura.calum.

11 Sunt & alij abuſus, & innumeræ quaſi deceptiones,& fallaciæ, quas Domini aduocati non ignorant. propter quod de omnibus talibus poteſt uerificari illud Eſaiæ 1. principes tui,ideſt aduocati,procuratores, & cauſidici,qui quaſi principes uidentur in populo:infideles, ſupple ſunt,à gentes modis prælibatis, ſocij furum, ac ſi apertè diceret,quòd ſi tales recipientes aliquid in antedictis caſibus ſunt ſocij furum per culpam.

¶ Poteſt etiam uerificari illud prouerbiorum 17.ſemper iurgia quærit malus, ſupple aduocatus cupidus,aſtutus procurator,aut cauſidicus.

¶ Vnde non mirum eſt ſi mali aduocati, procuratores, & cauſidici ſunt alienæ ſubſtantiæ raptores, dilationum innumerabilium inductores, vani,& fallaces promiſſores, odiorum, & litium amatores,ſalutis propriæ neglectores, auidi ſalarij receptores, cauſarum iniquarum ſuſceptores, traditionum peſſimarum fabricatores, & ueritatis agnitæ ſubuerſores.& denique uires deficerēt, membraque caderent, ſi omnes defectus, dolos, fallacias,fraudes,calliditates, & aſtutias, quibus hoc hominum genus implicari ſolet, enumerare voluero.

12 Congruè ergò deſcribitur vita, & mors taliū his uerſibus:

O vos iuridici,qui linguam venditis illi:
Vos vocat infernus,vos reſpuit ordo ſupernus.

¶ Ideò iuſto Dei iudicio inhumani aduocati moriuntur ſine lingua,vt explicat Glo.iūcto textu inſtit.qui.nō eſt permiſ.fa.teſta.ibi:ſæpè enim, & literati,& eruditi homines uariis caſibus,& audiendi,& loquendi facultatem amittunt.Glo.ibi in uer. amittūt, dicit & maximè impij aduocati. Verùm Dei benignitate non omnes ſunt tales:& ideò non egrè ferant,qui boni ſunt.ſi detegantur vitia malorum,hoc enim fit,vt tales à malis deſiſtant,& vt boni à talibus ſibi caueant.

13 Eapropter vos moneo ne utamini cauillationibus,ambagibus, filatteriis, applauditionibus, ſubornationibus,& corruptelis penes iudices,inſtructionibus falſis penes teſtes, & partes, & colluſionibus,& cautelis doloſis in præiudicium animarum veſtrarum.nam ſecundum Cyni opinionē in l.1.C. vt quæ deſ.aduo.qui huiuſmodi cautelis utuntur gloriam reportant in hoc mundo, verùm in futuro ſeculo pænam habebunt eternam.

14 Vnde ad propoſitum narrat Ang. in l.1.C.de falſ.cau.adiect. quòd quidam uir ſanctus retulit, Dinum ſibi in ſomniis apparuiſſe,eique reuelaſſe quemadmodum erat propter doloſam conſultationem ad ſupplicium eternum damnatus,& idē refert etiam Barbatius conſ.65. clementiſsimi Dei col.3 uol.2.& Guliel.de Benedictis in repet. c.Raynutius de teſtamen.in uer. teſtamentum il primo,nu.60.

SVMMARIVM.

1 *ALIENARI res eccleſiæ propria natura non poſſunt.*

2 *Alienatio rei eccleſiæ non confirmatur iuramento.*

3 *Emptores,& venditores bonorum eccleſia immobiliū, ac mobilium pertinentium ad diuinum cultum, tam in caſu non licito,quàm in caſu licito,ſed non ſecundum formam traditam à lege ſacrilegium cōmitterent, & mortaliter peccarent.*

4 *Alienatio rerum eccleſię licèt probibeatur, tamen non extenditur ad res mobiles ipſius eccleſiæ; niſi mediante noua prouiſione facta ſuper hoc: quę prouiſio ſi de nouo facta nō eſſet,quòd res ſacræ,etiam mobiles pertinentes ad cultum diuinum alienari non poſſent procedit poſt conſecrationem ipſarum rerum,non autem ante, quia tunc vendi poſſunt, ſed poſt conſecrationem vendi prohibentur.*

5 *Calix laico,ſeu priuato vendi non poteſt,niſi conflatus, vel confractus pręmiſſa prius oratione, ſed benè pręlibatis obligari poſſent.*

6 *Reliquiæ ſanctorum non poſſunt uendi,neque obligari.*

7 *Alienari poſſunt fructus ex prędiis eccleſię percepti abſque iuſta cauſa,& ſolennitate.*

8 *Alienatio ab epiſcopo facta rerum menſalium eccleſię ad uitam ſuam ualet, non obſtante iuramento ſuo de non alienando.*

9 *Venditio valet etiam ſi uenditor iuret non vendere, & poſtea uendat,licèt periurus remaneat.*

10 *Alienans res eccleſiæ non menſales Epiſcopus,qui iurauerat non alienare res ipſius eccleſiæ menſales non incurrit periurium, quia iuramentum de illis interpoſitum non intelligitur.*

11 *Alienari poſſunt res eccleſiæ, etiam vaſa miſtica in tribus caſibus poſitis hic.Sed quando illę res ea conditione acquiſitæ ſint non poſſunt tunc alienari ex quacunque cauſa etiam à iure aliàs permiſſa.*

12 *Deci-*

12 *Decimæ ex diſpenſatione eccleſię olim fuit cõceſſum, ut poſſent dari in feudum, & hoc ob neceſſitatem, vt laici defenderent eccleſias ab hæreticis, & oppreſſionibus, & iſtas decimas hodie poſſident eorum ſucceſſores, quod declaratur infra.*

13 *Alienatio rerum eccleſiaſticarum exigit, & requirit cauſam neceſſitatis, & euidentis vtilitatis, quę probanda venit.*

14 *Iuſta, & neceſſaria cauſa alienandi rem eccleſię ea videtur, qualis eſt æris alieni ſoluendi, & reparationis eccleſię.*

15 *Alienatio rei eccleſiæ vtilis an ſit permiſſa ſine ſolemnitate iuris.*

17 *Solemnitas à iure ad fauorem eccleſię exigitur ad effectum, vt eccleſia vtiliter contrahat præſumptiuè.*

18 *Alienari poteſt ſine iuris ſolemnitate res eccleſię parua.*

29 *Alienari poteſt res eccleſię ex cauſa euidentis vtilitatis, uidelicet ſi eccleſia recipiat alteram rem meliorem. & quomodò conſideretur vtilitas maior in re eccleſiæ remiſsiuè explicatur.*

20 *Alienatio facta bonorum eccleſiæ in potentem, vt bona ipſius eccleſiæ occupata recuperet, valet.*

OPINIO XXXIX.

1 ALIENARI non poſſunt res eccleſię ex ꝓpria natura, quia humanæ conuentioni nullatenus ſubiecta ſunt; vt cumulatiſsimè notat Afflict. deciſ. 75. & ibi Cęſar Vrſillus in add. nu. 1.

2 Ideò minimè huiuſmodi cõtractus, ſeu alienatio confirmatur iuramento, & conſequenter ſi iuramentum præſtitum foret ab alienante, nequaquam iure alienationis poſſet in emptorem transferri, cùm iurantis poteſtati non ſubſit, l. apud Iulianum §. fin. ff. de leg. 1. & l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de ver. oblig. & ita uoluit Bar. col. fin. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. cuius opinionem indicat communem eſſe Corn. in auth. ſacramenta puberum quæſt. 16. C. ſi aduerſus uendi. & Alciat. in c. cùm contingat, nu. 179. de iureiur.

Cõis opin.

3 Imò emptores, & uenditores ipſi bonorum eccleſiæ tam immobilium, quàm mobilium pertinentium ad diuinum cultum in caſu non licito, ſeu in caſu licito, ſed non ſecundum formam c. epiſcopus, & c. ſi quis epiſcopus ext. de rebus eccleſiæ non alienan. & aliorum canonũ ſuper hoc promulgatorum ſacrilegium cõmitteret, & mortaliter peccaret, ſecundum induſtria refertiſsimũ Fratrem Ioannem conciuem noſtrum in ſermonibus quadrageſimalibus in ſermone 50. de ſacrilegio quæſtio. 3. col. antepen. uerſ. decimus modus eſt.

4 Et licèt lex prohibeat alienationem rerum eccleſiæ, ut ſupra oſtenſum eſt: tamen talis prohibitio non trahitur ad res mobiles, vt tradit Iacob. de Aret. quem refert Cyn. in l. vnica §. & cùm lex C. de rei uxo. actio. adde niſi mediante noua prouiſione facta ſuper hoc, l. ſancimus C. de ſacroſan. eccle. & §. ſacræ inſtit. de rerum diuiſ. quæ prouiſio per præmemorata iura ſi de nouo facta non eſſet, quòd res ſacræ etiam mobiles pertinentes ad cultum diuinum, vt ſunt paramenta, calices, & huiuſmodi alienari prohibeantur, & vt ipſa uaſa ſacra, ueſtes, & calices vendi nequeant, procedit poſt conceſsionem prædictarum rerum, non autem ante; quia tunc uendi poſſunt, vt cæteræ res, ſed poſt conſecrationem ipſam, quia ſpiritualibus annexa ſunt ratione conſecrationis alienari prohibentur, ſed ratione materię referendo intentionem ad temporale, non ad ſpirituale uendi poſſunt eccleſiis, & in eadem forma.

5 Verùm laico, ſeu priuato uendi non poteſt calix, niſi conflatus, uel confractus præmiſſa prius oratione, c. hoc ius, 10. q. 2. ſed Pet. de Palu. in 4. ſententiarum concludit, quòd uaſa ſacra laicis vendi non debent, niſi conflata, quibus tamẽ obligari poſſunt. & ſubdit etiam ibi, quòd idem eſt de reliquiis, quæ gratia auri, & argenti uendi poſſunt, & obligari non aliter: hoc enim negocium nullam habet difficultatem, neminem martires diſtrahere, mercarique poſſe, l. nemo C. de ſacroſan. eccle.

7 Et hodie quoque res ipſę mobiles, vt ſunt fructus, qui ex prædiis eccleſiæ percipiuntur abſque alia iuſta cauſa, & ſolennitate paſsim alienari poſſent, vt apertè demonſtrat cum aliis aggregatis per eum Menochius de arbitrariis iudicum quæſtionibus lib. 2. centuria 2. caſu 172.

8 Imò hoc eatenus procedit, & ampliatur, quòd ſi epiſcopus res menſales eccleſiæ iuraret nõ alienare, & poſtmodum illas alienaret, quòd tunc alienatio facta ab ipſo Epiſcopo rerum prędictarum ad uitam ſuam valeat, & teneat, non obſtante iuramento ſuo de non alienando, ita Moeda. deciſ. 7. & 250.

9 Et quamuis Epiſcopus periurus remaneat in pręſenti caſu, nihilominus alienatio facta per eũ de rebus memoratis valet, atque firma remanet, ſecundum Creſcen. deciſ. 150. Innoc. in c. dilecto extra de pręb. & Paul. de Caſt. conſ. 339. dico non obſtante iuramento, nu. 3. uol. 1.

10 Si verò Epiſcopus alienaret res eccleſiæ non menſales, non incurreret quidem vllo modo periurium, & teneret alienatio, quia iuramentum de illis interpoſitum nullatenus intelligitur, c. fi. de feu. & notat Paul. de Caſt. conſ. 134. quod in uariis tribunalibus, & cauſis allegari intellexi, & nunquam illud reperire potui.

11 Itidem Glo. in c. quamuis de deci. ponit tres alios caſus, in quibus licitum ſit etiam vaſa miſtica alienari.

¶ Primus ergò caſus eſt, ubi neceſsitas vrgeret, puta ſi parrochiani illius eccleſiæ caperētur, c. ſicut omninò 12. q. 2. & l. ſancim⁹, & ibi Bart. in in prin. C. de ſacroſan. eccle.

¶ Et pro pauperibus alendis, & conſimilibus quoque alienatio rerum ſacrarum, fieri poſſet, c.

aurum

aurũ habẽt 12.q.11. Glo. Bar. & alii oẽs ĩ d.l.ſan
cimus ĩ pri.C.ď ſacroſan.eccl. Et ſimiliter capti-
uitatis cã ipſa vaſa miſtica pignori dari poſsẽt,c.
iis aũt pęnis ď nõ alie.reb.eccl.& not.Ant.ď Bu.
ĩ c.nullus de pig.ĩ fi.& p̄miſſorũ reddit rõnẽ Ant.
de But.ĩ d.c.nullus,ꝙ veriſimile eſt Chriſtũ velle
ꝓtiũ ſuarũ rerũ fundi pro redẽptiõe animarũ,pro
ꝗbus fundit ſanguinẽ ꝓpriũ.Sed hoc nõ ꝓcede-
ret vbicũq; bona eccleſiæ,ea ꝗppè cõditione,vel
lege acquiſita forẽt, vt nullo mõ ea alienari poſ-
ſent,tũc enim illa bona,ità alienari ꝓhibita, nec
redimendorũ captiuorũ gratia, nec ex quacũq;
alia cauſa, ẽt aliàs à iure p̃miſſa alienari valerẽt,
§.ſanctiſsimas in auth. de alie.& emphy. Glo. in
c.verũ de cõdi.appo. Alex.col.1. & Marian.Soci.
nu.63.ĩ l.filiusfamilias §.Diui ff.ď leg.1.Auguſt.
Bero.cõſ.49.facti ſpecię,nu.11. vol.2.vbi ad lucẽ
adducit iſtã eſſe cõem opinionẽ. Necnõ ſi res ec- *Cõis opin.*
cleſię reperirenť alienatę, puta laycis datę,vel cõ
ceſſæ,vt eccleſiã defenderẽt valeret quippè, & te
neret alienatio,ſeu ipſa conceſsio,d.c.quamuis.

12 Vbi profert Ant. de But. in vltima oppoſitio-
ne Glo. ꝙ olim ex diſpẽſatione eccleſiæ fuit con-
ceſſum,vt decimæ poſſent dari ĩ fœudũ, & hoc ne
ceſsitate inſtãte,vt defenderẽt eccleſias ab hære
ticis,& oppreſsionib⁹.Poſteà verò cauſa ceſſante
nõ fuerunt aliter cõceſſæ,imò ꝓhibitæ,c.cũ apo
ſtolica de his q̃ fiunt à p̃lat.vnde decimas ab anti
quo cõceſſas hodie poſsident eorũ ſucceſſores, &
addit, quòd noualia,q̃ inſurgunt in decimatione
laycorũ non accreſcunt eis,c.ſua nobis de deci.

13 Sextò valet, & tenet ipſa alienatio ẽt rerũ ec-
cleſiaſticarũ,dũmodò in ea interueniat iuſta cau
ſa, & nõ aliter,& ſic ĩ alienatiõe rei eccleſię exigi
tur,requiriturq; ad hoc vt ſubſiſtat,& valeat,ꝙ ĩ
ea interueniat iuſta cauſa, ſ.neceſsitatis,& euidẽ
tis vtilitatis,ipſius eccleſiæ,interueniãtq; ſolẽni-
tates à iure introductæ,aliàs his ceſſantibus ipſo
iure nulla eſt, text. eſt ĩ c.1. de reb. eccl. nõ alie-
nan.in 6, & ita p illũ text. firmarũt Corn. conſ.
243.col.3.vol.2.Ruin.cõſ.86.col.1.vol.1.& cõſ.
40.col.1.vol.5.Barbatius conſ.40.col.1.vol.1. &
cõſ.14.col.2.vol.2.& cõſ.61.col.2.volu.3. Soci.
cõſ.15.col.2.vol.1.& cõſ.52.col.2.vol.4.Deci.cõ
ſi.174.col.1.& cõſ.142.col.2.& Glo.ĩ c.1. de in
integrũ reſtit. vbi Abb. admonet iſtã eſſe cõem *Cõis opin.*
opinionẽ, ꝓut atteſtanť ẽt de ipſa cõi pleriq; ex
allegatis Doctorib⁹,& Ioã.Bapt.Ferret. cõſ.294.
viſo conſilio reuerendi,ac excellẽtis,nu.4.vol. 2.

14 Et iuſta,neceſſariaque cauſa alienandi res ec-
cleſię ea eſſe videtur,qualis eſt æris alieni ſoluẽdi,
aut reparationis eccleſiæ,vt ĩ Gl.in sũma 12.q.2.

¶ Et ſic intellige neceſsitatem omnem iuſtã
cauſam alienandi,ſecũdũ Lau. quem refert, & ſe
quitur Archid.in c.placuit 12.q 11.ꝙ nota proce
dere,& de plano locũ obtinere,vbicũq; debitũ vr
geret,nec eccleſia haberet aliunde,vnde illud ſol
uere valeret,iuxta c.hoc ius porrectum 10.q.11.

¶ Imò hoc intantum procedit, & amplifica-
tur,vt licitum quippè ſit etiam Prælato ſtante ne
ceſsitate alienare nedum bona præmemorata,ec
cleſiæ ab antiquo conceſſa,ſed etiã bona prohibi
ta alienari à teſtatore,vt concedit, & firmat in ꝓ
priis terminis Ioã.And.in c.verũ de condi appo.

15 Septimò præmiſſa limitantur etiam non pro-
cedere vbicunque alienatio rei eccleſiaſticæ vti-
lis eſſet eccleſiæ,tunc enim,etiam , quòd ea facta
foret ſine iuris ſolennitate,& forma à iure requiſi
ta valeret,& teneret,ſecundum Glo. in l. cũ hi §.
eam tranſactionẽ in ver.alimentarius, & ibi Bal.
& Ang.ff.de tranſactio.Abb.ſicu. & alios omnes
in c.1.de his quæ fiunt à prælat.Glo.in c.1.ne ſe- *Cõis*
de vacan.& Alex.in l.cũ lex de fideiuſ.Rom. cõſ. *opin.*
316.circa propoſitã,& conſ.453.viſa principali,
& ibi Horat.Mãdoſi.in add.& Iacob.Philip.Port.
ſeu potius Ant.Gabr.cum aliis propè innumeris
relatis per eũ in ſuis concl.lib.4.concl.13.ex qui
bus facilè conſtat iſtam eſſe cõem opinionem,li- *Cõis*
cèt ibi recenſeat alterã opinionẽ ſimiliter cõem. *opin.*

16 Sed retenta prima ſententia tanquã ſacroſan
ctiſsima,ea quippè probatur in d.§.eã tranſactio
nem, vbi valet tranſactio ad fauorẽ pupilli ſuper
alimentis,non ſeruata ſolẽnitate legis,ſi pupillus
conditionem ſuã vtiliorem, ac meliorem fecerit.

17 Et comprobatur hoc idem etiã,ſiquidẽ huiuſ-
modi ſolennitas à iure requiritur ad fauorem ec
cleſiæ ad finẽ,& effectũ,vt eccleſia vtiliter contra
hat præſumptiuè,vt inquit Bal.in c. 1.col. 2. qui
feud.dar.poſſ.& ſequitur Alex.conſ.79.volu.1.&
idem Bal.in c.ſicut in fin.de re iudi.

18 Octauò alienari poſsẽt bona eccleſię ſine iuris
ſolẽnitate ex cauſa,& ſic ex cauſa incõmoditatis,
vbicunq; res ipſa alienanda parua eſſet,foretque
magis damnoſa eccleſię,quã vtilis,c.terrulas 12.
q.2.& notat Abb.in c.nulli liceat de reb.eccl. nõ
alien.Glo.in sũma 12.q.3.Canophylus Sangrius
monachus caſinas in tract. de rebus eccle. non
alie.in limit. 4.fol.par.14.& Io. Bapt. Ferr. conſ.
294.viſo conſ.reuerendi,nu.2.& 8.vol.2.vbi tra-
dit genuinũ ſenſum,& intellectũ add. c.terrulas.

19 Nonò res eccleſiæ ex cauſa maioris vtilitatis
alienari poſsent, ſi quippè eccleſia ipſa reciperet
alterã rẽ meliorẽ,vt in c.vt ſuper de reb.eccl.non
alien.& notat Aug.Berous in cõſ.88.in cauſa mo
ta vol.1.nu. 25. vbi,nu. ſequenti declarat etiam
vtiliter quomodò conſideretur vtilitas maiòr in
re eccleſię,& in conſ.ſeq. quoq;,ſub nu. 13.& ſeq.

20 Decimò alienatio bonorũ eccleſię facta in Po-
tentẽ,vt occupata bona ipſius eccleſiæ, de manu
alterius potẽtis recuperaret,valeret equidẽ,& te
neret,textus eſt ĩ c.2. de fęud.in 3.& vltimo caſu,
ibi alicui laico in fœudum concedere,qui,& illud
recũperet, & in fœudum recognoſcat, & in fine
eiuſdem capituli,ibi,poteris ei licenter concede-
re, per quem illud eccleſia valeat rehabere, quẽ
textum ſummè extollunt ad hoc ibi Doctores.

¶ Alias verò limitatiões circiter 56.ĩ quibus
eccleſiaſticæ res ſine ſolẽnitate alienari regulari
ter queãt ponit vtiliter Canophylus.ĩ d.tract. de
reb.eccl.non alienã.fol.par.12.cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *ALIENARI res immobilis in dotem conſignata non poteſt, etiam cum conſenſu mulieris. Et dotalis res vendi nequit, quod ampliatur, & limitatur pluribus modis.*

OPINIO XL.

1 ALIENARI non poteſt res immobilis in dotem data, etiã cum conſenſu mulieris, & conſequenter cũ ſolẽnitate auth. ſiue à me C. ad velleianũ, vt voluerunt ibi Glo. & omnes, Bar. in l. ſi æſtimatis ff. ſolu. matri. Hippol. Riminal. in rub. inſtit. quibus alie. licet, vel non, nu. 15. cũ aliis ſeq. Alex. & alii in l. 1. eod. tit. ſolu. matri. præſertimq́; ibi Ripa, nu. 106. qui prorumpit iſtam eſſe communem opinionem, quam limitat Riminal. in d. rub. inſtit. quibus alie. licet, vel nõ, in quinque caſibus, à num. 139. vſque ad num. 209. & ſeq. *Cõis opin.*

¶ Et limitatur vtiliter quoq; nõ ꝓcedere vbicunque res ipſa immobilis fuiſſet data æſtimata, tunc quippe alienari poſſet tanquã res mariti, eo quia per ęſtimationẽ videretur fieri venditio, nec eſſet res ipſa in dote, ſed eius pretiũ, l. quoties, & l. plerunq; §. ſi añ ff. de iure dot. & concedunt hoc Glo. Bar. Odofr. Bal. Alberi. Saly. & cæteri omnes in l. ſi inter virũ C. de iure dotium, & Riminal. cũ aliis propè innumeris relatis per eũ in d. rub. inſtit. quibus aliena. licet, vel non, nu. 33. & ſeq. ex quibus facilè apparet iſtam eſſe communem ſententiam, quam ibid. Riminal. n. 39. cum aliis ſeq. pluribus modis ampliat, & limitat copioſè, doctè, & vtiliter. *Cõis opin.*

¶ Hoc verò de plano, & abſq; dubio procederet, niſi expreſsè, vel tacitè inter contrahẽtes ageretur, quod æſtimatione ipſa non obſtãte res illa eſſet in dote, & eadẽ poſtea reſtitueretur, eo enim caſu diceretur res dotalis, nec effectu foret vera emptio, & ſic eadem reſtitui deberet, & non pretium, vt eleganter determinat Bald. in l. ex conuentione C. de pactis. & Aret. conſ. 84. diligenter ponderatis col. 2.

SVMMARIVM.

1 *ALIENARI non poteſt res mobilis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, vt ſunt anuli, gemmæ, torques, & alię res ſimiles in dotem datæ ineſtimatæ, niſi conſentiret vxor, bino conſenſu. tamen ipſius interueniente, & viro remanerẽt tot in bonis, quot ad dotis reſtitutionem ſufficerent.*

2 *Conſenſus ſecundus mulieris qui requiritur ad excludendam eam à re dotali præſumitur interueniſſe elapſis triginta annis.*

3 *Alienari poſſunt res mobiles in dotem conſignatæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſunt veſtes, & ſimiles quæ vſu conſumuntur.*

4 *Mulier alienare poteſt dotem ſuam abſque iuris ſolennitate, vt ſuos ab hoſtibus redimere poſſit.*

5 *Filiusfamilias poteſt alienare abſq; patris conſenſu pro redimendo patre ipſo in carceribus retento.*

OPINIO XLI.

1 ALIENARI hodie non poteſt res mobilis, quę ſeruando ſeruari poteſt, vt ſunt anuli, gemmę, torques, & alię res ſimiles in dotem conſignatæ, ſi inæſtimatæ conſignarentur, niſi ab initio conſentiret vxor, & iterùm lapſo biennio accederet alter conſenſus ipſius mulieris; & ſic accedente bino conſenſu, atq; viro remanerent tot in bonis, quæ ad dotis reſtitutionẽ optimè ſufficerent, & iſta eſt ſolennitas auth. ſiue à me C. ad velleianum, de qua loquitur Bar. in l. 1. ff. ſolu. matri. & cũ eo ſentiunt omnes cõmuniter, atteſtantibus Alex. Iaſ. nu. 33. Crot. nu. 53. & Ripa ibi n. 103. & Hippolito Riminaldo in rub. inſtit. quibus aliena. licet, vel non, nu. 128. vbi ſimiliter meminit de cõmuui, & refert duas alias contrarias opiniones, nu. 120. cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte, ꝙ antedictus ſecũdus conſenſus mulieris, qui requiritur ad excludendam eã à re dotali præſumeretur abſq; dubio aliquo interueniſſe poſt lapſum triginta annorum; & conſequẽter requiruntur anni triginta ad inducendũ præſumptionẽ dicti actus neceſſarii, ſeù ſolennitatis extrinſecæ, atq; ad præſumendum hunc ſecundũ conſenſum, ſecundũ Glo. & alios omnes in c. peruenit de empt. & vendit. Alex. n. 19. & Claud. Aquen. nu. 22. in l. ſciẽdum ff. de ver. oblig. Fely. in c. ſicut, nu. 30. de re iud. Alex. conſ. 1. col. pen. vol. 4. & Ripa in d. l. 1. nu. 104. ff. ſolu. matri. vbi vocat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

3 Res verò mobiles in dotẽ conſignatæ, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſunt veſtes, & alia, quæ vſu conſumuntur alienari poſſunt, ſecundum omnes Doct. cõmuniter, prout refert Ang. Bal. Nouellus n. 125. & Ripa n. 102. in d. l. 1. Ioã. Lupi in rub. de donat. inter virũ, & vxorẽ §. 17. n. 8. Faber in rub. inſtit. quib. alien. licet, vel nõ, Bal. Nouellus in tract. dotis 1. priuilegio fol. 7. & Frãc. Aret. in c. prælatorum de accuſat. nu. 10. poſt Inno. ibi, & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 5. cap. 6. ſub nu. 2. & ſeq. *Cõis opin.*

4 Poſtremò limitatur etiam eademmet communis ſententia, vt mulier alienare ſimiliter poſsit dotem ſine ſolennitate à iure tradita pro redemptione ſuorum, & ſic vt ſuos ab hoſtibus redimere valeat, ità Roma. conſ. 316. circa propoſitam conſultationem, ſub nu. 7.

5 Et quemadmodũ mulier in hoc caſu res dotales alienare poteſt, ità filiusfamilias prohibitus alienare

alienare ſine patris authoritate, poſſet vtiq; alienare nullo patris conſenſu interueniente ad redimendum ipſum patrem in carceribus detẽtum.

¶ Et ratio eſt, quoniam iura loquentia de redemptione captiuorum, obtinent etiam locum in captiuis pro maleficio, vt firmat Boerius in cõſuet. Bitu. in titu. de iuriſdic. omn. iudic. §. 12. in glo. fin. per textum ſingularem in §. fin. in auth. vt cùm de appel. cog.

SVMMARIVM.

1 *PATER tanquam legitimus adminiſtrator filij minoris, carentis tutore, vel curatore poteſt alienare bona aduentitia immobilia ipſius filij, in quibus habet vſũfructũ ſine decreto iudicis ob cauſam neceſſariam æris alieni.*

OPINIO XLII.

1 ALIENARE poteſt pater legitimus adminiſtrator filij minoris, vbi caret tutore, vel curatore bona aduentitia immobilia ipſius filij, in quibus habet vſúfructum abſque iudicis decreto, ob cauſam neceſſariam æris alieni, ſecundum Azo. in ſumma C. de bonis quæ liber. Bal. in fin. Paul. de Caſt. col. 1. Fulgoſi. & Corne. in l. fin. §. ſin autem C. de bonis quæ liber. Afflict. deciſi. 393. nu. 1. & Cæſarem Vrſillum cũ cæteris ſignatis per eum ibi in add. nu. 1. Cumanũ in l. 1. ff. de rebus eorũ, Bal. Paul. Caſt. & Alex. in l. præſes C. de tranſactio. & ibi Iaſ. qui ad lucem adduxit iſtã eſſe communem opinionem, & cum ea concurrit quoq; Caccialupus in tract. de trãſactio q. 7. Guliel. Benedic. in c. Raynutius in ver. duas, n. 255. de teſta. Couaruuias lib. 1. variarum reſolutionũ cap. 8. nu. 6. & Tyraquel. in l. ſi vnquam in princ. nu. 28. C. de reuocan. donat. Roma. Aret. Deci. Soci. & cæteri, quos ipſe refert ibi, vbi ſimiliter meminit de communi præmiſſa; & licèt Curti. Iuni. nu. 15. poſt Saly. in d. l. præſes, Crot. in l. frater à fratre, nu. 31. ff. de condi. indebiti, Gomes. in l. 48. Tauri circa fin. & Caſſane. in cõſuetudi. burgun. rub. 6. §. 5. nu. 14. in ſubtilitatibus iuris freti videantur ſentire cõtrarium, nihilominus fatuũ foret, & nimis periculoſum recedere in actu practico ob ſuaſiones iſtorum ab antedicta communi, quæ ſacroſanctiſsima apparet ex ſcriptis præmemoratorum Doctorum cum ea tranſiẽtium, & Cæſaris Vrſilli in add. Afflicti in deciſio. 393. num. 1. *Cõis opin.*

SVMMARIVM

1 *ALIMENTA præterita, & futura peti poſſint.*

2 *Alimenta præterita etiam per hæredes peti poſſint.*

3 *Alimenta præterita, quando peterentur in iudicio per actorem libellans deberet, & teneretur petere frumentum, vinum, & ſimilia, & ſic ipſam ſpeciem, & non illius extimationem. quod declaratur vtiliter.*

OPINIO XLIII.

1 ALIMENTA præterita, non ſolùm futura peti poſſunt, l. libertis quos §. manumiſsis ff. de alimen. & cibar. legat. & ibi Bartol. l. alimentis, & ibi Bal. & alij C. de tranſactio.

2 Imò hæredes etiam petere poſſent alimenta præterita ſecundum Bar. in l. ſolent verſ. ſed quæro ff. de alimen. & ciba. legat.

3 Tamen quando peterentur alimenta ipſa præterita in iudicio per actorem, libellans ipſe deberet quippè tunc petere frumentum, & vinum, & ſimilia; & conſequenter ipſam ſpeciem, & non illius extimationem, vt magiſtraliter docet Bar. quem omnes ſcribentes communiter ſequuntur in d. l. libertis quos §. manumiſsis in 3. membro ſuæ diſtinct. vbi in medium expoſuit, quòd quædam ſunt, quæ hodie habere expedit, vt frumentum, vinum, & ſimilia, & tunc ipſa ſpecies debet peti, non autem eius æſtimatio, allegat l. nulli C. de eroga. milit. anno. lib. 12. niſi propter moram deueniatur ad æſtimationem, & de præcitata communi atteſtantur Moder. in d. §. manumiſſis, & in varijs, diuerſiſque locis iuris noſtri. *Cõis opin.*

SVMARIVM.

1 *ALIMENTA præſtare obligatus tenetur quoque ad medicinas, ſine quibus corpus languens ſanari non poteſt, quando alimenta deberentur ratione ſanguinis iuris diſpoſitione.*

2 *Alimentorum appellatione veniunt omnia neceſſaria ad vitam, & ſine quibus corpus ali, ac nutriri non poteſt. & habitatio. calciarum. & lectus.*

3 *Alimentorum appellatione veniunt veſtes, & mobilia aliquando.*

4 *Victus appellatione veniunt omnia ad vitam neceſſaria, & habitatio, calciarium, & lectus.*

OPINIO XLIIII.

1 ALIMENTA præſtare obligatus, ſeu qui alere tenetur, tenetur quoque medicinas præſtare ſine quibus corpus languens ſanari non poteſt, ſecundum Spec. in titu. qui filij ſint

legiti. verſ. ſed nunquid is qui præſtare, quem ſequitur Alexan. in l. prima cum dotem §. ſin autem colum. 1. ff. ſolu. matrimo. Corne. conſi. 145. numero 9. & ſeq. Papien. in ſua pract. in forma libelli pro lega. rei ſingu. nu. 100. & ibi iuſtus, & peritus D. Ziletus in additio. in litera N, Bertran. conſ. 273. viſo caſu, & aliis mihi exhibitis, nu. 10. vol. 8. Ang. conſ. 30. vol. 2. Ioan. de Ana. conſ. 37. Bolog. conſ. 48. Soci. conſilio 161. in fin. Caſſane. in commenta. Burgun. in titu. *des enfans de pluſieurs lictz* §. 5. in uer. & alimenter, Roland. à Valle conſilio 22. circa primum, numero 3. uolu. 1. & Dec. in lege de alimentis colum. 1. C. de tranſactio. vbi prodidit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Quæ quippè de plano, & abſque dubio procederet, quando alimenta ipſa deberentur ratione ſanguinis iuris diſpoſitione, ſecundum Bar. in l. qui filium in 1. lectu. ff. ubi pupil. edu. debeat, & in tract. alimentorum quæſtio. 2. & Iaſ. in l. cùm hi §. qui tranſigit de tranſactio.

2 Et appellatione alimentorum veniunt quoque omnia neceſſaria ad vitam, & ſine quibus corpus ali, ac nutriri non poteſt, teſte Barto. in d. tract. de alimentis, Glo. in l. legatis ff. de alimen. & ciba. lega. Bar. in l. fi. de libe. agnoſcen.

¶ Et appellatione alimentorum ueniunt non ſolùm cibaria, ſed etiam ueſtimenta, & habitationes, d. l. legatis, & l. fin. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. uictus de uer. ſig. Glo. in l. ſi quis à liberis §. non tantùm ff. de libe. agno. & Glo. in c. epiſcopus in uer. victu 10. q. 2. & Roland. in d. conſ. 22. nu. 1.

¶ Imò appellatione ipſorum alimentorum venit etiam calciarilú, l. cùm hi §. de calciario ff. de tranſact. quod uoluit expreſsè Grauet. conſ. 199. & Bar. in d. tracta. alimentorum, vbi firmat, quòd venit etiam lectus, & idem comprobant Doct. in d. l. cùm hi §. qui tranſigit, & Bartoluſmet in d. l. legatis in fi. & Rolan. in d. conſ. 22. nu. 6. vbi aſsignat rationem.

3 Necnon alimentorum appellatione veniunt etiam ueſtes, & monilia, quæ perſona cui ſunt alimenta relicta de more ciuitatis deferre debet, l. verbo uictus ff. de uerb. ſigni. Alciat. conſil. 241. numero 4. & Rolan. in dicto conſilio 22. numero 4.

4 Imò quemadmodum alimentorum appellatione veniũt victus, & habitatio, & alia ſupra relata, ſine quibus viuere non poſſumus, ita etiam omnia iſta veniunt appellatione victus, quoniam, vt inquit Bar. in d. tract. alimentorum col. 1. idem iudicandum eſt de illo, qui habet victum, quod iudicatur de eo, qui habet alimenta, l. uerbo victus ff. de ver. ſig. ſed Flori. in l. ſicut impendia ff. de vſufruct. videtur inclinare in contrariam ſententiam, concludens ibi, quòd cibariorum appellatione non continentur medicamenta, nec calceamenta, nec veſtes, Glo. eſt in d. c. epiſcopus in ver. victu per l. antepen. de alimen. leg. & apud Spec. in tit. qui filij ſint legi. uerſ. in ſumma, & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *PATER tenetur præſtare alimenta filio de iure naturali.*

3 *Pater poteſt denegare alimenta filio, vbicunque filius poſſet viuere à ſeipſo, & exprimitur etiam infra ſub numero 11.*

3 *Alimenta poſſunt denegari filio in omnibus caſibus in quibus filius ipſe exhæredari poſſet.*

4 *Statutum, quòd pater non teneatur alere filium non valet.*

5 *Pactum, quòd pater non teneatur educare filium, cui conſignauit partem ſuam non valet, etiam ſi pactum hoc iuratum ſit. quod declaratur niſi filius partem ſuã ſibi datam perdidiſſet dolo, vel eius lata culpa, ſub numero 6. & 7. infrà.*

6 *Filius qui conſumpſit partem ſuam, quam habuit à patre poteſt petere alimenta.*

7 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet.*

8 *Filius conſumens legitimam ſibi aſſignatam à patre leui culpa, adhuc pater non poſſet ipſi filio alimenta denegare.*

9 *Pater non ſolùm tenetur alere filium, ſed etiam eius vxorem, & filios. quod infra declaratur.*

10 *Auus tenetur dotare neptem, & filiam filij ſui. quod procedit, quando filius non habet vnde dotet filiam ſuam.*

11 *Alimenta quæ debentur filijs præſtantur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel officio iudicis.*

12 *Alimenta quæ debentur ex diſpoſitione hominis, puta teſtatoris, vel ex contractu, & conſequenter iure actionis indiſtinctè peti poſſunt, dato quòd quis eſſet diues, & poſſet ſe alere de ſuo. & hoc caſu poſſunt etiam peti alimenta præterita non ſoluta: ſecus verò quando deberentur officio iudicis, tunc enim alimenta ipſa præterita peti nequirent.*

13 *Filius licèt alimenta præterita petere non poſſit, tamen ille qui eum aluit alimenta iſta petere valet.*

OPINIO XLV.

1 ALIMENTA tenetur præſtare pater filio iure naturali, l. 1. §. ius naturale ff. de iuſti. & iur. & c. ius naturale 1. diſtin.

2 Sed hoc limitatur non procedere quotieſcunq; filius poſſet uiuere à ſe ipſo, tunc quippè poſſunt denegari ei alimenta p patrẽ, l. ſi q̃s à liberis §. ſed ſi filius ff. de liber. agno. Anto. & Abb. in c. cùm haberet col. 3. de eo qui dux. in matr. Caccialupus in l. ſi quis illuſtris col. pen. C. ad Orfi. Soc. conſilio 121. numero 47. uolu. 4. Calca. conſi. 59. & Dec. conſil. 476. quodque interpretatur cum grano ſalis per præcitatos Doct. procedere, & per Abb. etiã in c. 2. col. 2. de con-

ed by (

conuerſ. infidelium, & Ioan. Lupi in repet. c. per ueſtras §. 23. nu. 6.

3 Limitatur etiã antedicta regula in oĩbus cauſis, per quas poteſt exhęredari filius, quę quidem cauſæ habentur in §. aliud quoque capitulum in auth. vt cũm de appel. cognoſcitur, & pariter ex illis cauſis alimenta ipſa denegari poſſunt, vt notat Bar. in d. l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his, & in l. diuus ff. de pari. & in l. ſi patrem C. de alen. libe.

4 Sed amplia iſtam regulam ita explicitam intãtùm procedere, quòd etiam non valeat ſtatutũ, quòd pater non teneatur filium educare, ſecundum Iacob de Aret. in d. l. ſi q̃s a liberis, Galeottum in tract. de alimentis in uer. pone quęſtioné, Spec. in tit. qui filij ſint legitimi col. 4. uer. ſed pone quidam, & Alber. de Roſa. in 1. par. ſtatutorũ in quæſt. 40. uerſ. item quæro, & ita tranſeunt cũ hac opinione omnes Canoniſtæ communiter, atteſtante Rocho Curtio in repe. c. quanto col. 12. de conſuet. *Cõis opin.*

5 Amplia ſecundò non ualere etiam pactum, q̃ pater non teneatur alere filium, cui dedit partẽ ſuam, ſi poſtmodum ad paupertatem, neceſsitatemq́ue peruenerit, ſecundum Spec. in d. verſ. ſed pone quidam in tit. qui filij ſint legit. Alber. in d. l. 1. §. ius naturale col. fin.

6 Idemq́ue tenet Bal. quòd filius qui cõſumpſit partem ſuam, quam habuit à patre poſsit petere alimenta in d. §. ius naturale, & in l. ſcimus C. de inoffi. teſtamen. in prin. & in auth. ſi captiui in fi. C. de epiſ. & cleri. & tradit etiam Barbatius in c. quæ in eccleſiarum col. 5. de conſtit. Alex. in l. ſi cum dotem §. 1. col. 3. ff. ſolut. mat.

¶ Etiam ſi pactum ſit iuratum, Domi. in c. quamuis pactum col. 2. de pact. in 6. & Fely. in c. ex reſcripto, nu. 12. de iureiur. & aſſeuerat Bar. in l. 1. §. parens circa fin. ff. de liber agnoſcen. iure non ualere pactum, quòd filius alimentari non debeat.

7 Nec de hoc mirandum eſt, quia ualet argumẽtum de pacto ad ſtatutum, vt voluit Ludouicus Bolog. conſ. 21. col. 2. & 7. cum igitur retulimus, quòd non ualet ſtatutum prohibens alimenta præſtari filiis, ergò nec ualebit pactum.

¶ Cæterùm hoc dictum videtur limitare Bal. in auth. quod ſi rogatus col. 2. C. ad Trębel. niſi filius partem ſibi datam perdidiſſet dolo, vel eius lata culpa, & Bal. ſequitur Alex. in d. l. ſi cùm dotem §. 1.

8 Vbicunque uerò filius etiam legitimam aſsignatam per patrem in vita conſumeret leui culpa adhuc non poteſt pater ei alimenta denegare, ſecundum Bal. in l. 2. §. 1. ff. ſolu. matr. in d. auth. ſi captiui C. de epiſco. & cleri. & in d. l. ſcimus in prin. & in d. auth. quod ſi rogatus, Spec. in tit. qui filij ſint legitimi §. 1. uer. ſed pone tertiò, & Alex. in d. l. ſi cùm dotem §. 1.

9 Amplia etiam tertiò, quòd pater non tantùm filiis tenetur præſtare alimenta, ſed etiam liberis, & vxoribus eorum, vt concedunt Glo. & Bar. in d. l. ſi quis à liberis §. non tantùm per l. ſi à filia §. 1. ff. famil. hærciſcun. Et ità conſuluit Natta cũ aliis aggregatis per eum conſ. 278. circa hunc caſum, uol. 2. vbi declarat hoc procedere vbicunque filius duxiſſet uxorem de conſenſu patris, & ſibi parem, & ſe dignam.

10 Imò plus pater cogitur pro filio onus dotandi filias ipſius ſubire, l. dedit dotem de collatio. bonorum, vbi quippè officium aui erga neptem ex officio patris erga filium pendet, & ita firmauerunt Bar. & alij in l. 1. ff. ſol. matrimo. Bal. in auth. res quæ C. communia delega. in l. pater de euictio. idem Bald. & Saly. in l. fin. C. de dotis promiſsio. & idem Saly. in l. ſi filius ad macedonia.

¶ Et procedit hoc ſecúdum antedictos Doct. quando filius non haberet vnde dotaret filiam ſuam.

11 Et aduerte, quòd iſta alimenta per patrem filiis præſtantur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel officio iudicis, l. ſi quis à liberis §. 1. ff. de libe. agno. Alex. conſ. 7. nu. 31. vol. 2. Bar. in l. libertis quos §. 1. de alimen. & cib. leg.

¶ Et tunc alimenta ipſa non deberentur, nec peti poſſent vbicunque filij haberent vnde ſe alere poſſent, vt ſupra oſtendimus, & ſic alimenta liberis præſtanda non ſunt, cùm poſsint ſe ipſos ſuis laboribus, ſuiſq; operibus ſuſtinere, l. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit ff. de liber. agnoſcen. & l. illis libertis ff. de condit. & demonſtrat. Paul. Caſtren. in l. diuortio in prin. ff. ſolu. matrimo. Bald. Ang. & Saly. in l. 1. C. de leg. Bart. in l. Caio §. fin. ff. de alimen. legat. & Alciat in conſ. 243.

12 Sed quando alimenta deberentur ex prouiſione, ſeu diſpoſitione hominis, puta teſtatoris, vel ex contractu, & ſic iure actionis indiſtinctè tunc peti poſſent, dato, quòd quis eſſet diues, & poſſet ſe alere de ſuo, ſecundum Bar. in d. l. libertis quos §. 1. Pau. Caſtren. & Iaſ. col. 6. in fi. in l. diuortio ff. ſolu. matrimo. Alex. in l. de alimentis C. de tranſact. & ibi Moder. per illum textum, & Corn. conſ. 286. vol. 3. in prin.

¶ Et hoc caſu peti poſſent etiam alimenta præterita non ſoluta, vt concedunt Barto. & Iaſ. in dicta l. de alimentis, & Alciat. in conſilio 247. nu. 4.

¶ Secus uerò quando deberentur officio iudicis, quia hoc caſu alimenta pręteriti temporis peti nequirent, teſte Decio, nu. 5. in d. l. de alimentis, & aliis omnibus ibi.

13 Et quamuis filius alimenta pro præterito tempore petere non poſsit, tamen ille qui eum aluit huiuſmodi alimenta petere, & recuperare ualet, l. ſi quis à liberis §. ſi uel parens ff. de liber. agnoſcen. notat Barto. in l. libertis §. manumiſſis ff. de alimen. & cibar. leg. & Doct. in l. alimenta C. de nego. geſt. & ita conſuluit Bar. Soc. conſ. 57. nu. 37. uol. 4.

SVMMARIVM.

1 *ALTERNATIVA, vel diſiuncta reſoluitur in coniunctam ad euitandum abſurdum, ne extraneus propriæ ſucceſſioni præferatur. & conſequenter alternatiua poſita inter conditiones in teſtamento appoſitas reſoluitur in copulam.*

2 *Pater quando inſtitueret filium, & nepotem hęredes, non intelligerentur pater, & filius inſtituti, ac vocati ſimul, & eodem gradu: ſed hoc caſu filius primo gradu inſtitutus, & nepos ſecundo gradu ſubſtitutus videtur. & ſic alternatiua poſita inter perſonas inter quas cadit ordo charitatis ſemper intelligitur ordine ſucceſſiuo.*

3 *Teſtator inſtituens filium, & nepotem iam natum heredes, tunc nepos cum filio non concurrit, nec in eodem gradu vocatus cenſetur, ſed filius in primo gradu, & nepos in ſecundo ſubſtitutus intelligitur.*

4 *Teſtator inſtituens Meuium, & filios Titij ſimul ſuccederent, non autem ordine ſucceſſiuo, ex quo ſunt omnes extranei iſti heredes inſtituti.*

5 *Teſtator inſtituens fratrem, & eius filium hęredes, tunc cenſentur vocati omnes ſimul, & non ordine ſucceſſiuo, & omnes ſimul ad hęreditatem admittuntur ęquis ex partibus.*

OPINIO XLVI.

1 ALTERNATIVA, ſeù diſiuncta reſoluitur in coniunctam propter abſurdum euitandum, ne extraneus propriæ ſucceſſioni præferatur, l. ſi is qui ducenta §. fin. ff. de rebus dubiis, l. Lucius la. 2. ff. de hæred. inſtit. & l. generaliter in prin. C. de inſtit. & ſubſtit. Et ſic quando fuiſſet appoſita conditio ſi ſine filiis, & ipſa conditio locum non obtineret: vt quia deceſſiſſet cum filiis: cùm eo caſu fauore filiorum, & ad ipſos excludendos requiratur, quòd omnes conditiones eueniant, propter quod ipſa alternatiua reſoluitur in coniunctam: adeò, quòd oportet, vt omnes conditiones obueniãt, ut in memoratis iurib⁹ notatur.

¶ Vnde quando apponeretur conditio ſi ſine liberis, & aliæ conditiones alternatiuę: tunc alternatiua ipſa poneretur quippè pro coniuncta ob illam conditionem ſi ſine liberis: vt quia veniſſet alia conditio, ſed non conditio ſi ſine filiis: cùm eo caſu propter præſumptam mentem teſtatoris quæ eſt, vt exiſtentibus liberis non ſit locus ſubſtitutioni, prout uoluit Bar. in d. l. generaliter, & Bar. & Imol. in d. l. Lucius. Et ſic apparet communis reſolutio, & opinio omnium Scribentium vbique per memorata iura, quòd alternatiua poſita inter conditiones in vltima uoluntate appoſitas reſoluatur in copulam, ſecundum Iaſ. hubertim in l. Gallus §. quidam rectè, nu. 22. cum aliis ſeq. ff. de liber. & poſthu. & illuſtrem D. Sigiſ. Loffredum in conſ. 1. nu. 51. *Cõis opin.*

2 Cæterùm alternatiua ipſa poſita inter perſonas, inter quas caderet ordo charitatis, ſemper intelligeretur ordine ſucceſſiuo; & conſequenter ſi filius, & nepos inſtituti hæredes per patrem reperirentur, vtique non intelligerentur inſtituti, ſeu uocati ſimul, & eodem gradu, ſed inſtitutio hęc filij, & nepotis ex eo concepta per copulam &, intelligeretur quippè ordine ſucceſſiuo, & cenſeretur facta ordine neceſſitatis, cùm filius ipſe inſtituendus ſit in primo gradu, l. inter cætera ff. de lib. & poſthu. & ſic in huiuſmodi caſu neceſſitas requirit, vt ſucceſſorius ordo ſeruetur, ſcilicet vt filius primò ſit inſtitutus vniuerſaliter, ſecundò illi ſit uulgariter ſubſtitutus nepos, ſecundum Glo. Bar. Bal. Ang. Paul. Caſt. Cuma. Alex. Iaſ. nu. 27. & alios in l. Gallus §. quidam rectè ff. de lib. & poſthu. quos ſequuntur Doct. communiter, vt admonent ibi Iaſ. d. nu. 27. Galliau. nu. 57. Alciat. nu. 15. & Rube. col. 12. Matthæſ. ſing. 156. poſt prin. Cur. Iuni. conſ. 111. præſupponitur in facto, nu. 5. & Bero. in c. Raynutius de teſtam. nu. 68. cũ aliis ſeq. ubi inhęret communi memoratæ, atque eam ab omnibus contrariis ſyncerè, & copioſè tuetur. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam, videlicet, quòd hoc caſu pater, & filius eius dicantur ſimul vocati in primo gradu, inclinarũt Doct. relati per Soc. Iun. in d. §. quidam rectè, ſub nu. 18. cum aliis ſeq. vbi iſtam partem cõmunem eſſe admittit poſt Soc. Seniorem, & ſequitur quoque conſulendo, & communem uocat Bertran. conſ. 215. nu. 5. vol. 3. tamen prima opinio Bar. & ſequaciũ magis cõmunis, & magis uera, & magis tuta apparet: imò ex allegatis authoritatibus indubitata redditur in actu practico. *Cõis opin.*

3 Quæ quidem cõmunis ità retenta utiliter ampliatur procedere non tantùm in nepote naſcituro, uerùm in nepote etiam iam nato, vt ſi teſtator filium, & nepotem iam natum hæredes inſtituerat, hoc caſu nepos cũ filio non concurrit, neq; in eodem gradu uocatus, ſed filius inſtitutus, nepos uerò ſecundo gradu ſubſtitutus videtur, vt concedit Bar. in d. §. quidam rectè, nu. 4. cum quo omnes Scribentes communiter ſentiunt, atteſtante Alex. ibi col. 3. Iaſ. nu. 2. Soc. nu. 2. Fortun. nu. 23. Galliaul. nu. 12. & 20. Alciat. nu. 15. & Soc. Iuni. nu. 19. cum cæteris ſeq. vbi ſimiliter ſuſiſsimè, atque doctiſsimè iſtam communem tuetur, admonetque ab ea non fore recedendum in practica, atque ſemper uidiſſe obſeruari. *Cõis opin.*

4 Verùm iſthæc communis ità amplificata limitatur quippè non procedere, ſi teſtator inſtituerat Meuium, & filios Gregorij, quando omnes eſſent extranei, tunc enim ſimul admittuntur, non ordine ſucceſſiuo, ſecundum Bar. in d. §. quidam rectè, nu. 6. cum quo proculdubio concurrunt omnes Doct. communiter, & concorditer, vt per Galliaul. ibi nu. 16. & Fortun. nu. 43. & Bero. in d. c. Raynu- *Cõis opin.*

Raynutius, ſub nu. 104. & ſeq.

3 Secundò limitatur etiam eadem communis non habere locum in patris, & filij inſtitutione, aut ſubſtitutione facta, conceptaq; per copulam &: quia cum intellectum habet, vt ordine ſucceſſiuo intelligatur, vt ſi inſtituiſſem fratrem meũ, & eius filium hęredes, adhuc ordine ſucceſsiuo, & non ſimul admicti deberent ad huiuſmodi ſucceſſionem, ſecundum Bar. in d. l. Gallus §. quidam rectè, nu. 4. ſed aduerte, quòd communis ſchola reperitur cõtra eum, & eius opinio vnanimiter ab omnibus Doct. confutatur, vt conſtanter aſſeuerant Alexan. colum. 4. Soc. nume. 3. Iaſ. nu. 24. Fortun. col. 18. Galiaul. nu. 65. Rube. col. 4. & Alciat. nu. 20. in d. §. quidam rectè, Dec. conſ. 236. col. 11. Alex. conſ. 22. col. 3. uol. 3. Corn. conſ. 17. uol. 4. & Guliel. Benedic. in d. §. Raynutius, quodque etiam comprobat Bal. in l. ſi quis hęres inſtitutus §. fin. ff. de acqui. hæred. & in l. ſi mulieri cũ liberis in prin. per tex. ibi ff. de vſufruct. accreſcé. Matthęſ. ſing. 156. Bero. in d. §. Raynutius, nu. 93. & ſeq. Bal. & Saly. in l. fin. per textum ibi C. de im pub. Alex. conſulendo in d. conſ. 22. conſ. 44. & conſ. 129. uol. 5. in quibus locis planè deducit iſtam eſſe magis communem opinionem: & ſić omnes præcitati Doct. cõfirmant, quòd pater, & filius ſimul, & ęquis ex partibus admictantur.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ALLVVIO fluminis, ideſt additio, vel detractio, quę fit à flumine ipſo per alluuionem ſuam transfert dominium. quod ampliatur, & limitatur infra pluribus modis remiſsiuè.*

2 *Alluuio non habet locum in iuriſdictione, & confinibus alicuius territorij, quia non mutantur aliquo modo per alluuionem, nec inde diminutionem, ſeu augumentum recipiunt.*

OPINIO XLVII.

1 ALLVVIO fluminis hoc eſt additio, vel detractio, quæ fit à flumine ipſo per alluuionem ſuam transfert dominium, l. ergò ſi inſula §. alluuio ff. de acqui. rerum domi. & §. præterea inſtit. de rerum diuiſio.

2 Sed hoc limitatur, vt locum non obtineat in iuriſdictione, & confinibus alicuius territorij, qui non mutantur modo aliquo per alluuionem, nec inde diminutionem, ſeu augumentum recipiũt, ſecundum Bar. in tract. de flumi. in 1. par. uerſ. acquiritur nobis, Bal. in rub. de rerum diuiſio. col. 5. Cępol. in tract. ſeruit. ruſti. prædiorum, in tit. de de flumine priuato cap. 32. fol. paruo 416. Corn. conſ. 146. col. 2. lib. 1. & conſ. 287. lib. 3. Iaſ. conſ. 146. col. 4. uol. 2. Riminal. cõſ. 64. & Soc. cõſ. 127. nu. 5. vol. 1. vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem, & admonet ab ea minimè gentium fore recedendum in iudicando, & ſequuntur quoque, & aiunt communem eſſe Hippolit. Riminal. in §. 1. inſtit. quib. aliena. licet, uel non, nu. 51. & Hierony. Brixianus in tract. de cõfinibus cap. 24. nu. 6. & Boſsius in pract. crim. in tit. de principe, & priuileg. eius, nu. 280.

Cõis opin.

¶ Contrariam verò partem tenuit Curt. Iunior conſ. 56. per plures rationes, argumenta, & authoritates planum facit conſilium illud fuiſſe factum per Collegium papiẽſe: tamen quicquid ipſe ſuadeat amplector opinionem Bar. & ſequacium, quam fatetur etiam communem eſſe ipſemet Curt. ibi col. 2.

¶ Et duas alias limitationes, ſeu caſus in quibus ius alluuionis non uendicet ſibi locum ponit Hippolit. Riminal. in d. §. 1. nu. 48. cum aliis ſeq. & Boerius conſ. 24. nu. 31. & ſeq. & Papien. in ſua pract. in forma libelli actio. real. numero 13. fol. paruo 18.

¶ Benè uerum eſt, quòd Hippolit. Riminal. loco de quo ſupra, nu. 39. cum multis ſeq. non ſolũ limitat præmemoratam regulam in principio poſitam, verùm ampliat etiam tribus modis fæcundè, & doctè more ſuo.

SVMMARIVM.

1 *AMICVS non poteſt agere pro amico ſine mandato.*

2 *Amicus poteſt pro amico agere abſque mandato cum cautione rati; ſicut coniunctus pro coniuncto.*

3 *Amicus agere poteſt pro amico interdicto recuperãdæ.*

4 *Statutum diſponens coniunctos, ſeu affines agere ſine mandato pro conſanguineis, extenditur ad amicos.*

5 *Legatum in teſtamẽto minus ſolemni relictum, quemadmodum debetur propinquo, ita etiam amico.*

6 *Coniunctus pro coniuncto licèt audiatur abſque mandato in cauſis prophanis, tamen in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus ſine mandato non admittitur ipſe coniunctus pro coniuncto.*

OPINIO XLVIII.

1 AMICVS non poteſt agere pro amico ſine mandato, l. tutori ff. de neg geſtis, Alex. in l. exigẽdi col. 2. C. de procurato. & in l. 1. §. lex falcidia ff. ad legem falci. ſed Iaſ. in d. l. exigendi aſſerit, quòd in puncto iuris poſsit ſuſtineri contraria opinio, & intelligit: quòd amicus admittatur pro amico, ubicunq; eſt coniunctus maxima amicitia. Fely. tamen in c. coram de offi. dele. col. 1. Alex. & Moder. in d. l. exigendi, Ripa in c. cùm M, Ferrarienſis, nu. 61. de conſtit. & Blancus in tract. de compromiſsis in 3. quæſt. nu. 48. in uerſ. amicus, atteſtantur communem opinionẽ eſſe, amicum non

Cõis opin.

 ad-

admitti pro amico ad agendum abſque mãdato.

2 Hoc uerò, quòd amicus non admittatur pro amico ſine mandato, fallit, quia amicus admittitur pro amico abſque mandato cum cautione rati, ſicut coniunctus pro coniuncto, ſecundum Tyraq. cum ſignatis per eum in tract. de pœnis temperandis, aut remittendis in cauſa. 22. nu. 34. Guliem. de Cun. in l. ſed & hę ff. de procurat.

¶ Licèt ibi Fulgo. intelligat hoc de amico cõiuncto maxima amicitia, de quo per Roma. in ſingu. 656. incip. Cynus, & per Bar. in l. non ſolùm §. qui alieno col. 1. ff. de procurato. & ibi per Alex.

3 Vbi annectit etiam, quòd amicus agit interdicto recuperandæ, l. 1. C. ſi per vim, uel alio modo, & per eundem in l. cum alienam C. de legi. & in d. l. exigendi, & per Fely. in d. c. coram, & Marcum Mantuę in ſuis apophtheg. 75.

4 Interpretatur etiam hoc non procedere de iure municipali, nam ſtante ſtatuto exorbitante, diſponenteque coniunctos, ſeù affines agere ſine mandato pro conſanguineis extenditur ad amicos, vt notat Gulielm. de Cun. in d. l. ſed & hæ in prin. Dyn. Saly. in d. l. exigendi, Bar. in d. l. non ſolùm §. qui alieno, Specu. in tit. de aduoca. §. adiicitur, verſ. extat quartus ordo, & Ioan. And. in c. fin. de poſtulat.

5 Et de hoc mirandum non eſt, quia ſumma amicitia, & familiaritas nihil à ſanguinis coniunctione differt. & hinc fit, vt quemadmodum propinquo legatum, & in teſtamento minus ſolemni relictum debetur, ita etiam amico debeatur, l. cùm allegas C. de caſtrẽ. pecu. lib. 12. Glo. pen. in c. 2. de teſt. in 6. Ioan. And. in c. fin. de poſtul. Gloſſ. & Abb. in c. requiſiſti de teſt. Cyn. Saly. Alex. & Iaſ. in d. l. exigendi, Bal. in l. vt vim, quæſt. 5. & ſeq. ff. de iuſt. & iur. Barbatius cõſ. 22. col. 2. & conſ. 75. col. 4. uol. 4. Doct. in l. eam quam C. de fideicom. Matthæſ. ſing. 41. Fely. in c. quoniam Abbas col. 3. de offi. deleg. Marſil. ſing. 351. & l. in teſtamento, & ibi Glo. ff. de fideicom. libert.

6 Et licèt, vt ſupra oſtendimus, quòd coniunctus pro coniuncto in cauſis prophanis audiatur abſque mandato, prout obſeruatur etiam in ſacro Rotæ auditorio Roma. atteſtante Octauiano Veſtrio in ſua pract. libro 3. in rubric. ſeu tit. duplex in iudiciis perſonarum ſpecies, nihilominus in beneficialibus, aliiſq; ſpiritualibus cauſis quis tanquam coniuncta perſona ſine mandato aliter non auditur, ſecundum Rotam Roma. deciſ. 42. in cauſa de procu. in nouis, & ità obſeruatur in practica in eodem ſacro Rotę auditorio, vt indicat Octauianus Veſtrius ubi ſupra.

SVMMARIVM

1 *Res tota in dubio venit appellatione cuiuslibet rei, non autem pars illius.*

2 *Rerum appellatione comprehenduntur iura, & actiones, cùm ſit nomen generale. quod limitatur infra.*

3 *Crediti appellatione non venit id quod ex delicto debetur, neque legatum, nec iſta comprehenduntur ſub ſtatuto mentionem faciente de credito, ſecundum unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter ſit magis communis.*

4 *Debiti appellatione propriè loquendo venit illud quod ex delicto, & ex legato debetur.*

5 *Debiti dictio capi poteſt ſtrictè, & minus ſtrictè.*

OPINIO XLIX.

1 APPELLATIONE cuiuſlibet rei, venit in dubio tota res, non autem pars illius, vt notatur in l. ſi in rẽ. in princ. ff. de rei vendi. & probatur in l. Titia cum teſtamento §. 1. & ibi notat Bal. ff. de leg. 2. & in l. de pupillo §. qui nunciat, vbi hoc firmant Barto. & alij Doct. communiter ff. de oper. noui nũciat. Ruin. *Cõis* conſ. 5. nu. 18. & conſ. 94. nu. 10. vol. 4. & Rolan. à *opin.* Valle conſ. 89. ſuper primo articulo, nu. 17. uol. 3. ubi meminit de iſta communi, & hoc idem explicat, & apertius declarat in conſ. 61. reiecta uerborũ prolixitate, nu. 5. cum aliis ſeq. eod. uol. vbi ponit aliquos alios caſus ſimiles, & in cõſ. ſeq. nu. 15. cum cæteris ſeq. & Ruin. cõſ. 110. nu. 4. vol. 5.

2 Similiterque appellatione rerum, etiam iura, & actiones comprehenduntur, cùm ſit nomẽ generale, l. rei ff. de uerb. ſig. Glo. Guliel. de Cug. & Bar. in l. 1. ff. de ſtat. hominum, & Bart. in l. quintus §. argento ff. de auro, & argen. leg.

¶ Sed hoc non procedit quotieſcunque quis donaret res ſuas, tunc enim donatio ipſa non poſſet in actionibus uerificari, ſecundum Guid. Papæ deciſ. 584. fuit debitatum inter nos, nu. 1.

3 Item nota utiliter, quòd appellatione crediti non venit id quod ex delicto debetur, neque legatum, nec iſta ſub ſtatuto mentionem faciente de credito, ſeu de re credita comprehenduntur, ita Bar. in conſ. 169. ſtatutum ciuitatis tuderti, & idẽ Bar. Ang. Paul. Caſtrẽ. Aret. Soci. & Moder. Taur. col. 25. qui exprimũt iſtam eſſe communem opi- *Cõis* nionem in l. 1. ff. ſi cer. pet. *opin.*

¶ In contrariam uerò partem, videlicet, quòd ille cui debetur ex delicto, uel legato ſit propriè creditor inclinarũt Saly. Roma. Alex. Curt. Dec. Ripa, Alciat. & Iaſ. in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. ubi planũ facit iſtorum opinionem communem fore cõtra *Cõis* Bar. & huic ſententiæ accedit etiam Roma. conſ. *opin.* 224. iſta captura facta, nu. 9. & Ioan. Bolognettus in d. l. 1. nu. 45. & ſeq. ſi cert. pet. vbi ſententiam hanc uocat veriorem, & communem, & re ipſa magis communis eſt, prout in medium reſerauimus infra in opinio. 771. ſtatutum loquẽs de creditore.

4 Et aduerte, quòd quemadmodum creditor ex delicto, & ex legato dicitur propriè creditor, ita ſimiliter concludendum eſt, quòd debiti appellatione propriè loquendo venit quoque illud, quod debetur

debetur ex delicto, & ex legato, ſecundum communem opinionem omnium Scribentium, quã approbant, & atteſtantur Aret. Soc. col. 7. Curt. col. 16. & Moder. Taur. col. 26. in d. l. 1. ſi cer. pet. *Cõis opin.*

¶ Quapropter ſi de debito fieret quippè mentio, comptæhenderetur dubio procul propriè, & in quauis diſpoſitione debitum ex delicto, & ex legato, vt probatur in l. ſi is cui §. Flauius ff. de ſolu. & in l. debitor ff. de uerb. ſig.

5 Et uocabulum hoc, debitum, capi poſſet ſtrictè, & minus ſtrictè, vt notatur per Soci. in l. 1. colum. 47. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.

SVMMARIVM.

1 *CONVICTVS, & confeſſus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus non auditur appellans, nec à iudice, qui ſententiam pronunciauit, nec ab eo, ad quem pronunciatum eſt. quod limitatur remiſſiuè in octo caſibus.*

2 *Appellatio non admittitur in atrociſſimis criminibus, in quibus Reus reperiatur confeſſus, & conuictus.*

3 *Appellans homicida, maleficus, veneficus, adulter, & illator manifeſtiſſimę violentię, confeſſus, & conuictus aliquis ex iſtis, non auditur.*

4 *Confeſſus, & conuictus etiam in minoribus criminibus non admittitur ad appellandum.*

5 *Appellatio denegatur duobus concurrentibus, videlicet primò, quòd Reus ſit teſtibus plenè conuictus, & ſecundo, quòd ſponte abſque vllo impedimento confeſſus ſit. aliàs vno, ex ipſis requiſitis, deficiente, non denegatur appellatio.*

OPINIO L.

1 APPELLANS conuictus, ſimul & confeſſus tam in criminalib', quàm in ciuilibus non auditur, nec à iudice, qui ſententiam pronũciauit, nec ab eo, ad quem pronunciatum eſt, l. 2. & ibi Gloſſ. Bart. & omnes C. quorum appella. non recipi. Aret. in tract. maleficiorum in uer. præſente Caio, Glo. Abb. nu. 5. Præpoſi. nu. 7. Francus nu. 5. & cæteri in c. cum ſpeciali §. porrò de appellat. ubi Dec. in medium referauit iſtam eſſe communem opinionem, cui accedunt etiam Dyn. Bar. Imol. & Aret. qui pariter docet communem fore in l. creditor §. iuſſus ff. de appellat. Iaffredus deciſ. 451. & cumulatiſsimè tradit Carreri. in pract. crim. in pri. & ponit pro regula cum octo limitationibus Pet. Duennas in regu. 156. conuictus legitimis probationibus, & ſequitur Boſsius quoque in ſua practi. in tit. de appellat. nu. 27. *Cõis opin.*

2 Sed opinio hæc cõmunis de plano nempè procederet, locumque obtineret in atrocioribus criminibus, tunc enim Reus uoce propria ſponte cõfeſſus, & teſtibus plenè conuictus appellans non audiretur, uerùm poſt latam ſententiam incontinenti, & immediatè fieret quippè executio, vt d. l. 2. C. quorum appel. non reci. & l. fin. C. de cuſto. reo. & l. cuſtodias ff. de pu. iu.

3 Imò ſi Reus ipſe poſt ſententiam latam vellet incontinenti appellare non vtique audiretur vllo modo, atque eius appellatio tanquam calumnioſa pænitus reiiceretur, vt diſponitur in d. l. 2. vbi determinatur, quòd homicida, ueneficus, maleficus, adulter, & is qui manifeſtam violentiam intuliſſe probatur, ſi voce vtique propria confeſſus ſit ſponte crimen, & teſtibus plenè conuictus reperitur non auditur appellans, præſertimq; in caſibus, & criminibus expreſsis.

4 Et aduerte utiliter hic, quòd hoc ampliat Glo. & Bal. in pręcitata l. 2. procedere etiam in aliis minoribus criminibus extra illa quæ ſunt ibi expreſſa, vt Reus appellare tunc non poſsit, & ſi fortè appellauerit, non erit nimirùm audiendus. & licèt in præmemorata l. 2. Iac. But. ſentiat cõtrarium, tamen Bal. inibi accuratiſsimè tollit omnia eius fundamenta.

5 Cęterùm iſta communis opinio, ita explanata procederet equidem duobus concurrentibus, vt appellandi remedium tollatur. primum itaque erit, quòd Reus ſit teſtibus plenè conuictus, qui luce clariorem probationem oſtendant. ſecundum verò erit, quòd ſponte, ſuapteque natura idem Reus abſque impedimento aliquo confeſſus fuerit. iſtis enim, uel ipſorum altero deficiente non denegatur vllo pacto appellatio, vt firmat Glo. Bal. & alij vnanimiter, & concorditer omnes in allegata l. 2. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *APPELLATIO eius qui ex propria tantùm confeſſione damnatus eſt admittitur, ſi cauſa iuſta expreſſa fuerit in appellatione, aliàs ſecus, iudex exequitur ſententiam ſuam non obſtante appellatione.*

2 *Confeſſus poteſt opponere de nullitate proceſſus.*

3 *Iniuſtitia euidens æquiparatur nullitati.*

4 *Iniuſtitia apparens notoria prębet occaſionem iudicibus recedendi à regulis iuris communis.*

5 *Appellari poteſt à qualibet ſententia, etiam Principis, vbicunque illa contineat manifeſtam iniquitatem.*

6 *Sententia notoriè iniqua eſt nulla.*

7 *Sententia manifeſtiſſimè iniqua nunquam tranſit in rem iudicatam.*

8 *Confitens ſe occidiſſe aliquem, non poteſt ad pænam vltimi exitij condemnari, & condẽnatus poteſt appellare.*

OPINIO LI.

1 APPELLANS confeſſus ſpontè, etiam ſi teſtibus conuictus non ſit, nec in ciuilibus, nec in criminalibus regulariter auditur, & conſequenter ad appellandum non admittitur modo aliquo,

aliquo,textus eſt in c.ſpeciali §.porrò,& in c.Romana §. ſin autē de appellat.in vi.vbi Ioã. And.
Cõis opin. Domi.& Francus,Abb. & cęteri communiter in d.§. porrò, Cappella Tholoſan a, & ibi Aufre.nu. 176.Corne.conſ.159.nu.2.vol.1.quorum ſententia communis eſt, & de conſuetudine quoque obſeruatur,teſte Carrerio in pract. crim.in p. in. nu.17.

¶ In contrariam uerò partem inclinauerē glo.in d.§.porrò, & plerique alij affirmantes admittendam eſſe appellationem eius qui ex propria tantùm confeſsione damnatus fuerit.

¶ Sed opinio hæc procederet, iudicio meo, ſi cauſa iuſta expreſsim fuerit in appellatione dicta:tunc enim eſt admittenda appellatio, Gloſſ. eſt in d. §. ſin autem in uer.mandetur, cum qua
Cõis opin. tranſeunt ibi omnes,& Dec.in c.3.& in c.conſuluit in 1.de appellat.notat Bar.in l.à ſententia ff. de appella.Cuman.conſ.60. & Lanfran. in clem. diſpendioſam col.3.de iudic.

¶ Vbi uerò error, ſeu alia iuſta cauſa in appellatione non allegaretur,tunc quippè procederet prima opinio communis, & iudex non obſtante appellatione ſimpliciter interpoſita ſententiam exequi poſſet,vt clarius, & latius proſequitur copioſus doctor D. Follerius in pract. crim. in uer. pęnis debitis feriantur,ſub nu.6.

2 Et quamuis confeſſus appellare nequeat, tamen confeſſus ipſe poſſet dubio procul opponere de nullitate proceſſus,itâ Ang.in l. ſi vacãtia col. 10.verſ.de vno artic.C.de bonis vacan.lib.10.& licèt Bar.in l.confeſſus de cuſto.reo. & Bald. in l. mercalem de condi.ob tur.cau.& in l.2. C. de re iudi. & in l. quod mulier ſoluto matri. ſentiant contrarium, nihilominus in regno ſemper uidimus obſeruari opinionem Angeli, tanquam tutiſsimam,& ueriſsimam.

3 Necnon confeſſus valeret quoque opponere de iniuſtitia manifeſtiſsima proceſſus, quæ quidem iniuſtitia euidens æquiparatur nullitati, c. inter cęteras de ſentē. & re iudi. vbi etiam Abb.
Cõis opin. Fely.& cæteri omnes,Bal.in l. 1.C. quę ſententię reſcin.non poſſ. Paul. de Caſt.in l.ſeruo inuito §. cùm prætor ad Trebel. Imol. & Fely. nu. 40.in c. quoniam contra de probat. Alex. conſ.77.nu. 3. vol.3.& conſ.39.nu.25.uol. 6. Afflict. deciſ. 39. nu.5.Peruſi.in c.dilecto q.55.de appel.Alciat.in tract.de præſump.reg.3.præſump.9.numa.25.& Dec.conſ.8.nu.5.

4 Et de hoc mirandum quippè non eſſet, ſiquidem,vbicunque iniuſtitia foret notoria,tunc abſque dubio aliquo recederetur à regulis iuris cõmunis,itâ Dec.ſæcundè in l.vt vim, nu. 26.ff. de iuſt.& iur.

5 Imò concludo, quòd ab omnium ſententia etiam Principis appellari poſſet, vbicunque ſententia ipſa contineret manifeſtam iniquitatem, ſecundum Peruſi.in rub.col.3.de appellat.

6 Imo etiã aduerte, ꝙ ſententia notoriè iniqua, eſt ſimiliter nulla, textus eſt in d.c.inter cęteras.

7 Et denique ſententia ipſa manifeſtiſsimè iniqua nunquam tranſit in rem iudicatam, ſecundum Abb.in c.ſuborta de re iud.Butri.in c.ſuam de pęnis,Card.in clem. 1.§.pen.de foro competē. & in clem. 2. §. rurſus de re iudi. Marſ. in pract. crim.in §.ordine,nu.15.& Iaſ.in l. de periurio de in lit.iur.

8 Et hinc eſt, quòd ſi Reus confiteretur in iudicio ſe Titium occidiſſe, non poſſet vtique tunc vllo modo ad pęnam mortis condemnari, niſi de corpore occiſi conſtaret, vt firmat Ang.in l. certum in prin. de confeſ. & Bal. in c. at ſi clerici de iudi.& iſto nempè caſu ſi condemnaretur confeſſus ex allegatis, & ex notoria iniuſtitia, poſſet appellare.

SVMMARIVM.

1 *APPELLARI non poteſt à ſententia interlocutoria de iure ciuili.*

2 *Appellare licet à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quia non eſt mera interlocutoria,ſed miſta.*

3 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij imponens perpetuum ſilentium habet vim diffinitiuæ ſententiæ.*

4 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij habet vim diffinitiuæ,vbicunque Reus ſoluit debitum pendente iudicio.*

5 *Abſolutoria quando poſſit eſſe diffinitiua remiſsiuè.*

6 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij regulariter dicitur interlocutoria,cùm non diffiniat negotium principale.*

7 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij ad fauorem Rei propter ineptam actionem actoris dicitur interlocutoria.*

8 *Appellatur ab interlocutoria de iure canonico.*

9 *Appellari ad Papam poteſt ab interlocutoria.*

10 *Appellari ab interlocutorijs Vicarij ad Epiſcopũ poteſt.*

11 *Appellari licet ab interlocutorijs Vicarij foranei ad Epiſcopum,vel Archiepiſcopum.*

12 *Appellari nequit à ſententia interlocutoria de iure ciuili, quotieſcunq; grauamen illatum per appellationem à ſententia diffinitiua reuocari poſſet.*

OPINIO LII.

1 APPELLARI nequit à ſentētia interlocutoria de iure ciuili, ſecundum Bar. Paul. Caſtren. cęteroſque communiter per textum ibi in l.2.ff. de appel. reci. Glo.Bar.& Ang.in l. fi. C. de ſenten. & interlo. omnium iudi.Bar.& Bal.in l.2.C.de epiſcopa.audiē. Marant. in tract. iudiciorum in 6. par. 3. partis actu 2.nu.292.& Ioan. de Amicis conſ. 128. nu. 2.vbi explanat iſtam eſſe communem opinionē Cõis opin.
legiſtarum, & ponit hoc pro regula cum tribus limitationibus Lanfran. in c. quoniam contra de probat.in cap.10.de interlocutoriis, & appellat. nu.68.& Pet.Duennas cum 14.falleatiis in regula 52. appellari à ſentētia interlocutoria, & cum vna

vna limitatione Ferrarien. in ſua pract. papienſi in forma appellatio. ab interlo. in §. fuiſſe.

2 Cæterùm eandem regulam limito vltra alios etiam, quòd appellare ſimiliter liceat à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quia non eſt mera interlocutoria, ſed mixta, ita Creſcen. deciſ. 182. & Gom. deciſ. 1. & 83.

3 Et deciſionem hãc iudicio meo crederem poſſe de plano procedere, vbicunq; per ipſam abſolutoriã ab obſeruatione iudicij imponeretur perpetuum ſilentium, tunc enim illa haberet dubio procul vim diffinitiuę, ſecundum Bal. in auth. qui ſemel col. 4. in caſu illius authẽticæ C. quomodò, & quando iudex.

4 Nec obtinere poſſet etiam locum in caſu Bar. in l. Titia ff. de accuſa. & Iaſ. col. penult. in l. proponendum §. & ſi quidem C. de iudi. aſſerẽtium reũ ſoluentem debitum, pendente iudicio, non abſolui tũc diffinitiuè, ſed nẽpè abſolui ab obſeruatione iudicij, quæ abſolutio habebit vim diffinitiuę.

5 Et denique procedere quoq; poſſet in alijs caſibus poſitis, & expreſsis per Philip. in c. cũ ceſſante col. fin. de appel. vbi explicat quando huiuſmodi abſolutoria poſsit eſſe diffinitiua.

6 In cæteris autem omnibus caſibus generaliter, & indiſtinctè procedi vllatenus nõ poſſe, hac ratione ſuadeo, & demonſtro, nam regulariter abſolutoria ipſa ab obſeruatione iudicij dicitur interlocutoria, cùm non diffiniat negotium principale, ſecundum Bal. in d. l. properandũ §. & ſi quidem, & in d. auth. qui ſemel col. fin. & Glo. in l. & harum ff. ſi ſer. vendi. Ioan. de Imol. & alios in c. examinata de iud.

7 Et Spec. de offi. iudi. §. de ſeruit. ver. quid ſi opponens, vbi concludit, quòd ſi reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij propter ineptam actionem propoſitam contra eum, quòd tunc abſolutoria ipſa ſententia dicitur interlocutoria.

8 De iure verò canonico contrarium ſancitum reperitur, appellaturq́; ab interlocutoria, vt voluit Bar. in l. 1. §. fin. ff. à qui. appe. nõ licet, Berous in quæſtionibus familiaribus q. 52. nu. 9. Maranta vbi ſupra, & omnes canoniſtæ communiter in c. ſicut Romana de reſcrip. vbi Ripa, nu. 20. cum alijs ſeq. indicat iſtam eſſe canoniſtarũ opinionẽ. *Cõis opin.*

9 Imò appellari ab interlocutoria ad ſummum etiam pontificem poteſt, c. de appellationibus de appell. Ioan. Crot. conſ. 27. nu. 14.

10 Necnõ ab interlocutoria Vicarij appellari poteſt ad Epiſcopum, ita Card. Puteus deciſ. 15. de appellat.

11 Et ſimiliter ab interlocutoriis Vicarii foranei ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum appellare licet, ſecundum Modea. deciſ. 133. & Gom. deciſ. 1. & 27. *Cõis opin.*

12 Sed retenta prima opinione de iure ciuili aduerte, quòd appellari minimè debet, ac permittitur ab interlocutoria quotieſcunq; grauamen illatum per appellationem à diffinitiua reparari poſſet, vt firmauerunt Cyn. Paul. Caſtr. & cæteri omnes in l. poſt ſententiam C. de ſent. & interlo. om. iud. Bal. Ang. Saly. Paul. Caſtren. Fulgo. Iaſ. & omnes in l. arbitrio ff. qui ſatiſda. cogã. Bar. Imol. Paul. Caſtren. alijq́; omnes concorditer in d. l. 2. de appellat. recipien. & Ioan. de Amicis in dicto conſ. 128. numero 4. & ſeq. vbi ita conſuluit, nunciauitq́; iſtorum opinionem communem eſſe, ac nullum profectò habere contradictorem. tamen reperio Petrum de Benintẽdis deciſ. 40. ſimul cũ Bal. aliiſq; ſignatis per eum aſſerere, & concludere expreſsè contrarium, *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *APPELLARI non poteſt à ſententia arbitri, nec reclamari, nec reduci ad boni viri arbitrium de iure ciuili, etiam in caſibus, in quibus oritur actio ex compromiſſo.*

2 *Appellatur de iure canonico à ſententia arbitri.*

3 *Appellari poteſt à ſententia arbitrorum iuris, electorumq́; ex forma legis, præcepto iudicis, vel ſtatuti inter coniunctos.*

OPINIO LIII.

1 APPELLARI non poteſt à ſententia arbitri, nec reclamari, nec reduci ad boni viri arbitriũ de iure ciuili, etiã in caſibus, in quibus oritur actio ex compromiſſo; & ſic ab arbitris ipſis, qui compromiſſo iure perfecto, & partium voluntate adeuntur appellari non poteſt, l. 1. C. de arbit. vbi Bald. & Imol. Aret. Alex. nu. 19. Iaſ. nu. 56. in 1. lectura, cæteriq́; omnes in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. qui ad lucem adducunt iſtam eſſe communẽ opinionem contra Bar. ibi contrarium aſſeuerantem, & Maranta etiam in tract. iudiciorum in vi. par. in cap. de appellatione, nu. 259. fol. paruo 184. *Cõis opin.*

¶ Imò generalius traditũ eſt à iudicibus, quos communis conſenſus elegerit prouocari non poſſe, c. à iudicibus 2. q. 6.

¶ Et appellatio à ſententia arbitri ideò non valet, quia non eſt ſententia, ex quo ex ea non naſcitur actio in factum, Cardi. in Clemen. 1. quæſt. 7. de appell.

2 Sed limitatur primò hæc cõmunis ſentẽtia nõ procedere de iure canonico, nam eo iure à ſententia arbitri licet appellare, ſecundum Glo. in d. c. iudicibus, Hoſtien. & Ant. in c. quintauallis de iureiur. Ancha. in Clemen. ſæpè de ver. ſig. Glo. Hoſtien. Ioan. And. & Abb. in c. 2. de arbit. Bal. & Saly. in d. l. 1. & Alex. cũ alijs multis aggregatis per eum in d. l. nemo poteſt, n. 21. vbi prodidit iſtam eſſe communem opinionem, atq; in practica obſeruari. *Cõis opin.*

3 Limitatur etiam ſecundò non habere locum in ſententia arbitrorum iuris, electorumq́; ex forma, ac neceſsitate legis, præcepto iudicis, vel ſtatuti inter coniunctos, à qua poteſt appellari, ſecundum

cundum Glo. & Doct.& Alex.in l.arbitro in ver. appellare ff.qui ſatiſda.cogan.Bar.in l.1.C.de nouo codice componendo,& in l.fin.in 11.not.C.de iudi.Ioan. de Imol. in l.1. circa fin.ff.ſolu. matri. Paul.Caſtren.in l.à Diuo pio in prin.ff.de re iudi. Ant.in d.c.quintauallis,Oldra.conſ.16.Domi.de Sancto Gemi. in c. ab arbitro q.6. de offi. deleg. Angel.in l.apertiſsimi C. de iudi.Maranta in loco præcitato,nu.261.& ſeq.vbi docet practicam Regni Neapo.circa hoc,& huic opinioni inhæret etiam Iaſfredus in deciſ. 467. vbi narrauit, ità
Cõis opin. per Doct.communiter teneri.

¶ Alias uerò limitationes vtiliſsimas ponit, & diſcurrit Bertachi.in ſuo repertorio in ver. appellatio ab arbitro, vel à ſentẽtia arbitri iuris nõ valet, & Ioan. Thierry Lingonẽſis in ſcholijs ibi.

SVMMARIVM

1 *APPELLARI non poteſt ab executore. quod limitatur pluribus modis remiſsiuè.*

2 *Appellari, licèt non poſſit ab executione, tamen à pronuntia, ſeu ſententia iudicis de exequẽdo eſt permiſſa appellatio, ſecundum vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram communem contrariam, appellatio in præſenti caſu recipitur.*

3 *Appellari non poteſt à futuro grauamine. quod declaratur vtiliter.*

4 *Appellationi quando cenſeatur renunciatũ remiſsiuè.*

5 *Appellari an poſſit à ſuperſeſsione in cauſa, remiſsiuè diſcurritur.*

6 *Appellari an poſſit à formatione inquiſitionis, & proceſſus ponitur remiſsiuè.*

OPINIO LIIII.

1 APPELLARI ab exequutore non poteſt aliquo modo, vt l. ab executione C. quorum appellat. non recipi. & in l. ab executore, & ibi Bartol.ff. de appellat.& hoc pro regula ponit Soci. in tract.Fallentiarũ in reg. 26.cum quinque limitationibus, & Pet.Duẽnas in regula 41. appellare ab executore permiſſum non eſt cum octo fallentijs, & limitat etiam Bertachi.in ſuo repertorio in ver. appellatio ab exequutione verſ.1.& Marantà in tract.iudiciorum in 6.par.3.partis in 2.actu, nu.248.

2 Et licèt appellari nequeat ab exequutione nihilominus à pronũciatione, ſiue interlocutione, ſententiaué iudicis de exequendo appellatio permiſſa eſt, ſecundum Glo.Bar.Iacob.But. & Ang. in d.l.ab executione vbi patefacit ita in practica ſeruari,& ſequitur ibidem Saly. in medium affe-
Cõis opin. rens iſtam eſſe communem opinionem, & Lanfranc.in c.quoniam contra de probatio. in c. 10. de interlocutoriis,& appellatio.ſub nu.60. & ſententiæ huic inhæret quoq; Glo. & Ray. in d.l. ab exequutore,& Spec.in tit. de appellat. §. quibus verſ.5.Bar.in l.ſi cum exceptione §. hic autem in fin.ff.quod met.cauſa, Abb.in c. quo ad conſultationẽ de re iudi.Ioan.de Anania conſ.36.in prin. & Berous q.131. latis pluribus ſententiis conformibus,nu.3.& Iaſſ edus deciſ.341.exequutor recuſari.

¶ In contrariam verò partem,videlicet,quòd à ſententia de exequendo appellari non poſsit inclinauerẽ Odofre.Cyn.Bar.contra morem ſuum ſibi cõtrarius,Bal. & Imol.in d.l. ab exequutore, Guid. de Suzza. & Fulgo. in d. l. ab executione, Alex.conſ.95.col.2.vol.2.Dec.in c. nouit, nu. 6. de appellat.& Corn.cõſ.71.nu.20.vol.1. & Dec. in c.nouit,n.6.de appellat.in quibus locis palam faciunt iſtam eſſe magis communem ſententiã. Cõis opin.

¶ Sed exploſa iſtorum opinione reſideo cum prima Gloſſæ, aliorumque opinione,quæ ſincerè communis eſt,ſeruaturq; in praxi,teſte Lanfranco loco de quo ſupra, & Alex conſ. 113. col.fin. vol.5.& ità conſuluit,obtinuitq; Florentiæ Syluester Aldobrandi. prout ipſe teſtatur in add. Dec. in d.c.nouit in litera a.

3 Item appellari nõ poteſt à futuro grauamine, & appellatio taliter interpoſita valet ſi non admittantur exceptiones, vel ſimilia, ex nunc,& cętera appello: quia non dum illato grauamine nõ licet appellare:& quamuis contrarium videatur tenere Panor.in c.ſignificauerunt de teſti.tamen veritas eſt, & communis opinio contra eum, vt Cõis opin. per Doct.in c.2.de lit.non cõteſt. & fertiliter per Corne.conſ.80.volu.1.

4 Vbi an, & quando etiam cenſeatur appellationi renunciatum.

5 Et an à ſuperſeſſione in cauſa poſsit appellari.

6 Et an à formatione proceſſus, & inquiſitionis planum facit.

SVMMARIVM.

1 *APPELLATIO ſemper admittitur, niſi ſit ſpecialiter iure prohibita.*

2 *Appellatio admittitur in criminalibus.*

3 *Appellatio admittitur in crimine læſæ maieſtatis humanæ.*

OPINIO LV.

1 APPELLATIO admittitur ſemper, niſi ſpecialiter ſit iure prohibita, ſecundum Glo. in l.qui reſtituere ff.de rei vẽdicat.quę ſingularis eſt, teſte Franco in rub. de appellat. col. 5. & eam commendant Bald.in l.vnica col.2.C.ſi de momen.poſſ.& in c. paſtoralis col.3.de appellat.& Deci.in c. Romana de appellati.Iacob. Manch. in patrocinio. 25. appel-

appellationē interpoſitã,nu.1.Lanfran.in c. qm̃
contra de proba.cap.10.de interlocutoriis, & ap
pellationib. ſub nu. 60.& Grauet.cõſ.203.n.24.
2 Ideo in criminalib. appellatio admittẽda eſt,
ſecundũ Bar.in l. qui vltimo ſupplicio ff. de pę̄n.
Cõis & opin.hanc demonſtrant cõem eſſe Boſs. in ſua
opin. pract.in tit.de app.nu.4.Fely.in c.quęrenti de of
ti.deleg.Abb. & cęteri omnes in c.2.de iudi.
3 Quodq; admittũt inibi ꝓcedere etiã in crimi
ne læſæ maieſtatis humanæ, cũ & in eo admitten
da ſit appellatio,vt voluit Glo.& ibi Aret.in l.Pã
tonius §.rei ꝑduellionis ff.de acqui.hær. Dec. ĩ d.
c.cũ ſit Romanã §.fi. Carrerius in pract. crim. in
prin.n.85.cũ duobus aliis ſeq.& Boſs. in d.pract.
crim.in tit.de app ſub nu.1.& ſeq. vbi ꝓhibet opi
nionē iſtã ueriorẽ fore,& ita cõſuluit Rolã.à Val
le cõſ.73.ſi uidiſſem,ꝑ totũ uol. 3. & idẽ firmauit
Amanellus etiã in ſing.3,Andr. de Iſer. col.9. &
Affiict.nu.42.in c.1.in tit.quæ ſint regal. & Hie-
rony. Gigas in tract. de crimine læſę maieſtatis
q.13.ubi uocat eandem opinionẽ æquiorẽ,limi-
tatq; in tribus caſib. & deniq; ex memoratis au
Cõis thoritatibus iſtam eſſe communem ſententiam
opin. apertiſsimè diſcernes.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX non poteſt torquere Reũ conui-ctũ ad effectum, vt habita ab eo confeſ-ſione non audiatur appellans.*
2 *Iudices tenentur vti quæſtionibus, & tor-mentis contra reos inquiſitos in omnibus caſibus, in quibus crimen non probatur.*
3 *Iudex licèt non poſſit torquere reum legitimè conui-ctum,tamen poteſt torquere ad detegendum ſocios in caſibus à iure permiſſis.*

OPINIO. LVI.

1 IVDICI ſubiicere quęſtio-
APPEL- nibus, & tormentis reũ legi-
LATIO. mè conuictũ ad effectum, vt
reus confiteatur ore proprio
delictũ,ac appareat uere con
uictus, & confeſſus, & tandẽ
appellare nequeat, ſibi licitũ
non eſt aliquo modo,ſecundũ Ang.& Io.Igneum
in l.& ſi certus ff.ad Sillanianũ,Auguſt. Arimin.
in add.ad Ang.in tract.de malefi.in uer. fama pu
blica,And.de Iſer.in conſti.Neap. in tit.de homi
Cõis cid.& dãnis clandeſtinis,nu.33.quorũ opinio cõ
opin. munis eſt, vt fatenĩ, eã amplectendo Marſil. in l.
1.n.2.ff.de quęſt.& in cõſ.51.n.51.& in pract.cri.
§.nunc uidendũ,nu.25.& Carreri.in pract. crim.
in princ. nu. 188. & eidem ſententiæ vr̃ inhærere
Bal.in l.qui ſententiã C.de pęnis,vt recẽſuit Cur
tius in tract.de indiciis,& tortura q.5.nu.16.

¶ In contrariã uerò partẽ,uidelicet, ꝙ iudex
conuictũ plenis probationibus torquere poſsit,
vt habita confeſsione oris ſui appellatio admittẽ
da non ſit,facere ualeat,& ſibi licitũ,permiſſum-
que ſit, inclinauit Bal. titubanter in l. obſeruare,
nu.9.C.de app.non recip.& in l.1.nu.9.C. de iu-
ramen.calum.& Grãma.in uoto primo col.1.Sed
opinio iſtorum falſa eſt, imò manifeſtè iniqua cẽ
ſetur, nam tormentis locus non eſt,vbi delictum
aliis probationibus apparet.
2 Cęterùm tunc demũ iudices his uti debent,cũ
aliis probationibus crimen nõ probatĩ,tex. eſt in
l.diuus pius,& in l.ædictu ff.de quęſt.& c. illi qui,
5.q.5.Glo.in sũma 15.q.6.& hoc uoluerũt Doct.
oẽs cõiter vtriuſq; cenſurę,ꝑ̄ſertimq; Gandin. in Cõis
tract.maleficiorũ in rub.de quęſtionibus in prin. opin.
Aret.in tract.maleficiorũ,in uer.fama publica q.
2.Pau.Caſt.in l.ſi quis in hoc C.de epiſ.& cler.Al
beri.in l.2.C.quor.app.non recip.Franc. Brunus
in tract.de indiciis,& tortura q.5.verſ. 6. & Car-
reri.in pract.crim.in prin.nu.188.
3 Sed benè uerum eſt poſſe per iudicem torque
ri conuictum teſtibus ad detegendos ſocios, &
participes criminis in caſibus in quibus poteſt
interrogari de ſociis criminis,ſecundũ oẽs Doct. Cõis
præcitatos, & ita quotidie obſeruatĩ in practica. opin.

SVMMARIVM.

1 *APPELLATIO non admittitur à ſen-tentia lata ſuper poſſeſſorio adipiſcendę, vel recuperandę,quo ad effectum ſuſpen-ſionis, ſecus quo ad deuolutionem de iure ciuili. Sed de iure canonico admittitur quo ad vtrun-que. & opinio prędicta de iure ciuili limitatur remiſ ſiuè in viginti caſibus.*
2 *Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper dote quo ad effectum retardandi executionem ſententię.*
3 *Dotis cauſa eſt ſummaria,& in ea coarctari debent ter mini,& dilationes per iudicem.*
4 *Dotis cauſa licèt ſũmaria ſit,tamen in ea debet ordinatè procedi,quantũ ad libellũ,& alia ſubſtãtialia iudicij.*
5 *Dotis cauſa,ſeu in cauſa dotis proceditur die feriata.*
6 *Dotis cauſa eſt fauorabilior, quàm cauſa alimentorum.*
6 *Appellabilis non eſt cauſa alimentorũ futurorum, quo ad effectum ſuſpenſiuum. ſed cauſa alimentorum prę-teritorum appellabilis foret.*
7 *Argumentum de dote ad alimenta ualidiſſimum eſt.*
8 *Dos debet ſubſtinere onera matrimonij.*
9 *Dotis cauſa dicitur pia uerè,& propriè,& ſimpliciter. Sed ſecundum communem opinionem cauſa dotis pia dicitur ob paupertatem.*
10 *Dotis cauſa,& ſtudij ęquiparantur.*
11 *Appellari non poteſt à ſententia lata in cauſa ſtudij, quo ad effectum retardandi executionem ſententię.*
12 *Dotis cauſa,ſeu pro cauſa dotis in dubio iudicandum eſt, quamuis pro ea eſſent pauciores Doctores.*
13 *Appellare nõ licet in multis caſibus poſitis remiſſiuè.*

OPINIO. LVII.

1 APPELLATIO admittenda
non eſt à ſentẽtia lata ſuper iu
dicio poſſeſſorio adipiſcendę,
quo ad effectũ ſuſpenſionis, l.
unica C. ſi de mom.poſſeſſ.fue
rit appella. ſed admitti debet
quoad cauſę deuolutionem,ſecundũ Bar.in l.2.ff.
de appel.reci.nu.6.Ang.conſ.107.Panor.in c. cũ
ad ſedem de reſtitu.ſpolia.nu. 30. Spec. in tit. de
app.§.in quibus uerſ.ſexto non appellatur,Aufre

ri.in cappella Tholoſana deciſio.vltima,Bal. in l. 2.nu.22.C.de epiſ.audien.Arch.in c.de poſſeſſione 2.q.6.Cyn.Bar.Bal.Ang. Alberi. & alios oēs ī d.l.unica,Corne.cōſ.190.uol.1.Deci.conſ.28.Ripā in c.ſæpè, nu.3.de reſti.ſpol.& Pariſi. cōſ.108. nu.20.uol.1.& opinionē iſtā in practica receptā eſſe meminit Afflict.deciſ.269.& in lib.conſtitutio.regni in tit.de proba.in appellationibus in rubrica,iuriſperitorum col.3.& cōem ait Maranta in tract.iudiciorum in 6.par.cap.de appellatiōe, nu.294.& Pariſi.in d.cōſ.108.nu.20.& procedit de iure ciuili,ſecundū omnes pmemoratos Doct. & ponit pro regula cum viginti limitationibus Ioā.Ant.de Nigris ſuper capitulis regni in c.6.in cip.ſubditorum,à nu.106.vſque ad nu.127.& cōmunem exprimit poſt alios aggregatos per eum, & pōnit etiā pro regula cum quinque limitationibus Pet.Duennas in regula 44.appellare à ſententia ſuper poſſeſſorio, Octauianus Veſtrius in ſua pract.lib.7.tit.de appellatione, apoſtolis, ac eiuſdē appellationis proſequutione, col.5.uerſ. addo alios caſus, Octauianus Cacheranus deciſ. 25.mortuo inteſtato, ſub nu.9.cū aliis ſeq.& Vrſilus in add.Afflicti in deciſio.269.

Cōis opin.

¶ De iure uerò canonico à ſententia lata in poſſeſſorio poteſt appellari,& admittitur appellatio quo ad vtrunque effectū ſuſpenſionis,& deuolutionis,clem.1.& ibi Glo.Cardi.& oēs alij Canoniſtæ de ſequeſtr.poſ.& fruct. Glo. in d.c. cùm ad ſedē,Bal.conſ.126.uol.3.Specu.& Ioan.And. in add.in tit.de app.§.2.uer.ſexto, Federi. de Senis cōſ.77.& iſta eſt cōis opinio,teſte Abb.in d.c. cū ad ſedem,Dec.in d.conſ.28.Ripa in d.c.ſæpè,nu. 3.Ioan.Ant.de Nigris cū aliis fertiliter congeſtis per eum in d.c. ſubditorum, ſub nu.106.Neguſ. in tract.de pignoribus in 8.par.in primo mēbro, nu.3.& Hiero.Grato in conſ.ultimo, requiſitus, nu.9.cū aliis ſeq.uol.2.ubi ita conſuluit,& Cæſare Contardo in repet.l.vnicæ C.ſi de momentanea poſ.fuer.appel. in 3.limit.ubi etiā hanc opinionē cōem de iure canonico ampliat,& limitat.

Cōis opin.

¶ Sed prima opinio negatiua de iure ciuili uidetur magis cōis,& magis tuta,vt ad lucē adducunt Rolan.à Valle conſ.38.nu.13.& conſ.77.nume.9.14.& ſeq.uol.2.Hierony.Gabriellius conſ. 35.Terētius,nu.1.& ſeq.uol.1.& Petr. de Benintendis deciſ.17.vbi poſt longam diſceptationem fatetur ita deciſum in Rota Bononienſi,& in Rota Romana,ſic ſæpiſsimè concluſum ſimiliter extitiſſe,refert Horatius Mandoſius in add.Romani conſ.324.in litera A, ubi annectit etiam hoc ſeruari hodie in omnibus terris eccleſiæ propter cōſtitutionem Aegidianam.

¶ Siquidē Aegid. Card. Marchię legatus ſtatuit,in poſſeſſoriis non licere appellare,reducendo ius canonicū ad ius ciuile. Vnde ſummi Pontifices non ſunt dedignati, ſecundū varietatē temporū imitari imperatorū iura, vt à ſententia lata in terris eccleſiæ in poſſeſſorio ſuper re prophana propter ipſam Aegidianā,& in aliis de iure ciuili minimè appelleī, etiā ſi cōdemnetur Reus in fructibus,& expenſis,ità Creſcen.deciſ.120.

¶ Sed iſta ampliatio nō vr̄ tuta,nā licèt in cauſa momentaneę poſſeſsionis appellandū non ſit, nihilominus hoc verū foret,qn̄ de poſſeſsione ipſa iudicaretur,ſecus autē ſi cōdēnareī quis ad intereſſe rōne poſſeſsionis non reſtitutæ,ſeu turbatæ,vt firmat Bar.in l.creditor §.iuſſus ff.de appel. cui accedit ibi Alex. in apoſtil. ad eundē Bart. & Ioan.de Amicis cōſ.148.&ità iudicauit Sacrum cōſiliū Neap.teſte Afflicto deciſ.77.fuit ſatis excitatum,ſub nu.8.& ſeq.

¶ Quia quo ad iſta acceſſoria, & ſic quo ad cōdēnationem fructuū,& expenſarū,& intereſſe valet appellatio etiā de iure ciuili, atq; ſuſpenditur executio, ſecūdū Bal.col.11.& alios oēs in l.1.C. ſi de momen.poſ.fue.app.& Bar.in d.l.creditor §. iuſſus in fi.Rolan.à Valle cōſ.77.nu.13.vol.2.& Virginiū de Boccatiis in cōſtitutione Aegidiana, nu.113.cū aliis ſeq.& Hierony.Gabriellium in d. conſ.35.ſub nu.1.& ſeq. Et ita ſolent obſeruare DD.de Rota Roma.qui cōſueuere admittere appellationē quo ad fructus, & expenſas in iudicio ipſo poſſeſſorio,& illā denegare quo ad poſſeſsionē,atteſtāte Ant.Auguſt.ī reper. ſub §.1.de app. prohibita. Sed hoc quippè non procederet in fructibus pendentibus, nā fructus pendētes tēpore ſnīę habenī pro parte rei, & ſoli,vt explicat,& cōcludit Hiero.Gabriellius in d.cōſ.35.ſub nu.1.& ſeq.& cōſequenter tunc executio,nō obſtāte appellatione,in iudicio pdicto poſſeſſorio,relaxatur in re ſpoliata,& in fructib⁹ ipſis pendentibus, ſecundū Ant.Auguſt.in loco precitato,& Afflict.in d.deciſ.77.in fine.

¶ Cęterū opinio pmemorata cōis ità ampliata, claudicat primò nō habere locū,ubicunq; aliquid cōtineret in ſnīa,propter qđ liceat appellare,tūc pfectò nō foret loc⁹ Aegidianæ, ità Card. Put.deci.7.de Aegid.Secūdò etiā coharctaī eadē opinio,vt nō defendaī q.s, aut tueaī clipeo Aegidianę,ſi ſnīa reuocari queat ex eiſdē actis, ſecundū Card.Puteū deciſ.4.de Aegidia.& Virginiū de Boccatiis in cōſtitutione Aegidiana, nu.139.cū aliis ſeq. ubi quàmplurima nō minutè diffundit in pſcrutanda ueritate prędictarū deciſionum.

¶ Et hinc eſt,ꝙ vbicūq; in Sacro cōſilio Neap. cauſa reuideī ex eiſdē actis nunquā ſacrū Cōſiliū pdictū declarat appellationē deſertā, ſed pcedit ad expeditionē cauſę, nō obſtante appellationis deſertione, pronūtiatq; benè, vel malè iudicatū, teſte Afflicto deciſ.79. in cauſa appellationis, & deciſ.243.Nardus,ſub nu.4.& ſeq.Et hinc facilè colligiī falſum fore qđ aſſeruere Gozad. conſ.50. nu.4.& Aufreri.in d.cappella Tholoſana deciſ.vltima,& Pet.de Benintēdis deciſ.79.n.16.& ſeq. conſtanter affirmantes iure canonico appellationē à ſnīa lata in iudicio poſſeſſorio nō habere effectū ſuſpenſiuū,ſed deuolutiuū tantū.quia contrariū probatur in d. clem.unica, ſeu prima, ubi Imol. col. fin.poſt Lapum hoc ipſum aſſeuerāt.& Gratus in d.cōſ.vltimo,nu.16. cum aliis ſeq. ubi ità cōſuluit: nec Doct.ab eis citati hoc uoluerūt,

nec

nec probauerũt quod ipſis adſcribitur, alioquin nulla foret differẽtia inter ius canonicũ,& ciuile, quã tñ oẽs cõſtituerunt, & pſertim Ioã. Coraſ. in l.naturaliter §.nihil commune,n.8.ff.de acq.poſ.

2 Itẽ à ſententia lata ſup dote appellari nequit, quò ad effectũ retardandi ipſius ſentẽtiæ executionẽ,ſiue mulier agat pro dote,ſeu uir ad dotem pmiſſam pro ſuſtinẽdis matrimonij oneribus.& ſic ſententia ipſa dotis in fauorẽ mulieris, uel uiri pmulgata hẽt paratã executionẽ;ſcdm Bal.Nouel.ſecũdè in trac. de dote in 9.par.priuil.7.Affl. deci.271.ſub nu.1.uer.itẽ & in dote,& Vrſillũ in add.ibi,ſub n.3. & Io.Lupi in repet.c.per ueſtras §.15.nu.5.& ſeq.de dona.inter vir. & vxor. & ita obtinui in facto de mẽſe Octobris 1573.in cauſa ppria, mota, & agitata cõtra magnificũ Iacobũ Caſella,'corã D.Ioãne Baptiſta Marcheſio de Ciuitate Ducali meritiſs.tũc auditore ſereniſs.Margaritę de Auſtria,:& iudice ſecũdarũ cauſarũ ciuitatis nr̃æ, iuris pitiſsimo, & ſũmo ingenio pdito.

3 Et rõ antedictæ opinionis aſsignari poſſet iſta: nã in cauſa dotis, quæ pia eſt, pcedit ſumariè,& de plano, & in ea termini,atq; dilationes abbreuiari,& coarctari debent p iudicẽ,vt celeriter terminari queat,ſecũdũ Rom.in auth.ſimiliter in 9. ſpeciali C.ad legẽ Falci.Bal.& Saly.in l.ultima C. de ſent.quæ ſine certa quãti.Imol.in l.2.p tex.ibi ff.de re iud.Barbat.cõſ.87.ppe eſt dies col.5. vol. 4.Calca.cõſ.13.pro parte negatiua col.4.Bertrã. conſ.244.uiſo proceſſu, nu.12.lib.1.Corne.conſ. 151.ſub n.9.vol.1.Glo.Bar.&omnes alios cõcorditer in l.1.ff.ſol.mat.Bertrã.conſ.94.relictum in piam cauſam.nu.11.uol.1.primæ partis,& Cephalum conſ.213.nu. 19.uol.2.& iſta eſt cõis opinio, atteſtante Marino Frecciæ in tract.de repreſentatione inſtrumenti ſecundũ formam ritus magnæ curiæ uicariæ in 12.par.q.2.nu.10.Ripa in d.l.1. ſol.mat. nu.44. & Ioan.Lupi in d.§.15.nu.6. *Cõis opin.*

4 Et quãuis dilationes,vt ſupra in cauſa dotis coarctari debeãt,nihilominus quantũ ad libellũ, & alia ſuſtãtialia iudicij,debet ordinatè procedi; vt firmauere Bar.in l.ſi conſtãte q.6.tertiæ partis ff. ſol.mat.Bal. Ang.& Franciſ. Aret.in d.l.1.eo.tit. Bal. in l.3. per tex.ibi C.de dot. promiſ. & Tiraq. in tract. de utroq, retract.§.1.glo.14.nu.98. licèt ſuper hoc diſtinguat Ripa in d. l.1. ſub nu. 44.

5 Scdò eadẽ opinio poſſet cõprobari, qa in cauſa ipſa dotis pcedit ẽt die feriata, vt cõcedũt Bal. Ang.Imo.Pau.Caſt.& Frã.Are.& Rip.in d.l.1.nu. 46.vbi ſimiliter Alex.col.3.vr̃ ſup hoc diſtiguere.

6 Tertiò roboratur ſententia prædicta,nam cauſa dotis eſt magis fauorabilis,quàm cauſa alimẽtorũ,ſcdm Abb.cõſ.115. & Cy. ĩ l.nõ omni C. de admi.tut. & ꝙ dotis cauſa ſit fauorabilior, quàm cauſa alimentorum,vel ſaltẽ æquè fauorabilis,firmauerũt ẽt Bar.& Bal.in l.legatũ C.de cõd.inſer.

6 Et hinc eſt,ꝙ queàdmodũ nõ appellat̃ à ſentẽtia ſup dote ſoluẽda,lata,quo ad effectũ ſuſpenſiuum,ita etiã p appellationẽ nõ impedit̃, ac retardat̃ executio ſentẽtiæ latę ſup ſolutione futurorũ alimentorũ.Et ſic cauſa alimentorũ minimè gentiũ appellabilis eſt reſpectu futurorũ alimẽtorũ, quo ad effectũ pdictũ ſuſpenſiuũ, ſcdm Ioã.And. in add.Spec. in tit.de app.uerſ. in quib⁹, ſup ver. aliorũ,Bar.in tract.de alimẽtis,n.47.Are.cõſ.97. col.3.Bal.in l.ſi inſtituta §.inofficioſo,nu.2. ff. de inof.teſt.Bal.Nouel.in tract.de dot.7. ſpeciali, in 9.par.Iaſ.& Dec.in l.de alimẽtis C.de trãſact. Tiraq.de priuil.pię cauſę,priuil. 153. & Alber. in l. pen.in fi.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien. iuris, vbi in mediũ expoſuit iſtã eſſe magis cõmunem opinionẽ,& ità iudicauit in facti contingentia Rota Roma.atteſtante Caputaquenſe deciſ. 118.lib.1. *Cõis opin.*

¶ Et iſthæc cõis ſnĩa pcedit quippè de plano, vbicunq; ageretur de alimentis futuris,non autẽ de alimentis prętẽritis, vt hoc vnanimiter omnes præmemorati Doct. expreſſiſsimè cõcedunt. *Cõis opin.*

7 Et licèt ualidiſsimũ ſit argumentũ de dote ad alimẽta,niſi cõtrariũ expreſsè à iure caueat̃, iuxta notata in l.ob æs C.de præd.min. nihilominus maior ratio eſt dotis,quàm alimentorũ,vt concedunt Cy.in l.1.C.de alien.libe.Abb.in c.peruenit extr.de arbit.Alex.in l.Cẽturio col.11.ff.de vulg. & pup.Nicola.Euerar. in ſua centuria loco 29.

8 Quartò ſuſtinẽda eſt eadẽ opinio,quia dos ipſa onera matrimonij ſuſtinere debet, l. dotis fructus ff.de iur.dot.& l.pro oneribus C.eo.tit. cum vulgarib.& quãuis aliqui plebei, & ruſtici expellant à domo uxores ob nõ ſolutionẽ dotis pmiſſę debito cõgruo tpe,tñ melius,tutius,& honeſtius eſſet pſtare alimenta intuitu pietatis uxoribus, iuxta l.Neſennius de nego. geſt. & interim agere pro dote pmiſſa, & procurare ſententiã proferri in eorũ fauorem, cùm ſtatim,non obſtante appellatione executioni demandari poſsit.

9 Quintò fulciri poſſet,ꝙ cauſa dotis dr̃ pia uerè, & pprie,& ſimpliciter,ſcdm Bal.ĩ l.1.col.16.C.de ſacroſan.eccl.& Io.Bapt.de Sãcto Blaſio.in tract. de priuil.dot.in priuilegio.206. & pptere ibi inſert de legato dotis, falcidiã detrahi non debere, tanquã de legato ad piã cauſam, auth. ſimiliter C.ad leg.Falci.& hoc idẽ vr̃ firmare ẽt Bal.in l.cũ is §.ſi mulier de cõdi.& demon. vbi inſert,legatũ pro virginibus maritãdis dici piũ,& nõ pati falcidiã,& cãm dotis eſſe cauſam piã,uoluit ẽt Soc.cõſ.291.col.6.vol.1.& Hierony.Alban. cõſ.39.magnifice,& illuſtris dñe,nu.2.& eſt tex.ĩ c.donarẽ ĩ tit.qualiter olim ſeud. alie.poſ.æquiparans dotẽ, & piã cãm, & multa alia cõgerit ad hãc rẽ Nicol. Euerar.in locis legalib.in loco de dote ad piã cauſam.ſed Dec.cõſ.72.aſſeruit cõtrariũ, ꝙ hoc pcedat largè,& impropriè: niſi qñ detur dos pro paupere puella,ſeũ pro ea,quę quãuis paup nõ ſit, tñ eius dignitate inſpecta,nõ põt nubere pari; Et ſic ob paupertatẽ cauſa dotis pia dr̃, vt l.cũ his §. ſi ĩ ea ff.de cond.indebi.quẽ tex. ita cõiter interpretant̃,& intelligũt Scribẽ.pſertimq; Iaſ.ibi,Rom.ĩ d.auth.ſimiliter col.3.Ioã. Cãpegius in tract. de dote in 9.q.primæ par.Dec.cõſ.120.& pro tenui, nu.4.Bal.Nouel. in tract.de dote in 5.par.princi- *Cõis opin.*

pali,nu.2.& Boeri.deciſ.94.& text.eſt, & Ripa in d.l.1.ſub nu.46.

10 Sextò facit ad corroborationẽ opinionis ꝓdictę,nã cauſa dotis, & cauſa ſtudij æquiparant̃, ſecundũ Bar.Alex.Iaſ.nu.3. & alios oẽs in d.l.1.

11 Et queadmodũ in cauſa dotis nõ appellat̃ ad effectũ retardandi executionem ſniæ, ita etiam à ſententia lata in cauſa ſtudiorum appellari nequit,vt voluit eleganter Natta conſ.210. legatũ factum per nobilẽ,nu.8.& ſeq.uol.1.

12 Septimò ad cõfirmationẽ eiuſdẽ opinionis cõgruẽter adduci poſſet, ꝙ licèt ſup re ꝓſenti eſſent opiniones hinc inde, prout nõ ſunt, nihilominus in dubio amplectenda uenit opinio prælibata, quę fauet doti,& eo magis,cùm non appareat cõmuniter reprobata, & ſic in dubio pro cauſa dotis eſt iudicandum, quamuis pro ea eſſent pauciores opin. doctorum, ſecundum Abb. in c. fin. de re iud.Soci.conſ.111.in fin.volu.3.Cephalum conſ.298.nu.19.vol.2.Bar.in d.l.1.ſolut.matrim. num.4.cum quo omnes communiter tranſeunt, teſte Iaſ.ibi,ſub nu.1.& Imol.col.4.& quòd iſta ſit cõmunis opinio, aperit Neguſantius in tract. de pignoribus in 4. membro, 11.par.nu.111. *Cõis opin.*

13 Alios verò caſus,in quibus appellatio iure prohibeatur,& omnes ipſos caſus, in quibus non liceat appellare, poterit lector colligere ex Spec. qui complures ponit in tit. de appellat.§. in quibus, & Ferrarien.in ſua pract. papienſi in forma appellationis à ſententia diffinitiua in prin. nu. 9.Lanfran. in repet.c. quoniam cõtra de probat. in cap.10.de interlo.& appellatio.nu.60.Soci. in tract.fallentiarum reg.24.per totam,Nicellus in concordia gloſſarum,concordia 6.Marſil.in l.vnica,nu.156.cum aliis ſeq.C.de raptu virginũ,Maranta in tract.de iudiciis in 6.par.cap. de appellatione,num.269. & Doct.omnes in c.paſtoralis §. præterea de off. deleg. in c. non ſolùm de appell. in 6. & in c. qua fronte de appellat. Glo. ſummæ 11.q.6. & Bertachinus in ſuo repertorio in ver. appellatio à ſnia poſſeſſorij realiter non valet, & Virginius de Boccatiis in cõſtitutione ægidiana, nu.190.vſq; ad numerum 210.vbi recenſuit decem & ſeptem caſus,in quibus appellare licet.

SUMMARIUM.

1 *Tempus ꝓſequẽdæ appellatiõis à iure ſtatutũ,non põt de conſenſu partiũ, etiã expreſſo ꝓrogari.*

OPINIO. LVIII.

1 APPELLATIONIS proſequendæ tẽpus à iure ſtatutũ, nõ poteſt de cõſenſu partiũ, etiam expreſſo ꝓrogari,maximè ſcd͂m Bar. in auth.ſi tñ C.de tẽp.app. Abb.ĩ c.ex rõne de app.ubi Dec. nu.33. & ſeq. aſſeuerat iſtã eſſe cõem opinionẽ, idéq; cõcedunt Glo. Bart. & cæteri oẽs in l.properandũ C. de iud.Ioã.And. in add.Spec.in ti.de app.§.nunc breuiter,verſ. licèt autẽ,Rom.cõſ.174.ĩ fi.Alex. cõſ.24. circa fi.uol. 4.Matthęſ. ſing. 24. & ſniam iſtorũ ſimiliter explanat cõem eſſe Maranta in tract. iudiciorũ in 6.par. tertiæ partis in 2. actu, nu. 225. cum aliis ſeq.vbi & malè diſputando poſt alios multos aggregatos per eum tuetur, ſuſtinetq; contrariam partẽ,& Lanfran.in c.quoniam contra de proba. in cap.10.de interlocutoriis,& appellatio.nu.52. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

SUMMARIUM.

1 *AQUA de flumine publico non nauigabili licitè duci,& diuerti poteſt, dũmodo poſtea reſtituatur, & remittatur in flumen nauigabile.*

2 *Aqua duci poteſt ex flumine nauigabili, dummodo poſtea reuertatur in alueum ſuum.*

3 *Aquã licitè quis ducere poteſt ex riuulis ad eius ꝓdia.*

4 *Aqua naturaliter ad inferiorem fundum deſcendit.*

5 *Aqua ſi ſemꝑ deſcẽderit ad loca inferiora abſq; aliquo facto, & uſu hominis, non propterea aliquod ius ſeruitutis inferior fundus aduerſus ſuperiorẽ acquiſiuit.*

OPINIO. LIX.

1 AQUA de flumine publico non nauigabili(vt eſt Rhenus Bononię)ingrediẽs flumen nauigabile,ſ.Padũ licitè ducit̃, & diuerti poteſt,dũmodo poſtea reſtituatur,& remittat̃ in flumen nauigabile. & ſic ex quo ceſſat intereſſe nauigantiũ, & vſus eiuſdẽ fluminis nauigabilis non lædit̃, qa aqua ipſa ducta ex flumine publico reſtituitur in flumẽ nauigabile,hoc ꝓhibitũ nõ eſt,ſcd͂m Bart. in l.quominus,nu.1.ff.de flumi. Alex.cõſ.192.uolu.2.Corn.cõſ.268.col.fi.uol.4.Cur.Seni.cõſ.33. nu.2.vbi ꝓdicat iſtã eſſe cõem opinionẽ,idéq; fatetur Ripa in d.l.quominus,nu.17.& eã ſequitur ibi Iaſ.nu.15.Cępo.in tract.ſerui.ruſti.pręd.ĩ tit. de ſeruitu.aquæductus cap.4.nu.39.& ſeq.Spec. in tit.de cauſa poſ.& ꝓpriet.§.quia uerò,uerſ.ſextum autẽ,& Boſſius in pract.crim.in ti.de aquis, & flumi.nu.7. *Cõis opin.*

¶ Et hoc ſuaderi poſſet hac ratione, quia aqua fluminis publici communis eſt,teſte Bald.in c.1.in prin.quæ ſint regalia.in vſi.feud.

2 Imò Corne.in d.conſ.268.circa fin. iſtam opinionem communem ampliat,vt etiam ex flumine nauigabili licitum ſit aquam ducere, dummodo reuertatur poſtea in alueum ſuum, & ſequit̃, & approbat Ripa in d.l.quominus,nu. 17.

3 Amplificaturque etiam antedicta communis, vt vnuſquiſque ex riuulis quoque poſſit, & licitum ſit aquas ducere, ac deriuare ad eius prædia, vt concedit Bertran. cum aliis aggregatis per eum conſ.158.pręſtatio inſolitorum ſeruitiorum,nu.5.uol.6.

4 Et ratio poſſet aſſignari iſthęc,ſiquidem aqua ex ſua natura ad inferiorem fundum deſcendere debet, l. in ſumma in princ. ff. de aqu.pluui. arcen.& Ioan.Cephal.conſ.130.nu.16.uol.1.

5 Sed ſi aqua ꝑ ſe ſine aliquo facto,& vſu hoĩs ſemper ad ĩferiora loca,vt cõſueuit,deſcẽderit,nõ ꝓ-

pterea

pterea aliquod ius ſeruitutis inferior fundus aduerſus ſuperiorẽ acquiſiuit, l. ſolent, & ibi Gl. fin. ff. de off. procon. & legat. & notant Bart. Cepol. in tract. de ſeruit. & aqu. in 4. & 8. q. prm. Doct. omnes in l. 1. C. de ſeruit. & aqu. & in c. poſſeſsionis 17. q. 1. Iaſ. in d. l. quominus, nu. 170. & Pariſi. cōſ. 112. nu. 19. & ſeq. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *DEBITORI quod tempus concedendum ſit, vt ſolutionem præparet relinquitur arbitrio iudicis. quod limitatur infra tribus modis remiſſiuè.*

2 *Iudices eorum arbitrio hodie de conſuetudine ſolent concedere terminum decem dierum ad ſoluendum debitori, vbicunque tempus indulgetur à lege ipſi debitori non taxatum, licèt aliqui velint concedendos eſſe triginta dies.*

3 *Tempus decem dierum conceſſum debitori ad ſoluendum, an ſit ſtatutum à iudice, vel à lege, & cuius ſit effectus ponitur remiſſiuè.*

4 *Iudex neceſſariò tenetur actori deferre iuramentum in litem, vbi ſubeſt cauſa, vel concurrentibus requiſitis neceſſariys.*

5 *Iuramentum in litem an ſit arbitrarium, & quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur.*

OPINIO LXI.

1 ARBITRIO iudicis relinquitur, eiusq; arbitrio determinari debet, quoties tempus indeterminatum à lege conceditur, & conſequẽter tempus, quòd à lege indulgetur ſoluere debenti miſerationis cauſa, non taxatum, arbitrarium cenſetur, moderandumuè iudicis arbitrio venit, ſecundum Bar. Alberi. & alios omnes in l. quod dicimus ff. de ſolutio. Cagnolum in l. quod te, n. 88. & ſeq. ff. ſi cer. pet. Iacobum Menochium de arbitrariis iudicū quæſtionibus lib. 1. centuria 1. caſu 27. nu. 1. cum aliis ſeq. vbi refert alias opiniones cōtrarias, Gl. in § fin. inſtit. de inutilibus ſtipulatio. & in c. inſtitutum 27. q. 11. Fabrum, Aret. Porti. n. 5. Ozeriū, ſub nu. 5. & Thob. Non. cū cæteris aggregatis per eum, nu. 8. & ſeq. in § omnis inſtitu. de ver. oblig. vbi cum Portio, & reliqua catherua Modernorum oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem, limitantque in tribus caſibus non procedere, & eandem communem ſequitur quoque Bar. in l. ita ſtipulatus lagrande, num. 34. & ſeq. ff. de ver. oblig. *Cōis opin.*

2 Vbi aſſerit de cōſuetudine hodie iudices eorū arbitrio ſtatuere ſuper huiuſmodi caſu terminū decem dierū ad ſoluendum. Sed Gellius lib. 20. cap. 1. in medium affert confeſsis, ſeu condemnatis de debito conceſſos fore triginta dies ad quærendam pecuniam, intra quos, ſi ſolutionem non fecerint contractu æris alieni facta eſt manuum iniectio, & neruo, ac compedibus vincti ſunt.

3 Et an iſtud tempus decem dierum ſit ſtatutū à lege, vel à iudice, & cuius ſit effectus, vide Imol. in l. liber homo § decem hodie ff. de ver. oblig. & Bar. Ruinumq;, nu. 11. vtiliter declarantes in d. l. ita ſtipulatus.

4 Similiterque in iudicis arbitrio reſidet, ac ab eius mera poteſtate, voluntateuè pendet an iuramentum in litem actori deferat, vel neget, vt voluit Glo. in § præterea in prin. inſtitu. de actio. & Iaſ. in l. in actionibus in primo not. ff. de in litem iuran.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd iudex, vbi ſubeſt cauſa deferendi iuſiurādum, vel concurrentibus requiſitis in delatione talis iuramenti neceſſariò tenetur illud deferre, nec poteſt aliter facere, & ſic non habet in eum merum arbitrium, ſecundum Bar. & Alex. in l. videamus § deferre ff. de in litem iuran. Fabrum, & Iaſ. reuocando ſententiam in melius, n. 3. in d. § præterea, Ang. Fulg. Alex. Zaſi. Dec. n. 10. & ſeq. Franc. Duaren. nu. 29. & Bolognettum, nu. 37. in d. l. in actio. & eundem Iaſ. in l. admonendi in 2. lectu. col. 9. verſ. quid autem ſit ff. de iureiur. & iſta eſt vera, communiſque opinio, & obſeruatur in practica, atteſtantibus præmemoratis Modernis in d. l. in actionibus. *Cōis opin.*

5 Et hoc iuramentum in litem quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur, vide Marantam ſuſè explanantem in tract. iudiciorum in 6. par. in 9. actu. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *IVDICIS arbitrio committitur, quæ perſonæ dicantur digniores.*

2 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ cauſa dicatur grauis, ardua, vel parua.*

3 *Iudicis arbitrio terminatur quis dicatur pauper, vel diues in caſibus in quibus id non reperitur expreſſum vel determinatum.*

4 *Iudicis arbitrio declaratur, quæ perſonæ dicantur miſerabiles.*

5 *Iudicis arbitrio terminatur, quando aliquid non eſt à iure deciſum.*

6 *Iudidicis arbitrio relinquitur infra quantum tempus pignora pro executione ſententiæ vendi debeant.*

7 *Iudex ex æquitate ad ſecundum decretum deuenire nō poteſt, niſi tranſacto integro anno à die primi decreti. in Regno verò infra tres menſes iudex poteſt procedere ad ſecūdum decretum.*

8 *Iudicis arbitrio terminatur infra quod tempus mora ſemel contracta purgari poſſit.*

9 *Iudicis arbitrio relinquitur, quando indicium oriatur ad torturam, vel quæ indicia ſufficiant ad torturam ipſam.*

10 *Iudicis arbitrio terminatur, an reuocata confeſſio indicium faciat ad torturam.*

11 *Arbitrium iudici attributum in cauſis, & caſibus criminalibus debet eſſe iuri, & æquitati congruum, debet itidem regulari ſecundum regulas iuris communis, & municipalis, & intelligi tur tale arbitrium de arbitrio boni viri, & debet deniq; ſecundum hoc arbitrium iudicans inclinare in mitiorem partem.*

12 *Iudicis arbitrio debet declarari vtrum indicia ſint ſufficienter purgata.*

13 *Iudicis arbitrio definitur an inquiſitus ſit repetendus in tormentis.*

14 *Iudicis arbitrio ſtatur in 62. caſibus poſitis remiſſiuè.*

OP NIO LXI.

1 ARBITRIO iudicis relinquitur, quæ perſonæ dicantur digniores ſecundū Gl. Imol. Abb. & Deci. num. 23. in c. ſedes apoſtolic. de reſcrip. vbi in medium expoſuerunt ſimul cum modernis omnibus iſtam eſſe communem opinionem, & eam ſequitur etiam Spec. in tit. de reſcrip. §. præſenta. §. fin. col. 1. verſ. ſed quæ ſunt perſonæ digniores. Cōis op.n.

2 Item cōmittitur iudicis arbitrio, quæ dicatur cauſa grauis, ardua, vel parua, ſecundū Glo. Bar. & Bald. in auth. niſi breuiores C. de ſent. ex breu. recit. Alex. conſ. 32. col. 2. volu. 1. Ant. Corſet. in tract. de minimis col. 3. verſ. 16. Iaſ. in l. admonēdi, nu. 231. ff. de iureiur. Tyraquel. in repet. l. ſi vnquam in ver. omnia, vel partem aliquam, ſub nu. 31. C. de reuocan. donatio. Dec. in c. ſi pro debilitate, nu. 38. & ſeq. de off. deleg. & Marſili. in l. quæſtionis modum, nu. 4. ff. de quæſtio.

3 Similiterq; in iudicis arbitrio reſidet, quis dicatur pauper, vel diues in illis caſibus, in quibus hoc non reperitur determinatum, vt concedunt Glo. Bal. Alberi. Faber, Saly. Alex. Corne. & Dec. nu. 10. in auth. præterea C. vnde vir, & vxor, vbi denudat iſtam eſſe communem opinionem, & in d. c. ſedes apoſtolica, nu. 25. & conſ. 120. col. 2. & ſequitur Ang. in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſda. cogan. Cuma. conſ. 51. in prin. Anchara. in c. per veſtras col. 5. de donatio. inter vir. & vxor. Abb. & Fely. in c. de accuſ. & in c. qui teſtium de teſtib. Ruin. conſ. 55. nu. 4. vol. 1. Tyraquel. cum alijs aggregatis per eum ubi ſup ra, & Ripa in l. ſi conſtante, nu. 29. ff. ſolut. matrim. & iſtam fore communem docuimus etiam infra in opinio. 932. teſtis propter ſolam paupertatem. Cōis opin.

4 Necnon arbitrio iudicis declaratur, quę dicantur perſonę miſerabiles, ut efficax teſtimonium eſt Ioan. And. in c. ſignificantibus de offi. deleg. Alex. conſ. 17. col. 1. vol. 4. Barbatius conſ. 3. col. 2. volu. 1. Dec. in d. c. ſedes apoſtolica, n. 28. Marſil. in d. l. quæſtionis modum, nu. 11. & Ripa in d. l. ſi conſtante, nu. 30.

5 Item terminatur iudicis arbitrio, quando aliquid non eſt à iure deciſum, l. 1. vbi Bal. ff. de iure deliberan. Ripa in d. l. ſi conſtante, nu. 51. & Marſil. in d. l. quæſtionis modum, nu. 41. & iſtam propolat communem regulam fore Iaſ. in l. & ſi poſt tres, nu. 6. ff. ſi quis cautio. Cōis opin.

6 Itidem relinquitur arbitrio iudicis infra quātum tempus pignora pro executione ſententiæ vendi debeant, vt firmauerunt Glo. Bar. & cęteri omnes in l. cùm proponas C. de bonis autho. iudicis poſſ. Bartol. & alii in l. ſi finita §. Iulianus ff. de dam. infecto, & Marſi. in d. l. quæſtionis modum, n. 12. & iſta eſt communis opinio, vt latius deduximus infra in opinio. 614. pignus prætorium, & communem inſinuat etiam Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. in uer. contumacia, nu. 12. Cōis opin.

7 Ex æquitate uerò ad ſecundum decretum iudex procedere nequit, niſi tranſacto integro anno à die primi decreti, ſecundum Fely. in c. cōſultationibus, col. 2. de off. deleg. vbi planum facit hanc communem ſententiam fore. in Regno verò Neapo. eſt ſtatutum tempus trium menſium per pragmaticam relatione, & ſeq. infra quod iudex poſſit peruenire ad ſecundum decretū, ut cumulatiſsimè deducit Maranta in loco præcitato. Cōis opin.

8 Item mora ſemel cōtracta infra quod tempus purgari poſſit reſidet in arbitrio iudicis, ſecundū Glo. in ver. celeri, Card. Florē. Imol. col. 12. Abb. & cæteros omnes in c. potuit de locat. Bar. in l. ſi inſulam in 2. oppo. ff. de ver. oblig. Bal. in l. ſancimus col. 1. C. de fideiuſſor. Ang. conſ. 312. col. 3. Glo. & omnes in l. & ſi poſt tres in prin. ff. ſi quis cau. Ancha. conſ. 42. col. 2. Alex. conſ. 14. volu. 2. & Tyraquel. vbi ſupra cum aliis aggregatis per eum, vbi addicit iſtā opinionem communē eſſe, & explicabitur etiam infra in opinio. 521. mora purgatio. Cōis opin.

9 Similiter relinquitur arbitrio iudicis quando indicium ad tortutā oriatur, vel quæ indicia ſufficiant ad torturam ipſam, vt concedunt Bart. in l. fin. nu. 5. & Marſil. nu. 4. ff. de quæſtio. Deci. in c. at ſi clerici, n. 119. de iudic. & Bal. conſ. 95. col. 1. volu. 1. & conſ. 101. eod. volu. Syluester in ſua ſumma in ver. indicium ſub §. 2. Ioannes Tabiēſis in ſumma Tabiena in ver. indicium, ſub n. 2. in fin. Bartholomeus Fumus in ſumma Armilla in ver. tortura §. 4. Michael Ciſuentes in commentariis ſuper leges Tauri in l. 79. in nono dubio, verſ. nonō dubitatur quæ indicia ſunt ſufficientia, & idē Dec. in l. magiſtratibus, num. 10. de iuriſdict. omnium iudi.

10 Vbi affirmat etiam in arbitrio iudicis eſſe, an reuocata confeſsio indicium faciat ad torturam, Afflict. quoq; in c. 1. nu. 21. ex quibus cauſ. feud. amit. Grammat. conſ. crim. 17. in fin. Ferrati. cautela 5. nu. 3. Marſil. in d. l. quæſtionis, nu. 38. Grauet. conſ. 6. n. 12. Tyraquel. in d. ver. omnia, n. 31. & Boſsius in pract. crim. in tit. de indiciis, nu. 30.

11 Sed aduerte, quòd tale arbitrium debet eſſe iuri, & æquitati congruum: debet etiam regulari, ſecundum regulas iuris communis, & municipalis: & intelligitur huiuſmodi arbitriū de arbitrio boni

boni viri: & debet deniq; ſecundum hoc arbitriũ iudicans inclinare in mitiorem partem, atteſtante Ioanne Ant. de Nigris ſuper cap. regni in vltima impreſsione, in cap. 272. ſi cum ſceleratis, & reprobis, ſub nu. 29.

12 Item vtrum indicia ſint purgata ſufficienter per torturã debet pariter iudicis arbitrio declarari, vt voluit Ioan. And. in c. contemplatione de reg. iur. quem ſequitur Auguſt. in add. Angel. in tract. maleficiorum in uerſ. cõparent dicti inquiſiti in prima add.

13 Item an inquiſitus foret repetendus in tormẽtis, in arbitrio iudicis reſidet, ſecundum Bal. in l. 2. C. quod met. cauſa, cui inhæret Paris de Puteo in tract. ſyndicatus fol. 100. col. 2. poſt medium.

14 Alios verò caſus circiter 62. in quibus ſtatur iudicis arbitrio refert Marſil. in d. l. quęſtionis modum, nu. 1. cum aliis, & plures alios caſus congerit Tyraquel. in d. l. ſi vnquam in loco præmemorato. & alium caſum ſatis vtilem ponemus infra in opinio. 368. impedimentum.

SVMMARIVM.

1 *ARBITRATOR non deſinit eſſe arbitrator ob ſuperuenientem excommunicationem, & conſequenter arbitrari poſſet, nõ obſtante excommunicatione ipſa.*

2 *Excommunicatus li. èt non poſſit eſſe arbitrator, nihilominus poteſt eſſe arbiter.*

OPINIO LXII.

1 ARBITRATOR propter ſuperuenientem excommunicationem nõ deſinit eſſe arbitrator, & ſic non obſtante excommunicatione ipſa poſset arbitrari, ſecundum Bar. & alios in l. ſi quis arbitratu ff. de ver. oblig. & iſta eſt cõmunis opinio, vt in medium reſerauit Alex. Soci. Iaſ. Ruinus, nu. 35. & ſeq. & cæteri omnes ibi. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauerunt, videlicet, quòd excommunicatus non poſsit eſſe arbitrator Ioan. And. in c. dolo facit de reg. iur. lib. 6. Alberi. in l. condemnatione §. fin. ff. de reg. iur. Abb. in c. quintauallis in 19. differentia de iureiur. & Imol. in d. l. ſi quis arbitratu: ſed quicquid Doct. iſti fabulentur, atque ſuadeant, caue tanquã ab igne, ne recedas in actu practico à præmemorata communi tãquam ſacroſanctiſsima; quam ampliant utiliter, & limitant ſcriben. in d. l. ſi quis arbitratu.

2 Sed ipſe excommunicatus non poteſt eſſe arbiter, ſecundum Glo. Guil. Odofre. & alios omnes in l. Pædius ff. de receptis arbit. Ioan. And. in reg. dolo de regulis iuris in 6. Spec. in tit. de arbitris in 5. differ, nu. 10. Abb. in c. ad probandum per textum ibi, nu. 2. de re iudi. Hoſtien. in c. dilectus de arbitris, Geminia. in c. decernimus, n. 7. de ſententent. excommunicat. Marcum Ant. Blancum in tract. de cõpromiſsis q. 2. nu. 9. Alex. Soci. & alios in d. l. ſi quis arbitratu, & Pet. Duennas fertiliter in regula 269. excommunicatus non poteſt eſſe arbiter, qui omnes promulgant iſtam eſſe cõmunem, & limitant in tribus caſibus Marcus Ant. Blancus, & Pet. Duennas in locis præcitatis. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ARBITRATOR exul effectus, qui vulgò dicitur bannitus non deſinit eſſe ob hoc arbitrator, & durante ipſo banno arbitrari valeret.*

2 *Executor teſtamentarius ob bannum non deſinit eſſe executor, & ſic durante banno poſſet exequi teſtamentum.*

3 *Bannitus durante banno poteſt eligi arbitrator.*

OPINIO LXIII.

1 ARBITRATOR effectus exul à ciuitate, qui vulgò dicitur bãnitus non deſinit ob hoc eſſe arbitrator, & conſequenter durãte exilio ipſo, ſeu banno poſſet arbitrari, ſecundum Dyn. in l. cum pater §. hæreditatem ilprimo ff. de leg. 2. & Bart. in l. ſi quis arbitratu in 7. q. ff. de ver. oblig. vbi omnes cum ſententia hac tranſeunt, & exprimunt communem eſſe, prout communis diſcernitur, & ſacroſanctiſsima. Cõis opin.

2 Quæ quidem comprobatur per dictum Bal. in l. id quod pauperibus in 3. q. C. de epiſco. & cleri. dum concludit, quòd executor teſtamentarius ob bannũ nõ deſinat poſſe exequi, quod ſequitur Baptiſ. de Sancto Blaſio in tract. de arbit. in 8. q.

3 Vbi annectit etiam, quòd quis dum eſt bannitus poſsit eligi arbitrator, & concedit etiam Lãfran. in tract. de arbit. in 7. q. ſecundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *ARBITER vt non poteſt arbitrari, vt iterum, & de nouo cauſa compromittatur in eius perſonam, ità etiam durante ipſo compromiſſo, ſeu infra terminum compromiſſi arbitrari non poſſet, vt is terminus à partibus prorogaretur.*

2 *Arbiter arbitrari non poteſt, vt vna ex partibus recuſans iterum, & de nouo compromittere, ſeu terminum prorogare, talem pœnam patiatur; quia quę per arbitrium ipſum per modum diſpoſitionis fieri non potuit, nec etiam per pœnæ impoſitionem.*

3 *Arbitri ſi arbitrantur ita aſſerendo, & laudando condemno te in centum, ſi non prorogaueris, vel iterum non compromiſeris nihil agunt, nec afficit aliquo modo huiuſmodi condemnatio.*

OPI.

OPINIO LXIIII.

1 ARBITER, vt non poteſt arbitrari, vt iterum in eius perſonam, vel in aliam, cauſa committatur completo tempore primi cōpromiſſi, nec etiam durante ipſo compromiſſo, ſeu infra terminum compromiſſi is terminus à partibus prorogetur, vt in l. non diſtinguemus §. quæſitum, & in §. fin. de arbit. & notat Boer. deciſ. 284. n. 25. & ita conſuluit in ſimili caſu Ang. conſ. 231. punctus talis eſt, duo compromiſerunt in duos arbitros de omnibus litibus.

2 Et ita ſimiliter idē arbiter arbitrari nequiret, vt altera ex partibus, quæ iterum, & de nouo cōpromittere, ſeu terminum prorogare recuſaret, talē pœnam patiatur: quia quę per ipſum arbitrū per modum diſpoſitionis fieri non potuit, nec pariter per pœnæ impoſitionem, vt concedunt Ang. Paul. de Caſt. Alex. nu. 6. & cæteri omnes in l. Seius, & Augerius ff. ad legem falcid. idem Paul. Caſtren. & Cuma. in l. ſi quis ſub conditione ff. de cō dit. inſtit. Iaſ. cōſ. 40. vol. 1. & Boer. in d. deciſ. 283. ſub n. 25. & iſta eſt communis opinio, ſecundum præmemoratos Doct. *Cōis opin.*

3 Qui omnes eandem communem vnanimiter, & concorditer ampliant, vt procedat quoq; ſi arbitri ipſi arbitrantur ita aſſerendo, & laudando condemno te in centum, ſi non prorogaueris, vel iterum nō compromiſeris: nam tunc idem eſt. & ſic illud, quod prohibitum eſt, nec per modum diſpoſitionis, nec per modum pœnalitatis, nec per modum conditionis, nec per modum etiam abſolutionis fieri poteſt. *Cōis opin.*

SVMMARIVM

1 *ARBITER de partium conſenſu, & cōmuni voluntate poteſt laudare, & procedere, ſimpliciter ſummariè, de plano, & iuris ordine prætermiſſo.*

2 *Iudex ordinarius non poteſt ſententiare, & procedere ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij in cauſa, etiam accedente, & concurrente partium voluntate: quia forma iudicij immutari nequit in totum, neque in partē de ipſorum partium conſenſu. quod limitatur pluribus modis remiſſiuè.*

OPINIO LXV.

1 ARBITER de conſenſu partiū electus, poteſt ſententiam, ſeu laudū proferre ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſi partes ipſæ hoc voluerint. & arbiter poſſet de voluntate litigantiū procedere ſimpliciter, de plano, & iuris ordine prætermiſſo, ſecundum Glo. in c. fin. in ver. illuſtrium de re iudi. in 6. Abb. in c. 1. de libelli oblatio. Bar. in auth. offeratur in fin. C. de litis cōteſt. Fely. nu. 6. & Auguſtin. Berourn, nu. 44. cum aliis aggregatis per eū in c. de cauſis de off. deleg. Crotum, ſub nu. 7. & Annibal. nu. 128. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. & iſta eſt vera, & cōmunis opinio, vt conſtat ex præcitatis authoritatibus, & aliis ſignatis per Beroum vbi ſupra. *Cōis opin.*

2 Sed hoc vtiq; limitatur, non procedere in iudice ordinario: nam partes inter ſe conuenire nequeūt, quòd iudex in cauſa procedat ſummariè, ſimpliciter, de plano, & omiſſis ſolennitatibus iudicialibus. & conſequenter forma iudicij non poteſt immutari de ipſarum partium voluntate, & conſenſu in totum, nec in partē, ità vt ſimpliciter, & de plano procedatur, ſecundum Glo. in clemen. ſæpè in ver. neceſſariò de ver. ſignifi. & in c. fin. de ſenten. & re iudi. lib. 6. Ioan. And. & cæteros omnes in c. 1. de libelli oblatio. Bar. in d. auth. offeratur, nu. 13. & in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, Alex. num. 8. Crotum nu. 7. Hannibalemque num. 124. in d. l. nemo poteſt, qui perhibent iſtam eſſe communem opinionem cōtra Glo. in l. quoties de priuileg. ſcholar. lib. 12. contrarium aſſeuerantem, & eandem communē ſequitur quoque, atque limitat in aliquibus caſibus Berous in d. cap. de cauſis, num. 30. cum aliis ſequen. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ARBITER in dubio quis electus videtur, & non arbitrator.*

2 *Arbiter, & arbitrator laudando, videtur in dubio laudare vt arbitrator.*

3 *Arbiter dicitur quando exprimitur in compromiſſo, & tunc ex propria ſignificatione verborum eſt potius arbiter, quàm arbitrator.*

4 *Arbiter electus, vt arbiter, & arbitrator, ſi eligeret viam ordinariam procedendo, vt iudex, erit arbiter. Si verò procederet amicabiliter inter partes omiſſa iuris ſollennitate, erit arbitrator.*

5 *Arbiter dicitur qui eligitur, vt iudex, videlicet, vt procedat iuris ordine ſeruato.*

6 *Arbitrator tunc dicitur, quando aſſumitur ſuper contractu, ac ſuper actu extraiudiciali, non autem ſuper lite.*

7 *Arbitrator ille eſt, qui in contractu communiter aſſumitur.*

8 *Arbitrator eligitur etiam ſuper diffinitione contractus.*

9 *Arbitrator eligitur etiam ſuper teſtamento.*

10 *Arbitrator dicitur quotieſcunque ſibi tradita foret poteſtas procedendi de iure, & de facto.*

11 *Arbitrator dicitur quando partes promitterent ſtare eius voluntati.*

12 *Arbitratoris electi poteſtas ſuper contractu perficiendo non extinguitur poſt mortem contrahentium, vel alicuius eorum.*

OPI-

OPINIO LXVI.

1 ARBITER quis in dubio cenſetur electus, non autē arbitrator, ſecūdum Ant. de But. Ioan. de Imol. & alios omnes in c. quintaualis de iureiur. & Baptiſ. de Sancto Blaſio in tract. de arbitr. & arbitra. in 4. quęſtio. principali, verſ. 4. quæro.

2 Sed arbiter, & arbitrator laudando, in dubio cēſetur laudare, vt arbitrator, adeò quòd recurri poſſet tunc ad boni viri arbitrium, vt per Canoniſtas in d. c. quintauallis, & Corne. conſ. 177. in hac re aliàs conſului, nu. 37. vol. 2.

3 Et dicitur arbiter, vbicunq; exprimitur in cōpromiſſo, & tunc profectò erit arbiter, nō autem arbitrator, ſiquidem à verborum propria ſignificatione non eſt recedendum, l. item arbiter ff. de lega. 3. & notatur in l. ſi de meis §. recepiſſe ff. de arbit.

4 Eſt benè verum, quòd quando eligeretur quis in arbitrū, & arbitratorem, tunc quippè talis electus ſi eligeret viam ordinariam, iudicialiter procedendo, vt iudex, hoc caſu arbiter abſque dubio aliquo diceretur, iudicareq; vt iudex deberet, ſecundum Bart. Saly. & alios in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, Inno. & cæteros omnes in d. c. quintauallis, & Corne. conſ. 251. in hac conſultatione illud ante omnia conſtat, ſub n. 5. vol. 3. Si verò non apprehenderet electus ipſe viam ordinariam iudicii, verùm procederet amicabiliter inter partes, prætermiſſa qualibet iuris ſolennitate, tunc arbitrator equidem eſſet, ita Glo. & Bar. in l. in lege ff. de iud. & in tract. de arbit. Abb. Imol. & alii in d. c. quintauallis, Raph. Cum. conſ. 7. col. 1. cum aliis ſeq. Corne. in d. conſ. 251. ſub nu. 5. Baptiſ. de Sancto Blaſio in tract. de arbitr. & arbitra. q. 4. verſ. 6. & Lanfran. de Oriano in eodem tract. de arbitr. q. 11. vlti. q. 1.

5 Diciturq; arbiter etiam, ſecundū Inno. & alios in d. c. quintauallis, ille qui eligitur vt iudex, ſcilicet, vt procedat ſeruato in ſubſtantialibus iuris ordine, l. 1. ff. de arbitr. & notat etiam eleganter Corne. in d. conſ. 177. ſub nu. 33. vol. 2.

6 Cæterùm arbitrator tunc quis dicitur, quādo aſſumitur ſuper contractu, actuq; extraiudiciali, non autem ſuper lite, vt concedunt Abb. Ioan. de Imol. & cæteri omnes in d. c. quintauallis, Bar. in d. l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, & Corn. copiosè in d. conſ. 177. ſub nu. 33. vol. 2.

7 Et conſequenter arbitrator ille eſt, qui communiter ſuper contractu aſſumitur, vt firmant Ioan. de Imol. in d. c. quintauallis, Baptiſ. de Sancto Blaſio in tract. de arbitr. & arbitra. in 4. q. principali, verſ. 4. quæro, Spec. in titu. de arbitr. §. 1. verſ. eſt autem differentia, Bar. in l. 1. §. & poſt operis ff. de oper. no. nun. & Lanfran. de Oriano in tract. de arbitr. in prin.

8 Et ſic eligitur etiam arbitrator ſuper diffinitione contractus, l. fin. C. de contrahen. empt. & l. ſi merces, & l. ſi in lege ff. locat. Bald. in add. Spec. in tit. de arbitr. col. 1. verſ. eligitur, & Bar. in d. l. ſocietatem §. arbitrorum, vbi concludit, quòd dicitur aſſumi arbitrator ſuper cōtractu tranſactionis perficiendæ ſuper lite, & ſequitur Corne. in d. conſ. 177. ſub nu. 33. ſimiliterq; eligitur arbitrator ipſe ſuper teſtamento, ſecundū Bald. in add. Spec. in d. tit. de arbitr. verſ. eligitur.

9 Necnon magis in ſpecie oſtendo, quòd arbitrator dicitur, quotieſcunq; aliquis eligitur ad æſtimandū melioramenta, vel operas, vel partes ſocietatis, & ſimilia, ita Abb. n. 7. & Ioan. de Imol. na. 6. & ſeq. in d. c. quintauallis per textum in d. l. fin. C. de contrahen. empt.

10 Itidem arbitrator dicitur quoq;, vbicunq; partes promiſiſſent, vt ille poſſet procedere de iure, & de facto, vt firmant omnes Canoniſtę vnanimiter, & concorditer in d. c. quintauallis. *Cōis opin.*

11 Poſtremò tunc etiam arbitrator dicitur, quādo partes promiſiſſent ſtare, ac acquieſcere eius voluntati, ſecundum Bal. in l. ſi de meis §. recepiſſe ff. de arbitr. Ant. de But. & Ioan. de Imol. n. 10. in d. c. quintauallis.

12 Et inde eſt, quòd arbitratoris electi poteſtas ſuper contractu perficiendo, poſt mortem contrahentium, vel alicuius eorum non extinguitur modo aliquo, ſecundum Ioan. And. & omnes cōmuniter in c. fin. de arbitr. Roma. & Alex. in l. ſi quis arbitratu ff. de ver. oblig. contra Bar. ibi cōtrarium aſſeuerantem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 ARBITER poteſt eſſe teſtis, quando ei conceſſa eſſet poteſtas per partes litigantes procedendi cum ſcriptis, & ſine ſcriptis.

2 Arbitrator poteſt eſſe teſtis, quando non quæreretur de iuſtitia, ſeu iniuſtitia, æquitate, vel iniquitate laudi, aut de iis, ex quibus ſibi adſcribi poſſet laus, vel vituperium.

OPINIO LXVII.

1 ARBITER teſtis eſſe poteſt, vbicunq; ei data eſſet poteſtas per partes litigantes procedēdi cum ſcriptis, & ſine ſcriptis: quia partes ipſæ cenſentur velle, quòd ſimplici relationi, & dicto ipſius arbitri credatur, ac ſtetur de dictis teſtium, & actis, ſecundum Bar. in auth. niſi breuiores in fin. C. de ſenten. ex breu. reci. Ang. in repeti. l. ſciendum ff. de ver. oblig. Abb. in c. quoniam contra, in cap. poſt ceſſionem, & in cap. ex literis de probatio. Paul. Caſtren. in l. ne in arbitris C. de arbit. Ant. in c. cùm ad ſedem de reſtit. ſpoli. & in d. c. quoniam contra, Roma. ſing. 52. & Ioan.

& Ioã.de Amicis conſ.31.nu.19.& ſeq.vbi exprimit iſtam cõmuniorem,verioréq;opinionẽ fore. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinauit Roma.titubanter in d.l.ſciendum circa fin. Ang.ſibi quoq; contrarius in d.auth. niſi breuiores, & Ant.parum ſibi conſtans in c.quintauallis de iureiur.& ibi Ioan.de Imol. quoniam ſecũdum eos ob hoc daretur modus, quòd quis nunquam in cauſa reductionis obtineret,& in medium exponunt dictum Bar. eſſe periculoſum, illaqueareq; animam ad peccandum, ac præbere materiã fabricandi falſum,& iſtam vltimam ſententiam ſequitur,& fuſiſsimè tuetur Barbatius in d.c.ex literis,nu.22.& ſeq.vbi meminit aliàs in facti cõtingentia perperam, & pueriliter conſuluiſſe pro opinione Bart. tamen circunducta altercatione, (cùm tẽporis anguſtia præmar,) amplector ipsã Bart. & ſequacium opinionem tanquam magis communem,& ſacroſanctam, cui inhæret etiam Berous in d.c.quoniam contra,nu.29.cum ſeptẽ aliis numeris ſeq.vbi eam communem vocat, & limitat in duobus caſibus, & mirãdam ait Alex. in d.l.ſciendum,nu.25.

2 Item arbitrator poſſet eſſe teſtis,vbicunq; non quæreretur de iuſtitia,ſeu iniuſtitia,æquitate,ſeu iniquitate laudi, ſeu de iis, ex quibus ſibi adſcribi poſſet laus, vel vituperium, vt concedit conſulendo Bertran. conſ.152. libellus,quem obtuliſſe, vel produxiſſe legitur, ſub num. 13. & ſequen. vol.8.

SVMMARIVM.

1 *ARBITRI ſtatutarij habent iuriſdictionem delegatam,& conſequenter sũt iudices delegati.*

2 *Arbitri neceſſarij dicuntur arbitri iuris.*

3 *Arbitri dicuntur qui authoritate legis, vel canonis eliguntur,& duntaxat eliguntur in caſibus expreſsis,et an eligi etiam poſsint in alijs ſimilibus caſibus remiſſiuè.*

OPINIO LXVIII.

1 ARBITRI ſtatutarij habent iuriſdictionem delegatam,& ſic iſti arbitri ſunt iudices delegati, vt firmauerunt Bart. Bal.in 7.nota.& Saly.in 3.nota.in l.fin.C.de iudic.per textum ibi, Aret. in l. nemo poteſt col.antepen.ff.de leg.1.Octauianus Veſtrius in ſua pract.in rub.ſeù titu.iudicium quinq; partibus cõſtare;poſt prin.lib.3.fol.paruo.32.& Iaſ. in l.duo iudices col.3.ff.de re iud.vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem,& indubitatam ait Aret.vbi ſupra, & veram propalat Maranta in tract.iudiciorum in 4.par.diſtin.6.n.13. & ei accedunt complures alii Doct. ſignati per Marcum Ant.Blãcum in tract. de compromiſsis q.6.n.4. vbi ſimiliter ſupponit communem eſſe, quamuis ipſe malè, præcipitanterq; plura glomerando longa diſputatione concludat contrariũ; videlicet arbitros prædictos ſtatutarios eſſe. *Cõis opin.* 1

2 Et iſti arbitri dicuntur arbitri iuris, vt declarat Franc.in c.cum ſpeciali,nu.3. de appellat.

3 Cùm arbitri ipſi iuris,vel neceſſarii dicantur, qui authoritate legis,vel canonis eliguntur,& eliguntur vtiq; in caſibus expreſsis tantùm,vt ponit Abb. in c. paſtoralis in prin. extra de reſcrip. vbi enumerat aliquos caſus, & diſcurrit, ſimul cum Felyno col.1.ibidem,an eligi poſsint arbitri prædicti iuris in aliis caſibus ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *AREA non habens ventum, niſi ab vna parte, non poteſt occupari cum ædificio vicini.*

2 *Area non habens ventum ad triturandum meſſes, niſi ab vno latere,non poteſt occupari cum ædificio vicini, quamuis nulla debita reperiatur ſeruitus.*

OPINIO LXIX.

1 AREA Titij ad triturandã meſſes non habens ventũ, niſi ab vna parte, ſi in illa parte ſuus vicinus velit ædificare, poſſet illum prohibere, textus eſt ſingularis, ſecundum Glo. Cyn. Bar. Bal.& Alberi.in l. fin. C.de ſeruit.& aqua,Cæpol.in tract.de ſeruitu.vrban.prædio.Iaſ.in l.ex hoc iure,nu.14.ff.de iuſti. & iur.Ioan.de Imol.in l.ſi prius in fin. ff. de noui oper.nuncia.& Coraſi. in miſcellaneis iuris ciuilis lib.3.cap.24.nu.4.

2 Imò plus,quando area non poſſet habere ventum ad triturãdum, niſi ab vno latere, ſeù parte, tunc quippè vicinus minimè poſſet in illa parte (licet ſua intereſſet) ædificando tollere,impedireque ventum, quamuis nulla debita reperiretur ſeruitus, vt per Vgonem, Alberi. & Saly. in d.lege fin. & Boeri. deciſio.322. nu. 12. vbi iſtorum opinionem approbat,& recitat communem eſſe, & approbat ſimiliter Cæpol. in loco de quo ſupra. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ARCHIDIACONVS, qui eſt archidiaconus, & canonicus in eadem eccleſia, duplicem vocem habet in electionibus.*

2 *Archidiaconus, qui reperitur archidiaconus,& canonicus in eadem eccleſia,debet recipere ob reſidentiam duplices diſtributiones.*

OPINIO LXX.

1 ARCHIDIACONVS, qui eſt archidiaconus, & canonicus in eadem eccleſia duplicẽ vocem habet in electionibus, vt archidiaconus, inquam, & vt canonicus, c. cùm olim, vbi Abba.& Doct. poſt Glo. quorum opinionem depromit communem eſſe inibi Fely. *Cõis opin.*

2 Imò qui eſt archidiaconus,& canonicus debet obtinere ob præſentiam perſonalem duplices diſtributiones,eas inquam, quæ archidiacono tantùm,& canonico tantùm debentur,ſecundũ Ioã. And. Abb.& Fely.in d.c.cùm olim,Bald.& Card. ei ſubſcribentem in conſ.53. quãuis iudicio meo præcipitanter Antonius in d.c. cùm olim teneat contrarium,videlicet,quod archidiaconus,& canonicus ſimul ob perſonalem præſentiã non poſſit habere,niſi ſimplices diſtributiones,& cũ Antonio ſentiunt Rocchus Curti.in c.fin.de cõſuet. fol.paruo 49.col.4.& Gomeſ.in tract.de expectatiuis,nu.54. & licèt antedicta opinio Ioan. And. ſit aliquantulum dubia,vt putat Aret. in c.3. de probatio.tamen ea re ipſa magis vera,magiſque communis eſt,vt planũ faciunt Doct.in d.c. cùm olim; & tãto magis procederet de plano,& abſq; dubio ſententia Ioan.And. & obtineret,ſi per cõſuetudinem fuerit recepta,ſecundũ Bal. & Card. in d.cõſ.53.Dec.in c. cùm omnes in prima lectu. col.1. Exea ibi,ſub nu.52. de conſtitutio. quamuis Curti.in loco præcitato malè,& abſq; ratione aliqua aſſerat adeò veram eſſe Ant. opinionem, quòd nec contraria,cõſuetudine poſſit admitti. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *ARGVMENTVM à contrario ſenſu habet locum regulariter in legibus, ſeu verbis legis,& canonis.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu habet locum etiam in legibus,& canonibus conditionaliter loquentibus.*

3 *Argumentum à contrario ſenſu eſt in iure fortiſſimum, quia dicitur mens textus,legis,& ſtatuti.*

4 *Argumentum à contrario ſenſu non venit ex interpretatione,& coniectura,ſed ex ſenſu,& mente legis.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu habet locum etiam in ſtatutis,& eſt validum in iure.*

6 *Argumentum à contrario ſenſu non colligitur in ſtatutis correctorijs, quando ſtatutum nihil operatur in ſenſu directo.*

7 *Statutum diſponens,quòd ſtantibus maſculis filiæ fœminæ patri ſuccedant, interpretatur, vt ſcilicet ſumatur tunc argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris communis; ita quòd ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedãt,aliàs enim nihil operaretur in ſenſu directo.*

8 *Argumentum à contrario ſenſu habet locum etiam in contractibus.*

9 *Argumentum à contrario ſenſu procedit quoque in vltimis voluntatibus,etiam ſi diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis.*

10 *Argumentum à contrario ſenſu procedit ſimiliter in doctrinis Doctorum.*

OPINIO LXXI.

1 ARGVMENTVM à contrario ſenſu habet locum regulariter in legibus,ſeu verbis legis,& canonis, textus eſt notabilis in l.1.§.huius rei ff. de off. eius cui manda. eſt iuriſdict.& in l.qui in teſtamento §.mulier ff. de teſt.& in c.apoſtolica in fin. de his, quæ fiunt à prælat.in c.cum virum de regular.cũ aliis ſimilibus.

2 Et hoc procedit ſimiliter in legibus,vel canonibus conditionaliter loquentibus,ſecundũ Pet. Cyn.& Bald.in l.conuenticulam C.de epiſcop.& cleri.Bal.& Caſtr.in d.l.qui in teſtamento §.mulier,Alex.in d. .huius rei nu.38.vbi Riminal.Niger, & alii Moder. aſſerũt iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

3 Nec mirùm,ſi antedictum argumentum ſit in iure fortiſſimum,vt notant Doct. in l.1.ff. de off. eius,vbi Cagnolus,nu. 119.& ſeq. deducit iſtam eſſe communem concluſionem,quia dicitur mẽs tex.legis, vel ſtatuti, vt eſt Glo. ordinaria in d.§. mulier, quæ dicit ſenſum contrarium pro lege accipi, ita quòd iſtud quod venit à contrario ſenſu habetur perinde, ac ſi eſſet in lege expreſſũ, quã Glo.dicunt ſingularem,& celebrem Bald. & Caſtren.in d.§.mulier,& Bal. in d.l. conuenticulam, & in c.1.col.4.de conſtitu. *Cõis opin.*

4 Nec iſtud argumentum à contrario ſenſu venit ex interpretatione,& coniectura,ſed ex ſenſu, & mente legis,vt voluerunt Bart. in l.omnes populi ff.de iuſti.& iure,& in l.1. ff. de off. eius poſt Dyn.& Dec.ibi nu.59.& ſeq. vbi tenet, quòd argumentum à contrario ſenſu venit ex mente ſaltem,quæ ſumitur à cauſa finali,idemq; firmat ibidem Curt.Iun.nu.42. multa adducẽs, & reſpondens ad contraria, & Euerardus in ſua centuria in 4.loco poſt prin.fol.59. hanc opinionem ſequitur etiam,& communem eſſe dicit Sapia, vbi ſupra,nu.99.cum ſeq.quędam adducẽs pro vtraque parte,& num.102. dicit argumentum à contrario ſenſu dici ex lege quantùm ad mentẽ, ſed non quantùm ad verba, & quòd dicatur potius venire ex mente,& intellectu,quàm ex verbis voluit Paul.Oria.in d.l.1.nu 99.in fin.poſt Imo.per eum allegatum, Iacob. Niger, nu. 42. cum ſeq. latè diſcutit articulum, & iſtam ſequitur opinionem,& ibi num.44. præſupponit contrariam ſententiam eſſe communem, præſupponit etiam, quòd contrariam partem teneat Bar.in d.l.1.ſed non eſt verum. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

5 Item hoc argumentum non ſolùm ſumitur in legibus,vt ſupra docuimus,ſed etiam habet locũ in ſta-

in ſtatutis quoq; & eſt ualidũ in iure, ſecũdũ Bar. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iur. & in l. nõ poſsibile ff. de pact. Alex. conſ. 68. col. 2. circa pręmiſſam pecuniam, Corſet. in ſingu. ſuo primo in ordine, argumẽtum, Bal. Imol. in l. Gallus §. ille caſus ff. de liber. & poſthu. & Doct. omnes in d. §. huius rei, Roma. in ſingu. 106. Bal. in l. ſi cùm §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. Fely. in c. ſignificaſti col. fin. de foro competen. Lauren. de Rodul. in tract. de vſuris q. 148. Bertran. conſ. 233. quia, & ad patrem, num. 5. vol. 6. & iſta eſt communis opinio, (Cõis opin.) de qua atteſtatur Roma. in dicto ſingu. 106. Fely. in c. eccleſia Sanctę Marię de conſti. col. 23. Curt. Iun. in d. l. 1. num. 85. & Euerardus in loco pręcitato verſ. & quia ſupra plenè, & abũdè, vbi iſtam ampliationem non nihil declarat.

6 Hoc verò argumentum à contrario ſenſu, aduerte hic, quia non colligitur in ſtatutis correctoriis, vt per Doct. in d. l. 1. vbi Alex. Iaſ. Dec. num. 20. & Cagnolus, num. 131. cum aliis ſignatis per eum, vbi adiicit iſtam eſſe cõmunẽ opinionem. (Cõis opin.)

¶ Quod quippè interpratatur, quando ſtatutum nihil operatur in ſenſu directo, tunc enim poſſet ſumi argumẽtum in contrario ſenſu, etiam ſi ſequeretur iuris communis correctio, ne ſtatutum ſuperfluum foret, ſecũdum doctrinam Bal. in l. obſeruare §. proficiſci circa fin. ff. de off. procon. quam ſequitur Alex. poſt Imol. in l. ſi cũ dotem col. pen. ff. ſolut. matrim. & Fely. in d. c. ſignificaſti col. pen.

7 Et ex hoc verificatur illa deciſio notabilis Dyn. & Cyn. quã ſequitur Bal. Caſtrẽ. & omnes in d. l. cõuenticulã, n. 4. de ſtatuto Florẽtino, diſponẽte, quòd nõ ſtantibus maſculis filię fęminę patri ſuccedant, vt ſcilicet ſumatur argumẽtũ à cõtrario ſenſu ad correctionẽ iuris cõmunis, ità quòd ſtantibus filiis, fœminę non ſuccedant, aliàs enim nihil operaretur in ſenſu directo, & iſta eſt communis opinio, (Cõis opin.) vt patet ex alleggatis per Alex. & Iaſ. in d. l. 1. quam communem ſequuntur Dec. ibi, num. 59. Curt. Iun. num. 37. Fely. in d. c. ſignificaſti col. fin. multa adducens, & Euerardus in loco præcitato verſ. primò vt procedat quando lex, & Vincentius Maxilla, in conſuetudinibus ciuitatis Bari, in proœmio, ſub num. 219. & in conſuetudine, dos à patre profecta, num. 3. & ſeq. in tit. de iure dotium, fol. 79. & iſtam communem luculenter tradit Alber. Brunus in ſuo tract. quòd ſtãtibus maſculis in 7. artic. in 1. q. eam ſequens, & & defendẽs, & Laurus de palatijs etiam in tract. quòd ſtantibus maſculis num. 120. cum alijs ſeq.

8 Necnon mentionatum argumentum procedit pariter in contractibus, l. inter ſocerũ §. cùm inter ff. de pact. dot. not. Bal. in d. l. conuenticulã, & in l. ſi cùm dotem in prin. ff. ſolu. matrimo.

9 Similiter hoc argumentum habet locum in vltimis voluntatibus, etiam ſi diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis, l. aliquando C. de condit. & demonſtra. & in l. ſi legatum purè in prin. ff. de adimen. lega. tradit Corſettus in d. ſingu. 1. Iaſ. in d. l. 1. nu. 50. Dec. nu. 47. & Cagnol. n. 120. & iſtam ampliationem plurimùm declarat Euerardus in loco, de quo ſupra verſ. Item circa præmiſſa quæro, Iaſ. in d. l. 1. vbi Moder. præſertimq; Curt. Iun. dicunt communem, nu. 59. & Cagnol. ſub nu. 120. vbi ait ab ea non eſſe recedendum. (Cõis opin.)

10 Ampliatur quoq; antedictum argumentum, vt procedat etiam in doctrinis Doctorum, & ſic in his, quæ ſcribunt, ac notant Doct. vt ex eis ſumi poſsit argumentum à contrario ſenſu, ſecundum Bertran. in d. conſ. 233. ſub num. 5. vol. 6. & conſ. 23. dicit Ioan. de Imol. num. 2. vol. 5. vbi in medium reſerauit iſtam eſſe magis communem opinionem. (Cõis opin.)

SVMMARIVM.

1 *ARGVMENTVM de alimentis ad dotem valet, & tenet.*

OPINIO LXXII.

1 ARGVMENTVM de alimentis ad dotem valet, & tenet, ſecundum Glo. in l. obſes C. de prædi. mino. Bart. in l. Mæuius §. duobus ff. de lega. 2. Alex. in l. centurio nu. 13. ff. de vulga. & pupil. Cyn. in l. in omni C. de admi. tut. Cyn. & Bal. in l. ſi mater C. de iure dot. Bar. in l. fin. ff. de iis, quibus vt indignis Caſtren. & Imol. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. Ruinum conſ. 19[illegible]. col. 2. vol. 1. & conſ. 199. num. 9. vol. 2. vbi deducit hanc eſſe communem opinionem, (Cõis opin.) & Euerard. in locis legal. in loco de alimentis ad dotem, & iſta communis opinio, ſacroſanctiſsima diſcernitur, non obſtantibus his, quæ in contrarium ſcripſerit pœnitus inutilibus Pariſ. conſ. 29. eſto, nu. 70. vol. 3. & Ioan. de Imol. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. vbi loquitur de donatione filiæ ſpuriæ facta.

¶ Sed in omnẽ euentũ, aduerte, hoc non fore perpetuum, cùm in multis caſibus, & exemplis poſitis, & relatis per Moder. omnes in d. l. 1. non obtineat locum argumentum ipſum de alimentis ad dotem, prout etiam ponit quatuor alios caſus, in quibus non procedat huiuſmodi argumentum Iaſ. in auth. res quæ, ſub nu. 7. 8. 9. 10. 11. 16. & 17. C. communia de lega. & Bald. Nouellus in tract. de dote in 6. par. principali in 16. priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *ARGVMENTVM de emphiteoſi ad feudum valet, & è conuerſo.*

2 *Argumẽtũ de feudo ad emphiteoſim tũc demum procedit, ſi in vtroque caſu appareat eadem ratio.*

3 *Argumentum de emphiteoſi ad feudum non valet in exhorbitantibus à iure communi.*

OPI-

OPINIO. LXXIII.

1 ARGVMENTVM de emphiteoſi, ad feudum ualet, & è conuerſo, ſecundum Bald.& Saly.in l.generaliter §.cùm autem C. de inſtit. & ſubſtitutio.Alber.Brun. conſilio 81.nume.5.Roma.conſil.103.ſub nume. 6. Alexan.conſ.30. colum. 5. & conſ.43.colum.2. volu.1. conſ. 2. & conſil. 5. volu.5.Calca.conſ.45.colum.4.Corne. conſ.97. col. 7. uolu. 1. Grammati. deciſio. 49. ſub nu. 1.Pariſ.conſ.12.num.42. volu. 1.& conſ. 1. nume.147.vol.2.Soci.Iuni.conſ.71.nume.7.& 77. uolu.1.& conſ.109.nume.4.uol.2.Mantuam cõſil.21.nume.5. vol.2. Ruinum conſ. 109. nume. 14.uol.3.& Cæphalum conſ. 29. nume.3.uol.1. Et ſic,ubi reperitur contrarium à iure communi deciſum, argui poſſet de feudo ad emphiteoſim, ſecundum Specul. in titu. de feud. §. quoniam uerſi.40.& ita etiam communem opinionem docet Soci.conſil. 167. nume. 24. vol.2. & quòd in dubio valeat argumentum de feudo ad emphiteoſim ait etiam communiter teneri Soci. Iuni. in d.conſ.71.nu.7. *Cõis opin.*

2 Sed argumentum hoc de feudò ad emphiteoſim, tunc demum procedit, ſi vtrobique appareat eadem ratio. Sed ubicunque eſt diuerſa ratio, non procedit argumentum de emphiteoſi ad feudum, ſecundum Zaſi.conſ. 2.nume. 9. uolu.4.Glo.in c.1.de vaſal.qui conſt. Lotha. Alexã. de Neuo conſilio 28. caſus talis eſt, nume. 2. & Nattam conſilio 679. in caſu mihi propoſito, numero 5.volu. 4. & Franciſcum Beccium conſilio 2.nume.6.& 10.uol.1.ubi ita conſuluit.

3 Imò ſimiliter in exorbitantibus à iure minimè ualet argumentum ipſum de emphiteoſi ad feudum, ſecundum Lauren.Syluanum conſil. 42.nu.8. & optimè Bertran. conſ. 134. illud palam eſt uol.6.

SVMMARIVM.

1 *ASSASSINI dicuntur, qui pecunia, alionè præcio conducti homines occidunt, ſeu percutiunt nihil tale ab eis præcauentes. Quod declaratur non procedere in ſex caſibus remiſſiuè.*

2 *Aſſaſſinus punitur etiam non ſecuto effectu. Licèt ſecus ſit in mandatore aſſaſſinij. Sed in Regno puniuntur pena mortis naturalis tam mandans, quàm mandatarius, etiam non ſecuta morte.*

OPINIO LXXIIII.

1 ASSASSINI omnes illi dicuntur, qui pecunia, alionè præcio conducti homines occidunt, ſeu percutiunt nihil tale ab eis præcauentes, ſecundum Bart. in l.Cicero ff.de penis, Ang. in l. ſepulchra C.de ſepul.uiol.Saly. in l. nõideò C. de accuſ.Ioan.Ant. de Nigris ſuper capitulis Regni in cap. 7. fræquens, ſub nume. 69. Gratum conſ.52.in cauſa huius nobiliſsimi ſcholaris, nume.47.cum aliis ſequen.uol.2.& Domi. Ancha. Vanchelium, & Probum in cap. 1. de homicid. in 6. eam conſtitutionem intelligentes in his, qui aliquem Chriſtianum mandant occidi per homicidas pecunia ad id conductos, etiam ſi homicidiarij Chriſtiani ſint, idemque tenent, & præmittunt Barto. in l.non ſolùm §.ſi mandato, nume.14.ff.de iniuriis,& in l.Cicero,ff.de pœnis, Caſtren.in l.1.§. fin. de eo, per quem factum erit, Bald. & Salyc. in l. non ideo minus colum. penult.C. de accuſatio.Ange. in l. qui ſepulchra C. de ſepul. uiola. Alexan. conſilio 166. libro 7. Marſil.in practi.crimina.§. examinanda, nume. 21.& §.diligenter, numero 156.& in l.unica, nume.105.C.de raptu uirginum in princip.Grammati.voto 8.& 11.& Capicius deciſio.155. quorum opinio communis eſt, & conſuetudine recepta, teſte Areti.conſilio 165.colum.11.& Ioanne Anto. de Nigris in d. cap. 7. ſub nume. 70. & eſt adeò recepta, vt pauci Scriben.admodùm refragẽtur, vt explicat etiam Hierony. Gabriellius conſ. 170.Antonium & Paulum, nu.6.cum omnibus aliis ſeq.uol.1. *Cõis opin.*

¶ Vbi iſtam cõmunem ita declaratam limitat, atque explanat non procedere in aliquibus caſibus. Et primò ubicunque quis principali opem ferret.

¶ Secundò, quòd aſſaſsinus quis non dicatur, qui propriam iniuriam ulciſceretur, ſociis pecunia conductis.

¶ Tertiò, quòd aſſaſsini minimè dici poſsint, qui ſpe, vel gratia adducti ſine promiſsione delinquerent. Et ſic aſſaſsinus non dicitur, qui ſine pecunia alium occidit, vt alteri morem gerat, atq; obtemperet, ſecundum communem ſcholam Doctorum,& communem opinionẽ, de qua meminit Ioan.Ant.de Nigris in d.cap.7.nu. 70. ubi exploſa per eum opinione cõtraria, ſequitur iſtã cõem, adducendo oẽs Doctores pro hac parte, & eſt textus in c. 1. de homicid. in 6. & firmat etiã Boſsius in ſua pract.crim. in rub.de mandato ad homicidium, nu.14.& ſeq. & de cõi prædicta meminit etiã Aretin.conſ.167. nu. 17. Bertazol. in conſ.70.nu.30.uol.2.crim.& Ant.Gabriellius in ſuis concluſio. de crim. concluſ. 1.nu.34. ubi ex communi opinione utiliter oſtendit, ſententiam neceſſariò requiri declaratoriam ſuper hoc aſſaſſinio, antequam quis pro tali condemnetur. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

¶ Quartò, quòd aſſaſsinium non inducat generalis, & incerta promiſsio, prout diſcurrit etiam,& probat Ioan.Ant.de Nigris in d. cap.7. nume.73.

¶ Quintò, quòd aſſaſsinium haudquaquam inducant expenſæ, ſed potius aliquid aliud quod lucrum afferat remanens.

¶ Sextò, quòd aſſaſsinium minimè gentium

reddit, atque inducit pecunia data, & conſignata pro expenſis redditus.

2 Sed aſſaſsinos tanto leges odio proſequuntur, vt aſſaſsinus ipſe puniri queat, etiam non conſumato delicto, ita Gl. in l. 1. §. fi. ff. quod quiſq; iur. & in l. præſenti C. de his qui ad eccleſiã cõfugiũt, Ang. & Bal. in l. 1. §. hęc uerba ff. quod quiſq; iur. Ang. conſ. 14. nos, per textũ in c. 1. de homi. in 6. & ita Lugduni Senatus Pariſienſis iuſſu ſeruatũ affirmat Ant. Columbe. ſing. 4. & Marſil. in l. ſi is qui cum telo, nu. 70. C. ad leg. Cornel. de Sicari.

¶ Sed contrarium uidetur concludendum in mandatore aſſaſsinij, qui profectò non punitur non ſecuto effectu, ita Dyn. & Ang. in l. apud Labeonẽ §. ſi curauerit ff. de iniur. Quod uerum arbitror, vt ſcilicet mandans ipſe puniri nequeat pœna ordinaria mortis, ſed benè puniri poſſet, atque deberet pęna extraordinaria, ſecundum Doct. præmemoratos, Ang. conſ. 14. nos Carolus & Ioan. Ant. de Nigris in d. cap. 7. nu. 66.

¶ Et cùm opinio hæc dubia quidem ſit, & nõ careat contradictoribus, etiam illuſtribus; Ideò in Regno Neapo. in anno 1573. ſub die 16. Aprilis ad tollendum tale dubium fuit emanatum regium bannum, diſponens, quòd ſi quis ſolueret, aut promitteret pecuniam, aut aliquam aliam rem Meuio, ut Titium interficeret, & Meuius mandatarius accettaret mandatum, & procederet ad actum proximum contra Titium, illumq; ſolummodò vulneraret, & non occideret, tunc etiam non ſecuta morte, tam mandans, quàm mandatarius ex clariſsima diſpoſitione ipſius regij banni, incurrunt pœnam ultimi ſupplicij, & mortis naturalis.

SVMMARIVM.

1 *AVVS paternus non tenetur dotare neptem exiſtente filio diuite, ſecus exiſtente paupere, ſecundum unam opinionem communem, ſed ſecundum alteram ſententiam communem contrariam, auus ipſe tenetur indiſtinctè ad dotandum neptem prædictam.*

2 *Dos data nepti per auum, cenſetur conſignata contemplatione ipſius neptis, niſi aliud probaretur. Et ſic dos data ab auo non eſt imputanda in legitimam in bonis ſui patris, ſecundum vnam communem opinionem, ſed alteram ſententiam ſimiliter communem ſequimur.*

OPINIO. LXXV.

1 AVVS paternus neptem ex filio diuite, dotare non tenetur; & ſic ſi neptis hæc haberet patrem diuitem, qui eam dotare poſſet, auus illi, tunc dotem præſtare nimimè tenetur, ſecundũ Bal. in auth. res quæ, nume. 12. C. communia de lega. Iaſ. in §. fuerat, nume. 103. inſtitu. de actio. Campegium in tracta. de dote q. 18. Coraſium in l. qui liberos, nu. 105. ff. de ritu nupt. Ruinum conſi. 30. nu. 10. & ſeq. uol. 2. Grauet. conſ. 219. nume. 3. Soci. Seni. conſil. 33. colum. fin. uolu. 3. Dec. conſilio 66. in fin. Aret. conſilio 17. in 4. dubitatione, Nattam conſilio 362. Sebaſtianus, numero 5. uolu. 2. Alexan. nume. 19. Iaſ. nume. 26. & Zaſi. nu. 27. in l. prima. ff. ſolu. matrimo. ubi etiam Soci. numero 46. Illuſtris D. Guliel. Pontanus præceptor meus, nu. 49. & Ripa, nume. 74. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quod auus paternus teneatur dotem præſtare nepti, etiam ſi neptis iſta haberet patrem diuitem, inclinauerunt Azo. in titu. quod cum eo, nume. 43. Specul. in titu. de iudi. §. ſed quia, numero 11. Bald. in authen. ex teſtamento, numero 15. C. de collatio. & in l. fin. nume. 14. C. de dotis promiſsio. Ange. in l. 1. per Gloſ. 1. nume. 4. C. de euictio. Caccialupus in l. frater à fratre, nume. 128. & ſequen. ff. de cõditio. indebiti, Soci. nume. 47. & ſeq. Crot. numero 80. & ſequen. & Soci. Iuni. nume. 190. cum aliis ſequen. in l. prima. ff. ſolut. matrimo. ubi etiam Bulga. numero 41. qui ait iſtorum opinionem communem eſſe, & ità conſuluit idem Soci. Iuni. conſilio 79. nume. 15. 37. 38. & 39. volu. 3. Sed quicquid Docto. iſti concludant, ob hoc in actu practico nunquàm diſcederem à prima ſententia negatiua, quę crebrior, & rationabilior, ęquiorque apparet, prout dignoſcitur apertiſsimè ex ſcriptis memoratorum Docto. in locis præmiſsis, & ità hanc eandem partem firmauimus ſupra in opinio. 47. Alimenta tenentur, numero 10. Et dixit inuitis dentibus magis communem Soci. Iuni. in dicto conſilio 79. nume. 15. & ab ea non fore tutum in iudicando recedere, fatetur Soci. Seni. in d. conſil. 33. & ſequitur etiam, & utiliter declarat Vrſillus in addi. Afflict. in deciſio. 179. nu. 2. cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

2 Ideò aduerte, quod ubicunque dos data eſſet nepti per auum, tunc cenſeretur conſignata contemplatione ipſius neptis, niſi aliud probaretur, & conſequenter in legitimam ei debitam in bonis eius patris, non ueniret imputanda dos data ab ipſo auo, ſecundum Corne. conſilio 34. colum. 2. volu. 4. ubi firmat iſtam eſſe communem opinionem, & refert Grauet. conſilio 219. numero 1. & ità conſuluit doctiſſimè Soci. Iuni. in dicto conſilio 79. nume. 1. & ſequen. 33. 46. & ſeq. 51. 67. & 73. & huic opinioni inhærent etiam alij Doctores relati per Ripam in l. in quartam, numero 202. ff. ad legem Falcid. *Cõis opin.*

¶ Sed cõtrariam partem ſequutus eſt Grauet. in d. cõſ. 219. nu. 2. cũ aliis aggregatis per eum, ubi

Cōis opin. ubi oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam, quam veriorem, & communiorē eſſe reor, & ſequendam in deciſiuis, & ſequitur quoque Ripa in d.l. in quartam, nu. 204. & Natta cum quadā vtili declaratione in d. conſil. 362. nume. 5. & ſeq. & 22.

SVMMARIVM.

1 *SOLIDVS, & aureus in iure inter ſe æquiparātur, & ſolidus pro aureo accipit.*
2 *Solidus iuriſconſultorum, & Iuſtiniani fuit eiuſdem ponderis, & valoris.*
3 *Solidi appellati reperiuntur quaſi iuſti, & integri ponderis, ſeu à ſoliditate, qui de ſolo auro fiunt.*
4 *Aurei legales dicuntur, quorum ſeptuaginta duo conſtituunt libram auri.*
5 *Aurei taliter hodie diminuti apparent, quòd nonaginta ſex requirantur ad conſtituendam libram auri.*
6 *Aurei centum, & ſeptem hodie ob eorum diminutionem conſtituunt libram auri.*
7 *Donatio vſque ad ſeptingentos aureos, & vltra valere poteſt abſque inſinuationis interuentu.*
8 *Libra argenti valet decem aureos.*

OPINIO. LXXVI.

1 AVREVS, & ſolidus in iure inter ſe æquiparantur, & hæc ſolidorum nominatio pro aureis accipitur, l. quoties C. de ſuſcepto. lib 10. ubi ait eſſe caſum Rogerius in l. ſi pater §. fi. ff. de donatio. nam ſecundum eum dicitur inibi, quòd ſolidus legalis ualet aureum, & hoc quippè non exprimit ille text. Sed tamen, quòd libra debet eſſe de ſeptuaginta duob' ſolidis, an uerò illi ſolidi ſint aurei text. non aperit aliter. Vnde certius, & melius probatur in §. fin. inſtitu. de pęna teme. litigan. iuncta l. penult. in fin. ff. de in ius uocan. ibique Gloſ. & Iaſ. notant, & ea iura ità unita ad hoc perpendit Altobran. in §. ſed hoc iure, nume. 3. inſtit. de Attilia. tuto. & idem firmat, & tenet Gloſſ. Bald. Saly. in l. quicunque C. de ſeruis fugiti. & in l. fin. & ibi Bald. & Caſtren. C. communia de lega. Nicola. de Neapoli, & Faber in §. primo inſtitu. de donatio. & conſumatiſsimus in legali ſcientia D. Ioan. Anto. de Nigris in cap. Regni, in c. 9. ad hoc, ſub nume. 10. Doctiſsimus D. Carauita in ritu 16. nume. 6. Paris de Puteo in tract. de ludo, nume. 14. Caccialupus in tract. de ludo, nume. 29. Ripa in l. ſi conſtante ſub nume. 28. ff. ſolut. matrimo. Bertran. conſilio 160. viſo inſtrumento ſponſalium, nume. 3. uolu. 6. Federicus Schench in tracta. de teſtibus, nume. 72. Cagnolus in l. prima, numero 103. ff. de offic. eius, & Roland. à Vallē in tract. de lucro dotis, quæſt. 53. nume. 7. folio paruo. 168.

2 Et aureum iuriſconſultorum cuius meminerē in l. 1. §. 1. & ſeq. ff. de ſepul. uiola. & ſolidum Iuſtiniani eiuſdem ualoris, ponderiſque fuiſſe nulli dubium eſt, ſecundum Gloſ. Barto. & alios in dicta l. quotiens, Abb. & Felyn. in c. conquærente de officio ordi. quorum opinionem inquit Couarru. in ſua practi. in titu. numiſmatum c. 3. §. 1. ſub numero 1. folio paruo 203. communem, & Petr. Plaza in epitomis cauſarum criminalium libro 1. cap. 2. numero 4. cum aliis ſequen. Cōis opin.

3 Et ſolidi inde appellati reperiuntur, vt arbitratur Budeus, quem citat Altobrand. in loco præcitato quaſi iuſti, & integri ponderis, ſeu, & forſan melius, ſecundum Gloſſ. in l. 1. C. de ueter. numiſ. pot. lib. 11. à ſoliditate, quia de ſolo auro fiunt.

4 Et iſti dicuntur aurei legales, quorum ſeptuaginta duo conſtituunt libram auri, d. l. quotiens, ſecundum communem intellectum, not. Gloſſ in d. l. ſi pater §. fi & in l. fin. ff. de in ius uocando, & ibidem Iaſ. Gloſ. in §. nos autem inſtitu. de Attilia. tuto. Boeri. deciſio. 327. nume. 2. Guid. Papę ſingu. 328. & Canari. in tractatu de inſinuatione in ſecunda part. quæſtio. 31. colum. fin. Cōis opin.

5 Meritò ex hoc infertur ad unum ualde utile, quòd cùm hodie aurei quibus utimur, vt Veneti, Florentini, & alij id genus diminuti reperiantur, & minoris ponderis circunferantur, adeò, quòd nonaginta ſex aurei requiruntur ad conſtituendam libram auri, ſecundum Boeri. poſt alios quamplures relatos per eum in dicta deciſio. 327. nume. 2. & D. Carauitam in dicto ritu 16. nume. 7. Caccialupum in dicto tracta. de ludo, ſub nume. 29. & Cagnol. in dicta l. 1. nume. 104. ff. de offi. eius.

6 Imò centum, & ſeptem auri hodie conſtituunt libram, ſecundum Rolan. in d. quęſtio. 53. nume 10.

7 Colligitur itaque, ſeu ſequitur ex præfatis vtiliter donationem, vſque ad ſeptingentos aureos, & ultra ualere poſſe ſine inſinuationis interuentu, & ſic in maiori ſumma aureorum nunc decurrentium, ita Caſtren. in d. l. fin. C. communia de lega. in princip. Iaſ. in dicta l. fin. ff. de in ius uocan. Dec. conſilio 239. numero 2. & conſilio 432. numero 15. Socin. conſilio 48. colum. fin. volu. 1. Soc. Iuni. conſilio 118. numero 10. volu. 2. & Bellonus conſil. 4. col. penult. & ſequen.

¶ Imò Soci. in d. conſil. 48. Iaſ. in l. ſecunda. §. ex his ff. de uerborum oblig. & Fely. in cap. conquęrente de officio ordin. relati per Alciat. in l. hęc renunciatio ff. de uerborum ſignificat. tenent, quòd donatio ipſa valeat ultra octingentos aureos, & ita obtinuiſſe fatet̄ Iaſ. vbi ſupra, &

ſequitur, aliq́ue hoc ueriſsimum fore Rolan. in d.q.53.nume.8.& ſeq.& ita interpretatur communis opinio, vt inquit Bellonus conſilio 74. numero 22.

¶ Imò Pet.Duennas in regu.274.limita. 19. in fin. dicit, quòd hodie ualet etiam ultra mille aureos.

8 Sed libra argenti aduerte, quòd ualet decem aureos,l.1.& ibi Doct.C.de auri, & argenti illati lib.10. Boeri.in d.deciſ.327.nu.1. Guid. Papę in d.ſing.328. in fin. & Carauita in d. ritu 16.nume.8.

SVMMARIVM.

1 *ATTENTATA, & innouata appellatione pendente ante omnia reuocari debent.*

2 *Attentata, & innouata appellatione pendente reuocanda omninò ueniunt per iudicem ad quem.*

3 *Attentata, vel innouata pendente appellatione à partibus, vel à iudice à quo, debent ante omnia ab eodem reuocari.*

4 *Attentata non ſolùm poſt appellationem interpoſitam, verùm etiam attentata ante appellationem, & poſt ſententiam, infra tamen tempus conceſſum ad appellandum ſunt nulla, & vti nulla, & inualida reuocari debent. Quod quippè procedit in cauſis ciuilibus, non autem criminalibus.*

5 *Collatio facta infra tempus datum ad appellandum, ſi potuit appellari, licèt poſtea non appelletur, eſt nulla.*

6 *Sententia capitalis exequi poteſt per iudicem contra condemnatum infra decem dies ad appellandum conceſſos, quando appellatum non eſt per ipſum reum condemnatum.*

7 *Bannitus infra tempus datum ad appellandum non poteſt impunè occidi.*

8 *Attentata reuocanda ſunt etiam deſerta cauſa appellationis, ordinariè tamen, & dato libello.*

9 *Attentata reuocari debent, etiam ſi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in negocio principali, etiam in cauſa, quę ſuper beneficio eccleſiaſtico tractaretur. Et vide infra nu.10.*

10 *Attentata reuocanda ſunt, vbi allegatur contra appellantem notorius iuris defectus, etiam in cauſis, & rebus profanis, & temporalibus. Sed ſacrum Conſilium Neapo. non ſolet reuocare huiuſmodi attentata, vbicunque cognoſceret calumnias notorias, atque iniuſtitias eorum, qui petunt attentatorum reuocationem.*

11 *Attentata reuocari debent etiam, quòd obiiciatur notorius defectus iuris, etiam vbi tractaretur ſuper eccleſiaſtico beneficio.*

12 *Attentata ſunt in totum purganda, nec ſufficit cedere, & deponere cum oblatione, ſed ſunt liquidanda.*

13 *Attentata in primis, & ante omnia reuocari, atque purgari debent, etiam vſque ad minimum obolum.*

14 *Attentata, appellatione pendente, non ſolùm retractantur quo ad poſſeſsionem, ſed etiam quo ad fructus interim perceptos.*

15 *Attentans ad fructus ita, & taliter tenetur, quòd illos, ſumptibus proprijs deferre debet ad domum illius contra quem fuerit attentatum.*

16 *Attentata facta circa acceſſoria retractantur, ſtante, quòd illa ſuſpendunt negocium principale, & acceſſorium.*

17 *Attentans condemnari debet in expenſis, quamuis reuocentur attentata ex officio.*

18 *Attentata reuocare poteſt iudex, etiam quòd de intereſſe partis aliter non conſtaret.*

19 *Attentatorum in cauſa procedi poteſt etiam ſine alia commiſsione, ſi committitur cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio, & incidentibus.*

20 *Attentantes in Regno Neapolitano ſunt ita exoſi regijs ſuperioribus, vt contra eos relaxari conſueuerint literæ, & prouiſiones pœnales reducendi omnia attentata ad priſtinum.*

21 *Iudex poſtquam ſemel pronunciauit, ſiue malè, ſiue benè, functus eſt officio ſuo.*

22 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem inferioris iudicis proferentis ſententiam, & ſic eo ipſo, quòd quis ſuperiorem iudicem appellat, iuriſdictio inferioris ſuſpenditur.*

23 *Appellationis remedio extinguitur iudicatum.*

24 *Attentatorum reuocatio non exigit terminorum obſeruationem, nec libellum, nec litis conteſtationem.*

25 *Appellantes ad curiam Romanam ſolent ferre ſecum ſententiam, & appellationem, vt per exhibitionem ipſius ſententiæ, & appellationis eidem conſtet eſſe appellationem ad ſe deuolutam, aliàs non ſolent concedi in dicta curia literæ inhibitoriales.*

26 *Appellantes obtinent in regijs tribunalibus Regni Neapolitani literas inhibitoriales abſque productione ſententiæ, & appellationis.*

27 *Attentatorum, & ſic contra commiſsionem attentatorum non eſt iterum citandus abſens, ſed per procuratorem ſolummodo. Et poteſt tunc etiam procedi per contradictas.*

28 *Attentata etiam per actorem poſt commiſsionem per eum impetratam ſunt reuocanda, & hoc fortius procedit in actore, quàm in reo.*

29 *Attentati remedium competit etiam contra tertium, qui in re attentata ſucceſsit mediante titulo, & bona fide, ac etiam ſi ſucceſſor ipſe nullam habuerit cauſam à iudice, vel à partibus innouantibus.*

30 *Attentata, etiam nullitate pendente, reuocari debent.*

31 *Attentata non veniunt reuocanda ante omnia in caſibus illis, in quibus appellatio iure non eſt admittenda.*

32 *Clauſula appellatione remota, facit, vt non poſsint poſtea reuocari tamquam attentata, ſi appellatio eſt friuola.*

33 *Attentata cauſat quęlibet inhibitio ſpreta rotę Romanę.*

34 *Attentare is dicitur, qui ſua poſſeſsione alio modo, quàm antea vtendo, facit aliquid illicitum, vel doloſum in præiudicium partis.*

35 *Atten-*

35 *Attentare dicitur reſignatarius collitigantis, poſſeſſionem capiens ex titulo non apoſtolico. Sed ſurrogatus gratiosè non videtur attentare.*

36 *Attentata dicitur poſſeſſio capta uigore ſententiæ, à qua appellatum eſt, & ſequeſtranda venit.*

37 *Attentatur, ſi poſt tres ſententias ex quacunque commiſſione, quamuis parti, non autem iudici inhibitum ſit, aliquid poſtea fiat.*

38 *Attentata per non procuratorem debent reuocari ſtatim, quòd de eis habuerit notitiam Principalis.*

39 *Attentata facit etiam inhibitio attentata per aſſertum procuratorem.*

40 *Attentata non dicitur poſſeſſio capta vigore brachij ſecularis, pendente lite ſuper reſtitutione in integrum gratioſa.*

OPINIO LXXVII.

1 ATTENTATA, & innouata pendente appellatione ante omnia reuocanda ſunt, l. ex illo, & l. minimè C. de appel. & l. 1. ff. nil nouari appel. pendē. & c. bonæ memoriæ, & c. an ſit de app. & hęc regula uidetur communis utriuſque iuris, atteſtante Dec. conſ. 200. in caſu propoſito agam paucis, ſub nu. 1. & Franciſco Herculano in tract. de attentatis appellatione pendente, cap. 30. nu. 1. & omnium latiſsimè D. meo Roberto Lancellotto in ſuo ferti li tract. de attentatis, & innouatis in 2. par. cap. 12. de attent. appellat. penden. nu. 78. cum aliis ſeq. qui licèt hunc citauerit locum, tamen (diuino afflante ſpiritu) tanquam fons legum uberrimus exornauit ita mirabiliter præſentem regulam, ut quilibet eius ſitim in ea facilè explere queat. Cõis opin.

2 Item attentata pendente appellatione ſunt omninò reuocanda per iudicem ad quem, ſecundum Ioan. And. Gemi. nu. 4. Franc. nu. 2. & alios communiter in c. non ſolùm per text. ibi, de app. lib. 6. & D. Robertũ Lancellottum in d. tract. de attentatis, & innouatis in 3. par. cap. 27. de iudice, & per quem attentata reuocantur, nu. 34. cũ aliis ſeq. qui etſi ibi fœcundè atteſtetur de communi opinione, allegetq; benignè hunc eundem locum, nihilominus ipſam communem ſimiliter ex propria officina, & ex ſudore vultus ſui utiliter in praxi declarat, & interpretatur. Cõis opin.

3 Imò iudex à quo poſſet reuocare etiam, quæ ab eodem, uel à partibus nouata fuerint appellatione pendente, text. eſt in c. cum teneamur de appellat. ubi Præpo. & Dec. in c. ſolicitudinem eod. titu.

4 Item ampliatur etiam ſecundò præmiſſa regula, vt non modò reuocanda ueniant ante omnia attentata poſt appellationem interpoſitam, ſed etiam innouata ante appellationem, & poſt ſententiam, intra tamen tempus datum ad appellandum, text. eſt in d. c. non ſolùm, quem celebrat. Franc. & cæteri omnes ibi, & ait eſſe incognitum legiſtis Corſet. in ſingu. in ver. appellatio in princ. idemque probat text. in l. & poſt. ff. de tranſactio. Gloſſ. in l. ex iudiciorum ff. de accuſatio. in uer. ſequuta, quam dixerunt ſingularem Bald. in c. quærenti de offic. deleg. Caſtren. in l. eius qui §. ſi cui, & l. ſequenti ff. de teſtamen. & Alexan. in l. 3. §. ſi ſeruus ff. de acquiren. poſſeſ. ubi eam atteſtatur eſſe cunctis Doctorum ſuffragiis receptam, prout hoc idem in medium expoſuit hubertim D. Robertus Lancellottus in d. tract. de attentatis, & innouatis in 2. part. cap. 11. de attentat. penden. tempore ad appellandum, nume. 14. cum cæteris ſeq. ubi ſimiliter allegat præſentem locum munificè more ſuo, & illammet communem illuſtrare conatur rationibus, & authoritatibus. Cõis opin.

¶ Et hoc non caret ratione; cùm attentata pendente tempore ad appellandum ſint nulla, d. c. non ſolum, & l. 1. & ibi not. Barto. nil noua. appella. penden. & Dec. in l. prima. in princip. C. de bon. poſſeſ. ſecundum tabul. etiam ſi iudicialiter, & iudicis authoritate attentata fuerint, vt aſſeruerunt plures Docto. quos refert Dec. conſ. 200. circa princip. & viam attentati exponit id eſt nullitatis, Abb. in c. bonę, nume. 9. de appell.

5 Imò etiam collatio facta infra tempus datum ad appellandum, & ſic intra decem dies poſt ſententiam priuatoriam, ſi potuit appellari, licèt poſtea non appellatum ſit, eſt nulla, ita Ioan. Paul. deciſio. 78. Moheda. deciſi. 150. & Ant. Auguſt. deciſio. 3. & 166.

6 Et hoc remedium attentatorum poteſt deduci, etiam per viam exceptionis, & replicationis, Philipp. Franc. in cap. dilecti, num. 9. de appellatio. Sed hoc habet locum in cauſis ciuilibus, ſecus uerò in criminalibus. nam infra decem dies conceſſos ad appellandum exequi ſententia capitalis per iudicem contra reum condemnatum poteſt, quando appellatum non eſt per ipſum reum ſecundum Barto. in l. non tantùm ff. de appellatio. & Guliel. de Cu. Petr. & Bald. in l. addictos C. de epiſco. audien. ubi Caſtren. ait ità ſeruari de conſuetudine, & apertius poſt alios ſignatos per eum præſtantiſſimus Dominus Follerius in practi. crimina. in uer. pœnis debitis ferientur, nu. 5.

7 Et idem uidetur ſentire in bannito, videlicet, quòd impunè infra tempus datum ad appellandum interfici minimè poſſit, Specu. in titu. de exequutio. ſententiæ, Roma. Socin. & Iaſ. in lege 3. §. ſi ſeruus ff. de acquiren. poſſeſſ. Barto. & Bald. in l. addictos C. de appellatio. & Marcus Antonius Blancus in practi. crimi. in rubric. incipien. ignorantia an excuſet à delicto, numero 108. & 111. cum aliis ſequentib.

poſt alios congeſtos per eum, vbi recitat iſtã opinionem eſſe magis communem, & magis verã, & D. Lancellottus etiam in d.c. 11.nu.21. qui dũ alioquin ibi allegaſſet locum hunc tanquam corruptum, & deprauatum, & hæc deprauatio eius ſpiritũ turbaſſet, vt ceſſaret eius admiratio, huic errori potius alieno, quàm meo obuiare decreui; & addidi negatiuam, quæ incurioſè tempore impreſsionis fuerat prætermiſſa.

Cõis opin.

8 Tertiò ampliatur, quòd attentata reuocanda ſunt, etiam deſerta cauſa appellationis ordinariè tamen, & dato libello, ſecundum Doct. in c. cum veniſſet, Francum in d.c. non ſolùm, & in c. ſæpè de appel. in 6. Lapum in allegatio. 1. & Rotam deciſio. 130. in nouis, & Petrum de Benintendis deciſio. 40. num. 3. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, atque refert alios contrariæ opinionis authores.

Cõis opin.

¶ Et huic opinioni contra communem videlicet; vt appellatione deſerta non dicatur attentari, accedit etiam Card. Puteus deciſio. 1. tit. vt lite pendente nihil innouetur, & in deciſ. 2. de appelat. vbi conſtanter firmare videtur, quòd deſerta appellatione quis non attentet ingrediendo poſſeſsionẽ, ſed videatur nulliter agere, cæterùm in regno ſemper in praxi meritò vidi obſeruari communem præmemoratam tanquam veriſsimam, & ſacroſanctiſsimam.

9 Quartò ampliatur, quòd attentatorum reuocatio fieri debeat, etiam ſi obiiciatur appellanti notorius defectus iuris in negocio principali, etiam in cauſa quæ ſuper beneficio tractatur, ſecundum Ant. & Francum in 7. differentia in d.c. bonæ memoriæ, & Dec. in c. ex parte il 2. col. fin. de reſcrip. per text. in c. ſi conſtiterit de accuſat.

10 Vnde eadem ratione, imò fortiori idem concludunt, atque firmant ſcriben. omnes in rebus profanis, & tẽporalibus, vt ſcribit Alex. conſ. 99. vol. 5. nu. 9. vbi Apoſtilla meminit iſtam fore cõmunem opinionem, & diligentiſsimus D. Vrſillus cumulatiſsimè etiam in add. Afflict. in deciſ. 98. num. 3. vbi hoc vtiliter ampliat.

Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Afflict. poſt alios aggregatos per eum in d. deciſio. 98. ſub num. 6. & in deciſio. 352. quidam Curbiceruix, ſub nu. 5. quam quippè tanquam tutiorẽ in deciſiuis amplecti ſemper non erubeſcerem.

¶ Quia licèt aliter de iure ſtatutum ſit, vt oſtẽſum eſt ex communi opinione antedicta, nihilominus ſacrũ regium conſiliũ Neap. recognoſcẽs quandoq; maniſeſtiſsimas calumnias, atq; iniuſtitias poſtulantium ipſorum attentatorum reuocationem, fretum regia poteſtate reuocare nõ ſolet in preſenti caſu attentata ipſa, prout euenerat in caſibus dictarum deciſio. 98. & 352.

11 Sed vbi hic tractaretur ſuper eccleſiaſtico beneficio, contrarium ſimiliter tenuerẽ Rota deciſ. 55. in nouis, & deciſio 14. & deciſio. 348. in antiquis, Oldra. conſ. 1. Imol. in d.c. bonæ memoriæ col. 3. & videtur verior opinio contra primã ſententiam Ant. & ſequacium ſuperius relatam.

¶ Cùm beneficium eccleſiaſticum poſsideri nequeat ſine canonica collatione, & neceſſarium ſit aliquo colore ſaltem canonici tituli poſſeſsionem iuſtificare, iuxta Glo. illam celebratiſsimã in clemen. vnica de cauſa poſſ. & propriet.

12 Quintò ampliatur etiam antedicta regula, quòd attentata veniunt in totum reuocanda, & purganda, nec ſufficit cedere, & deponere cum oblatione, ſed ſunt neceſſariò liquidãda, ita Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 707.

13 Imò hoc intantùm procedit, vt attentata ipſa imprimis, & ante omnia reuocanda, atque purganda ſimiliter veniant, etiam vſque ad minimũ obolum antequam progrediatur ad rei iudicatæ anterioris in ſpolio executionem, ſecundum Rotam deciſ. 2. de reſtit. ſpoliat. poſt medium, & Ripam in l. naturaliter §. nihil commune, nu. 50. ff. de acqui. poſſ. per textum expreſſum in c. non ſolùm de appellat. lib. 6. vbi diſponitur, quòd innouata ita pœnitus reuocari debeant, vt nihil inde impurgatum remaneat.

14 Et hinc eſt, quòd appellatione pendente, innouatio facta non ſolùm retractatur, atque reuocatur quo ad poſſeſsionẽ, ſed etiam quo ad fructus interim perceptos, c. bonæ memoriæ, & ibi Doct. & præſertim Bald. Card. & Philip. de appel. Franciſ. Herculanus in tract. de attentatis appellatione pendente in tit. de attentatis reuocandis cap. 30. nu. 12. & aliis ſeq. & D. Robert. Lancellottus in d. tract. de attentatis in 3. par. cap. 31. de pœnis attentatorum, nu. 20. cum cæteris ſeq. vbi ponit hoc pro regula cum aliquibus vtiliſsimis ampliationibus, & limitationibus.

15 Et attentans ipſe poſt reuocationem attentatorum ad fructus prædictos ita duriter tenetur, quòd impenſis propriis fructus perceptos per eũ deferre obnoxius ſit ad domum illius contra quẽ fuerit attentatum, ita Bal. firmat elegãter in d. c. bonæ memoriæ, & ibi etiam Franc. & Ruin. cõſ. 75. num. 4. vol. 5.

16 Necnon innouatio facta circa acceſſoria, ſimiliter retractatur, cum appellatio ſuſpendat negocium principale, & acceſſoriũ, c. dilect. & ibi Philip. & alii omnes de appell. & Rota deciſ. 363. ex hoc inſurrexit.

17 Sextò amplificatur eadem communis regula; vt attentans condemnari debeat etiam in expẽſis, etſi reuocentur attentata ex officio, ita Rota deciſ. 1. aliàs 13. ſi iudex vt lit. penden. in nouis, Lancellot. in d.c. 31. num. 112. & ſeq. & Creſcen. deciſ. 180.

18 Siquidem ex mero officio ſuo iudex poteſt attentata reuocare, etiam, quòd de intereſſe partis reuocationem petentis aliter non conſtaret, ſecundum Rotam deciſ. 4. vt lite penden. in nouis, & deciſ. 5. in antiquis eod. tit. & Caſſadorum deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat.

19 Septimò ampliatur itidem regula præmemorata, vt in cauſa etiam attẽtatorũ procedi queat

ſine alia commiſsione, ſi committatur cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio,& incidentibus, ita Moneda. deciſ. 100.

20 Sed in Regno Neap.mos eſt iuri cõſentaneus, in quo conceduntur literæ inhibitoriales, cum expreſſo pœnali mandato contra iudices à quibus,& partibus attentantibus reducendi omnia innouata, & attentata appellatione pẽdente, ad priſtinum ſtatum ſuum, & ſic mediantibus ipſis literis impetratis inhibitorialibus in ſacro regio concilio, in regia Camera ſummariæ, in magna curia vicarię, & in omnibus prouinciarum ipſius regni regiis Audientiis,imprimis, & ante omnia abſque ſcrupulo aliquo vtcunque innouata poſt interpoſitam appellationem, ſeu infra tẽpus ad appellandum ſtatutum à iure reuocantur, reducunturq; ad priſtinum, & optimè quidem agunt iudices appellationis,quorum maieſtas attentãdo fuiſſet oſtenſa,ita exequi, & prouidere per textum in c.ſollicitudinem circa medium, ibi,nam ad officium eius,extra de appellat.

21 Nam iudex poſtquàm ſemel pronunciauit, ſiue malè,ſiue benè functus eſt officio ſuo, l.iudex poſtquam ff.de re iudicata.

22 Et eo ipſo, quòd ad ſuperiorem iudicem quis appellat, iuriſdictio nempè inferioris ſuſpẽditur & ſilet,c.venientes de iureiur. & notat Lapus allegatione 2.ſub nu.1.& Franc.in c.ſi à iudice poſt prin.de appel.lib.6.

¶ Et eo magis cùm ipſa appellatio in omnibus eximat appellantem, ſecundum Rotam deciſ.15.in antiquis tit.de appellat.

¶ Et ſic ſuſpenſa, & ligata iuriſdictione iudicis à quo per appellationem, c. dilectus filius de reſcrip.vbi Butr.in 1.notab. appellatione pendẽte nihil poteſt per eum innouari,& interim tenetur ab executione ſuperſedere,l.1.vbi Glo.& Bar. ff. nil noua. penden.appel. & Iaſ.conſ.187.col.7. volum. 2.

23 Imò appellationis remedio extinguitur pronunciatum, l.1.in fin.ff.ad turpil.l.2.ff.de pœ.cõtra.& l.furt.ff. de his qui no. infa. quia ſuſpenditur,vt ſupra concluſum extat.& quòd appellatio de iure ciuili extinguat,de iure verò canonico ſuſpendat pronuntiatum,fęcundè diſcurrit intelligentiſsimus D. Quintilianus Mãdoſius in tract. commiſsio. in commiſ. 20.q.3.

24 Vnde meritò tunc nulla erit terminorum obſeruatio nèceſſaria,cùm non requiratur modo aliquo libellus,nec litis conteſtatio in ipſa reuocatione attentatorum,ſecũdum Bal. col.2. & Saly. col.3.in l.appellatione C.de appellat.Glo.in clemen.2.in prin.vt lit.penden.& in rub.ff.de in integ.actio.Franc. in d.c.dilecti.col.2. de appell. & Ioan.And.& alios communiter omnes in c. cùm teneamur de appellat. Cõis opin.

25 Et licèt in curia Romana non ſoleant concedi literæ inhibitoriales,niſi eidem conſtaret per exhibitionem ſententiæ,& appellationis,eſſe appellationem ipſam ad ſe deuolutam, atteſtante Rota in deciſ.11.fuit dubitatum in nouis,& Ioã. And. in c.Romana §.ſi verò de appel.in 6.dũ ibi aſſeuerat cautos appellantes ſolitos eſſe ferre ſecum ſententiam, & appellationem, quas oſtendunt iudici ad quem, vt appellationem ad eum deuolutam fore conſtet.

26 Tamen in regno Neapolit.in regijs tribunalibus concedi conſueuere literæ ipſæ inhibitoriales in forma à ſententiis diffinitiuis ad ſimplicẽ nutum partis ſuccumbentis, non aliter per eam producta ſententia,& appellatione.

27 Octauò ampliatur quoq; regula prædicta, vt nec contra commiſsionem attentatorum veniat iterum citandus abſens,ſed ſolummodò procurator, vt per Card. Puteum deciſ.33.de iud.& deciſ.20.vt lit.penden.nihil innouetur,& de attentatis. Et poſſet procedi etiam per contradictas, vt per eundem ibi.

28 Nonò extendit uires ſuas regula prælibata, vt attentata etiam per actorem poſt commiſsionẽ per eum impetratam veniant reuocanda, vt in clemen.2.vt lite pendente, & hoc fortius in actore,quàm in reo locũ obtineret,prout ita deciſum extitit in Rota deciſ.75.in nouis.

29 Decimò ampliatur etiam, vt attentati via ſimiliter competat contra tertium,qui in re attentata ſucceſsit, vt explicant, & firmant Franc. & alii omnes in c. vt teneamur, & Dec. & cæteri in c.bonæ de appel.& ſic appellatione pendente, facta innouatio reuocari debet,etiã per remedium attentati contra tertium poſſeſſorem in rem habentem titulum, & bonam fidem, c. ex parte de teſt.quod vtique procedit, locumq; obtinet etiã ſi ſucceſſor non habuerit cauſã à iudice,vel à partibus innouantibus,vt ibi ſingulariter notatur.

30 Poſtremò ampliatur memorata regula,vt attentata nullitate pendente reuocari ſimiliter debeant,ſecundũ Abb.in c.accedens,vt lite cõteſt. Bar.in l.1.col.3.C. quando prouoc.non eſt neceſ. Bal.in auth.quæ ſupplicatio in ver.iuxta hoc format C. de præci. impera. offe. & in l.3.col.fin.C. de ap. & Card.per textum ibi in clemen. 1.§.fin. de ſequeſtr.poſſ.& Innoc.& Imol.in c. ex inſinuatione extra de procurat. Saly. in l. 1. C. ne liceat tertio prouocare, Paul. de Caſtr.& Alex in l.4.§. condemnatum ff.de re iudic. Couarrunias in ſua pract.cap.24.num.6.& Afflict.deciſ.98.pulchrũ eſt dubium,num.4.Et licèt aliqui Doct. videantur inclinare in contrariam partem, tamen eorũ opiniones videtur ad facilem conſonantiam, & concordiam fœdere diſtinctionis reducere Franciſ. Herculanus in d.tract. de attentatis appellatione pendente,cap.30.nu.46.

¶ Alias verò ampliationes circiter 219.ad eã dem regulam vtiliter tradit Franciſ.Hercul.in d. tract. de attentatis appellatione pendente cap. 30.à nu.3.vſque ad num.219. & 21.alias fallentias facundè diſcurrit,& reſoluit D.Robertus Lãcellottus in d. tract. de attentatis in 2. par. cap. 12. in 1.ampliat. cum aliis ſeq.

31 Co-

31 Cæterùm limitatur regula prædicta ità ampliata primò non procedere, vt attentata, & innouata reuocanda non ſint ante omnia in caſibus illis, in quibus appellatio iure non eſt admittenda, vt voluit Glo. communiter approbata in d.c. nõ ſolũ in ver. caſibus, Inno. in c. paſtoralis nu. 3. de off. deleg. Bald. in c. ſancimus col. 1. quo tempo. miles in vſibus feudorum, & Petrus Duẽnas in regu. 42. appellatione pendente nu. 10.

¶ Vbi ipſam communem limitat, atq; declarat, ac prælibatam regulam limitat quoq; Corſettus in ſingu. incip. appellatio, il primo, num. 7. caſibus, & Soci. in reg. 21, & in 23. aliis caſibus limitat Duennas in d. reg. 42. per totam, atq; limitat etiam, 53. aliis modis D. Robertus Lancellottus in d. 2. par. cap. 12. limit. 1. cum cæteris ſeq. & in 228. limitat poſtremò Franciſcus Herculanus in d. tract. de attentatis appellatione pendẽte, cap. 31. nu. 1. cum aliis omnibus ſequentibus.

32 Secundò claudicat etiam eadem prælibata regula, vbicunq; in commiſsione iudicis per principem foret apposita clauſula procedendi appellatione remota, tunc quippè clauſula hæc facit, operaturq́; vt non poſsint geſta poſtea reuocari tanquam attentata, ſi appellatio friuola ſit, ita Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 100. & Bellame. deciſ. 18. & in c. paſtoralis, nu. 6. de appel.

33 Sed aduerte ne ignorentur principia, ſeu veri, neceſſariiq; termini præſentis regulæ, quòd hic ponendi, annectendiq; neceſſariò veniunt aliqui caſus, in quibus quis attentare, vel non attentare dicatur. Et primò nota, quòd quælibet inhibitio Rotæ Romanæ ſpreta cauſat attentata, ſecundum Fab. deciſ. 53.

34 Secundò lite pendente is dicitur innouare, & attẽtare qui ſua poſſeſsione alio modo, quàm antea vtendo, facit aliquid illicitum, vel doloſum in præiudicium partis, Glo. eſt, cum qua Canoniſtæ omnes vnanimiter, & concorditer pertranſeunt in c. non ſolùm de appellat. in 6. *Cõis opin.*

35 Tertiò non me præterit, quòd Reſignatarius collitigantis poſſeſsionem capiens ex titulo non apoſtolico videtur attentare, ita Ant. Auguſt. deciſ. 143. & 781. ſed ſurrogatus gratioſè non attentat modo aliquo, vt efficax huius veritatis teſtimonium eſt Moheda. deciſ. 292. & 327.

36 Quartò poſſeſsio capta vigore ſententiæ à qua appellatum extat, dicitur attentata, & venit ſequeſtranda, teſte Ant. Auguſt. deciſ. 1. & 9.

37 Quintò ſi poſt tres ſententias ex quacunque commiſsione quamuis parti, non autem iudici inhibitum ſit, tamen ſiquid poſteà fiat attentatur,ità Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 377. & Card. Puteus deciſ. 2. tit. vt lite pendente nihil innouetur, & de attentatis.

38 Sextò attentata per non procuratorem debẽt reuocari ſtatim, quòd de eis habuerit notitiam principalis, ſecundum Card. Puteum deciſ. 6. vt lite pendente nihil innouetur, & de attentatis, & Peregri. deciſ. 91.

39 Imò, etiam inhibitio attentata per aſſertum procuratorem inducit, & cauſat attentata, vt per Card. Puteum deciſ. 25. vt lite pendente nihil innouetur, & de attentatis, & Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 309.

40 Septimò aduerte etiam, quòd poſſeſsio capta vigore brachii ſecularis pendente lite ſuper reſtitutione in integrum gratioſa, non dicitur attentata, Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 738.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ſeù deportatus reſtitutus recuperat bona confiſcata ac bona etiam, quæ filijs erant attributa.*

2 *Reſtitutio Principis trahitur etiam ad bona immediatè quæſita ex damnatione nulla nouo hominis facto incrueniente.*

3 *Bona interfectoris ex forma ſtatuti applicata pro parte hæredibus interfecti redeunt ad interfectorem præcedente ſimplici reſtitutione eidem per Principem conceſſa.*

4 *Bannitus ſeù deportatus reſtitutus per Principem non recuperat bona alienata per fiſcum, & in alium tranſlata.*

5 *Reſtitutio facta per Principẽ, vel ſuperiorem cũ clauſula prægnanti, quòd bannitus pleniſſimè reſtituatur, trahitur, & extenditur ad bona in tertium alienata, ſecundum magis communem opinionem, licèt ſecũdum aliam communem ſecus ſit, niſi per Principem id expreſsè declaretur.*

6 *Reſtitutus per Principem licèt recuperet bona non alienata, non tamen recuperat fructus perceptos, tempore banni, quod limitatur.*

7 *Reſtitutus generaliter recuperat iura ſibi ex teſtamento prouenientia, & quæ prius ad eum non extitiſſent delata.*

OPINIO. LXXVIII.

1 BANNITVS, ſeù deportatus reſtitutus recuperat bona confiſcata, l. 1. 2. & 3. C. de ſenten. paſsis.

¶ Recuperatq; reſtitutus ipſe bona etiam, quæ filijs erant attributa, ita Ang. in l. ſi pater filium ff. de adoptio. & Natta conſ. 471. num. 3. vol. 2.

2 Quod in tantum procedit, vt reſtitutio Principis trahatur etiam ad bona immediatè quæſita ex damnatione, nullo facto hominis nouo interueniente.

3 Et conſequenter ſi ex forma ſtatuti bona interfectoris pro parte applicarentur hæredibus interfecti, tunc hoc ius quæſitũ immediatè per ipſam damnationem nullo alio actu intermedio præcedente ex ſimplici reſtitutione ei per Principẽ conceſſa omnia bona amiſſa reuerterentur ad priſtinum ſtatum, & ea omnia, ex quo ſunt integra, antedi-

antedictus occiſor, ſeu bannitus recuperaret, ſecundum Cyn. Alex. & Aret. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de libe. & poſthu. & ità doctiſsimè conſuluit cum aliis aggregatis per eum, Natta conſ. 470. redemptoris ſuffragio innocato, num. 21. cum aliis ſeq. & conſ. ſeq. 471. nu. 2. cum aliis ſeq. vol. 2. vbi præſupponit iſtam eſſe communẽ opinionem, & reprehendit Dec. conſ. 525. viſis his, quę accuratè, & diligenter ſcripta ſunt, num. 7. & ſeq. Contrarium aſſerentem. *Cõis opin.*

4 Sed bona alienata, & in tertium interim tranſlata ex contractu, puta per donationem, vel venditionem factam à fiſco, aliquo modo per reſtitutionem ſibi cõceſſam, non recuperat. Vnde reſtituto bannito ſimpliciter, eius reſtitutio non trahitur ad bona in tertium alienata, ſecundũ Bart. & Bal. in l. fin. eod. tit. Bar. & alios Doct. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. Card. in c. quia diligentia de elect. Abb. in c. 1. de parroch. & in c. ex tua in fi. de cler. nõ reſid. Imo. in c. noſtra de iniur. Barbat. conſ. 43. col. 4. vol. 2. Calca. conſ. 36. num. 29. & conſ. 52. num. 12. Iaſ. conſ. 21. in fin. vol. 3. Nattam in d. conſ. 470. nu. 20. & conſ. ſeq. 471. nu. 1. & Ioan. Crot. conſ. 127. num. 13. & hoc idem tenet idem Abb. in c. inter quatuor de maior. & obed. vbi Fely. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & conſtat de ipſa communi etiam ex allegatis per Alex. & Moder. in d. §. & quid ſi tantum, & præcipuè per Iaſ. num. 70. Garziam, nu. 235. & Galiaul. nu. 68. ibi, & per Ruin. conſ. 31. nu. 21. vol. 5. *Cõis opin.*

5 Ampliantur etiam prædicta non ſolùm procedere in dubio, ſed etiam quando Princeps, vel ſuperior vellet expreſsè ſub reſtitutione comprehendi bona interim alienata, ſecundum Bal. Cynum, & Alex. in d. §. & quid ſi tantum, & Iacob. Menochium in tract. recuperan. poſſeſſ. remedio 10. nu. 116. cum aliis relatis per eum,

¶ Sed Card. in d. c. quia diligentia, videtur ſentire expreſsè contrarium, videlicèt, quòd reſtitutio facta per Principem, vel ſuperiorẽ cum clauſula prægnanti, quòd bannitus pleniſsimè reſtituatur, ità quòd nihil de bãno opponi poſsit, trahatur, & extendatur ad bona in tertium alienata, cum quo quidẽ Card. concurrunt oẽs Doct. magis communiter, vt ſcribunt Moder. in d. §. & quid ſi tantùm, & Iaſ. ibi, num. 77. Galiaula, nu. 64. Ruin. num. 120. Fortun. num. 153. Emanuel à Coſta par. 2. nu. 144. Ruin. conſ. 21. uolu. 5. nu. 9. Iacob. Philip. Port. conſ. 48. num. 7. Pariſ. conſ. 69. num. 196. vol. 3. & Fely. in d. c. inter quatuor. *Cõis opin.*

6 Et licèt iſte reſtitutus recuperaret bona nõ alienata, ob hoc non recuperaret tàm in iſto caſu, quàm in aliquo alio caſu fructus, qui donec extiterat bannitus, à fiſco, ſeù ab alio priuato fuiſſent percepti, text. eſt ſingularis in auth. idem de Neſtorianis C. de hæret. ſecundum omnes Doct. cõmuniter, qui ità tenẽt, vt refert Iaſ. in d. §. & quid ſi tantùm, num. 64. vbi etiam Moder. omnes. *Cõis opin.*

¶ Sed hoc quippè non procederet vbicunque bannitus, non indulgentiæ, gratiæq; intuitu, verùm iuſtitiæ cauſa reſtitueretur, tunc enim non tantùm ei bona confiſcata reſtituẽda forent, ſed etiam fructus ex illis percepti, l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minorib. & Maria. Soc. in d. l. Gallus §. & quid ſi tantùm, num. 112.

7 Sed benè verum eſt, quòd reſtitutus generaliter recuperaret lucra, ſibi ex teſtamento prouenientia, & quæ prius ad eum non extitiſſent delata, ut uoluit Bar. in l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſ. contra tab. & Caſtren. in l. intercidit ff. de condit. & demõſtratio. & Natta in d. conſ. 471. nu. 7. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *BANNITI noſtri temporis retinent ea, quæ ſunt iuris communis, nec illa amittunt propter bannum, etiam reſpectu Ciuitatis à qua banniuntur.*

2 *[illegible] ius reddi poteſt, niſi per ſtatutum prohibeatur.*

3 *Bannitus per ſtatutum prohibitus teſtari, extra locum banni ſeruata forma iuris communis teſtari poteſt, & valet eius teſtamentum.*

4 *Banniti, qui ex forma ſtatuti poſſunt impunè offendi, amittunt beneficium iuris communis, & municipalis.*

5 *Banniti, banno imperiali amittunt quæ ſunt iuris communis.*

6 *Bannitis, & rebellibus ius non eſt reddendum.*

7 *Banniti, banno imperiali priuantur conuerſatione fidelium, & excommunicati laicaliter dicuntur.*

OPINIO. LXXIX.

1 BANNITI noſtri temporis retinent ea, quæ ſunt iuris communis, nec illa aliquo pacto amittunt propter bannum. ideoq; eis ius reddi poteſt, ſecundum Dyn. & Bart. per illum tex. in l. forma C. de iure fiſci lib. 10. Alex. conſ. 26. volu. 1. Corne. conſ. 29. & conſ. 55. volu. 2. Signo. conſ. 119. Paul. Caſtren. conſ. 86. vol. 1. Curt. ſeni. cõſ. 51. Ancha. conſ. 275. Ripam cõſ. 26. & conſ. 75. vol. 1. Bar. in tract. bannitorum, & in l. 1. C. de hæred. inſtit. ad quem alii communiter acceſſerunt, teſte Alex. ibi, & Curt. Iuni. conſ. 182. nu. 4. & Franc. à Ripa in l. ex facto §. ex facto col. fin. ff. ad træbel. quę cõmunis opinio limitatur non procedere. *Cõis opin*

2 Vbicunq; ſtatutum prohibet fieri rationem bannitis, tunc profectò audiri non deberent, nec poſſent, vt per Alex. in l. ſi dotem §. ſi patri ff. ſolut. matrimo.

3 Et licèt bannitus ipſe teſtari nequeat, ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem patriæ, à qua bãnitus extitit, nihilominus ſibi licitum eſt teſtari de iure communi extra locum banni, & ſi in hoc teſtamento ſeruata fuerit ſolennitas à iure communi requiſita per eundem teſtatorem bannitũ, tunc teſtamentum illud valeret, & teneret, & ex eo ha-

eo haberi poſſet hęreditas, vt uoluit Bar. in l. eius qui ff. de teſtamen. quem Doct. communiter ſequuntur, & habetur per eundem Bar. in q. incip. Lucanę Ciuitatis ſtatuto, & per Alex. in l. 1. C. de hæredib. inſtituen. ubi facit mentionem de hac communi opinione, & conſ. 75. col. 1. uolu. 1. & Marc. Ant. Blancũ in tract. de cõpromiſsis quęſtio. 2. nu. 16. Pariſi. in conſ. 51. uol. 1. & Ripã in d. §. ex facto, nu. 14. & faciunt notata per Bar. in l. amiſsione §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. ubi, & in omnibus locis pręallegatis Scriben. communiter uolunt huiuſmodi bannitum dici teſtabilem actiuè, & paſsiuè, quò ad ea, quę ſpectant ad ius commune, ſed non quò ad ea, quæ concernunt ſtatuta, & conſuetudines loci, à quo fuit bannitus. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

4 Huc quoque pertinet alia ſecunda limitatio, niſi banniti ex forma ſtatuti impunè offendi poſſent, tunc nempè amittunt etiam iuris communis beneficia, non ſolùm iuris municipalis reſpectu territorii bannientium, ſecundum Pariſ. poſt Dec. conſ. 157. num. 19. vol. 4. tunc enim proculdubio deportato æquiparatur, vt firmauit Sign. de Homode. conſ. 84. nu. 3.

5 Congruit etiam, & alia tertia limitatio, in bannitis banno imperiali, qui amittunt ea, quæ ſunt iuris communis, & municipalis, vt per Bart. in l. amiſsione §. qui deficiunt ff. de cap. dimin.

6 Et inquit Bal. in auth. habita, num. 12. C. ne filius pro patre, quòd banniti, & rebelles ſunt extra iuris communis protectionem, ideò eis ius reddi non debet, iuxta notata in l. 1. vbi Cyn. C. de natural. lib. & Ripa in d. §. ex facto nu. 18.

7 Imò per ipſum bannum imperiale bannitus priuatur beneficio, & conuerſatione fidelium imperii, ſecundum Bal. & alios in auth. item quęcũque C. de epiſc. & cleri. vbi Saly. vtiliter ſcribit, quòd huiuſmodi banniti excommunicatis ęquiparantur, & excommunicati laicaliter dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *BANNITVS poteſt iterum banniri.*

2 *Excommunicatus iterum excommunicari poteſt.*

3 *Appellari poteſt ſæpius à ſententia de iure canonico, ſecus verò de iure ciuili.*

4 *Appellans non admiſſus per iudicem à quo ad appellandum, poteſt tunc iterum appellare ad iudicem ad quem.*

5 *Appellari poteſt ad iudicem ad quem infra decem dies conceſſos ad appellandum, non aliter interpoſita appellatione coram iudice à quo, & illa ſola ſufficit.*

6 *Appellatio, quæ permittitur ab executione in aliquibus caſibus non poteſt fieri, niſi ſemel.*

7 *Appellandi remedium, & cautela, vbi interponuntur plures appellationes, vt fiat proteſtatio, quòd vna tantùm intelligatur ſecunda, & tertia, & deinceps appellatio cum prima.*

8 *Continentia cauſæ per iudicem diuidi non debet.*

9 *Bannitus, ſeu excõicatus pluries, pluries debet abſolui.*

10 *Contumax ex varijs criminibus tenetur purgare, antequàm audiatur, omnes contumacias per eũ incurſas.*

OPINIO. LXXX.

1 BANNITVS poteſt iterũ banniri, ſecundum Dyn. in l. 2. C. vt intra certum tempus cri. quæſtio terminetur, Bar. in l. aut damnum §. denique ff. de pœnis, Bonifacium in tract. maleficiorum in rub. de compari. accuſati, cum forma confeſsionis, promiſsionis ſatisfacti, & termini, ſub nu. 78. Lallum de Tuſcia in conſtitutione Regni Clementiæ lib. 2. ſub nume. 10. Barto. Paul. Caſtren. num. 3. & alios in l. de pupillo §. ſi in pluribus ff. de oper. nou. nunciat. Ioan. Ant. de Nigris ſuper capitulis Regni in c. 197. multorum ad aures noſtras, nume. 7. Excellentem Dom. Folleriũ in practi. crimi. in verb. banniatur, nume. 36. & Nellum in tract. de bannitis in 1. par. primi tempo. q. 3. ubi latè approbat opinionem iſtam, & meminit communẽ eſſe, ſed ab ea diſcedit Aegidius Boſsius cum aliis recitatis per eum in practi. crimi. in titu. de banni nullitate, nu. 9. In practica uerò aduerte, quòd obſeruatur quotidie prima opinio Dyn. & ſequacium communis ſupra recitata. *Cõis opin.*

2 Et quemadmodum bannitus iterum banniri poteſt, ità excommunicatus iterum etiam excõmunicari poſſet, vt in c. gaudemus de diuor. & in c. excellẽtiſsimus 11. q. 3. & in c. omnis 12. q. 2. Glo. in d. l. aut damnũ in uer. dubitatio eſt, Bart. in d. §. denique, & Bal. in l. nihil in fin. C. de vindic. lib. 10. Thom. de Aquino in 4. ſententiarum diſtin. 18. arti. 3. quodl. 2. & Summa Tabiena in uerb. excommunicatio il 2. §. 11.

3 Necnon ſuccumbens in cauſa poteſt indiſtinctè, etiam intra decem dies de iure canonico ſæpius appellare, vt fœcundè explicat Franc. in c. ſua nobis de appellat. Tamẽ de iure ciuili appellari nequit denuò modo aliquo, vt notatur in l. cùm procurator §. ſi dominus ff. de nou. oper. nũciat. & per Bal. conſ. 430. lib. 3. Roma. conſ. 41. & Bar. nu. 4. Paul. de Caſt. nu. 11. Alex. col. 4. & Iaſ. nu. 10. in d. l. cùm procurator §. ſi dominus, vbi in medium affert iſtam eſſe communem opinionem. quam quidem communem denudat procedere Capicius in duobus caſibus in deciſ. 34. in cauſa magnifici Andreæ de Ebulo, numero 11. & ſeq. *Cõis opin.*

4 Et primus caſus eſt, vbicunque appellans nõ extitiſſet admiſſus per iudicem à quo ad appellandum, vt tunc iterum poſſet appellare ad iudicem ad quem, & ita ibi promit fuiſſe deciſum in ſacro Regio Concilio, Et re ipſa ſic obſeruatur hodie in Regno.

5 Imò infinitis propè vicibus mei clientes, me patrocinante, nõ appellarunt aliter ad iudicem à quo,

à quo, ſed ſolummodò ad iudicem ad quem infra tempora conceſſa ad appellandum dierum decem, ac impetrauerunt literas inhibitorias, & ſemper obtinui in Regno in facti cõtingentia, talem appellationem ſolam ſufficientem eſſe. Et quòd ſufficiat coram altero iudice appellare, vel ad quẽ, vel à quo, firmat Lapus in allegatio. 38. An valeat appellatio, ſub nu. 1. poſt Ioan. And. in c. fin. de appellat. Sed hoc ait non obſeruari Romæ Quintil. Mandoſ. in add. Lapi in d. allegatio. 38. in litera A.

¶ Nec me prȩterit, appellationem interponẽdam eſſe, atque debere regulariter coram iudice à quo, c. biduum 2. q. 6. & c. vt debitus de appellat. & Glo. in c. ſuggeſtum eod. tit. Lap. in d. allegatio. 38. nume. 6. & Quintil. Mandoſ. cum aliis aggregatis ibi per eum, in add. in litera M, ubi aſſignat concludentes rationes.

¶ Cæterùm ſi concurreret iuſta cauſa, tunc quippè licitum, permiſſumque foret appellare ad iudicem ad quem, & teneret, atque ualeret appellatio, ſecundum Abb. & alios in d. c. ſuggeſtũ, Geminian. in c. appellatio de appellat. in 6. Bald. in l. apertiſsimi C. de iud. & iſta eſt cõmunis opinio, atteſtante Socin. conſ. 39. ſub nu. 32. uol. 4. & Dñico Roberto Lancellotto in tract. de attentatis, & innouatis in 2. par. cap. 12. de attentatis appellat. penden. in 15. ampliatione, nu. 1 & ſeq. & illamet humaniorem uocat Quintil. Mandoſ. in add. Lapi in d. allegatio. 38. in litera B, & M. Cõis opin.

6 Secundus uerò caſus eſt, quòd in caſibus, in quibus ab executione appellari queat, appellatio fieri non poſsit, niſi ſemel.

7 Sed ego ſolitus ſemper fui in appellationibus interponendis, hanc adhibere cautelam, & præſertim in caſibus, in quibus ex uariis, diuerſiſque accidẽtibus fuerit neceſſaria non ſolùm una, ſed plures etiam appellationes, vt ſecunda, vel tertia appellatio intelligeretur eadem cum prima, & quòd cenſeretur ſemper vnica tantùm appellatio.

8 Vnde mihi euenit in facto compluribus quippè vicibus, vt nonnulli iudices in hac pȩnitus infelicisſima tȩmpeſtate noſtra, protulerunt ſentẽtias diffinitiuas, & in eis diuiſerunt quippè continentiam cauſæ, contra formam c. 1. & 2. de ſequeſ. poſſ. & fruct. & l. nulli C. de iud. reſeruando ſibi actiones pronunciandi ſuper aliquibus capitibus ipſius cauſæ, ad finem nimirum nunquam abdicandi à ſe poteſtatem, & iuriſdictionem procedendi in ipſis cauſis. Vnde in his caſibus appellare conſueui à prima ſententia, & ab alijs ſententiis poſtmodum promulgandis ſuper memoratis actionum reſeruationibus, cum proteſtatione, vt ſupra, quòd ſemper vnica tantùm intelligeretur appellatio.

9 Sed vt eò redeamus, vnde vtiliſsimis digreſsionibus diſceſsimus, concludo, quòd bannitus, vel excommunicatus pluries ex diuerſis delictis, venit pluries etiam abſoluendus, ita Bald. in l. nihil C. de man. vin. Anchara. in clemen. grauis de ſenten. excommunicat. Bart. in l. 1. §. ſi plura in fin. ff. ad Turpil. & idem Bar. nu. 3. Alex. num. 11. & Iaſ. num. 9. in d. l. de pupillo. §. ſi in pluribus, vbi Paul. de Caſt. num. 3. concludit, quòd ſufficeret vnica abſolutio in pręſenti caſu, dummodò in ipſa abſolutione bannitus, ſeu excõmunicatus abſoluatur ſub vnamet uerborum conceptione ab omnibus cenſuris, & bannis incurſis: quod facilè adaptari poſſet de iure: Sed ſat eſt, quòd opinio Bartoli, & ſequacium communis, & indubitata redditur. Vt bãnitus, vel excommunicatus ex variis criminibus, egeat pluribus abſolutionibus, quæ aut inſerantur in vna ſententia, vel in pluribus, parùm refert. Et tanto facilius hoc procedere poſſet, quanto, quòd Reo conteſtata extitiſſet ſibi vnica tantùm lis ſuper omnibus criminibus, pro quibus bannitus reperiebatur; & tunc vtiq; ex vnica conteſtatione litis ſuper omnibus bannis, vnica ſententia proferri deberet, aliàs diuideretur continentia cauſæ contra iuris regulas. Cõis opin.

10 Cæterùm aduerte, quòd aliàs in facti contingentia mihi euenit, quendam meum clientem repertum eſſe contumacem ex duobus criminibus, & dum extitiſſet captus, & carceratus pro huiuſmodi cauſa, purgaſſe ambas ipſas contumacias, atque ſoluiſſe ſolita emolumenta, ſtabilita in Regno, pro purgatione contumaciarum.

SVMMARIVM.

1 *BAPTIZARI non poſſunt paruuli in vtero matris.*

2 *Baptizari, propter imminens periculum, poſſunt habentes capu extra matris ventrem, quamuis omnia alia mẽbra in eo clauſa habeãt.*

3 *Baptizato capite, totum corpus baptizatum cenſetur.*

4 *Baptizata manu, vel pede pueri exiſtente extra matris vterum, totum corpus cenſetur baptizatum.*

5 *Membrum aliquod pueri non perfectè nati, ſufficit baptizari, vt efficiatur Chriſtianus.*

6 *Baptiſmus neceſsitatis tempore, & in articulo mortis, licitè ab hæretico, & excommunicato ſuſcipi poteſt. & aſſerens baptiſmum ſumptum ab hæreticis, ſecundum formam eccleſiæ non eſſe verum baptiſmum, anathema foret.*

7 *Baptiſmus in caſu neceſſitatis à laico licitè cõferri põt.*

8 *Baptiſmus in caſu neceſsitatis à muliere conferri poteſt.*

9 *Baptiſmus à Diacono in caſu neceſsitatis, abſente ſacerdote ſuſcipi poteſt.*

OPINIO. LXXXI.

1 BAPTIZARI non poſſunt paruuli in matris vtero, c. ſi ad matris corpus, & c. ſeq. de conſecratio. diſt. 4. vbi text. oſtendit rationẽ, quia cùm natus non ſit, regenerari nequit, vt hoc aliis quamplurimis rationibus, & authoritatibus approbat Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam in ver. ſuſceperit liberos

liberos,num.153.C.de reuocan.donat. & Franciſ.Marci deciſio.952.in 1.par.

2 Sed vbicunque puer haberet caput extra matris vterum, quamuis omnia alia membra incluſa in eo forẽt, ſi tunc ſubeſſet periculum aliquod poſſet omni dubio remoto baptizari, ſecundum Guil. Lau. & Card.in clem. 1. de ſumma Trinit. Ang.Claua. in ſumma in ver. bapt. Diſcipulum in ſermone 76. niſi quis renatus fuerit col. 2. in litera V,Henric. in c.maiores de bapt.Petr. Aur. Lau.Thom.& Ricar.in 4. ſententiarum diſt.4.q. 1. & Tiraq. cum magna catherua Doctorum in d.l.ſi vnquam in ver.ſuſceperit liberos,ſub num. 156. & iſtam opinionem ſequitur quoque,& cõmendat,ac profitetur eſſe communem, tam canoniſtarum, quàm theologorum Boer. in tract. de authoritate magni conſilij, num.21. qui tractatus poſitus reperitur in fine ſuarum deciſionum. Et ſic ſi caput ipſum pueri aſpergeretur aqua,dicendo, Ego baptizo te in nomine patris, & filij,& ſpiritus ſancti,eſt verè tunc baptizatus, & ſi naſceretur poſtea puer, nõ deberet amplius baptizari. Et ratio eſt, quia caput eſt principalior corporis pars, & in eo quippè vigent omnes ſenſus ipſius corporis, totaque virtus in eodem capite viget, & per capitis imaginem cognoſcimur. *Cõis opin.*

¶ Et hinc eſt, quòd locus in quo humanum caput ſepelitur,humaturq; religioſus efficitur, l. cùm in diuerſis ff.de relig.

3 Quia baptizato capite totum corpus cenſetur baptizatum,ſecundum Glo.Alex.num.20.& cæteros in l.3.ff.de acquir.poſſ.

4 Et hoc videtur ampliare,vt ſimiliter procedat in alijs partibus corporis ipſius pueri,ſcilicèt manibus,& pedibus apparentibus extra matris vterum,vt ad cautelam baptizari poſſint, Diſcipulus in d.ſermo.76.& hoc apertius firmat Bart.in l.quod certatum C.de poſthumis hæredibus inſtituendis,vel exhæredandis.

5 Vbi poſt canoniſtas concludit, quòd ſufficeret, vt aliquod membrum baptizetur pueri non perfectè nati,vt Chriſtianus effiẽeretur.

6 Item baptiſmus neceſſitatis tempore,& conſequenter in articulo mortis licitè ab hæretico, & excommunicato quoque ſuſcipi poſſet, ſecundum communem opinionem omnium Theologorum,quam ſequitur, declarat, & citat Couarruuias in conſtitu.alma mater de ſenten.excom. §.6.ſub num.8. & Franciſc. Marci deciſio.950.in 1.par. *Cõis opin.*

¶ Imò ſi quis aſſereret baptiſmum ſumptum ab hæreticis in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti,cum intentione faciendi quod facit eccleſia,non eſſe verum baptiſmum, anathema foret, ſecundum Concilium Trid.ſeſſ.7. canone 4.

7 Et quemadmodum baptiſmus ab hæretico, excommunicatoq; in articulo mortis ſuſcipi licitè queat, ità etiam in eodem mortis articulo idẽ baptiſmus à laico,ſi deſit ſacerdos, conferri poſſet,c.ſanctum de conſe.diſt.4.c. ad limina 30. q. 1.c. quod quidam 1. quæſt. 1. & c. ſuper quibus 30.q.3.

8 Necnon eodem tempore baptiſmus etiam à fœmina ſuſcipi valeret,vt ibi,& c.mulier de conſe.diſt.4.

9 Et demum quoque à Diacono, abſente ſacerdote,in caſu neceſsitatis conferri etiam poſſet baptiſmus ipſe,ità Card.in clem.1.de bapti.

SVMMARIVM.

1 *BENEFICIA patrimonialia,quę hodie dantur in titulum perpetui beneficij verè ſunt, & realiter perpetua beneficia eccleſiaſtica.*

2 *Ordinatus ad titulum patrimonij,tenetur neceſſariò facere mentionem de illo titulo patrimonij.*

OPINIO. LXXXII.

1 BENEFICIA patrimonialia,quę hodie dantur in titulum perpetui beneficij, ſunt verè,& realiter perpetua beneficia eccleſiaſtica, iuribus vulgaribus.

2 Et hinc eſt, quòd quando quis eſſet ordinatus ad titulum patrimonij, tenetur neceſſariò facere mẽtionem de illo titulo patrimonij,quia vt ſupra oſtendimus verè eſt beneficium, & de eo fieri debet mentio, vt concludit Ioan.Andr.col.2.Abb.Fely.num.5.in c.poſtulaſti de reſcript.& idem Ioan. Andr.in c. ſi pauper, num. 2.de prębend.lib.6.& hoc dictum Ioan.Andreę,& ſequacium communiter tenetur,teſte Sylua.de beneficio par.3.q.12.nu.27. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *BONA fides iure requiſita ad præſcriptionem,in dubio præſumitur in poſſidente,habente titulum verum,vel putatiuũ, niſi contrarium probetur.*

2 *Iniuſtus error cauſat bonam fidem.*

3 *Titulus verus requiritur in vſucapione, & putatiuus, vel fictus cauſatus iuris errore non ſufficit.*

4 *Titulus putatiuus non ſufficit ad vſucapionem fructuũ.*

OPINIO LXXXIII.

1 BONA fides, quæ ad præſcriptionem iure requiritur, præſumitur in dubio in poſſidente,niſi contrarium probetur,ſecundum Bart.& alios in l. Celſus ff.de vſucap. præſertimque Balbum ibi cum alijs ſignatis per eum in 3. par. ſub nu.2.&9.Glo.Ant.Panor.col.3.Fely. col.2. & re-

& reliquos omnes in c. ſi diligenti de præſcript. Bal. & Ang. in l. ſuper lōgi. col. 3. de præſcrip. lōg. temp. Alex. conſ. 200. col. 1. vol. 2. & conſ. 75. col. pen. vol. 4. Iaſ. in §. ſed iſte nu. 99. inſtit. de actio. Curt. Sen. conſ. 71. col. 4. Curt. Iun. conſ. 28. Alc. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 5. nu. 1. & Couarru. in c. poſſeſſor in 2. par. §. 8. nu. 2. de reg. *Cōis opin.* iur. in 6. vbi fatetur iſtorum opinionem communem eſſe, & ſequitur etiam, & communem fore meminit Menochius de recuperanda poſſeſſione, remedio 13. num. 64.

2 Sed hoc abſque dubio, ac difficultate procederet, vbicunq; poſſeſſor ipſe haberet titulum verum, vel putatiuū, etiam errore iniuſto. Et ſic iniuſtus error hoc caſu cauſaret bonam fidem, ſecundum Bar. in d. l. Celſus nu. 17. & in l. igitur §. poteſt ff. de libera. cauſ. per text. ibi, Alciat. in d. præſumpt. 5. ſub nu. 1. Couarr. vbi ſupra, & Menochium in d. remedio 13. nu. 34. & ſeq. in quibus quidem locis mentionati Recentiores oſtēdunt hanc ſententiam communem eſſe. *Cōis opin.*

3 Sed hoc non procederet aliquomodo in vſucapione, in qua certè requireretur titulus verus, & non fictus, cauſatus iuris errore.

4 Et conſequenter ad fructuum vſucapionem, & acquiſitionē titulus putatiuus non ſufficeret, ſecundum Bar. in l. ſed ſi lege §. ſcire ff. de peti. hęred. & Vrſill. cū alijs ſignatis per eū in addi. Affl. in deciſ. 240. ſub n. 5. & ſeq. vbi deducit ita determinatū extitiſſe in Sacro Regio Conſil. Neapol.

SVMMARIVM.

1 BRAVIVM non debetur currentibus, niſi clarè conſtat quis prior metam attigerit, ſed ratione incertitudinis omnes iterum currere debent.

2 Incertitudinis ratione denegaẽ, q̄ vni certè dādū erat.

3 Legatum factum vni de duobus, qui primò aſcenderit Capitolium, ſi contingat ambos aſcendere, & neſciatur quis prior, tunc neutri debetur.

4 Pax, ſeu treuga ob incertitudinem rupta dici non debet, vbi non apparet quis aggreſſor fuerit.

OPINIO. LXXXIIII.

1 *Bravivm.* CVRRENTIBVS aliquibus ad brauium, ſi duo ex eis pariter, ſimulq; perueniāt ad ipſū brauium cum ſuis equis, nec ſciatur aliter quis fuerit prior, & quis poſterior, tunc ratione incertitudinis neuter habebit brauiū, ſed iterū current, ſecundū Ang. in l. eum, qui nouiſſimus ff. ad Trebel. & Alex. in l. qui filiabus §. 1. in fin. ff. de leg. 1. vbi firmat iſtam veritatē eſſe, de qua ha- *Cōis opin.* betur etiam, ſeu tractatur per Bal. & Imol. d. §. 1. & in c. indicante de teſta. vbi cōcludunt cū aliis Doct. mentionatis hoc caſu, non eſſe locū gratificationi, quoniam eſſet contra tex. iuncta Glo. in l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos ff. de leg. 2. & hoc eodē caſu, non ſolū currunt illi, qui fuerūt primi, verum etiā omnes, iterum currere debent, vt voluerunt Barbat. in d. c. indicante, ſub n. 10. Ang. & Alex. in d. l. eum qui nouiſſimus. Nā ex quo nemo illorū vicit, nemo aliorum victus eſt, de quo etiā per Bal. & Ang. in proœmio ff. §. ſed cū nos, & in d. l. qui filiab. §. 1. per Fely. in c. capitulū Sanctę Crucis de reſcrip. col. pen. Iul. Ferret. in tract. de duello, ac de alijs varijs rebus in tit. ſeu cōſ. de brauio, & curſu equorū, nu. 3. & Paridē de Puteo in tract. de ludo, ſub n. 57. vbi narrat iſtā opinionē ſeruari de conſuetudine, & Tiraq. etiā in l. boues §. hoc ſermone, n. 72. ff. de verb. ſignifi.

2 Et quemadmodū brauium non debetur propter incertitudinē, ita etiam eadem et ratione incertitudinis, omnibus denegatur, quod vni tātū certè dandum erat; ne contingat illū habere, qui non debet: etiam ſi foret legatum fauorabile, l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutela.

3 Necnon ſi legatum factum ſit vni ex duobus, qui primò aſcēderit Capitoliū, ſi quippè contingat ambos aſcēdere, & ignoretur, quis prior, tūc neutri debetur, l. ſi ita fuerit ff. de reb. dubijs. Et notat in ſimili caſu Ang. Aret. in §. proximus, ſub nu 3. inſtit. de legi. agna. ſucceſ.

4 Poſtremò pace, ſeu treuga inita inter duos, atque pręſtita cautione de ſe ad inuicē non offendendo, ſi tamen ſe offenderent, & non conſtaret, quis eorū foret aggreſſor, tūc ratione incertitudinis, vterq; à pœna immunis eſſet, vt firmat Marſil. in rub. n. 406. C. de prob. Carre. in prac. crim. in §. homicidium 6. nu. 345. & in §. 11. n. 77. & Berous cōſ. 196. in cauſa inquiſitionis, n. 25. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 DEBITOR non poteſt inuitus extrahi de propria domo, nec in ea perſonaliter capi pro debito ciuili.

2 Domus propria vnicuiq; eſt tutiſſimū refugiū.

3 Debitor in propria domo, nec etiam pro maximo debito capi poteſt.

4 Debitor in porticu ꝓprię domus ꝓ debito ciuili capi pōt.

5 Delinquens, pro delicto commiſſo capi poteſt in propria domo, & de ea inuitus extrahi.

6 Iudex debitori nō exeunti de propria domo, poteſt facere præceptum pœnale, & non comparentem capere in propria domo, & captum confirmare pro debito creditorum de iure communi.

7 Carceratus nulliter relaxari nequit, quando captura de nouo eſſet facienda.

8 Debitor fiſcalis in Regno Neapolitano, nolens dare fideiuſſores de ſoluendo pœnam arreſtari, ſeu carcerari non debet; & ſi arreſtetur, Iudex tenetur in ſyndicatu actione iniuriarum.

OPINIO LXXXV.

1 CAPI nō pōt perſonaliter quis ꝓ debito ciuili in domo ꝓpria & ſic ob huiuſmodi occaſionē ciuilē de domo ſuæ habitationis inuitus ipſe debitor extrahi non debet, l. nemo ff. de reg. iur. & l. plerique, vbi Doct. ponunt hoc pro regula, præſertimq; Alex. & Iaſ. in princ. ff. de in ius vocan.

2 Quia, ſecundum iura mentionata domus vnicuiq; eſt tutiſsimum refugiū. Et hinc Cicero pro domo ad Pontific. Quid ſanctius, quid omni religione munitius, quàm domus vniuſcuiuſq; Ciuium? hic aræ ſunt, hic foci, hic Dij penates, hic ſacræ religionis cæremoniæ continentur, hoc refugium eſt ità ſanctum omnibus, vt inde arripere neminem fas ſit.

3 Imò regula iſta ampliatur vtiliter procedere in debito magno quoq; pro quo debitor minimè in domo propria capi poſſet, ſecundum omnes, & maximè Alberi. de Roſa. & Iaſ. nu. 15. in d. l. pleriq;, vbi perhibent iſtā eſſe communē opinionē. Cōis opin.

4 Sed eadem regula ità ampliata limitatur non habere locum, vbicunq; debitor cōmoraretur in porticu domus ſuæ, tunc enim captura ipſius debitoris in eo facta valeret, & teneret, vt voluerūt Bart. & cæteri in l. cætera §. hoc ſenatus per illum text. ff. de leg. 1. Bal. Ang. Iaſ. nu. 19. & Alex. cum alijs citatis per eum, nu. 4. in d. l. plerique, vbi ponit expreſsè iſtorum ſententiā communem eſſe. Cōis opin.

5 Limitatur ſecundò pariter in cauſis criminalibus, pro quibus certè inuitus quis de domo propria extrahi licitum eſſet, §. quoniam in auth. vt null. iudic. Glo. in d. l. nemo, & in d. l. plerique, vbi Iaſ. num 27. & cæteri omnes.

6 Et hac occaſione ductus Ang. in fauorem creditorum, in d. l. pleriq; tradit cautelā, remediūq; huiuſmodi, & quidem tutiſsimum eſt, videlicet. Quòd creditor ipſe habēs debitorem non exeuntem de domo, ſuadeat Iudici ad faciēdum ei pręceptum ſub pœna applicanda fiſco, nam ſi tunc non compareret, poſſet abſq; dubio pro tali mulcta capi in domo propriæ habitationis, & ſtante, ac concurrente captura iſta, poſſet ſuum debitorem ita captum confirmari, ſeu condemnari facere in ipſis carceribus pro ſuo debito, ſecundū cautelam traditam per Bar. in l. ſacrilegij §. fin. aliàs eſt lex cum eo ff. ad legem Iul. peculat. quem ſequūtur Ang. & Caſtr. in l. vnica §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Anchar. & Imol. in c. 2. de pign. Aret. in §. fin. ſub n. 2. inſti. de acti. Roma. in l. 4. §. prætor ait ff. de damn. infect. Caſtr. & Alex. nu. 7. in d. l. plerique Cępol. cautela 51. regula eſt, quòd nemo inuitus, & Cotta iñ memorali, in ver. domus vnicuiq; la 2. vbi exprimit iſtam eſſe magis communem opinionem, & licèt Iaſ. in d. l. plerique, nu. 27. & in l. fin. in 3. not. ff. de procur. aliquibus rationibus non leuibus, firmet contrarium. Tametſi in actu practico ab ipſa communi recedere fatuum cenſeretur, quæ communis per antedictos Doct. redditur tutiſsima. Cōis opin.

7 Imò iuſtificari poſſet etiam ex communi opinione copioſè tradita per Curt. Iun. coſ. 127. nu. 5. & per Grauett. conſ. 46. nu. 7. videlicet, quòd carceratus nulliter relaxari nequeat, quando captura contra eundem de nouo eſſet concedenda, ſeu facienda. Cōis opin.

8 Sed in Regno Neapolit. nullus officialis poteſt aliquem perſonaliter capere incidentem in pęnā pecuniariam, ſeu bannum, & cōſequenter debitor fiſcalis volens dare fideiuſſores de ſoluendo pœnam arreſtari, ſeu carcerari non debet, vt ſancitum reperitur in c. eiuſdem Regni Regis Caroli primi, Statuimus, & in c. Regis Caroli ſecundi, quòd iuſtitiarij, & not. Lallus de Tuſcia in cōſtit. Regni ſi quis clericus, nu. 7. lib. 1. & hoc idem videtur concludere Angel. in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſda. cogan. dicēs, quòd Iudex contrarium agens tempore ſyndicatus, per text. ibi, poſſet actione iniuriarum conueniri.

SVMMARIVM.

1 *CAPTVS pro repræſalijs conceſſis pro ſuæ communitatis facto, vel alicuius particularis perſonæ, habet ius repetendi totum, & quicquid erogat ea de cauſa ab ipſa communitate, vel ſpeciali perſona.*

2 *Fideiuſſor coactus ſoluere ob iniuriam debitoris per violentiam ſuperiorū, habet regreſſum contra principalē.*

3 *Debitor coactus ſoluere ob creditoris iniuriam conſequitur liberationem ope exceptionis.*

4 *Repræſaliatus pro ſua communitate accipiens pro ſoluendo eius debitum pecuniam ad vſuras, non ſolùm debitum principale, ſed etiam vſuras ipſas, ſeu intereſſe decurſum licitè conſequi, & repetere poteſt.*

OPINIO LXXXVI.

1 CAPTVS pro repræſalijs conceſsis pro ſuæ communitatis facto, vel alicuius particularis perſonę, habet ius repetendi totum, & quicquid erogat, ſeu expendit ea cauſa, & occaſione, ab ipſa communitate, vel ſpeciali perſona, ſecundum Bartol. in l. Neſennius, num. 2. & Angel. in princ. ff. de negoc. geſt. Bartol. in l. 2. §. fin. ff. de verb. oblig. & in l. 2. num. 23. §. item in facto ff. qui ſatiſda. cogan. Alex. conſil. 49. num. 6. vol. 1. Ruin. conſil. 107. num. 11. vol. 5. Bald. in authen. omnimodo in fin. C. ne vxor pro mari. Abb. conſ. 21. in queſtione vol. 2. Alex. in l. 2. §. fin. num. 6. ff. de condit. ob cauſam, & in d. l. 2. §. fin. ff. de verb. oblig. nu. 2. vbi iſtorū opinionem limitat in duobus caſibus, & communem dicunt inibi Moder. in princ. & in effectu nullam in ſe habet dubitationem, quando repræſaliæ iuſtè indictæ ſint, aliàs ſi iniuſtè ad incommodum debitoris recidere non conuenit iniuriam, l. ſi per imprudentiam ff. de euictio. & l. 2. ubi Bald. ff. quod metus cauſ. Roma. conſ. 172. in propoſito, colu. 1. Oldrad. conſ. 218. gratia, & Alexand. conſ. 147. vol. 2. Et hoc idem, quòd repræſaliatus repetere ſolutum nequeat ab eo, cuius cauſa ſoluit, ſi iniuſtè fuerint conceſſæ ipſæ repræſaliæ, firmauit etiam Ioan. Lig. in tract. repræſaliarum circa fin. verſic. huic membro, Bald. Angel. Ioan. de Por. Petrus de Ancharan. Paul. de Caſtr. & Alexand. ſub num. 11. in l. 2. §. item ſi in facto ff. de- Cōis opin.

ff. de uer. oblig. & quamuis Raph. Rayn. & Fulgo. in l. nam & Seruius ff. de negoc. geſt. ſuadeant aliquibus rationibus artificioſis contrarium, nihilominus, quicquid Doct. iſti inutiliter fabulentur contra veritatem, noli in deciſiuis recedere à prima opinione præmemorata Bald. & ſequacium modo aliquo, tanquam tutiſsima, atque veriſsima, quam limitat Alexan. in d. l. 2. §. item ſi in facto.

¶ Vbi ſubdit etiam, quòd iudex iniuſtè concedens repræſalias, ſi poſtea caperetur earum occaſione, & ſolueret, non repeteret vtique ſolutum ab eo, cuius cauſa, & intuitu fuerint conceſſæ.

2 Et hoc procedit ſimiliter in fideiuſſore, qui coactus fuit ſoluere ob iniuriam debitoris per uiolentiam ſuperiorum, habet regreſſum contra principalem, vt uoluit Abb. conſ. 60. quoniam ſatis abundè vol. 1.

3 Proceditque communis iſta in debitore, qui ſoluere coactus ob creditoris ſui iniuriam conſequitur liberationem debiti ope exceptionis, ſecundum Bartol. in l. creditor ff. de ſolut. & in tract. de tyrannide quæſt. 7. quem ſequitur Ancharan. conſil. 64. in cauſa, quæ vertitur, & Alexand. conſ. 57 col. fin. uol. 1. & cõſil. 103. col. pen. volu. 2.

4 Et iſte repræſaliatus pro ſua Ciuitate, accipiens pro ſoluendo eius debitum pecuniam ſub vſuris, non ſolùm debitum principale, ſed etiam vſuras ipſas, ſeu intereſſe decurſum licitè conſequi, ac repetere poſſet; vt conſuluit Laurentius de Rodulphis conſil. 203. volu. 2. & reaſſumit in tract. uſurarum in 2. par. quæſt. 48. de qua meminit Anania in c. 1. colu. 8. extra de vſuris.

SVMMARIVM.

1 *MVLIERES caſtè viuentes non poſſunt carcerari pro priuato debito in defectum bonorum, aut pro pecunia fiſcali, nec etiam pro quolibet crimine commiſſo.*

2 *Iudices carcerantes mulieres caſtè viuentes, & de crimine inquiſitas puniuntur pœna capitali.*

3 *Mulieres caſtè viuentes de crimine inquiſitæ carcerari poſſunt in carceribus, tamen ſeparatis à carceribus maſculorum.*

4 *Mater tutrix filiorum, ante ſuſceptam tutelam, renuncians omni legum auxilio, ob pecuniam filijs debitam ratione tutelæ, poteſt perſonaliter capi, & carcerari.*

5 *Statuto diſponenti, quòd mulier carcerari nequeat, renunciari non poteſt.*

6 *Mulieres etiam honeſtæ in Regno Neapolitano contra quas liquidatur inſtrumentum, pro ſumma liquidata carcerantur, & locus carceris ſecundum qualitatem perſonarum arbitrio iudicis deputatur.*

7 *Meretrices carcerari poſſunt in carceribus communis, & non gaudent in hoc honeſtarum mulierum priuilegio.*

8 *Meretrix maritata, ob reuerentiam matrimonij carcerari non debet in carceribus communis.*

OPINIO. LXXXVII.

1 CARCERARI, ſeu in carceres detrudi mulieres honeſtè, ac caſtè viuentes non poſſunt ex peculiari priuilegio pro debito priuatò, ſi bona defecerint, nec pro pecunia fiſcali debita, nec pro quolibet crimine commiſſo auth. ſed nouo iure C. de cuſto. reorum, & l. 1. cum auth. ſequen. ff. de offiic. diuer. iudi. & notat Lallus de Tuſcia in conſtitutionibus Regni ſi quis clericus, num. 6. lib. 1. licèt ibi aſſeueret, quòd circa tributa, & collectas fiſco debitas per ipſas mulieres malè obſeruari in Regno, & hoc pro conſtanti, ſeu pro regula tradit Marſil. in pract. crimin. in §. attingam, num. 63. & Grammati. deciſio. 33. num. 9. & ſequen. Michael Ciſuentes in commentarijs ſuper leges Tauri in l. 62. in princ. per text. ibi, & Petrus Duennas in reg. 312. fœmina pro debito, cum multis ampliationibus, & limitationibus, & Iaffredus deciſio. 393. non incarceratur mulier.

2 Imò iudices carcerantes mulieres pudicam vitam agentes, & de crimine etiam inquiſitas, puniuntur pęna capitali, vt eſt tex. in §. quoniam in auth. vt nulli iudi.

3 Sed hodie pro crimine de conſuetudine contrarium ſeruatur, quòd mulieres detineri poſſint in carceribus ſeparatis à carceribus maſculorum, teſte Marco Antonio Blanco in practica crimin. in rubr. 1. num. 27. in princ. dictæ practicæ, celebre D. Follerio in practica criminali in ver. notato capiat de perſona, num. 28. & ſequenti. & alijs quamplurimis congeſtis per Grammati. in dicta deciſio. 33. num. 9. cum alijs ſequent.

4 Hoc tamen non procederet, aduerte, vbicunque mater tutrix filiorum ante ſuſceptam tutelam renunciaret omni legum auxilio ſibi competenti, tunc quippè per renunciationem iſtam, ob pecuniam filijs debitam ratione tutelæ, poteſt perſonaliter capi, & in carceribus poni, ſecundum Bartol. in l. ſi quis ſub conditione, num. 18. ff. de teſtam. tute. & in authen. matri, & auiæ num. 13. & ibi Saly. num. 14. C. quando muli. tute. offic. fungi poſſ. Ioan. Andr. Dominic. & Francus in cap. 2. de iudic. in 6. Roma. Alexan. Socin. & Iaſ. in l. plerique colum. final. ff. de in ius vocand. Roma. conſil. 118. & in l. aliam §.

elegantер nu 11. ff.ſolut. matrim. & Matheſi. in ſing. 109. & Petr. Duen. in d. regul. 312. num. 2. cum magna catherua Doctor. relata ibi per eum, & iſtorum opinionem recitat eſſe communem, prout communis eſt, Couarruuias in ſuis reſolutionibus lib. 2. cap. 1. nume. 3. Tamen ibi refert aliquos Scribent. contrarium aſſerentes, & tandem ipſe quoque leui quodam, &vulgari fundamento conatur à præmiſſa communi diſcedere, quod fundamentum ante eum adduxit Marſil. in dicto §. attingam, num. 64. & ſequent. vbi, & ipſe etiam infringit antedictam communem: cæterum fatuum eſſet in actu practico ob opinionem iſtorum à dicta communi ſententia tot illuſtrium Doctorum, quæ eſt in iure veriſsima, & per curioſos, & veritatis defenſores optimis, & facillimis rationibus tueri poſſet, recedere; & eam ſequitur quoque tanquam ſacroſanctam, & communem Angel. & Platea colu. penult. in l. nemo carcerem C. de exactorib. tributor. lib. 10. Iaſ. in l. penult. num. 4 ff. ſi cert. petat. Ciſuentes in d.l. Tauri 62. & Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto, & fugit. q. 6.

Cōis opin.

5 Cæterùm iſta communis ita retenta, non procederet quippè, vbicunque ſtatutum diſponeret contrarium, quòd mulier carcerari, atque arreſtari non poſſet, tunc enim mulier ipſa, ſtatuto ita diſponenti, renuntiare nequiret, ſecundum Bald. in l. final. C. quando mulier tutel. offic. fungi poſſ. & in authent. matri, & auiæ eodem titu. & Alexan. in l. plerique ff. de in ius uocan.

6 Item non haberet locum regula præmiſſa, quando repræſentaretur, ac liquidaretur contra ipſas mulieres inſtrumentum ſecundum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ; quia tunc poſſet abſque dubio aliquo carcerari, & locus carceris eis ſecundum qualitatem perſonæ arbitrio iudicis deputaretur, ſeu aſsignaretur, ſecundum D. Carauitam recolendæ, & piæ memoriæ in ritu 166. num. 1. cum aliis ſeq. ubi hoc profusè diſcurrit, & meminit ità in Regno obſeruari in practica, prout, & nos hoc idem ſemper obſeruari vidimus.

7 Similiter memorata regula non procederet in meretrice, quia meretrix non gauderet quippè aliquo modo priuilegio, vt poneretur in monaſterio, ſed poni deberet ad carceres communis, ſecundum Bal. in l. conſentaneum C. quo modo, & quando Iud. & eſt text. in d.l. 62. Tauri, vbi Ciſuētes cum alijs aggregatis per eum poſt princip.

8 Sed Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de iniurijs, & damnis datis in rubr. limitauit iſtam doctrinam, videlicet, niſi iſta meretrix eſſet maritata, quia tunc ob reuerentiam matrimonij non poneretur ad carceres communis, qualecunque eſſet illud matrimonium, & ſequitur Michael Ciſuentes in d. l. 62. Tauri, & Cotta in memorali in verb. meretrix, vbi inquit hoc dictum Ioan. Andr. fore ſingulare, & limitat cum alijs congeſtis per eum.

SVMMARIVM.

1 *CARDINALEM offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur perinde, ac offendens Pontificem.*

2 *Cardinales temerè mutilans, verberans, vulnerans, interficiens, capiens, incarcerans, & detinens excommunicatur, & anathematizatur in Bulla Pij Quinti lecta in die Cœnæ Domini de anno 1568.*

3 *Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Nuncios, vel Legatos, Sedis Apoſtolicæ offendens, ac ipſos Legatos, aut Nuncios è ſuis terris, & dominijs eijciens, excommunicatur, & anathematizatur per Bullam Pij Quinti, ſimul cum mandantibus, & conſilium ſuper hoc præſtantibus, & incidit in crimen læſæ maieſtatis, quemadmodum Cardinalem percuſsiſſet.*

4 *Cardinalem offendens ad ſui neceſſariam defenſionem, non incidit in crimen læſæ maieſtatis, nec punitur.*

5 *Cardinalem offendens verbis contumelioſis, non punitur pœna læſæ maieſtatis, ſed mitiori pœna.*

6 *Cardinalem non dicitur inſequi ille, qui vadit, etiam cum malo animo ad dandum inſultum domui Cardinalis.*

7 *Excommunicationem licèt incurrat, qui hoſtiliter inſequitur Cardinalem, tamen non incurrunt illam per ſolam inſequutionem ipſius Cardinalis, niſi percutiat, capiat, vel banniat eum.*

8 *Conatus ad percutiendum, ſeu voluntas percutiendi non ſufficit, quamuis fuerit percuſsioni proxima contra Cardinalem, ſeu Epiſcopum ad incurrendum excommunicationem.*

9 *Conatus quamuis debeat puniri aliquando, tamen hoc fallit quo ad cenſuras, quoniam impoſitas contra facientem non incurrit, qui conatur tantum facere.*

OPINIO LXXXVIII.

1 CARDINALEM offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis, & puniri poteſt, quemadmodum percuſsiſſet propriam ſummi Pontificis perſonam, ac maieſtatem, ſecūdum Io. And. in c. ad apoſtolicæ §. perpetrauit de ſenten. & re iud. in 6. in verſ. Cardinales, Præpoſi. in c. in primis §. de perſona num. 20. 2. quæſt. 1. Anchar. in c. fœlicis de pœn. in 6. colum. 2. per illum textum Andr. de Iſer. in con-

in conſtitutio. Regni Neapo. exordiente, vt participatio colu. 2. & Afflict. in c. 11. colu. 8. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorum, quorum opinionem latè probat, ſequitur, & dicit communem Hieronymus Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis in lib. 1. q. 5. nu. 1. cum alijs ſeq. fol. 7. *Cōis opin.*

2 Imò excommunicantur, & anathematizantur in Bulla Pij Quinti lecta in die Cœnæ Domini de Anno 1568. omnes temerè mutilantes, verberantes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinentes ipſos Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

3 Vbi etiàm extenditur d. c. fœlicis cum omnibus pœnis in eo contentis ad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ſediſq; Apoſtolicæ Nuncios, vel Legatos, aut prædictos Nuncios, & Legatos è ſuis terris, ſeu dominijs eijcientes, eaque mandantes, ſeu conſilium, vel auxilium præſtantes.

4 Sed hoc fallit non procedere vbicunque quis offenderet Cardinalem ad ſui neceſſariam defenſionem, tunc enim hoc impunè permiſſum eſt, ſecundum Glo. in c. fin. in verb. percuſſerit de pœnis in 6. quam ſequitur ibi Ioan. Andr. Angel. Iaſ. num. 1. & Dec. nu. 7. in l. vt vim ff. de iuſti. & iur. & Cur. ſeni. conſ. 20. num. 29.

5 Fallitque ſecundò etiam non habere locum, quotieſcunque forent prolata verba contumelioſa aduerſus Cardinalem, ſiquidem ex prolatione hac verborum quantumuis contumelioſorum offendens Cardinalem ipſum, non deberet vtique puniri læſæ maieſtatis crimine, & pœna, ſed mitiori potius, prout firmat Petrus à Plaza in epito. delictorum cauſarum criminalium lib. 1. c. 1. ſub num. 27. cum alijs ſequen. vbi reprobat ſententiam Ioan. de Anania in c. 1. de Maledic. num. 5. contrarium ſentientis, quòd proferens verba iniurioſa in Cardinalem, ſibi imponendæ ſint, debeantque pœnæ ſtatutæ, in d. cap. fœlicis.

6 Et quemadmodum in præſenti caſu non dicitur crimen læſæ maieſtatis, ita etiam non dicitur inſequi Cardinalem ille, qui vadit etiam malo animo ad dandum inſultum domui Cardinalis, ita Ancharan. & Dominic. in dicto cap. fœlicis.

7 Et licèt ex diſpoſitione d. c. fœlicis, & prælibatæ Bullæ Cœnæ Domini incurrat excommunicationem, qui hoſtililer inſequitur Cardinalem, non tamen incurrit illam per ſolam inſequutionem ipſius Cardinalis, niſi percutiat, capiat, vel banniat eum, iuxta Clement. ſi quis ſuadente de pœnis.

8 Et hinc limitatur poſtremò etiam antedicta communis, non obtinere locum in conatu, actuque attentato contra Cardinalem, ſeu Epiſcopum, Nam ad incurrendam excommunicationem cap. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. non ſufficit voluntas percutiendi, neque conatus ipſe ad percutiendum, quamuis fuerit percuſſioni proximus, ſecundum conſumatiſſimum in legali ſcientia D. Nauarrum cum alijs aggregatis per eum in Manuali Cōfeſſariorum, & pœnitentium cap. 27. nu. 50. & ſeq.

9 Et quamuis conatus debeat puniri, iuxta cap. ſi fortè de pœnitent. diſtinct. 1. & alia quæ tradit ibi Felyn. an tractatus debeat puniri non ſequuto effectu in princ. Tamen hoc fallit quò ad cenſuras, nam impoſitas contra facientem non quippè incurrit, qui conatur tantùm facere, per ea quæ ipſemet Felyn. citat ibidem fallentia 6.

¶ Et communem præmemoratam limitat quoque in duobus alijs caſibus D. Nauarrus in d. cap. 27. num. 67.

SVMMARIVM.

1 *CAVSA dicitur magna, vel parua ſecundum qualitatem perſonarum inter quas verſatur.*
2 *Cauſa poſſeſſionis dicitur parua.*
3 *Cauſa magna, vel parua, quæ dicatur remiſſiuè.*
4 *Cauſa vnius bouis, vel porcelli inter ruſticos dicitur magna.*
5 *Leuis occaſio interdum eſt magni ponderis.*

OPINIO. LXXXIX.

1 CAVSA dicitur magna, vel modica ſecundum qualitatem perſonarum inter quas verſatur, vt per Bar. & alios communiter in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei C. eodem titu. & canoniſtas in c. fin. ext. de iureiur. & ratio aſsignatur iſthæc, quia inter aliquos cauſa decem librarū erit magna, inter aliquos verò negocium centum florenorum eſſet paruum, vt notant Scribentes poſt Glo. in l. ſed, & ſi ſuſceperit §. 1. ff. de iudicijs, vbi Glo. in ver. modica ponit exemplum in Regina Matilda, dicente, aliquantulum terræ dono illi Eccleſiæ, quæ tamen in effectu donabat 30. millia iugera terræ in territorio Cremonenſi, & Gloſſ. hæc communiter approbatur, teſte Ioan. Lupi in c. per veſtras de donatio. inter vir. & vxo. in rub. §. 11. num. 12 *Cōis opin.*

2 Et licèt contentio eſſet de re magna: tamen, ſi ea, de poſſeſſione, non de proprietate, contenderetur, eo caſu profectò non diceretur cauſa magna l. 1. C. ſi de momentan. poſſeſſ. & l. momentaneæ C. qui legiti. perſo. non habent ſtan. in iudi. ſecundum doctrinam Ioan. Andr. in c. ex inſinuatione ext. de procurat. communiter approbatam per Doct. Bar. & alios in d. l. admonendi, quamuis conetur ibi Curt. per plures rationes ſuadere contrarium, & malè. *Cōis opin.*

3 Et in materia quæ dicatur cauſa magna, vel

parua, poſuimus ſupra etiam, in opinio. 61. Arbitrio iudicis, & vide Ant. Corſetum latiſsimè declarantem in tract. de minimis volum. 2. num. 9. fol. 87.

4 Vbi etiam ponit, quòd cauſa vnius bouis, imò vnius porcelli in ruſtico, eſt magna cauſa; quia tenuis homo porcellum ſuum, ſicut oculum cuſtodit, ſecundum Glo. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de off. præſi.

5 Et etiam leuis occaſio, interdum eſſe videtur magni ponderis, ita Bald. in c. per tuas col. 1. de probat.

SVMMARIVM.

1 *CASVS non expræſſus habendus eſt regulariter pro omiſſo, vbi ex coniecturis non compræhenditur contrarium.*

2 *Subſtitutus poſt mortem vxoris, cui prædium relictum eſt, donec vidua permanſerit, prædium habet ſtatim muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias.*

3 *Subſtitutus non nato filio admittitur, ſi teſtator filium naſciturum inſtitueret, eique ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque decederet aliquem ſubſtituerit.*

4 *Subſtitutio extenditur de caſu ad caſum, niſi ex veriſimili teſtatoris mente aliud appareat, vel niſi ſubſtitutio ſit facta in pœnam inſtituti, vel tractaretur de extenſione facienda de perſona ad perſonam.*

OPINIO XC.

1 CASVS non expreſſus habendus eſt regulariter pro omiſſo, relinquiturq; diſpoſitioni iuris, l. cùm in dotem in prin. ff. ſolut. matri. l. ſi extraneus ff. de condi. indebiti, & l. commodiſsimè ff. de libe. & poſthu. & ibi Doct. & in l. Gallus §. & quid ſi tantum eod. titu. Dec. conſ. 15. pro tenui facultate, nu. 6. cõſ. 296. in caſu propoſito, n. 9. conſ. 480. in caſu qui contingit, nu. 7. conſ. 599. conſului aliàs nu. 7. & conſ. 627. num. 6. Paul. Caſtren. in l. 1. C. de cond. inſert. Curt. Iunior conſ. 11. num. 3. & Soc. conſ. 5. in princ. vol. 3. Sed hoc non procedit, vbicunque ex coniecturis appareret teſtatorem voluiſſe ad caſum omiſſum extendi diſpoſitionem ſuam, l. Lucius ff. de liber. & poſthu.

2 Ideoq; ſubſtitutus poſt mortem vxoris, cui prędium relictum erat, donec vidua permaneret, prędium habebit ſtatim muliere ad ſecundas nuptias tranſeunte, ſecundum Ioan. Andr. in addi. Specu. in rub. de ſecun. nuptijs, & Bal. in authen. quod locum C. de ſecun. nuptijs, Caſtr. in l. ſi mater C. de inſtitu. & ſubſtitu ſub cond. factis, Alex. in d. §. & quid ſi tantum, & in l. mulier C. ad Trębel. & cõſ. 100. viſa parte teſtamenti col. 1. vol. 4.

3 Et ex hoc etiam deciditur, quòd ſi teſtator filium naſciturum inſtitueret, eique ſi in pupillari ętate, vel poſtea quandocunq; decederet, aliquẽ ſubſtituerit, ſubſtitutus etiam non nato filio admitteretur, l. fin. C. de poſthu. hęred. inſtit. ſecundum Guil. de Cun. quem poſt Bar. refert, & ſequitur Soc. in l. 1. col. 11. ff. de vulg. & pupil. & faciũt notata per eundem conſ. 5. in prin. vol. 3. & per Dec. conſ. 227. in caſu.

4 Et eſt communis opinio, quòd ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum, vt per Doct. in d. §. & quid ſi tantum, cum his, quæ ſcribit Iaſ. cõſ. 203. Vannoctus vol. 1. Niſi ex veriſimili teſtatoris mẽte aliud dicendum ſit, vt per Anchara. conſ. 357. ex ſerie teſtamenti, & Fulgoſi. conſ. 49. ex facto proponitur, de quo late diſputat Barba. in c. Raynutius de teſtamen. fol. 23. & ſeq. Cõis opin.

¶ Interpretatur quoq; iſta communis opinio, ſi ſubſtitutio eſſet facta in pęnam inſtituti, ſecundum Bar. in l. pater Seuerinam ff. de condi. & demon. & Dec. conſ. 273. in caſu, conſ. 290. domina, & conſ. 298. col. 2. vel tractaretur de extenſione facienda de perſona ad perſonam, quæ nunquàm fit, etiam de veriſimili mente teſtatoris, l. Titius in princ. ff. de liber. & poſthu. cum alijs relatis per Dec. conſ. 394. pro vera reſolutione col. 3. & ſeq. & Iaſ. conſ. 220. teſtator vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS ad pœnam pecuniariam ex actione iniuriarũ contra ipſum intentata, non debet admitti ad bonorum ceſſionem, etiam ſi vnum nummum ſoluere non poſſet, ſed pœna debet conuerti in corporalem.*

OPINIO. XCI.

1 CEDERE volens bonis condemnatus ad pecuniam ſoluendam ex actione iniuriarum cõtra ipſum intentata, non debet admitti ipſe reus ad dictum beneficium ceſsionis bonorum; ſed iſth ec pœna debet conuerti in corporalem, vt per Doct. in l. 1. qui bonis cede. poſſunt, per Zaſium in §. fin. ſub num. 5. & ſeq. inſtit. de actio. & loculenter per Nattam conſ. 361. num. 9. vol. 2. & per Couarruuias in tract. variarum reſolutionum lib. 2. c. 1. nu. 8. & iſta concluſio videtur probari per text. expreſſum in l. ſed & ſi vnius §. ſi ante ff. de iniurijs, vbi ſeruus fuerat condemnatus ad certam pęnam actione iniuriarum, Dominus poterat ſoluendo redimere ſeruum vnum ab iniuria: & nihilominus tradidit illum ſeruum verberandum, & fuit liberatus. Et hoc ſimiliter procedit de plano ſi antedictus condemnatus non poſſet totam ſummam ſoluere, ſuper qua extiterat condemnatus excepto vno denario, ſecundũ communem opinionem omnium Doct. quam ſequitur, commendat, & citat Gomeſius in §. pœnales, num. 38. inſtitut. de actio. & Boer. deciſio. 349. num. 8. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 CESSIONARIVS dicitur propriè eſſe creditor,
2 Priuilegia conceſſa principali, conceduntur etiam ceſſionario.
3 Ceſſionarius dicitur dominus.
4 Exceptio excommunicationis, quæ obſtaret principali debitori ſuam actionem alij cedenti, non obſtat ceſſionario.

OPINIO. XCII.

1 CESSIONARIVS dicitur propriè eſſe creditor, ſecūdum Iaco.But. in l. 1. ff. ſi cert. petat. quem ibi Doct. cōmuniter ſequuntur, prout de hac communi opinione meminit Maria. Soci.conſ.27. & ſi præſens,num.7. vol.2.& ità conſuluit Roma.conſil. 142. quòd ceſsionarius, & conſ.202. non eſt dubium,& mouentur mentionati Doct. ad ſic concludendum per l.2.C.de donatio.vbi appellatur debitor ceſsionarij ille, cui nomen ceſſum fuit. Cōis opin.

2 Similiter facit, quia priuilegia conceſſa principali,conceduntur etiam ceſsionario l.2. in fine C.de priuileg.fiſci.

3 Et ceſsionarius iſte denique dicitur dominus, vt per Bald. in l. eos §. fin.C. de appell. & ad hoc etiam facit,quod ſcribit Bal.in l.ſi ſic ff.de leg.1. vt tradit ibi Alex.& iſtam communem ſequitur, & citat etiam Dec.in 1.lectu.in fin.& in 2.lectu.nu.99. & Niger in d.l.1.ff. ſi cert. peta. circa fin. quam latè ventilat Veronen.in l.creditores q.4. col.5.C. de pignori. & latiſsimè diſputabat ad vtranque partem Illuſtris D.Raynaldus Rodulphius Peruſinus præceptor meus, dum interpræ tabatur d.l.1.vbi aſſerebat antedictam communem non carere difficultate propter quamplurima in contrariū allegata per Doct.paſsim,quæ omnia more ſuo ſubtiliter,& doctè fœdere diſtinctionis concordare conabatur,prout etiam concordant Alciat. Bolognettus, & cæteri moderni, ibi, circa fin.

4 Sed iſta communis limitatur non procedere, quando principalis creditor eſſet excommunicatus, & alij cederet ſuam actionem, tunc quippè exceptio excommunicationis cedenti obſtat,ſed non obſtat ceſsionario,vt pulchrè deducit, & firmat Ant. Gall.in tract. de formulis obligationis cameralis formu.de perſona petentis exequutionem,nu.3.&ſeq.fol.par.128.

SVMMARIVM.

1 CITATIO partis in petitione familiæ Iudicis ad aſſociandum vigore pactorum executiuorum appoſitorum in inſtrumento, non eſt neceſſaria,& Iudex poteſt illam concedere abſque alia citatione.
2 Licentia per creditorem petita ingrediendi poſſeſſionem vigore pactorum exequutiuorum appoſitorum in inſtrumento, non poteſt per Iudicem concedi abſque partis citatione.
3 Clauſula vendit, tradit, ceſſit, & conceſsit idem operatur, quod clauſula præcarij, & conſtituti.

OPINIO. XCIII.

1 CITATIO partis in petitione familiæ iudicis ad aſſociandum, vigore pactorum executiuorū, appoſitorum in inſtrumento, non eſt neceſſaria aliquo modo, & conſequenter iudex parte non citata poteſt concedere licentiam aſſociandi creditorem ad poſſeſſionem, donec fuerit ingreſſus, & hoc ad prouidendum,nè ſcandala,& rixæ ſequantur, ſecundū Saly.q.8.Alberi.col.2.& Iaſ.in l.creditores C. de pignor.Alex.conſ.131. in cauſa inter Vniuerſitatem ſtrazarolorum,ſub nu.4.& 11.volu.4.Cottā in memorali in ver.pacta executiua circa fin.Marantam in tract.iudiciorum in 6.par. de citatione,ſub num.11.Iacob.Menochium in tract.recuperandæ poſſeſsionis remedio 5.num.29.& Affl. deciſio. 326. vbi firmat ità deciſum fuiſſe in ſacro Regio Conſilio Neapolitano.

2 Sed quotieſcunque petita eſſet licentia ingrediendi poſſeſsionem,tunc iudex illam concedere nequiret, non citata prius parte, vt voluerunt Bar.nu.26.& alij omnes in d.l.creditores, & Bal. in l.2.q.10.ff.de ſer. & in l.1.ff. de execu. rei iud. col.1.& Vrſillus in add.Affl.in d.deciſio.326.ſub nu.1. & Cotta in præcitato memorali in ver. pacta executiua, vbi appellat iſtam cōmunem opinionem fore,& Dec.quoque,num.90.& Mantua nu.45.in c.quoniam contra de probat. & Alex. in d.conſ.131.ſub num.4.& idem firmant etiam Iaſ.in l.2.num.13.C.de iure emph.Zuccar. in l.fin.num.158.C.de edicto diui Hadr. tollen. Neguſan.in tract. de pignoribus in 4. par. prin. nu. 24. Illuſtris D.Riminal.Iunior in prin.inſtitu. de donatio.num.542. & Pariſ. conſ. 172. num. 13. volum. 4. Cōis opin.

3 Et licèt ſoleat concedi aſſociatio prædicta vigore clauſulæ præcarij, & conſtituti appoſiti in inſtrumento creditoris,abſque alia partis citatione; tamen de anno 1579. dum reperiretur conceſſa huiuſmodi familia, & aſſociatio per iudicē primarum cauſarum Caſtri Rocchæ Sancti Stephani Bonifatio Cucciæ de eodem oppido,vigore cuiuſdam inſtrumenti producti per eum, carentis tali clauſula præcarij, & conſtituti; atque opponeretur ſimiliter per eius aduerſarium de nullitate conceſsionis huiuſmodi familiæ ex de-

fectu

fectu antedictæ clauſulæ præcarij, & conſtituti, coram D. Hieronymo de Roſis præclaro, atque inſigni doctore concive meo, replicaui ad defenſionem, & ſuſtentationem aſſociationis huius, quòd in ipſo inſtrumento appoſita reperiebatur altera clauſula, vendit, tradit, ceſsit, & conceſsit, & cætera, quæ idem operabatur in præſente creditore ſtipulante pro ſe, & cætera, quòd clauſula conſtituti, & præcarij. Et ita obtinui, atq; reportaui ſententiam ad fauorem antedicti mei clientis. Nam clauſula, vendit, ceſsit, & conceſsit in inſtrumento venditionis appoſita, non probat traditionem poſſeſsionis rei venditæ abſentis, ſed præſentis. Sic ſcilicet quando inſtrumentum celebratur in facie rei, & operatur quippè tunc, vt ſua authoritate emptor ingredi poſſet poſſeſsionem rei, quod alias non valeret, l. prædia, & ibi Dyn. Oldr. & Bar. circa fin. ff. de acqui. poſſ. Doct. omnes, & præſertim Pet. de Suza. in l. emancipatione C. de fide inſtru.

¶ Imò hæc eadem opinio fulciri, comprobarique poſſet etiam ex doctrina Soc. in conſ. 236. ſeu 239. vol. 2. vbi affabrè concludit, quòd clauſula conſtituti, cùm ea nempè hodie apponi ſoleat in inſtrumentis venditionis, illam et ſubintelligatur in ipſis inſtrumentis appoſita, licèt appoſita aliter non fuerit.

¶ Vbi vtiliter annectit quoque, quòd procurator ſimpliciter conſtitutus ad alienandum, poſſe vtique eum facere huiuſmodi conſtitutum. & faciunt notata per Ang. in l. benè à Zenone C. de quadri. præſcript. ad preſentis veritatis dilucidationem.

SVMMARIVM.

1 *CITATIO partis requiritur in executione ſententiæ.*

2 *Citatio partis non eſt neceſſaria in executione ſententiæ in eadem re facienda, ſuper qua lata eſt ſententia.*

3 *Executor ſententiæ non tenetur citare partem ad executionem faciendam.*

4 *Citatio eſt neceſſaria in executione ſententiæ, quando ab ea extitit appellatum, & appellatio eſt deſerta.*

5 *Citatio partis in executione ſententię faciēda, eſt neceſſaria, ſiuè executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali.*

6 *Citatio partis in delatione iuramenti in litem non requiritur, ſed duntaxat ad videndum taxationem rerum ablatarum faciendam per iudicem.*

7 *Citatio eſt irrequiſita in quinque caſibus remiſsiuè.*

OPINIO XCIIII.

1 CITATIO partis requiritur in executione ſententię facienda, l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Bar. notan. in extrauagan. ad reprimendum in verſ. in executionem, qui filij ſint rebelles, in vſibus feudorum, quem ſequuntur Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione nu. 35. ff. de re iud. & ibidem Iaſ. num. 9. & Vincen. Hercul. nu. 32. & Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. in 3. actu, nu. 16. & ſeq.

2 Vbi inquit non fore neceſſariam citationem partis hoc caſu, quãdo fieret executio in eadem re, ſuper qua lata ſententia ipſa extitit.

3 Et ſequitur, quòd executor ſententiæ non teneatur citare partem ad executionem faciēdam Octau. Veſtr. in ſua pract. in titu. ſeu rub. de executione rei iudicatæ, expenſarum taxatione, ac fructuum liquidatione, poſt prin. fol. par. 150. vbi ait, quòd ità obſeruat Sacrum Palatium Roma.

4 Sed vbicunque à ſententia appellatum eſſet, ac appellatio deſerta reperiretur, tunc profectò in executione facienda debet citatio tanquã neceſſaria præmitti à iudice à quo ad dicendũ cauſam, quare ſententia executioni mandari non debeat, alioquin executio non teneret, ſecundum Bar. in l. 1. ff. nil. noua. appell. pen. Bal. Saly. & omnes in l. ſi contra C. de appe. Rotam deciſio. 422. in nouis, & iſtam prædicat eſſe communem opinionem Maranta in loco præcitato, & Caſſadorus in deciſio. 6. num. 2. in titu. de cauſa poſſeſ. & propriet. *Cōis opin.*

5 Et præmiſſa concluſio ità enucleata, quòd partis citatio requiratur in executione ſententię, ampliatur, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali, cum militet eadem ratio, ſecundum Cyn. in l. ab executione C. quorum appell. non recipiun. cum quo tranſeunt Io. de Imol. & Alex. in d. §. in venditione, & quamuis Bart. aſſeueret ibi contrarium, tamen inibi Iaſ. nu. 9. refert opinionem Cyni eſſe magis communem, & veriorẽ in iure dixit Alex. in d. loco. *Cōis opin.*

6 Et quemadmodum citatio rei eſt irrequiſita in executione ſententiæ, ità etiam citatio in delatione iuramenti in litem minimè eſt neceſſaria, ſed ad uidẽdum ſolummodò taxationem rerum ablatarum per iudicem faciendam reus citãdus quippè foret, ità Rota Roma. deciſ. 93. in antiquis, & deciſ. 299. licet quò ad taxationem rerũ, & ibi Ant. Maria Papozon. in add. & Phanuccius cum magna Doctorum catherua relata per eũ in tract. de iureiurando in litem in 3. par. in prin. nu. 10. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & ita in facti contingentia obtinui de præſenti anno 1579. non abſque leui certamine, coram circunſpectiſsimo, atq; integerrimo D. Cæſare Riuera compatriota meo, tãquam Auditore Illuſtriſsimi D. Pompei Columnæ in cauſa aliquorum de ſtatu, & comitatu Equicolarum. *Cōis opin.*

¶ Et dum allegatus extitiſſet per aduerſariũ Ioan. Baptiſt. Plotus in repet. l. ſi quando C. vnde vi, ſub num. 830. pro contraria parte, vbi preſupponebat opinionem iſtam affirmatiuã ſimiliter communem eſſe, replicabam Plotum communẽ hanc citaſſe ex ſemetipſo, ſuoque capite, & ſine ratione, & authoritate aliqua. Vnde cùm prima ſenten- *Cōis opin.*

ſententia Rotæ, & communis veriſsima nempè ſit, ex viua ratione, in qua illa fundatur, quæ ea eſt, vt iuramentum in litem inuito reo de iure deferri ſoleat actori, facilè, & rationabiliter ſuadere poſſum, ab ea in actu practico recedere tutum non fore.

7 Et comprobatur etiam eadem opinio communis negatiua ex ſcriptis per Iaffredum Lanfrancum in decif. 258. citatio partis non requiritur, vbi recenſuit quinque alios caſus, in quibus non exigitur, neque requiritur partis citatio.

SVMMARIVM.

1 *CLAVSVLA, quòd tenores, & formæ quorum omnium, & aliorum habeantur pro expreſſis, etiam ſi expreſſa mentio de eis facienda eſſet, operatur perinde, ac ſi de verbo ad verbum omnia in indiuiduo expreſſa fuiſſent, & tollit clauſulam derogatoriam ad futura.*

OPINIO XCV.

1 CLAVSVLA, quòd tenores, & formæ quorum omnium, & aliorum habeantur pro expreſſis, etiam ſi expreſſa mentio de eis facienda eſſet, & cætera, operatur perinde, ac ſi de verbo ad verbum omnia in indiuiduo expreſſa fuiſſent, & tollit clauſulam derogatoriam ad futura, ſecũdum Anto. de But. conſ. 2. Fely. in c. nonnulli col. 7. de reſcript. Caſſado. deciſio. 28. ſuper regulis, Dec. conſ. 341. num. 1. Grauet. conſ. 126. nu. 7. & Pariſ. conſ. 1. num. 84. volu. 4. & iſta eſt magis communis opinio, vt conſtat ex relatis per Glo. concor. in tract. de forma manda. apoſto. in verb. pro expręſsis, & cætera, & per Couarruu. latiſsimè in epitom. de teſtamentis ſuper rubr. par. 2. nu. 20. ſol. par. 222. & ſeq. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LEGATVS de latere, ſeu inferior à Papa, vel Imperatore non poteſt diſpenſare, quòd ſimpliciter, & de plano, vt iuris ordine non ſeruato in aliquo negocio procedatur, et taliter facta commiſsione dicta clauſula nihil operaretur. & proceſſus eſſet nullus.*

2 *Clauſula ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & cætera, quid operetur remiſsiuè.*

3 *Iudex cognoſcens cauſam cum clauſula, ſine ſtrepitu, & figura iudicij poteſt venire ad pignorum captionem, abſque alia ſententia.*

4 *Excuſsio non eſt neceſſaria in iudicio, vbi agitur cum clauſula ſummariè, & cætera.*

5 *Teſtes poſſunt recipi abſque iuramento, & etiam diebus feriatis, quando agitur cum clauſula ſummariè, & cætera.*

6 *Iuramentum, & votum ſunt de iure diuino.*

7 *Iuramentum, & votum de pari procedunt.*

8 *Teſtis iurare tenetur de iure diuino.*

9 *Iuramentum pro veritate accipitur.*

10 *Iudex tenetur omnino inquirere veritatem.*

11 *Iuramentum debet eſſe veritatis indagatio.*

12 *Iurare eſt aſſumere, & vocare Deum in teſtem. & dicitur iuramentum quaſi pro iure introductum.*

13 *Iudex cognoſcens cum clauſula ſola facti veritate inſpecta, & cætera, manu militari, regiaq́; exequi poteſt. ſed ſecundum Rotam Romanam poſſunt ad arbitrium commiſſarij abbreuiari termini de ſtylo Sacri Palatij introducti, non autem totaliter præteriri.*

14 *Iudex cognoſcens cum clauſula ſola facti veritate, & cætera, poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, & vt Deus poſſet, etiam in eo, quòd petitum non eſſet, & recedere à regulis iuris.*

15 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta aliquid plus operatur, quàm clauſula ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

OPINIO. XCVI.

1 LEGATVS de latere, & ſic inferior à Papa, ſeu Imperatore nõ poteſt reſcribere, ſeu diſpenſare, quòd ſimpliciter, & de plano, & iuris ordine nõ ſeruato in aliquo negocio procedatur, & caſu quo inferior ipſe huiuſmodi cauſam decidẽdam commiſiſſet ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, & figura iudicij, talis clauſula nihil operatur; imò haberetur pro non poſita, vndè proceſſus fabricatus in caſu hoc, & ſententia lata non valerent, ſecundum Glo. in Clemen. ſæpè in ver. mandamus de ver. ſignific. & ibi Lanfran. in prin. & Celſus in add. ad eum, & Glo. in c. fin. de hæret. in 6. Ang. in q. miles Aſtenſiſ. Guliel. de Cun. in l. nequicquam §. de plano ff. de offic. proconſ. & ibi Bald. in §. fin. & iſta eſt communis opinio, cui inhęrent etiam Iaffredus deciſ. 381. inferior à Papa, Fely. in c. mãdata de pręſumpt. Dec. in c. 1. de reſcript. Bar. Franciſ. Are. Alex. Crotus, Ruinus, Ripa, Ioãnes Hannibalis, & Iaſ. in vtraque lectura, & cęteri omnes in l. nemo poteſt in princip. ff. de leg. 1. Bellonus conſ. 25. in fin. Marſil. in ſing. 102. clauſula ſummariè ante fin. Guid. Papæ deciſio. 198. ſed tàm dominus Gubernator, num, 1. & Maranta in tract. iudiciorum in 4. par. 9. diſtinct. num. 3. & in 6. par. 2. actus prin. nu. 326. vbi hoc limitat, & de communi præmiſſa faciunt mẽtionem Alex. & Iaſ. vbi ſupra. *Clauſula.* *Cõis opin.*

2 Et hæc clauſula ſummariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & cætera, quid operetur in reſcripto, vide Corne. conſ. 243. num. 3. 4. & 5. vol. 4. Marſil. declarantem in d. ſingu. 102. & Octauianum Cacheranum in deciſ. 1. num. 12. cum alijs ſeq. &

quid

quid operetur, & per quos concedi poſsit, uide Bar. in extrauagan. ad reprimen. in Gloſſ. in uer. ſummariè, Fely. in c. dilecti 3. oppo. de iudi. & Lãfran. in repet. d. Clemen. ſæpè, per totam, & Celſum cumulatiſsimè in apoſtillis ad eum ibi, & Roma. ſingu. 792. & conſ. 519. in cauſa præpoſitę queſtionis.

3 Et aduerte, quòd quando cauſa uenit decidẽda, & cognoſcenda per huiuſmodi clauſulam, ſine ſtrepitu, & cætera. Iudex poteſt uenire ad pignorum captionem abſque aliqua ſententia, ſecundum Iaffredum deciſio. 130. quando cauſa eſt commiſſa.

4 Item quando ageretur in iudicio cũ hac clauſula, utique non foret neceſſaria excuſsio, vt uoluerunt Soci. & Iaſ. nu. 205. & ſeq. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimo.

5 Similiterque quando procederetur cum eadem clauſula poſſent produci, recipique teſtes abſque iuramento, etiam diebus feriatis in honorem Dei, ſecundum Bar. in l. filius, nume. 5. ff. de donatio. Barba. in d. c. dilecti, col. 2. Roma. conſi. 20. nume. 3. & ſeq. Alex. nu. 6. cum aliis ſequentibus, & Dec. cum aliis relatis per eum in l. milites, nu. 20. C. de teſtam. milit. quam opinionem, vt veram, & communem comprobat Fely. in d. c. dilecti nume. 5. & ſequitur, & communem eſſe atteſtatur Celſus in d. Clemen. ſæpè in addi. ad Lanfran. in prin. nume. 3. & Octauianus in d. deciſio. 1. nu. 17. ubi contrariam ſententiam explanat ueriorem eſſe, & in iudicando, & conſulendo eam tutiſsimam arbitror, prout eidem opinioni accedit ultra Rotam Pedemontanam in d. deciſio. 1. nume. 17. Ang. & Bald. col. 2. uerſ. ſecundò ponamus in d. l. milites C. de teſta. milit. & idem Bal. in l. presbyteri col. 1. & fin. uerſ. quæro aliud C. de epiſ. & cleri. & Roma. reuocando iudicium ſuum in melius in d. l. filius, & Fely. etiam in c. cõſtitutus, nu. 16. de reſcrip. ubi affabrè reſpondet argumentis Bartoli, & Sequacium, & refert in eandem opinionem inclinaſſe Auguſti. de Anchona de poteſtate eccleſiaſtica quæſtio. 55. arti. ultimo, & huic opinioni contra Bar. inhæret quoque Natta in d. Clemen. ſępè §. omnia col. 28. uerſi. nonò quæritur, Cotta in memorali in uer. teſti non iurato, Marſili. in ſingu. 214. ad ualiditatem in fin. & Gabriel Saraynæ in add. ad Matthæſilanum in ſing. 38. in fin. ipſius additionis.

Cōis opin.

6 Et iſtorum opinio comprobatur ratione efficaciſsima, quòd iuramentum, & uotum ſunt de iure diuino, c. & ſi Chriſtus de iureiuran. & notat Specul. in titu. de legato in §. nunc oſtendendum eſt, nu. 24. ubi concludit, quòd iura ipſa naturalia ſunt immutabilia, & indiſpenſabilia.

7 Et quòd iuramentum, & votum de pari, æqualiterque currant, & procedant, firmant omnes Canoniſtę unanimiter, & præſertim Panor. in c. ſi uerò de iureiur. inquiens ibi, quòd eccleſia facit maiorem vim in iuramento, quàm in voto: quia eſt maius periculum deuitãdi, eo quòd crebrius fiat iuramentum, quàm uotum.

Cōis opin.

¶ Et quòd iuramentum ſit de iure diuino, habetur Geneſ. cap. 31. cùm Laban iurauit Iacob.

8 Et de hoc dubitandum non foret, quòd teſtis iurare teneatur de iure diuino; ſiquidem Iacob, vbi ſupra, uoluit teſtimonium ſoceri ſui Laban confirmatum per iuramentum.

9 Et quòd iuramentum omitti non poſsit, & neceſſarium quippè ſit ad colligendum ueritatem à teſte, & quòd aliter iudex non delato iuramento teſti iudicaret in obſcuris, & de ueritate anceps, & ambiguus remaneret, ſuadetur ex hoc, quòd ſacramentum pro ueritate ipſa accipitur, l. ſed & ſi poſ. ff. de iureiur.

10 Et iudex tenetur omninò inquirere ueritatem, l. is apud C. de eden.

11 Cùm iuramentum debeat eſſe ueritatis indagatio, ſecundum Inno. in d. c. & ſi Chriſtus.

12 Et demonſtratur hoc idem apertius, cùm iurare, ſecundum S. Thom. in ſecũda ſecundę quæſtio. 89. art. 1. eſt aſſumere Deum in teſtem, quod ideò fit, quia in rebus humanis non poſſumus habere certitudinem ab homine, tum quia plurimi in mendacium labuntur, tum etiam quia deficit in cognitione, unde quærimus illam à Deo, qui omnia ſcit, & in quo non poteſt eſſe mendacium, & omnes poteſt punire, qui illum in teſtem falsò aſſumunt. Et dicitur iuramẽtum, quia quaſi pro iure introductum eſt, vt quod ſub inuocatione diuini teſtimonij dicitur, pro uero habeatur. Vel iurare eſt Deum in teſtem vocare, vt concedit etiã Cardi. in c. 1. §. nos 1. q. de iureiurã. & Bal. in l. ſi quis maior, col. 2. C. de tranſactio. & Auguſti. in quodam ſermone de periuro.

13 Nec non ubi proceditur cum antedicta clauſula, ſola facti ueritate inſpecta, manu militari, regiaque exequi poſſet, ſecundum Grammat. cũ coaceruatis per eum in deciſio. 19. nu. 4. & Marantam in d. 4. par. 9. diſtinct. nu. 8.

14 Poſſetque pariter iudex iudicare, ſecundum conſcientiam propriam, & vt Deus, ſecundum Alex. conſ. 6. nu. 2. vol. 3. Corne. cõſ. 5. uol. 2. Are. col. pen. & fin. & Iaſ. nu. 45. in §. bonæfidei inſtit. de actio. & Deci. in c. quoniam contra col. 2. de probatio. Poſſet quoque iudicare in eo, quod petitum non eſſet, ac denique poſſet recedere à regulis, & cenſuris iuris communis, vt tenet, & probat idem Grammati. in deciſio. 15. & in d. deciſio. 19. nu. 5. cum aliis ſeq. Sed ſecundum Rotam Roma. deciſio. 451. & deciſio. 488. in antiquis, vbicunque committitur cauſa, quòd procedatur ſola facti ueritate inſpecta, poſſunt tunc ad arbitrium commiſſarij abbreuiari termini de ſtylo Sacri Palatij introducti, ſed non poſſent totaliter omitti, & hoc idẽ firmat Roma. conſ. 519. nu. 4.

15 Benè tamen uerum eſt, quòd illa uerba ſola facti veritate inſpecta, aliquid plus operantur, quàm uerba ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſecundum Aret. conſ. 84. col. 2. Roma. in d. conſ. 20. viſo puncto, ſub

ſub num.8.Alex.conſil.6. circa proceſſum col.1. vol.3.Bertran.conſ.197.nemini puto,num.2.vol.3.Ruin.conſ.12.in quæſtione,nu.1.vol.4. Iacob. de Sancto Georg.in l.certi condictio §.ſi nūmos, num.5.ff.ſi cert.peta.Dec.in c.quoniam contra, ſub num.5.de probatio. & Octauianum Cacheranum in d.deciſio.1.num.20. vbi in medium *Cōis opin.* reſerauit iſtam fore magis communem opinionem.

¶ Sed hæc omnia ita enucleata limitātur vtiliter non procedere per Octauianum in præmemorata deciſio.1.num.21.poſt alios congeſtos ibi per eum, vbicunque reſcriptum non ſimpliciter diſponeret procedendum eſſe ſola facti veritate inſpecta, cæterum adderet etiam producendam eſſe petitionem,tunc enim audiendæ forent partes in iuribus ſuis; prout hoc idem diſponitur in Regno per regiam pragmaticam Diſpēdia litiū, iubentem procedendum fore ſine figura iudicij, facti veritate inſpecta,dū tamen pro libello præcedat talis qualis petitio, ex qua reus deliberare valeat, an velit cedere, vel contendere. & tanto magis conſueuit in Regno in cauſis procedi via ordinaria data petitione, ſtabilito termino ad probandum,& ſubſecuta publicatione,& cōcluſione, cùm vltra verba prædicta appoſita in ipſa regia pragmatica, apponuntur in ea etiam hæc alia verba,facti veritate inſpecta;& non adeſt illa dictio,ſola,quę eſt excluſiua,ſecundum Roma. in ſing.792.

¶ Alios verò, & circiter quindecim effectus dictæ clauſulæ refert, probatq; Maranta in d.4.par.9.diſt.num.11.cum alijs ſeq. & Abb.nu.6.& ſeq.& alij Canoniſtæ in d.c.dilecti.

SVMMARIVM.

1 *BENEFICIVM primum curatum uacat ipſo facto, ipſoq; iure per adeptionem ſecundi beneficij ſimiliter curati.*

2 *Clericus ob ſimplicem receptionem ſecundi beneficij curati non perdit primum,ſed propter receptionem corporalem,actualem,& realem.*

3 *Beneficium primum curatum vacat per adeptionem ſecundi beneficij curati,ſtante pacifica poſſeſſione ipſius primi beneficij, & non aliter. Et poſſeſſio pacifica quomodo intelligatur reſpectu c.de multa,declaratur.*

4 *Beneficium primum non vacat ob receptionem ſecundi beneficij,vbicunque ſecundum beneficium,eſſet acceptum per clericum calore iracundiæ.*

5 *Beneficium primum non vacaret ipſo iure per adeptionem ſecundi beneficij non curati, & requirentis reſidentiam.*

6 *Clericus ſine conſenſu, licentiaq; ſui ſuperioris non poteſt renunciare beneficio ſibi collato,ad finem accipiendi ſecundum beneficium incompatibile.*

7 *Clericus, qui in primo beneficio erogauit expenſas de proprio patrimonio, non cogitur dimittere illud, dum acciperet ſecundum incompatibile, niſi ſibi prius reſarciis omnibus ipſis expenſis.*

8 *Retentio pro expenſis conceditur in beneficijs.*

9 *Clerici hæres, poſt eius mortem, expenſas, quas clericus erogauit de patrimonio ſuo in beneficio repetere poteſt.*

10 *Clericus per aſſecutionem ſecundi beneficij curati, non amittit alia beneficia ſimplicia, quæ ob hoc non vacant modo aliquo,*

11 *Citari debet poſſeſſor beneficij, quod vacauit ipſo iure per aſſecutionem ſecundi ſimilis beneficij, quando traditur poſſeſſio eius alteri,cui fuit collatum.*

12 *Clericus infra ſpatium ſex menſium à tempore aſſecutionis ſecundi beneficij incompatibilis, tenetur dimittere primum beneficium curatum, et eius poſſeſſionem, aliàs tam primum curatum, quàm cætera omnia beneficia aſſecuta,& obtenta ipſo iure vacant.*

OPINIO XCVII.

1 CLERICVS habens beneficium curatum, recipienſque tunc aliud ſimiliter curatum beneficium, vacat ipſo facto, ipſoq; iure primū, eoq; priuatur, ac debet per habentem poteſtatem conferendi illud infra ſex menſes conferri, c.de multa de præben. Caſſadorus deciſ.1.ſub num.1.de conſtit.& Staphil.de literis gratiæ,& iuſtitiæ fol.70.à tergo.

2 Et hoc interpretatur vtiliter procedere,vt ipſe clericus per receptionem ſimplicem ſecundi beneficij curati non perdat primum, ſed per receptionem pacificam, realem, actualem, & corporalem,ſecundum Lauren.de Fano in l.in quorum col.27.de pig. & Gloſſ. in d.c. de multa in verb.poſt receptionem.

3 Vt ibi etiam Abb. nu.16. vbi expreſsè etiam voluit, & determinauit,vt vacet primum beneficium ipſum curatum poſt pacificam poſſeſsionem primi, & ſic dicta receptio ſecundi beneficij, vt inducatur vacatio primi beneficij, debet eſſe corporalis, & ſimul pacifica, & eſt textus in extrauag.exacrabilis §.qui verò de præben.& notat Caſſadorus deciſ.1.ſub num.1.& Staphil. de literis gratiæ, & iuſtitiæ fol.71.

¶ Et huic opinioni accedit quoque Caſſadorus deciſ.9.de cauſa poſſ. & proprie. ſub num.2. vbi hoc ampliat etiam vtiliter procedere, allegando ibi textum, & Glo. in c.ſi tibi conceſſo de præb.in 6.quòd in adeptione ſecūdi beneficij, vt quis ipſo iure incurrat priuationem primi beneficij, neceſſario quidem requiritur non ſolùm pacifica exercitij curæ animarum poſſeſsio, verùm omnium fructuum,vel maioris partis perceptio, atque actualis poſſeſsio etiam eiuſdem ſecundi beneficij.

4 Sed hoc ita, & taliter declaratum limitatur non habere locum, quando clericus accepiſſet ſecundum beneficium curatum calore iracundiæ, tunc quippē non vacaret aliquo modo primum

ſi in

ſi in continenti ipſum pœniteret, quoniam calor iracundiæ eundem clericum in præſenti caſu excuſaret, ſecundum Doct. omnes in d.c. de multa, & ibi etiam Abb. nu. 13. qui perhibet iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Limitatur ſecundò etiam dictum capitulum de multa, vt non procederet vbicunque clericus ipſe reciperet beneficium non curatum, etiam quòd requireret reſidentiam continuam, tunc enim per adeptionem dicti beneficij non curati, & requirentis reſidentiam, nõ vacaret primum ipſo iure, ſecundum Ioan. Andr. in add. Specu. in titu. de cleri. non reſiden. Innocent. in c. fin. eod. titu. & ita conſuluit Oldra. conſ. 220. & Anchar. conſ. 59 num. 4. & ſeq. vbi in fin. aſſeruit ab hac opinione non eſſe recedendum in actu practico, quam ſequitur quoq; in d c. de multa, num. 2. & 10. vbi meminit iſtorum ſententiam magis veram, ac magis communem fore. *Cõis opin.*

6 Claudicat etiam tertiò d.c. de multa, quòd primum beneficium non vacet per adeptionem ſecundi, ſi ſuperior primi beneficij nollet habere ratam collationem ſecundi, ſed repeteret ipſum clericum. Tunc enim, vt clericus non poteſt directè, & expreſsè renunciare beneficio ſuo abſq; ſui ſuperioris licentia, ita nec directè percipiendo ſecundum, c. admonet de renun. Et hinc eſt, quòd requiritur conſenſus cuiuslibet, qui neceſſariò adhibetur, atque exigitur in renunciatione expreſſa, vt collatoris, & patronorum, teſte Abb. in d.c. de multa col. 4. verſ. additur. Si tamen ſuperior acceptaret iſtius tacitam renunciationẽ, tunc vtiq; ea valeret, & teneret, vt cõcedit Abb. in c. ex ore col. 1. de his, quæ fiunt à maio. par. capitu.

7 Claudicatq; quartò loco prælibatum c. de multa, vt beneficiatus, qui in primo beneficio erogauerit expenſas de proprio patrimonio, nullatenus cogatur dimittere illud, accipiendo ſecundũ incompatibile, niſi ſibi prius refuſis, & reſtitutis omnibus ipſis expenſis, arg. c. quicunq; 12. q. 11.

8 Et ſic ex his colligitur apertiſsimè, retentionem pro expenſis facilè locum obtinere in beneficijs.

9 Et inde eſt, quòd ſi clericus moreretur inteſtatus, poſſet vtique eius hæres repetere expenſas, quas clericus erogauerit de patrimonio ſuo in beneficio. Quodq; facilius procederet, ſi ſpecificè clericus illas repetendas decreuerit, ſecundũ Abb. in d.c. de multa col. 4. verſ. ſecundò fallit.

10 Coharctatur quoq; poſtremò concluſio prædicta habere tantum locum in beneficijs curatis, non autem in ſimplicibus. Et ſic iura præcitata procedunt, atq; extenduntur dumtaxat ad obtenta beneficia curata, & alia expreſſa in d. ſ. qui verò, & non ad ſimplicia, vt determinauit Rota Roma. atteſtante Caſſadoro in d. deciſ. 1. ſub nu. 1. & ſeq. & Staphileo de litteris gratiæ, & iuſtitiæ fol. 71. verſ. ſecundò debent intelligi in beneficijs incompatibilibus.

11 Vnde ex his omnibus ita diſcuſsis, collige duo in practica neceſſaria. Primum quippè erit, quòd citari deberet poſſeſſor beneficij, quod vacauerit ipſo iure per aſſecutionem ſecundi ſimilis beneficij, quando traderetur poſſeſsio eius alteri, cui fuerit collatum, c. licet el 2. de præb. in 6. & Card. in Clemen. 2. q. 23. de iud.

12 Secundum verò erit, quòd clericus infra ſpatium ſex menſium à tempore aſſecutionis ſecundi beneficij incompatibilis realiter, & cum effectu, & omni fraude remota, tenetur dimittere primum beneficium curatum, & eius poſſeſsionem, alioquin tam ſecundum ipſum beneficium curatum, quàm beneficia omnia, quæ obtinet, ipſo iure vacare cenſentur, vt determinat Sancta Synodus Tridentina in ſeſſ. 24. ſub cap. 17. cùm eccleſiaſticus ordo peruertatur, & in ſeſsio. 7. de decreto de reformatione, ſub cap. 2. nemo quacunque etiam dignitate.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS in ſacris ordinibus conſtitutus ob fornicationem hodie non eſt deponendus, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram opinionem contrariam ſimiliter communem deponi debet.*

2 *Clerici fornicarij ſi moniti à ſuperioribus, à fornicatione, ſeu concubinatu non abſtinerent, tertia parte fructuum beneficiorum, & penſionum ipſo facto eſſent priuati. Et ſi in crimine perſeuerarent, & ſecundæ monitioni non parerent, ſuſpendi deberent ab adminiſtratione beneficiorum; & ſi ità ſuſpenſi non deſiſterent beneficijs, portionibus, officijs, & penſionibus quibuſcunque eccleſiaſticis perpetuò priuentur, & inhabiles, ac indigni quibuſcunque honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in poſterum reddantur.*

3 *Epiſcopi fornicarij à Synodo prouinciali moniti, vt abſtinerent, à fornicatione, & ob hoc non abſtinerent, & ſe non emendarent ipſo facto, ſunt ſuſpenſi. Et ſi perſeuerarent ab eodem Synodo ad Papam deferendi veniunt.*

4 *Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale, & contra legem diuinam.*

5 *Hæreticus, eſt aſſerens pertinaciter fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum.*

6 *Hæreticus eſt, putans praua opinione licere furari, & occidere.*

7 *Sacerdos cognoſcens carnaliter filiam ſpiritualem, id eſt quam baptizauit, aut chriſmauit, aut audiuit eius confeſſionem, deponendus eſt.*

8 *Sacerdos cognoſcens filiam ſpiritualem, & ipſa filia ſpiritualis cognita, ob hoc magnum facinus, & ſacrilegium, tenentur facere magnam pœnitentiam.*

9 *Filia ſpiritualis circa fornicationem habitam cum ea per ſacerdotem, illa dicitur, quæ eſt de parrochia.*

10 *Sacerdos cognoſcens commatrem ſuam deponi debet.*

11 *Fornicatio ſimplex, eſt coitus ſoluti cum ſoluta.*

12 *Index*

12 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit cauſam contra clericum fornicarium, & ipſam mulierem fornicariam etiam, non autem iudex ſecularis.*

13 *Iudex ſecularis ratione præuentionis, & ob negligentiam iudicis eccleſiaſtici, poteſt punire mulierem fornicariam, cum qua habuit rem clericus.*

14 *Pœnitentia imponenda per confeſſores hodie presbyteris, ac ſacerdotibus pro fornicatione, eſt arbitraria.*

15 *Pœnitentia imponenda per confeſſores ſacerdotibus, ſeu Epiſcopis cognoſcentibus filias ſpirituales, quas baptizarunt, vel chriſmarunt, vel audiuere confeſſionem, hodie eſt arbitraria.*

16 *Sacerdotes concubinarios adeò eccleſia abhorret, vt prohibeat eos à celebratione miſſæ, & diuinorum officiorum, & fidelibus præcipiat, ne audiant miſſas, vel officia eorum, vel percipiant ſacramenta ab eis, quando eſſent notorij fornicatores.*

17 *Non confiteri melius eſt, quàm hæretico confiteri. Sicut ſanctius eſt mori ſine communione, quàm de manu hæretici communicari.*

18 *Viſum carnis deteſtandum eſt, tanquàm nociuum, eſtò quòd per ipſum ad ignem æternum peruenitur.*

19 *Studia ſcripturarum ama, & vitia carnis non amabis, & continentem fore impoſſibile eſt homini abſq; Dei auxilio, remiſſiuè.*

20 *Tentationes carnis euadere quis debet imitando S. Benedictum, qui in tentationibus proiecerat ſe nudum inter vepres, & vrticas.*

21 *Tentationes luxuriæ euaſit S. Bernardus mittendo ſe in aquas gelidas.*

22 *Tentationes luxuriæ euaſit quidam Heremita varijs opportunis remedijs adhibitis.*

23 *Adulteros, & fornicatores iudicabit Deus; eos deputando ad æterna ſupplicia.*

24 *Tentationes carnis euaſit S. Franciſcus cõmorando inter niues, formandoq; de niue vxorem, & filios.*

25 *Fornicarios, & immundos omnes Deus vilipendit, & contemnit.*

26 *Deus adeò abominari videtur immunditiam carnis, vt ipſos fornicarios non viſitat, punit, & corrigit in præſenti ſeculo, ſed ſeruat puniẽdos in futuro, et in inferno.*

27 *Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, ideſt quæcunq; alia ſpecies luxuriæ.*

28 *Fornicatores, & luxurioſi ſunt tanquàm porci, vel iumenta putreſcentia in fecibus ſuis.*

29 *Clerici, ſeu ſacerdotis fornicarij exemplum monſtruoſum ponitur hic. recitatum per Beatum Cyrillum.*

30 *Fidem catholicam Vandali impugnando, in Africa, illis viriliter reſtiterunt aliqui venerabiles ſenes Epiſcopi, ob quod linguas ab eis penitus abſciderunt, ſed poſtmodum miraculosè ſine lingua pro defenſione fidei disertè loquebantur, ſicut prius cum lingua. Sed cùm vnus ex eis in luxuriam lapſus fuiſſet, ſtatim priuatus fuit dono miraculi.*

31 *Clericis fornicarijs, & concubinarijs Deus reſeruat inexcogitabilia, & inaudita tormenta in alio ſeculo.*

32 *Epiſcopi fornicarij, ſeu concubinarij reperti, irreuocabili ſententia priuantur dignitate loci, & ordinis.*

33 *Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi concubinarij, & fornicatores ſi coerceri nequirent ab ipſa fornicatione vſq; ad exitum vitæ ſuæ ſub pœnitentiæ oneribus in monaſterijs deputantur, & relegantur, vt maneant etiam omnino ſubiecti monaſticis diſciplinis.*

34 *Crucis Chriſti laudes, & virtutes explanantur, & exponuntur hic.*

35 *Ieiunium, & oratio ſolent eijcere, & remouere peccata carnalia.*

OPINIO XCVIII.

1 CLERICVS ob fornicationẽ ab eo commiſſam hodie nõ eſt deponendus, ſecundum Glo. in c. Maximianus 8. diſt. & in c. lator 2. q. 7. Card. in Clem. ad noſtram in 2. q. de hæret. Imol. in c. vt clericorum, de vita, & honeſt. cler. col: 2. & in c. Si autem eod. tit. Abb. in c. fin. de purg. vulgar. Ioã. de Anania in c. ſignificauit col. 3. de adulter. Barbat. conſ. 13. in fin. vol. 3. Dec. num. 223. cum alijs ſeq. Abb. Fely. nu. 8. & Beroum, nu. 165. in c. at ſi clerici de iud. Vbi profitentur iſtam eſſe communẽ opinionẽ, & Corſetus in ſingu. ſuo in verb. fornicatio, & Paul. Grillan. in tract. de pœnis omnifariã coitus illiciti q. 6. ſub nu. 1. Sed huic cõmuni contradicit Paul. Eleaza. cũ multis alijs in Clem. 1. de off. ord. aſſerendo, quòd clericus in ſacris ordinibus conſtitutus propter ſimplicẽ fornicationem deponi debeat, & poſsit. Idemq; tenet Ant. de But. in d. c. at ſi, quorum ſententiam recitat eſſe communem Aret. in c. cùm non ab homine col. 10. de Iudicijs, & Dec. in d. c. at ſi clerici. Cæterùm opiniones iſtorum ad optimam conſonantiam, & concordiam reducere nixus eſt Corſetus in allegato ſingu. Quamuis ipſe in iudicando, & conſulendo nunquàm diſcederem à prima ſententia, tanquàm ſacroſancta, quæ corroboratur per Dec. & Beroum latiſsimè in d. c. at ſi clerici.

Cõis opin.

Cõis opin.

2 Et corroboratur quoque hodie per textum expreſſum in Concilio Tridentino ſeſsione 25. capitu. 14. Quàm turpe, vbi ſtatuit Sancta Synodus, quòd ipſi clerici fornicarij ſi à fornicatione, ſeu concubinatu non abſtinuerint, tertia parte fructuum beneficiorum ſuorum, & penſionum ipſo facto ſint priuati; Si verò in eodem crimine perſeuerarent, & ſecundę monitioni adhuc non paruerint, non ſolùm fructus beneficiorum ſuorum, & penſiones eo ipſo amittant, ſed etiam ſuſpendãtur à beneficiorum prędictorum adminiſtratione. Et ſi ita ſuſpenſi non deſiſterent ab eadem fornicatione, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & penſionibus quibuſcunq; eccleſiaſticis perpetuo priuentur, & inhabiles, ac indigni quibuſcunq; honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in poſterũ reddãtur.

3 Et ſimiliter Epiſcopi laborantes eodẽ morbo à Synodo prouinciali admoniti, vt abſtinerent ab hoc fornicationis crimine, ſi ſe nõ emendauerint ipſo facto ſint ſuſpenſi, & ſi perſeuerarent ab eodem Synodo ad ſummum Pontificem deferãtur.

4 Benè verum eſt, quòd Eccleſia catholica docet ipſam fornicationem ſimplicem eſſe peccatũ mortale,& contra legem diuinã; & ſic iſta eſt cõmunis omnium Sanctorũ Doctorum opinio ſuper Matth. 15. de corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. Simplicẽ fornicationẽ eſſe peccatum mortale, nec vllus vnquã ex his doctoribus, qui ab Eccleſia approbati ſunt, oppoſitum aſſeruit.

Cõis opin.

5 Imò hoc adeò verũ eſt, vt aſſerẽs pertinaciter ipſam ſimplicẽ fornicationẽ non eſſe peccatũ, hęreticus eſſet, vt firmat, et copioſè diſcurrit Frater Alphonſus de Caſtro in tract. aduerſus oẽs hæreſes, libro 4. in c. ſeu uerbo coitus incip. de hac reſuit, verſ. Græci tamẽ, vt Guido illis impingit.

6 Et ſic credens męchari non eſſe delictum, ea praua opinione hæreſim committit. & aduerſus quędã alia faciens, quę Sacris Literis vetãtur ex facti genere nomen contrahat delicti, & męchando męchiæ, & fœnerãdo fęnerationis reus fiat, cũ & aliud licere credens vno nomine hęreticus ſit, vt ſi furari, & occidere licere putet, hęreticus erit, c. hęreſis 24. q. 3. cũ vtrunq; faciens fur ſit, toto titu. ff. de furt. & homicida, vt toto tit. ff. & C. ad̃ fur.

7 Quę quidẽ cõis ita amplexa interpretatẽ vtiliter, non habere locũ in ſacerdote cognoſcente filiã ſpiritualẽ, id eſt quã baptizauit, aut chriſmauit, aut audiuit eius cõfeſsionẽ, tũc enim deponeretẽ abſq; dubio aliquo, ſecundum Abb. in c. fi. de pur. cano. Io. de Ana. in c. cũ dilectis de accu. col. 2. & in d. c. ſignificauit col. pen. Fely. in prin. Dec. nu. 232. & Berous n. 169. in d. c. at ſi clerici, & Io. de Selua. in tract. de benefi. in 3. par. q. 3. in fin. & iſta eſt cõis, & indubitata opinio, quã ſequitẽ etiã, & declarat eloquẽtiſsimus Frater Ioãnes noſter in ſermonibus quadrageſimalib⁹ in ſermo. 50. de ſacrilegio q. 3. col. 4. uerſ. quintus modus.

Cõis opin.

8 Vbi firmat quoq;, ꝙ ambo iſti ob hoc nephãdiſſimũ ſacrilegiũ magnã pęnitẽtiã facere debent.

9 Et aduerte, ꝙ filia ſpiritualis circa hoc illa dicitur, quę ſit de eius parochia, vt tenet Abb. in d. c. fi. de pur. cano. Dec. in d. c. at ſi clerici nu. 233. & Ioannes de Selua in loco pręcitato.

10 Et eadẽ pęna quoq; puniretẽ ſacerdos ipſe cognoſcens cõmatrem ſuã, ſecundũ Abb. in d. c. fi. col. pen. & Fely. in d. c. at ſi clerici, col. fi. & ſimiliter aduerte, quòd coitus ſoluti cum ſoluta, dicitur fornicatio.

11 Et ſic fornicatio ſimplex, eſt habitatio carnalis ſoluti cum ſoluta, ſecundum pręcitatos Doct.

12 Et deniq; aduerte, ꝙ quemadmodũ clericus ob huiuſmodi fornicationẽ puniri ſolet à Iudice Eccleſiaſtico, ita & fęmina, quæ concubuit cum ipſo clerico punienda uenit per eundem Iudicẽ Eccleſiaſticum, non autem per ſecularẽ, vt conſuluit Anch. conſ. 196. Magnifice Illuſtris, & Domine mi ſingulariſsime, nu. 3. cum aliis ſeq.

13 Vbi hoc limitauit utiliter nõ procedere, quando iudex ſecularis præueniſſet intromictendo ſe in tali crimine contra eandem mulierem fornicariam, ob negligentiam Iudicis eccleſiaſtici; quia tunc concurrente iſta negligentia, & pręuentione, idem Iudex ſecularis poſſet vti competens cognoſcere, & diffinire dictum negocium.

14 Et aduerte etiam, & nunquam obliuioni tradas, quod diſponitur 82. diſt. Vbi habetur, quòd presbyter, ac ſacerdos pro fornicatione debet pęnitentiam agere decẽ annis, & duobus primis in pane, & aqua, aliis quinque ſequentibus, ter in ebdomada in pane, & aqua, & in reſiduis etiã aliquã pęnitentiã facere, ſecundum formã ibi traditã, & intelligit de fornicatione publica, ſecundũ Hoſt. Hodie verò talis pęnitentia eſt arbitraria.

15 Accedit etiam præmiſsis, quòd ſacerdos, qui cognouit carnaliter filiam ſpiritualẽ, id eſt, quã baptizauit, uel chriſmauit, ſi eſt Epiſcop⁹, uel audiuit eius confeſsionem; ſacerdos debet pęnitentiam agere 13. annis. Epiſcopus 15. & mulier religioni tradenda, c. ſi quis ſacerdos, & c. non debet 31. q. 1. & c. de filiã 27. q. 1. Et hoc intelligitur, cum peccatum eſſet notorium de iure, vel de facto. hodie tamẽ huiuſmodi pęnitẽtia ſimiliter eſt arbitraria. & ex hoc perpenditur quantùm horrebant Sancti Patres hoc ſacrilegium.

16 Et in tantum Eccleſia ſacerdotes concubinarios, vt iumenta inſipiẽtia deſpicit, vt prohibeat eos à celebratione miſſæ, & diuinorũ officiorũ, & fidelibus præcipiat ne audiant miſſas, vel officia eorũ, vel percipiant ſacramenta ab eis, qñ eſſent notorij fornicatores, c. præter hoc, & c. ſeq. diſtin. 32. quod propterea ſtatuit Eccleſia, non quin eorũ ſacramenta ſint vera ſacramẽta in ſe, ſicut cõfecta à bonis, ſed vt videntes ſe vitari, ſaltim uerecundia reſipiſcant.

17 Et hinc eſt, ꝙ melius eſt non confiteri, quàm hęretico confiteri, ſicut ſanctius eſt mori ſine cõmunione, quàm de manu hæretici cõicari. Vndè narrat Grego. de Hermigildo Rege, ꝙ martyrizatus extitit in ſabbato Paſchę, eo quod de manu Arriani Epiſcopi communicari noluiſſet.

18 Vnde ò clerice intellexiſti quàm deteſtandũ ſit hoc vitiũ carnis, tãquàm nociuum, citò quòd per ipſum ad ignem æternum peruenitur.

19 Ama igitur ſtudia ſcripturarũ, & vitia carnis non amabis, vt ſuadet Hierony. de Conſe. diſt. 5. & Io. de Neuiz. in ſua ſylua nuptiali li. 1. nu. 118. vbi etiã, nu. 117. oſtendit, probatq; impoſsibile fore homini abſq; Dei auxilio continentem eſſe.

20 Debet ergò quis in tentationibus luxuriæ poſitus, ita carnem affligere, vt periculum non ſequatur, ſicut egit Sanctus Benedictus, cùm tentatus in ſolitudine reperiebatur, proiecit ſe nudum inter vepres, & vrticas, & dolore corporis abſtulit vulnus mentis.

21 Sic etiã egit Sanctus Bernardus, dum tentatus miſit ſe in aquas gelidas ad reprimẽdum huiuſmodi tentationem.

22 Ita quòd legitur in vitis Patrum de quodam Sancto Heremita, ad quem acceſsit quædam publica meretrix, quæ ſe iactauerat cum amatoribus

ribus ſuis, quòd illum ſanctũ ad opus nephariũ pertraheret,acceſsit ergo ad cellã,ſeu hæremitorium eius quodã ſero,hora tarda,& pulſans cellã eius,ſimulabat ſe errare in deſerto, & viam rectã amiſiſſe;propter quod rogabat, vt in aliquo angulo hæremitorij lineret tantùm illa nocte manere, ne foras inuenta deuoraretur à feris ſylueſtribus. ille autem videns neceſsitatem extremã, & ſimulationem, prauamque eius intentionem ignorans, (licèt inuitus ob periculum) tamen charitate coactus introduxit, ſeparatim manere faciens. media verò nocte diabolus cępit terribiliter illum patrem vexare tentatione carnis, qui ſibi ipſi loquens, aiebat opera mala in tenebris fiunt, bona autem in luce. accendit ergo lucernam, & cum tentatio creſceret, cępit remedium ad reprimendum excogitare de igne inferni, qui ſecundum ſcripturas paratus eſt luxurioſis,iuxta illud, Fornicatoribus, & homicidis pars illorum in ſtagno ardenti igne,& ſulphure,quod eſt mors ſecunda.vt Apo.21.Apoſto.Hebræ.13.

23 Quòd fornicatores,& adulteros iudicabit De⁹, ſcilicet eos deputãdo ad ęterna ſupplicia,& Eph. 6. quòd fornicatores,& immundi nõ habent partem in regno Chriſti, & Dei, & cùm non ceſſaret tentatio cępit ſibi ipſi dicere. Incipe nunc experiri pœnam illius ignis æterni, qui longe grauior erit, cuius ſe debitorem conſtituis faciendo ad quod incitaris,poſuitque vnum digitum manus ad ignem lucernæ,& tantùm tenuit,quòd totum combuſsit, tam vehemens erat tentatio carnis, quòd adhuc per hoc nõ ceſſabat, & ipſe appoſuit ſequẽtem digitũ, deinde omnes alios ſucceſsiuè, ſicq; combuſta manu tentatio ceſſauit. Illa autẽ miſera,quæ tẽpus expectabat aptũ ad inuitandũ ad malum,cùm per aliquas rimulas videret,quid ille agebat,ita ſtupore horruit,vt obijt. mane autem facto,illi laſciui iuuenes, qui ſubmiſerant ipſam peſsimam meretricẽ ad mentionatã cellam, interrogantes ſi præterito ſero fortuitò applicuiſſet illic aliqua mulier, quæ deuia erat. reſpondit Pater,ibi iacet illa peſsima fœmina,nam,& mihi hoc fecit, quod videtis,oſtendens manũ cõbuſtã, & ordinẽ facti,videnteſq; eã mortuã,veniã poſtulabãt de malo,quod tractauerãt, & cõmiſerãt:cõmendando eam ſibi,qui oratione ſuſcitauit eam.

24 Ita ſimiliter egit Sanctus Franciſcus tẽtatus. cùm diſciplina cordæ non ſufficeret ad mortificationem tentationum,nudus ſtetit inter niues formando de niue vxorem,& filios, &c.

25 Ideo nõ mirùm fuit,ſi iſti ſancti homines abominati ſint ſuum contrarium,cùm Deus ſit mundiſsimus, & ex mundiſsima matre natus: conſequens eſt dicere, quòd omnem immunditiam carnis vilipendat,atque omnes fornicarios,& immundos contemnat.

26 Nam in tantùm videtur Deus abominari hoc vitium, quòd non dignetur corrigere delinquentes in præſenti, ſed dimittit eos ſecundum deſideria cordis ſui,vt vadant in adinuentionibus ſuis: & huius ratio eſt, quia tales ſeruat puniendos in futuro ſcilicet, in inferno. Vndè Oſeę 4. loquitur Dominus dicens,nõ viſitabo ſuper filias veſtras, cùm fuerint fornicatę,Non viſitabo (inquam) in præſenti,ſed bene in futuro.

27 Et ideo ſalubriter conſuluit Apoſt. Epheſ. 5. cùm ait,Fornicatio, & omnis immunditia nõ nominetur in vobis, ideſt quæcunq; alia ſpecies luxurię non nominetur in vobis.

28 Nec quidẽ immeritò,quia tales ſunt tãquã porci, vel iumẽta putreſcẽtia in fecibus ſuis.Vndè Gre. lib.24.mora.c.8. exponẽs illud Ioelis.1.cõputruerũt iumẽta ĩ ſtercore ſuo, dicit, ꝙ iumẽta ĩ ſtercore ſuo cõputreſcere,eſt carnales hoĩes ĩ fetore luxurię ſuę vitã finire.Ecce quomõ abominatio fornicatorũ magna eſt corã Deo,Angelis,&hoĩbus.

29 Vndè refert ad propoſitũ monſtruoſum exemplum Beatus Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus in epiſtola ad Auguſtinũ de obitu Beati Hieronymi 206.dicens,ꝙ in Ciuitate Candia cõtingit corpus cuiuſdã ſacerdotis fornicarij intra Eccleſiã honorificè ſepelliri,ſed nocte ſequẽti tãtus ſtrepitus auditus eſt intra eandẽ eccleſiam,quòd omnes inhabitantes ipſã Ciuitatẽ nimio terrore excitati ad eccleſiam concurrerẽt. Stabãt igitur omnes circa Eccleſiã audiẽtes ſtrepitus vehemẽtes, atq; campanarũ ſonitus:facto autẽ diluculo, cuncta quę fuerant in eccleſia,reperta extitere reuoluta, & quaſi vndiq; flãmis igniũ violata. quo quidẽ terrifico ſpectaculo viſo, Epiſcopus illius loci ieiuniũ,& orationẽ impoſuit populo,vt dignaretur Dominus huius prodigij cauſam indicare. nocte tamẽ ſequẽti maior,quã prius ſtrepitus ibi auditus fuit, ſed mane facto omnibus in eccleſia cõgregatis orãdi gratia,glorioſus Hieronymus ſepties ſplẽdidior ſole,illicò in eccleſiã veniẽs,&ad altare gradiẽs,cunctis videntibus, & mirantibus per curriculũ fortè vnius horæ ſub ſilẽtio manẽs, obſtupenti populo intimauit antedictũ ſtrepitũ cõtingiſſe ꝓpter prędicti ſacerdotis infęliciſsimi cadauer putridũ, indignè ſacris locis ſepultũ: ad terrorẽ concubinariorũ, & luxurioſorũ, mãdans Epiſcopo prædicto, vt huiuſmodi cadauer mirũ poſt generalẽ omniũ reſurrectionẽ tartareis manſionibus deputãdũ, de ſepulchro extrahi faceret, & ſtatim flãmis concremãdũ traderet: alioquin peſtilẽtia,quę iam Ciuitatem ipſam inuadere cęperat, non ceſſaret. Executum ergo extitit, vt glorioſus Hieronymus iuſſerat,ac ordinauerat,& ſic peſtis ipſa penitus ceſſauit.

30 Item ad propoſitũ legitur in dialogo Gregorij lib.3. quòd cùm Vandali fidem catholicã impugnarent in Africa,illis viriliter reſtiterunt quidã venerabiles ſenes Epiſcopi: ob quod tandẽ illis (in manibus,& in eorum poteſtatem peruenientibus) linguas ab eis penitus abſciderunt. Mira res (inquit Gregorius) nam poſt talem abſciſsionem ita diſertè loquebantur pro defenſione fidei catholicæ ſine lingua,ſicut prius cum lingua. Verùm cùm vnus ex eis in luxuriam lapſus fuiſ-

ſet,ſtatim priuatus extitit dono miraculi, ſecundum eundem Gregorium ibi.

31 Vnde hæc tam authentica exẽpla meritò terrere miſeros fornicarios, & concubinarios clericos deberent, quibus reſeruat Dominus inaudita,& importabilia,atq; inexcogitabilia tormenta in alio ſęculo, niſi citò pœnitentiam egerint, & à fornicatione ſua ceſſauerint.

32 Imò aduerte etiam,quòd eadem, & maiori pœna plectuntur quoque Epiſcopi,qui ſi detecti fuerint execrabilibus flagitijs cum quibuſlibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate verſari, nouerint ſe inreuocabili ſententia patrum vlciſci,ideſt,& loci,& ordinis dignitate priuari.

33 Diaconi verò,& presbyteri ſi omnino coerceri nequiuerint vſq; ad exitum vitæ ſuæ monaſterijs deputati,diſciplinis monaſticis maneant omninò ſubiecti. Hoc idem ſtatuimus de ſubdiaconis,qui hoc deinceps vulnere fuerint ſauciati,ita vt, vſque ad extremum vitæ ſuæ ſub pœnitentiæ oneribus in monaſterijs religentur, ſecundum Concilium Toletanum ottauum canone 4. de caſtitate Epiſcoporum.

34 Iam quidem in ſuperioribus, prout occurrerunt teſtimonijs,& exemplis ab eccleſiaſticis viris ſumptis oſtendimus, & docuimus remedia oportuna,congrua,& tutiſsima ad euitandum,& penitus adnihilandum fornicationem. Reſtat igitur in præſentiarum, vt hoc etiam addendum vtiliter ſit,vt quis tentatus,in virtute crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti omnino confidat, & ſperet ea ſancta, & deuota meditatione liberari à tẽtationibus ipſis abſq; peccato aliquo. Vndè debet accedere ad glorioſam præſentiam ipſius ſacratiſsimæ Crucis,eamq; adorare,& ſe comendare omnipotenti Deo. Scribit itaq; Origenes in expoſitione Epiſtolę Pauli ad Roma.lib.6. Eſt enim (inquit) tanta uis crucis Chriſti,vt ſi ante oculos ponatur,& in mente fideliter retineatur,ita vt in ipſam mortẽ Chriſti intentis oculis mentis aſpiciat, nulla concupiſcentia, nulla libido,nulla ſuperare poſsit inuidia,ſed continuò ad eius pręſẽtiam totus ille,quem ſupra enumerauimus, peccati,& carnis fugatur exercitus.

¶ Scribit itaq; Ioãnes Chryſoſtomus Tomo 3. in Omelia de cruce,& latrone: Hodierna (inquit) die noſter Dominus pepẽdit in cruce,& nos,feſtiuitatẽ eius eximiã, nimia lætitia celebremus, vt diſcamus crucẽ totius ſpiritalis gratulationis eſſe ſubſtãtiã. Etenim ante ipſum vocabulũ crucis pœna fuit,ſed nunc ad gloriã nuncupatur. antea condemnationis ferebat horrorẽ,nunc ſalutis indicium eſt, crux enim nobis totius beatitudinis cauſa eſt. hæc nos à cæcitate liberauit erroris,hęc ex tenebris reddidit luci,hęc debellatos quieti ſociauit,hæc alienatos Deo coniunxit,lõgè cõſtitutos proximos præſentauit,hæc peregrinantes ciues oſtendit,hęc diſcordiæ amputatio eſt, hæc pacis firmamentum, hæc bonorũ omnium abundã largitio. Sola enim Chriſti crux eſt, quæ diſſoluit tenebras,& regnũ dęmonum diſsipauit,& omnẽ terrorem malignantiũ abſtulit. Crux ſanctitatẽ prouidit,crux nobis ſol iuſtitiæ facta eſt,vt illuminati miſericordia eius,glorificemus Patrẽ, Filiũ, & Spiritum ſanctum in ſęcula ſeculorum. Amen.

¶ Imò ex eodemet fonte, ſeu ſtipite emanare videtur illud quoq; quod explicat diuinitus Bernardus in ſermone primo feſtiuitatis Sancti Andreę, aſſerens, quod certè crux prætioſa, & crux amari poteſt, & crux habet exaltationẽ; ſi fuerit qui colligat, ſemper lignũ crucis vitã germinat, fructificat iucunditatẽ,oleum lętitię ſtillat, balſamũ ſudat ſpiritualiũ chriſmatũ. non eſt ſyluestris arbor: lignũ vitæ eſt appræhendentibus eã. arbor fructifera,arbor ſalutifera eſt: alioquin quomodo dominicam occuparet terrã? illam dico prætioſiſſimã glebam, cui clauorũ eſt infixa radicibus? ſi non eſſet hæc prętioſior cunctis, fructuoſior vniuerſis,nunquam in illo plantaretur horto, nec illam permitteretur vineam occupare. fœlix anima, quæ in cruce gloriatur, & triumphat.

¶ Necnon pro hac re efficax etiam teſtimoniũ eſt Damaſcenus in vita Sancti Ioſaphat, inquiẽs ibi religioſè,& remiſsè, ſalue crux,clauis paradiſi, infirmorũ baculus,paſtorũ virga,conuertẽtiũ manuductio, ꝓficientiũ ꝑfectio,animę ſalus,& corporis,oĩum malorũ auerſio, & oĩum bonorũ datrix.

¶ Acceditq; ſimiliter ad hanc veritatẽ oſtẽdẽdã diuinus vates Sanctus Martialis Apoſt. ita ꝓrumpens, Salue crux armatura inuicta contra ſathanã,galea cuſtodiens caput,lorica protegẽs pectus,clypeus tela maligni repellẽs,gladius iniquitatem,& angelicas inſidias peruerſæ poteſtatis ſibi propinquare nullo modo ſinens. hoc ſolo ſigno cœleſtis victoria data eſt nobis.

¶ Proinde aſſuetus erat Sanctus Antonius proferre, ſignum crucis, & fidem ad Dominum, murum eſſe nobis inexpugnabilem.

¶ Eluceſcit aũt veritas hæc ex his,quæ cõmemorat etiã Caſsiod. in expoſitione quarti Pſalmi, ibi ſuauiter intonat. Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, ſicut Imperatoris portat imaginẽ,ita, & fidelibus ſigna cœleſtis Principis imprimũtur, hoc munimine diabolus multiformis expellitur,& fraudulenta machinatione non prępualet ſuperare tentatũ,quem habuit primi hominis ſuaſione captiuũ. Crux eſt enim humiliũ inuicta tuitio,ſuperborũ deiectio, victoria Chriſti,perditio diaboli,infernorũ deſtructio,cęleſtiũ confirmatio,mors infideliũ,iuſtorũ vita. Ecce vera munera,ecce dona pręſentia,quibus medicorum lingua damnatis faucibus inſtruunt.

¶ Et deniq; Chryſoſtomus in Omelia de cruce Dominica,de cruce, ita dulciter inſtiliat cœleſtẽ mannã, & tutã ſpẽ, omniũ fideliũ, & terribiliter intonat rigidã depopulationẽ,& ruinã obſtinatorũ peccatorũ,ita aſſeuerãs. Crux ſpes eſt Chriſtianorum, crux reſurrectio mortuorum, crux cæcorum dux, crux deſperatorum uia, crux claudorum baculus, crux conſolatio pauperum, crux refre-

refrenatio diuitum, crux deſtructio ſuperborum, crux male viuentium pœna, crux aduerſus dœmones triumphus, crux deuictio diaboli, crux adoleſcentium pedagogus, crux ſuſtentatio inopum, crux ſpes deſperatorum, crux nauigantium gubernatio, crux periclitantium portus, crux obſeſſorum murus, crux pater orphanorũ, crux defenſor viduarum, crux iudex iniuſtorum, crux iuſtorum conſiliarius, crux tribulatorum requies, crux paruulorum cuſtos, crux virorum caput, crux ſenũ finis, crux lumen in tenebris ſedentium, crux regum magnificẽtia, crux ſcutũ perpetuum, crux inſenſatorum ſapientia, crux libertas ſeruorũ, crux Imperatorum philoſophia, crux lex impiorũ, crux prophetarũ præconizatio, crux annunciatio Apoſtolorum, crux martyrũ gloriatio, crux monachorũ abſtinentia, crux virginũ caſtitas, crux gaudiũ ſacerdotum, crux eccleſiæ fundamentum, crux orbis terræ tutela, crux templorũ deſtructio, crux idolorum repulſio, crux ſcandalum Iudęorum, crux perditio impiorum, crux inualidorum virtus, crux ęgrotantiũ medicus, crux emundatio leproſorum, crux paralitycorum requies, crux exurientiũ panis, crux ſitientiũ fons, crux nudorum protectio. Hæc itaque ſcripſimus duntaxat ob recordationem ſalutiferæ paſsionis dominicę, & vt crucẽ tuam Domine adoremus, & reſurrectionem tuam laudemus, & glorificemus; Siquidem nõ eſt noſtri propoſiti, vt aliquid hic diſcurratur quantę verò vexillum crucis virtutis, quantæ uè laudis ſit, quia me imparem materiæ tantæ perſentio ad intelligendum, & elinguem ad proferendum, ſatius ratus ſum interim meis temperare verbis.

25 Item curatur poſtremo hoc luxurię peccatum per dietam, ideſt per ieiunium, & abſtinentiam. Vnde in quadã collecta quadrageſimali dicitur, quòd ieiunium corporibus, animabusq; curãdis ſalubriter inſtitutum eſt, & iſtud procedit potiſſimè in ipſis peccatis carnalibus, quæ nõ poſſent melius curari, quàm per ieiuniũ, & abſtinẽtiam, cum inuocatione gratiæ Spiritus ſancti. Et ſic intelligi poteſt illud Chriſti verbum Matthæi 17. & Marci 9. hoc genus dęmoniorum, ideſt peccatũ carnis, de quo præcipuè tentant dęmones, nõ eijcitur, niſi in oratione, & ieiunio. Sed nunquid peccatũ quodlibet eijciatur per ſolam cõtritionem? reſpondendum eſt, quòd ſic. Eſt ergo ſenſus eiuſdem Chriſti, quòd peccata carnalia non poſsint melius curari, quàm per ieiunium, & orationem. Et de hoc habetur hiſtoria in legenda Beati Andreæ de quodã homine, qui vocabatur Nicolaus, qui diutino tempore perſeuerauerat in fœda luxuria: pro quo cùm Beatus Andreas ieiunaſſet, atque oraſſet: tandem audiuit vocem de cœlo diuinam, dicentem. Andrea, obtines pro Nicolao. Nihilominus ſicut te ieiunijs pro eo afflixiſti, ita, & ipſe ſe affligat.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS debitor, laborans paupertate conueniri non poteſt, niſi in quantum facere poteſt abſque ceſsione, & deductis neceſſarijs alimentis. Quod procedit etiam in ſimplici clerico, nã appellatione clerici, venit etiam clericus primæ tonſuræ.*

2 *Clericus conuentus pro debito, non habens alia bona, quàm beneficium, non poteſt excommunicari, ſeu carcerari. Sed tenetur Iudex eccleſiaſticus adiudicare creditoribus annuos fructus illius beneficij reſeruatis congruis alimentis ex eis ipſi clerico.*

3 *Clericus tenetur de redditibus ſui beneficij ſatisfacere creditoribus, etiam ſi ſint creditores illius de debito ſuo priuato, nec intuitu Eccleſiæ facto.*

4 *Clerici debita omnia, camera Apoſtolica ſuccedẽs in ſpolijs, ſeu bonis per ipsũ clericũ relictis ſoluere tenetur.*

5 *Clericus coniugatus, non incedens cũ habitu, & tonſura pro debito ciuili põt de perſona arreſtari, & detineri.*

OPINIO XCIX.

1 CLERICVS debitor alienæ pecuniæ inopia, ſeu egeſtate laborans, non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt abſque ceſsione, & deductis neceſſarijs alimentis, ne cogatur mendicare in opprobrium clericatus, ſecundum glo. Bar. & alios omnes in l. 1. aliàs in l. miles ff. de re iud. glo. in c. ſtudeat 50. diſtin. quam ſequitur Hoſtien. & Ioã. Andr. in c. Odoardus de ſolutio. Ioan. Staphileus de literis gratiæ, & iuſtitiæ fol. 154. col. 2. Gigas in tract. de penſionibus q. 35. & Cappella Tholoſa. & Aufrerius ibi deciſ. 245. & Fely. in c. cùm ex officij col. 1. de reſcript. & communem eſſe profitetur Dec. in c. repræhenſibilis, num. 28. & ſeq. de appellatio. Iaſ. col. 3. & Ripa num. 7. in d. l. miles, & Ioan. de Neuiza. conſ. 59. nu. 2. Et quamuis de iure contrariam partem veriorem eſſe meminerint Mattheſi. notab. 61. nota, quòd clerici non gaudent, & Alber. & Caſtren. in d. l. miles, ob hoc igitur non multum tribuendum eſt opinioni iſtorum, ſed ſequenda eſt ſententia communis præmiſſa in practica, tanquàm magis æqua, & vera, ac melioribus rationibus vallata. *Cõis opin.*

¶ Et hoc quippè procedit, locumque obtinet in ſimplici etiam clerico, vt is quoque conueniri minimè poſsit vltra quàm facere poſsit. Et ſic diſpoſitio d. c. Odoardus locum etiam habet in ſimplici clerico. Siquidem appellatione clerici, venit etiam clericus ipſe primæ tonſuræ, c. cùm contingat de ætat. & qualitat. & Ioan. Neuiza. in d. conſ. 59. num. 5.

2 Verum reducendo omnia hæc re, & effectu ad practicam. Si clericus ipſe haberet beneficium, & vellet pro ſolutione debiti conuentus, nec haberet alia bona iudex eccleſiaſticus ad euitandũ

excommunicationem, & carcerationem contra ipſum clericum poſſet, ac teneretur adiudicare creditoribus annuos fructus illius beneficij, reſeruatis congruis alimentis ex eis dicto clerico, argum. text. in c. peruenit de fideiuſſ. & ita practicatur, ſeu hoc obſeruatur in Romana Curia, ſecundum Collectarium in c. Odoardus de ſolut. Aufrerium in d. deciſ. Tholoſa. 245. & Rebuffum in auth. habita, priuilegio 212. C. ne filius pro patre, & Guliel. Redoanum in tract. de ſpolijs Eccleſiaſt. q. 3. 5. 1. ſub num. 28. & ſeq. & hoc modo ſeruatum extitit in facti contingentia multis vicibus coram Iudice eccleſiaſtico Ciuitatis noſtræ me patrocinante, & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur etiam cum alijs aggregatis per eum, & citat Maranta in tract. de iudicijs in 6. par. in 3. & vltimo actu prin. nu. 44. fol. paruo 196. & ita etiam extitit iudicatum, votatum, & obſeruatum in Sacro Regio Concilio Neapolitano in facti contingentia, teſte Vrſillo in ſcholijs ad Afflict. in deciſ. 240. ſub num. 26. & ſequen. *Cõis opin.*

3 Imò ipſe clericus, ſecundum omnes mentionatos Doct. & Abb. & Card. in c. peruenit de fideiuſſ. per text. ibi, tenetur etiam de redditibus ſui beneficij ſatisfacere creditoribus, etiã ſi ſint creditores illius de debito ſuo etiam priuato, nec intuitu eccleſiæ facto.

4 Imò quoque ſi Camera Apoſtolica ſuccederet in ſpolijs, ſeu bonis per clericum defunctum relictis, deberet, & teneretur illius debita omnia ſoluere; vt firmauit Rota Roma. deciſ. 855. cum camera, in antiquis.

5 Et quamuis clericus carcerari nequeat pro debito pecuniario, vt ſupra oſtendimus, & notat Abb. in d. c. Odoardus; nihilominus hoc non procederet in clerico coniugato, non deferente habitum, & tonſuram, qui pro debito ciuili poſſet perſonaliter detineri, arreſtari, & carcerari, vt doctiſsimè conſuluit Natta conſ. 356. non eſt opus, vt mihi videtur vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS, ſeu beneficiatus de redditibus beneficij poteſt viuere, & conſeruare bona patrimonialia.*

2 *Penſionarij poſſunt viuere de penſionibus Eccleſiaſticis, & retinere propria bona.*

3 *Epiſcopus poteſt licitè viuere de fructibus Epiſcopatus retentis bonis ſuis patrimonialibus.*

4 *Clericus de redditibus beneficij viuere poteſt, reſeruatis ſibi bonis proprijs, dummodo dicat officium debito modo, & ex auaritiæ cupiditate hoc non faciat. Et dummodo fructibus beneficij vtatur, non autem abutatur in detinendo concubinam.*

5 *Clericus illud quod poſſidet poſt adeptum beneficium, in dubio præſumitur eſſe Eccleſiæ.*

6 *Clericus habens patrimonium, officium, vel aliquod exercitium, res acquiſitas per eum poſt beneficium impetratum, præſumitur acquiſiuiſſe ex ſuo patrimonio.*

7 *Clericus habens bona patrimonialia tempore promotionis, & ante, & poſt eius mortem relinquat bona, præſumuntur ea in dubio acquiſita ex bonis proprijs, ſecus ſi hoc dubium ſit: quia tunc in dubio præſumendum eſſet pro eccleſia.*

OPINIO C.

1 CLERICVS habens ſufficiens patrimonium, licitè poteſt viuere de bonis eccleſię, ac de redditibus beneficiorum, atque capere de fructibus, & prouentibus ſuis eccleſiaſticis, quantum ad congruam eius ſuſtentationem, eiusq; familiæ opus eſt, & reſeruare ſuum patrimonium cum omnibus fructibus ſuis hæredibus, ſecũdum Abb. poſt alios relatos per eum in c. poſtulaſti de reſcript. q. 2. & Dec. ibi num. 16. vbi Syluester Aldobrãd. in add. ad ipſum Dec. refert Ferrariæ ita conſuluiſſe; & ſequitur quoque Guliel. Redoan. in tract. de ſpolijs eccleſiaſticis q. 1. ſub nu. 25. fol. paruo 15. Innoc. & alij in c. Epiſcopus de præbend. vbi Dec. nu. 13. meminit iſtam eſſe communem opinionem, Præpoſi. in c. illi autem 12. q. 1. Fely. in c. ex literis col. 2. de conſtit. Soc. conſ. 91. col. 4. vol. 3. Abb. in diſputa. 4. dubio 4. Syluester in ver. clericus il 4. q. 16. & Berous conſ. 7. dubitationibus, ſub num. 1. cum alijs ſeq. vol. 2. vbi docet practicam, quomodo facienda quippè ſit diuiſio inter eccleſiam, & hæredes ipſius clerici lucratorum, & acquiſitorum per eũ ex bonis paternis, & maternis, & proprijs, & ex bonis eccleſiaſticis. Et quomodo etiam in primis, & ante omnia per eoſdem hæredes clerici ſint deducendę de fructibus beneficij recollectis, atque perceptis, expenſę erogatæ pro alimentis, alijsq; neceſſarijs, & Fely. Barbac. col. pen. in d. c. poſtulaſti, licèt ipſi ibi, & malè, diſcedant à communi prædicta. *Cõis opin.*

2 Imò retenta iſta communi, quam ſequitur, & citat etiam Bertran. conſil. 54. Reuerende pater, ſub num. 2. vol. 8. Paulus Roma. in tract. penſionum eccleſiaſt. c. 7. num. 19. & 20. fol. paruo 22. & Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus in tract. de redditibus beneficiorum eccleſiaſt. q. 1. corollario 24. num. 78. fol. 98. vbi mentionatam communem ampliat etiam procedere in penſionarijs penſionum eccleſiaſticarum.

3 Imò amplia ſimiliter, & dic vlterius, quod preſbyter propria bona habens in Epiſcopum eligi poteſt, & illa bona licitè retinet; quod Gratianus ex concilio Agatenſi c. 48. comprobat in c. Epiſcopi 12. q. 1. & Panor. in c. 1. de teſta. plures authoritates doctiſsimè congerentes.

4 Sed antedicta communis opinio, quòd clericus poſsit viuere de redditibus beneficij, & conſeruare bona patrimonialia, ita, & taliter amplia-

ta,

ta, procedit dummodo ipſe beneficiatus dicat officium debito modo, & ex cupiditate auaritiæ hoc non agat: & dummodo vtatur fructibus beneficij, & non abutatur, putà tenendo concubinam, vt voluit, & probauit Hieronymus de Zanettinis in tract. de foro conſcientię, & contentioſo, num. 33. & ſeq.

5 Et quamuis illud, quod poſsidet prælatus poſt adeptam prælaturam, & clericus poſt beneficij impetrationem, in dubio prçſumatur eſſe Eccleſię, ſecundum Ioan. Andr. in c. 3. de teſtam. quem ſequuntur communiter Doct. vt per Soc. conſ. 91. vol. 3. & iſtam fore communem ſententiã oſtendit Corne. etiam conſ. 88. vol. 2. & conſil. 314. & conſ. 288. vol. 4. *Cõis opin.*

6 Nihilominus ſi verificaretur, & probaretur, quòd clericus ipſe patrimonium haberet, vel aliquod exercitium, vel officium, vel aliquid aliud ex quo illas res acquirere potuiſſet, tunc quippè præſumeretur acquiſiuiſſe ſecundum quod magis veriſimile eſſet, & in hoc communiter concordant omnes Doct. vt per Corne. conſ. 83. vol. 2. *Cõis opin.*

7 Sed vbicunque apparet clericum tẽpore adepti beneficij, & ante habuiſſe patrimoniũ, & eius hęres poſt mortem ſuam poſsideret bona acquiſita, relictaq; per eundem clericum, tunc vtique in dubio præſumerentur illa acquiſita extitiſſe ex bonis proprijs ipſius clerici, non autem eccleſiæ. Et ſi eccleſia, vel eius ſucceſſor fortè aſſereret cõtrarium, ac illa bona acquiſita fuiſſe ex bonis, redditibusq; eccleſiæ, ſibi incumberet onus probandi; Cęterùm ſi hoc dubium foret an tempore adepti beneficij clericum habuiſſe bona propria, eo quippè caſu in dubio præſumeretur pro eccleſia, niſi hæres probaret contrarium, videlicet, acquiſita per clericum fuiſſe de bonis proprijs, & ex ſua induſtria, & labore: prout ita iſtam diſtinctionem approbauit Ioan. Andr. in c. & vnus de pecul. cleric. & Abb. etiam ibi, vbi facilè deducit iſtam eſſe communem opinionẽ, & Berous quoque in d. conſ. 7. ſub num. 4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 CLERICVS beneficiatus habẽs adminiſtrationem, de beneficij fructibus, vel alijs rebus ex fructibus eccleſiæ, vel intuitu eccleſię acquiſitis, non poteſt teſtari; cùm in vita vſufructuario, & in morte vſuario comparetur.

2 Clericus non prohibetur teſtari de fructibus ſuæ præbendæ.

3 Clericus habens ſimpliciter beneficium ſine adminiſtratione, non poteſt teſtari de fructibus beneficij.

4 Clericus ex redditibus ſui beneficij ultra honeſtum victum aliquid ſibi attribuere non poteſt. Et quicquid ſupereſt erogandum inter pauperes venit.

5 Clericus emens prædium ſibi, vel ſuis de fructibus eccleſiæ, pertinet ad eccleſiam.

6 Clericus ſimpliciter beneficiatus facit fructus ſuos beneficij, & de illis teſtari poteſt.

7 Clerici bona tam mobilia, & immobilia ex redditibus eccleſiæ lucrata, quàm etiam nomina debitorum, & actiones competunt ipſi Eccleſiæ.

8 Papa poteſt concedere clerico priuilegium teſtandi, & de rebus ex beneficio acquiſitis diſponendi, cùm ad ipſum vniuerſarum eccleſiarum plena diſpoſitio pertineat.

9 Papa poteſt concedere facultatem teſtandi clerico de fructibus, & redditibus beneficij, vbicunq; moueretur ex iuſta cauſa.

10 Iuſta cauſa eſt in Papa concedente teſtandi facultatem clerico de redditibus beneficij, vbicunq; ipſe clericus ſubuenire vellet pauperibus conſanguineis.

11 Conſuetudo poteſt inducere facultatem clericis teſtandi de fructibus beneficiorum, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram opinionem contrariam magis communem, talis conſuetudo non valet.

12 Clericus poteſt teſtari in multis caſibus poſitis remiſsiuè.

OPINIO CI.

1 CLERICVS, ſeu prælatus habens adminiſtrationem de beneficij fructibus, vel alijs rebus ex fructibus eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ acquiſitis, non poteſt teſtãdo diſponere; quia in vita vſufructuario, & in morte vſuario comparatur, ſecundum Glo. in c. præſenti de officio ordina. lib. 6. Bal. conſ. 80. ad euidentiam lib. 5. Cardin. conſ. 110. tria ſunt, & in c. fin. vbi etiam Barbat. de pecu. cler. Fratrẽ Guil. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ in ſermo. 38. col. 10. fol. par. 313. & alios quãplures citatos per Bellonum conſ. 3. num. 2. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Beroum etiam cõſ. 7. dubitationibus, ſub nu. 9. vol. 2. vbi eam limitat in quatuor caſibus. *Cõis opin.*

2 Contrariam verò ſententiam videlicet, quòd clericus decedens poſsit tranſmittere ſuæ præbendæ fructus ad hæredes ſuos, tenet cum alijs ſignatis per eum Iulius Clarus in tract. de teſta. §. teſtamẽtum lib. 3. q. 27. verſ. quintò dixi quòd clerici, & eam aſſeuerat eſſe communem Corſet. in ſingu. in verb. clericus, & Couarru. in c. cùm in officijs, num. 6. fol. par. 276. de teſtamen. vbi eam falſam eſſe aſſerit optimis quidem rationibus; & iſtam quæſtionem latiſsimè exagitat ad vtranq; partem Guliel. Redoan. in tract. de ſpolijs eccleſiaſt. in q. 3. §. 1. & ſeq. vbi tandem in §. ſtantibus iſtis repugnantijs, ſub num. 6. videtur reſidere cũ prima opinione negatiua; cum qua tranſeũdum eſt in deciſiuis tanquàm ſacroſancta, & in practica receptiſsima. *Cõis opin.*

Imò

3 Imò nota ſecundum veriorem doctorum opinionem, quòd procedat antedicta communis negatiua, etiam ſi clericus ſimpliciter beneficium ſine adminiſtratione habeat, vt concludit Abb. in repet.c.cùm eſſes col.7 de teſtam. & Gemini. in d.c.præſenti,& nonnulli alij relati per Barbat. in d.c. fin. & rationabilis quippè eſt hæc ſententia,&magis æqua,& fauorabilis,vt oſtendit,eam ſequendo Redoanus in tract.de ſpolijs eccleſiaſt. q. 49. & ſeq.

4 Quoniam clericus ex redditibus ſui beneficij eccleſiaſtici vltra honeſtum victum ſibi quicquã attribuere nõ poteſt,c.Epiſcopus 12.q.1. & quicquid ſupereſt,erogandum eſt in alimoniã pauperum,c.quoniã quicquid 15.q.1.& c.aurũ 12.q.2.

¶ Et hinc eſt,quòd clericus,ſalua conſcientia, de fructibus beneficij prouidere nequit, cùm re ipſa fructus qui ſuperſunt,non ſunt proprij, ſed communes ſibi, & pauperibus, vel eccleſiæ, per notata in c.fin. 16. q. vltima in fin. Et licèt dicatur dominus eorum, tamen hoc intelligitur cum grano ſalis procedere, quo ad fidelem diſpenſationem faciendam ſibi,& ſuis,c.omnino 21.diſt. c.ſtudeat in fin.50.diſt.& c. non ſatis 86. diſt. Et notat Maria.Soc.conſ.32.ex his,circa prin.vol.1. vbi concludit,quòd clericorum de bonis eccleſię illud eſt duntaxat, quod probabili ratione conſumitur, & quatenus neceſsitas vrgeat, vt exprimit Apoſtolus ,victu, & tegmento, his contenti ſumus,& Fely.in c.de quarta col.10.de præſcrip. vbi conſtanter affirmat, quòd ſi clericus diſtribuat fructus beneficij in vſus nepharios teneri abſq; dubio aliquo ad eorum reſtitutionem.

5 Et ſi ex eccleſię fructibus clericus ipſe ſibi,vel ſuis prædium emerit, hoc ad eccleſiam pertinet, & ab illa, vt domina poterit vendicari, ſecũdum Glo.in c.inquirendum de pecu. cleri.

¶ Imò ipſi eccleſię tunc acquiritur dominium abſq; traditione,ita Glo. in c.1. de pecul.cleri. & eſt textus in l.fin.C.de ſacroſan.eccleſ.

¶ Et quemadmodum clericus emens fundũ de pecunia eccleſiæ, ſi in inſtrumento facit poni nomen alterius, præſumitur facere in fraudem, ſecundum Inno.in c.cùm in officijs in glo.in ver. remanere de teſta.Bal.in l.mancipia C.ſi quis alte. vel ſibi, & Lauren. in l. in quorum col. 5. de pig.ita etiam clericus emens equum de bonis eccleſiæ non eſt dominus equi vllo modo c. res eccleſiæ 14.q.1.& c.ſacerdos 44.diſt.

6 Sed contrariam partem,quòd clericus ſimpliciter beneficiatus, tam in vita, quàm in morte etiam æquiparetur vſufructuario, & vtroq; tempore faciat fructus ſuos,ſentit glo.& omnes in d. c. præſenti, & iſtam glo. ponit eſſe communem Imol.in c.peruenit ext.de fideiuſſ.& ſequitur,atteſtaturq; Berous in d.conſ.7.ſub nu.9.verſ. præterea,Ciarus in d.q.17.verſ.quartò vidẽdum eſt, & Bellonus in d.conſ.3.nu.6. & Boer.conſ.48. & ita de conſuetudine communiter obſeruari inquit Butrius in d.c.peruenit,Imol.& Calder.in c. fin. de pecul. cler. & Corne. conſ.314.vol.3. Sed prima ſententia,quòd clericus ſiue habeat adminiſtrationem,ſiue non,indiſtinctè prohibeatur teſtari,ſiue illi ſuccedat eccleſia, ſiue ſucceſſor, apparet magis communis,vt deducit Redoan.in d. q.3.5.& in hac materia,ſub.nu.33.cum alijs ſeq. fol.par.130.

Cõis opin.

7 Ampliatur etiam ſecundò præmiſſa communis eatenus procedere, vt non ſolùm bona mobilia,ac immobilia per clericum ex eccleſiæ redditibus percepta, verum nomina etiam,& actiones competunt ipſi eccleſiæ,ſecundum Abb.& cæteros omnes in c.relatum,il 2. de teſta. vbi Couarruu.num.1.perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

8 Sed dicta prima communis negatiua ita enucleata,interpretatur non habere locum,vbicunque clericus impetraret à ſummo Pontifice priuilegium teſtandi, ac de huiuſmodi rebus diſponendi,quod Papa ex cauſa concedere poteſt,cùm ad ipſum vniuerſarum eccleſiarum plena diſpoſitio pertineat, c.licèt de præbend.lib.6. Clemen.1.vt lit.pen.vt per. Abb.in d.c.cũ eſſes,Alex. Iaſ. in l.vt militibus C.de teſtam.milit.Alex.cõſ. 15.vol.2.& Soc.conſ.13. præſens conſultatio, & eſt communis opinio,vt prędicat Dec.conſ.147. quæritur de expenſis, & Couarru.in d. c. cùm in officijs nu. 7. idemq; ſecundum Doct. congeſtos per Iaſ.in auth.ingreſſi C. de ſacroſan. eccleſ. & ita obſeruatur in curia,&extra Curiam Roma.at teſtante Beroo in d. conſ.7. ante nu. 10. Cõis opin.

9 Et hoc de plano procedit, quando Papa moueretur ex iuſta cauſa ad concedendum clerico teſtandi facultatem, vt voluit Abb.in d.c. cum eſſes,quem ſequitur Fely.in c. conſtitutus col. antepen. de reſcrip.& Barbac.in d.c.cum in officijs col.6.de teſta.cum alijs coaceruatis per eum ibi. Et cauſa iſthæc, etiam quòd expreſſa non ſit per Papam in conceſsione licentiæ de teſtando, ſed ſolummodo tacita concurrat iuſta cauſa, operatur ea quidem tunc effectum ſuum, ſicut expreſſa,vt voluit Berous in d conſ.7.num.10.

10 Et iuſta cauſa eſſet,ſi clericus ſuis pauperibus conſanguineis ſubuenire vellet; Nam ideo bona eccleſiarum comparata ſunt,vt ex eorum fructibus pauperum inopiæ ſuccurratur; c. videntes 12.q.1.& faciunt notata per Abb.in c.1.de cohabitatio. cler. & mulierum.

11 Interpretatur poſtremo mentionata communis non procedere, quando conſuetudo reperiretur in contrarium;quia clerici vigore huiuſmodi conſuetudinis diſponere, ac teſtari ſine licentia poſſunt de fructibus ſuorum beneficiorum, ſecũdum omnes Doct.pręcitatos indifferenter Geminia. & cæteros in d. c.fin.de off.ord Cald.conſ.2. col.fin.de pecul.cler.Domin.in c.præſenti col.4. de offic.ordin.in 6.& Abb.in d. c. cùm in officijs in 2.fallentia,& facit textus in c. cæterùm de donatio.& Ioan. de Imol. in c. fin. de pecul. cler. & iſtam opinionem aſſeuerat eſſe communẽ, vltra Cõis opin.

mentio-

mentionatos ſcribentes, Bellonus in d. conſ. 3. nu. 10.&[illegible].& ſequitur Couarruui.in d.c.cùm in officiis,n.[illegible]9.vbi fatetur opinionem contrariam, videlicet, quòd talis conſuetudo admittenda nõ
Cõis opin. ſi,tfore magis communem ex ſignatis per eum, idemque teſtatur Frater Guil.Pepin.in d. ſermo. 38.col.11.& ita meminit vidiſſe in Vrbe Roma ſeruari Guil. Redoanus in d. tract. de ſpoliis Eccleſiaſticis quæſtio. 3.§. fin. numero 19. & iſta eſt veritas.

12 Alias verò multas limitationes, & quidem vtiles,& communes,quòd clericus teſtari poſsit. ponit Clarus in d.queſt.27. & Alex. de Neuo cõſi.13.nu.1.& ſeq. & Guiliel. Redoan. in d. tract. de ſpoliis Eccleſiaſt.queſt.3.§. & in hac materia, & §.ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *CLERICI tenentur ad inſtaurationem murorum, portuum, viarum, & pontium Ciuitatis, ac contribuere cum laicis,ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, non tenentur ad huiuſmodi contributionem.*

2 *Clerici in quibus caſibus teneantur cum laicis contribuere,& in quibus non,ponuntur hic remiſſiuè.*

OPINIO. CII.

1 CLERICI tenẽtur ad inſtructionem murorum, ac portuũ Ciuitatis,& viarum, pontiumque in quibus eſt pietas,& publica verſatur vtilitas, l. ad inſtructionem C. de ſacroſan. eccle.& l. ad portus. C. de operi. publ.Glo.& alij in c.non minus in verb. releuandas,de immunitate Eccleſiæ, Lucas de Penna in l.fin.in fine.C.de exacto.tributo.libr.10. Ripa in lib.2.reſponſorum capit.22.nu.5.& ſeq.Cyn. Alberi.Bar. Bal. & omnes in d.l. ad inſtructionem, Bellamera conſ.45.Guid. Papæ q. 78. & Ripa in tract.de peſte.in titu.de remediis ad conſeruandam hubertatem,nu.233.& ſeq. Vbi narrat iſtã
Cõis opin. eſſe communem opinionem, approbat viua ratione,& concordat cum opinione contraria, pro ut ita fecit, & concordat quoque Gloſſator in d. q.Guid.Papæ 78. Bertran. etiam conſ. 53. nu.9. uol.1.oſtendit opinionem iſtorum eſſe communem, eamque ampliat, ac refert cæteros contrarium aſſeuerantes,& ſequitur quoque Lancel lo.Corrad.in ſua pract.ſeu tract.de decurio.lib.1. cap.9.de prætore §.1.nu.27.& ſeq.fol. 16. vbi uocat iſtam magis communem opinionem fore, & obſeruari Mediolani, & Papiæ,& ſequitur etiam, & citat Natta conſ.280.& de iure communi in fine vol.2.

2 Vbi refert duos alios caſus ſatis vtiles,in quibus clerici tenẽtur contribuere cum laicis,& copioſiſsimè citat ſimiliter Ioan. Ant.de Nigris in extrauagan. Clementis Septimi contra clericos non incedentes in habitu,& tonſura,conceſſa, & publicata in Regno, nu. 115. cum aliis ſeq. licèt ibi contrariam ſententiam communem aſſerat, Cõis opin.
ponatque pro regula cum ampliationibus, & limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *CLERICI producti in teſtes corã iudice laico deponentes falſum, nõ poſſunt per iudicem laicum puniri, ac condemnari, nec principaliter, nec incidenter,ſed ſunt remittendi ad eccleſiaſticum,ſecundum communem opinionem, quæ non ſeruatur apud Gallos.*

2 *Clericus in cauſis,quę ſub iureiurando finiendæ ſunt, iurans,& poſtmodum detegatur peieraſſe per biennium à communione pellitur.*

3 *Clericus periurus magis punitur, quàm ſi venit contra fidem,quia priuatur beneficijs.*

OPINIO. CIII.

1 CLERICVS productus in teſtem coram iudice laico, deponens falſum, nõ poteſt per iudicem laicum puniri,ac cõdemnari, nec principaliter, nec incidenter, ſed eſt remittendus ad eccleſiaſticum,ſecundum Hoſtien.Inno.Ioan.And.Ant.But.Imo. & Fely. in c.uerum de foro competen. Ioan. de Ana.col.1.Soci.col.14.& alios in c. 2.de crimin. falſ.Bar.in l.Diuus col.fi.ff.de falſis,Caſtren.in l. nullum C.de teſti.Iaſ.in l.1.§.qui mandatum. ff. de offi.eius col.pen. & Ange.in l. ſi vacantia col. 26. C. de bonis vacan.lib. 10.& omnes in c. at ſi clerici poſt Ioan. And. ibi de iudiciis, & iſtorum opinionem ſequitur,declarat,& ſcribit eſſe com- Cõis
munem Maraſca in tract. iudiciorum in 6. part. opin.
2.partis prin.ſuper 12.actu, nu. 4. & ſeq. Capy. deciſ.5. nu.13.& Afflict.deciſ.230.ubi opinionẽ hanc appellat communem,tuetur,ſequitur,& inquit Dominos de Rota in eam inclinaſſe,licèt caſus iſte ob varietatem ſententiarum,& opinionũ conflictum,nõ fuiſſet deciſus in ſacro Regio Cõcilio. Et in effectu reiectis duabus aliis opinionibus relatis per Afflict.in d.deciſ.230.ipſe ſequor opinionem Hoſtien. & ſequacium communem, quam magis tutam fatetur Afflict.in d.deciſ.nu. 4.& ibi Vrſillus in add.nu.1.& in practica obſeruari teſtatur Auguſt.in additio.ad Ang.in tract. malefi.in uerſ.falſario,vbi ipſe ſimul cum Angelo concurrũt cum prętmiſſa opinione communi, & Franciſcus Scaglionus in commentariis ſuper pragmaticis Regni in pragmatica, teſtẽ falſum col.3.in prin.Iulius Clarus in pract.crim. libr. 5. q. 38.

q.38.§.fin.col.5.'verſ. ſed hic quæro quid ſi clericus, deponat falſum teſtimonium coram iudice laico,& Rolan.à Valle conſ.12. prima etenim eſt dubitatio,nume.48. & ſeq. uol. 2. & ita habui in facto de præſenti menſe Iulij 1573. & obtinui coram D. Triuultio Gualterio Auditore Sereniſsimæ Margaritę ab Auſtria, & eandem veriorem, & communiorem dixit Ioan. Bernar. Diaz. in practi.crim.cano.in c.87.in fi.& Soci.in tract.fallen.in regu. 428.teſtis falſum teſtimonium deponens. Et caue ne te decipiat ſuis ſuaſionibus Barbatius, qui per plura colorata fundamenta nititur contrariam partem ſubſtinere in d.c.verùm, nu.52. vſque ad nu. 62. quia eius rationes parũ, aut nihil obſtant, prout oſtenditur apertiſsimè per Moder.& alios in d. c. at ſi clerici. Bene verũ eſt,quòd eam apud Gallos ſeruari, & paſsim admitti aſſeuerat Guiliel.Benedic. in c. Raynutius de teſta.uerſ.& vxorem nomine Adelaſiam, numero 434.

2 Et iſte clericus in cauſis, quæ ſub iureiurando finiendę ſunt,præbens iuramentum,biennij tempore à communione pellitur,ſi poſt rebus euidẽtibus detegitur peieraſſe, ſecundum Concilium tertium Aurelianenſe,canone. 5.de clerico conuicto de furto,aut falſitate,& de periurio.

3 Imò clericus periurus magis punitur, quia plus delinquere videtur,ex quo priuatur beneficiis,quàm ſi veniret contra fidem ſuam, quia nõ priuaretur,niſi de conſuetudine fides eſſet idem, quòd iuramentum,c.cùm non ab homine de iudic.Canoniſtæ,& præſertim Abb.& Ant.de But. in c. quærelam de iureiur. & in c. ad aures quod met.cauſa. Hoſtien.in c.quærelam il 2.ne præl.& Capel.Thol.deciſ.17.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVM percutiens, ſeu ledens in excommunicationem incidit, etiam nullo interueniente vulnere in percuſſione ipſa, & incidit in c. ſi quis ſuadente diabolo, & tenetur Romam accedere pro impetranda abſolutione à tali excommunicatione.*

2 *Papa non ſolet concedere abſolutionem ab excommunicatione incurſa ob iniectionem manuum in prælatum propter criminis atrocitatem.*

3 *Abſolutio ab excommunicatione denegatur in otto caſibus, qui ponuntur remiſſiuè hic.*

4 *Clericum degradatum percutiens incidit in excommunicationem, & in c. ſi quis ſuadente diabolo.*

5 *Clericum coniugatum verberans, ſeu percutiens, eſt excommunicatus.*

6 *Clericus ſeipſum percutiens, incidit in excommunicationem, & pœnam c. ſi quis ſuadente diabolo.*

7 *Clericum hæreticum percutiens, non incurrit pęnam c. ſi quis ſuadente diabolo, ſecus ſi percuteret excommunicatum.*

8 *Fœminæ percutientes clericos ſunt excommunicatæ, ſicut maſculi; & abſolui non poſſunt tunc, niſi à ſummo Pontifice.*

9 *Clericus alium clericum notoriè percutiens, eſt excommunicatus à iure; & opus non eſt alia declaratione.*

10 *Epiſcopus poteſt abſoluere iniuriantem clericum, ſeu eum ledentem leui iniuria, etiam perſonali, & inferens talem iniuriam, tanquam excommunicatus non tenetur Romam accedere, ſed poteſt abſolui ab ipſo Epiſcopo.*

11 *Clericum percutiens in ludendo, non incurrit excommunicationem ob talem percuſſionem.*

12 *Pater verberans filium clericum non incidit in excommunicationem aliquam.*

OPINIO. CIIII.

1 CLERICVM percutiens,ſeù ledens,incidit in excommunicationem,etiam nullo vulnere interueniẽte in percuſsione hac, inciditque in canonem.Si quis ſuadente diabolo 17.q. 4. atq; tenetur accedere Romam pro impetranda abſolutione ab huiuſmodi excommunicatione.

2 Et aliquando in tali caſu per Papam nullatenus conceditur abſolutio.Vndè meminit Paulus de Roma in tract. penſionum eccleſiaſticarum capite. 6.ſub nu 30.ſe uidiſſe tempore Pauli Tertij Pontificis denegatam extitiſſe abſolutionem ob manuum iniectionem in Prælatum propter criminis atrocitatem.

3 Vbi ponit etiam otto alios caſus, in quibus abſolutio ab excommunicatione denegãda veniat.

4 Quod ampliatur in tantùm procedere, quòd percutiens etiam clericum degradatum, ſimiliter incidat in d.c.ſi quis ſuadente, ſecũdum Glo. in c.degradatio in fin.de pęn.lib.6.in c.2.in Glo. fi.44.diſt.in c.accedẽs 50.diſt.& ibi Præpo.Abb. in c.1.qui cleri.vel mona.S.Antoninum Archiepiſc.Floren.in 2.par.ſuæ ſummę tit.25.c. 1. Fely. in c.contingit,il 1.de ſenten. excommu. Marſili. ſingu.179.uiget communiter ſtatutum col. 2. & Dec. in l. in omnibus cauſis id obſeruaẽ, ſub nu. 8 ff.de reg.iur.& ibi Hierony.Cucha.in addi.qui ampliat etiam dictum can.ſi quis ſuadente in alio caſu,& iſtorum opinio communis eſt. *Cõis opin.*

5 Item ampliatur habere locum etiam in clerico coniugato.Vndè ſi quis eum verberaret,incideret quippè, & abſque dubio aliquo in d. canonem ſi quis ſuadente,c.vnico de clericis coniugatis in 6.

6 Amplificatur quoque eadem regula eatenus procedere, quòd ſi clericus ſeipſum percuteret, incideret quippè etiam dubio procul in excommunicationem; ex quo hoc agit irato animo: ſicut ſæpè faciunt illi,qui tedio vitæ,vel alia concupiſcentia ducti ſeipſos interficiunt, ſeu vulnerãt, ſecundum Doct.communiter omnes in d.c.contingit,& facit tex.in c. ſi non licet 23.q.5.& Ioã. And.in c.vnico de vita,& honeſt.cleri.lib. 6. vbi *Cõis opin.*

firmat,

firmat, clericum ſæuientem in ſeipſum incidere in pęnam d.c.ſi quis ſuadente diabolo.

7 Ampliatur etiam alio modo, quòd clericus hęreticus poſſet ſimiliter percuti ſine pęna d.c. ſi quis ſuadente diabolo, ſecus uerò ſi foret excommunicatus, ita Glo.in c.ſi quis deinceps 17.q.4. & Card.in Clemen.2.§. cæterùm de elect.

8 Poſtremò ampliatur ſimiliter concluſio prælibata, quòd fęminæ percutientes clericos, ſunt etiam excommunicatæ, ſicut maſculi, d.c. ſi quis ſuadente diabolo, & ibi Glo.& Doct. omnes. Et vti excommunicatæ mulieres ipſę abſolui nequeunt, niſi à Papa, c.mulieres de ſent.excom. & Tiraq.in tract.de retract.§.1.glo.9.nu.212.

9 Imò eatenus hoc procedit, quòd clericus alterum clericum percutiens notoriè, & manifeſtiſsimè, & ita quòd factum celari nequeat, eſt excommunicatus à iure, nec eſt opus declaratoria, vt firmat Fely.in c.Rodulphus col. 31. de reſcri.& hoc modo choarctatur deciſio Mart.Quinti in Concilio Baſil.diſponentis ibi, quòd percuſſor clerici neceſſariò per ordinarium prius debeat declarari, atque publicari pro excommunicato, vt ea quippè conſtitutio, ſeu deciſio locum obtineat, vbicunque factum non foret notoriũ, vt explicat, & explanat Ioan.Bapt.Ferret.in conſi. 342. præſupponitur in facto pro notorio, nume.2.vol.2.

10 Sed antedicta concluſio ita ampliata non procederet vbicunque eſſet illata leuis iniuria, etiã perſonalis ipſi clerico, quia tunc inferens talem iniuriam leuem, vti excommunicatus non teneretur certè Romam proficiſci, cæterùm poſſet illum Epiſcopus abſoluere, ſecundum Abb. in c. monialibus, & in c. peruenit in fi. de ſenten. excom.per text.ibi, vbi deducit iſtam eſſe communem ſententiam, & ſequitur etiam, & citat Rom. ſingu.710.incidens in excommunicationem, & Deci.in c.peruenit, nu.6. cum aliis ſeq.de appellatio. vbi ponit tres vtiliſsimos, & frequentiſsimos caſus, in quibus Epiſcopus clericos percutientes inter ſe abſoluere poſsit, & Nicolaus Pignola etiam in add. Roma. in d. ſing. 710. Et ita obtinuimus, & ſeruari vidimus de præſenti anno 1569.inter duos clericos Aquilanos, qui in eccleſia, dum celebraretur officium percuſſerant ſe inuicem manibus ſolummodò; & tamen ob hoc ab Epiſcopo Reuerendiſsimo noſtro abſoluti extitere ab excommunicatione incurſa per eos. Et licèt eius Vicarius D. Aemilius Guadagnus Aretinus, vir equidem integerrimi iudicij, & ob morum, doctrinæ, iuſtitięque claritatem nuſquam ſatis commendatus, tunc dubitaſſet de huiuſmodi abſolutione, protitendo propter diſpoſitionẽ d. c. ſi quis ſuadente ipſos clericos ita, & taliter ab epiſcopo abſolutos debere Romam accedere pro impetranda altera abſolutione, ſtante nullitate primæ abſolutionis à dicto Reuerendiſsimo D.Epiſcopo cõceſſæ. Nihilominus recognita mẽtionata cõi opinione ſtatim acquieuit veritati.

Cõis opin.

¶ Imò in aliquibus caſibus percutiens clericum non cenſetur excõmunicatus aliquo modo.

11 Et primus quippè caſus eſt, vbicunque quis ludendo percuteret clericum ipſum, tunc profectò ob talem percuſsionem non incurreret excommunicationem aliquam, c. 1. de ſenten. excommuni. & firmat, & probat Paris de Puteo in tract.de ludo ſub nu.55.per illum text.

12 Secundus verò caſus eſt, quando pater verberaret filium clericum, eo quippè caſu non incideret in excommunicationem, ſecundum Floria. poſt Tancredum in l. ſed & ſi §. ſi magiſter ff. ad legem Aquil.

¶ Quoniam clerici patriæ poteſtatis vinculis ſoluti non ſunt, c.ſi annum de iudic. in 6. & Rota in deciſ.Bellame.deciſ.731.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS in bonis patrimonialibus non gaudet priuilegio eccleſiæ, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

OPINIO. CV.

1 CLERICI pro bonis patrimonialibus ſunt immunes à collectis ordinariis, & extraordinariis, & cõſequẽter non gaudent priuilegio eccleſiæ, niſi in caſib⁹ à iure expręſsis, vt concludunt oẽs Canoniſtę cõmuniter in c.fi.de foro compe.Deci.in c.Epiſcopus nu.19. de pręben. & dignita. & in c. cum M, de conſtitu.Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus pręceptor meus in tracta. de Imperatore q. 101. & Balbus in tract. de præſcriptio. par.5.q.5. nu. 2. vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem, & Ioan.de Amicis conſ.146.nu.1.Glo.uerò in d. c. Epiſcopus inclinauit in contrariam partem, & Ripa etiam poſt alios citatos per eum in ſuis ſingularibus reſponſis titu.de legibus, & longa conſuet.c.2.nu.7.& Ioan.Bapt.Plotus in conſ.93. in cauſa quæ vertitur, nume. 5.& ſeq. Tamen quicquid Doct. præmemorati ſuadeant contra communem, ob hoc difficile, imò impoſsibile nempè foret contra eam in actu practico obtinere, & ita conſuluit Ioan. de Amicis in d. conſ. 146. quòd clericus non teneatur ad ſolutionem collectarũ pro rebus patrimonialibus, Natta conſ. 280. de iure communi, ſub nu.5. vol.2. Cõſumatiſsimus D. Ioan. Ant. de Nigris ſuper capitulis Regni in c.98.item ſtatuimus, quòd clerici, nu. 4. vbi ait hoc non habere difficultatem, & vtiliter ampliat, & Rolan. à Valle etiam in conſ.16.etſi clariſsimi iuris ſit, in fin. uol. 4. & ita obſeruatur in Regno Neapo.

Cõis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *CLERICI à poteſtate ſeculari iure diuino ſunt exempti.*

2 *Clericus tonſuratus, aut in minoribus, ſi non habet beneficium eccleſiaſticum, aut non incedit in habitu, nō amittit fori priuilegium, etiā quòd ſe immiſceat in delictis enormibus, niſi prius ter monitus fuerit à ſuo prælato, vt reaſſumat habitum. quæ monitio, ſeu citatio habet locum in clericis primæ tonſuræ non coniugatis, non autem coniugatis.*

3 *Clericus trina citatione perſonali debet citari, aut moneri, vt reaſſumat habitum, non autem per proclama generale.*

4 *Clericus ſimplicis tonſuræ etiam incedens abſque habitu, & tonſura, tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus conueniri non poteſt coram Imperatore, Rege, Senatu, vel quocunque alio iudice ſeculari.*

5 *Clericum primæ tonſuræ percutiens, eſt excommunicatus, quemadmodum ſi percuteret clericum in ſacris conſtitutum ordinibus.*

6 *Clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus hodie non gaudet fori priuilegio, niſi ſit beneficiatus, & clericalem habitum, & tonſuram deferat.*

7 *Clerici primæ tonſuræ, minorumque ordinum non incedentes in habitu, & tonſura, & alia, iuxta canonicas ſanctiones non obſeruantes, ſunt ſubiecti iudici ſeculari, & ab eo vſque ad vltimum ſupplicium puniri poſſunt, nulla ſuper hoc declaratione requiſita; Quod obſeruatur in omnibus Regni Neapolitani partibus, præterquam in Ciuitate, & diœceſi Neapolis.*

OPINIO. CVI.

1 CLERICI à poteſtate, & iuriſdictione Principis ſecularis, & omnium, & quorumcunq; laicorū ante omnem humanam legē iure diuino fuerunt, ac ſunt exempti, ſecundum Glo. in c. ſi Imperator 96. diſt. & in c. quanquā de cenſi. in 6. quā ſequuntur Doct. in præmemoratis locis, Card. in repeti. c. perpēdimus in 7. oppo. de ſen. excō. Abb. Fely. & Dec. col. 2. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de cōſtit. Roma. ſing. 419. Rota Roma. deciſio. 840. in antiquis in tit. de cōſuet. Abb. in c. at ſi clerici nu. 23. de iud. Aufreri. in Clemē. 1. de off. ord. & Fely. in c. 2. col. 1. de maio. & obed. ubi ſcribit iſtā eſſe communem opinionem, & Curtius quoq; in c. fi. de conſue. fol. par. 51. & Rebuffus in concor. in rub. de protectione. Cōis opin.

2 Et hoc procedit ſimiliter in clericis primæ tonſuræ, ſeu nō habentibus beneficia, & immiſcētibus ſe in delictis enormibus, qui priuilegiū fori non amittūt, ex eo quòd veſtibus, & tonſura nō vtātur, donec ter moniti fuerint à ſuo pręlato, ſeu Epiſcopo, vt à prædictis deſiſtant, & habitū reaſſumāt, vt probatur in c. in audientia de ſent. excō. & tenet Gloſſ. cōiter approbata in c. ex parte, il 2. de priuile. Panor. in c. tuæ de apoſtat. Henricus in c. cùm non ab homine de iud. Aret. conſ. 163. nu. 16. Fulg. cōſ. 157. Alex. cōſ. 8. uol. 1. col. pen. Dec. in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 6. & cōſ. 241. Scripſi, Soci. conſ. 13. nu. 11. 12. & 30. vol. 4. Alciat. in rub. de iud. Grammat. in voto 33. & iſtā opinionem ponunt communem eſſe omnes Doct. mentionati, & cæteri in c. vnico de cleri. coniuga. quam declarant procedere de plano, & abſque dubio aliquo in clericis primæ tonſuræ, qui non forent coniugati, ſed in clericis coniugatis monitio iſta nō eſt neceſſaria, pro vt omnes Scriben. affirmant in d. c. vnico. Cōis opin. Cōis opin.

3 Et monitio, ſeu citatio iſta, vt omnes clerici reaſſumant habitum, aliàs priuentur priuilegio clericali, non ſufficit fieri per proclama generale, ſed neceſſariò trina monitione perſonali clericus debet citari, ac moneri, vt probat text. & ibi Cardi. Imol. & omnes in Clemen. 1. de vita. & honeſt. cler. Rubeus conſ. 76. nu. 2. & Marſil. ſingu. 259. generalis.

4 Et quòd iſte clericus ſimplicis tonſuræ conueniri nequeat in ciuilibus cauſis, & criminalibus coram Imperatore, Rege, Senatu, vel quocunque alio iudice ſeculari, etiam quòd incedat abſque habitu, & tonſura, non eſt mirum.

5 Quia percutiens clericum huiuſmodi primæ tonſuræ, eſt excommunicatus, quemadmodum ſi percuſſiſſet clericum in ſacris ordinibus conſtitutum, vt in c. ſi quis 17. q. 4. Gloſ. in Clemen. 2. in ver. clericos de vita, & honeſt. cleri. & ita tenet Ioan. Lupus in tract. de cenſura eccleſiaſti. q. 2. & 5. & Grammat. deciſio. 10. nu. 1. Afflict. in conſtitu. Neap. lib. 1. rub. 9. & Ioan. de Imol. in c. ex literis, nu. 6. de uita, & honeſt. cler. & opinionem iſtā mentionatam facit eſſe communem Albertus Trotus in tract. de uero, & perfecto cleric. libr. 1. dubio 11. Cōis opin.

6 Sed hodie iſti clerici occaſionem, anſamque præbuerunt ſacroſanctiſsimo Concilio Tridentino non leuem de reuocando, ac annullando omnes leges facientes in eorum fauorem; Et ſic concilium ipſum Tridentinum ſub Pio Quarto Pontifice in 23. ſeſſione, c. 6. nullus prima tonſura initiatus, ſtatuit, & ordinauit, quòd clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudeat fori priuilegio, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferat. Idcircò ò clerici cauete, ne vobis nimis freti in antiquis eccleſiæ conſtitutionibus obliuiſcamini dicti Concilij Tridentini, & accidat vobis, vt euenit cuidam clerico Aquilano in minoribus ordinibus conſtituto, qui incedendo abſque habitu, & tonſura fuit captus à Iudice ſeculari cum armis prohibitis, & vigore Cōcilij memorati amiſit forum iudicis eccleſiaſtici.

7 Sed hoc non eſt nouum in Regno, nam ibi extat extrauagans Clementis Septimi ędita per ipſum Clementem ad ſupplicationē Caroli Quinti Imperatoris pro reformando clericorum ſtatu, & honeſtate in eodem Regno Syciliæ citra Farum, diſponenſque quòd clerici in minoribus cōſtituti non incedentes in habitu, & tonſura, & alia

alia iuxta canonicas ſanctiones non obſeruantes tanquam laici ſint curiæ ſeculari ſubiecti, & à iudice ſeculari vſque ad vltimū ſupplicium puniri poſsint, nulla alia ſuper hoc declaratione requiſita. Quæ quidē extrauagās obſeruatur pro Euangelio in omnibus ipſius Regni partibus, prætérquam in Ciuitate, & diœceſi Neapo. cùm obtentum fuerit ſuperioribus annis à ſua Sanctitate, quòd Ciuitas, diœceſiſuè Neapolitana, & clerici primæ tonſuræ, minorumq; ordinū in ea exiſtentes non cōpræhenderentur ſub tali extrauaganti, ob quod Magna Curia Vicariæ cōſueuit remittere ipſos clericos primæ tonſuræ, & minorū ordinum de diœceſi Neapolis ad Vicarium Neapolitanum, ſed eadem Magna Curia Vicariæ in reliquis partibus Regni obſeruat antedictā extrauagantem, nec remittit aliquo modo ipſos clericos primę tonſuræ, & minorum ordinum ad iudices eccleſiaſticos, vt teſtatur hæc omnia referendo Albericus Oliua in ritibus archiepiſcopalis Eccleſię Neapolitanę in ritu 37. ſub n. 3. ſol. par. 60.

SVMMARIVM.

1 *CLERICORVM appellatione veniunt conſtituti etiam in minoribus ordinibus.*

2 *Clericorum appellatione veniunt canonici, clerici in dignitate conſtituti, & alij prelati in materia fauorabili, ſecus in odioſa; nam prelati non ſunt clerici ſimpliciter, ſed ſecundum quid.*

3 *Monachi non veniunt appellatione clericorum in fauorabilibus, ſecus in odioſis.*

OPINIO. CVII.

1 CLERICORVM appellatione, ueniunt conſtituti etiam in minoribus ordinibus, ſecundū Glo. Abb. & omnes indifferenter in c. non liceat de præb. vbi Dec. nu. 17. ſequitur opinionē iſtorum, & meminit nullam habere dubitationem, & in effectu communis eſt, vt per Scriben. ibi, eique accedit etiam Rolan. conſ. 16. etſi clariſsimi iuris ſit, nu. 10. & ſeq. vol. 4. Ioan. Lupi in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. col. 78. & Stepha. Aufre. in Cle. 1. not. 1. de offi. ord. *Cōis opin.*

2 Imò appellatione clericorū veniunt canonici, & clerici in dignitate conſtituti, & alij prælati quoque in materia fauorabili, ſecus autem in odioſa; Nam prælati non ſunt clerici ſimpliciter, ſed ſecūdum quid, vt voluit Abb. in c. bonæ, il 1. in 1. nota. de poſtu. prçlat. & in rub. de maior. & obed. Federi. de Senis conſil. 73. factum tale eſt, per text. in c. ſtatutum de electio. in 6. & iſtam opinionem inſinuat communem eſſe Dec. in d. c. non liceat, nume. 18. & ſeq. & Alciat. in l. 2. nume. 9. de verbor. obligat. & ſequitur Ruinus conſil. 18. nume. 17. volu. 2. & Riminal. conſilio 105. nume. 33. & ſeq. poſito inter conſilia crimi. diuerſorum in primo vol. *Cōis opin.*

3 Sed aduerte, quòd clericorū appellatione non veniunt monachi, l. omnes §. præterea C. de epiſ. & cleri. & Clemen. 1. & ibi Abb. ne cleri. vel mona. & Ioā. Tabien. in ſua ſumma Tabiena in ver. Clericus, il 1. §. 3 & per Fely. in c. fin. circa princ. de ſimo.

¶ Et hoc quippè procederet de plano, verum quę foret in fauorabilibus, ſecus autem in odioſis: quia habent ipſi monachi aliam qualitatem à clericis ſecularibus arg. cap. ſtatutum de celeb. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *ECCLESIA, clericus, vel monaſteriū ſuccedēs iure inſtitutionis, vel legati laico iam conuento coram iudice ſeculari, litem ipſam inchoatam cum defuncto coram illo iudice finire tenetur, ſecundum vnam communem opinionem. Sed ſecundum alteram communem contrariam, lis cepta cum ipſo laico denuò inchoanda eſt coram iudice eccleſiaſtico, & non tranſit in clericum heredem.*

2 *Iudicium cœptum dicitur ante litis conteſtationem.*

3 *Iudicium cœptum dicitur per ſolam citationem, vel mandatum cum clauſula, ſi ſenſeris te, &c.*

4 *Lis quò ad actorem introducitur literis non expeditis.*

5 *Litem non facit productio mandati.*

OPINIO. CVIII.

1 CLERICVS, eccleſia, ſeu monaſterium ſuccedens iure inſtitutionis, vel legati laico iam conuento coram iudice ſeculari, tunc litē ipſam inchoatā cum defuncto coram iudice finire, peragereque tenetur, vbi iudicium cęptum eſt, ſecundum Bal. conſ. 207. vol. 1. Ange. & Caſtren. in l. hæres abſens ff. de iud. Alex. in addit. Bar. in auth. & cōſequenter, nu. 19. C. de ſenten. Barbac. conſ. 1. vol. 3. & in c. quia de iud. nume. 45. cum aliis ſeq. Imol. in l. ſi eum hominem ff. de fideiuſſo. Cagnolum in l. 2. numero 175. ff. de pact. inter empt. Et opinio hæc obſeruatur in practica, teſte Boerio deciſio. 69. nume. 32. cum aliis ſeq. Alex. vbi ſupra, & Guliel. Benedic. in c. Raynutius in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 124. de teſtamen. & eſt communis quoque, prout oſtēdit Rogerius de Mata. in l. 1. nu. 71. ff. de iud. & magis communem, ac veram eſſe ait Boeri. in memorata deciſio. 69. nu. 32. 34. & ſeq. *Cōis opin.*

¶ In cōtrariā verò partē inclinarūt, videlicet, ꝙ inſtantia cępta cū defuncto laico non tranſeat in clericum hęredē, & conſequenter, quòd lis cępta cum ipſo laico, denuò inchoanda ſit coram iudi-

judice eccleſiaſtico Ioã. And.in reg.qui in ius de reg.iur.lib.6.Bal. titubanter in c.in præſentia de probat.& in l.1.C.ſi pend.appel.mors inter.Ange.in l.tam ex cõtractibus ff.de iud.& Ant.Abb.Fely.& Dec.col. fin.in d. c. quia, & Iacobinus de Sancto Georg.& idẽ Dec.in prin.in d.l.hæres abſens, vbi perhibent ita in actu practico obſeruari. Et iſta eſt cõis opinio, vt prædicat expreſsè Maranta,& quidẽ ex ſemetipſo,ſuoq; capite in trac. iudiciorũ in 5.par.nu. 13. & ita parũ cautè, imò laxatis cenſuris, habeniſque iuris ſuperiori anno per iudicẽ ſecularem noſtrũ Aquilanũ in cauſa non leuis momenti,iudicari uidimus. Tamen reiecta opinione iſtorũ tanquam iniqua, & plebi ſuadenda,imò in nube fundata,teſte Boeri. in d. deciſi.69.nu.39.mihi ſemper placuit prima ſententia,quã in iudicando, conſulendoq; ſequerer intrepidè,vti ueriorem,equiorem,ſuſtentabiliorem,& communiorem,cui profectò acquieſcunt etiam Iaſ.in authen.quas actiones,nume. 39. C. de ſacroſan.eccle. Roma.in l. ſi conſtante §. fina. & ibi Paul.Caſtren.ſub nume.5.ff.ſolu.matr.vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem,& æquiorem eam appellat Annibal Cauenſis in ritu 235.& veriorẽ vocat,eã ſequẽdo,& tuẽdo Couarru.in ſua pract.c.8.nu.2.& ſeq.Et ita in facti cõtingentia iudicatũ religiosè quippè extitit de pſenti anno 1579. in Regia Aprũtina Audientia in cauſa inibi vertente,& trutinata,atq; diſcuſſa hinc inde per Aduocatos ſagaciſsimos, expertiſsimos,& intelligentiſsimos,& ſic iſta victoria,& ſnĩa in pſenti negocio obtempta extitit nõ abſq; maximo certamine.Nã vbi cęptũ eſt iudiciũ ibi finiri debet,l.vbi cęptũ,& ibi Doct.ff.de iud.& Bertach. in ſuo repertorio. in ver.Iudiciũ, vbi hoc ponit pro regula.eſto,ꝙ alterius cõditio, qui iudiciũ inchoauerat, fieri non deberet deterior ex perſona hæredis,l.1.§.ex his ff.de ver.obl.

Cõis opin.

2 Et dr̃ cęptũ iudiciũ ipſum ante litis conteſta. Guid.Papæ deciſ.421.& Fely. in c.ſuper quęſtionũ col.11.de offi.deleg.

3 Quinimò etiã per ſolam citationem, vel mandatum cum clauſula,ſi te ſenſeris,&c.Caſſa. conſi.45.nume.27.

4 Imò lis quò ad actorem introducitur etiam literis non expeditis,ita Gom. in regu. 70.& Peregr.deciſ.90.

5 Sed aduerte, quòd ſola productio mandati non faceret,ſeu induceret litem modo aliquo,ſecundum Ant.Auguſt.deciſio.3.& 117.& Pereg. deciſio.88.

SVMMARIVM.

1 *CLERICI non reſidentes in eccleſiis, in quibus habent beneficia eccleſiaſtica, tenentur ad dicendum horas canonicas, aliàs reſtituerè debent fructus beneficij, quos perceperunt eo tempore, quo à dicendis ipſis horis canonicis ceſſauerunt.*

2 *Clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus,tenetur dicere ſeptem horas canonicas. Sed clerici carentes beneficio, ac non conſtituti in ſacris ordinibus,non tenentur ad dicendum ipſas horas, ſed officiũ Beatæ Mariæ,vel ſeptenam.*

3 *Penſionarius,licèt percipiat penſionem,non tenetur dicere officium.*

4 *Horę canonicę,quę ſunt matutinale officium, 1.3.6.9. veſpere,& completorium ſunt de iure diuino, & fuerunt ab Apoſtolis obſeruatę,& ab Eccleſia prçceptę, vt omni die dicantur à miniſtris beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis ad laudandum Deum, et gratias agendum de beneficijs.*

5 *Officium Sanctę Crucis dicentibus Ioan. XXII. dedit 40.dies indulgentiarum.*

6 *Horæ canonicæ ſunt inuentæ in reuerentiam ſeptem actuum, qui fuerunt in illis horis in corpore Domini Noſtri Ieſu Chriſti.*

7 *Papa non poteſt diſpenſare, vt clericus non teneatur ad officium,quamuis poſſit diſpenſare ſuper tempore cõmutationis ipſius officij.*

8 *Religioſi profeſſi,& cõuerſi,etiam religionis approbatę per eccleſiam, tenẽtur ad dicendum horas canonicas, ac etiã ad officium Diuæ Virginis,& defunctorũ,pſalmorum,letaniarum,& nocturnorum, ſecũdum quòd in eorum ſtatutis cauetur.*

9 *Clericus in peccato mortali officium dicens in eccleſia, facit fructus ſuos: quia orationes communes, vt officia,miſſæ,vigilię,& ſimilia, quę facit malus miniſter proſunt viuis,& defunctis.*

10 *Suffragia facta pro mortuis diuiduntur ſub quatuor differentijs, & generibus hominum, id eſt bonorum, & meliorum, Iuſtorum,& peccatorum occultorum, & manifeſtorum, & omnes hi ſuffragijs ſuis diuerſimodè proficiunt.*

11 *Opera mortua proficiunt ob bona temporalia.*

12 *Opera ſatisfactoria mortua ſunt, cùm homo permanens in peccato mortali poſſit ſatisfacere pro ſe ipſo,licèt nõ ſint meritoria ad vitam ęternam.*

OPINIO. CIX.

1 CLERICI non reſidẽtes in eccleſiis in quibus habent, ſeu obtinẽt beneficia eccleſiaſtica, tenẽt omnino ad dicendũ priuatim præces horarias à Romano Pontifice, Eccleſia, priuatiſuè inſtitutas, alioquin ipſi clerici reſtituere tenentur fructus bñficij,quos perceperint eo tẽpore,quo à dicẽdis pcibus canonicis ceſſauerũt, ſecũdũ Card. in c.1.de celeb.miſ.Dom.in c.fi. de præſcri. in 6. in 1.not.quorũ opinionẽ veriorẽ eſſe ſcribit Dec. in c.cũ oẽs in 2.lect.nu.15.& ſeq.de cõſti.& Andrian.in 4.ſnĩarũ in tract.de reſtitu.in q.An clericus teneatur reſtituere vltra victũ de redditibus beneficij,& Ripa in l.fin.q.65.C.de reuocan. donatio. & eandem ſententiam arbitratur tutiorẽ

Glo.

Glo. in pragma. ſanctione, Qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ col. 2.

¶ In contrariam verò partem inclinauerunt, videlicet, quòd antedicti clerici non teneantur aliquo pacto ad reſtitutionẽ fructuũ Abb. & Cardi. in d. c. 1. de celebra. miſſa. Præpoſi. in ſumma 44. diſt. Sylueſtri. in ver. Clericus 4. q. 23. & Fely. in c. postulaſti, nu. 7. de reſcript. poſt alios, quorũ opinionem communem eſſe fatentur Moder. ibi. Et magis cõmunem ait, eam amplectendo cũ magna catherua Doctorum relata per eũ, Benedictus Canophylus in compendio tractatus, qualiter iudicandum ſit in foro fori, & in foro poli, tomo 4. de religioſis, tit. de uita, & honeſtate clericorũ, fol. par. 5. Sed tñ priorẽ ſententiã, tanquam veriorẽ cõprobauit Synodus Lateranẽ. ſub Iulio Secundo, ſeſsione 9. prout de hoc decrẽto mẽtionẽ faciũt Diaz. in pract. crim. canonica c. 49. Martinus Azpilcueta in c. qñ de conſecra. diſt. 1. nu. 31. Et hoc idẽ confirmatũ extitit expreſsiſsimẽ etiã per Piũ V. in ſuo motu ꝓprio, vbi ſimiliter noua ſanctione tradidit contra clericos ꝑtermittentes horas canonicas, & earũ recitationẽ congruis tẽporibus, penã, & normã quantitatis fructuũ amiſorũ, quorũ ratæ rõ ſit habẽda, & iſtam opinionẽ contra cõem tanquã tutiorẽ, & veriorem, (vt ſupra docuimus) ſequendã fore duxim⁹. Et hoc triplici rõne. Primò quidẽ rõne dati; nam poſſeſsiones, redditus, & oblationes ideo dantur eccleſiis, vt offerantur præces, ſuffragia, & ſacrificia ad Dñm pro illis, q talia dederũt. Secũdò rõne ſacrilegij; nã tales ſunt ſacrilegi, & defraudãt totã eccleſiã, quã ſuis ꝑcibus, & officiis iuuare debent, & illis prodeſſe pro poſſe ſuo. Vnde Alexander Papa, & recitatur. 1. q. 1. in c. ipſi, Ipſi (inquit) ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia ſuis præcibus ea delent, atq; conſumunt, qui quantò digniores fuerint, tantò facilius in neceſsitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Tertiò rõne odij, quia prouocant iram Dei cõtra populũ; nã, vt dicit Greg. in ſuo Paſtorali c. 10. & ſimiliter recitat̃ in decr. diſt. 49. c. 1. cũ is, qui diſplicet ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocat̃.

8 Et iſtã cõem ita approbatã limitat Paulus de Roma in tract. penſio. eccleſiaſt. capite 7. in quęſitu inci. Poſtquã viſum eſt de beneficio, ſub nu. 8. fol. 26. habere locum in clerico habẽte beneficiũ, vel cõſtituto in ſacris ordinibus, nõ autem in alijs clericis non beneficiatis, nec in ſacris conſtitutis ordinibus, qui non obligarentur ad dicendum ſeptẽ horas canonicas, ſed ad officiũ beatæ Mariæ, uel ad ſeptenã. Et ibidẽ etiã, nu. 5. & ſeq. concludit, quòd iſtæ horæ canonicę dici debeant à clericis de iure diuino. Et ponit itidem qualiter officium dici debeat, & qui excuſentur propter occupationes ab officio ipſo dicendo.

9 Limitat etiam ſecundo loco antedictã cõem Hieronymus Paulus, Doctor ille antiquus, practicus Hyſpanus in libello, qui vulgo appellat̃ Practica Cancellariæ fol. 51. non ꝓcedere in penſionario, qui licèt percipiat penſionem, non tenetur dicere officiũ; & ſequit̃ Caccialupus in tracta. de penſio. q. fi. Iacob. de Ferra. in trac. de horis canonicis, & Pet. And. Gãmar. in tract. de off. lega. vbi aſſignat rõnẽ, & Hiero. Gigas in tract. de pẽſio. q. 30. nu. 1. & ſeq. vbi diſtinguit. Sed Pius V. in præallegato motu ꝓprio determinauit contrariũ, ꝙ quicunq; penſionẽ, fructus, aut alias res eccleſiaſticas, vt clericus percipit, cũ modo prædicto ad dicendũ officiũ paruũ B. Mariæ Virginis fore obligatũ, aliàs amiſsioni fructuum eſſe obnoxium.

4 Septẽ autẽ horæ canonicę (quę ſunt matutinale officiũ, 1. 3. 6. 9. veſpere, & cõpletoriũ) diuinitus inſpiratæ, ſecundũ illud Pſal. ſepties in die laudẽ dixi tibi, fuerunt ab Apoſtolis obſeruatæ. Vndè Act. 3. dr̃ Pet. & Io. aſcẽderũt in templũ ad horã orationis nonã. & ab eccleſia fuerũt præceptę, vt omni die dicant̃ à miniſtris exiſtentibus in ſacris ordinibus ad laudandum Deum, & gratias agendum de beneficiis: inter quæ maximum eſt beneficium creationis, & redemptionis.

5 Quorũ primũ ſeptẽ diebus cõpletum fuiſſe dicitur. Secundũ vero beneficiũ ſeptẽ quodammodo horis peractum eſt, vt habetur in officio Sanctę Crucis, quod dicentibus Ioã. XXII. dedit 40. dies indulgentiarum, vt teſtatur Sanctus Antoninus in 3. par. ſuæ ſummæ titu. 13. cap. 4.

6 Et inuentæ ſunt horæ canonicæ in reuerentiã ſeptem actuũ, qui fuerũt illis horis in corpore D. Noſtri Ieſu Chriſti, Primò, quia matutino fuit captus, in tertia crucifixus, in ſexta tenebræ factæ ſunt, in nona emiſit ſpiritũ, in veſperis fuit repoſitus in monumẽto, in cõpletorio fuerunt deputati cuſtodes, in prima hora reſurrexit à mortuis, vt plenè per Io. And. in c. 1. de celeb. miſſ. & Ioã. de Imol. in Cle. 1. eo. tit. & præceptum harum horarum habetur in c. dolentes de celeb. miſſ.

7 Nec Papa, ſecundũ Abb. in d. c. 1. de celeb. miſſarũ, põt diſpenſare, vt clericus nõ teneat̃ ad officiũ; licèt poſsit diſpenſare ſuper tẽpore, & cõmutatiõe officij, qa de iure diuino eſt ipſum officiũ, ſecus in diſtinctiõe, & mutatiõe, qa eſt de iure poſitiuo. Tenent̃ pariter ad eas bñficiati, etiã nõ exiſtentes in ſacris, vt habetur in c. clericus 90. diſt.

8 Tenentur etiã religioſi profeſsi, ac etiã cõuerſi religionis approbatę per Eccleſiã, eò ꝙ ſint inſtituti non ſolũ ad orandũ pro ſe particulariter, ſed etiã pro uniuerſali vtilitate fideliũ: & eò etiã ꝙ ſint totaliter applicati ad cultũ Dei: ideo dicũtur habere bñficium interpretatiuè, ſ. viuẽdi de eleemoſynis, vel redditibus monaſterij, vel collectis, quæ eis conceduntur ab Eccleſia ratione applicationis prędictæ.

¶ Tenentur, & prædicti ad officium Diuæ Virginis, & defunctorum, pſalmorum, letaniarum, & nocturnorum, ſecundũ ꝙ in eorũ ſtatutis cauet̃, in his enim vnaquęq; ꝓuincia, & religio abũdat ſuo ſenſu: & hęc obligatio ꝓcedit ex gñrali cõſuetudine Eccleſię, vel religiõis, cuius officiũ dicũt.

9 Sed bene verum eſt, quòd clericus faciens officium in eccleſia, ſed in mortali peccato, tūc quippè, & verè faceret fructus ſuos, quia orationes cōmunes (vt officia, miſſæ, vigiliæ, & ſimilia, quæ facit malus miniſter) proſunt viuis, & defunctis, prout hæc pro magna parte extracta ſunt ex ſumma Antonini illius ſanctiſſimi in 2. part. titu. 11. cap. 3.

10 Vnde ad maiorem intelligentiam præmiſſorum, quatuor differentias hominū, qui pro mortuis ſuffragia mentionata agunt, reperire contingit. Prima igitur differentia eſt bonorum, & meliorum. Secunda eſt iuſtorū, & peccatorum. Tertia eſt peccatorum occultorū, & manifeſtorū: & omnes hi ſuffragiis ſuis diuerſimodè proficiunt, vel proficere poſſunt illis, qui in purgatorio repein purgatorio reperiuntur. Prima inquā differentia eſt bonorum, & meliorū. Itaque cæteris paribus quantò, iſta ſuffragia fiant à meliori, tantò vtique meliora ſunt, & quanto perſona intercedens gratioſior eſt, tantò præces eius intentius exaudiuntur. Secunda eſt peccatorum, & iuſtorum. Hac ergo differētia conſiderata, concludendum eſt, quòd magis proficiunt ſuffragia hominis iuſti, quàm criminoſi, & peccatoris; quia eius opera mortua eſſe dicuntur, & præces amici exaudibiliores ſunt, quàm inimici. Et hinc Gregorius ait, ſi is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, animus irati ad deteriora prouocatur. Tertia differentia eſt peccatorum occultorum: Vnde talis homo ſuffragia, & cætera eius bona non ſunt vtilia ad gloriam ſempiternam, eo quod mortua ſunt.

11 Tamen, ſecundum Franciſcum de Mayronis, dupliciter defunctis ꝓdeſſe poſſent. *Cōis opin.* Primò, quia opera mortua, ſecundum omnes Theologos cōmuniter, proficiunt ad temporalia bona: ſed huiuſmodi bona ſunt, quæ acquiruntur per talia ſuffragia, cùm purgatorij pęna temporalis ſit.

12 Secūdò, quia opera mortua ſatisfactoria ſunt, cùm homo exiſtens in mortali culpa poſſit ſatiſfacere pro ſe ipſo: licèt non ſint meritoria ad æternam vitā, ita dicit Scotus in 4. diſt. 15. q. 1. Quarta differentia eſt, peccatorū manifeſtorū. Cæterùm, ſecundū Bonauen. in 4. diſt. diſtinguendum eſt circa omnia genera pręmiſſa ſuffragiorū: quia ſuffragia facta, aut ſunt opera ſacramentalia, vt celebratio miſſæ; & tunc, quia opera Dei ſunt ratione contenti, proſunt; ſiue à bonis, ſiue à malis fiāt. Aut ſunt alia opera, & hoc dupliciter, aut enim purè à malis, vtputà aliquis malus orat, ieiunat, vel aliter ſeſe affligit pro aliquo alio: & tunc nō credit, ꝙ ualeant pro defunctis; aut fiūt à malis ad imperium alicuius iuſti, vt ipſius defuncti, vel eius amici de re, quę illius eſt in eleemoſyna, vel ad cōſortium alterius, vt quādo duo pſalterium legunt, vnus exiſtens in charitate, alterq; non, vel in aliis operibus, vt qñ datur eleemoſyna iuſto, vt pro defuncto oret: & tunc valeret rōne charitatis boni hominis coniuncti, licèt altera pars eſſet in crimine etiā manifeſto. Aliter etiam dici poſſet, quòd hæc ſuffragia, & ſimilia bona per miniſtrum malum, & publicum peccatorem, pro cauſa defunctorum ſimpliciter valere poſſent. Primò ex virtute coniuncta. Secundò ex virtute eccleſiaſtica. Tertiò ex virtute aliena. Primò enim valere poſſunt ex uirtute coniuncta: licèt quidem ſi fiāt ex proprio peccatorum motu talia bona non valeant, tamen ex cōſequenti, & per accidens in quantum per eleemoſynam mali hominis ſerui Dei excitati orant, pro defunctis valere poſſunt. Secundò ex virtute eccleſiaſtica: nam ſi talia bona fiant per hominem malum, vt miniſtrum publicum Dei, vel totius Eccleſiæ: vt ſacerdos, qui celebrat miſſam, vel exequias mortuorum in templo Dei, & tunc, quia ille intelligitur facere cuius fit vice, ita patet per Dyoniſium in 3. cap. cœleſtis hierarchiæ. Inde eſt, quòd talis ſacerdos hæreticus, ſecundum formam eccleſiæ conſecrans, ſecundum Auguſtini ſententiā conſecrat: & hoc ſacramentum in fide totius eccleſię perficitur, & non in fide vnius ſingularis perſonę, c. quid faciet 32. q. 4. Tertiò valere poſſent ex virtute aliena, nam ſi fierent per hominem malū, vt miniſtrum priuatū; ſcilicet, priuatę perſonę de mādato illius, ſcilicet, exiſtentis in charitate, ſiue ſit defunctus, ſiue viuus, tunc talia proſunt; quemadmodū ſeruus exiſtens in graui peccato, quodcunq; miſericordiæ opus facit ex præcepto magiſtri, vel Domini charitatem habentis, meritorium eſt: Magis tamen prodeſſet ſi miniſtri forent etiam in charitate, quia tunc opera illa meliora eſſent ex vtraq; parte, vt voluerunt Tho. & Pet. in 4. diſt. 45. Quis ergò tam impius, tam inhumanus, atq; crudelis erit, qui pro fidelibus defunctis, pro amicis, & domeſticis, pro filiis, & parentibus, pro fratribus, & ſororibus, pro cōiuge, vel vxore, atq; pro conſanguineis, & aliis quibuſlibet ſibi charis non communicabit iuxta debitū, ſeu poſſe ſuffragia prædicta? Cum Apoſtolus. 1. Thimo. 5. dicat, ſi qs ſuorū, & maxime domeſticorū curam non egit, ſeu non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, à qua quidem infidelitate liberet nos Rex, & Dominus viuorū, & mortuorum Chriſtus Ieſus.

SVMMARIVM.

1 *CLERICVS no poteſt torqueri, niſi ſit infamis, & de crimine diffamatus, etiā ſi extēt indicia.*

2 *Clericus torqueri nequit, etiam quòd contra eum agatur ciuiliter, niſi ſit infamis, et de crimine diffamatus.*

3 *Tortura clerici, vbicumque de iure inferri poteſt, non debet ita eſſe ſæua, ſicut laicorum.*

OPINIO. CX.

1 CLERICI non poſſunt torqueri ſtantibus indiciis, niſi ſint infames, & de crimine diffamati, ſecundum Antonium, & alios in capitulo primo. de depoſit. & Bartol. in lege ex libero ff. de quęſtio. Iaſo. in lege magiſtratibus, de iu-

de iuriſdictio.omniū iud.Marſil.ſingu.55. aduer tas ad vnum, vbi refert ita obtinuiſſe in practica in Ciuitate Cumarum,Curti.in tracta. nobilita. fol. 15. qui dicit etiam, quòd ſi contra clericum ipſum eſſent mille indicia, torqueri non poſſet, niſi foret de crimine diffamatus,Fely.in c.de hoc de ſimoni. Moder. Hyſpani latiſsimè in deciſio. criminali in Glo.tortura,& Dec. in c.at ſi clerici nu.9. de iud. vbi ſcribit vltra mentionatos Scri-
Cōis opin. ben.iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur quoque cum magna catherua Doctorum relata per eum,Pet.Duen.in regu.190.nu.3.

2 Et hoc ampliatur ſimiliter procedere,ſi ciuiliter contra ipſum clericum ageretur,vt notat Panor. & Philip. Francus in c. dilectis de appellat. dummodo ſit de crimine diffamatus, & infamis, vt per Corne.& Barbac.in d.c.1.de depoſi.vbi aſ-
Cōis opin. ſerunt iſtam eſſe communē opinionem, & Diaz. in practi. crim. canonica in uerſ. tortura c. 117. vbi materiam iſtam vſque ad nauſeam, & ſaturitatem explicat.

3 Et dato,quòd clerici ipſi torqueri poſsint con currentibus præmiſsis, ob hoc itaque tortura eorum non deberet ita eſſe ſæua, quemadmodū lai-
Cōis opin. corum, ſecundum communem opinionem omnium Doct.quam citat Abb.in regu.cum in con templatione,& Diaz.in loco præcitato.

SVMMARIVM.

1 *CLERICI in minoribus ordinibus conſtituti, ſunt capaces ſententię degradationis, & poſſunt degradari, ſecundum communē opinionem; licèt iſta actualis degradatio in minoribus ordinibus inſignitis, moribus recepta non ſit.*

2 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, eſt ſine gradu, ideſt ſacro.*

3 *Clericus conſtitutus in minoribus ordinibus, lato ſumpto vocabulo, dicitur eſſe in ordinibus ſacris.*

OPINIO. CXI.

1 CLERICI in minoribus ordinibus cōſtituti, ſunt capaces ſententiæ degradationis; & conſequēter degradari poſſunt, c. 2.
Cōis opin. de pęn.in 6.& ibi Doct.cōmuniter, Anto. in c. at ſi clerici de iudic.Barba.in c.cùm non ab homine col.2.eod. titu. & Diaz. in practi. crimin.canonica, c. 132. poſt princ.

2 Nec refragatur text.in c.clericus,il 2. de vita, & honeſta. clerico. dicens clericos in minoribus conſtitutos ordinibus, eſſe ſine gradu; quoniam intelligitur abſque gradu ſacro, ſecundum Gloſ.
Cōis opin. receptam communiter ab omnibus ibi,quam ſequitur quoque Corſet. in ſingu. in uerſ. accuſatio. Sed huiuſmodi actualis degradatio inſignitis minoribus ordinibus (ueritatem profitendo) minimè moribus recepta eſt, vt per Canoniſtas in d.c.clericus.

3 Bene tamen verum eſt,quòd clericus in minoribus ordinibus conſtitutus,lato ſumpto uocabulo,dicitur eſſe in gradu ſacro,ideſt in ordinibus ſacris,ſecundum Glo.32.diſt.in ſumma, & Grammat.in voto 33.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *LAICVS, qui poſt delictum commiſſum religionem ingreſſus eſt, vel factus eſt clericus in fraudem, puta quia iam erat inquiſitio contra eum formata, non euitabit ob hoc forum ſeculare.*

2 *Fraus pręſumeretur in aſſumente habitum clericalem, vel in ingrediente religionem poſt delictum commiſſum, vbicunque reperiretur infamatus, accuſatus, aut denunciatus ante ordinem ſuſceptum.*

3 *Votum emictens bona fide ante perpetratum delictum intrandi religionem, vel aſſumendi habitum clericalem, ſi poſt delictum votum perfeciſſet; & ſic religionem ingreſſus eſſet, euitabit iudicium ſeculare.*

4 *Iuramentum probat votum; & ſic iuramento probantur ea quæ conſiſtunt in conſcientia alicuius.*

5 *Pinarij laudes, & ſubtilitates.*

6 *Laicus commictens delictum, & poſt modum efficiens ſe clericum abſque fraude, & dolo, puniri poteſt ſolummodo in foro eccleſiaſtico.*

OPINIO. CXII.

1 ORDO eccleſiaſticus poſt delictum commiſſum à laico aſſumptus fraude,& dolo, vt Forū iudiciis declinet, non liberat eum à iudicis ſecularis iuriſdictiōe,vt tenet, & probat Oldr. cō ſi.4.Bar.in l.1. col. 2.ff.de pęnis,Ioan.And.& Alij in c.1.de oblig.ad ratiocinia,quorum ſententia cōmunis eſt,vt apparet ex citatis per Aufre.in Clemen. 1. de officio ordi.reg.1.fallen.11.Marſil. ſing. 534. & Lāber.in c.1. de hæret. in 6.q. 13. & Marquardū de Suſannis in tract.de iudæis,& infideli.in 3.par.c. 5.nu.3.Io.Ant.de Nigris in extrauag.Clementis Septimi conceſſa in Regno contra clericos nō incedentes in habitu,& tonſura circa fi.ſub nu.29. fol.28. Cottā in memorali in ver. laicus,qui poſt delictū cōmiſſum in prin.& per Petrū, à Plaza in epito.delictorū cauſarū criminaliū lib.1.cap.35. ſub nu.1.& Boſſiū in practi.cri.in tit.de pęnis nume.38. Et ſic per huiuſmodi fori mutationē non impedit ſecularis iudex eū punire.Sed Bellamera in c.ꝑpoſuiſti q.2.de for. cōp. aſſeruit contrarium, quòd abſque ulla fraudis diſtinctione non poſsit crimen hoc à ſeculari puniri. Tamen in practica nunquam diſcederem à communi præ- Cōis opin.

dicta, tanquam ſacroſancta, & in iure ueriſsima.

2 Et fraus in caſu iſto præſumeretur, ſi quis poſt delictum, & ante ordinem ſuſceptum fuiſſet accuſatus, ſeu denunciatus, vel infamatus, ſecundū Dyn. in l. Vlpianus ff. de excuſat. tuto. & Doct. in in locis mentionatis, & præſertim Petrum à Plaza in d. epito. delictorum cauſarum criminalium lib. 1. c. 35. ſub nu. 1. vbi meminit iſtam ſententiam communem fore. *Cōis opin.*

3 Sed hoc limitatur non procedere, vbicunque quis feciſſet votū clericatus, vel introeundi religionem ante patratum delictum, tunc enim nullo modo poſſet à Iudice laico puniri, cùm votum hoc delicti commiſsi tēpus præceſſerit, vt concludit Iaſ. in l. cùm quędam puella, nu. 11. ff. de iuriſdict. omniū iudicū, Io. Ant. de Nigris in loco ſuperius citato, ſub nu. 29. poſt mediū fol. 28. Thom. Ferra. caut. 23. & Cępolla caut. 9. ſi quis cōmiſit, Cotta in d. memorali in verbo laicus, qui poſt delictum commiſſum, poſt principium, Gerardus ſingu. 51. Marſil. ſingu. 134. Io. de Arnono. ſingu. 29. volo tibi, & Marcus Anto. Biancus in practi. crim. in caut. 2. nu. 3. circa fin. qui referunt ita tenere Bal. in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto, aſſeruntque hoc eſſe valde notabile pro euadendo aliquem à mortis pęna.

4 Et præſertim, quia ſtaretur iuramento ſuo, ſecundum mentionatos Doct.

¶ Et tanto magis, cùm non tantùm in præſenti caſu, ſed etiam in omnibus aliis caſibus iuramento aſſerentis ſtandum foret in his quę depēdent ab animo ſuo, & conſiſtunt in propria eius conſcientia; vt firmat Alciat. in tract. de præſumptio. in regula 3. præſumpt. 16. nu. 1. & Nicolaus Arelatanus ibi, cum cæteris quamplurimis Doctoribus, & exemplis relatis per eum in add. & Roma. conſ. 398. vt clarior, nu. 5. & ibi Horat. Mādoſius in add. in litera E, vbi adducit alios ferè innumeros eiuſdem ſententię, & refert exempla, & planum facit iſtam eſſe regulam, quā limitat Bertachinus, ſeu apoſtilla, ibi, in ſuo repertorio, in verbo iuramentum veritatis ſuccedit loco iuramenti de calumnia in quatuor caſibus, Paul. de Lya. in Clemen. conſtitutionem de electio. Abb. in c. quoſdam extra de pręſump. Domin. de Sancto Gemi. in c. eos de tempo. ord. in 6. Iaſ. in §. ſed iſtę inſtitu. de actionib. in glo. magna, verſ. in primis ergo limitat, Marſil. ſing. 655. memorię, & Fely. in c. ſignifica. de homi. & in c. cognoſcentes col. pen. uerſ. fallit tertiò de conſtitutio.

¶ Caſſaneus tamen in conſuetu. Burgund. rubr. 1. §. 5. teſtatum reliquit ſe non credere, quòd opinio iſta cōis in actu practico admittenda ſit; & eandem ſententiam reprobat quoque Claudius Seyſel. in d. l. 1. C. an ſeruus ex facto ſuo.

¶ Verùm opinio Bald. Iaſ. & ſequaciū eſt magis communis, atteſtante Petro a Plaza in d. epito. delictorum cauſarum criminalium lib. 1. cap. 35. nume. 3. & 5. & eam ſequuntur omnes criminaliſtę uariis in locis & Ioan. de Ana. in c. ad falſariorum colum. fin. extra de crim. falſ. & in practica ſeruari dicit Gerard. in d. ſingu. 51. ſed Illuſtris D. Iulius Clarus, quem ego hūc locum comperi citaſſe in practi. crim. lib. 5. §. fina. q. 98. uerſic. ſed quid, ait nimis audax librum ſuum hoc non dicere, tamen decipitur, quia de practica Gerardus expręſsè teſtatur, vt meminit etiam M. Anto. Bardus in tract. de tempore voti, & continuo cap. vndecimo, nume. 13. & Iaſ. in d. l. cum quædam puella, ſub nume. 11. Et caſus iſte euenit in facto hodie in Ciuitate noſtra, diſcutiturq; coram Iudice ſeculari, & adhuc indeciſus pendet. Sed parùm poſt præſentis opuſculi impræſſionem relata cauſa Reuerendi Marini Pandulphi clerici Aquilani, diſcuſſaque in contradictorio cum Iudice Aquilano coram Illuſtriſsimo Gubernatore prouinciali, ſuiſque Auditoribus, mediante meo patrocinio, ob memoratam doctrinam Bald. & communem reportauit ſententiam antedictus Marinus in ſui fauorem, & conſequenter obtinuit remiſſoriam ad iudicem eccleſiaſticum, qui commiſerat homicidium, & ob id formata aduerſus eum inquiſitione, & poſito in carceribus, ac illis fractis per eum, fugam arripuerat, & aſſumpto habitu clericali poſt hęc, atque accedente cum eo vigore prædicti homicidij inquiſitionis, & fugæ, iterum in eoſdem carceres reductus, & detruſus extitit: tamen allegato voto ante homicidium emiſſo de aſſumendo habitum clericalem, ac probato mediante iuramēto dicti Marini, fuit remiſſus ad iudicem eccleſiaſticum ordinarium.

5 Sed Illuſtris D. Pinarius Hyſpanus tunc Auditor Regiæ Aprutinæ audientię, & Iudex in præſenti cauſa, & nunc meritiſsimus conſiliarius Sacri Regij Concilij Neapol. vnicum noſtri Regni lumen, fundamentaliter penetrando hanc materiam aſſerebat, quòd ex quo Thom. Ferra. & Iaſ. & alij mentionati Docto. fundant limitationem hanc ex dictis Bal. in d. l. 1. & dicunt, quòd ſi fecerit votū quis ſimpliciter ante cōmiſſum delictū, nec aliquid dicunt an fuerit adimpletū ante capturā, cùm Bal. in d. l. 1. expræſsè ſupponat, ꝙ iā fuerit adimpletū. Ipſe tñ D. Pinarius ſubtiliter, & nouiter vltra alios diſtinguebat, ꝙ ſi ſtatim poſt cōmiſſum delictū fuerit quis captus, adeo ꝙ non potuerit adimplere votū, & tunc procederet opinio Iaſ. & ſequaciū: ſi autē poſtquā cōmiſſum delictū potuerit votū adimplere, & nō adimpleuit, non ꝓcedat cautela Iaſ. & ſequaciū, cū hoc videatur fieri in fraudē, argumēto eorū, quę dicunt per Bar. & alios in d. l. cū quædā puella, & facit tex. in l. 1. ff. de pęnis. Tñ recognita veritate, ꝙ fraus ex variis rōnibus pſumi nō poterat, nec debebat, lucidis, & clariſsimis verbis, atq; grauiſsimis, ꝓtulit antedictā ſnīam Tho. Ferra. Iaſ. & aliorū indiſtinctè procedere, prout ita, vt ſupra veritatem ante oculos habendo iudicauit. ¶ Sed iſthæc cōmunis opinio ita in practica recepta, limitatur ſignāter, & utiliter nō procedere, vbicunque

Reus

Reus efficeretur poſt crimen perpetratum per eum de fratribus tertij ordinis, tunc enim non obſtante huiuſmodi habitu aſſumpto religionis tertij ordinis,& voto ante crimē cōmiſſum emiſſo,minimè euitaret forum iudicis ſecularis, cęterùm ab eo tanquam competente, puniri poſset, vt firmauere Federic. de Senis conſ. 97. num. 4. Card.& alij Canoniſtæ communiter in c. perpendimus de ſenten. excommunica. Iaſ. in d. l. cùm quædam puella,num. 13.Marſil.in d.ſingu. 534. ante ſin. & Petrus à Plaza in d. Epito. cauſarum criminalium lib. 1.cap.25.ſub nu.6. Et ita in facti contingentia iudicatū vidimus de anno 1571. in Regia Aprutina Audientia à qua extiterat captus Iacobittus de Vulpe de Ciuitate Sancti Angeli in eccleſia Sancti Andreæ Fratrum Minorum,inibi militans,& exiſtens cum habitu tertij ordinis, qui ante ingreſſum religionis perpetrauerat infinita ferè facinoroſa crimina,& allegato voto per eum emiſſo ante delicta ipſa commiſſa, & probato etiā ad effectum euitandi,& declinandi forū ſecularē. Tamen referente pręclariſsimo, & vndiq; integerrimo D. Alfonſio de Hoyo Hyſpano,tunc Auditore,& pręſentis cauſæ commiſſario, & in præſentiarum Auditore Sereniſsimæ Margaritæ Auſtriæ Caroli Quinti Imperatoris Filiæ,extitit ſententiatum, & iudicatum per memoratam Regiam Audientiam,cauſam prędictā in eadem remanendam,cognoſcendam,& terminandam fore, non obſtante voto emiſſo ante delicta à qua quidem ſententia, mediante appellatione fuit habitus recurſus ad magnam Curiam Vicariæ, vbi ſeruatis de iure ſeruandis confirmationem meruit,& habito denique recurſu ad Sacrum Regium Concilium, & relata eadem cauſa,& diſcuſſa ibi, prælibata ſententia iterum approbata extitit;taliter, quòd exiſtente commiſſario vt ſupra ipſo D. Alfonſio, tormentatus fuit antedictus Iacobittus. Et ideò meritò Doct.omnes, qui ſub profundiſsima, & caſtigatiſsima diſciplina, eiuſdem D. Alfonſij militarunt, & militant, & quotidie patrocinantur fœlices, beatiq; tanquam ab oraculo Apollinis pendentes ſemper iure omnes arbitrati ſunt.

Cōis opin.

6 Limitatur etiam ſecundò antedicta communis in principio poſita nō procedere regulariter, tunc enim remota fraude, & dolo committentis delictum,licèt poſtmodū efficiatur clericus puniri nō poſſet,niſi in foro eccleſiaſtico,& voluerunt Riccar.Dyn. & alij in d.l. Vlpianus, Bar. in d.l. 1. ff.de pœnis,Oldra.in d.conſ.4.Ioan.Andr. & alij in d.c.1.de oblig.ad ratio. Alex. in l. nemo poteſt col.pen.& ſeq.ff.de leg.1.& Alberi.de Roſa.de ſtatutis in 3.par.q.41.ſubijcio etiam talem quæſtionem col. pen. vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem,& magis communem ait Ioan. Ant. de Nigris in d.extrauag.ſub num.28.fol. 28. Petrus à Plaza in d.epito.delictorum cauſarum criminalium lib. 1.cap.35.num.1.& Ioan. Baptiſt. Ferret.conſil.366.fuit formata inquiſitio, num. 16.vol.2. & ita bis concluſum exsitiſſe in caſu occurrenti,aiunt Ioan.Andr.Card. & Anchar.in d. c.1.de oblig. ad ratio.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *COMPARATIO literarum, vnà cum litera ad quam fit comparatio, facit ſemiplenam probationem, ſecundum communē opinionem,licèt contrarium communiter obſeruetur, quòd dicta comparatio faciat plenam probationem.*

2 *Iudex ex æquitate compellit debitorem ad reſpondendum, vtrum ſcriptura priuata ſit ipſius debitoris, & ad ſcribendum propria manu, vt ex ea ſcriptura fiat comparatio.*

3 *Comparatio literarum facit plenam probationem,vbicunque comparatio eſſet talis, quæ oſtenderet ſcripturam ſimul cum ſcriptura ad quam fiat comparatio per omnia ſimilem.*

4 *Comparatio literarum ad hoc vt faciat plenam fidem, duo neceſſariò debent interuenire.Primò quòd ſcriptura ipſa priuata ex qua comparatio fieret, deberet habere ſubſcriptionem trium teſtium. Et ſecundò, quòd deueniri non poſſet ad ipſam comparationem, niſi in ſubſidium. Et ſic petens comparationem fieri,teneretur iurare ſe non habere aliam probationem.*

5 *Scriptura priuata recognita mediante iuramento per teſtes in ea ſubſcriptos deponentes eos interfuiſſe, & vidiſſe debitorem illam ſua manu ſcribere, plenè probat.*

6 *Comparatio literarum ſola ſine teſtibus ſubſcriptis non probat,nec vllam fidem facit.*

7 *Scriptura priuata habens ſubſcriptionē teſtium,& Partium, vel debitoris ſaltē, & teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcendo facit plenam fidem ſine aliqua alia literarum comparatione.*

8 *Scriptura priuata ſcripta manu Tertij probat,ſi ſubſcripta extet tribus teſtibus,qui fuerint præſentes quando ea ſcripta extiterit, & quòd teſtes recognoſcant corū ſubſcriptiones mediantibus eorum iuratis depoſitionibus, & quòd ſit ſubſcripta manibus Partium, vel ſaltim debitoris, & quòd coadiuuetur comparatione literarum.*

9 *Scriptura priuata nullam habet authoritatem, niſi illā confiteatur aduerſarius, vel niſi per collationem alterius ſcripturæ, & ſubſcriptionis eiuſdem aduerſarij, & teſtium,qui ſubſcripſerunt, probetur.*

10 *Scriptura priuata ſcripta à Tertio nunquam probat abſque vtriuſque Partis ſubſcriptione, etiam ſi probata ſit concludenter per teſtes ſubſcriptos, vel deſcriptos.*

11 *Scriptura priuata requirit ſubſcriptionem teſtium, & comparationem literarum,& ſic vnum ex ipſis requiſitis non ſufficit.*

12 *Citatio Partis requiritur in comparatione literarum facienda, aliàs redditur nulla comparatio.*

13 *Scriptura priuata,vt valeat debet continere diem,conſulem,& locum.*

14 *Scriptura priuata, carens loco in quo ſcripta ſit, nulla redditur; etiam ſi illa ſcriptura probatā, recognitaque*

quæ ſit per teſtes in eadem deſcriptos.

15 *Scriptura priuata non continens cauſam expræſſam, qua adductæ ſint Partes ad celebrandum talem ſcripturam, tanquam defectiua nihil probat, & habetur pro non facta. Et cauſa ipſa debet eſſe apta, potens, & cohærens. Et non ſufficit, quòd in ipſa ſcriptura ſint expræſſæ rationes, niſi adſit cauſa expreſſa.*

16 *Scriptura priuata ſcripta per tertiam perſonam exigit; vt ea lecta, & publicata ſit partibus præſentibus, & acceptantibus, aliter non probat.*

17 *Conſenſus importatur ſolummodo per verbũ conſentio.*

18 *Conſenſus adhiberi debet nedum ſpecialiter, ſed nominatim; quia plus eſt conſentire in indiuiduo, quàm ſpecialiter.*

19 *Conſenſus dicitur expreßè præſtitus, quando exprimitur verbis, putà ſi quis dicat, ita conſentio.*

20 *Comparatio literarum plenè probat in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, & in crimine falſi.*

21 *Comparatio literarum vtrum faciat ſufficiens indicium ad torturam.*

22 *Comparatio literarum plenè probat in omnibus ſcripturis priuatis, excepta apocha.*

23 *Comparatio literarum plenè probat etiam in epiſtola.*

OPINIO. CXIII.

1 COMPARATIO literarum vnà cum litera ad quam fit cõparatio, facit ſemiplenam probationem, ſecundum Glo. in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei C. eod. titu. quã celebrant, & ſequuntur Bertran. conſ. 152. ex proceſſu cauſæ agitatæ, nu. 12. vol. 6. & Moder. in d. l. admonendi.

2 Vbi audacter fatentur ſe vidiſſe practicari Iudicem ex æquitate l. vbicunque ff. de interroga. actio. compellere debitorem ad reſpondendum, num illa ſcriptura ſit manu ſua, ac etiam ſcribere propria manu, vt ex ea fiat comparatio; & hoc idem ſentit Ang. in §. ſi quis igitur, auth. de fide inſtrum. Cęterùm Glo. in l. 3. §. 1. in ver. ſpeciem ff. de teſti. inclinauit in contrariam partem, videlicet; dictam comparationem facere plenam probationem, & ita affirmat ſe vidiſſe communiter ſeruari Alberic. in l. comparationes C. de fide inſtrument. *Cõis opin.*

3 Hocq; de plano procederet, ſi talis eſſet comparatio, quæ oſtenderet ſcripturam ſimul cũ ſcriptura, ad quam fit comparatio per omnia ſimilẽ; hoc itaque caſu plenam probationem faceret, d. §. ſi quis igitur, vbi probatur à contrario ſenſu, & ita firmat Vrſillus cum alijs multis ſignatis per eum in additio. Afflic. in deciſio. 181. num. 11. & in iſto caſu incorrecta remanebit d. l. comparationes, vt per Bald. & Saly. in auth. ſed nouo iure, & in d. l. in bonæ fidei.

4 Sed aduerte, quòd comparatio ipſa literarum ad hoc, vt plenam fidem faciat, duo neceſſariò interuenire concurrereq; debent. Primò, quòd ſcriptura priuata ex qua comparatio fieret, deberet vtique habere ſubſcriptionem trium teſtium. Et ſecundò, quòd ad ipſam comparationem literarum deueniri non poſſet, niſi in ſubſidium. Et ſic petens mentionatam comparationem fieri, teneretur iurare ſe non habere aliam probationem, & quòd nihil fraudis egit contra comparationẽ faciendam, vt conſuluit in notabili caſu in Patria mea Corne. & prædicauit iſtam eſſe cõmunẽ traditionem, & concordantiã conſ. 169. nu. 15. cum alijs ſeq. vol. 1. & ſequitur Affl. in d. deciſ. 181. & Vrſillus ibi in addit. cum alijs congeſtis per eum num. 1. & Aret. conſ. 64. diligenter, & maturè diſcuſsis col. 4. verſ. vel ſi dicamus, vbi profert hæc formalia verba, quòd in ſcriptura ex qua fit comparatio, requiritur ſubſcriptio teſtium, nõ autem in ſcriptura ad quam. *Cõis opin.*

5 Qui quidem teſtes iurati deponere debẽt ſe interfuiſſe, & vidiſſe debitorem ſua manu ſcribere ipſam apochã, & tunc habebitur plena probatio per illam ſcripturam recognitam, ſecundum Abb. & alios Canoniſtas in d. c. 2. de fide inſtru. Bar. & cæteros omnes legiſtas in d. l. comparationes, & in d. auth. & ſi contractus C. de fidẽ inſtru. & in l. nuda ratio ff. de donatio.

6 Et licèt Bar. in d. l. admonendi aſſerat, quòd cõparatio literarum ſola faciat plenam probationem, & fidẽ ſine teſtibus ſubſcriptis. Tamen contra Bar. & eius opinionem tenuerunt Io. de Imol. in d. c. 2. Saly. Alex. col. 22. & Iaſ. num. 89. in d. l. admonẽdi ff. de iureiur. Affl. deciſ. 181. col. 2. & Pariſ. conſ. 19. num. 42. vol. 3. vbi meminit contra Bar. eſſe communem opinionem, & tradit inibi, nu. 36. cum duobus alijs ſeq. intellectum ad Bartoli ſentiam, vt locum obtineat, quando extrema in comparatione requiſita concurrerent, videlicet, quando in ſcriptura ad quam fit cõparatio, adſunt teſtes ſubſcripti, vel inſcripti, qui recognouerunt illam fuiſſe manu illius, qui eam negauit; quia viderunt eum ſcribere. *Cõis opin.*

7 Sed aduerte, quòd vbicunque ſcriptura priuata haberet ſubſcriptionem teſtium, & Partium, vel ſaltem debitoris, & teſtes omnes ſubſcriptiones ſuas recognoſcerent, tunc quippè ſcriptura illa faceret plenam fidem abſque aliqua alia cõparatione literarum, ſecundum Ant. de Butrio in c. 2. de fide inſtru. col. 2. & ſeq. Bar. in d. l. nuda ratio, & in d. auth. & ſi contractus, & Roma. in d. l. admonendi.

8 Cæterùm quando ſcriptura ipſa priuata, foret ſcripta manu tertij, ad hoc vt ea probaret, faceretq; fidem, oporteret, quòd eſſet ſubſcripta tribus teſtibus, qui fuerint præſentes quando ſcripta extiterit, & quòd teſtes ipſi recognoſcerent eorum ſubſcriptiones per eorum depoſitiones, & quòd eſſet ſubſcripta manibus Partium, vel ſaltem debitoris, & quòd denique coadiuuaretur comparatione literarum, aliter non probaret, vt firmant Canoniſtæ omnes in d. c. 2. de fide inſtru. Legiſtæ in d. auth. & ſi contractus C. de fide inſtr.

Bar.

Bar.in d.l.nuda ratio,& in d.l.admonendi,vbi cō muniter alij omnes,& præſertim Ripa ibi,qui ad
Cōis lucem adducit iſtam eſſe communem opinionē,
opin. Bal.in auth.ſed de nouo C. ſi certum pet. Marſil. in repet.rubr. nu.267.C.de probat.Innoc. in c.1. de ſi de inſtru.num.3.

Vbi concludit, quòd ſcriptura priuata non habet authoritatem, niſi hoc conſiteatur aduerſarius, vel niſi per collationem alterius ſcripturæ, ſubſcriptionisque eiuſdem aduerſarij, & teſtium qui ſubſcripſerunt,probetur.

10 Et Paul.de Caſtro in d.l.admonendi affirmat, quod ſcriptura priuata,quando ſcriberetur à tertio nunquam probaret, & Abb. in d. c. 2. de fide
Cōis inſtru.num.4.exprimit iſtam eſſe communē opi-
opin. nionem,& Alex.conſ.80.viſo proceſſu cauſæ,nu. 5.vol.4 vbi in medium reſerauit eandem ſententiam magis rationabilem fore, quòd ſcriptura ipſa priuata non valeat abſque vtriuſq; partis ſubſcriptione, etiam ſi probata foret concludenter per teſtes ſubſcriptos,vel deſcriptos.

¶ Et hoc idem concedunt Ioan. de Imol. & Fely.num.5. in præmemorato c.2. de fide inſtru. vbi concludunt,quòd ſcriptura priuata ſcripta à tertia perſona,Partibus in eadem non ſubſcribētibus, non probat modo aliquo, etiam quòd teſtes in ipſamet ſcriptura ſcripti apparerent.

11 Sed cùm hoc non ſufficiat,requiritur etiam ſecundum Alex.in loco præcitato, comparatio literarum. Et ſic vnum ex ipſis requiſitis non ſufficeret,verùm ambo requiruntur,videlicet,ſubſcriptio teſtium,& comparatio literarum, vt conce-
Cōis dunt omnes Canoniſtę in d.c.2.vbi Abb.num.4.
opin. fatetur iſtam eſſe communem opinionem.

12 Vndè primò aduerte in practica ne erres, quòd in ipſa cōparatione literarum facienda, requiritur citatio partis,aliàs nulla eſſet comparatio,c.2.de teſt.vbi caſus.

13 Secundò eadem apodiſſa neceſſariò vt probet, debet continere etiam diem,conſulem,&locum, vt efficax teſtimoniū eſt Bald.in l. ſcripturas col. 11.verſ. an iſta ſcriptura C. qui potio. in pignor. habean.& Alex.poſt Bar.in l.prætor in prin.ff.de eden.in prima conſt.Digeſtorum.

14 Et ſic vbicunque ſcriptura ipſa priuata careret loco in quo extitiſſet ſcripta,nulla, & penitus
Cōis inualida quippe redderetur,& iſta eſt communis
opin. opinio,vt planè deducit Ioan.Bapt.Ferret. conſ. 333.dico ſententiam,num.8.vol.2.vbi etiam addicit iſtam nullitatis obiectionem militare ſimiliter,ſi illa ſcriptura probata,recognitaque foret per teſtes in ea ſubſcriptos.

15 Tertiò apocha præmemorata neceſſariò cauſam continere debet,qua Partes adductę fuerint ad celebrandum huiuſmodi apocham,ſed ſi nullam cauſam contineret expreſſam, vtique nihil probaret,ſecundum Oldra.Dyn.Bar.& alios om
Cōis nes vnanimiter,& concorditer in l.nuda ratio in
opin. prin.ff.de donat.& in l.generaliter de non nume. pecu.& Alex.in l.1.ff. de doli excep.

¶ Vbi vtiliter concludit,quòd non inducit donationem ſcriptura ſine cauſa, & hanc eandem opinionem,quòd ſcriptura priuata tanquam defectiua,nullamque cauſam continens, habeatur pro non facta,firmarunt Bal.in rub.C.de fide inſtru.col.12.Roma.conſ.373.Ioan.de Imol.& Fely.num.31.in d.c.2.de fide inſtru.Alex.in d. conſ. 80.ſub nu.5.vol.4 & Iaſ.in d.l.admonendi,num. 115.verſ.limita iſtum primum caſum.

¶ Imò aduertē,quòd iſta cauſa neceſſariò deberet eſſe apta, potens, & cohærens, teſte Alex. conſ.182.lectis,& pōderatis verbis dictæ ſcripturæ,ſub num.5.vol. 2. vbi hoc accuratiſsimè amplificat procedere etiam, vbicunque in ipſa ſcriptura forent expreſſæ rationes:nam rationes iſtæ nil releuarent,niſi in illa ſcriptura eſſet cauſa expręſſa,& rationem efficaciſsimam hanc aſsignat inibi,ſiquidem paria ſunt cauſam nō eſſe expreſſam, vel expreſſam fore, & non quidem apertè, certitudinariè, &intelligibiliter. Necnon exigit ipſa ſcriptura priuata ſcripta per tertiam perſonam,vt ea lecta, &publicata ſit Partibus præſentibus, & acceptantibus, aliter non probat modo aliquo,Bal.in l.ex ea ff.de teſtam,& not.in l.fideicommiſſa §.1.ff.de leg.3.

16 Imò neque probat eadem ſcriptura,etiā quòd in ea ſcriptor ipſius apponeret illam ſcriptam extitiſſe pro cautela ambarum Partium, ſeu alia ſimilia verba exprimeret:ſed tenetur apponere in ſcriptura prædicta verba importantia conſenſū.

17 Nam conſenſus importatur ſolummodo per verbum conſentio, & non aliter, nec alio modo, Bal. in l. fin. §. neceſsitate col. 7. verſ. item dico quòd ſufficit C. de bon. quæ liber. Nam conſenſus eſt ſubſtantia contractus,l.3.ff.de contrahen. emptio.

18 Et conſequenter conſenſus adhiberi debet,ne dū ſpecialiter, ſed nominatim, vt putà quia plus eſt conſentire in indiuiduo,quàm ſpecialiter,Corne.conſ.237.viſo,vol.4.

19 Et ſic conſenſus dici poteſt expreſsè præſtitus, quando exprimitur verbis, putà ſi dicat quis,ita conſentio,ſecundum Bar.in l.1.ff. de vulg. & pupil.& Ang.in §.ſi verò expreſſum in auth. de hæred. & falcid.

20 Et hoc quòd in caſibus,in quibus ſola literarū comparatio ſufficiat,& plenè probet, procederet quippè,quando ageretur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter, putà in crimine falſi; quia ad probādum falſitatem ſola literarum comparatio non ſufficeret, ſecundum Dec. conſ.615.col.1.& Ripam in d.l.admonēdi col. 20. Purpuratus verò inibi col. 30.voluit fieri poſſe indicium ad torturam,ſecundum perſonarum qualitatem.

21 Et vtrum iſta comparatio ſit ſufficiens indicium ad torturam,vide Bar.declarantem,& reſoluentem in l.fin.de quęſtio.& Glo.Bar.& Doct. in l.fin.C.famil.erciſcun.

22 Interprętantur prædicta ſimiliter,quòd in omnibus ſcripturis priuatis,excepta apocha, ſola, & ſimplex

ſimplex literarum comparatio plenè probat, vt habetur in d.l.comparationes, Bar.in l.ſi contractus col.2.C.de fide inſtru.vbi ait,quòd d.l.comparationes, volens ex comparatione induci plenam fidé,ſolummodo eſt correcta in apocha,non autem in alijs priuatis ſcripturis, quem ſequitur Alex.conſ.58.& conſ.114.col.1.vol.7.& Soc.cōſ. 4.col.1.lib.3.

23 Vbi etiam voluit,quòd etiam in epiſtola ſufficiat ſola literarum comparatio, quò ad plenā fidé,& ratio eſt, quare d.l. fuit correcta in apocha, quia datur à debitore creditori, & ob id ſi ſola cōparatio ſufficeret,de facili reperirētur, qui literas alienas æmularentur, aut contrafacerent. Et quatenus diximus Soc.in d.conſil.4. firmare d.l. comparationes non eſſe correctam in epiſtola, alijsq; priuatis ſcripturis, dic iſtud etiam ſequi in epiſtola Alex.d.conſ.58. in prin. & 114.col.1. Dec.in c.2.col.5.de fide inſtrumen. & conſ.219. in fin.Purpura.in d.l.admonendi col.35.& Curt. Iun.conſ.118.col.pen. & conſ.162.& col.pen.Et de materia huius opinionis ſcripſimus infra in Opinio.833.teſtes in ſcriptura priuata.

SVMMARIVM.

1 *COMPENSATIO non fit ipſo iure,ſed ope exceptionis,ſecundum communem opinionem. Sed contrarium non fuit benè deciſum in Concilio Neapo.quòd compenſatio ipſa fiat ipſo iure,& parte non opponente.*

2 *Exceptio compenſationis efficax eſt, quia qui compenſat ſoluit.*

3 *Exceptio compenſationis probata non obſtat agenti ad debitum iuratum,ſeu promiſſum cum iuramento.*

4 *Exceptio compenſationis opponi nō poteſt de debito etiā liquido ad debitum iuratum.*

5 *Exceptio compenſationis non admittitur contra Doctores eorum ſalaria petentes.*

6 *Exceptio compenſationis non obſtat contra dotem.*

7 *Exceptio compenſationis non obſtat agenti ad depoſitum.*

8 *Exceptio compenſationis de diuerſa ſtatione, non poteſt opponi fiſco agenti ad penſionem.*

9 *Exceptio compenſationis de debito liquido ad debitum illiquidum admitti non debet.*

OPINIO. CXIV.

1 COMPENSATIO licèt fiat ipſo iure,l. ſi cōſtat,& l.fin. C. de compenſa. Eſt tamen neceſſe, quòd ea opponatur ab homine, vt declarant,& concludunt Accurſ. & cæteri Doct. in d.l.ſi conſtat in ver.ipſo iure,& profusè Tyndarus in tract.de compenſatio.art.6.nu.47. cum alijs ſeq. vbi deducit iſtā eſſe communem opinionem,& Iaſ.num.71.& Zaſius nu.6.& ſeq.in §.in bonæ fidei inſtit. de actio. Cōis opin.
& veriorem opinionem vocat Afflict. deciſ. 381. quædam Hyppolita, ſub num. 4. & communem demoſtrauit etiam Saly.in l. ſi quid, quam legit cum l.verum.ff.de compenſatio.vbi ſubdit,quòd compenſatio debet peti in iudicio, & Glo.in d.§. in bonæ fidei inſtitu.de actio.in ver. compēſatio, dicit,quòd exceptio compenſationis opponi debet,vt latè etiam per Bal.Nouel.in tract. de dote in 8.par.principali in prin.

2 In contrariam verò partem,videlicet,compenſationem fieri ipſo iure, & parte non opponente, inclinauit,& bene,& optimis quidem rationibus Sacrum Regium Concilium Neap. teſte Afflict. deciſ. 121. in prin. Sed hoc ſanè intellige, vt explicat Alex. conſ.85.conſideratis narratis in themate,num.3.cum alijs ſeq.vol.3.

3 Et licèt compenſationis exceptio efficax ſit, quia qui compenſat ſoluit. Tamen hoc fallit primò in debito iurato; quia de debito iurato ad nō iuratum compenſatio non admittitur, ſecūdum communem opinionem,de qua per Iaſ. in l. eum Cōis
qui §.ſi iurauero,num.2.ff.de iureiur.& per Fely. opin
in c. ad noſtram de iureiur. Benedict. de Barz. in tract.de inſtru.guarentig.in 3.par.3.q. Aret.cōſ. 99.col.2. Iaſ.conſ.134. col.2.vol.4. Marin. Frecciam in tract.de præſentat. inſtrumenti ſecundū formam ritus in vlt.par.quę eſt 17. cap.vnic. nu. 1.Marſil.ſingu.288.& Rolan. à Valle conſ.6. quoniam,num 31.conſ.17.in cauſa num.14.vol.1.& magis communem, de qua per Gozad. conſ. 32. num.16.& conſ.69.num.4.cum alijs ſeq. vbi ita conſuluit,& Afflict.deciſ.163.Die ſeptimo Octobris;& in deciſ.381.& per Cæſarem Vrſillū ibi in additio. num. 1. & ſeq. qui mentionem fecerunt etiam ita extitiſſe iudicatum in Sacro Concilio Neapolit.

4 Quòd exiſtente etiam debito liquido, de quo compenſatio antedicta fieri poſtuletur,quòd fieri aliter nequeat, vbicunque debitum extitiſſet cum iuramento promiſſum.

5 Item exceptio compenſationis non admitteretur contra Doctores petentes eorum ſalaria,vt voluit Alberi. in d. l. fin. ſeù ſi conſtat per illum textum.

6 Similiter exceptio ipſa compenſationis minimè obſtaret contra dotem,l.vnica §.taceat C. de rei vxo. actio.

7 Necnon exceptio prędicta compenſationis opponi non poteſt,nec obſtat agenti ad depoſitum, l.pen.C.depoſ.& d l.fin.C.de compenſa.

8 Itidem, nec fiſco agenti ad penſionem poteſt opponi compenſatio de diuerſa ſtatione,vt in l.1. C.de compenſa. & habetur in deciſ. Afflict. 192. quem omnino vide.

9 Nec etiam de debito illiquido, vt in d.l. fin.C. de compenſat. & notat Afflict. in d.deciſio.381. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *COMPENSANS cum ſuo creditore poſt promiſſionem factam cum iuramento de ſoluendo certam quantitatem, non videtur liberatus à periurio.*

2 *Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica, & conſequenter compellit præciſè ad factum; ita quòd non euaditur periurium ſoluendo intereſſe, ſecundum vnam communem opinionem. Sed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ipſum iuramentum non debet in forma ſpecifica ſeruari, & euaderetur periurium ſoluendo intereſſe.*

3 *Compenſans videtur liberatus à periurio, quando ius compenſandi perueniſſet poſtquam promiſſum foret per iuramentum, & ex poſt facto.*

OPINIO CXV.

1 PROMITTENS ſolue re certam quantitatem cum iuramento, compenſando poſtea cum ſuo creditore non videtur liberatus à periurio, tex. eſt apertus, & clarus in c. ad noſtram ext. de iureiur. in prin. & ibi omnes Canoniſtæ tenent, Abb. etiam in c. dilectus de ord. cogni. & Benedic. de Plum. in l. ſi peculium §. quod ſi hæredi. ff. de ſtatu liber. (Com-penſa-tio.) (Cõis opin.)

2 Quia iuramentum ipſum debet ſeruari, & ſic compellit præciſè ad factum, ita quòd non euaditur periurium ſoluendo intereſſe, Glo. eſt in l. ſi pecuniam in ver. neceſſe habeas ff. de cond. ob cauſam, & ita tenet Iaſ. in §. in bonæ fidei col. 16. & ſeq. inſtitu. de actio. Alex. in add. ad Bart. in l. amplius non peti ff. rem ratam haberi, & conſil. 91. col. 2. vol. 2. Albert. Brunus conſ. 89. num. 4. fol. 90. Marcus Mantua conſ. 17. num. 28. vol. 1. & conſ. 20. num. 13. eodem vol. Doct. in d. l. ſi pecuniam in prin. cum concordantibus ibi latè adductis, & per Abb. poſt Innocen. Ant. de But. & alios in c. veniens de iureiur.

¶ In contrariam verò ſententiam inclinauerunt Bar. Fulgo. & Ang. in d. l. amplius non peti, Abb. ſibi contrarius in d. c. ad noſtram, Faber in d. §. in bonæ fidei col. 3. & Alex. ſibi ipſi parùm conſtans, conſ. 12. col. fin. lib. 2. & Auguſt. Berous per pulcherrima fundamenta, & optimas rationes in c. 1. num 63. & ſeq. & nu. 78. de vſuris. Et ita in facti contingentia per doctrinam Bar. & ſequacium fuit determinatum, & concluſum ſuperioribus annis in Sacro Regio Concilio Neapolitano, vt conſtat in deciſ. Capicij 167. & iſtam ſententiam Bar. fatetur eſſe communem apud Legiſtas, Moderni in tract. de contract. q. 42. (Cõis opin.)

¶ Et licèt opinio hæc poſſit ſuſtineri per tam illuſtrium Doct. authoritatem, nihilominus prima opinio contra Bar. & ſequaces videtur magis communis, vt atteſtantur Fely. in d. c. ad noſtrã, nu. 8. & Iaſ. in l. cum qui §. ſi iurauero, num. 5. ff. de iureiur. & in d. §. in bonę fidei col. fin. Gozad. cõſ. 32. num. 5. & ſeq. Afflict. in deciſ. 381. num. 1. & ſeq. & Berous reuocando propoſitum in melius in conſ. 155. circa id, de quo in themate propoſito dubitatur. num. 27. & ſeq. vol. 1. & ita conſuluit Boer. conſ. 14. (Cõis opin.)

3 Retenta itaq; hac opinione communi, tanquã veriſſima, & ſacroſancta. Dic, limitaq; eam procedere, quando ius compẽſandi perueniſſet poſtquam promiſſum foret per iuramentum, & ſic ex poſt facto, ſecundum Abb. & alios citatos per Tyndarum in tract. de compenſatio. col. 17. verſ. attende, Soc. in l. Iulianus in fin. ff. de conditio. & demonſtrat. & Pariſ. conſ. 121. num. 40. vol. 1. & iſtam diſtinctionẽ, ſeu limitationẽ ſequi videtur Capicius etiam in d. deciſ. 167. Afflict. in d. deciſ. 381. & Ant. Gallecius in tract. de formulis cameralis obligationis ſuper forma camer. obligat. q. 2. nu. 6. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM mortuo vno ex cõpromittentibus, tranſit ad eius hæredes, etiam ſi arbitrator ſuper contractu perficiendo aſſumptus ſit.*

2 *Compromiſſum factum in Rege, vel Prælato ſub nomine dignitatis, non tranſit ad ſucceſſorem in dignitate. Et ſic hæc authoritas non competit mortuo Rege, ſeu prælato ipſo, ſucceſſori ſuo.*

OPINIO CXVI.

1 COMPROMISSVM mortuo vno ex compromittentibus, tranſit ad eius hæredes, & conſequenter durat cõpromiſſum ipſum, atq; arbitrãdi facultas poſt mortem vnius ex compromittẽtibus, etiam ſi arbitrator ſuper contractu perficiendo aſſumptus foret, putà vendo fundum quanti Titius arbitrabitur, ſecundum Alex. Soc. Iaſ. & alios in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig. qui omnes ibi perhibent iſtam eſſe communem opinionem cõtra Bar. Ruinum, num. 37. & ſequaces inibi contrarium aſſerentes. Et licèt Pet. Duennas ſentiat contrarium, & ponat pro regula cum ampliationibus, & limitationibus in regu. 128. compromiſſum annullatur, quòd cõpromiſſum ipſum poſt mortem vnius compromittentium non tranſeat ad hæredes, & ſic annulletur, & expiret; nihilominus in deciſiuis caue ne diſcedas à mentionata communi, tanquam tutiſſima, & veriſſima. (Cõis opin.)

2 Quę quidem vtiliter limitatur non procedere in com-

in compromiſſo facto ſub nomine dignitatis; nã tunc compromiſſum nõ tranſiret ad ſuceſſorem in dignitate. Et conſequenter compromiſſum factũ in Rege, ſeu prælato ſub nomine dignitatis, tunc hæc authoritas non competit eo mortuo ſucceſſori, ſecundum Bal.col. 7. & Afflict.in c.1. col. 13.qui ſeu.dar.poſt.Bar.in l.qui liberis §.hæc verba ff. de vul.& pupil.Couarru.in c.requiſiſti, ſub num.5.de teſtamen.Ant.Barbat.num.39.& ſeq.& Dec.in c.quoniam Abb.num.86.& ſeq.de offi.deleg. vbi latè alios eiuſdem ſententiæ referendo, oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM morte arbitri, ſeu iudicis expirat.*

2 *Compromiſſum expirat vbicunque vnus ex tribus arbitris ſtatutarius, & ex forma ſtatuti electis decedit; & tunc duo ſuperſtites non poſſent ferre ſententiam.*

OPINIO CXVII.

1 COMPROMISSVM morte arbitri, ſeu iudicis expirat, l. diem proferre §.1. iuncta Glo. ibi, & l.ſi interpellatur, vbi Gl. ff. de arbitris, & hoc procedit in vno ſolo arbitro electo.

2 Sed amplia vtiliter iſtam concluſionem, quòd ſi ex tribus arbitris, qui neceſſariò eliguntur ex forma ſtatuti, vnus decedat, finitur compromiſſum, nec duo ſuperſtites poterunt ſententiã ferre, c.vno delegatorum, vbi Hoſtien.Ioan.And. & cæteri Canoniſtæ communiter notant, & Bartol. Pau. Caſtren. Alex. Iaſ. aliiq; omnes in l. duo ex tribus ff.de re iud. *Cõis opin.*

¶ Hoc verò procedit in arbitris ſtatutariis, qui ſunt arbitri iuris, & ſunt ordinarii iudices, de quibus facit mentionem text.in c.præſentata de teſt.& Barbat.in d.c.vno delegatorum.

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM factum in arbitratorem annullatur, ſi alter ex compromittentibus banniatur, & bona ipſius banniti publicata, vel confiſcata appareant.*

2 *Bannitus poteſt petere compromiſſum fieri vigore ſtatuti de compromiſſis faciendis inter affines.*

OPINIO CXVIII.

1 COMPROMISSVM ſi fecerũt Titius, & Sempronius in arbitratorem annullatur, ſi alter ex cõpromittentibus eſt bannitus, & bona banniti ſunt publicata, ſeu confiſcata, ſecundum Roma. Alex.Iaſ. & Soc. in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. vbi ſcribunt iſtam opinionem communẽ eſſe; & ſequitur Baptiſ. de Sancto Blaſio in tract. de arbitris q.53. Marcus Ant. Blancus in tracta. de compromiſſis q.7.nu.6.fol.par.149. & Petrus de Benintendis deciſ.21.nu.21. *Cõis opin.*

2 Licèt ibi recitet in Rota Bononienſi deciſum extitiſſe, bannitum vigore ſtatuti de compromiſſis faciendis inter affines, compromiſſum petere poſſe, & in hanc partem per rationes inibi aſsignatas, rationabiliter Rotam ipſam inclinaſſe facilè dignoſcitur.

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM factum de rebus merè temporalibus eccleſiæ in laicum, non requirit conſenſum Epiſcopi.*

OPINIO CXIX.

1 COMPROMISSVM factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus eccleſiæ in laicũ, & ſic in extraneum nõ ſubditum, & incompetentẽ neceſſariò nõ requirit conſenſum, authoritatemq; Epiſcopi, idq; valet ẽt atq; tenet ſecundũ Gl.in ver. ſpiritualibus poſt prin.in c.cõtingit interdum de arbitris, cũ qua ſentiunt omnes Doctores ibi, pſertimq; Auguſt.Berous, nu.33. & ſeq.& nu.26.vbi deducit iſtam opinionem cõem eſſe, cui accedit etiam Bald. in l. 1. §. & poſt in apoſtil. ff. de nou. oper. nunciat. & probatur in c. dilecti de arb. & in Specul. in eodem titu.§. reſtat videre verũ. ſed nunquid. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *COMPROMITTI poſſunt cauſæ eccleſiaſticæ, etiam ſpirituales in laicum.*

2 *Compromiſſum factum de re merè ſpirituali in laicum tanquam arbitrum non valet.*

3 *Compromiſſum in laicum de cauſa ſpirituali fieri non poteſt abſque authoritate Papæ.*

4 *Compromiſſum factum de re ſpirituali in clericum, & laicum valet, cùm hoc faciat laicum capacem illius actus, quem ſolus exercere non poterat.*

5 *Inutile habilitatur per vtile.*

6 *Inhabilis toleratur per habilem.*

7 *Teſtium inhabilium admiſſio non vitiat proceſſum, ſeu ſententiam, ubicunque illa per habilium dicta poſſet ſuſtineri.*

8 *Compromiſſum in prælatum de re eccleſiæ ſuæ tanquã in arbitrum, & etiam arbitratorem fieri poteſt.*

9 *Epiſcopus eſt iudex in caſibus ſuæ eccleſiæ.*

10 *Compromiſſum in laicũ de cauſa electionis fieri nõ põt.*

OPI-

OPINIO CXX.

1 COMPROMITTI poſſũt in laicum arbitratorẽ cauſæ eccleſiaſticæ etiã ſpirituales, ſecundum Hoſtien.& Ioã. And.in c.fin.de rerum permu. Roma conſil. 173. pro deciſione,ante fin.Ioã. de Imol. in c. decernimus de iud.Fely.in c.cum ſit,num. 3. de for.com peten.Ruin.conſ.66 quia dubia,num.11.vol.4. Ancha.conſ.34.& 98.Alex.conſ.91.col.1.vol 2. & in l. quoties num.5.C. de iud & ibi etiam Iaſ. col.pen.verſ.quid autẽ,de alia ſpirituali, & Dec. cumulatiſsimè in c.2.num.4.de iudicijs,vbi vocat iſtam opinionem communem eſſe. Et idem firmat Hierony. Gratus conſ.87.nu.10.vol.1.& Moder.Bononien.in c.contingit de arbitris.

Cõis opin.

2 Sed opinio hęc cõmunis limitatur primò non procedere in arbitro, nam compromiſſum de re merè ſpirituali factum in laicum tanquam arbitrum,non valet nęq; tenet, vt firmarunt Ancha. in d.conſ.34.Alex. in locis pręcitatis,& Guid.Papæ conſ.144 circa proceſſum diffinitum,nu.4.

3 Siquidem compromiſſum ipſum in laicum de cauſa ſpirituali, fieri non poteſt abſque authoritate Summi Pontificis,ſecundum Glo.in ver.Spiritualibus,& omnes alios communiter in d.c. contingit,& Hoſtien. in ſumma de arbit. Cõis opin.

4 Limitatur itidem ſecundo loco eadem communis locum non obtinere, vbicunq; in compromiſſo facto de re ſpirituali clericus aſſociatur laico, tũc quippè compromiſſum hoc facit laicum ipſum capacem illius actus, quem ſolus exercere nequiret,textus eſt ſingularis in c. per tuas de arbit.

5 Et ſic inutile habilitatur per vtile, vt concludit Abb.ibi in 4.notab.

6 Ex quo infertur, quòd inhabilis toleratur per habilem, textus eſt,& ibi Abb. in c. cum I, & A, in vltimo notab.de re iud.

7 Vbi admiſsio inhabilium teſtium non vitiat proceſſum,ſeu ſententiam, ex quo per habilium dicta poteſt facilè ſuſtineri. Quia vtile per inutile non vitiatur, ſiquidem ſeparabile hoc quippè diſcernitur,regula vtile de reg.iur.in 6.&hoc voluit idem Abb.in ſimili in c.fin.in vltimo not.de procur.& optimè facit quod decidit text.Glo. & Anchar.in Clem. religioſus de procu.& tex.in l. ſi cõmunem ff.quemadmodum ſerui. amit. quẽ magnifacit Bar.in l.pręcipimus §.eodẽ obſeruãdo C.de appell.Bald in c.1.qui.mod. feud. amit. Card. in c. Ioannes de teſta.Abb.in c.cùm dilectus,& in c.fin. de iurepatro. Lap. & Ancharan. in c.vnico eodem titu.lib.6. & Federic. de Senis conſ.163.

¶ Et ſic compromiſſum per clericum factum in clericum, & laicum, validum eſt propter clericum; vt diſcurrit,& probat Bathol. Soc.conſil. 168.in primis circa fin. uol. 4. & faciunt notata per Fely in c.2.de iud.

8 Tertiò interpraetatur etiam prælibata communis non habere locum in prælato, cùm compromiſſum in ipſum prælatum de re eccleſiæ, fieri queat, tãquam in arbitrum,ita Abb.& omnes unanimiter in c.cùm olym de reſcrip. Cõis opin.

¶ Et ut in arbitratorem etiam,ſecundũ Specul.in tit.de arbit.§.fin.Ioan And.in c.inſuper de teſt.& Oldra in conſ 156.primùm quæritur.

9 Vbi ex communi opinione Scribentium concludit etiam,ſub num. 1. quòd Epiſcopus in caſibus ſuæ eccleſiæ iudex eſſe poſsit. Cõis opin.

10 Quartò limitatur quoque communis pręmemorata , ut compromiſſum in laicum de cauſa electionis fieri nequeat modo aliquo, ſecundum Inno.in d.c. contingit in fin. de arbit. & Bald in Mar.in uer.compromiſſum uerſ.3.

SVMMARIVM.

1 *LOCATOR res coloni illatas in fundum ruſticum habet tacitè obligatas,& dominus res coloni nummis colentis,uel præſtantis aliquam quantitatẽ frumenti, vel olei,vel partiarij partientis illud quod conuentum eſt, vel diuidentis fructus fundi cum domino inuectas in fundo hypotecatas habere videtur.*

2 *Locator res coloni, vel inquilini illatas, habet tacitè obligatas,nõ ſolũ pro penſione fundi, vel domus cõductæ,ſed etiam pro deterioratione,aut eius refectione.*

3 *Locatio facta pro mercede in pecunia numerata,ſiu pro penſione in certa ſpecie,tunc locator, & dominus habet res inuectas in re locata tacitè obligatas.*

4 *Locator res alienas illatas in re locata non habet tacitè obligatas pro penſione,etiam ſi res ipſæ inueherentur domino ipſarum rerum præſente, & tacente; ſecundum vnam communem opinionem.Sed ſecundum alteram ſententiam contrariam. ſimiliter communem per ſolam ſcientiam inducitur tacita obligatio in re inuecta.*

5 *Locator ad hoc vt habeat tacitè hypotecatas res alienas inuectas in domo conducta,tria debent neceſſariò interuenire; & ſi vnum ex dictis requiſitis deficeret bona ipſa non cenſerentur aliquo modo hypotecata pro penſione.*

6 *Vxoris bona inducta in domo conducta per eius maritum,ſunt tacitè obligata pro penſione, quando vxor poſt mortem ipſius mariti cõmoraretur in tali domo, & tunc etiam teneretur ad ſolutionem pro rata tẽporis,pro qua coluit domũ,niſi appareret quòd iure familiaritatis cum heredibus mariti ſui habitauerit.*

7 *Locator res inductas in prædijs vrbanis habet tacitè obligatas abſq; ſcientia domini prædij. Sed inuectæ in prædium ruſticum non videntur tacitè hypotecata,niſi ita demum ſi dominus ſciat.*

8 *Inſtrumenta, chyrografa, & nomina debitorum illata in domum conductam non videntur tacitè obligata pro penſione locatori.*

OPINIO CXXI.

1 COLONI res illatas in fundũ ruſticum dominus habet tacitè obligatas, §. item Seruiana inſtitut. de actio. Et licèt text. loquatur ſimpliciter, & aliter non aperiat de quibus colonis intelligatur, cùm plures colonorum ſpecies reperiantur, nihilominus habet locum in colono nummis colente, vel colono præſtante aliquam quantitatem frumenti, ac olei, vel in colono partiario partiente illud, quod conuentum eſt, ſeu diuidente fructus fundi cum domino, & ſic dominus omnium iſtorum colonorum res inuectas in fundo hypotecatas habere cenſetur, ſecundum Glo. Fabrum, Aret. Iaſ. num. 11. cum alijs ſeq. Gomeſium, num. 9. & ſeq. & Bellonum, num. 15. & ſeq. in d. §. item Seruiana, vbi oſtendit iſtam opinionem communem eſſe, & cum ea ſentiunt quoque Alex. conſil. 32. col. 1. vol. 1. Soc. in tract. Fallentiarũ in regu. 192. in fin. Bal. & Saly. in l. certi iuris C. locati. & Floria. in l. 2. ff. eod. tit. *Cõis opin.*

2 Hocquè ampliatur, vt coloni, ſeu inquilini res inuectæ non modò obligatæ tacitè ſint, ac appareant pro penſione fundi, ac domus conductæ, ſed pro deterioratione, aut eius refectione etiã, vt voluerunt Bart. in l. ſolutum ſolutam in fin. ff. de pigno. actio. Aret. Iaſ. cum alijs ſignatis per eum, num. 22. Gomeſius, num. 13. & ſeq. & Bellonus, num. 20. in d. §. item Seruiana, vbi narrat iſtam eſſe communem ſententiam, & ſequitur pariter Neguſan. in tract. de pignoribus in 2. par. membro 4. ſub nu. 128. & ſeq. *Cõis opin.*

3 Ampliatur ſimiliter ſecundo loco vt procedat non ſolùm, vbicunque locatio ipſa facta eſſet pro mercede debita in pecunia numerata, verùm ſi facta etiam foret pro penſione debita in certa ſpecie, & per conſequens in propria, ſecundum Glo. & Aret. in d. §. item Seruiana, Cyn. Bal. q. 3. & Saly. in d. l. certi iuris, & Neguſant. cũ reliquis citatis per eum in d. 4. memb. 2. par. ſub num. 138. vbi perhibet iſtam opinionem magis communem, magiſq; veram eſſe. *Cõis opin.*

4 Sed antedicta regula ita ampliata limitatur primùm, vt de plano procedat, quotieſcunq; in fundo, ſeu domo ſunt inuectæ res ipſorum colonorum, verùm ſi illatæ appareant res alienæ ibi per ipſum conductorem, non videntur tacitè hypotecatæ pro penſione, etiam ſi res eſſent alienę, quæ præſente, & tacente domino inueherentur, ſecundum Iacob. de Aret. Cyn. Bald. q. 7. Saly. & cæteros in d. l. certi iuris, Gomeſium in d. §. item Seruiana, num. 24. Bellonum, num. 30. vbi Iaſ. num. 53. cum alijs Doct. mentionatis fatentur iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd per ſolam ſcientiam, patientiamque domini ſine dolo inducatur tacita obligatio in re inuecta, firmauere Glo. fin. in d. l. certi iuris Bart. in l. quæ dotis ff. ſolu. matrim. & in l. 1. ff. de pign. Iaſ. cum cæteris cumulatis per eum in d. §. item Seruiana nu. 53. & Neguſan. in d. 4. memb. 2. par. nu. 152. vbi adijcit etiam hanc eſſe veriorem, communiorem q; ſententiam. Sed tutius eſſet iudicio meo in deciſiuis tranſire cum prima opinione Iacob. de Aret. & ſequacium, tanquam æqua, & indubitata, pro qua religiosè votauit, ac iudicauit etiam Sacrum Regium Concilium Neapo. teſte Affl. deciſio. 184. nobilis quidam, vbi num. 4. & Cæſar Vrſillus ibi in addit. nu. 1. & ſeq. *Cõis opin.*

5 Vtiliter declarant poſt alios ſignatos per eum, quòd quatuor requiruntur neceſſariò, vt bona ipſa aliena inducta in domo appareant, & ſint tacite obligata; & quòd ſi vnum ex mentionatis requiſitis deficeret, antedicta bona aliena inuecta in domo conducta non cenſerentur aliquo modo hypotecata pro penſione.

6 Benè verum eſt, quòd bona vxoris inducta in domo conducta per eius virum, ſunt tacitè obligata pro penſione, vbicunq; vxor poſt mortem mariti ſui commoraretur in tali domo locata, & tunc abſque dubio teneretur ad penſionem pro rata temporis, pro qua coluit domum, niſi appareret, quòd iure familiaritatis cùm hæredibus mariti ſui habitauerit, vt iudicauit Sacrum Regium Concilium Neapo. ſecundum Vrſillum in addit. Affl. in d. deciſ. 184. nu. 5. & ſeq.

7 Limitatur ſecundò etiam, vt procedat regula præmiſſa in prædijs vrbanis, nam res illatæ in illis, indiſtinctè cenſentur tacitè obligatæ abſque alia ſcientia domini prædij. Cæterùm inuectæ in prædium ruſticum, nõ intelliguntur tacitè hypotecatæ, niſi ita demũ ſi dominus ſciat, ideò in prę dijs ipſis vrbanis inducitur hypoteca abſq; ſcientia domini domus, ſecus autẽ in rebus ruſticis. vt firmauere Glo. & omnes in d. §. itẽ Seruiana, vbi Bellonus recitat iſtam eſſe cõmunem opinionẽ, nu. 26. & Neguſan. in d. 4. mem. 2. par. nu. 145. *Cõis opin.*

8 Limitatur poſtremò, vt inſtrumenta, chirographa, ac nomina debitorum illata in domum conductam, non videantur aliquo modo tacitè obligata pro penſione, ſecũdum Ray. Cyn. & Saly. q. 3. in d. l. certi iuris, Fabrum, Aret. Nicol. de Neap. Iaſ. nu. 41. & Bellonum ſub nu. 30. in d. §. itẽ Seruiana, vbi exclamant iſtam eſſe communem opinionem, ac eidem inhæret quoq; Neguſan. in d. 4. memb. 2. par. ſub nu. 153. & Vrſillus in ſcholijs ad Affl. in d. deciſio. 184. nu. 3. & ſeq. *Cõis opin.*

¶ In alijs verò multis caſibus regulam prædictam limitat, & ampliat Neguſan. in d. 4. memb. 2. par. à nu. 128. vſque ad num. 155.

SVMMARIVM.

1 *CONATVS puniendus eſt in atrocibus delictis.*

Conatus in atrocibus criminibus non eſt puniendus pœna ordinaria perfecti, & conſumati delicti, etiam quòd delinquens peruenerit ad proximum ipſius delicti

delicti actum, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per conſumantem, quin delictum omnino conſumatum fuerit.

3 *Venenum porrigens, ſeu propinans alicui cauſa occidendi, non ſequuto effectu, ob actum proximum conſummationi criminis, venit pœna extraordinaria puniendus.*

4 *Rapere procurans, vel tentans virginem, honeſtamque mulierem, & deducens rem ad actum proximum contra ipſam mulierem, non ſequuto effectu, & non ſtuprata muliere, punitur extraordinariè.*

5 *Conatus in crimine læſæ maieſtatis punitur pœna ordinaria, dummodò in hoc non fuerit nudus, ſolus, & ſimplex conatus, ſed reductus ad aliquem actum proximum, vel remotum.*

OPINIO CXXI.

1 CONATVS puniendus eſt in atrocioribus delictis, ſecundum Bal. in l. ſi quis non dicam rapere C. de epiſcop. & cleric. per text. ibi, Glo. in ver. Putamus in l. 1. §. hęc autem verba ff. quod quiſque iur. approbatam ibi à Cyno, Roma & ab alijs communiter, *Cõis opin.* & ibi probat text. cap. 1. de homicid. in 6. & l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. & not. Grammat. in deciſ. 2. nu. 5. & Criminaliſtę omnes varijs in locis.

2 Sed conatus iſte in atrocioribus criminibus nō punitur pœna ordinaria delicti perfecti, & conſumati, etiam quòd delinquens peruenerit ad proximum ipſius delicti actum, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per conantem, quin delictum omnino conſumatum fuerit, ſecundum Cyn. col. 2. in d. l. ſi quis non dicam, Andream de Iſer. in in cap. 1. §. ſi uerò de Capita. qui curiam vendi. Ang. in tract. maleficio. in Gloſſ. Sempronium mandatorem col. 2. Cæpol. conſil. fin. col. penul. Grammati. d. deciſio. 2. num. 22. & deciſio. 74. num. 12. & in voto 20. Et iſta eſt communis opinio, *Cõis opin.* teſte Catald. de Boncomp. in conſ. 55. num. 58. poſito inter conſilia criminalia diuerſorum in 1. vol. Marſil. conſil. 105. col. 1. & in l. is, qui cum telo C. de ſicar. Grammat. in voto 8. nu. 11. cum alijs ſeq. & Carrer. in pract. crimin. rubr. de homicid. §. 2. nu. 19.

3 Et primò poteſt tradi exemplum commodum hic in porrigente, ſeu propinante venenum alicui cauſa occidendi, tunc ob actum proximum conſummationi ipſius criminis, non ſequuto effectu, & morte: tradens venenum, vel tentans occidere veneno, uenit pœna extraordinaria puniendus; vt voluerunt Bald. conſ. 443. lib. 3. Ang. in l. 1. §. ſit iniuria ff. de extraordin. crimin. Floria. in l. item ſi obſtetrix ff. ad l. Aquil. Cæpol. in d. conſ. fin. Afflict. in conſtitut. Neapolit. lib. 3. rubr. 41. Alexan. ad Bart. in l. 1. ff. ad l. Pompe. de parrici. Cremen. ſingu. 49. Defenſaui ſemel, Auguſt. in addit. ad Ang. de maleſic. verſ. Et ex interuallo in fin. Marſil. in l. eiuſdem ff. de ſicar. & Pariſ. conſ. 167. num. 13. vol. 4. Grammat. in d. deciſio. 2. ubi refert ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concil. Neapol. & poſtmodum confirmatum per Principem contra ſententiam Magnæ Curiæ Vicariæ in prætorio ſupremo in Ciuitate Neapolis, & iſtam exprimit communem opinionem Carrer. in d. pract. in §. *Cõis opin.* homicidij, nu. 19. & ſequitur ibi, & Fely. in tract. quando conatus puniatur col. 4. & Grammat. in d. deciſ. 74. nu. 16. & ſeq.

4 Secundò tradi poteſt circa præmiſſa alterum exemplum congruens in raptore virginis, honeſtæq; mulieris, qui ob raptum, ac conatum duntaxat deductum ad actum proximum contra honeſtam mulierem non ſequuto effectu, & conſequenter non ſtuprata, & cognita ipſa muliere, ſed ſolummodò rapta, eſt puniendus ob hoc raptor non pœna l. vnicæ C. de raptu virg. verùm minori pœna, ſecundum Ang. ibi, & Anan. in c. pen. col. pen. de raptor. Dec. conſil. 234. col. fin. Cæpol. conſ. 57. Marſil. conſ. 105. col. 2. Carrer. in d. pract. in titu. de homicid. §. circa num. 285. Grammat. d. deciſ. 2. nu. 29. Et ita ſe habet communis opinio, *Cõis opin.* ſecundum Boer. deciſ. 316. col. 2. & Catald. in d. conſ. 55. nu. 54.

¶ Contrarium verò in hoc tenuerunt Andr. de Iſer. & Afflict. in conſtitutio. Neapolit. lib. 1. rub. 19. q. 2. Cæterùm fatuum eſſet, ob opinionum iſtorum recedere à memorata communi, tanquam ſacroſancta.

5 In crimine verò atrociſsimo læſæ maieſtatis conatus debet pœna ordinaria puniri d. l. quiſquis Ang. in l. 1. §. hæc verba ff. quòd quiſq; iur. Archid. in c. ſi ergo 17. q. 1. Bar. & Alex. in l. ea mēte ff. de furt. Affl. in conſtitut. mala noxia, Marſil. in d. l. eiuſdem nu. 9. & Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus in tract. de Imperatore quæſt. 118. col. 2.

¶ Et hoc procedit abſq; dubio ubicunq; conatus non fuerit nudus, ſolus, & ſimplex, ſed fuerit deductus ad aliquem actum remotū, ſeu proximum ſine delicti conſumatione, ſecundum cōmunem opinionem amplexam, ab Ang. in d. §. *Cõis. opin* hæc uerba, & à Bal. & And. de Iſer. in c. 1. §. ſi uoluerit de Capit. qui curiam uend. Affl. in conſtit. aſperitatē fallen. 2. & relatam, ac mentionatam per Carrer. in d. §. 2. nu. 15. & per alios pęcitatos.

SVMMARIVM.

1 HOMICIDIVM *volens committere ex deliberata, & perfecta voluntate, & accedat cum armis hac de cauſa contra Titium, ſi non occidat, nec ei membrum aliquod amputet, quia non potuit, non ob id efficitur irregularis; voluntas enim ſola non facit irregularem.*

2 *Clericum percutere procurans animo deliberatiſſimo, & non percutiat cum re, & effectu, non incurrit excommunicationem; quia ad incurrendum pœnas ex-*

communicationis, & cenſuræ eccleſiaſticæ requiritur factum.

3 *Irregularis non efficitur quis ob amputationem digiti alicui factam: quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri; ideò pro irregularitate incurrenda requiritur ſeparatio membri, vel totalis debilitatio ipſius.*

4 *Statutum puniens aliquem pro membro debilitato, non procedit in debilitante hominem aliquo digito; quia debilitans digitum, non dicitur debilitare membrum: cùm digitus ipſe non ſit membrum, ſed membri pars.*

5 *Statutum puniens aliquem pro membro debilitato, punit, & comprehendit etiam mutilantem, ſeu debilitantem digitum, ideſt pollicem alicui notabili artifici, pictori, vel ſimili: quia ex mutilatione ipſius redditur inefficax, & inutilis manus.*

OPINIO CXXII.

1 Conatus. HOMICIDIVM volens cõmittere ex deliberata, & perfecta voluntate, & accedens cum armis hac de cauſa contra Titium, nec occidat, nec ei membrum aliquod amputet, quia non potuit; ob hoc igitur irregularis non efficitur, voluntas enim non facit irregularem, ſecundum Glo. & Cõis opin. omnes communiter in cap. ſi quis aliquis de homicid. Archid. in c. fin. 23. quæſt. 8. & Dominic. in can. ſi quis acceptum 50. diſtinct. & eundem Archidiac. in can. periculoſè contra Gloſſ. fin. ibi de pœn. diſtinct. 1. Fely. in cap. ſicut dignum, num. 11. de homicid. & in tract. quando conatus puniatur verſic. Fallit ſextò, Marſil. in l. is qui cum telo col. fin. C. de ſicar. & Albert. Trotum in tract. de vero, & perfecto clerico lib. 2. cap. 20. num. 5. vbi teſtatur de communi iſta. Nam lex canonica quantum ad hoc exigit uerum actum homicidij, aut membri mutilationis, ut notat Henric. poſt alios in c. 1. de eo qui mittitur in poſſ. & ibi Card.

2 Et hinc deducitur, quòd ſi quis habeat animum deliberatiſsimum, & omni conatu curet percutere clericum, & non percutiat eum re, & effectu, non incurrit excommunicationem; ſiquidem ad incurrendam pœnas excommunicationis, cenſuræque eccleſiaſticæ requiritur factum, vt habetur poſt Glo. Cõis opin. communiter ibi ab omnibus receptam in c. in audientiam de ſent. excommunic. Card. in Clemen. 1. q. 3. de vſuris, & Fely. in d. tract. quando conatus puniatur.

3 Et in tantum procedit antedicta prima communis opinio, quòd ſi quis digitum amputet Titio prædicto, non efficitur irregularis, ſecundum Doct. in d. cap. ſi quis, Bart. Ang. & Imol. in l. 2. de pub. iudic. Ang. in tract. malefic. in verſic. Membrum, & Rubeum conſil. 83. quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri; ideò requiritur ſeparatio membri, vel totalis debilitatio ipſius in præſenti caſu pro irregularitate incurrenda.

4 Proinde ſtatutum puniens aliquem pro membro debilitato, non procedit in debilitante hominem aliquo digito; quia debilitans penitus digitum, non dicitur debilitare membrum; cum digitus ipſe non ſit membrum, ſed membri pars, ac officium, ita voluit Bart. & Imol. in d. l. 2. & Iacob. Nouellus in pract. crimin. ſuper forma inquiſitionis pro inſultu, & vulneribus, num. 30. cum alijs relatis per eum, & per Rubeum in d. conſ. 83. vbi ita conſuluit.

5 Hoc verò fallit in notabili artifice, ſeu pictore, cui ſi foret pollex debilitatus, aut mutilatus, tunc certè haberet locum memoratum ſtatutũ; quia ex debilitate ipſius digiti redditur inefficax, & inutilis manus, vt firmauit peritiſsimus D. Follerius poſt Ang. Aret. in pract. crimin. in forma capitulorum in vulnere, num. 23. fol. paruo 412. & Rubeus in d. conſ. 83. in fin.

SVMMARIVM.

1 *CONCVBINARIVS ſeu fornicator publicus, ac notorius in ſacris ordinibus conſtitutus, eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio, & beneficio. Et celebrans ante peractam pœnitentiam efficitur irregularis, ea irregularitate, quæ à ſolo Pontifice deleri poteſt, ſecundum vnam communem opinionem. Sed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, publicus fornicator, ſeu concubinarius irregularis non efficitur, ſi officia celebrauerit diuina tempore ſuſpenſionis, & publici concubinatus.*

2 *Concubinarius notorius, ac publicus, ſiue ſacerdos ſit, ſiue alius in quocunque ordine conſtitutus, etiam in minori, eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex ipſa notoria fornicatione, & tandiu ſuſpenſus eſt, quandiu in vitio perſeuerat, & interim exequens officia ſua, etiam ſemel, irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis diſpenſatione.*

3 *Concubinarij publici, vſquequò cum eis per ſuos ſuperiores diſpenſatum fuerit poſt concubinæ dimiſſionem, & manifeſtam vitæ emendationem, ſunt inhabiles ad ſuſceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum, ſed ſi poſt huiuſmodi diſpenſationem vomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redirent, tunc abſque ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtunt.*

4 *Concubinarius publicus, ac notorius, eſt adeò legibus, & ſacris canonibus exoſus, vt ab eo miſſam, & alia diuina officia non liceat audiri. Sed hoc non procedit in concubinarijs occultis, & ab eccleſia toleratis.*

5 *Concubinarij publici dicuntur non ſolùm illi, quorum concubinatus per ſententiam, aut per confeſſionem in iudicio factam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla ter-*

la tergiuerſatione celari poſſit; Sed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuũ ſuperiorẽ ipſam cum effectu non dimittit.

6 *Concubinarij patiuntur triginta pœnas, vltra alias ſuperius adiunctas. In tantùm quòd plura ſint damna, & incommoda concubinatus, quàm pœnæ, quæ poſſent irrogari.*

7 *Concubinarius clericus, poſt monitiones factas, concubinam dimittens, & poſtea publicè reaſſumens dimiſſam, aut aliam, præter pœnam in ſacris veteribus canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitas, excommunicationis gladio plectendus eſt. Et cognitio aduerſus concubinarios ipſos ſpectat ad Epiſcopum, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, procedere poteſt.*

OPINIO CXXIII.

1 CONCVBINARIVS, ſeu fornicator publicus, ac notorius in ſacris ordinibus conſtitutus, eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio, & beneficio, & celebrans ante peractam pœnitentiam efficitur irregularis, ea quidem irregularitate, quæ à ſolo Pontifice deleri poteſt, ſecundum Abb. in cap. veſtra col. 4. de cohabitatio. cleric. & mulier. Hoſtien. in cap. ſi celebrat de cleric. excommunic. miniſ. Syluestr. in ver. Concubinarius §. 4. Anan. col. 1. & Fely. col. 2. in cap. cùm dilectus de accuſatio. Anton. in cap. 1. num. 32. de iudic. Albuenſem in tract. de concubinarijs clericis concluſio. 7. Florentin. in 3. parte titu. 27. cap. 3. Palluda. in 4. ſententiarum diſtinct. 27. quæſt. 4. col. 2. & Diaz. in pract. crimin. in titu. concubinarij cap. 73. & iſtorum opinionem exprimit eſſe communem Ioan. de Imol. in dicto cap. 1. col. 4. Nicolaus Plouius de irregularitate regu. 41. & plerique ex mentionatis Scribent. & Guido Papæ in quæſtio. 558. vbi eam ſequitur, & Concilium Grationopolitanum, ſecundum eandem communem iudicaſſe meminit.

Cõis opin.

2 Et hoc ampliat Florentin. in d. cap. 3. vtiliter, & doctè, allegans Innocen. Hoſtien. Archid. & Anton. quòd non ſolùm ſacerdos, ſed etiam in quocunque ordine conſtitutus, etiam in minori, eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu ſuſpenſus eſt, quandiu in vitio perſeuerat, & interim exequens officia ſua etiam ſemel, irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis diſpenſatione: quod ſequitur quoque Syluestri. in d. verſ. Concubinarius.

3 Et ſtatutum fuit in Concilio Baſilien. in ſeſſione 20. quòd publici concubinarij vſquequò cum eis per ſuos ſuperiores diſpenſatum fuerit, poſt ipſarum concubinarum dimiſsionem, ac manifeſtam vitæ emendationem, ſint inhabiles ad ſuſceptionem quorumcunq; honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum; Si verò poſt huiuſmodi diſpenſationem vomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redierint, quòd abſque ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtent.

4 Sed hic congruenter pro animarum ſalute, & pro amouendo ſcandalum, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur, inquirendum eſt. Vtrùm miſſam audire debeamus ab iſto publico concubinario, & breuiter videtur concludendum, quòd ſic; quoniam licèt in hoc, & circa hoc, ſit valde repræhenſibilis, exemplo tamen IESV CHRISTI redemptoris noſtri, cenſetur permiſſus acceſſus ad miſſam antedicti notorij concubinarij, qui nempè CHRISTVS, nec Iudam, & ſi falſus eſſet diſcipulus, ab Apoſtolatu eiecit, & qui Solem ſuper bonos, malosque oriri facit, cuius actio noſtra eſt inſtructio, & quia nos, cùm laici ſimus de presbyteris iudicare, nec de illorum vita quærere debemus, & hoc modo Nicolaus ad conſolationem Bulg. reſpondiſſe legimus c. conſulendum 29. diſtinct.

¶ Cæterùm hoc non eſt ſimpliciter verum, ideoque pro reſolutione diſtinguendum arbitror ſic, quòd aut concubinatus crimen eſt notorium, vel per ſententiam, vel per concubinarij confeſsionem, ita quòd nulla tergiuerſatione celari poſsit, & tunc abſtinendum eſt ab eo, ſecundum Abb. in d. cap. veſtra col. 3. in 2. 3. & 4. quæſt. Et hoc procedit quoque, quando clericus tenet publicè concubinam, ſicut vxorem, & publicè nutrit filios, ità quòd ipſe minimè audet diffiteri eo caſu, ſecundum Abb. non eſt licitum audiri diuina ab eo, etiam ſine aliqua monitione ſuperioris. Aut eſt occultum, ſicuti eorum, qui ab eccleſia tolerantur, nec operis euidentiam habent, & hoc caſu ab huiuſmodi, quandiu ab eccleſia ipſa tolerantur, diuina miſteria, aliaque eccleſiaſtica ſuſcipere ſacramenta liberè, & licitè poſſumus text. eſt in dicto cap. veſtra, & in cap. tua eodem titu. de cohab. cleric. & mulier. & Gloſſ. in cap. nullus 32. diſtinct.

5 Et publici concubinarij, ad dilucidandum præmiſſa; intelligendi ſunt, ſecundum Concilium Baſilien. in dicta ſeſſione 20. non ſolùm hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſsionem in iure factam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari, notorius eſt, verùm etiam, qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem ipſam cum effectu non dimittit.

¶ Contrariam verò partem, videlicet, publicum fornicatorem, ſeu concubinarium irregularem non eſſe, ſi diuina officia celebrauerit tempore ſuſpenſionis, & publici concubinatus, firmauerè Inno. & Ioan. Andr. in dicto

cap. ſi, celebrat, Speculator in titu. de diſpenſatione §. iuxta propoſitionis; num. 20. Cardin. in d. cap. veſtra, Archid. in cap. præter §. ad hæc verò 32. diſtin. Ioan. de Imol. in d. c. 1. col. 4. de iudic. & Nicolaus Plouius in d. regul. 41. quorum opinio (iudicio meo) cenſetur magis communis. *Cõis opin.*

¶ Sed ipſe nunquam auderem iudicare, conſulereque contra priorem ſententiam Abb. & ſequacium communem, quæ citatur ab omnibus ferè contrarium aſſeuerantibus. Et licèt appareat dura nimis, tamen eſt obſeruanda, tanquam communis, & ſacroſancta, quam equidem multum timere deberent omnes, & ſinguli clerici in quocunque ordine conſtituti, & ne illam ignorent, omnibus illis quotidie prædicanda foret.

6 Et præſertim, quia etiam ipſi concubinarij patiuntur triginta alias pœnas, quas connumerat Rebuffus in interpretationibus per eum factis ad d. Concilium Baſilien. quod Concilium inuenies inſertum in concordatis inter Leonem Decimum, & Regem Franciæ. In tantùm quòd plura ſunt damna, & incommoda concubinatus, quàm pœnæ, quæ poſſent irrogari per iudices.

7 Et Concilium Tridentinum ſub Pio Quarto in ſeſsione 25. cap. 14. contra clericos concubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres, de quibus ſuſpicio haberi poſsit in domo, vel extra, confirmauit omnes, & quaſcunque pœnas à ſacris ueteribus canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitas; vbi etiam ſtatuit, quòd ſi clericus concubinarius poſt monitiones factas concubinam dimiſerit, & poſtea dimiſſam, aut aliam publicè reaſſumpſerit, preter pœnas ibi ſtatutas, excommunicationis gladio plectatur. Et determinauit quoque, quòd cognitio contra, & aduerſus concubinarios ſpectet ad Epiſcopos, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedere valeant, atque poſsint.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS habet de iure dilationem quatuor menſium ad ſoluendum.*

2 *Condemnatus habens dilationem quatrimeſtrem ad ſoluendum, & ea gaudere volens, tenetur à principio condemnationis cauere de ſoluendo tranſactis ipſis quatuor menſibus, aliter poteſt ſtatim capi.*

3 *Dilatio quatrimeſtris ad ſoluendum, non conceditur, nec competit condemnatis ex maleficio, ſeu ex quocunque crimine, etiam ſi in ſententia in cauſa hac criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam, & pecunialiter damnatus.*

4 *Dilatio quatrimeſtris ad ſoluendum iudicatis à lege conceſſa, ceſſat, nec concedi debet, vbicunque facilis eſſet ſolutio iudicati condemnato.*

OPINIO. CXXIIII.

1 CONDEMNATVS habet quatuor menſes ad ſoluendum miſerationis cauſa indultos, l. 2. & 3. in princip. C. de vſur. rei iud. & cap. quærenti, & ibi Glo. & Fely. num. 2. de offic. & poteſta. iud. deleg. Bartol. in l. Adrianus C. de reb. credit. & Alexan. in l. 2. ff. de iu re iur.

2 Sed aduerte, quòd ipſe condemnatus tenetur, & debet à principio cauere quòd ſoluet tranſactis prædictis quatuor menſibus, aliter poteſt ſtatim perſonaliter capi, vt decidit Bartol. & Ang. in l. ſi debitori in fin. per illum text. ff. de iudicijs, & Iaſ. hoc pro ſingulari commendat in l. ſi arrogator col. fin. ff. de adoptio. & in l. 2. in fin. ff. de re iud. & Fely. in c. quod ad conſultationem, ſub num. 9. de re iud. vbi hoc explanat, atque limitat procedere in dilatione miſerationis cauſa à lege elargita, & conceſſa, non aùtem in alijs dilationibus ex conuentione priuata, & ex alijs quibuſcunque pactis, & contractibus prouenientibus.

3 Cæterùm hoc non procedit in condemnatis ex maleficio, ſeu ex quocunque crimine, quibus regulariter non conceditur, neque competit dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum, etiam ſi in ſententia in cauſa iſta criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam, & pecunialiter damnatus, ſecundum Glo. Bartol. & Fulgo. in l. ſi victum ff. de re iud. Innocen. in d. c. quærenti de offic. deleg. Bald. in l. fin. C. de exequutione rei iudic. & in addit. Specul. in titu. de ſententia, & re iudic. col. 9. in ver. Tertiò fideiuſsit, Alex. num. 18. & ſequen. & Iaſ. num. 16. & ſeq. in l. debitoribus ff. de re iud. vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionem. *Cõis opin.*

4 Item ipſa dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum iudicatis à lege conceſſa, ceſſaret etiam ſi facilis eſſet ſolutio iudicati condemnato, d. l. debitoribus in prin. veluti, ſi locupletiſsimus fœnerator in modicam ſummam damnatus foret, ſecundum Cyn. Alber. de Roſa. & Iacob. Aret. in l. vnica §. exactio ff. de rei vxo. actio. Fely. in d. c. quod ad conſultationem, ſub num. 9. & ſequen. Aret. Ripam, & alios communiter in l. ita ſtipulatus ff. de verb. obligat. & Nicola. Pignola in addit. Roma. in ſingu. 465. vbi tollit argumenta ipſius Romani, ibi contrarium, & malè aſſeuerantis. *Cõis opin.*

¶ Et regulam hanc, quòd condemnatis ſoleant à lege miſerationis cauſa concedi quatuor menſes ad ſoluendum, ita declaratam, & limitatam, limitat etiam Fely. in d. c. quęrenti, nu. 2. in ſeptem alijs caſibus.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ex præſumptionibus violentis, & indicijs indubitatis, & vehementiſſimis, non poteſt deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diffinitiuam in cauſa capitali abſque aliis probationibus, vt corporaliter puniat, ſecus pecunialiter.*

2 *Sententia lata ex præſumptionibus, non tranſit in rem iudicatam.*

3 *Indicia indubitata, quæ dicantur, & qualia ſint, ponitur hic remiſſiuè.*

OPINIO. CXXV.

1 Condemnatio. IVDEX ex præſumptionibus violentis, & indiciis indubitatis, & vehementiſsimis, non poteſt ipſe deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diffinitiuam in cauſa capitali abſque aliis probationibus; & conſequenter huiuſmodi indicia non ſufficiunt ad pœnę corporalis condemnationem, ſed ſolummodo pecuniariæ, ſecundum Gandi. in tract. maleficiorum in rub. de præſump. indubitatis, ex quibus condemnatio ſequi poſsit, Ioan. Andr. in add. Specu. in titu. de probatio. §. uidendum reſtat, Bald. in l. 2. C. de his, quæ pœnæ nomine in teſt. & in l. eius §. 1. ff. de teſta. vbi hoc idem firmant, Franc. de Aret. & omnes, Caſtren. conſ. 197. vol. 2. col. fin. Ang. in l. 1. ff. de fur. Ioan. de Imol. in l. fin. ff. de hęred. inſti. Aret. in tract. malefic. in ver. fama publica. verſi. Quæro an vnum, & Mattheſi. ſingu. 122. & ſeq. Ioan. de Ana. conſ. 59. nu. 2. Iaſ. in l. ſeruum fugitiuum, nu. 29. C. de ſer. fugit. Ioã. de Imol. Cardi. Abb. & Fely. in c. afferte de præſumpt. & ita conſuluit Caſtren. in d. conſ. 197. & Alex. conſ. 116. in fi. vol. 3. & conſ. 15. col. 3. vol. 1. & opinionem iſtorum ſequitur quoque Boeri. deciſio. 164. nu. 6. & ſequitur, approbat, & fatetur æquiorem, & Cōis opin. communiorem Marſil. in repeti. rub. C. de probatio. nu. 252. cum aliis ſeq. Iacobus Nouellus in pract. crim. in rub. de teſtibus, in materia criminali, incipiente Crimina obiecta probanda ſunt, num. 33. & ſeq. Tiraquel. copioſè in tract. de pœnis temperandis cauſa 27. num. 2. 10. & ſeq. vbi eam limitat, & Grammat. deciſio. 96. vbi refert, quòd quidam inquiſitus de homicidio in Magna Curia Vicariæ propter indicia vehementiſsima, & indubitata fuit in eadem condemnatus ad remigandum per ſeptennium, & introducta cauſa iſtius condemnati per remedium appellationis in Sacro Regio Concilio, extitit in eo moderata pœna prędicta, ſeu ſententia Magnę Curiæ, & ſic fuit condemnatus mētionatus homicida inquiſitus per triennium ad remigandum per Sacrum Concilium.

¶ Et licèt multi Docto. aſſeruerint contrariũ, quos recenſuit Brunus in tract. de indiciis, & tot tura in 4. q. 1. partis, nu. 13. Marſil. in d. rubr. de probatio. nu. 253. & Boeri. in d. deciſio. 164. nume. 1. cum aliis ſeq. Tamen quicquid iſti ſuadeāt fatuum quidem eſſet, & inhumanum in actu practico recedere à dicta communi.

2 Imò ſi Iudex ſententiam ferret ex pręſumptionibus certè, & abſque dubio aliquo non tranſiret in rem iudicatam, vt habetur in l. ſi ij, qui adulterij de adult. Secundum communem intellectum de quo per Fely. poſt alios in c. propoſuiſti, de probatio.

3 Et quæ dicantur indicia indubitata, & qualia & quæ ſint, declarant Criminaliſtę in locis præcitatis, & Marſil. in d. rub. de probatio. nu. 253.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS ad mortem, ſeù ad quamcunque aliam pœnam, ſi tempore, quo ducitur ad ſupplicium deſtinatum fugeret, et apprælienderet ſacerdotem portantem corpus Chriſti per Ciuitatem, eſt immunis, & tutus ab illa pœna dũmodo recurrat ad ipſum, & accipiat communionem.*

2 *Condemnatus ad mortem, ſi tempore, quo ducitur ad ſupplicium apponeret in eius capite pileum ſuum Cardinalis, erit liber; nam Cardinalis habet priuilegium liberandi ipſum condemnatum à pœna mortis apponendo ſuum pileum in capite condemnati.*

3 *Priuilegium conceſſum nobili, quòd poſſit eripere damnatum ad mortem tranſientem ante domum ipſius, valet.*

4 *Condemnatus ad mortem, ſi vellet ducere in vxorem meretricem exiſtentem in lupanari liberatur. Sed hoc potius procedit de conſuetudine, quàm de iure, & ita obſeruatur in Hyſpania.*

5 *Meretricem trahens è lupanari, & accipiens in vxorem, conſequitur remiſſionem omnium peccatorum, & non eſt culpandus, ſed laudandus, etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis, & famę, & ſine culpa aliqua.*

6 *Meretricem ducens in uxorem, facit ceſſare pœnam, & ſolemnitatem iuris humani; nam quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege humana. Et tunc videtur redemptum corpus, & anima meretricis à peccato, & à diaboli captiuitate.*

7 *Meretrices extractæ à lupanari, & in matrimonio copulatæ, habent tutam ſpem vitæ æternæ.*

8 *Degradatus actualiter matrimonium contrahere non poteſt.*

9 *Degradatus incontinenti amittit priuilegium clericale. Et efficitur de foro ſeculari. Et deſinit eſſe clericus.*

10 *Degradatus poſt degradationem de facto celebrans, conficit verum corpus Chriſti. Et tenetur dicere officium, non tamen cum Dominus Vobiſcum, & cum alia ſolemnitate.*

11 *Degradatus moriens, reſuſcitanſque poſtea, non eſt iterum ordinandus.*

12 *Condemnatus ad furcas liberari debet ſi laqueo fracto in terram cadat, ex quo videtur miraculosè factum. Si tamen prius fuerit proteſtatus de ſua innocentia.*

13 *Metus inſtantis periculi, & mortis, excuſat delinquentem à pœna capitali.*

OPI-

OPINIO. CXXVI.

1 CONDEMNATVS ad mortem,ſeu ad quamcunque aliam pœnam, tempore, quo proficiſcitur ad furcas, vel ad aliud ſupplicium deſtinatum,ſi arriperet fugã,& acciperet ſacerdotem portantem per Ciuitatem Corpus Chriſti abſque aliquo dubio eſſet immunis, ac tutus ab illa pœna, vt per Glo.in c. quęſitum 13.q.2.quam ſequuntur Archidia.ibi,Hoſtien.in ſumma de immuni. eccleſ.Cardi.in Clemen.1.§.inſtitutione in fi. de reliq. & vener.ſanct. Corſet. in ſingu in ver. Car
Cõis dinalis,& communiter omnes Canoniſtæ in c. ſa
opin. nè de electio.Roma ſingu.335.Cotta in memorali in ver.Rationis idemtitas Alberti.in c.1. de hęreti.in 6.nu.18. & Raynaldus Corſus in addit. Oldradi in conſ.54.incip. Aufugiens in litera C. & iſtam eſſe communem opinionem ſcribit Gomeſi. in §.pœnales,nu.50.inſtitu.de actio.Ioã. de Arnono in ſol loquio 80. Dictat capitulum Regni,cuius eſt initium,& Ioan.Lupi in rub.de donatio.inter vir.& vxo.§.38.nu.5.

¶ Quod verum eſt, dummodò ad ipſum corpus Chriſti recurrat,& ſuſcepiſſet communionẽ, vt habetur per Fely.in c.quærenti de offic.deleg. & per Cottam in memorali in verbo Rationis idemtitas circa finem.

2 Similiterque priuilegium Cardinalis liberat antedictum condemnatum à morte;nam Cardinales habent priuilegium,vt ſi condemnatus ad mortem ducatur ad ſupplicium, & ei fiat obuiã Cardinalis ipſe, & pileum appoſuerit in capite eius,non poteſt exequi ſententia ad mortem,ſed liberatur,ita Alber.Bal.Paul.de Caſt.Saly.& alij omnes in l.addictos, C. de appellatio. Amodeus Iuſtinus in tract. ſyndicatus,num.253.Marſil.in rub.ff.de falſis,nu.13. Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus in tract. de Imperatore. q.67.nu.3. Pet. à Plaza cum aliis aggregatis per eum in epito.cauſarum crimina.lib.1.c.34.& Illuſtriſſimus D. Card. Albanus in lucubrationibus ad Bar.in l.ſeruus,nu.2.& ſeq.ff.de leg.1.vbi ſubtiliſſimè,atque doctiſſimè remouet,ac penitus tollit, ſolita naturali facundia ſua,omnia con
Cõis traria,& planum facit iſtam eſſe cõmunem opi-
opin. nionem,& Zaſius in §.pœnales,nu.32.inſtitu. de actio. qui ibi hoc ampliat procedere etiam in Comitibus,& Baronibus,& abſque ratione, & fundamento vllo quidem, & Cotta in memorali in ver.Cardinales, & Pet. Duennas in regu.81. vbi ponit hoc pro regula cum ſex limitationibus remiſſiuè.Ideoque dat cautelam Cępol.in 2. caute.in prin.vt condemnatus procuret, vt Cardinalis tranſeat per viam,per quam ducitur ipſe condemnatus, & obuiam ſibi faciat, & apponat in cõdemnati capite pileum,& erit liber,vt per Paridem de Puteo in tract.ſyndicatus in ver.Pœna, verſ.An ſi primò, & huic opinioni inhæret quoq; eam limitando,conſumatiſſimus D. Vincentius Maxilla in cõſuetudinibus Ciuitatis Bari in procœmio,nu.211.cum aliis ſeq. vbi firmat huiuſmodi priuilegium conceſſum Cardinalibus valere, & tenere, ſed principem concedentem peccare.

3 Et concludit etiam inibi,nu.208.cum aliis ſequen. valere priuilegium conceſſum per Principem alicui nobili, quòd poſſit eripere damnatũ ad mortem tranſeuntem ante domum ipſius, cõtra And.de Iſer.contrarium aſſeuerantem in tit. quæ ſint rega. in ver. Et bona committentium, col.1. Et ita uidimus compluribus quippè vicibus de facto obſeruari in aliquibus Ciuitatibus Italiæ.

4 Tertiò etiam liberatur condemnatus ad mortem,ſi vellet meretricem exiſtentem in lupanari ducere in uxorem, vt per Paridem de Puteo in citato uerſ.An ſi primo, & in uerſ.Et alia, quę non omitto,vbi ait hoc iure non probari, ſed tantùm quod peccata omnia ſibi dimittuntur,& ita practicant Hyſpani, & obſeruant, vt ibi per eum,& ita concludit quoque Neuiza. in Sylua nuptiali lib. 4. ſub nu. 33. ubi refert ſimiliter hoc potius de conſuetudine quàm de iure communi procedere.

¶ Sed nota,quòd quidam pulcherrimus Iuuenis Hyſpanus dum eſſet deprahenſus in Palatio Catholici Regis Hyſpaniarũ nocturno tẽpore ſuperioribus annis,qui philocaptus amore cuiuſdã famulæ eiuſdem Regis procurabat eam oſculari, & ducere poſtmodum in vxorem, tamen ſtatim eo reperto : motu proprio fuit condemnatus ad mortem,& dum ducebatur ad ſupplicium,meretrix quædam, ſed ſenex, & turpiſſimi corporis obuiam ei fecit, & procurauit ipſum condemnatum accipere in virum ſuum;Nihilominus idem iuuenis, etiam quod ſciret poſſe euadere ducendo dictam meretricem in vxorem, inſpiciendo eius turpitudinem vultus,dum ſedebat ſuper aſinũ,dixit carnifici *tocca,tocca preſto l'aſino,* quia potius mori volo,quàm ducere meretricem in vxorem,quod audiens Rex iuſſit,vt iſte iuuenis relaxaretur in ſuam priſtinam libertatem,& pariter ſibi traderetur in vxorem antedicta famula.

5 Meretricem enim,aduerte, tradere de lupanari,& accipere in vxorem ꝓficit ad remiſſionem peccatorum c. inter opera de ſponſa.Imò ſecundum Card. & Præpoſi.ibi hoc opus exercenti remiſſio peccatorum omnium cõceditur,licèt iſtis Doctoribus,& malè refragetur Abb. nam Oſeas Propheta duxit meretricem in vxorem, & illam ex mala bonam fecit, & qui hoc fecerit, non eſt culpandus ſed laudandus, etiam ſi eſſet homo optimę qualitatis, & abſque culpa aliqua,& non eſt culpandus Oſeas Propheta 32. q. 1. faciunt not. per Alberi.in dictionario in verſ. Meretrix, & per Couarruu. in epito.de teſtamen. in 2. par. c.8.§.11.nu.3.fol.par.194. & profuſius per Neuizanum in loco præcitato.

6 Facit

6 Facit text. & Glo.in l. ſi ea quæ C. de adulter. & ſolemnitas iuris humani,& pœna ceſſat,puta, quando aliquis ducit puellam meretricē in vxorem,vt bonam reddat,& amplius non peccet,ſecundum Abb.conſ.11.in cauſa nu.1.vol.1.c. relatum de teſtamen.Quæ enim ſpiritu Dei aguntur,non ſunt ſub lege humana c. licèt de regula Abb.d.conſ.11.col.1. tunc enim uidetur redemptum corpus,& anima puellæ à peccato, & à diaboli captiuitate, ergò ceſſat ſolemnitas & pœna iuris.

7 Imò iſtę meretrices taliter reuerſę, ad meliorem frugem,tutam ſpem habent vitæ æternæ,ſecundum Mattheum 21.publicani,& meretrices præcedent vos in regno cælorum.

8 Sed iſta opinio non procederet quippè in clerico,ſeu alio religioſo: nam clericus ipſe actualiter degradatus, matrimonium contrahere nequiret,ſecundum Abb.in c.1.nu.11. qui cle. vel vo.

9 Quia licèt ille incontinenti per huiuſmodi degradationem actualem perdat quodcunque clericale priuilegium, efficiaturque de foro ſeculari,c.degradatio de pœnis lib. 6. Abb. in c. nouimus de verb.ſign.Dec.in c.cùm non ab homine, nume.68.de iud.& Rolan.à Valle cōſ.24.in cauſa præſentis proceſſus, ſub num.10, & ſeq.vol.1. Imò etiam deſinat eſſe clericus, teſte Abb. in c. cùm ſit proprium,nu.7.de cond.appo.

10 Tamen ſemper remanet character, ratione cuius,ſi de facto celebraret,conficeret nempè verum corpus Chriſti,vt concedit Ioan.And.in Nouel.ibi,& Abb.in d.c.1. ſub num. 11. qui clerici, vel vouentes,matrim. contrahere poſſint, & ita *Cōis opin.* firmant conſtanter,& communiter omnes Theologi,atteſtante Abb.in d.c. 1.in fin.& præſertim S.Thom.in 3.q.83.art.8.concludens ibi,ꝙ poteſtas cōſecrādi euchariſtiā pertinet ad characterē ſacerdotalis ordinis, character autem quilibet, qui cum quadam conſecratione datur,indelebilis eſt, ſicut quarumcunque rerum conſecrationes perpetuæ ſunt, nec amitti, nec reintegrari quidem poſſunt. Vnde manifeſta res extat,quòd poteſtas conſecrandi,non amittitur per degradationem, & tenetur dubio procul,ſi in ſacris erat, dicere officium,c. dolentes de celebra. miſſ. non tamen cū Dominus Vobiſcū, vel alia ſolēnitate.

11 Et ratio huius communis ſententiæ Theologorum aſsignari poſſet iſthæc: nam degradatio non amouet characteres de anima modo aliquo. Et hinc eſt,quòd ſi degradatus moriretur,& poſtmodum reſurgeret, non deberet iterum ordinari,ſecundum Gloſ. in c.2.32.q. 7. Sicu. in c. non poteſt de re iud.& Ioan.Bertachi.in tract. de epiſco.in vlti.par.& Doct.in d.c.degradatio.

¶ In contrariam verò partem,videlicet,quòd degradatus de facto celebrans poſt degradationem, non conficiat corpus Chriſti, inclinarunt Gemi.& Celſus ibi in apoſtil. in d. c. 2. de pœnis lib.6. Sed quicquid Doct.iſti fabulentur, noli aliter recedere à communi præmemorata tanquā pia, ſacroſancta, & fundata in illa viua ratione, quòd degradatus nullatenus amittat characterem,tanquam in anima realiter impreſſum, atque indelebilem.

12 Quartò condemnatus ad mortem liberatur propter miraculum,vt per Lucam de Penna in l. 1.C.de deſer.& occul.lib.12. & Dec.in l. fauorabiliores ff.de regu.iur. vbi ponunt exemplum de eo,qui ſuſpenditur ad furcas, & laqueus confrangitur,& cecidit ſuſpenſus in terram,tunc procul dubio erit liberandus condemnatus ad mortē, ex quo videtur miraculosè factum, & eſt maximum innocentiæ ſignum,Hocque intelligit Deci.vbi ſupra,ſi prius fuerit proteſtatus de ſua innocentia,vt per Paridem de Puteo in d. uer. pœna verſ.An ſi,il 2. per dictum Pſal. Laqueus cōtritus eſt,& nos liberati ſumus, & per criminaliſtas omnes variis in locis iuris noſtri.

13 Quintò metus inſtantis periculi,& mortis excuſat delinquentem à capitali pœna, ideoque ſi quis Tirannus, aut potens dicat alicui non potenti,occidas talem, aliàs occidam te,& ille reperiretur in huiuſmodi conſtitutus periculo, & calamitate, quòd ſi eius iuſſum non adimpleret, mitteret minas ad effectum, tunc ſi aliter euadere non poſſet vitam ſuam occidendo, excuſatur ſi occidat, nec vtique aliqua pœna punitur propter mortis periculum,ſecundum Bal.& Alex.in l.liber homo ff.ad l.Aquil.& Floria.ibi in prin. in l.quod dicitur,ff.ad l.Aquil.in l.1.ff.de ſicar.Pet. & Cyn.in l.ſcientia §.qui cùm aliter ff.ad l.Aqui. Bal.in l.1.q.2. C. vnde vi, in l.ſeruos C. ad l. Iul. de vi.& in c.1.§. iniuria col.fin.de pace tenenda, Gandi.in rub.de pœn.col.penult. Glo.in l. ſi familia communis, in uerſ. Et ſi ſeruus ff. ſi famil. fur.fe.Cæpol.caute.4.& 40.Ioan.de Lig.in tract. de bello fol.125.Fely. in c. ſignificaſti, il 2. circa fin.de homic.Curti. conſ.20.Iaſ. in §.mitius col. antepen.inſtitu.de actio.Deci.conſ.336.& in regula velle nō creditur ff.de regu.iur.& in l. quod iuſſu eod.tit. & in l. vt vim ff.de iuſti.& iure, vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Marſi. *Cōis opin.* conſ.25.Corſetus in ſingu.in ver.Metus,vbi etiā hanc fatetur communem,& ſequendam,& Grāmati.voto 28.

SVMMARIVM.

1 *SVCCESSOR ſingularis, vel emptor poteſt expellere conductorem.*

2 *Succeſſor nō tenetur ſtare locationi factę per Rectorem,ſeù Prȩlatum eius prȩdeceſſorem nomine proprio , non autem eccleſię; quia locatio ipſa ſpirat per locantis mortem.*

3 *Succeſſor non debet ſtare locationi factę per Prælatum eius prȩdeceſſorem nomine eccleſiæ , ſed ad eius commodum,niſi eſſet ipſi eccleſię vtilis locatio.*

4 *Succeſſor ſingularis poteſt expellere colonum partiarium,& conductorem,tamen ipſi regreſſum habebūt pro eorum intereſſe contra locatorem , & dominum.*

5 *Con-*

5 *Conductioni, ac locationi nondum finitæ, ſtare non tenetur creditor, vbicunque res locata executa eſſet ad ipſius inſtantiam pro debito domini locatoris, & ſeruatis ſeruandis foret pro ipſo credito per iudicem data, & adiudicata eidem creditori in ſolutū, & pro ſoluto.*

6 *Succeſſor ſingularis non poteſt expellere conductorem, ſeu colonum, durante tempore affictus, vbicunque fecit in inueſtitura, & contractu ſpecialiter obligari bona conducta, vel bona omnia ipſius locantis, ſecundū vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram ſententiam, ſimiliter communem contrariam, ſucceſſor ſingularis ſtatim quòd offert ſuum intereſſe colono fundum hypotecatum habenti, poteſt ipſum expellere; licèt res ipſa poſſit à conductore retineri, donec ſibi ab emptore, & ſingulari ſucceſſore ſoluatur intereſſe.*

7 *Succeſſor ſingularis, ſeu emptor tenetur ſtare locationi de conſuetudine, quæ viget, & obſeruatur inter Hebræos.*

8 *Vxór non tenetur præcisè ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus, tempore quo erat dominus dotis.*

9 *Succeſſor ſingularis, ac emptor tenetur ſtare locationi, vbicunque habuiſſet notitiam locationis rei ſibi venditæ, alteri factæ.*

10 *Conductor poteſt expelli de re locata per ſingularem ſucceſſorem, & emptorem non obſtante iuramento interpoſito in ipſa locatione per locantem.*

11 *Iuramentum præcisè obligat iurantem ad factum, quādo is qui factum promiſit facultatem faciendi habuerit, ſecus ſi amplius facere non poſſet; quia iuramentum non obligat ad impoſſibilia, & tunc præcisè debet adimpleri, quando commodè poteſt adimpleri.*

12 *Iuramentum ſemper intelligitur, vt ſit ſeruandum omni meliori modo, quo poteſt.*

13 *Iuramentum ſi præcisè adimpleri non potuit, ſed ſolùm certo modo, putà ſoluendo intereſſe, debet ſufficere.*

14 *Iuramentum ſuum in contractu appoſitum non obſeruans, licét commodo contractus indignus efficiatur, nihilominus hoc verum eſt, quando contractu, & contentis in eo ad ſuum fauorem vti vellet contra illum, cum quo contraxit, ſeu cui promiſit, & iurauit.*

15 *Succeſſori ſingulari, & contra ſingularem ſucceſſorem non competit ius perſonale ex legibus reſultans. Et conſequenter remedium l. ſi quis maior C. de tranſactio. & aliud ſimile ad excludendum uolentem agere, vel excipere ex contractu, ad ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*

16 *Iuramentum cùm perſonale ſit, perſonam iurantis non excedit. Et conſequenter ad ſingularem ſucceſſorem actiuè, & paſſiuè non tranſit, niſi etiam ſucceſſoribus eſſet iuratum, & promiſſum.*

OPINIO CXXVII.

1 CONDVCTOREM expellere poteſt emptor, vel ſucceſſor ſingularis l. emptorem C. locat. vbi text. Glo. & Bart. & Natta conſ. 426. quamuis regulariter emptor, num. 1. vol. 2. Io. Cæphalus conſ. 254. præſupponitur in facto monaſterium nu. 7. vol. 2. vbi deducit iſtam eſſe receptiſsimam regulam, & Berous conſ. 2. in cauſa Dauid, num. 10. vol. 1. *Cōis opin.*

2 Imò Rector, ſeu Prælatus quoque tempore ſui officij locans nomine proprio, & non eccleſiæ, huiuſmodi locationi ſucceſſor ſtare non tenetur, cæterùm locatio ipſa ſpirat ob locantis mortem, ſecundum Glo. communiter approbatam in c. fin. ne prælati vices ſuas, & Ant. de Butrio ibi ſub num. 6. & ſeq. Anchara. conſ. 16. Rotam Roma. in nouis deciſ. 232. Abb. in quæſt. incipiente Sēpronius clericus in quinto dubio, Caſtren. conſil. 2. vol. 1. & Soc. conſ. 34 vol. 3. vbi meminit iſtorum ſententiam eſſe communem. *Cōis opin.*

3 Et in tantùm hoc procedit, quòd ſi prælatus nomine eccleſiæ etiam, & ad eius commodum locaſſet bona eccleſiæ, ſucceſſor tunc cogi nequit huic locationi ſtare, niſi eſſet ipſi eccleſiæ vtilis, ſecundum Glo. communiter ibi ab omnibus receptam, vt per Abb. & Ana. col. 4. in d. c. fin. & Beroum in c. 1. nu. 53. cum alijs ſeq. de in integ. reſtit. & Soc. in d. conſ. 34. col. 3. in quibus quidem locis conantur antedicti Doct. reducere ad concordiam opinionem Anto. in d. c. fin. & ſequaciū contrariam, quæ conſonantia ſemper mihi placuit, & hortor ſummopere fore eam ſequendam, amplectendamq́; in deciſiuis, tanquam æquam, veram, & rationabilem. *Cōn opin.*

4 Imò aduerte, quòd ipſe quoque ſucceſſor ſingularis poſſet expellere colonum partiarium, vt voluit Roma. conſ. 309. Tamen colonus, ac conductor regreſſum habebunt pro eorum intereſſe cōtra locatorem, & Dominum, l. qui fundum, vbi text. Caſtren. & Doct. ff. locati.

5 Ampliatur etiam antedicta regula, vbicunq; res aliqua locata eſſet, & poſtmodum exequuta ad inſtantiam creditoris pro debito Domini locatoris, & ſeruatis ſeruandis foret pro ipſo credito per iudicem data, ac adiudicata inſolutum, & pro ſoluto cum poſſeſsione creditori memorato; tunc ipſe creditor poſſet expellere de re conducta conductorem, nec eius conductioni nondum finitæ ſtare teneretur, vt doctiſsimè more ſuo conſuluit D. Cæphalus in d. conſil. 254. per totùm.

6 Sed vbicunque conductor, ſeu colonus in inueſtitura, & contractu ſpecialiter obligari ſibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis, nō poſſet expelli ab emente, vel acquirente rem locatā aliquo modo, ſecundum Bar. Bald. & Saly. in d. l. emptorem, Caſt. in l. ſi merces §. 1. ff. locat. Imol. Aret. & Alex. in l. qui abſenti §. 1. ff. de acquiren. hæred. Abb. col. pen. & Ana. num. 9. in c. quærelā ne prælati vices ſuas, Aret. & Iaſ. in §. fin. inſtitu. de locat. & conducto, Corne. conſ. 6. vol. 4. Crot. in l. filiusfam. §. Diui fol. 10. ff. de leg. 1. Neguſan. in tract. de pignoribus in 1. membro 2. partis nu. 6. fol. 4. & Guid. Papæ in quæſt. 480. Et iſta eſt cōmunis opinio, teſte Grato conſ. 95. quidam, nu. 12. vol. *Cōis opin.*

12.vol.1. quam declarat, & ſequitur quoq; Couarr. in tract.reſolutionum lib.2.c.15.num.3.& ita in proprijs terminis conſuluit Ioã.de Amicis conſ.113.Doctor præſtantiſsime, & Berous etiã conſ.135.viſo inſtrumento locationis,nu.7.cum alijs ſeq.vol.1.

¶ Sed aduerte,quòd non eſt facienda vis, ſeu fundamentum in præmiſſa communi opinione; quia hypoteca iſta, aut ſpecialis, aut generalis ſit,nihilominus ſufficit, etiam ſine alienationis prohibitione,habetq; tunc effectum, vt res poſſit à conductore retineri,donec ſibi ab emptore, & ſingulari ſucceſſore ſoluatur intereſſe, & ſic in caſu iſto non requiritur ſpecialis hypoteca,& ſtatim quòd ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe colono habenti fundum hypotecatum,poteſt eum expellere, ſecundum Bar.in d.l.emptorem, quem omnes ibi communiter ſequuntur, Caſtr.in l.nihil §.fin.ff.de leg.1.Corne.in d.conſ. 6.Ang.conſ.245.nu.6.& Ruinus conſ.180.num. 18.vol.1. & iſtorum opinionem refert eſſe communem Neguſan.in d.tract. de pignoribus in 1. memb.2.par.num.6.& ſeq.& Natta in d. conſil. 426.ſub num.3.Rolan. à Valle conſ.6. num. 10. vol.1.vbi ita conſuluit. Cæterùm opinio hæc ita dubia apparet, vt ex ea veritas vlla percipi non poſsit,ideò autumarem illam de plano procedere poſſe,vbicunq; venditor promitteret non alienare in præiudicium conductoris,tunc enim conductor ipſe expelli nequiret, durante tempore conductionis, ita Bald.& Saly.in l. ea lege C. de condit.ob cauſ.& Gozad.conſ.78.num.7.

Cõis opin.

7 Limitatur etiam ſecundo loco mentionata regula non procedere, vbicunque extaret conſuetudo in contrarium, prout extat inter Iudæos,vt inter eos emptor locatori ſtare teneatur,quę cõſuetudo inter ipſos Iudæos ſeruanda eſt, vt conſuluit Calder.conſ.10.in tit.de conſt.& conſ.30. de teſt.Gozad.conſ.24. num. 10. & Berous in d. conſil.2.

8 Interpretaturq; vlterius regula prædicta non habere locum ſimiliter in vxore,quæ præcisè nõ tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore, quo ipſe erat dominus dotis, vt voluit Bart.per illum text. in l. ſi filiusfam.§.fin.ff.ſolu.matrimo. cum quo ſentiunt ibi Imol.Cuma.Roma.& Caſtren.Cyn.& Saly.in d. l.emptorem,& Alber.in l.diuortio, num.2.ff. ſoluto matrim.& iſtam ponit eſſe communem opinionem Couarr.in loco præcitato,nu.4.vbi contradictores citat,& eorum rationibus reſpondere nititur.

Cõis opin.

9 Item limitatur memorata regula non habere locum,vbicunque emptor habuiſſet notitiam locationis rei ſibi venditæ alteri factæ, tunc enim expelli conductor ab emptore non poſſet, ſed ſtare teneretur dictæ locationi emptor ipſe, donec erit finita locatio, vt conſuluit Berous in d.conſ. 2.num.15.& ſeq.

10 Limitatur etiam eadem regula non procedere,quando in inſtrumento locationis eſſet appoſitum iuramentum per dominum locatorem, tunc quippè conductor vigore huius iuramenti non poſſet expelli à re conducta per emptorem, & ſingularem ſucceſſorem,vt conſuluerunt Soc. Sen.conſ.90.viſis quibuſdam actis,num.10.vol. 4.Natta conſ.426.quamuis regulariter emptor, num.4.cum alijs ſeq.vol.2.Gozad.conſ.24.quæritur an Dauid ſub num.9.& 22.& conſ.100. circa ea quæ deduxi,ſub num.24.& ſeq.& Rolan.à Valle conſ.6.quoniam viam ferro aperit,nu.29. cum alijs ſeq.uol.1.qui omnes in mentionatis locis pręſupponunt ita firmauiſſe in terminis Ant. de But.in d.c.fin.ne prælati vices ſuas.

¶ Tamen pace tantorum Patruum, omnes ſupinè errauerunt, eſtò quòd Anto. de But. ibi, hoc non dicit, ſed num.4.ibidem firmat ſolummodò, & optimo quidem iure, quòd locator reuocat locationem factam cum iuramento infra tempus promiſſum,& determinatum in inſtrumento locationis, tunc præcisè comppelleretur ad factum vigore iuramenti de iure canonico.

¶ Vndè nos etiam concedimus,quòd vbicunque ageretur inter locatorem, & conductorem, quòd ob iuramentum recedi non poſsit à locatione per locatorem durante tẽpore conductionis, ſed quando venderetur res locata infra tempus locationis,tunc ſtante etiam iuramento emptor ſtare nõ teneretur antedictæ locationi;quia iuramentum pręſtitum per locatorem ad ipſum emptorem tanquàm extraneum non tranſiret. Et quia etiam conductor ſtante venditione rei locatæ,nullum amplius ius habet in re,ſed duntaxat habet obligatam perſonam domini locantis; meritò igitur emptor non cogitur ſtare locationi; vt uoluit Bar.in d.l.emptorem.

¶ Ideò non immeritò doctiſsimus,& eminentiſsimus Canoniſta D.Couarruuias in d.c.15. ſub num.3.ſub verſ.Secundum hic deducitur,aduertit dictam opinionem Soc.& ſequacium eſſe dubiam,reddendo ibi optimam rationem; quia cũ non tractetur de iuramenti vinculo reſpectu iurantis,ſeu eius hæredis vniuerſalis, eius promiſſioni ſtandum non eſſet.

¶ Et dum eueniret in facto caſus iſte de menſe Februarij inſtantis anni 1572.in Curia noſtra inter Magnificum Ioannem Baptiſtam Viuium patruum meum,& Cęſarem de Vigintiquatuor, & fratres,extitit poſt longam diſcuſsionem,& diſputationem per D.Thomam de Sico de Ciuitate Campaniæ virum vndecunque perſpicaciſsimum, & integerrimum, exiſtentem tunc iudicẽ mentionatæ Curiæ Aquilanæ,iudicatum contra Soc.& alios ſequaces, videlicet, quòd conductor poterat,& debebat expelli de re locata, durante locatione ob venditionem factam,non obſtante iuramento interpoſito in dicta locatione;& poſtmodum audiui ita etiam in facti contingentia fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapol. annis ſuperioribus in quadã cauſa vertẽte tunc

inter

in compromiſſo facto ſub nomine dignitatis; nã tunc compromiſſum nõ tranſiret ad ſucceſſorem in dignitate. Et conſequenter compromiſſum factũ in Rege, ſeu prælato ſub nomine dignitatis, tunc hæc authoritas non competit eo mortuo ſucceſſori, ſecundum Bal.col. 7. & Afflict.in c.1. col. 13.qui feu.dar.poſſ.Bar.in l.qui liberis §.hæc verba ff. de vul.& pupil.Couarru.in c.requiſiſti, ſub num. 5.de teſtamen.Ant.Barbat.num.39.& ſeq.& Dec.in c.quoniam Abb.num.86.& ſeq.de offi.deleg. vbi latè alios eiuſdem ſententiæ referendo, oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM morte arbitri, ſeu iudicis expirat.*

2 *Compromiſſum expirat vbicunque vnus ex tribus arbitris ſtatutarius, & ex forma ſtatuti electis decedit; & tunc duo ſuperſtites non poſſent ferre ſententiam.*

OPINIO CXVII.

1 COMPROMISSVM morte arbitri, ſeu iudicis expirat, l. diem proferre §.1. iuncta Glo. ibi, & l.ſi interpellatur, vbi Gl. ff. de arbitris, & hoc procedit in vno ſolo arbitro electo.

2 Sed amplia vtiliter iſtam concluſionem, quòd ſi ex tribus arbitris, qui neceſſariò eliguntur ex forma ſtatuti, vnus decedat, finitur compromiſſum, nec duo ſuperſtites poterunt ſententiã ferre, c. vno delegatorum, vbi Hoſtien. Ioan. And. & cæteri Canoniſtæ communiter notant, & Bartol. Pau. Caſtren. Alex. Iaſ. aliiq́; omnes in l. duo ex tribus ff. de re iud. *Cõis opin.*

¶ Hoc verò procedit in arbitris ſtatutarijs, qui ſunt arbitri iuris, & ſunt ordinarij iudices, de quibus facit mentionem text. in c. præſentata de teſt. & Barbat. in d.c. vno delegatorum.

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM factum in arbitratorem annullatur, ſi alter ex compromittentibus banniatur, & bona ipſius banniti publicata, vel confiſcata appareant.*

2 *Bannitus poteſt petere compromiſſum fieri vigore ſtatuti de compromiſſis faciendis inter affines.*

OPINIO CXVIII.

1 COMPROMISSVM ſi fecerũt Titius, & Sempronius in arbitratorem annullatur, ſi alter ex cõpromittentibus eſt bannitus, & bona banniti ſunt publicata, ſeu confiſcata, ſecundum Roma. Alex. Iaſ. & Soc. in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. vbi ſcribunt iſtam opinionem communẽ eſſe; & ſequitur Baptiſ. de Sancto Blaſio in tract. de arbitris q.53. Marcus Ant. Blancus in tracta. de compromiſsis q.7.nu.6.fol.par.149. & Petrus de Benintendis deciſ.21.nu.21. *Cõis opin.*

2 Licèt ibi recitet in Rota Bononienſi deciſum extitiſſe, bannitum vigore ſtatuti de compromiſſis faciendis inter affines, compromiſſum petere poſſe, & in hanc partem per rationes inibi aſsignatas, rationabiliter Rotam ipſam inclinaſſe facilè dignoſcitur.

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM factum de rebus merè temporalibus eccleſiæ in laicum, non requirit conſenſum Epiſcopi.*

OPINIO CXIX.

1 COMPROMISSVM factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus eccleſiæ in laicũ, & ſic in extraneum nõ ſubditum, & incompetentẽ neceſſariò nõ requirit conſenſum, authoritatemq́; Epiſcopi, idq; valet et atq; tenet ſecundũ Gl. in ver. ſpiritualibus poſt prin. in c. cõtingit interdum de arbitris, cũ qua ſentiunt omnes Doctores ibi, pſertimq; Auguſt. Berous, nu.33. & ſeq. & nu. 26. vbi deducit iſtam opinionem cõem eſſe, cui accedit etiam Bald. in l. 1. §. & poſt in apoſtil. ff. de nou. oper. nunciat. & probatur in c. dilecti de arb. & in Specul. in eodem titu. §. reſtat videre verſ. ſed nunquid. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *COMPROMITTI poſſunt cauſa eccleſiaſticæ, etiam ſpirituales in laicum.*

2 *Compromiſſum factum de re merè ſpirituali in laicum tanquam arbitrum non valet.*

3 *Compromiſſum in laicum de cauſa ſpirituali fieri non poteſt abſque authoritate Papæ.*

4 *Compromiſſum factum de re ſpirituali in clericum, & laicum valet, cùm hoc faciat laicum capacem illius actus, quem ſolus exercere non poterat.*

5 *Inutile habilitatur per vtile.*

6 *Inhabilis toleratur per habilem.*

7 *Teſtium inhabilium admiſſio non vitiat proceſſum, ſeu ſententiam, vbicunque illa per habilium dicta poſſet ſuſtineri.*

8 *Compromiſſum in prælatum de re eccleſiæ ſuæ tanquã in arbitrum, & etiam arbitratorem fieri poteſt.*

9 *Epiſcopus eſt iudex in caſibus ſuæ eccleſiæ.*

10 *Compromiſſum in laicũ de cauſa electionis fieri nõ põt.*

OPI-

OPINIO CXX.

1 COMPROMITTI poſsűt in laicum arbitratorē cauſæ eccleſiaſticæ etiā ſpirituales, ſecundum Hoſtien.& Ioā. And.in c.fin.de rerum permu. Roma conſil. 173. pro deciſione, ante fin. Ioā. de Imol. in c. decernimus de iud. Fely. in c. cum ſit, num. 3. de for. competen. Ruin. conſ. 66 quia dubia, num. 11. vol. 4. Ancha. conſ. 34. & 98. Alex. conſ. 91. col. 1. vol 2. & in l. quoties num. 5. C. de iud & ibi etiam Iaſ. col. pen. verſ. quid autē, de alia ſpirituali, & Dec. cumulatiſsimè in c. 2. num. 4. de iudicijs, vbi vocat iſtam opinionem communem eſſe. Et idem firmat Hierony. Gratus conſ. 87. nu. 10. vol. 1. & Moder. Bononien. in c. contingit de arbitris. *Cōis opin.*

2 Sed opinio hęc cōmunis limitatur primò non procedere in arbitro, nam compromiſſum de re merè ſpirituali factum in laicum tanquam arbitrum, non valet nęq; tenet, vt firmarunt Ancha. in d. conſ. 34. Alex. in locis pręcitatis, & Guid. Papæ conſ. 144 circa proceſſum diffinitum, nu. 4.

3 Siquidem compromiſſum ipſum in laicum de cauſa ſpirituali, fieri non poteſt aſque authoritate Summi Pontificis, ſecundum Glo. in ver. Spiritualibus, & omnes alios communiter in d. c. contingit, & Hoſtien. in ſumma de arbit. *Cōis opin.*

4 Limitatur itidem ſecundo loco eadem communis locum non obtinere, vbicunq; in compromiſſo facto de re ſpirituali clericus aſſociatur laico, tūc quippè compromiſſum hoc facit laicum ipſum capacem illius actus, quem ſolus exercere nequiret, textus eſt ſingularis in c. per tuas de arbit.

5 Et ſic inutile habilitatur per vtile, vt concludit Abb. ibi in 4. notab.

6 Ex quo infertur, quòd inhabilis toleratur per habilem, textus eſt, & ibi Abb. in c. cum I, & A, in vltimo notab. de re iud.

7 Vbi admiſsio inhabilium teſtium non vitiat proceſſum, ſeu ſententiam, ex quo per habilium dicta poteſt facilè ſuſtineri. Quia vtile per inutile non vitiatur, ſiquidem ſeparabile hoc quippè diſcernitur, regula vtile de reg. iur. in 6. & hoc voluit idem Abb. in ſimili in c. fin. in vltimo not. de procur. & optimè facit quod decidit text. Glo. & Anchar. in Clem. religioſus de procu. & tex. in l. ſi cōmunem ff. quemadmodum ſerui. amit. quē magnifacit Bar. in l. pręcipimus §. eodē obſeruādo C. de appell. Bald. in c. 1. qui. mod. feud. amit. Card. in c. Ioannes de teſta. Abb. in c. cùm dilectus, & in c. fin. de iurepatro. Lap. & Ancharan. in c. vnico eodem titu. lib. 6. & Federic. de Senis conſ. 163.

¶ Et ſic compromiſſum per clericum factum in clericum, & laicum, validum eſt propter clericum; vt diſcurrit, & probat Bathol. Soc. conſil. 168. in primis circa fin. uol. 4. & faciunt notata per Fely in c. 2. de iud.

8 Tertiò interpretatur etiam prælibata communis non habere locum in prælato, cùm compromiſſum in ipſum prælatum de re eccleſiæ, fieri queat, tāquam in arbitrum, ita Abb. & omnes unanimiter in c. cùm olym de reſcrip. *Cōis opin.*

¶ Et ut in arbitratorem etiam, ſecundū Specul. in tit. de arbit. §. fin. Ioan And. in c. inſuper de teſt. & Oldra in conſ 156. primùm quæritur.

9 Vbi ex communi opinione Scribentium concludit etiam, ſub num. 1. quòd Epiſcopus in caſibus ſuæ eccleſiæ iudex eſſe poſsit. *Cōis opin.*

10 Quartò limitatur quoque communis prememorata, ut compromiſſum in laicum de cauſa electionis fieri nequeat modo aliquo, ſecundum Inno. in d. c. contingit in fin. de arbit. & Bald in Mar. in uer. compromiſſum uerſ. 3.

SVMMARIVM.

1 *LOCATOR res coloni illatas in fundum ruſticum habet tacitè obligatas, & dominus res coloni nummis colentis, uel præſtantis aliquam quantitatē frumenti, vel olei, vel partiarij partientis illud quod conuentum eſt, vel diuidentis fructus fundi cum domino inuectas in fundo hypotecatas habere videtur.*

2 *Locator res coloni, vel inquilini illatas, habet tacitè obligatas, nō ſolū pro penſione fundi, vel domus cōductæ, ſed etiam pro deterioratione, aut eius refectione.*

3 *Locatio facta pro mercede in pecunia numerata, ſiu pro penſione in certa ſpecie, tunc locator, & dominus habet res inuectas in re locata tacitè obligatas.*

4 *Locator res alienas illatas in re locata non habet tacitè obligatas pro penſione, etiam ſi res ipſæ inueherentur domino ipſarum rerum præſente, & tacente; ſecundum vnam communem opinionem. Sed ſecundum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem per ſolam ſcientiam inducitur tacita obligatio in re inuecta.*

5 *Locator ad hoc vt habeat tacitè hypotecatas res alienas inuectas in domo conducta, tria debent neceſſariò interuenire; & ſi vnum ex dictis requiſitis deficeret bona ipſa non cenſerentur aliquo modo hypotecata pro penſione.*

6 *Vxoris bona inducta in domo conducta per eius maritum, ſunt tacitè obligata pro penſione, quando vxor poſt mortem ipſius mariti cōmoraretur in tali domo, & tunc etiam teneretur ad ſolutionem pro rata tēporis, pro qua coluit domū, niſi appareret quòd iure familiaritatis cum heredibus mariti ſui habitauerit.*

7 *Locator res inductas in prædijs vrbanis habet tacitè obligatas abſq; ſcientia domini prædij. Sed inuectæ in prædium ruſticum non videntur tacitè hypotecatæ, niſi ita demum ſi dominus ſciat.*

8 *Inſtrumenta, chyrografa, & nomina debitorum illata in domum conductam non videntur tacitè obligata pro penſione locatori.*

OPINIO CXXI.

1 COLONI res illatas in fundũ ruſticum dominus habet tacitè obligatas, §. item Seruiana inſtitut. de actio. Et licèt text. loquatur ſimpliciter, & aliter non aperiat de quibus colonis intelligatur, cùm plures colonorum ſpecies reperiantur, nihilominus habet locum in colono nummis colente, vel colono præſtante aliquam quantitatem frumenti, ac olei, vel in colono partiario partiente illud, quod conuentum eſt, ſeu diuidente fructus fundi cum domino, & ſic dominus omnium iſtorum colonorum res inuectas in fundo hypotecatas habere cenſetur, ſecundum Glo. Fabrum, Aret. Iaſ. num. 11. cum alijs ſeq. Gomeſium, num. 9. & ſeq. & Bellonum, num. 15. & ſeq. in d. §. item Seruiana, vbi oſtendit iſtam opinionem communem eſſe, & cum ea ſentiunt quoque Alex. conſil. 32. col. 1. vol. 1. Soc. in tract. Fallentiarũ in regu. 192. in fin. Bal. & Saly. in l. certi iuris C. locati. & Floria. in l. 2. ff. cod. tit. *Cõis opin.*

2 Hocquè ampliatur, vt coloni, ſeu inquilini res inuectæ non modò obligatæ tacitè ſint, ac appareant pro penſione fundi, ac domus conductæ, ſed pro deterioratione, aut eius refectione etiã, vt voluerunt Bart. in l. ſolutum ſolutam in fin. ff. de pigno. actio. Aret. Iaſ. cum alijs ſignatis per eum, num. 22. Gomeſius, num. 13. & ſeq. & Bellonus, num. 20. in d. §. item Seruiana, vbi narrat iſtam eſſe communem ſententiam, & ſequitur pariter Neguſan. in tract. de pignoribus in 2. par. membro 4. ſub nu. 128. & ſeq. *Cõis opin.*

3 Ampliatur ſimiliter ſecundo loco vt procedat non ſolùm, vbicunque locatio ipſa facta eſſet pro mercede debita in pecunia numerata, verùm ſi facta etiam foret pro penſione debita in certa ſpecie, & per conſequens in propria, ſecundum Glo. & Aret. in d. §. item Seruiana, Cyn. Bal. q. 3. & Saly. in d. l. certi iuris, & Neguſant. cũ reliquis citatis per eum in d. 4. memb. 2. par. ſub num. 138. vbi perhibet iſtam opinionem magis communem, magiſq; veram eſſe. *Cõis opin.*

4 Sed antedicta regula ita ampliata limitatur primùm, vt de plano procedat, quotieſcunq; in fundo, ſeu domo ſunt inuectæ res ipſorum colonorum, verùm ſi illatæ appareant res alienæ ibi per ipſum conductorem, non videntur tacitè hypotecatæ pro penſione, etiam ſi res eſſent alienę, quæ præſente, & tacente domino inueherentur, ſecundum Iacob. de Aret. Cyn. Bald. q. 7. Saly. & cæteros in d. l. certi iuris, Gomeſium in d. §. item Seruiana, num. 24. Bellonum, num. 30. vbi Iaſ. num. 53. cum alijs Doct. mentionatis fatentur iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd per ſolam ſcientiam, patientiamque domini ſine dolo inducatur tacita obligatio in re inuecta, firmauere Glo. fin. in d. l. certi iuris Bart. in l. quæ dotis ff. ſolu. matrim. & in l. 1. ff. de pign. Iaſ. cum cæteris cumulatis per eum in d. §. item Seruiana nu. 53. & Neguſan. in d. 4. memb. 2. par. nu. 152. vbi adijcit etiam hanc eſſe veriorem, communioremq; ſententiam. Sed tutius eſſet iudicio meo in deciſiuis tranſire cum prima opinione Iacob. de Aret. & ſequacium, tanquam æqua, & indubitata, pro qua religioſè votauit, ac iudicauit etiam Sacrum Regium Concilium Neapo. teſte Affl. deciſio. 184. nobilis quidam, vbi num. 4. & Cæſar Vrſillus ibi in addit. nu. 1. & ſeq. *Cõis opin.*

5 Vtiliter declarant poſt alios ſignatos per eum, quòd quatuor requiruntur neceſſariò, vt bona ipſa aliena inducta in domo appareant, & ſint tacite obligata; & quòd ſi vnum ex mentionatis requiſitis deficeret, antedicta bona aliena inuecta in domo conducta non cenſerentur aliquo modo hypotecata pro penſione.

6 Benè verum eſt, quòd bona vxoris inducta in domo conducta per eius virum, ſunt tacitè obligata pro penſione, vbicunq; vxor poſt mortem mariti ſui commoraretur in tali domo locata, & tunc abſque dubio teneretur ad penſionem pro rata temporis, pro qua coluit domum, niſi appareret, quòd iure familiaritatis cùm hæredibus mariti ſui habitauerit, vt iudicauit Sacrum Regium Concilium Neapo. ſecundum Vrſillum in addit. Affl. in d. deciſ. 184. nu. 5. & ſeq.

7 Limitatur ſecundò etiam, vt procedat regula præmiſſa in prædijs vrbanis, nam res illatæ in illis, indiſtinctè cenſentur tacitè obligatæ abſque alia ſcientia domini prædij. Cæterùm inuectæ in prædium ruſticum, nõ intelliguntur tacitè hypotecatæ, niſi ita demũ ſi dominus ſciat, ideò in prędijs ipſis vrbanis inducitur hypoteca abſq; ſcientia domini domus, ſecus autẽ in rebus ruſticis, vt firmauere Glo. & omnes in d. §. itẽ Seruiana, vbi Bellonus recitat iſtam eſſe cõmunem opinionẽ, nu. 26. & Neguſan. in d. 4. mem. 2. par. nu. 145. *Cõis opin.*

8 Limitatur poſtremò, vt inſtrumenta, chirographa, ac nomina debitorum illata in domum conductam, non videantur aliquo modo tacitè obligata pro penſione, ſecũdum Ray. Cyn. & Saly. q. 3. in d. l. certi iuris, Fabrum, Aret. Nicol. de Neap. Iaſ. nu. 41. & Bellonum ſub nu. 30. in d. §. itẽ Seruiana, vbi exclamant iſtam eſſe communem opinionem, ac eidem inhæret quoq; Neguſan. in d. 4. memb. 2. par. ſub nu. 153. & Vrſillus in ſcholijs ad Affl. in d. deciſio. 184. nu. 3. & ſeq. *Cõis opin.*

¶ In alijs vero multis caſibus regulam prædictam limitat, & ampliat Neguſan. in d. 4. memb. 2. par. à nu. 128. vſque ad num. 155.

SVMMARIVM.

1 *CONATVS puniendus eſt in atrocibus delictis.*

Conatus in atrocibus criminibus non eſt puniendus pœna ordinaria perfecti, & conſumati delicti, etiam quòd delinquens peruenerit ad proximũ ipſius delicti

delicti actum, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per conſumantem, quin delictum omnino conſumatum fuerit.

3 *Venenum porrigens, ſeu propinans alicui cauſa occidendi, non ſequuto effectu, ob actum proximum conſumationi criminis, venit pœna extraordinaria puniendus.*

4 *Rapere procurans, vel tentans virginem, honeſtamque mulierem, & deducens rem ad actum proximum contra ipſam mulierem, non ſequuto effectu, & non ſtuprata muliere, punitur extraordinariè.*

5 *Conatus in crimine læſæ maieſtatis punitur pœna ordinaria, dummodò in hoc non fuerit nudus, ſolus, & ſimplex conatus, ſed reductus ad aliquem actum proximum, vel remotum.*

OPINIO CXXI.

1 CONATVS puniendus eſt in atrocioribus delictis, ſecundum Bal. in l. ſi quis non dicam rapere C. de epiſcop. & cleric. per text. ibi, Glo. in ver. Putamus in l. 1. §. hęc autem verba ff. quod quiſque iur. approbatam ibi à Cyno, Roma. & ab alijs communiter, & ibi probat text. cap. 1. de homicid. in 6. & l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. & not. Grammat. in deciſ. 2. nu. 5. & Criminaliſtę omnes varijs in locis. Cōis opin.

2 Sed conatus iſte in atrocioribus criminibus nō punitur pœna ordinaria delicti perfecti, & conſumati, etiam quòd delinquens peruenerit ad proximum ipſius delicti actum, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per conantem, quin delictum omnino conſumatum fuerit, ſecundum Cyn. col. 2. in d. l. ſi quis non dicam, Andream de Iſer. in in cap. 1. §. ſi uerò de Capita. qui curiam vendi. Ang. in tract. maleficio. in Gloſſ. Sempronium mandatorem col. 2. Cæpol. conſil. fin. col. penul. Grammati. d. deciſio. 2. num. 22. & deciſio. 74. num. 12. & in voto 20. Et iſta eſt communis opinio, teſte Catald. de Boncomp. in conſ. 55. num. 58. poſito inter conſilia criminalia diuerſorum in 1. vol. Marſil. conſil. 105. col. 1. & in l. is, qui cum telo C. de ſicar. Grammat. in voto 8. nu. 11. cum alijs ſeq. & Carrer. in pract. crimin. rubr. de homicid. §. 2. nu. 19. Cōis opin.

3 Et primò poteſt tradi exemplum commodum hic in porrigente, ſeu propinante venenum alicui cauſa occidendi, tunc ob actum proximum conſumationi ipſius criminis, non ſequuto effectu, & morte: tradens venenum, vel tentans occidere veneno, uenit pœna extraordinaria puniendus; vt voluerunt Bald. conſ. 443. lib. 3. Ang. in l. 1. §. ſit iniuria ff. de extraordin. crimin. Floria. in l. item ſi obſtetrix ff. ad l. Aquil. Cæpol. in d. conſ. fin. Afflict. in conſtitut. Neapolit. lib. 3. rubr. 41. Alexan. ad Bart. in l. 1. ff. ad l. Pompe. de parrici. Cremen. ſingu. 49. Defenſaui ſemel, Auguſt. in addit. ad Ang. de maleſic. verſ. Et ex interuallo in fin. Marſil. in l. eiuſdem ff. de ſicar. & Pariſ. conſ. 167. num. 13. vol. 4. Grammat. in d. deciſio. 2. ubi refert ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concil. Neapol. & poſtmodum confirmatum per Principem contra ſententiam Magnæ Curiæ Vicariæ in prætorio ſupremo in Ciuitate Neapolis, & iſtam exprimit communem opinionem Carrer. in d. pract. in §. homicidij, nū. 19. & ſequitur ibi, & Fely. in tract. quando conatus puniatur col. 4. & Grammat. in d. deciſ. 74. nu. 16. & ſeq. Cōis opin.

4 Secundò tradi poteſt circa præmiſſa alterum exemplum congruens in raptore virginis, honeſtæq; mulieris, qui ob raptum, ac conatum duntaxat deductum ad actum proximum contra honeſtam mulierem non ſequuto effectu, & conſequenter non ſtuprata, & cognita ipſa muliere, ſed ſolummodò rapta, eſt puniendus ob hoc raptor non pœna l. vnicæ C. de raptu virg. verùm minori pœna, ſecundum Ang. ibi, & Anan. in c. pen. col. pen. de raptor. Dec. conſil. 234. col. fin. Cæpol. conſ. 57. Marſil, conſ. 105. col. 2. Carrer. in d. pract, in titu. de homicid. §. circa num. 285. Grammat. d. deciſ. 2. nu. 29. Et ita ſe habet communis opinio, ſecundum Boer. deciſ. 316. col. 2. & Catald. in d. conſ. 55. nu. 54. Cōis opin.

¶ Contrarium verò in hoc tenuerunt Andr. de Iſer. & Afflict. in conſtitutio. Neapolit. lib. 1. rub. 19. q. 2. Cæterùm fatuum eſſet, ob opinionum iſtorum recedere à memorata communi, tanquam ſacroſancta.

5 In crimine verò atrociſsimo læſæ maieſtatis conatus debet pœna ordinaria puniri d. l. quiſquis Ang. in l. 1. §. hæc verba ff. quòd quiſq; iur. Archid. in c. ſi ergo 17. q. 1. Bar. & Alex. in l. ea mēte ff. de furt. Affl. in conſtitut. mala noxia, Marſil. in d. l. eiuſdem nu. 9. & Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus in tract. de Imperatore quæſt. 118. col. 2.

¶ Et hoc procedit abſq; dubio ubicunq; conatus non fuerit nudus, ſolus, & ſimplex, ſed fuerit deductus ad aliquem actum remotū, ſeu proximum ſine delicti conſumatione, ſecundum cōmunem opinionem amplexam, ab Ang. in d. §. hæc uerba, & à Bal. & And. de Iſer. in c. 1. §. ſi uoluerit de Capit. qui curiam uend. Affl. in conſtit. aſperitatē tallen. 2. & relatam, ac mentionatam per Carrer. in d. §. 2. nu. 15. & per alios pręcitatos. Cōis. opin

SVMMARIVM.

1 *HOMICIDIVM volens committere ex deliberata, & perfecta voluntate, & accedat cum armis hac de cauſa contra Titium, ſi non occidat, nec ei membrum aliquod amputet, quia non potuit, non ob id efficitur irregularis; voluntas enim ſola non facit irregularem.*

2 *Clericum percutere procurans animo deliberatiſſimo, & non percutiat cum re, & effectu, non incurrit excommunicationem; quia ad incurrendum pœnas ex-*

la tergiuerſatione celari poſſit; Sed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuũ ſuperiorẽ ipſam cum effectu non dimittit.

6 *Concubinarij patiuntur triginta pœnas, vltra alias ſuperius adiunctas. In tantùm quòd plura ſint damna, & incommoda concubinatus, quàm pœnæ, quæ poſſent irrogari.*

7 *Concubinarius clericus, poſt monitiones factas, concubinam dimittens, & poſtea publicè reaſſumens dimiſſam, aut aliam, præter pœnam in ſacris veteribus canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitas, excommunicationis gladio plectendus eſt. Et cognitio aduerſus concubinarios ipſos ſpectat ad Epiſcopum, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, procedere poteſt.*

OPINIO CXXIII.

1 CONCVBINARIVS, ſeu fornicator publicus, ac notorius in ſacris ordinibus conſtitutus, eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio, & beneficio, & celebrans ante peractam pœnitentiam efficitur irregularis, ea quidem irregularitate, quæ à ſolo Pontifice deleri poteſt, ſecundum Abb. in cap. veſtra col. 4. de cohabitatio. cleric. & mulier. Hoſtien. in cap. ſi celebrat de cleric. excommunic. miniſ. Syluestr. in ver. Concubinarius §. 4. Anan. col. 1. & Fely. col. 2. in cap. cùm dilectus de accuſatio. Anton. in cap. 1. num. 32. de iudic. Albuenſem in tract. de concubinarijs clericis concluſio. 7. Florentin. in 3. parte titu. 27. cap. 3. Palluda. in 4. ſententiarum diſtinct. 27. quæſt. 4. col. 2. & Diaz. in pract. crimin. in titu. concubinarij cap. 73. & iſtorum opinionem exprimit eſſe communem Ioan. de Imol. in dicto cap. 1. col. 4. Nicolaus Plouius de irregularitate regu. 41. & plerique ex mentionatis Scribent. & Guido Papæ in quæſtio. 558. vbi eam ſequitur, & Concilium Grationopolitanum, ſecundum eandem communem iudicaſſe meminit.

Cõis opin.

2 Et hoc ampliat Florentin. in d. cap. 3. vtiliter, & doctè, allegans Innocen. Hoſtien. Archid. & Anton. quòd non ſolùm ſacerdos, ſed etiam in quocunque ordine conſtitutus, etiam in minori, eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu ſuſpenſus eſt, quandiu in vitio perſeuerat, & interim exequens officia ſua etiam ſemel, irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis diſpenſatione: quod ſequitur quoque Syluestri. in d. verſ. Concubinarius.

3 Et ſtatutum fuit in Concilio Baſilien. in ſeſſione 20. quòd publici concubinarij vſquequò cum eis per ſuos ſuperiores diſpenſatum fuerit, poſt ipſarum concubinarum dimiſsionem, ac manifeſtam vitæ emendationem, ſint inhabiles ad ſuſceptionem quorumcunq; honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum; Si verò poſt huiuſmodi diſpenſationem vomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redierint, quòd abſque ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtent.

4 Sed hic congruenter pro animarum ſalute, & pro amouendo ſcandalum, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur, inquirendum eſt. Vtrùm miſſam audire debeamus ab iſto publico concubinario, & breuiter videtur concludendum, quòd ſic; quoniam licèt in hoc, & circa hoc, ſit valde repræhenſibilis, exemplo tamen IESV CHRISTI redemptoris noſtri, cenſetur permiſſus acceſſus ad miſſam antedicti notorij concubinarij, qui nempè CHRISTVS, nec Iudam, & ſi falſus eſſet diſcipulus, ab Apoſtolatu eiecit, & qui Solem ſuper bonos, malosque oriri facit, cuius actio noſtra eſt inſtructio, & quia nos, cùm laici ſimus de presbyteris iudicare, nec de illorum vita quærere debemus, & hoc modo Nicolaus ad conſolationem Bulg. reſpondiſſe legimus c. conſulendum 29. diſtinct.

¶ Cæterùm hoc non eſt ſimpliciter verum, ideoque pro reſolutione diſtinguendum arbitror ſic, quòd aut concubinatus crimen eſt notorium, vel per ſententiam, vel per concubinarij confeſsionem, ita quòd nulla tergiuerſatione celari poſsit, & tunc abſtinendum eſt ab eo, ſecundum Abb. in d. cap. veſtra col. 3. in 2. 3. & 4. quæſt. Et hoc procedit quoque, quando clericus tenet publicè concubinam, ſicut vxorem, & publicè nutrit filios, ità quòd ipſe minimè audet diffiteri eo caſu, ſecundum Abb. non eſt licitum audiri diuina ab eo, etiam ſine aliqua monitione ſuperioris. Aut eſt occultum, ſicuti eorum, qui ab eccleſia tolerantur, nec operis euidentiam habent, & hoc caſu ab huiuſmodi, quandiu ab eccleſia ipſa tolerantur, diuina miſteria, aliaque eccleſiaſtica ſuſcipere ſacramenta liberè, & licite poſſumus text. eſt in dicto cap. veſtra, & in cap. tua eodem titu. de cohab. cleric. & mulier. & Gloſſ. in cap. nullus 32. diſtinct.

5 Et publici concubinarij, ad dilucidandum præmiſſa; intelligendi ſunt, ſecundum Concilium Baſilien. in dicta ſeſsione 20. non ſolùm hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſsionem in iure factam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari, notorius eſt, verùm etiam, qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem ipſam cum effectu non dimittit.

¶ Contrariam verò partem, videlicet, publicum fornicatorem, ſeu concubinarium irregularem non eſſe, ſi diuina officia celebrauerit tempore ſuſpenſionis, & publici concubinatus, firmauerè Inno. & Ioan. Andr. in dicto

cap. ſi celebrat, Speculator in titu. de diſpenſatione §. iuxta propoſitionis, num. 20. Cardin. in d. cap. veſtra, Archid. in cap. præter §. ad hæc verò 32. diſtin. Ioan. de Imol. in d. c. 1. col. 4. de iudic. & Nicolaus Plouius in d. regul. 41. quorum opinio (iudicio meo) cenſetur magis communis. Cõis opin.

¶ Sed ipſe nunquam auderem iudicare, conſulereque contra priorem ſententiam Abb. & ſequacium communem, quæ citatur ab omnibus ferè contrarium aſſeuerantibus. Et licèt appareat dura nimis, tamen eſt obſeruanda, tanquam communis, & ſacroſancta, quam equidem multum timere deberent omnes, & ſinguli clerici in quocunque ordine conſtituti, & ne illam ignorent, omnibus illis quotidie prædicanda foret.

6 Et præſertim, quia etiam ipſi concubinarij patiuntur triginta alias pœnas, quas connumerat Rebuffus in interpretationibus per eum factis ad d. Concilium Baſilien. quod Concilium inuenies inſertum in concordatis inter Leonem Decimum, & Regem Franciæ. In tantùm quòd plura ſunt damna, & incommoda concubinatus, quàm pœnæ, quæ poſſent irrogari per iudices.

7 Et Concilium Tridentinum ſub Pio Quarto in ſeſſione 25. cap. 14. contra clericos concubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres, de quibus ſuſpicio haberi poſsit in domo, vel extra, confirmauit omnes, & quaſcunque pœnas à ſacris ueteribus canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitas; vbi etiam ſtatuit, quòd ſi clericus concubinarius poſt monitiones factas concubinam dimiſerit, & poſtea dimiſſam, aut aliam publicè reaſſumpſerit, prçter pœnas ibi ſtatutas, excommunicationis gladio plectatur. Et determinauit quoque, quòd cognitio contra, & aduerſus concubinarios ſpectet ad Epiſcopos, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedere valeant, atque poſsint.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS habet de iure dilationem quatuor menſium ad ſoluendum.*

2 *Condemnatus habens dilationem quatrimeſtrem ad ſoluendum, & ea gaudere volens, tenetur à principio condemnationis cauere de ſoluendo tranſactis ipſis quatuor menſibus, aliter poteſt ſtatim capi.*

3 *Dilatio quatrimeſtris ad ſoluendum, non conceditur, nec competit condemnatis ex maleficio, ſeu ex quocunque crimine, etiam ſi in ſententia in cauſa hac criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam, & pecunialiter damnatus.*

4 *Dilatio quatrimeſtris ad ſoluendum iudicatis à lege conceſſa, ceſſat, nec concedi debet, vbicunque facilis eſſet ſolutio iudicati condemnato.*

OPINIO. CXXIIII.

1 CONDEMNATVS habet quatuor menſes ad ſoluendum miſerationis cauſa indultos, l. 2. & 3. in princip. C. de vſur. rei iud. & cap. quærenti, & ibi Glo. & Fely. num. 2. de offic. & poteſta. iud. deleg. Bartol. in l. Adrianus C. de reb. credit. & Alexan. in l. 2. ff. de iu reiur.

2 Sed aduerte, quòd ipſe condemnatus tenetur, & debet à principio cauere quòd ſoluet tranſactis prædictis quatuor menſibus, aliter poteſt ſtatim perſonaliter capi, vt decidit Bartol. & Ang. in l. ſi debitori in fin. per illum text. ff. de iudicijs, & Iaſ. hoc pro ſingulari commendat in l. ſi arrogator col. fin. ff. de adoptio. & in l. 2. in fin. ff. de re iud. & Fely. in c. quod ad conſultationem, ſub num. 9. de re iud. vbi hoc explanat, atque limitat procedere in dilatione miſerationis cauſa à lege elargita, & conceſſa, non autem in alijs dilationibus ex conuentione priuata, & ex alijs quibuſcunque pactis, & contractibus prouenientibus.

3 Cæterùm hoc non procedit in condemnatis ex maleficio, ſeu ex quocunque crimine, quibus regulariter non conceditur, neque competit dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum, etiam ſi in ſententia in cauſa iſta criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam, & pecunialiter damnatus, ſecundum Glo. Bartol. & Fulgo. in l. ſi victum ff. de re iud. Innocen. in d. c. quærenti de offic. deleg. Bald. in l. fin. C. de exequutione rei iudic. & in addit. Specul. in titu. de ſententia, & re iudic. col. 9. in ver. Tertiò fideiuſsit, Alex. num. 18. & ſequen. & Iaſ. num. 16. & ſeq. in l. debitoribus ff. de re iud. vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionem. Cõis opin.

4 Item ipſa dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum iudicatis à lege conceſſa, ceſſaret etiam ſi facilis eſſet ſolutio iudicati condemnato, d. l. debitoribus in prin. veluti, ſi locupletiſsimus fœnerator in modicam ſummam damnatus foret, ſecundum Cyn. Alber. de Roſa. & Iacob. Aret. in l. vnica §. exactio ff. de rei vxo. actio. Fely. in d. c. quod ad conſultationem, ſub num. 9. & ſequen. Aret. Ripam, & alios communiter in l. ita ſtipulatus ff. de verb. obligat. & Nicola. Pignola in addit. Roma. in ſingu. 465. vbi tollit argumenta ipſius Romani, ibi contrarium, & malè aſſeuerantis. Cõis opin.

¶ Et regulam hanc, quòd condemnatis ſoleant à lege miſerationis cauſa concedi quatuor menſes ad ſoluendum, ita declaratam, & limitatam, limitat etiam Fely. in d. c. quçrenti, nu. 2. in ſeptem alijs caſibus.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ex præſumptionibus violentis, & indicijs indubitatis, & vehementiſſimis, non poteſt deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diſſinitiuam in cauſa capitali abſque aliis probationibus, vt corporaliter puniat, ſecus pecuniariter.*

2 *Sententia lata ex præſumptionibus, non tranſit in rem iudicatam.*

3 *Indicia indubitata, quæ dicantur, & qualia ſint, ponitur hic remiſſiuè.*

OPINIO. CXXV.

1 Condemnatio. IVDEX ex præſumptionibus violentis, & indiciis indubitatis, & vehementiſsimis, non poteſt ipſe deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diffinitiuam in cauſa capitali abſque aliis probationibus; & conſequenter huiuſmodi indicia non ſufficiunt ad pœnę corporalis condemnationem, ſed ſolummodo pecuniariæ, ſecundum Gandi. in tract. maleficiorum in rub. de præſump. indubitatis, ex quibus condemnatio ſequi poſsit, Ioan. Andr. in add. Specu. in titu. de probatio. §. uidendum reſtat, Bald. in l. 2. C. de his, quæ pœnæ nomine in teſt. & in l. eius §. 1. ff. de teſta. vbi hoc idem firmant, Franc. de Aret. & omnes, Caſtren. conſ. 197. vol. 2. col. fin. Ang. in l. 2. ff. de fur. Ioan. de Imol. in l. fin. ff. de hęred. inſti. Aret. in tract. malefic. in ver. fama publica. verſi. Quæro an vnum, & Mattheſi. ſingu. 122. & ſeq. Ioan. de Ana. conſ. 59. nu. 2. Iaſ. in l. ſeruum fugitiuum, nu. 29. C. de ſer. fugit. Ioā. de Imol. Cardi. Abb. & Fely. in c. afferte de præſumpt. & ita conſuluit Caſtren. in d. conſ. 197. & Alex. conſ. 116. in fi. vol. 3. & conſ. 15. col. 3. vol. 1. & opinionem iſtorum ſequitur quoque Boeri. deciſio. 164. nu. 6. & ſequitur, approbat, & fatetur æquiorem, & Cōis opin. communiorem Marſil. in repeti. rub. C. de probatio. nu. 252. cum aliis ſeq. Iacobus Nouellus in pract. crim. in rub. de teſtibus, in materia criminali, incipiente Crimina obiecta probanda ſunt, num. 33. & ſeq. Tiraquel. copioſè in tract. de pœnis temperandis cauſa 27. num. 2. 10. & ſeq. vbi eam limitat, & Grammat. deciſio. 96. vbi refert, quòd quidam inquiſitus de homicidio in Magna Curia Vicariæ propter indicia vehementiſsima, & indubitata fuit in eadem condemnatus ad remigandum per ſeptennium, & introducta cauſa iſtius condemnati per remedium appellationis in Sacro Regio Concilio, extitit in eo moderata pœna prędicta, ſeu ſententia Magnę Curiæ, & ſic fuit condemnatus mētionatus homicida inquiſitus per triennium ad remigandum per Sacrum Concilium.

¶ Et licèt multi Docto. aſſeruerint contrariū, quos recenſuit Brunus in tract. de indiciis, & tortura in 4. q. 1. partis, nu. 13. Marſil. in d. rubr. de probatio. nu. 253. & Boeri. in d. deciſio. 164. nume. 1. cum aliis ſeq. Tamen quicquid iſti ſuadeāt fatuum quidem eſſet, & inhumanum in actu practico recedere à dicta communi.

2 Imò ſi Iudex ſententiam ferret ex pręſumptionibus certè, & abſque dubio aliquo non tranſiret in rem iudicatam, vt habetur in l. ſi ij, qui adulterij de adult. Secundum communem intellectum de quo per Fely. poſt alios in c. propoſuiſti, de probatio.

3 Et quæ dicantur indicia indubitata, & qualia & quæ ſint, declarant Criminaliſtę in locis præcitatis, & Marſil. in d. rub. de probatio. nu. 253.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS ad mortem, ſeù ad quamcunque aliam pœnam, ſi tempore, quo ducitur ad ſupplicium deſtinatum fugeret, et apprehenderet ſacerdotem portantem corpus Chriſti per Ciuitatem, eſt immunis, & tutus ab illa pœna dūmodo recurrat ad ipſum, & accipiat communionem.*

2 *Condemnatus ad mortem, ſi tempore, quo ducitur ad ſupplicium apponeret in eius capite pileum ſuum Cardinalis, erit liber; nam Cardinalis habet priuilegium liberandi ipſum condemnatum à pœna mortis apponendo ſuum pileum in capite condemnati.*

3 *Priuilegium conceſſum nobili, quòd poſſit eripere damnatum ad mortem tranſientem ante domum ipſius, valet.*

4 *Condemnatus ad mortem, ſi vellet ducere in vxorem meretricem exiſtentem in lupanari liberatur. Sed hoc potius procedit de conſuetudine, quàm de iure, & ita obſeruatur in Hyſpania.*

5 *Meretricem trahens è lupanari, & accipiens in vxorem, conſequitur remiſſionem omnium peccatorum, & non eſt culpandus, ſed laudandus, etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis, & famę, & ſine culpa aliqua.*

6 *Meretricem ducens in uxorem, facit ceſſare pœnam, & ſolemnitatem iuris humani; nam quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege humana. Et tunc videtur redemptum corpus, & anima meretricis à peccato, & à diaboli captiuitate.*

7 *Meretrices extractæ à lupanari, & in matrimonio copulatæ, habent tutam ſpem vitæ æternæ.*

8 *Degradatus actualiter matrimonium contrahere non poteſt.*

9 *Degradatus incontinenti amittit priuilegium clericale. Et efficitur de foro ſeculari. Et deſinit eſſe clericus.*

10 *Degradatus poſt degradationem de facto celebrans, conficit verum corpus Chriſti. Et tenetur dicere officium, non tamen cum Dominus Vobiſcum, & cum alia ſolemnitate.*

11 *Degradatus moriens, reſuſcitanſque poſtea, non eſt iterum ordinandus.*

12 *Condemnatus ad furcas liberari debet ſi laqueo fracto in terram cadat, ex quo videtur miraculosè factum. Si tamen prius fuerit proteſtatus de ſua innocentia.*

13 *Metus inſtantis periculi, & mortis, excuſat delinquentem à pœna capitali.*

OPI-

OPINIO. CXXVI.

1 CONDEMNATVS ad mortem,ſeu ad quamcunque aliam pœnam,tempore, quo proficiſcitur ad furcas, vel ad aliud ſupplicium deſtinatum,ſi arriperet fugã,& acciperet ſacerdotem portantem per Ciuitatem Corpus Chriſti abſque aliquo dubio eſſet immunis, ac tutus ab illa pœna, vt per Glo.in c. quęſitum 13.q.2.quam ſequuntur Archidia.ibi,Hoſtien.in ſumma de immuni. eccleſ.Cardi.in Clemen.1.5.inſtitutione in fi. de reliq. & vener.ſanct. Corſet. in ſingu in ver. Car- Cõis opin. dinalis,& communiter omnes Canoniſtæ in c. ſanè de electio.Roma ſingu.335.Cotta in memorali in ver.Rationis idemtitas Alberti.in c. 1. de hęreti.in 6.nu.18. & Raynaldus Corſus in addit. Oldradi in conſ.54.incip. Aufugiens in litera C. & iſtam eſſe communem opinionem ſcribit Gomeſi. in §.pœnales,nu.50.inſtitu.de actio.Ioã. de Arnono in ſol loquio 80. Dictat capitulum Regni,cuius eſt initium,& Ioan.Lupi in rub.de donatio.inter vir.& vxo.§.38.nu.5.

¶ Quod verum eſt, dummodò ad ipſum corpus Chriſti recurrat,& ſuſcepiſſet communionẽ, vt habetur per Fely.in c.quærenti de offic.deleg. & per Cottam in memorali in verbo Rationis idemtitas circa finem.

2 Similiterque priuilegium Cardinalis liberat antedictum condemnatum à morte;nam Cardinales habent priuilegium,vt ſi condemnatus ad mortem ducatur ad ſupplicium, & ei fiat obuiã Cardinalis ipſe, & pileum appoſuerit in capite eius,non poteſt exequi ſententia ad mortem,ſed liberatur,ita Alber.Bal.Paul.de Caſt.Saly.& alij omnes in l.addictos, C. de appellatio. Amodeus Iuſtinus in tract. ſyndicatus,num.253.Marſil.in rub.ff.de falſis,nu.13. Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus in tract. de Imperatore. q.67.nu.3.Pet. à Plaza cum aliis aggregatis per eum in epito.cauſarum crimina.lib.1.c.34.& Illuſtriſsimus D. Card. Albanus in lucubrationibus ad Bar.in l.ſeruus,nu.2.& ſeq.ff.de leg.1.vbi ſubtiliſsimè,atque doctiſsimè remouet,ac penitus tollit, ſolita naturali facundia ſua,omnia con- Cõis opin. traria,& planum facit iſtam eſſe cõmunem opinionem,& Zaſius in §.pœnales,nu.32.inſtitu. de actio. qui ibi hoc ampliat procedere etiam in Comitibus,& Baronibus,& abſque ratione, & fundamento vllo quidem, & Cotta in memorali in ver.Cardinales, & Pet. Duennas in regu.81. vbi ponit hoc pro regula cum ſex limitationibus remiſsiuè.Ideoque dat cautelam Cępol.in 2. caute.in prin.vt condemnatus procuret, vt Cardinalis tranſeat per viam,per quam ducitur ipſe condemnatus, & obuiam ſibi faciat, & apponat in cõdemnati capite pileum,& erit liber,vt per Paridem de Puteo in tract.ſyndicatus in ver.Pœna, verſ.An ſi primò, & huic opinioni inhæret quoq; eam limitando,conſumatiſsimus D. Vincentius Maxilla in cõſuetudinibus Ciuitatis Bari in procemio,nu.211.cum aliis ſeq. vbi firmat huiuſmodi priuilegium conceſſum Cardinalibus valere, & tenere, ſed principem concedentem peccare.

3 Et concludit etiam inibi,nu.208.cum aliis ſequen. valere priuilegium conceſſum per Principem alicui nobili, quòd poſsit eripere damnatũ ad mortem tranſeuntem ante domum ipſius, cótra And.de Iſer.contrarium aſſeuerantem in tit. quæ ſint rega. in ver. Et bona committentium, col. 1. Et ita uidimus compluribus quippè vicibus de facto obſeruari in aliquibus Ciuitatibus Italiæ.

4 Tertiò etiam liberatur condemnatus ad mortem,ſi vellet meretricem exiſtentem in lupanari ducere in uxorem, vt per Paridem de Puteo in citato uerſ.An ſi primo, & in uerſ.Et alia; quę non omitto,vbi ait hoc iure non probari, ſed tantùm quod peccata omnia ſibi dimittuntur,& ita practicant Hyſpani, & obſeruant, vt ibi per eum,& ita concludit quoque Neuiza. in Sylua nuptiali lib. 4. ſub nu. 33. ubi refert ſimiliter hoc potius de conſuetudine quàm de iure communi procedere.

¶ Sed nota,quòd quidam pulcherrimus Iuuenis Hyſpanus dum eſſet depræhenſus in Palatio Catholici Regis Hyſpaniarũ nocturno tẽpore ſuperioribus annis,qui philocaptus amore cuiuſdã famulæ eiuſdem Regis procurabat eam oſculari, & ducere poſtmodum in vxorem, tamen ſtatim eo reperto: motu proprio fuit condemnatus ad mortem,& dum ducebatur ad ſupplicium,meretrix quædam, ſed ſenex, & turpiſsimi corporis obuiam ei fecit, & procurauit ipſum condemnatum accipere in virum ſuum;Nihilominus idem iuuenis, etiam quod ſciret poſſe euadere ducendo dictam meretricem in vxorem, inſpiciendo eius turpitudinem vultus,dum ſedebat ſuper aſinũ,dixit carnifici *tocca,tocca preſto l'aſino*, quia potius mori volo,quàm ducere meretricem in vxorem,quod audiens Rex iuſsit,vt iſte iuuenis relaxaretur in ſuam priſtinam libertatem,& pariter ſibi traderetur in vxorem antedicta famula.

5 Meretricem enim,aduerte, tradere de lupanari,& accipere in vxorem ꝑficit ad remiſsionem peccatorum c. inter opera de ſponſa.Imò ſecundum Card. & Præpoſi.ibi hoc opus exercenti remiſsio peccatorum omnium cõceditur,licèt iſtis Doctoribus,& malè refragetur Abb. nam Oſeas Propheta duxit meretricem in vxorem, & illam ex mala bonam fecit, & qui hoc fecerit, non eſt culpandus ſed laudandus, etiam ſi eſſet homo optimę qualitatis, & abſque culpa aliqua,& non eſt culpandus Oſeas Propheta 32.q. 1. faciunt not. per Alberi.in dictionario in verſ. Meretrix, & per Couarruu. in epito.de teſtamen. in 2. par. c.8.§.11.nu.3.fol.par.194. & profuſius per Neuizanum in loco præcitato.

6 Facit

6 Facit text. & Glo.in l. ſi ea quæ C. de adulter. & ſolemnitas iuris humani,& pœna ceſſat,puta, quando aliquis ducit puellam meretricẽ in vxorem, vt bonam reddat,& amplius non peccet,ſecundum Abb.conſ.11.in cauſa nu.1.vol.1.c. relatum de teſtamen.Quæ enim ſpiritu Dei aguntur,non ſunt ſub lege humana c. licèt de regula Abb.d.conſ.11.col.1. tunc enim uidetur redemptum corpus,& anima puellæ à peccato, & à diaboli captiuitate, ergò ceſſat ſolemnitas & pœna iuris.

7 Imò iſtę meretrices taliter reuerſę, ad meliorem frugem,tutam ſpem habent vitæ æternæ,ſecundum Mattheum 21.publicani,& meretrices præcedent vos in regno cælorum.

8 Sed iſta opinio non procederet quippè in clerico,ſeu alio religioſo: nam clericus ipſe actualiter degradatus, matrimonium contrahere nequiret,ſecundum Abb.in c.1.nu.11. qui cle. vel vo.

9 Quia licèt ille incontinenti per huiuſmodi degradationem actualem perdat quodcunque clericale priuilegium, efficiaturque de foro ſeculari,c.degradatio de pœnis lib. 6. Abb. in c. nouimus de verb.ſign.Dec.in c.cùm non ab homine, nume.68.de iud.& Rolan.à Valle cõſ.24.in cauſa præſentis proceſſus, ſub num.10. & ſeq.vol.1. Imò etiam deſinat eſſe clericus, teſte Abb. in c. cùm ſit proprium,nu.7.de cond.appo.

10 Tamen ſemper remanet character, ratione cuius,ſi de facto celebraret,conficeret nempè verum corpus Chriſti,vt concedit Ioan.And.in Nouel.ibi,& Abb.in d.c.1. ſub num. 11. qui clerici, vel vouentes,matrim. contrahere poſsint, & ita firmant conſtanter,& communiter omnes Theologi,atteſtante Abb.in d.c. 1.in fin.& præſertim S.Thom.in 3.q.83.art.8.concludens ibi,ꝙ poteſtas cõſecrãdi euchariſtiã pertinet ad characterẽ ſacerdotalis ordinis, character autem quilibet, qui cum quadam conſecratione datur,indelebilis eſt, ſicut quarumcunque rerum conſecrationes perpetuæ ſunt, nec amitti, nec reintegrari quidem poſſunt.Vnde manifeſta res extat,quòd poteſtas conſecrandi,non amittitur per degradationem, & tenetur dubio procul,ſi in ſacris erat, dicere officium,c. dolentes de celebra. miſſ. non tamen cũ Dominus Vobiſcũ, vel alia ſolẽnitate.

Cõis opin.

11 Et ratio huius communis ſententiæ Theologorum aſsignari poſſet iſthæc: nam degradatio non amouet characteres de anima modo aliquo. Et hinc eſt,quòd ſi degradatus moriretur,& poſtmodum reſurgeret, non deberet iterum ordinari,ſecundum Gloſ. in c.2.32.q. 7. Sicu. in c. non poteſt de re iud.& Ioan.Bertachi.in tract.de epiſco.in vlti.par.& Doct.in d.c.degradatio.

¶ In contrariam verò partem, videlicet,quòd degradatus de facto celebrans poſt degradationem, non conficiat corpus Chriſti, inclinarunt Gemi.& Celſus ibi in apoſtil. in d. c. 2. de pœnis lib.6. Sed quicquid Doct.iſti fabulentur, noli aliter recedere à communi præmemorata tanquã pia, ſacroſancta, & fundata in illa viua ratione, quòd degradatus nullatenus amittat characterem,tanquam in anima realiter impreſſum, atque indelebilem.

12 Quartò condemnatus ad mortem liberatur propter miraculum,vt per Lucam de Penna in l. 1.C.de deſer.& occul.lib.12. & Dec.in l. fauorabiliores ff.de regu.iur. vbi ponunt exemplum de eo,qui ſuſpenditur ad furcas, & laqueus confrangitur,& cecidit ſuſpenſus in terram,tunc proculdubio erit liberandus condemnatus ad mortẽ, ex quo videtur miraculoſè factum, & eſt maximum innocentiæ ſignum,Hocque intelligit Deci.vbi ſupra,ſi prius fuerit proteſtatus de ſua innocentia,vt per Paridem de Puteo in d. uer. pœnæ verſ.An ſi,il 2. per dictum Pſal. Laqueus cõtritus eſt,& nos liberati ſumus, & per criminaliſtas omnes variis in locis iuris noſtri.

13 Quintò metus inſtantis periculi,& mortis excuſat delinquentem à capitali pœna, ideoque ſi quis Tirannus, aut potens dicat alicui non potenti,occidas talem, aliàs occidam te,& ille reperiretur in huiuſmodi conſtitutus periculo, & calamitate, quòd ſi eius iuſſum non adimpleret, mitteret minas ad effectum, tunc ſi aliter euadere non poſſet vitam ſuam occidendo, excuſatur ſi occidat, nec vtique aliqua pœna punitur propter mortis periculum,ſecundum Bal.& Alex.in l.liber homo ff.ad l.Aquil.& Floria.ibi in prin. in l.quod dicitur,ff.ad l.Aquil.in l.1.ff.de ſicar.Pet. & Cyn.in l.ſcientia §.qui cùm aliter ff.ad l.Aqui. Bal.in l.1.q.2. C. vnde vi, in l.ſeruos C. ad l. Iul. de vi.& in c.1.§. iniuria col.fin.de pace tenenda, Gandi.in rub.de pœn.col.penult. Glo.in l. ſi familia communis, in uerſ. Et ſi ſeruus ff. ſi famil. fur.fe.Cæpol.caute.4.& 40.Ioan.de Lig.in tract. de bello fol.125.Fely. in c. ſignificaſti, il 2. circa fin.de homic.Curti. conſ.20. Iaſ. in §.mitius col. antepen.inſtitu.de actio.Deci.conſ.336.& in regula velle nõ creditur ff.de regu.iur.& in l. quod iuſſu cod.tit. & in l. vt vim ff.de iuſti.& iure, vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Marſi. conſ.25.Corſetus in ſingu.in ver.Metus,vbi etiã hanc fatetur communem,& ſequendam,& Grãmati.voto 28.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *SVCCESSOR ſingularis, vel emptor poteſt expellere conductorem.*

2 *Succeſſor nõ tenetur ſtare locationi factę per Rectorem,ſeu Prelatum eius predeceſſorem nomine proprio, non autem eccleſię; quia locatio ipſa ſpirat per locantis mortem.*

3 *Succeſſor non debet ſtare locationi factę per Prælatum eius predeceſſorem nomine eccleſiæ, ſed ad eius commodum,niſi eſſet ipſi eccleſię vtilis locatio.*

4 *Succeſſor ſingularis poteſt expellere colonum partiarium,& conductorem,tamen ipſi regreſſum habebũt pro eorum intereſſe contra locatorem, & dominum.*

5 *Con-*

5 *Conductioni, ac locationi nondum finitæ, ſtare non tenetur creditor, vbicunque res locata executa eſſet ad ipſius inſtantiam pro debito domini locatoris, & ſeruatis ſeruandis foret pro ipſo credito per iudicem data, & adiudicata eidem creditori in ſolutũ, & pro ſoluto.*

6 *Succeſſor ſingularis non poteſt expellere conductorem, ſeu colonum, durante tempore affictus, vbicunque fecit in inueſtitura, & contractu ſpecialiter obligari bona conducta, vel bona omnia ipſius locantis, ſecundũ vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram ſententiam, ſimiliter communem contrariam, ſucceſſor ſingularis ſtatim quòd offert ſuum intereſſe colono fundum hypotecatum habenti, poteſt ipſum expellere; licèt res ipſa poſſit à conductore retineri, donec ſibi ab emptore, & ſingulari ſucceſſore ſoluatur intereſſe.*

7 *Succeſſor ſingularis, ſeu emptor tenetur ſtare locationi de conſuetudine, quæ viget, & obſeruatur inter Hebræos.*

8 *Vxor non tenetur præciſè ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus, tempore quo erat dominus dotis.*

9 *Succeſſor ſingularis, ac emptor tenetur ſtare locationi, vbicunque habuiſſet notitiam locationis rei ſibi venditæ, alteri factæ.*

10 *Conductor poteſt expelli de re locata per ſingularem ſucceſſorem, & emptorem non obſtante iuramento interpoſito in ipſa locatione per locantem.*

11 *Iuramentum præciſè obligat iurantem ad factum, quãdo is qui factum promiſit facultatem faciendi habuerit, ſecus ſi amplius facere non poſſet; quia iuramentum non obligat ad impoſſibilia, & tunc præciſè debet adimpleri, quando commodè poteſt adimpleri.*

12 *Iuramentum ſemper intelligitur, vt ſit ſeruandum omni meliori modo, quo poteſt.*

13 *Iuramentum ſi præciſè adimpleri non potuit, ſed ſolùm certo modo, putà ſoluendo intereſſe, debet ſufficere.*

14 *Iuramentum ſuum in contractu appoſitum non obſeruans, licèt commodo contractus indignus efficiatur, nihilominus hoc verum eſt, quando contractu, & contentis in eo ad ſuum fauorem vti vellet contra illum, cum quo contraxit, ſeu cui promiſit, & iurauit.*

15 *Succeſſori ſingulari, & contra ſingularem ſucceſſorem non competit ius perſonale ex legibus reſultans. Et conſequenter remedium l. ſi quis maior C. de tranſactio. & aliud ſimile ad excludendum uolentem agere, vel excipere ex contractu, ad ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*

16 *Iuramentum cùm perſonale ſit, perſonam iurantis non excedit. Et conſequenter ad ſingularem ſucceſſorem actiuè, & paſſiuè non tranſit, niſi etiam ſucceſſoribus eſſet iuratum, & promiſſum.*

OPINIO CXXVII.

1 CONDVCTOREM expellere poteſt emptor, vel ſucceſſor ſingularis l. emptorem C. locat. vbi text. Glo. & Bart. & Natta conſ. 426. quamuis regulariter emptor, num. 1. vol. 2. Io. Cæphalus conſ. 254. præſupponitur in facto monaſterium nu. 7. vol. 2. vbi deducit iſtam eſſe receptiſsimam regulam, & Berous conſ. 2. in cauſa Dauid, num. 10. vol. 1. *Cõis opin.*

2 Imò Rector, ſeu Prælatus quoque tempore ſui officij locans nomine proprio, & non eccleſiæ, huiuſmodi locationi ſucceſſor ſtare non tenetur, cæterùm locatio ipſa ſpirat ob locantis mortem, ſecundum Glo. communiter approbatam in c. fin. ne prælati vices ſuas, & Ant. de Butrio ibi ſub num 6. & ſeq. Anchara. conſ. 16. Rotam Roma. in nouis deciſ. 232. Abb. in quæſt. incipiente Sẽpronius clericus in quinto dubio, Caſtren. conſil. 2. vol. 1. & Soc. conſ. 34 vol. 3. vbi meminit iſtorum ſententiam eſſe communem. *Cõis opin.*

3 Et in tantùm hoc procedit, quòd ſi prælatus nomine eccleſiæ etiam, & ad eius commodum locaſſet bona eccleſiæ, ſucceſſor tunc cogi nequit huic locationi ſtare, niſi eſſet ipſi eccleſiæ vtilis, ſecundum Glo. communiter ibi ab omnibus receptam, vt per Abb. & Ana. col. 4. in d. c. fin. & Beroum in c. 1. nu. 53. cum alijs ſeq. de in integ. reſtit. & Soc. in d. conſ. 34. col. 3. in quibus quidem locis conantur antedicti Doct. reducere ad concordiam opinionem Anto. in d. c. fin. & ſequaciũ contrariam, quæ conſonantia ſemper mihi placuit, & hortor ſummopere fore eam ſequendam, amplectendamq; in deciſiuis, tanquam æquam, veram, & rationabilem. *Cõis opin.*

4 Imò aduerte, quòd ipſe quoque ſucceſſor ſingularis poſſet expellere colonum partiarium, vt voluit Roma. conſ. 309. Tamen colonus, ac conductor regreſſum habebunt pro eorum intereſſe cõtra locatorem, & Dominum, l. qui fundum, vbi text. Caſtren. & Doct. ff. locati.

5 Ampliatur etiam antedicta regula, vbicunq; res aliqua locata eſſet, & poſtmodum exequuta ad inſtantiam creditoris pro debito Domini locatoris, & ſeruatis ſeruandis foret pro ipſo credito per iudicem data, ac adiudicata inſolutum, & pro ſoluto cum poſſeſsione creditori memorato; tunc ipſe creditor poſſet expellere de re conducta conductorem, nec eius conductioni nondum finitæ ſtare teneretur, vt doctiſsimè more ſuo conſuluit D. Cęphalus in d. conſil. 254. per totum.

6 Sed vbicunque conductor, ſeu colonus in inueſtitura, & contractu ſpecialiter obligari ſibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis, nõ poſſet expelli ab emente, vel acquirente rem locatã aliquo modo, ſecundum Bar. Bald. & Saly. in d. l. emptorem, Caſt. in l. ſi merces §. 1. ff. locat. Imol. Aret. & Alex. in l. qui abſenti §. 1. ff. de acquiren. hæred. Abb. col. pen. & Ana. num. 9. in c. quærelã ne prælati vices ſuas, Aret. & Iaſ. in §. fin. inſtitu. de locat. & conducto, Corne. conſ. 6. vol. 4. Crot. in l. filiusfam. §. Diui ſol. 10. ff. de leg. 1. Neguſan. in tract. de pignoribus in 1. membro 2. partis nu. 6. fol. 4. & Guid. Papæ in quæſt. 480. Et iſta eſt cõmunis opinio, teſte Grato conſ. 95. quidam, nu. 12. vol. *Cõis opin.*

12. vol. 1. quam declarat, & ſequitur quoq; Couarr. in tract. reſolutionum lib. 2. c. 15. num. 3. & ita in proprijs terminis conſuluit Ioã. de Amicis conſ. 113. Doctor præſtantiſsime, & Berous etiã conſ. 135. viſo inſtrumento locationis, nu. 7. cum alijs ſeq. vol. 1.

¶ Sed aduerte, quòd non eſt facienda vis, ſeu fundamentum in præmiſſa communi opinione; quia hypoteca iſta, aut ſpecialis, aut generalis ſit, nihilominus ſufficit, etiam ſine alienationis prohibitione, habetq; tunc effectum, vt res poſſit à conductore retineri, donec ſibi ab emptore, & ſingulari ſucceſſore ſoluatur intereſſe, & ſic in caſu iſto non requiritur ſpecialis hypoteca, & ſtatim quòd ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe colono habenti fundum hypotecatum, poteſt eum expellere, ſecundum Bar. in d. l. emptorem, quem omnes ibi communiter ſequuntur, Caſtr. in l. nihil §. fin. ff. de leg. 1. Corne. in d. conſ. 6. Ang. conſ. 245. nu. 6. & Ruinus conſ. 180. num. 18. vol. 1. & iſtorum opinionem refert eſſe communem Neguſan. in d. tract. de pignoribus in 1. memb. 2. par. num. 6. & ſeq. & Natta in d. conſil. 426. ſub num. 3. Rolan. à Valle conſ. 6. num. 10. vol. 1. vbi ita conſuluit. Cæterùm opinio hæc ita dubia apparet, vt ex ea veritas vlla percipi non poſsit, ideò autumarem illam de plano procedere poſſe, vbicunq; venditor promitteret non alienare in præiudicium conductoris, tunc enim conductor ipſe expelli nequiret, durante tempore conductionis, ita Bald. & Saly. in l. ea lege C. de condit. ob cauſ. & Gozad. conſ. 78. num. 7.

Cõis opin.

7 Limitatur etiam ſecundo loco mentionata regula non procedere, vbicunque extaret conſuetudo in contrarium, prout extat inter Iudæos, vt inter eos emptor locatori ſtare teneatur, quę cõſuetudo inter ipſos Iudæos ſeruanda eſt, vt conſuluit Calder. conſ. 10. in tit. de conſt. & conſ. 30. de teſt. Gozad. conſ. 24. num. 10. & Berous in d. conſil. 2.

8 Interpretaturq; vlterius regula prædicta non habere locum ſimiliter in vxore, quæ præciſè nõ tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore, quo ipſe erat dominus dotis, vt voluit Bart. per illum text. in l. ſi filiusfam. §. fin. ff. ſolu. matrimo. cum quo ſentiunt ibi Imol. Cuma. Roma. & Caſtren. Cyn. & Saly. in d. l. emptorem, & Alber. in l. diuortio, num. 2. ff. ſoluto matrim. & iſtam ponit eſſe communem opinionem Couarr. in loco præcitato, nu. 4. vbi contradictores citat, & eorum rationibus reſpondere nititur.

Cõis opin.

9 Item limitatur memorata regula non habere locum, vbicunque emptor habuiſſet notitiam locationis rei ſibi venditæ alteri factæ, tunc enim expelli conductor ab emptore non poſſet, ſed ſtare teneretur dictæ locationi emptor ipſe, donec erit finita locatio, vt conſuluit Berous in d. conſ. 2. num. 15. & ſeq.

10 Limitatur etiam eadem regula non procedere, quando in inſtrumento locationis eſſet appoſitum iuramentum per dominum locatorem, tunc quippè conductor vigore huius iuramenti non poſſet expelli à re conducta per emptorem, & ſingularem ſucceſſorem, vt conſuluerunt Soc. Sen. conſ. 90. viſis quibuſdam actis, num. 10. vol. 4. Natta conſ. 426. quamuis regulariter emptor, num. 4. cum alijs ſeq. vol. 2. Gozad. conſ. 24. quęritur an Dauid ſub num. 9. & 22. & conſ. 100. circa ea quæ deduxi, ſub num. 24. & ſeq. & Rolan. à Valle conſ. 6. quoniam viam ferro aperit, nu. 29. cum alijs ſeq. uol. 1. qui omnes in mentionatis locis pręſupponunt ita firmauiſſe in terminis Ant. de But. in d. c. fin. ne prælati vices ſuas.

¶ Tamen pace tantorum Patruum, omnes ſupine errauerunt, eſtò quòd Anto. de But. ibi, hoc non dicit, ſed num. 4. ibidem firmat ſolummodò, & optimo quidem iure, quòd locator reuocat locationem factam cum iuramento infra tempus promiſſum, & determinatum in inſtrumento locationis, tunc præciſè comppelleretur ad factum vigore iuramenti de iure canonico.

¶ Vndè nos etiam concedimus, quòd vbicunque ageretur inter locatorem, & conductorem, quòd ob iuramentum recedi non poſsit à locatione per locatorem durante tẽpore conductionis, ſed quando venderetur res locata infra tempus locationis, tunc ſtante etiam iuramento emptor ſtare nõ teneretur antedictæ locationi; quia iuramentum pręſtitum per locatorem ad ipſum emptorem tanquam extraneum non tranſiret. Et quia etiam conductor ſtante venditione rei locatæ, nullum amplius ius habet in re, ſed dumtaxat habet obligatam perſonam domini locantis; meritò igitur emptor non cogitur ſtare locationi; vt uoluit Bar. in d. l. emptorem.

¶ Ideo non immeritò doctiſsimus, & eminentiſsimus Canoniſta D. Couarruuias in d. c. 15. ſub num. 7. ſub verſ. Secundum hic deducitur, aduertit dictam opinionem Soc. & ſequacium eſſe dubiam, reddendo ibi optimam rationem; quia cũ non tractetur de iuramenti vinculo reſpectu iurantis, ſeu eius hæredis vniuerſalis, eius promiſſioni ſtandum non eſſet.

¶ Et dum eueniret in facto caſus iſte de menſe Februarij inſtantis anni 1572. in Curia noſtra inter Magnificum Ioannem Baptiſtam Viuium patruum meum, & Cæſarem de Vigintiquatuor, & fratres, extitit poſt longam diſcuſsionem, & diſputationem per D. Thomam de Sico de Ciuitate Campaniæ virum vndecunque perſpicaciſsimum, & integerrimum, exiſtentem tunc iudicẽ mentionatæ Curiæ Aquilanæ, iudicatum contra Soc. & alios ſequaces, videlicet, quòd conductor poterat, & debebat expelli de re locata, durante locatione ob venditionem factam, non obſtante iuramento interpoſito in dicta locatione; & poſt modum audiui ita etiam in facti contingentia fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapol. annis ſuperioribus in quadã cauſa vertẽte tunc inter

inter magnificos Petrum Paulum de Antonellis, & Marcum Antonium de Riuera conciues meos, & concurrendo cum hac vltima opinione tanquam ſacroſancta.

11 Non obſtat, quòd iuramentum præciſè quem ad factum obliget, Glo. in l. pecuniam ff. de condit. ob cauſam, quia reſpondetur illud eſſe verũ, quando is, qui factum promiſit facultatem faciendi habuit, & ita loquitur illa Glo. ſecus ſi am plius facere non poſſet; quia iuramentum non obligat ad impoſsibilia, & tunc præciſè debet adimpleri, quando cõmodè poteſt adimpleri; Sicut dicitur de venditore per doctrinam Bal. in l. vnica col. pen. C. de ſent. quæ pro eo q̃d intereſt.

12 Item quia iuramentum ſemper intelligitur, vt ſit ſeruãdum omni meliori modo, quo poteſt, l. cùm pater §. filius matrem ff. de leg. 2. Alex. & alij in l. 1. §. ſi quis ita col. 3. ff. de verb. oblig.

13 Ergò ſi præciſè adimpleri non potuit, ſed ſolùm certo modo, putà ſoluendo intereſſe, ſufficere debet, veluti etiã fuit de mente Alex. & Doct. communiter in l. ſtipulationes non diuiduntur q. 8. ff. de verb. oblig. & habetur per Pariſ. conſil. 110. nu. 32. vol. 1. & Alex. conſ. 69. col. 1. vol. 4. Cõis opin.

14 Et licèt ille, qui iuramentum ſuum in contractu appoſitum non obſeruauit, omni commodo contractus indignus efficiatur, l. ſi quis maior C. de tranſactio. tamen hoc nihil obſtat; quia hoc verum eſt, quando contractu, & contentis in eo ad ſuum fauorem vti vellet contra illum, cũ quo contraxit, ſeu cui promiſit, & iurauit, & ita propriè loquitur d. l. ſi quis maior, l. Iulianus §. offerri ff. de actio. emp. & l. quæro §. inter locatorem ff. locati; ſecus verò ſi inſtrumento, & contentis in eo ad ſui fauorem vti vellet contra tertium, & ſingularem ſucceſſorem, cauſam etiam à contrahente habentem; quia hoc agere non poſſet, ſtante quòd hoc iure cautum non reperitur, niſi quãdo quis vti inſtrumento contra ſecum contrahẽtem vellet, vt in antedictis iuribus; & propterea hoc ad alium caſum, aliamq; perſonam extendi non debet, cùm ſapiat pœnam, & odium, d. l. ſi quis maior, & d. §. inter locatorem, cum ibi not. iunctis ijs quæ habẽtur in c. cùm inter de excep. & c. in pœnis de reg. iur. in 6.

15 Tum quia ius iſtud, quod ex mentionatis legibus reſultat, dicitur eſſe perſonale, quod ſolùm contrahentibus, & contra contrahentes, & non tertio, nec ſingulari ſucceſſori, etiam à contrahẽte ſimpliciter abſq; iurium, & actionum ceſsione cauſam habenti cõpetit, vt voluit Alex. conſ. 92. col. 2. vol. 1. vbi determinat remedium d. l. ſi quis maior, & aliud ſimile ad excludendũ volentem agere, vel excipere ex contractu ad ſingularem ſucceſſorẽ, non transire l. fin. ff. de cõtrahen. empt. l. 1. §. ſi hęres, cũ alijs quę Alex. ibi allegat.

16 Cùm ergò hoc ius reſultet ex iuramento, non debet, nec poteſt tranſire contra emptorem, ſeu ſingularem ſucceſſorẽ; nã promiſsiones ſunt perſonales, & iuramẽtũ quoq; eſt perſonale, nec perſonam excedit, & conſequenter ad ſingularẽ ſucceſſorẽ actiuę & paſsiuę nõ tranſit c. venientes, c. clericus, & c. veritatis, cũ ibi not. de iureiur. & c. imperialem §. præterea de prohib. feud. alien. in vſi. feudo. niſi etiam ſucceſſoribus eſſet iuratum, & promiſſum, vt habetur in d. c. veritatis.

SVMMARIVM.

1 *CONDVCTOR equi nõ tenetur de leuiſſima culpa, nec de caſu, nec de vitio naturali.*

2 *Equus, mulus, bos, aſinus, vel aliud animal ſimile, ſi moreretur intra triduum à tẽpore locationis, vel venditionis factę alicui, præſumeretur morboſum. Intantum, quòd agi poſſet ad pretium contra venditorem; ſecus ſi ex longo interuallo animal prædictum moreretur.*

3 *Conductor equi non liberatur ab eius ſolutione ſi moriatur, licèt probaret equum illum mortuum fuiſſe in itinere, niſi ſpecialiter probaret, quòd ille idem equus obijt, quem conduxerat.*

OPINIO. CXXVIII.

1 CONDVCENS equũ ſcholaris pro accedendo, ac redeundo in patriam ſuam, & equus ipſe incidat in repentinum morbũ, ob quod impedimentum cogatur eum relinquere, & conſignare vicino hoſpiti, & in effectu cõſignet equum conductum vt eum ipſe hoſpes diligenter curet, & tandem moriatur, non tenetur de leuiſsima culpa, & multò minus de caſu; & per conſequens neque de vitio naturali, ita conſuluit Bal. conſ. 22. Vanutius lib. 3. quem ſequitur, & commendat Cotta in memorali in ver. Scholaris.

2 Et hinc eſt, quòd ſi equus moreretur intra triduum à tempore locationis, vel venditionis factæ alicui, præſumeretur abſquedubio morboſus, vt agi poſsit ad pretium contra venditorẽ, ſecus ſi ex longo interuallo; & diſtinctio iſta fuit originaliter Io. And. in add. Specu. in tit. de emp. & vendit. in §. ſciendum in uerſ. de illo, cum qua certè ſentiunt Alex. in addi. Bart. in l. ſi in rixa ff. ad l. Corne. de ſica. & ibi Marſi. nu. 59. in l. ſtatu liber. nu. 15. & ſeq. ff. de quæſtio. Io. de Imol. in l. ſi quis cum aliter ff. de verb. obli. Iacob. de Sancto Georg. in l. paciſci, nu. 4. de pact. & omnes Doct. cõiter in d. l. ſi quis cum aliter, & Ripa in trac. de peſte in rubr. de remediis ad curandam peſtem, nu. 141. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, ſeu diſtinctionem. Cõis opin.

3 Sed conducẽs equũ, aduerte, ꝙ non releuatur, nec liberatur à ſolutione equi aliquo modo, ſi ꝓbaret equũ mortuũ fuiſſe in itinere, niſi produceret, & ſpecialiter probaret, ꝙ equus obiit ille idẽ, quem

quẽ conduxerat. ſecundũ doctrinam Io. And. in c. auditis de præſcript. quã ſequitur Ant. col. pen. Abb. col. 9 & alij omnes ibi communiter, & communem inquit, eam declarado etiã Deci. in c. in preſentia, nu. 43. de proba. Iaſ. in l. non hoc, nu. 2. C. unde legiti. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundũ tab. in ſinalibus verbis, & in l. eũ qui §. in popularib⁹, ſub nu. 21. ff. de iureiur. Marſil. in l. ſi quis ne quęſtio, nu. 133. ff. de quæſtio. in practi. crim. in §. & quia, nu. 14. Ioan. de Amicis cõſulendo conſ. 40. nu. 1. & ſeq. & Alex. conſ. 119. viſo proceſſu ſuper cauſa inter ſpectabilem, ſub nu. 3. uol. 1. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CONDVCTOR non tenetur de caſu fortuito, ſed dũtaxat de dolo, culpa lata, & leui.*

2 *Conductor etiam ſi ſuſcepiſſet in ſe periculum generaliter cum iuramento, ſuperueniente bello, vel peſte de tali caſu fortuito non teneretur.*

3 *Receditur ex cauſa ſuperueniente à iuramento, à promiſſione, & aliis legitimè celebratis, quaſi ſub ea conditione contractũ ſit, ſi res in codẽ ſtatu permanſerit.*

4 *Appellatione periculi caſus fortuitus non uenit.*

5 *Conductor, qui ſuſcepit in ſe caſum fortuitum, aduerſamque fortunam, non tenetur de caſu inſolito, & inconſueto ſuperueniente, ſed de caſu ſolito.*

6 *Conductor, qui ſe obligauit ex pacto ad omne periculum ſuperueniens ex quocunque caſu, & ſpecialiter etiam ex bello, & occaſione belli, non poteſt petere remiſſionem mercedis. Quod limitatur, non procedere in caſibus inſolitis.*

7 *Conductor ſuſcipiens in ſe periculum belli, & guerræ, & omne aliud periculum, ex vi iſtorum verborum generalium tenetur ad caſum peſtis, & cuiuslibet aduerſitatis.*

8 *Conductor renuncians in inſtrumento omni legum auxilio, petere non poteſt remiſſionem, etiam occaſione belli ſuperuenientis.*

9 *Renunciatio omni legum auxilio, etiam cum iuramẽto confirmata, non impedit, quin renuncians à iuramento abſolutionem petere poſsit.*

10 *Renunciatio in contractu facta, ſi graue, vel grauiſsimum renuncianti damnũ afferat, nõ valet, neq; tenet.*

OPINIO CXXIX.

1 CONDVCTOR non tenetur de caſu fortuito, ſed duntaxat de dolo, culpa lata, & leui, l. ſi vt certo §. nunc vidẽdum, vbi Barto. & alij ff. cõmoda. & tradit Deci. in l. cõtractus, nu. 33. ff. de reg. iur.

2 Et in tantum hoc procedit, quòd ſi conductor ſuſcepiſſet in ſe periculũ generaliter cum iuramẽto, ſuperueniente bello, uel peſte, aut alio caſu fortuito, non teneretur: ſecundum Bar. Bal. Alberi. Ang. Fulgo. Alex. & Iaſ. in l. ſed, & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis cautio. Alex. conſ. 28. uol. 1. & conſ. 33. uol. 2. Ioan. de Ana. & omnes in c. 1. de commoda. & Ripa in repeti. l. ſi unquam, nume. 10. C. de reuocan. donat. & in tract. de peſte in titu. de priuilegiis contra peſtem, nu. 83. vbi recitat iſtã eſſe cõem opinionẽ, & Iaſ. quoque in d. §. quæſitũ. *Cõis opin.*

3 Quia regulariter, vt dicit Anchara. conſ. 43. col. 2. ex cauſa ſuperueniẽnte receditur à iuramento, à promiſsione, & aliis legitimè celebratis, quaſi ſub ea conditione contractum ſit, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, vt habetur in c. quẽadmodum de iureiu. & not. in c. tua ſuper, de his, quæ fiunt à prælat.

4 Et quia fortius Glo. & Bar. in d. §. quęſitum tenuerunt pro conſtanti, quòd appellatione periculi caſus fortuitus non veniat, vt ibidem refert Iaſ. nume. 30.

5 Imò aduerte, quòd ſi conductor ipſe ſuſcepiſſet in ſe caſum fortuitum, aduerſamq; fortunam, de caſu inſolito, & inconſueto ſuperueniente, minimè teneretur, ſed de caſu ſolito, ſecũdum Bar. in d. §. quæſitum, Bal. in l. falſus col. fin. C. de fur. Ant. in d. c. 1. Ange. conſ. 173. Alex. d. conſ. 28. & d. conſ. 33. ſeu 31. uol. 2. & Iaſ. in d. §. quæſitum, nu. 33. cũ aliis ſeq. vbi iſtam opinionẽ ſequitur, & plurimum tuetur, & cõem dicit Ripa in d. tracta. de peſte in rubr. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis, nu. 97. quamuis ueriorem aſſerat cõtrariam ſententiã titubanter Alex. in d. §. quæſitum, nu. 15. Sed tu ſpreta opinione Bal. Ang. & ſequacium in d. §. quæſitum inhæreas totis viribus antedictæ opinioni Bar. in cõſulendo, & iudicando, tanquam magis communi. *Cõis opin.*

6 Sed vbicunque conductor in ſe ſuſcepit pacto omne periculum ſuperueniẽs ex quocunq; caſu, & ſpecialiter etiã ex bello, & occaſione belli, tũc quippè pactum eſt validum, adeò quòd mercedis remiſsio peti non poteſt, l. ſi quis fundum in prin. ff. locat. & not. Bart. in l. ſi merces §. vis maior eod. tit. & Bart. & omnes in d. §. quæſitum. *Cõis opin.*

¶ Sed hoc videtur limitare vtiliter conſulendo Burſat. in conſ. 81. magnificus, vbi ex cõi Doctorũ ſchola planum facit, conductorem ſuſcipiẽtem in ſe omnes caſus fortuitos, & belli etiam, & peſtis, ob huiuſmodi ꝓmiſsionem, nullatenus aſſumpſiſſe inſolitos, ẽt occaſione belli cõtingẽtes. *Cõis opin.*

7 Imò ſi conductor iſte ſuſcepiſſet in ſe periculũ belli, & guerrę, & omne aliud periculũ, tunc ſub huiuſmodi verbis gñralibus cõprahẽditur caſus peſtis, & cuiuslibet aduerſitatis, ſecundũ Glo. in d. §. q̃ſitum cõiter ibi approbatã à Legiſtis, & Canoniſtis in d. c. 1. vt ꝑ Ripã in d. tracta. de peſte in rub. de priuilegiis cõtractuũ cauſa peſtis, nu. 77. *Cõis opin.*

8 Itidẽ cõductor petere minimè poſſet remiſsionẽ mercedis occaſione, ẽt belli ſuperueniẽtis, vbicũq; in inſtrumẽto fuerit renunciatũ ꝑ eũ omni legũ, & iuris auxilio ſibi cõpetẽti, vt diſcurrit, atq; firmat Alber. de Roſa. in l. itẽ q̃ritur §. exercitu ff. locati, Bal. in l. 1. §. ne autẽ C. de cadu. tollẽ. Iaſ. in l. 1 in fi. C. de iur. emphy. Gozad. conſ. 87. prima facie videtur dicendũ, ſub nu. 13. Capici. deciſ. 87. in cauſa magnifici Baronis, nu. 10.

9 Sed opinio hæc mihi nunquam placuit, atque eam ſemper periculoſam in practica arbitratus ſum; imò contra illam extat communis ſchola (Cõis opin.) omnium Scribentium, quòd renuntiatio omni iuris, & legum auxilio, etiam cum iuramento confirmata, ſecundum ipſam communem ſententiam, impedimento non eſt, quò minus renũtians abſolutionem à iuramento petere poſsit, & conſequenter contra renuntiationem venire. ita Corne. conſ. 293. in hac conſultatione uidetur prima facie, nume. 7. & 9. uol. 4. & Pariſi. conſi. 95. eſt ferè triennium, nume. 39. uol. 3.

10 Et ratio aſsignari poſſet iſthæc, ſiquidem renuntiatio in contractu facta, ſi graue, vel grauiſſimum quippè renuntianti afferret detrimentum, nullius momenti foret, ſecundum communem (Cõis opin.) opinionem Barto. in l. fina. §. idem quęſiuit ff. de condit. indebit. Anto. Butr. Abb. & aliorum omnium concorditer in c. cùm contingat de iureiuran. Soci. conſ. 163. uol. 2. Corne. conſi. 11. volu. 2. conſ. 124. & conſil. 224. uol. 3. Alexan. conſi. 81. uol. 5. Pariſi. conſ. 75. nume. 33. volu. 3. Curti. Iuni. conſilio 141. Deci. conſilio 180. & ſequẽ. & Grammat. conſ. ciuili 195. in cauſa præſentationis inſtrumenti.

SVMMARIVM.

1 *REMISSIO concedenda eſt conductori ob bellum, peſtem, ſeu ſterilitatem maiorem, quibus quidem caſibus penſionem ſoluere non tenetur.*

2 *Remiſsio penſionis ſolet fieri in otto caſibus, poſitis remiſſiuè.*

3 *Conductor rem conducens tempore belli, vel peſtis, non poteſt petere remiſsionem mercedis ſibi fieri ob cauſam belli, vel peſtis.*

OPINIO CXXX.

1 CONDVCTORI remiſsio facienda, concedendaque eſt ob bellũ, peſtẽ, ſeu ſterilitatem maiorem, & in iſtis caſibus penſionem ſoluere non tenetur, ſecundum Canoniſtas omnes in cap. propter ſterilitatem, vbi Barbac. nume. 1. de locato, Bartol. in l. cùm in plures in princip. ff. locati, Alexan. conſilio 3. colum. penult. Ripa in tracta. de peſte, folio 6. & Cotta in memorali in ver. con(Cõis opin.)ductor, vbi narrat iſtam ſententiam magis communem fore; eique pariter inhæret Boſsius in practi. crimi. in titu. de remiſsione mercedis conductorum, numero 40. referens alios Docto. eiuſdem opinionis.

2 Vbi ſimiliter, numero 37. & ſeq. fol. 290. ponit otto alios caſus in quibus remiſsio penſionis fieri debet ipſi conductori.

3 Sed hoc quippè claudicat non procedere, vbicunque conductor conduceret rem tempore guerræ, vel peſtis inſtantis, tunc enim remiſsio penſionis nunquam fieret, ſecundum Bal. in l. ſi ea C. de uſuris, & in titu. de pace conſtan in §. vaſalli il ſecondo, Cyn. in addi. in l. ex conducto §. 1. locat. Alexan. & Apoſtil. ibi conſ. 112. nume. 6. vol. 2. Afflict. deciſio. 365. Gozad conſ. 74. vt ordinariè procedam, nume. 5. & Rolan. à Valle conſil. 9. in præſenti conſultatione, nume. 25. vol. 1. & conſ. 52. requiſitus, nu. 28. & ſeq. uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *CONDVCTOR æquo animo debet pati, & ſuſtinere impenſam modicam, ac modicum etiam damnum, ſed maximum damnum deiure pati non permitteretur.*

2 *Remiſsio conductori facienda non eſt, niſi damnum ſit vltra dimidiam iuſti pretij, & in iſto caſu per conductorem ipſum agi poſſet, non obſtante iuramento præſtito de non contraueniendo aliqua ratione, vel cauſa.*

OPINIO CXXXI.

1 CONDVCTOR modicũ damnum, ac impenſam ſuſtinere, & pati debet æquo animo, l. ſi merces §. vis maior ff. locat. & declarat Barto. in l. impenſæ ff. de impen. in reb. dot. fact. & Natta conſ. 13. nume. 2. vol. 1. poſt alios relatos per eum, ſed maximum damnum de iure pati non permittitur aliquo modo.

2 Vnde remiſsio facienda non eſſet conductori, niſi damnum ſit vltra dimidium iuſti pretij, uerbi gratia. Si ipſe conductor ſoluendo afflictus conuentos, reſtaſſet læſus non ſolùm in tertia parte, (vt aliqui Doctores dixerunt,) ſed etiam vltra dimidium iuſti pretij, ideſt, quòd non recollegiſſet tot fructus deductis ſumptibus, qui æquiualerẽt dimidiæ penſionis per eum ſoluendæ; quia id probando, tũc poſſet petere remiſsionem mercedis pro rata damni, aliàs non, ſecundum opinionem Barto. in l. licèt C. locati, quam aſſeuerant com- (Cõis opin.) munem inibi Moder. & Franc. Aret. conſ. 32. citantes ſequentes eam, Soci. Iuni. conſilio 68. nume 9. uol. 2. Ioan. de Amicis conſ. 142. nume. 3. & ſeq. Lauren. Silua. conſ. 35. Chriſti, Diuiq; Euaſij, nu. 28. Gozad. conſ. 74 nu. 2. & ſeq. Boſsius in practi. crimi. in tit. de remiſsione mercedis conductorum, nu. 4. fol. 288. Rolan. à Valle conſ. 86. Ioanni Torrello cõductori, nu. 2. uol. 3. & Berous cõſ. 141. in pręſenti cauſa paucis me expediã, nu. 6. & 12. uol. 1. ubi firmat etiã, ꝙ in præſenti caſu per conductorem ipſum agi poſſet, non obſtante iuramento præſtito de non contraueniendo aliqua ratione, vel cauſa.

SVMMARIVM.

1 *CONDVCTORES gabellarũ, doghanarũ, molendini, ac aliarum rerum ſimilium, non cogũtur ad ſoluendũ maiorẽ penſionẽ propter hubertatẽ, et augmentũ fructuũ, quàm*

quàm

quàm fuerit tempore conductionis, & celebrati contractus, quando hubertas contingeret ex diligentia ipſorum, ſecus ſi caſu fortuito, vel inopinato, vt quia aliorum molendina eſſent diruta.

OPINIO CXXXII.

1 CONDVCTORES gabellarum, uel doghanarum, molendini, ac aliarum rerum ſimiliũ, cogi non poſſunt ad ſoluẽdum maiorem penſionem propter hubertatem & augmentũ fructuum, quàm fuerint tempore conductionis, & celebrationis cõtractus. Quod quippè procedit, quando hubertas contingeret ob diligentiã coloni, vel conductoris, vel propter eius bonitatẽ, ſecus ſi caſu fortuito, vel inopinato; tunc ſi conductor conduxit molendinum, & alia molendina ei vicina in totum, vel in partem poſt conductionẽ iſtam eſſent deſtructa ob uiolentiam aquarum, ita quòd conductor ob iſtum inopinatum caſum lucratus ſit multò plus, augebitur penſio illius rei conductæ, ita uoluit Glo. Barto. nume. 2. & 8. Floria. & Alex. in addi. in l. ſi merces §. uis maior ff. locat. Inno. Ioan. And. Butri. & Imol. in c. propter ſterilitatem de locat. & alij quamplures relati per Bertachi. in tract. de gabellis in 21. q. 2. par. & iſtorum opinionem ſequitur quoque conſulendo Soci. Iuni. & dicit communem, conſ. 68. nu. 6. & 10. uol. 2. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MINOR vigintiquinq; annis ſi domũ cõducat, in eamque inferat res ſuas, non ob id ipſa eius bona inuecta erunt tacitè hypotecata pro penſione domus, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, antedicta bona minoris illata in re conducta, abſque tutoris, vel curatoris authoritate videntur tacitè obligata pro penſione ipſa.*

OPINIO CXXXIII.

1 CONDVCENS minor vigintiquinque annis domũ, inferenſq; poſtea in ea etiã res ſuas, tũc bona huiuſmodi inuecta non erunt tacitè hypotecata pro pẽſione domus, ſecundum Glo. Barto. Fulgo. & Saly. in l. item quia ff. de pact. Dyn. in §. item Seruiana inſtitu. de actio. Imol. & Cuma. in l. ſi conſtante in prin. ff. ſolut. matrimo. & iſta eſt communis opinio. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, vt bona ipſius minoris illata in domo, ſeu fundo conducto abſque tutoris, uel curatoris authoritate cenſeantur tacitè obligata pro penſione, inclinauere, & optimis quidem rationibus, Bald. Ange. Caſtren. & Cæteri in d. l. item quia, Bald. in l. vnica §. & plenius C. de rei vxo. actio. Neguſantius in tract. de pignoribus in 2. part. membro 4. nume. 154. Faber, Aretin. Nicola. de Neapol. Iaſ. cum aliis citatis per eum, nume. 57. Gomeſi. remiſsiuè, ſub nume. 25. & Bellonus, nume. 31. in d. §. item Seruiana, ubi firmant hanc communem ſententiam fore contra Gloſ. prædictam, & in effectu iudicio meo ueriſsima, & communis apparet, atque ab ea, tanquam ſacroſancta, & tutiſsima in actu practico diſcedere fatuum eſſet.

SVMMARIVM.

1 *CONDVCENS rem ſuam propriã ignoranter, dominium non perdit, neque poſſeſſionem, & poteſt referri per eum locatori quæſtio dominij. Et ſic remedium l. conductores C. locati, & l. non ab re C. vnde vi, non habet locum contra conductorem, qui rem propriam conduxit; nam iſta conductio, & locatio eſt nulla.*

OPINIO CXXXIIII.

1 CONDVCENS rem ſuam propriam ignoranter, non perdit dominium, neque poſſeſſionem, poteſtque obiici, ac referri per eum locatori exceptio, ſeu quæſtio dominij, & conſequenter remedium l. conductores C. locati, & l. nõ ab re C. vnde vi, non habet locum contra conductorem, qui rem propriam conduxit, ſecundum Gloſſ. in d. l. non ab re in verb. cedere in fin. Curti. Seni. poſt alios congeſtos per eum conſilio 70. nume. 2. & 7. vbi ita conſuluit, atque firmauit iſtam opinionem ueriorem, communemque apparere, idemque ſentit Cagnol. ſub nume. 5. & Deci. in l. neque pignus, numero 4. ff. de regu. iur. & ibi Apoſtil. in litera A, & Ioan. Anto. de Nigris in capitulis Regni in c. 6. ſubditorum noſtrorum, ſub nume. 41. idem quoque reſpondit Riminal. conſilio 94. numero 16. uol. 1. quia conductio, & locatio iſta eſt nulla, ſecundum omnes, præſertimque Ripam, nu. 15. in l. ſi aliquam rem ff. de acqui. poſſ. deficitq; conſenſus, qui locationis contractum perficit. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CONDVCTOR debet potius reſtituere poſſeſſionem locatori, quàm litigare de proprietate. Quod quidem ampliatur in nouem caſibus remiſsiuè poſitis hic, & in ſeptem limitatur. Idque procederet, quando de locatione conſtaret, & vbicunque colonus locationem ipſam non negaret.*

2 *Conductor tenetur locatori rem conductam reſtituere, reſeruata tamen quæſtione proprietatis in alio iudicio.*

3 *Conductor ſi contra eum agatur ad rei reſtitutionem non poſſet de dominio ſuo opponere, nec dicere locationem nullam prætextu dominij ſui; quia tale remedium dicitur eſſe momentaneæ poſſeſſionis recuperandæ, in quo exceptio dominij non admittitur.*

4 *Locator non poteſt obtinere, niſi probet ſuam poſſeſſionem.*

5 *Locator tenetur probare fuiſſe ſaltem poſſeſſorem rei locatæ tempore locationis.*

6 *Conductor poteſt referre quæſtionem dominij, quotieſcunque offert ſe paratum probare, quòd rem à ſe tempore locationis poſſeſſam conduxit, & quòd locator non fuit in poſſeſſione eiuſdem rei locatæ.*

7 *Conducens ignoranter rem ſuam à non domino, non perdit dominium, neque poſſeſſionem.*

8 *Conducens ſcienter rem propriam à non domino, & non poſſeſſore, non amittit dominium, neque poſſeſſionem.*

OPINIO CXXXV.

1 CONDVCTOR debet prius reſtituere poſſeſſionē locatori, quàm litigare de proprietate, l. ſi quis conductionis titulo C. locati. quæ lex ex cōmuni opinione omniū Doct. ibi, & alibi, & Coraſij in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 3. c. 2. nu. 10. procedit, quando de locatione conſtaret, appareretuè, & vbicunque colonus locationem ipſam non negaret. *Cōis opin.*

2 Et tunc ipſe conductor tenetur rem conductā locatori reſtituere, reſeruata tamen quæſtione proprietatis in alio iudicio, vt eſt textus in d. l. ſi quis conductionis, & Docto. communiter ſequūtur ibi, & in variis, diuerſiſque locis iuris noſtri, in quibus tractatur hæc materia, vt per Alexan. poſt alios in l. ſi alienam ff. ſolut. matrimon. per Paul. de Caſtr. in l. qui rem ff. depoſiti, per Barto. & Salyc. in l. commodare ff commoda. & per Anto. Abb. Ioan. de Imol. & alios omnes Canoniſtas in c. inter dilectos de fide inſtru. *Cōis opin.*

3 *Cōis opin.* Vbi vnanimiter, & concorditer concludunt, quòd ſi contra conductorem ad rei reſtitutionem agatur per condictionem ex d. l. ſi quis conductionis, ipſe non poſſit de dominio ſuo opponere, nec dicere locationem nullam prætextu ſui dominij, ex quo tale remedium dicitur eſſe remedium momentaneæ poſſeſſionis recuperandæ, in quo exceptio dominij non admittitur, Barto. Bald. Salyc. & omnes in d. l. ſi quis conductionis, & in dicta l. qui rem, & in l. ad probationem C. locati.

4 Sed aduerte, quòd remedium reſtitutorium recuperandæ poſſeſſionis non poſſet locator obtinere, niſi probaret poſſeſſionem, vt notatur in cap. olim cauſa, in c. cùm ad ſedem, & in c. in literis in gloſ. 2. extra de reſti. ſpol.

5 Et tunc nempè ſufficeret probari, quòd locator ſaltem fuiſſet poſſeſſor rei locatę tempore locationis, vt concedit Bald. in dicta l. ſi quis conductionis in princ. & Grat. conſ. 90. omiſſis argumentis, nu. 15. uol. 1.

6 Sed hoc non procedit quotieſcunque conductor memoratus offert ſe paratum ꝓbare, quòd rem à ſe tempore locationis poſſeſſam conduxit, ita quòd locator non fuit in poſſeſſione; & ſic exceptio poſſeſſionis propriè à conductore contra locatorem obiici poteſt, ſecundum Gloſ. in l. non ab re C. unde vi, Curtium Seni. conſilio 70. nume. 4. cum aliis relatis per eum, Pariſi. conſil. 59. nume. 30. uol. 1. & Ripam in l. ſi aliquam rem ff. de acquiren. poſſeſſio. in fin. in quibus quidem locis exprimunt iſtam eſſe ueram, communemque opinionem, & ſequitur etiam Iacob. Menochius in tracta. recuperandę poſſeſſionis remedio. 11. nume. 4. ubi luculenter, & melius quàm alius, quem hucuſque uiderim ampliat in nouem caſibus d. l. ſi quis cōductionis, & in ſeptem aliis limitat. *Cōis opin.*

7 Quæ quippè communis licèt de plano procedat, vt conducens rem ſuam ignoranter à non domino, non perdat dominium, neque poſſeſſionem, ex authoritate allegatorum Doctorum in locis præcitatis, & Curtij Senioris in dicto conſilio 70. ſuper controuerſia uertente, ſub nume. 2. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & Gratus etiam in d. conſilio 90. numero 16. *Cōis opin.*

8 Tamen hoc obtinet locum etiam, vt procedat generaliter, & indiſtinctè, ſiue conductor ignoraſſet, ſeu ſciuiſſet ſe poſſeſſorem, & dominum rei conductæ, vt ob talem conductionem rei propriç non amittat ſuam poſſeſſionem, vt firmat, & probat Grat. in d. conſilio 90. nume. 16. & ſeq. vol. 1. Alexan. in l. 1. §. ſi vir colum. 11. ff. de acquiren. poſſeſſio. Pariſi. conſilio 59. viſo inſtrumento venditionis, nume. 31. uol. 1. & Curti. Senior in d. cōſil. 70. ſub nu. 2. & 5.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM confeſſis ſponte minuens pœnam, non procedit ſi Reus anteà negauerit, & poſtea faſſus fuerit: poteſt enim accuſator, uel iudex delictum probare per teſtes, ſpernereque huiuſmodi confeſſionem; & ſic confitens ipſe non debet gaudere beneficio dicti ſtatuti, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter cōmunem, talis confeſſio prodeſt Reo, etiam ſi poſt negationem ſtatim confiteatur.*

OPI-

OPINIO CXXXVI.

1 CONFESSIO non prodeſt cõfitenti quando prius negauit; & ſic ſtante ſtatuto, quòd confeſſis ſponte pœna minuatur, non minuitur ei, qui antea, & à principio negauit, licèt poſtea faſſus fuerit, ſecũdum Bart. nu. 4. in l. cum qui ff. de iureiur. Bal. in l. ſi vnus ex ſociis §. fi. ff. pro ſocio, Salyc. in l. contra negantẽ C. ad l. Aquil. & Soci. in l. non vtique, nu. 7. ff. de except. vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶In contrariam verò partem, videlicet, quòd talis confeſſio proſit reo, etiam ſi poſt negationẽ ſtatim confiteatur, inclinarunt Ang. Bal. Saly. & Recentiores in d. l. cum qui, ubi Iaſo. nu. 8. & ſeq. eandem ſentẽtiam amplectitur, aitque communem, (Cõis opin.) & Fely. quoque in c. cęterùm de iud. & cum eadẽ opinione cõcurrit etiam Tiraquel. copioſè in tract. de pœnis temperandis in cauſa 30. nume. 11. & ſeq. Sed primam partem tanquam magis communem, & magis ueram, mihi ſequendã fore decreui, prout ei inhęret etiam ultra præcitatos Doctores, & motus quidem optimis, & efficaciſsimis rationibus Marſil. copioſiſsimè in repeti. rub. nu. 400. & ſeq. ff. de fideiuſſoribus, D. Follerius in practi. crim. in 1. par. 3. partis in ver. ſi confitebuntur, nu. 87. cum aliis ſeq. & Phanuccius in tract. de iureiurando in 3. par. 3. membri, nu. 13. & ſeq. vbi vtiliter reſoluit, an hoc procedat ante litis conteſtationem, vel poſt; & firmat etiam cum aliis relatis per eum, non prodeſſe cõfeſſionem criminis in cauſa appellationis ad cõſequendum dicti ſtatuti beneficium reo, qui in prima inſtantia delictum negauerit.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIO non numeratę pecuniæ infra biennium opponi poteſt, non obſtante cõfeſſione de mutuo facta. Quod ampliatur, & limitatur remiſsiuè.*

2 *Confeſsio de debito ſi geminata ſit, opponi non poteſt exceptio non numeratę pecunię infra biennium.*

OPINIO CXXXVII.

1 CONFESSIO de mutuo, quãuis non præiudicet quominus opponi poſsit exceptio non numeratæ pecunię infra bienniũ, vt in §. 1. inſtitut. de literarum obligatio. & in l. in contractibus C. de non numerata pecun. & not. Fely. in c. ſi cautio, numero 45. cum aliis ſequen. de fide inſtrumen. vbi hoc ponit pro regula vera, cum ampliationibus, & limitationibus, & Bernard. de Luco in regu. 249.

2 Nihilominus ſi confeſsio ipſa de debito geminata ſit, tunc non poſſet opponi exceptio hæc nõ numeratæ pecuniæ, ſecundum Glo. in d. l. in contractibus §. 1. in ver. penitus, Abb. & Fely. nu. 56. in d. c. ſi cautio in fi. & iſta eſt communis opinio. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO extraiudicialis abſente parte facta valet, & facit ſemiplenam probationem.*

2 *Confeſsio extra iudicium facta abſente parte valet, & tenet etiam de iure canonico, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariã, ſimiliter cõmunem, ipſa confeſsio de iure canonico non probat aliquo modo.*

3 *Confeſsio extraiudicialis geminata facta abſente parte, & ſine cauſa in fauorem abſentis, inducit plenam probationẽ; quia tunc habet vim confeſsionis iudicialis.*

4 *Confeſsio facta ad liberandum debitorem abſente parte plenè probat, & præiudicat confitenti, ſecundum primam communẽ opinionem, ſed ſecundum ſententiam contrariam, ſimiliter communem, iſta confeſsio non præiudicat confitenti.*

5 *Confeſſio extraiudicialis facta de aliquo delicto, inducit indicium ad Torturam contra confitentem ſufficiens.*

6 *Confeſsio extraiudicialis de aliquo crimine debet neceſſariò probari per duos teſtes idoneos, & conteſtes.*

7 *Confeſsio extraiudicialis de aliquo crimine debet eſſe veriſimilis, habereque præexiſtentem cauſam, in qua cõſiſtat utilitas, & honor, vel quid aliud ſimile.*

OPINIO CXXXVIII.

1 CONFESSIO extra iudicium abſente parte facta in fauorẽ abſentis, inducit ſemiplenã probationẽ, ſecundũ Glo. in l. capite quinto ff. de adulter. Ant. in c. fi. de confeſ. Bal. in l. 1. C. de fur. Caſtren. cõſi. 82. & 255. Roma. in l. 1. ff. ſolu. mat. & conſ. 373. Corne. conſ. 261. uol. 1. Bar. aliosque antiquos, & Moder. in l. admonendi ff. de iureiu. qui ibi aiunt iſtam eſſe communem regulam, & communem opinionem ait Alex. conſ. 152. nu. 19. uol. 5. Glo. (Cõis opin.) & Abb. in c. fi. de ſucceſsio. ab inteſta. & Fely. in c. ſi cautio, nu. 22. cum aliis ſeq. de fide inſtru. vbi hoc ponit pro regula cum ampliationibus, & limitationibus, & Marſil. etiam ſingu. 202. tu ſcis regulam, & Cæſar Vrſillus in addi. Afflicti in deciſ. 105. deciſ. 364. nu. 7. & ſeq. & deciſio. 375. & eam ſequitur Grauet. in trac. de antiquitate temporum in 1. par. nu. 50. vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem, & Syluanus etiam cum aliis ſignatis per eum, cõſ. 44. nu. 7. & ſeq. Marcus Antonius Blancus in l. fi. ff. de quæſtio. ſeu in tract. de indiciis, nu. 205. & Vrſillus in addi. Afflicti in d. deciſio. 364. nu. 3.

2 Imò iſta communis ampliatur procedere etiã de iure canonico, quòd confeſsio ipſa facta abſente parte valeat, vt ꝑ Fely. in d. c. ſi cautio, nu. 27. & per Ruinum cõſ. 70. nu. 5. vol. 4. qui cum aliis aggregatis per eum concurrit cum hac ſententia, & appellat eam eſſe cõmunem, & Soci. Iuni. quoque conſ. 32. nu. 18. vol. 2. & Deci. conſ. 163. in cauſa matrimonij, quæ Mantuæ agitatur, ſub num. 1. & ſeq. Sed magis communis opinio eſt in contrarium, videlicet, quòd confeſsio facta abſente parte aliter non probet de iure canonico, vt tradit Alexan. conſ. 180. in cauſa Anglorum col. 3. uol. 2.

Cõis opin.

Cõis opin.

3 Ideò retenta ſententia de iure ciuili tanquam veriſsima, quòd confeſsio ipſa extraiudicialis abſente parte facta valeat, & faciat ſemiplenam ꝓbationem, interpretatur modò vtiliter, vt non procederet in confeſsione geminata, quæ haberet tunc vim confeſsionis iudicialis, etiam ſi ſine cauſa fuerit facta, ſecũdum Bart in l. cũm ſcimus C. de agri. & cenſi. lib. 11. per illum tex. Roma. & Iaſ. nu. 8. in l. ſed ſi poſſeſſori §. fin. ff. de iureiur. Fely. in d. c. ſi cautio, nu. 39. & Deci. in d. conſ. 163. ſub nu. 2. & iſta eſt communis opinio, cum qua concurrunt etiam Iaſ. in §. in perſonam, nu. 48. inſtitu. de actio. Bertran. conſ. 175. nu. 6. uol. 1. & conſ. 175. nu. 6. vol. 2. Ruinus conſ. 72. nu. 1. & 3. vol. 4. Marſil. in l. 1. num. 40. C. de ſica. & in l. 1. §. quæſtioni, ſub nu. 2. ff. de quęſtio. Gratus cõſ. 50. in præſenti, nu. 21. vol. 1. Maranta in tracta. iudiciorum in 2. par. 5. actu, n. 115. Syluanus, nu. 57. nu. 16. quòd eſt conſilium ultimum, Boeri. conſ. 40. nu. 74. & Soci. Iuni. in rub. ff. de verb. oblig. nume. 280 & ſeq. & Iacobus Philip. Port. ſeu potius Antonius Gabriell. in concluſio. 22. Geminata confeſsio lib. 1. vbi hoc ponit pro regula cum ampliatione, & limitatione.

Cõis opin.

4 Item non haberet locum in confeſsione facta ad liberãdum debitorem, videlicet ſi Gregorius eſſet debitor Dominici in aliqua pecuniarũ ſumma, & confiteretur in abſentiam ſui debitoris ſibi extitiſſe factam ſolutionem per prædictum debitorem dictæ quantitatis pecuniæ, tunc quippè talis confeſsio ità, & taliter facta abſente parte, plenè probaret, & præiudicaret ipſi confitenti, ſecundum Glo. in l. non ſolùm §. ſi liberationis uerba ff. de libe. lega. Alexã. & Iaſ. in l. poſtquam liti C. de pactis, Vrſillum cum cæteris allegatis per eũ in addi. Afflicti in d. decis. 364. nu. 7. & Cottã in memorali in verb. confeſsio facta abſente parte, vbi ait, quòd & ſi talis cõfeſsio non valeret in vim obligatorij pacti, nihilominꝰ ualeret in vim meræ probationis, atque profitetur ibi iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

¶ In contrariã verò ſententiam, videlicet, ꝙ confeſsio emanata ad liberandũ abſente aduerſario, nõ pręiudicet confitenti, inclinauit Gloſ. in l. idẽ in duobus ff. de pact. Bar. in d. §. ſi liberationis verba, Lanfran. in c. quoniam contra in c. de confeſsionibus, ſub nu. 31. de probatio. Capicius in deciſ. 133. nu. 2. & 5. Felv. cũmulatiſsimè in d. c. ſi cautio, nu. 32. Ex quibus conſtat iſtã eſſe magis cõem, magiſque verã ſententiam, prout de ea teſtatur quoq; Cotta in d. memorali in uer. cõfeſſio abſente parte in fi. qui meminit iſtum caſum pendere in facto, & relinquit indeciſum. Tamen veritati ipſe inhærendo ſequor prędictam opinionem Barto.

Cõis opin.

5 Item confeſsio extraiudicialis facta de aliquo delicto facit indicium ad torturã ſufficiens, ſecũdum Glo. Bar. nu. 1. Ang. & alios in l. capite quinto ff. de adult. Inno. in c. ſicut, de teſti. Bal. in l. vnica C. de confeſ. col. 6. Ang. in l. 1. col. fin. ff. cod. tit. Inno. & Abb. in c. ſi quis in gradu, de purg. cano. Flo. Abb. & cęteros omnes Canoniſtas cõiter in c. at ſi clerici de iud. Rotã Roma. deciſ. 222. Bal. in l. ictus fuſtium de infa. & Fely. in c. olym col. 3. de reſcrip. Alex. Soci. Deci. & alios in l magiſtratibus ff. de iuriſdi. om. iud. vbi exprimũt iſtam eſſe communẽ opinionem, & ſequitur Franciſ. Brunus in tract. de indiciis, & tortura q. 3. primę partis, num. 14. & ſeq. Marcus Antonius Blancus in pract. crim. circa fi. cautela 5.

Cõis opin.

6 Quod quippe verum eſt, & procedit vbicunq; illa cõfeſsio extraiudicialis probaretur per duos teſtes idoneos, & conteſtes de loco, & tempore, tunc certè induceret ſemiplenam probationem, ſeu indiciũ ad torturã ſufficiens, vt tradit Afflict. deciſio. 364. nu. 4. Alex. conſ. 132 relectis, & ponderatis, nu. 26. vol. 5. Fran. Curt. in l. admonendi, nu. 190. cum aliis ſeq. ff. de iureiuran. Pariſi. conſilio 153. nu. 29. uol. 4. Vaſquius de ſucceſ. creat. §. 4. num 43. Cardinalis Albanus in lucubratio. ad Bar. in l. certã §. ſi quis abſentẽ, ſub nu. 4 ff. de cõfeſsis, & Marcus Ant. Blancus in l. fi. ff. de quæſt. ſeù in tract. de indiciis, nu. 206. & ſeq.

Cõis op.

7 Vbi addit etiã, quòd requiritur quoq;, vt ipſa confeſsio extraiudicialis alicuius criminis veriſimilis ſit, habeatq; præexiſtentem cauſam, in qua conſiſtat vtilitas, & honor, vel quid aliud ſimile.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO facta per reum in tormentis, nullis, vel non legitimis indiciis pręcedentibus non valet, & redditur nulla, etiam ſi millies fuerit ratificata, nec ex ea poſſet ſequi condemnatio. Imò tortus abſque legitimis indiciis, & confeſſus, facit vt eius confeſſio ſit ipſo iure nulla, nec præiudicet confitenti, nec alteri, etiam quòd demum ſuperueniſſent indicia.*

2 *Conſuetudo diſponens, quòd reus poſſit poni ad torturam ex indiciis non ſufficientibus, non valet, nec tenet.*

3 *Torturam inferens non pręcedentibus indiciis ſufficientibus, peccat mortaliter.*

4 *Torquens ſine legitimis indiciis, tenetur lęſo torto de iniuria, & de damno, & pœna capitis, & mortis quoque. Sed in Regno torquens aliquem indebitè venit puniendus pœna carceris biennalis, & publicationis tertię partis bonorum.*

5 *Tortu-*

5 *Tortura non infertur in crimine læſæ maieſtatis non præcedentibus legitimis indicijs.*

OPINIO CXXXIX.

1 CONFESSIO facta per reũ in tormentis, nullis, vel non legitimis indicijs præcedentibus non valet, & ſic redditur nulla etiam ſi millies ratificata ſit ad banchum iuris, nec ex ea poſſet ſequi cõdemnatio, ſecundum Glo. Bart. nu. 1. Alex. in 1. apoſtil. & reliquos omnes, pręſertimq; Marſil. cũ cæteris ſignatis per eum, nu. 10. cum alijs ſeq. in l. penul ff. de quæſt. per text. ibi, vbi nu. 14. refert mediante ſuo patrocinio ob hoc euaſiſſe aliquos reos à pœna mortis, & eandem ſententiam ſequitur quoque, atque communẽ dicit Iaſ. conſ. 188. num. 2. vol. 2. & Marſil. in l. 1. nu. 14. ff. de quæſt. Guido de Suza. in tract. de indicijs, & tortura verſ. ſed quid ſi aliquis tortus, num. 70. Franciſc. Brun. in tract. de indicijs, & tortu. q. 5. 2 par. nu. 47. & ſeq. Capicius deciſ. 145. nu. 3. Io. de Arnono in commentario 113. Annibal Troyſius Cauenſis in pragmatica 35. Inoleuit, nu. 44. Boſsius in pract. crim. in titu. de confeſsis per torturam, num. 6. Eminentiſsimus, ac Doctiſsimus D. Petrus Calephatus præceptor, & promotor meus in conſ. 102. nu. 9. poſito inter conſ. crim. diuerſorum in primo vol. & Alex. de Neuo cõſ. 86. nu. 7. cum alijs ſeq. *Cõis opin.*

2 Vbi reſpondet etiã, quòd conſuetudo in contrarium diſponens, quòd reus poſsit ad torturã poni ex indicijs non ſufficientibus ad torturam non valeat, neq; teneat, & Grammat. conſ. crim. 21. nu. 18. cum duobus alijs ſeq. Vbi ait eatenus hoc procedere, vt ſi ſuperuenirent indicia poſt torturam, & confeſsionem, confeſsio ipſa non deſineret ob hoc eſſe nulla, & tam ipſi confitenti, quàm alteri non pręiudicaret modo aliquo, & ſequitur Annibal Troyſius etiam in d. pragmatica 35. Inoleuit, nu. 45.

3 Imò inferens torturam in huiuſmodi caſu nõ præcedẽtibus indicijs ſufficientibus, peccat mortaliter, ſecundum Ang. de Clauaſio in ſua Summa Angelica in verbo Torturam in prin. & Bartholomeũ Fumũ in ſua Summa Armilla in ver. Torturam, n. 1. & Sylueſt. in eius ſumma in uer. tortura in prin.

4 Imò iniquè torquens ſine indicijs præcedentibus, tenetur læſo de iniuria, ac ad reſtitutionẽ etiam omnium damnorum, l. itẽ apud §. quęſtionem ff. de iniur. & firmauere Frater Io. Tabienſis in ſua Summa Tabiena in ver. Cõfeſsio il 1. nu. 6 & Armilla in ver. Torturam, nu. 1. & Bal. in rub. C. de pœn. iud. qui malè iud.

¶ Imo aſſeruit Marſil. cum alijs aggregatis per eum, quòd inferens torturam indebitè, & iniuſtè, teneatur pœna capitis, & etiam mortis, in l. quæſtionis modum, nu. 73. ff. de quæſt. vbi admonet iſtam eſſe magis communem opinionẽ, *Cõis opin* quam ſequitur copioſè Glo. in c. Regni itẽ quòd in cognitionibus, And. de Iſer. in conſtitu. Regni ſi damna clãdeſtina col. 4. & Carrerius in pract. crim. fol. 52. num. 200. & Paris de Puteo in tract. ſyndicat⁹ in ver. Tortura §. an ſi officialis, & in §. officialis poſuit ad cordam col. 4. In Regno verò torquens aliquem indebitè, puniendus venit pœna carceris biennalis, & publicationis tertiæ partis bonorum, cap. Regni 146. ſi iuſtè, & ibi notat Ioan Ant. de Nigris, nu. 79.

5 Imò tortura etiam in crimine læſæ maieſtatis non infertur, nec inferri poteſt non præcedentibus indicijs text. eſt, & ibi Glo. Cyn. Bal. Saly. & cæteri omnes communiter in l. ſi quis alicui C. ad leg. Iul. maieſtatis, & eſt textus in Regno in c. tormentis, & ibi Io Ant. de Nigris, & in c. in accuſatis, ſub nu. 15. vbi poſt Saly. in l. 1. C. de quæſtio. meminit iſtam eſſe cõmunem opinionem, *Cõis opin.* quam ſequitur etiam Ioan. de Arnono in cõmentario 114. diximus ſupra, & Follerius in pract. crimin. in 2. par. ſecundæ partis in ver. item quòd commiſerit crimen læſę maieſtatis, num. 103. D. Afflict. organum, & pater veritatis in c. 1. §. & bona committentium col. 4. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorum, & Hierony. Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis quæſtio. 26. num. 2. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO facta ſponte in criminalibus abſque tormentis, vel metu tormentorum, etiam nullis indicijs præcedentibus, vel non data indiciorum copia, & ſic data nullitate proceſſus, ſufficit ſine aliqua ratificatione ad condemnandum confitentem.*

2 *Confeſſio in tormentis, ſi non ratificetur non infert ad condemnationem, ſed facultatem dat repetendi tormenta.*

OPINIO CXL.

1 CONFESSIO facta ſpontè in criminalibus abſque tormentis, vel metu tormentorum, etiam nullis indicijs præcedentibus, vel nõ data indiciorum copia; & ſic data nullitate proceſſus, ſufficit ſine aliqua ratificatione ad condẽnandum confitentem, vt eſt text. & ibi not. in c. 1. de accuſa. lib. 6 ita tenet Bal. in addit. Specul. in titu. de confeſsis col. 1 idem Bal. & Doct. in l. 2. C. quod metus cau. Bal. & Ang. poſt Glo. in l. 1. 2 C. de confeſſ. Anchara in Clemen 1. de homicid. & idem Ang. in l. 1. col. fin. ff. de confeſſ. cum alijs allegatis per Follerium in pract. crim. in 1. par. 3. partis in uerſ. ſi confitẽbuntur, nu. 65. & 68. & iſtam ait eſſe communem opinionem Gand. in tract. *Cõis opin.*

tract.maleficiorum,ſub rub.de queſt.& tormentis verſ. quis ſit effectus quæſtionis, & Moder.in c.at ſi clerici de iud. Bonifacius in tract. maleficiorum in rub. quæ indicia debeant præcedere torturam num.7. Ambertus de Antramonia in tract.de quæſtionibus & tortura nu.6.Io.de Arnono in cõmentario 120. dixi ſupra,& Follerius in loco præcitato nu. 65. vbi latè limitat iſtam communem in nouem caſibus.

2 Contrarium verò affirmauerunt Doctores in confeſſo in tortura ſemel; quia ſemel confeſſus in tormentis,niſi perſeuerauerit,cõdemnari per iudicem nequit,vt habetur in l.2.ff.de cuſto.reo. Tamen poteſt iterum quæſtionari, vt reſpondent omnes Doct.communiter,teſte Boer.deciſ. 163.nu.28. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO facta coram iudice incompetente,licèt non valeat vt iudicialis, valet tamen vt extraiudicialis, & facit indicium ad torturam per iudicem ordinarium inferendam.*

OPINIO CXLI.

1 CONFESSIO facta coram iudice incompetente,quæ licèt non valeat vt iudicialis, vt per Doct.indifferenter paſsim, valebit tamen vt extraiudicialis, & iudex ordinarius poteſt ipſum confitentem ponere ad torturam, quemadmodum ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus, argumento notatorum in l.capite quinto ff. de adulter. poteſt etiã eundem confitentem cogere ad perſeuerandum in huiuſmodi cõfeſsione extraiudiciali, niſi doceat de errore & de cauſa variandi, vt voluit Guil. de Cug.& communiter omnes Doct.in l. magiſtratibus ff. de iuriſdictio.omnium iudicum, quam quidem communem ſequitur, celebrat, & citat Laffredus deciſ.104.& Boer.deciſ.89. & ſeq. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *SACERDOS non poteſt reuelare confeſsionem, & ſibi reuelanti nulla fides adhibetur, niſi eſſet fide dignus, aſſereretq; iuratus mortuum, ſeu morientem dediſſe ſibi licentiam reuelandi, tunc enim eius dicto creditur.*

2 *Confeſſor poteſt laudare confitentem, ac abſolutè aſſerere confitentem ipſum virginem eſſe, vel nunquam peccaſſe mortaliter, & alias ſuas virtutes proferre, & reuelare ſibi licitum eſt; ſed hoc non licet, quando per hoc quòd vnus laudatur, & peccatum alterius reuelatur: quia quod de vno dicitur, de altero negatur.*

OPINIO CXLII.

1 CONFESSIO, ſeu ea, quæ fuerunt dicta Sacerdoti in confeſsione per confitentẽ, per ipſum ſacerdotem reuelari nequeunt, & dato quòd reuelaret iſtam confeſsionem, ſibi nulla fides adhibenda eſſet.

¶ Sed hoc fallit quotieſcunque ſacerdos eſſet fide dignus, aſſereretq; mortuum, ſeu morientẽ dediſſe ſibi licentiam de reuelanda confeſsione, tunc enim creditur dicto ſacerdotis, ſecundum Lapum in allegatione ſua 94. mulier in cõfeſsione, cuius doctrinam refert, ſequiturq; Fely. in c. veniens, il 2. col. 9. de teſt. pro quo ipſe adducit ibi dicta per Io.Calder.conſ.25. teſtator habens filios.

¶ Et quòd clericus, ſeu ſacerdos poſsit reuelare confeſsionem de conſenſu, & licentia expreſſa ſibi data à confitente; firmant omnes Canoniſtæ in c.ſignificaſti de adulte. & iſtam dicunt eſſe communem opinionem Fely. in c. teſtimoniũ col.10.de teſt.& Ripa in tract.de peſte in titu.de remedijs ad curandam peſtem, nu.108.& ſequitur Cotta in memorali in ver.iuramentum probat difficultatem poſt medium, Fely.in c. nemo de ſimo.& in d.c. veniens ex mente Archidia. in c.ipſi Apoſtoli 7.q.2.vbi adijcit etiam, quòd debet deponere iuratus, & Marſili. in l. ſi quis ne quæſt.col.32.ff.de quæſt. Cõis opin.

2 Item fallit, quòd licet confeſſori dicere bona de perſona,quam audiuit in confeſsione, quia ſacerdos tantùm tenetur celare peccata audita in ipſa confeſsione de quibus nullo modo loqui poteſt, nec directè, nec indirectè. Hinc optimè concludit Petrus de Pal.4. ſententiarum diſtin. 21.q.3.art.11. concluſio.3. quòd licet abſolutè dicere confeſſori bona, quibus laudatur perſona ſibi confeſſa, putà quia virgo, vel quia nunquam peccauit mortaliter & huiuſmodi.

¶ Sed hoc non licet, quando per hoc, quòd vnus laudatur, peccatũ alterius reuelatur; quia quod de vno dicitur, de altero negatur; vt ait Gregorius in Homilia ſuper illud Ioan.8. Ego demonium non habeo. Vndè duobus confitentibus, ſi poſtmodum confeſſor diceret de vno, iſte eſt virgo, vel iſte nunquam peccauit mortaliter, ſtatim poſſet eſſe ſuſpicio contra alium.

SVMMARIVM.

1 *SACERDOS non poteſt reuelare confeſsionem, & reuelans non ſolùm à ſacerdotali officio deponendus eſt, ſed etiam ad agendum perpetuam pænitentiam in arctium monaſterium detruditur.*

2 *Sacerdos non tenetur propalare confeſsionem, etiam Papa mandante ſub pæna excommunicationis: quia*

ſigillum,

ſigillum,& celatio ipſius confeßionis eſt de iure diuino,& de neceßitate ſacramenti.

3 *Sacerdos in actu confeßionis gerit veri Dei vices,& in hoc eſt maior Summo Pontifice, ideò à Papa,tanquã in iſto actu inferiore, compelli non poteſt ad reuelandum confeßionem.*

4 *Sacerdos interrogatus cum iuramento per Papam,vel Epiſcopum ſuper aliqua re audita in confeßione per eum,licitè iurare poteſt ſe nihil ſcire, quia illud quod per confeßionem ſcio, minus ſcio, quàm illud quod neſcio.*

5 *Sacerdos non tenetur propalare confeßionem, etiam quòd Papa, vel Epiſcopus excommunicaret omnes conſcios alicuius criminis, tunc enim debet reuelare confeßionem; nec currit contra eum excommunicatio:quia Papa,ſeu Epiſcopus non intendunt ob hoc confeſſorem ligare, & ſi intenderent mortaliter peccarent,tanquam ponentes falcem in meſſem alienã.*

6 *Confeßionis ſacramentalis ſecretum non eſt detegendum, etiam quò ad crimen committendum ſaltem nominato authore. Et ſic ſacerdos debet quanto cautius poteſt reuelare confeßionem, vt facinus detectum in confeßione committendum impediatur,nec perſonam aliquo modo propalare.*

7 *Sacerdos poteſt ad reuelandum cogi in cauſa matrimoniali omnia,quæ in confeßione habuit.*

8 *Confeßionem poteſt reuelare laicus, & conſequenter ea,quæ in ſecreto, & confeßione dicatur,etiam ei præſtito iuramento; nam ſi in teſtem producatur, debet hoc propalare non obſtante iuramento ipſo.*

9 *Iurans non reuelare ſecreta,poteſt reuelare ſine reatu periurij turpia,& illicita,non omnibus,ſed ei tantùm cui poteſt prodeſſe,& non obeſſe.*

OPINIO CXLIII.

1 CONFESSIONEM ſacerdos reuelare nõ poteſt, & reuelans punitur iuxta c.omnis vtriuſque ſexus in fin. de pœn. vbi mandat Papa cuilibet confeſſori, dicens: Caueat omnis ſacerdos,ne verbo,aut ſigno, vel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed ſi prudentiori conſilio indiguerit ipſe ſacerdos,illud petat cautè abſque vlla expræſsione perſonæ. Vt autem magis ſibi caueat confeſſor à reuelatione confeſsionis, mox ibidẽ pœna tranſgreſſoribus debita ſubiungitur, cum dicitur: Qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare,non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendum perpetuam pœnitentiã in arctum monaſterium detrudatur.

¶ Idemq; ad idem propoſitum loquitur Magiſter ſententiarum in 4.diſt.21. dicens; Caueat ſacerdos ne peccata pœnitentium alijs prodat; alioquin deponatur.

¶ Et notat etiam Summa Raymũdi in tract. 4.titu.de qualitatibus ſacerdotum,c.3.2.partis ſub nu.12. & Summa Armilla in ver. confeſſor, nu.13. vbi ait, quòd confeſſor ipſe peccat etiam mortaliter,& Scotus etiam in 4.diſt.21.q.2.

2 Imò Papa præcipiente, & mandante hoc ſub pœna excommunicationis minimè teneretur, nec poſſet ſacerdos ipſe confeſsionem reuelare, ſeu propalare, ſecundum Beroum in ſuis quęſtionibus familiaribus q.12.nu.1. & ſeq. & Summa Tabiena in ver.Confeſsio,il 3.§.2.

¶ Quia celatio,& ſigillum confeſsionis eſt de iure diuino, & de neceſsitate ſacramenti, vt tenuerunt Ioan.de Turre Cremat.Card.in c. ſacerdos col.2.de pœnit.diſtin.6.& Pet.de Pallude in 4.diſt.21.

3 Imò fortius antedictus ſacerdos in confeſsionis actu gerit veri Dei vices,vt eſt tex.iuncta Gl. in c.dilectus de exceſſ.prælat.& habetur in c. ſacerdos de offi.ord. & effectualiter in hoc eſt maior Summo Pontifice, ideo à Papa,tanquã in iſto actu inferiore, compelli nequit, vt per Beroum in d.q.12.& per Neuiza. in Sylua nuptiali lib.3. ſub nu.45.vbi firmat etiam,quòd ſi ſacerdos ipſe interrogaretur iuramento, poſſet reſpondere ſe nihil ſcire.

4 Et ſic ipſe ſacerdos in huiuſmodi caſu poſſet licitè iurare ſe nihil ſcire, non enim adiuratur à Papa,ſeu Epiſcopo,niſi inquantum homo, & inquantum ſubditus ſuus, vt ſic autem nihil ſcit, ſed tantum inquantum Vicarius Chriſti. Ita vt dicat Auguſtinus ad Fratres in heremo, ſermone 30. Illud quod per confeſsionem ſcio, minus ſcio,quàm illud,quod neſcio.

5 Item ſi Papa, Epiſcopuſuè excommunicaret omnes conſcios alicuius criminis, quod audiuit aliquis ſacerdos in confeſsione, niſi illud reuelauerint hoc non obſtante non debet crimen reuelare, nec in tali caſu contra eum currit prædicta excõmunicatio; quia Papa, aut Epiſcopus non intendunt talem ligare: quod ſi intenderẽt, nihil facerent;& cum hoc mortaliter peccarent; vtpotè ponentes falcem ſuam in meſſem alienã, vt voluit Glo. in c.ſacerdos de pœn.diſt.6.

6 Sed vbicunq; quis confitetur ſacerdoti, quòd vult homicidium patrare, Titiumq; interficere, ſeu aliquod ſimile facinus committere, & quòd tentationi huic reſiſtere non poteſt,nec ab ea abſtinere aliquo pacto; tunc ſacerdos debet quanto cautius poteſt reuelare confeſsionem, vt peccatum impediatur, & non propalare perſonam quoquo modo,ſecundum Iacob.Zoccum Ferrarien præceptorem Fely. in 20.q.Inno.Hoſt. Anchara.Abb.col.fin.Card.Zaba.col.fin.Anto.col. 8.& omnes in d.c.omnis vtriuſque ſexus, Archiepiſc.in d.c.Sacerdos,& Ripam in tract.de peſte §.vltimo fol.115.Franciſc. Conſcium Decanum Senenſem in c.1.de offi.deleg.nu.92.& Ioannem Lupi.in repet.c.per ueſtras §. 26.nu. 9. de donatio. inter vir. & vxo. Et iſta eſt vera, canonica, pia, &

pia,& cõmunis opinio, ſecundùm relatos Doct. & Hierony. Gigantem in tract. de crimine læſæ Maieſtatis lib.2.in tit.qui accuſare poſsunt in crimine læſæ Maieſtatis q. 18. nu. 8. & ſeq.

Cõis opin. ¶ Et idem iudicio meo videntur ſenſiſſe omnes Theologi communiter in 4. ſenten. diſtinct. 21.Vbi præter alios,Gabriel q.1. concluſio.3. & Io.Maior q.3.Hadr. in 4. ſent.in tract. de confeſſ. ſigillo,Caiet.in opuſculis 27.q.cau. 15. & Dominicus Soto in relectione de ſecreto membro 3. q. 4.concluſio.2.in quibus locis dicunt, quòd confeſsionis ſacramentalis ſecretum non eſt detegẽdum,etiam quò ad crimen committendum, ſaltem nominato authore.

7 Item ſacerdos cogi poſſet reuelare in negocio matrimoniali ea omnia, quæ in confeſsione habuit, ſecundum Neuiza. in loco præcitato cum alijs aggregatis ibi per eum.

8 Item laicus poſſet reuelare confeſsionem:nam quando quis ſacerdos non eſt,& in ſecreto,& con ſeſsione dicatur aliquid iuramento etiam ei prę ſtito,quòd nemini illud propalare debeat; nihilominus ſi in teſtem producatur,debet hoc reuelare,non obſtante iuramento,ſecundum Inno. in d.c.omnis vtriuſque ſexus in fin.& in c. qualiter, & quando de accuſat. Abb.in c. ſi ſacerdos col.2. de offi.ord. Iaſ.in l.fin.col.3.ff. qui ſatiſda.cogan. Et hoc dictum refert,ſequitur,& multum cõmendat Marſil.ſing.424. accipe quæſo vnum dictum valdè periculoſum, & Neuiza.vbi ſupra, qui hoc vtiliter declarat,& Ang.de Clauaſio in ſua Summa Angelica in verbo.Iuramẽtum il 5. ſub §.22. verſ. ſimiliter intelligitur, quòd non tenetur reuelare.

9 Similiterq; promittens, iuranſque tenere aliquid ſecretũ, & illud nullatenus reuelare, poteſt non obſtante iuramento, & tacitè abſque periurij reatu illicita,& turpia reuelare illis duntaxat, quibus poſsit prodeſſe & non obeſſe,& non alijs, c.hoc videtur 12.q.5.& ſentiunt Glo. Abb.Fely. col.pen.& alij.in c.ego.N. ext. de iureiur. Roma. ſingu.506.& Ang.de Clauaſio.in d.ver.Iuramentum il 5. ſub §. 22. verſ. idem dic, cum quis promiſit tenere ſecretum.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO peccatorum poteſt fieri laico propter impoſsibilitatem expectandi ſacerdotem. Et huic laico confitenti in caſu neceſsitatis non eſt licitum confeſſata reuelare. Imò laicus reuelans ipſam confeſsionem,debet puniri pœnis, hic remiſsiuè poſitis.*

2 *Baptiſmus neceſsitatis tempore à laico ſuſcipi poteſt.*

3 *Laicus,qui in neceſsitate audiuit confeſsionem mulieris, non poteſt poſtea cum ea contrahere matrimonium.*

4 *Confeſsio facta puro laico,quem credebat confitens eſſe ſacerdotem, & communi opinione reputabatur ſacerdos,valet & tenet,& abſolutio etiam inde ſequuta.*

OPINIO CXLIIII.

1 CONFITERI quilibet poteſt peccata ſua laico, propter impoſsibilitatem expectandi ſacerdotem. Et ſic laicus poſſet interuenire ad confeſsionẽ ex cauſa neceſsitatis, putà tã quam interpres,vel in defectum ſacerdotis, ſecundum Glo fin. in c. 2. de pœnit.& remiſ.in 6. & Glo. in c. cùm inferior de maio. & obed.& in c. vnum §. nomine autem criminis 25.diſt.& voluit text.in c. quem pœnitet de pœn.diſt.1.& in c.quis vult,de pœnit.diſt. 6. & notat Guil. Pepin. in Sermonibus Dominicalibus totius de Epiſtolis,& Euangelijs, in Dominica 14.poſt Trinitatem, Sermone 2.de Euangelio col.2.verſ.quarta veritas,& Marſil.in l. qui ædem nu.7.C.ad l.Corne.de ſicar. qui allegat ad hoc corroborandum Glo.in c.paſtoralis de offic. ordin. in ver. mortem, quę ait,ob neceſsitatem, & quando res tempore erat peritura,laicus laico peccata ſua confiteri poſſet.

¶ Et huic opinioni quòd in articulo, caſuque neceſsitatis vrgẽte mortis periculo,debeat quis confiteri laico peccata mortalia deficiente ſacerdote,inhærent etiam Duran.Palluda.Riccar. Gabriel,Maio.Beda,Marſil. & Magiſter ſententiarũ in 4.Senten.diſt.17.& S. Thom. eadem diſt.q.3. art.3.quoli.2.vbi concludit,quòd vbicunque neceſsitas imminet,tenetur pœnitens facere quod ex parte ſua eſt,ſcilicet, confiteri cui poteſt, qui licèt ſacramentum perficere nequeat,vt agat id, quod eſt ex parte ſacerdotis,& conſequenter relaxare, concedereuè abſolutionem, tamen defectum ſacerdotis ſummus ſacerdos ſupplet. & cõfeſsio ipſa laico ex deſiderio ſacerdotis facta,ſacramentalis eſt quodammodo, quamuis ſacramentum nõ ſit perfectum;deeſt enim ei id,quod eſt ex parte ſacerdotis. Et in corpore,& argumentis in fin.firmat idem S.Thom.quòd in neceſsitate etiam laicus vicem ſacerdotis ſupplet, vt ei cõfeſsio fieri poſsit: & ratione neceſsitatis iudiciũ accipit ſuper confitente, ſecundum quod confitens ex ſacerdotis deſiderio ſe ei ſubſit, licèt ille, qui laico confeſſus in articulo neceſsitatis conſequutus ſit veniam à Deo,eo quòd propoſitũ confitendi,ſecundum Dei mandatum, quod concepit,ſicut potuit, impleuit,non tamen Eccleſię reconciliatus eſt,vt ad ſacramenta Eccleſiæ admitti debeat, niſi prius à ſacerdote abſoluatur. Et ideò oportet quòd iterùm confiteatur ſacerdoti, cùm copiam habere potuerit; & præcipuè, quia vt dictum eſt,ſacramentum pęnitentiæ perfectũ non fuit. Vnde oportet vt confiteatur, vt ex ipſa perceptione ſacramenti pleniorem effectũ conſequatur,& vt mandatum de ſacramento pœnitentiæ impleat.

In

¶ In contrariam vero partem inclinauit Scotus in 4 ſenten.diſt. 17 vbi inquit,quòd nullum eſt præceptum de accuſando peccata ſua laico, & fortè vtilius eſſet non accuſare ſe illi, ſi poſſet æqualem verecundiam habere apud ſe recogitādo eadem peccata,& hoc, quia laicus nullam habet ſententiandi authoritatem in iſto foro conſcientiæ, & ſequitur Frater Angel. de Clauaſio in ſua Sūma Angelica in ver. Confeſsio il 3. n.1.

¶ Sed quicquid ſuadeat artificioſis rationibus Scotus vbi ſupra, non audeo me opponere contra torrentem Doctorum, & iudiciorum eccleſiaſticorum,imò concurro libenter, tanquam verè cultor, & defenſor communium opinionū cum prima opinione communi,tanquam ſacroſancta,& communiter recepta ab vtraque ſchola Theologorum, & Canoniſtarum, quam ſequitur etiam Frater Io. Tabienſis in ſua Summa Tabiena in ver. Abſolutio, il primo nu.34.& Frater Franciſcus à Vittoria in ſua Summa Sacramentorum Eccleſię in tit.de confeſsione, ſecunda pœnitentiæ parte,nu. 143. vbi tollit omnia fundamenta Scoti, & oſtendit iſtam partem communiter à Theologis approbari, & admonet admitti, ac procedere in confeſsione non ſacramentali, non autem in ſacramentali.

¶ Benè tamen verum eſt quòd quis non tenetur de præcepto confiteri puro laico in huiuſmodi articulo ſacerdote deficiente, ſed potius de cōſilio, vt aduertit Tabiena poſt alios congeſtos Doct. per eum in d. Summa in ver. Abſolutio,il primo nu. 35. & cum hac opinione videtur concurrere etiam S.Bonauentura in 4.ſenten.diſtin. 17.q.1.Vbi diſcurrit. An ſufficiat confiteri puro laico,& reſpondet quòd de confeſsione poteſt loqui dupliciter. Vno modo, prout eſt opus virtutis directè repugnans hipocriſi,in quo quis ſeipſum accuſat,ne alius quàm ſit,appareat,vel mala ſua aperit ad inueſtigandam morbi curationem,& hoc modo cuilibet poteſt fieri, qui poteſt inſtruendo, vel orando adiuuare. Alio verò modo,Confeſsio eſt opus ſacramentale, prout ordinatur ad reconciliationem, quæ fit per abſolutionem,& ligationem; & quoniam hæc poteſtas eſt collata ſolis ſacerdotibus,ideò hæc nulli, niſi ſolis ſacerdotibus eſt facienda.

¶ Et hoc idem videtur concludere etiam Vigerius in ſuis inſtitutionibus in tract.de ſacramēto pœnitentiæ ver. 16.num.179.litera b, vbi firmat, quòd inter alias conditiones ad confeſsionem, hæc prima requiratur, vt ſit ſacerdos, qui non ſacerdos, quamuis in neceſsitatis articulo poſsit confeſsiones audire,& ei peccator ex charitate, & propter humilitatem confiteri valeat, non tenetur tamen ex neceſsitate; quia talis nō habet claues eccleſię, & ſi attentat abſoluere nihil facit,& fruſtra laborat,& ſic non eſt confeſsio ſacramentalis, vbi etiam reſpondet omnibus oſtaculis contrarijs, & adducit rationes pro iſta ſententia.

¶ Et laico iſti confitenti in caſu neceſsitatis, non eſt licitum reuelare confeſſata, ſecundum omnes Doct. cōmuniter in c. ſignificaſti de adulter. Guil.Pepin. in d. Sermone 2. de Euangelio in Dominica 14. poſt Trinitatem, vbi aſsignat tres optimas rationes, & Neuiza. in Sylua nuptiali lib.3.ſub num.45. Et Ripam in tract. de peſte in titu. de remed. ad curandam peſtem nu. 116. cū alijs ſeq. vbi meminit iſtam fore communē opinionem,& eam approbat,& ponit pariter pœnā, qua veniat plectendus iſte laicus confeſsionem reuelans. Cōis opin.

1 ¶ Et certè reuelans laicus ipſe confeſsionem ſibi factam, veniret proculdubio detrudendus in arctū monaſteriū, ſecundum Panor. in c. omnis de pœnitentijs,& remiſ.

¶ Imò peccat mortaliter idem ſecularis reuelando confeſsionem, tanquam violator ſacramēti, & ſpretor præcepti diuini, & iuris poſitiui, ut per Summam Tabienam in ver. Confeſsionis celatio il 3.n.16. Et hoc probatur naturali ratione; quia inferretur confitenti non leuis iniuria. Et quia etiam dicitur in d. c. omnis quòd qui non celauerit confeſsionem, detrudatur in arctiſsimum monaſterium, ibi perpetuo agendo pœnitentiam; & quoniam ſi in hoc daretur aliqua exceptio, tolleretur nempè confeſsio ipſa; nemo enim auderet confiteri peccata grauia. Idcirco propter nullum bonum, quodcunque ſit illud, licèt ſigillum confeſsionis frangere: vtpotè, quia nullum poteſt eſſe æquale bonum, nec tam neceſſarium, vt eſt confeſsio.

2 Ita ſimiliter idem laicus, & ſic alius, quàm ſacerdos in caſu neceſsitatis baptizare poſſet c. cōſtat,& c.veritate de conſec. diſt.4.

3 Et denique aduertè, quòd eſt tam magna uis, & potentia mentionatæ confeſsionis, quòd ſi laicus audiret confeſsionem mulieris in neceſsitate, non póſſet quidem poſtea cum ea contrahere matrimonium; ſed ſi contraheret, fortè teneret matrimonium; videtur enim hoc tantùm ſacerdoti prohiberi, cùm eius officium duntaxat ſit audiendi peccata confitentium, vt ita notabiliter firmat Glo. in c. omnes 30.q.1.

4 Sed ſi quis forte confiteretur puro laico omnia peccata ſua, quem credebat eſſe ſacerdotem, & communi opinione reputabatur ſacerdos, licèt non erat, quid reſpondendum? Conclude breuiter, quòd ex quo iſte laicus habebatur pro ſacerdote, & tolerabatur in quaſi poſſeſsione ſacerdotij a ſuperiore, valet confeſsio, & abſolutio, ſecundum Glo. in ver. Decepto, Innoc. & alios in c dudum de elect. & omnes Canoniſtas in c. Apoſtolicam de presby. non bapti. Ioannem de Fan. in c. baptiſmi vicem de conſecr. diſtinct. 4. Iaſ. in l. Barbarius nu. 63. de officio præto. & Ripam in d. tract. de peſte in tit. de remed. ad curandam peſtem nu. 45. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO tutoris, curatoris, adminiſtratoris, executoris, & ſimilium de recepta pecunia, non præiudicat principali, nec ei ſtandum eſt in præiudicium pupilli, minorum, heredum, & aliorum, nulla apparente numeratione.*

OPINIO CXLV.

1 CONFESSIONI tutoris, curatoris, procuratoris, exequutoris, aut alij adminiſtratoris', ſtandum nõ eſt de recepta pecunia in prę iudicium pupilli, minoris, hæredum, & aliorum, niſi de numeratione aliter appareat. Et conſequenter confeſsio hæc procuratoris, & aliorum huiuſmodi de recepto, pupillo, domino, & alijs nulla apparente numeratione, præiudicare nequit; vt tenuerunt pro conſtanti Bartol. & Imol. in l. ſi debitorem, per illum tex. ff. de nouatio. Bald. in l. omnes §. 1. C. de quadri. pręſcript. in c. ex inſinuatione col. 2. extra de procur. Ang. in l. 2. §. fin. C. de quadri. præſcrip. Bar. Bal. Fulgo. Roma. Caſtr. Alex. Soc. & Cęteri in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. peta. Feder. de Senis conſ. 43. Bal. conſ. 287. dicta mulier col. 1. vol. 4. Caſtren. conſ. 32. circa prin. in fin. vol. 2. Fulgo. conſ. 209. duobus per totum, Maria. Soc. conſ. 3. col. 2. Alex. conſ. 132. in cauſa, & lite col. 2. vol. 4. Franciſ. Aret. conſ. 4. ex facto proponitur, & Barbac. conſ. 8. Sapienter col. 15. vol. 2. & conſil. 17. Clementiſsimum col. 3. vol. 4. Ruin. conſil. 140. nu. 4. & ſeq. vol. 1. Dec. conſ. 146. col. pen. & conſ. 493. & alij innumeri congeſti per Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, in titu. de retractu conuentionali §. 4. Glo. 6. nu. 12. & ſeq. vbi narrat iſtã *Cõis opin* eſſe communem ſententiam, & magis communẽ dicit perſpicaciſsimus D. Follerius in pragmat. de cenſibus in uer. quæ quidem exequutio nullæ falſitatis nu. 51.

¶ Contrarium verò uoluerunt Bal. in l. nam, & nocere in fin. ff. de pactis, Feder. de Senis conſ. 54. Caſtren. conſ. 34. vol. 1. Cuma. conſ. 31. Saly. Imol. Cuma. Fulgo. Curti. Zaſi. Alciat. in d. l. 2. §. fin. ff. ſi cer. peta. Imol. in c. ſi cautio col. fin. ex. de fide inſtr. Barbac. cõſ. 18. col. 3. vol. 3. Iaſ. in l. duobus reis col. 2. ff. de iureiu. & ceteri relati p Tiraq. in d. tract. de retract. in tit. de retractu conſanguineorũ §. 1. Gl. 18. nu. 90. & in d. tit. de retractu cõuentionali §. 4. Gl. 6. nu. 13. Et iſtorum opinionẽ dicit ęquam, & in practica ſeruari Zaſi. in d. §. fin.

¶ Et quamuis Tiraquel. & Follerius quæſtionem hanc, & altercationem indeciſam, indiffinitamq; relinquerint, nihilominus remoto omni timore, primam partem Bar. & ſequacium, tanquam veriorem, ſuſtentabiliorem, communioremuè ſequi poſſumus in actu practico: quam ſequitur, tuetur ab omnibus contrarijs, & ait communem Bolognettus in d. l. 2. §. final. nu. 44. cum alijs ſeq. & Ioan. Cephalus conſ. 101. num. 18. & ſeq. vol. 1.

SVMMA 'IVM.

1 *CONFESSIO de dote recepta conſtante matrimonio non præiudicat creditoribus præſentibus, vel futuris.*

2 *Confeſſio de recepta dote matrimonio durante etiam iurata, non nocet creditoribus tam præſentibus, quam futuris.*

3 *Confeſsio dotis durante matrimonio non nocet creditoribus, licèt lapſum ſit tempus decem annorum opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Nam ſi ex confeſſione ipſa præſumitur donatio, & confeſsio ſimulata, lapſus dicti temporis non poteſt quid operari in fraudem creditorum.*

4 *Præſumptio fraudis, & ſimulationis, eſt iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem partis aduerſæ.*

OPINIO CXLVI.

1 CONFESSIO de dote recepta conſtante matrimonio nullatenus præiudicat creditoribus præſentibus, vel futuris, ſecundum Glo. & Bar. in authen. ſed iam neceſſe C. de donatio. ante nupt. Alexan. conſ. 45. vol. 1. & conſil. 142. vol. 5. Bar. in l. ſi conſtante in prin. ff. ſolut. matrimo. Grauet. conſ. 44. num. 1. Doct. omnes in l. 1. ff. ſolu. matrimo. Et iſta eſt communis opinio, ſecundum Aret. in §. fuerat nu. 14. inſtit. de actio. *Cõis opin.* Bellonum conſ. 47. Boer. deciſ. 330. & Ripam in l. fœminæ, nu. 36. C. de ſecun. nup.

2 Et hoc ampliatur etiam procedere, ſi talis cõfeſsio fuerit iurata, vt voluerunt Bartol. in l. cum quis decedens §. Titia ff. de leg. 3. Bal. in l. 1. §. idẽ facit C. de inoff. donat. & in l. 1. q. fin. C. de donat. ante nupt. Socin. in d. l. 1. ff. ſolut. matrimo. num. 103. Rubeus conſil. 119. Curt. Iun. conſ. 95. nu. 4. Couarru. in ſuis reſolutio. lib. 1. c. 7. in quibus locis iſtam eſſe communem opinionem oſtendunt.

3 Ampliatur ſecundò loco procederè quoque, licèt lapſum ſit tempus opponẽdi exceptionem non numeratę dotis, ſecundum opinionem Bulga. in d. l. 1. ſolu. matrim. quàm ſequitur Rubeus conſ. 78. num. 10. Sed Anchara. conſ. 307. videtur reſpondere contrarium, videlicet, quod confeſsio dotis poſt decem annos, habeatur ac ſi fuiſſet verè numerata. Cæterùm hoc dictum Anchara. valde periculoſum exiſtimo; nam ſi ex confeſsione præſumitur donatio, & conſequenter ſimulata confeſsio, lapſus dicti temporis non poteſt quid operari, vt per Soci. in d. l. 1. ſolut. matrimo.

trimo.n.102.obſtat quidẽ exceptio ſimulationis, quæ eſt perpetua, vt per eum; quia talis cõfeſsio ne dum præſumitur facta in fraudem creditorũ, vt per Bar.in d.authen.Sed iam neceſſe,& in d.l. ſi conſtante, verùm etiam præſumitur ſimulata, ideò non nocet creditoribus tam præſentibus, quàm futuris Bal.in rubr.quæ in fraud.credit. & Rubeus in d.conſ.119.

4 Et præſumptio huius fraudis, & ſimulationis eſt iuris,& de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſsionem partis aduerſæ Glo.in l.antiquę in prin.C.ad Velleia.& in §.item ex inquiſitione in ver.idonei inſtit.de ſatiſd.tut.& Doct.in d.auth.ſed iã neceſſe.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS confitens ſe recepiſſe dotem ab vxore, vel à ſocero, vel ab alio ſub ſpe futuræ numerationis, põt opponere exceptionẽ nõ numeratæ dotis infra decẽ ãn.*

2 *Exceptio dotis confeſſatæ, & non numeratæ opponi non poteſt, etiã quòd nõ ſit lapsũ decenniũ, vbicunq; pręcederet inſtrumentũ dotale, quo dos marito eſſet ꝓmiſſa, & ſequeret cõſtãte matrimonio confeſſio ipſius dotis.*

3 *Exceptio dotis cautæ, & non numeratæ opponi non poteſt, quotieſcunq; maritus pręſtitiſſet vxori tanquam dotatæ alimenta, & eam retinuiſſet in domo.*

4 *Exceptio dotis non numeratę opponi non poteſt ſtante confeſsione geminata mariti de dote recepta.*

5 *Exceptio dotis nõ numeratæ opponi nequit vbi cũ iuramẽto aſſertorio fuiſſet renũciatũ exceptioni nõ numeratę dotis, iurãdo maritus oĩa, et ſingula uera eſſe, etc.*

6 *Confeſsio dotis conſtante matrimonio facta, ſtante lapſu temporis ad opponendum exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ operatur tantum, quantum vera dotis ſolutio in pręiudiciũ mariti, & creditorũ, maximè futurorum.*

7 *Confeſſioni mariti de recepto ſtatur in pręiudicium creditorum concurrentibus coniecturis.*

8 *Confeſſio dotis receptę in quibus caſibus verã numerationẽ ſaltẽ pręſumptiuè probet, ponitur hic remiſsiuè.*

9 *Vxor, cui fuit relicta in teſtamento dos ſua per maritũ, non poteſt detrahere dotem, niſi probaret illã dotẽ datam eſſe per inſtrumentũ. Sed hoc procedit quando in legato non eſſet expræſſa quãtitas, ſeu res certa; ſecus autẽ ſi in ipſo legato dotis exprẹſſa fuiſſet quantitas, eo enim caſu non eſt neceſſarium inſtrumentum.*

OPINIO CXLVIII.

1 EXCEPTIONEM non numeratæ dotis opponere poteſt infra decennium maritus, qui confeſſus ſit recepiſſe dotem ab vxore, vel à ſocero, ſeu ab alio ſpe futurę numerationis l.1.& toto tit.C. de dote cauta non nume.& not. Gozad.conſ.42. nu.1.& Caſſane.in conſuetu.Burgun.in titu. *Des droitz.* rub.4.§.7.nu.1. Confeſsio.

2 Sed vbicunque præcederet inſtrumentum dotale, quo dos ipſi marito extitiſſet promiſſa,& ſequeretur conſtante matrimonio confeſsio, etiam quòd non ſit lapſum decennium, adhuc huiuſmodi exceptio dotis confeſſatæ. & non numeratæ opponi non poſſet, ſecundum Caſtren.& Soc. col.14.in l.1.ff.ſolu.matrimo.Fely.in c.ſi cautio. num.82.de fide inſtru.Cyn.Bal.Saly. & Caſtren. in l.in contractibus per text.ibi C.de non nume. pecu.Aret.in §.fuerat col.10.inſtit.actio.Roma. l.ſi conſtante q.4.ff.ſolu.matri. Grauet.conſ.40. nu.10 & Hierony.Albanum conſ.8.doleo ꝙ cauſa viduæ nu.11.vbi exclamat iſtam eſſe communem opinionẽ,& Bellonum quoq; cũ alijs relatis per eum conſ.4.nu.7.& comprobat Afflictus copiosè deciſ.402.vbi recitat ita iudicatum extitiſſe in Sacro Regio Concilio,& Couarru. cumulatiſsimè in lib 1.variarum reſolutionũ c.7.ſub nu. 6.vbi ſimiliter meminit de dicta communi,& Io. de Amicis cõſ.136.nu.2.& 4. Quã cõmunẽ latè & vtiliter declarat in duobus caſibus Cęſar Vrſil.in add.Affl.in deciſ.402.nu.1.cum alijs ſeq. Cõis opin.

3 Item exceptio præmiſſa dotis cautę,& non numeratę opponi nequiret, quotieſcunq; maritus vxori tãquam dotatę præſtitiſſet alimenta, ac eã retinuiſſet in domo, vt voluit Bal.in rub.C.de priuil.dota.col.3.Grammat.deciſ.103.nu 6.Tiraq. in l.ſi vnquã in ver.Donat.nu.101.C.de reuoca. donat.Neuiza.cõſ.57.nu.8.in fin.& Rolan.à Valle conſ.85.nu.43.vol.1. Et iſta eſt cõmunis opinio, ſecundũ Soc.conſ.82.nu.3.vol.3.& in d.l.1. ff.ſolu.matri.Gozad.in d.conſ.42.nu.13. Couar. in d.c.7.ſub n.6.Grauet d.conſ.40.nu.4.& Albanũ in d.conſ.8.nu.10 Licèt,& ruditer quidẽ Bellonus conſ.48.nu.2. cõſulẽdo tenuerit cõtrariũ. Cõis opin.

4 Similiter vbi eſſet cõfeſsio geminata, antedicta exceptio opponi minimè poſſet l. in cõtractibus §.ſed quoniã, vbi Gl.Bal.Ang.& Saly.C.de nõ nume.pecu.& oẽs in d.c.ſi cautio. Et iſta eſt cõis opinio, vt ꝑ Soc.in d.l.1.& Grãm. in d.deciſ.103.n.3. Cõis opin.

5 Necnõ exceptio mẽtionata dotis nõ numeratę opponi non poſſet, vbi cũ iuramẽto aſſertorio extitiſſet renũciatũ exceptioni nõ numeratę dotis, iurãdo oĩa & ſingula vera eſſe,&c. Secundũ Bar. Bal.Saly.& alios in l.fi.C.de nõ nume.pec. & oẽs in d.§.fuerat, Io de Imo.in c.cũ cõtingat de iureiu.in l.nemo põt ff. de leg. 1. Abb. in diſputatio. exordiente ſtante ſtatuto Ciuitatis Senarũ, & Iacob.Philip.Port.ſeu potius Ant.Gabr.in conclu. 1.in 1.limitatio.in fi.lib.2. Et iſta eſt cõis opinio, prout deducunt Soc.in d.conſ.82.Dec.conſ.137. Grammat.in d.deciſ.103.nu.4.& ſeq. Cõis opin.

6 Poſtremò etiam confeſsio dotis receptæ facta à marito conſtante matrimonio idem operatur, quòd dos verè numerata,& ea valet,& tenet, nõ ſolùm in præiudicium mariti, ſed etiam creditorum maximè futurorum, vbicunque præteriere decem anni à die conſtitutæ hypothecę,& confeſſionis prędictę, vt in indiuiduò doctiſsimè cõſuluit D.Rolan. à Valle cõſ.74.queſtio, vol.4.vbi n. 10.ad lucẽ adducit iſtã eſſe cõmunẽ opinionem. Cõis opin.

7 Itidem confeſsioni mariti de recepto ſtatur

etiam in præiudicium creditorum cõcurrẽtibus coniecturis, ita Moheda. deciſ. 202.

8 Alios verò caſus in quibus confeſsio dotis receptæ veram numerationem ſaltem preſumptiuè probet, ponit Couarr. in d. c. 7. ſub nu. 6. & Io. de Amicis in d. conſ. 136. nu. 5. & alios caſus, in quibus confeſsio de dote recepta cõſtante matrimonio tam creditoribus præſentibus, quã futuris præiudicare nequeat, poſuimus ſupra in proxima ſuperiori opinione.

9 Sed ſi vxori forent relictę dotes ſuę per maritũ in teſtamento, & poſtea relicta eſſet hæres, & rogata alii reſtituere, tunc, ſecundum Bart. in l. qui vxori ff. de auro, & argen. lega. hęredes vxoris detrahere dotem nequirent, niſi probarent illã dotem datam eſſe per inſtrumentum. Et hæc Bart. doctrina procedit, quando in legato dotis non eſſet expręſſa quantitas, ſeu res certa, ſecus autem ſi in ipſo dotis legato expręſſa extitiſſet quãtitas, vtputà centum: eo enim caſu, non eſt neceſſariũ inſtrumentum, vt declarat, & firmat Afflict. deciſ. 359. nu. 6. & Ferrarien. in ſua pract. Papien. in for. libel. pro legato rei ſingularis nu. 64.

SVMMARIVM.

1 *BONA committentis crimen læſæ maieſtatis diuinę, vel humanę confiſcantur, ac publicantur.*

2 *Bona committentis crimen læſæ maieſtatis confiſcari debent per ſententiam de iure, ſecus in Regno.*

3 *Bona damnatorum hodie non confiſcantur, niſi in crimine læſę maieſtatis, ſed aſcendẽtibus, vel deſcẽdentibus, & à latere prouenientibus deferuntur, et reſeruantur.*

4 *Bona contrahentium matrimonium in caſu prohibito, confiſcantur ipſo iure.*

5 *Confiſcatio bonorum fit ipſo iure, etiam in 250. caſibus, poſitis hic remiſsiuè.*

6 *Feudum rebellis, confiſcatis eius bonis ob crimen læſæ maieſtatis, non venit in confiſcatione, nec poteſt confiſcari, ſed reuertitur ad Dominum directum.*

OPINIO CII.

1 CONFISCARI debent omnia bona rei committentis delictũ læſę maieſtatis, ac capite puniri l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt. Et hoc iure communiter hodie vtimur. Et conſequẽter in crimine iſto lęſę maieſtatis contra Principem, vel Rempublicam bona confiſcantur, publicanturq; ac etiam in crimine hęreſis, & ita ſeruat conſulendo, & communiter totus mundus, ſecundum Alberi. in tract. ſtatutorum quęſtio. 18. num. 6. 3. par. & Cępollam conſil. 17. num. 34. Et hoc quoque firmat Bald. in c. 1. col. 4. de pace tenenda in vſibus feudorum. Vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & in l. ſi quis numerus C. de falſa monet Saly. in l. 1. eodem titu. & Cępol. in d. conſil. 17. num. 35. & Hieronym. Gigas in tract. de crimine lęſę maieſtatis in rubr. de pœnis committent. crimen lęſę maieſtatis lib. 2. q. 1. nu. 1. cũ alijs ſeq. vbi ponit nõnullas alias pœnas, quę apud veteres diuerſimodè imponebantur reis inquiſitis, & cõuictis de hoc crimine lęſę maieſtatis. Cõis opin.

2 Et aduerte quòd tam bona rebellis prędicti, quàm hęretici non confiſcantur ipſo iure, & per conſequens feudo, & alijs eorum bonis non priuantur ipſo iure, ſed debet neceſſariò interponi, ſeu expectari ſententia, & ea lata, bona ſunt ipſo iure confiſcata d. l. quiſquis; & tenuit Dyn. Bart. & Alberi. in l. 1. §. an bona ff. de iure fiſci Bald. in tract. feudorum num. 45. Cagnol. in l. ea ſola deportationis ſententia num. 5. ff. de regulis iuris, & ita voluit cõſulendo Card. cõſ. 228. col. 1. & Boerius in deciſ. 264. nu. 11. Et iſta eſt cõmunis opinio, vt conſtat ex congeſtis per Gigan. in d. tract. de crimine lęſę maieſtatis q. 25. Cõis opin.

¶ In Regno verò Neapolit. committens crimen lęſę maieſtatis ipſo iure dominium, poſſeſſionemque feudi, ac aliorũ bonorũ, nulla interueniente appręhenſione, perdit vigore conſtitutionis ipſius Regni incipien. Contingit, & cap. incohantis Iuſtitiario Terrę Hydruntij, & c. bona proditorum, teſte Afflicto in c. 1. §. ſed nec alia num. 107. in titu. quę fuerit prima cauſa benefic. amiſ. quamuis Gloſator in d. c. Iuſtitiario in verſic. Applicentur, & ipſemet Afflict. in d. conſtitut. Contingit, intelligant iura pręmiſſa Regni procedere, quòd exequutio fieri nequeat ſuper bonis ipſo iure ad fiſcum deuolutis per rebellionem commiſſam ex abrupto, ſed debet expectari declaratio, & ſententia condemnatoria. Et iſtum fore verum ſenſum, & intellectũ dictorum iurium omnibus rectè intuentibus exploratum erit: imò in conſulendo, iudicandoq; caſu eueniente, ſemper per mentionata Regni iura, per rationes euidentiſsimas hic non poſitas, concluderem fore neceſſariam ſententiam ante cõfiſcationem faciendam bonorum rebellis.

3 Et nota ſimiliter ad pręmiſſorum declarationem, quòd hodie bona damnatorum non confiſcantur, niſi in crimine lęſę maieſtatis, per tex. celebrem, & expręſſum in authen. bona damnatorum C. de bonis damnatorum, ſed aſcendentibus, vel deſcendentibus, & à latere prouenientibus deferuntur, ſeu reſeruantur.

4 Nihilominus per authen. bona, nõ corrigitur authen. inceſtas nuptias C. de inceſt. nupt. diſponens, confiſcationẽ bonorũ fieri debere ipſo iure aduerſus cõtrahentem matrimoniũ ſcienter in gradu prohibito, ſecundũ Glo. Bar. & Ang. in authen. nouo iure C. de pœn. iud. qui malè iud. Cy. Pet. de Bellaper. & Alber. in d. auth. bona dãnatorũ, & in d. tract. ſtatutorũ 3. par. q. 17. in prin. Iacob.

Iacob. de Beluiſo. in §. 1. in authent. de inceſtis nuptijs Aretin. in tract. maleficiorum in verſic. bona publicamus, colum. penult. Andre. de Iſer. & Bald. in cap. vnic. quæ ſint regalia, & Martin. Lauden. in tract. de Fiſco §. 5. & Boerius cumulatiſsimè in dict. deciſio. 264. num. 15.
Cõis opin. cum alijs ſeq. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem.

5 Et confiſcatio bonorum fit ipſo iure, etiam in 250. caſibus poſitis, ac relatis per Ludouicum Creſſolem, in tract. in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum, vel partis publicatio ſit indicta à fol. 3. vſque ad fol. fin. vbi per 30. paginas recenſuit antedictos caſus.

6 Cæterùm dicta communis in principio poſita interpretatur vtiliter non habere locum in feudo rebellis confiſcato, quod ob crimen læſæ maieſtatis patratum, confiſcari non poteſt, nec debet fiſco applicari in præiudicium domini directi, ſecundum Bartol. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto in 2. quęſt. & in §. 1. in authentic. de non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiæ, Bald. in l. 1. C. de bonis liberto. Fabrum in dicta authent. bona, quęſtio. penult. Cępol. conſil. 80. Bald. & Alua. in cap. 1. §. illud de prohibita feud. aliena. per Federicum, & Iacobum de Sancto Georgio in quęſtio. feud. quęſtio. 28. Ioan. Andr. in cap. quibuſdam de pœnitent. in 6. Alberi. in authent. ſi verò C. de hęredi. Alexand. conſil. 88. volum. 4. Martin. Lauden. in dicto tract. de fiſco quęſtio. 263. & in tract. de crimin. lęſę maieſtatis quęſtio. 15. Et
Cõis opin. iſta eſt communis opinio, ſecundum Roma. & Alexand. in dicto §. ſi de vectigalibus & Boer. in d. deciſio. 264. nu. 7. & ſeq.

¶ In contrariam verò partem inclinauerunt multi Doctores relati per Boerium ibi, quorum opiniones concordare nititur Hierony. Gigas in d. rubr. ſui tract. de crimine lęſę maieſtatis q. 5. nu. 1. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *IVS patronatus non cadit in confiſcationem bonorum rebellis, ſed tranſit in hæredes condemnati, qui præſentare poſſint ad beneficiũ patronale in caſu præſenti, ſicut præſentare condemnatus ante condemnationẽ.*

OPINIO CL.

1 CONFISCATIS omnibus bonis rebellis ob crimen lęſę maieſtatis ab eo commiſſum, vtique in iſta generali confiſcatione bonorum non venit ius patronatus, & ſic in iure patronatu iſto non ſuccedit fiſcus, ſed tranſit in hęredes condemnati, qui pręſentare poſſunt beneficiũ patronale in pręſenti caſu, ſicut pręſentare poterat condemnatus ante condemnationem, ſecundum Gloſſ. in cap. ſatis peruerſum 50. diſtinct. & in Clement. paſtoralis in verb. Subiectè de re iudica. Archidiacon. in can. filijs 16. quęſtio. 7. Prepoſi. in c. 1. colu. penult. 10. diſtinctio. Butr. & Doctores omnes in dicta Clemen. paſtoralis, Cardinal in Clemen. ſi plures de iure patrona. & in Clemen. 1. de exceſſ. prelat. Fely. in And. Pomum in cap. quanto de re iudic. Ancharan. in cap. Fœlicis in 10. nota. de pœn. in 6. Collecta. in cap. final. de iure patrona. Bartol. in extrauagan. ad reprimend. in ver. Debellando, Angel. in tract. maleficiorum in ver. & eius bona publicamus in ver. & nota quòd facta nu. 15. Afflictum in cap. vnico §. ex eadem lege num. 9. de lege Corrad. in vſibus feudorum Alberi. in tract. ſtatutorum par. 3. quęſtio. 16. num. 17. Nellum in tractat. bannitorum in 1. par. quęſt. 32. Andre. de Iſer. Euangeliſtam in Regno Neapolitan. in cap. licèt in titu. ſi de feud. fuerit controuerſia inter dominum, & agnat. Et iſtorum opinionem inquit ęquiorem Curt. in tract. de iure patronat.
in verſic. Ipſe, vel is quęſtio. 29. & communem Cõis
eſſe fatetur Hieronym. Gigas in tractat. de crimine lęſę maieſtatis in rubr. de pœnis committen. crimi. læſæ maieſtatis lib. 2. quęſtio. 4. & ſecundum communiorem iſtam conſuluerunt Soc. Iun. conſil. 51. requiſitus à magnifico volu. 2. Mantua, conſil. 5. & Hieronym. Gigas in dicta quęſtio. 4. quorum quidem conſiliorum, & pręmiſſarum authoritatum Doctorum vigore determinauit mentionatum caſum Illuſtriſmum Dominium Venetiarum, teſte Gigante in loco pręcitato. opin.

¶ In contrariam verò partem inclinarunt, videlicèt, quòd ius patronatus tranſeat in fiſcum facta generali confiſcatione bonorum Gl. in d. c. filijs, Ioan. Andr. & Abb. in cap. nobis de iurepatronat. & idem Abb. in d. c. quanto, cum aliquibus aliis Doct.

¶ Tamen veritatem ipſam habendo ante oculos, & inſtitutum meum ſolitum ſectando, amplector primam ſententiam negatiuam, tanquam magis piam, magiſque canonicam, ac frequentiori calculo à Doctorib. vtriuſque cenſurę approbatam, & eò libentius inheſi communi pręmiſſę, quantò opinio Glo. Ioan. And. & ſequacium concordari poteſt cum dicta communi, prout ad facilem conſonantiam opiniones iſtas reduxerunt Curt. in d. q. 29. Soc. in allegato conſ. 51. nu. 6. & Gigas in d. q. 4. nu. 4. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *CONSTITVTVM eſt contractus nominatus.*
2 *Conſtitutum, ſtante quòd eſt contractus nominatus, parit actionem.*
3 *Conſtitutum hic, non eſt conſtitutum, prout ſumitur per*

per Doctores pro actu transferendi poſſeſsionem, ſed eſt quædam conuentio, ſeu obligatio ex conſtituta pecunia, & videtur hoc contingere, quando quis promittit pacto nudo id, quod ipſe alicui prius debebat, vel ex alio pacto nudo, vel ex contractu veſtito, vel promittit id, quod alius debebat prius illi perſonæ, cui iſte promittit; Et tunc ex iſto ſecundo nudo pacto inducitur actio de conſtituta pecunia.

4 *Feudum eſt contractus nominatus.*

5 *Contractus emphytheoticus, eſt contractus nominatus.*

6 *Contractus emphytheoticus producit actionem innominatam.*

7 *Contractus mutui, eſt contractus nominatus, qui parit actionem.*

OPINIO CLI.

1 CONSTITVTVM eſt cõtractus nominatus, ſecundum Bar. in l. iuriſgentium §. igitur nuda in fin. ff. de pac. Bal. in l. fin. C. ad legem falci. Alex. nu. 9. & Iaſ. nu. 33. in d. l. iuriſgentium §. ſed cum nulla, Buttig. num. 26. Iacob. Nig. nu. 60. Crot. in 1. lectu. num. 13. & 15. Ripam, nu. 30. Galliaul. num. 67. Leon. num. 97. Alciat. num. 20. Illuſtrem Guliel. Pontanum Præceptorem meum, num. 26. Soc. Iun. num. 276. Iacob. Mandellum de Alba, nu. 127. & cęteros Modern. in rub. ff. de verbo. obligat. Vbi oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Et ſic ipſum conſtitutum, cùm ſit contractus nominatus, parit, producitque actionem, vt voluerunt Bart in d. l. iuriſgentium in prin. num. 2. & alij omnes ibi, Bald. in d. l. final. C. ad l. falci. Alexand. col. penult. in d. §. ſed cum nulla, Ozerius in rubr. num. quinto, inſtitut. de verbo. obligat. Ripa num. 30. Buttigel. num. 26. Leon. num. 97. & Soci. Iunior num. 269. in dicta rubrica ff. de verbo. obligat. vbi ſimul cum cæteris Recentioribus demonſtrant eſſe communem ſententiam. *Cõis opin.*

3 Sed aduerte, quòd iſta ſpecies conuentionis, quæ appellatur conſtitutum, non eſt profectò conſtitutum, prout ſumitur per Doctores pro actu quodam transferendi poſſeſsionem, l. quod meo, vbi Bart. ff. de acquiren. poſſeſſ. cæterum ponitur, vt quędam conuentio, ſeu obligatio ex conſtituta pecunia, iuxta titu. ff. & C. de conſtitut. pecu. & cenſetur id contingere, vbicunque aliquis promittit pacto nudo id, quod ipſe alicui prius debebat, ſcilicet debebat vel ex alio pacto nudo, vel ex contractu aliquo veſtito, uel promittit id, quod alius prius debebat illi perſonæ, cui iſte promittit, vel ſi debebat vni promittat alij, l. 1. §. debitum, & l. eum qui §. quod exigimus ff. de conſtitu. pecu. quorum omnium caſuum ponit declarationem ibi Caſtren. poſt Bar. Et ſic ex iſto ſecundo pacto nudo inducitur actio de cõſtituta pecunia, vt ſupra concluſum eſt, & firmat etiam cum citatis per eum Matheſ. in notabili 36. nu. 3. Notam nouam regulam.

4 Et ſimiliter feudum eſt contractus nominatus, vt voluerunt Bal. conſ. 291. vol. 2. Bar. in l. iuriſgentium §. quinimò, nu. 19. ff. de pactis, Alex. in locis de quibus per Clau. Aquen. in ſpecu. ſuo feud. in tit. de diffinitione feudi verſ. 4. & eandem opinionem ſequitur quoq; Iaſ. conſ. 8. col. 4. inter conſ. Bruni, Cur. Iun. conſ. 1. nu. 36. & in tract. de feud. in 1. par. prin. in 9. q. & Laurẽtius Syluanus cumulatiſsimè in tract. de feud. recognitione q. 3. qui fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & ſimul aduertunt ab ea non eſſe in practica diſcedendum, & idem Sylua. refert etiam, vbi ſupra, duas alias opiniones contrarias. *Cõis opin.*

5 Item contractus emphytheoticus eſt contractus nominatus, vt firmant Bar. Ang. nu. 1. & Baſ. in l. 1. C. de iure emphy. quos Iaſ. ibi ſequitur nu. 69. nu. 34. in fin. ait iſtam eſſe cõmunẽ opinionẽ. *Cõis opin.*

6 Et ſic iſte contractus emphytheoticus producit actionem innominatam, ideſt condictionem ex lege, quod eſt mirabile, ſecundũ Ang. in §. emphyt. in authen. de non alie. aut permu. rebus.

7 Item contractus mutui eſt nominatus, qui tamen parit actionem ſine nomine, ideſt certi condictionẽ, l. certi condictio, vbi Doct. ff. ſi cer. pet. nec non ſtipulatio eſt contractus nominatus, vt luculẽter ſcripſimus in Opinio. Stipulatio eſt cõtractus iuris ciuilis, poſt prin. ſimiliterq; donatio eſt contractus nominatus, vt infra tractatum eſt in Opinio. Donatio tam olim de iure.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO, ſeu ſtatutum diſponens, quòd vſuræ pro dote, & cauſa dotis, donec reſtituatur ipſa dos, ſolui debeant ad rationem quinq; pro centenario, non valet inſpecto iure, ſed de obſeruantia ſecus.*

OPINIO CLII.

1 CONSVETVDO, ſeu ſtatutũ diſponẽs, ꝙ vſura pro dote, & cauſa dotis, donec reſtituat ipſa dos, ſolui debeant ad rõnẽ quinq; pro centenario, non valet aliquo modo, ſecundum Io. de Imol. & cęteros omnes in l. in inſulã §. vſuras ff. ſol. mat. Gl. & Bal. per text. ibi in l. eos C. de vſu. & Can. in Cle. 1. de vſu. & Iaſ. in §. fuerat n. 9. inſtit. de actio. Vbi prædicat iſtã eſſe communẽ opinionem, & Rocchus Curt. etiam in c. fin. de conſuet. in quæſtio. 1. nu. 18. & ſeq. fol. paruo 17. & magis communem atq; magis tutam dicit Hieronym. Albanus conſ. 6. nu. 21. & conſ. 19. nu. 13. & ſeq. vbi *Cõis opin.*

vbi conſulēdo ſequitur huiuſmodi communem, tuetur, ac profert in iudicando ab ea non fore recedendum.

¶ Imò ſecundum Bal. in l. 2. & in authen. ad hæc C. de vſur. tale ſtatutum, atque conſuetudo permittens vſuras, etiam in vno nummo dumtaxat, non cenſetur licita, & iudicans ſecundū hoc ſtatutum incidit in excommunicationem, & in hæreſis labem, & proſequitur hoc apertius Iaſ. in loco præmiſſo, & ampliat ſimiliter in tribus alijs caſibus Cur. in d. q. 1. nu. 18. & ſeq.

¶ Sed Bal. in l. fin. §. præterea C. de iure dotiū, & Card. cum alijs compluribus in d. Clemen. 1. aſſeruerunt contrarium, & optimè: quorum quidem opinionem ſequitur, atque tuetur Curt. in d. q. 1. nu. 19. vbi profert hoc vtile verbum, quòd talis conſuetudo, vel ſtatutum communiter obſeruatur abſque peccato. Et hæc eadem conſuetudo, quòd ſoluantur ſeptem pro quolibet centenario viduæ, cui non fuit dos ſoluta, viget quoque in Ciuitate Neapolis, & obſeruatur; teſte Afflicto deciſi. 284. in princ. Extatque mentionata conſuetudo in patria mea, quòd ratione dotis non ſolutę ſoluantur ſeptem pro centenario quotidie ſeruatur.

¶ Verùm vbi quæſtio hæc eueniret, & talis cōſuetudo non reperiretur, tunc caſus foret valde dubius, ac exagitandus ad vtranque partem, & denique decidendus veniret, prout decidit Rota Neapolitana in d. deciſio. 284. ad quam, caſu eueniente, tanquam ad portum clarę veritatis recurrendum eſſet.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO non ſoluendi decimas excuſat à debito earum, ſecundum Theologos, ſecus ſecundum Canoniſtas, vt apparet num. 1. cum omnibus alijs ſeq.*

2 *Decimæ ſunt de iure diuino,*

3 *Papa ſolus, & præſertim in concilijs generalibus poteſt interpretari ſacram ſcripturam, canones condendo ab omnibus ſeruandos.*

4 *Decimarum ſolutio tribuit bonum ſanctitatis corporis, vbertatis fructuum, remiſſionem peccatorum, bona eccleſiaſtica, & pacem inter homines.*

5 *Conductor licèt non teneatur ad ſolutionem penſionis propter ſterilitatem, tamen tenebitur ſi non ſoluat decimam, quia ſua culpa venit ſterilitas ob non ſolutionem decimæ; ideò cauti aduocati hanc exceptionē proponentes conſueuerę non ſolutionem ipſam decimę verificare, & probare.*

6 *Decimæ ſunt Deo debitæ in recognitionem vniuerſalis dominij ipſo iure.*

7 *Conſuetudo non ſoluendi decimas non valet, ſaltem in decimis prædialibus.*

8 *Canoniſtis potius ſtandum eſt, quam Theologis circa explanationem, ac declarationem dubiorum ſuper vſura, decima, voto, iuramento, matrimonio, ſimonia, & alijs ſimilibus pertinentibus ad moralia. Secus ſi agetur de interpretatione iuris diuini in his, quæ ſpectant ad noſtri Ieſu Chriſti opera, & ad agnitionem veræ fidei contra hæreticos.*

9 *Canoniſta præfertur Theologo in obtinendis beneficijs in loco, in quo non pullulant hæreſes.*

10 *Decima vbicunq; in partibus de more non ſoluitur, nec prædicatur, non peccant mortaliter homines eam non ſoluendo, ſed ſi poſt prædicationem, & monitionem retineant decimam ipſam, mortaliter peccant.*

11 *Papa poteſt aliquibus locis concedere priuilegium, vt non teneantur ad decimas.*

12 *Papa poteſt concedere Fratribus minoritanis immunitatem non ſoluendi decimas quaſcunque, etiam Papales, & tam de bonis præſentibus, quàm futuris.*

13 *Decimarum quatuor genera reperiuntur.*

14 *Decimarum materia ponitur romiſſiuè.*

OPINIO CLIII.

1 CONSVETVDO non ſoluendi decimas excuſat à debito earum, & ſic decimæ ipſæ præſcribi poſſent, & vtique valeret conſuetudo in cōtrarium, ſecundū Theologos communiter per id, quod habetur Numeri 18. & de opinione iſta communi faciunt mentionem Canoniſtæ in c. 1. de decim. in 6. Afflict. in conſtitutio. quanto cæteris num. 11. lib. 1. rubr. 7. Vincentius Maxilla in conſuetudinibus Ciuitatis Bari in titu. de ſacroſanctis eccleſ. in conſuetudine, incip. Decimis, & primitijs nu. 9. & ſequen. fol. 20. & Io. Brunellus in repet. c. 1. de homicidio nu. 14. quæ reperitur in fin. relectionis Couarruuias ſuper Clemen. ſi furioſus de homicid. & ita conſuluit Alciat. conſ. 4. Tomo. 1. lib. 1. fol. 3. & ſequitur Lallus de Tuſcia in d. conſtitutio. quanto cæteris ſub nu. 3. Cæterùm contraria pars, videlicet, quòd non valeat conſuetudo de non ſoluendis decimis videtur verior, & ſuſtentabilior de iure, ſecundum Rocchum Curt. poſt alios relatos per eum ibi in c. fin. de conſuetu. in prin. poſt præfationem, num. 22. folio paruo 18. *Cōis opin.*

2 Et primò, quia decimæ ſunt de iure diuino, ergò conſuetudo contraria nihil valet, 8. diſtin. c. quæ contra morem, maior probatur Leuit. c. fin. omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum domini ſunt, & illi ſanctificantur, & Numeri 18. filijs Leui. dedi omnes decimas in poſſeſſione, pro miniſterio, nam ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, & Exod. 22. Decimas, & primitias tuas non moraberis offerre. Item Luc. 18. Decimas do omnium, quę poſſideo, & pluribus alijs in locis Sacrę Scripturę idem tradi videtur, vt notat profuſè Frater Guil. Pepin. in Serm. de deſtructione Niniuæ, ſermone 39. col. 13. folio paruo 322.

3 Secundò Pontifex ſolus, & multò magis in concilijs generalibus, interpretari poteſt ſacram ſcripturam, canones condendo ab omnibus ſeruandos, c. per venerabilem §. rationibus, qui filij ſint legiti. Sed canones apertè clamant decimas eſſe de iure diuino, c. tua nobis, c. cum non ſit in homine, & c. in aliquibus de deci. c. decimæ, & c. in ſacris 16. q. 1. & in c. parrochianos extra de deci. & in c. cum Apoſtolica ext. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſen. capi.

4 Et antedictæ decimæ ideò debentur, non obſtante conſuetudine in contrarium; ſiquidẽ multa bona tribuit ſolutio ipſarum decimarum, ſecundum Io. And & Doct. in c. 1. de decimis in 6. & Vincentium Maxillam in d. conſuetudine, De cimis, & primitiis num. 3. & ſequ. Primum ergò bonum ſanctitatis corporis. Secundùm huberta tem fructuum. Tertium remiſsionem peccatorum. Quartum bona cœleſtia. Adde quintum ſcilicet, pacem inter homines, vt eſt Gloſſ. in c. Apoſtolicæ de re iudic. in 6. vide c. maiores 16. q. 7. hoc tollit Fiſcus, quod non accipit Chriſtus.

5 Ex quo dicto inferebat Do. in d. c. 1. & Ioan. de Imol. in c. propter ſterilitatem de locato, quòd licèt conductor non teneatur ad ſolutionem penſionis ob ſterilitatem, d. c. propter ſterilitatem: tamen tenebitur ſi non ſoluit decimam; quia ſua culpa venit ſterilitas propter non ſolutionem decimæ, &c. Ideò ſint cauti domini opponere exceptionem, & probare non ſolutionem decimæ, quod eſt notabile.

6 Et iſtæ decimę ſunt Deo debitę in recognitionem vniuerſalis dominij ipſo iure, d. c. tua nobis, & Canoniſtæ hoc firmant omnes in d. c. 1. de deci. in 6. vbi Francus meminit iſtam fore communem opinionem, & Alciat. in d. conſil. 4. num. 2. quam ſequitur Abb. in c. fin. ext. de re. permut. Illuſtris D. Afflictus noſter in d. conſtitutio. quàtò cæteris, num. 11. cum alijs ſequen. Boerius deciſio. 236. & Capicius deciſio. 20. num. 5. Et amplectitur pariter, aitque communem eſſe Præſtantiſsimus D. Cornelius Benincaſius in tract. de paupertate quæſt. 7. in 6. ſpeciali, num. 2. & ponit etiam pro regula cum vndecim limitationibus conſumatiſsimus Dominus Ioannes Antonius de Nigris ſuper Capitulis Regni in cap. volumus, nume. 10. cum alijs ſequentib. ſol. 112. *Cõis opin.*

7 Tertiò, quòd conſuetudo non ſoluendi decimas non valeat, ſaltem in decimis prædialibus, ſeu realibus, firmant omnes Canoniſtæ, qui ob hoc excandeſcunt quodammodo in Theologos. ita Innocen. in c. final. de paro. Hoſtien. & Ioannes Andreas in cap. à nobis de decim. Anton. & Imol. in cap. ſtatutum de tranſactio. Ancharan. conſil. 196. in primo dubio. Archidiaco. in dicto cap. decimæ, Imol. & Abb. in rubr. de decim. Gloſſ. Hoſtien. & omnes in dicto cap. in aliquibus, & Rocchus Curt. in dicto cap. final. de conſuetu. in princip. poſt rubr. num. 22. folio 18. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem, & Vincẽtius Maxilla etiam in dict. conſuetudine Decimis, & primitijs ſub nume. 10. Couarruuias in ſuis reſolutionibus lib. 1. cap. 17. num. 8. licèt ibi perhibeat ſententiam contrariam pariter communem fore. Et ita conſuluit etiam in terminis Bertran. conſil. 80 quamuis conſuetudo, volum. 5. quòd conſuetudo, vel perſcriptio per tantum tempus de cuius initio, vel contrario hominum memoria non exiſtit, non ſoluendi decimas prædiales, valeat, & teneat. Quartò, & vltimò apparet verior hæc vltima, ſeu ſecunda opinio Canoniſtarum: ſiquidem contra aſſertionem Theologorum prouiſum eſt per Georgium Nonum, vt patet in dicto cap. 1. de decim. in 6. vbi iniungit prædicatoribus, & minoribus ſpecialiter, ne audeant ea in ſermonibus prædicare, ob quæ laici à decimarum ſolutione retrahantur, imò contrario operi ſint intenti. Et ita conſuluit Alexand. conſil. 60. Romana, volum. 4. quòd hodie debeantur non ſolùm decimæ prædiales, ſed etiam perſonales. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

8 Et in hoc abſque dubio ſtandum eſſet potius Canoniſtis, quàm Theologis: ſumus enim in interpretatione iuris diuini, in his præcipuè, quæ pertinent ad moralia, vt in decimis, de quibus agitur. Et idem dici poſſet in voto, iuramento, matrimonio, ſimonia, vſura, & alijs ſimilibus, ſecus verò ſi ageretur de interpretatione iuris diuini in his, quæ ſpectant ad noſtri IESV CHRISTI opera, & ad agnitionem veræ fidei contra hæreticos, ſecundum Ancharan. in diſpu. exordiente, Antiquis, & modernis temporibus. Et hoc idem videtur firmare Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florenti. in ſua Summa in 2. parte cap. 7. quia vſuræ vorago, ſub verſic. Quis autem ſit Iudex competens in cauſa vſurarum, dum ibi concludit, quòd quantùm ad ea, quæ inſtituta eſſent per Canones contra vſurarios, interpretatio, ac declaratio dubiorum contra vſurarios potius ſpectaret ad Canoniſtas, quàm ad Theologos, & firmat etiam Natta conſil. 250. ſuperioribus diebus ſcripſi, nu. 2. vol. 2.

9 Et ideò aiebat quàm optimè Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. 1. de conſanguin. & affinit. quòd in electione præſulatus, & ſic in obtinendis beneficijs, pręferendus foret Canoniſta Theologo in loco, quo hæreſes non pullulant, & ſequitur Fely. in cap. fin. de magiſt. Ioannes Lupi in repetit. cap. per veſtras §. 26. num. 16. de donatio. inter virum & vxorem, & Staphil. de literis gratiæ, & iuſtitiæ ſub tit. de vi, & effectu clauſularum verſ. Videndum eſt fol. 129.

10 Sed quid ego infelix peccator dixerim, in tam dubitabili paſſu? nec primam certè, nec ſecundam ſententiam mentionatas firmare audeo, at opinionem relatam per Hoſtiẽ. in d. c. tua nobis, tanquam tutiorem pro ſalute animæ totis viribus

bus amplector, & ſequor. vbi ait, quòd in partibus, ac regionibus, in quibus decima ipſa de more non ſoluitur, nec prędicatur, non peccant mortaliter homines non ſoluendo, quaſi Romana Eccleſia videatur in his, ſaltem quò ad præterita diſpenſare, ne tantam multitudinem ex hac cauſa damnari contingat. Si uerò poſt prædicationem, & monitionem retineant, mortaliter peccant, & in ſententiam iſtam inclinare videtur inibi Ioannes And. & idem videtur ſentire Sanctus Thomas in 2.2.q.77. quem refert Archid. in c. maiores 16.q.7. licèt non ſequatur, & ità tranſit quoque Abb. in d. c. in aliquibus in fin. Afflict. in d. conſtitutio. quantò cæteris, nu. 15. Anchara. licèt obſcurè conſ. 196. Magnifice, & Illuſtris, & Domine mi, ſub nu. 2. & Rocchus Curti. in d.c. fi. de conſuetu, loco. de quo ſupra, Vincentius Maxilla in d. conſuetudine decimis, & primitiis, num. 12. cum aliis ſeq. & Hierony. Zaneti. in tract. de foro conſcientię, & contentioſo, nu. 49. & ſeq. Licèt, & malè cõtrarium aſſerat Alex. in d. cõſ. 60. vol. 4.

11 Et iſtorum opinio ita retenta, non procederet profectò in priuilegio Pontificis; nam priuilegiũ à Papa concedi poteſt aliquibus locis, ne teneantur ad decimas, licèt in totum, quò ad omnia loca, tolli non poſsint, vt not. Deci. in c. cum ordinem in prin. de reſcript. Vincentius Maxilla in d. conſuetu. decimis, & primitiis, ſub num. 24. cum aliis ſeq. & Bertran. conſ. 15. recolendæ memoriæ in princ. uol. 6.

12 Vbi conſuluit etiam, quòd Papa poteſt concedere Fratribus minoritanis immunitatem nõ ſoluendarum decimarum, quantumcunque etiam papalium, & tam de bonis præſentibus, quàm futuris.

13 Et aduerte hic ad pręmiſſorum declarationẽ, quòd quatuor genera decimarum reperiuntur, quę explicitè ponit Pepin. in d. ſermo. 39. col. 21. fol. paruo 324. & Ioannes Brunellus in d. c. 1. de homicid. nu. 14. & ſeq.

14 Et alia quamplura pertinentia ad materiam decimarum, poſuit moraliter, pulchrè, & concluſiuè D. Cornelius in d. tracta. de paupertate in d. q. 7. in 6. ſpeciali per totam, & Ioannes Anto. de Nigris in d. c. volumus, nu. 1. cum aliis ſeq. & in c. ſequenti incip. item ſtatuimus, nu. 1. cum omnibus ſeq. & Vincentius Maxilla in d. conſuetudine Decimis, & primitiis per totam.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO, vt inducatur requiruntur neceſſariò duo actus, vbi actus eſſent notabiles, & qui ſæpius non occurrerent, ſecus ſi ſæpius occurrerent, quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis, cùm hoc non ſit lege cautum.*

2 *Conſuetudo inducitur ex vnico actu ſucceſſiuo, verbi gratia, quando pons in publico fiat.*

OPINIO CLIIII.

1 CONSVETVDO, vt inducatur, requiruntur duo actus, & conſequenter ad inducendam conſuetudinem ipſam duo actus neceſſarij cenſentur, ſecũdum Gloſ. in l. de quibus ff. de legi & iſta eſt communis opinio, vbi actus eſſent notorij, & qui ſæpius non occurrerent, ſecus ſi ſæpius acciderent, quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis, cùm hoc non ſit lege cautũ, argu. legis 1. in fin. de iure deliberan. de quo per Barto. colum. 5. Bald. col. 6. & Ange. colum. 8. in d. l. de quibus, Bald. Abb. Rocchum Curti. q. 4. nume. 42. & ſeq. fol. paruo 38. & cæteros communiter in c. fin. de conſuetu. vbi pariter ipſe Rocchus Curt. ponit alteram concluſionem ſatis vtilem pro intelligentia præmiſſæ communis, videlicèt, quòd ex vnico actu ſucceſsiuo, puta ſi pons in publico fiat, inducatur conſuetudo. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO non tenet, quæ remittit ſolemnitates à iure canonico requiſitas in alienatione rei eccleſiaſticæ.*

2 *Conſuetudo augens ſolemnitates in alienatione rerum eccleſiaſticarum valet, & tenet.*

OPINIO CLV.

1 CONSVETVDO non tenet, quę ſolemnitates requiſitas à iure canonico remittit in alienatione rei eccleſiaſticæ, & ſic introduci nequit conſuetudo, quòd iuris ſolemnitas requiſita non interueniat in alienatione eccleſiaſticarum rerum, ut voluerunt Innocen. Abb. & Cęteri omnes communiter in cap. nulli de rebus eccle. non alie. Rocchus Curt. in c. fi. de conſuetu. quæſt. 5. nume. 25. fol. paruo 73. & Petrus de Benintendis deciſio. 13. nu. 7. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Sed benè valeret conſuetudo, quæ augeret ſolemnitates in alienatione rei eccleſię, ſecundum Ioan. And. Abb. & omnes in d. c. nulli, & Rocchũ Curt. in d c. fi. q. 5. ſub nu. 25. & ſeq. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, ac eam per exẽpla, & authoritates latiſsimè declarant. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STYLVS reſpiciens deciſoria cauſæ non ligat forenſes, ſecus ſi ordinatoria iudicij.*

2 *Conſuetudo localis non ligat forenſes, ſed ſubditos tantum. Vnde conſuetudo diſponens, quod marito præmoriente pars lucri per maritum ac-*

tum acquiſiti durante matrimonio applicetur vxori, non ligat forenſes.

3 *Stylus tunc reſpicit deciſoria cauſæ, cùm reſpicit modum probandi, vt in exemplo.*

OPINIO CLVI.

1 CONSVETVDO, ſeu ſtylus reſpiciens deciſoria cauſæ non ligat forenſes, ſecus ſi ordinatoria iudicij, ſecundũ Glo. Anto. de Butr. Abb. & communiter Doćto. omnes in c. quòd clericis extr. de foro competen. & in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de cõſtitu. vbi Abb. in lectu. & repet. circa fi. & latè ibi dẽ Fely. col. 10. verſ. 7. Declaratio, & col. 29. uerſ. 3. caſus, & ponunt Glo. & Docto. in c. quæ contra 8. diſt. c. certificare de ſepultu. Cõis opin.

2 Conſuetudo enim quotieſcunque eſt localis, non ligat forenſes, niſi ſubditos, vt ait Oldra. conſi. 248. & Roma. conſ. 163. vbi concludunt, quòd conſuetudo Pariſienſis, quæ habet, quòd marito præmoriente pars lucri per maritum acquiſiti durante matrimonio applicatur vxori, non ligat forenſes.

3 Sed, vt ſermo noſter redeat vnde fluxit, declarandum eſſe duximus quomodò ſtylus ipſe reſpiciat deciſoria cauſæ. Dic quòd tunc reſpicit deciſoria cauſæ, quum reſpicit modum probandi. Poteſt nempè aſsignari exemplum circa hoc in libro priuato mercatoris producto in iudicio, vtrũ ei detur plena fides in ipſo iudicio; quo caſu proculdubio dicitur reſpicere deciſoria, & non ordinatoria, ſecundum Bart. in l. ictus fuſtium C. ex qui. cauſis infami. irrogetur, & Bald. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. in fin. & Aret. in c. dilecti col. pen. ext. de iud. & Fely. in d. c. quòd clericus in fi.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO rationabilis, & æqua poteſt induci ſpatio decem annorum, ſiue ſit contra ius, ſiue præter ius. Quod limitatur quinque modis remiſſiuè.*

2 *Conſuetudo rationabilis, quæ dicatur.*

3 *Conſuetudo rationabilis, quæ dicatur, relinquitur iudicis arbitrio.*

4 *Conſuetudo interpretatiua probatur decem annis.*

5 *Conſuetudo optandi præbendas inducitur decennio. Et quomodò ea probetur diſcurritur remiſſiuè.*

OPINIO CLVII.

1 CONSVETVDO rationabilis, & æqua poteſt induci decẽ annorum ſpacio, ſecundũ Glo. in l. de quibus ff. de legi. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu. & iſta eſt communis opinio, vt aſſerit Iaſ. in d. l. de quibus, nu. 43. Docto. in c. fi. de conſuetu. in 6. Chriſtoph. Portius in §. ſed quod principi, nume. 21. inſtitut. de iure natur. genti. & ciui. Alciat. conſ. 29. nume. 7. breuiter agendo lib. 1. primi tomi fol. 15. Petr. Duennas in regul. 138. Conſuetudo inducitur, & Grammati. deciſio. 64. numero 34. Et hoc procedit, ſiue conſuetudo ſit contra ius, ſiue præter ius, ſecundum communem præmiſſam, quam limitat Duennas in d. regu. 138. in quinq; caſibus, & ſequitur etiã Card. Puteus in deciſio. 1. de conſue. ubi firmat, conſuetudinem, quòd locumtenens generalis non inferat ſuas facultates in Ciuitatibus, eſſe præter ius, atque probari decennio. Cõis opin.

2 Sed illa præſertim dicitur conſuetudo rationabilis, de qua meminit text. in d. c. fi. vbi antiquiores Canonici debent optare gradatim præbendas vacantes. Dicitur etiam conſuetudo rationabilis, quando ſoluitur aliquid pro lampada ardẽte ante ſacram euchariſtiam, c. ad Apoſtolicam de ſimo. Sed iſta cõſuetudo non dicitur inducta, ex eo quòd aliqui particulares ex deuotione hactenus fecerunt hos ſumptus: quoniam oportet, quòd tales particulares impenſas feciſſent animo conſuetudinem ipſam inducendi, non autem ex particulari deuotione, vt per Panormi. in d. c. fin. Requiritur in effectu neceſſariò, quòd huiuſmodi impenſæ fuerint factæ ſciente, & conſentiente vniuerſo populo, vel maiori parte ſaltim, ſecundum Canoniſtas communiter in d. c. fin. & Legiſtas in d. l. de quibus, quam communem ſequitur, & citat Ripa in ſuis ſingularibus reſponſis titu. de legibus, & conſuetudinibus cap. 20. numero 7. Cõis opin.

3 Et conſuetudo rationabilis, quæ dicatur, relinquitur ſæpe ſæpius arbitrio iudicis, ſecundum Doctrinam Ioannis Andreæ in c. 1. de conſtit. in 6. communiter ibi, & alibi ab omnibus approbatam, vt deducit Io. Nicol. in floribus iuriſpatronat. lib. 1. nume. 15. Cõis opin.

4 Et quemadmodum conſuetudo rationabilis inducitur decem annis, ita etiam conſuetudo interpretatiua ſimiliter probatur decem annis, ita Card. Puteus deciſio. 1. de præſcrip.

5 Necnon conſuetudo optandi præbendas inducitur decennio, ſecundum Card. Put. deciſ. 5. de conſuet. & Moheda. deciſio. 46.

¶ Et quomodò illa probetur docet eleganter, & vtiliter etiam idem Moheda. deciſio. 296. & Card. Put. in d. deciſ. 5.

¶ Sed aduerte, quòd conſuetudo ipſa de optãdo, vbicunque canonicatus, & præbendæ forent diſtinctæ, tunc induci non poſſet minori tempore, quàm quadraginta annis, licèt decennalis quippè ſufficeret, vt ſupra oſtendimus, ubi non eſſet illarum actualis diſtinctio, ita Rota Roma. deciſ. 440. in nouis.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDINEM iniquam, & irrationabilem lex decernens non ſolùm præteritam*

tam conſuetudinem iniquam, ſed etiam futuram damnat.

OPINIO CLVIII.

1 CONSVETVDINEM iniquam,& irrationabilem lex decernens, non ſolùm præteritam conſuetudinem iniquam, ſed etiam futuram dãnat. Et ſic cõſuetudo futura iſto caſu minimè admittenda eſt; quia legis diſpoſitione apparet iniqua. c. fin. de conſuet. ſentit hoc Innocen. in c. ex parte verſ. Sed diſtingue cod. titu. Domi. & alij omnes communiter in c. 1. circa finem. de conſtitu. in 6. & Moder. in d. c. fin. vbi faciunt mentionem de iſta communi ſententia. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDINEM preteritã lex caſſans, videtur ita caſſare, quòd de nouo vlterius introduci non poſſit.*

2 *Papa, vel Imperator caſſans ſtatuta, ſeu conſuetudines non videtur caſſare ſtatuta iuramento confirmata.*

OPINIO CLIX.

1 CONSVETVDO, etiam futura procedere non poteſt aduerſus legem, quę ipſam conſuetudinem ſimpliciter reprobauit: nã eam ſenſim iudicat iniquam eſſe, vt per Bar. in l. fina. ff. de legatis 2. Bal. in l. fin. C. de pact. pignor. Domini. & Francum in c. 1. col. fin. de conſtitu. in 6. Abb. in c. 2. nu. 7. de probatio. Areti. in l. 3. ff. de teſta. Imol. in c. cùm ab omni, nu. 3. de vita, & honeſta. clericorum, & Iaſ. in l. cunctos populos, nu. 74. C. de ſumma trini. & fide, Tiraquel. in tract. de retractu in præfatio. nu. 18. & ſeq. & hoc idem tenent, & ſequuntur Fely. & Deci. in d. c. 2. de probatio. nu. 2. aſſerentes iſtam eſſe communem opinionem, Rocchus Curt. in c. fin. de conſuetu. fol. 52. col. 4. Iaſ. in l. de quibus, nume. 55. ff. de legi. & Alex. & Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi §. in legatis circa fi. ff. de lega. 1. & Michael de Ciſuentes in commentariis ſuper leges Tauri in l. 1. *Cõis opin.*

2 Et quamuis Papa, vel Imperator caſſet, irritetque conſuetudines, vel ſtatuta, non tamen cenſetur caſſare ſtatuta iuramento confirmata, ſecundum Ang. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. qua. re. actio. non datur. per Glo. finalem in c. cum non deceat de electio. in 6. vbi hoc conſtanter etiam firmant Cardi. Abbas, & Ioan. And. in nouella, & ad hoc vide Alex. de Imol. conſil. 29. potuere ſubtiliter, copioſè, & Iaſ. in l. fin. C. ſi contra ius.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO ab vna familia induci nequit.*

2 *Conſuetudo per priuatam perſonam non poteſt induci.*

3 *Priuatus ius condere non poteſt, nec aliqua familia. Vnde non valens ius condere, neque poteſt conſuetudinem introducere.*

OPINIO CLX.

1 CONSVETVDO induci non poteſt ab vna familia, vt uoluit Ang. in l. fi. C. de teſta. Rapha. in l. 3. ff. de teſta. & Alexã. in l. ſi non ſpeciali C. de teſta. & in l. ſi quis à filio §. ſi parte, vbi etiam Iaſ. ff. de leg. 1. Licèt & malè Spec. inclinauerit in contrariam ſententiam in titu. de inſtru. edi. §. compendioſè, & ibi Ioan. And. in add. §. ſed nunquid dicemus in add. parua incip. interpoſuit Vbertus, uidelicet quòd conſuetudo vnius familię de teſtando coram duobus teſtibus valeat, & teneat, etiam ſi teſtes non ſint conſtituti in præſentia teſtatoris.

2 Sed retenta prima opinione tanquam ueriſſima, cam amplia, vt nec ipſa conſuetudo induci poſſet per priuatam perſonam, ſecundum communem opinionem, vt per Rolan. à Valle conſ. 5. nu. 74. & 76. uol. 1. *Cõis opin.*

3 Et ratio eſt, quoniam non poteſt vna familia, ſeu priuatus ius condere, cùm careat iuriſdictione; & qui non poteſt ius condere, non poteſt conſuetudinem introducere, Bar. conſ. 136. & in l. 1. & in l. de quibus ff. de legibus, Bal. in l. 2. in 1. & 3. oppoſitio. C. quæ ſit longa conſuetu. Alex. conſil. 173. col. fin. uol. 6, Grauet. in tract. de antiquitate temporis 4. part. nume. 13. fol. paruo 134. Glo. quam omnes ſequuntur in l. 1. ff. de iuriſdictio. omnium iud. Bal. in l. ſi quis iniquum §. 1. ff. quod quiſque iur. in l. fin. de iuriſdictio. omnium iudi. in l. decernimus col. 2. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. nulli C. de ſenten. Ruinus conſi. 208. uol. 1. Alex. de commun. ipſa meminit in l. 1. ff. quod quiſque iur. & Tiraquel. cumulatiſsimè in tract. primigenio. q. 16. nu. 2. & ſeq. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO ex noua cauſa poteſt induci contra legem derogantem etiam expreſſè futuris conſuetudinibus.*

OPINIO CLXI.

1 CONSVETVDO ex noua cauſa poteſt induci contra legem derogantẽ etiam expreſſim futuris conſuetudinibus, vt per Anto. col. 27. Abb. col. fi. Rocchum Curti. fol. 53. in c. fi. de conſuetudi. Domi-

Domini.in c.1.colum. fi. de conſtitut. in 6. Abb. nume.8.& Deci.nume.2.in c.2.de probatio.quo
Cõis rum opinionem aſſeuerant inibi omnes, præſer-
opin. timque Moder. eſſe communem, & veriſsimam per nonnullas rationes allegatas per eos.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO debet eſſe obtenta in cõtradictorio iudicio, vel ſaltem, quòd quis aliquando contradixerit, & non obſtante huiuſmodi contradictione ſic fuerit obſeruatum, ſecundum vnam opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam magis communem non requiritur conſuetudinem ipſam eſſe obtentam in contradictorio iudicio. Quæ quidem communis opinio procedit in extraiudicialibus, non autem in iudicialibus actibus.*

2 *Obſeruantia non requirit contradictorium, iudiciũ neq; tempus longeuum.*

OPINIO CLXII.

1 CONSVETVDO debet eſſe obtẽta in cõtradictorio iudicio, ſcđm Glo. in §.ex nõ ſcripto inſtitu.de iure naturali, & in rub. C. quæ ſit longa conſuetud. quam ſequitur Alexan. conſ.132.in 1.dubio libr.1. conſ.136.colum.penult.uol.2.& conſ.173.colũ.2.uol.6.ubi concludit idem Alexã.quòd requiritur, vt ſit obtenta in contradictorio iudicio, uel ſaltem,quòd tali vſui,aut conſuetudini aliquando contradixerit, & quòd non obſtante tali contradictione ſic fuerit obſeruatum.

¶ Et quòd requiratur ad validitatem conſuetudinis, quòd in contradictorio iudicio fuerit obtenta,quod eſt contra legem,tenet Franciſcus de Ramponibus inter conſilia Calderi.conſ.6.colũ.2.in titu.de cenſibus,Anchara.conſi.178.col.fi. viſis,& diligenter inſpectis, Ange.conſi. 367. in quæſtione vertente col.3.& Curti.Iuni. in tract. feudorum in 4.par.q.30.

¶ In contrariam verò ſententiam uidelicet, quòd non requiratur aliquo pacto conſuetudinẽ eſſe obtentam in contradictorio iudicio, tenet Barto.in l. de quibus col.5. & in repeti. illius legis col.5.ff.de legi.Abb.conſ.73.col.pen.in 3.dubio col.pen.lib.2.Veronenſis conſil.31.circa fin. Bald.conſ.210.col.2.lib.1.Iaſ.in d.l.de quibus col.3.verſ.in ſecunda parte,& conſil.46.col.2.volu.1.Grauet.conſ.55.nume.6.Soci.conſil.99.co-
Cõis lum.2.lib.1.ubi aſſeuerat iſtam eſſe communem
opin. opinionem,Corne.quoque conſ.293.col.3.uolu.1.& conſil.179.col.2.uol.3.& conſil.155.col.fi. uol.4.Tiraquel.in tract.primigeni.q.91.in fin.& magis communem Cæſar Vrſillus in addi. Afflicti in deciſio.321.ſub nu.10.& contra iſtam communem difficilè foret certè in iudiciis obtinere.

¶ Qua quidem retenta tanquam veriſsima, interpratcor eam, vt duntaxat procedat in actibus extraiudicialibus, ſecus in iudicialibus, in quibus requiritur, quòd ſit obtenta conſuetudo ipſa in contradictorio iudicio, ſecundum Bald.in d.conſil.210.col.2.lib.1.Areti.in d.§.ex non ſcripto colum.3.ubi non facit aliter mentionem de Bal.Sed ſolummodo citat Saly.in d.l.de quibus.

2 Et quemadmodum non exigitur, conſuetudinem in contradictorio eſſe obtentam, ita obſeruantia non requirit contradictorium iudicium, neque tempus longeuum, putà ad probandum vicarios ſolitos admittere reſignationes,ita Ant. Auguſt.deciſ.2.& 589.

SVMMARIVM.

1 *CONTESTARI litem,vel vt litem conteſtetur, Reus inuitus non poteſt compelli à iudice,ſecundum vnam communẽ opinionẽ.*

2 *Conteſtatio litis adeò neceſſaria eſt,vt Reus inuitus poſſit per iudicem ad litem ipſam conteſtandam compelli,ſecundum alteram opinionem magis communem.*

3 *Conteſtationis litis quinque effectus ponuntur hic remiſsiuè.*

4 *Conteſtatio litis conſtituit in mora. Vnde à tempore conteſtatę litis in contractibus bonę fidei, vſurę currere incipiunt.*

5 *Conteſtans litem cum proteſtatione animo non conteſtandi litem,tunc ob talem proteſtationem conteſtatio ipſa litis aliter non induceretur.*

OPINIO CLXIII.

1 CONTESTARI litem quis præciſè per iudicem compelli non poteſt;quia contra contumacem renuentem litem conteſtari, prouidetur aliis remediis.ſecundum Glo. in authen. qui ſemel C.quomodo,& quando iudex,Bar.in l. ſi finita §.Iulianus ff.de dam.infect.Ioan.And.in regu.exceptionem de reg.iur. lib.6. in ſuis mercurialibus,& in addi.Specu.in titu. de lit.conteſta.§.nunc videndum,verſi.quòd ſi peto,& Io.de Imol.in c.primo de litis conteſta. in fi.& iſtorum Cõis
opinio communis eſt. opin.

2 In contrariam uerò partem, videlicet, quòd Iudex præciſè aliquem cogi poſsit ad conteſtandum litem captis pignoribus,vel aliis iuris remediis oportunis, & per arreſtationem perſonæ, inclinarunt Iacob.de Aret.Bal.& Saly.in l.1.C.de litis conteſta.Paul.Caſtren.conſulens in contingentia facti conſil.203.in cauſa vertente coram poteſtate,Anto.in d.c.1.de litis conteſta.col.pen. Bal.in l.quotiẽs ff.de noxali.actio.Afflict.in conſtitutio.dilationes,nu.35.lib.2.rub.17.Vrſillus, poſt Iaſ.relatum per eum,in annotationibus Afflicti in deciſio.191.nume.8.Rolan.à Valle conſ. 87.nume.20.volu.2.& Alex.in d.§.Iulianus, qui adductis pro,& contra in hoc articulo, concurrit cum

cum iſta opinione Iacob. de Aret. & ſequacium, Cõis opin. & vocat illam eſſe communem, prout ponderatis authoritatibus realiter, & abſque dubio aliquo apparet magis vera, magiſque communis, vt expreſsè meminit Cotta in memorali in uerſ. lites citò expediri, verſ. Hinc ét eſt, & Afflict. in præludiis conſtitutionum in quæſtio. 12. nu. 17. vbi profert magnum verbum in practica, ſe uidiſſe multis vicibus bonos iudices Reos fugientes, & recuſantes litem conteſtari, compuliſſe, coegiſſeque ſub pęna aliqua ad litem ipſam conteſtandum. Et in deciſiuis non foret tutum ab ea quoquo modo diſcedere, quam ſequitur quoque, & communem prædicat Maranta in tracta. iudiciorum in 6. par. de litis conteſtatione in 10. & vltimo memb. nu. 8. fol. paruo 125.

3 Vbi nume. 9. refert ſex effectus utiliſsimos ipſius conteſtationis litis.

4 Et inter alios effectus ponit vnum valde vtilem, & memoriæ cõmendandum, videlicèt, quòd conteſtatio ipſa litis conſtituat in mora, & ſic lite conteſtata, & à tempore litis conteſtatæ in cõtractibus bonæfidei vſuræ veniunt, & currere incipiunt; quia ad iudicia bonæfidei, in quibus ante litis conteſtationem mora facta non eſt, l. lite ff. de vſur. l. 1. C. de condi. inde. & l. quoties C. de Cõis opin. condi. ob tur. cau. in quibus locis Doct. hoc communiter admittunt, & licèt de hac communi métionem fecerit Coraſi. in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 2. c. 7. ſub nume. 1. nihilominus ab ea leuiter diſcedit.

5 Sed conteſtans litem cum proteſtatione animo non conteſtandi, ob hanc proteſtationem, tunc non induceretur litis conteſtatio, & talis proteſtatio operatur, vt lis aliter non habeatur pro conteſtata, ſecundum Bart. & alios omnes in l. 1. de lit. conteſtatio. Alexã. conſil. 130. in cauſa ſtrazarolorum, in qua dubitatur, ſub nu. 16. uol. 4. & Rolan. à Valle in dicto conſil. 87. nume. 19. Cõis opin. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinioné, & Maranta ubi ſupra. nume. 10. vbi eam limitat, & declarat, & Deci. etiam in c. cum M. Ferrarienſis, nume. 88. cum duobus aliis ſeq. de conſtitu. licèt ibi videatur ſentire contrarium.

SVMMARIVM.

1 *PRAECARIAE contractus dicitur innominatus contractus: & conſequenter hodie pręcario eſt locus pœnitentię, & maximè confectis inſtrumentis ſuper conuentione.*

2 *Præcaria quid ſit.*

3 *Permutatio eſt contractus innominatus.*

4 *Tranſactio eſt contractus innominatus.*

5 *Diuiſionis contractus dicitur innominatus: nam diuiſio ipſa poteſt appellari tranſactio.*

OPINIO CLXIIII.

1 CONTRACTVS præcariæ, dicitur eſſe contractus innominatus, vt notant. Io. And. & Anto. de Butr. quorũ opinionem ſequitur, & communem uocat Berous poſt Ioãnem de Imol. in c. 1. nu. 29. Cõis opin. de præcariis, & ſic hodie præcario pœnitentiæ locus eſſet, præſertim confectis inſtrumentis ſuper conuentione, ſiquidem tabelliones ſtipulationé ſemper inſerunt. ſi Bart. credendum eſt in l. 2. C. de condi. ob cauſ.

2 Et aduerte ad intelligentiam ipſius præcariæ contractus, quòd præcaria dicitur contractus ad præces alicuius aliquorum initus vſque ad certũ tempus, ſecundum, quòd partes conuenerunt, nec ante illud tempus poteſt reuocari, vt firmauere Panor. & alij in d. c. 1. Vel dicit pręcaria ad præces aliquorum facta donatio vſque ad mortem accipientis, c. præcariæ, & ibi Glo. 10. q. 2. Et præcaria in omnibus, & per omnia eſt eiuſdem naturæ cũ cõtractu emphyteotico, l. 1. C. de iure emphy. & Glo. in d. c. præcariæ. Differt tamẽ, quia renouatur de quinquennio.

¶ Vnde nota, quòd pręcaria fit aliquando etiam non gratis, ſicut quando ſuper ſolo eccleſiæ fit aliquod ædificium, & ſoluitur annuatim aliquid. Fit etiam quando aliquis dat alicui eccleſiæ poſſeſsionem, & recipit ab eccleſia duplum, vel triplum vſum toto tempore vitę ſuæ, vt not. in d. c. pręcariæ. Fit etiam vbicunque clerico, vel laico datur aliquid utendum toto tempore vitæ ſuæ.

3 Item permutatio eſt contractus innominatus, ſecundum Barto. in l. quamuis C. de tranſactio. & Glo. in rub. C. de rerum permutatio. cum qua omnes Scriben. communiter concurrũt ibi. Cõis opin. Et licèt contrariam partem nonnullis fundamentis, & rationibus conetur defendere Fortu. Garzi. in l. iuriſgentium, nume. 14. ff. de pact. nihilominus illis omnibus ſequendo, & roborando mentionatam communem, accuratiſsimè reſpondet Beringarius Ferandus in repeti. l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. nume. 45. cum aliis ſequen. in 3. lectu. Et eandem communem opinionem latè firmat, & probat Paulus de Roma in tract. de penſione eccleſiaſtica c. 7. in vltimo notab. nu. 12. cum aliis ſeq. fol. 32. & ſeq.

4 Itidem tranſactio eſt cõtractus innominatus, ſecundum Bald. in d. rub. C. de rerum permuta. Glo. Bar. & alios in l. ſiue apud acta C. de tranſ. & Afflict. deciſio. 108. ſub nu. 2. Curt. in l. quamuis C. de tranſactio. & in d. l. ſiue apud acta, num. 32. Cõis opin. ubi aſſert iſtam eſſe communem opinionem.

5 Item contractus diuiſionis dicitur etiam innominatus, vt voluit Barto. in l. diuiſionis ff. de pactis, & Deci. cum aliis relatis per eum conſi. 351. in caſu propoſito, primo videndum eſt, nu. 4. concludit

cludit quoque, quòd diuiſio poſſet appellari tranſactio, & quòd idem iudicandum eſſet de tranſactione, quàm de diuiſione ſimplici.

SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS metu initus non eſt nullus ipſo iure, ſed cauſat reſciſſionem per actionem quod metus cauſa, excepto contractu dotis, qui ſi fiat per metum eſt nullus ipſo iure, etiam ſi per ſtipulationem dos promitteretur.*

2 *Metus reuerentialis non præſumitur, vt eo mediante actus reſcindi poſſit, præſertim in marito reſpectu vxoris, in prælato reſpectu Epiſcopi, in patre reſpectu filiæ, & iis ſimilibus.*

3 *Metus reuerentialis concurrente maxima læſione ſufficeret ad reſcindendum contractum; quia aliàs ſola preſentia, & reuerentia viri non ſufficeret.*

4 *Metus probatio remittitur arbitrio iudicis.*

OPINIO CLXV.

1 CONTRACTVS metu initus non eſt nullus ipſo iure, ſed cauſat reſciſsionem per actionem quod metus cauſa, ſecus uerò eſt in contractu dotis, qui proculdubio ſi fieret per metum eſſet nullus ipſo iure, l. pen. ff. quod met. cau. quod eſt ſpeciale in dote, & procedit d. l. pen. etiam ſi per ſtipulationem expreſſam dos promitteretur, vt ſentit Glo. & communiter Scriben. in c. 2. quod metus cauſa. *Cōis opin.* Licèt Bar. & malè ſenſerit contrarium in d. l. pen. cuius opinionem ultra alios communiter impugnat Bal. Nouellus in tract. de dote in 6. par. 39. priuilegio, & de iſta communi atteſtantur Doctores variis in locis iuris noſtri, & Moder. in d. c. 2. & in d. l. pen.

2 Et his vtiliter accedit, quòd metus reuerentialis non præſumitur, vt eo mediante actus reſcindere poſſet, preſertimque in marito reſpectu vxoris, in prælato reſpectu Epiſcopi, in patre reſpectu filię, & in cæteris his ſimilibus, vt uoluit Innocen. in c. cauſam matrimonij de offic. deleg. qué ſequitur ibi Bal. Card. Abb. & Archidia. Barto. & alij in l. interpoſitas C. de tranſact. Et iſta eſt magis communis opinio, vt per Moder. in præcitatis locis. *Cōis opin.*

3 Accedit ſimiliter prædictis, quòd metus reuerentialis concurrente maxima læſione ſufficeret quippè ad reſcindendum contractum; quia aliàs ſola preſentia, & reuerentia viri non ſufficeret, & conſequenter metus reuerentialis ob enormem læſionem ſubſequutā preſumeretur, vt per Bart. eleganter in d. l. interpoſitas, & in l. ad inuidiam C. quod metus cauſa, & Scriben. omnes poſt Innocen. in d. c. cauſam matrimonij. Et iſta eſt communis opinio, teſte Curtio Seniore in d. l. interpoſitas colum. 4. & ita conſuluerunt Soci. Senio. *Cōis opin.* conſ. 263. col. 3. vol. 2. Soci. Iuni. conſi. 77. nume. 154. vol. 1. Ruin. conſ. 170. nu. 17. vol. 1. Iacobus Mandellus conſil. 77. nu. 21. & conſ. 100. nu. 4. & Cæphalus conſ. 34. num. 31. vol. 1. Ruin. conſ. 98. ſub nu. 24. vol. 1. & conſ. 60. nu. 22. vol. 3.

4 Et probatio iſtius metus nota, quòd remittitur arbitrio iudicis, vt per Barto. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi pretori ff. de noui oper. nuncia. Gloſ. Innocen. in c. cùm dilectus quod metus cauſa, & Gloſ. & communiter omnes Docto. in dicta l. interpoſitas. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS in eccleſia celebratus, ac publicatus valet, & nullus reddi nequit.*

OPINIO CLXVI.

1 CONTRACTVS celebratus, publicatus, ac initus in eccleſia ualet, & tenet, & nullus reddi non poteſt, vt voluit Gloſ. in c. decet in ver. proceſſus de immunit. eccle. in 6. quàm ſequūtur ibi Ioannes Mona. Archidia. Ioannes Andr. Geminia. in verſic. Ordinarij, & Philip. Franc. in uer. Proceſſus, & Bar. in l. nemo Apoſtolorum C. de ſacroſan. eccle. & iſta eſt communis opinio. *Cōis opin.* Et ratio mentionatæ cōmunis aſsignatur iſthæc; qa dictum capitulum decet, dato quòd irritet dumtaxat ſententias, & proceſſus, & pœnalis ſit conſtitutio, non eſſet vtique extendenda, regula in pœnis de reg. iur. in 6. cum aliis concordantiis.

SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS poteſt fieri in teſtamento, vltimaq; voluntate, nec recipit naturam vltimæ uoluntatis, ſed ſeruat naturam ſuam, & erit contractus inter viuos.*

2 *Teſtamento reuocato, non cenſetur aliquo modo reuocatus contractus in eo appoſitus, ac celebratus.*

3 *Teſtamento reuocato per teſtatorem, non ob hoc reuocatur confeſſio debiti in eo facta, ſed firma remanet.*

4 *Contractus in teſtamento celebratus, & inſertus, probatur per duos teſtes, ſicut probantur cæteri contractus, nec eget modo aliquo ſeptem teſtium probatione.*

OPINIO CLXVII.

1 CONTRACTVS fieri, ac confici poteſt in vltima voluntate, nec recipit naturam vltimę voluntatis, ſed ſeruat naturam ſuam, & erit contractus inter viuos, ſecundum Gloſſ. & Bartol. in l. hęres palam §. fina. ff. de teſtamen. Alexan. Imol. Iaſo. & alios in l. nemo poteſt ff. de lega. 1. & Cæpol. in tracta. cautelarum

larum cautela 129. & iſtam aiunt eſſe communem opinionem Pomates in addi. ad Bart. in d. §. fin. Deci. conſ. 196. & 293. & Moder. in d. l. nemo poteſt, & Boeri. deciſio. 353. num. 4. Et quòd iſte contractus ſeruet naturam ſuam, vt ſit reuocabilis tenet, & decidit etiam Bal. Saly. Caſtren. & Alex. in l. ſi auia. C. de iure deliberan.

2 Vbi ſi quis de hęreditate ſibi delata diſponat in teſtamento, eo caſu uidetur eam ſimul adire, licèt reuocet teſtamentum, non tamen reuocatur contractus aditionis, & ſequitur Aret. in d. §. fin. & Ripa in d. l. nemo poteſt, nu. 35.

3 Similiterque probatur hoc alio exemplo, uidelicèt ſi teſtator legaret Titio decem, quæ confiteatur ei præſenti debere, licèt poſtea reuocet teſtamentum, tamen dicta confeſsio firma manet, nec reuocatur, tradit hoc Bart. in l. cùm quis dicens §. codicillis ff. de lega. 3. Imol. in d. §. fina. Paul. de Caſtro in l. 3. §. fin. nume. 5. ff. de liber. & poſthu. Oldra. conſ. 144. factum tale, Alex. conſi. 45. col. 2. & ſeq. vol. 1. Roma. in l. ex hac ſcriptura in princ. ff. de leg. 1. Ruinus conſi. 169. & Dec. in d. conſi. 196. colum. 2. & Ripa in d. l. nemo poteſt, nume. 34.

4 Et nota, quòd iſte contractus factus in vltima voluntate non indiget ſeptem teſtium probatione, vt requiruntur in teſtamento, ſed ſufficit numerus duorum teſtium; nam per duos teſtes poteſt probari, ſicut probantur cęteri contractus regulariter l. ubi numerus ff. de teſti. & ita tenet Alex. & Imol. in d. l. nemo poteſt colū. 1. Cæpolla in dicta cautela 129. Iaſ. in l. 2. col. 4. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabu. & Ripa in d. l. nemo poteſt, nu. 32. vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & Deci. in d. conſ. 293. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus legitimis probationibus, ſi a iudice interrogetur etiā in tormentis, tenetur ſub mortalis culpę reatu reſpondere an crimen commiſerit.*

2 *Carceratus iuſtè peccat fugiendo. Sed hoc non procedit vbicunque quis iniuſtè foret captus, & carceratus.*

OPINIO CLXVIII.

1 Conuictus reus legitimis probationibus, ſi à iudice interrogetur etiam in tormentis, tenetur ſub mortalis culpæ reatu reſpondere an crimen commiſerit; nam etiam ſi iniquè torqueatur, iuſtè tamen interrogatur, & ideò tenetur reſpondere, iuxta Innoc. & communem in c. 2. de confeſ. & S. Thomam 2. 2. q. 69. arti. 1. *Cōis opin.*

2 Item iuſtè captus peccaret ſi aufugeret, vt voluit Glo. in Clemen. paſtoralis in uer. per violentiam de re iud. & in c. ius gentium 1. diſt. in verſ. Seruitutes, Dec. in l. quod à quoquam, ſub nu. 3. ff. de regul. iur. & ibi Apoſtillator in litera A, & B. Vbi hoc limitat non procedere, vbicunque quis eſſet iniuſtè captus, ſeu carceratus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cogere poteſt eius debitorem ad faciendum ſibi inſtrumentum debiti, quando tenetur ſoluere ad tempus.*

2 *Debitor cogi poteſt ad faciendum ſimpliciter inſtrumentum creditori ſuo de debito, non tamen cum clauſula quarentigiæ.*

OPINIO CLXIX.

1 Creditor petere poteſt, vt ſibi fiat inſtrumentum debiti per eius debitorem, quando ſoluere teneretur ad tempus, & ipſe debitor per inſtrumentum non reperiretur obligatus, & inſtrumentalem obligationem facere recuſaret; & ſic cogere poſſet eius debitorem creditor ad faciendum inſtrumentum ipſius debiti, ſecundum Gloſſ. & omnes alios Canoniſtas in c. ſignificauerunt de teſtibus, & Legiſtas in l. ſi pupillus ff. de nouat. Bartol. ſub nume. 3. Caſtren. ſub nume. 2. & Alex. conſilio 138. colum. fin. vol. 2. diligentiſsimum Dominum Cardinalem Albanum in lucubratio. ad Barto. in d. §. eleganter, nume. 2. & Anto. Galleſium in tract. formulę Cameralis obligationis in 3. part. de præambulis ipſius proceſſus. quęſtio. 3. incipien. poteſt hic non ineptè quæri, nume. 1. fol. paruo 113. Vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ Quę quidem communis limitatur non procedere, ſi creditor vellet cogere eius debitorem pro huiuſmodi debito ad ſibi faciendum inſtrumentum cum clauſula quarentigiæ, uel ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariç in Regno, vel ſecundum formam Cāmerę Apoſtolicæ, tunc enim cum clauſula prædicta inſtrumentum facere ipſe debitor non teneretur, vt uoluerunt Ang. & Imol. in d. l. ſi pupillus, & Alex. in d. l. ſi finita §. eleganter, ſub nu. 32.

2 Et ſic omnes iſti Doct. concludunt, quòd debitor teneatur ſolummodò creditori ſuo facere inſtrumentum ſimpliciter, quibus quidem contradicit Galleſius vbi ſupra tenendo per aliquas rationes contrariam ſententiam, vt debitor cogi poſsit ad faciēdum inſtrumentum cum ipſa clauſula quarentigiæ.

¶ Tamen in deciſiuis non foret tutum recedere ab opinione tam Illuſtrium Doct. Ang. Imol. & Alex. quę veriſsima, & realiſsima apparet.

SVMMARIVM.

1 *Creditor conditionalis non dicitur propriè creditor, ſed impropriè; quia mox ab initio non poteſt exigere.*

2 *Inſtrumentum dotis ſoluto matrimonio poteſt pro reſtitutione ipſius dotis repreſentari ſecundum formam Ritus Magnæ Curię Vicariæ.*

OPINIO CLXX.

1 CREDITOR conditionalis, non dicitur propriè creditor, vt cõpræhendatur ſub ſtatuto faciente mẽtionem de creditore, ſed impropriè; q̃a mox ab initio nõ poteſt exigere. argum. l. debitor ff. de verb. ſig. & ita cõcludit Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pet. quem ſequuntur communiter Doct. vt latè proſequitur Alex. Dec. in 1. lectu. nu. 29. & in 2. lect. in fin. alijq́ue Moder. ibi. Pro iſta itaque opinione communi allegantur varia iura, præſertimq; l. videamus ff. de liber. leg. ubi ad literam dicitur creditorem conditionalem eſſe impropriè creditorem. Faciunt etiam nonnulla alia, quæ curioſis videnda derelinquimus. Et opinionem hanc communem ſequitur etiam, ſtrenueq; tuetur ab omnibus contrariis, & denique eam limitat in quatuor caſibus Cagnolus in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. num. 174. cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

¶ Contrarium uerò tenuit Fulgo. & Alciat. in d. l. 1. ſeu ipſe Alciat. in l. 1. ff. de verb. ſig. & Vaconius in ſua declaratione, 93. Sed Deci. in d. l. 1. diſtinguendo reſoluit iſtam materiam, & Marinus Frecciæ in tract. de repræſentatione inſtrumentorum ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 12. par. quæſtio. 2. ſub nu. 8. & ſeq. vbi nu. 1. cum aliis ſequen.

2 Probat, & firmat etiam, quòd inſtrumentum dotis ſoluto matrimonio poſſit repræſentari ſecundum formam ipſius ritus pro reſtitutione dotis prædictę.

SVMMARIVM.

1 *CREDITORI non licet retinere penes ſe cadauer ſui debitoris diuitis, vel inopis inſepultum, vt pignus quoddã donec pecunia ſibi debita vigore inſtrumenti liquidi ſoluatur integrè.*

2 *Creditor appellans, ne corpus ſui debitoris humetur, & ſepeliatur, niſi prius ſoluto ſuo credito, audiendus non eſt; & conſequenter eius appellatio non admittitur aliquo modo.*

OPINIO CLXXI.

1 CREDITOR nõ poteſt retinere penes ſe cadauer, ſeu corpus mortuum ſui debitoris diuitis, vel inopis inſepultũ, vt pignus quoddã, donec pecunia ſibi debita, vigore liquidi inſtrumẽti integrè ſoluatur, §. hæc autẽ diſpoſuimus, uer. Meminimus in authẽ. vt cũ de app. cognoſcitur, nec concedenda eſt licentia per iudicẽ pro retentione cadaueris prædicti ad ipſius creditoris implorationẽ; quia cadaueri mẽtionato nullo pacto eſt impedienda, ac deneganda ſepultura, argu. text. in auth. vt defuncti. ſeu funera eorum in princ. & eſt tex. optimus in d. §. hæc autem, & in l. cùm ſit iniuſtũ C. de ſepul. viola. ubi Doct. hoc cõiter annotarunt, Panor. in c. ex parte. de ſepul. Boeri. deciſ. 287. nu. 2. & ſeq. Ripa in tract. de peſte in rub. de præſeruatiuis remediis, nu. 101. & Grammat. deciſio. 82. vbi refert iſtam cõem opinionem per annos triginta ipſo exiſtẽte iudice Neapo. in Magna Curia Vicariæ obſeruatam vidiſſe. *Cõis opin.*

¶ Et quamuis Ang. in d. auth. vt defuncti, ſeu funera eorum in prin. contrariũ aſſeueret, videlicèt, q̃ creditori habenti inſtrumentũ debiti contra ſuũ debitorem mortuũ poterit impartiri licẽtia per iudicẽ ad eius petitionẽ de retinendo corpus hoc loco pignoris, ne ſepeliatur quouſq; de debito liquido ſibi ſatiſfiat. Tamẽ opinio iſta Ange. tanquã inhumana, & falſa cõiter damnatur à Scribentibus, & pręcipuè à Fely. in c. ſicut Iudæi col. 1. de Iudæis, Guiliel. Benedic. in c. Raynutius, nu. 59. de teſta. Marſil. ſing. 199. & Grammat. in d. deciſio. 82. Et ſic per præmiſſa indubia redditur antedicta communis.

2 Imo aduerte in fortioribus terminis, quòd ſi creditor appellaret, ne corpus debitoris humaretur, vtiq; non eſſet audiendus, nec eius appellatio admittenda foret aliquo modo, ſecundũ Glo. & Doct. cõiter in d. c. ex parte in prin. Specu. in tit. de app. §. in quibus uer. 8. Grammat. in d. deciſio. 82. nu. 2. & Marſil. in allegato ſingu. 199. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CRIMEN publicum eſt, quoties pœna venit imponenda reo, & applicanda fiſco, ſiue deſcendat ex crimine publico, ſiue non, ſecundum vnam communem opinionem, ſecus autem ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem.*

2 *Crimina publica, & priuata quæ dicantur remiſſiuè.*

3 *Cauſa, ſeu iudicium criminale dicitur quotieſcunque pœna delicti commiſſi fiſco applicatur. Et cauſa ciuilis dicitur quando pœna parti læſæ defertur.*

OPINIO CLXXII.

1 CRIMEN publicum illud eſſe dicitur, quoties pœna venit imponenda reo, & applicanda Fiſco, ſiue deſcendat ex crimine publico, ſiue non, ita voluerunt Gloſ. & Barto. in rubri. de popul. actio. & Auguſt. de Arimin. in add. ad Ange. in tracta. maleficiorum in verſi. ad quærelam. nu. 9. vbi vocat iſtam opinionem communem fore. *Cõis opin.*

¶ Con

¶ Contrariam verò partem, videlicèt, vt crimina publica ea ſola intelligantur, quæ dependunt ex illis titulis ff.& inſtitu. de publi. iud. tenet, & firmat communiter teneri Bal. in rubr. C. qui accuſare non poſ.col. 3. Sed ipſe inhæreo primæ opinioni Bar. & ſequacium tanquàm tutiori, ac firmiori in practica.

Cõis opin.

2 Item quæ ſint, atque dicantur crimina publica, & quæ priuata, uide Placentinum in tract. de accuſationibus titu. 2.nu. 1.& ſeq.& Iacobũ Nouellum in pract.cri.in titu.indicia, quæ præcedere debẽt, nu. 1.& ſeq.in prin. copioſè declarãtes.

3 Et aduerte, quòd quemadmodum cauſa, ſeù iudicium criminale dicitur, vbicunque pœna delicti commiſsi fiſco applicatur, ità cauſa ciuilis dicitur, quando pœna parti læſæ defertur, ac conceditur, ſecundũ Gloſ.& Bart. in l. 3.ff.de ſepulc. viol. quorum ſententiam affirmant eſſe communem Gomeſi.inſtitu.de actio.in prin.nu.19. Boeri.deciſio.349.nu.2.Dec.in rub.extra de iudiciis nu.9. & Marcus Antonius Blancus in practi. cri. in rub.ſeu tit.uiſis indiciis per reum, nu.158.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *CVMVLATIO actionum regulariter permiſſa eſt. Quod limitatur remiſsiuè infra in ſeptem caſibus, ſub nu. 3.*

2 *Cumulatio actionum diuerſarum ex eodem fonte, cauſa, ſeu facto naſcentium, & ad diuerſa tendentium, non admittitur, quia abſolutoria in vna poſſibile eſt, quòd pariat exceptionem rei iudicatę in alia.*

3 *Cumulatio in eodem libello fieri poteſt c. reintegranda, & interdicti vnde vi, cum aliis remediis poſſeſſoriis. Et conſequenter libellus recipitur, in quo omnia auxilia, & remedia coniunguntur, ideſt interdictum vnde vi cum aliis, & probata poſſeſſione rei, fertur ſententia pro actore, ſecundum remedium d.c.reintegranda.*

OPINIO CLXXIII.

1 CVMVLATIO actionum regulariter permiſſa eſt, vt voluerunt Glo.Bar.& omnes in l. edita C.de edẽ. vbi Cagnolus, nu.200. narrat iſtam eſſe communem opinionem, & Zaſius etiã in §. ſi minus, ſub nu. 12.inſt.de act.Papien.in ſua practi.in for.act. real.§.ſeù ver.Saluo iure, num. 11. cum aliis ſeq.

Cõis opin.

2 Quę quippè cõmunis limitatur non procedere primò, vbicunq; actionum diuerſarum cumulatio ex eodem fonte, cauſa, ſeu facto naſcentiũ, & ad diuerſa tẽdentiũ fieret in iudicio, tũc enim non admitteretur, ſed penitus impediretur, ſecũdum Cy.in l.interdũ ff.de pub.iud.& in l. 1.C. qñ ciuil.act.præiud. Bar.in d.l.edita, nu. 15. vbi ponit exẽplum in eo, qui agit actione vi bonorum raptorum, & furti, l. 1.ff.de vi bon.rapt. Papiẽ. in d.§.Saluo iure, nu.13.Zaſi.in d.§.ſi minus, ſub nu. 18. cum aliis ſeq. in quibus locis ponũt ſimiliter aliqua alia ſimilia exempla, & referũt pariter cumulatiſsimè quatuor cumulationum genera: q̄a abſolutoria lata in vna, poſsibile eſt, quòd pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, & opinionem iſtam ſequuntur Afflict. in conſtitutio. ſi ciuiliter agens, ſub nu.7.& ſeq.lib.2.rub.20. Maranta in tract.iudiciorum in 4.par.20. & vltima diſtinctio.ſub nu.2.& ſeq.fol.paruo 78. & omnes Doc. communiter in d.l.edita, vt refert ibi Bolognettus, nu. 120.Cagnolus, num.202.& ſeq.& cæteri Moder.& Iaffredus deciſio 287. Licèt, & malè, & inutiliter Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis libro 2.cap. 5. conetur ſubſtinere contrarium, & Ioachimus in obſeruatione 25.centuria 1.deducit, quòd in Camera Imperiali admittitur cumulatio actionis iniuriarum, & legis Aquiliæ.

Cõis opin.

3 Sed benè uerum eſt, quòd remedium c. reintegranda 3.q. 1. poſſet concurrere cum interdicto vnde vi, & cum aliis remediis poſſeſſoriis, & conſequenter ipſarum actionum in eadem petitione, & libello cumulatio fieri permitteretur, ſecũdum Præpo.in d.c.reintegranda, ubi profert magnum, & vtile quidem uerbum, quòd Palatium Apoſtolicum, & practica eiuſdem Palatij ita obſeruat, quòd dari, & recipi ſoleat ſemper libellus in quo omnia auxilia, & remedia coniunguntur, & interdictum vnde vi cum aliis, & poſtea probata poſſeſſione rei, promulgatur ſententia pro actore, ſecundum remedium d. c. reintegranda. Et iſta practica obſeruatur etiam in Regno Neapo. Alias verò limitationes circiter ſeptem profusè explicat, atque diſcurrit Cagnolus in d.l.edita à nu.201.vſque ad nu.231.& Zaſi.in d.§. ſi minus, ſub nu. 12.cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *DATIO in ſolutum, & pro ſoluto cum iudicis authoritate, ſeruatis de iure ſeruandis, reuocari non poteſt.*

2 *Datio in ſolutum omnibus ſolemnitatibus adhibitis, habet vim ſententiæ diffinitiuę. Et ideò creditor, cui res ipſa data eſt in ſolutum per ius offerendi, ea priuari non poteſt.*

3 *Iuri offerendi non eſt locus poſt concluſum in cauſa, nec poſt ſententiam, niſi in ipſa fuiſſet reſeruatum.*

4 *Datio in ſolutum facta per debitorem creditori ſuo pro maiori quantitate, quàm debeatur, redditur nulla, & in totum vitiatur, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam cõtrariam ſimiliter communem, vbicunq; debitor pro ſuo debito per errorem traderet aliquid in ſolutum ſuo creditori maioris pretij, quàm eſſet creditum, vel ex facto ſuo, vel ex facto iudicis, tunc ipſa datio in ſolutum pro illa maiori ſumma valida, & firma remaneret.*

5 *Datio in ſolutũ ex facto partis, ſeu ex facto iudicis retractatur, et reſcinditur mediãte remedio l. 2.C.de reſcin. vẽ. ubicunq; quis eſſet ſuper re ipſa data in ſolutũ deceptus vltra dimidiã iuſti pretij, ſecundũ opinionẽ cõem, licèt aliqui Doctores tenuerint contrarium, videlicèt,*

quòd in adiudicatione facta alicuius rei in ſolutum creditori, non habeat aliter locum remedium d.l.2.

6 *Datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni, & eius obtinet vicem.*

7 *Datio in ſolutum eſt vera ſpecies venditionis, imò poteſt dici venditio ipſa.*

8 *Datio in ſolutum, vel venditio facta de bonis emphytheoticis mediante decreto iudicis, & ſubaſtationibus, an reſcindi poſſit? remiſſiuè.*

9 *Datio in ſolutum, & res data in ſolutum vtrum à propinquioribus, & vicinis iure congrui reemi, & retrahi poſſit? Et ſic retractus an in datione in ſolutum locū habeat? Et ponuntur etiam preſumptiones remiſſiuè iuris & de iure, ex quibus ipſa datio in ſolutum diſcernatur fraudulenta.*

10 *Datio in ſolutum facta, ſi certo tempore debitum non ſoluatur, non poſſet per creditorem reuocari, & pecuniam ipſam debitam exigere.*

OPINIO CLXXIIII.

1 DATIO in ſolutum, & pro ſoluto cum iudicis authoritate, ſeruatis de iure ſeruādis, reuocari non poteſt, nec debet, ſecundū Alex. cum alijs aggregatis per eum in l. ſi finita §. Iulianus col. fin. ff. de damno infect. quem refert, & ſequitur Deci. conſi. 592. per totum, qui poſt Alex. meminit iſtam eſſe communem opinionem, & alios eiuſdem ſententiæ congerit Tiraquel. in tracta. de retract. *Lignagier.* §. 8. Glo. 7. nu. 13. Et ſequitur etiā, & cumulatiſsimè declarat, & cōmunem vocat quoq; Ludoui. Bologninus in repeti. d. l. ſi finita §. Iulianus col. 100. & ſeq. fol. 36. Pariſi. conſi. 81. conſultus quale ſit arbitrium, nu. 27. cum aliis ſeq. vol. 2. Cephalus conſ. 286. Domina Catherina, ſub nu. 14. uol. 2. & Cæſar Vrſillus in annotatio. Afflicti in deciſio. 191. ſub nu. 3. *Cōis opin.*

¶ Imò datio ipſa in ſolutum, ſeu exequutio, non præcedente ſubaſtatione, ualet ſimiliter, & tenet, ſi iuſta quippè ſit, & appellatum non fuerit, ita Card. Puteus deciſ. 18. de re iud.

2 Ideò creditor cui res ipſa data fuerit in ſolutū omnibus ſolemnitatibus adhibitis per ius offerēdi, poſtea priuari non poſſet; quia talis datio in ſolutum à iudice facta habet vim ſententię diffinitiuę, ſecundum Bar. in l. cùm & minores in princ. C. ſi aduer. rem iudi. cum aliis relatis per Dec. in d. conſ. 592. nu. 3.

3 Cæterùm poſt ſententiam non eſſet locus iuri offerēdi, niſi in ipſa fuiſſet reſeruatum, quinimò nec poſt concluſum in cauſa, vt concludit Tiraquel. loco de quo ſupra §. 8. Glo. 7. nu. 13. & ſeq.

4 Et licèt hoc non habeat difficultatem aliquā, nihilominus difficultas orìretur, quādo debitor pro ſuo debito per errorem traderet aliquid in ſolutum eius creditori maioris precij, quam eſſet creditum, vel ex facto ſuo, vel ex facto iudicis, tunc quippè ipſa datio in ſolutum pro illa maiori ſumma ualida, & firma remaneret, ſecundum Doct. in l. certi condictio, §. quoniam ff. ſi cer. peta. & præſertim ibi Dec. in 3. not. & in l. cùm amplius, ſub nu. 2. ff. de regu. iur. & Pariſi. cumulatiſſimè conſ. 81. nu. 36. uol. 2. Et iſtam exiſtimo eſſe communem opinionem, prout ſequitur, & magis communem dicit cum allegatis per eū eruditiſſimus D. Horatius Mandoſius in addi. Roma. conſi. 454. ſub nu. 12. in litera T. *Cōis opin.*

¶ Quamuis Ruinus deducat, ac profiteatur ex relatis per eum conſ. 136. ſub nu. 5. vol. 1. & cōſil. 160. nu. 25. cum aliis ſeq. uol. 2. conſ. 17. nu. 6. & conſ. 57. nume. 3. vol. 5. aliam ſententiam contrariam communem, videlicèt, quòd datio in ſolutum facta per debitorem creditori pro maiori ſumma, ſeu quantitate quàm debeatur, in totū vitietur, atque nulla ſit. Et eandem opinionem amplectitur etiam cum aliis coaccruatis per eum Marſil. in repeti. l. fin. nu. 46. ff. de iuriſd. omnium iudic. Tiraquel. fuſiſsimè in tracta. de vtroque retractu, §. 23. Glo. 1. nume. 23. & ſeq. Petrus Duennas in regula 185. Decretū ex falſa cauſa, nu. 4. & Afflict. deciſio. 358. in cauſa inter nobilē Antonium, nu. 7. & Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi, nu. 30. ff. de verbor. obliga. vbi admonet de communi. Tamen noli ob aſſertionem hanc aliter recedere in deciſiuis à prima opinione, tanquàm cōmuni, & ueriſsima. *Cōis opin.*

¶ Et hinc eſt, quòd fructus percepti ex re data in ſolutum nō extimata, donec extimetur non ſunt reſtituendi, ſecundum Anto. Auguſt. deciſio. 3. & 650.

5 Et dato, quòd abſque dubio huiuſcemodi datio in ſolutum non retractetur, ſed benè pretiū, quòd excedit res data in ſolutum per partē eius debitori reſtituitur loquendo in exceſſu infra dimidiam iuſti pretij; ſed vbicunque quis eſſet ſuper re data in ſolutum deceptus vltra dimidium iuſti pretij poſſet illam reſcindere remedio, l. 2. C. de reſcin. vend. vt ſpecificè tradit poſt Oldr. & Ioan. And. Alex. in l. ſi q. s cū aliter col. 5. uer. item non habuerunt locū ff. de uer. obli. quorū opinionē ſequit ibi Claud. Aquenſ. col. fi. & veriorē aſſerit, & Cagnolus ēt in repet. l. 2. nu. 163. & ſeq. C. de reſcin. venditio. & Mantua conſulendo conſil. 70. nu. 5. cum aliis ſeq. vol. 1.

¶ Et licèt Areti. in d. l. ſi quis cum aliter poſt Bal. & Roma. ibi. & Soci. in tract. fallentiarū reg. 436. Venditio vltra dimidiā, nu. 4. tenuerint contrariū, videlicèt, q. in adiudicatione facta alicuius rei in ſolutū creditori, non habeat aliter locū remedium d. l. 2.

¶ Quia datio in ſolutū non pſumitur fęneratitia ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo, ita Caſſad. deci. 2. de vſur. Tñ cū prima opinione Oldr. Io. And & ſequaciū indiſtinctè tranſeundum eſt, ſiue in datione rei in ſolutū ex facto partis, ſiue ex facto iudicis: quæ vr, & apparet magis uera, atq; magis cōis, vt deduximus in ſimili caſu intra in Opinione Venditio vltra dimidiam. *Cōis opin.*

6 Et

6 Et quia datio ipſa in ſolutum ſimilis eſt venditioni, & eius obtinet vicem, l. fin. C. quibus ex cau. in poſſeſ. ea. & l. in prædiū in fin. C. de euict. & notant Ioannes de Amicis conſ. 120. nume. 8. Natta conſ. 496. quoniā in conſultatione, nu. 13. vol. 3. Pariſi. in d. conſ. 81. nu. 32. vol. 2. Mantua in d. conſ. 70. Cephalus conſ. 98. nu. 45. uol. 1. & conſ. 254. præſupponitur in facto, nu. 8. cum aliis ſeq. uol. 2. & Soci. Iuni. conſulendo conſ. 47. nu. 9. & ſeq. conſ. 129. nu. 16. & 25. uol. 2. & conſ. 118. nu. 9. uol. 3. & Laurent. Syluanus conſ. 49. nu. 66. Boeri. deciſio. 49. in fi. Tiraq. in tracta. de retract. conſang. §. 1. Glo. 14. nu. 4. & ſeq.

7 Imò dare in ſolutum, eſt uendere, & ſic dici poteſt uenditio ipſa, vt inquit Bar. in l. 1. §. cùm prædium ff. de pigno. & Soci. Iuni. in d. conſ. 47. ſub nu. 9. & Cephalus fuſiſſimè conſ. 159. Domini Albertus, nu. 21. uol. 2 Licèt Corne. conſ. 166. nu. 17. 24. & ſeq. uol. 2. uelit contrarium, & malè.

8 Orireturque dubium ſimiliter in datione in ſolutum, uel uenditione facta de bonis emphytheoticis mediantibus decreto iudicis, & ſubaſtationibus in caſu relato per Coraſiū in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 3. c. 3. ſub nu. 3. per Afflict. & Vrſillum in addi. vbi, nu. 1. cum aliis ſeq. in deciſio. 191. & deciſo in Sacro Regio Concilio Neapo.

9 Occurret dubium etiā ubicunq; res data eſſet creditori in ſolutum, vtrum tunc haberet locum ius retractus, & conſequenter res ipſa à propinquioribus retrahi poſſet? reſoluitur quæſtio per allegationes ad vtrāq; partem, & diſtinctionē tutiſſimam traditā per Coraſium in d. c. 3. nu. 2. cum aliis ſeq. & per Tiraq. in tract. de vtroq; retractu §. 1. Glo. 14. nu. 1. cum aliis ſeq. fol. paruo. 93. & Afflict. in tract. de iure protomiſeos §. 3. nu. 16. fol. paruo 62. ubi cum Doctoribus mentionatis in allegatis locis firmat, quòd ius congrui nō habeat locum in datione in ſolutū, & proſoluto authoritate iudicis, & ſine fraude facta, ubi idē Afflict. profert magnum quippè verbum, quòd ita practicatur. Et ponit in §. ſequen. etiam omnes cōiecturas iuris, & de iure, ex quibus diſcernitur ipſa datio in ſolutū in fraudem facta.

10 Oriretur deniq; maxima ambiguitas, & dubietas de datione in ſolutum facta, ſi certo tépore non ſolueretur debitū, vtrū poſſet per creditorē recuſari, ſi vellet pecuniā debitā exigere? Sed Soci. Iuni. conſ. 41. licèt in hac conſultatione omnibus diligenter conſideratis uol. 3. optimis rationibus, & realiſſimis fundamētis conſuluit cōtra Deci. quòd ſi iſta quantitas debita non ſoluatur infra tempus ſtatutum inter partes per debitorem, creditor vtiq; non poſſet rē ſibi in ſolutū datā recuſare, & pecuniam ipſam conſequi.

SVMMARIVM.

1 *DECRETVM tanquam ſtricti iuris, & interpoſitum per iudicem ex cauſa partim vera, & partim falſa, totum eſt nullum.*

OPINIO CLXXV.

1 DECRETVM ſtricti iuris, & interpoſitum per iudicem ex cauſa partim vera, & partim falſa, totum eſt nullum, ac penitus annullari debet, ſecundum Fulg. in l. ſi non ſortem §. ſi centum in fi. ff. de cond. indeb. Bald. & Roma. in l. certi condictio. §. quoniam ff. ſi cer. pet. Alex. in l. 1. §. ſi ſtipulanti ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 160. num. 27. uol. 2. & conſ. 152. nu. 10. uol. 4. & Soci. qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionē in l. iuſtè poſſidet col. fi. ff. de acqui. poſ. & Curti. Iuni. etiam conſ. 170. nu. 2. & Roma. conſi. 454. ſub num. 12. vbi D. Horatius Mandoſius cum aliis citatis per eum ſuper litera Z, narrat ſimiliter iſtam eſſe cōmunem. Et ita iudicauit Sacrum Regium Concilium Neapo. teſte Afflicto deciſio. 218. & ita fuit aſsiſtentia, & adiudicatio. Cōis opin. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *DEBITORES impetrantes dilationem moratoriam, ſeù dilationem quinquennalem à Principe, tenentur preſtare idoneā fideiuſſionem de ſoluendo completo dicto tempore, aliter tali beneficio dilationis quinquennalis gaudere non poſſunt.*

2 *Debitor, cui per Principem in moratoria conceſſa remiſſa ſit cautio de ſoluendo, finita dilatione quinquennali adhuc tenetur illam præſtare, non obſtante dicto reſcripto Principis.*

3 *Debitores ad hoc vt poſſint gaudere dilatione quinquennali impetrata per eos, requiritur quòd coram iudice debitum fateantur.*

4 *Debitores impetrantes ob paupertatem moratoriam à Principe, & nō reperientes fideiuſſores qui pro eis vellēt fideiubere, tunc eis non ſufficeret iuratoriam cautionē præſtare. Et ſic cautio iuratoria oblata non ſufficeret. & nu. ſeq.*

5 *Debitor non valens fideiuſſionem inuenire in caſu moratoriæ impetratæ, forte ſufficeret ſe obligare, vel fideiubere cum generali hypotheca omnium bonorum ſuorum, & adiectione pœnæ.*

6 *Dilatio quinquennalis debitoribus conceſſa, non competit eorum fideiuſſoribus, & ſic induciæ ipſæ quinquennales non proſunt fideiuſſoribus. Quod verum eſſet, niſi reus compareret in iudicio, & acciperet defenſionem fideiuſſoris opponendo de priuilegio ſibi conceſſo; vel quando priuilegium conceſſum remaneret inutile, ſi non prodeſſet fideiuſſori, vel niſi dilatio prædicta cederetur cauſa iudicati, quia tunc indifferenter prodeſſet fideiuſſori iud. ſol. non autem ex contractu.*

7 *Dilatio moratoria melius eſt, & vtilius vt currere incipiat à die datæ literarum moratoriarum, quàm à die præſentationis.*

8 *Dilatio quinquennalis conceſſa ſimpliciter pro debitis, non extenditur ad debitum iuratum, & ſi debitor notificari faceret dilationem ipſam redderetur nulla, & inualida, niſi concederetur ſaluus conductus cum expreſſa mentione de iuramento.*

9 *Papa, vt poteſt iuramentum remittere, & ſuper eo diſpenſare, & moratoriam concedere debitoribus per inſtrumenta iurata, ita etiam Princeps ſecularis.*

10 *Dilatio quinquennalis, ſeu priuilegium ipſius dilationis non extenditur ad debitum ex delicto.*

11 *Debitor impetrans dilationem quinquennalem, quæ expiraret ob lapſum quinquennij, non poſſet cedere bonis, & ſic etiam quando non præſtitiſſet cautionem de ſoluendo finito tempore dilationis quinquennalis, non admitteretur ad beneficium ceſſionis bonorum.*

OPINIO CLXXVI.

1 DEBITORES impetrantes dilationem moratoriam, ſeu dilationem quinquennalem ob aliquam eorum incõmoditatem à Principe, tenẽtur idoneam preſtare cautionem de ſoluendo completo dicto tempore, l. vniuerſa C. de præci. Impe. offe. quæ eſt canonizata in can. vniuerſa 25. quæſtio 2. & eſt text. in Regno in cap. item quia iudicia claudicare non debent, & ibi D. Carauita in princip. aliter huiuſmodi beneficio dilationis quinquennalis vti, ſeu gaudere non poſſunt, ſecundum communem opinionem, quam allegat Afflict. poſt Bald. in deciſio. 378. ſub nume. 1. & Bald. Nouellus in tract. de doti. 8. part. princ. in ver. Duodecimum ſpeciale eſt, quem refert, & ſequitur Cagnolus in l. 2. nume. 146. C. de pact. inter empto. & Cæſar Vrſillus cum aliis relatis per eum in additio. Afflicti in deciſio. 288. nume. 1. & in d. deciſio. 378. ſub nume. 3. in quibus locis hoc vtiliter in deciſiuis ampliat, & copioſè declarat in aliquibus caſibus. *Cõis opin.*

2 Et hoc ampliatur intantũ procedere, ꝙ ſi remitteretur ipſa cautio per Principem in mentionata moratoria, adhuc etiam tenerẽt debitor illã præſtare, & nihil iuuaret dictum reſcriptum Principis, vt eſt tex. apertus in Regno in d. c. item quia iudicia claudicare non debent, & ibi reſolutiſſimus D. Carauita, nume. 5. qui affirmat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

3 Item vt debitores antedicti poſſint gaudere tali dilatione quinquennali, requiritur etiam, quòd coram iudice debitum fateantur, l. penult. ff. de ceſſio. bonor. & notat Cagnol. in d. l. ſecunda, numero 146. & Afflict. in deciſio. 379. in quadam cauſa.

4 Sed ſi iſti debitores, qui ob paupertatem impetrauerint moratoriam ipſam à Principe, non reperirent fideiuſſores, qui pro eis vellent fideiubere, tunc certè eis ſufficeret iuratoriam cautionem præſtare, nota. in authen. generaliter C. de epiſco. & cleric. & in l. 1. ff. qui ſatiſdare cogan. & ita quotidie practicatur, ſecundum Iaſo. ibi, nume. 25. & Marſilium in l. fina. nume. 122. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Et licèt Roma. ſentiat contrarium in l. 2. nu. 38. ff. ſolu. matr. & in conſ. 439. ſub nu. 10. & Iaſ. in d. l. 1. nu. 24. qui ſatiſda. cog. videlicèt, quòd prædicta oblata cautio iuratoria nõ ſufficiat, nihilominus noli aliter recedere à prima opinione, quæ obſeruatur in practica.

¶ Quæ quippè non procederet vbicunq; quis ob eius malos mores non reperiret fideiuſſores, tunc enim non ſtaretur ſuæ iuratoriæ cautioni, ſecundum Canoniſtas omnes in c. qua fronte de appel. Bal. in auth. cui relictum col. 3. C. de indicta uid. toll. Afflict. in tit. quæ ſit prima cauſa beneficij amit. §. nec eſt alia, nu. 95. Iaſ. in l. 1. nume. 11. C. de proc. & Cottã in memorali in uer. Cautio cum fideiuſſ.

5 Vel forte fideiubere in caſu hoc ſufficeret cum generali hypotheca omnium bonorum ipſorum debitorum, & adiectione pœnæ, ſecundum quòd habetur in l. prætoriæ ff. de præto. ſtipulatio. & ibi Barto. & per Glo. & Ang. in l. 2. §. dubitetur ff. de iudi. Sed in Regno Neapolit. vbi ex neceſſitate, ſeu diſpoſitione d. c. itẽ quia iudicia claudicare nõ debet, in ipſa moratoria fideiuſſio per Principem remitti non poſſet, crederẽ ꝙ iſte debitor non valens fideiuſſionẽ inuenire, non admitteretur cum iuratoria cautiõe, prout hoc firmat etiã in caſu ſimili Marinus Freccia in tract. de repræſentatione inſtrumentorum ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in 9. par. q. 6. vbi firmat, quòd debitor præueniens creditorẽ ad finẽ impediendi repræſentationem inſtrumenti, ſecũdum formã ritus, non admittatur ſub iuratoria cautione ſi non potuiſſet inuenire fideiuſſorem, qa ex norma, & neceſſitate pragmaticæ malitiis litigantiũ inducit̃, vt nemo conuenire poſſet ſuũ creditorẽ per viã ꝑuentionis antedictę, niſi prius ꝑſtita cautione de ſoluẽdo debitũ, ac vncias decem pro pœna, & de ſe repræſentando pſonaliter in carceribus tẽpore publicationis cauſæ. Ideò ſi admitteret̃ debitor ad iuratoriã cautionẽ in pręſenti caſu, redderetur vana dicta pragmatica.

6 Sed iſta dilatio quinquennalis, ità vt ſupra, conceſſa debitoribus, non competit aliter eorum fideiuſſoribus, & conſequenter induciæ ipſę quinquennales, non proſunt, nec prodeſſe poſſunt fideiuſſoribus, ſecundum Barto. numero 2. Alexan. nume. 6. Soci. & omnes communiter in l. ſi iuſfamil. §. 1. ff. de verborum obligat. Matthæum Brunum Ariminenſem in tracta. de ceſſione bonorum 8. quæſtio. principali, nume. 2. & Cęſarem Vrſillum in additio. Afflicti in deciſio. 5. nume. 3. in quibus locis memorati Doctores concludunt, quòd dilatio quinquennalis conceſſa Cruce ſignatis, non proſit eorum fideiuſſoribus, quia priuilegium conceditur perſonæ qualificatæ, ex quo conceditur perſonis Cruce ſignatis, & vltra perſonas qualificatas non debet extendi; quoniam qualitas informat ſubiectum, cui inhæret Pariſi. in conſilio 58. uol. 4. vbi ait, quòd qualitas ſi non interuenit, vitiatur actus & in terminis Bald. in l. ſi mandatori. nu. 8. C. de non numera. pecun. *Cõis opin.*

¶ Sed

¶ Sed hoc fallit ſi reus compareret in iudicio, & acciperet defenſionem fideiuſſoris opponẽdo de priuilegio ſibi conceſſo, tunc enim ipſe principalis comparendo, ſumendoque defenſionem pro fideiuſſore, faceret cum huiuſmodi inducijs quinquẽnalib' gaudere. Et ita extitiſſe iudicatũ in Sacro Regio Concilio Neapo. refert Cæſar Vrſillus, licèt dubitet in add. Afflicti in deciſi. 288. ſub nu. 1. prout dubitat etiam, & tenet contrariũ expreſsè Alex. in d. l. filiusfamil. §. 1. ſub num. 6. Quod quidem dictũ verum eſſet, vbicunque priuilegiũ conceſſum remaneret inutile ſi non prodeſſet fideiuſſori, aliàs ſecus, vt not. Alex. in d. l. filiusfam. §. 1. & ibi Soc. & Bar. in l. Stichũ §. quòd vulgo ff. de ſolut. niſi dilatio antedicta cederetur cauſæ iudicati; quia tunc indifferenter prodeſſet fideiuſſori iud. ſol. non autem ex contractu, Bal. in l. quoties C. de precibus Imper. offer. & in l. tã mandatori C. de non numer. pecu.

7 Ideò debent eſſe cauti creditores, quòd dilatio ipſa moratoria inciperet currere à die datæ literarum moratoriarũ, & non à die præſentationis, c. eam te de reſcript. & Guid. Papę deciſ. 109. vbi ait etiam, quòd dictæ moratorię non extenderentur ad creditores futuros.

8 Aduertere etiam debent ipſi creditores, quòd dilatio quinquennalis conceſſa ſimpliciter pro debitis, non extenditur ad debitum iuratũ. Vnde ſi debitor intimare, ſeu notificare faceret dilationem moratoriam, ſi debitum iuratum ſit, illa dilatio abſque dubio aliquo eſſet nulla, ſecundũ Cyn. & Saly. in l. fin. C. ſi contra ius, vel publicam vtil. Alex. conſ. 38. vol. 3. Iaſ. in l. 2. nu. 2. C. de preci. Imp. offeren. & Thom. Fer. caut. 55. nu. 2. Affl. deciſ. 5. & ibi Vrſillum in add. nu. 1. & Afflict. in deciſ. 111. num. 14. Caſſane. conſ. 7. num. 67. Roland. à Valle conſ. 31. num. 20. volu. 2. Bellum in tract. de re militari par. 9. titu. de ſaluis conducti bus, num. 63. Carauitam in d. c. item quia iudicia claudicare non debent, nu. 6. & ſeq. & Grammat. deciſio. 12. Hector, & Hannibal de Amato, num. 2. & ſeq. niſi à Papa concederetur huiuſmodi indultum, ac ſaluus conductus cum expræſſa mentione de iuramento, vt per Alex. conſil. 205. volu. 2. & d. conſil. 38. & per Matthęum Brunum in d. tract. de ceſsio. bonorum q. 26. & Marti. Lauden. in tract. de priuil. conſil. 14. & de fiſco conſil. vltimo, vbi ait etiam, quòd non extenderetur ad debitum Cameræ fiſcalis, & idem tenet Roma. ſing. 179. quid ſi Titius, Dec. in 1. lectu. num. 84. ff. ſi cer. pet. & Rebuffus in commentarijs ad Regias conſtitutio. Thomo 2. ſub rubr. de litteris dilatorijs, annalibus, quinquen. art. 1. Glo. 1. num. 17. & 13. & Vrſillus in ſcholijs ad Afflictum in d. deciſ. 5. nu. 2.

9 Et quemadmodum Pontifex poteſt iuramentum remittere, & ſuper eo diſpenſare, & moratoriam prædictam concedere debitoribus per inſtrumenta iurata, ita etiam Princeps ſecularis, ſecundum D. Carauitam in d. c. item quia iudicia claudicare non debent num. 8. & ſequen; vbi profert magnum, & vtile quippè verbum, ità obſeruari quotidie in Regno.

10 Aduertere ſimiliter poſſent ipſi creditores, quòd talis dilatio non extenderetur ad debitum ex delicto, vt latè Ripa in l. 1. ff. ſi cer. peta. & ibi Alex. Alciat. Bolognettus, num. 49. cum alijs ſeq. qui reſpondet omnibus contrarijs, Roma. conſil. 43. & Matthęus Brunus in d. tract. de ceſsio bonorũ quęſtio. 26. Et licèt Dec. & aliqui alij in d. l. 1. ff. ſi cer peta. ſentiant cõtrarium, videlicet, quòd priuilegiũ hoc dilationis quinquennalis conceſſum debitoribus, compręhendat etiam debitores ex delicto; nihilominus prior ſententia apparet magis vera, magisq; communis. Cõis opin.

11 Aduertere etiã tenentur ipſi creditores, quòd vbicunq; quis impetraret dilationem quinquennalem, & poſtea expiraret ob lapſum quinquennij, non poſſet vtique cedere bonis, & ſic etiam, quòd non præſtitiſſet fideiuſsionem de ſoluendo finito tempore, non admitteretur ad beneficiũ ceſsionis bonorum, ſecundum Glo. & alios in l. cum ſoluto C. qui bonis cede. poſſ. Soc. in tract. fallentiarum in reg. 46. num. 14. fol. paruo 33. Grammat. in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ incip. Item quòd aduocatus fiſci, num. 18. fol. 154. in titu. de inſtru. & eorum præſentationibus, & Afflict. cumulatiſsimè in d. deciſio. 378. nu. 2. qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionẽ. Et hæc omninò notanda ſunt; quia poſſent debitores calumnioſè vtendo priuilegio dilationis, illud præſentare ad omnem eorum libitum. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR capi, ac carcerari poteſt vt ſuſpectus de fuga, probata prius per ſolum iuramentum ſuſpitione fugæ à creditore, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communẽ, ipſe debitor vti ſuſpectus de fuga, capi & carcerari non poteſt, niſi allegetur legitima ſuſpitionis cauſa, & probetur per duos teſtes.*

2 *Licentia capiendi debitorem pro aſſecuratione iudicij, poteſt concedi per iudicem ad hunc effectum, etiam die feriata introducta in honorem Dei.*

3 *Debitor ſi eſſet fugitiuus, & aufugeret, liceret ſuo creditori ipſum capere propria authoritate, & ita captũ ad iudicem ducere.*

4 *Creditor non ſolùm poteſt capere ſuum debitorem in actu fugæ propria authoritate, ſed etiam illum, qui eſſet in fuga mentali, & ſic illum contra quem adeſſent manifeſtiſſima ſigna, vt fugere vellet.*

5 *Laicus poteſt capere clericum ſuum debitorem ſuſpectum de fuga, & præſentare iudici eccleſiaſtico ſine incurſu excommunicationis.*

OPI-

OPINIO CLXXVII.

1 DEBITOR capi, ac carcerari poteſt vti ſuſpectus de fuga probata prius per ſolum iuramentum ſuſpitione fugę à creditore. Et ſic ſufficit iuramentum creditoris ad hoc vt capi poſſit debitor ſuſpectus, ſecundum Benedictū de Plumbino, & Ang. in repet. l. nemo carcerem C. de exactio. tributo. lib. 10. Roma. in l. fideiuſſor §. fin. ff. qui ſatiſdare cog. Io. de Imol. poſt prin. & Iaſ. nu. 19. in l. 2. ff. ſolu. matrim. Pariſi. conſil. 107. num. 54. vol. 3. & ita conſuluit Alex. conſil. 19. num. 2. vol. 3. & Natta conſil. 29. num. 2. & 10. volu. 1. Et hanc opinionem aſſeuerat Paul. de Caſtro conſ. 474. num. 1. vol. 1. totum mundum ſeruare, & eādem opinionem dicit cōmuniter practicari Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo in 6. q. num. 18. Et ita per prædictam communem practicam ego ſæpe ſæpius iudicaui, dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami anno Domini 1561. & 1562. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem videlicet, quòd debitor vti ſuſpectus de fuga non poſſit carcerari, niſi fuerit prius legitima ſuſpitionis cauſa allegata, & probata per duos teſtes, inclinauit Bald. conſil. 285. num. 3. & 4. vol. 1. in l. apertiſsimi nu. 9. C. de iud. Ang. Aret. in prin. inſtitu. de actionibus, num. 8. Ang. titubanter in l. ſi ab arbitrio §. qui ex cauſa, num. 9. ff. qui ſatiſda. cogan. Alex. in d. l. 2. num. 22. Iaſ. in princ. inſtitu. de actio. nu. 91. & in d. l. ſi arbitro, & Pariſi. conſil. 101. num. 5. vol. 3. & iſtam opinionem eſſe ait communem Ripa in ſuis ſingula. reſponſis in titu. de legibus, & longa conſuetudine c. 13. num. 28. & Thomas Parpalia in repetitio. d. l. 2. col. 21. & ſequitur, declaratq; abundè Lanfra. in c. quoniam contra in c. 3. de recuſationibus, nu. 9. & ibi Celſus eleganter in additio. de probatio. & Grammat. conſ. ciuili 17. nu. 12. cum alijs ſeq. *Cōis opin.*

¶ Quicquid tamen ſuadeant præcitati Illuſtres Docto. propterea non diſcedo à prima ſententia, quæ quotidie obſeruatur in omnibus Italiæ Curijs, & probatur iſta optima ratione; quia hoc caſu periculum vertitur in mora, & res eſt talis, quæ celeritatem deſiderat, & vbicumque periculum eſt in mora ad probationem ſuſpitionis iuramentum ſufficit, vt eſt Glo. & ibi Innoc. in c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. & in l. 2. vbi Doct. C. vbi in rem actio.

¶ Benè verum eſt, quòd dictas opiniones ad optimam concordiam, & conſonantiam fœdere diſtinctionis reducit Ripa in d. l. 2. nu. 56. cum alijs ſeq. Et ſic iudex ex prædictis ſecurè, oſtenſo prius inſtrumento debiti per creditorem, ac pręſtito iuramento de ſuſpitione, & fuga, poteſt concedere, ac impartiri licentiam capiendi, & carcerandi dictum debitorem.

2 Quę quidem licentia capiendi, etiam in die feriata introducta in honorem Dei poteſt concedi, ſaltem ad hunc effectum, vt debitor præſtet ſuo creditori cautionem de iudicio ſiſti, ſecundum Glo. ſingularem, & cōmuniter ab omnibus Scribentibus approbatam in l. dies feſtos C. de ferijs in ver. Fideiuſsionis, quam Glo. cum materia latè explicant Doct. in l. 2. ff. de ferijs, Iaſ. & Moder. in d. l. 2. & Doct. in §. 1. inſtitu. de actio. *Cōis opin.*

3 Sed ſi, (nota congruenter hic) debitor eſſet fugitiuus, & arriperet fugam, licitum eſſet ſuo creditori ipſum capere propria authoritate, & ipſū captum ad iudicem ducere, ſecundum Specu. in titu. de accuſat. verſ. Idem fortè in debitore, argumento l. ait prætor §. ſi debitorem de his, quæ in fraudem cred. Et idem etiam probatur ex not. per Bal. in c. 1. §. 1. de pace iura. firman. Iaſ. in l. 1. num. 71. ff. de offi. eius, Marſil. in ſing. 43. & 243. & Pariſi. conſ. 107. num. 52. & conſ. 99. nu. 3. vol. 3. & Ruinum conſ. 18. nu. 4. vol. 5.

4 Et creditor non ſolùm poſſet capere ſuum debitorem propria authoritate in actu fugæ, ſed etiam illum, qui eſſet in fuga mentali, & contra eum extarent aliqua euidentia ſigna vt fugere vellet. ſecundum Angel. in l. pignoris cauſa C. de pig. actio. Marſil. in d. ſingu. 43. & Caccialupum in d. tract. de debitore fugitiuo in 4. q. col. penul. vbi hoc latè probat ex mente Doct. & declarat.

5 Imò tum etiam eſt licitum laico capere clericum debitorem ſuſpectum de fuga ſine periculo aliquo excommunicationis, dummodo pręſentet illum iudici eccleſiaſtico, Abb. in c. cum non ab homine col. 4. & ibi Bal. col. 3. de iud. & notat Iaſ. in d. l. 1. num. 71. ff. de offi. eius, & Marſil. in d. ſingu. 43.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR recipiens pecuniam nomine mutui, nec indigens iſta pecunia ſibi mutuata, poteſt eandem inuito creditore reddere; & ſic creditor inuitus cogitur illud idem recipere.*

2 *Creditor mutuans alicui cum pacto expræſſo, vt ſolutio fiat ad omnē requiſitionem ipſius mutuantis, tunc non poſſet requiſitionem facere ſtatim, & incontinenti dictæ rei mutuatæ.*

OPINIO CLXXVIII.

1 DEBITOR recipiēs pecuniam nomine mutui, nec indigens iſta pecunia ſibi mutuata, poteſt eandem inuito creditore reddere; & ſic creditor inuitus cogitur illud idem recipere, ſecundum Cynum, & Doct. omnes communiter in l. 2. ff. ſi cer. peta. quia ſufficit, quòd in eodē genere reſtitutio fiat, & non *Cōis opin.*

& non poteſt eſſe magis in eodem genere,quàm ſi idem ſit,alias, & fortaſsè vrgentiores rationes adducit Dec.in d.l.2.in 1.lectu. num. 8. corroborando, tuendo,& allegando iſtam communē, Licèt Bolognet. ibi num.2. teneat ruditer cōtrarium, & Thobias Nonius etiam inſtitut. quibus modis re contrahitur oblig. in princip.num.33. Quam quidem communem opinionē declarant præcitati Doct. non procedere, quando res eſſet deteriorata; nam ſi eſſet deteriorata non poſſet reddi, tunc enim non diceretur eſſe eadem res, l.3.§.ſi reddita ff.commoda.

2 Sed aduerte, quòd contrarium determinatur in creditore mutuante alicui cum hoc pacto expreſſo,vt ſolutio fieret ad omnem requiſitionem ipſius mutuantis;quia tunc non poſſet ſtatim,& incontinenti requiſitio fieri dictæ rei mutuatæ, vt firmauit cum alijs relatis per eum Ceſar Vrſillus in additio. Afflict.in deciſio.91.ſub num. 8.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR quantitatis ob difficultatem ſoluendi,non excuſatur à mora. Quòd limitatur remiſsiuè infra in 14.caſibus.*

2 *Bartoli opinio eſt adeò tuta, vt non liceat ab ea recedere.*

3 *Aſſeſſores non recedunt à ſententia Bartoli.*

4 *Iudex iudicans contra communem opinionem,cenſetur propter imperitiam iudicaſſe.*

OPINIO CLXXIX.

1 DEBITOREM quantitatis difficultas ſoluē di non excuſat à mora, ſecundum Bar.in l.cōtinuus §. illud num.5. & ſeq. per illum tex.ff. de verb. obliga. & in l. quod te, num. 14. ff. ſi cer. peta.quem ibidem ſequuntur Alex.num.9.Zaſius nu.38.Curt.Iun. num.37.Iaco.num.3.Ant. de Butr. & Abb. in c. breui,num.4.de iureiur.quam quidem opinionē Bar.audacter atteſtati ſunt eſſe cōmunem, Ruinus conſ.150.num.3.vol.1.Dec.col.5.Iaſ. num. 32.Bartholom.Soc.num.32.Purpurat.num.63. & Ripa num.52.in præcitata l.quod te. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam,ruditer,iudicio meo,inclinarunt Saly.Cuma.Roma.& Decius num.13.in d.l.quod te,& Hierony.Gigas in tract. de penſionibus q.75.num. 3. Quicquid tamen præfati Doctor. præcipitanter ſuadeant contra dictam communem, ob hoc ab ea non recedo.

2 Quia non eſt tutum recedere ob opinione Bar.ſecundum Paulum Caſt.conſ.353.viſis omnibus inſtrumentis.

3 Imò Imol. in c. dilecta de appella. dicit aſſeſſores nolle à ſententia Bar.recedere. Et eò magis non eſſet recedendum à prædicta opinione; quia conſtat eſſe magis communem,vt refert Ruinus in d.conſil.150.

4 Et iudex, qui contra communem iudicat, cenſetur propter imperitiā iudicaſſe, vt dicit Alex. in l.cum prolatis,& ibi Ang. ff.de re iud.Iaſ. in l. fin.col.pen.ff.qui ſatiſda.coga.& Curt.Sen.conſ. 49.col.30.& conſ.46.nu.13. Ideoq; dictam communem tanquam veriſsimam mihi ſequendam fore cōſtitui. Quam communem ita retentam limitat, ac declarat Ruinus in memorato conſil. 150.nu. 9. in quatuor caſibus non procedere, & in quatuordecim alijs caſibus eam declarat Purpuratus in d.l.quod te, nu. 64.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR non poteſt cedere bonis, quando creditor renunciat facultati illum carcerari faciendi; quia ceſſat ratio, qua ceſſante beneficium bonis cedendi ceſſare debet.*

2 *Ceſsiones bonorum conceſſæ in Regno debitoribus non admittuntur, ſi debita contracta appareant infra annum.*

3 *Ceſsiones bonorum, & moratoriæ tam impetratæ, quā impetrandæ per inquilinos,colonos,ſeu cenſuarios, & alios debitores Neapolitanorum in Sacro Regio Concilio collaterali Neapo.non admittuntur contra Neapolitanos.*

OPINIO CLXXX.

1 DEBITOR non poteſt cedere bonis, quando creditor renunciat iuri illum carcerari faciendi,ſecundum Doctrinam Bald. in l.1.num.17.C. qui bonis cede. poſſ. communiter receptā, ac approbatam à Scriben. ibi, quam ſequuntur etiam Ioan.Faber,& Iaſ.in l.fin.num.17.inſtitu. de actio. & de iſta communi opinione atteſtantur omnes Doctores in præcitatis locis. Et ratio huiuſcemodi cōmunis ſententię aſsignatur iſthæc per Bal.in d.l.1.quia ratio carceris ceſſat,qua ceſſante beneficium bonis cedendi, ceſſare debet. *Cōis opin.*

2 Item ceſsiones bonorum conceſsæ in Regno etiam cum regia decretatione, nō admittuntur, ſi debita contracta appareant infra annum, vt diſponitur in pragmatica 2. Regni de ceſsione bonorum,titulo,incip. *Per quanto ſiamo informati,che molte perſone.*

3 Similiterq; ceſsiones, & moratoriæ tam impetratæ,quam impetrandæ per inquilinos, colonos. ſeu cenſuarios, & alios debitores Neapolitanorū in Sacro Regio Collaterali Concilio Neap. non admittuntur aliquo modo contra Neapolitanos ipſos, vt in pragmatica 1. de Ceſsione bonorum, exordiente *Regente gli Magnifici Eletti di queſta Città di Napoli.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR redditur indignus ceſſionis bonorum beneficio, indicans partem bonorum, & partem occupans.*

2 *Debitor conuictus, quòd partem bonorum ſuorum non indicauit dolo, & malignitate, repellendus venit à beneficio ceſſionis bonorum.*

3 *Debitor volens cedere bonis in Regno, debet omnia bona ſua, & iura indicare, & in actis inſinuare creditoribus, & debitam quantitatem ipſorum bonorum, & iurium profiteri.*

4 *Debitor cedens bonis, & reſeruans ſibi vnum denariũ dumtaxat, ipſa ceſſione bonorum redditur indignus, & ceſſio prædicta nullatenus valeret.*

5 *Debitor errore, ſeu bona fide non indicans bona omnia ſua creditoribus, vel modica eſſet res, quæ non fuit demonſtrata, non perdit beneficium ob hoc ceſſionis bonorum.*

OPINIO CLXXXI.

1 DEBITOR ceſsionis bonorũ beneficio redditur indignus, indicans partem bonorum, & partem occupans, ſecundum Glo. & Bart in l. pen. ff. de ceſsio. bonorum, Bald. & alios Doct. communiter in l. 1. eod. titu. & Ang. Iaſ. & Zaſi. num. 5. in §. fin. inſtitu. de actio. *Cõis opin.*

2 Vndè ſi iſte debitor fuerit conuictus, quòd partem bonorum non indicaſſet ex malignitate, & dolo, tunc, vt ſuperius deduximus, eſt repellendus omnimodò ab huiuſmodi beneficio ceſsionis bonorũ, tex. eſt in l. fin. ff. de his, quæ in fraud. cred. ſecundum lecturam Bart. communiter approbatam ibi; & idem tenet Bart. & alij Doct. in l. alia §. eleganter ff. ſolu. matrim. & Bal. in l. 1. C. de ceſsio. bono. quos Doct. referunt, & ſequuntur Alex. & Paul. de Caſt. in d. §. eleganter. *Cõis opin.*

3 Et hoc reperitur ſancitum de iure Regni, in pragmatica incip. Don Petrus de Tolleto Marchio Villæ Franchę, vbi habetur, quòd volens cedere bonis, debet omnia bona ſua, & iura indicare, & in actis inſinuare creditoribus inſtantibus, & debitam quantitatem ipſorum iurium, & bonorum profiteri, vbi Ioannes Franciſcus Scaglionus appoſtillans dictam pragmaticam, nu. 2. & 4. declarans hanc materiam.

4 Et in tantùm hoc procedit, quòd ſi cedens bonis reſeruaſſet ſibi vnum denarium, ceſsio ipſa non valeret, prout ſcribit Bald. in l. fina. colum. 2. verſ. quæro quid ſi cedens bonis. C. qui bon. cede. poſſunt.

5 Sed vbicunque debitor errore, ſeu bona fide non indicaſſet bona omnia ſua creditoribus, vel modica eſſet res, quæ non fuit demonſtrata non perdit beneficium ob hoc ceſsionis bonorum, ſecundum Bald. in l. fin. §. cùm igitur col. 3. C. de iure deliberand.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR deficiens in ſolutione certo tempore, & loco promiſſa, poteſt vbique conueniri etiam ſi al.bi non ſortiatur forum.*

2 *Debitor obligatus cum clauſula, vt poſſet conueniri Aquilæ, & vbique locorum, poteſt ea non obſtante opponere declinatoriam, niſi adiectum ſit, & vbiq; locorum, vbi fuiſſet petitum.*

OPINIO CLXXXII.

1 DEBITOR promittens, ac ſe obligans ſoluturum ſuo creditori cẽtum Aquilæ certo die, differenſque tempore debito in dicto loco ſolutionem, poſſet vtique conueniri non ſolùm Aquilæ, verùm etiam in quocunq; loco, etiam ſi ibi forum non ſortiatur, ſecundum Bal. Saly. Paul. Caſtren. in l. 1. ff. de eo quod cer. loco, poſt antiquos ibi, & alios quamplures congeſtos per Iaſ. in §. plus autem, nu. 27. & ſeq. inſtitu. de actio. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Sed nota quòd vbicunq; debitor obligaſſet ſe cum hoc pacto, ſeu clauſula, vt poſſet conueniri Aquilæ, & vbique locorum, tunc iſthæc clauſula nihil operaretur; nam prędicto pacto non obſtãte, poſſet debitor conuentus declinare forum Aquilæ, niſi promiſiſſet, ac ſe obligaſſet iſte debitor ſoluere, & vbique locorum vbi fuiſſet petitũ, ſecundum Doct. in l. 3. §. ſi quis ita il 1. ff. de eo quod cert. loco, in d. l. 1. cod. tit. in c. 1. ext. de iud. Bar. & alios in l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſco. & cler. vbi Alex. nu. 6. ait hanc eſſe communẽ opinionem, & Antonius Galleſius in tract. Cameralis obligationis in 2. par. q. 3. nu. 1. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR non poteſt per pactum ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit.*

2 *Pactum, per quod renunciatur beneficio ceſſionis bonorum, non valet.*

3 *Pactum, ne debitor bonis cedere poſſit, etiam iuramento firmatum, non tenet.*

4 *Pactum, quo debitor ſe obligat ad carceres, etiam iuramento firmatum, non valet.*

OPINIO CLXXXIII.

1 DEBITOR non poteſt per pactum ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit; & ſic non poteſt conſentire aliquo modo, vt poſsit compelli, capi, & carcerari propria creditoris authoritate, ſecundum Dyn. Bartol. Imol. Ang. Roma. Alex. & omnes magis communiter in l. *Cõis opin.*

in l.alia §.eleganter ff.ſolu.matrimo. & Angel.& Moder.col.1.ff.de leg.1.per illum text.& alios re latos per Ant.Galleſium in tract.Cameralis obli gationis in 2.par.q.4.nu.2.

3 Nec valet pactum, quòd debitor non cedat bonis,ſecundum Iacob. de Arena,& Bald.in l.1. col.3.C.qui bonis cede.poſſ.& alios Doct. conge ſtos per Cottam in ſuis memoralibus in memo. in verſ. Solui,poſt medium,vbi refert etiam Docto.contrarium aſſeuerantes, & Franciſcus Beccius etiam conſ.10.non parua eſt contenſio, nu. 3.vol.1.vbi num.4.cum alijs ſeq.conſuluit, & in ſimul ex magno catalogo Doctorum demonſtrauit magis communem opinionem eſſe,quòd pactum, etiam iuramento firmatum, per quod renunciaretur beneficio ceſsionis bonorum, non valeret,neque teneret. *Cõis opin.*

4 Quæ quidem concluſio procedit, ac ampliatur etiam,ſi huiuſmodi pactum,ſeu obligatio ad carceres eſſet iuramento firmata, vel firmatum, vt per Bal.in auth.ſacramenta puberum C. ſi ad uer.vendi.Alex.in d.§.eleganter,& iſtam ait eſſe communem opinionem Alciat. in c.cum contingat,num.69.de iureiuran. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR ſpeciei, per interitum rei ante moram,liberatur actione præſcriptis verbis,ſeu de dolo; quia caſus fortuitus non eſt aſcribendus culpæ debitoris.*

2 *Debitor ſpeciei per interitum rei ante moram,non liberatur à condictione ob cauſam,& traditur exemplũ, vt facilius hoc intelligatur.*

OPINIO CLXXXIV.

1 DEBITOR ſpeciei per interitum rei ante moram, liberatur actione præſcriptis verbis,ſeu de dolo, l. quod te ff. ſi cer.peta.vbi Iaſ. nu. 12. & Ripa,nu.4. cum multis alijs ſeq.Cyn.Bart.Bald.& cæteri in l.incendium C.ſi cert.pet.Ang. & Io.de Imol. in l.ſi ex legati cauſa ff. de verb.obliga. & Sigiſmundus Loffredus conſil.2.num.7.& 46. vbi aſfirmat iſtam eſſe communem opinionem,& etiã Cagnolus cum alijs citatis per eum in d. l. quod te,num.97.quia caſus fortuitus non eſt aſcribendus culpæ debitoris,vt in l.cum duobus §. damna.ff.pro ſocio. *Cõis opin.*

2 Sed iſte debitor non liberaretur ob hoc à condictione ob cauſam, ſecundum communem opinionem omnium Doct.in præcitatis locis,quam ſequitur,& atteſtatur Iaſ. in l. fin. num.12.C. de contrahe.emptio. & Ferrandus in repeti.l.pacta conuenta,nu.80.in 3.lectu.ff.eod.tit. *Cõis opin.*

¶ Verùm vt facilius intelligatur iſta communis,præcitati Doct.tradunt hoc exemplum,videlicet. Do ſcyphũ, vt des Stichũ, ſed Stichus ante moram perijt, profectò non agam præſcriptis verbis in te,vt des Stichũ;quoniã eum nõ præſtare potes.nec ſimiliter agã ad id,qđ intereſt mea, nam cùm non fueris moroſus, non eſt ſubrogata obligatio ad intereſſe, nihilominus agam ad repetendum ſcyphum;ſiquidẽ datur,conceditur q; mihi ex capite pœnitentię condictio ob cauſam, & iſtam communem latius declarat Bolognettus in d l.quod te,nu.55.& ſeq.& ſequitur,ac citat etiam Loffredus in d.conſ.2.nu.46.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR promittens cum iuramento ſoluere decem infra menſem ſub excommunicationis cenſura & pœna, non dicitur periurus, nec excommunicatus ſi ſatisfecerit poſt alium menſem ſequentem ſibi prorogatum à creditore; quia idem terminus cenſetur cum primo, & verè,ac propriè iuramentum videtur adimplere, ſi adimpleatur infra tempus prorogatum.*

2 *Debitor promittens ſoluere debitum infra menſem ſub excommunicationis cenſura & pœna, ſi prorogetur ei terminus alterius menſis ad ſoluendum, & eo termino prorogato elapſo non ſolueret, pœnam et excommunicationem incurreret.*

OPINIO CLXXXV.

1 DEBITOR promittẽs cum iuramento ſoluere decem infra mẽſem ſub excommunicationis cenſura &pœna,nõ dicitur periurus,nec ex communicatus, ſi ſatiſfecerit poſt alium menſem ſequentem; & ſic infra tempus ſibi à creditore prorogatum; quia idem terminus cenſetur cum primo, & verè ac propriè iuramentum videtur adimpleri infra tẽpus prorogatum, vt uoluerunt Hoſtien.in c.præterea de appellat.& Card. in Clem.1.§. nos itaq; de iureiur.& Doct.omnes in c. de cauſis de offic. deleg.& præſertim Auguſt. Berous ibi, num.31. qui exprimit hoc dictum veriſsimum fore, communiter atteſtari approbatur Dec. nu. 45. cum alijs ſeq.& in d.c.præterea, nu.7. *Cõis opin.*

2 Sed tranſacto termino præmiſſo prorogato, & debitor non ſolueret dicta decem abſq; dubio excommunicationem incurreret;quoniam prorogatio cum qualitatibus conditionibus, conuentionibuſuè omnibus primi termini facienda venit; ſecundum Glo. & Dominicum in c. hi qui de præben.in 6.Bal.in l.parabolani C.de Epiſco.& cleri.Ioan.de Imol. conſ. 11. & Beroum in d.c.de cauſis,nu.31.& ſeq.vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR habens bona, quæ publica ſubaſtatione vendi poſſunt, in carceres poni poteſt.*

OPINIO CLXXXVI.

1 DEBITOR habens bona, quę publica ſubaſtatione vẽdi poſſunt, in carceres poni non poteſt, l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudi. & c. peruenit de fideiuſſ.

¶ Hoc verò ceſſat, vbicunque debitor non haberet bona, ex quibus æs alienum ſolui poſſet, tunc quippè capi poteſt, & carcerari, ſecundum Glo. nota. in l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpect. tuto. quam ſequuntur aſſeuerantq; ſingularem Abb. col. 5. & Fely. num. 10. in c. quoad conſultationem de re iud. Barba. in c. 1. col. 4. de depoſit. Bald. in l. ſi ſine ff. de in ius uocan. & in l. 1. col. fin. C. de iur. & fact. igno. Paul. Caſtren. in l. 4. §. prętor ait, ff. de re iud. Alex. & Iaſ. in d. §. in vẽditione, & iſta eſt communis opinio, ſecundum Aret. in l. maritum §. eleganter nu. 7. ff. ſolut. matrimo. Alex. in d. §. in venditione, & Ripam in l. obligatione generali, nu. vigeſimo ff. de pignor. Iaſ. in prin. inſtitu. de actioni. nu. 90. & Boer. deciſ. 349. num. 7. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR moroſus tenetur omninò ad reſtitutionem, atque æſtimationem, re perempta penès ipſum eodem modo, quo & apud dominum, ac creditorem foret peritura, & ſic tenetur indiſtinctè de interitu rei debitæ, nulla facta diſtinctione, an eodem modo apud creditorem ipſum peritura eſſet.*

2 *Debitor moroſus dicitur ob multas, varias, & diuerſas cauſas remiſſiuè, & particulariter dicitur in mora, qui ſine iuſta cauſa etiam litigat.*

OPINIO CLXXXVII.

1 DEBITOR moroſus tenetur omninò ad reſtitutionem, atque æſtimationem re perempta penès ipſum eodẽ modo, quo & apud dominum, ac creditorem foret peritura; & ſic tenetur indiſtinctè de interitu rei debitæ, nulla facta diſtinctione an eodem modo apud creditorem ipſum peritura eſſet, ſecundum Glo. Bar. num. 10. Bald. Ang. Saly. col. 11. & ſeq. Roma. & Pau. de Caſtr. in l. quod te mihi ff. ſi cer. peta. Glo. & omnes in l. nemo la 1. in ver. homo, ff. de verb. oblig. vbi Alex. explicat iſtam eſſe communẽ opinionem, & in l. cùm res §. fin. poſt medium ff. de leg. 1. Iaſ. num. 27. & Bolognettus, nu. 71. ſimul cum omnibus alijs Moder. in d. l. quod te. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Martinus ex antiquioribus, & quidam alij, quos ſequuntur Fulgoſi. Iaſ. num. 27. & ſeq. Dec. nu. 16. Curt. Iun. num. 33. Ripa nu. 28. & Bolognettus num. 71. cum aliis ſeq. in d. l. quod te, vbi aſſeuerat, & expreſsè præſupponit opinionem iſtam Martini, & ſequacium communiter approbari à Modernis, ac æquiorem, veriorem, tutioremque fore. Cõis opin.

¶ Tamen quicquid iſti Moderni ſuadeant lõga diſputatione, ac verborum inutilium reuolutione, ob hoc non foret tutum in actu practico diſcedere à communi præmiſſa Glo. Bart. & cęterorum Illuſtrium Doctorum, quam veritate ductus amplector, tanquam iuſtam, & veriſsimam, prout eam ſequitur, & dicit iuſtam eſſe, etiam in foro poli, & animæ Ioannes à Medina de reſtitutione q. 6.

2 Et aduerte, quòd moroſus dicitur ob multas, varias, & diuerſas cauſas, vt per pręcitatos Doct. & particulariter dicitur in mora, qui ſine iuſta cauſa etiam litigat, d. l. nemo, vbi hoc in ſummario ponit Alex.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR conſtituens precario nomine creditoris omnia ſua bona poſſidere, ſi poſtea aliquid ex ipſis bonis alienaret, poſſet creditor adueniente caſu obligationis huiuſmodi bona alienata reuocare nulla facta excuſſione in bonis ipſius debitoris.*

OPINIO CLXXXVIII.

1 DEBITOR Titii conſtituens ſe præcariò nomine ipſius omnia ſua bona poſsidere, ſi poſtea aliquid ex ipſius bonis alienaret, poſſet quippè petere creditor prædictus adueniente caſu obligationis, huiuſmodi bona alienata ab illo, qui illa emit, nec requireretur, quòd fieret excuſſio contra principalem; & ſic alienata per debitorem, qui conſtituerat ſe omnia bona ſua poſsidere nomine præcario creditoris, certum eſt poſſe per creditorem reuocari eueniente caſu obligationis nulla facta excuſsione in bonis ipſius debitoris, ſecundum Bal. & Ang. in l. fin. C. de acq. poſſ. Ang. Imol. Roma. & Alex. in l. exitus controuerſiæ ff. de acq. poſſ. Francum in diſputatio. petitorij, dubio primo, nu. 40. Corne. conſ. 85. nu. 3. vol. 4. Afflict. deciſ. 139. num. 7. Dec. in l. fin. §. fin. num. 28. ff. ſi cer. peta. Ruinum conſ. 130. nu. 8. vol. 1. & conſ. 172. num. 3. & ſeq. vol. 4. Gozad. conſil. 42. num. 12. Marſil. ſingu. 158. Cagnolum in proœ-

in prœmio Digeſtorum, num.211.Tiraquel.in tract.de iure conſtituti par.1.num.58.Ripam in rub.ff de interd.num.14.Gratum conſil.42.nu. 15.vol.2. Bellonum conſil.34.num.7.conſil.44. in fin.Pariſi.conſil.103.nu.8.vol.3.Capicium deciſio.54.nu.4 Grammati. deciſio.103.nu. 106. Marantam in tract.iudiciorum in 1.par. diſtinct. 7.num.51.fol.paruo.55.Boerium deciſ.112.nu. 12.& deciſio.200. num. 8. & Rolandum à Valle conſ.79.nu.33.vol.1.

¶ In cōtrariam verò partem, videlicet, quòd neceſſaria ſit ipſius debitoris excuſsio, inclinarunt Aret. titubanter conſil.127.nu.3.& Barbat. conſ.28.col.1.vol.1.

¶ Sed quicquid Docto. hi ſuadeant varijs, & diuerſis ambagibus, ob hoc igitur non recedendum reor in iudicando, conſulendoque à prima
Cōis opin. ſententia, quæ communis eſt, atque veriſsima redditur per fundamenta, rationesque non parui quidem momenti, allegatas per præcitatos Doct. omnes.

SVMMARIVM.

1 DEFENSIO *vnicuique permiſſa eſt pro rei ſuæ tuitione, & poteſt aggreßus non ſolùm uulnerare aggreſſorem ſuum, ſed etiã interficere impunè, ſecundum communem opinionem Legiſtarum. Canoniſtæ verò ſentiunt contrarium communiter, negantes licitum eſſe hominem occidere pro defenſione rerum.*

2 *Defenſio permiſſa eſt pro tuitione vitæ, & perſonæ incontinenti cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

3 *Defenſio iure naturali; etiam animalibus irrationalibus, permiſſa eſt.*

4 *Defenſio vnicuiq; conceſſa eſt pro tuendo honorem ſuũ, & licèt aggreſſus potuiſſet aufugere, euitareq; vulneris illationem; tamen fugam arripere non tenebatur, ſed potius vulnerare, vel occidere, cùm aliquem eſſe fugatum iniuria ſit; & ſic poteſt quis impunè offendere aggreſſorem ratione iniuriæ prædictæ.*

5 *Aggreſſus aggreſſorem ſuum percutere, ac interficere poteſt impunè, ſi de vita ſuæ tuitione certus non eſſet.*

6 *Occidens aggreſſorem ſuum ad neceſſariam ſui honoris defenſionem, non peccaret. Et ſic mulier occidens pro defenſione ſuæ pudicitię volentẽ eam rapere, ſeu carnaliter cognoſcere, non peccaret.*

7 *Defenſio permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ, ideſt cum paritate armorum. Ideò aggreſſus cũ lapide, ſeu baculo, non debet ſe defendere cum baliſta, vel aliquo alio ſimili genere armorum; nam huiuſmodi armorum defenſio iure non conceditur, quod limitatur remiſſiuè.*

8 *Defenſio ſuper prouocatione verbis facta, non eſt permiſſa facto, ſed verbis.*

9 *Defenſio vt inculpata, & licita eſſe dicatur, neceße eſt, vt ad vitæ tutelam fiat, non ad vindictam.*

10 *Percuſſus ab inſultante, ſi ex interuallo, ſedatoque tumultu inſultum feciſſet in vulnerantem, videtur animo ſe vindicandi, non autem defendendi percußiſſe.*

11 *Defenſionis modum, ac metam excedens inſultatus in rixa, & occidens aggreſſorem ex propoſito, & deliberatè, non veniret lege Cornelia de ſicar. puniedus, ſed alia mitiori pœna.*

OPINIO CLXXXIX.

1 DEFENSIO vnicuiq; permiſſa eſt pro rei ſuę tuitione, & ſic non ſolùm occaſione hac aggreſſor impunè vulnerari poteſt, verùm etiã interfici l. 1. C. vnde vi, vbi Glo. Bart.nu.2. & 7. Bal. & cæteri communiter, Bart.nu.6.Bald. Dec.nu.31. & omnes in l.vt vim ff. de iuſtit.& iur.Bar.nu.2. & Marſil. nu.3.in l.furem ff.ad l.Corne.de ſicar. S. Antoninus Archiepiſ.Florent.in ſua Summa in 1. parte titu.7.c.8.de homicidio col.8.verſ. ſed nunquid furem occidere, Afflict. in conſtitutio. Neap.lib. 1.rub.13.nu.20.& 51.Ioan. de Amicis conſ. 77. num.1. Vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Alex. de Neuo conſ. 83. per totum, & Bernard.Diaz. quoq; in regu. 507. & conſtat pariter communem fore ex congeſtis per Petrum Duennas in regu.191.Defenſio licita, vbi ponit hoc pro regula cum 4.ampliationibus. Sed hæc apparet communis ſententia Legiſtarum. Cōis opin. Canoniſtæ vero communiter firmant contrarium, vt per Fely.in c.2.num.4.de homic. negantes fas eſſe hominem occidere pro defenſione rerum.

2 Et defenſio licita eſt quoque pro tuitione vitæ, ac perſonę, cùm vim vi omnes leges repellere permittant cum moderamine inculpatæ tutelæ incontinenti, text. eſt in c.ſignificaſti, il ſecondo ext.de homicid.& in l.ſcientiam, §. qui cùm aliter, ff. ad l. Aquil. & in conſtitutio. Neapol. pacis cultum, & not. Abb. num. 15. cum alijs ſequent.& reliqui in c.olim, il 1.de reſtitutio.ſpoli. Afflict. in conſtitutio. pacis cultum lib.1.rub.8. ſub num.50.Ang.in tract.malefic. in ver. Titius ſe defendendo, num.7. & Petrus Duennas in regul. 192. Defenſio cuilibet, vbi hoc pro regula ponit cum ſex ampliationibus, & quatuor limitationibus.

3 Imò iure naturali defenſio, etiam animalibus irrationalibus permiſſa cenſetur, text. eſt in l. 1. §.cùm arietes, ubi Bar.& cęteri ff.ſi quadru.pauper.feci.dica.

4 Similiterque cuique permiſſa eſt defenſio pro tuendo honorem ſuum; nam licèt aggreſſus potuiſſet fugere, euitareque vulneris illationem, tamen fugam arripere non tenebatur, ſed potius vulnerare vel occidere; cùm aliquem eſſe fugatũ iniuria ſit, & ſic hoc caſu poteſt quis impunè offendere aggreſſorem ratione iniuriæ prædictæ, vt uoluerunt Bartol. Angel. & Saly.in

d.l.1.C.vnde vi, Ancha.& Card.Floren.in Clem. 1.de homi.Bal.in d.l.vt vim, Ioan. de Amicis in d.conſil.77.num.5.vbi ſupponit iſtam eſſe communem ſententiam, & Alex. de Neuo conſil.77. num.7.poſito inter conſil. crimin. diuerſorum collecta per Ioan.Baptiſt. Zilettum vol.1. Cõis opin.

5 Et hinc eſt, quòd aggreſſus aggreſſorem ſuũ percutere, interficereuè poteſt impunè, ſi de vitæ ſuæ tuitione certus non foret, ſecundum Glo. & Bald.in c.ſi perfodiens,ext.de homi.Glo.Bart. Bal.& Saly.in d.l.1.C.vnde vi, & Bald.in l.2.per text.ibi C.ad legem Cor.de ſicar.

6 Et quatenus ſuperius docuimus licitam eſſe defenſionem vnicuique pro tutela proprij honoris, amplia vtiliter habere etiam locũ, vt ſi quis occideret aggreſſorem ſuum ad neceſſariam ſui honoris defenſionem, minimè peccaret, vt voluit S. Antoninus in ſua Summa in 2.par.c.6.de ſtupro in fin. Vbi loquitur de muliere, quæ pro defenſione ſuæ pudicitiæ, ſi vibraret gladium cõtra volentem eam rapere,ſeu carnaliter cognoſcere,& caſu, ac ad defenſionem eum occideret, quòd non peccaret aliquo modo, & ſequitur Guil. Pepin. in ſuo opuſculo ſuper Cõfiteor in 2. tract.3.partis c.8. de manu leproſa luxuriæ ſub litera M, la 2. verſ. Ipſa autem virgo ſtuprata in tali caſu.

7 Sed primò defenſio prẽmiſſa fieri permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ, ideſt cum paritate armorum, ita in terminis decidũt Glo. Bart.Bald.& omnes communiter in dicta l. 1.C. vnde vi, Bart. & alij in dict.l.vt uim, Marcus Antonius Blancus in practica crimin. in 3.& vltima parte defenſionis pro imputato pro auxilio, num.3.circa fin.d.practicę. Vbi hoc duobus modis limitat, & Ioan.de Amicis in d.conſil 77.nu. 8.& 14. Vbi fatetur iſtam eſſe communem. Nã aggreſſus cum lapide,ſeu baculo,nõ debet ſe defendere cum enſe, ſeu baliſta; huiuſmodi enim armorum defenſio iure non conceditur, ſecundum præcitatos Doct. Cõis opin.

8 Item prouocatio verbis iniurioſis, tunc verbis non facto permiſſa eſt defenſio,vt voluerunt Specul.in titu.de accuſatio. verſ. quid ſi vocauit te latronem,Ang.& Iaſ.in d.l.vt uim, & Marcus Antonius Blancus vbi ſupra, & maximus practicus D. Follerius in practica crimin. in ver. recipiantur defenſiones reorum ſub nu.11.

9 Secundò,vt defenſio inculpata, licitaque eſſe dicatur, neceſſe eſt, vt ad vitæ tutelam fiat, non ad vindictam, vt per Gloſſ. & alios in dicta l. 1. C. vnde vi.

10 Vndè percuſſus ab inſultante, ſi ex interuallo, ſedatoque tumultu inſultum feciſſet in vulnerãtem, cenſeretur abſque dubio animo ſe uindicandi, non autem defendendi percuſiſſe, ſecundum Glo.Bar.Bal.& alios in d.l.1.C.vnde vi, Ang. in d. ver. & Titius ſe defendendo col. 3. & Boeri.deciſio. 168. ſub num. 6. cum aliis relatis per eum, vbi apparet iſtam eſſe communem opinionem, & communem inquit Ioan. de Amicis in d.conſ.77.nu.12. Cõis opin.

11 Et quamuis inſultatus excederet modum,metamque defenſionis in rixa, & percuteret, occideretque aggreſſorem ex propoſito, & deliberatè, tunc nihilominus non ueniret lege Corne.de ſicar. puniendus, ſed alia mitiori pœna, & ſic de exceſſu ipſo,ſecundum Iacob.de Are.num.8. & Bald.col.7.in 9.quæſt. in d.l. 1. Anto. de But. num.37.& Abb.num.15.in d.c. olim Ang. in d. verſ.& Titius ſe defendendo,num.36. & ibi Auguſtin. in additio. Roma. ſingu. 520. volo commentare, Fely.in d.c.ſignificaſti col.penul.Alex. conſil.109.vol.1.Aret.conſil. 80. nu. 9. Cottam memorali in ver.Defenſio,D. Follerium in dicta practica crim.in fragmentis in tit.vnde ui,num. 58.& Petrum Duennas in d.regu.191.num.5.& Boer.in d.deciſio.168.ſub num.7.& ſequen.Vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Alex.conſil.76.vol.1.Corne.conſil. 134.col.1.vol.3.& conſil.107.col.2.vol.1. quod quidem conſilium ibi roboratum apparet ſubſcriptionibus non nullorum Illuſtrium Doctorum,& ſic, ſecundum mentionatos Doct. ſi quis percuſſus eſt à Titio,& ipſe inſequitur Titiũ vulnerantẽ, qui arripiebat fugam, ac eũ interficit, licèt hoc non agat animo ſe defendendi,non poteſt pœna mortis puniri,ſed mitiori. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *DEFENDERE offenſum, & delicto obuiare, an & quando quis teneatur, latiſſimè diſcurritur per totam opinionem.*

2 *Peccatum incurreret non repellens iniuriam à proximo ſi poſſet.*

3 *Defendens aliquem inſultatum, & eum tuendo alium occideret,non veniret puniendus.*

4 *Mediator interponens ſe inter rixantes bono zelo ad effectum illos diuidendi,& occideretur ab aliquo ex ipſis certantibus,ipſum delictum remaneret impunitũ, & ſibi adſcriberetur,& imputaretur;quia ut prudẽs debebat præparare, & interponere ſe talibus armis, vt eius defenſio non redderetur debilior.*

5 *Vaſallus tenetur offenſioni domini facta obuiare ſalua eius vita,& perſona,quam præponere debet ſaluti domini,quia vaſalli non ſunt ſicut ſerui.*

6 *Dñus tenetur vaſallum defendere,ſicut vaſallus Dñm.*

7 *Domini vaſallos aduerſus patrem,fratrem, & filios iuuare debent,ſin autem perdunt proprietatem.*

8 *Defendere quis tenetur alium in aliquibus caſibus remiſſiuè.*

OPINIO CXC.

1 DEFENDERE offenſum ſi poteſt, & delicto obuiare nemo tenetur de iure ciuili,ſecundum Gloſſ.in l.culpa caret ff. de regulis iuris, quam ſequitur Bartolus in lege prima §. Sed in eo ff.ad Sylla-

Syllania. in l. metum §. ſed licet ff. quod met. cauſa, in l. vt vim ff. de iuſtit. & iure colum. 1. Salyce. in l. quiſquis §. id quod ff. ad l. Iuliam maieſt. Roma. conſil. 117. & ibi prudentiſsimus Dominus Horatius Mandoſius in additio. in litera A, Fely. in c. qui alios de hæret. & in c. 1. col. 2. de officio delegati; vbi etiam Dec. col. 3. & Barbat. col. 8. Ancha. in c. dilecto de ſenten. ex com. col. 2 lib. 6. Aret. in §. iuris. inſtit. de iuſtit. & iure, & Iaſ. in d. l. vt vim col. pen. & ibi etiã Bo-
Cõis opin. lognettus, nu. 78. & iſtam ſcribit eſſe communẽ opinionem Dec. in d. l. culpa caret, nu. 4. & Hierony. Cuccalon ibi in add. in princ. & Franciſ. Conſcius Decanus Senenſis in c. 1. nu. 78. de offi. deleg. & Bertran. conſ. 297. viſo, & ponderato conſultationis themate vol. 8. vbi conſ. luit pro iſta parte. De iure verò canonico tenetur quis, ſi poteſt obuiare delicto, tueriq́ue offenſum, vt per Gloſſ. in dicta l. culpa caret, & per Boer. deciſio. 83. num. 7. & ad hoc facit text. in dicto c. dilecto. Tamen Andr. Siculus in d. cap. 1. affirmat opinionem dictæ Gloſſ. non eſſe veram, quia etiam de iure canonico nemo tenerur alium iuuare, & hoc in foro contenſioſo, ſecus verò in foro conſcientiæ eſſe dicit, & ita iura citata, ſecundum eum intelliguntur, & idem tenet Anton. de Butri. in cap. quantæ de ſentent. excommunic. Abb in cap. 1. de reſtitutione ſpoliatorum colum. final. Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugit. col. 4. Ioan. de Ana. in cap. 2. de hæretic. Salyc. in d. §. id quòd, Legiſtæ omnes in dicta l. vt vim, & Canoniſtæ in dicto cap. quantæ, & Sanct. Antoninus Archiepiſcop. Florent. in ſua Summa in 1. parte titu. 7. cap. 8. de homicidio colum. 9. verſic. Quæritur autem vtrum teneatur quilibet, videlicet, quòd dicta Glo. in-
Cõis opin. telligatur in foro conſcientiæ, & iſta eſt communis opinio, vt conſtat per ſupra allegata, & atteſtatur Conſcius in dicto cap. 1. num. 84. & ſequen. vbi etiam Dec. & Iaſ. in dicta l. ut vim col. pen. & Bolognettus, ſub nu. 78. & Hierony. Gratus conſ. 1. nu. 40. 47. & ſeq. lib. 1. Licèt in mentionatis locis ipſi teneant contrariũ, videlicet, quòd de iure canonico quis teneatur aliquem iuuare.

2 Vndè dicit Ambroſi. quòd qui non repelleret iniuriam à proximo ſi poſſet, tunc tam incurreret peccatum ipſe, quàm ille, qui committeret delictum ipſum, ſeu inferret iniuriam, c. non inferenda, & c. ſequenti 23. q. 3. & c. reos q. 5. Et ita firmant Rayn. Guil. & Thom. 2. 2. quæſt. 79.

¶ Ego verò ſemper hortarer omnes homines, vt obuiare deberent delictis propter periculum animæ, conſcientiæq́;, quæ cunctis rebus præferenda eſt, quando poſſet tutè, & abſque aliquo vitæ diſcrimine, & haberent ſecum arma apta ad obuiandum delictis, & non aliter, ideoq́; non ab re in huiuſmodi caſu voluit S. Antoninus vbi ſupra, quòd tales non teneantur ſe periculo exponere, & Bolognettus in d. l. vt vim, ſub nu. 84.

3 Nam vbicũnque quis defenderet extraneum, & eum tuendo alium occideret, non veniret puniendus, ita Iaſ. in d. l. vt uim, nu. 39. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & Philip. in d. c. 1. *Cõis opin.*
colum. 5.

4 Et ob hoc non ſit tibi in obliuione dictũ Ang. in l. 2. per text. ibi C. de ſicar. vbi dicit, quòd mediator interponens ſe cum baculo inter rixantes bono zelo ad effectum illos diuidendi, & occideretur ab aliquo ex ipſis certantibus, tunc enim delictum remaneret impunitum, & præſumeretur interfectus ad neceſſariam defenſionem, & ſibi adſcriberetur, & imputaretur, eſto quòd vt prudens ipſe debebat præparare, & interponere talibus armis, cautelis, & circunſtantijs, vt eius defenſio aliquo modo non redderetur debilior, & Angel. vbi ſupra ſequitur cum aliis allegatis per eum Alciat. in tract. de præſumptio. regu. 3. præſumptio. 39. num. 13. & Gerardus in ſingul. 9. nu. 2. tene menti, Cępolla conſ. crim. 23. Marſi. in l. 1. C. de ſicar. & in l. Diuus, & in l. de minore col. 11. ff. de quęſt. & Boer. deciſ. 83. nu. 2. 4. 8. & 10. & deciſ. 337. Et ita in anno 1573. ex his, mediante meo patrocinio, extitit abſolutus Ioãnes Angelus Danielis de oppido Placentiæ Ciuitatis Aquilæ à Magnifico D. Capitaneo, ſeu Gubernatore Terræ Catignani de morte caſu illata per eum cuidã famulo hoſpitis, qui ſe interpoſuerat inter ipſum Ioannem Angelũ, & Ioannẽ Carolũ Marini de Caſtro Podii Placentię muliones rixãtes inſimul nocturno tẽpore in ſtabulo hoſpitii: & dum altercabantur inter ſe occaſione amotionis clitellarum mulorũ prædicti Ioannis Angeli de uno loco ad alium doloſè factæ per antedictũ Ioannẽ Carolũ: ipſe Ioannes Angelus detinendo malleolũ mucronatũ in manibus, intulit cũ eo ictũ in gutture memorati famuli abſq; dolo, atq; eũ trucidauit, & iugulauit. Et deniq; diſcuſſa cauſa in iure ex eiſdẽ actis, & inquiſitione formata, fuit ſeruatis ſeruandis abſolutus, & repoſitus in ſui priſtinam libertatem.

5 Sed iſta cõis ita enucleata, & explicita interp̃tatur non habere locũ in uaſallo, qui profectò tenetur offenſioni domini ſui obuiare, ſecundũ Iaco. Leo. conſ. 117. nu. 18. inſerto inter conſ. feudalia Alberti Bruni, & ita tenẽt Doct. in d. l. ut uim, prę-
ſertimq́; Bolognettus, nu. 82. & Boer. in d. deciſ. 83. nu. 6. & Gratus in d. conſ. 1. nu. 49. & ſeq. ubi *Cõis opin.*
oſtendit iſtam eſſe communem opinionem.

¶ Cæterùm hoc intellige cũ grano ſalis ſecundũ diſpoſitionẽ c. 1. quibus mo. feu. amit. ubi uaſalli debẽt defendere Dñm ſalua eorũ uita, & pſona, quã pponere nõ debẽt ſaluti dñorũ; qa uaſalli nõ ſunt ſicut ſerui, ut firmat Glo. ibi, quã Affl. n. 46. dicit notãdã, & ſignandã. Et hoc idẽ uoluerunt Glo. & omnes Feudiſtę cõiter in c. ſi à morte *Cõis opin.*
de alien. feud. paterni, Aret. in l. quidam col. 4. ff. de uer. oblig. & Curt. in tract. feu. in 4. par. col. 2.

6 Vndè aduerte, quòd quemadmodum uaſallus tenetur defendere Dominum, ita etiã Dominus uerſa uice obnoxius eſt uaſallos ſuos iuuare,

& defendere, ſecundum Glo. in c. 1. §. contra omnes in ver. fratrem in titu. Hic finitur lex, vbi Aluarot. in medium reſerauit iſtam eſſe communem opinionem, cui accedunt Iacob. de Sancto Georgio, & promiſerunt eidem Domino præſentare, col. 9. Dec. conſ. 469. viſa, col. 1. Afflict. poſt Bal. de noua forma fidel. col. 6. per text. ibi, Alex. conſil. 15. viſis, col. 3. vol. 5. & Bertachinus in ſuo repertorio, ſeu Apoſtilla ibi in ver. vaſallus ſeruit, verſi. adde quòd vaſallus, vbi tollit omnia contraria. Cõis opin.

7 Et hinc aſſeuerat Aluarot. in d. §. contra omnes, iſtam determinationem eſſe ſacroſanctiſſimam, & terribiliſsimam aduerſus Dominos, qui iuuare tenentur vaſallos ſuos etiam aduerſus patrem, fratrem, & filios: & ſi hoc non agerent amitterent quippè, ac perderent proprietatem, & proprietas hoc caſu conſolidaretur cum vtili dominio, vbi hoc idem firmat Præpo. col. 2. & faciunt notata per Pet. de Bella pertica de feud. c. fin. col. 2. & per Barbat. conſil. 11. illud col. penul. vol. 2.

8 Limitatur quoq; antedicta communis in non nullis alijs caſibus traditis per Bar. & alios, maximeque per Bolognettum, num. 80. cum alijs ſeq. in d. l. vt vim, per Ancha. in d. c. 1. Dec. in d. l. culpa caret, nu. 5. cũ alijs ſeq. Boer. in d. deciſ. 83. ſub nu. 6. & Gratum in d. conſ. 1. nu. 49. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *DELEGATIO an arguat nouationem.*

OPINIO CXCI.

1 DELEGATIONE facta, cenſetur facta nouatio etiã de iure nouiſsimo, dato. quòd non ſit expræſſum, & conſequenter l. fin. C. de noua. non procedit in delegatione, ideò delegans campſorem, qui ſit debitor ſuus concurrentibus duobus requiſitis, primò quod ille, qui delegatur ſit debitor delegantis, & ſecundò, quòd interueniat ſtipulatio inter debitorem delegatum, & eum, cui ſit delegatio per delegationem ipſam, ſit vtique nouatio, quamuis non ſit expræſsè dictum, ſecundum Glo. 1. l. 3. C. de noua. Bar. Ang. Imol. Caſtren. Rapha. & cęteros omnes in l. delegare ff. de noua. Bald. in l. pecuniam, quam ff. ſi cer. peta. Scriben. omnes communiter in l. qui vſumfructum ff. de verb. oblig. Dec. conſil. 107. ſub num. 1. & conſil. 421. num. 16. Caſtren. col. penul. Aret. col. 1. Iaſ. num. 37. Cagnolum num. 167. cum alijs ſequen. Bolognettum num. 93. & ſequen. cæteroſque Moder. omnes in l. ſingularia ff. ſi cer. peta. vbi oſtendunt iſtam communem opinionem. Cõis opin.

¶ In contrariam verò ſententiam inclinauere complures Doct. prout refert Paul. Caſtren. in d. l. delegare, adeò quòd ob hoc Ang. ibi faſſus eſt iſtum paſſum Cæſarea deciſione indigere, & huic vltimæ opinioni videtur inhærere quoq; conſulendo Iacob. Mandellus conſil. 2. num. 10. & 13.

¶ Tamen quicquid iſti Doct. ſuadeant, & in dubium reuocent, noli diſcedere aliter à communi præmiſſa: cùm re vera tutiſsima, veriſsimaque appareat, & contra eam difficile, imò impoſsibile foret obtinere in cauſis decidendis.

SVMMARIVM.

1 *DEPOSITARIVS de dolo dumtaxat tenetur.*

2 *Depoſitarius non ſolùm de dolo, ſed etiam de lata culpa tenetur.*

3 *Depoſitarius de leui, & leuiſſima culpa non tenetur, quando depoſitum factum ſit cauſa deponentis, ſecus verò ſi factum ſit depoſitum ipſum contemplatione depoſitarij, quia tunc de leuiſſima culpa tenetur.*

4 *Depoſitarius tenetur de leuiſſima culpa, vbi obtulit teneri velle de ipſa culpa.*

5 *Depoſitarius tenetur de dolo, lata, & leui culpa, ubicumque depoſitum factum ſit contemplatione deponentis, & depoſitarij.*

OPINIO CXCII.

1 DEPOSITARIVS de dolo dumtaxat tenetur, l. ſi vt certo. §. nunc videndum ff. commoda. & §. præterea inſtitutio. qui. modis re contra. oblig.

2 Sed aduerte, quia non ſolùm de dolo, verùm de lata culpa etiam tenetur, l. 1. C. depoſi. & per Glo. in c. fin. in ver. Culpa ext. de poſi. & in d. §. præterea in ver. Dolo, & tradit Bal. conſil. 218. præmittendum eſt lib. 5. quoniam dictio illa tantùm non excludit latam culpam, l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. fal. modum dixe.

3 Inferri etiam poteſt, quòd depoſitarius de leui, & leuiſsima culpa nullo pacto teneatur, vt in principio poſuimus, & concluſio hæc procedit, quando depoſitum factum ſit gratia deponentis; quia nulla vtilitas eius verſatur apud quem deponitur, ideò ſolus dolus præſtatur, vt dicit text. in d. §. nunc videndum; ſecus ergò ſi factũ ſit depoſitum contemplatione depoſitarij, tunc quippè de leuiſsima culpa tenetur, l. ſi quis nec cauſam in princip. ff. ſi cert. petat. ſecundum communem intellectum, de quo latè ſcripſit Dec. ibi. Cõis opin.

4 Eodem modo ſi depoſitarius obtulit ſe de leuiſsima culpa obligatur, ſecundum Gloſſ. in l. contractus, vbi Dec. ff. de regulis iuris per l. 1. §. ſæpè ff. depoſi. quia eius occaſione, qui rogauit contractus, videtur celebrari, l. ſi gratuita §. margaritas ff. de præſcriptionibus, & iſtam

Cõis opin. iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Barbatius in c. bona fides, nu. 3. de depoſ. Licèt ipſe in contrarium ponderet text. ibi in æquiparatione, quam facit de eo, qui ſe obtulit, & de eo, qui pecuniam pro cuſtodia recepit, quem vide ibi col. 2. quia firmat, quòd quando quis ſe obtulit, videatur contractus celebratus gratia recipientis tantùm.

5 Si verò depoſitum factum ſit occaſione vtriuſque, depoſitarius de dolo, lata, & leui culpa teneatur, ſecundũ diſtinctionẽ, quę habetur in d. §. nũc videndũ, & latius hoc tradit Bar. in l. quòd Nerua col. antepẽ. & Abb. poſt alios in c. 1. de depoſ.

SVMMARIVM.

1 *DICTIO taxatiua poſita in lege continente caſum fauorabilem, vel pium, impedit extenſionem ad caſus ſimiles.*

OPINIO CXCIII.

1 DICTIO taxatiua appoſita in lege continente caſum fauorabilem, vel pium, impedit extẽſionem ad caſus ſimiles, ſecundum Glo. Cyn. Bar. Bal. Saly. & omnes in l. illud C. de ſacroſanct. eccle. vbi donatio vſque ad 500. aureos, quæ tunc fieri poterat ad certas pias cauſas dumtaxat ibi commemoratas, nihilominus in aliam cauſam ſimilem poterat fieri, ſecundum Glo. & omnes, ſequitur Bar. in l. ſerui ff. de vſucapi. Roma. in l. non erit §. dato ff. de iureiur. Bart. & cæteri Doct. in l. ſi conſtante in 9. quæſtione ff. ſolu. matrimo. Crotus num. 59. & Cõis opin. Ripa, num. 86. atteſtantur eſſe communem opinionem, & tradit Riminaldus conſ. 109. nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *DISTRIBVTIONES quotidianæ non veniunt appellatione fructuum.*

2 *Diſtributiones quotidianæ ſunt redditus cenſuales, & ad corpus prębendæ non attinent, cùm incerti ſint, & in præbendarum valore non computantur.*

3 *Fructus dicuntur illi, qui ſunt in apportatis, & dantur non ſolùm præſentibus, ſed etiam abſentibus.*

4 *Penſio reſeruata ſuper fructibus non valet, licèt diceret fructibus, iuribus, & obuentibus.*

5 *Fructus non dicitur, quod datur pro ſeruitio.*

6 *Diſtributionum quotidianarum duo ſunt genera, Vnum eſt proprium & ſtrictum genus diſtributionum, quæ dantur intereſſentibus diuinis horis canonicis ſingulis diebus pro victu, & percipiens facit illas ſuas, & de illis etiam teſtari poteſt. Alterum verò genus diſtributionũ eſt, quæ dantur etiam non intereſſentibus diuinis, dummodò ſint præſentes, & iſtæ non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, ſed potius redditus canonicales, qui aliàs appellantur fructus de menſa groſſa, & diuiduntur inter canonicos ſingulo anno, ſeu ſingulo ſemeſtri.*

7 *Diſtributiones quotidianæ veniũt appellatione fructuũ, vbicunq; præbendæ non ſunt diſtinctæ in eccleſia, ſed bona veniunt in communi, & poſtea fit diſtributio ſingulariter tantum cuilibet, & iſtæ portiones, quæ dantur in eccleſiis hoc modo, ſuccedunt loco præbendæ.*

8 *Fructus licèt in groſſum diſtribuantur, dicuntur tamen propriè diſtributiones.*

9 *Diſtributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuum, quando redigi poſſunt tanquam incertæ ad certum valorem, & extimationem.*

10 *Fructuũ appellatione non veniunt incerta, quando diuiderẽtur inter ſeruientes, ſecus uerò quãdo poſſent redigi ad certam ſummam; quia tunc computantur in numero fructuum.*

11 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, quando verbum fructus, & redditus proferatur in priuilegijs.*

12 *Canonicus priuilegiatus de percipiendo fructus in abſentia, non percipit diſtributiones.*

13 *Verba generalia prolata ſuper actu iam conceſſo, intelliguntur ſine reſtrictione.*

OPINIO CXCIIII.

1 DISTRIBVTIONES quotidianę non veniũt appellatione fructuũ, c. licet, vbi Canoniſtæ de pr. ben. in 6. notat decif. 8. eod. titu. in nouis, Io. And. in add. Specu. in rub. de cõceſ. prębẽ. Gemi. in c. cõſuetudinẽ § q verò de cler. nõ reſi. in 6. & Old. cõſ. 118.

2 Idq; ea ratione; quia ſunt redditus cenſuales & ad corpus præbendæ nihil attinent, cùm incerti ſint: & ideò in præbendarum valore non cõputantur, vt latè Oldra. conſil. 118. ex virtute gratiæ, Io. And. in rub. de conceſſio. præben. Gig. conſ. 35. nu. 11. Pariſi. conſ. 33. nu. 4. vol. 4.

3 Siquidem fructus dicuntur illi, qui ſunt in apportatis, etiam abſenti, non autem qui præſenti tantùm dantur, ſecundum Oldra. in d. conſ. 118. nu. 39. Staphi. de grat. expect. in 9. for. nu. 64. Repet. Rot. ſuper regulis de vero valo. §. 4.

4 Vndè penſio reſeruata ſuper fructibus, licèt ſubſtineatur ex priuilegijs conceſſis: nihilominus vbicunque in priuilegiis Sanctorum Petri, & Pauli diceretur, quòd ſuper fructibus, & redditibus eccleſiaſticorum beneficiorum poſſint retinere penſiones, tunc equidem appellatione fructuum, non venirẽt diſtributiones quotidianæ, & ita tenuit Rota Rom. quòd penſio reſeruata ſuper fructibus non valeat, licèt diceret fructibus, iuribus, & obuentibus. Et ita pronunciauit Reuerendus Dominus Caputaquen. in fauorem Reuerendi Domini Attilij Cecij Canonici Lateranen. & nobiliſsimi Romani Ciuis, quæ

 ſuit

fuit confirmata per tunc Reuerendum Dominum Criſanen.& idem firmauit Rota coram Reuerendo Patre Domino Grato de menſe Martij, 1563. etiam in fauorem eiuſdem Reuerendi Domini Attilij, & aliàs idem tenuerat in vna Barchinqnen.

5 Nam quod datur pro ſeruitio, non dicitur fructus, Gemi.conſ.143. Titius in prin.cùm ratione operis, & laboris detur, l.ſi duobus §.ſi coeundo ff.pro ſocio, Rota deciſio.134. in nouis, & 776. in antiquis, & Anchara.in Clem.1.de præben. Barbatius in c.vltimo col.pen. de pecu.cler. Fely. in c.ad aures, num. 14. de reſcrip. Prob.in c. vnico, num. 37. 52. & 57. de cleric. non reſident.lib.6. Ripa lib.1.reſponſorum cap.5. Pariſi.d.conſ. 33. col.2. Staphil.de lit.gra.fol.29. Gom. in tract. de expecta.nu.104.& iſta eſt communis opinio. Cōis opin.

6 Sed, vt materia hæc clarius, ac apertius explicetur, ſciendum eſt, quòd duo ſunt genera diſtributionum quotidianarum, vt per Archid.in d.c. vnico in prin.& per Ioan.Monac.in addi.nu. 12. tenet Berous quęſtio.114.num.3. Vnū eſt, quòd proprium, & ſtrictum eſt genus diſtributionum, quæ dantur his, qui diuinis horis canonicis ſingulis diebus pro victu interſunt, d.c.vnico, & c. licet de præben.ext. & ideò percipiens facit illas ſuas, & de illis etiam teſtari poteſt; quia ſibi dantur pro ſeruitio, & ſtipendio perſonali, & labore diuino, c.1.vbi Dom.de Sancto Gemin.§.qui verò in prin.de cleri.non reſiden.Ioā.de Ana. conſ. 87.circa dubium in add.num.5. latè per Gig. in d.conſil.35.nu.4.& ſeq.& Beroum conſil.7.nu. 11.& ſeq.vol.2. Vbi hoc vtiliter ampliat, & appellantur manualia beneficia; quia videntur ſuccedere loco alimentorum Cardin. c. olim in princ. verſ. quæro quę ſunt manualia de verb. ſigni.ex. Franc.in d.c.vnico §.ſtatuimus in prin. Alterum genus diſtributionum eſt, quæ dantur his, qui etiam non interſunt diuinis, dummodò ſint pręſentes, d.c.olim, & iſtæ non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, vt per Fely. conſil. 18. col.2. verſ.modò his præmiſſis, ſed potius redditus canonicales, qui aliàs appellantur fructus de menſa groſſa, vt per eundem Fely. in c.Iacobus de Senior.ext.eo. quia ponuntur in maſſa groſſa communi, & diuiduntur inter canonicos ſingulo anno, ſeu ſingulo ſemeſtri, quæ propriè non dicuntur diſtributiones Cald. videndus eſt conſil. 21. ſub tit.de præben.

7 Et in hoc ſecundo genere diſtributionum quotidianarum limitatur illud, quod in principio poſitum eſt; quoniam vbicunq; præbendæ non ſunt diſtinctæ in eccleſia, ſed bona veniunt in communi, & poſtea fit diſtributio ſingulariter tantū cuilibet, vtique in hoc caſu appellatione fructuū veniunt diſtributiones quotidianæ Dom.in cap. præſentis ext.de offi.ord.Ioan.Monac.in d. c.vnico in addit. verſ. quòd licèt hic punctus num. 60. idem tenet Ioan. de Ana. dict.conſil. 87. in addition. nu.5. vbi ſubdit, quòd iſtæ portiones, quæ dātur in eccleſijs hoc modo, ſuccedunt loco præbendæ, & iudicatur de eis, ſicut de præbenda, & in c. ex parte ext.de conceſſ.præbend. & ratio eſt, vt per eum; quia ſubrogatus ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum §. qui iniuriarum ff.ſi quis cautio.cum ſimilibus.

8 Sed aduerte, hoc non eſſe ſimpliciter verum; quia in eccleſia Lateranen. licèt fiat diſtributio in tribus, vel quatuor vicibus, tamen non fit niſi inter ſeruientes, & diuinis horis non interreſſentes nil penitus percipiunt, & ſi pro parte inſeruiunt, & pro parte percipiunt, & ſic quando fit diſtributio, habet̄ reſpectus ad dies, & horas ſeruitij; quia qualibet die punctantur. Et ideò, licèt in groſſum diſtribuantur, dicuntur adhuc propriè diſtributiones Acchi. de diſtrib. quotid. deciſio. vni. Et ita propriè in iſtis terminis tenuit Rota Rom. vbi ſupra. Et allegata ſuperius procederēt, quando fieret diſtributio inter præſentes, licèt diuinis non interſint, vt latè oſtenſum eſt ex recitatis allegationibus.

9 Secundò limitatur, quando illę diſtributiones quotidianæ, quæ ſunt incertæ, poſſunt redigi ad certum valorem, ſeu extimationem, Pet. Ancha. in Clem.vni.de conceſſ.præben.ſequitur Fely.in d.c.ad aures nu.14. Io.de Syl.in 3.par.ſui tractatus de benefi.q.12.num.7.& ſeq. meritò tunc appellatione fructuum venirent etiam diſtributiones quotidianæ.

10 Sed aduerte, quòd Anchara.& Fely. ſupra allegati non videntur hoc expreſsè firmare, verùm hoc ſolùm dicunt, & concludunt, quòd incerta, quando poſſent redigi ad certam ſummam computarentur in numero fructuum, vt in eccleſia Sancti Antonij Viennen. quæ per quęſtores hinc inde mendicantes perciperent 500. quolibet anno, quod & ſolet ſecundum Fely. vendi. Imo ſubdit Fely. quòd ſi ſolùm diuiderentur inter ſeruiētes, non veniret appellatione fructuum.

11 Tertiò limitatur quando verbum fructus, & redditus profertur in priuilegijs, tunc enim illorum appellatione venirent diſtributiones quotidianæ, vt eleganter voluit Anto.de Butr.in c. licèt nobis in 3.not.per illum text.ext.de præben. Tamen communis opinio eſt in contrarium. Cōis opin.

12 Ideò Canonicus priuilegiatus de percipiendo fructus in abſentia, non percipere ad diſtributiones, Glo.& Doctor. omnes in c.fin.de reſcrip. lib.6. Staphi.de lit.grat.& iuſt.fol.192.col.1. etiā ſi eſſet priuilegiatus priuilegio in corpore iuris clauſo, d.c.fin.& c.1.de cler.non reſiden.lib.6. vt de ſtantibus cum Epiſcopo, vel in ſtudio, c. licèt, vbi Glo. Abb.& alij allegati de præben.

13 Et quamuis Papa concedat, quòd vxoratus miles poſsit penſionem retinere vſque ad ſummam 150. ducatorum eo modo, & iure, quo quis habebat, Auguſt. Berous conſil.204. viſis dubiis num.46.vol.1.per tex.in l.patre furioſo ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.l.2.§. item ſi voluntate cum ſeq.cum ibi not.ff.ſol. matrim. prout etiam eſt do-

Cõis opin. eſt doctrina cõmuniter approbata in l. 1. §. nunciatio ff. de oper. no. nuncia. quando verba generalia proferuntur ſuper actu iam cõceſſo, talia verba generalia intelligerentur ſine reſtrictione Iaſ. in l. in prouinciali §. ſi in publico n. 3. cod. tit.

¶ Vndè ſi quis Comes haberet penſionem ſuper diſtributionibus reſeruatam, haberetq; facultatem tanquàm vxoratus penſionem illam retinendi, vtiq; videretur ſine difficultate dicendum, quòd debeat illam retinere eo modo, quo per prius habebat per ſupra allegata. Nihilominus aduerte vtiliter, quòd ſi datur facultas retinendi vnum, non per hoc retinetur aliud, ex eo, quòd vtitur verbo retinere; procederet igitur argumentum, ſi Papa diceret, poſſent retinere penſiones; quia de omnibus intelligeretur, ſed vbicunque dicat ſuper fructibus, non poteſt operari ſuper diſtributionibus.

SVMMARIVM.

1 *DISTRIBVTIONES quotidianæ etiam ex conſuetudine abſentibus, & non miniſtrantibus dari non debent, & ſic hoc conſuetudine induci nequit.*

2 *Conſuetudo poteſt inducere, vt clerici aſsiſtentes alicui ex officijs diuinis, vel horis canonicis, ita reciperet totam quotidianam diſtributionem, quemadmodum ſi omnibus, & ſingulis horis interfuiſſet.*

3 *Diſtributiones quotidianæ non debentur canonicis non ſeruientibus, etiam exiſtentibus in Epiſcopi ſeruitio.*

4 *Diſtributiones quotidianæ non dantur canonicis, etiam ſi exiſtant in ſeruitio Papæ.*

5 *Diſtributiones quotidianæ non recipiuntur per exiſtentes in aliquo ſtudio, literis operam nauando.*

6 *Diſtributiones quotidianæ conſignari nõ poſſint abſentibus, etiam in Theologia ſtudentibus, & ſi forte acciperent diſtributiones ipſas, tenerẽtur ad reſtitutionẽ.*

7 *Diſtributiones quotidianæ percipere nequit habẽs à Papa priuilegium, vt abſentes fructus perciperent, etiã ſi in reſcripto dicatur, quòd fructus debeantur abſenti, ac ſi eſſet præſens. Et etiam ſi diceret, quòd ei debeantur fructus, ac ſi reſideret.*

OPINIO CXCV.

1 DISTRIBVTIONES quotidianæ, etiam ex conſuetudine abſentibus, & non miniſtrantibus dari non debent, c. vnico de cleric. non reſiden. in 6. vbi Doct. c. fin. & ibi Gloſſ. in verb. exceptis de reſcript. in 6. & c. licèt de præben. vbi Io. de Imol. & alij, qui concludunt etiam, quòd huiuſmodi damnatio conſuetudinis derogaret tam conſuetudini antea inductæ, quàm etiam tunc futuræ, & iſtam opinionem ſequitur cum aliis aggregatis per eum, & ait veriorem Alex. in l. ſi mihi, & tibi §. in legatis ff. de leg. 1. & magis communem ſcribit Bertran. conſil. 118. ſuper Cõis opin. caſu mihi exhibito parte venerabilium virorũ, ſub nu. 6. vol. 6.

2 Et licèt hoc conſuetudine induci nequeat; nihilominus per ipſam conſuetudinem induci poſſet, quòd ſi clerici alicui ex officijs diuinis, ſeu horis canonicis aſsiſteret, perinde reciperet totam quantitatem diſtributionum, ac ſi omnibus, & ſingulis horis illius diei interfuiſſet, vt conſuluit poſt Glo. citatam per eum Bertra. in d. conſ. 118. ſub num. 6.

3 Imò nec canonicis, ſecundum iuris diſpoſitionem, exiſtentibus in Epiſcopi ſeruitio, & miniſterio debentur iſtę diſtributiones, c. de cętero de cler. non reſiden.

4 Imò nec eis, qui reperiuntur in ſeruitio Summi Pontificis dari debent, vt in d. c. & voluit Glo. in d. c. fin. in ver. exceptis.

5 Similiter nec illis, qui literis in aliquo ſtudio operam dant, diſtributiones quotidianas recipiunt, vt not. in c. licet de præben. vbi Glo. Abb. & Doct. communiter in c. in præſentia de proba. vbi Moder. hoc latè ampliant. Cõis opin.

6 Imò etiam ſtudentibus in Theologia minimè huiuſmodi diſtributiones conſignari poſsent, & qui eas perciperent vtiq; tenerentur ad reſtitutionem, ſecundum Glo. in d. c. fin. in ver. exceptis quibus adſtipilatur iſtud not.

7 Quòd habens à Papa priuilegium, vt fructus beneficij, etiam abſens recipiat, non poſſet quotidianas diſtributiones ex eo habere, text. eſt, & ibi Glo. communiter approbata in c. fin. de reſcrip. lib. 6. Glo. & ibidem Doct. in cap. 2. de priuil. eodem lib. Glo. in d. c. vnico in ver. Adfuerint, tradit Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ, & iuſtitię fol. 193. col. 1. Cõis opin. Et quamuis Pontifex proprio reſcripto iubeat reddi fructus beneficij, ac ſi clericus præſens eſſet, non ob hoc ei diſtributiones quotidianæ debentur, ſecundum Glo. communiter receptam in d. c. vnico de cler. non reſident. in 6. & ibi Probus num. 50. Cõis opin.

¶ Et hoc idem dicendum erit vbicunq; Pontifex abſenti permitteret fructus percipere, & ei debere ſtatueret, ac ſi reſideret, adhuc enim ex hac indulgentia fructus beneficij diſtinctos, & ſeparatos à diſtributionibus quotidianis percipiet, non autem ipſas diſtributiones quotidianas, quod adnotauit Caſſador. poſt alios in deciſ. vnica in tit. de cleri. non reſidentibus.

SVMMARIVM.

1 *DOCTORES iuris tam actu legentes, quã patrocinantes, ſunt exempti à ſolutione collectarũ ſimul cum eorum vxoribus, & filiis, ſecundum magis communem opinionem.*

2 *Doctor ignarus gaudet priuilegijs Doctorum, quemadmodum alij Doctores habiles, & idonei.*

3 *Doctores iuris non tenentur hoſpitari milites in eorum domibus.*

OPI-

OPINIO CXCVI.

1 DOCTORES iuris ſunt exempti,& immunes à ſolutione collectarum,& conſequẽter ad earum ſolutionem cõpelli nequeunt de iure com muni aliquo modo, l.medicos C.de profeſſ.& med.lib. 10.ubi Docto.ipſi legum immunes ſtatuuntur ſimul cum eorum filiis, vxoribus, atque rebus ab omni functione, ac ab omnibus publicis muneribus. Et licèt illam legem intelligant Bart. Ang. & Ioan.de Platea,Paul.Caſtren.in 1.cõſti. C.col. 2.Albe.de Roſa.in rub.ff.de muner.& honor.col. 20.Roma.in l.aduocati C.de aduocat.diuer.iud. Ang.in §.item Romę in fi.de excuſat.tuto.& Parpal.in repeti.l.placet nume.108.& 112.C.de ſacroſan.eccle. Nicolaus Feſtaſius per aliqua frigida fundamenta in tract.de æſtimo, & collectis in 4.par.titu. de immunitate nobilium, nume.46. cũ aliis ſeq.fol.par.110. Laurẽ.Syluanus per nõnullas rationes conſulendo, & omnes propè ieiunas conſ.88.nume.6.cum aliis ſequen.uolu. 2.& Crotus doctiſsimè, & cumulatiſsime conſulendo,conſ.64.magnifici conſules,in Doctoribus actu legentibus publicè in aliquo ſtudio generali, ubi idem Crotus, & ſimpliciter quidem, nu.12. aſſerit ita Docto.communiter concludere. *Cõis opin.*

¶ Nihilominus in contrariam partem, videlicèt,quòd quilibet legum Doctores,& Aduocati gaudeant,& frui debeant,& poſſint eadem immunitate,& quòd diſpoſitio, d.l.medicos procedat generaliter, etiam in Doctoribus non legentibus,& ſic patrocinantibus,inclinauere Gloſ. in l.his oneribus in ver.anghariorũ,& in l.ſunt munera in ver. principali ff. de vacatio. munerum, Specu.in titu.de reo,§.1.nume.10.Ancha. Imol. & Card.in Clemen.2.de magiſtris,Are.conſ.94. in princ.Guid.Papæ deciſio.88.& 388.Nicel. cõcor.Gloſ.52.fallen.22.Claud.Aquen.in l. Centurio col. 2. ff. de vulg. & pupill. apoſtilla ad Paul. Caſtr.in proœmi. C.in fin. col.2.Mantua libr. 2. obſerua.c.17. & Tiraquel. in tract. de nobilitate c.29.an aduocati munus nobilitati obſit,nu.11. cum aliis ſeq.ubi hoc latè probat,& hoc corroboratur etiam per ea quę ponentur in proxima ſequenti opinio. Et ita conſuluerunt etiam doctiſſimè,& copioſiſsimè reſpondendo equidem omnibus contrariis Ripa in reſponſo.1.de muneri.& honori.tam nobi.quàm clerico.incip.ciues, & in col.2.& Lauren.Syluanus conſ.20.& Natta conſi. 65.vol.1.Vbi exclamat iſtam eſſe magis communem opinionem,& crebriorem vocat cum ea trãſeundo Iacob. Menochius de arbitrariis iudicũ quæſtionibus,lib.2.centuria 4.caſu 379.num.3. *Cõis opin.* Et aduerte,quòd Bar. in d.l.medicos intelligens illum tex. habere locum in Doctoribus tantum actu legentibus, excludere intendit Doctores ignaros, inſipidos, inſulſos, & dolores, & ſic non legentes,nec aduocãtes,& villæ ſuæ,aliiſuè negociis vacantes, non autem Doctores laborantes, & miſeros clientes fortiter, & ſtrenuè defendentes,vel cõfuſis, implicitis, & inconſultis hominibus conſilia,reſpõſaue reddentes. Et ita Alex.in d.l.Centurio col. 8. Menochius cum aliis citatis per eum in d.caſu 379.nu.12.& Ang. citatus pro contraria parte in d.§. item Romæ intellexerunt Bar.in d.l.medicos.

2 Et hinc eſt, quòd lex loquens de Doctoribus, debet intelligi de habilibus,& idoneis; & priuilegia conceſſa per leges, & ſtatuta Doctoribus ipſis,non competunt Doctorellis,& indoctis,ſecundum Barbatium conſ.57.col.6.vol.2.in proœmi. Clemen.col. 14.& in c.clerici col.5.de iud.

¶ Sed ſuper hoc contrarium verius apparet, quòd etiam Doctor ignarus gaudet priuilegiis Doctorum,per ea, quæ deducit Anto. in d.c. clerici,& ibi etiam Fely.nume.2.& idem Fely. in rub.nume.4.de maio.& obe.vbi ait dictum Barbac.de quo ſupra,falſum eſſe, & hanc eandem vltimam opinionem poſt longam diſceptationem ad vtramque partem ſequitur Petrus de Leuandini.in tract.de Doctoribus in 13.q.1.q.princ.& Boeri.in tract.de authoritate magni concilij,numero 4.

3 Et mentionatam opinionem communem ita enucleatam ampliandam eſſe duxi, vt procedat etiam, quòd ſecundum iura communia Doctores iuris ciuilis minimè teneantur milites hoſpitari in eorum domibus, cùm ab huiuſmodi onere hoſpitandi exempti ſint, vt voluerunt Petrus Piccolus ſuper forma appretij in Regno, nume. 125.& ſeq.Paris de Puteo in tract.Syndicatus in §.Doctor,nume.2.fol.paruo 117.Caſſane. in cathalogo Gloriæ mundi in 10. par.in 20. conſideratio.192.ver. & etiam Doctores iuris ciuilis, & conſumatiſsimus Dominus Io. Antonius de Nigris ſuper capitulis Regni in c.item ſtipendiarij, nume.24.Ripa in l.1.nume.133.ff.ſolu.matrim. Natta in d.conſil.65.ſub nume. 1. Ioan. Franciſ. Ponzinibij in tract.de lamiis, & excellẽtia vtriuſque iuris in princ.nume.19.cum multis ſeq. per text.expreſſum,cum Glo.in l.2.C.de muner.patrimo.lib.10.ubi etiam hoc multis rationibus, & quidem optimis comprobat, & vocat impios, & peſſimos uolentes violare talia priuilegia patrocinantium.

SVMMARIVM.

1 *DOCTORES legum ſunt conſtituti in dignitate, & ſic doctoratus eſt dignitas. Et quemadmodum iuriſperiti ſunt in dignitate, ita etiam medici, vt apparet infra ſub num.2.*

2 *Doctorari licèt non poſſint ſpurii, vel naturales, tamen ſi de facto doctorentur eis præferrentur omnes Doctores legitimi,& naturales.*

3 *Doctores,tanquàm conſtituti in dignitate, torqueri non poſſint.*

4 *Docto-*

4 *Doctor torqueri nequit, etiam ſi extaret conſuetudo in contrarium.*

5 *Doctor dicitur nobilis, & nobilitatem ex legali ſcientia conſequitur.*

6 *Nobilitas diuiditur in quatuor genera hic poſita. Ac etiam in nouem alia genera.*

7 *Nobilis, & nobiliſſimus appellatur per Imperatorem Vlpianus.*

8 *Doctores legum Imperator appellat dominos, patres, & milites.*

9 *Doctoribus Princeps reuerentiam habet. Et Doctori ad Principem omnis clauſa ianua patere debet. Et Doctor ſtare debet ad latus Principis, non ad pedes.*

10 *Doctores ſunt repleti ſplendore ſicut ſol. Et ſacerdotes etiam nuncupantur.*

11 *Doctores vniuſcuiuſque domus oraculum eſt ciuitatis, ciues enim de rebus ſuis incerti per eos certi dimittuntur.*

12 *Doctorum ſcientia mundus illuminatur, & niſi fuiſſent Doctores eſſemus in tenebris. Et Doctores qui libros compoſuerunt reputantur velut ſtellæ in firmamento cæli: & præferuntur cæteris Doctoribus paribus.*

13 *Doctores ab alijs quantumuis maximis, non fratres, ſed domini debent appellari.*

14 *Doctori ſi nubat Domina titulo Comitis inſignita, non diceretur nupſiſſe indigno.*

15 *Doctores publicè legentes viginti annis efficiuntur illuſtres.*

16 *Illuſtris vt quis ſit, ponuntur 13. effectus remiſſiuè.*

17 *Doctores publicè legentes viginti annis, gaudent priuilegio Comitum, & contra eos non poſſunt teſtificari viles perſonæ. Et quæ dicantur viles perſonæ remiſſiuè ponitur.*

18 *Lotarius Imperator fuit iuſtus, & iuſtitiæ cultor, qui Hirnerium aliàs Guarnerium elegit, iſte omnium primus leges ciuiles aperuit, nouellas conſtitutiones Iuſtiniani in breuiarium redegit, gloſſaſque compoſuit, & ideò meritò iuris lucerna appellatus eſt.*

18 *Iuſtiniani opera, qui nec elementa quidem nouerat, deperiſſe legitur pulcherrimam, & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à ſanctiſſimis legum conditoribus deſcripti erant.*

19 *Diocletianus Imperator combuſſit, & igni tradidit omnes libros Sacræ Scripturæ eo tempore repertos.*

20 *Iuſtinianus credendo poſteritati conſulere, perdidit tot Illuſtrium Scriptorum congeſtos labores, tot libros propè diuinos, & prohibuit ſcripturam interpretatiuã poni in libris per modum gloſſationis.*

21 *Conſuetudo à trecentis annis citra admiſit Gloſſemata Doctorum, & excuſat eos à pœna poſita in l. 2. §. pen. C. de veteri iure enuclean.*

22 *Lotarius Imperator occaſionem præbuit Doctoribus, vt iura publicè interpretando Illuſtres efficerentur.*

23 *Doctoris tanta eſt authoritas, quòd ipſi creditur atteſtanti de communi opinione; & Doctores quando dicunt, quòd eſt communis opinio, illud eſt bonum verbum in practica.*

24 *Doctorum authoritas, vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt. Imò Doctoris deciſio etiam ſine lege loquentis valet, præſertim ſi non habet contradicentem.*

25 *Doctoris dicto magis creditur in conſulendo, quàm in legendo, quia eſt actus magis deliberatus. Licèt aliqui Doctores aſſerant contrarium, quòd Doctores legendo magis nitantur veritati, quàm conſulendo.*

26 *Nobilis non virtuoſus, non præfertur ignobili excellenti virtutibus, & ſic Doctori.*

27 *Statutum diſponens canonicos alicuius eccleſiæ debere eſſe nobiles, non nocet, nec infert præiudicium virtuoſis ignobilibus.*

28 *Nobilitas ſcientię præfertur nobilitati ex genere.*

29 *Nobilitas indubitata ea eſt, quæ ex honeſtis moribus honoratur.*

30 *Nobilitas eſt excellentia quędam animi, qua digniores ſiunt homines, & indignioribus præſtanda.*

31 *Nobilitas eſt antiqua virtus, atque diuitiæ antiquæ.*

32 *Virtute mea meis maioribus præluxi, vt ſi prius noti non fuerunt à me nomen accipiant, ſolebat dicere Cicero contra Saluſtium.*

33 *Nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.*

34 *Nobilitas vera eſt, clarum eſſe virtutibus.*

35 *Nobilẽ non naſci, ſed fieri virtute nobilem, ſolebat dicere Vrbanus Quartus.*

36 *Nobilitas quid melius exiſtimas, an quòd in me incipiat, an quòd in te deſinat? dictitare ſolebat Iulius Cæſar.*

37 *Scipio Africanus dum prouocaretur, eique diceretur militem eſſe ſub armis, & parùm pugnantem patienter reſpondiſſe fertur, quòd Imperatorem peperit me mater mea, & non pugnatorem.*

38 *Virtuoſum laudat; quia nec à parte hereditarium, nec ætate mutabile, nec à corpore caducum. Si verò laudas virum ipſum, quia generoſus eſt, parentes eius laudas. Si verò laudas virum, quia diues, fortunę hoc debetur.*

39 *Nobiliſſimi fuerunt Socrates, et Demoſtenes, ille tamen parẽtibus ignobiliſſimis, hic prorſus ignotis natus eſt.*

40 *Nobilitas habuit ortum ex virtutibus, & traduntur exempla Teſtamenti veteris.*

41 *Nobiles debent eſſe virtuoſi, & per virtutes cognoſcuntur. Et ſic virtus, & malitia determinant nobiles, & ignobiles.*

42 *Honor eſt pręmium virtutis. Vndè nullus eſt honorandus, niſi virtuoſus appareat.*

43 *Virtuoſo homini non poteſt fieri tantus honor, quin maiore honore dignus ſit. Vndè ſolus bonus honorandus eſt.*

44 *Virtuti perfectæ non fit condignus honor.*

45 *Nobilis non debet ſe ipſum iactare, & glorioſum prędicare propter generis nobilitatem, aut claritatem, ſed debet admoneri ad humilitatem, & ad nobilitatis contemptum, ob multas rationes hic poſitas.*

46 *Nobilitas ſumma apud Deum eſt, eſſe clarum virtutibus, & non ſeruire peccatis. Quid apud Deum in viris nobilius Petro? qui tamen piſcator fuit. Quid in fœminis Beata Maria illuſtrius fuit? quæ tamen ſponſa fabri deſcribitur, ſed illi piſcatori, & pauperi à Chriſto claues Regni Cœleſtis traduntur. Et ſponſa fabri meruit eſſe mater illius, à quo ipſæ claues datæ ſunt.*

47 *Nobilitas ſtercus eſt, niſi habeas virtutis concomitantiam.*

48 *Nobilis, qui de nobiliori ſanguine ſuperbit, de nobiliori ſtercore intumeſcit.*

49 *Nobilis magis cenſetur Doctor, qui nobilitatem mediante virtute acquiſiuit, quàm deſcendens ex nobili genere.*

50 *Nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili; quia data paritate in ſcientia prehonoratur, qui eſt de nobiliori ſanguine.*

51 *Doctoratus dignitas non liberat filium à patria poteſtate.*

52 *Doctores cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus exiſtant, non debent ſe glorioſos prædicare: quia tales ſolent à viris grauibus ſtulti, & glorioſi reputari, & de confrateria etiam de te Deum laudamus.*

53 *Doctores multi amittunt laudem, quoniam ipſi eam de ſe prædicant.*

54 *Laudem iactantes de ſapientia ſua, de ſenſu proprio, de ſcientia, de ſpeculatione, ac nouis intellectibus inuentis, atque traditis per eos ad aliquas leges, & de victorys reportatis, ſeù ſententijs prolatis in fauorem ſuorum clientum, de diſputationibus ſuis, de ſequela populi, atque de fama celebri, & de libris compoſitis, ſunt valde vituperandi, vt per exempla poſita diſcernitur.*

55 *Sapiens non debet gloriari in ſapientia ſua.*

56 *Doctores cauere debent à lingua glorioſa, & omnia agere tenentur ad Dei honorem, & aliorum ædificationem, atque vtilitatem.*

OPINIO CXCVII.

1 DOCTORATVS eſt dignitas, & ſic doctores legũ ſunt in dignitate, ſecundũ Bart. in l. 1. C. de nouo Codice cõponen. Abb. Io. de Ana. col. 2. & Fely. nu. 1. in c. quanto de magiſtris, vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem, & Deci. conſ. 161. nu. 2. & ſequitur Guid. Papę deciſio. 388. nume. 9. Marſil. in l. edictum, ſub nu. 5. ff. de quæſt. & in practi. crim. §. expedita. nu. 35. Deci. in c. propoſuiſti num. 63. de probatio. Vincentius Maxilla in conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in conſuetudine, in Ciuitate noſtra, nu. 17. in tit. de immunitatibus no. ciui. fol. 24. & Bal. in l. 1. col. fi. ff. de iuſti. & iure, vbi firmat, quòd doctoratus eſt dignitas, & in ſignum huius datur inſula tanquàm Principi, ſeù præceptori, & Afflict. in conſtitutio. Conſtitutione præſenti, ſub nume. 3. & ſequen. lib. 3. rub. 38. Cõis opin.

2 Vbi concludit etiam, quòd licèt ſpurij, uel naturales doctorari non poſsint, nihilominus, ſi de facto doctorarentur, eis preferentur omnes Doctores legitimi, & naturales. Et quemadmodum in dignitate conſtituti reperiuntur Doctores legum, ità etiam Doctores artium, & medicinæ, vt voluit Bar. in l. omnes C. de decurio. lib. 10. Alex. conſ. 94. vol. 2. Vincentius Maxilla in d. conſuet. in Ciuitate noſtra, ſub nu. 17. & Rolandus conſi. 67. Dominus Iacobus de Roma, n. 8. & ſeq. uol. 3.

3 Et Doctores ratione dignitatis prædictæ torqueri non poſſunt, ſecundum Ioan. Andr. in c. in contemplatione de reg. iur. in antiquis, Cyn. Bar. & Alex. in l. milites C. de quæſtio. Ang. in tracta. maleficiorum in uer. fama publica fol. 18. Alex. & Galiau. in repetitio. l. Centurio nume. 25. ff. de vulga. & pupil. Matthesil. notab. 59. Marſil. ſing. 556. & in practi. crimi. in §. expedita numer. 30. Iaſ. in l. 1. C. de iur. & facti ignoran. Brun. in tract. de inditiis ad torturam colũ. 28. & Grammat. in voto 1. nume. 4.

4 Quod procedit etiam ſi extaret conſuetudo in contrarium, & ſic de conſuetudine minimè Doctor torqueri poſſet, vt voluit Barto. per illũ text. in l. omnes iudices, nu. 2. C. de decurio. libro 10. Ang. in d. verſ. Fama publica, nume. 102. Roma. ſing. 488. Iaſ. in l. de quibus nu. 66. ff. de iuſtit. & & iure, Galiaula in d. l. Centurio, nu. 35. Grammat. in d. voto 1. nu. 12. & in voto 15. nu. 4. licèt corruptus ſit, Paul. Grillan. in tract. de tortura q. 6. nu. 3. Marſil. ſing. 556. & Carrerius copioſiſsimè in pract. crim. in prin. ſub nu. 180. vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

5 Imò Doctor dicitur nobilis, & nobilitatem ex legali ſcientia conſequitur, ſecundum Alex. conſ. 14. in fi. vol. 1. Corſet. in c. grandi nu. 27. de ſupp. negli. & Ioan. Iacob. de Leonardis conſil. 39. nu. 27. & ſeq. inſerto inter conſilia Soci. Iuni. volu. 2. & Deci. in d. c. propoſuiſti nu. 64. & Caſſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ in titu. *Des droitz appar in ver entre gens nobles* nu. 1. §. 19. & Vincẽtiũ in d. conſuetudine in Ciuitate noſtra, ſub nu. 17.

6 Et hoc non mirum eſt, diuiditur enim (quemadmodum apud Diogenem Laertium ſcriptum eſt) nobilitas in quatuor genera. Vnum, quando maiores fuerunt boni, honeſti, & iuſti. Alterum, quando maiores opibus ualuerunt, & urbibus, aut nationibus imperauerunt. Tertium, quando celebres maiores fuere, vt à militia, vel à certaminibus Olympicis. Poſtremũ genus eſt, vbicunque quis præſtantem animum, ac verè nobilem habet: quæ (vt ipſe concludit) optima nobilitas eſt. Sed apud Hieronymum Gratum conſi. 4. nume. 29. volu. 2. ipſa nobilitas diuiditur in nouem genera.

7 Et hoc etiam non caret ratione; quia per Imperatorem in l. 2. §. fi. ff. de excuſ. tuto. Vlpianus appellatur nobilis, & nobiliſsimus. in l. dicemus eod. tit. in l. Diui fratres ff. dè iurepatrona. Imperator appellat Doctorem amicum ſuum, & in l. ex Diui C. de loca.

8 Vbi Vlpianus ab Imperatore appellatur parens noſter. Et ſic ibi Imperator non dedignatur appellare legum Doctores patres, & dominos. item Imperatores vocant etiam eoſdem Doctores milites; dicentes, quòd ita militare dicuntur ſicut illi qui militant in caſtris, nec minus prouidemus humano generi, quàm ſi præſidiis, atque vulneribus patriã, parẽteſq; ſeruaremus, l. aduocati C. de aduo. diuer. iudicum.

In

9 Et iuriſperitis Princeps reuerentiam habet, l. quicquid C. de aduoc. diuerſ. iudi. & habetur per Afflict. in procœ. feudorum. Nam Doctori ipſi iuris ciuilis ad Principem omnis clauſa ianua patere debet, l. ſciant C. de offi. diuer. iud. Et voluerũt Imperatores Doctorem ipſum iuris ciuilis ſtare debere ad latus Principis, non ad pedes, l. iuriſperitos in princ. ff. de excuſ. tut. Et licèt Papa recipiat omnes ad oſculum pedis, tamen refert Ang. de Peruſio in l. cùm ſalutatus C. de ſenten. paſ. Vrbanum Papam recepiſſe eum ad oſculum pacis. & propterea ait Azo. in procœ. inſtit. quòd ſciẽtia ciuilis facit profeſſores eius in orbem terrarum ſolemniter principari, & ſedere in aula Imperiali.

10 Et Doctores ſunt repleti ſplendore, ſicut ſol, vt per Barbac. in c. poſtulaſti col. 3. de foro competen. & Doctores legum meritò ſacerdotes etiã nuncupantur, quaſi Sacra miniſtrantes, & ſacra reſponſa loco Dei dantes, proferenteſque, licitum ab illicito, æquum ab iniquo, & iuſtum ab iniuſto diſcernentes, & ius ſuum vnicuique tribuẽtes, l. 1. ubi textus ff. de iuſti. & iure. Nam Doctores ipſi legũ miniſtri ſunt, quæ ſacratiſsimæ ſunt, l. leges ſacratiſsimæ C. de legib. quia diuinitus per ora Principum ſunt promulgatæ, l. fin. C. de pręſcriptio. longi tempo.

11 Et vt inquit Cicero in lib. 1. de oratore domus vniuſcuiuſq; iuriſconſulti oraculum eſt Ciuitatis; ciues enim de rebus ſuis incerti per eos certi dimittuntur.

12 Et conſequenter ſcientia Doctorum mundus illuminatur, & niſi fuiſſent Doctores, eſſemus in tenebris, vt inquit Saly. in auth. habita C. ne filius pro patre, & præſertim illi Doctores, qui libros compoſuerunt, qui velut ſtellæ in firmamento cœli reputantur, Danie. c. 13. Et non tantum ſibi laborant, ſed omnibus etiam veritatem diligentibus, & exquirentibus, Eccleſiaſti. c. 34. vt de eis cumulatè ſcribit Lucas de Penna in l. mulieres. col. pen. C. de dignita. libr. 12. & Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi, parte 10. conſideratio. 28. vbi firmat, quòd data paritate ætatis, & doctoratus inter Doctores, pręfertur qui libros compoſuerit.

13 Et ab aliis quantumuis maximis nõ fratres, ſed Domini debent appellari, l. 2. C. de offic. diuer. iudi. notat Lucas de Penna in l. mulieres C. de dignit. lib. 12. Barbac. conſi. 57. præclarè ſcribitur col. 6. & 10. uol. 2. & Imol. in Clemen. 2. colum. 2. de magiſtris.

14 Et ex hoc quoque dicit Saly. in l. prouidendũ C. de poſtul. quòd ſi Domina titulo Comitis inſignita, nubat Doctori, non diceretur nupſiſſe indigno, & ſequitur, & cõmendat Campe. in tract. de dote in 1. par. q. 13.

15 Et denique Doctores quando legerunt publicè viginti annis efficiuntur Illuſtres, ſecundũ Bart. in procœ. ff. orum. col. pen. Ang. in §. item Romæ inſtitu. de excuſa. tuto. Alex. in rub. de dignitatibus libro 12. Petrum Peruſinum in tracta. de quarta canonica in procemio, Barbac. in procœmio Clemen. Bolog. in repetitio. d. authẽ. habita col. 12. & ſeq. Calca. conſi. 8. col. 14. & ſeq. Corſe. in tract. de poteſtate regia quæſtio. duodecima, Lupum in rub. de donatio. inter virum, & vxor. ſol. 17. Caccialup. in tracta. de debitore fugitiuo q. 5. col. 2. Franchinum Brixien. in tracta. quis ſit pręferendus Doctor, an miles fol. 4. Batium in addi. Afflict. in d. conſtitutio. Conſtitutione præſenti in litera G, Deci. in l. 1. ff. de off. eius, & iſtorum opinionem dicit communem eſſe Iaſ. ibi nu. 12. cum omnibus Moder. Licèt ipſe Alex. quoque, & Bolognettus, nu. 20. & ſeq. ibi noluit admittere aliquo pacto, quòd Doctores legentes publicè viginti annis ſint Illuſtres. Tamen eorum fundamenta tolluntur per Bolog. in auth. habita colũ. 13. & ſeq. & per nonnullos Moder, in d. l. 1. & per conſequens prima opinio Bar. & ſequacium videtur communis, quam approbat, ſequitur, & inquit communem Ioan. de Neuizanis in Sylua nuptiali lib. 5. nu. 36. & ſeq. fol. 457. Cõis opin.

16 Et effectus quot ſint, vt quis Illuſtris ſit Iaſ. ponit tres, Curt. quatuor, ſex verò connumerat Bolognettus in d. l. 1. nu. 22. & vnum refert Afflict. in d. conſtitutio. Conſtitutione præſenti, numero 10.

17 Videlicèt, quòd iſti Doctores, qui legerunt viginti annis, gaudeant priuilegio Comitum, & quòd contra eos teſtificari non poſsint viles perſonæ, vbi etiam num. 7. & ſeq. explicat, quæ dicantur perſonæ viles.

18 Et Imperator Lotarius fuit adeò iuſtus, ac iuſtitiæ cultor, obſeruatorque perpetuus, quòd Hirnerium elegit (quem aliqui Guarnerium vocãt,) iſte omnium primus leges ciuiles aperuit, nouellas conſtitutiones Iuſtiniani in breuiarium redegit, gloſaſque compoſuit, & propterea iuris lucerna appellatus eſt, huius enim authoritatem eo tempore maximam ſequuti ſunt alij, nobis vſque ad trecenta librorum volumina relicta ſunt. Sed dolendum eſt valdè per ipſum Iuſtinianum pulcherrimam illam, & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à ſanctiſsimis legum cõditoribus deſcripti erant deperiſſe opera illius, qui ne elementa quidem nouerat.

19 Dolendum eſt etiam ob ſcelus commiſſum Diocletianum Imperatorem, perſequutorem eccleſiæ, qui omnes libros Sacræ Scripturæ eo tempore impreſſos, ſeu repertos combuſſit, ſeu igni tradidit, vt refert poſt Paulum Oroſium Petrus Meſſia. in vitis Imperatorum traductis per Alphonſum Vlloã in vita Diocletiani; quæ igitur iactura fuiſſet iſthæc, nemo eſt, qui ignoret, nec maiorem, nec equalem, paremuè unquam repertam eſſe.

20 Et licèt Iuſtinianus credendo poſteritati conſulere perdiderit tot Illuſtrium Scriptorum congeſtos labores, tot libros propè diuinos, tantam elegantiam, doctrinamque, quæ quanti nunc eme-

emeretur, exprimi non poſſet, & ſcripturam interpretatiuã poni in libris per modum Gloſſationis, recenſerique prohibuiſſet, vt habetur in l. 2. §. pen. C. de ueteri. iure enucle.

21 Nihilominus ex conſuetudine à trecentis annis citra conſuetudo admiſit Gloſſemata Doctorum, & excuſat eos à pœna poſita in d. §. pen. & notat Alciat. in d. l. 1. ff. ſi cer. peta. in ver. Celſus.

22 Et ſic primus traditur Hirnerius, qui edictũ Iuſtiniani contempſerit, & Lotario maior locus, honor, & gloria aſcribenda eſt, quàm cæteris prædeceſſoribus Principibus, & eius memoria nullo vnquam tempore obliuiſcenda eſt, ſed reminiſcẽda, colenda, & adoranda ſemper ab omnibus: ex quo primus fuit, qui occaſionem præbuit Doctoribus, vt iura publicè interpretando Illuſtres effi cerẽtur. Et hęc omnia latè commemorat Petrus Meſsias in vitis Imperatorum nuper traductis per Alfonſum Vlloam in vita Lotarij Secundi folio 817. & Doctoribus ob eorum maximos labores Principes, Imperatoreſque conceſſerunt infinita prope priuilegia, quę ponuntur per Bolog. & alios in d. auth. habita, & per Ioan. de Leſnaudiere in tract. de Doctoribus.

23 Et tanta eſt authoritas Doctoris, quòd creditur ipſi Doctori atteſtanti de communi opinione, ſecundum Ferdinandum in repeti. l. filiusfa. §. Diui ff. de leg. 1. nu 93. & 342. Bal. in l. de quibus ff. de legib. & Lanc. Deci. in l. 1. in ſi. ff. de leg. 1. Licèt de opinione iſtorum ueriſsima dubitare videatur Cagnolus in l. 1. nu. 265. ff. ſi cer. pet. ex frigidiſsima ratione ibi adducta per eum. Et Iaſ. in l. 1. §. ſublata col. 3. ff. ad Trebel. ait, quòd quando Doctores dicunt, quòd eſt communis opinio, illud eſt bonum verbum in practica, & refert Iacob. de Leonardis conſ. ſuo inſerto inter conſilia Soci. Iun. 121. in ordine nu. 17. vol. 2.

24 Item Doctorum authoritas, vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt, l. ſi idem cum eodem, vbi Ang. notat ff. de iuriſdictio. omnium iud. Hoſtiẽ. in c. inquirendum de pecu. clerico. Iaſ. in l. illam col. 3. C. de collatio. Fabianus in tracta. de empt. & vend. fol. 25. & nonnulli alij relati per Neuiza. in d. Sylua nuptia. lib. 5. nu. 24. Imò Doctoris deciſio etiam ſine lege loquentis valet, & ſequenda eſt, teſte Paul. Caſtrenſe in l. mutum ff. de acquir. hæred. & Iaſ. in l. non eo minus col. 2. C. de procu. Necnon Doctoris deciſio ubi non habet contradicentem dicitur, & nuncupatur caſus legis, ſecudum Iaſ in l. pen. col. pen. C. de pact. Tutiores etenim, & ſecuriores ſunt deciſiones in terminis, quàm argumenta, teſte Gom. in loco præcitato. propterea admonet Fely. in c cum ordinem col. 4. de reſcript. laborandum eſſe, vt deciſio in terminis habeatur; ſiquidem miſerorum refugium eſt procedere per regulas, vt tractabimus infra huberius in Opinio. 397. iudex in iudicando, numero 48.

25 Sed aduerte, quòd magis creditur dicto Doctoris in cõſulendo, quàm in legendo, & ratio huius dicti videtur iſta, ſecundum Alex. conſi. 185. viſo titulo quæſtionis col. 11. uol. 2. quia eſt actus magis deliberatus, vbi Alex. reſpondet ad quoddam dictum Romani, qui in lectura tenuerat vnum, & in conſulendo tenuerat contrarium. Sed reperio Alex. de Neuo conſ. 29. Reuerende Domine Vicarie, num. 3. Grauet. in tract. de antiquitate temporum in 1. part. fol. 19. nu. 48. & Rubeum conſ. 127. ſub nu. 8. contrarium aſſeuerantes, videlicèt, quòd Doctores legendo magis nituntur veritati, quàm conſulendo: ex quo in lectura ceſſat affectio, & cupiditas æris. Tamen quicquid iſti ſuadeant, prima pars uidetur verior, & rationabilior, vt latè probat Neuiza. in d. lib. 5. ſuę ſyluę nume. 26.

26 Cæterùm, vt è ſemita in viam redeamus, concludendum eſt, quod nobilis non virtuoſus, non prefertur ignobili excellenti virtutibus, & ſic Doctori, ſecũdum omnes Canoniſtas communiter, præſertimque Abb. in c. venerabilis de præben. *Cõis opin.*

27 Vbi per illum text. inquit, ſtatuta diſponentia canonicos alicuius Eccleſię debere eſſe nobiles, non nocere, ac inferre pręiudicium virtuoſis ignobilibus. Et ſi ſtatutum hoc non ità extenderetur, foret quippè repręhenſibile, & penitus fruſtratorium. Et primò, quia Chriſto cõtrarium eſſet. Chriſtus enim ignobiles elegit in Eccleſia ſua, vt eſſent humiles, 1. ad Corinth. 1. iſti verò nobiles canonicãt, quaſi velint ipſos eſſe ſuperbos. Chriſtus ex paſtoribus, & bubulcis elegit Reges. iſti uerò ex regibus eligunt canonicos. Chriſtus fundamentum Eccleſiæ poſuit humilitatem, ipſi verò ècontrario fundamentum Eccleſię, ponunt ſuperbiam. Tale vtique fundamentum poneret diabolus, ſi ædificaret. Quomodò iſti implent illud verbum Domini, Ioannis duodecimo. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Non ſunt imitatores Chriſti, ſed ſunt quaſi antichriſti. Et 1. Ioannis 2. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare: multo magis qui pro eo ambulare ſe dicit, qui pro eo legatione fungitur, qui ei miniſtrat, ſi eum non ſequitur, inexcuſabilis eſt. Terrere quippè poteſt tales illud Matthæi decimo ottauo. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum cœlorum, paruulus quantumcunq; nobilis ſit, ſocietatem pauperum non refugit: ſicq; quantumcunque aliquis nobilis ſit, in Eccleſia Dei ſocietatem non debet refugere. De ſocietate hominum diuerſorum generum in Eccleſia Dei, videtur eſſe illud dictum Eſaiæ. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Secundò diſcerneretur maxima, euidentiſsimaq; peruerſitas in ipſo ſtatuto circa hoc, quòd quando explorare, rimariquе deberent, an perſona reperiatur idonea, quæ canonicanda eſt: ipſi diſquirũt, quis pater eius extiterit. Vndè illis poteſt rõnabiliter obiici quod dicit Angelus Thobiæ quinto, Genus quęris mercennarij, an mercennarium? Indiſcretio etiam eorum in hoc colligitur,

ſigitur, q ipſi veriſsimum credũt eſſe illud, qualis pater, talis filius. quod verũ eſt in perſonis increatis, ſed ad perſonas creatas extendere conantur: & tamen hoc claudicat centũ pedibus, ſæpè enim eſt pater ſapiens, & filius fatuus, vt patet in Salomone, & Roboam filio eius. Tertiò cenſeretur eſſe reprehenſibile huiuſce ſtatutum: quia videtur eſſe Deo abominabile. altitudo enim ſecularis non videtur Deo placere. Vnde Lucæ decimo ſexto, Quod altũ eſt hominibus, abominatio eſt apud Deũ. abominationes Deo offerunt, qui nobiles tantum canonicare volunt. Exodi decimo octauo, Abominationes Aegyptiorum immolabimus Deo noſtro. Quartò hoc ſtatutũ damnãdum quoq; foret tanquã valde nociuum Eccleſię Dei. Canonici enim militares nõ benè cuſtodiũt Chriſtũ, ſicut figuratũ videtur eſſe in hoc, quòd milites malè cuſtodierunt Chriſtum in ſepulcro: lapides quidem ſepulchri ritè cuſtodierunt milites, ſed Chriſtum perdiderunt. Vnde cantat Eccleſia: dicant nunc Iudæi, &c. ſic militares canonici lapides caſtrorum rectè cuſtodiunt, ſed Chriſtum amittũt. Itidem ſtatutũ hoc afferret non leuem ruinam in Eccleſiis quoad ſpiritualia. Vnde Prouerbiorum decimoſeptimo, qui altam facit domum, quærit ruinam. iſtud quoq; ſtatutum in Eccleſiis in magna parte exhæredat Chriſtũ. ſæpenumero igitur vbicunq; deberent inſtitui ibi filij Dei, inſtituuntur quidẽ filij diaboli. vnde ex his oĩbus remanet ſtabilita opinio pmiſſa Abba.

28 Imò ad inſtitutum redeundo, nobilitas ſcientiæ, prefertur nobilitati ex genere, ut uoluit Cyn. l. quiſquis C. de poſtulando, quem ſequitur Rom. ſing. 644. nobilitas inducit, Neuiza. cum magna catherua Doct. in Sylua nuptiali lib. 4. ſub num. 131. & Barbac. in c. prudentes nu. 3. de donatio. vbi etiam ponit tres ſpecies nobilitatis nu. 4. & Scala de conſilio ſapientis lib. 1. cap. ſexto incip. licet quilibet approbatus iuriſperitus.

29 Et facit, quod ſcribit Caſsiodorus in epiſtolis, ubi aſſerit illam eſſe indubitatam nobilitatẽ, quæ ex honeſtis moribus honoratur.

30 Et nobilitas eſt excellentia quædam animi, qua digniores fiũt homines, & indignioribus pręſtant, cuius ſententię fuere plures præſtantiſsimi viri, referente Bartolo in l. 1. C. de digni. lib. 12.

31 Et Ariſto. 4. politicorum in fin. nobilitas eſt antiqua virtus, atque diuitiæ antiquæ, quem refert Barbac. in l. ſi certis annis circa fi. C. de pact.

32 Et Cicero contra Salluſtium, ego maioribus meis virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerant à me nomen accipiant.

33 Et Iuue. nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus, & Hierony. ad Celantiam, Vera eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus.

34 Et Vrbanus Quartus, vt refert Corius in chronica de anno 12. reſpondit obijcienti ſibi ignobilitatem, virum nobilem non naſci, ſed fieri virtute nobilem.

35 Et C. Flaminius in oratione contra P. Cornelium Scipionem, ego enim non in aliena gloria, aut falſis fortunæ bonis, ſed in propria, veraque animi virtute nobilitatem eſſe exiſtimo.

36 Similiter narratur, dum quidam Iulij Cęſaris eius maternam originem deſpiceret, & panificum eum vocaret, ridendo pertulit dicens, quod melius exiſtimas, an quòd nobilitas in me incipiat, an quòd in te deſinat? Item quidam vituperabat alium de genere ſuo, dicens, tu es caput tui generis. cui ille: & tu es cauda generis tui. Necnõ quidam ſapiens, quum quidam ex patritio genere natus inferior factus: ignobilitatẽ generis illi obijceret, inquit. Gaudeo, quòd ego ex me ſurrexi, tu ex te cecidiſti: generis noſtri vtrique ſumus decus, & deducus. Et quidam alius Phyloſophus aliàs alij obiurganti, reſpondit, Mihi obijcis proceciſse, crimen meum imputas gloriæ, dum tuũ imputas ignauiæ. Itidem Hieronymus narrare conſueuerat, quòd laudatur in quibuſdam, quòd geniti ſint nobiles, in alijs, quòd nobilitatem virtute ſunt aſſecuti: pulchrum eſt reſpondiſſe nobilitati, pulchrum etiam humilius genus factis illuſtraſſe.

37 Et de Scipione Africano, qui fuit bellicoſiſsimus, narratur quoque, quòd dum prouocaretur, eique diceretur vilem militem eſſe ſub armis, ac cùm parùm pugnantem uocaret, patienter reſpõdit, dicens, Imperatorem peperit me mater mea, non pugnatorem, vt refert Gratus conſi. 3. ſub nu. 16. uol. 2. & audi Apuleium in lib. de Deo Socratis ita ad verbum dicentem.

38 Si laudas aliquẽ; quia generoſus eſt, parentes eius laudas: Si verò quia diues, fortunæ hoc debetur: ſed ſi eum laudas, quia bonis moribus, & artibus doctus eſt, & valde eruditus, quãtũ homini licet, tũc ipſum mirũ laudas: q a nec à parte hęreditariũ, nec ætate mutabile, nec à corpore caducũ.

39 Præterea non ne Socrates, & Demoſthenes nobiliſsimi fuerunt? ille tamen parentibus ignobiliſsimis, hic prorſus ignotis natus eſt.

40 Et hinc qlibet reminiſci deberet, q nobilitas habuit ortũ ex virtutib⁹, quia primus Rex ſuper Iſrael, 5. Saul electus extitit à Deo; ſiquidẽ humilis fuit, & virtuoſus. 1. Reg. 15. Cũ eſſes paruulus in oculis tuis cõſtitui te Regẽ ſuper oẽm populũ meũ Iſrael. ſecũdus Rex fuit Dauid, qui ẽt pter ſuã pbitatẽ fuit à Deo electus. Vnde ptulit Dñs de eo. Inueni virũ ſm cor meũ, vñ non ab re de dignitate virtutis ſcribẽs Boet. ait: Nõ virtutib⁹ ex dignitate, ſed ex virtutibus dignitati honor acceſsit. & idẽ alibi, virtuti ppria dignitas ineſt. virtus eſt beatitudo, vel fęlicitas pſentis vitæ. Beatitudo virtutũ de fonte cęleſtis beatitudinis, amicis Dei in hac valle miſeriæ ſtillat. vnde 2. Corinthio. 12 dicit Glo. Aug. in regione intelligibiliũ beata uita in fonte ſuo bibitur: inde aliqd aſpergitur huic humanę vitæ, vt in tẽtationibus huius ſęculi tẽperãter, fortiter, iuſtẽ, prudenterq; viuat. & Tullius cõcludit, q in quo virtus eſt, nihil ei deeſt ad benè, ac beatè viuendũ. & Macrobius, ſolæ virtu-

virtutes faciũt beatũ, nullaq; alia via quiſquam hoc bonũ adipiſcitur.& Seneca patefacit,ꝙ ratio recta, & conſumata fęlicitatem hominis implevit:hoc vnum bonum hominis eſt, quod qui habet,etiam ſi aliis deſtituitur,laudandus eſt,quod qui non habet in aliorum omnium copia damnatur,rationem verò rectam, & conſumatam facit virtus. vnde Auguſtinus in libro ſoliloquiorum definit, quòd virtus eſt ratio recta, vel perfecta, id eſt rationis rectitudo,uel perfectio.

41 Et ſic nobiles debent eſſe virtuoſi.& per virtutes cognoſci oſtendit Ariſt. 2.poli. virtus, & malitia determinant nobiles,& ignobiles,& inſuper iſti uirtuoſi multũ honorãdi ſunt ab hominibus.

42 Vndè Ariſto.3. ethi. honor eſt præmium uirtutis,ex quo ſequitur,quòd nullus de iure eſt honorandus,niſi virtuoſus appareat.

43 Et idem Ariſto.4.ethi.concludit,quòd ſecundum veritatem ſolus bonus honorandus eſt, & quòd homini virtuoſo non poteſt fieri tantus honor,quin maiore honore dignus ſit.

44 Et tertio ethi. ait, quòd virtuti perfectæ non ſit condignus honor. ergò ex his concluditur, quòd ſoli virtuoſi ſunt honorandi, & quòd nobiles ex virtute cognoſcendi ſunt dumtaxat.

45 Ideò nemo debet ſeipſum iactare,nec glorioſum prædicare propter generis nobilitatem, aut claritatem. prout ex verbis Hieronymi euidenter colligitur, qui in 3. part. epiſtolarum ſuarum epiſtola 22. ad Celantiam ſcribens, ita ait: Fruſtra ſibi aliquis de generis nobilitate applaudit, cùm vniuerſi paris honoris, & eiuſdem apud Deum ſint precij, qui vno Chriſti ſanguine ſunt redempti: nec intereſt, qua quis conditione natus ſit: cùm omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur.Nam etſi obliuiſcimur, quia ex vno omnes generati ſumus, ſaltem id ſemper meminiſſe debemus,quia per vnum omnes regeneramus, ſcilicet Chriſtum. Similiter idem Auguſtinus ad fratres in heremo ſermone 48. qui intitulatur de cura animæ, ad idem propoſitum loquitur, dicens:ò homo cur te iactas de generis nobilitate? nunquid omnium vna eſt naſcendi conditio?nũquid & moriendi una concluſio? quis nobilium vnquam natus eſt ſine ſanguinis cruentatione? nunquid nobilis ſimul cùm paupere dum naſcitur,per eundem meatum tranſit? à regula etiam mortis nunquid parcitur nobili,aut diuiti? Item Hieronymus, vbi ſupra ad Celantiam, nobilem admonebat ad humilitatem,& ad prædictę nobilitatis contẽptũ, dicens. Nulli vnquã te de generis nobilitate ꝓferas, neq; obſcuriores quaſq;, & humiliore loco natas mulieres te inferiores putes.neſcit enim religio Chriſtiana ꝑſonas accipere,nec conditiones hominũ, ſed animos inſpicit ſingulorũ, ſeruũ,& nobilẽ de moribus ꝓnunciat. ſola apud Deum libertas eſt nõ ſeruire peccatis.

46 Summa apud Deum nobilitas eſt clarum eſſe virtutib⁹. Quid apud Deum in viris nobilius Petro?qui tamen piſcator,& pauper fuit. Quid in fęminis Beata Maria Illuſtrius fuit?quæ tamen ſpõſa fabri deſcribitur.Sed illi piſcatori,& pauperi à Chriſto Claues Regni Cœleſtis traduntur.& ſpõſa fabri meruit eſſe mater illius,à quo ipſę claues datę ſunt.Elegit enim Deus ignobilia,& contemptibilia huius mundi, vt potentes, ac nobiles ad humilitatẽ facilius adduceret,& ex aliis rõnibus nobilitas ipſa ex genere contẽnenda eſt; Primò, q̃a ſæpenumero nobilitas ex genere meliorẽ nobilitatẽ aufert, ſ. mentis nobilitatẽ..quadere ſapiens ait,Nõ eſt quo ſibi aliquis de nobilitate corporis, vel generis blandiatur, ſi ex meliori parte ſit famulus. Secundò contẽnenda nobilitas ipſa carnis venit, imò potius nil eſt reputanda, cum re uera nobilitas nõ ſit, ſicut etiã Phyloſophi æſtimauere oẽs, & præſertim Seneca aſſerere conſueuerat,Nemo altero nobilior,niſi cui rectius eſt ingeniũ,& bonis artibus aptius.& idẽ alibi aiebat, Quid eſt eques,aut ſeru⁹, aut libertin⁹, niſi nomina ex ambitiõe,vel iniuria nata?necnõ Plato ſcribit,Neminẽ Regẽ, niſi ex ſeruis oriundũ eſſe:neminẽ ſeruũ,niſi ex Regibus, omnia iſta longa miſcuit uarietas, & ſurſum deorſum fortuna verſauit. Tertiò ridiculoſum eſt corpus vnũ nobilius dicere altero, vel vnum nobiliorẽ altero ex parte corporis. vnũ itaq; bonum habet nobilitas, quæ carnis dicitur eſſe,ꝙ quaſi fœnum eſt quoddam, quod homines debet cohibere ne malè agãt. Vnde non ab re oſtendit Hieronymus, nihil aliud video in nobilitate appetendũ,niſi,ꝙ nobiles quadã neceſsitate aſtringuntur,ne ab antiquorũ probitate degenerent. & Phyloſophus etiã apertius hoc demonſtrat.Nobilitatis tantũ ad hoc memineris,vt cũ claritate generis,morũ ſanctitate cõtendas,& cum nobilitate corporis animi nobilitate proficias. & cõplura alia ad hoc addıci poſſent, quæ breuitatis cauſa ſupprimuntur, cu ponantẽ per Caſſaneum in d. uerſ. *Entre gens nobles*, nu.18.cum aliis ſeq.

47 Et hoc nõ mirũ;quia nobilitas ſtercus eſt, niſi habeat virtutis concomitantiã, ſecundum Hoſt. in d.c.venerabilis.& dicit idem Hoſt.in c. tua de conſang.& affinit.col. 2.

48 Quòd q. ſuperbit de nobiliori ſanguine,de nobiliori ſtercore infumeſcit, & nobiles pro maiori parte hodie ſuperbi,& inimici popularũ, guloſi, & luxurioſi pluſquam populares, & nihil aliud ſciũt,niſi comedere,bibere,& ſuperbire,ita tenet Bal.in l.qui per adoptionẽ in 1.lectu.ff.de adopt.

49 Et concluſiuè ꝓcedendo nobilis magis cenſetur Doctor, qui nobilitatẽ mediante virtute ſua acquiſiuit,quàm deſcendens ex nobili genere,vt voluit Cy.in l.ꝓuidendũ C.de poſtu. Alex. conſi. 94.col.2.vol.1.& cõſ.209. ponderatis his, quę in themate narrantur nu.8.vol.6.Deci. in c. clerici nu.54.de iudiciis, Vincentius Maxilla in d. conſuet.in Ciuitate noſtra,ſub num. 17.& Caſſaneus in d.§.19.ver.*Entre gens nobles*,nu.2.

50 Sed nobilis virtuoſus præfertur uirtuoſo ignobili, ſecundum Doctores omnes communiter, *Cõis in d. opin*

in d.c.uenerabilis.& Bal.in l.nemini in fin. C. de aduoca.diuerſ.iudicum,ubi ait, quòd data paritate in ſcientia, præhonoratur,qui eſt de nobiliori ſanguine,& ſequitur Deci. in cap.conſtitutis,nume. 17.de appellatio.& Tiraquel.in tract. de nobilitate c.5.nume. 6. & ſeq. & ita dicit obſeruari Caſſaneus in d.uer.*Entre gent nobles*,numer.23. & ſequitur, & abundè tuetur etiam Cagnolus in l. cùm quid,nu.44.& ſequentibus ff.ſi cert.peta. & iuſtiſsimus D.Carauita piæ memoriæ in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ. 101. in primis Doctores ſedeant,ſub nume.6.Et hoc quippè rationibus efficaciſsimis ſuaderi poſſet, quòd quis nobilis non euadat ex eo, quòd nobilibus parentibus tantū ortus ſit. Ex eadem enim radice exeunt uile, & nobile.Flos certè farinę, & furfur ex eadem radice emanant,& nihilominus furfur cibus uilis eſt, quo porci paſcuntur, flos autem farinæ cibus nobilis eſt.Item ex eadem radice procedit ſpina, & roſa, ſed roſa ipſa creatura nobilis eſt, quia non ceſſat fragrare, redolereque hominibus, illiſque iuxta eam commorantibus ſuum,etiam gratum odorem fundere; ſpina uerò quoddam vile eſt, quia pungit ea, quę propè ſe ſunt. Et ſic ex eodē patre eademque matre poſſunt naſci duo. Vnus igitur erit nobilis, & alter obſcurus. vnus quidē ad inſtar roſę nō ceſſabit benefacere uicinis ſuis, & iſte nobilis erit. Alter uerò erit ſpina in ignem mittenda,qui non ceſſabit pungere vicinos ſuos, hic quippè inhonorus erit. Item ex eodem libero arbitrio fluunt, oriunturque bonum, & malum: ideò ſi nobile foret quicquid à nobilibus procederet,omnes profectò nobiles eſſemus,cùm omnes originem trahimus à Deo, qui nobiliſsimus eſt.Malachiæ ſecundo. Nunquid non Deus vnus creauit nos,&c.Item ſi omne quod ex nobili oritur,nobile eſſet,ergo pediculi,& aliæ ſuperfluitates,quæ ex nobilibus procedunt, nobilia forent.

51 Et licèt Doctoratus dignitas ſit maxima, vt ſupra in princ.docuimus, nihilominus ea non liberat filium à patria poteſtate,vt tenuerunt Bartol.in l.item in poteſtate in fin.ff.de his, qui ſunt ſui,vel alie. iur. Bald. in l. ſi maritus C. de patria poteſtate,& in l.3.C.de caſtren.pecul.libro 12. & Cotta in memorali in ver.ſacerdotium.in fin.

52 Et quamuis etiam dignitas Doctoratus maxima appareat, tamen ipſi Doctores cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus exiſtant non debent ſe glorioſos prædicare propter ſe,animaduertendo illud Prouerbiorum 27. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.Et illud poetæ pariter,Nec te collaudes,nec te culpaueris ipſe. Hoc faciunt ſtulti, quos gloria uexat inanis. Et re uera tales ſolent reputari à uiris grauibus ſtulti,& glorioſi:Vnde vulgò dici ſolet, talis eſt de confrateria de te Deum laudamus, uel te glorioſus.Poteſt ergo cuilibet tali imputari iuſtè, quod iniuſtè improperabant Iudæi Chriſto, dicentes,Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, & teſtimonium tuum non eſt verum.

53 Hinc Marcus Varro ad Athenienſem auditorem,Multi(inquit)laudem admittunt,quoniam ipſi eam de ſe prędicant.

54 Et huius generis ſunt illi Doctores, qui ſe iactant de ſapiẽntia ſua, de ſenſu proprio, de ſcientia,de ſpeculatione,ac nouis intellectibus inuentis,atque traditis per eos ad aliquas leges, de victoriis reportatis, ſeù ſententiis prolatis in fauorem ſuorum clientum de diſputationibus ſuis,de ſequela populi, atque de fama celebri, de libris compoſitis,& huiuſmodi;quia tali lingua glorioſa vtebatur Caiphas,cùm aiebat his,qui congregati erant aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius:Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit uobis, vt vnus moriatur homo pro populo,& non tota gens pereat Ioannis 11. ſimiliter tali lingua vtebatur quidam nūcupatus Heliu,de quo legitur Iob.32. Quòd prorupit in hæc uerba iactatoria,dicens,Audite me, ego enim oſtendam vobis ſapientiam meam. omnia autem premiſſa prohibet Hierem.9. c. dicens. Non glorietur ſapiēs in ſapientia ſua.cuius ratio eſt;quia & ſi quis ſapiens fuerit, nō propterea ſaluus erit, niſi pariter bonam vitam duxerit, quia vt habetur. 1.Corinthiorum 1.Non multos ſapientes,ſed quę ſtulta ſunt elegit Deus, vt confundat ſapientes:ſicut patuit de indoctis Apoſtolis.

55 Et certè valde vituperabile eſt Doctores gloriari,& ſe iactare de ſcientia,aut ſapientia ſua, & ob hanc cauſam in componendis,& dictandis codicibus,aut libris operam dare, vt ſic nomen eorum diuulgetur per vniuerſum orbem.

56 Secus autem cùm hoc faciant,& agāt ad Dei honorem,& aliorum ędificationem,atque vtilitatem.Nam iſtud ſecundum ex charitate procedit, dicente Apoſtolo. 1. Corinthiorum. 8.Charitas, (inquit) ædificat. Gloriam ergò ſuam non quęrebat diuinus ille Plato, de quo refert Commentator Auguſti.ſuper lib. 8. de Ciuitate Dei c. 5. dicens,quòd conſuetudo ſua fuit libros ſuos intitulare nominibus magiſtrorum ſuorum, vel eorum,qui magiſtros ſuos docuerant. longè etiam à iactantia, & gloriatione erat ille Phyloſophus Pythagoras,de quo refert Auguſt.lib.14.de ciui. c.1.dicens,quod non fuit auſus ſapientem ſe profiteri,& eſſe,ſed potius Phyloſophū, id eſt amatorem ſapientiæ ſe eſſe reſpondit, à quo id nomen exortū,ita deinceps poſteris placuit, vt quātalibet de rebus ad ſapientiā pertinentibus doctrina quiſque,vel ſibi, vel aliis videretur excellere,non niſi Phyloſophus vocaretur, hæc ibi. Vos igitur Doctores cauete vobis à lingua glorioſa,& vt uerbis vtar illius Annę prophetiſſæ matris,ſ. Samuel.Nolite multiplicare loq. ſublimia gloriātes.1.Reg.2.

SVMMARIVM.

1 DOCTORES *tam legentes, quàm non legentes,ac ſcholares quoque ex priuilegio, & fauore publicę vtilitatis, ſcientiæque poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxta eorum domos malleantes.*

2 *Doctores, vel ſcholares poſſunt expellere fabros iuxta eorum domos malleantes, etiam quòd fabri ipſi Doctores, aut ſcholares ipſos præueniſſent.*

3 *Conſuetudo extans in Ciuitate Neapolis, quòd fabri malleantes poſſint retinere officinas ſuas iuxta eccleſias, & domos Doctorum, & ſcholarium valet, & obſeruatur tam ibi, quàm in toto Regno Neapo.*

OPINIO CXCVIII.

1 DOCTORES tam legentes, quàm non legentes, ac ſcholares quoque ex priuilegio, & fauore publicæ vtilitatis, ſcientiæque poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxta domos eorum malleantes, ſecundum Glo. Dyn. Alberi. Bar. Bal. Ange. Caſtrē. Iaſ. Soc. nume. 64. Alciat. nume. 54. Soci. Iun. nume. 276. Ripam nume. 134. Parpal. nu. 48. & Illuſtrē D. Guiliel. Pontanum Peruſinum præceptorem meum, nume. 84. cum aliis ſeq. in l. 1. ff. ſolu. matri. & omnes alios Legiſtas, tam antiquos, quàm Modernos inibi, & Canoniſtas in c. fin. de iud. ubi Fely. poſt alios relatos per eum, Guid. Papæ deciſio. 88. & 388. Alciat. in lib. 8. parerg. cap. 2. Franciſcum Marci deciſio. 635. in 1. par. & Ioannes

Cõis opin. de Amicis conſi. 104. nume. 9. vbi exprimit poſt Moder. in d. l. 1. iſtam eſſe communem opinionē.

2 Quę quidem ampliatur ꝓcedere, etiam quòd Doctores, vel ſcholares faber ipſe pręueniſſet; q̄a tūc, ſi Doctores, ſeu ſcholares alibi commodè habitare nequirent, poſſent abſq; dubio aliquo expellere dictū fabrum, vt voluerūt Iaco. de Aren.

Cõis opin. Bar. & Cęteri oēs, ꝑſertimq; Ripa in d. l. 1. n. 130. ff. ſol. ma. vbi affirmat iſtam eſſe cōem opinionē.

3 Sed in Ciuitate Neapolis extat conſuetudo in cōtrarium, uidelicèt, ꝙ fabri malleantes retinēt, ac habent officinas ſubtus domos Doctorum, & aliorum iuxta Eccleſias, & Monaſteria, quæ obſeruatur, & valet tam ibi, quàm in toto Regno, vt firmauit, & conſuluit Ioannes de Amicis in d. conſi. 104. nu. 102. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *DOCTOR, & Aduocatus poteſt eſſe decimo ſeptimo anno.*

2 *Doctor, & Aduocatus omittens in allegatione iuris allegare quædam in cauſa ſua, ſi ſit minor, nō poteſt allegare ſe deceptum, nec eſt reſtituendus; quia in ſuo doctoratu fuit approbatus, vt ſapiens.*

3 *Mercator ſi reperiatur deſcriptus in matricula mercatorum, & aſſerat ſe in actibus mercantię deceptū, non audiretur tanquā allegans turpitudinem ſuam.*

OPINIO CXCIX.

1 DOCTOR, & Aduocatus poteſt eſſe decimo ſeptimo anno, l. 1. §. initium ff. de poſtulan.

2 Vnde ſi ipſe, tāquam minor viginti quinque annis, allegaret ſe deceptum, ac lęſum in allegatione iuris, non eſſet reſtituendus omittens quædam allegare in cauſa ſua, alleganſq; ex hoc ſe deceptum, & c. Vt per Scriben. omnes communiter in l. prima. C. qui, & aduerſus quos, Cõis opin.

Ange. conſilio 93. uiſis, inſpectis omnibus colū. 3. uerſic. Hinc deſcendit, quòd Doctor licèt minoris ætatis allegans ſe lęſum, & per Iacob. Mandellum conſilio 46. cum præſens articulus, numero 5. & opinionem iſtam ſcribit eſſe communem Boeri. deciſio. 350. numero 6. & Guiliel. Raynerius in l. nihil §. non capitur, nume. 5. ff. de regu. iur. cùm ſit contra eum præſumptio, argumen. d. l. 1. §. initium, quoniam in ſuo doctoratu fuit approbatus tanquam ſapiens, ita quòd in ſuo caſu profeſſio ſua, & ſuum deſiderium quoque repugnant, vt in ſimili dicitur in l. profeſſio cum ibi notat. in Gloſſ. C. de numeri. patri. libro 10. & tenet Cyn. & Docto. in dicto §. initium, & Angel. conſilio 58. & facit, quia turpe eſt Patritio viro illud ius, circa quod uerſatur ignorare, vt dicit text. in l. ſecunda. §. Seruius autem ff. de orig. iuris & ita etiam tenet Marcus Mantua in ſuis apoptheg. apothe. 20.

3 Vbi ait hoc idem dicendum in mercatore, qui quippè ſi reperiretur deſcriptus in matricula mercatorum, & aſſereret ſe in actibus mercantię deceptum, non audiretur, ſecundum Angel. in l. prima. C. qui, & aduerſus quos, quia ſecundum Mantuam in mentionato loco quodammodo mercator iſte allegaret turpitudinem ſuam ab alio non detectam, contra tritam iuris regulam.

SVMMARIVM.

1 *DOCTORI famoſo atteſtanti de conſuetudine credendum eſt.*

2 *Doctoris aſſertio de conſuetudine, quæ obſeruatur in aliqua particulari Ciuitate, inducit prēſumptionem, & transfert onus probandi in partem aduerſam.*

3 *Doctoris dicto atteſtantis de conſuetudine ſtandum eſt, ſi atteſtatur in ſuis ſcriptis obſeruari ipſam conſuetudinem in curiis in quibus verſatus eſt.*

4 *Doctor debet ſpecificare locum conſuetudinis, vt ei credatur atteſtanti de ipſa conſuetudine.*

OPINIO CC.

1 DOCTORI famoſo, quemadmodum eſt Alexā. atteſtanti de conſuetudine, vel conſuetudinē ita eſſe, vel in aliqua particulari Ciuitate ita, & taliter obſeruari, credendum eſt, ſecundum Barto. in l.

in l. de quibus ff. de legi. à quo diſcordant om-
Cõis nes Moder.ibi communiter, Alciat. conſulendo,
opin. conſi.25. non videtur mihi hunc Reuerendiſsi-
mum delegatum tomo 2.lib.4. Grammat.in uo
to 13. tremendi Dei, qui cuncta facit, nume. 3.
& quamplures alij Doct.quos cõgerit Pariſi.cõ-
ſi.158.uol.4.Rocchus Curt.in c.fi. ſectio. 7. nu-
me.9.de conſuetu.& hoc Bar. dictum videtur ni
mis dubitabile, vt referunt Moder.ipſi in d. l. de
quibus, Creſcent.deciſ.209.& 276.& Pariſi. con
ſi.105.nume.7.uol.4.

¶ Sed aduerte ne erres, quia Bar.opinio vide
Cõis tur magis communis, vt ſcribit Ioannes Bapt.
opin. Ferrettus conſ.102.nume.6.vol.1.Gratus conſ.
12.nume.58.& ſeq. Natta conſil. 218. nume. 4.
vol.1.Nicolaus Feſtaſius in tracta. de æſtimo, &
collectis in 2.par.titu.an, & quando foren.indic.
nume.33.par.2.fol.paruo 39.Deci.in l.2.§.mu-
tui datio, nu.8. ff. ſi cert. peta. vbi eam nonnihil
tueri conatur, & Soc.Iuni.conſ.90.uol.2.

2 Et aſſertio prędicta Doctoris de conſuetudi-
ne, ad tollendum omne dubium, ſecundum ve-
Cõis riorem, & communiorem opinionem, ſaltem in-
opin. ducit pręſumptionem, & transfert in partem ad
uerſam probandi onus, & hoc vltra alios firmat
Deci.conſil.559.in caſu, & conſ.694.pro reſolu-
tione, Curt.Iuni.conſ.60.nume. 5. cum aliis cu-
mulatis per Moder.in dicta l.de quibus, & Strac
ca in tract.de mercatura in 5. par.de decoctori-
bus, nu.6.Feſtaſius vbi ſupra, num.38.cum aliis
ſeq. Vrſillus in addi. Afflicti in deciſio. 192. ſub
nume. 2. & in deciſio. 321. ſub nume. 10.& Pe-
trus de Benintendis deciſio. 95. vbi meminit
iſtam opinionem communem fore, & ita deci-
ſum extitiſſe in Rota Bononienſi.

3 Et procederent quoque pręmiſſa abſque du-
bio etiam in Curia dumtaxat, in qua verſatus
eſt Doctor ille, qui ſuis ſcripturis de re aliqua eſ-
ſe conſuetudinem atteſtatur, vt per Par.de Pu-
teo in tract.ſyndica.in verſi. Doctor, ſeù aduoca-
tus, Alex.conſ.5.circa primum col.fin.lib.3.De-
ci.conſ.472.col.2.teſtator, & Ioannes Lupi in re
peti.c.per veſtras ſuper rub.§.21.nu.1.de donat.
inter vir.& vxor. Et hoc modo poſſet procedere
dictum Bar.in d.l.de quibus col.9.

¶ Et quatenus ſuperius cõcluſum fuit, quòd
ſtandum eſt dicto Doctoris, atteſtantis de con-
ſuetudine, dic plenè, vt per Iaſ. in d.l.de quibus,
per Curt.in d.c.fina.in ſectio.7.nume. 9. Marſil.
in practi.crim.in §. conſtante col. 4. & in repeti.
l. fina. ff. de quæſtio. Capicium deciſio. 176. &
Grammat.d.voto 13.& in hac quæſtione varia-
uit Dec.in d.conſil.472.& 691.ponit Marſil.ſin-
gu.768.Probus in cap. 1. de conſtitu.& rubr. de
conſuetu.in 6.

4 Et adde Zaſium dicentem in d.l.de quibus fo
lio 82.& ſeq.ponderandum eſſe, an Doctor ſpeci
ficet locum conſuetudinis, vt ei credatur.

SVMMARIVM.

1 *DOCTOR, vel aduocatus locantes operas ſuas, & morientes pendente anno locationis tranſmittunt ſalarium annuum ad eorum hęredes, qui poſſint petere integrum ſalarium totius anni.*

2 *Prætor moriens infra tempus ſui officij, ſalarium totius temporis tranſmittit ad ſuos hæredes.*

3 *Doctor legens, & moriẽs tranſmittit ſalarium ad ſuos, & etiam ſi ſit impeditus infirmitate.*

4 *Medicus de publico conductus, ſi morte pręuentus annum perficere non poteſt, tranſmittit ad ſuos hęredes ſalarium totius anni.*

5 *Doctor, Prætor, ſeù Senator locans operas ſuas pro annua mercede, ſi Princeps amittat Ciuitatem vbi eſt conductus caſu bellico, conſequitur tunc integrum ſtipendium totius anni.*

6 *Doctores ad legendum conducti, qui legere nequeãt ob aduentum, & acceſſum alicuius Principis in loco ſtudii, conſequuntur integrum ſalarium promiſſum totius temporis.*

7 *Doctoribus legere ceſſantibus ob peſtẽ infra annum conductionis, debetur totum illius anni ſalarium.*

8 *Doctor, ſeù officialis poteſt petere ſalarium etiam non pręſtito ſeruitio ob legitima impedimenta in tribus caſibus poſitis remiſſiuè.*

OPINIO CCI.

1 DOCTOR, vel aduocatus, qui operas ſuas locauerũt, caſu quo moriantur pendente anno locationis, tranſmittũt ſalarium annuum ratione illius anni ad hæredes, & conſequenter eorum hęredes poſſunt petere integrum totius anni ſalarium, ſecũdum Iaſ.poſt alios in l.diem functo colũ. 8.ff. de offi.aſſeſſo.per text.in l. poſt duos C. de aduocatis diuerſ. iud. & ratio dicti huius iſta videtur; quia per eos non ſtetit, l. 1. §. Diuus ff. de variis, & extraordi.cogn. & iſtam ſcribunt eſſe commu- C.
nem opinionem Moder.in d.l.diem functo, præ- opin.
ſertimque Curt.Iuni.inibi, nu.53.

2 Ampliatur hoc etiam habere locum in prætore moriente infra tempus ſui officij, qui quidem ſalarium totius anni tranſmittit ad ſuos hære-
des, vt tradit Barto.Ange.Bald.Cæterique com- Cõis
muniter in dicta l. diem functo, & iſtam com- opin.
munem ſequuntur, atteſtanturque Deci.ibi numero 15.Iaſo.numero 38. & Curti. Iuni. numero 29.Anto. Capicius deciſio. 125. in cauſa magnifici Andreoctæ, numero 2. cum duobus aliis ſequen. & Ripa in tracta. de peſte in titu.de priuilegiis contractuum cauſa peſtis, numero 15.& Petr.Duennas cum aliis ſignatis per eum in regu.63. aſſeſſori, numero 3. & Bolognettus in dicta l.diem functo.nu.45.cũ aliis ſeq.ubi hoc vtiliter diſcurrit, & declarat quo, & quãdo procedat.

3 Ampliatur quoque in Doctore legente, & moriente, qui proculdubio tranſmittit ſalarium ad ſuos, ſecundum Glo. in d. §. Diuus, vbi hoc idem procedere dicit in Doctore impedito infirmitate, cui etiam debetur totum ſalarium per rationem illius tex. & per elegantem text. in l. cùm hęredes §. Stichus ff. de ſtatulibe. Hoc idem voluit etiam Bal. in l. 1. q. 3. C. de ſuffrag. Capicius in d. deciſio. 125. nu. 4. Iaſ. Dec. Iacob. Nigri, cęteriq; Moder. in d. l. diem functo, Alex. Iaſ. & Deci. in d. l. 1. ff. de offi. eius, & ibi Illuſtris Dominus Petrus Calephatus de Plumbino præceptor, & promotor meus, nume. 265, ait iſtam eſſe communem opinionem, & Curtius Iun. in d. l. diem functo; Sed contra iſtam communem aſſertionem nonnulla argumenta adducuntur per Fulgoſi. & Roma. in d. l. 1. quibus omnibus abundè reſpondet Deci. & poſt eum doctiſsimè more ſuo Dominus Petrus Calephatus ſequendo communem ipſam nume. 266. & ſeq. *Cõis opin.*

4 Item ſalarium totius anni inchoati debetur hæredibus medici de publico conducti, qui morte præuentus annum perficere non potuit, vt cumulatiſsimè, atque doctiſsimè conſuluit Io. Cephalus conſilio 70. & ſeq. lib. 1.

5 Similiter Prętor, Senator, ſeu Doctor ipſe locans operas ſuas pro annua mercede, caſu quo durante tempore locationis, Princeps amittat Ciuitatem, ubi eſt conductus caſu bellico, tunc conſequitur integrum ſtipendium totius anni, vt conſuluit Natta conſ. 452. caſus præſens ſatis clarus uidetur uol. 2.

6 Necnon Doctores ad legendum conducti, qui non poſſent legere toto anno ob aduentum, atque acceſſum alicuius Principis in loco ſtudij, integrum ſalarium promiſſum totius temporis cõſequerentur, vt conſuluit Deci. conſ. 70. diuino implorato præſidio, & pro tenui facultate.

7 Item Doctoribus, qui non potuerunt legere toto anno ob caſum peſtis, totum illius anni ſalarium debetur, ſecundum Caccialupum in d. l. diem functo. q. 40. & Ripam in d. tract. de peſte 2. par. 4. priuilegio.

8 Alios verò tres caſus ſimiles, in quibus officialis, ſeu Doctor poſsit petere, ac conſequi integrũ ſalarium, etiam non præſtito ſeruitio ob legitima impedimenta occurſa infra tempus conductionis, poſuit Capicius in d. deciſio. 125. numero 5. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *DOMO vẽdita, ſeu legata intelligitur uẽditus, vel legatus hortus quoque, quando per domum ad hortum contiguum aditus, et acceſſus haberetur; quia tũc appellatione domus ueniret etiam hortus, aliàs autem non veniret niſi actum ſit expreſsè.*

2 *Vendita, vel legata domo, cenſentur etiam venditę, ſeu legatæ apothecæ, ac officinæ ſubtus domum exiſtentes, quando vno precio ſimul emptę fuiſſent, & apothecæ ipſæ ſimul cum domo eſſent ſub vno tecto, fundamento, & muro continerentur.*

3 *Vendita, ſeu legata domo, vel agro ſimpliciter, non cẽſentur vendita, vel legata inſtrumenta exiſtentia in domo, vel fundo.*

4 *Vendita domo, an cenſeantur venditæ ſtatuæ in ea exiſtentes?*

OPINIO CCII.

1 DOMO vendita, ſeu legata intelligitur uenditus, vel legatus hortus quoque, vbicunque tamen per domum ipſam ad hortum contiguũ aditus, ac acceſſus haberetur; quia tunc domus appellatione veniret etiam hortus, cùm hortus paratus ſit cauſa domus, & ſic legatarius, aut venditor domus debet habere hortum contiguum domui, vel deputatum ad vſum domus, ita quòd de domo habeatur aditus in hortum, aliàs autẽ non veniret, niſi actum ſit expreſsè, vt voluerũt Glo. Archi. in c. religioſam 11. q. 2. Glo. & omnes in l. olympico ff. de ſeruitu. urba. prædiorũ Bart. per text. ibi in l. prædiis §. fin. ff. de leg. 3. Alexan. conſi. 26. in princ. uol. 4. Cæſar Vrſillus in addit. Afflicti in deciſio. 223. num. 2. & in deciſio. 298. num. 5. & ſequen. Innoc. & omnes communiter in c. Raynutius de teſtamen. præſertimq; Barbac. ibi copioſè, nume. 6. qui tollit omnia contraria. & Berous, nume. 58. cum aliis ſequen. qui eã limitat, & vtiliter declarat non procedere in tribus caſibus cum aliquibus aliis interpræt ationibus, & declarationibus ad propoſiti caſus declarationem, & eandem opinionem ſequitur etiam Deci. conſilio 109. nume. 1. & ſeq. Iaſ. in l. beneficium, nume. 14. ff. de conſtitutio. principum, vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, cui inhæret etiam Bertran. conſi. 239. nume. 1. cum aliis ſequen. nu. 3. vbi reſpondet in quodam caſu ſimili, & Ioannes de Amicis conſil. 1. nume. 6. cum aliis ſequen. ubi ſimiliter videtur conſulere in caſu quotidie contingenti, & ſatis vtili in practica, & Soci. Iun. conſil. 159. nu. 8. uol. 2. & conſi. 61. nume 4. & 7. uol. 1. *Cõis opin.*

2 Item vendita, vel legata domo, cenſentur etiã venditę, ſeu legatæ apothecæ ſubtus domum exiſtentes, quando uno precio ſimul emptæ extitiſſent, ac apothecæ ſimul cum domo eſſent ſub vno tecto, vel eadem contignatione, fundamento, & muro continerentur, vt voluit Anchara. conſilio 193. Alexan. conſil. 223. vol. 2. & conſilio 104. uol. 6. Ioan. de Amicis in dicto conſi. 1. nume. 6. cum aliis ſequen. & Natta conſilio 117. ſub numero 1. & ſequen. volumine 1. Et licèt Berous in dicto capitu. Raynutius, ſub numero 63. & num. 67. contrarium ſentiat, & conetur ſaluare opinionem iſtam Anchara. & poſt modum

dum eam aſſerat dubitabilem, nihilominus veriſsima, atq; tutiſsima redditur ex ſcriptis Alex. in memoratis conſilijs. Eſt bené verum, quòd Corne. conſ. 203. vol. 1. determinat conſulendo, quòd legata domo non cenſeatur legata apotheca, & conſequenter, quòd appellatione domus non ueniat apotheca ipſa, quod procedit, ſecundum caſum propoſitum per eum, vbicunq; apotheca reperiebatur ſola, ex ſe, & ſeparata à domo teſtatoris, ſed in caſu pręmiſſo apotheca reperiebatut ſubtus domum venditoris, ſeu teſtatoris. Vndè non mirum ſi appellatione domus, tunc veniret etiam apotheca.

3 Item vendita, ſeu legata domo ſimpliciter, non vtique tunc cenſerentur legata, aut vendita inſtrumenta exiſtētia in ipſo agro, vel domo, & ſic ſub ipſo legato, vel uenditione ita ſimpliciter facta, non continerentur aliquo modo inſtrumenta dictæ rei uenditæ, ac legatæ, quęcunque eſſent per Iaſ. in d. l. beneficium, nu. 10. cum alijs ſequen. per text. claros ibi citatos per eum, & per Caſſaneum conſil. 7. num. 45. cum alijs ſequent. Vbi affirmat iſtam eſſe communem doctrinam Doctorum. *Cōis opin.*

4 Similiterq; vendita domo non videntur uenditæ ſtatuæ in ea exiſtentes, vbicunque poſſent auferri, & amoueri ex domo abſque diminutione domus, tanquam poſitę ad uoluptatem; ſecus verò ſi extiterint affixæ domui, ita ut auferri nequeant ſine domus deformitate: quia tunc non tranſirent in venditione, vt voluit, & determinauit in facti contingentia Sacrum Palatium Romanum per nonnullas authoritates, & rationes, teſte Marco Antonio Bardo in tract. de tempore vtili, & continuo, cap. 18. ſub nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *CIVIS originarius vt quis efficiatur, requiritur, vt habitauerit in Ciuitate per decennium,*

2 *Ciuis dicitur contrahere incolatum, vbi conſtituerit ſedem, & larem in Ciuitate cum maiori parte fortunarum ſuarum, & habitauerit ibi ſpatio decem annorum, animo non recedendi inde.*

3 *Incola dicitur vbicunq; habitauerit in locum cum maiori parte fortunarum ſuarum cauſa ibi perpetuo habitandi.*

4 *Domus ſola poſſeſſio non facit incolam.*

5 *Domicilium contrahere non dicitur, qui manſit in aliquo loco animo inde recedendi.*

6 *Arbitrio Iudicis committitur quando quis dicatur habuiſſe intentionem perpetuo habitandi in loco.*

7 *Incolatus præſumitur ex varijs, diuerſisq; coniecturis poſitis remiſſiuè.*

8 *Ciuis ſi mediante ſtatuto ille efficiatur, & euadat, qui per decēnium ſteterit in Ciuitate, tunc non requiritur continua manſio, ſed ſufficit, quòd pro maiori parte illius temporis ſteterit.*

9 *Ciuilitas ſicut habitatione, incolatu, & priuilegio acquiri poteſt, ita etiam pecunia.*

10 *Ciuis Romanus dicere, quid ſit remiſſiuè.*

11 *Ciues aduentitij in vniuerſitatibus Ciuitatis Aquilę dupliciter aggregantur.*

12 *Ciuis dicitur dupliciter, vno modo ſimpliciter, & alio modo ſecundum quid.*

13 *Prohibitæ videntur aliquæ perſonæ ab honoribus, & à participatione bonorum communalium Vniuerſitatum de iure ſcripto.*

14 *Conſuetudo poteſt inducere aliquid, vt dicitur de iure primogenituræ.*

15 *Statutum poteſt inducere, vt ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

16 *Ciues oriundi, & originarij ſunt potiores, quàm peregrini, & ſic nouitij, & aduentitij ciues iudicantur ad imparia cum terrigenis & originarijs.*

17 *Antiquitati ſtandum eſt in paſcuis, pontibus, aquis, molendinis, & commoditatibus aquarum.*

18 *Ciues noui non tenentur ad onera, & collectas pręteritas iam impoſitas contribuere, ita etiam non debent per Vniuerſitates aggregantes participes fieri de acquiſitis per eas ante aggregationem.*

19 *Argumentum à ſimili valet, & procedit in exorbitantibus fauorabilibus tantùm.*

20 *Argumentum à ſimili ſumitur quando concurrit ſimilis ratio, vel maior.*

21 *Argumentum à ſimili requirit æquitatem, quæ iungat ſimiles caſus.*

22 *Argumentum à ſimili procedit vbicunq; ſimilia ſint omnia conuenientia.*

23 *Ciuis Neapolitanus quis efficitur eo ipſo, quòd ducit vxorem Neapolitanam, vel ædificat ibi.*

24 *Ciuis Aquilanus quis euadit, vbicunq; aggregatur in aliqua ex vniuerſitatibus in ea exiſtentibus.*

25 *Aquilæ Ciuitas primaria demonſtratur in Regno Neapol. Et narratur eius origo, excellentia, & nobilitas.*

26 *Campani audacia, dum Aquilanos nequiter, & falsò mordet, reprimitur iuſta, rationabiliq; ex cauſa.*

27 *Bellum Braccianum Aquilæ geſtum, Authore Angelo Fonticulano, narratur. In quo continentur quàmplurimi congreſſus Aquilanorum, et Braccianorum. Et finaliter Bracij exitus miſerrimus recenſetur.*

OPINIO CCIII.

1 DOMICILIVM in dubio per habitationem continuam decem annorum contractum, cōſtitutumque cenſetur, & conſequenter habitans in aliquo loco per decē annos videtur ibi verum incolatum, ac domicilium contraxiſſe, l. 2. C. de incol. lib. 10. & voluerunt Glo. Bar. & cæteri omnes in l. lex Cornelia §. ſi tamen ff. de iniur. & in l. Domicilium ff. ad municipales, Fely. in c. dilectus il 2. num. 11. de reſcrip. Ruin. conſil. 59. caſus iſte, num. 7 vol. 3. Glo. Bar. & Doct. in l. incola C. de incol. lib. 10. & Pariſ. conſ. 12. nu. 20. cum alijs ſeq. vol. 3. Vbi conſuluit, faſſusque fuit iſtam eſſe communem opinionem, & Cephalus *Cōis opin.*

etiam

etiam conſil. 246. Magnificus, ſub nu. 25. lib. 2. & Rolan. à Valle conſil. 79. in præſenti conſultatione, nu. 53. & ſeq. vol. 3.

2 Sed communis opinio iſthæc intelligenda eſt cum grano ſalis, vbicunque quis conſtituerit ſedem, & larem cum maiori parte fortunarum ſuarum, & habitauerit in loco noui domicilij ſpatio decem annorum non receſſurus inde: cùm iſte dicatur contrahere tunc incolatum, textus eſt in l. Ciues C. de incolis lib. 10. in 2 reſponſo, & ibi not. per Bartol. vbi ponuntur hæc tria in textu, ſi quis rectè conſideret, & ita conſuluit Roma. cõſ. 264. vt is Nurſinus, & Horatius Mandoſius ibi in addit.

3 Et hoc idem notat Glo. in l. 1. C. de municip. & ori. lib. 10. quæ inter cætera vult, quòd ad hoc vt quis dicatur incola, debet habitare in loco, & ibi figere domicilium cum maiori parte fortunarum ſuarum, cauſa ibi perpetuò habitandi.

4 Quia ſola domus poſſeſsio non facit incolam, l. libertus §. ſola domus ff. ad municip. Et efficax etiam teſtimonium eſt Glo. in ca. ſignificauit de parro. & in c. nullus de temp. ord. quæ concludit, quòd ibi quis dicitur incola, & habere domiciliũ, vbi maiorem partem rerum ſuarum habet, & commoratur, & conuerſatur aſsiduè, & dies feſtos colit, & hoc idem firmat Glo. & Bar. in l. 1. §. habitare ff. de his qui deiece. vel effu. & Glo. in Clemen. cauſam in ver. communiter de elect. & Paul. de Caſt. in l. 2. col. 1. C. de iuriſdictio. om. iudi. & dixit Bal. in d. l. Ciues, quòd ad hoc ut contrahatur incolatus, quòd animus debet eſſe fixus in loco illo, & non in agro.

5 Et ideò qui manſit in aliquo loco animo inde recedẽdi, non dicitur ibi contrahere domiciliũ, nec incolatum, l. eſt uerum, & ibi Bal. C. de incolis lib. 10. & ſic præcipuè ad conſtituendum incolatum requiritur animus perpetuò habitandi in loco, & ea mens ex varijs coniecturis elicitur, c. 2. de renunc.

6 Et in hoc verſatur arbitrium iudicis, vt tradit Abb. in c. fin. col. fin. de parroch. & Marian. Soci. in c. fin. col. 7. quæſt. 6. prin. de foro compet. Dec. conſ. 283. & diligẽter col. 7. & egregiè per Alcia. in l. pupillus §. incola ff. de ver. ſig.

7 Vbi varias, diuerſaſq; proponit coniecturas, quibus incolatus præſumatur.

8 Et licèt concluſio antedicta uera ſit ex allegatis authoritatibus, & rationibus, nihilominus ſi Ciuis ex ſtatuti diſpoſitione ille efficiatur, qui per decem annos ſteterit in Ciuitate debet gaudere, & frui ciuilitate, etiam quòd pro maiori parte illius temporis ſteterit in ipſa Ciuitate, & ſic non requiritur continua manſio, & reſidentia, l. cum de lanionis §. Sabinus ff. de fun. inſtru. vbi Bar. quem textum dixit ſingularem ſequendo hanc opinionem Rom. ſing. 676. communiter ſunt ſtatuta, & ibi Nicolaus Pignolatus in add. idem Roma. conſ. 264. & ibi fuſiſsimè Horat. Mandoſius in add.

9 Et quemadmodum habitatione incolatuque, & priuilegio ciuilitas acquiritur, l. 2. C. de incol. lib. 10. Dec. conſ. 283. & Alciat. conſ. cij. nu. 10. ita pariformiter etiam mediante pecunia illamet ciuilitas acquiri poſſet, vt apparet Act. Apoſtol. 22. ibi, Hic enim homo Ciuis Romanus eſt. Accedens autem Tribunus dixit illi: Dic mihi ſi tu Romanus es? At ille dixit: etiam: Et reſpondit Tribunus: Ego multa ſumma ciuilitatem hanc conſequutus ſum: Et Paulus ait. Ego autem, & natus ſum.

10 Et Ciuis Romanus quid eſt dicere, not. etiam in auth. ſed hodie, & ibi Bal. C. de iur. aur. an.

11 Et hinc reducendo hæc omnia ad practicam, concludo vtiliter, quòd diuerſimodè aggregari conſueuere uariis in locis aduenę, & peregrini, & potiſsimum in patria mea extat conſuetudo immemorabilis aggregandi exteros ipſos, in Vniuerſitatibus, intus Ciuitatem prædictam Aquilæ exiſtentibus duobus modis. Vno modo ſimpliciter, altero uerò ad participandum; & veluti in primo modo iam tradito aggregandi nihil ſoluitur, ita etiam in ſecundo modo ſolui pecunia cõſueuit. Vnde aggregati in primo caſu prædicto participare non poſſunt, nec debent modo aliquo de bonis, & obuentionibus proprijs ipſarum Vniuerſitatum, vt naturales alij Ciues oriũdi, & originarij.

12 Nam iſti ciues neoterici, & aduentitij veri ciues dici, nuncuparique nequirent, ſed ſecundum quid: ciuis enim ſecundum Philoſophum in 3. Politicæ dicitur dupliciter, vno modo ſimpliciter, & alio modo ſecundum quid.

13 Nec eſt à iure alienum certas perſonas prohibitas eſſe ab honoribus, necnon à participatione bonorum communaliũ Vniuerſitatum. Hoc etiam videmus de iure ſcripto in honoribus, l. vt gradatim §. & ſi lege ff. de munerib. & honor. l. ſpurios, & l. honores ff. de decur.

14 Nec ergò eſt abſonũ ſi etiam conſuetudo hoc poteſt introducere, vt dicitur de iure primogenituræ, Bald. in l. cum antiquioribus C. de iure deliber.

15 Videmus etiam in ſtatutis vniuerſaliter per totam Italiam, & præſertim in Regno Neapo. in conſtit. In aliquibus, quòd ſtãtibus maſculis fęminæ non ſuccedant, Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. Bal. & Saly. in l. fin. C. de liber. præter.

16 Meritò itaq; cõſuetudine induci potuit quòd ſolummodò certum genus perſonarum ad præmemorata bona communia Vniuerſitatum cæteris excluſis admittatur, & re vera hoc ſuadetur ex eo, quod Cicero oſtendit primo de Amicitia. Potiores (inquit) nobis ſunt ciues quàm peregrini: Non ergò eſt ambitioſum ſi nouitij, & aduentitij ciues iudicantur ad imparia cum terrigenis, & originariis, & eiſdem commoda ciuitatis potius diſtribui debeant. Benè faciunt quę ſcribit Paul. Caſtren. conſ. 342. ſtatutum vol. 2. Roma. conſ. 121. & Barbat. conſ. 51. col. 1. vol. 2.

& ita

Et ita obſeruatur in Patria mea, vt aggregati in vniuerſitatibus ſuis ſimpliciter vti ciues, ad cõmunãtias earumdem Vniuerſitatum quouis modo non admittantur.

17 Et ad hoc videtur textus formalis in §. ſicut ab antiquo in titu. de pace conſt. vbi ſeruanda ſunt in futurum, quæ ab antiquo fieri conſueuerant,& eleganter,affabreque Bald. ibi per illum textum notauit in paſcuis,pontibus, aquis, molendiniſque, necnon in ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſſe antiquitati.

18 Et probatur hoc etiam poſtremò,quòd quemadmodum ciuis nouus non tenetur ad collectas, quæ pro ueteribus debitis imponuntur, & ſic, hi qui de nouo ad habitandum venerunt, & ciues ſunt recepti, non tenentur ad onera, & collectas præteritas,& iam impoſitas contribuere, ſecundum Bart.in l.prouidendum C.de decurion. lib. 10.& in l. 1.§.cohærendũ ff.ad leg.falcid.& Bald. in l. 1.§.quòd ſi nemo col. 2.ff. quod quiſque Vniuerſit. nomi. Ita ipſi ciues neoterici non debent per Vniuerſitates aggregantes, pariformiter ſeruata æqualitate,participes fieri de acquiſitis per Vniuerſitates ipſas ante aggregationem eorumdem ciuium.

19 Valet nempè regulariter argumentum à ſimili,ſecundum Doct.in l. 1.ff.de offi.eius Glo. in l. 1.in princ.in ver.teſtari ff. de leg.3.& Fely. vbi hoc ponit pro regula in cap. præterea, num. 9. de ſponſal.& Bal.in l.2.C. de patr. qui fil. diſtra. vbi,& in c. 1.§.porrò col. 3. in titu. quæ ſit prima cauſa benefi.ami.in vſib.feud.& in l.conuenticulam C.de Epiſco.& cler.col.3.

¶ Concludit hoc procedere in exorbitantibus fauorabilibus tantùm, & ſequitur Flor. in l. illud,& in l.ita vulneratus ad legem Aquil. & Innoc.in c.qualiter de accuſat.

20 Imo ſumitur etiam huiuſmodi argumentum quando concurreret ſimilis ratio,vel maior,prout diſcernitur in pręſenti caſu,teſte Bal.in l.apud antiquos col. 1.C.de furt.

21 Necnon tale argumentum requirit æquitatẽ, quæ iungat ſimiles caſus, vt efficax teſtimoniũ eſt Bald.in c.ad hoc colum.8. de pace iur. in vſibus feud.

22 Vnde ſat eſt ad hoc, vt argumentũ iſtud procedat, quòd ſimilia ſint omnia conuenientia, l. quid ergò §. ex compromiſſo ff. de his qui notã. infa. vel ſaltem conueniãt in eo de quo agitur, l. apud antiquos C.de furt.Ripa in l.naturaliter §. nihil commune,num.23.ff.de acquir.poſſ.Quarè cùm in caſu hoc concurrat ſimilis ratio cum caſu æquiparato,concurratq; ęquitas etiam, quę iungit iſtos caſus inſimul, & conuenientia quoque ſecernantur in caſu occurrenti,oportunè antedictis aduentitiis cantari poſſet illud conſuetum proferri per moniales mulieribus volentibus ingredi religionem,ſi vis viuere mecum porta tecum.

23 Sed in Ciuitate Neapolis ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ Regis Ferdinandi Primi, exordiente pateat vniuerſis,eo ipſo, quòd quis ducit vxorem Neapolitanam,vel ędificat ibi habitando,efficitur ciuis.

24 Necnon eo ipſo,quòd aduenæ,& peregrini aggregantur in aliqua ex Vniuerſitatibus in Ciuitate noſtra Aquilæ exiſtentibus, efficiuntur, & euandunt ciues Aquilani ex antiqua,& antiquiſſima conſuetudine.

25 Et hinc eſt, quòd ad ipſam Aquilæ Vrbem illuſtrem, & primariam inter alias Ciuitates Regni Neapolitani,caput Prouinciæ,& Metropolitanam (cùm ea maxima ſit) & repletam, atque conſtructam ab initio ex reliquiis vetuſtiſsimæ, & famoſiſsimæ Ciuitatis Amiterni, & Furconii poſt quarũ direptionem earumdem ciues conſederunt in villis quiſq; ſuis,quas amęniſsimas, & feraciſsimas habebant, & cum iam illos ruſticæ vitæ tederet, memores adhuc ciuilitatis ſuę,aliã hoc eſt Aquilam ſibi conſtruxerunt,& huc ſimul conuolitarunt octuaginta Vniuerſitates à principio ſuæ conſtructionis, quę cœperunt regi, prout hodiemet reguntur, & moderantur mediantibus Syndicis,& aliis Officialibus. Et habuerũt, & habent territoria non mediocris obuentionis in variis diuerſiſq; locis,circũ circa ipſam Ciuitatem. Imò Vniuerſitates ipſæ, & vnaquæq; carũ retinuerunt, & retinent eccleſiam intus præmemoratam Ciuitatem, in qua, ſeu quibus prædictæ Vniuerſitates congregari ſolent pro negotiis ſuis terminandis: in quibus itidem conſueuere celebrari quotidie miſſæ,& alia diuina officia per Rectores, & Paſtores animarum. Necnõ omnes prælibatæ vniuerſitates,& vnaquęque earum habuerunt,& habent depicta, impreſſaque arma,& inſignia propria in palatio,& reſidentia illuſtris Magiſtratus eiuſdem Ciuitatis Aquilæ, & in fontibus ſuis publicis: inter quas quidem Vniuerſitates reperitur collocata, poſitaq; etiã Vniuerſitas noſtra de Vio, à qua noſtri Maiores cognomẽ aſſumpſerunt de Viuio: quę extat quoque ita diues, vt omnes alias diuitiis,fortunis, & obuẽtionibus de ꝓprio territorio facilè ꝑcellat. Et hinc in fundatiõe antedictę Ciuitatis Aquilę meruit ex priuilegio, & gratia cudere monetas cum prærogatiua, & titulo in eis impreſsis, LIBERTAS AQVILANA, prout teſtantur ipſæ antiquæ, & priſcæ monetæ. Imò ita creuit eadem Ciuitas Aquilana à principio,vt ea quatuordecim mille quippè focularibus ſupputata, numerata, & repleta diſcernebatur. Et hoc pręſertim ratione circuitus,qui Ciuitatem ipſam re ipſa ſpatio quatuor miliariorũ ambit,& ipſa centum turribus pręter arcem maximam inſignita. Non mirum ergò fuit, ſi temporibus illis,& pręſertim in anno 1423 & ſequenti dum reperiebatur obſeſſa à Braccio Montonio,& Nicolao Piccinino Peruſinis illuſtriſsimis,& ſtrenuiſsimis militibus maximo cum exercitu per treſdecim mẽſes continuos propriis viribus animi,& corporis

cos

eos præcipitauit atque perdidit, reportando vi-
ctoriam perpetua,& immortali memoria, & lau
de dignam. Apparetque etiam Ciuitas prædi-
cta taliter Eccleſijs ornata,decorata, & illuſtra-
ta, vt meritò inter alias omnes Ciuitates Italiæ
gloriari valeat habere decem & octo Eccleſias
collegiatas clericorum,in quibus, & vnaquaque
earum adſunt Rectores, Archipresbyteri, Ab-
bates, Priores,Canonici,& Cappellani,& in illis
itidem recitantur quotidie ſuis congruis horis
officia, & horæ canonicæ. Item habet quoque
decem Monaſteria, & Eccleſias collegiatas Mo
nialium, quæ à tempore immemorabili vixe-
runt,& viuunt tali ſanctitate, vt his temporibus
inter cæteras Italiæ religioſas electæ, ac deſtina-
tæ extitere aliquæ moniales de mandato Papæ,
Monaſterij Sanctæ Claræ, & Sanctæ Luciæ eiuſ-
dem Ciuitatis ad reformandum primarias Ec-
cleſias, & collegia Monialium Ciuitatis Neapo-
lis.Imò eademet Ciuitas Aquilana habet etiam
quatuor Patronos, Protectores, & Defenſores.
Vndè in ſubterranea Eccleſia Sancti Laurentij
eſt verè corpus Sancti Equitij Abbatis,de cuius
vita, & miraculis mentionem fecit Beatus Gre-
gorius in ſuis dialogis. Et in Eccleſia Sanctæ Ma
riæ Collis Maij reperitur etiam corpus Sancti Pe
tri Cæleſtini Summi Pontificatus verè paſtorali
cura inſignis. Necnon in Eccleſia Cathedrali
ſubterranea adeſſe corpus Sancti Maximi Mar-
tyris non dubitatur. Et in Eccleſia deniq; San-
cti Bernardini in toto orbe terrarũ celeberrima
reperitur illud diuinum, & ex omni parte inte-
grum,& incontaminatum corpus illius Bernar-
dini Sanctiſsimi, quod capſa argentea miro ar-
tificio conſtructa valoris vinginti millia duca-
torum cuſtoditur,quibus quidem Sanctis, & ele
ctis Dei, & Patronis in conſpectu ipſius Dei exi-
ſtentibus non ceſſo quotidie humiliter, & deuo-
tè commendare propriam Patriam, me ipſum,
& familiam. Et denique in eadẽ Ciuitate Aqui
læ talis aeris temperies innata extat, vt in eius
territorio, tam magna croci quantitas oriatur,
vt toto orbi terrarum ſufficiat. Proinde homi-
nes in prædicta Ciuitate,& eius comitatu ita ſo-
lertes, & ſummo ingenio præditi, atq; limitati
iudicij apparent, vt dubio procul in omnibus ar-
tibus, & ſcientijs inter primarios totius Europæ
connumerari queant. Sunt pariter ita alieni ab
hæreſibus,vt inibi nullo vnquam tempore (Deo
annuente) audita fuit labes, ac ſuſpitio aliqua
quamtumuis minima de hæreſi. Suntque ita no
biles,inſignes,generoſi,& magnanimi,vt omnes
Gentes,& Nationes allicere ſoleant:& eorum fi-
delitas erga Sereniſsimum D. Regem Catholi-
cum ita ſemper perſpicua, & naturalis,& ſynce-
ra,& incontaminata apparuit,& apparet, vt ſem
per etiam nuncupari re vera potuerunt, & poſ-
ſunt fideliſsimi ſuæ Cæſareæ, & Catholicæ Maie-
ſtatis, contra lymphaticum, inſipientem, & fa-
tuum Vulgum, & contra alios quoſcunque ma-
ledicos,atque mendaces. Intantùm,quòd ante-
dicta Ciuitas Aquilæ, cùm inclita ſit, & decora-
ta nobilitate,& diuitijs, & inſignita maxima, &
euidentiſsima fidelitate,meruit hac tempeſtate
noſtra fœlici,fortunatè gubernari à Sereniſsima
D. MARGARITA DE AVSTRIA
CAROLI V. Imperatoris maximi,& ſemper
Auguſti Filia,ſua uita durante. Et hinc in hac in
clita Ciuitate Aquilæ, mihi patria amęniſsima,
hactenus fuerunt, & in pręſentiarùm ſunt aliqui
Doctores doctiſsimi in vtraque cenſura, qui ha-
udquaquam dubitant cum quocunque alio pe-
ritiſsimo viro allegationes iuris oretenus,& etiã
in ſcriptis facere. Adeò quòd (ſi vera loqui fas
eſt)aliqui Doctores huius ciuitatis, ſunt Docto-
res nonnullorum Doctorum aliquarum ciuita-
tum, & Terrarum prouinciæ noſtræ Aprutinæ.
Habet ſimiliter eadem Ciuitas Aquilæ genero-
ſam nobilitatem, quę plerunquè contraxit affi-
nitates cum Regibus Hiſpaniæ, cum Pontifici-
bus maximis,cum principalibus familiis aliquo
rum Sedilium Ciuitatis Neapolis, & cum aliqui
bus alijs familiis nobiliſsimis Vrbis Romę, vt
teſtantur ſepulcra tam in ipſa Vrbe,quàm Aqui
læ exiſtentia. Imò Ciuitas antedicta Aquilę ha
bet etiam honeſtiſsimas familias de populo li-
teris, moribus, & diuitiis ornatas, quæ nobiliter
viuunt, poſſuntque audacter dicere attenta ex-
cellentia ipſius Ciuitatis,pręponendas eſſe nobi
libus aliarum Ciuitatum prouincię, prout affir-
mat Glo.& ibi Bar.in l. 1.C.de Alexa. prima lib.
11. Et in tantùm abundat honeſtiſsimis ciuibus,
quòd in regimine Vniuerſitatis (cùm ſint qua-
tuor Decuriones)nullus eligitur,qui artem me-
chanicam exerceat: ſed plerique ſunt uiri litera-
ti, honeſtiſsimi, & nobiliter viuentes, & Docto-
res,& nobiles ex genere.

26 Et quamuis Ioannes Antonius Campanus in
vita pręmemorati Braccii Montonij pręter hiſto
ricę narrationis filum,& extra propoſitum, tan-
quam mordax, & capitalis inimicus Ciuitatis
Aquilę ex variis, diuerſiſque opprobriis quibus
meritò ab Aquilanis affectus fuit, iniquè, & fal-
sò nõnullas calumnias,& maledicta ruſticatim,
& indignè more ſuo protulit contra omnes fa-
milias eiuſdem Ciuitatis Aquilæ: Tamen (par-
cat mihi memoria ſua) loquendo re ipſa,& veri-
tate duce ad naturalem defenſionem, & ad pro-
prię Patrię tutelam, quòd quemadmodum ipſe
Campanus fuit in prędictis obiectibus men-
dax, ita reperitur etiam in pleriſque ex ſuis ſcri-
ptis, & pręſertim in obſidio ipſius Aquilę facto
per eundem Braccium fallax, & bilinguis, vt oẽs
ſui errores, & lapſus manifeſtarentur per omnes
Hiſtoricos,& potiſsimũ per Laurentiũ Spiritũ Pe
ruſinum,per Bernardinum Corium Mediolanen
ſem,& per Angelum Fonticulanum grauiſsimos
uiros, & fideliſsimos ſcriptores, quibus magis,
atque magis hoc bellum perſpectum fuit, vt-
potè amicis ſucceſſorum Principum, quorum
cauſa

cauſa geſtum fuit. Sed miror eam in hoc uiro fuiſſe audaciam, & temeritatem, vt ciues quos nobiles, atque illuſtres, & propè innumeros habemus patrum memoria celebres paſcentia curaſſe pecora affirmare ſit auſus: quos omnes, & ſingula eorum nomina cum generis nobilitate, atque eorum geſtis referre vellem, qui eo à partu Virginis anno 1423. & ſequentibus in viuis erant, & florebant: non ſolum longior eſſem, quàm ſuſcepti negocij ratio expoſtularet, ſed etiam medio (vt aiunt) curſu deficerem: cùm hæc proprium, & deſtinatum volumen deſiderent. Nam, vt cætera ſilentio præteream, quis eſt tam hebes, & iudicio animi carens, qui non putet Aquilanos omnis rei militaris expertiſſimos tunc fuiſſe? agebatur enim de ciuium libertate cum hoſte, eoque accerrimo, qui totam nempè Italiam perterrefecerat. Nam animi pendebat ob hoc bellum (vt ait Corius) ab illo enim pendebat Romanæ Eccleſiæ ſtatus, ius Regni Neapolitani, & Ducatuum Mediolani, & Hetrurię. cùm igitur Aquilani tot menſium ſpatio ſe conſtantiſſimè defenderint, vt nullis largitionibus, aut pactis honeſtiſſimis propoſitis ad hoſtes deſciuerint: ſed eorum bona, liberos, parentes, vxores, & ciues ſine copiis auxiliaribus tutati ſint. Quis dubitet eos totam Italiam in libertatem vendicaſſe? quę ab eiuſmodi Tirannis oppreſſa iacebat, quod ſine ſummo conſilio fieri non poterat contra Campanum, qui ſuo ſe gladio confodit, dum ait Sereniſſimam Reginam Ioannam pluries literas ad illuſtres Ciues Aquilanos dediſſe, nec ad omnes ſolùm, ſed etiam ad quamplurimos particulares, quibus cum familiaritas maxima, & amicitia interceſſerat, quę ne in animum quidem Reginæ cadere poterat, ſi illi ciues fuiſſent ignobiles, vt vir ille mendaciſſimus poſterorum memoriæ mandauit. Idem Campanus in 2 lib. dicit Roſsium Aquilanum maximum equitum Peruſinorum ducem fuiſſe. Ob hoc igitur bellum tam fœliciter confectum Aquilanorum virtute totius Italię Principes, quot quot ſunt, de quorum omnium fortunis, & ſtatu agebatur huic noſtrę pręclariſſimæ Vrbi in æternum debent: cùm liberi, & tuti iam eorum bona poſſideant, quę ſi à maioribus fuiſſent per eorum hoſtes ablata, dubio procul priuati vixiſſent. Et niſi hominum memoria labilis eſſet, & aliquando hęc eadem Sereniſſimo, & Catholico Hiſpaniarum Regi Domino noſtro inſinuarent per aliquem virum pietate, & doctrina inſignem magnis nos afficeret pręmiis. Sed conditione temporum factum eſt, vt Principes aliis diſtracti curis omnia perlegere non poſſint: & ea eſt quorundam hominum improbitas, & malitia, qui ex aliorum beneficio timent, ne quid ſibi detrimenti contingat, vt vnum quidem verbum facere dignentur de tam inſigni facinore apud ſuperiores. Imò quòd peius eſt reguli quidam Hyſpani, quibus ſcilicet Sereniſſimi Regis munere, & ſtipendii cauſa ex errore quędam caſtra donata fuerunt, quę pertinebant ad Rempublicam Aquilanam: cum omnes ab vno Aquilę Pretore gubernarentur, videntes ſe iure dictis caſtris priuari, cœperunt maledictis omnibus nos accuſare. Quibus non obſtantibus vertente olim lite inuictiſſimus CAROLVS QVINTVS Romanorum Imperator omnes nobis honores, & iura contra calumniantium malignitatem cumulatiſſimè reſtituit, exiſtente prorege in Regno tunc temporis illuſtriſſimo D. Petro de Toledo. Sed poſtea interuenientibus literis quibuſdam ſuperſeſſorialibus fuit res ſuſpenſa, & adhuc pendet lis ſuper reintegratione ipſorum caſtrorum.

Braccianum autem bellum ab Angelo Fonticulano deſcriptum, ideo hoc loco apponendum curaui, vt ea, quæ ad refellendas Campani calumnias ſuperius dixi, hic clariora fiant, & maximè probentur: & vt hinc demum Hiſtoriarum ſtudioſi huius rei veritatem facilius elicere poſſint.

Belli Bracciani ſcriptoris encomium.

BRaccianum bellum Aquilæ geſtum vir doctiſſimus Angelus Fonticulanus nobilis, quidem genere, & doctrina politiſſimus fideliter ſcripſit. eoq; magis, quòd ſuis temporibus geſtum fuit, & non ſecus omnia narrauit, ac geſta fuerant: tum quia ſic decebat virum prudentem, & hyſtoricum fidum: tum quia ab illis repræhendi potuiſſet, qui tunc vixerant, ſi falſum quid nunciaſſet. nec aliter quidem ſegeſſit in cæteris ſuis operibus tam ſoluta oratione conſcriptis, vt eſt Ethymologia omnium huius regionis locorum, quàm heroico carmine decantatis, vt ſunt epigrammata pluſquam ſexcenta: in qua quidem re plus huic fidei adhiberem, quàm cuilibet hyſtoriarum ſcriptori. ſcimus enim etiam ex pleriſque hæc eadem per manus quaſi tradita ab i js, qui eo tempore vixerunt, ſemper & paſſim eſſe narrata. hęc omnia recenſuit Amycus picus Fonticulanus eques auratus, non minori doctrina ornatus, quàm animi fortitudine inſignitus: ita vt veriſſima eſſe credenda ſint.

BELLVM BRACCIANVM AQVILAE GESTVM,

A PERITISSIMO VIRO ANGELO FONTICVLANO FIDELITER NARRATVM.

In qua quidem narratione non ſolùm Aquilanorum, & Braccianorum plurimi continentur congreſſus: verùm etiam & Braccij miſerrimus exitus recenſetur.

CVM Rex Ladiſlaus è viuis deceſſiſſet, ac illi ſuperſtes ſoror Ioanna Regnum Neapolitanum
teneret; claro experimento cognitum eſt, Semiramidis prudentiam non ſine magna ratione
ſexum falſa veſte diſſimulauiſſe: Illa enim mortuo Nino, cùm viros non æquo animo mulie-
brem dominatum ferre cognoſceret, finxit ſe Nini filium, & amictu virili non modò ſerua-
uit, quod fuerat à marito relictum imperium, ſed auxit in maius, & Aſſyriorum ditionem
longè vltra veteres terminos extendit. At Ioanna credens beneficijs cæcam regnandi cupi-
C diditatem extingui poſſe, in graue perdendi Regni periculum, & cuſtodiendæ ſalutis diſcrimen
incurrit. Nã cùm a Sfortia viro in Italia bellicis rebus clariſſimo infeſtaretur, cũq; Bracciũ è Tuſcia, & Aragonũ
Regẽ Alphonſum è Sicilia in ſubſidium arceſſeret; adoptauit hunc in filium, & rata eſt eundẽ quibuſcũque periculis
ſibi in poſterum præſidio fore. Depulſo tandẽ bello, qui in filij locum adſcitus erat, qui Neapoli caſtrũ nouũ accepe-
rat, & Calabriæ Dux fuerat inſtitutus: idem hoſtẽ gerens (quaſi adoptio proditionẽ, non pietatem ſuaderet) Reginã
capere, & uinctam in Siciliam trãſmittere moliebatur, vt ipſe vacuũ Regnũ antequã illa moreretur, inuaderet. Hoc
non paſſi Neapolitani, & ille (vti malè meritus filius) adoptione reſciſſa, pulſus, reuerſus in Siciliam eſt, vbi Neapo
lim intercipere tentauit. Interim Braccius Aquilã urbẽ, incolarũ ſplendore, ac loci amænitate clariſſimã, & vniuer
ſum Aprutiũ conatus eſt uel inuita Regina ſæuientibus armis occupare. Nã cũ illa pro accepto beneficio (quod Sfor
tia olim hoſtis opera Braccij cũ ipſa redierat in gratiã) cuperet virtutis, & auxilij præmiũ rependere; Aprutiũ qua-
D ſi in prouinciæ formã redegit, atq; illi Bracciũ in decẽ annos regia ferè authoritate præfecit. Hic uero, vt erat animi
magnitudine plenus ad maiora quã uerbis profiteretur, euehebatur, & Aquilam cũ Aprutio non veluti Regni partẽ
ſtudebat gubernare, ſed tanquã propriũ arbitratu ſuo poſſeſſurus aggrediebatur. Braccius autẽ in agro Peruſino, op-
pido Montone, claris parẽtibus ortus, uir fuit maior, nobilitate ſanè magnus, rerũ uerò geſtarũ gloria maximus. Nã
que ab eius adoleſcẽtia militiã ſecutus ad eã ſtratagematũ peritiã aſcẽdit, ut Dux haberetur clariſſimus: animi enim
magnitudine, & prudenti cõſilio plurimũ pollebat; eratq; laborũ patientiſſimus, corpore validus & ſi altero pede clau
dus, manu tam natura, quã exercitatione perſtrenuus: honeſtate grauis, moderatione ciuilis, ſermone potens, gloriæ
verò ſuper quàm dici poteſt expetens. Militibus autẽ orationis ſuauitate blandiri, oportuna liberalitate largiri. Pri-
ma eius memoratu digna cõmendatio hac via militaribus in rebus effulſit. Exulabat Peruſina nobilitas ferè omnis,
cũ qua Braccius quoq; admodũ iuuenis excludebatur. Is, cũ fortuna premendo mortales non nunquã reddat eminen-
E tiores, factus eſt in exilio diuerſa militia, multiſq; laboribus præclarus, & tantũ conſecutus eſt authoritatis, tantũq;
potentiæ, vt Peruſinos, qui domi eſſent, exulẽ nobilitatẽ armorũ violentia, coegerit in patriã recipere: ipſe autẽ & à
populo, & primariis ciuibus Peruſinæ vrbis dominus electus ſit, & conſtitutus. Hinc maior factus cõuertitur benè ce
dentibus rebus ad ampliora. Et cùm Romana Eccleſia tres ea tẽpeſtate ſuſtineret ſummos Pontifices, Benedictũ in
Hiſpania, Gregoriũ in agro Piceno; & Ioannes, quãuis Piſano Concilio depoſitus, adhuc ſe ſummũ Pontificẽ agebat:
quæ Ciuitates ſub ditione eccleſię fuiſſent furente ſchiſmate iugũ, & dominatum abieciſſe videbantur. Inuadit igitur
Braccius quę ſedi Apoſtolicæ paruerãt oppida quãplurima, atq; illa ſuo poſſidet, et gubernat arbitrio. Depoſitis autẽ
Benedicto, & Gregorio, MARTINO verò Columna poſt hos, & Ioannẽ, Pontificatũ adepto, reuixiſſe viſa eſt
Eccleſia, & vrbes quaſcũq; Braccius occupauerat Pontificia authoritate repoſcũtur. At Braccius renuere primùm,
& ſe dicere armis illa conſecutum, armis porrò ſeruaturum; mox tamen intercedente Rep. Florentina pollicetur reſti
F tutionem, & redit in gratiam cum Martino. Sed cùm ſummus Pontifex Florentia digreſſus Romam ſe recepiſſet,
& Braccius promiſſis non ſtaret, nec quę pollicebatur, oppida reſtitueret; rurſus à Pontifice diſſidet, cui tanquàm
ſacrilego, quòd eccleſiaſticis incubuiſſet, aqua, & igni interdictum eſt. Sentiunt igitur Aquilani, aduertuntque
magnam eius animi libidinem dominandi, & abiecta, quam in eum maximam ante id tempus ſeruauerant, beneuo-
lentia, prætorem, quem primùm Braccio inſtituente admiſerant, tanquàm incendij principiũ urbe, & magiſtratu ex-
trudunt: ſiquidem frequenti concione decretum eſt, vt quia Regina proximis diebus adoptione reſciſſa Alphonſum
Aragonum Regẽ ipſam capere, captamq; vincire ſtudentẽ depulerat, adſciueratq; Aloyſiũ Regẽ in Calabrię Duca-
tũ, & ſperatã ſui Regni ſucceſſionẽ; Aquila quoq; dominũ pariter cum Regina eundẽ Aloyſiũ fateretur, neque, quæ
Regi ſemper, aut Reginæ paruerat, Braccio Peruſino ciui obtẽperaret. Itaq, legati ad Aloyſiũ, qui Romę cunctaba
tur hac de re miſſi ſunt. Hoc autẽ cũ Braccius nouiſſet, arbitratus eſt poſſe Aquilanos ſiue minis perterritos, ſiue blã

G diciis illectos à libera, & iã conſtituta ſentẽtia deflecti. Nouerat n. ſi Aquilã ſibi parere cõpuliſſet, facilè totũ Apru-
tium ſe in ſuã ditione acturũ: ſin ea parere abnueret, fore, vt omne Aprutiũ eius dominatũ recuſaret. Nam vt poſt
eius exitũ latiſſimè patuit, amicis ac domeſticis, quibuſcũ arcana cõmunicare ſueuerat, ſæpius aperuerat non tantũ
his ſe contentũ, ſed omne proculdubio Regnũ hinc ſibi parari, & pẽdere auſpicari. Mittit ergo Braccius Aquilã lega
tos, & eius voluntatẽ iubet Aquilanis prudenti facundia, & aſtuta interiecta calliditate declarari. Regebatur Aqui
lana Reſp. uelut hodie ſex uiris. horũ primus appellatur Camerarius, reliqui præcipuis quinq; artibus Ciuitatis ab om
ni iniuria vindicandis præfecti ciues, iique primarii quinque uiri nomina ſortiti fuerè. Ex artibus literatura præcedit,
ſubſequitur proximo loco mercatura, tertia metallorũ, pellium quarta, poſtrema vero nobilitatis quæcunq; eſſet indu
ſtria. Camerarii magiſtratum gerebat tunc Rentius Nuccii, ex quinq; viris præerat pro literis Notarius Petrus de
Luculo, Paulus Nicolai Pauli pro mercatoribus, pro fabris Nannes Pandulphus Berardi filius, pro pelliũ curatori-
H bus Micus Stephani, Matthæus Butii nobiliũ vicẽ gerebat. Hos ubi legati adiuerunt, & docuerunt ſe miſſos à Brac-
cio, hoc ferè ſenſu legationẽ expoſuerũt. Mirari Bracciũ ab Aquilanis eũ prætorẽ extruſum, quẽ prius admiſſum
probauerãt, quẽq; nulla fraude, nullo crimine, nulla deniq; ſuſpitione diſſimularent: cognoſcere ipſos Bracciũ Aquila
no populo amiciſſimum, Reginæ ſupra quã dici poſſet acceptũ, & ab ea toto Aprutio inſtitutũ Gubernatorẽ: quamob-
rẽ poſſe amicitia eius Aquilanis tũ cæteris in rebus prodeſſe, tum maximè Reginæ gratiam augere: monere igitur, vt
pareãt inſtituẽti, ne dũ ipſum renuunt Gubernatorẽ, in Reginæ odiũ, & irã dilabantur: ipſum autẽ, quòd prætorẽ eie
cerint, niſi pertinacia intumeſcant, ob amicitiã ignoſcere: at niſi Reginæ voluntati, & ei gubernanti obſequantur fo-
re, vt ſpectante Regina propediẽ cingantur obſidione: quare dũ ſpatiũ deliberandi cõceditur, amicitiã eius cuſtodiant
potius, quã Bracciũ hoſtẽ experiantur. Hæc cũ audiſſet Camerarius collegas intuens, ubi ſententiã ſuã eis quoq; pro-
bari animaduertit, placidò vultu legatos aſpiciens, cõuocabimus (inquit) noſtros ciues, vt quoniã res iſta grauiſſima
I eſt, ipſi nobiſcũ quodcũq; uidebitur, vſui fore deliberẽt: cũq; nobis tenendã ſententiã decreuerimus, admitti vos iube-
bimus, vt quæcũq; ſint uobis referenda percipiatis: inde legati in diuerſoriũ digrediuntur. Camerarius verò ciues con-
feſtim iubet concionem accelerare, concurrit Ciuitas frequens, proponitur dudũ accepta legatio: & quoniã erat omni
bus eadẽ ſententia, breui ſtetit, nullũ eſſe Aquilã præter regiũ iuſſum toleraturã: quod vbi legati ad Bracciũ retule-
runt, & is cognouit non procedere, quod magna ſpe cõmotus intenderat, ſtatuit, quæ conſiliis non potuerat, & cõſequi
exercitu, & bello: quippè quẽ puderet voluiſſe aliquid, et fuiſſe aggreſſũ, quod fruſtra ſe cœpiſſe indoleret; protinus igi
tur ad oppugnanda hanc vrbẽ intendit, & quas habuit copias armis, & bello neceſſariis rebus inſtruxit, tũ nouo mi
litũ numero exercitũ auxit, collegitq; equitum, ac peditũ quinq; millia pugnatorũ, feruet Hetruria, conſectantur ar
ma in caſtra, ſcribuntur ordines, & militibus ſperatur præda non mediocris. Poſtquã ex ſententia Braccius agmen
inſtituit, longis, et arduis itineribus profectus in agrũ Aquilanũ, aggreditur caſtella montana, & anno ab orbe redẽ-
K pto M. CCCCXXIII. nonis Maiis. Poſtam occupat, in ſummo monte poſitũ oppidũ, inde Santongiã ui capit, &
Borbonã; atq; his principiis proſperè cedentibus factus eſt ob exiguã victoriã inſolentior, minatur vrbi exitiũ, horta-
tur cõmilitones, & parato diligẽtius agmine deſcendit in loca plana Pizoli, quod diſtat ab urbe paſſuum millibus ſex:
atque hìc aduertit ſuos ob hoſtiũ vicinitatem, conſpicuæq; Ciuitatis magnitudinẽ trepidare, quippè qui iam vndique
circũſurgentibus Appennini collibus in cãpo non magno ſe circũſeptos aſpicerent, querebantur ſeſe locorũ ignaros in
aſperã regionẽ plane inductos ad cædem: tunc ille iubet adeſſe omnes, ac medius ipſe, & albo equo ſublimis huiuſmo-
di oratione dicitur allocutus circũſtantes. Nihil eſt, quòd poſſit nobis eſſe timori o uiri fortiſſimi, fortuna ſe nobis ex-
ponit ſecundã, hoſtes territi concluſi mœnibus, nuſquã audent occurrere, omnia, niſi (quod alienũ eſt à uobis) in tuto
formidetis, certa pollicentur victoriam, permagni refert, ubi quid facturi ſint mortales, fauſtũ principiũ ad illud ape
riri, ſiquidẽ & qui aggrediantur, animo, atque viribus augentur, quod uobis euenire intelligo, & qui premuntur, nõ
L poſſunt non mente, atq; aliis præſidiis debilitari, quod Aquilanis obtigiſſe nemo eſt ueſtrũ omniũ, qui non videat: Nã
vt omittam quãto facti ſitis ob triũ caſtellorum victoriã alacriores, id enim in uobis eſt, & ipſi poteſtis ſine aliena de
monſtratione iudicare, quid animi cenſetis eſſe Aquilanis, cũ ſentiant, quæ munitiſſima caſtella nobis eſſe impedimẽ-
to potuerant, primo noſtro, & repentino aduentui ſuccubuiſſe? Nec minùs illud vos poteſt in audaciã accẽdere, quòd
vulgus Aquilanorũ præliis nequaquã aſſuetũ, ſi obuiam prodire nõ timuerit, temerario conflictu, ac ſine vllo ſangui
ne noſtro profligabitur: ſin mœnibus ſe maluerit continere, aut fame ſit in ſterili ſolo breui periturũ, aut ſiti, cũ aquas
ſine vlla difficultate ab urbis aditu deriuauerimus. Neq; habent hoſtes undè poſſint expectare ſubſidiũ, neq; quorũ
fortuna ſe inclinauerit, hi poſſunt hominibus fauorẽ impetrare. quid eſt ergò, quod uereamini? Imò quid eſt, quod non fir
mo voto ſperetis? nihil enim hic præter operã veſtrã deſideratur: nunquã erũt Aquilani Tudertinis, nunquã Nar-
nienſibus, & aliis, quos viciſtis fœliciores: vnũ illud præ omnibus moneo, vt velitis ad nouã tantũ victoriã animũ intẽ
M dere, ſed illud curare diligentius, ne gloriã aliis facinoribus, aliiſq; victoriis partã, nunc malè pugnando per ignauiã
amittatis. Hæc ubi dixit, & ſuos omnes magis audere percepit, iuſſit eos aduenientе nocte conquieſcere: poſtridie ue-
rò diuerſas villas iã vacuas inuadit, earum cultores in arcem natura, manuque munitam confugerant quibuſque cũ
ſuppellectilibus melioribus eodem conuectatis. Adoritur ergò caſtellum tumultuario concurſu modò plenum, id quia
pacis temporibus habitari non conſueuerat, grauiſſimo tenebatur oppidanorum incommodo: atque puerorum, & fœ
minarũ ploratus vix incluſos, & loci breuitate impeditos viros permittebant irruentes hoſtes à muris, & oppugna
tione depellere. Potitur tandẽ Braccius caſtello Pizolanorum: & quanquam ea loca multa rerum oportunitate re-
ferta ſint, placidis riuis, pratis virentibus, ubertate pomorum: nulla tamẽ amœnitate pellectus, ad Aquilana mœnia
obſidenda cupida celeritate properabat: Non tamẽ adeò potuit concitatis itineribus aduentare, quin Aquilana iuuẽtus
interea cõmodè ſe armis, atq; animis ante eius aduentum inſtrueret. Erant ea tẽpeſtate in vſu frequenti arma ab his
bis ferè

A his ferè diuerſa, quibus hodie milites vel pugnant, vel proteguntur. Clypei rotundi, & quadrata forma grandes, &
quibus toti penè homines tegerentur, cōpacti tabellis ſiculneis, duris pellibus obducti; Et quibus ferreę laminę decora
firmitate pręfigerentur: Lanceę cubitorum circiter decē breuiſſimo ferro præfixæ, & conti, atq; iacula recentioribus
firmiora, ut enſes alij, alij longiores, & in acumen protenti equitibus, quàm peditibus magis accōmodi: ſcorpiones li-
gnei oēs, & multū ſtabiles, quibus haſtas in ſingulas, quaſi phalaricas contorquerēt: Galeę frequentes in occiput ſub-
mittebantur, ac inter ipſos humeros deficiebant, aliæ prominebant in conū, vt inde ſuper incuſſæ ictu nequaquā diſſi-
lirēt. Florebat tūc familia Camponiſcorū in noſtra Ciuitate primaria, in ea viri celeberrima virtute inſignes: ade-
rat Antonutius bellicis rebus, & in Gallia tranſalpina, & in Italia pulcherrimè geſtis latè clariſſimus: aderant eius
fratres magnitudine animi, & conſilio non inferiores, Aloyſius clara dignitate Montorij, & nobili titulo magnifica-
tus, Baptiſta pectore & ingenio prudentiſſimus, Pyrrhus quaſi omine certo nūcupatus hoc nomine ab Aeacidarum
B genere demiſſò, & eorum ſobrinus Melchior tā manu, quam facundia ſpectatus; his viris augebatur ſenatus Aqui-
lanus, & quæcunq; ad Ciuitatis defenſionē facerent, certis, & ad illa delectis viris edixerat: Alijs mandata eſt porta
rum cuſtodia: multi muros tenent: vniuerſaq; Ciuitas præſidiis circū munitur. Antonutius Camponiſcus, quę Paga
nicā ſpectat, maiorem vrbis partē ſeruat: Aloyſius, & Baptiſta ſuis cū equitibus per pomerium vrbē aſſiduo curſu
circūdant, atq; hos increpant, illos hortantur, laudant induſtrios, in deſides ſæuiunt. Camerarius, & quinq; viri, niſi
grauibus cauſis nihil curiam deſtituunt, ad hos deferuntur omnia, hìc fit crebra conſultatio, hinc mandata ſuſcipiun-
tur. Curatum eſt, vt ante ſingulas portas firmis, & obliquis trabibus figerentur cancelli, & eius foſſarū ductus præ
tenderentur; ne ſuperuenientes equites hoſtiles irruerent, & vt noſtri faciliori aditu haberent, quò cōmodè confuge-
rent, & ſe reciperent. Melchior ad portā Riperiæ curabat, vbi fons ille uberrimus, ſex & triginta latis, & diſtin-
ctis fiſtulis eiaculatas aquas ad noſtrā vrbis partem confundit. Pyrrhus murorū latus occupauerat, quod templum
C Mariæ de Colle Maio ſpectat, quaſi hinc porta non celebri ſæpè improuiſus in hoſtes erupturus: toto ambitu mœniū
interdiu galeæ, atq; arma cętera fulgent: noctu facibus, & lanternis micantibus viciſſim confuſa vigilum voce cla-
matur. Hac diligentia, & hoc ordine ſe muniuerat Senatus, & Populus Aquilanus, cū pridie idus Maias Braccius
ad Aquilanorū pſpectū exercitū promouit, qui toto latiſſimo campo ſpargitur; Vndè facta eſt in vrbe noua trepida
tio, ſiquidē ætas, & ſexus infirmus occupatur terrore: Patres ſollicitantur conſilio, iuuentus autē armis, & audacia
cōtumeſcit, tota vrbe clamat, vbiq; arma, vbiq; ſcuta tractātur, cāpanarū creberrimus pulſus omni regiōe immur
murat, & reboat; Curritur ad portā Labar eti: hoſtes in ipſas vſq; foſſas, & cancellos impetunt: egreſſi Aquilani oc
currunt, clamatur vndiq;, ac tanta ferocitate pugnatur, vt vix cācelli dirimerētur, vix contos torquere, & mouere
haſtas in acie confertiſſima vacaret: gladijs ergò res agitur, & pulſu clypeorū. Bracciani tamen quò inſtantibus equi
tibus iuuentur, vrgebant intentius, & eorū impetu cancellorū pars euulſa proſternitur: nullus tamē in eo conflictu
D cæſus, pauci vulneribus, et ijs quidē non grauibus notati. Erant propè portā domus quædā, et ſuburbium non magnū,
in hoc antequàm pugna ſolueretur, cœptū igni incendiū excitari, atq; idē nunquā inſtaurandū procubuit, ac tātula re
cōtentus eo die Braccius receſſit in agrū Pizolanū: quē ſupra ſex millibus paſſuū ab vrbe diſtare docuimus. Aquila-
ni facti ſunt ob eam pugnā ardentiores, quòd hoſtes expertim nihilominus vincendos, quā victuros agnouiſſe uidebā
tur. Die verò, qui ſecutus eſt, Braccius agmine facto, & Aquilam dextra relinquens, vinetis, & collibus ſuperatis ad
oppidum Paganicam deſcendit. Erat autem Paganica caſtellum pulcherrimum, & diuitijs refertum, vbi nunc eiuſ-
dem nominis pagus habitatur: Plaga loci aprica, montis radicibus rigua planicie ſubiecta, ſolo fertilis, cultu facilis,
amęna fontibus, & decurrentibus riuis; vndè Paganicorum nomen originē duxiſſe non dubitauerim: tametſi indige
næ nigri Aethyopis caput inſignibus appinxerint. Huc ſpe prædæ allectus Peruſinus, & alia bellica tormenta, &
bombardas non paucas aduexerat. Cumq; natura, & firmis mœnibus oppidum tuto munitum vidiſſet, iuſſit illud
E circumdari aggeribus, & in ijs propugnacula oppidanis muris æmula configi: tentauit exinde ſine pugna, ſolo expu-
gnationis terrore conſequi uictoriā: videbat enim non abſque plurima cæde ad muros poſſe perueniri, quare cùm ſæpè
quidem, ſed fruſtra incluſorum colloquium petiuiſſet, nono poſt obſidionē die, iubet exercitum mœnibus circumfundi,
afferri ſcalas, fundamenta ſuffodi, ſagitis pugnatores à ſummo muro depelli, clamantes vrgere vincere; pariter ergò
circumcurritur vndique, nulli ſegnes, nulli trepidi ceſſabant, fit clamor virorum, fit armorum, & venientium
telorum ſtrepitus: valles, et vicini colles bombardarum boatu reſultabant. At Paganici tacere intrepidi, reſiſte-
re, deuoluere ſaxa, quæ grandia eſſent, iaculari minora, atque omni ſilentio, quo poterant omni conatu, omnibus telis
quiſq; pro ingenio properat detrudere ſcalas, foſſores conterere, ſimulq; longè pugnantes plumbeis, atq; fulgureis pi-
lulis ferire alios, alios deterrere: Donec laſſi Peruſini reuocante Duce digreſſi ſunt peracta oppugnatione. Demū Brac
cius in tentorium ſe recepit, vbi quid rerum eſſet actū iubet explorare, nouit è numero ſuorum plurimos, & eos qui-
F dē ſtrenuos occubuiſſe: nam quo quiſq; animi plenus ad muros magis acceſſerat, eò celerius ſe obiecerat periculo: in-
doluit ergò non aperto mœrore, & tā atroci obſidione caſtellū occluſiſſe tacitum pœnitebat, pudebat tamē tot labores,
tot ſumptus, tot dies incaſſum aſſumpſiſſe, & inde diſcedere ſine victoria: Quos enim meditatus fuerat, terrore tantū,
aut pollicitis expugnare ueluti bellicarū rerū ignaros, & formidoloſos, eos pugnantes & intrepidos experiebatur.
Hæc tā varia cura vrgebat noctu ſollicitū: dū cōcluſi Paganici timētes hoſtes, quibus cœperāt eſſe timori, augebant
ſtolido cōſilio formidinē: atq; Braccianis iubēte Duce clamātibus alacrius, cōflantibus ignes crebriores, cladēq; in-
gentē ficta lætitia diſſimulātibus; cœperūt alius aliū timida oratione ſollicitare, exercitū eſſe numeroſum, quo claude
rētur, hoſtem crudelem ſeſe diu reſiſtere non poſſe, ſubſidium tamen, & ſi mittatur, intercludi, quare non eſſe ho-
ſtem vlterius exaſperandū, ne temerè pugnādo in ſeipſos mox ſuperādos moliantur crudelitatē. Hac in vulgus manā
te perſuaſione, datus eſt locus timori, & ad deditionē faciendā quęſita eſt via. Electi igitur qui plus ſapere, quiq; faci

G *lius ſententiam dicere iuſſi ſunt, atque à muris demiſſi per funem ad Braccium intempeſta nocte perducuntur à vigi-
libus. Hos vbi conſpicatus eſt Braccius, & audiuit quę peterent, quibuſué conditionibus ad eius fidem confugerent, a-
lacri vultu paciſcentes admiſit: & quamquàm gaudebant, lętiores tamen, & magnis pollicitationibus in maiorem
ſpem erectos, & delinitos ad expectantes oppidanos dimiſit: poſtea verò quã aperta eſt dies, cuncti ferè Paganici
patentibus portis ad Bracciũ ſalutandũ egreſsi ſunt, quos ille vt erat prudentiſſimus, & facundus ſperare monuit ui-
uendi tranquillitatẽ, ſeque non excidium Aquilanorũ uelut hoſtẽ expetere, ſed curã, & amplificationẽ gubernato-
ris more ſibi vendicare: cũ ea ſit Reginę voluntas, vt ipſe annis decẽ vniuerſo pręſit Aprutio, atq; eius prouincię ſer
uet, & defendat incolumitatẽ, neq; poſse quemquã Braccio eſſe contrariũ, niſi qui Reginę aperta voluntate rebellaue
rint: quare dent operã, vt in Reginę, atque ſui fide permaneant ſeruaturi mandata quęcunq; ipſe proponeret, neque ci
uium Aquilanorum minas verituri, quippè qui breui ſint in eius poteſtatem redigendi. Hęc vbi dixit: cũ vltra quã
H ipſe peteret, intueretur eos polliceri; cogit ſingulos quæcunq; pollicerentur affirmare iureiurando ſe facturos. Aſſeri
cum, et Peſculum Maius in ipſa Paganicorũ obſidione, cũ ea ne uidiſſet quidẽ, à legatis acceperat. Poſteaquàm hæc
tranſegit meditatus aliis quoq; Aquilani agri caſtellis potiri proſpexit ab eminenti loco, & ad dextrã, & in Eurum
campos latè patentes, eoſq; perpetuò montium iugo circunclusos, & ad ipſas montiũ radices in apricis collibus ca-
ſtella non pauca inſidere, fluuium quoq; amęniſſimũ medios agros dirimentẽ corona populorũ, & ſalicetis incingi.
Tranſmiſit ergò planiciem, & concitato agmine venit ad caſtellũ nomine Foſſam ad alterũ cãpi latus in arduo montis
dorſo collocatum, nec tantum oportuit illud oppugnari, neq; minis quidẽ terrere, Paganicorũ exemplo permoti vix
domino appropinquãti obuiã prodeuntes oppidũ, claues, & obedientiam obtulerunt. Erat in proximo ad Eurũ ædes
quędam Diuo Euſanio dicata nimirùm auguſta, & egregia, huic adhęrebant domicilia non multa, horũ incolę huc ſe
receperant in ędem propugnaculis, & altis pinnis, & foſſis munitam; tũc verò pluſquàm ſatis erãt perterriti, nec pin
I nis, nec propugnaculis freti ad ſolam Braccij fidẽ confugerunt, atq; hanc geminam, & tã facilẽ victoriã vno conſecu
tus eſt die, & quaſi ventis agitatum incendiũ oppida popularia, & finitima corripuit. Rurſus abſcedens à flumine ad
ſiniſtrum cliuum exercitum cõuertit, qui mollis eſt, & apricus, atque ibi aggreſſus eſt caſtellum Bariſcianũ: quod cũ
paucis ante temporibus habitari non conſueuerit, hominibus quàm domiciliis plenus erat. Eſt ea regio ſterilis ſine vl-
lis arboribus, pabulis tantũ idonea gregibus ęſtiuis menſibus nutriendis: Huc ergò cùm omnes Bracciani aſcendiſſet,
ſectati ſunt primũ greges, mox quarto die potiti ſunt Bariſciano, cuius incolas Braccius cum pollicitationibus, iiſque
amplis in ſententiã ſuam demulcendo pellexiſſet, iurare coegit ipſos ab eius fide nunquã diſceſſuros. Occupauerat iam
terror omnem Aquilani agri regionem, atque rumores victoris Ducis magis, quàm arma vincebant: nam progreſſus
ex illo magis ad Orientem ſuſpexit oppidum aliud alto cliuoſo, & ſummo monte impoſitum nomine Leporanicum;
nec fuiſſet auſus illuc aciem ſubducere, nec ruſtici loci opportunitate potitus: nam quanquàm pauci multũ tamen exer
K citum detruderent; populatus tamen agros, & villas non longè iacentes, cùm illi nouum hoſtium incurſum, & ſuarũ
rerum vaſtationem à ſummo caſtello deſpicerent, rati commodius eſſe pugnam non expectare, quàm ſtratis iam vil-
lis murorum quoque ſtragem conſpicere. Egreſſi ergò Braccij ditionem vltro ſua deditione amplificauerunt: & qui ſi
ne manibus potuiſſent agmini, & pugnantibus militibus ſolo loci auxilio reſiſtere ruſticana formidine perterriti, nec
oppugnati quidem in turpem deditionem peruenerunt. Lætus iam Braccius non ideò ſolùm, quòd Aquilana caſtella
ſine ſanguine, ſine ſudore caperet; verùm etiam quòd agreſtes vincendo Aquilanis ciuibus timorem non medio-
crem incuteret; vadens vlterius, & vltra quàm paulò ante nominauimus, planitiem in eminenti colle aggreſſus eſt
oppidum Phaiianum; idque, cùm leuibus pugnis duobus tantùm diebus infeſtaſſet, in fidem, & deditionem recepit. In
de reuocatus amœnitate fluuiali ad vltimam camporum partem deſcendit, vt ibi Stiffium caſtellum nõ magnum, ſed
natura munitiſſimum expugnando cõſequeretur. Eſt autem ibi ortus aquarum proculdubio mirabilis: Siquidem qui
L cunque torrentes in ſummis, & interioribus montibus vno quodam loco, & iacentibus pratis confluunt vaſto monte
pertuſo ad eum cliuum emergunt, & efferuntur in lucem, ubi Stiffium eſſe diximus: atq; is curſus aquarum ita præ-
ruptas rupes longa temporis uetuſtate peredit, ut uallem tam alterũ rupium aſpecta, quàm cadentium aquarum ſo-
nitu terribilem effecerit: ſummo uerò caſtello turris inſedit teres, et obiter ad imũ lacuna profunda adeò, ut ad turrim
aditũ ullũ eſſe non permittat: Reliqua pars murorum ita præcipiti loco poſita eſt, ut facilè poſſit ſine ullo munimine
teneri. At Braccius quò munitius caſtellum hoc intuebatur, eò nitebatur auidius, ut illo quocunq; modò potiretur, ue
rũ neq; bombardis, neq; aliis bellorũ tormentis poterat quicquàm promouere, et fortaſſis ad morẽ cæterorum timore
uicti eſſent, qui armis non uincebantur. Sed inerat eo loco uir quidã ſtrenuus, & magnanimus, cui nomen erat Anto
nutio Marini filio: Hic ergò non minus, quàm munimentũ Stiffium aduerſus Braccianos ſeruauit inexpugnabilem.
Omnia demum Aquilani agri caſtella breui ad Braccium defecerunt, præter Stiffium, Roccam Mediam, Fonticulos,
M & Nauellos. Petit deinde Braccius Carapellem, hoc oppido potitus obſedit Oſenum, quod poſt primam oppugnatio-
nẽ pactis fœderibus adhęſit Peruſino. Tertiodecimo tandẽ Fonticulos rediit, & circum poſitis caſtris obſidione illos
aut terrere, aut ad deditionẽ cõpellere exiſtimauit: & cùm uidiſſet Braccius, nec Stiffium, nec Fonticulanũ oppidum
expugnari poſſe: calliditate oppidanos circumuenire putauit: motis omnibus inde copiis Aquilã uerſus iter capere fin
gens, ad uallem, quæ Riuula nuncupatur, applicuit: ibique Piccinino cum equitibus circiter quingentis in inſidiis poſi
to, ipſe timpanorum tinnitibus, & tubarum clangoribus ad Diui Demetrij caſtramentatus eſt. Interea Fonticulani
quidã agricolę pręſertim, hoſtẽ abiiſſe rati ad colligẽdos croceos flores, quorũ maxima tũc erat copia, exire ſunt auſi.
Hos è caſtro Faniani ſigno dato Piccininus inuadit, & pleroſq; propè Celleſium fontẽ in planicie deprehendit, & ad
Bracciũ captos abducit, qui benignè quidẽ excepit, et blãdis uerbis libertatẽ pollicetur, ſi efficiant, ut cæteri Fonticu-
lani ſe dedant: id dum ſe nulla ratione uelle, aut facere poſſe negant, minis, & conuiciis in carcerem detrahuntur*

pridie

A pridie autem eius diei, quæ fuit quarto Nonas Octobris, prope oppidi muros ligati. ac Fonticulanis conſpicui circum-
ducuntur: vt de deditione facilius putarent. verùm cum eodem die vir ſtrenuus, & rebus bellicis experiens Roſius
Guelfallionus Patauio in patriam reuolaſſet: & cùm tantam ignominiam ægerrimè ferret, vaſtos quoſdam molares
ita parandos curauit, vt pilis inde miſſis hoſtiles ſariſſæ, & haſtæ pleræq; frangerentur. deſperata itaq; & obſidione,
& deditione in turrim quandam Famianenſem reducitur præda, & poſitis cuſtodibus ibi deſeritur. quibus eiuſdem
Roſii induſtria cęſis, breui libera domum reuertitur. nec in poſterũ vnquam Bracciani Fonticulos petiere, ſiue quia
Roſii vires experti fuerant; ſiue quia Braccius, & Roſius (vt creditum fuit) poſtquam apud Derutam Etruriæ op-
pidum ſimul conflixerant, alter cum altero in gratiam viciſſim redierat. ſiue vt ferebatur à quodam ſpiritu, quem
magicis artibus, et incantationibus in vitrea phiala circumferebat, ſe Fonticulis vita deceſſurum perceperat. vtrum-
que ſe res habet, ex eo tamen die res Braccianæ cœperunt retro ſublaſſæ referri. & eiuſdem Roſii cõſilijs plures Brac
B cianorum conatus irriti facti creduntur: vt & in vltimo congreſſu apertiſſimè viſum fuit. Hinc rurſus Aquilã Brac
cius repetens Monaſterium Diuę Mariæ de Colle Maio ſolo ſtadio ab Aquilanis mœnibus diſtans, occupauit; & vbi
Arenaria dicuntur, ſedere iuſsit exercitum. obſeſſa urbe regreſsi ſunt Aquilanorum legati, qui nuper ad Regẽ Aloy-
ſium profecti eius nomine Antonellum Pappacodam Neapolitanum produxerunt, & non aduertentibus hoſtibus
in vrbem recepti; & cùm Aloyſii, & Summi Pontificis Martini largam auxiliorum pollicitationem retuliſſent, fe-
cerant ciuitatem ad reſiſtendum alacriorem. Vrget interim Braccius, & ex ipſo Diuæ Mariæ Monaſterio ferit vr-
bem bombardis, atq; ab Arenarijs iubet aciem clypeatorum ordine inſtructo mœnibus accedere: Aquilani tamen ne
que bombardas extimeſcere, neq; propinquantibus hoſtibus exire obuiam ceſſare: Quinimò longè à muris ſagittatis,
iaculisq; armati præcurrere. Perusinorumq; impetum animo præſenti repulſare. Mouit deinde caſtra obſeſſor, &
ad eam vrbis partem progreſſus, quæ Boream ſpectat in Valle Santantię totis copijs conſedit, ratus Labareti portam
C ſuorum incurſibus magis obnoxiam. cùmq; aquam nouiſſet ex ea valle in vrbem occulto meatu perlabi, ruptis fiſtu
lis omnes ferè Aquilanos fontes exiccauit. ſed ne quid minimum Aquilano populo timoris incuſsit, quippè cùm plu-
ribus in locis præſertim qua vergit ad fluuium ea vrbs ſcateat fontibus vberrimis. Dum Braccius hic tenuit exerci-
tum, venit ad eum Reginæ legatus, monetque, vt ab Aquilana obſidione iubente Regina recedat, neq; illa inuita ſuos
populos infeſtet, neq; decere, vt quos ipſa ſeruandos commiſiſſet, horum ipſe machinetur excidium. At ille iuſſa con-
temnens Reginæ voluntatem inquit non eſſe liberam, & ea tantum conari, quæ quidem alieno conſilio decernantur.
deinde cùm hinc diſceſſum pararet: adeſſentq; Florentinorum legati, volo (inquit Braccius) antequam à nobis abeatis,
huius exercitus vires, atq; animos intueamini. Moxq; poſitis equitibus in inſidijs iubet inſtructos pedites ad Labare-
ti portã incendendam irruere. Agebatur iã hora vigeſimaſecunda, & Aquilani ciues ferè omnes prẹter portę cuſto
des redierant ad cęnã. Irruentibus aũt Braccianis obſtitit cuſtodia, & ſublatis vtrinq; clamoribus, cõfeſtim manante
D tota vrbe tumultu excita eſt ciuitas, & ad Labareti portã concurſum, atq; vt noſtrorũ numerus ſingulis ſuperuenië
tibus augetur; ita Bracciani męnibus ceſſante conatu propelluntur. cũq; tã longe à muris certaretur, vt inter noſtros,
atq; vrbẽ non parũ relictũ eſſet ſpatij, proceſſit equitatus ex inſidijs, et inſtãtes Aquilanos inopinãtes aggreditur à ter
go, nec tamẽ eorũ globus deturbatur, nec pugnã quãuis circumdentur vllo timore intermittũt. Primi ut cepẽ erat ob
ſiſtũt peditibus, poſtremi verò ad equites cõuertuntur. & vt quiſq; vel gladio, vel conto armatur, ſic ad illorũ effo-
diẽda viſcera ſe ſubigit, atq; interim dũ pedites ob equitatũ, dũq; equites ſuorũ peditũ certamine magis audẽt, & cę-
dere hoſtes vniuerſos arbitrãtur: magnũ equorũ numerus humi ſtratus ruẽtibus equitibus calcitrat, et reſupinus cõ
moritur, atq; homines non pauci occũbunt. Facto deinde crepuſculo, cùm ad Bracciũ pedites, atq; equites rediſſent, et
cognitũ eſſet, quãtũ ibi ſtragis factũ eſſet, quot viri, quotq; equi perijſſent; ferũt Bracciũ, vt forte diſcubuerat, prę do
lore, ac rabie poſitã menſã calce poſtrauiſſe: Aquilani vero cum vnũ dumtaxat amiſiſſẽt ſuperiores, atq; alacres in
E vrbẽ ſe receperant. iiſdẽ ferè diebus Palmatius quidã miles è numero Braccianorũ captiuũ, quẽ in vinculis habebat
Aquilanũ, quòd non tẽpeſtiuè ſe redemiſſet equo alligatũ ad mortẽ vſq; protraxit. Cũq; à Monte Regali, ac cæteris
montanis oppidis maximus eſculentarũ rerũ commeatus ad Bracciũ deferretur, iretq; in præſidiũ equitatus non exi-
guus; auſi ſunt Aquilani globũ hunc medio cãpo aggredi, ordinẽ confundere, onerata quędã iumenta depellere, & ca-
ptiuos pariter in vrbẽ pertrahere. E quibus quidẽ captiuis in eius, qui fuerat equis raptatus vltionẽ, pleroſq; trucida
tos dilaniauere. Cæterũ ne Bracciani molariã domũ, ipſaſq; molas vaſtarent, omnẽ circa hanc domũ agrũ ſic immiſ
ſo fluuio mollinerunt. vt quaſi palus neq; pedites, neq; equites ſuſtineret. imperante igitur Braccio vt molæ frangeren
tur, qui parere ſtudebant, eo peruadere nõ potuere. Moles, quę amni oppoſita fluuiũ perducit ad molas ſępe à Brac
cianis diſrepta, ſępius eſt à noſtris inſtaurata: Atq; in ea diruendi, reficiẽdiq; viciſſitudine multorũ dierũ opera conſũ
pta eſt. Cõmotus eiuſmodi certamine Braccius repente vniuerſũ coegit exercitũ, eũq; ad Labareti portã cõuertit, vt
F de improuiſo irruens cæſis cuſtodibus in ipſam vrbem faciat irruptionem. Sed quia præſto fuit magno cum Ciuium
numero Antonutius Camponiſcus, longe aliter acceptus eſt Braccius. Pugnatum eſt igitur ante portam acerrimè,
& tumultuosè: nam neque ordo affuit vllus, neque ob celeritatẽ, & clamores imperatũ eſt quicquam, aut obtempe
ratum. pro ingenio, pro animo, pro viribus quiſque ſuis agebat. creſcente tamen noſtrorum numero, vt ex tota vrbe
currebatur, coacti ſunt Bracciani terga vertere, cũ equos ibi plurimos, & equites amiſiſſent. Venerat ad Bracciũ Re
ginæ legatus Monachus, eumq; vt ab Aquilana obſidione deſiſteret multis rationibus monuerat, quòd illa gubernan
dum cõmiſiſſet Aprutiũ, non vaſtandũ, quòd eiuſmodi obſidio hoſtiles animos aperiret, quòd oportet ipſam ſui Regni
Ciuitates ab iniuſto bello, quacunq; via poſsit, protegere, non armis tendendam gubernationẽ, ſed conſilijs, quibus niſi
pareatur eius eſſe Maieſtatis, non Braccij vindicare contumaciam. Ad hæc cum ille Reginæ voluntatẽ haud quaquã
eſſe liberam reſpondiſſet. vade tum inquit ò Monache perſuade Aquilanæ Reip. vt quatuor ad me legatos demittat,

G audias volo quanta ſit Aquilanorum inſolentia, te fortaſſis interprete res iſta componetur, quamuis aliàs eadem me
fruſtrata ſit opinio; nolim me quiſquam temeritatis vitio coarguat: venit itaque Monachus in vrbem, Aquilanum
Senatum alloquitur, Reginæ obſidionem à Braccio adductam docet eſſe moleſtiſſimam, peti ab eo legatos quatuor, eos
eſſe ne pacem videantur renuere mittendos. Redeuntes à Braccio Iacobus Antonius Mantini filius, & vir multa
prudentia clarus Spallecta docuere poſcere Braccium, vt eius nomine prætor Aquilanus acciperetur. id verò Aqui-
lani non repudiauere tantum, ſed audacius & contempſerunt, & irriſerunt, & cùm obſidionem fore prouectiorem
intelligerent, timerentq; famem incumbituram; toto oppido frumentarij ſunt inſtituti inquiſitores, vt quod vniuerſa
ciuitate frumenti haberetur, id ita venire cogeretur, ne vel pauperrimus magis quàm cæteri laboraret inedia, veni-
bat autem tritici cuppa ſolidis viginti: accurata, & opportuna facta diſpenſatione, cuſtodiæ quoque, & excubiæ adhi-
bentur diligentiores: cùm Braccium nouiſſent non dolo minus incumbere quàm armis. Mutat deinde caſtra Braccius,
H & progreſſus Rodio altius, & ad Roccam Cambienſem appulit caſtellum vel paruum quidem, ſed cultoribus habita-
tum firmioribus. Fuerat idem vetuſtiore tempeſtate in ditione cum Subequis, quo tempore Sicinarium erat Aquila-
norum; ſed facta commutatione caſtellorum, quò facilius continuetur poſſeſſio, Sicinarium Subequis, Cambienſis Roc-
ca aſcripta eſt Aquilanis. Tentat Braccius oppidanorum animos ſuaſione primùm blanda, deinde minaci: nec tamē
eos dulci, neq; atroci alloquio perterruit: tum ille paratis copijs aggreditur vndiq; muros. hic bombardæ maiores,
ibi minores feriunt: hac parte ſcalis aſcendere, alia ſuffodere muros adoriuntur. Contra obſeſſi communi, & pari
labore ſuffodientes conterere, aſcendentes detrudere, bombardarum pilulas, & ſaxa quanto poterant ſtudio deuitare. la
bor, & ſudor viros q; diremit. Et cùm noſtri his oppugnationibus nouiſſent non poſſe obſiſtere, cùmq; nullum vſquam
expectaretur ſubſidium, ſatius eſſe putant facere deditionē, quàm in caſtelli præcipitari euerſionem: nā & aquis auer
ſis hoſtes permanſuros, ipſarumq; expectare ſiccitatem intuebantur. Paucis igitur poſt primam obſidionem diebus in
I Braccij voluntatē ſatis honeſtis conditionibus deueniūt. Dū hæc à Braccio geruntur, Nicolaus Verrerius magno equi
tatu ſub valle Santantiæ poſito progreſſus ipſe ſexdecim tantùm comitibus ſecū ductis circa Sixti templum quaſi præ
dabundus apparuit. quibus proſpectis Aquilani, vt ſunt pugnæ, ac victoriæ cupidi, ſine inſidiarū meditatione certatim
erumpunt, & fugam ſimulantem Nicolaum in inſidias vſq; perſequūtur. hi verò cū pedites ab equitibus numero, et
ordine ſuperioribus obruerentur, diſpergi conati ſunt, & diuerſis callibus ex hoſtiū manibus elabi: ſed nouę, & repenti
næ rei timore perculſi ſimul, & equorum celeritate præpediti, pauci per vineta diffugientes euadunt, reliqui circiter
quinquaginta capiuntur, & pertrahuntur Paganicā. Eodem ferè tempore Braccio Rocca Cambienſi potito hic inſidia
rum exitus nunciatus eſt. & Ocre oppidum arduum poſſe ſi exercitus eò traducatur haberi, quippe cum ibi fame labo
raretur, & Aquilani ciues frumenti quicquam mittere cunctarentur, nocte quæ ſecuta eſt magna Braccianorū copia
Ocre petebat: cùm ex vrbe Aquila magnò iumentorū numero, et equitum, peditumq; comitatu ſubſidiū frumenti, &
K bellicarum rerum mittebatur. ſentiunt hoc Bracciani, veniuntq; obuiam, præcognito tamen occurſu, qui ſubſidio præ-
erant cū iumentis, & omni comitatu imperfecta re Aquilam ſe recipiunt. dederunt igitur ſe Ocrini, & Braccius poſi
tis ibi præſidijs ad Roccam Medianam proficiſcitur. Cùmq; hic plurima, vt oppidanos terreret, moliretur bombarda-
rū tutam collocationē, ſcalarum ferramentorūq; oſtentationem, & tubarū ad futuram pugnā veſpere claſsicum terri
bile; muros mane aggreditur, fit clamor, extrinſecus acceditur, propinquāt ſcutati, & ſcorpionarij mœnibus, & oculis
qua parte facilior eſſet aſcenſus metiebantur: at oppidani taciti expectare, ſpeculari, audere. vbi verò muros attigere
Bracciani, ibi noſtri ſaxis, ſagittis, trabibus, vt denſa corona ſteterant confeſtim coegerunt oppugnatores recedere. Ad-
uertit Braccius defenſores oppidum habere firmiores, & plures quàm eſſet opinatus, tota pariter mœnia non poſſe vna
oppugnatione circumcingi, neque vſquam ob defenſorum multitudinem expugnari, ſuis pericula parari, & occulta, &
grauiſſima, dubitare quid ageret, diſcedere, & fruſtra tentauiſſe pudebat, oppugnare, & milites manifeſtę cedi ſine vl-
L la ſpe victoriæ obijcere non placebat. cùm ſic vero animo fluctuaret, nunciatum eſt poſſe Aquilā vrbem dolo capi, præ
ſto eſſe proditores, proditionemq; iam inceptā procedere, qua re vrbi propinquet, vt vbi opus fuerit exercitu nulla mora
perdat occaſionē. Ad hæc Braccius erectus, relicta quam obſidebat Mediana, ad Balnenſem Ciuitā cum copijs deſcen-
dit, ibiq; ſpe maxima ſuſpenſus proditionis exitum expectat. Sed qui id in vrbe moliebantur, dum proditorum nume-
rum augere ſtudent, requiſitus quidam non modo non aſſenſit, ſed rem omnē callidè perceptā ad Camerarium, & colle
gas clanculum detulit. Itaq; de captis proditoribus meritum ſupplicium eſt ſumptum. depoſita ſpe tantæ proditionis
confuſus omninò Braccius, & longè magis quàm oſtenderet ira pariter, & mœrore ſollicitus. quippe quòd tanto exer-
citu, tot conſilijs, tanto ſumptu nihil Aquilanis eripuiſſet, quòd illi nacti occaſionem non eſſent vno momento recupera-
turi, progreditur, et Aquila ad leuam relicta apud Sanctum Victorinum ſex millibus paſſuū ab vrbe cōſedit. Interim
Farinula oppidum Pinnēſe à ſuis deficiens, quòd iniurijs agitaretur, Aquilanis adhęſit, & confeſtim Pinnenſes rebelle
M caſtellum magnis viribus obſident. Nam & ab eorum vrbe vix ſtadijs duo de viginti diſtat, & quamuis exiguum na
tura munitum eſt. Nec Farinulani putauere Aquilam, licèt graui bello fatigatam, non poſſe ipſos à prementibus defen
dere; neq; Aquilani ſpem eorum paſſi ſunt eſſe irritam: Quinimo, vt Braccius quoq; Aquilanis eſſe maiores vires in-
telligeret, Troylo à Farinulanis pro auxiliaribus copijs miſſo & magnam, & electum pugnatorum numerum dedere.
hic ergò regreſſus à ſuperiore loco, in obſeſſores irruēs, Aquilani nominis acclamatione coegit eos caſtris deſertis fugā
arripere, & cæſi quam pauci ſunt, capti verò circiter ducentū. Sic Aquila, quę ſua putabatur amiſiſſe, aliena ſibi con-
ciliare caſtella viſa eſt. Braccius, vbi Aquilanos Farinulæ ſucceſſu lætari accepit, veritus ne caſtella rebellarent, quæ
citra vrbem in eius poteſtatem deuenerunt; rurſus vnde prius abierat ad Ciuitam Balnenſem, vicum amœniſſimum re
greditur, cùmq; ibi eſſet biduum commoratus, pergit vt alia quoq; Aquilanorum caſtella ſubijciat. obſidet igitur Tu-
xium, & eo poſt acerrimam pugnationem potitus, Sanctum Pium facilius, Capurcianum vero ægrius, Bominacū aūt
commode

G cõmodè capit. Ad hæc monet, quos Paganicis habebat Comitẽ Brandolinũ, Gattamelatum, & Nicolaũ Picininum, vt
Aquilã quã crebrioribus poſſent excurſionibus fatigarent: ob hanc enim rationem hos cũ equitibus tricentis, peditibus
verò pluribus ibi morã facere inſtituerat. Nulla erat igitur quies Aquilanis, neq; frumẽtũ, neq; fructus vllos ex agris
colligi, neq; aliunde aduehi ſperabatur; quibus quidẽ rebus adhibita ciuitas animũ ad neceſſariã cõſultationẽ intẽdit.
itur ergò in cõcionẽ, atq; hic huiuſmodi res deliberãda proponitur. urbẽ ut manifeſtũ eſſet obſideri, hoſtiũ uires fieri ma
iores quotidie, equites qui tenerẽt Paganicã ab inſidijs, et excurſionibus nõ ceſſare, quod haberetur frumẽti, id cõtinuè
diminui, nouũ vero neq; colligi, neq; poſſe aliunde cõportari, caſtella Aquilani agri rebellauiſſe ferè omnia, Bracciũ nõ
modò quę Aquilæ fuiſſent, ſed alia oppida ſuis viribus adiũgere, Reginã cuius fides teneatur hæc omnia neglig̃ẽter ha
bere, imminere niſi proſpiciatur vrbis, & Aquilani populi exitiũ. Quare ſi quis cõſilij quicquã habeat, ſi quis patrię
charitate moueatur tẽpore tam opportuno ſententiã exponat, cum cunctantibus alijs Spallecta, vt erat animo, & ſer
H mone liber, Vos (inquit) iureconſulti, & prudentiſſimi ciues, quæ fuerint meliora, meditamini: Ego uerò quæ ſentio
ideò primus exponam, vt ſi quid inepte attulero ueſtro conſilio, ueſtraque authoritate caſtigetur: ſic enim me Natura
progenuit, neque patitur à meæ vitæ inſtituto diſcedere, vt quęcunque ſint beneficia tum in amicos, tum maxime in
patriam conferenda, ea putem oportere ſine dilatione preſtari. neque conſilia, neque remedia ſunt hoc tempore differẽ
da: hoſtem enim habemus & atrocem, & potentem, atque illi diutius obſtare non poſſimus; cùm fame potius, quàm
bello ſuperandi videamur. Quare cenſeo Reginam noſtram dominam faciendam certiorem, nos bello vrgeri aſperri-
mo, indigere auxilijs, eſſe diuturnis armis fatigatos, neque poſſe longo ſpatio expectare ſubſidium, vrbem hanc eius
eſſe maieſtatis, ſtudeat eam potius defendendo ſeruare, quàm eius fidelitatem ſpectando corruere in excidium patia-
tur. Eadem cenſeo Aloyſio Regi pariter ſignificanda, atque illud adijciendum exiſtimo, vt Sfortiam iubeant miſeris
rebus noſtris ſuccurrere. Nam etſi putandum eſt Reginam, Regemque huiuſmodi obſidionem non latere, quid tamen
I eis mittant auxilium, qui neque uexari, neque laborare quicquam conquerantur, inſtituit illa Braccium gubernato-
rem, quomodò niſi nos ipſi declaremus, credat eum hoſtis non gubernatoris ueſtem induiſſe? tum quia Braccius eſt in
re militari clariſſimus, quis audeat illi obuiam ire, & cum eius exercitu concurrere, niſi qui parem habeat bellicis in
rebus claritatem? ducis nomen magis quàm exercitus hoſtes terrefacit, & parit victoriam. Sfortia (inquam) ſi ad nos
ierit, uicimus Ciues: & Braccius ubi eius aduentum audierit, eiuſdem famam dumtaxat, quàm multa hominum mil-
lia pluris faciet. eligatur ergo legatus, qui Reginam, quique Aloyſium cum noſtris literis petat, hac via ſuccurratur
obſeſſis, hac noſtra uictoria, noſtra quies comparetur. oſtendamus in noſtris dominis nos habere præſidium, vt illi hoc
tempore defenſionem exhibeant, deinceps uerò vt fideliores, & ab ipſis protectos maiore, atque vberiore nos gratia
complectantur. Hæc cùm Spallecta dixiſſet, & rediſſet in conſeſſum, uenit in ſuggeſtum Licus vir notarius, & patrię
amator, iſque dixit huiuſmodi exempli ſententia, quæ dicta ſunt à Spallecta. Magnifici domini, & Ciues Aquilani
K ea mihi placent omnia, nunciandam eſſe Regi, ac Reginæ hanc longam, & aſperam obſidionem, & petendum ad noſtri
ſubſidium Sfortiam; hic enim hodie apud Reginam gratioſus, & eſt inter hos duces penè pares, quæ ſemper inter euſ
dem ſtudij conſortes uerſatur æmulatio, quam etiam prælijs nonnunquam concurrere: itaque alter alterius interitum
meditatur. Quamobrem Sfortia cupido animo (modo Regina inſtituat) auxilia nobis contra Braccium aſſeret. Sed
aliud quoque cenſeo non minori cura pro noſtra ſalute efflagitandum, ſtudendumque, vt Martinus Summus Ponti-
fex aliquam ſuarum copiarum partem ad noſtram hanc defenſionem ire iubeat, quod eam ob rem facilius conſeque-
mur; quia Braccius eſt ipſi Pontifici ſupra quàm dici poſſit odioſus: Cum oppida quę Gregorio, & Benedicto Pontifi-
cibus occuparat, quamquam ſæpe pollicitus non reſtituerit, & fama ſit ſummum Pontificem aqua, & igni Braccio
interdixiſſe, non eſt igitur extimeſcendum, neque remittendi ſunt animi, bene ſperandum eſt: Petantur quæ diximus
auxilia, quæ ſi (vt ratio ſuadet, vtque firma ſpondet coniectura) acceſſerint, aut fugiet Braccius Aquilanam terram:
L aut in noſtris finibus cum uniuerſo exercitu ſuo profligabitur. Spero quod mihi uiſum eſt, uobis quoque omnibus ui-
ſum iri uerìſimile. Cum Licus his dictis aſſediſſet, factum eſt tota concione aſſentientium murmur quaſi plauſus, &
vt omni mora ſublata pro Regijs, & Pontificijs auxilijs mittatur, decretum eſt. Cumque cæteri legationem renuerẽt.
Licus huic periculoſo labori ſe patriæ charitate permotus obiecit. ſed iter aggreſſus, cum euaſiſſe putaret, & Taliaco
tium tantùm vſque perueniſſet, ibi aſtu, & inſtitutione Braccij detentus, aſſumptum munus obire non potuit. Nico-
laus Picininus, Gattamelatus, & Comes Brandolinus, quos diximus commorari Paganicis ſatis eſſe uidebantur ad
Aquilanorum commoda ſic impedienda, vt neque ipſi agrum colere, neque alieni queant ad eos quippiam afferre, quo
procedentibus interea menſibus Aquilani fame perdomarentur: itaque Braccius his per nuncios monitis, vt culturam
& rerum allationem diligentius arceant, ad Sanctum Valentinum citato agmine proficiſcitur, qui cùm per Toccanũ
agrum iter haberet, erumpunt Toccani, eò onerata Braccij iumenta aggreſſi bombardas tres, & alias res plurimas
M accipiunt, & ſtrenuum uirum Nicolaum Piſanum commeatum defendentem capiunt, pergit nihilominus Brac-
cius, & obſeſſo Sancti Valentini Comite breui cum illo ex arbitrio, ſententiaque ſua paciſcitur. Inde Manupellum
progreſſus, quòd id oppidum à militaribus viris teneretur, non armis, ſed arte vſus eſt, & ſuaſionibus: pellexit enim
milites eos, vt qui ſub Antonutio Camponiſco mererent, ad Braccii ſtipendia tranſirent. horum qui primus erat For-
nainus & Manupellum ipſe tradidit, & arcem curauit Braccio ab Abante caſtellano concedi. Regina interim pre-
cantibus Aquilanorum literis commota; Braccium, quem Monachus quoque ſua relatione accuſauerat, conceſſa prius
gubernatione diſpoliat, & Sfortiam creat magnum ſui Regni Seneſcalcum, iubetque ad Aquilam obſidione leuãdam
proficiſci. hoc vbi Braccius accepit, progreditur Amiianum, & ſtudet anguſtiora loca, quacunque Sfortia tranſiturus
eſſet occupare. Aquilani verò cum idem tam fama, quàm regijs literis accepiſſent, ea ſunt affecti lętitia, & talem eua
dendi ſpem concepere, vt è languidis ferociores, & ex mæſtis alacriores ſint redditi, neque iam hoſtes, neque famem ex
horre-

A horreſcere. Quinimò clamoribus, tubis, campanis, nocturnis denique luminibus hilaritatem oſtentant. Dum Braccius Manupello Antianum proficiſcitur, dumque Nicolaum Picininum Piſcariam ad Aterni oſtium demittit, ne Sfortiæ liceat ibi fluuium ſuperare, dum denique alios alijs opportunis locis ad Sfortiam arcendum collocat, & Aquilam iubet crebrius infeſtari; progreditur Sfortia, & Braccium in oppido Antiano cum exigua ſui exercitus parte depræhendit, morari ibi paucis diebus, & cùm alterius vires tentare meditaretur, & rixæ quædam à militibus vtrinque obuijs agerentur; accidit aliquando, vt duces quoque ad ſuorum defenſionem deſcenderent in pugnam. Et quamuis non paratis aciebus, tumultuario tamen concurſu geſtum eſt prælium arduum, & acerrimũ, Braccius paucis amiſſis in oppidum ſe recepit: Sfortia verò ne dies ibi terat, quòd hoſtis pugnam detrectaret digreſſus in Vaſtum & Lateſſam ditia, & ualida oppida corripit. At Braccius digrediens prouenit Buccanicum, quo cùm Sfortia quoque appuliſſet, ille iam mœnibus tutas hoſtiles incurſus cluſerat. Aquilani interim ab equitatu, & peditibus Paganicis inſiden-
B tibus aſſiduo circum curſu fatigati cum quo prodire nequirent, & eſſent iam ferè omnium rerum egeni, auſi ſunt tamen Cambienſis Roccæ iumenta, bouesque prędari; fuerant enim ſpeculati quorſum armenta procederẽt in paſcua: itaque duce Ioanne Matelicano, vt circumſidentes hoſtes fallerent per ardua montis iuga noctu profecti non longe à Rocca conſedere in inſidijs, cum autem dies claruiſſet ante viſi ſunt, quàm erumperent: attamen facto agmine incurrunt, atque alij refugientes Roccanos proſequuntur, alij abigunt armenta, eaque non patiuntur diſcedere, ſed agunt in montem. neque prius inde recedunt, quàm homines duo de viginti, & ingentia equorum, vaccarumque armenta abigant. Fiunt interim clamores, audiunt qui pręſident Ocre, audiunt & qui Paganicis commorantur. Occurrunt igitur vtrinque pedites, equiteſque Bracciani; ante tamen noſtri in Diui Laurentij monaſterium ſe recipiunt, quàm illi ſuperato cliuo conſequantur. Non erit ab re hoc loco referre, quam à pluribus accepi rem memoratu digniſſimam. Verebantur qui prędam agerent, cum monaſterium vti ſolitarium, & ab hominum frequentia ſeiunctum clauſum
C proculdubio crederent; ne dum oſtium effringerent, hoſtes ſuperuenientes prędam reciperent, & ipſos agerent captiuos. Quibus iam propinquis ecce monachus monaſterium aperit: itaque patentibus ianuis confeſtim, & prædam includunt, & ſemetipſos ad monaſterij defenſionem conſtituunt. Monachus verò, quem aperire conſpexerant diligenter quæſitus inuentus nuſquam fuit: ergo fama fuiſſe illum Aquilanæ Ciuitatis protectorem Diuum Petrum Cæleſtinum conſequuntur. Tandem hoſtes circumſæpiunt monaſterium, & illud expugnare quibus poſſunt viribus aggrediuntur. At noſtri forti animo accedentes repellunt, parietes diruunt, ſaxis petunt vrgentes, neque parietes ſinunt vllo modo prenſari. Ciues Aquilani vrbe tota vehementer fremere, pulſari campanæ, arma capi. alter alteros hortari. Erumpitur porta Rodiana, aſcenditur perpetuo armatorum agmine ad monaſterium: ante tamen quàm eò perueniatur Bracciani pluribus in locis occurrunt, à fluuio ad monaſterium vſque multis pugnatur certaminibus. Ex vrbis mœnibus mulieres, puerique prælia ſpectantes nunc lætari, nunc verò dolere, vt noſtros aut pellere, aut pelli conſpi-
D ciebant. Denique cum Aquilanorum numerus frequenter augeretur coacti ſunt hoſtes terga dare, & multis affecti ignominijs Ocre, atque Paganicam repetere: noſtri verò victores, & captiuos, & prędam perduxere: quamobrem magna fuit in Ciuitate lætitia, & iuuenum animi ad pugnam facti ſunt erectiores. Vix pauci poſt hęc præterierant dies, cùm Ardizonus ex ijs, qui Paganicam tenebat, haud longe ab vrbis porta Paganica poſuit inſidias equitum ferè trecentorum, hos in valle inſidentes Aquilanorum aduerterat nullus. Et quia Braccius aberat, inermes magis quam armati vrbem Aquilani pererrabant. Propellit Ardizonus equites circiter ſexdecim. hi autem tanquam explorabundi mœnibus propinqui acceſſerunt, quos ubi primùm portę cuſtodes aſpexere ſublatis vocibus ad arma, atque hoſtes inclamauere. Multi, vt erant inermes accurrerunt, pauci arma capiunt: prodibant enim quaſi ſpectatores non pugnatores. ibi Antonutius Camponiſcus vetabat prodire, & inſequi equites hoſtiles. pleraque tamen iuuentus pugnandi cupiditate pellecta recedentes equites ſolis haſtis muniti ſequebantur. Tum ex improuiſo proſiliunt Brac-
E ciani ex inſidijs, & noſtros aggrediuntur: itaque omni conatu ſtudent circumuenire depræhenſos, quod Antonutius vbi proſpexit, abrepta de alterius manu lancea pedes, vt forte ſpectabat accurrit. comitantur alij non pauci, ſed haſtis tantum armati: clamat Antonius & comites ad noſtros circumuentos ne vereantur, ſint fortes, feriant hoſtes, ſuffodiant equos. hoſtes verò vbi Antonutium nouerunt, & procedere conſpiciunt inermem, in hunc pleriq; ſe conuertunt, hunc petunt, hunc vt pugnę, atque belli ſummam adoriuntur. At hic animo plenus regere ſuos, imperare quæ vſui fore cognoſceret: hoſtes autem velut irrideret appellare magnanimos, laudare, hortari, vt viros ſeſe habeant. noſtri ergò Antonutij fauore ac ductu audent ferocius, et ab vrbe ad hanc pugnam plena via proceditur: itaque Braccianis animus minuitur, noſtris augetur. Erat in ea valle ſupercilium quoddam, hoc Aquilani occupant, equites & ſcutati peditatus hoſtiles agebant inferius: ea loci commoditas noſtros ad ſaxa torquenda adhortatur. equi, equiteſq; feriuntur. Deſilierat Antonutius è via, vt incurrentium impetum euitaret. & Ardizonus clamans ad ſuos agite (in-
F quit) commilitones vrbem, & ipſam portam impedite, portam (inquam) aggredimini. Huic Antonutius, uade (ait) Ardizone iamdudum parata tibi cœna, uade (inquam) tempus. quid alios iubes? Ardizonus cùm ſuos iam recedere, & Aquilanos uideret agmine perpetuo ab urbe accelerare, vertit equum, & eo recurrente omnes ad loca ſuperiora ſe recipiunt: ac deinde illi Paganicam: hi vero Aquilam repetiuere. Aquilani quidem ſani, & læti omnes: at illi milites pleroſque ſaucios, equos verò claudos quamplures reduxere. Non ceſſant interea noſtri crebris epiſtolis Sfortiam in ſubſidium uocare. is ergò cernens, quòd Braccius omnem pugnandi copiam auerteret, & oportuna loca præſidiis occupaſſet; ſtatuit ſuperato Aterno ualidam equitatus partem tranſmittere Aquilam, & Braccianos ab obſidione depellere. At ſi Braccius eos inſequitur in agro Aquilano prælium commiſcere, quòd in maritimis, & circa Buccanicum promouere non licuiſſet. Nec propter locorum difficultates ordine quodam ſe poſſe credebat moderari equites, & regere, ac inſequentem exercitum ſuum animis implere, & hoſtem proſternere.

Hæc

A Hęc igitur meditanti, & an vſquam profluentis vadum eſſet, exploranti; monſtratus eſt locus ęſtiuis quidem
menſibus vadoſus: ſed cùm hoc tempore Ianuarius ageret, & fluuius torrentibus, ac pluuijs excreuiſ-
ſet, non poterat hoc vado ſolita facilitate tranſiri: audet tamen Sfortiæ magnanimitas, & præmiſſo pedite quodam, vt
aquæ intueretur altitudinem, ipſe velut arduo equo vehebatur conſecutus eſt. Cùmque ad vtramque ripam bis, ite-
rumque iſſet, atque rediſſet, & ſpectantibus ſuis iam omnem traijciendi mętum ademiſſet, atque equites iam fluuiũ
ſuperarent: Ecce familiaris adoleſcentulus animo, atque equo deficiens medio amne mergebatur, cui Sfortia dum fer
re opem feſtinat, & terga dat vndis uenientibus ſic eſt fluctuanti gurgite abſorptus equus, vt ipſe alternis ſuperue-
nientibus vorticibus eũ retractare nequiuerit, atq; ſubito iã longius auectus, neque ipſe, neq; equus vſquã ſit viſus ap
parere. Quas voces, quos exanimatos clamores putes vtraque ripa ſublatos? Ante militum oculos optimus, & cla-
riſſimus Dux, in vinci, & amantiſſimi filij conſpectu chariſſimus, et inclytus pater interijt: neque arma illi, neq; equi
B profuere, neque vlla vis humana potuit auxilium tam ſubito, tamque improuiſo caſui afferre. Eius rei fama Braccio
gaudium, Aquilanis dolorem, & pauorem intulit: nam illi moleſtiſſima ſollicitudo, his uerò ſpes immenſi, & firmiſſi
mi auxilij ſublata eſt. Filius autem Franciſcus tametſi luctu, & mętore grauiſſimo confuſus, ſtudet tamen & cum
militibus, & apud Reginam in locum, & dignitatem paternam ſuccedere. Hæc agens conſulit quos habebat paternos
amicos, atque his ſuadentibus exercitum reducit in Apuliam, ne forte, quæ Sfortia ibi oppida tenuerat, audita eius
morte rebellarent. Gloriatur intereà Braccius apud ſuos, & ſua quaſi conſilia, & militaria pręcepta iactans aſſeue
rat, manus conſerere ſe cum Sfortia renuiſſe, & loca oportuna præſidijs communiſſe, vt his aduerſarius impeditus
afflictis rebus cum eo conflicturus omninò vinceretur. Deindè ad Nicolaum, quem à Piſcaria, & Aterni oſtio mor-
tuo Sfortia reuocauerat conuerſus. Vade (inquit) tu cum nepote chariſſimo (hic autem erat Nicolaus Fortebraccius
eius nepos ex ſorore, quæ Stella vocabatur) repete Paganicam, et Aquilam excurrendo, & pręſidia commodis locis
C ponendo ſic claudito, ſic vndique noctu, atque interdiu præmito, vt nec minimum quidem frumenti, ac rei cuiuſquam
poſſit inferri. Paret Nicolaus, ſeque Paganicam ad Gattamelatum, & Ardizonum, & comitem Brandolinum con-
fert cum magno peditum numero. Poſtridie verò, quàm eò veniſſet ad monaſterium Diui Laurentij cõſcendit id-
que multorum dierum opera firmo muro, & validis in turri propugnaculis munit, ac poſitis ibi militibus circiter
tricentis iubet eos noctu vigilare, ne quid rerum ad Aquilanos aduehatur: ipſe verò ad oppugnandos Nauellos acce-
dit, atque id oppidum quamuis arduũ et viris, armiſque benè munitum, ita tamen ſcutatis militibus, minis, bombis,
& terrificis vocibus urgebat, vt illud ob aquæ penuriam, & uires hoſtiles diutius durare non poſſet: Sed pendente á
pugna Nicolao, & circum clamantibus militibus uenit à tergo Sancti Valentini Comes, & eius fratres vna acceſſe
re viri animi præſtantia, & fortitudine, ac rerum experientia clari; Hique aggreſſi Nicolaum, & eius copias om-
nes eo terrore ſuperuenientes incuſſerunt, vt qui oppidanis cœpiſſent eſſe timori, ipſos iam & timere, & fugere opor-
D teret, & niſi preſtò fuiſſet Ciuita Ardenga oppidum, turpiter ſuccubuiſſet. Eo die Nicolaus, cùm hoſtes domum ſe
recepiſſent, retutulit ſe ille Paganicam, & cùm aduertiſſet ex multis partibus res Aquilam afferri, Diui Antonij
quoque templum foſsis, & propugnaculis muniuit, poſuitque ibi milites centum, vt quæcunque noctu afferri ſenti-
rent, ea confeſtim erumpentes interciperent: noctu enim & ſal, & frumentum, & pecora in vrbem perducebantur,
tanta erat lucri faciendi cupiditas. Quare cùm omne urbis latus clauderetur, neque poſſet quicquam rerum ad mor-
tales alendos inferri, malè ſe habent Aquilani. Latus Furconium ab ijs, qui Ocre, & Paganicam tenerent, cuſtoditur:
Amiterninum ab ijs qui Diui Antonij templum. Aequicolarum viam, qui Diui Laurentij monaſterio inſident diur
nis, nocturniſque cuſtodijs intercludunt. Regina, quòd ab Alphonſo rege infeſtaretur, & iam Caietam amœniſſimam
Campaniæ urbem amiſiſſet, quo ipſa indigebat, ad ſuos auxilium mittere nequibat. Audijt miſerorum preces Deus,
& qua non credas via iuſtè pugnantibus oportunè ſuccurritur. In huiuſmodi Aquilanę Reip. calamitate per lata eſt
E fama Reginam cum Rege Aloyſio, Duce Mediolani, & ſummo Pontifice ſocietatis fœdus iniuiſſe Mediolani Ducem
Philippum claſſem in regnum demiſiſſe, recuperatam eſſe Caietam. Ea res Aquilanis ſpem reddidit, & quod de Sfor
tię morte doloris, hoc de nouo fœdere gaudij perceptum eſt. Conſultatur ergò, & ad ſummum Pontificem, atque Re-
ginam miſſum iri legatum decernitur, & auxilium ab utroque quanta poſsit ſuaſione implorandum, vt quod á Lico
fieri non potuiſset, hoc à nouo legato conficeretur. Ad hanc legationem Simon Abbantis filius eligitur, ciuis pruden
tia, & facundia clarus. Is Romam fortunato itinere proficiſcitur; Et cùm ad ſummi Pontificis pedes procubuiſſet, at-
que Braccium retuliſſet Aquilam obſediſſe iam diu, atque vrgere, vehementius exhauſtam, & fatigatam ciuitatem,
eamque promiſſum auxilium in Sfortia amiſiſſe, orat, ſupplicat, obteſtatur, vt ciuitatem ſemper eccleſiæ deuotam
reſpiciat, & ſaltem Petrum Nauarinum, aut quemlibet alium ad Aquilę protectionem demittat, eſſe Aquilanum
populum magnum, & validum, non patiatur illum adiungi potentię Braccianę, ne fortè Aquila perdomita ad Ec-
F cleſiam quoque vexandam Aquilanis viribus auctus ſe conuertat. Sed Martinus, cùm de Braccio, & eius copijs mul
ta interrogaſſet, & ſuum cum Regina, & Mediolani Duce fœdus aperuiſſet. Vade inquit, fili benedicte, pete Reginã,
ipſa primùm aliquid mittat auxilij, illud noſtris quoque viribus iungetur, quibus omnibus Braccij ſuperbia extenua-
bitur. Abijt Simon Neapolim, & à Regina Iacobum Caldoram bellicis rebus clariſſimum, Franciſcum Sfortię fi-
lium cum magnis, & fortibus copijs impetrat, atque apud Reginam, & Duces ipſos, quanta ſit opus acceleratione
declarat, Aquilanæ reip. feruentia mandata oſtendit, & literas poſt eius diſceſſum ad eum datas recitat, ſtudetque
ſuaſionibus crebris, & vehementibus eos promouere. Intereà Nicolaus Piccininus, atque alij proceres Bracciani vr
bem, & quęcunque caſtella non corripuiſſent incurrendo, prædandoque plurimum infeſtare: Et Antonutius Marini
filius Stiſſij, eos ad id caſtellum oppugnandum venturos pręſenſerat: quamobrem reuocatis è Rocca Mediana præſi-
dijs peditum, eos, & quos ipſe equites haberet, in inſidijs ſtare iuſsit. Accedentibus itaque Braccianis inſurgunt noſtri,

& eos

G & eos aggredientes repente circumueniunt, cumque illi in niuoſo loco ſeſe tuerentur, & arata mollita hyeme tellure
paßim equi præpedirentur, omnes terrore corripiuntur: plerique fugiunt, alij capiuntur, atrox quidem & acerrimus
conflictus: è noſtris occiſus eſt Nicolaus è Sancto Euſanio oriundus, ex hoſtibus uerò tres capti uiri animis, atque
armis preſtantes, Antonellus Sancto Polio præfectus, Ioannes Drutemus, & Chriſtophorus Certaldus. Pergit Nico
laus, & Aquilanis famem nocturna, ac diurna opera intentat: nunc eos ad diligentem cuſtodiam hortatur, qui San-
ctum Laurentium, nunc verò qui Sanctum Antonium tenebant, ne quid rerũ in obſeſſam Ciuitatẽ inferretur: præci-
puum tamen eius ſtudium erat, vt molas, molariaſque domos perfringeret, atque dirueret: ad hoc animum & mili-
tes tanquam ad belli ſummam, & victoriam comparandam intenderant: neque dies vllus, neque nox vlla abibat,
quin hinc, atque illinc diuerſis inſidijs aduerſus molas noui apparerent incurſus. At Aquilani poſita in mœnibus cu-
ſtodia iuxta Diuæ Mariæ Goriani templum in murorum propugnaculo campanam appenderant: eam cuſtodia cum
H primùm hoſtium aduentum proſpiciebat horrendo tinnitu pulſitare, inde ſubito Sanctæ Iuſtæ campana maiore ſoni-
tu excitare Ciuitatem, itaque hoſtibus nullus dabatur ad molas acceßus, quin repente oppidani erumperent. Cùm
hanc frequentem, & audacem eruptionẽ Piccininus adnotaſſet, meditatus eſt populum Aquilanũ extra vrbẽ depræ
hendere, & magno captiuorũ numero Ciuitatis deditionem, aut grãdem pecuniam adipiſci. Poſitis ergò inſidijs tribus
in Colle Maio, in valle Roſareoli, et in medijs vinetis, iubet paucos quaſi de more, vt molas petant ꝓcedere, quibus à cu
ſtodia viſis datur cõtinuò cãpanis indiciũ: feruet Ciuitas, egreditur populus, et progreßos hoſtes, quia pauciores eſſent,
animis erectioribus impetit, quibus ad Roſareolum tanquàm Sanctum Laurentium repetituris fugientibus, noſtri
pleno agmine illos vltra fluuium iam collem aſcendentes inſequuntur, & quamuis iniquo loco fundunt, fugarũtque la
tißimè. Ecce tamen exiliunt equites è Roſareolo, & aſcendentibus Aquilanis occurrunt: à tergo autem qui vineta te
nuerant, & qui latuerant in Colle Maio adſunt præcipites: Tunc uerò Aquilani neque primis terga dare, neque alios
I pati propius accedere: alij namque paulatim recedentes lanceis, ſagittiſque hoſtilem impetum ſuſtinere: alij autem ad
accedentes conuerſi eos ſuperiore cliuo adiuti in pontem vſque depellunt. Clamatur interim, pugnatur acer-
rimè, lanceæ paßim, & vndique infeſtæ ſagittæ alterno uolatu commiſcentur. Deſcenditur ab urbe ad hanc pugnam,
& pontis aditus à deſcendentibus occupatur. Quare hoſtes ne ab aduerſis, & à tergo cædantur, abeunt ad lauam: &
noſtri omnes in globum coeuntes fiunt hoſtibus formidoloſi: qui ergò ſuperius egerant digreßi ad Sanctum Lauren-
tium, qui verò inferius ad Collem Maium ſe recipiunt ſuperato fluuio. At Aquilani cùm ipſi pontem haberent com-
modè, & lætis animis, ac uocibus redeunt, quippè cùm ipſi incolumes omnes duos viderint ex hoſtibus occiſos: quos cũ
exanimes poſcentibus reddidiſſent, diuerſos in clypeis alterum ad Collis Maij, alterum ad Diui Laurentij templum ef
ferri perſpexerunt. Exulabant ea tempeſtate Aquilani non pauci: hi cùm aduertiſſent ciues ſuos vrgeri iam fame, &
ob eam rẽ pleroſque patriam deſtituere, inſtabant, adhortabanturque Braccianos, vt urbs oppugnaretur: ingens enim
K illos patriæ repetendæ inuaſerat cupidò: veniunt igitur ad Piccininum, cui quòd Aquilana Ciuitas ſit exhauſta fru-
mento, & à pluribus, quod à propinquis accepiſſent ob inediam relicta ſuadent aggrediendos, oppugnandoſque muros,
eoſque quòd rari ſint, & debiles defenſores á gẽtibus intus ipſorum propinquis facilè fore ſine cede ſuperandos. Tum
ille, erat enim apud Diuum Laurentium, vndè omnem ferè urbem deſpicere licebat, cœpit oculos ad hanc rem perci-
piendam intendere; & viſi ſunt ei rari homines per fora, perque plateas vagari, nullamque obſeruat eſſe per urbem
vt ſolitum fuerat alacritatem, omnia ſtupenti quodam teneri ſilentio: credit ergò exulibus, & mox Braccium, qui
Piſcariæ cunctaretur ad urbem frumento, ac ciuibus penè uacuam oppugnandam per literas euocat, cauſas quoque
adiungi, quibus ille ſtudeat accelerare. His literis acceptis, quia quod fieri valdè cupimus, hoc facilè factum iri ani-
mum inducimus, redit in agrum Aquilanum Braccius, ſed eius reditum quanta poteſt arte, & diligentia conatur oc-
cultare: iubet omnes copias dißimulabundus paulatim accedere ex agro noſtro, & ex alijs, quę cœperat, oppidis, &
L vſque Tuderto curat milites confluere, arma comportari, ſcalas fieri, atque aduehi, bellica tormenta, quæcunque ha-
beri poßint, parari. At Aquilani quòd Braccium adueniſſe præſenſerant, & cohortes cernebant augere mœnia om-
nia viris, ordinibuſq; complerant cuſtodias, ac ſtationes ſortiti, alios etiam inſtituerant, qui per interiora pomeria to-
tam vrbem circumirent, bonos quoſque laudarent, ſegnes increparent, omnes pariter adhortarẽtur, tota vrbe mirabi-
li ſolicitudine trepidatur. Quarto calendas Martij cùm denſa nebula incumberet ſub ipſa Aurora; cunctus Braccij
exercitus ad Aquilana mœnia venire contendit, & ordine ſeruato qui ſcalas afferrent, quique eſſent in muros ante a-
lios aſcenſuri ꝓcedũt, ſubſequũtur ſcutatorũ phalanges. Hinc equitum, peditũq; cohortes; taciti oẽs lento procedunt in
ceſſu, ne obſtrepant, Et iam hęrentibus ſcalis aſcendebatur: ſed noſtri hoſtilem audaciam ſentientes excitato clamore
ſcalas deturbant, ſaxa detorquent, feriunt deiectos, ante mortem obire cupiunt, quàm vel paſſum à murorum pinnis,
& propugnaculis recedant, tinniunt ęra campanarum: itaque hominum voces, & metallorum murmura aerem om
M nem complere, & loca adiacentia omnia tremefacere: hæc accipiens hoſtis quam urbem viris, rebuſque crediderat
exhauſtam, hanc intelligit plenam, atque omni ex parte minacem: circuit tamen ambitum urbis, & omnia diligenti
cura explorans nullum animaduertit murorum latus non firmius, & defenſorum multitudine frequentius: triſtis er-
gò, cùm ſuos videat non procedere cogitatus, ſtari imperat, & circumfuſis urbi legionibus expectari, quippè diiudica-
re meditatur metu ne, vel animorum fortitudine tam vaſta fieret inclamatio: abeunte mox nebula receßit exerci-
tus. Braccius autem cùm nullam implendi voti ſpem videat, hortatur Fulginatum dominum, vt tanquàm ſuapte uo
luntate permotus ſtudeat inter ipſum, & Aquilanos componere. Is literas ad Aquilanum Senatum huiuſmodi ferè
exempli ſcribit. Ipſum apud Braccium magnam habere familiaritatem, Aquilanos præcipites ire in excidium, hoſtẽ
enim eſſe potentem, & pertinacem, eique & cœlum, & hominum genus fauere, ſe tantæ Ciuitatis caſum miſereri:
Quare niſi aliter uiſum fuerit operam ſe daturum, vt aliqua fiat inter ipſos cum Aquilanorum honore compoſitio,
eiuſdem

A eiuſdem exempli, & à Laureti Comite ad Aquilanos eodem tempore defertur epiſtola. Vtrique animo præſenti, &
intrepido reſponſum eſt. Agere ſe tantis proceribus de oblata opera gratias: quod uerè illi excidium parari prædicent
nulla ratione extimeſcere. Braccium eſſe quidem potentem, & fortunatum; Aquila tamen illum potiturum nunquã:
Eſſe illi ſatius ad alias expeditiones animum intendere, quod niſi breui ex terra Aquilana recedat fore, vt in ea eius
tumuli omnes tollantur. Defeſſus igitur animo, & ira inflammatus Braccius, conuocatis, quos proceres in exercitu ha
beret. Pœnitet (inquit) pudetque ò viri noſtrorum laborum, & gloriæ participes tantum in unius urbis obſidione tem
poris triuiſſe. Quippè dum hîc fruſtra pędemus bellum aduerſus Mediolani Ducem, ad quod Florentini obnixè voca
bant, omiſimus; Et vniuerſum Aprutium, atque omnis Apuliæ, Campaniæque ora eſſet his laboribus, & hoc tempo-
re ſubacta: Tum Bononiam, Tudertum, & quaſcunque præclaras urbes deuicimus, cùm hæc noſtris uiribus obduret
non virtute militari, ſed communi hominum fortuna ſuperaſſe videmur: hic neque conſilio, neque armis, neque mora
B proficimus, conſulite queſo, & exponite ſententiam. Iam ſummus Pontifex, iam Regina, & Mediolani Dux ſocieta-
tem inierunt, iam ab hoc incœpto niſi quid properè confecerimus, depellemur: Aquilani neque ſiti, neque fame, neque
armis perdomantur, & qui bellicæ rei fuerant ignari habiti, iam ſæpè pugnando hoſtem contemnere, armatis occur-
rere, & ſperare victoriam didicerunt. Quæ quidem ipſe ſtratagemata cognouerim, ea diligenter exacta uidetis om-
nia: Dicite queſo quid vobis moliendum, quidnè tranſigendum uideatur, ſequar enim ſententiam, quocunque vel ad ui
ctoriam vel ad honeſtum fœdus facere videatur. Cùm hæc dixiſſet, & longa facta eſſet toto conſilio deliberatio; vi-
ſum eſt, quia Camponiſcorum prima eſſet in Aquilanis familia, vt Braccius Antonutij Camponiſci colloquium ten-
taret, & efflagitando conſequeretur: hoc enim pacto poſſe paciſcendi uiam inuenire. Id quoque Braccius aggreditur,
atque internuncijs mandatis, ac literis conatur Antonutium ad colloquium euocare, & ipſe ad muros, cum paucis
ſæpius accedit: At cùm hoc neque Antonutius probaret, & Senatus Aquilanus omnino prohiberet, nihil accedenti
C Braccio præter ignominiam, & ſagittas obijcitur. Creuerat interim fama, & agreſtium quoque aures oppleuerat
Reginæ, ac Mediolani Ducis ſocietatem coheſiſſe: itaque Tuſſium, & Sanctus Pius uicina inuicem Aquilanorum ca
ſtella, vt ad Braccium iam antea defecerant, ita ob eam famam Aquilæ ſalutem, & Braccij exitium acclamauere:
Quamobrem Braccius vt erat ob rerum difficultatem indignatus ad ea caſtella, confeſtim deuoluit exercitum, Tuſ-
ſium expugnare non poteſt uel exiguum caſtellum non eſſe tanti arbitratur, vt illud multo ſuorum & labore, & ſan
guine potiatur: Nam Sanctum Pium par oppidum vix multorum dierum oppugnationibus euerterat, ubi non modò
in muros, & rerum direptionem ſuperbè ſæuierat; ſed uiros omnes, & omnes fœminas cruciatibus, & ignominijs hor
rendis affecit: mulieres enim in ſuæ ad urbis conſpectum perduci, ibique iuxta profluentem ignem accendi maximum,
mulieresque illas ad unam denudari, ac omnium ueſtes in apparatas flammas proijci. Quod latum dedecus, quamvè
crudelitatem ibi fuiſſe putemus; cùm anus, ac puellæ militum impiorum nefandis, ac ſceleſtis manibus laceris magis,
D quàm detractis ueſtibus expoliarentur? Denique nudæ, lachrymantes, ac ingenuſcentes adeò cogerentur in globum,
vt aliæ aliarum corporibus tegi ſtuderent; Ite (ait miles) ite inquam ad Aquilanos, eiſque dicite ciuium quoque ma-
tronas iſtiuſmodi pœnas ſubiendas, niſi ciuitas quàm primùm Braccio morem geſſerit: eis ad urbem venientibus pleri
que tunicam, & quodcunque veſtis genus ad honeſtatem operiendam obijciunt. Rebellauit etiam Bariſcianum, huc ho
ſtis ſpe maioris prædę commotus admouet obſidionem: repugnant oppidani animo feirociore, neque hoſtium multitudi
ne, neque minis, neque armis ullis perterrentur. Et cùm diebus pluribus obſiſteretur; facti ſunt pluribus in locis cuni-
culi, eorum aliqui ſub oppidi, & interiorum ædium fundamentis inuicem occurrunt: Suffoſſis igitur propugnaculi cu
iuſdam fundamentis, & bombarda propugnaculum ſæpè feriente procumbit turris, & cuniculi antrum ſua ruina in
tra murum aperit. Hinc armatus hoſtis exiliens oppidum inuadit, terretque vehementer: pueris igitur, ac fœminis
clamantibus magnus hoſtium numerus erumpit: oppidani occurrere primum, cognita autem re fugere. Mox verò
E cùm hoſtium numerus ſuperare, ſternuntur portæ: ibi diripiunt: concurrunt alij: extruduntur ſedibus ſuis domini: vi-
dent ſuas ueſtes, & alia meliora exportari, & cùm de ſalute agatur, pecuniam magis quam ſalutem deplorant. Viri
captiui omnes Feramum ducente cuſtode mittuntur; Fœminę vero nudato corpore Aquilam adueniunt, miſerabile
ſpectaculum eis qui mœnia ſeruant, ex quibus vt quiſque occurrebat quo contegeretur pallium, aut lacernam obie-
ctabat, exclamabatque in Braccij ob eius crudelitatem interitum. Interim furente circa noſtra caſtella Braccio A-
quilanorum legatus, quem & ad ſummum Pontificem, & ad noſtram Reginam miſſum ſupra diximus, Reginę opes,
& arma Pontificis commouerat; & Aquilana Reſp. tum à Regina, tum à Pontifice ſtudet per literas vt auxilia iam
pridem impetrata, iubeantur accelerare: cauſam tamen longiuſculæ moræ hanc fuiſſe comperio. Iacobus Caldora, cu
ius opes maximæ, & ſcientia rei militaris plurima erat, Braccianas partes agitans Braccij auſpicijs, & pecunia ad-
uerſus Neapolim, & Reginam bellum gerebat. Hunc ſummus Pontifex, & Regina ſtudebant à Braccij ſtipendio ad
F ipſorum copias amplificata conditione conuertere. Donec huiuſmodi agitata eſt ſollicitatio, cunctatus eſt & Pontifica
lis, & Reginalis exercitus, cùm primùm Iacobus eſt aſſentitus, quod quidem peracto menſe Martio factum eſt: Nã
eò uſq; Bracciana prorogabatur obligatio; ſtatim & Reginę Auerſæ commoranti reſtituta Neapolis, & ipſe Iaco-
bus eſt Reginali exercitui pręfectus. Morantibus auxilijs, cùm apud Ciuitam Balnenſem Braccius cunctaretur, Ar-
dizonus ab eo mittitur, & cum ſuis militibus quatrigentis Aſculum repetit: quare hic ne diminutus exercitus uide-
retur; Dux milites cogit omnes in vnum, & ad muros Aquilanos accedit, atque proxima via præteriens multam ac-
cepit Aquilanorum vocibus ignominiam: ſtantes enim pro mœnibus clamant, prętereuntemque mille generum op-
probrijs afficiunt, & milites quo fiunt abominatiores Ducis deſpectu eo magis alacres; cùm primùm Braccij uexillũ
in ipſo progreſſu equo ceſpitante procubuit, & viſum eſt Braccianorum exitium portendere. Id etiam Braccio potuit
eſſe timori, quòd nocte proxima ante eius diſceſſum per ſomnium viſus eſt à monacho quodam baculo pulſari, mone-
rique

G rique mbanter, vt ab urbe ſua obſidenda deſiſteret: quod tamen ille cùm ſuis retuliſſet, & quãquam vigil plagas quo
que ſentiret, ſicuti rem vanam irriſit. Putatum eſt autem fuiſſe illum Diuum Petrum Cæleſtinum Aquilanę Ciuita
tis Protectorem. Eo tenente Pectinum maximus peditum numerus diuerſo armorum genere munitorum & Peru
ſio, & à Ciuitate Caſtelli, & Tuderto, atque omnibus oppidis montanis, & Aequicolanorum ad eum confluxit. Et
Nicolaus Verrerius in uico Sancti Heliæ cum altero exercitu commoratur: itaque hic ab Oriente, ille autem ab oc-
cidente Aquilam obſident: cùm interim & colles, & valles omnes militibus, & armis horrere viderentur, iuſtè ta-
men bellantibus, aliquando aſpirat auxilium diuina fauente clementia. Mouet tandem Caldora ſuas copias, vt ad Põ
tificis exercitum proficiſcatur agens ipſe ſuos equites noningentos, Franciſcum Sfortiæ filium cum equitibus octin-
gentis, & Micchelettam cum quatringentis: atque hi quidem òmnes equis, armiſque tuto muniti, omnes verò ad vi-
ctoriæ pugnam paratiores, cùm in agrum Albenſem perueniunt Martini, inueniunt exercitum expeditum, & pecu
H nijs, atque bellicis rebus inſtructum. Clamatur in occurſu, & aer ac latiſſima regio Letis hominum uocibus clangori-
bus tubarum, ac timpanorum murmure exterretur. Aderat à ſummo Pontifice legatus Cardinalis Hiſpanus: duo
enim ad hanc expeditionem á ſummo Pontifice legati, Franciſcus quidem Picciolpaſſius Bononienſis ciuis, qui inde
Pontifex Mediolanenſis creatus Aquilam miſſus, Cardinalis autem cum exercitu venit. Hic vbi Iacobum Caldo-
ram, & eius Comites alacri, atque blando vultu admiſit, ſic eſt eques equites vtroſque proceres allocutus. Audite Du
ces celeberrimi, & quicunque adſunt viri magnanimi audiant. Santiſſimus Dominus noſter ſummus Pontifex, ſacro
ſanctæ Eccleſiæ præſes beatiſſimus, & Chriſti Dei noſtri Vicarius in terris, huc ad vos me uenire, & quęcunque expo
ſuero afferre mandauit. Cupere ſe hoc iuſtiſſimum prælium aduerſus Braccium Ducem fama quidem clariſſimum,
cæterùm audacia, & rebus iniquè geſtis ſacrilegum moueri: quippè cùm Eccleſiæ Romanæ, & Apoſtolicæ ſedis ma
ieſtatem lędere iam pridem ſtuduerit, & adhuc pertinaci animo in ſententia perſeueret, cumque Regnum Eccleſiæ
I præſidio, fultum inuaſerit, & Aquilam ſummi Pontificatus amiciſſimam urbem annua iam obſidione ſine ulla hone
ſtatis, ac iuſtitię cauſa infeſtet: eius ergò Sanctitatis nomine vos ad hanc iniuſtitiam propulſandã adhortor. Sed quid
Duces inuictos, & viros frequenter victoriæ aſſuetos adhorter? noſtra eſt iuſtitia, noſtra erit diuino nutu concedente
victoria. Iuſſit inſuper Beatiſſimus Dominus noſter me ueſtra vexilla benedicere, & eorum animas omnium delicto
rum infectione expiare, qui fortè in hoc prelio pro eccleſia pugnando ceciderint, vt læti, & liberi poſſint ad æternę ſa-
lutis patriam aſcendere. Ite igitur animo forti, ac victoriam, diuitias, & laudem ſempiternam adipiſcamini. His di-
ctis vexilla ſibi iuſsit afferri, & eis diuini auxilij aduocatione benedixit, vt ſtabilia, vtque firma, & victricia procede
rent, noſtris fauorẽ, & audaciã; hoſtibus uerò terrorẽ, & formidinẽ afferrent. Deindè iunctis, & erectis ad cœlũ ma
nibus Põtificali, & Apoſtolica authoritate illos oĩbus ſceleribus, criminibuſq; abſoluit, quicunq; forẽt ea pugna hoſti
li manu perituri; & mota ſuper oẽm exercitũ dextera precatus eſt ſũmæ, & infinitę potentiæ pſonas adeſſe. Poſthęc
K baculo quodã aſſumpto, hunc quoq; ſacrificis uerbis, & ducta in crucẽ dextra ominatus eſt imperaturũ ad victoriã,
& cõuerſus ad Iacobũ Caldorã, qui proximus erat, militiæ cæterorũ peritiſſimus habebatũ. Accipe (inquit) Iacobe ſce
ptrũ hoc, et beatiſſimo Patre mãdante fœlici huic exercitui, et magnanimis cohortibus imperato: te enim ille Ducẽ ad
uerſus Braccium noſtri exercitus elegit, inſtituitque Imperatorẽ, quod fœlix fauſtumque ſit, & gloriã, decuſq; tuum
efficiat cumulatius. Tum Iacobus appulſo calcaribus equo, expectauiſſe ſe ait, vt ea dignitas, & id munus alij cuili-
bet tribuatur, cùm plures ibi extarent, qui eiuſmodi Imperium prudenter, pleneque obiuiſſent: verùm quia ſic placet
Pontifici, accipere ſe illud lęto, atque obedienti animo, ſeque operam daturum pollicetur, vt quę fuerit de ipſo conce-
pta ſpes, ea Beatiſſimi Patris expectationem non fruſtretur. Hęc dicens, capite reuerenter nudato, baculum de legati
manu accipit; & ſummo Pontifici, atque ipſi Cardinali Reuerendiſſimo gratias agit: pariterque toto exercitu in con
ſenſum, & alacritatem, tubis, tibiis, & hominum uocibus acclamatum eſt. Hinc Petrus Nauarinus ſpe nominis prę
L dæ compulſus: (erat enim vir cupidus rerum, ſed bellicæ gloriæ cupidiſſimus) ſtatuit ad hoſtes infeſtandos procedere,
& ad hæc Aquilani agri caſtella ſollicitanda, quæ Braccij ditionem ſequuta fuiſſent; proficiſcens inde, à Marſis aſcẽ
dit cum ſuis ad Roccam Mediam, quod oppidum: quia parebat Aquilanis prætermiſit, & in vallem Aterni deſcen-
dit, vbi ex pluribus caſtellis ſoli Fonticuli, & Stiffum Aquilanorum fidem tenebant. Petens igitur Fonticulos fuit vi
cinis populis præmeditato timori; ibi cùm eſſet paucis diebus commoratus, ſtatuit excurrere, & prædari · atque ad
Sanctum Demetrium pergens, occurrit Nicolao Verrerio: hic enim cùm accepiſſet Petrum eſſe Fonticulis, ibat vt
cum illo ſi fortè ad excurrentem erumperet, congrederetur. Verque igitur alteri improuiſus, vterque terruit, vter-
que timuit; uerùm quia Nicolaus hoſtem putabat paratiorem, & magis numeroſum comitatum habere: namque ip-
ſe prędabundus tantùm egrediebatur. Sed vt primùm è faucibus Campanę Petrus emergerit, uidetur paucis comitã
tibus impar uiribus, & hoſtem contra uenientem & maiorem, & firmiorem intuetur; qui cùm poſſet in loca magis
M ardua ſe recipere, puduit virum magnanimũ fuga prælium detractare. Ab vtriſque igitur lõgè clamatur, hinc Bræ
cij nomine, inde Pontificis: clamorem haſtati equites ſequuntur, neque inſtituta eſt acies, neque quicquàm impera-
tum, ſatis fuit ex acclamationibus nouiſſe hoſtem adeſſe. Et cùm ęquo loco, ac prato latiſſimo res ageretur; omnibus
licet, quam habent virtutem oſtendere, & ſinguli occurrunt ſingulis, quibus congrediantur: ex vtriſque pulſant, ex
vtriſque pulſantur: Bracciani numero præualent, contenduntque ſuperare. Nauarinus ingenio ac uiribus adnititur
non circumueniri, non ſuperari. Cõuerſo igitur ordine conflictus, quia Campanenſi vico pugnabat, iam à caſtello Stif
fio præliatur, ac paulatim cedens, Stiffium ad amicos ſe recepit: pugna penè pari, neutri aut minus dolere, aut magis
viſi ſunt gratulari. Hoc celeri nuncio perlatum eſt ad Braccium, is autem expeditionem exercitus partem ad Naua
rinum obſidendum properare inſtituit, atque ubi illum Stiffii clauſum intelligit, ratus & Petro, & oppido ſe potitu-
rum; ſi paucis ibi diebus in obſidione commoretur, quòd paruo loco ingens multitudo contineretur; ad hanc expeditio-
nem fre-

A nem frequentẽ exercitũ traducit. Cũ autẽ diutius cũctatus nouiſſet arduũ locũ neq; expugnari poſſe, neq; ullius rei penu
ria fatigari, animũ ad calliditatẽ conuertit; & quaſi oppidi potiundi deſperatione permotus, poſito Nicolao Piccinino in
inſidijs progreditur; & in Bazzani uinetis cũ reliquis copiis conſedit. Petrus uerò cũ omnes hoſtes abijſſe autumaret, re
licto Stiffio ibat ut ſe ſe Fonticulos reciperet. At Nicolaus ex inſidijs progrediens ingenti hunc equitatu aggreditur. Cō
uertit ſuos omnes Nauarinus in hoſtem, & ipſe animo intrepido hunc, atq; illũ, ut quiq; occurrebat, deturbat, & haſta
fulminea diſiicit. Itaq; quo plures ab uno ſternebantur, eò plures in ſuorũ ultionẽ in unũ cōcurrere. ſocij quoq; ducis exẽ
plo cōmoniti tam audacter, tã ſtrenuè decertant, vt Nicolaus cũ ſuis formidine trepidaret. Verùm quia numero longè
ſuperiores erant, & feſsis alijs, alij recentiores occurrere, obrutus multitudine Nauarinus cōprehenditur: maiore tamen
ſanguine Bracciani maduere, quàm ſocij Nauarini. quo quidẽ capto, ingẽs in exercitu Bracciano exoritur lętitia. & qui
Sanctũ Laurentiũ tenerent ad Ciuitatis inſultationẽ agite clamant ò, Aquilani, expectate auxilia, ubi nã Sfortia? ubi
B ueſter Nauarinus. Cōdoluere quidem Aquilani, quaſi malũ omen opinati, quòd primũ auxilium in Aterno demerſum
eſſet, & alterius principiũ intermiſſũ in Nauarino. ſed cũ in dies certioribus nuncijs acciperẽt reginæ copias ad ipſorũ au
xilium Pōtificijs acceſsiſſe; magna dilucbat eiuſmodi dolorẽ cōſolatio. ꝓgreſſus ſalutaris exercitus in mōtes Aquilanos,
& ad Rocchã Cambianã uſq; ꝑuenerat. Cũ ſuperueniente nocte tãtos, ac tã multos ignes accendũt, vt eorũ fulgores ab
Aquilanis facilè perſpiciant de mœnibus, deq; cæteris eminentibus locis. Primũ Cuſtodia, dehinc cæteri, & qui domo ad
hoc prodibant immenſam flãmarũ lucẽ proſpectabant. exhilarat Aquilana Ciuitas huiuſmodi ſpectaculo, ſoluuntur ani
mi timore grauiſsimo ac diuturno, & cũcti pari uoto Braccianis minãtur interitũ Braccius quoq; hũc hoſtium aduentũ
intelligens, ſingulos cæpit proceres lętis uerbis hortari, ſingulis blãdiri, et diuitias, potentiãq; ultra uictoriã polliceri, ſin
gulorũ equos, ſingulorũ arma intueri; laudat oẽs, eiſq; victoriã firmis promittit cōiecturis. iubet cunctos armari, & ꝓ
cedere in ordinẽ, pedites, ſcorpionarios, haſtatoſq;, dehinc equites claris, & fulgentibus armis coruſcos. tubarũ clangores
C hanc pompã, & oſtentationẽ adornant, equorũ hinnitus, hominũ clamores, & oĩa militũ colloquia præſeferunt lætitiã.
Iamq; oẽs in tentoria ſe receperant, cũ exercitus proceres ad Bracciũ conueniunt, vt eius ſñiam de loco, & ſtatu pugnę
accipiant; qbus hilari vultu admiſsis, Braccius, Quales inquit viſæ noſtræ copiæ uiri magnanimi, nõ nè in noſtra manu vi
ctoria eſt? non nè ubi primùm in hos cãpos hoſtes deſcenderint noſtro numero, atq; viribus obruentur? ſed quid uobis ani
mi, quæuè ſñia eſt. cupio enim quid arbitremini audire. Illis uerò alijs alios aſpicientibus, et dum ſe inuicẽ uenerant ſilen
tibus; dic, inquit ille, Cattamelate, qua nã uia tẽderes ad victoriã? Expectabã inquit Cattamelatus, aliorũ ſñias, prouo
catus tñ dicã quæ ſentio. Hoſtilis exercitus Aloyſium Sancto Seuerino oriundũ, & Sanctẽ Parentẽ ſuarũ copiarũ incre
mentũ expectat; horũ acceſſu fiet numero ſuperior, exultabitq; inſolẽtius. quare dũ ſe minorẽ, & nobis imparẽ meditat.
dumq; ſolũ aduerſum nos cogitat irruere, ſentiat ſe pręter opinionẽ occupari. Deprehẽditur improuidus, confundetur tu
multu, & in ipſa trepidatione fundetur. hinc antequàm ſe redigat in ordinẽ uicerimus. Cras igitur ſurgẽte aurora cliuũ
hunc aſcendamus inclyte dux, & erimus vt mea fert ſñia ſuperiores. eiuſmodi ſñia proceribus quidẽ omnibus uiſa eſt te
D nenda. Braccius uerò cũ Cattamelatum laudaſſet, decreuiſſe ſe, inquit, omniũ hoſtiũ deſcenſum expectare, vt in ęquo, ac
plano ſolo, & cãpis latè patentibus magis vniuerſalẽ, & clariorẽ victoriã conſequatur. Poſtridie tñ vt rẽ clarius intelli
gat diſpoſitis cohortibus cunctis, & acie quaſi ad pugnã inſtructa iubet eas ſtationibus immorari, neque loco quẽquã de
moueri. At ipſe ſummiſsis peditũ duobus milibus in montis dorſum cũ equitibus triginta coſcẽdit, atq; hos diligenter, et
omni ex parte contẽplatus, ad ſuos ingenti lætitia diffuſus ingreditur, aitq; hoſtiũ omnium euaſurum eſſe neminẽ. pedites
autẽ qui fuerãt Braccium comitati, hoſtium caſtris ꝓpinquantes, & Braccij nomẽ acclamauere, & minaces antè illorũ
oculos inſtitere. ſic euocati hoſtes armati cōfeſtim obuiã ꝓcedunt, fit rixa, ſagittis, atq; haſtis dimicatur. Bracciani tãdẽ
depulſi ſaucios plures, mortuos tres retulerũt: quã qdẽ rẽ Braccius ꝙ pręter eius uoluntatẽ facta eſſet grauiter, et aſper
rimè coarguit. Caldora poſt Braccianorũ temerariũ inſultũ mouit paululũ loco exercitũ, vt tutius ſederet, et ab hoſtibus
ſine ipſorũ periculo nõ poſſet infeſtari. id autẽ fuit Frãciſco Sfortiæ moleſtiſsimũ, et iuuenili, amaraq; oratione de Caldo
E ra conqueſtus eſt, cũ nõ deceat ſuũ uexillũ unquã retro fieri, neq; ſit ea diſciplina parẽtis, neq; cedẽdum unquã hoſti, ſed
audacius occurrẽdũ: quẽ Caldora blandiſsimè prudẽtibus uerbis demulcẽs, ęgrè ꝑſuaſit aſſentiri. equites autẽ q cũ Brac
cio iãdudum hoſtes uiſerãt, et alij nõ pauci horum ſñiam cōprobãtes, Braccium ſimul adeunt: eumq; p̄ſenti, et efficaci
ſuaſione, qđ a Cattamelato dictũ fuerat adhortant; ut poſtridie ei⁹ diei hoſtes in ſuis caſtris aggrediat: ꝙ ibi futurus eſſet
oĩnò ſuperior. qbus ille auditis, ꝓditionẽ ſe arbitari dicit aliter, quã in inſtituta acie dimicare. Itaq; nolle ſe niſi cum inſti
tutis, et ſuapte rõne paratis hoſtibus decertare, in uirtute uerã eſſe uictoriã, nõ in fraude, ſuã ſibi gloriã uera militię diſci
plina creuiſſe, nõ in inſidiis. Iubet deindè literas ad Iacobũ Caldorã huiuſmodi ferè ſñię dari, ut aliquãtulũ eius authorita
tẽ derogaret. Braccius Iacobo Caldorę Salutẽ. Accepimus te cōtra Braccium arma ferre, cuius auſpicijs, et authoramẽ
to nuꝑ militabas, id qua iuſtitia, quauè ſide moliaris tu uideris: ipſe uerò nulla cōmot⁹ iniuria quẽ ducẽ habueris, hũc ẽt
hoſtẽ experiare nõ improbo. teq; uenientẽ hac lege expecto, ut niſi ad æquũ locum ꝑueneris, nullo ſim incurſu laceſſitu
F rus; atq; hoc his literis ꝓmiſſum ſide incōcuſſa ſeruabo; ꝓgredere igit tutus. uale. At Caldora nihil iniuriarũ à ſe factum
eſſe rñdet, Braccio dum operã dederit, bona ſide defunctum officio. iã uerò et ſummo Pōtifici, & Reginę parere, deſcẽſu
rum uerò ad pugnã cùm ei libuerit. Intereà meditaṫ poſſe q agẽte Caldora uiciſſet, rurſus aduerſãte Caldora ſuperari.
Cũ Braccij tubicẽ accepto Caldorę reſpōſo eſſet inde digreſſurus, Aloyſius Sãcti Seuerini cũ Sancte Parẽte, et alijs ple
riſq; magnis, & florẽtib⁹ copiis tã equitũ, quã peditũ ſequẽtibus ꝑueniunt ad exercitũ, q̃ res tubicini admirationẽ ad
Bracciũ referendã attulit. ſiquidẽ accedentibus illis vtrinq; in Braccij clamatũ eſt exitium, & exercitus erat iam terri
bilis, & maximus. Imminente igitur die, quo erat deſcendendum ad pugnam, primùm Iacobus Caldora legatum alloqui
tur tps eſſe dicens, vt exercitus ſuis ordinibus inſtituatur; & eo annuẽte iubet oẽs equites, ac pedites vt cognoſcant appa
rari, inq; lata planitie diffundi, id ubi tubarũ ſono p̄nunciatũ, & edictum eſt; ipſe arduo equo uectus Ludouicum Colum
nã primo loco primã cohortẽ capere imperat, & cum eo Micutium Vgolini conſtituit. cohors uerò ſecunda Federi

G co Mathelicano demandat̃. hos, alioſq; deinceps eligendos iubet toto quẽq; loco ſiſtere cũ ſuis, quoto in ſeriẽ deligeretur.
Appellat deindè Frãciſcũ Sfortiã, hic autẽ cohortibus tribus tria ex ordine loca cõplectitur. Euocat indè Antoniũ Cal
dorã, & huic ſextã ſpectatis uiris conſtantẽ comendat, ſeptimã Ioãni Sterlino. octauã uerò credit Scaramutiæ Aſcola
no. poſt hos nonã Comes Sancti Valentini moderatur, & cũ illo eius frater uir fortis, & magnanimus. Decimo loco ve
xilla ſtatuunt̃, Pontificale quod Bernardus Aquanius, et Reginale quod Iacobus Sãgrus firma manu ſuſtinet: ea cuſto
diunt electi ac ſpectati equites trecẽti, qbus legatus Põtificis cũ equitibus centũ et quinquaginta iungitur. Habet vnde
cima uiros Tartalliſcos bellicis rebus inſignes, hanc regit Paulus Theutonus. Leonellus Peruſinus præficit̃ duodecimæ,
eũq; Micchelottus, & Raynerius pari gradu comitantur. Tertiadecima quæ Hiſpanos habet milites, à Ioãne Garillo cu
ratur. tũ Petrus armis, et corporis, et animi uiribus excellẽs curã habet quartædecimæ, Andreæ Serano cura eſt quinta
decima, ſextadecima Aloyſio Sancti Seuerini. Poſtremã agit Miccheletta: hinc habens Antonellũ Lopidianum, inde
H Franciſcũ Caracciolũ. nec minori ſtudio pedites inſtituunt̃. eis enim præficiũtur Comes Dulcis, et Petrus Teſta. Cõmea
tus autẽ omnis Ioanni Verſolino, Armilio, Antonello, Quinulo, & eorũ peditibus cuſtodiendus comendat̃. Hoc ordine cõ
ſtituto exercitu, uadẽs huc, atq; illuc Caldora; nunc hos, nũc autẽ illos appellat, recolit, atq; laudat eorũ res geſtas, quas
gouerat. Docet imminere tp̃s, quo antiquę nobilitati multũ facere queant acceſsionis, aduerſus eos eſſe dimicandũ, qbus
Aquilani fuerunt ſæpenumero pugnando ſuperiores, quiq; toto iam anno tẽpus ibidẽ terentes, vix agreſtes Aquilano
rũ edomuerint, nec iam poſſint ullũ expectare ſubſidiũ, & ſint numero, ac loco inferiores. Bracciũ eſſe cũ ſuis omnibus
Deo, atq; hominibus inuiſum. quippè cũ nulla innitatur iuſtitia, & ſacroſanctæ eccleſiæ ſacrilegus hoſtis, ſit omninò gra
ues omniũ ſuorũ ſcelerũ pœnas ſubiturus. preſtò eſſe inſuper populũ Aquilanũ, qui iã annuis iniuriis agitatus ſæuiſſimo
impetu ſit iturus in vltionẽ; eſſe ipſis vna pugna, & ſummi Pontificis, et Reginæ, & Aquilanorũ gratiã cõparandã;
nec minus honores, & diuitias ex hoſtium ſpolijs accipiẽdas. Non igitur expectent ab oratione virtutẽ, intendant ad ui
I ctoriã animos, ſiãt ex fortibus fortiores, quo deindè hoſtiũ ſpolijs ſint, & gloria pſtantiores. Nõ ceſſat interim Braccius
& peditũ tria millia, quos in ſummo monte preſidio collocarat, miſſo tibicine monet, ne quiſquã hoſtes antequã illi deue-
nerint in planiciẽ adoriatur, neuè aliqua puocet occaſione, niſi malint ſummũ de ſe ſumi ſuppliciũ. Poſt hęc iubet exer
citũ quieſcere. uigiles nõ modò circũ caſtra, uerũ etiã longè obſeruare, ſi quid hoſtiliũ rerũ exaudiant. cũctos monet ſic
accingi, vt poſtridie prima luce ſint ad hoſtes uincẽdos ad diripiẽdos progreſſuri. Dehinc ſe ad locorũ oportunitatẽ eligẽ
dũ conuertit, & rupto fluminis alueo aquas in lacunas duas, & eas quidẽ latas, ac non multo ſpatio diſtantes immittit,
vt mollita humus fieret hoſtibus impedimẽto. Cúmq; futuræ pugnæ ſtatũ animo cõcepiſſet cohortiũ ordinẽ, & procerũ
ſtationes diuidit. primũ autẽ locũ tenere iubet Petrumiampaulũ virũ armis, & nobilitate clariſſimũ. loco verò ſecũdo
Populi Comitẽ cũ eius veteranis militibus cõſtituit. deindè Nicolaũ Verreriũ eius uirtute ac magnanimitate prelauda
ta tertiũ eſſe imperat. Huic proximũ mandat accedere comitẽ Brandolinũ, & quintũ Cattamelatũ, cũ vtrunq; magni
K ficis laudibus extuliſſet. ſextæ cohorti præficitur Strangulinus. ſeptimę Malateſta Caſenas, quibus & laudes mirificas
accõmodat, & diuitias pollicetur ampliſſimas. his admouet Nicolaum Piſanũ: quem ſequitur Antonellus Senenſis,
Vngarus verò locatur decimus, & undecimus Mattheus Prouenzanus. quibus laudatis, & ſuis locis appoſitis tradit co
hortẽ duodecimam Horrio Toccano, & tertiamdecimã Iannecto Sparſaquano, & hos quoq; diuitibus pollicitationibus
accumulat. Deniq, quartãdecimã tradidit Nicolao Piccinino, quẽ & laudis, & rerũ ſuarum participẽ ſe facturũ polli
cetur. Quintadecima tandẽ ex famulis centum collecta eſt, & vexillũ Vgolino Marerio traditum mandat cuſtodiri fi-
dis, & fortibus equitibus ducenis. Hæc inſtituerat Braccius, & mirabili alacritate, lætitiaq; diffuſus iubet omnes cape-
re quietem, & animos, atq; vires ad ſequentis diei victoriã præparare. Aquilani quoq; ſe parauerant ad pugnam, &
media ferè nocte cũ hoſtilẽ, & amicum exercitum paratum eſſe nouiſſent, tota urbe armis, cãpanarum tinnitibus, lumi
nibus, & cohortantium hominum uocibus trepidatum eſt. ſingula quarteria explicitis vexillis ad expectatiſſimũm
certamen accingebantur. & Sancti Petri vexillum Corporilongo traditum eſt. ſequebatur autẽ plurima, & benè ar-
L mata iuuentus. vexillũ uerò Sancti Ioannis, Ioannes habet notarij Blaſij nepos, & hunc armis munita ſequebatur mul
titudo. Tum Diui Georgij volitantẽ cum dragone equitẽ fert Iacobus Caſaſſus, is quoq; magnanimos, & virtute præ-
ſtantes uiros ducere gloriatur. Diuę autẽ Mariæ nigrũ, & anguſtius humana forma caput niueo velo appictũ proue-
hit Nicolaus Ciminellus, quẽ quidem animis, atq; armis munita multitudo proſequitur. Poſt hos tota procedit Campo
niſcorũ nobilitas, Antonutius bellicis rebus longo iam tẽpore clarus, Aloyſius Montorij dignitate ac multa uirtute in-
ſignis, Baptiſta qui animi ſagacitate, & conſilijs omnes anteiret; hinc Pyrrhus auidus pugnę arduus, et ſtrenuus, et au-
dẽs ſe, atq; alios adhortatus accelerat: qui quidẽ ſinguli ſingulis turmis pcedebant, & diẽ ardebant illuceſcere: oẽs tamẽ
Antonutij ductu gubernant̃. Rareſcentibus autẽ pxima luce tenebris, Braccius maxima uincẽdi ſpe iandudũ elatus, for
tunę quoq; varietatẽ aĩo volutabat, quippè cũ hoſtiũ exercitũ expectaret violentũ, et magnũ: Aquilanorũ quoq; popu
lũ, qui maximus eſſet cogitabat iniurijs, et cõtumelijs agitatũ, in tanta oportunitate erupturũ ad vltionẽ ſcilicet preci-
M pua illi cura à Iacobi Caldoræ authoritate, & belladi ſcientia occurrebat. nulla tñ ei metus aperta ſignificatio, ſola victo
ria in eius uultu relucebat, uerbo ſonabat, geſtu pmittebat tãta animi magnitudine uehebat̃, tã alacri uultus maieſtate
vt diuino aliquo uideret̃ numine afflari, hũc atq; illũ appellat, hortaturq́;, ne ſegniꝰ eo die ſe habeãt, quã aliàs, atq; aliis
facinoribus geſſiſſent: ſimul imperat, ſimul claſsicũ indicit: et optimũ quẽq; ipſius uirtutẽ memorando cõfirmat. Iubet
deindè veniri in concionem, ad quã ita eſt ex equo et fulgẽtibus armis loquutus. Hic dies ſocij locupletabit uos oẽs, et
quos aliàs adepti eſtis honores efficiet cumulatiores noua gloria: quas n. Ioãna, quaſq; Martinus copias in nos mittit, eas
uobis ſternẽdas diripiẽdaſq; parauero; neq; fuerit his rebus periculoſa, neq; laborioſa qdẽ difficultas. nouus Imperator
nouos milites agit. et Iacobus Caldora nup á noſtro ſtipẽdio diuulſus adhuc noſtra ſigna, et Braccij nomẽ veret̃. magiſq;
ipſe noſtrũ uenerabit̃ imperiũ, quã à ſuis cũ imperauerit intelligat̃. At ego qd quiſq; veſtrũ audeat, qduè poſſit ita noui,
ut qd animi ſit à quoq; exigendũ, aut qd uiriũ expetẽdũ callẽs ſine vllo poſſim errore certis laboribus certos uiros oppo

nere,

A uere.ſtat etiam pro nobis ſanctiſsima cauſæ iuſtitia:nam Ioanna,quã toto Aprutio poteſtatem,& iura mihi tradidit,
ea rurſus malè ſuaſa,& fœminea leuitate impulſa ad ſe reuocat.non meminit ingrata quãuis ipſam eripuerim pe-
riculis,& quo pacto penè pulſam in regnum ipſam reſtituerim? Tum Martinus á me Romam quaſi manu reductus,
cùm Florentia diſcedere non auderet, ob noſtra in ipſum merita hæc nobis præmia rependit, uterque noſtris corruet
manibus.& Pontifex,quod ſæpè dixi,eò redigetur,vt pro quatrãtibus ſingulis ſingula ſit ſacra peracturus:vt enim
interficiatur abſit,imò ita nullies animam acturũ puto:olim enim fœlices,miſereque deinceps viuentes mortuos re-
ctius cenſeo appellandos,quã viuos.ipſe uerò cùm videam ex hoc prelio uobis parari diuitias, neq; Ioannã, neque
Martinũ culparim ingrato animo.Incredibile dictu eſt quàm claram ſimus habituri victoriam. Aquilanos iam fa-
me confectos campeſtris hæc pugna prauicerit,poſt Aquilam nullam in hoc Regno Ciuitatem ſuperari pudebit. Ro-
ma noſtras uires formidabit, Neapolis meditabitur obſequium. hæc omnia in veſtris haſtis, & gladijs ueſtris ſita
ſunt.locorum periti locorum ignaros aggredimur. Fluuius quoq; fuerit nobis prǫſidio;& qui noſtros gladios feſtina-
B bunt aufugere,lacunis & mollita tellure morabuntur, uobis pugnaueritis,uobis viceritis,arma,equi, captiui,reſque
omnes veſtræ ſunt,mihi ſatis fuerit veſtrum exercitũ fuiſſe ſuperiorem. Cùm hæc dixiſſet,& à nuncijs hoſtes iam ca
ſtris egreſsos procedere acciperet,imperat ſingulos proceres præmonſtratos ſtationes occupare, atque ibi hoſtilem
impetum perciunctari. Braccius antè alios ſtationibus conſtitutis huc atque illuc obequitans quoſque laudat,& ſuo lo
co ſic ſtare iubet,vt laudato militiæ more irrideri malit,quã loco uel minimum quid decedere. Gaudet magnanimus
dux exercitus ordinem,& lætam,atq; pugnam meditantem iuuentutẽ intueri. his itaque geſtis præparare quiſque
ſe ad pugnam. Ex aduerſo qui nuper aduenerat cum equitibus quadringentis,& peditibus centũ Aloyſius de Sancto
Seuerino præmiſſa moræ cauſa ducibus adhuc in vnum coactis primus hortatoria effatur talia. Eia præclariſsimi du-
ces,magnanimi cõmilitones ueſtras iam exhibete uires,prǫparate animos ad victoriã capeſſendã, capeſsendam, in-
quã,crudelis enim tyrannus eſt contra quẽ res agitur,chriſtianæ religionis inimicus, omniq; obſcœna morte digniſſi-
C mus:quibus auditis omnibus ad hoſtes inuadendos fuit alacri uoce conclamatũ. At legatus qui ſupra conuocato exer
citu iterũ grauibus,multiſq; ſermonibus omnium releuat animos,ac uictoriæ ſpẽ firmat; apoſtolica ſancta iterat mu
nera;vexilla,baculum benedicit,& exercitũ omnẽ.mori ſi quibus contigerit in acie æternum largitur indultũ. Brac
cio autẽ,atque Braccianis cunctis maledicit,æternoq; ſubijcit igni, & anathematizat. quæ dum Apoſtolica fierent
inſtitutione ſeruata,euidentiſſima victoriæ emicant ſigna:ſiquidẽ aura quędam lenis exorta ſigna Aquilam uerſus
omni decentia deferre videbatur. Sed & Aquilæ duæ ex alto ſubuolantes,vna inſedit in vexillis ipſis,altera uerò cir
cumuolabat magna cunctorũ admiratione,ac lætitia ſpe glorię. quo iucundo ſpectaculo terminato iterum Cardinalis
cum baculo Iacobo Caldoræ exercitum tradit,& eius imperiũ inquiens,accipe baculum iſtud quod tibi ſit auctio,ini
micis autẽ vindex fiat flamma.quare memento Sanctæ matris Eccleſię generalẽ ad eius,tuamq; gloriam conſtitutũ
eſſe ducem:cui Iacobus humili corpore,uoce leni,omni ſe reuerentia illud munus ſuſcipere reſpondit. ſicq; ſtatim clã
D gentibus tubis & Papæ,Reginę,ac Eccleſiæ acclamata eſt uictoria. Finito verò clamore affuit Ludouicus Columna,
qui omnia,quę caperentur cenſebat fore cõmunia:quã ſententiam, Dux quidã Andreas Sellonus eques refellit au-
dacter,& cuiq; ſibi ſuum cenſuit cedere lucrum. Tunc dominus Iacobus cum cæteris ducibus inito concilio,perſonã-
te præcone edicta proponit.quod quiſq; alacri animo ad ſequentis diei ſe præparet pugnã,& Braccium debellandum,
ordinemq; ſuum omninò ſeruet immutatum. Verũ iam altera exorta die Iacobus dux ſummus quoſq; nominatim or
dinat,aduocatq; duces,quorum primus Ludouicus Columna,& Micutius Vgolini Aquilanus ciuis cũ equitibus tre
centis,iiſq; pluribus Aquilanis.hinc Federicus cũ ducẽtis,comes Franciſcus cum Gherardo Cotognola cum trecẽtis.
Antonius Caldora equitibus comitatus ducentis. Ioãnes Sterlinus centũ quinquàginta,quẽ Scaramutia ſequitur.ue
rùm huius calcẽ terit comes Sancti Valentini,cum Bruno Germano magna comitãte cohorte,quã dominus Iacobus
dux inſequitur,quẽ vexilliferi cũ Cardinali Hiſpano conſequuntur.primũ enim Bernardus de Aquauiua Pontificale
E deferebat vexillũ propè legatum centũ quinquaginta comitatus equitibus,ac demum dominus Iacobus Sangrus Re-
gni alia vehens inſignia gradiebatur,quę á trecentis ambiebantur equitibus.poſt quos Paulus Theutonus,& Tar-
tallisci trecenti. Leonellus, Micchelettus, Raynerius. hi omnes vno gradiuntur cuneo centũ quinquaginta. poſt quos
Petrus Aluerinus, Andreas Serranus,& Aloyſius Sancti Seuerini, Micchelletta, Antonellus de Sancto Lopidio.
vltimi verò Petrus Teſta,& Armelleus cũ peditibus ſarcinarum prǫerant cuſtodię.aciebus ducibuſq; iam diſtin-
ctis,claſſicũ iterum duce iubente inſonuit,imperialia mandantur edicta maximè de inuiolato ordine ſeruando,ni vel-
lent mortis pœna mulctari. Braccius relatione percepta,certuſq; ad ſe de inimicorum deſcenſu calliditate iandiu prę-
meditata victorẽ ſeſe fore omninò promittebat.vndè lacunas inducit duas in ſubiectã planiciem,in qua conflictũ fu-
turũ ſperabat:fluuiiq; alueũ,qui dirimit eaſdẽ duobus in locis iubet effodi,quo omne dimiſſo replerentur foſſæ,molle-
ſcerent arua,ſicq; & equis fierent inuia,& hominibus, ac demũ incautè aduenientes hoſtes ijs paludibus ꝓpediti fa-
F cillimè caperentur.quocirca et ibidẽ locũ adinuenit, in quo tutiſſimè ad hoſtes alliciendos propriũ ſeruaret uexillum.
mandat ꝓtereà peditibus ſuis,qui montis aditus ſeruabãt,vndè noſtros deſcẽdere oportebat. erant autẽ ferè tria mil-
lia,ne ſi nollẽt plecti,et ſuſpendi,quis eorũ hoſtes irritare ꝓſumat. Alloquitur inſuper ſuos animo inquiens hilari,ac
vultu iucũdo,exultate uiri fortes,gaudete cõmilitones ſtrenui oẽs;nanq; hoſtiũ ditabimur ſpolijs,audeat quoq; quiſq;
noſtrũ,ſæuiat,trucidet ad libitũ,dilaniet:oẽs enim uos aſtatis ad bella doctiſſimi,uictoriis creberrimis glorioſi,armis
optimè muniti, quinetiã fauentis fortunę cõmoda multa tenetis,hoſtiũ autẽ omni in re conditio eſt infima.vndè ue-
ſtrũ neminẽ tantæ credimus eſſe ignauiæ,vt rebus damnũ,gloriæ autẽ ſuæ uelit inferre crimen. his itaque uerbis, &
aliis multis modò omnes,modò ſingulos hortatus,duces in craſtinum pugnaturos componit,& exercitum.ducum au
tẽ cum ſuis cohortibus ordinem nunquã talẽ diſpoſuit.ſic enim conſtituti conſpectu quidẽ decori apparebant Petrus

G Iampaulus, Comes populi, Nicolaus Verrerius, Comes Brandolinus, Cattamelatus, Strangolinus, Malateſta Caſe-
nas, Nicolaus Piſanus, Antonellus Senenſis, Ioannes Vngarus, Matthæus Pronenzanus, Oringus Theutonicus,
Ioannitu s Sparſaquanus, Nicolaus Piccininus, quem etiam noua ſequuta eſt cohors, quam Braccius, tunc primùm
ex domeſticis, conſiliarijs, famuliſq; inſtituit. huic autem præcipitur cum ſuis omnibus collium propè Aquilam de-
ſcenſus occupare, ne ciuibus quoquo modo facultas ad ſuorum ſubſidium campos incurrere daretur. Regale vexillũ,
quod apud ſe erat, Braccius illud credidit Vgolino Marerio cum equitibus ducentis, proprium uerò Scardoctio con-
ceſſit. Igitur omni iam aſtante exercitu ſerico, argenteo, aureoque fulgenti ornatus Braccius iterum, atque iterum
quæ dixerat replicat, diuitias cunctis, dominatus promittit, & honores: demum, inquit, attendite animo chariſſimi
fratres, ſi quis fortè in futura pugna ſenſerit ſe nimium defatigari, ne deficiat cautè ſubducat ſe à prælio, & ad locũ
veniat condictum, in quo uelim noueritis optima uina quæque ad refocillandum animos opiperè, abundanterque fore
H præparata. Talia dum circa vineta perficiuntur; ecce contra in montis dorſo cœpere hoſtium emicare cohortes, quæ
non ad ſubiectos campos deſcendebant, ſed cùm in dorſo illo cliui ſint plurimi, & in adiacentibus concauitatibus lacu-
nas, & viuos fontes aquarum habeant non paucos, apud eos nocte illa caſtrametantur. Quos Braccius conſpicatus
ad Nicolaum Verrerium ſe vertens hac ſubſannatione alacri, eia, inquit, uirorum fortiſſime, qua ſtrage eos cras te
profligaturum autumas. cui Verrerius. Fœliciſsime dux ſi conceſſeris, dicam profectò, quę ſentio, quidni? dicito ait
dux. ait Nicolaus dentur mihi tres cohortes, & incautos aggrediar eos, & vſque ad internitionem deſæuiam, quod
Braccius nullo modo ſe probare reſpondit, poſſe quippè maximæ eis eſſe formidini, & binas, aut tres proſtrare cohor
tes: cæteros uerò fuga fore ſeruandos, quare abſque dubio melius eſſe in campo illos operiri, in quo cùm fuerint ho-
ſtes aggreſſi paludibus iam dictis circumuenti; nullus eorum poterit Braccianorum manus effugere. Reuocate queſo
in memoriam, quę alibi ſæpè geſsimus, ſtrenuiſſimi commilitones, & duces. fortuna interdum fauente, ſæpiſſimè etiã
I aduerſante. Dum Alberici partes ſectabamur, non uos latet cuiuſmodi maximas Bononienſium copias pauci, & uo
ui quaſi milites intrepidè, & repente non ſolùm fudimus, uerùm etiam totum exercitum profligauimus. Obſeſſi apud
Rhenum tenebamur, & repente firmato vallo, & foſſis, frænato inimicorum impetu, & conſtitutis pontibus incolu-
mes flumen traiecimus, nec unus noſtrum peryt: licèt omnes ſe neci datos, & in hoſtium manibus implicitos arbitra-
rentur. hinc vt ſcitis Albericus totius exercitus curam nobis tribuit: hinc ſuis armis, & uexillo inſigniti ſumus. Pau
lò poſt mille, & quadringenti equites à Bononia Peruſium verſus me ſunt ſequuti, quorum multi hìc nunc adeſtis, &
animum erga uos meum, & militarem diſciplinam, ac fortunam mecum ſæpiſſimè experti eſtis. Inde vnà cum Roſ-
ſio Aquilano Patauio opẽ tuli; & propulſatis hoſtibus ſummi Pontificis legatus ad ſe nos vocauit; & eiuſdem equita-
tui præfecit. quo quidem tempore quid à nobis actum ſit, manifeſtius eſt, quàm vt hìc recenſere ſit opus. Nõ ne Ludo
uicus Firmianus exercitu quanquàm numeroſiſsimo munitus, non ſine maximo copiarum detrimento, & pluſquàm
K dimidij ſtatus direptione ſenſit, quid noſtrę uires efficere poſſent? ſenſerat enim ille me pro tuenda arce caſtra moſſe:
oppidanorum nomine literas miſit, quibus ſcriptum erat ſe obſidione liberatos eſſe, & hoſtem aliò tetendiſſe. Ego au
tem inimicorum fraude id factum eſſe exiſtimans, literę eodem exẽplo conſcriptæ licèt alteræ redderentur, non prius
deſtiti, quàm illos fuſis hoſtibus longa obſidione liberaui, & tribus diebus tria munitiſsima hoſtium Caſtella in meam
poteſtatẽ reduxi. Mox deindè, Angelũ Pergulanũ vnà cũ ſeptingentis equitibus, & maxima peditũ multitudine, to
ta die manu conſerta, trecentũ tantũ ſtipatus equitibus non ſolũ fugaui, verùm etiã pleroſq; grauiſsimis vulneribus,
ac morte mulctaui. Quare factũ eſt, vt penè omnia, quę circũ iacebant Caſtella deditionẽ fecerint. Qua queſo via An
conitanorũ fœdus, & amicitiam comparaſtis? Non ne dũ maximam prædam abducebatis grandẽ pecuniam ultrò, et
fœdus obtulerunt? veſtrũ multi, qui mecũ nunc hoc diſcrimen habetis propriis oculis vidiſtis, & ueſtris viribus exper
ti eſtis, quanto impetu, quantaq; multitudine in nos irruiſſet Ludouicus, & quanta virtute à nobis ſit dimicatũ, ac de
L mum ſtratis copiis, quanta trepidatione ille fugã arripuerit, quot illius populi quã breui tẽpore ad nos defecerint, ita
vt ditiſsimus ille Princeps, & multarũ copiarum imperator ſupplicibus manibus ad nos uenire cogeretur, & noſtra
omniũ ope Aſculum, quod ad hoſtes defecerat paucis diebus ſibi obtemperare coegit. Quis ueſtrũ Caroli Malateſtę
audaciam, & magnas militum vires proſpiciens ſibi perſuadere poterat, vt turpiſsimè funderetur? & equę multę cũ
dominis, & armis captę ducerẽtur? & cùm quilibet veſtrũ, ac ueſtri omnes equi diutius pugnando defeſſi eſſent, nec
cliuum, quo hoſtes properabant ulla vi ſuperare poſſent, præmiſſa tamen equarũ earundẽ multitudine, quas præ li-
bidine adeò inſectati ſunt equi, vt inimicos illuc penè appulſos præuenirent, & deturbarent? no minori deinde vſi vir
tute Lapirum munitiſsimum oppidũ cepiſtis; & Martini equitatum fudiſtis: ac ditiſsimi inde facti, ad Cingulũ oppidũ
natura fortiſsimum arma vertiſtis; & me duce no prius ab armis, & pugna receſsiſtis, ac Cingolani terga uertiſſent,
& [illegible] ſe ſepſi[illegible]. Non ne dũ Romam petebamus, Fulginates pænituit nobis cõmeatum denegaſſe? quãta cum
M eorũ ignominia, & pernicie agros, & Caſtella plurima depopulati fuimus? quis eo tẽpore nobis obſiſtere potuit? exer
citus licèt maximi circũſtarent? quę oppida ſub Ladiſlai Regis poteſtatẽ redegimus? Non ne penè omnia, quę Tuder
tinis obtẽperabant? non fuit poſtmodũ parui laboris, paruiq; diſcriminis Derutã cœpiſſe, & cũ ea Roſsium Aquila-
num alioqui inuictiſsimum ducem, nec illum ſolum, ſed ducentos, & quadraginta equites ſecum captiuos duximus.
quem animum creditis nunc illum habere? cùm ſemel, atque iterum ſit expertus quid Braccius poſsit? quantum-
que robur ſit in militibus meis? [illegible] Patauio, &, quid ipſe de hoc bello, ſentiat, non me latet, eſſet qui-
dem formidolus, ſed quid [illegible] armis? deſidet nunc in patria, uobis licèt aliter relatum ſit, illum ſci-
licet, nunc Caldoræ exercitũ inſtruere. ſed fac eſſe, non militarunt ſub ipſo noui penè milites Caldoræ. Nihil eſt quod
vereamini Aquilanos eruptionem facere poſſe: graui enim obſidione premit illos vigilantiſsimus noſter Piccininus;
& quod in tredecim menſes uix quater, aut quinquies facere auſi ſunt, nunc in tanta formidine conſtitutos
facere

A facere poſſe arbitramini? temerè quidem hoc auderent; nec tales vos vnquam Aquilanos noniſtis, ſed conſultiſſimi
intra mœnia ſe ſe continuerunt, & nunc maximè continebunt, nec eſt cur Caldoram timeamus: illius nanque milites
locorum ignari facilè deprehendentur, vel turpiter terga dabunt. & ſcitis me non pluris facere ſolere numeroſum
exercitum virorum præſertim non experientium, quàm paucos ueteranos milites, quorum dux frequenti victoria ſit
aſſuetus. hinc colligendum vobis eſſe cenſeo, breui victores fore. & licèt alibi plerunque ſummo cum honore, & no-
ſtra communi vtilitate ſimus uictoriā conſequuti, hic tū honorū honorem, vtilitatū vtilitatem, uictoriarū victoriā con
ſequemur. alibi pro amicis ferè ſemper certauimus, nunc res noſtra potiſſimū agitur; quòd ſi Aquilam cœperitis, ni-
hil erit in poſterum, quod vobis, veſtriſque armis obſiſtere poſſit. & quos Regina fautores remur, breui atrociſſimos
inſectatores experietur. Vndè præterea ſummus Pontifex ſibi copias comparabit, ſi has quas egerrimè comparauit
profligatas eſſe ſentiet? Mediolanēſium Dux ſibi maximè formidabit, vbi percipiet nullum eſſe in Italia exercitum,
qui à nobis fuſus non fuerit. noſtra igitur erit Italia, ſi uires, quibus hactenus vſi fuiſtis, nunc potiſſimū adhibeatis. &
B ſi nihil aliud præter Aquilanos agros conſequi daretur, quid quæſo melius? quid vtilius? quid iucundius? quid amœ-
nius? valeant illi, qui Aquilanum frigus inferorum pœnis comparare ſunt auſi. Nos enim ipſi aeris clementia exper
ti ſumus, ubi nam gentium meliori valetudine uſi eſtis? vel quę nam totius Italię partes uberiorem commeatum
ſuppeditarunt? Quid quæſo uobis vnquàm defuit, & ſi foris, ac ſub dio aſsiduè pernoctaſtis? triticum, vinum, & fru
ctus omnes, quos villa ſuggerit, paſſim naſcuntur: fontes uberrimi ubique ſcatent, non ſine agrorum commodo, &
proſpectantium oblectamento. Si verò tibi Cattamelate hìc præſidere non eſt cordi, non deerunt Braccio comites, qui
reliquum vitæ hìc peragere concupiſcant. Cuncti diuites, cuncti honoribus pluribus affecti, cunctorū fama perennis
erit. hæc Caſtella ditiſſima, hos feraciſſimos agros, hos bene conſitos hortos, has vineas tam bene cultas, quidquid de-
mum circumſpicitis, uobis ipſis hodie comparabitis, preter uaſa aurea, & argentea, ſupellectilium maximam co-
piam, crocum, & grandem pecuniam, quibus omnibus hanc vrbem, hęc oppida, & uillas denique omnes refertas eſ-
C ſe nouiſtis. & vt quiſque ſe hodie ſtrenuiſſimè geſſerit, ita maximo à me munere donabitur. nūc igitur uiribus opus,
nunc animo forti, nunc qua ſoletis vti audacia. quid autem Braccius facturus ſit, malo re ipſa, quàm meis uerbis com
probari. Quo dicto calcaribus equo citato, & magno impetu cuiuſdam haſta correpta, eam dextra uibrans, ac circum
quaque curſitans, animi maximam oſtendit alacritatem, & ſuas in armis uires oſtentauit, & peritiam: quocirca ab
omni exercitu clamor in cœlum extollitur, & Braccio acclamatur, & uictoriæ. Hinc ducis munificentia ſtatim uina
proferuntur, & muſtacea multa, & uaria exhibentur, & tandem quiſque optimis promiſſis, ſumptoque uino fa-
ctus hilarior propria repetit tentoria. Aſt Aquilani cùm iam hora diei eſſet una de uiginti, quando certis nuncijs re-
ſciſſent propè Balneum militum copias aduentaſſe auxiliares, quanta exultatione exilierint, quo fuerint circumfuſi
gaudio, qua ſpe deiectos erexerint animos, legentium cōmodius ingenio cenſeo derelinquendum, quàm chartis poſſe
mandari. Aduocatur quamprimùm concio, qua decernitur ut Quartus quiſque uiribus quibus poteſt ſe pręparet ad
D pugnam, quod illicò præconis uoce in publico foro mandatur, ne aliqua cauſa cunctaretur, qui poteſt arma mouere,
quin ea capeſſat, & cum rectoribus ſuis publica perſonante campana nulla ratione moretur adeſſe. Tunc erat uidere
ciues in hoſtes fremere, inuicem ſe monere, inuicem hortari, arma parare, & qui Reip. præerant iubere, parere alij,
& agri oppida, quæ non defecerunt celeritate qua poterant adire. Erat tunc Camerarius, ac Aquilanam Remp. mo-
derabantur primus Nicolaus Galliardus, quinque uiri Ioannes Petri Pauli, Franciſcus de Cambiano, Iacobus Facto
ris, Nicolaus Ciminelli, Antonius Tutij de Fidantia. quorum iuſſu Quarterius quiſque proprium ſibi pręparat uexil
lū, & audito belli ſigno, quiquè ſuo adhęret. Interim ubiq; Aquilanis ſonare campanas, uocibus quibuſcunq; pote-
rant ſe, alioſque hortari. Domini autem Aquilani abſque mora allata uexilla quę iuſſerant latoribus aſſignant, prout
celerius afferebantur. Vndè Quarti Sancti Petri uexillum primū allatum. Corpori longo. Quarti Sancti Ioannis Ia-
cobo notarij Blaſij. Quarti Sancti Georgij Iacobo Caſaſſo. Quarti Sanctæ Mariæ Nicolao Ciminelli committunt. Cam
E poniſcorum uerò domus ut cęteris nobilior erat genere, ita & uiris, & armis cunctis aderat inſignior. nam aſtabat co
mes Montorij cum Baptiſta, Pyrrho, & Antonutio, qui Aquilanum regebat exercitum uir in armis peritiſſimus.
Interea nunciatum eſt Braccio Aquilanos de eruptione cogitare, quod quidem egerrimè tulit; licèt Piccininum agri
fauces occupare iuſſiſſet, quo Aquilanis impedimēto fuiſſet, ne cum auxiliaribus copijs iungi potuiſſent: uerebatur
enim, ne fugato equitatu, & fuſis Piccinini cohortibus eò demū irruerent, unde ſuas cohortes eripere nequiret, maius
etiam malum ſibi imminere proſpiciebat, vbi illi irrupiſſent: nam paludes, quas flumine deducto ad impediendos, uel
potius deprehendendos hoſtium equites parauerat, in ſuorum perniciem factas eſſe ſentiebat. non ſolùm enim Picci-
nini equites illuc deuenire cogebantur, uerùm nec ipſe cum ſuis poterat ſe in latam planiciem diffundere, vbi illa cā-
porum pars, quę ad Aquilam vergit, occluderetur. ab altera nanque parte Caldoram premere, ex altera Aquilanos
includere, á tergo flumen, & quas dixi paludes, impedimento eſſe ſentiebat, optimum igitur factu ratus, binas lite-
F ras ſtatim ſcribendas curauit, alteras, quæ Piccinino redderentur, alteras, quibus Caldoræ nomine Aquilani mone-
rentur. primæ ſic ferè habebant. Braccius ſuo Piccinino ſalutem. Niſi tuam vigilantiam, tuū roboreum animum,
tuamque in re militari peritiam, ac ſtudium proſpectum haberem, ad te ipſe cum exercitu properare compellerer; au
dimus nanque Aquilanos intra mœnia, vt demum irrumpant, aciem properanter inſtruere: quod quidem ſi fieret
(vt certè fiet niſi abs te quamprudentiſſimè obuiam ibitur) de te, de tuis cohortibus, de nobis, de exercitu, ac
penitus de re noſtra actum eſſe cenſerem; ſunt natura audaces Aquilani, pertinaces, ne cedant, & nunc potiſſi-
mum cùm familiares copias præſto eſſe uident: fame laceſſiti, nihil intentatum relinquent, vt ſe quàmpri-
mum auxiliaribus iungant. quod quidem ne fiat, te etiam, atque etiam rogo. Vale. literas præterea, quas tibi
ad Aquilanos dedimus quamdexterrimè, & quamcelerrimè perferendas curabis. iterum vale, & vigila.

G Quibus quidem á Piccinino acceptis vigilantius inſtare, tutius fauces occupare, portis obſidere, ſtationes diuidere, ip-
ſe omnes monere, ſtrenuiſsimos quoſque appellare, præmium maximum proponere, multa polliceri. Interea literas
ſibi ad Aquilanos datas quàmprimum certo nuncio reddendas curare. quæ quidem vbi acceptæ fuerunt, & in con-
cione perlectæ, maximè dubitatum fuit, non enim arbitrari poterant Caldoram ſuadere potuiſſe, vt Aquilani nullã
opem ſibi afferre tentaſſent. Exemplum enim harum literarum ſic monere uidebatur. Iacobus Caldora Aquilano-
rum Senatui Salutem. Veſtra omnium virtus, & firmiſsimum animi robur hactenus in Italia celeberrimum fuit,
cuius quidem fama iure effecit, vt non ſolùm Regina, ſed etiam ſummus Pontifex uobis opitulari, & tam graui ob-
ſidione oppreſſos pro viribus leuare cogantur: ad quod peragendum nos huc miſsi ſumus ſanguinem, & vitam im-
penſuri pro ueſtra omnium ſolute tuenda. nihil igitur eſt, quod vereamini circumſtantes hoſtium copias: ſic enim pa-
rati ſiamus, ut vitã citius profundere, quã uos, veſtramq; urbẽ diutius obſeſſã eſſe patiamur. nos tamen interea intra
H mœnia ueſtras cohortes, & uoſmetipſos omni vigilantia, obduratione, & conſtantia tenere iubemus: peruenit enim
ad noſtras aures Braccium multos hac nocte in inſidiis poſuiſſe, vt ſi fortè uos inſtructa acie portis exire auſi fueri-
tis, illicò partim in urbem irruant, partim á tergo uos inſectentur, ut ſimul & urbe, & luce priuemini; & quod diu
ſummo cum honore, & labore obſeruaſtis, unico tantùm lapſu diffundatur: non hæc ſcribo, quo de ueſtra fortitudine
& ſolertia verear, ſed ne animi fortitudo tantum audaciæ iuuenibus præbeat, ut in arenam deſcendere audeant, &
ad nos venire concupiſcant, nec diu hoc perpeſſuros eſſe credatis, armis enim hodie decernetur Braccius ne, an Aqui-
la ſuperſtes ſit, nec prius conquieſcam, quàm aliquid, quod manducetis ad nos comportandum omni conamine inſti-
tuam. obdurate, vigilate, & ualete. Aquilanorum pleriſque hæc uera eſſe perſuaſum erat, cùm vir quidam bellica-
rum rerum experientiſsimus, ſic dicere inſtituit. Creditis Ciues ampliſſimi Caldoræ literas ad nos peruenire potuiſſe
vndique circumſtantibus inimicorum præſidiis? ſic notus eſt Braccius? ſic Piccininus? an non conſueuerunt his calli-
I ditatibus, & fraude circumuenire? ipſi, ipſi, inquam, hoſtes hanc impoſturam excogitarunt: timet enim ſibi Brac-
cius, ne nos à tergo aggrediamur. quod ſi fiet, quò ſe recipiat, non habebit. quæ uox ita permouit omnium animos, vt
ſtatim ab omnibus conclamatum ſit, & ad vnum in illius ſententiam pedibus itum. Aderat iam utriſque promiſſa
dies, aduenerat dies pugnæ, dies ſecunda Iunij Aquilanis quidem memoranda, qui conflictus non ferentes moram
ſummo mane per turmas ſuas urbem egrediuntur. Siquidem primus Quartus Sancti Georgij progreditur, ſecundus
Sanctæ Mariæ, poſt quem Sancti Petri, & ultimò Sancti Ioannis inſequitur. Et tranſmiſſo cliuo contra Ciuitatem
reſpiciente occupant circa locum, qui Roſareolus dicitur, & hoſtibus, qui ſupra manent, & Diui Laurentij in ipſius
clini Serra ſeruant ædes horribili voce minati acclamauere; & conuicia multa in eos dixerunt. Ecce autem Braccius
& ipſe impiger mouerat è caſtris, aderant in campo ſigna cum præſidiis externa die ordinatis, acieſque iam inſtruxe
K rat. Erant Braccio equeſtres milites electi duo millia, deſtinauerat etiam iamdudum, vt diximus, Nicolaum Picci-
ninum prout decreuerat cum equitibus quatuor centum, quos ipſe in duas digeſſerat cohortes ad introitus camporũ
occupandorum, ne Aquilani in hoſtium auxiliũ è collibus deſcenderent. Verùm Antonutius Camponiſcus vir ab
adoleſcentia in armis eruditus monet Aquilanos quieſcere, ac expectare ſilenter affirmans nuncium á Caldora acce
ptum iri, quando eis fuerit eundum. Mouerat iam tum & Caldora copias ſuas auro, & argento Braccianis ornatio-
res, numero uerò pauciores: mouerat quidem ſed gradatim, globatimq; magno procededat diſciplinæ ordine ſeruato:
neq; enim tũc poterat aliter cùm adhuc ſatis cliuoſus ſupereſſet deſcenſus. Exoritur interim in aere augurium quo-
dam, ſeu potius, vt ita dixerim, miraculum in conſpectu exercitus vtriuſque: ſiquidem ab oriente hic, á meridie ille ſi
bi iam propinquabant. Extemplo auis quædam magnarum alarum ſubalbuli coloris. quæ Cozza vulgò dicitur, & al
L tiſsimas rupes, ac montium incolit iuga cum Aquila quadam apparuit pugnans tantis, tamq; validis incurſibus, vt
plumarum copia non minima decideret in terram, donec certamen tandiu geſtum eſt á cunctis ſiquidem poterat inſpi
ci; quoad Aquila in ſublime euolans, inde velut fulmẽ quodã in auẽ inimicã ſe iecerit, & unguibus pectus, ac roſtro
caput ueluti ferro mediũ ſecuerit. Sed hæc dũ aguntur Caldora monitur; ſiquidẽ, vt diximus, quò cautè, globateq; in
cederet cũ equitibus, pedites cũ omni pmiſerat cõmeatu, quos Bracciani adoriuntur, & á ualle bona uſq; ad collẽ Rai
neriũ aſperrimo inſectantur conflictu, et eis profligatis cũ ſarcinis abducũt iumenta: quod ubi Duci Caldoræ innotuit;
nolite, inquit, nolite vereri, interceptio iſta noſtra erit euectio. Talia enim ſunt niſi victorũ? ſumma hæc inter armatos
uertitur milites, cũ uicerimus pfectò recipiemus; vos ergò ordine accepto precedite integerrimè. At Braccius ſolito
pulcbrius ſumptuoſis decoratus veſtibus, alios hortari, alios inſtruere, alios laude, alios ampla munerũ ſpe ſollicitare.
M Vbi autẽ hoſtium copias plana ſubiiſſe conſpexit, & Aquilã uerſus à dextris relicto ſe iter arripere duas cohortes flu
men imperat tranſmeare, & hoſtibus occurrere; conſultò enim uterque fluuium tranſire recuſabat, ne ſi quando re-
trocedere cogeretur, aluei læderetur repagulo. properant itaque Bracciani in locum, qui Aſperetus dicitur: & Ludo-
uico Columnæ, Micutioque Vgolino, qui primi ibant, ſe obiiciunt, ualideque cum eis committunt, & haſtis comminu-
tis ferro res agitur. Bracciani terga vertunt, quod vt primùm dux eorum aduertit, tres cohortes in vnum congerit cu
neum, quibuſcum & ipſe ad locum vſque conuolat certaminis, quò vbi aduenit è pugna ſe eximit, atq; eos, qui primò
ceſſerãt cõflictui ad refocillandũ euocat vltra flumen: tunc & Caldorenſiũ tres cohortes in ſuarũ properãt ſubſidiũ,
quibus Braccius quinq; imperat occurrere: quod vt factũ eſt equorũ, hominumq; horrẽda fit ſtrages vtrinq;. At tũc
dux Iacobus cũ ſuo toto cõmiſit exercitu, ſed nec minus ex aduerſo hoſtiles cunei eis occurrere. Porrò tanta á cũctis
dimicabatur audacia, tam efferatis animis, tam ualidis uiribus, ut iam non de diuitiis, aut gloria, libidineque dominan
di; ſed tantùm de hoſtium interitu magis, quàm de propria ageretur ſalute. Aduolat interea nuncius quidam Picci-
nino, quid inquiens hic ſtatis? victores ſumus, ceſſere hoſtes ad vincas vſque: tamq; confertis pugnatur aciebus, vt
quid nunc ſucceſſerit conijcere non poſſim, properate. Exiliunt Nicolai milites talia cùm audiſſent, & ad certamen
prope-

A properant quãcitius. Tunc illi conſerere manus, hoſtes deijcere, vulneribus debilitare. At contra & ſi numero im-
pares inſtare animo, viribuſque ſuperiores. Iam non tubarum, non timpanorũ ſonitus vllus ſentiebatur, ſed armorum
tantum tinnitus, & morientiũ equorum, hominumq; gemitus horrendus vndiq; opplebat auditum: quæ vt Braccius
aduertit nouã cohortem ex conſiliariis, atque ſuis armigeris nuper electam, & centum milites ex vexillorum præſi
dijs precipuos efferato animo ſecum aſſumit. En, ait, tempus adeſt fortiſſimi viri, quo quiſque veſtrũ ditiſſimus fiat,
& inclytus gloria, eò namque, quod quiſque in hoc prælio fuerit lucratus duplũ id ſupra polliceor me ex munere cui-
que fore largiturũ: tantum audete nunc, mecumq; hoſtium vexilla aggredimini, humiq; illa vi qua poteſtis proſterni
te, incidite, dilaniate. Talia vt dixit, impetu citato dux primus ipſe irruit in hoſtes, & contritis haſtis gladio aperien-
te viam ad vexilla uſq; perueniunt, circa quæ noſtrorum precipua militũ præſidia. Durus utriſque agitur conflictus,
in quo ſumma rerum undique nutabat. Nam Bracciani ſigna hoſtium ita comminuunt, vt vix tertiam partem apud
B illos dimiſerint, Iacobum Caldoram ex equo deijciunt: ſed & quamprimùm reſilit, & ſuos qua potuit releuat voce,
viribuſq;, nec tamen incaſſum: etenim Braccius in gena cuſpide vulnus accepit. Et ſic propria repetit vexilla: noſtro-
rum autem optimus quiſque cadere, plurimi capi, equites conſternari quamplurimi. At Aquilani quorum ora Brac
cianorum ſanguinem ſitiebant iam aderant, & maximè ex collibus vinearum defluebant: quibus Baptiſta Camponi
ſcus ait, hodie ciues, hodie virtus, ſaluſque noſtra cognoſcetur: Antonutius autem nolite, inquit, nolite amplius cun-
ctari ad hoſtiũ conflictus quàmcitius properate: vexilla ordine, quo vrbe exierint ſeruato gradiebantur, tanta pu-
gnatorum multitudine vt noſtri cœperunt animos erigere, aduerſarij ita intimo corde pauere. Occurrit interim nun-
cius quidam Simon, qui auxilio Caldoræ properè uenire iubet: retrò enim cedere noſtros, & fugam arripere; actumq;
eſſe de rebus Caldoræ niſi ipſi præſtò ſint. Affuit inſuper & fœminarum temeritas, quę caſu magis, quàm virtute ho
ſtibus multum incuſſit formidinis: nam pluſquàm mille fœminę cùm primùm norint ſuos admonere, Collem Maiũ
C deſerentes, tanquàm iam tunc uerè victrices ad Bracciana caſtra diripienda, per planitiem ipſam propera-
bant: eis uerò qui contra proſpiciebant è loco certaminis videbantur homines aliqualiter armati. Quò circa Brac-
cius illas, & mares Aquilanos conſpicatus erumpens dolore cogente victum ſe ingemuit, & proditum: nam
cùm hanc eruptionem præuidiſſet, Piccininum curaturum reliquerat, ne vlla eſſet Aquilanis facultas auxi-
liaribus copijs ſuas vires coniungendi: qui tamen eius ſpretis præceptis ſpoliorum auiditate ad conflictum acceſſe-
rat; miraturque vndè Aquilanis tanta pugnatorum copia, & en ſuper nos ait aduenere lauiſtæ? Aquilanorum autẽ
hæc fuit ſententia, vt eorum aliqui vadum, quo Bracciani flumen tranſierant occuparent, rati ſe omninò fore victo-
res, cùm iam omnes penè viribus defeciſſe conſpicerent. Alij etiam ad certaminis diſcrimen accurrerent, qui autem
vada adibant impediuntur ab hoſtibus, ſed minimè, quin proficiant præpediuntur. Occupant ergò hi vada, cęteri ve-
rò pugnam ineunt. multis variiſque clamoribus cælum omne replebant, & adiacentium vallium curuæ: omnes ta-
D men Braccianis minabantur exitium, quibus uerò poterant tota quidem uirtute acerrimè inferebant: quilibet nam-
que ſuffodere equos, deijcere milites, trucidare deiectos. Antonutius Camponiſcus Caldoræ percunctanti de ſero eius
aduentu conſultò ſe egiſſe reſpondit, cũ pedites niſi feſſis equitibus non poſſint emitti utilius; equumq; poſcenti validũ
dat, is inſilit, & ſtatim ambo comiſerunt: quo facto Iacobus dux, ac noſtri omnes victorię reſumpta fiducia audacius
repugnare cœperunt. Legatus verò Apoſtolicus interim, quia & ipſi manu pugnare nõ licebat; hortationibus quibus
poterat ad Eccleſiæ Sanctę inimicorũ exterminium ſuos hincinde impellebat, & ſæpius eis benedictionem, & diui-
num auxilium, Braccio uerò, & Braccianis vltimum exterminium apoſtolica imprecabatur authoritate, ne cederẽt
hoſtibus inſtabat, quò vel in hoc mundo glorioſam victoriam, uel illo die munere eccleſiaſtico æternam conſequeren-
tur ſalutem. Igitur reſumptis interim viribus, accenſis animis, qui paulò prius cedere videbantur noſtri ſiunt iam ho
ſtibus intolerabiles. Illi uerò cùm è faucibus præda uideretur eripi, ſimulque pudet modò terga dare, qui antè ſe ui-
E diſſent ferè victores inſtare atrocius: vndè duriſſimus cunctis aciebus, mixtimque ingruit conflictus. quique hoſtem
ferire, & inſtare pro viribus. Aquilanorum autem non tam uoces iam audiebantur, quàm audaces eorum manus
ſentiebantur; & regio illa omnis morientiũ gemitibus, cõcurrentiũ armorũ colliſionibus, horrendo mugire boatu. Capi
tur interim à noſtris Braccianus dux Nicolaus Piccininus, qui penè ſtatim euadit cuſtodiam. Deluſus Braccius iã,
& labore defeſſus, & animi anxietate correptus, ita fuerat raucus effectus, vt nec ipſe clamare, nec ab alijs audiri poſ
ſet. Annuebat tamen enſe militibus ſuis inſtanter, nec erat iam qui vellet parere. Aquilani namque vocibus, telis, vul
neribus urgere atrociter: quapropter Petrus Iampaulus ſua cohorte, & Comes Populi, qui primùm comiſerãt à Brac
cianis, cùm focillatu reduſſent, viderẽtque Aquilanorum audaciam, quia aut fortè mori, aut vincere ſunt parati, fuiſ
ſentque alias eorum experti congreſſus, cæteros inſuper hoſtes longè alacriores aduerterent, quàm in ipſo pugnæ ini-
F tio extiterint, ſatius cenſent inde fugere, quàm ibi inutiliter mori. Vndè ipſi cum ſuis prout quiſque poterat diffugere
huc, atque illuc. Quod vt Braccius agnouit ſe proditum, victumque iterum congemuit, qui cùm quidam è ſuis fugam
arripere ſuaderet, nolle reſpondit: ſed in ſuo malle ſe mori vexillo. At Nicolaus Verrerius cum Cattamelato, quia
nummis refertos ſe nouerant non cum Braccio commori volunt, ſed fugam accelerant, & Ocre ſe recipiunt. Tandem
multi è Braccianis qui rem non nouerant, cùm vellent ad refocillandum trans flumen ſe recipere, ab Aquilanis vada
cuſtodientibus trucidati depereunt: inter quos Ioannitus Aquaſpartanus ex Braccianis dux occubuit. Aſt Micche-
lottus unus è ducibus noſtris callidus ingenio, uidẽs globũ quendã procul in cãpis, & è pugna illuc hoſtes defluere, qd
nã id eſſet armigero mandat inquirere; qui diligenter perſpecta re quamprimùm redijt, & globum quidem ſarcinas
eſſe, et quos præmiſimus hoſtes fugiſſe perdocuit. quo audito Micchelottus domino Iacobo duci mandat referri:
quæ vbi duci patuere, ac cęteris, tumultus exoritur: inſultantes exclamant omnes Aquilani ad profligandos Brac-
cianos, carnes ex eis expoſtulant, morteſque crudeles. Braccius fortè ſecum tunc ſuum deplorabat exitium, & eos

G qui fugerant accuſabat, & fortunam, quam ſemper penè ſenſerat ſecundam: mirabatur autem Aquilanorum
ferocitatem, & conſtantiam, maximè cùm idem Bononiam, Peruſiam, Tudertum, aliaque loca aliquando ſuperaſſet,
& talia multa huiuſmodi componens (vt credi poteſt) animo fluctuabat. Sed acclamationum nouitate commotus cu-
currit ad ſuos, eia inquiens filioli, eia viri fortes nolite victoriam, quam iam manibus tenetis derelinquere, fortiſſimi
viribus nolite uocibus pauere, et his dictis ſigna mouit in hoſtes maximo, & intolerabili illos propellens impetu. Sed
ſtatim Antonutius Camponiſcus aſſuit, & cum ſuis Aquilanis lanceis, contis, ſcorpionibuſque armatis, Braccianno-
rum irrumpit cuneum auxiliaribus ſequentibus militibus. Quantis verò ibi fuerit viribus, qua indignatione animi,
quanta ſtrage dimicatum, quis poterit verbis exponere? nullæ iſto conflictu inſidiæ, ſtratagemata nulla, viribus legi-
timè eſt actum. Denique noſtri acto cuneo vexilla impetunt, conſequuntur, proſternunt, atque dilacerant. quo viſo
Braccius ſolùm ſe extruit è turmis, & ad flumen properat, ſed uada reperiens ab Aquilanis obſeſſa, quò ſe uertat
H ignorans, mæſtus, laſſuſque, huc atque illuc errabundus accedit. At noſtri aliud maius vexillum, quod adhuc ſuo in-
tactum permanebat præſidio plurima aggrediuntur multitudine, committunt, dimicant, viriliter tandem ſuperant; di
ripiunt vexilla, & Vgolinum Marerium capiunt, cunctos vndique fugant, denique exultantes exclamant, regio om
nis inſonuit à clamoribus eorum. Miles autem quidam Durandus nomine, aduertit Braccium, cognouitque homi-
nem ſingularem circa flumen errantem cum rapido imperit curſu, quem vt Braccius euadat flumen tranſnatat, ſed
cùm iam feſſis viribus omnino defeciſſet, Durandus eum in ipſa aluei crepidine conſequitur, ac vt deditionem
faciat efflagitat, euadatque, à quo Braccius cui ſe vellet virum tam celebrem dare manus ſciſcitatus, Durando Iaco
bo Caldoræ reſpondente, eius (inquit) fateor me fore captiuum, tantum precor ſeruato me viuum. & caute ad virum
ducito, ſpondet Durandus. Idque perficere totis viribus dabat operam: uerùm Leonellus quidam ciuis Peruſinus, qui
diu Braccio ſeditioſè fuerat inimicus, odio, eoque olim pulſus è patria quatuor armigeris ſtipatus aſſuit extemplò ſi-
I tibundus Braccij nece, quibus Durandus cùm nequiret obſiſtere, vnus eorum Braccij ſauciat caput. guttur perfo-
rat, eum proſternit humi, & iam mortuum ratus equo diſceſſit abducto. Leonellus autem hic ſponte exul iam factus
propter ſimultates quas cũ Braccio diu perpeſſus erat, anteaquàm cũ Braccio dimicaſſet, eodẽ die corã multis recẽſe
bat ſe eadẽ nocte ſomniaſſe Bracciũ forti equo prouectũ magna inimicorũ ſtrage iã facta ſtricto enſe in ſeſe cucurriſ-
ſe, vt neci eũ daret. et dũ ictum incuteret Leonellũ ſe ſe defendiſſe, & eodẽ tpe, eodemq; conamine Bracciũ in iugulo
vulneratum eſſe: ac paulò poſt ex equo deſiliiſſe, & ſeminecẽ in quodam tentorium relatum. hoc idem bis, aut ter ea
dem nocte, quoties ſomno premeretur, ſomniaſſe aiebat. & licèt ſomnianti nulla eſſet fides adhibenda, tamen rerum
euentus haudquaquam vana inter dormiendum illum vidiſſe comprobat, quod quidem ſomnium audaciam neutiquã
minimam Leonello accreuit. & niſi Durandi, & aliorum interceſſiſſet auctoritas, è veſtigio illic Braccius ſæuiſſime
dilaniatus eſſet: tanto odio, tanta indignatione, & impetu Peruſinus in hoſtem ferebatur; imò grauiter ingemi-
K ſcens eos accuſabat: qui uirum nequã, pacis perturbatorem, ſeditioſum, & eum, qui Deo, & hominibus ſemper fuiſſet
infeſtiſſimus, & Aquilanorum omnium procuraſſet interitum ſeruare tentarent. Contra Durandus præter legem
militarem fieri ſi captus hoſtis viuus non ſeruaretur præſertim is, qui totius exercitus ſummus eſſet imperator. Ad
hoc accedebat quòd Mathematicus quidam ſenex, aſpectu uenerandus, ac barba impexus, eodem die Ioanni Vrſino
Picænorum præſidi ab eodem poſtulatus Braccij prædixit interitum ſi pugnæ interfuiſſet. Si autem abfuiſſet glo-
rioſam eiuſdem uictoriam vaticinatus eſt. hoc etiam & ſi ab initio plurimis riſum peperit, re tamen ipſa ueriſſi-
mum fuiſſe compertum eſt. Interim Bracciani omnes terga dare, diffugere, ſalutem quærere: noſtri uerò
contra in vnum coire, hoſtes inſequi, debilitare, ſauciare, capere, trucidare, conſequi quos poſſunt. Victor
autem dux adueniens comitibus eius laudes acclamantibus, Braccium conſternatum reperit ſolum. Aſtitit ei
Durandus, qui Braccii deditionem, & cuncta quæ acciderant cùm retuliſſet; fauit miſertus Braccio Iacobus,
L eumque lenibus uerbis demulcens adhibita cuſtodia defendit, ſcuto impoſitum quodam non longè à Bazano pa-
go ad ſua caſtra iubet deferri. Tunc autem tantus erat animus, & ducis amor, haud longè in campo Bazanenſi Brac-
ciani adhuc uiribus confiſi milites ferè quadringenti globo congeſto ſeſe cohortantes noſtros debellare moliuntur. quos
Aloyſius Sancti Seuerini aggreſſus una cum Aquilanis deuicit, ac fugauit, poſtremos quoſque trucidans Pagani-
cam vſque tanto eſt eius impetu proſequutus, vt applicante eò illuc hoſtium multi ſtatim deſilirent ex equis, & in
murorum foſſas quò euaderent ſeſe ducerent præcipites. Sæuiebant nempè Aquilani nulla deditione: quapropter
multi vndique ſponte deditionem fecere auxiliarijs, ne in ſæuientes manus venirent Aquilanas. Peditibus vero, qui
circumquaque fuerant in præſidijs ſententia fuit noſtrorum non expectare aggreſſus, ſed diffugere, ac propriæ conſu-
lere ſaluti. Bracciani uerò milites, qui Stiffum, & Fonticulos obſidebant audita ſuorum ſtrage fugam ſtatim
ornare ſuę quiſque ſaluti proſpicere, eò demum ire properabãt, quò fortuna tuliſſet, quorum nonnulli eò ſe recipe-
M re conabantur, vbi amicos eſſe cenſebant: confugere aliqui ad Diuum Pium, qui dum in ſpeluncas ſe ſe abde-
re tentarent, à muliere quadam deteguntur. En, inquit, direptores, en proditores, accurrite dilaniemus. Et arre-
ptis lapidibus audacter in quinque milites impetum fecit; & proſtratis duobus, tantum clamauit, donec cæteri mul-
titudine necarentur, non ſecus eorum cadauera mulieres dilaniabant, ac ſi venantium præda fuiſſet, memores ſci-
licet ignominiæ nequiter acceptæ. Alii eodem modo pariter profuſi in hoſtium manus deuenere, pauci uerò vbi
Braccius ſeruabatur ſe ſe recipiunt, non ignorantes ſe in hoſtium manus incurſuros. Diripiunt igitur uictores
caſtra, colligunt ſpolia, equos, arma, ueſtes, argentum congerunt, & aurum. Tanta victoribus inuenta ſunt
ſpolia, vt ſæuiſſimo Duce percapto ipſi contenti fugientes haud longius fuerint proſequuti. At Caldora vir
prouidus cupiens hoſtem acerrimum, ac toti Chriſtianitati famoſiſſimum uiuum conſpectui ſeruare Pontificis
accito medico virum, qui eum curare valeret, inquirit, cui chyrurgus vulneribus inſpectis, ſe prorſus curaturum

pollicetur,

A polliceur, & ſalutem ei omninò fore reſtituendam. quod vbi comes Franciſcus Sfortia audiuit, acceſſit, &
medici manui, qua Braccij caput ferreo ſtylo purgare curabat, manum impoſuit, atque impreſſit, & læſo cerebro pau
lò momento peſſimus ille tot ſubiacens eccleſiaſticis maledictionibus nèquam animam omnium peccatorum ſarcinis
oppreſſam euomuit. Hinc ſubito cadauer Iacobi, aliorumque ducum conſilio ſcinditur ferro, & inteſtinis, cerebroque
proiectis, reliquum corpus totum ſale perfunditur, & capſa incluſum Romam Beatiſſimo Papæ Martino deſtinatur.
Pontifex uerò qui nouerat eum in excommunicatione, ac tanta vitiorum pertinacia reddidiſſe animam, nec urbe qui-
dem tam horrendum cadauer dignum exiſtimauit; ſed velut chriſtianum peſſimum, ac in ignes æternos detruſum,
non longè ab eccleſia Sancti Laurentij extra muros in quadā crypta mādat humari. Aquilani verò quia noua lux
in die hac oriri eſt viſa collectis ſpolijs plurimis diebus tripudijs, conuiuijſque uacantes, deiectos tanta, tamque longa
obſidione luſibus quibus valent releuant animos, corpora refocillant: ſiquidē ab orbe redēpto anno M.CCCCXXIII.
B die Maij VII. Braccius agrum Aquilanum depopulari, & Aquilanorum caſtella in ſuam deditionem accipere, die
que XIII. obſidione vrbem premere cœpit. anno verò M.CCCCXXIIII. die Iunij ſecundo in campo Baluen-
ſi profligatus eſt, & à pago Paganico non longè vita priuatus. Hic miſerrimus finis abſtulit virum tot facinori-
bus illuſtrem. & qui in tot annos toti penè Italiæ formidini fuerat, nunc autem ab eo confoſſus iacet, quem ipſe
proculdubio uilipēdebat. Nullus quidē arbitratus eſſet eū, qui tot munitiſſima caſtra acerrimè expugnauerat, tot for
tiſſimos, & maximos exercitus magna animi uirtute profligauerat, qui Regibus, ſummis Pontificibus, & Maximis
Principibus terrores ingētes incuſſerat ſic miſerrimè extinctus iacebat. Cœperat uir ille fortis magna totius exerci
tus conflictatione cum multis circumiacentibus oppidis munitiſſimum Tudertum, Regem Ladiſlaum, & cum eo
Sfortiam non procul ab Aretio poſt acerrimum certamen vnà cum ſuis copijs omnibus ad fugam vertit. & vbi La-
diſlaus vires receperat fœlici ſemper certamine Braccius victor in caſtra redibat. imò ſi interdum Regis milites vel
C commeatus comportandi cauſa, uel vt equos paſcerent, aliquà proficiſcerentur, ſtatim multa uigilantia illos obſerua-
bat, alios diripiens, alios proſternens, alios captiuos ducens, alios in eorum penè caſtra inſequens peſſimè Regem confi
ciebat; & ne nocte quidem illum ſomnum, aut quietem aliquam capere ſinebat, tanto impetu, & ſtrepitu ſingulis no
ctibus eiuſdem caſtra inuadebat, propter quod Rex potentiſſimus ſupplices ſæpè legatos ad Braccium miſerat ad con-
ciliandam cum illo pacem, inuitatus interdum idem Braccius à Iulio Cæſare Regis duce, vt ad ſe cœnatum ueniret,
iuit quidem Braccius, ſed menſam paratam non inueniens multos illic Cæſaris milites peſſimè affecit, ac equites quin
quaginta captos abduxit. Cluſinum agrum latè patentem omni grege, & armento ſpoliauit, nec fuit, qui illius auda
ciæ ſeſe opponere voluerit, licèt exercitus munitiſſimus non procul abeſſet. Turſianum, quanquàm multo præſidio
munitum, vnius tantùm noctis oppugnatione cœpit, & tanta erat in hoc duce celeritas, & præſtantia, vt eadem no-
cte, quàm longa erat, pedeſtri certamine huc atque illuc diſcurrens Caſtellionum expugnauit, & militibus ad diripiē
dum dedit. hoc idem pleriſque alijs locis effecit, & cùm exercitui aliqua ex parte cibum, aut alia militibus neceſſaria
D deeſſe ſentiebat, ſtatim hoſti detrahere cogitabat, vt ſuis opitularetur, amicorum agros, & alia omnia ſumma cum
vigilantia ſeruabat. Senſerunt hoc populi multi, & præſertim dum Interamnem petijt: indeque præda abducta in
multos menſes ſuos nutriuit. ſenſerunt & Peruſini quàm acerrimus hoſtis eſſet Braccius Ciuitatis eiuſdem quam-
quam ciuis; nam ſuburbano direpto in portam impetum fecit, quæ labans ariete crebro Braccianis militibus demum
ceſſit; & fugato Peruſinorum exercitu ſexcentos equites captiuos duxit, & magnam ciuium multitudinem, qui
Braccianis militibus ſtipendium in multos menſes perſoluere coacti fuerunt. ſic Dux Braccius, quamuis eſſet pau-
per, numeroſum exercitum ſemper alebat: ac ab illis ſtipendia parabat. Nunquàm in agro Peruſino uiſus eſt hoſtis,
qui tanta cum dexteritate, & animi fortitudine cuncta perluſtraſſet, quanta Braccius quaſi alter Annibal Pœ-
nus caſtra, & villas ſæpiſſimè ſuperauit. in quorum oppidis, & arcibus oppugnandis vigilantia, celeritate, & taci-
turnitate ſemper eſt vſus. Nouerunt id Pretolani, Petramelenſes, & Cattaniani, quibus facilius fuit poſt uictoriam
E illius amicitiam comparare, quàm eiuſdem viribus prius obſiſtere. &, vt Cattamelatus ſæpè recenſuit, nunquàm ar
cem aliquam oppugnauit, quam breui non expugnaſſet: & mirabatur vir ille, quì fieri potuiſſet, vt Aquilani, &
quædam Aquilanorum oppidula Braccianorum impetum tandiu ſuſtinere valuiſſent. dum uerò cum hoſte manus
confereret, vel ſtatim ipſe inuadebat, uel ſi cum ſuis peſſimè factum eſſet, tunc ipſe cum paucis extremis uiribus ad
actis in hoſtes irruebat, donec uel frangeret, vel profligaret. ueluti Fauentinorum copias paucis, qui ſibi reſtiterant
terga dare coegit. non longe ab Imola hoc idem accidit Michelctto Cotoniola, cuius quadringenti equites capti Brac-
cio in poſterum paruerunt. hoc eodem modo Cæſenatum arx dedit illi: ſic Malateſta ſuos amiſit; ſic Montonenſes ad
illum deficiunt; ſic Regis milites, quos non procul à Tuderto in prima noctis vigilia ille inuaſerat, dum à ſomno exci-
tantur, & arma trepidi parare feſtinant captiui ducuntur, & quatuor rapta vexilla referuntur, & in Regis tento-
rium demum penetratur. Craſſus Venuſinus innumeris copijs conſtipatus Braccianis paucis terga dedit, trecentis
F equitibus prius amiſſis. & paulò poſt per arcem Bononienſem iter faciēs in forum cum exercitu ſe ſe contulit, non ſi
ne multorum formidine, & non paucorum interitu. Iiſdem artibus Fortunatum oppidum debellauit, & Franciſchi-
num Mirandolanum cum multis militibus duobus tantùm cohortibus conſtipatus in ſuam ditionem redegit. Si qui
uerò deditionem feciſſent, ſtatim amplectabatur, & benignè ſuſcipiebat, tanta erat in eo ad ignoſcendum facilitas. te
ſtati hoc ſunt Mantignanenſes, Ripenſes, Spinenſes, & Tilenſes. multa verò Peruſinorum oppida, & villæ direptæ,
& malè affecta fuerunt, quia illi parere pertinaciter neglexerunt. Fruſtra Romæ apud Tybrim fluuium Braccianis
viribus, à Romanis obſtatur. quinimò cùm illi in ponte propugnaſſent longa inſtructa cohorte exercitum in prata
duxit, & ſuburbana expilauit, captis Romanorum octingentis; & niſi animo aliò tetendiſſet, Romanis omnibus fa-
cillimè imperaſſet. Campanis poſtmodum non mediocrem timorem, ac damnum incuſſit, & niſi plerique deditionē

feciſſent

G fecisſent, egerrimè cum omnibus actũ fuiſset. Sueſſani nanque, & Capuorum villici dum ſe à Braccianorum furore
defendere poſſe perſuadent, Braccium cum maximo eorum detrimento intra diruta mœnia miſerrimè accipiunt.
A Sulmonenſibus manus non illicò dantur, ſed dum propugnare nituntur ſe victos, & expugnatos eſſe fatentur.
Tantum deindè huius uiri creuerat nomen, vt inuictus crederetur; itaque prouerbio efferebatur. Forti Braccio nul-
lus obſiſtit, eò demum deuenerat, vt ſolus Braccius vniuerſę Italiæ Principibus præſtare putarretur. & quòd magis
in homine mirum eſt, homo quaſi nouus repente in tantas opes, & imperium creuerat. à Bracchinis, Cartaginenſibus
genus ducere cenſebatur. primò à teneris paleſtrę, & curſui ſe dedit, deindè vbi ex ephębis exceſſit, ad arma ſe ſe
contulit. & dum annum ageret ſextumdecimum, duos eius inimicos in foro publico, tertium in via Peruſina intre-
pido animo trucidauit, biennio poſt, quindecim catafractis eum preficiunt Feltrenſes. hinc á Florentinis numero au
getur, & ad eundẽ modum propria virtute ſemper in dies ſummam laudem eſt adeptus, & nunquám ab armis rece-
H dens huc demum miſerrimum fortuna deuexit. ſic eum fore armis illuſtrem prædixerant Mathematici, & uirtute
animi prestãtem. nec illi à ueritate aberrarunt. non enim animi uirtutes corporis uiribus cedebant. adeò enim bene-
ficus erat, vt ſępè ſe ueſte priuaret, vt in amicos aliquid erogaret. & quidquid in bello adipiſcebatur, id omne militi
bus diſtribuebat, nunquàm nũmos circumferre ſolebat: nam interdum, dum nihil eſſet quod daret hoſpiti, qui lautum
ſibi ſoli cõuiuium parauerat, pallij aureum lembum diſſuere cępit, ne ille de ſeſe iure conqueri potuiſſet. patet præter
eà nullum copiarum ducem cuiuſcunque ætatis ſuis militibus illo chariorem fuiſſe; nam natura ſic illum genuerat,
vt non minus mitis loquendo, quàm mirabilis animi fortitudinem exercendo uideretur. nullus placabilior in ſuos,
nullus ſæuerior, ſed cum maturitate, & iucunditate in omnes, nullus ardentior ad excitandum militum animos in
acie. & ubi periculum imminebat, ipſe ſemper primus efferebatur. & ubi plurimum erat laboris, illuc intendebat.
patientiſsimus inediæ, vigiliæ, algoris, caloris, & cuiuſcunque incommodi ſibi gloriam alijs diuitias comparabat. in
I negocijs peragendis prudentiſsimus, in conſilijs ſapientiſsimus, in aggrediendo opere celerrimus, ita, vt multas prius
ſæpè facta quàm ab eo dicta uiderentur. nec vnquam aliquem á ſe abire ſinebat, quin, quod à ſe petiiſset, potiri poſse
ſperaret. & ſi quid interdum rogatus eſſet, quod ipſe ſecum facere neglexiſset, nunquàm ſe nolle prædicebat, ſed cau
tè cauſam quæritabat, cur id ſe exequi non poſse putaret, maximum interea animi angorem præſeferens. ſic dum
beneficia negabat, animi liberalitatem, & beneuolentiã oſtentabat. Tanta memoria cęteros anteibat, vt qui ſemel
vidiſset, vel illius nomen percepiſset, ſemper in poſterum proprio nomine uocitabat. quid? quod nunquàm uidit mili-
tẽ, quin ſtatim nouiſset ſub ſe, an ſub alio militaret? itaq; nunquã á ſimulatis militibus decipi poterat. Pauperũ, &
egenorum defenſor acerrimus, otioſorum, & deſidum ſæuiſsimus inſectator. itaque fori conſultores, & oblatrato-
res illos vocitare conſueuerat. Quę quidem uirtutes eum ad ſummam dignitatem euexerunt. & niſi ſummi Pontifi
cis ſcita, & mandata neglexiſset, & ſe anathema factum nihiliduxiſset, tam miſerum exitium forſitan non deplo-
K raſſet. quare non mirum eſt, ſi uario dolore, uel gaudio varij ſunt affecti, & ſi lætitia vbique cum mœrore permiſta
uidebatur hoc tempore, quando Braccianis pernicies, Aquilanis victoria parta ſentiebatur. Nam qui Braccij partes
ſunt ſequuti tantum ducem, tot virtutibus ornatum, & natura pręſtantem extinctum ingemiſcũt. Alij uerò ſe diuti
na obſidione liberatos eſse lætantur. Condoluere pręcipuè primi exercitus milites, pręſertim Verrerius, Piccininus,
& Cattamelatus, quòd eorum conſilijs, quæ in omni certamine plurimi facere conſueuerat, nunc nulla ſuaſione ob-
temperare uoluerit, imò ea conſilia propulſauerit, quę rationi magis conſentanea eſſe crederentur. accuſabant pari-
ter eundem, quòd in mulieres contra ius, & morem belli atrociſsimè ſæuiſset. & licèt militibus inſtituiſſet ne mulie-
rum pudorem macularent: tamen impium, inhumanum, & præter id, quod decet optimum ducem uiſum fuit, quòd
incisis ueſtibus miſellas circunduci iuſsiſſet: & ob id hanc calamitatem illum nunc perpeſſum eſſe affirmabant. nam
nunquàm ante hac tali inhumanitate uſus fuerat. vtcunque ſit, magnum quodam, & mirum uiſum fuit, vt uirtus
L huius uiri, quæ nunquàm ulli ceſſerat, modò conſternata iaceat. & quod magis miſerandum huiuſmodi equites iudi-
cabant erat, quòd paucos admodum de militum numero uiuos reliquerat. perijt enim ſimul Dux, exercitus, & præ
cipuè ſtrenuiſſimus quiſque eques. Fuerunt enim Aquilam relatę centum ſupra mille Braccianorum equorum pel-
les, præter ingentem multitudinem, quæ fluminis aqua abſorpta fuerat. Grandi etiam mœrore affecti ſunt miſeri ca
ptiui, quòd cùm antequàm è uita decederet Braccius, cùm poſſit ſanari, nullam opem admiſiſſet; nec illis quærentibus,
& rogantibus, vt bono animo eſſet, vnquàm reſpondere uoluiſſet. nullus inimicorum fuit, qui, cùm vidiſſet hos equi-
tes tam perditè collachrymantes, & ſe ſe miſerrimè conficientes, quin & ipſe lachrymis perfunderetur. nam dum
quiſque fortunæ mutabilitatem reputabat, & humanarum rerum ſtatum infirmiſsimum, & quid ipſis interdum
poſsit accidere dolore concutiebatur. augebatur tam triſte ſpectaculum, quòd milites proprias veſtes dilacerabant,
quaſi cum duce ſpem omnẽ amiſiſſent. Dum tam miſeri eiulatus, & animi conſternationes omnia complerent, & un
M dique grauiſsimis gemitibus cuncta reboarent; en Roſſius Dux impiger, & uigilantiſsimus, qui vnà cum Iacobo
Guelfallioto fratre minore natu, Amyco Pico, & quibuſdam alijs Fonticulis, quò nuper rediſſe diximus eruptio-
ne facta, & vnà cum Antonutio Ciue Aquilano, qui intrepido animo Stiffij præſes erat, & omni deditione contem-
pta viriliter propugnauerat. Iacobum Caldoram, quem ad Cambianam arcem cum ingenti copiarum exercitu iam
perueniſſe diximus, ſeſe contulerat, cum quo concilio inito, & aciebus inſtructis, rurſus in eandem planiciem deſcen
derat ſeruaturus, num inimicorum aliqui illorſum fugam ornare auſi fuiſſent. nec tantum uirum fefellit opinio: nam
dum Nicolaus Piccininus, qui, vt ſuperius memoratum fuit, poſt Braccianorum exitium ſe ſe ſumma cum celerita
te, atque animi calliditate cuſtodia liberauit, illuc fortè tetendit, vbi Roſsius fugientes opperiebatur: quem vt agno-
uit Piccininus, ſtatim ad pedes deſiluit, licèt fortaſſe ab hoſte facilè euadere potuiſſet, uerũ cũ illũ antea non minus
fortem, quàm mitem, & qui nullo negocio ad ſe confugientibus ignoſcere conſueuiſſet: ad eundem modum proſilire
equites

A equites circiter quinquaginta, qui cum illo illuc deuenerãt, benigno animo ſuſcipiuntur ab hoſte, & non captiui, ſed ſo
luti, & tanquam hoſpites recipiuntur. Diſputant tamen hi duo duces benè ne an malè ſe geſſerit Braccius in ea obſi-
dione, ac potiſsimum in conflictu. Benignius agi non potuit cum Aquilanis, inquit Piccininus, quando non precibus,
non minis, non deniq; vllis iuribus exorari potuerunt, vt Braccium intra mœnia reciperent, eiuſdemq; obtempera-
rent imperijs: & non ſecus Braccij vires, eiuſdemq; formidabilem exercitum ſemper contempſerunt, ac ſi ruſtico-
rum viliſsima cohors in illos impetum feciſſet. nec vnquam ad eum legatos mittere de ineunda pace curauerunt: nec
demum verbum vnum amicum ab illis extorquere valuit. quid faceret vir tot alioquì victorijs formidandus cum
florentiſsimo, & copioſiſsimo veteranorum exercitu? qui tot oppida munitiſsima debellauerat? qui ſummos Duces,
& præcipuos totius Italiæ deuicerat populos, qui Peruſinos, Bononienſes, Hetruſcos, Picænos, ac totã penè Italiam
ſuo imperio obtemperare coegerit? ubi ſe vni Ciuitati, eiq; vt tunc videbatur, inopi, & inermi contemptui eſſe ſen-
B tiebat: vnum quidem, idque maximum erratum admiſit Braccius; quòd in oppugnandis oppidulis, & in expugnan-
dis villulis tempus contriuerit: quòd ſi meo conſilio vti voluiſſet, ne pedem quidem tranſuerſum ab Aquila dimouiſ-
ſet: nam ſi id feciſset, comportandorum commeatuum via Aquilanis clauſa fuiſſet. à tergo autem vt aggrederentur
villici rei militaris omninò imperiti, nihil verendum fuit. Non te eum noui Piccinine? inquit, Roſsius, vt inanes ru-
ſticorum impetus eſſe exiſtimes: non ab re, nec inconſulto vir rei militaris experientiſsimus prius impedimenta, quę
vel fortaſſe eſſent, vel eſſe potuiſſent remouenda curauit: facilior fuiſſet in Aquilam ingreſſus vicinis, & amiciſsimis
agricolis, ſi ſe Aquilanorum ditioni ſubeſſe ſenſiſſent. memini ego apud Derutam plurimum detrimẽti mihi attuliſse
ruſticos: nam dum noſtrum Braccium inſectari tentaſsem, & duplices cuneos premere iuſsiſsem, circumfuſa paſto-
rum, & ruſticorum multitudo à latere, & à tergo lapidea grandine, ſudibus præuſtis, & pilis infeſtare, donec deditio
nem facere compellerer. debuit præterea Braccius maturius perpendere quãtæ eſſent Aquilanorum vires, quæ ne á
C Regibus quidem dominis debilitari vnquám potuerunt. ſi ab obſidionis initio interfuiſſem, quid mihi cordi ſediſſet
commonefeciſſem; & noſtros à tanta armorum clade vendicaſsem: & Braccianæ gloriæ pariter conſuluiſ-
ſem. Hæc ſecum hi duo clariſsimi viri per planiciem propè flumen Aquilam verſus equitantes peragebant, cùm
ingens fugitiuorum peditum, & equitum multitudo illuc tendere tentabat, quò Piccininum tetendiſſe crediderant.
quos vbi conſpicatus eſt hoſtis, & agnouit Piccininus, ille inuadere, hic autem pro viribus eripere conatur: quinimò
hic non ablatæ ſibi libertatis, & beneficiorum immemor ſuos cohortari, vt facto cuneo, & magno conamine ac im-
petu in hoſtes ferantur, nunc de libertate, & vita potiſſimum agi exclamans. Roſsius, vt erat intrepidus, contrá ho-
ſtibus mortem minitari, ſuos inſtruere, acriter pugnare, ac demum cum ſuis ingratum circumuenire, nec prius con-
quieſcere, donec multorum ſtrage peracta Piccininum iterum ſub retia duceret, & captiuum duci iuberet. Fugiti-
uorum circiter triginta preſſis calcaribus apertam planiciem ſumma cum celeritate petebãt, & hoſtiles manus iam
D euaſiſſe ſibi perſuadebant: ſed in traiectu fluminis à Roſsij comitibus depræhenduntur: vbi penè omnes confoſſi rema
nent: & parum abfuit quin Antonutius, & Iacobus, quos paulò ante memoraui, flumine abſorberentur, tam acri
pugna in fluminis ripa, & interdum in alueo dimicatum fuit: quorum alter in ſiniſtro pede vulnere accepto, alter ve
rò propter oculum vulneratus diſceſſit. Nec minus intereá ad armorum ſtrepitum, & maximum dimicantium cla
morem ingens ruſticorum manus circumfuſa ruit ſpoliatura, videlicèt, morientium cadauera; & ſpoliaſſent ſanè, ni
dux ſpoliare vetuiſſet. ægrè quidem tulit Roſsius, quòd Piccininus inconſtanti animo facilè penè deſciuerit, & ſe be-
nignè ſuſceptũ minimè cognouerit. Cuius quidem ingrati animi uitij cùm ab eodẽ argueretur, ſuũ tamẽ haud aſper
nandum errorem diluere, & audacter purgare ſtudebat: verùm ſemel, atq; iterum fallenti noſtri haud quaquam cre
dendum eſſe ſtatuerunt. itaq; ad tentoria vinctum adducunt, commendatum cuſtodibus tradidit Roſſius, vt ad Brac-
cium, quem adhuc viuere arbitrabatur, perduceretur. verùm vbi percepit vita illum exceſſiſſe, egerrimè quidem tu
E lit, acriter illos accuſans, quos eiuſdem necis auctores fuiſſe intellexit. Quare ſummum ducem Iacobum Calderam
illicò conuenit: & multis verbis, ac demum precibus exorauit, vt non inſepultum, vt quidam pertinaciſsimè ſtatue-
rant deſererent, & hac potiſsimum de cauſa perlatum eſt eius cadauer, vt diximus, Romam: & captiui eiuſdem Roſ-
ſij precibus, & auctoritate vinculis leuati, tanta erat in illo viro placabilitas, atquę animi fortitudo. Multi Ciues
Aquilani, & ij, præſertim qui primo loco habebantur malè licèt affecti eſſent, & à Braccio, & Braccianis militibus,
tamen dum non modica hoſtium multitudo captiua teneretur, tam in tentoria ipſa, quàm aliò, quò ducti fuerunt, ci-
bum, aliaque neceſſaria abundè comportare iuſſerunt, vt eorum ſæuitiam liberalitate compenſarent; cuius quidem
munificentiæ plerique Peruſini non immemores fuerunt: ex eo nanque cum Aquilanis firmiſsimam amicitiam inie
runt; & qua potuerunt ope, huiuſmodi beneficia compenſare ſtuduerunt. Leonellum verò qui primus in Brac-
cium vulnus incuſsit nullo honore affecerunt, quippè qui eo animo viſus eſt pugnare magis uter vinceret, quám vter
F imperaret. inhumanum quoque Calderæ viſum fuit, quòd dum Chyrurgus Braccianis vulneribus medendi gratia
manum admoueret, alter inconſulto eiuſdem manum & ſtylum impreſſiſſet. nouerat enim huius viri virtutem penè
inconcuſſam, & quaſi cum nulla conferendam; omnia tamen benè geſta comprobauit: ideòque Aquilanorum ſerua
tori gratias immortales agendas eſſe iuſsit. Indicuntur igitur Aquilæ, & vbique per oppida poſtulationes, ſacra
templa viſuntur, diuino numini quidquid boni eueniſset acceptum refertur. & eadem hora, qua tanta, tamq; ſæua
obſidione ſunt liberati, ſingulis diebus campanæ pulſantur in acceptorum beneficiorum recordationem DEO
OPTIMO MAXIMO gratias agentes.

Braccianæ hiſtoriæ Finis.

Nullus

NVLLVS, quòd ſciam, hanc Aquilanorum obſidionem, bellum vniuerſum, quod Braccius intulit, & totam rem geſtam exactius, fuſius, diligentius, verius, ac fidius narrauit quàm hic auctor, quem aſcribēdum curaui: nec quiſquam mihi vitio vertat, ſi tantam digreſsionem meis ſcriptis intertexendam ſim paſſus. Cognoueram enim nullo meliori modo, nulla faciliori via me probare poſſe, & lectoribus perſuadere falſa penè omnia fuiſſe ea, quæ Ioannes Antonius Campanus de hoc bello, & contra Aquilanos ſcripta reliquerat. Credebat enim ille Braccij poſteros extollere, ſi Aquilanos ſua petulanti lingua depreſsiſſet: quod quidem eſt contra illam regulam, quam ſibi Rhetores potiſsimam delegerunt. vt ſcilicèt, ille fortis habeatur, qui fortia vincit, ille ſapiens, qui ſapientes, ille prudens, qui prudentes, ac demum ille virtute præſtans, qui omni virtute præſtantes ſuperare poſsit. Si enim Braccius viles homuncios, inertes, quos ipſe appellat, paſtores, inſcios militaris iuris, & peritiæ, non modò nō vicerit, verùm etiam victus ab illis, & occiſus remāſerit. Quid quæſo laudis, quid gloriæ tanto viro aſcripſiſſet? recantaret me hercle vir Campanus, ſi adhuc viueret; & palinodiam credo cecinisset ſi vel hanc hiſtoriam perlegiſſet, vel ſaltem hæc ratio in mentem ſubijſſet. Verùm facilè eſt homines decipi: vbi nō ratione, ſed animi impetu, & amore, vel odio feruntur. Nec mirum eſt, ſi vir ille multum à veritate aberrauit: cùm & illi, qui epigrammata eiuſdem Braccij conſcripſerunt, decepti magnopere videantur. cùm dicant in quodam verſiculo

Hoſtili ſcelere Hyrpina procul occubat vrbe.

Dicant quæſo, quæ nam eſt iſta vrbs Hyrpina? nonne mons Soractes longe diſtans ab illis agris, vbi Braccius occubuit? quod vt manifeſtius pateat, epigramma integrum hic ponetur. quod quidem Peruſinis, qui quotidie legunt, manifeſtum eſt. eſt enim Peruſij in æde Diuo Franciſco ſacra in dextera parte chori in loco ſublato, vbi tumulus non admodum elegans ex cœmentitijs lapidibus eſt affixus. Epigramma autem ea parte, qua legi poteſt ſic habet.

Anno Domini M. D. V.

Exciderat Latijs bellandi gloria terris,
  Nec pedes ad pugnam, nec fuit aptus eques.
Pro ſcelus externo populi duce bella gerebant,
  Atq; erat externi militis illud opus.
Ereptum Italiæ reddit decus inclytus armis
  Braccius; & ciues reſtituit patriæ.
Hoſtili ſcelere Hyrpina procul occubat vrbe,
  Dum Capuæ Princeps Regia ſigna gerit.
Triſtia ſic ſemper miſcet fortuna ſecundis,
  Hìc patriæ pietas oſſa reuecta locat.

SVMMARIVM.

1 DOMINIVM rei legatæ tacitè non transfertur ipſo iure in legatarium ſine traditione, ſicut transfertur dominium rei expreſsè legatæ.

2 Dominium rei legatæ transfertur in legatarium ipſo iure, quando res legata eſſet apud legatarium ipſum, & ſic quando teſtator legat rem hæredis, tranſit dominium recta via in legatarium, quando res erat apud eum.

OPINIO CCIV.

1 DOMINIVM rei legatę tacitè non transfertur ipſo iure in legatarium ſine traditione, ſicut transfertur dominiū rei expreſsè legatę, ſecundum Bart. in l. 1. col. fin. ff. de lega. 1. & in l. emptor §. Ancilla ff. de rei vendi. quem ſequuntur Bald. Ang. Floria. Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. in l. ſeruum filij §. final. ff. de lega. 1. Dec. in l. traditionibus col. fin. C. de pactis, Bertachinus in ſuo repertorio in ver. dominium transfertur verſ. 9. Et iſtorum opinionē aſſeuerat eſſe communem Soc. & Iaſ. in d. l. 1. Sed contrariam partem, quòd imò dominium rei tacitè legatę tranſeat ipſo iure in legatarium abſque conditione, tenent Imol. Alex. & Aret. in d. l. 1. ad quorum fundamenta reſpondent Soc. & Iaſ. ibi.

Cōis opin.

2 Tamen poſſet interprætari, ac limitari, ni fallor, quando res tacitè legata eſſet apud legatarium, tunc quippè trāſfertur dominium in eum per text. in §. interdum inſtitu. de rerum diuiſio. & per id, quod ſcribit Bal. in l. 1. col. 5. C. communia de lega. vbi concludit, quòd quando teſtator legat rem hęredis, tranſit dominium recta via in legatarium, quando res erat apud eum.

SVMMARIVM.

1 DONATIO facta concubinæ, ſeu meretrici valet, & tenet non tantùm quò ad exceptionem, ſed & quò ad actionem etiam; & ſic fieri pōt donatio dictæ meretrici, & cōcubinę.

2 Meretrici, ſeu concubinę quis non ſolùm donare poteſt, ſed legare in teſtamento, etiam atque illam hæredem inſtituere.

3 Meretrix, ſeu concubina inſtituta hęres per concubinarium, vel fornicarium ſuis fratribus conſanguineis exhæredatis præbet occaſionem annullandi, & penitus irritandi ipſam inſtitutionem factam, & tunc locus eſſet quærelę inofficioſi teſtamenti.

4 Querela inofficioſi teſtamenti intētari debet infra quinquennium per conſanguineos fratres exhęredatos per concubinarium, ſeu fornicatorem, aliàs tranſacto iſto termino, teſtamentum valeret, & teneret, & concubina totam hæreditatem conſequi poſſet.

5 Concubina inſtituta hæres à concubinario, qui cum ea aliter matrimonium contrahere non poſſet; ex quo virum habebat, hæreditatem ſibi relictam capere non poſſet, ſed applicanda fiſco veniret.

6 Clerici non poſſunt donare concubinis, ſeu meretricibus, nec eis legare, imò donationes, & legata eiſdem factæ non valent.

7 Milites non poſſunt donare, & legare in teſtamento concubinæ, ſeu meretrici, & donatio facta ei non valeret, neque teneret.

8 Priuilegia militibus conceſſa gratia prærogatiuæ, & dignitatis, competunt quoque Clericis.

9 Legatum, ſeu donatio facta per clericos concubinæ pro ſeruitijs præſtitis valet, & preſtari debet proportionabiliter, ſecundum ipſorum ſeruitiorum qualitatē.

10 Clericus profitens ſe debere eius concubinæ centum pro bonis ſeruitijs, vel ex alia cauſa legitima, non ſtaretur eius confeſſioni, ſed præſumeretur ipſa confeſſio facta in fraudem legis prohibentis legatum ipſum, vel donationem.

11 Meretrix, vel concubina, vel alia turpis mulier non poteſt donare ſeu legare clerico, ſeu presbytero, & dicta donatio, ſeu legatum non valet.

OPINIO CCV.

1 DONATIO facta concubinæ, ſeu meretrici valet & tenet, non tantùm quò ad exceptionē, ſed & quò ad actionē etiā; & ſic fieri pōt donatio dictę meretrici, & cōcubinę ſecundū Ang. conſ. 171. ſuper puncto prædicto pro eius deciſione videre oportet, Ancha. conſ. 247. Roma. conſ. 43. nu. 5. Ang. de Clauaſio in ſua Summa Angelica in ver. Donatio nu. 32. Ant. de But. cōſ. 14. & Iaſ in l. miles nu. 16. ff. de re iud. Bart. & omnes in l. affectionis per text. ibi, & in l. donationes in concubinā in princ. ff. de donat. Et iſta eſt communis interprætatio Doct. contra Glo. ibi.

Cōis opin.

2 Quæ quidē communis extenditur, ac ampliatur, vt non ſolùm donare quis poſſit meretrici, & concubinę, verùm legare in teſtamento etiā, atq; illas hæredes inſtituere, vt voluerunt Ancha. in d. conſ. 247. poſt prin. Ant. But. in d. conſ. 14. & Iaſ. conſ. 37. vol. 3.

3 Quod limita non procedere, vbicunq; mentionata concubina, ſeu meretrix inſtituta eſſet per cōcubinariū, aut fornicariū eius fratribus cōſanguineis exhęredatis; quia tūc locus foret quærelę inofficioſi teſtamenti, l. fratres C. de inoff. teſta.

4 Cæterū q̄rela ipſa intētari deberet infra quinquēniū, aliàs trāſacto iſto termino teſtamētū valeret & teneret, & cōcubina totā hæreditatē conſequi poſſet, vt conſuluit Ang. in d. conſ. 171.

5 Limitatur etiam vbicunq; concubina ipſa eſſet inſtituta hæres à cōcubinario, qui cū ea aliter

matrimonium contrahere non poſſet, ex quo virum habebat concubina, tunc enim non valeret dicta inſtitutio, nec prædictam hęreditatem capere poſſet, ſed applicanda eſſet fiſco, vt conſuluit Capra conſ. 127.

6 Sed mentionata communis ita ampliata non haberet locum in clericis, qui non poſſent donare concubinis, ſeu meretricibus, nec eis legare, & donationes, vel legata facta eiſdem non valent, ſecundum Bartol. in dicta l. affectionis & in l. miles §. mulier ff. de milit. teſtamen. & Ancharan. in dicto conſil. 247. Abb. in c. 1. num. 4. de cleric. ægro. Angel. in dict. conſil. 171. Bartol. num. 4. & Iaſ. num. 15. in l. miles ff. de re iudic. Dec. conſil. 132. num. 1. Ioan. Lupi. in rubric. de donatio. inter virum, & vxorem §. 39. & Capicium deciſio. 102. num. 1. Ioan. de Anan. in c. de his colum. fin. de ſepul. Grauet. conſil. 229. num. 3. & Ripam in l. Centurio num. 19. ff. de vulga. & pupil. & in l. ſi plagij num. 13. ff. de uerb. oblig.

7 Quia quemadmodum donatio, ſeu legatum factum per militem concubinæ, vel meretrici non valet, l. 2. C. de donat. inter virum, & vxor. & per Glo. & omnes in l. miles ita hęredem §. mulier ff. de teſtam. milit. ita non tenet donatio facta per clericos, presbyteroſuè huiuſmodi turpibus perſonis, tanquàm milites Dei, vt concludunt Bertran. conſil. 109. quilibet regulariter eſt arbiter, & moderator rei ſuæ, nu. 2. vol. 8. & memorati Doctores.

8 Siquidem omnia alia priuilegia militibus cóceſſa gratia prærogatiuæ, & dignitatis, competunt quoq; clericis, ſecundum Fulgo. in l. quamuis C. de iur. & facti ignor. Glo. & omnes in d. l. miles de re iud. pręſertimq; ibi Alex. num. 3. Iaſ. num. 11. & Zaſi. num. 9. Abb. in c. 1. num. 5. extra de cleric. ægrotantę, Euerard. in loco à milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, Alex. num. 15. & Galiaul. num. 51. in d. l. centurio, qui omnes mentionem faciunt iſtam eſſe communem opinionem. Et licèt aliqui Doctores in d. l. Centurio contrarium ſenſerint, tamen in deciſiuis ridiculoſum foret recedere à dicta communi, tanquam ſacroſancta. *Cõis opin.*

9 Benè verum eſt, quòd legatum factum per clericos ipſos concubinæ pro ſeruitijs preſtitis, valeret & teneret, atque præſtari deberet proportionabiliter ſecundum ſeruitiorum ipſorum qualitatem, & ſic donare, vel legare poteſt presbyter pro bonis ſeruitiis vſque ad concurrentem quantitatem prædictorum ſeruitiorum, vt firmant pleriq; ex præcitatis Doctoribus in mentionatis locis, & Afflict. in deciſio. 101. legatum factum, vbi aſſerit ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo.

10 Vndè ſi clericus fateretur ſe debere eius concubinæ centum pro bonis ſeruitiis, vel ex alia cauſa legitima, puta depoſiti, tunc quippè non ſtaretur eius confeſsioni: præſumeretur enim facta in fraudem legis prohibentis legatum, vel donationẽ; quia clerici videntes ſe expreſsè donare non poſſe, vt fraudent legem confitebuntur ſe teneri concubinis ex cauſa ſeruitiorum, depoſiti, mutui, aut aliter, ita Anchara. in d. conſ. 247. & ſequitur Dec. in d. conſil. 132. & Ripa in d. l. ſi plagii col. fin.

11 Et aduerte, quòd quemadmodum presbyter, ſeu clericus non poſſunt donare, legareuè concubinæ, vel alteri mulieri cum eo turpiter conuerſanti, ita è conuerſo ipſa concubina, meretrix, ac turpis mulier donare, legareq; non poſſet clerico, & dicta donatio, aut legatum non valeret, nec teneret, ſecundum Iaſ. in l. 3. §. ſed quod meretrici circa fin. ff. de condictio. ob turpem cauſam, & ita conſuluit Bertran. in d. conſil. 109. nu. 2. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 MVTVVM petens ab aliquo, & ille ob talem requiſitionem numerando non ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis, aduerte, quòd tunc hæc numeratio ratione diſſenſus inter partes non erit donatio, nec mutuum. ſed ſi pecunia mutuata conſumpta ſit, obſtabit mutuãti exceptio donationis, ſed ſi extaret adhuc pecunia numerata repeti non poßet, et ſic re ipſa extante videretur voluntate tam dantis, quàm etiam recipientis reconciliari poſſe donationem, & tradens cenſeretur tunc tradere animo non repetendi.

OPINIO CCVI.

1 MOEVIVS petens mutuum à Titio, & ille ad huiuſmodi requiſitionem numerãdo Titio non ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis, hæc numeratio tũc ratione diſſenſus inter partes non erit donatio, nec mutuum; verùm ſi pecunia conſumpta ſit, erit quidem credita pecunia ipſa, & obſtabit Titio in repetitione facienda exceptio donationis ſcilicèt, quòd pecunia intentione & animo non repetendi conſumpta ſit, l. ſi ego ff. ſi cer. peta. Cæterũ ſi adhuc extaret pecunia numerata, tunc quoq; tradens, cẽſeretur tradere animo non repetendi, & ſic re ipſa extante videretur voluntate tam dantis, quàm recipientis reconciliari poſſe donationem, & repetens idem Titius præfatam pecuniã obſtaret exceptio doli, & tali exceptione reijceretur, ſecundũ Glo. in ver. conſumpſerit, Bart. Ang. Caſtren. Alex. ſub num. 4. & Dec. in d. l. ſi ego. Et licèt Cyn. Ray. Bald. Odofredus, Oldradus, Fulgo. & Iaſ. ibi ſub num. 5. ſentiant contrarium, quòd res ipſa donata adhuc extans, repeti poſſit; nihilominus prima opinio Glo. & ſequacium apparet quàm manifeſtiſsimè magis communis, teſte Couarruui. in regu. peccatum de regu. iur. *Donatio. Cõis opin.*

Iur.lib.6.in princip.2. relectionis, ſeu partis ſol. paruo 49. & eam ſequitur etiam Raphael Cuma. Paul.Caſtr. & alij in l. ſi tibi dederim ff.de donatio. per text. ibi.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO omnium bonorum præſentium, & futurorum tanquam liberam teſtandi facultatem tollens, non valet. quod limitatur infra ſub num.7. remiſſiuè pluribus modis.*

2 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta eccleſiæ, vel piæ cauſæ valet, & tenet: tamen ipſa eccleſia tenetur donanti alimenta ſubminiſtrare.*

3 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum in qua fuerit appoſitum precarium valet: quia tunc habetur loco traditionis.*

4 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum in qua fuerit facta retentio fructuum, ac alicuius rei certæ à donante, de qua diſponere poſſet, valet & tenet. Quod limitatur non procedere, vbicunque vſusfructus reſeruatus, & bona retenta pro teſtando, eſſent tam parui momenti, vt non ſufficerent ad alimenta ipſius donatoris; quia tunc donatio non valeret.*

5 *Donatio omnium bonorum facta alicui per ſtipulationem valet, quia tranſit in contractum, qui eſt irreuocabilis, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, ipſa donatio in totum vitiatur tam in bonis præſentibus, quàm futuris.*

6 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valet quò ad bona præſentia tantùm, non autem quò ad bona futura, & ſubſtinetur per clauſulam omni meliori modo poſitam in ipſa donatione, ſecundum vnam communem, ſed ſecundum aliam ſententiam magis communem contrariam, dicta donatio in totum vitiatur, tam in bonis præſentibus, quàm futuris.*

7 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ſubſtinetur, vbicunque ipſa bona tacitè, vel expreſſè eſſent donata cum honoribus, & oneribus, & deducto ære alieno, & ſolutis debitis donantis pariùm ſupererat pro donatario de ipſis bonis donatis.*

OPINIO CCVII.

1 DONATIO omnium bonorum præſentium, & futurorum aliàs prohibita, tanquam liberam teſtandi facultatem tollens, non valet, nec tenet; ſecundum Bartol. Caſtren. Cuma. Imol. Alexand. & alios Doctores communiter in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff.de verb.oblig. quam nimirùm communem ſequuntur, declarant, & citant Modern. inibi, Bald. Fulgo. Caſtren. & cæteri omnes in l. ſin. C.de pactis, Bertran. conſil. 260. etiam ſi donatio inter viuos, num. 1. volum. 8. & Curt. Iunior conſil. 23. num. 1. & infiniti conſulentes varijs in locis, & Iulius Clarus cum cæteris ſignatis per eum in tract. de donatio. quæſt. 19. & Excellentiſsimus Dominus Horatius Mandoſius in additio. Roma. conſil. 26. ſuper litera A. Licèt, & inutiliter contrarium ſuadere, & ſubſtinere conetur Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib.6. c.17.nu.1.cum alijs ſeq. Cõis opin.

2 Sed fallit iſta communis vbicunque donatio hæc eſſet facta eccleſiæ, piæque cauſæ, tunc enim valet, & tenet, vt ponit Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 10. & latius in l. fin. colum. fin. C. de pactis, ibique Dec. num. 31. aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, & in cap. in præſentia num. 8. & 27. de probatio. & poſt eum, Auguſtin. Berous ibi num. 81. cum alijs ſequen. Et idem Dec. teſtatur conſil. 488. num. 5. & Iaſ. conſil. 169. colum. 4. volum. 4. & Clarus in tract. de donatio. quæſt. 20. verſ. vlterius quæro, & Marcus Mantua in dicto c. in præſentia, nu. 10. cum aliis ſequen. Licèt ibi, & malè contrarium firmet, & ſequitur etiam, & tuetur, & magis communem prædicat Tyraquel. in tract. de priuilegijs piæ cauſæ, priuilegio. 100. Tamen in hoc caſu eccleſia ipſa teneretur donanti alimenta ſubminiſtrare, l. ſunt qui, cum tribus ſequentibus ff. de regu. iur. & ita tenent omnes præcitati Doct. examinantes materiam iſtam. Cõis opin.

3 Fallit ſecundo loco dicta communis ſi in iſta donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum fuerit appoſitum precarium, tunc quippè habetur loco traditionis, vt per Doctores in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta, Alex. in l. 3. §. inceptam, ff. de acquiren. poſſ. & ibi Iaſ. audacter aſſerit iſtã eſſe communem opinioné, Cõis opin. quam ſequitur, & citat etiam Affl. deciſ. 37. nu. 4. & deciſ. 335. nu. 8. & ſeq. & Tiraq. cumulatiſſimè in tract. conſtit. poſſ. in 2. par. 30. amplia. nu. 1. cũ ſeq. Et licèt idẽ Affl. parum ſibi cõſtãs, ſenſerit contrarium in deciſ. 139. nihilominus rationabiliter cum ibi in addit. nu. 5. reprehendit Cæſar Vrſillus.

4 Tertio limitatur communis iſta, quãdo in donatione omniũ bonorum præſentiũ, & futurorũ fuerit facta retentio fructuũ, ac alicuius rei certæ à donante, de qua diſponere poſſet, quo (inquã) caſu valet donatio, ſecundum Doctor. omnes in in d. l. fin. C. de pact. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & alios quamplures congeſtos per Boer. deciſio. 204. num. 25. ibi affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & Dominus Horatius Mandoſius in additio. Roma. in dicto conſil. 26. ſuper litera A, & ita conſuluit Bertran. Cõis opin. conſil. 41. punctus quæſtionis vol. 8. Licèt Dec. præcipitanter conſ. 35. & conſ 351. & conſ. 203. tenuerit contrarium, in quibus locis voluit etiam ipſe Dec. donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum non ualere, quando

donans reſeruaſſet de illis bonis in vita diſponere, ſimul ac in morte; ſed in hoc caſu, ſicut in alio
Cõis opin. ſuperius relato communis opinio videtur contra Dec. vt abundè deducit Boer. in d. deciſ. 204. nu. 25. ideò retenta dicta communi, tanquam veriſsima.

¶ Limitatur vtiliter per Bertran. in d. conſil. 260. non procedere, vbicunq; vſusfructus reſeruatus, & bona retenta pro teſtando, eſſent tam parui momenti, vt non ſufficerent ad alimenta ipſius donatoris; quia tunc donatio iſta omnium bonorum præſentium, & futurorum, non valeret, nec teneret. Et iſtã limitationẽ ſequitur etiã Claud. de Seyſell. in l. ſtipulatio hoc modo concepta col. fin. ff. de ver. oblig. de modicis enim non curat prætor, l. ſcio, cum vulgaribus ff. de in integr. reſtitut. & nemo inueniretur, qui ob tam modicam donantis hæreditatem adiret, argu. in prin. inſtitu. ad l. falc. d.

5 Quartò limitatur pręcedens communis, quãdo aliquis donaret omnia bona ſua alteri per ſtipulationem, tunc enim donatio iſta tranſit in contractum, qui eſt irreuocabilis, vt ſentit Glo. in dicta l. fin. C. de pact. in verb. accomodauerit,
Cõis opin. quam communiter ſequuntur Scriben. ibi & de iſta communi vltra Moder. in d. l. ſtipulatio, & in dicta l. fin. teſtatur Boer. deciſio. 353. num. 2. & 14.

6 Quintò limitatur, quòd licet huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valeat, nihilominus valeret, & teneret quò ad bona præſentia, & ſubſtineretur per clauſulam, omni meliori modo, deſcriptam, ac poſitam in ipſa donatione, quò ad bona præſentia, non autem quò ad futura. vt voluit Ang. conſil. 106. quędam mulier, Dec. & cęteri in l. fin. C. de pact. & Vrſillus cum aliis relatis per eum in add. Afflict. in deciſio. 107. num. 4. vbi fatetur ita obtinuiſſe de facto in Sacro Regio Concilio Neapolitano.

¶ In contrariam verò ſententiam, uidelicet, quòd dicta donatio in totum uitietur tam in bonis pręſentibus, quàm futuris, inclinarunt Bal. num. 19. & Purpurat. num. 247. in dicta l. final.
Cõis opin. vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem, & Guido Papę etiam conſil. 214. ſub num. 6. & ſequitur quoque Angel. titubanter, Ioan. de Imol. & Alex. num. 21. in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta.

¶ Sed quicquid Scriben. iſti ſuadeant, etiam in deciſiuis noli aliter diſcedere à dicta prima opinione, tanquàm veriori, ęquiori, & amplexa à memorato Sacro Concilio Neapolitano, cum qua concurrit quoque conſulendo Bertran. conſil. 41. punctus quęſtionis talis eſt, nume. 9. & ſequen. volum. 8. & Natta conſil. 453. placet concluſio reddita, num. 16. & ſequen. volum. 2. & Thobias Nonius conſil. 55. ſub num. 5. & ſequen. quia in huiuſmodi donatione videntur eſſe duę donationes, vna ſcilicet de pręſentibus, altera verò de futuris, argumento l. ſcire debemus ff. de verb. oblig. & l. ſi peculium ſeruo ff. de pecu. lega. & ſecunda donatio facta, videlicet de futuris, eſt cauſa tollendi per indirectum arbitrium teſtandi, ideò illa uitiaretur in omnibus poſtea quęſitis, velut ſub illa generalitate compręhenſis.

7 Sextò limitatur, quòd donatio ipſa omnium bonorum pręſentium, & futurorum ſubſtineatur, ubicunque ipſa bona tacitè, uel exprẽſsè eſſent donata cum honoribus, & oneribus, & deducto ęre alieno, & ſolutis debitis donantis, quaſi aſcendentibus ad ualorem bonorum donatorum parùm reſtabat, ſupererat, aut remanebat pro donatario de dictis bonis donatis, ut optimis rationibus conſuluit Bertran. conſil. 331. multa ſunt, de quibus volu. 8. Alias verò quamplures limitationes communes, & valdè utiles, ponit copioſè Clar. in d. quęſt. 19. & ſeq. & unam aliam limitationem refert Bertra. conſ. 165. nu. 5. uol. 6.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO facta à patre filio in poteſtate, non valet regulariter.*

2 *Donatio iurata facta à patre filio in poteſtate valet, & ſubſtinetur ratione iuramenti.*

3 *Donatio facta à patre filio in poteſtate non eſt imputanda ipſi filio in legitimam.*

4 *Donatio facta à patre filio exiſtenti in poteſtate ob benemerita valet, quia præſumitur ſibi deberi ex operibus ſuis, & imputatur in quartam, niſi expræſſè dicatur.*

5 *Donatio facta à patre filio, qui ei contulit beneficia, nulla etiam facta mentione meritorum, præſumitur tamen facta intuitu meritorum præcedentium, non autem intuitu filiationis.*

6 *Donatio inter patrem, & filium valet, & tenet, vbicunque in inſtrumento donationis eſſent ſpecificata merita, & beneficia. Sed ſi exprimeretur in ipſo inſtrumento, ſeu diceretur donatum eſſe ſanguinis affectione, tunc præſumeretur potius ipſam donationem celebratam eſſe naturali affectione, quàm ob merita.*

7 *Donatio facta per patrem filio ob benemerita valet, quando ipſa beneficia rei donatę reſponderent.*

8 *Iudicis arbitrio relinquitur, quomodo, & quando dicatur merita æquiualere donationi.*

9 *Beneficia collata à filio patri veniunt probanda: quia non ſtaretur aſſertioni ipſius patris.*

10 *Donatio in qua pater remittit filio vſumfructum in bonis aduentitijs ipſius filij valet, etiam non expectata morte patris.*

11 *Donatio facta à patre filio in poteſtate cauſa ſtudij valet, ſicut facta pro dote, ſecundum unam opinionem cõmunem, ſed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem talis donatio non ualet.*

12 *Donatio facta filio in poteſtate ꝑ Imperatorẽ Regẽ, ſeu quem-*

quemcunq; alium Principem habentem poteſtatem in terris ſuis legis condendæ, valet, & tenet.

13 *Donatio regia, facta filio in poteſtate valet, etiam quã tumulis in tali donatione per Regem, ſeu Principem expreſſum non ſit ſic donare regia authoritate; quia in dubio etiam Princeps præſumitur uti plenitudine poteſtatis, quãdo actus aliàs nõ valeret niſi ea uteretur.*

OPINIO CCVIII.

DONATIO facta à patre filio in poteſtate, non valet regulariter, ſecundum Alberi. in l. ſi patre in princip. C. de inoffic. teſtament. Bertran. conſil. 274. quamuis donatio inter viuos in princ. vol. 8. Pariſi. conſil. 18. num. 19. vol. 2. Doctor. communiter in l. frater à fratre ff. de condit. indebi. quam communem citat, & latè limitat in decem caſibus Crotus ibidem. Cõis opin.

2 Et inter alios caſus interpretatur per Scriben. iſta communis non procedere, vbicunque donatio eſſet iurata inter patrem, & filium in poteſtate: quia tunc valeret, & ſubſtineret ratione iuramenti, vt tenet Bald. in l. fin. C. de vſucap. pro dot. in conſil. 430. præmittendum eſt volum. 1. aliàs 362. volum. 3. Abb. cæterique Canoniſtæ in c. cùm contingat de iureiuran. & Legiſtæ in d. l. frater à fratre, & in l. pacta, quæ contra C. de pactis, Aretin. conſil. 27. colum. 2. & conſil. 72. in fin. Alex. conſil. 20. colum. 1. volu. 3. & in l. ſi donatione C. de collatio. vbi Iaſ. quoque, Dec. & Riminal. atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, & idem Dec. conſil. 202. Alciatus conſil. 45. num. 2. Grauet. conſil. 202. col. 2. Pariſi. conſil. 69. num. 12. volum. 3. Bertran. conſil. 35. col. 2. & conſil. 62. num. 4. & conſil. 135. num. 7. num. 1. vol. 1. vbi dicit, quòd iſta hodie videtur communis ſententia, tam Scribentium in iure, quàm Conſulentium, & in d. conſil. etiam 274. num. 1. volum. 8. & ita conſuluit etiam conſil. 159. viſo caſu, mihi exhibito, exordiente anno præſenti, volum. 6. & Tobias Nonius conſil. 56. num. 6. cum alijs ſequen. vbi tollit elegantiſsimè omnia contraria, quam etiã latè tenet Iaſ. conſil. 118. colum. 1. volum. 4. Soc. Iun. conſil. 13. colu. 1. vol. 2. Ruinus conſil. 179. col. 2. volum. 1. & conſil. 96. num. 5. volum. 5. Capici. deciſio. Neapolit. 56. colum. 1. & Alciatus conſil. 29. aduerſus donationem, num. 1. & ſequen. & Vaſquius cum alijs innumeris ſignatis per eum in tract. de ſucceſſ. reſolutio. l. 1. §. 3. num. 8. vbi ait magis communem fore, atque refert alios Doctores contrariæ ſententiæ, prout illos etiam aggregauit etiam ante eum Bertran. conſil. 206. viſo caſu, num. 1. cum quinque alijs ſequen. vol. 5. eamque fatetur quoque communem Alciat. in d. cap. cùm contingat, num. 207. & Clarus cum aliis relatis per eum in tract. de donatio. quæſt. 8. verſ. Sed quæro, vbi ait in practica hodie non habere difficultatem aliquam. Cõis opin.

3 Et donatio iſta ſimplex, facta à patre filio in poteſtate non eſt im putanda filio in legitimã, niſi tẽpore donationis hoc dictũ ſit l. ſi quãdo §. generaliter C. de inoff. teſta. & ibi Glo. Bart. Iaſ. & alii oẽs, & notat Grauet. conſ. 136. n. 2. & ita cõſuluit Bertr. conſ. 103. ponitur in facto, col. 3. & ſeq. vol. 5. vbi in mediũ reſerauit iſtã eſſe cõmunem, pro ut de ea meminit etiam cum magno cathalogo Doct. relato per eũ Franciſ. Beccius conſ. 20. n. 1. Cõis opin.

4 Fallit ſimiliter dicta communis quotieſcunq; donatio facta eſſet propter benemerita præcedentia filio in poteſtate conſtituto, tunc vtique iſta donatio ſtatim valeret, ſecundum Glo. in authen. vnde ſi parens C. de inoff. teſta. cuius opinio communiter approbatur, teſte Decio in d. l. ſi donatione, nu. 10. & Riminald. conſil. 240. nu. 3. Et ratio eſt; quia præſumitur ſi. i deberi ex operibus ſuis, & ſic iudicatur aduentitium: & aduentitia in quartam non computantur l. ſcimus §. repletionem C. de inoffic. teſtam. Cæterùm Alex. conſil. 8. vol. 2. col. 2. alleggando concordantia, dicit communem opinionem eſſe, quòd imputetur, niſi expræſsè dicatur, & ei innititur Franciſ. Beccius in d. conſil. 20. num. 2. vbi nu. 5. cum alijs ſequen. conſuluit in notabili caſu, quòd donatio facta filio contemplatione matrimonii cenſeatur facta ob cauſam. Cõis opin. Cõis opin.

5 Ampliatur dicta limitatio eatenus procedere, quòd ſi pater donaret filio, qui ipſi patri beneficia contulerat, nulla facta mentione, vel expræſsione meritorum, tunc præſumeretur iſtam donationem eſſe factam intuitu meritorum præcedentium, non aũt intuitu filiationis, ſecundũ Glo. Saly. cæteroſque Doctor. communiter in d. l. ſi donatione, & Crotum, qui communem aſſeuerat in d. l. frater à fratre, num. 79. Cõis opin.

6 Tamen ſi in inſtrumento diceretur ſanguinis affectione, tunc potius præſumeretur dictam donationem celebratam fuiſſe naturali affectione, quàm ob merita, vt per Doctor. præcitatos, & ita conſuluit Paul. de Caſtr. conſil. 105.

¶ Sed quæſtionis tollendę gratia, cautè pater poſſet ſpecificare benemerita; vbicunq; enim in inſtrumento forent ſpecificata beneficia, valeret donatio inter patrem, & filium, vt concludũt Doct. communiter in locis citatis, & communis iſta non habet contradicentem, vt per Moder. in d. l. frater à fratre. Cõis opin.

7 Et intellige limitationẽ hanc procedere, quãdo videlicet benemerita rei donatę reſponderẽt, eſt Glo. not. cõmuniter approbata in d. l. ſi donatione in verſ. poſtulas, & in c. relatum il 2. in verſ. iuxta ſeruitii de teſta. Bar. in l. ſi forte, nu. 5. ff. de caſtren. pecu. & de hac communi atteſtatur Dec. in l. petens. nu. 17. de pact. Cõis opin.

8 Sed quomodo dicatur merita æquiualere donationi, dic, quòd hoc relinquendum eſt iudicis arbitrio, qui attentis meritis, iudicat donationẽ mo-

moderatam, vel non moderatam, ſecundum
Cõis opin. communem opinionem omnium Doct.citatam per Iaſ.conſ.154.nu.5.vol.2.

9 Et in hoc nõ ſtandũ eſſet cõfeſsioni patris, ſcilicet merita præceſſiſſe, ſed opus eſt, quòd ſeruitia ipſa probẽtur, vt tenẽt Glo.& Bar.in d.l.ſi forte,Iaſ.in d.l.frater à fratre,n.44. Corne.cõſ.144. n.10.vol.2. Mantua in d.l.ſi donatione,n.46.vbi Riminal.n.8. Cotta in memoralibus iuris in ver. Donatio inter patrem,& filiũ,Ruin.conſ.96. nu. 2.uol.5. & Afflict. deciſ.360.num. 15. & iſta eſt
Cõis opin. communis, vt in ſequenti concluſione ponam poſt princ.

10 Fallit quoque dicta communis, quando pater remitteret filio uſumfructum in bonis aduentitijs filij, nam in caſu hoc donatio ſtatim valeret, non expectata morte patris, ſecundum Bart. in d.l.frater à fratre, num.57.Glo.& Bart.in l.2.C. de inoff.teſtam. quam doctrinam Bart. ſequun-
Cõis opin. tur Doct.communiter Bar. in d.l. frater à fratre, num.44.& Crotus ibi col.4.

11 Fallit vlterius dicta communis non procedere in donatione facta filio in poteſtate à patre cauſa ſtudii, quam donationem valere dicunt, ſicuti pro dote factam, Bal.Ang.Alex.& Iaſ.in l.1. ff. ſolut. matrimo. qui ſimul cum Ripa ibi,num.
Cõis opin. 140.aſſerunt iſtam eſſe communem opinionem, & Clarus in tract.de donatio.quæſt.8.verſ.3. Refertur,quorum opinio certè videtur dubia,& nimis periculoſa. Nam contrarium, quòd non valeat huiuſmodi donatio, tenet Bart. Bald. ſibi contrarius,Imol.Alex.Iaſonq́;,ſimiliter Saly.religioſiſsimus D. Gulielm. Pontanus præceptor meus bonæ memoriæ,& Ripa, qui prædictos ci-
Cõis opin. tat in d.l.1.in fin. & recitat iſtam eſſe magis cõmunem opinionem. Nec procedit hic æquiparatio dotis, & ſtudij; quoniam pater tenetur dotare filiam,l.fin.C.de dotis promiſsio.Sed non tenetur aliquid dare filio cauſa ſtudij,præter grammaticam; qua filius cum honeſtate conditionis ſuæ carere non poteſt.vt per Alex.in d.l.1.in fin. meritò donatio facta filio cauſa dotis per patrẽ valet, ſed non idem iuris cenſeri debet de donatione facta cauſa ſtudij: Cùm in donatione ſtudenti facta fraus ſubeſſe poſsit, & tanto magis, quia ſcholares ſunt calidi,& aduerſus eos præſumitur, vt tradit Bald. in d.l. neque natales C.de probat.& Iaſ.in l.non hoc, nu.17.C.vnde legiti.

12 Limitatur poſtremò etiam antedicta communis non procedere in donatione Regis, Imperatoris,ſeu alterius cuiuſuis habentis poteſtatem in terris ſuis legis condendæ, facta per eos filijs ſuis in poteſtate, quæ valet, & tenet, ſecundum Oldra.conſil.231. vt eius, de quo quæritur aliqualis cognitio,cui inhæret Fely. cum alijs ſignatis per eum in c.cùm non liceat de pręſcript. Soc.conſil. 68. fruſtra plenitudini vol. 1. & Bertran. conſil. 227. prout dicit Oldradus, num. 6. volu. 3. Et iſta regia donatio, etiam quòd excederet ſummã 500. aureorum ſimiliter valeret, vt dicemus infra cumulatiſsimè in Opinio.685. Rex,vel Dominus.

13 Et iſta donatio regia valeret etiam quantumuis in huiuſmodi donatione per Regem,ſeu Principem expræſſum non ſit ſe donare regia authoritate;quia in dubio etiam Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, vbicunq; actus alias non valeret,niſi ea vteretur,ſecundum commu- Cõis
nem opinionem,quam ſequitur,&citat Bertran. opin.
in d.conſil.227.nu.12.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO inter virum, & vxorem conſtante matrimonio regulariter non valet.*

2 *Donatio inter virum, & vxorem conſtante matrimonio valet, vbicunque appareat iuramento firmata, ſecundum vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem, ipſa donatio non firmatur iuramento aliquo modo.*

3 *Donatio ſimulata, vtpotè facta in fraudem,non valet, nec firmatur iuramento.*

4 *Donatio inter virum, & vxorem in qua appareat interpoſitum iuramentum aſſertorium non validatur ipſo iuramento, ſed ſi eſſet promiſſorium iuramentum de futuro,ſcilicet, quando promitterem non contrauenire vllo vnquam tempore, vigore iſtius iuramenti promiſſorij firmatur ipſa donatio.*

5 *Donatio inter virum,& vxorem facta ex cauſa ſeruitiorum valet.*

6 *Donatio inter virum, & vxorem facta ex cauſa benemeritorum valet, quatenus non excedat ipſa benemerita.*

7 *Seruitia præſtita inter coniuges non probantur per confeſsionem ipſorum coniugum.*

8 *Seruitia non probantur ex confeſsione coniugum, etiã facta cum iuramento aſſertorio.*

9 *Seruitia pręſtita inter virum,& vxorem,vt eius occaſione poſſit inter ipſos fieri donatio debent eſſe talia, vt digna ſint compenſatione.*

10 *Donatio reciproca inter virum, & vxorem collata poſt tempus mortis valet, ſi fiat incontinenti ſecus ex interuallo.*

11 *Donatio facta à marito vxori, vel econtra de iure patronatu tantùm ualet, ex quo maritus non efficitur locupletior.*

12 *Donatio facta per uirum plebeium futurę ſponſæ nobili, ſeu per uirum infirmum, ſeu ſenem iuueni pulchræ per publicum inſtrumentum antequàm ſint facta ſpõſalia de futuro ualet,& tenet.*

13 *Donatio remuneratoria facta ad recompenſationem propter inequalitatem coniugum ualet, etiam conſtante matrimonio.*

14 *Donatio facta ab uxore marito pro expenſis in refectione ædium incendio conſumptarum ualet.*

OPINIO CCIX.

1 DONATIO inter virũ & vxorem regulariter cõſtante matrimonio eſt inualida, & prohibita, ut in toto titu. ff. & C. de donatio. inter virum & vxo. & huius dicti aliquas rõnes reddit Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 5. cap. 1. nume. 1. cum aliis ſeq. & ponit pro regula cum aliquibus ampliationibus Ioan. Lupi. in repeti. c. per veſtras ſuper rub. §. 46. & ſeq. de donat. inter vir. & vxo.

2 Sed hoc fallit vbicunque donatio iſta prohibita ratione perſonarum firmaretur iuramento, tunc quippè valet, prout tenet Guil. de Monte Laud. Lauret. & Zabarell. in 5. q. & Ioan. de Imol. poſt Landulf. in 2. q. in Clemen. Romani de iure iur. Corſet. in rub. priuileg. 25. cod. titu. Bal. in l. 2. col. 49. ff. cod. titu. & in l. cùm multæ C. de dona. ante nupt. Ripa in l. ſi vnquam in 15. q num. 35. C. de reuocan. donatio. Nicol. Euerard. in Cẽtur. in loco à vi energ. ſeu effec. iuram. in 2. effec. verſi. Vndecimò ex iſto ſequitur fol. paruo 703. Ludoui. Gomeſ. in §. quędam, nume. 19. de actio. Alex. in l. ſi donatione C. de collatio. Panormita. conſi. 95. factum ſic proponitur, Alex. conſ. 142. col. pen. vol. 5. & conſ. 8. vol. 2. Paul. de Caſt. conſil. 99. in iſta donatione, Roma. conſ. 44. ex ſupra narrato, Corne. conſi. 118. in hac, col. 1. uol. 1. conſi. 104. circa primum, vol. 2. & conſ. 41. videtur, col. pen. uol. 3. Soci. conſ. 115. col. 3. vol. 1. accuratiſsimus D. Ioſephus de Ruſticis conciuis meus in tract. ſuo artificioſiſsimo de bonis parafernalibus in pręfatione, quem vidi manu ſcriptũ, Bart. in l. Seius, & Augerius ff. ad legem Falci. & in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſo. Feder. de Senis conſil. 150. Guil. de Cun. & Alberi. in l. ſed, & ſi poſſeſſori. §. item & ſi iurauero ff. de iureiur. Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. nume. 26. Abb. Imo. alijque Canoniſtę in c. cùm contingat de iureiu. Paul. Caſtren. & Iaſ. abundè plures cumulans, & dicens iſtam eſſe magis cõem opinionem in l. pa- *Cõis*
opin. cta quæ C. de pact. Marſil. in pract. crim. §. ſecunda quęſtio. nume. 59. Boeri. deciſio. 92. nu. 6. Deci. conſi. 232. col. 2. & conſ. 240. Ripa lib. reſp. 3. in 3. reſpon. nume. 3. & reſpon. 4. nume. 6. eodem lib. & reſpon. 6. nume. 3. Guid. Papæ conſ. 204. in cauſa col. fin. Grauet. conſi. 81. nume. 1. & conſil. 102. nume. 2. Rube. conſ. 25. nu. 5. & conſ. 54. colum. 1. Ruinus conſ. 179 nume. 111. uol. 1. & conſi. 132. num. 2. uol. 4. Aret. conſil. 84. in 2. dubio Socin. Iunior conſ. 44. col. 2. vol. 2. Bertrandus cõſi. 205. vol. 4. conſ. 301. nu. 3. & conſil. 327. nu. 4. uol. 1. & Clar. cum cæteris congeſtis per eum in tract. de donat. q. 9. verſ. ſed quid ſi in ipſa donatione, ubi ait eſſe indubitabilem in conſulendo, & iniudicando, & Pariſi. qui pari modo ſupponit eſſe magis communem opinionem conſ. 86. nume. 46. vol. 3. Iacob. Mandellus cõſ. 4. nu. 12. Cotta in lib. memoralium in ver. Donationem inter virum, & vxorem, ubi dicit, quòd ſecundum iſtã communem ſæpius vidit iudicari, & Crotus in repet. l. frater à fratre, numero 72. & ſequen. ff. de conditio. indebi. reſpondet omnibus Doct. contrarium aſſerentibus.

¶ In contrariam verò partem inclinauit idẽ Barto. in l. 1. ff. de donatio. inter virum & vxor. Bal. poſt Dyn. in l. ſi quis inquilinos §. fin. ff. de lega. 1. & in l. cum mulier C. de donat. ante nupt. Saly. & Fulgo. in d. l. 1. Cyn. in l. 1. in fin. C. de ſacroſan. eccle. Ange. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſor. Bald. conſ. 29. caſus col. 1. & ſeq. conſ. 398. ſuper eo vol. 1. & conſil. 294. donatio, uol. 3. Ant. de Cannar. in diſput. exordiente Augerius, cum aliis congeſtis latè per Iaſ. in d. l. pacta quæ, & Soci. conſ. 65. circa, colum. 6. & ſequen. uol. . vbi allegat Laudenſ. & Henric. ita tenere, & conſil. 66. eod. uol. & Curt. Senio. conſ. 66. num. 3. 4. 5. & 6. vbi recitat ſententiam iſtam communiorem eſ- *Cõis*
ſe, quam ſequitur etiam, tuetur infinitis propè ra- *opin.*
tionibus, & exprimit pariter communem fore Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ in tit. *Des droitz et appar à gens mariez*. §. 7. in ver. *ſuppoſè, que leſdicez contraulx* à num. 1. vſque ad num. 28.

¶ Tamen quicquid ſuadeant Curt. & Caſſaneus longo ſermone in locis præmiſsis à prima opinione affirmatiua, & magis communi fatuũ foret in actu practico diſcedere, quam minimè ſpernit Ioannes Lupi. in repeti. c. per veſtras ſuper rub. §. 51. nu. 10. de dona. inter vir. & vxor. cũ aliis ſignatis per eum ibi.

3 Sed hoc certè non procedit in donatione ſimulata; quia hoc caſu videtur eſſe facta in fraudem non valet, nec firmatur iuramento, ſecundum Bar. in l. Codicillis §. Titia in fin. ff. de legat. 3. & Ruinum conſ. 130. nume. 4. vol. 1. & Clarum, in d. q. 9. hæc tamen concluſio, vbi docet iſtam eſſe *Cõis*
communem opinionem. *opin.*

4 Et iuramentum hoc dicitur aſſertorium, quod quidem nõ valet, ſed ſi eſſet promiſſorium de futuro ſcilicet, quando promitterem non contrauenire nullo vnquam tẽpore, tunc vigore iſtius iuramẽti promiſſorij, firmatur donatio iſta, vt per Bart. & Alex. in l. Seius, & Augerius. ff. ad l. Falci. Guiliel. de Cun. in l. ſed, & ſi poſſeſſori §. item ſi iurauero ff. de iureiuran. Bal. Nouellum in tract. de dote in decima par. col. 5. & Ripam in 3. libr. de donationibus capi. 6. & per Bertrã. conſ. 122. Aret. nu. 2. & ſeq. vol. 8. vbi oſtendit iſtam eſſe cõ- *Cõis*
munem opinionem. *opin.*

5 Fallit ſecundò dicta cõcluſio, ſeù regula in donatione facta inter virum, & vxorem ex cauſa benemeritorum, ſeù ſeruitiorum, quæ donatio vtique valet, ſecundum l. quòd autem §. ſi vir vxori ff. de donat. inter vir. & vxo. & præcitatos Docto. ac Iacob. Mandellum in d. conſil. 4. num. 15. Cy. Bal. Saly. Iaſ. Deci. & alios in l. ſi pater puellæ C. de inoffi.

de inoffi: teſta. Abb. & omnes in rub.ext.de donat.Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nume. 109. ff. de vſucap.Soc.in d.conſi.65.circa primam quæſtionem,& cóſ.ſequenti,col. 1.uol. 1.Hyppolit.Riminal.inſtitu.de donatio.in prin.nume.262.Iaſ. in l.ex hoc iure,col.12.verſ. tertius effectus ff. de iuſti.& iur.& conſi. 173. nu. 5. vol.4. Deci. in l.ſi donatione,nume.8.C.de collatio.& in l.licet,nume. 11.C.de pact.& Veronenſ.cautela 112.

6 Et donatio hæc fieri permitteretur ad ratam ſeruitiorum præſtitorum, ac factorum,& non vltra,text.eſt in l.quod autem §.ſi vir,& vxor.ff. de donatio. inter vir.& vxor. & notat apoſtilla ad Barto.in d.l.ſi forte,& Boſsius in dicta practi.cri. in tit.de principe,nu.323.

7 Tamen ſeruitia iſta debent probari aliter, quã per confeſsionem ipſorum coniugum; quia ipſis coniugibus hoc caſu, ex quo non poſſunt liberè donare de meritis,& ſeruitiis,non adhiberetur fides aliqua,niſi probarentur: ſecundum doctrinam Bar.in l.ſi fortè ff.de caſtren.pecu.communiter approbatam ab omnibus in l. ſi donatione C.de collatio. de qua communi vltra Scriben.ibi,facit mentionem Soci.conſilio ſexageſimo quinto,colum.2.& conſil. 66.col. 3. vol. 1. & Grauet.conſ.175.nume.2.& uide Barto.in l.ſi uerò non remunerandi §.inde Papin.ff.mand. & in l.ſi tibi §.ſi pactum ff.de pact.& in l. 1. §. nec caſtrenſe ff.de collat.Ripam in l.ſi vnquam 15.quæſtio.nu.35.C.de reuocan.donatio. Alex.conſ.18. vol.3.Ange.conſ.341.Deci.conſ.96.col.2. Gratum conſi.97.nu.17.uol.1. Ioan.de Amicis conſi.31.num.8.Grammat.deciſio.73. nu. 10.& Capicium deciſio. 203.col.3.& ſeq. *Cõis opin.*

8 Imò ipſis coniugibus etiam cum iuramento aſſertorio minimè crederetur in præſenti caſu, ſecundum Alex.in l.ſi donatio C.de collatio.col.2.

9 Et debent eſſe talia ſeruitia iſta,quę egeant,atque digna ſint compenſatione, & remuneratione,non autem ſeruitia obſequialia, ad quæ vxor teneatur,ſecundum And.de Pomate in addit.ad Bart.in d.l.ſi fortè in addi.pręcedẽtibus meritis.

10 Fallit tertiò dicta regula in donatione reciproca,uidelicèt reciprocè inter cõiuges hoc modo facta, quòd ſi contingat alterum præmori ſuperſtes habeat bona, valet, & tenet talis donatio;ita concludit Cyn.Bald.& Salyc. quos refert, & ſequitur Iaſ.in l.ſi pater puellæ C.de inoffi. teſta.& Soci. in tracta. fallentiarum fallen. 204. in primo verſiculo. Salyc. in l. fin. C. de pact. Ioan. And.in add.ad Specul.in titu.de inſtru.editio. §. porro circa vlti.col.Iaſ.in d. l. ſi quis pro emptore,nume. 109. ff. de vſucap. Oldra. conſ. 130. ad habendam,Alex.conſ.152.in cauſa col.3. uol.6. Roman.ſing.820.prohibita,Hyppolit.ſingu.50. donatio,& ſing.333.Georg.Natta in tract.quòd ſtantibus maſculis in 2.quęſtio.princ.nu. 104.folio 132.Hyppolit.conſ.107.in ciuil.& conſil.106. in criminal.Ang.conſi.169.viſis,& Boerius conſil.51.& viuaciſsimus D.Ruſticus in d.tracta.de bonis paraphernali. in præfatio. & ea nempè ratione ſubſtinetur ipſa donatio reciproca inter virum,& vxorem:quia neuter in illa lęditur,l.quod autem §.quod ait ff.de donat. inter vir. & vxorẽ. Deci.in l.licèt,nu.11.C.de pact.Cępol.caut. 112. nu.1.& Iaſ.conſ.173.nume.5.uol.4.Quod quippe de plano procederet ſi vnius donatio alterius donationem incontinenti ſequeretur, ſecus ſi ex interuallo: quia tunc talis reciproca donatio infirma,& inualida redderetur,l. qui iam nuptæ ff. de donat. inter vir. & vxor. ſecundum Roma. in d.ſing.820. prohibiti inter ſe donare, & Nicolaũ Pignolam ibi in addit. & Cępol.cautela 181.vbi etiam alio modo declarat, Socin. in regula 104. Ioan.Coraſi.lib.miſcellanearum 5.cap.14.nu.5.

11 Limitatur quarto loco non habere locum pręcedens regula, quotieſcunque vxor marito donaret iuſpatronatus tantùm: quia tunc valeret donatio,ex quo maritus non efficitur locupletior,l. naturalis §.fin.ff.de præſcr.uer.& l.planè,lã 2. in fin.ff.de leg.1.& ita tenet Alex.in l.ſi conſtante §. ſiue autem circa ſin.ff.ſolut.matrimo.& Domini de Rota deciſio.11. in antiquis ſub rubr. de pact. incipien. conſuetudo circa fin. & Marcus Mantua lib.6. Enchyridij rer. ſingul. cap. 129.incip. de coniugibus multa.

12 Limitatur quintò, vbicunque plebeus acciperet mulierem nobilem in vxorem, ſeu ſenex puellam,& conſtante matrimonio faceret inſtrumentum de receptione dotis,quam in effectu nõ receperat. Et quamuis iſta dicatur donatio inter virum,& uxorem,nihilominus valet; quia fit in remunerationem & ad recompenſationem propter inæqualitatem eorum, ita eleganter conclu dit Bar.poſt Glo.ibi in l.ſi voluntate,nume.2. C. de dotis promiſsio.&in l.ſi diuortio,& ibi Iaſ.nu. 9.ff.de uerb.oblig. idem tenet Bal.in l.2 §.fin.ff. ſi cer.peta.Abb.in c.1.nu.8.de adult.Iaſ. in l.fin. col.fin. C.de verb. ſignifi. & in l. ex hoc iure, nu. 55.ff.de iuſti.& iur. Tiraquel.in tract. de legibus connubia.in 4.l.nume.7.& in l.5.nu.18.& Clar. in d.quęſtio.9.uerſi. ſed pone,quòd maritus. Et iſtam recitat eſſe communem opinionem Curti. Iuni.conſ.6.numero 20.& Bal.Nouellus in d. tracta.de dote in 10.par.nu.7. *Cõis opin.*

13 Imò talis donatio facta ob cauſam,& in recõpenſationem nobilitatis mulieris per virum plebeum, vel alterius cuiuſuis inæqualitatis viri, & vxoris,valet etiam & tenet conſtante matrimonio,ita Bart.Imol.Raphael Cuma.Alex.Iaſ.& alij communiter in d.l.ſi diuortio. *Cõis opin.*

14 Limitatur poſtremò huiuſmodi regula non procedere, quando vxor donaret pecuniam marito pro refectione ædium, quę incendio conſumptæ fuiſſent,vt in l.quod ſi vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxo.nedũ rõne ibi poſita: verũ etiã.

15 Quia reipublicæ intereſt vrbem ruinis non deformari, l. 2. ff. ne quid in loc. public.l.ſi quis nemine C.de ædific. priuat.& ita dicebat Mantua in d.lib.Enchyridij,6.c.cap.129.

¶ Hinc-

¶ Hincq́ue eſt, ꝙ Ciuitatum ædificia dirui prohibentur, l. Senatus ff. de contrahent. empt. l. cętera §. primo. ff. de leg. 1. l. fin. de dam. infec. & l. fin. C. de iur. reipub. Imò diruta refici iubentur, l. præſes prouinciarum ff. de offi. præſid. l. curatoris de dam. infect. l. ſi vt proponis C. de ędific. priuat. & l. ſingularum, D. Marinus de Caramanico inſignis iuriſconſultus in gloſ. conſtit. ſi damna de homicid. & dam. clandeſtin. in uer. in quorumcunque territoriis locorum.

¶ Limitaturq́ue eadem regula in nonnullis aliis caſibus per Ioãnem Lupi. in d. c. per ueſtras in rub. §. 49. cum ſex aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO facta per patrem priuato, per ſuperuenientiam liberorum reuocatur. Quod limitatur infra nume. 10. remiſſiuè pluribus modis.*

2 *Donatio facta priuato per patrem reuertitur poſt natiuitatẽ filij in dominio ipſius donatoris ipſo iure nulla præcedente petitione, etiam, quòd dominium illius rei donatæ fuiſſet tranſlatum in donatarium per patrem ante natiuitatem filij.*

3 *Donatio facta priuato reuocatur per ſuperuenientiam filiorum ipſo iure; quia continet in ſe tacitam liberorum conditionem.*

4 *Donatio facta priuato reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, etiam ſi in ea interuenerit iuramentum.*

5 *Donatio partis bonorum reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.*

6 *Donatio cuiuslibet rei particularis reuocatur per liberorum ſuperuenientiam.*

7 *Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum, niſi dumtaxat vſque ad legitimam, quod procedit in foro contentioſo, ſecus in foro poli; nã tunc eccleſia per ſuperuenientiam liberorum tenetur donata reſtituere.*

8 *Donatio facta per patrem uni filiorum non reuocatur per natiuitatem aliorum filiorum.*

9 *Donatio facta priuato non reuocatur per legitimationem filij poſt donationem factam.*

10 *Legitimatio filij facta non tollitur, nec reuocatur per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium: ſed effectus illius legitimationis limitatur, atque reſtringitur.*

11 *Donatio remuneratoria facta priuato non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.*

12 *Donatio facta extraneo ob cauſam non reuocatur per ſuperuenientem donanti prolem: quia propriè donatio non eſt.*

13 *Dotis conſtitutio facta per patrem filiæ etiam de maiori parte ſuarum fortunarum non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*

OPINIO CCX.

1 DONATIO facta priuato propter ſuperuenientiam liberorum penitus reuocari ſolet, l. ſi vnquam & ibi not. omnes communiter C. de reuocan. donatio. & in l. 1. C. de inoffi. donat. & Ruin. conſ. 107. nu. 22. volu. 1. Et beneficium hoc euacuandæ donationis ob nouæ prolis ſuſceptionẽ concedit quippè lex patri miſerationis cauſa, quaſi eidem lex miſereri uelit, cogitans, quòd ſi pater filiorum ſuſceptionem conſideraſſet hanc donationem non feciſſet, & iſta eſt communis ratio, vt tradunt omnes concorditer in d. l. ſi vnquam, & Corne. cum aliis quamplurimis aggregatis per eum in conſil. 15. ex quo dictus Franciſcus, ſub nume. 2. uol. 1. *Cõis opin.*

2 Et amplia hoc in tantum procedere, quòd licèt illius rei donatæ dominium fuiſſet tranſlatũ in donatarium per patrem ante natiuitatem filij, nihilominus poſt natiuitatem filij reuertitur in dominio donatoris dicta donatio ante petitionem ipſius ipſo iure, vt per Glo. & alios Doct. cõmuniter in d. l. ſi vnquam, & Bar. in l. Titia la 2. §. Imperator, nu. 2. ff. de lega. 2. quam opinionem declarat, & citat Ripa in d. l. ſi vnquam, nu. 103. ſimul cum aliis Moder. *Cõis opin.*

3 Ampliatur ſecundò etiam, quòd iſta donatio reuocatur per ſuperuenientiam filiorum ipſo iure; quia continet in ſe tacitam liberorum conditionem, ſecundum Bar. col. 1. Rubeum, nu. 289. in d. §. Imperator, & Ioannem Cephalum conſulendo cum aliis citatis, per eum conſi. 94. nu. 11. uol. 1. vbi ſcribit iſtam opinionem communem eſſe, & magis ęquam, & Corne. etiam conſil. 15. ſub nume. 23. uol. 1. *Cõis opin.*

4 Item ampliatur, quòd reuocetur ipſa donatio, etiam interueniente iuramento, ſecundum Bar. in d. §. Imperator, Oldra. conſi. 238. cùm mulier, Aret. conſi. 24. quatuor dubia in prin. Alex. in d. conſ. 71. vol. 4. nume. 7. Iaſ. cum aliis ſignatis per eum conſi. 125. col. 2. uol. 1. Gozadi. conſ. 8. nu. 16. Deci. & omnes communiter in l. 1. nu. 28. C. de pact. Ruin. conſ. 70. nume. 13. uol. 1. Deci. conſil. 180. viſa in fin. Pariſi. conſ. 73. donatio, nu. 12. & 48. vol. 1. Soci. Iuni. conſi. 44. tenore, num. 46. vol. 2. Grat. conſ. 25. in pręſenti uol. 1. in fi. Caſſane. conſi. fina. anno Domini, nu. 20. & Ripam in d. l. ſi vnquam in 3. q. & in reſpon. 15. licèt donatio, nu. 17. uol. 3. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Ampliatur poſtremò d. l. ſi vnquam, reuocans donationem extraneo factam propter ſuperuenientiam filiorum, quòd procedat non ſolùm eo caſu quo donata extet quota bonorum, ex communi opinione allegata per Ripam in dicta l. ſi vnquam, nume. 14. & ſequen. C. de reuocan. donatio. & in l. 1. ſub nume. 5. & ſeq. C. de pactis, & per Bolognettum ibi, ſub nu. 36. *Cõis opin.*

6 Sed etiam vbicunque donata reperiatur res particularis, aut pars illius: vtpotè quia ratio d. l. ſi vnquam fundata diſcernitur in hoc, quòd ueri ſimile non cenſeatur donantem ita donaſſe, ſi de liberis procreandis cogitaſſet, itá militat etiam eadem ratio, quotieſcunque donaretur res quædam certa, aut ſingularis, veluti caſtrum, fundus, vel domus, aut pars illius, aſcendẽs in effectu ad

valorem

valorem alicuius quotæ bonòrum donatoris, ſi-
cut ſi donaretur illa quarta bonorum, vt identi-
tas rationis vtrumque caſum aſſociet, debet ita-
que vtroque caſu eſſe eadem iuris diſpoſitio, l. à
Titio ff. de uerb. oblig. & c. 2. de tranſla. prælat. a-
liàs quippè videretur fuiſſe lex impoſita verbis,
& non rebus, quod eſſe non debet, l. fin. de vſur.
l. 2. in fin. C. commu. de legat. & c. commiſſa de
electio. in 6. & huic opinioni accedunt Ioan. de
Plat. in l. 1. C. de reis poſtula. lib. 10. Bart. & Bald.
in d. l. Titia §. Imperator, Ioan. de Imol. in c. fi. de
donatio. & ita doctiſsimè conſuluit Alex. conſil.
71. conſideratis his quæ narrantur in themate,
nume. 2. cum aliis ſeq. volu. 4. idemq; firmat etiã
conſi. 162. uiſis his quę copiosè, & eleganter alle
gata ſunt. nume. 1. & 3. vol. 6. Iaſ. Claud. Aquenſ.
Deci. nu. 9. Ripa, ſub nu. 5. & ſeq. & Bolognettus
ſub nu. 36. in d. l. 1. C. de pactis, & Tiraq. cum ma
gna catherua Doctorum relata per eum in d. l. ſi
vnquam, ver. omnia, vel partem, nu. 2. & iſta eſt
Cõis opin. communis opinio, atteſtante Ripa in d. l. ſi vn-
quam. nu. 16.

7 Sed fallit primò iſta communis, vbicunq; do-
natio eſſet facta Eccleſiæ, tunc dumtaxat reuoca
tur uſque ad legitimam, vt voluit Glo. & Archi-
dia. in c. fin. 17. q. 4. Bar. in d. §. Imperator, & poſt
eum Cuma. Roma. in Auth. ſimiliter in 8. ſpe-
cia. C. ad l. Falc. Bal. Ang. Saly. & Paul. de Caſt. in
d. l. 1. Abb. & Imol. in c. fin. de donatio. Barba. in
repet. l. cùm acutiſsimi col. 37. C. de fideicom. Ia
ſo. in authen. ſi qua mulier col. 1. C. de ſacroſan.
eccle. & in l. generaliter §. cùm autẽ col. 2. C. de
inſtitutionib. & ſuſtitutio. Fely. in cap. in pręſen-
tia col. 22. de probatio. Corne. conſi. 11. col. fina.
uol. 3. & conſi. 30. colum. 2. uol. 4. Calca. conſ. 13.
col. 2. Corſet. ſingu. in verſ. Donatione, incipien-
te. Licèt donatio, Pariſ. conſ. 73. nu. 24. uol. 1. ubi
Cõis opin. recitat iſtam eſſe communem opinionem, idem-
que teſtatur Ripa in d. l. ſi vnquam, nu. 115. & Ti
raquel. ibidem nu. 66.

¶ Verum communis iſta procedit in foro con
tẽtioſo, in foro vero poli ipſa Eccleſia tenetur ꝓ-
pter ſuperueniẽtiam filiorum donata reſtituere,
tex. eſt in d. c. fin. 17. q. 4. quem text. dicit ad hoc
menti tenendum eſſe Auguſtinus Berous in c. 1.
ſeu rub. nu. 217. de conſtitu.

8 Limitatur ſecundò dicta communis quando
facta eſſet per patrem vni filio, quæ quippè dona
tio non poſſet reuocari poſt natiuitatem aliorũ
Cõis opin. filiorum, vt ſentit Barto. & omnes Legiſtæ com-
muniter in d. §. Imperator, & Canoniſtæ in d. c. fi.
de donatio. vt per Ripam in d. l. ſi vnquam, nu-
mero 115.

9 Limitatur tertiò antedicta communis, quòd
licèt donatio reuocetur per ſuperuenientiam li-
berorum, nihilominus non reuocaretur per legi
timationem filij poſt donationem factam, ſecun
dum Bald. in l. 2. in fi. C. ſi quid in frau. pa. & in l.
1. col. pen. C. de inoffi. teſta. & Saly. in l. ſi tota C.
de reuo. donat.

10 Benè uerum eſt, quòd legitimatio ipſa prius fa-
cta, non tolleretur, nec reuocaretur per ſuperue-
nientiam filiorum legitimorum, & naturalium,
ſecundum communem opinionem omniũ Scri- Cõis opin.
ben. citatam per Deci. conſ. 566. pro reſolutione
caſus propoſiti, & per Gozad. conſ. 6. nu. 65. ſed
effectus illius legitimationis limitaretur, & re-
ſtringeretur, vt voluit, & declarauit Goza. ibi nu.
65. 67. 68. & 69.

11 Interpretatur poſtremò quotieſcunque do-
natio eſſet remuneratoria, tunc quantumuis ſit
facta priuato non reuocatur, nec reuocari poteſt
aliquo modo, ſecundum Roma conſ. 26. pro de-
ciſione eorum, ſub nume. 6. & ſeq. Ang. & Bal. in
d. l. ſi vnquam, Alex. conſ. 28. præclarè in fin. uol.
3. Iaſ. in l. ſi non ſortem §. libertus col. 6. ff. de con
dit. indeb. Dec. conſ. 20. in cauſa iſtorum fratrum
in princ. & conſ. 366. pro declaratione in tertio
dubio, Ruin. conſ. 173. quia agitur, nu. 7. vol. 1. &
conſ. 140. circa caſum, nu. 6. uol. 4. Bertran. conſ.
47. attento caſu, nu. 7. vol. 1. conſ. 205. ſi eſt verũ,
nume. 12. uol. 2. & conſ. 292. dubia, nume. 8. uol.
3. Ioan. Bapt. Ferret. conſi. 94. reſpondendo, nu-
me. 2. vol. 1. Iaſ. col. pen. & Claud. Aquenſ. in 6.
effectu in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. & Cagno.
& Deci. in d. l. 1. C. de pactis, & Scriben. omnes
communiter in d. l. ſi vnquam, ubi Moder. & Ri-
pa nume. 29. citant, & nonnihil iſtam communẽ Cois opin.
declarant.

12 Et limitatur quoque non procedere in do-
natione facta extraneo ob cauſam, vt ea non re
uocetur ob ſuperuenientem donanti prolem,
ſecundum Bald. Ange. Ripam, Tiraquel. in gloſ.
donatione largitus, nume. 11. cum aliis ſequẽ. &
alios in d. l. ſi vnquam, & Bertran. in conſ. 4. ad ca
ſum, ſub nume. 1. vol. 5. vbi aſsignauit rationes
concludentes, & conſuluit etiam, quòd conſtitu-
tio dotis facta per patrem filiæ de medietate om
nium ſuorum bonorum, & fortunarum non cen-
ſeatur reuocata per natiuitatem aliorũ filiorũ.

13 Alias verò quamplures limitationes commu
nes, & vtiles quidem ponit vltra Ripam, & Ti-
raquel. in d. l. ſi vnquam Clarus in tracta. de do-
natio. quaſtio. 22. & ſeq. & Bolognettus in d. l. 1.
nu. 36. cum aliis ſeq. C. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS ſtipulans pro abſente, ipſi abſenti, & ignoranti nullum ius acquirit, niſi ratificatione ſequuta, & abſentis conſenſu concurrente, & tunc ſufficit tacita ratificatio, licèt non interueniat expreſſa, vt habetur infra num. 7.*

2 *Notarius ſtipulans pro abſente non valet eius ſtipulatio, niſi ipſo abſente ratificante ipſam ſtipulationem.*

3 *Pœna pacis ruptæ non acquiritur complicibus, & ſequacibus abſentibus pro quibus fuerit pax facta, niſi illorum ſecuta ratificatione, & ſi interim vnus ex his fuerit offenſus agere non poſſet ad pœnam ipſam.*

4 Re-

4 *Renuntiatio litis, & cauſæ facta abſente aduerſario, nõ prodeſt illi, niſi ſecuta ratificatione. Ideò renunciatio ipſa reuocari poſſet re integra.*

5 *Frater nomine fratris abſentis, & ſuo nomine ſtipulatus apparens emphyteoſim non acquirit fratri, niſi ratificauerit, & illo non ratificante totum acquiritur ipſi ſtipulanti.*

6 *Pœna promiſſa in inſtrumento pacis, vt pro parte acquiratur parti offenſæ, & pro altera fiſco, tunc fiſcus agere non poſſet, niſi notarius ſtipulatus eſſet fiſci nomine.*

7 *Beneficium collatum abſenti ante habitam notitiam, & præſentationem literarum, ac ratihabitionem non acquiritur.*

8 *Priuilegium, ſeu beneficium ciuilitatis conceſſum abſenti ſibi non prodeſt, niſi poſt ipſius beneficij acceptationem.*

9 *Beneficium legitimationis impetratum per patrem filij naturalis, ipſo filio ignorante ei non prodeſt, niſi ad eius notitiam deuenerit, & impetrationem ipſam ratam habuerit.*

10 *Abſens electus familiaris Papę non acquirit beneficium familiaritatis ante notitiam, & acceptas literas familiaritatis.*

11 *Abſens cui conceſſum extat feudum non poteſt petere inueſtituram ante pręſentatas, & acceptas literas conceſſionis.*

12 *Priuilegium collatum abſenti, & ignoranti ſibi non prodeſt ante habitam notitiam.*

13 *Beneficium collatum per Papam abſenti, & ignoranti, qui deinde non acceptaret, vel moreretur extra curiam ante illius acceptationem dicitur vacare in ipſa curia. Imò poteſt etiam conferri per ordinarium.*

14 *Abſenti ſi conferatur beneficium, non poteſt reuocari, etiam ante abſentis acceptationem.*

15 *Promittens ex ſolo aſſenſu, naturaliter obligatur ad promiſſa.*

16 *Donans obligatur naturaliter ante donatarij acceptationem.*

17 *Obligatio naturalis repetitionem impedit.*

18 *Renunciatio facta abſenti valet, etiam ad preiudicium renunciantis, ſecus ad præiudicium abſentis, donec nõ fuit notificata.*

19 *Ratificatio donationis abſenti factæ, & ſtipulatę ſuo nomine per notarium tacita ſufficit. Et ſic abſens poſt eius ſcientiam tacitè ratificaſſe cenſeri poteſt.*

20 *Abſens quibus modis, & ſignis colligatur, & diſcernatur tacitè ratificare donationem, remiſſiuè.*

21 *Pręſentia donatarij in dubio pręſumitur, licèt nihil fuerit dictum de pręſentia ipſius.*

22 *Donatio facta abſenti, & mortuo ante acceptationem euaneſcit, & facultas acceptandi non tranſit in hæredes.*

23 *Dominium, nec poſſeſſio acquiritur donatario abſenti, & ignoranti per conſtitutum, nec per uſusfructus retentionem, niſi ſequuta ratihabitione facta verbis, vel facto.*

24 *Dominium non quęritur ei, cui conceditur ante ratificationem, ſed penes conſtituentem, & concedentem remanet.*

OPINIO CCXI.

1 DONATIONEM ſtipulãs notarius abſenti, & ignorãti adhuc ex parte abſentis, & ignorantis non eſt donatio, nec ei aliquod ius queritur, niſi ratificatione ſequuta, & ſic eius conſenſu concurrente, vt tradit Bald. conſ. 220. libro 2. Alber. in l. non enim col. 2. ff. de adoptio. Paul. Caſtren. conſi. 195. colum. 3. vol. 2. Dec. legendo in l. certi condictio §. ſi nummos col. 2. ff. ſi cert. petat. in l. 1. nume. 22. C. de pact. in l. contractus, nu. 16. ff. de reg. iur. & conſulendo conſi. 226. col. 2. conſi. 247. col. pen. conſil. 432. circa fin. conſ. 486. nume. 13. & conſ. 661. col. 2 Curti. Iuni. conſ. 52. nume. 12. conſ. 55. nume. 9. & conſ. 120. col. 2. Bertran. conſ. 116. col. 4. lib. 2. & conſ. 34. vol. 3. Soc. in l. 1. §. ſi iuſſerim in fin. ff. de acquir. poſſeſ. Ruinus conſ. 121. col. 2. lib. 1. & conſi. 174. col. 2. eod. lib. Caſtane. conſ. 7. col. 8. & conſ. 59. colum. fina. Pariſi. conſ. 12. nume. 100. lib. 2. Rube. in repeti. l. non ſolùm §. morte, num. 9. & 59. ff. de no. ope. nuncia. & conſi. 132. Gratus conſ. 12. col. 1. conſi. 25. nume. 37. conſ. 67. col. 2. conſil. 92. colum. 2. & conſ. 127. colum. 2. lib. 1. Galliau. in rubr. nume. 84. ff. de uerb. oblig. ubi refert iſtam eſſe opinionem ueriorem, & Apoſtilla ad Alexã. in conſ. 31. colum. pen. lib. 6. ſcribit eſſe magis communem opinionem. *Cõis opin.* Et ad hoc corroborandum omnes præcitatos Doct. cumulat Tiraquel. in tract. de conſtitu. poſſeſſ. in tertia par. limitatio. 30. nume. 10. & ſeq.

2 Concludens inibi non valere generaliter ſtipulationem notarij pro altero, niſi eo ratum habente, prout voluit Salyc. in l. Gaius ff. de vſur. Soci. Iuni. conſi. 126. nu. 12. lib. 2 Alcia. in c. cùm contingat, nume. 234. de iureiurã. qui audacter recitat iſtam eſſe communem ſententiam, Cagnolus etiam in l. fin. nume. 273. C. de pactis. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem, quòd imò valeat donatio facta abſenti, notario pro eo ſtipulante, & recipiente, vt per huiuſmodi ſtipulationem continuò ius quæratur abſenti abſque alia ratificatione, inclinauit titubanter Deci. conſil. 293. colum. 2. Ruinus conſ. 119. col. 4. conſ. 126. nume. 10. vol. 1. & conſ. 47. vol. 5. Corne. conſ. 21. col. 2. vol. 4. Bertrãn. conſ. 156. nume. 5. vol. 1. Soci. Iuni. conſ. 118. colum. pen. vol. 2. Alciatus conſi. 27. num. 6. & nonnulli alij Doctores relati per Tiraquel. in præcitato tract. conſtitu. poſſeſ. nume. 13. & ſeq. Et ita uoluit etiam doctiſsimè conſulendo Ioan. Cephalus conſ. 33. per totum uol. 1. & Thobias Nonius cõſ. 53. nu. 4. vbi admonet hanc ſententiam fortè hodie crebriori calculo receptam, approbatamque fore. *Cõis opin*

¶ Sed quicquid iſti Doctores ſuadeant contra iſtam opinionem, ob hoc fatuum foret ab ea recedere, quam quidem cõmunem citat etiam,

& am-

& amplectitur copioſè Anto. Capicius deciſio. 180.in cauſa Illuſtriſsimi,nume.8. & ſeq. Horatius Mandoſius in additio.Romani in conſ.295. donatio patris in litera C, Roma.conſ.353. quò ad primum,nume.10. & ibi idem Mandoſius in add. in litera E, & Couarru. in rubri. de teſtam. in 3.part.nu.13.

3 Pro qua facit quod ſingulariter voluit Barto. in l.ſi vxor.§.ſi qs uxori col.fi.ff.de adul. vbi pœna pacis ruptæ non acquirit cōplicibus,& ſequacibus, pro quibus abſentibus facta fuit pax, niſi illorum ſequuta ratificatione.Et ideò ſi interim unus ex his fuerit offenſus, agere non poteſt ad pœnam; quia quò ad eum pax nō dicitur rupta.

4 Facit etiam,quòd voluit Bald.in l.fi.C.ad Maced.& optimè per Alex. in l. poſtquam liti.C. de pact.ubi renunciatio litis,& cauſæ facta abſente aduerſario illi non prodeſt, niſi ſequuta ratificatione,ideoque reuocari poteſt re integra, vt ibi, & argu.l.bonorum cum ibi not.ff.rem ratam haberi; quia abſenti nunquàm acquiritur, niſi per ratificationem,vt per Imol. in c. potuit de locato fol.fin.

5 Et faciunt optimè verba Barto.& Alex.in l. ſi mihi,& Titio.ff.de verb.oblig. quando frater nomine fratris abſentis, & ſuo nomine ſtipulatus fuiſſet emphyteuſim, quia fratri non acquiritur,niſi ratificauerit, & illo non ratificante totū acquiritur ſtipulanti.

6 Facit etiam dictum pulcherrimum Bart. in l. 1.in fin.ff.de iure fiſci, ubi ſi in inſtrumento pacis pœna fuerit promiſſa, vt pro parte acquiratur parti offenſæ,& pro alia fiſco, tunc fiſcus agere non poſſet, vel melius, quod tenendum eſt, niſi aliquis,vt notarius, vel iudex fuerit ſtipulatus fiſci nomine,Bart.in l.arbiter verò ff. de arbitris per illum text.

7 Adduco hic illud etiam conſimile,ad præſentem materiam cōſentaneum, quod beneficium collatum abſenti, ſibi non acquiratur, nec ſibi proſit ante habitam notitiam, & præſentationem literarum,per ea, quæ ponit Bartol. in l. ab ſenti ff.de donation.& quod habetur in l. Labeo ff.de iureiuran.& per Gloſ.in c.quia cūctis de cōceſ.præb.in 6.& in c.ſi tibi abſenti de pbē.co.lib.

8 Et meminit vtiliter Roma. in l. qui abſenti ff. de acqui.poſ.fuiſſe in facto conſultum,q̄ beneficium ciuilitatis collatū cuidam ciui originario alterius territorij tunc abſenti, ſibi non prodeſſet ante habitam notitiam,& factam acceptationem;nam beneficium collatū abſenti nullo modo quippè prodeſſet,niſi poſt acceptationē, vbi Roma.rationem aſſignat iſtam.

9 Alium caſum ſimilem adducendo,quòd beneficium legitimationis impetratum per patrem filij naturalis,ipſo filio ignorante, nō proſit filio, niſi ad eius notitiam deuenerit,ipſamque impetrationem ratam habuerit, §. generaliter auth. qui.mo.natu.effi.ſui,collatio.7.

10 Itidem ab eodem fonte, ſiue ſtipite uidetur emanare, quod voluit Ancharanus conſ. 398. præmitto pro clariori deciſione, nu. 1. cum aliis ſeq. concludens ibi, quòd ſi abſens, & ignorans fuerit conſtitutus familiaris Papæ,vt non acquirat vtique beneficium familiaritatis abſens ipſe ante notitiam,& acceptas literas familiaritatis.

11 Necnon ab eadem radice procedit quod vtiliter ſcribit Bald. etiam in præludiis feudorum, aſſerens,quòd ſi prælatus concederet feudum alicui abſenti,vt quippè peti non poſſet tunc inueſtitura ante præſentatas, & acceptas literas conceſsionis.

12 Et de hoc ſimiliter fidem habes penes Bart. in l.beneficium ff. de conſtit. concludentem ibi, quòd priuilegium collatum abſenti,& ignoranti,ſibi non proſit ante habitam notitiam.

13 Facit quoque ad præmiſſa illud quod poſt Ioan.Andr.in additio Specu.in titu.de actio.ſeu petitione §. ſuper petitionibus in vltima addit. voluit Gemin. in c. 2. in fin. de præben. in 6.vbi concedit,quòd vacante beneficio in Curia,& Papa illud conferret abſenti tunc, & ignoranti, qui deinde ante quàm acceptaſſet moriretur extra Curiam ipſam, quòd eo caſu diceretur illud beneficium vacare in eadem Curia, ex eo quia: cū ille abſens ipſum non acceptaſſet,dici non poterat eſſe ſuum,d.c.ſi tibi, cum aliis iuribus allegatis per Ioan.And.& Geminia.in locis præcitatis. & beneficium hoc ita abſenti collatum caſu quo is non accepter, vel moriatur, poteſt etiam conferri ab ordinario,vt concedit Anchara.in d.c. ſi tibi,colum.11.& Rebuffus in practi. beneficiorum, de reprobata beneficij viuentis impetratione,nume.65.

14 Sed aduerte hic vtiliter,quòd beneficium ipſum collatum abſenti non poſſet reuocari,etiam ante abſentis acceptationem,text.eſt in d. c.ſi tibi. Vbi diſponitur, quòd ſi abſenti beneficium conferatur,conferens non poteſt illud reuocare, quamuis abſenti non quæratur ante acceptationem.

15 Quod ex alio nō videtur procedere, niſi quia conferens ſuo ſolo conſenſu, ſaltem naturaliter ſe obligauit,vt oſtendit Illuſtris D.Guliel.Pontanus præceptor meus in rubrica de verb.obli.ſub nu.23.verſ.quarto facit.

16 Et hoc idem concludendum eſt in donatione facta abſenti;nam ante acceptationem donatarij rei donatæ,donans obligatur naturaliter, ſecundum D.Pontanum in d.rubrica de verb.obl. ſub nu.23. vbi ita explanat,& declarat d.l.abſenti ff.de donat.

17 Siquidem obligatio naturalis impedit repetitionē,l.naturales ff. de act. & oblig. Et ſic donās reuocare nequit donationē factā abſenti ante ipſius abſentis donatarij acceptationē, ſecundum oēs Doct.& præſertim Moder.in d.rub.ff. de uer. obli.Fran.Are.col.pen.Alex.& Iaſ.col.8. & alios oēs in l.qui Romæ §.Flauius Hermes eo.tit.& Tiraq. cū magna catherua Doctorū relata p eū in tract.

tract.conſtituti poſſeſſorij in 3. part. limitatione 30.ſub nu.49.& 66.

18 Et hoc idem explicandum eſt, procedere etiam in renunciatione facta ad fauorem abſentis, vt renunciatio ipſa valeat, etiam in præiudicium renunciantis, ſecus ad præiudicium abſentis, donec ſibi non fuerit notificata, textus eſt notabilis in lege. ſed & ſocius §. ſi abſenti ff. pro ſocio.

19 Et iſtam communem ita receptam, & approbatam tanquam ueriſsimam intellige, vt non requirat expreſſam ratificationem, ſed ſufficiat, vt abſens tacitè, ratam habeat donationem iſtam, ſecundum Decium. in dicto conſilio 586.colum.fin.Gozadi.conſilio 42.colum.fi. & Gratum d.conſ.12.

20 Et quomodo, quibuſq́ue modis & ſignis uideatur, ſeu colligatur tacitè abſens ratificare donationem, vide Tiraquell. latè declarantem in dicto tractatu conſtituti. poſſeſſor. in tertia parte 30. limitatio. numero vndecimo, & ſequentibus.

21 Et his accedit ſimiliter, quòd in dubio præſumitur præſentia donatarij, licèt nihil fuerit dictum de præſentia ipſius, vt tenet Gloſſ. in lege prima.in verſicu. Inter præſentes, & ibi Bartol.ff. de donationib. cauſa mortis, & Gloſſ. in l. optimam, in uerb. Ipſo die. & in uerſicu. Seruus, & Iacob. Butri. C. de contrahen. & committ.ſtipul.& tenet Ioannes, de Imol. conſilio 7. Sed Bald. videtur tenere contrarium in lege ſi quando, per illum textum C. de ſtatu. & imagi. vbi reſpondet ad dictam l. primam, & ad legem optimam, quòd ibi per ſcripturam apparebat partes fuiſſe præſentes, ſed ubi non apparet, non præſumitur.

22 Occurrit pariter præmiſsis hoc valdè vtile, quòd mortuo abſente ante acceptationem, euaneſcit donatio. Et ſic facultas huiuſmodi ratificandi, vel acceptandi non tranſit in hæredes, vt voluerunt Paul.Caſtrenſ.conſilio 195. uolumine 2. Deci. conſilio 226. & 513. in fin. & Alciat. in dicto conſilio 77. ſub nume. 6. & Berous conſ. 4. viſo toto præſenti proceſſu, ſub nume. 34.vol.1.

23 Sed ſecuta ratihabitione abſentis, ſtatim vtique transfertur dominium, & poſſeſsio in ipſum abſentem donatarium, per id quod habetur, & notant Scribentes in l. ſi hac mente, aliàs ſi ego. ff. de negociis geſtis, & l. communis ſeruus ff. de acquiren. poſſeſsio. et quod notat Alexand. in lege qui iure eodem titu. iunctis his quę ſcribunt Docto. pręſertimq́ue Salyc. in l. traditionibus ff. de pactis, Alexan. & cæteri omnes in l. quod meo in princip. ff. de acquiren. poſſeſsio. & Domini de Rota deciſio. 150. incipien. item quod licèt amicus, Alexand. conſilio 110. volumine 1.& Canoniſtæ omnes in capit. cùm veniſſent de reſtitutio. ſpoliatorum, & Ruinus conſilio 174. conſideratis, & ponderatis omnibus, numero 1. volumine 1. Tiraquel. in tracta. conſtitu. poſſeſſorij 3. parte limitatione 30. nume. 57.& ſequen.& Berous conſilio 4. viſo toto præſenti proceſſu cauſę, ſub numero 34. cum 4. aliis ſequen. volum. 1. quibus in locis ſentiunt expreſsè, quòd ſi ego conſtituam me tenere, & poſsidere rem aliquam nomine abſentis, vel precario nomine illius, & deinde re adhuc integra ille ratificet, ipſe quærit poſſeſsionem.

24 Vnde ante ratificationem dominium non quęritur modo aliquo, ſed remanet penes conſtituentem, ſecundum Gloſſ. in dicta l. ſi hac mente in ver. ſuam facere, quam ſequuntur omnes communiter ibi, & potiſsimum Barto. ſub nume. 3. vbi innuit iſtam eſſe veritatem, & Paul. de Caſt. ſub nume. 6. & ſequen. opinionem hanc receptã à Doctoribus oſtendit, & eidem opinioni accedunt Barto. nume. 2. & alij vnanimiter, & concorditer in l. ſi ſponſus §. ſi vxor ff. de donatio. inter virum, & vxorem, & Ruin. conſilio 143. viſis omnibus inſtrumentis, nume. 15. volu. 1. vbi meminit de communi, & ei inhærent Ruin. in dicto conſilio 174. & Berous in dicto conſ. 4. ſub numero 34. cum aliis ſeq. quibus in locis ampliant vtiliter iſtam communem. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 D*ONATIO inter viuos facta vſque ad quingentos aureos valet ſine inſinuatione.*

2 *Donatio facta Eccleſiæ, vel alteri pio loco vltra quingentos aureos valet, etiam ſi in ea non interuenerit inſinuatio. Licèt aliqui Docto. ſenſerint contrarium, quòd donatio ipſa non teneat ſine inſinuatione.*

3 *Donatio reciproca, ſeù uiciſsitudinaria, etiam, quòd excedat quingentos ſolidos valet, & tenet.*

4 *Donatio facta vltra quingentos aureos valet ultra talem ſummam nulla interueniente inſinuatione, vbicunque ſoluta gabella non aſcenderet vſque ad quingentos ſolidos.*

5 *Donatio excedens quingentos aureos confirmatur iuramento, & ſic iuramentum tollit ſolemnitatem ipſius inſinuationis, ſecundum unam communem opinionẽ, ſed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communẽ, talis donatio non tenet. Tamen retenta prima opinione, dic eam de plano procedere, dummodo tale iuramẽtum non tenderet in pręiudicium tertij, vel ſtante ſtatuto, inualidante donationem non inſinuatam infra certum terminum, iuramentum enim tunc non ſuppleret defectum inſinuationis.*

6 *Donatio remuneratoria non eget inſinuatione.*

7 *Inſinuatio donationis, non requirit decretum iudicis.*

8 *Inſinuatio donationis fieri poteſt coram quocunque iudice, etiam cui non ſubſit donator, nec res donata.*

9 *Inſinuatio donationis nihil aliud eſt, quàm eam facere redigi in ſcriptis coram iudice.*

OPINIO CCXII.

1 DONATIO inter viuos facta vſque ad quingentos aureos valet ſine inſinuatione, l. ſi quis pro redemptione §. fina. C. de donat. & vltra non valet: quia donatio excedens quingentos aureos debet inſinuari, dicto §. ſi. l. ſancimus cod. titu. & notat Clar. in tracta. de donatio. §. Donatio q. 16. ubi ampliat iſtam regulam in nonnullis caſibus vtilibus, & communibus.

2 Sed hoc limitatur in donatione facta Eccleſiæ, vel alteri pio loco. Nam donatio iſta vltra quingentos aureos non inſinuata, facta Eccleſiæ valet quippè, & tenet, ita Specu. Ioan. Andr. poſt Pileum in titulo de inſtrumen. editio. in §. porrò in fin. Hoſtien. & Ioan. Andr. pariter in capitulo fina. de fide inſtrumento. Butrius, & Imol. in cap. ad hæc de teſtamen. Bald. & Alberic. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. Abb. in cap. relatum il primo, numero 4. de teſtamen. Paul. Caſtrenſ. conſilio 212. numero 6. volſim. 2. in nouiſsimis, Calderi. conſilio 111. de donatio. Cannari. in tracta. de inſinuatio. in 3. parte queſtio. 8. & Pariſi. conſilio 70. nume. 23. volum. 4. Et opinionem Cōis opin. iſtam ſupponit eſſe communem Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nume. 57. de conſtitut. Iaſ. conſil. 169. col. 4. uol. 4. & Ripa in 3. lib. reſponſorum cap. 11. col. fin.

¶ Cæterùm in contrariam ſententiam inclinauit Gloſſ. in §. ſi minus in authen. de non alienan. Vbi tenet, quòd donatio non valeat Eccleſiæ facta ſine inſinuatione vltra quingentos ſolidos, & eam Gloſſ. Bartol. præter morem ſuum contrarium latè confirmat, ſequuntur etiam Cynus, Albericus, Angelus, & Salycetus, in dicta l. ſancimus, Angel. & Fulgoſi. in lege penult. C. de donatio. Cyn. Odofre. Bald. Salyce. & Paul. Caſtren. in dicta l. illud Barbac. in dicto cap. ad hæc. Sed primam opinionem amplectendam eſſe ſuadeo, quæ videtur magis communis, teſte Ruino conſilio 182. nume. 13. uol. 1. & Clar. in tracta. de donatio. queſtio. 17.

3 Fallit ſecundo loco dicta concluſio in donatione reciproca, & uiciſsitudinaria, quę non requirit, nec eget inſinuatione, etiam quòd excedat quingentos aureos, ſecundum Angel. conſilio 169. viſis prędictis inſtrumentis colum. penultima, & uoluit Gloſſ. in lege Attilius Regulus ff. de donatio. & ibi, Docto. Gloſ. & communiter Scribent. in l. licet, C. de pactis, Bald. poſt Guilielmum de Cun. in lege illud C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. tertia. C. qui bonis cedere poſſ. & in l. ſi mortis, circa finem. C. ad legem Falcidiam, & in l. fina. ff. de exercito. Alexan. conſilio 133. ſtantibus his, quæ in facto preſupponuntur, numero 10. volumine 7. Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de inſtru. editio. §. porrò circa finem, Iaſ. in lege ſi pater puellæ C. de inofficio. teſtamen. vbi plura congerit in materia uiciſsitudinis, & idem Iaſo. conſilio 9. numero 13. poſito inter conſil. feudalia Alberti Bruni, & Curti. Iuni. conſilio 81. nume. 5. vbi deducit iſtam eſſe Cōis opin. communem opinionem.

4 Fallit tertiò regula prædicta, vbicunque donatio eſſet facta vltra quingentos aureos, tamen ſoluta gabella non aſcenderet in effectu vſque ad quingentos ſolidos, tunc profectò ualet donatio vltra talem ſummam nulla facta inſinuatione, ſecundum Bartolum in l. quotiens C. ad leg. Falcidiam, quem ſequitur Bald. Imol. Paul. Caſtrenſ. in lectu. Paduana. & ibi Alexan. quoque, Roma. ſingu. 200. & Cremen. ſingu. penult. Licèt Angel. & præcipitanter in dicta l. quotiens aſſerat contrarium, cuius fundamenta confunduntur per Alexand. & alios communiter ibi. Et Cōis opin. iſta Bartoli opinio communis, etiam ſeruatur quotidie in practica, ſecundum citatos Doctores.

5 Limitatur quartò quotieſcunque donatio hæc eſſet iurata: quia donatio ſine inſinuatione, iſto caſu firmaretur iuramento, & iuramentum tolleret ſolennitatem inſinuationis, ſecundum Ioan. Andr. & Imol. in loco ſuperius citato, & hoc idem firmat Alexã. in lege nemo poteſt ff. de legat. primo. dicens, quòd ita ſæpè conſuluit, prout reperitur conſilio 4. nume. 10. conſil. 12. colum. ſecunda. volum. 1. conſilio 21. colum. penult. volum. 3. conſilio 217. colum. 2. uolu. 6. & cõſilio 133. colum. 4. volu. 7. Ripa lib. reſpon. 3. reſpon. 11. Afflict. in cap. 1. in 12. fallen. ad capitu. quamuis de pact. in titu. de feud. dat. in vicem legis commun. Idemque latè Aret. conſilio 247. & 77. & Deci. conſilio 239. numero 2. vbi ſcribit Cōis opin. iſtam eſſe magis communem ſententiam, & conſilio 432. colum. penult. & conſil. 488. num. 6. Rubeus conſi. 59. nume. 5. Soci. Iuni. conſ. 118. nume. 2. volu. 2. Pariſi. conſil. 33. & 45. & conſil. 69. nume. 67. volum. 3. Ruinus conſilio 172. in fin. 180. nume. 14. uol. 1. & 159. numero 15. volu. 4. Bellonus conſilio 60. colum. fina. Gratus conſilio 70. nume. 28. volu. 1. Bertrand. latè conſilio 1. numero 19. vol. 3. & conſil. 78. nouiſsimorum numer. 7. volumine 3. & Curtius, Iunior, conſil. 47. colum. 4. Sed Curti. ipſe conſilio 66. cum ſequen. inclinauit in contrariam opinionem negatiuam Bald. & Salyc. eamque communem aſſerit Baue- Cōis opin. rius in tracta. de virtute iuramenti prima parte, verſicu. 22. nume. 35. Ferratius cautela 33. colum. 3. multos cumulans, Anto. de Cannaria in tracta. de inſinuatio. in 2. par. q. penult. & Calca. conſilio 25. colum. antepen. & Crotus in dicta l. nemo poteſt num. 21. & Tiraquel. in l. ſi unquã, numero 138. & 154. C. de reuocan. donatio. vbi congerit nonnullos Doctores hinc inde pro vtraque parte. Et opinionem iſtam negatiuam contra communem ſupponit eſſe magis communem Barba. cõſilio 16. colum. decima. volum. 2. & conſilio 52. volumine 3. Bertraud. conſilio 22.

viſis

viſis dubiis,& ſcripturis,numero 14. cum 4. ſequent. volumine 8. & multi alij relati per Moder. Senen. cõſilio 69. colum.8. libro primo. vbi citant omnes Doctores pro iſta parte; & cum eadem parte concurrit etiam Bertrand. conſilio 113. Viſo caſu mihi exhibito,numer.8.& ſequen.volum.8.& Apoſtilla ad Alex.in d.conſ.4. in litera E. vbi meminit,quód ita oſebruatur in Regno Galliæ poſt nouam conſtitutionem. Tamẽ prima ſententia affirmatiua videtur uerior, & magis communis,vt ſupra oſtendimus,quam ſequitur etiam cum infinita catherua Doct. & communem,& magis communem teſtatur Horat.Mandoſ.in addit.Romani conſilio 26. ſuper litera E. & Bertrand.conſilio 85.Vidi publicum inſtrumentum matrimonij,numero 2.& conſil. 169. Ex themate mihi exhibitæ conſultationis, num.3. vol.8.& conſilio 38. Ex caſu, ſeù conſultationis themate,ſub num.1.volu. 6. & Thobias Nonius conſulendo conſilio 56. num. 12.& ſequen.prout docet etiam illam ſequendo cum aliis ferè innumeris ſignatis per eum Clarus in tract.de donationib.q.18.& Roland. à Valle cõſilio 19.Facta fuit donatio, num. 48. volum. 1. & conſil.70.Quód hæredes,num.22.uolu.2. Et caſu eueniente libenter ſemper ſecundúm eam iudicarem, & conſulerem, & ita aliàs conſuluit doctiſsimè inſignis D.Pax conciuis meus, cuius conſilio ſubſcripſerunt ſe omnes Doctores illuſtres Bononiæ tunc temporis,teſte Alexan. in d. conſil.4.ſub num.10.& Bertran. in d.conſil. 38. ſub num. 1.

¶ Qua opinione retenta tanquàm ueriſsima, & magis communi, limitatur non procedere, quando iuramentum donationis ſi confirmaret donationem, tenderet in præiudicium tertij: tunc enim donationem ipſam non confirmat, prout in notabili caſu tradit Socin.in d. conſilio 69.num.40.uol.1.

¶ Secundò limitatur etiam, quòd mentionata communis procedat iure communi inſpecto; ſecùs ſtante ſtatuto donationem non inſinuatã infra certum terminum inualidante: iuramentum enim non ſupplet tunc inſinuationis defectum; cùm intelligatur rebus ſic ſtantibus. iſta fuit originalis deciſio Federici de Senis conſilio 281.Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. in cap. cùm contingat,num.79.de iureiuran. Franciſ. Aret. conſilio 2.colum.2.Corne.conſilio 186.num.2. vol.2.Curt.Iun.conſilio 141. Circa inſtrumentum,in fin.num.22.& Alexand.conſilio 125.colum.penult. volu. 1. & conſilio 170. numero 5. volumine 7.

6 Quintò etiã non procedit regula præmemorata,vt donatio quingentos aureos excedẽs abſque inſinuatione ualeat,cùm fieret ob merita,& ſic ob cauſam:tunc enim ipſa inſinuatio non foret neceſſaria, nec ullo modo requireretur. vt concedunt Bart.& Io.de Imol.in l. Aquilius Regulus.ff.de don.Bal.in l.ſi cùm mihi. ff. de dolo, Iaſ.in l.ſi non ſortẽ.§.libertus, uu.8. ff.de cond. indebiti.Iaſ.in l.ex hoc iure, nu. 53. ubi Claud. Aquen,col.9.ff.de iuſt & iur.& in l.ſi pater puellę,col.2.C.de inoffi.teſta.Io.Lupi in rubr.de donationib.inter virum,& uxorem.§.50.nu.8.Practica Papienſ.in forma libelli,quo agitur pro donatione,in uer.Solenniter.Alex.conſ. 12. col. 2. uol.1.& conſil.83.uol.2.& conſ. 216.in princip. eodem vol.Roma,conſ.26.nu.3. & ibi tractabiliſsimus D.Horatius Mandoſius in addit. in litera D.cum magna catherua Doctorum aggregata per eum,Dec conſilio 414.colum.fina. Curt. Iun.conſilio 67.numero 6.& conſilio 142. nu. 5. Bertran. conſilio 205. colũ. 2. volu. 2. Nicolaus Bellonus conſilio 60. numero 20. Aret. conſilio 11.colum.2.Ferrat.cautela 33.colum.fin. Ruin. conſilio 11. numero 7. volu. 1. Marcus Mantua conſilio 51.& conſil.132. Guid. Papæ quęſt. 95. Cappella Tholoſ.deciſ.381.&Cephalus conſilio 272.In facto prę ſupponitur,nume.130.volu. 2. & iſta eſt communis,ut ad lucem adducunt plerique ex prę citatis Doctoribus, & eleg antia & doctrina inſignis D. Ioſephus de Ruſticis conciuis meus in tract. de bonis paraphernalibus, quem vidi manu ſcriptum in præfatione. Cõis opin.

7 Et prædictis accedit,quód in inſinuanda donatione decretum iudicis non requiritur: ſecundùm Bartolum,Roma.& alios in l. Modeſtinus.ff.de donat.poſt num.3.& opinionem iſtam aſſeuerat eſſe communem Rogerius ibi numero 16.Faber,& Aret.in §.primo, inſtitut. de donat. idemque tenet Bald,in l.illud,colum.2. numero 8. C. de ſacroſan. eccleſ. Angel. Paul. de Caſtr.& Iaſon,in l.omnium.C. de teſtamen per text.in terminis in l.fin.C.de præd. cur. lib. 10. Bertrand.conſilio 248.numero 14.libro 1. Tiraquell.in tractatu de ll.connubial. in Glo.5. numero 32. Clarus in tractatu de donationibus, quæſtione 15. in fine. & Canarius in dicto tractatu de inſinuatione, quæſtione 10. ubi abundè reſpondet fundamentis Doctorum contrarium tenentium.

8 Occurrit ſimiliter præmiſsis utiliter hìc,quòd inſinuatio fieri poteſt coram quocunque iudice, etiam cui non ſubſit donator,nec res donata;ſecundùm Bartol.& Roma.in dicta l.Modeſtinus, Saly.in l.lata,aliàs data.C.de donationib. Alex. conſilio 156.colum.ſecunda, uol. 2. Guid. Papæ conſilio 23.numero 6.& Fabrum.in d.§.1.inſtit. donationibus.

¶ Sed contrarium tenuit Imol.in d.l. Modeſtinus, cui uidetur inhærere Capycius deciſ.Neapol.203.col.7. idemque tenet titubanter Guid. Papę deciſ.325.Cæterùm prima opinio Bart.eſt uerior,& magis communis,quam ſequitur Anto.de Canar.in d.tract.de inſinuatione quęſt.12. & Rogerius in d.l.Modeſtinus,n.19.& Clarus in d.q.15.uerſ.Vlterius quæro. Cõis opin.

9 Occurrit ultimo loco, quòd donationis inſinuatio nihil aliud eſt, quã eam facere redigi in

ſcriptis coram iudice.ita tradit Bart.in d.l. Modeſtinus,numero 2.quem Roma. Paul. Caſtren. & alij communiter ibi ſequuntur,vbi Cuma.dicit,quód magis propriè loquendo eſt reductio donationis ad acta iudicij. Idem quoque tradit Bar.in l.donationis.C.de dona. Bal. in d. l. illud, colum.2.& in authen.ſi omnes.C.ſi min.ab hęr. Oldr.conſilio 253.in fin. Alexan. conſilio 156. colum.1.vol.2.& Soc.Iun. conſilio 67. numero 19.volum.2. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO ex quibus cauſis poſsit reuocari; & an ex eo, quia donatarius non aluerit donantem.*

2 *Donatio reuocari poteſt per hæredem donantis,& ſic agere ad ipſam reuocationem, vbicunque ingratitudo ipſi donatori nota non fuit, vel repentinæ morte præuentus impeditus fuit eam reuocare: quia non uidetur remiſſa ingratitudo ex taciturnitate defuncti,vel eius ignorantia, vel alio quouis impedimento.*

3 *Donatio propter pacta non ſeruata reuocari poteſt nedum à donante, ſed etiam ab hærede poſt eius mortem.*

4 *Donatarius, qui non obſeruauit pacta conuenta inter ipſum, & donantem, præſertim ſi iurauit, non poteſt purgare moram;nam iuramentum obſtat purgationi.*

5 *Moræ purgatio an admittatur de æquitate canonica,remiſsiuè.*

6 *Donatio remuneratoria propter ingratitudinem reuocari non poteſt.*

7 *Priuilegium exemptionis, licèt aliàs reuocari poſsit propter ingratitudinem; tamen quando eſſet conceſſum in remunerationem, reuocari non poſſet propter ingratitudinem.*

8 *Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur per ingratitudinem prælati, etiam ſi concurreret ingratitudo capituli.*

9 *Renunciatio, ſeu collatio beneficij in fauorem alterius facta nunquàm reuocatur, etiam ratione ingratitudinis, poſtquàm tale beneficium fuerit alteri collatum quia beneficia gratis conferuntur.*

OPINIO CCXXIII.

1 DONATIO ex quinque caſibus ingratitudinis reuocari poteſt, quos enumerat Gloſſ.in §.primo. inſtitut.de donat. & text. in l. fina. C. de reuocan. donationibus.

¶ Sed ex hoc dubium reſultat, nunquid ex alia cauſa ſimili nō expreſſa in dictis locis liceat donationem reuocare; vt putà ſi donatarius donatorem non aluerit.Goffred. Alber.Ang.& Fulgoſ.in d.l.fi.& Faber.in d.§.1.tenent quód non, & opinio iſta fuit de mente Gloſ.in l.in condemnatione.ff.de regulis iur.quatenus dixit cautum non reperiri donatarium teneri ad alimenta donatori;ergò propter ea non præſtita,priuari donatione non debet.

¶ Contrarium uerò tenet Gloſ.Cyn. Faber, & alij in dicta l.fina.& poſt eos Ripa in quæſtione 41.& 49.numero 163.& ſequen.Abb. Anchara.Imol.& Barba.in d.cap. fin. de donatio. Iaſo. in authen.non licet.colum.2.C.de liber.præter. Lupus in rubric. de donat. inter virum, & uxorem.§.70.num.25.Guiliel.Benedict. in capitulo Raynutius,nume.19.de teſtamen.Guliel. Mayner.& Cagnolus in dicta l.in condemnatione, & Clar.in tract.de donat. quæſtio. 21. verſiculo Quid ergó,ubi oſtendit opinionem iſtam æquiorem,communioremque fore;& id ſaltem procedi, ſecundùm pleroſque prædictorum, quando donatio eſſet facta omnium bonorum, vel magnæ quantitatis; aut propter dictam donationem donator ad egeſtatem redactus eſſet. & diſtinctionem iſtam ponit Rogerius in l. qui ex donatione.ff. de donationib. & hęc eſt æqua, & communis opinio.Contraria autem ſuperius relata,impia,& quæ gratos animos ad ingratitudinem prouocat,prout Salyc.Ripa,Guiliel. Benedictus,Maynerius, & præcitati Doctores teſtantur,& Moder.in dicto cap.fin.& aliud exēplum, vltra allegatum dictæ communis opinionis, ponit Ripa in d.l.fin. Cōis opin.

2 Declaratur primò regula iſta, ubicunque donator donationem reuocare non potuit, vel quia ingratitudo ſibi nota non fuit,vel repentina morte pręuentus impeditus fuit eam reuocare.ita uoluit Ioan.Andr. Anchara.Imol. & cæteri Canoniſtæ in d.capitulo fina.Roma.& Alexand.in l rei iudicatæ.ff. ſoluto matrim. colum. ſecunda;Faber in d.§.primo.& Ripa in d.l. fina. quæſt. 61. colum. 3. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem,& Moder. in allegato capit. fin.Quæ communis probatur hac ratione: quia non poteſt uideri remiſſa ingratitudo ex taciturnitate defuncti, qui agere propter ignorantiam,uel aliud impedimentum non potuit. argumento.l.mater decedens. ff. de inoffic. teſta. ergó non mirum ſi hæres ſuus poteſt ad reuocationem agere. Cōis opin.

3 Declaratur ſecundo loco dicta concluſio, quando fit reuocatio donationis in ultimo caſu poſito in dicta l. fina. videlicet, ob pacta donationi impoſita,& per donatarium non adimpleta: nam hoc ius ad heredem quoque donantis tranſmittitur. vt concludunt ibi Baldus, Angelus, Albericus, Salycetus, & alij communiter moti; quoniam non fit eo caſu reuocatio propter ingratitudinem, ſed propter pacta non Cōis opin.

non ſeruata, prout etiam dicunt Abb. Siculus, & Barba.colum.3.in d.capit.fin.Fulgoſi.& Ripa quęſtio.63.in d.l.fin.tradunt in hoc quandam diſtinctionem,quæ erit ſatis vtilis in practica.

4 Amplia prędicta, quòd donatarius in iſto caſu non poſſet purgare moram,pręſertim què quã do ipſe donatarius iuraſſet conuenta inter ipſum,& donantem adimplere: nam iuramentum obſtaret purgationi, l. ſi quis maior, ubi Bartol. C.de tranſact.& idem Barto.& alij communiter in l.ſi inſulam ff.de verborum oblig.& ita in terminis conſuluit Corne. conſil.101. colum. fina. volum.1. *Cõis opin.*

5 Sed nunquid purgatio iſta morę admittatur de æquitate canonica, vide Moder. declarantes in dicta l.ſi inſulam,& Ripam in d.l.fin.nu. 110. cum ſequen.

6 Sed vbicunque nota ad præmiſſorum interpretationem,donatio eſſet remuneratoria, propter ingratitudinem reuocari non poſſet, ſecundum Roma.conſil.298.in fi.circa pręmiſſum, & voluit Alexan.conſ.215 colum. 2. nec arguendi col.3.vbi ſubdit.

7 Quòd licèt aliàs priuilegium exemptionis poſſit reuocari propter ingratitudinẽ, vt not.Bal.in l.2.C.de libe.&cor.lib.tamen quãdo eſſet conceſſum in remunerationem non poſſet reuocari propter ingratitudinem, ad quod allegat Bal. in l.ſi cum mihi ff.de dolo.

8 Nec poſſet reuocari donatio facta Eccleſiæ, propter ingratitudinem prælati, vt ſentiunt omnes Canoniſtæ in dicto cap.fin.& iſta eſt communis opinio, teſte Ripa in dicta l.fi.nu.173.& ſeq. vbi eam latè probat,& declarat. *Cõis opin.*

¶ Imò ampliatur hoc in tantum procedere, vt ſi concurreret ingratitudo prælati, & capituli ſimul, nihilominus donatio ipſa reuocari non poſſet, ſecundum communem opinionem Doctorum,quam citat Ripa loco de quo ſupra,& in libro 2.reſpon.quæſt.26.nume. 20. & Clar. in d. q.21.in fine. *Cõis opin.*

9 Itidem collatio,ſeu renunciatio beneficij in fauorem alterius facta nunquam reuocatur,etiam ratione ingratitudinis,poſtquàm huiuſmodi beneficium fuerit alteri collatum,vt voluit Hoſtië. in §.qualiter reuocaretur de donatio.Ioan.And. Card.& Imol.in dicto cap.fin. de donatio. Deci. in c.cùm acceſsiſſent in 11.not.de conſtitu. & in c.relatum in 4.nota.de præben.& Ripa in d l. fina.in quæſtio.49.quia beneficia gratis conferuntur.cap.gratia.1.quæſtio.1.& pro eis temporale obſequium præſtare ſimoniacum foret, c.cum eſſent de ſimo. nam tunc eſſet quaſi homagium petere,c.ex diligenti eodem titu. Et ſic renuncians nunquam poterit habere regreſſum ad illud beneficium,ſcilicet,quòd reſcindatur renunciatio ipſa facta occaſione ingratitudinis: ſiquidem etiam conditiones, & iura donationis non poſsint in beneficialibus adaptari, videlicet ingratitudo liberti circa patronum, l. ſi vnquam C. de reuocan. donatio. vel ſi manus uiolentas iniecit in donatorem, vel ſi atrocem iniuriam irrogauerit,vel ſi graue damnum rerum ſuarum molitus ſit,vel ſi vitę periculum inferre pręſumpſerit, cap.fin.de donatio. vel ſi conditionem appoſitam non adimpleuerit; quoniam in beneficialibus conditio non apponitur, vtpotè quia ſunt actus legitimi,regula actus de regulis iuris, libro 6.l.fin.C.de reuocan.donatio.& §. alię inſtitu.eodem titu.ver. ratione ingratitudinis impugnantis,cap.fina.de poſtulan. & c.grauem de exceſſ. prælat. cuius ratione aufertur etiam feudum,can.ſi Imperator.96.diſtinctio. & ſimiliter legatum,l.Papinianus §. meminiſſe. vel qui patronum impugnat, qui redigitur in ſeruitutem, l.ſi manumiſſori C.de obſequi.patro.pręſtan.canon. libertis.11.quæſtio. & c. ottaua de ſer. non ordin. & cap. de famulis §. fi. Alteram etiam rationem efficaciſsimam aſsignat Ripa in dicta l. fina. quęſtio. 49. quòd ideò collatio beneficij non reuocatur propter ingratitudinem;quia beneficium datur propter officium, cap. fina. de offic.ordin.in 6. vt beneficiatus ſeruiat altari, c. cùm ſecundum de præbend. ideò non eſt donatio ſimplex,ſed ob cauſam, quæ regulariter non reuocatur propter ingratitudinem.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO quando incipit à promiſſione,obligat donantem de euictione.*

2 *Donatio facta per libertum in fraudem patroni,etiam quòd incipiat à promiſsione, & reuocata ſit à patrono: tamen donatarius non habet actionem de euictione contra libertum.*

3 *Donatio etiam quòd incipiat à promiſsione, licèt euicta ſit virtute hypothecæ ignoratę,vt quia res fuerat obligata per anteceſſores donantis, non obligat donantem de euictione.*

4 *Donatio non incipiens à promiſsione, ſed à traditione, non obligat modo aliquo donatorem de euictione.*

5 *Donatio incipiens à ficta traditione,vt quia donator conſtituit ſe donatarij nomine poſsidere,non obligat donãtem de euictione.*

6 *Conſtitutum licèt ſit ficta traditio: tamen ex eo transfertur uera,& propria poſſeſsio, ac ſi vera traditio interueniret.*

7 *Donatio remuneratoria incipiens à traditione obligat donatorem de euictione.*

8 *Donatio incipiens à traditione, & in ea promiſſa ſit euictio,ſiue per ſtipulationem,ſiue nudo pacto obligat donatorem de euictione.*

9 *Donator, promittens rem donatam bonam facere uerbis generalibus,tenetur de euictione.*

10 *Donator promittens pro ſuo dato, vel facto circa rem donatam,dicitur de euictione promiſiſſe.*

OPINIO CCXIV.

1 DONATIO vbicunq; incipit à promiſsione, donator tenetur de euictione, ſecundum Gloſ. Barto. cæteroſq; Docto.communiter in l.Ariſto §.fin. ff.de donatio. vbi Rogerius plures caſus conſiderat,& D.Fuluius Conſtantinus Peruſinus in §.1.nu.5.& ſeq. inſti. de donatio.& Thobias Nonius conſil.14.nu.14.& Angelus de Clauaſio in ſua Summa in verbo. Donatio,nu.37.Sed cōtrarium expreſsè tenet,& firmat Glo.fi.in l.Iulianus §.qui fundū ff. de ver. obli.Iacob.de Are.& Alberi. in l.1.C.de iure do. Cuma.in d.l.Ariſto in fi.Fulgo.in l.ad res donatas ff.de ædil.& in l.ſi tibi §.pactum,Bar.in l. ſi id quod aurum,nu.7.ff. de uerb. oblig. idem ſentit Ripa lib.3.reſponſorum cap.8.nu. 2.& Faber in §.1.inſtitu.de donatio. *Cōis opin.*

2 Cæterùm rationes iſtorum Doct. parùm, aut nihil me mouent ad diſcedendum à præmiſſa cōmuni opinione, quæ quippè ita amplexa abſque alia rationum inculcatione limitatur non procedere in donatione facta per libertum in fraudem patroni,quam licèt patronus reuocet, nihilominus donatarius non habet actionem de euictione cōtra libertū,poſito ꝙ donatio cœperit à promiſsione,caſus eſt ſingularis, ſecundū vnum intellectum Glo.quem Bar.Ang.Paul.Caſtr.Imol. alijque communiter ſequuntur ibi,& in l.qui res §.1.ff.de ſolu.& Roma.in d.l.Ariſto §. fin.inferēs ibi idem eſſe in patre reuocante alienata per filium in eius fraudem. *Cōis opin.*

3 Limitatur ſimiliter dicta communis, quando euictio ſequuta fuit virtute hypothecæ ignoratæ, vt quia res fuerat obligata per anteceſſores donātis,ita Paul.Caſtr.in l.ſi rē meā in fi.ff. de ſolu. quem ſequitur Afflict.in cap.1.numer.8.de lege Corrad.

4 Interpretatur tertiò loco dicta cōis non procedere, quando donatio ipſa non incipit à promiſſione,ſed à traditione, tunc donator non teneretur aliquo modo de euictione,ſecundū Glo. in d. §.1.inſtit.de donatio.vltra quā Glo.& alias, quas citat Aret.ibi habes aliam in d.l.ad res donatas, quam ſequitur Cæpolla ibi in nu.7.Docto.in d.l. Ariſto §.fi.Imol.in c.fin.de empt.& vendi.Corn. conſ.141.uol.2.Iaſ.conſ.34.colū. fin.& conſ.73. col.fin.uol.1.Ruinus conſ.184.lib.1. & Thobias Nonius in d.conſ.14.nu.2.& 14.Boerius cōſ.67. in princi.& Angelus de Clauaſio in d.Summa in ver.Donatio, ſub nu.37.& iſta eſt communis opinio,teſte Aret.in d.§.1.inſtitu.de donatio.& Curti.Iuni.conſ.178.nu.27. *Cōis opin.*

5 Quæ ampliatur in tantum procedere, vt habeat locum non ſolū in donatione, quę incipit à vera traditione,verùm etiam à ficta, vt quia donator conſtituit ſe donatarij nomine poſsidere: id enim conſtitutum eſt actus fictus,& ficta traditio,vt tenet Gloſſ.& Docto.in l. ab emptione. ff.de pactis, Barto. in l. ſi is, qui pro emptore colum. penult. ff.de vſucapio. Bald. in l. penult.C. pro dona.Corne.conſ.343.col. 2.lib.1.& Cuma. conſ.173.col.3.

6 Et ratio huius ampliationis ad præmiſſam tertiam limitationē per Doctores præcitatos allegatur iſta; quoniam licèt conſtitutum ſit ficta traditio,tamen ex ea transfertur uera,& propria poſſeſsio,ac ſi vera traditio interueniſſet, vt tradunt Barto.Auge.Bald.Fulgoſi.in d.l.ab emptione in fin.Barto.Imol.& Iaſ.in d.l.ſi is, qui pro emptore,Roma.in l.traditionibus colum.1.C.de pactis,Aret.in §.per traditionem colum. 1. inſtitu. de rerum diuiſio.Alexan.conſ.83.col.2.vol.6.& Bertran.conſil.312.non eſt dubium,quin viſo libello,nume.2.& ſequē. uol.8.cum infinitis aliis, quos cumulat Tiraquel.in tract. de conſtit. poſſeſſ.in 2. parte nume. 2. vbi tandem, numer.6. concludit iſtam fore magis communem opinionem; propterea non eſt mirum ſi donans de euictione non tenetur. *Cōis opin.*

7 Sublimitatur, ſeù declaratur dicta vltima limitatio ita ampliata in donatione remuneratoria,in qua donator tenetur de euictione, licèt à traditione cœperit, ita Rayner. Iacob. de Areti. Barto.Aret.Alexan.Iaſ. & alij communiter in d. l.Iulianus §.qui fundum Iaſ.in l.ex hoc iure, nume.68.ff.de iuſti.& iure,& conſ.34.col.fin.ſupra citato,Alex.conſ.47.col.fin.vol.3.Corne. conſil. 144.volu.3.Rubeus conſilio 95.in fin.Tiraquel. in l. ſi vnquam C. de reuocan. donatio. numero 51.Grauet.conſilio 64.nume.2.& Boeri.deciſio. 67.colum.1. *Cōis opin.*

8 Declaratur quoque dicta limitatio non procedere,quando promiſſa foret euictio, ſiue per ſtipulationem, vel nudo pacto hodie, ſecundum Barto.in dicta l.Ariſto §.fin.Aret.& Iaſ.in d.§.1. inſtitu. de donatio. in additio. Chriſtophori, & Boeri.in citata deciſio.67.in princ.

¶ De quo tamen ſecundo dubitat Imol. in d. l.Ariſto §.fin.colum. 2. quia hoc ſecundum cum non reperitur iure cautum, nec tale pactum uidetur poſſe veſtiri cohærentia contractus, qui non producit actionem. Sed quicquid ipſe ſuadeat,opinio Barto.& ſequacium eſt communiori calculo approbata,vt atteſtantur Doctores in præcitatis locis. *Cōis opin.*

9 Procederet etiam iſta communis, ſi verbis generalibus promiſſa fuerit euictio, vt quia donator promiſerit rem donatam , bonam facere, ita tenet Corne. conſilio 141.numero 1. volumine 2.

10 Procederet ſimiliter, quotieſcunque donator promiſit pro ſuo dato,vel facto: dicitur enim de euictione promiſiſſe, iuxta notata per Gloſſ. Barto.Bald.Salyc.Paul. de Caſtr. in l. ſi ſeruus in princ.ff.de conditio.furti.& ita tenet Gozadi.cōſil.60.nume.16.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DONATIO non obligat donantem, niſi in quantum facere poteſt, habita ratione ne egeat, & hoc in liberali, ſecus in facta ob cauſam.*

2 *Donator dicens in donatione ſe non habere niſi prædiũ, ex quo percipit alimenta, & non vltra; donatario aſſerenti contrarium hoc caſu incumbit onus probandi, quod de plano procedit, quando præſumptio eſt pro negante aliquid de pluri.*

OPINIO CCXV.

1 DONATOR habet priuilegium, vt non exigatur, niſi in quãtum facere poteſt, habita ratione ne egeat, l. inter eos in fin. ff. de fideic. ſecundum Ioan. de Por. in l. rei §. ſocero ſolut. matrimo. ne liberalitate ſua inops factus periclitetur.

¶ Declara hoc habere locum in donatione ex liberalitate donantis emanata, ſecus verò in donatione facta ob cauſam; quippe quia illa nõ eſt propriè donatio, nec liberalitas, l. 1. ibi Glo. & Bar. in l. Attilius, Regulus, & ibi Rapha. Cuma. ff. de donatio. quem ſequitur Ang. in l. ſed hoc ita in prin. ff. de re iud. Roma. in d. l. inter cos.

2 Vndè ſi donator, aduerte, diceret ſe non habere niſi prædium, ex quo percipit alimenta & non vltra; donatario aſſerẽti contrarium hoc caſu incumbit onus probandi, l. fin. §. licèt C. de iure deliber. & tenet Glo. in l. cùm de lege ff. de iud. quã ſequitur Iaſ. poſt alios relatos per eum, Bal. conſ. 60. vol. 4. Roma. conſil. 222. in fin. Paul. Caſtren. conſ. 72. col. 1. & conſ. 212. col. 2. vol. 1. Alex. cõſ. 41. in fin. lib. 3. conſil. 71. col. fin. lib. 4. & conſ. 16. col. fin. lib. 5. & Gozad. conſ. 94. col. 7. & Curt. Iunior conſ. 150. col. 5. qui aſſerit d. Glo. in d. l. cùm de lege communiter approbari. *Cõis opin.* Quę Glo. de plano procedit, quando præſumptio eſt pro negante aliquid de pluri eſſe, ſecundum Iaſ. conſil. 34. col. 3. & ſequen. lib. 1. & in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrimo.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO facta ſub conditione dicitur propria donatio.*

2 *Donatio propria an poßit fieri ſub conditione, & quæ, & qualis ſit iſta conditio.*

OPINIO CCXVI.

1 DONATIO ſub conditione facta dicitur propria, & ſimplex donatio, vt concludit Bal. Paul. de Caſt. Cuma. cæteriq; communiter per illum tex. *Cõis opin.* in l. 2. §. ſi pecuniam ff. de donat. Dec. in 1. lectu. num. 29. & Moder. omnes in l. 1. ff ſi cer. peta. pręſertimq; Curt. Iun. nu. 73. vbi meminit de communi.

¶ Contrariam verò partem tenuit Aret. in §. 1. inſtitu. de donat. vbi voluit, quòd donatio propria debeat fieri purè, & mera liberalitate, ita, quòd donatarius non ſit adſtrictus ad aliquid dandum, vel faciendum.

2 Circa primum, quòd purè facienda ſit donatio, ſentit Aret. quòd donatio propria ſub conditione fieri non pòſſit, meritò concludendum eſt in hac re diſtinguendo. Quòd quædam eſt conditio dependens ex facto donatarij, & commodũ donantis reſpiciens, putà ſi donatarius quid donanti dederit, vel fecerit, & iſta non eſt vera donatio; cenſetur enim donans moueri non ex liberalitate, ſed ſpe lucri futuri, caſus eſt in l. hoc iure §. 1. ff. de donatio. & ita procedit ſententia Aret. in d. §. 1. quæ communis eſt, vt copioſè deducit Clarus in tract. de donatio. q. 2. *Cõis opin.* Altera verò eſt conditio nõ reſpiciens donantis commodum, ſed futurum euentum, & iſta non impedit quominus dicatur vera donatio: quia non cenſetur moueri ad donandum contemplatione illius caſus, ſed ex ſua liberalitate, non tamen vult donare, niſi caſus eueniat, ita tradit Paul. Caſtr. in d. l. 1. ff. de donatio. Bar. in d. §. ſi pecunia, Dec. in l. Diuus ff. de reg. iur. & in d. l. 1. in lectu. col. fin. ff. ſi cer. pet. & Grauet. conſ. 85. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *IVS patronatus poteſt eccleſiæ, vel religioſis concedi per laicum patronum ſine conſenſu Epiſcopi.*

2 *Donans laicus eccleſiæ, vel pio loco eccleſiam de conſenſu Epiſcopi, tunc ex hac donatione trãſferuntur ius patronatus, dominium, proprietas, & omnia iura temporalia, quæ habet Epiſcopus in ipſa eccleſia.*

3 *Donatio facta de eccleſia per laicum patronum pio loco de conſenſu Epiſcopi in caſu, in quo patronus occuparet ipſam eccleſiam de facto, & ab eius manibus ob ſuam potentiam aliter eripi non poſſet eccleſia, niſi mediante tali donatione, valeret & teneret.*

4 *Donatio facta per laicum patronum de eccleſia alicui pio loco abſq; Epiſcopi conſenſu non valet, etiam quò ad ius patronatus; & conſequenter ex tali donatione nihil transfertur.*

5 *Ius patronatus non poteſt legari, vel donari à patrono priuatæ perſonæ, & laico abſque conſenſu ſui Epiſcopi.*

6 *Patronus antequàm leget in ſuo teſtamento ius patronatus laico debet impetrare conſenſum Epiſcopi legandi, ad hoc vt valeat legatum.*

OPI-

OPINIO CCXVII.

1 DONARI, ac concedi poteſt ius patronatus eccleſiæ, vel religioſi per laicum patronum ſine cõſenſu Epiſcopi, c licèt vbi Abb. de iure patro. & in c. illud eodem titu. & eſt text. in c. vnico de iure patrona. in 6. per quem text. hodie ſublata eſt omnis dubitatio, quæ erat de iure antiquo inter Gloſ. & Docto. an patronus poſſet donare loco religioſo ius patrona. abſque conſenſu epiſcopi; quia aliqui volebant quòd ſic, aliqui verò quòd non, vt habetur in d c. illud. hodie autẽ emanauit diſpoſitio, d. c. vnici ad præcidendum dubium iſtud.

2 Sed vbicunque, (nota) laicus donaret eccleſiæ, vel pio loco eccleſiam de conſenſu epiſcopi eo caſu ex huiuſmodi donatione transfertur nõ ſolum ius patronatus, verùm etiam dominium, proprietas, & omnia iura temporalia, quæ habebat epiſcopus in eccleſia transferuntur, ſecundũ Glo. in c. de monachis de preben. quam ſequuntur Card. Butr. & Abb. in c. illud de iure patron. Glo. & Abb. in c. quod autem eodem tit. Abb. in c. paſtoralis de dona. Hoſtien. in Summa de iure patro. §. quid competat patrono, & Domini. in c. 1. de iurepatr. in 6. & iſta eſt communis opinio, teſte Dec. in d. cap. de Monachis, num. 24. cum alijs ſequen. Cõis opin.

3 Et donatio hæc eò magis valeret etiam quò ad proprietatem, & iuriſdictionem temporalem, quandocunque patronus laicus donaret eccleſiam cum conſenſu epiſcopi loco religioſo, in caſu, in quo patronus ipſe occuparet de facto eccleſiam, & ab eius manibus ob ſuam potentiam aliter eccleſia eripi non poſſet, niſi mediante donatione prędicta, ita tenet Abb. & omnes communiter, & indifferenter in d c. illud, & in c. cura, & in c. nullus de iure patro. Et ita intelligunt communiter Doct. in dictis locis text. in d. c. quod autem, vt ibi refert Auguſt. Berous nu. 51. Cõis opin.

4 Sed iſta ceſſant, quando patronus laicus donaret eccleſię, ſeu pio loco abſque epiſcopi conſenſu eccleſiam, tunc quippè ea donatio facta, ſine epiſcopi conſenſu non valet etiam quò ad iuſpatronatus, & per conſequens ex ea nihil transfertur, ſecundum Glo. Calder. Abb. Dec. & omnes in d. c. quod autem, & iſta eſt magis communis opinio, ſecundum Dec. in d. c. de monachis, nu. 27. circa medium. Cõis opin.

¶ Contrarium verò tenuit Glo. in ſumma 16. quæſtio. 2. quam ſequitur Anchar Butr. & Imol. in d. c. de monachis, quorum fundamentis ſequẽdo, & atteſtando dictam communem reſpondet Auguſt. Berous in d. c. quod autem, nu. 40. cum decem alijs ſeq. & fatuum eſſet ab ea diſcedere in actu practico per optimas rationes citatas per relatos Scriben.

5 In præſentiarùm verò vtiliter limitatur regula iſta ita declarata non habere locum in priuata perſona, & ſic in laico, ad quem patronus abſque conſenſu ſui epiſcopi iuſpatronatus trãsferre, legare, vel donare non poteſt, d. c. nullus, & d. c. illud, vbi Abb. alijque Doctores tenent, & firmant, & Abb. in ſua diſputatio. incip. Augerio col. 9. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionẽ, Dec. conſ. 541. & Bertran. etiam conſil. 148. quãuis iuſpatronatus eccleſiæ, num. 1. cum alijs ſequen. vol. 2. par. 3. fol. 284. vbi iſtam communẽ plurimum tuetur. Cõis opin.

6 Sed, vt valeat hoc legatum teſtator debet obtinere, ac impetrare conſenſum epiſcopi priuſquàm leget; quia tunc valebit legatum, vt conſtat ex relatis per Cæſa. Lambe. in tract. de iure patro. lib. 6. par. 2. q. 6. prin. & eadem q. articu. 2. vbi refert iſtam eſſe communem opinionem, & Roma. ſing. 427. accidit mihi Romæ. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 DONATIO *tam olim de iure Digeſtorum, quàm hodie eſt contractus nominatus.*

OPINIO CCXVIII.

1 DONATIO tam olim de iure Digeſtorũ, quã hodie eſt cõtractus nominatus, ſecundũ Bar. Bal. Ang. Paul. Caſtrẽ. Alex. & alios per pulcherrimas rationes in l. iuriſgentium ff. de pactis, Cyn. Bar. & Bal. in l. 2. C de condi. ob cauſ. Paulum Romanum in tract. de penſionibus eccleſiaſticis capite 8. ſub nu. 10. & Coraſium in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 1. cap. 23. ſub num. 8. Bertran. conſil. 90. donatio quam dudum, num. 7. volu. 8. quorum opinionem ponit eſſe communem Iaſ. in d. l. iuriſgentium, num. 8. & Ferrandus in repetitio. l. pacta conuenta, nume. 51. 52. & 55. in 3. lect. ff. de contrahen. emptio. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauerunt præcipitantur Fulgo. Roma. & Iaſ. in dict. l. iuriſgentium, aſſeuerantes ibi donationem ſemper fuiſſe contractum innominatum. Sed Glo. in l. fin. ff. de condit. ob cauſam, & in l. ædibus §. 1. ff. de donat. & in d. l. iuriſgentium fuit in alia opinione, aſſerens in dictis locis de iure Digeſtorum fuiſſe contractum innominatum. Cæterùm hodie, qui ſola conuentione perficitur, & ſolo conſenſu producit actionem, videtur ipſa donatio contractus nominatus, quam Glo. ſequitur Fortunius Garzias in d. l. iuriſgentium, nu. 14.

¶ Tamen quicquid iſti Doctores ſuadeant in tam variis ſententiis, ob hoc opinio Bart. & ſequacium communis ſequenda eſt, quæ videtur in iure veriſsima, vt per Moder. in locis præcitatis abun-

tis abundè reſpondentes omnibus fundamentis contrariis,& per Clarum in tract.de donat.q.1. vbi adducit vtilitatem huius ſententiæ cōis.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO cenſetur facta cauſa mortis, quando de morte fit mentio; aliàs dicitur inter viuos.*

2 *Donatio facta ab infirmo, non præſumitur cauſa mortis donatio, ſed inter viuos.*

3 *Donatio facta à conſtituto in extremo vitæ ſuę, reputatur donatio inter viuos, niſi in ea facta reperiatur ſpecialis mentio mortis.*

4 *Donatio facta cauſa mortis nudo pacto perficitur.*

5 *Donatio cauſa mortis in ſe poteſt onus recipere: & ſic in donatione cauſa mortis onus adijci permittitur.*

OPINIO CCXIX.

1 DONATIO cenſetur facta cauſa mortis, quando de morte fit mentio.l.Seia,in fi.ff. de donat. cau. mort.& l. quę dotis, & ibi Bar.Bal.Dec.& oēs.ff.ſol. mat. Io.Faber,Bar.Bal.& Sal.& in l. 2.C.de iure dotiū,& in l.in donationibus.C.ad l. Falc.Rom.conſ.229.col.1.Alex.conſ.14. in prin. vol.1.& omnes Doct.in l.non omnis,in prin.ff.ſi cer.pet.& Couarru.in rub.de teſta.in 3.par. nu. 25.& Clar.in tract.de donationib.q.4.ver. Cęterùm ſi in donatione, ubi docet iſtam eſſe communem opinionem, cum aliis citatis per eum. *Cōis opin.*

2 Et hinc nota perpetuò, quòd ubicunque donatio facta eſſet ab infirmo, non præſumeretur donatio cauſa mortis; ſecundùm Bart. & omnes Scriben.communiter in d.l.quę dotis. *Cōis opin.*

3 In tantum, quòd donatio facta à conſtituto in extremis vitæ ſuę, reputatur, ac cenſetur donatio inter viuos, niſi fuiſſet facta mentio ſpecialis mortis: ſecundùm communem intellectum d l. Seia.§.fi.traditū ibi per Doc. & in locis pręcitatis, quam cōem ſequitur, declarat, & atteſtatur Ripa in tract.de peſte,in tit. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis,& ultimarum uoluntatū cauſa mortis,nu.175. Fuluius Conſtantinus inſtit.de donat.in prin.nu.9.& Couarr in d.3.par. nu.25.& Clarus in d.q. 4. ver. Et hęc, vbi iſtam cōem ſequitur cum quadam moderatione. *Cōis opin.*

4 Accedit ſimiliter premiſſis, quòd iſta donatio cauſa mortis nudo pacto perficitur; ſecundū Bar.in l.cū pater.§. Mæuio.ff.de leg.2.& in l.1.ff. de dona. cauſa mor. & omnes Doct. cōiter in l. ſciendū,aliàs.l.2.ff.de leg.1.vbi Alex.nu.7.& cæteri Scriben.communē iſtā citant, comprobant, & pluribus mediis tuentur;& Rolan.Paſſager.in tract.de donatione cauſa mortis,rub.1.n.9. Couarr.quoq; cum cęteris ſignatis per eum in d.3. par.n.14. & Fuluius Conſtantinus inſtit. de donat.in prin.ſub nu.1.ver.Pro reſolutione eorum. *Cōis opin.*

5 Et finaliter aduerte, quòd in donatione cauſa mortis nullum poſſet adiici onus: ſecundùm Glo.in l.licet.C.de pactis,in uerbo, Mortis cauſa,in ſecunda ratione. Sed Glo.hæc communiter reprehenditur per Doct. ibi, & præſertim per Fulgoſ. Alex.Iaſ.Claudium Aquenſ.& alios, pro quorum ſententia videri poteſt, l. ab eo. C. de fideicommiſsis, & alia fundamenta quæ inducuntur per præmemoratos Doct.in d.l.licet. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DONATIO per patrem facta filio, conferenda non uenit; morte enim confirmatur. quod limitatur infra remiſſiuè tribus modis.*

2 *Donatarius vigore donationis ei facta, non poteſt tanquàm hæres hæreditatem adire: ſed benè poteſt tanquàm hæres ſingularis, tunc aliquid poſſidere.*

OPINIO CCXX.

1 DONATIO facta p patrē filio in poteſtate non debet cōferri; quia morte confirmatur, & ſic donatum vr eſſe quęſitum poſt mortē patris: ſecundū communē opin. Doct. in auth. ex teſtamento.C.de collat. de qua per Vaſquiū in tract. de ſucceſsionū reſolutione, lib.2.§.19. ſub n. 49. & per Iaſ.in d.auth.ex teſtamento. Et iſtam cōmunem limitat in tribus caſibus Glo.ibi,& Soc. in tract.fallent.in litera D.regu.103. *Cōis opin.*

2 Cæterū aduerte, quòd donatarius ipſe, donationis vigore eidē factæ, non poſſet ullo modo tāquā hæres hæreditatē adire. Et ratio ea eſt, quoniā tunc, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ei ullatenus fore delatā hæreditatē diſcernitur. & cū donatio hæc uim teſtamenti non habeat, meritò igitur donatarius aliquid tanquā hæres ſingularis uirtute donationis poſsidere poſſet: quia cū de alio teſtamento aliter non conſtet, ex illa donatione pſumitur. vt infallibiliter tenet oculatiſsimus D.Oradinus pceptor meus in ſuis fertiliſsimis atq; ſolidiſsimis deciſionib. dec 345.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO ſimplex facta à patre filio, quæ ab initio valuit, conferri non debet, quando implebat eius legitimam; quia tunc cōtemplatione legitimæ facta cenſetur, & ſic magis relicti, quàm inter viuos donationis naturam imitatur.*

OPINIO CCXXI.

1 DONATIO ſimplex facta à patre filio, q̃ ab initio ualuit, conferri non debet, quando implebat eius legitimā: quia tunc contemplatione legitimę facta cenſetur, & ſic magis relicti, quàm inter viuos donationis naturam imitatur: ſecundùm Bar. Paulum, Picum, nu.62. Ripa numm.493. & num. 560. cum aliis ſequē. & Ruinum nu.18.& 23.in l.in quartam.ff.ad legem

Cõis opin. gem Falcid. vbi appellãt iſtam eſſe communem opinionem,& Coraſi.in l.filium,quem habentẽ, num.106.C.fam.erciſc. licèt ibi, & malè ſentiat contrarium,& Corn.quoque in l.illud.C.de collat.& Soc.conſ.18.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO remuneratoria facta à tutoribus,curatoribus,cæteriſque adminiſtratoribus rei alienæ, remunerandi cauſa eos, qui erga ſuos principales benemeriti fuerint, valet.*

2 *Minores abſq; decreto iudicis poſſunt facere donationẽ remuneratoriam, occaſione remunerandi eos,qui erga ipſos minores benemeriti fuerunt.*

3 *Minor, ſeu eius tutor poteſt donare magiſtro pupilli, vel alteri iuſta cauſa ſuadente pro remuneratione.*

4 *Minor donans ex cauſa remunerationis, videtur potius ſoluere debitum naturæ,quàm donare.*

5 *Remuneratio beneficiorum ex naturali ratione procedit.*

6 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio.*

7 *Ingratitudo deſiccat fontem pietatis.*

8 *Beneficientibus nemo ſe opponere debet.*

9 *Beneficij creditor diligentius quærendus eſt, quàm pecunia.*

10 *Donatio remuneratoria facta per minorem de rebus immobilibus eſt potius quædam permutatio,vel beneficij compenſatio,quàm liberalitas.*

11 *Minori promittenti pacem de nece patris ſine tutoris authoritate non conceditur in integrum reſtitutio.*

12 *Donatio remuneratoria facta per perſonas prohibitas ualet, dummodò merita ſint æquiualentia rebus donatis.*

13 *Arbitrio iudicis terminandum eſt, quãdo merita dicantur æqualia rei donatæ.*

14 *Remuneratio eſt debita ex honeſta, & morali obligatione,non autem legali.*

15 *Actio non datur contra ingratos.*

16 *Ingratius animal homine nullum eſt: quia ſi accipientium animos intueare,beneficiorum magna pars perditur;& ideò omnes vici lamentationibus aduerſus ingratos pleni ſunt.*

17 *Actio aduerſus ingratos apud Macedonas data fuit.*

18 *Hadria vetuſtiſſima Ciuitas in prouincia Aprutij.*

19 *Actio cõtra ingratos concedebatur in Ciuitate Hadriæ, et ibi aduerſus tales fuit olim conſtitutum particulare tribunal.*

20 *Minor ſi fuerit læſus ex tutoris, ſeu curatoris defectu, non reſtituitur,donec prius egerit ad intereſſe cõtra tutorem,uel curatorem,ſi ſit ſoluendo.*

21 *Reſtitutio in integrum vt habeat locum, requiritur neceſſariò, vt minor ſit læſus ſui facilitate, & dolo aduerſarij.*

22 *Tupillus, vel minor poteſt ex ſe ipſo ſine tutore præſentare.*

23 *Tutores, ac curatores poſſunt donare bona Principis in omnem caſum; & præſertim in his rebus,quæ Princeps conſuetus erat,non autem in alijs rebus, quæ rariſſimè largitus appareat.*

OPINIO CCXXII.

1 DONARE tutores,vel curatores, cæterique adminiſtratores poſſunt bona minorum remunerationis cauſa, atque in eos conferre, qui erga minores benemeriti fuere. l. cùm plures.§.penult.ff.de adminiſt. tut. l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tutel. & rat. diſtrahen. & l. qui filium.ff.vbi pupil.educari debeat,& l.filius, in princip.ff.de procurat.& uoluit Gloſ.in c. fin. de offic.vicarij,libro 6.Bart.in l.ambitioſa.ff.de decretis,Fulgoſ.conſilio 101.Iaſ.conſil.101.numero 2.vol.4.& in l.contra iuris.§.ſi filius,nu.7. ver.Secundò fallit.ff.de pactis, Roma. conſ. 50. & Aret.conſ.24. vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem, & Roland. à Valle etiam conſ. 18.num.62.vol.2. *Cõis opin.*

2 Imò ipſi minores, etiam abſq; iudicis decreto,poſſent facere huiuſmodi donationem; ſecundùm Roma.in l.ſi ante nuptias.ff.ſolut.mat. Marian.Soc.conſ.66.volum. 1. Bertran. conſ. 205. col.2.vol.2. conſ. 244.Viſo inſtrumento ceſſionis,ſub nu.4.& ſeq.vol.4.& Alciat.in l. creditores.ff.de uerb.ſign.

¶ Contrarium verò,& malè, titubanterq; firmauit Iaſ.in l.ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure,& in l.cúm filio,col.pen.ff.de leg. 1.& circumſpectiſſimus D.Octauius Simoncellus in tract. de decretis, cæteriſque ſolennitatibus in contractibus minorum adhibendis,lib.1.tit.2. inſpectione 4. ſub num.28.cum aliis ſequen. fol.paruo 53. vbi reperi hunc locum citaſſe,& aſſeruiſſe iſtam cõmunem per me incautè relatam; cõcludereque deniq; antedictam communem procedere, & veram eſſe ſolummodó in rebus mobilibus, vt eas minor,ſeu eius tutor donare valeat remunerationis occaſione, & inſiſtere etiam inibi aliquibus artificioſis rationibus,vt ipſa communis nullatenus habere locum poſſit in rebus immobilibus,quæ per minorem intuitu remunerationis donari nequeant.

3 Sed conſtanter permanẽdo in incepto, perſeuerandoque etiam, & optimo iure in prima ſententia communi,ac illam funditus ſtabiliendo,atq; confirmando,aduertendum non iniuria eſt,quòd cõis prædicta fundat in Glo. in l. cõtra iuris ciuilis.§.fi.in ver.Nõ habere.ff.de pact. ubi firmat licitum eſſe minori,vel eius tutori, iuſta cauſa ſuadente, douare pro remuneratione magiſtro,etiã de peculio caſtrẽſi,vel quaſi; & loquitur indiſtinctè,& generaliter,ſiue de bonis mobilibus,ſiue immobilibus donet magiſtro ipſius pupilli, prout ita loquuntur etiã oẽs Doct. præcitati hanc partem communem amplectentes.

4 Et iſte minor in huiuſmodi caſu non uidetur donare,ſed potius ſoluere debitum naturæ. vt l. Aquilius Regulus.ff.de donat.& l. ſed ſi lege,in §.conſuluit.ff. de pet. hered. & in cap. cùm in officiis

officijs de teſtam.& l.ſi pater §.fin.ff.de donatio. & l.metum autem §. ſed licet ff. quod met. cauſ.

5 Cum remuneratio hæc ex ratione naturali procedat, vt deduſcit Fortun.in l.1.§. ius naturale ff.de iuſt.& iure, illatio. 10.

6 Nec iſta donatio remuneratoria poteſt propriè donatio dici, d. l. Aquilius Regulus, & ibi Bart. Abb. in rub.de donatio. Tiraquel.in l.ſi vnquam C.de reuocan.donatio.in verb.donatione largitus, num. 11. vbi Ripa quæſt. 14. Bertran.in d conſil. 244. ſub num. 4. volum. 4. Bar. in proœmio Digeſtorum colu. 4. & ibi Cardinalis Albanus in lucrubationibus, num. 74. Iaſ. in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iure, & in §.ſed ſi quis, num. 8. de actio. & Fuluius Conſtantinus inſtitu. de donatio. in rub. num. 5. vbi refert effectus huiuſcemodi opinionis, & iſta eſt communis opinio, vt ex allegatis authoritatibus facilè cernitur, & magis communem vocat Clarus in tract. de donatio. quæſt. 3. Cōis opin.

7 Illa enim obligatio, quæ ex naturali ratione ineſt hominibus, vt grati benefacientibus ſint inducit ad remunerationem.

8 Nam ingratitudo deſiccat fontem pietatis, l. ſi non ſortem §. libertus ff. de condictio. indeb. & not. Ang. in tract. maleficiorum fol. 7. col. 3.

9 Et nemo debet ſe opponere illi à quo recepit beneficium, c. de forma. 22. q. 5. c. vltimo ext. de poſtu. c. illud §. hoc autem 8. quæſt. 2. & l. ſi pars in fin. ff. de inoffi. teſtam. Et vt ſcribit Seneca lib. 11. de benefic. c. 18. diligentius quęrendus eſt beneficij, quàm pecuniæ creditor, huic enim reddendum, & quantum accepi, & ſi reddidi ſolutus ſum, ac liber, at illi plus ſoluendum eſt, & nihilominus relata gratia cohæremus.

10 Et conſequenter donatio memorata facta per minorem de rebus immobilibus cauſa remunerationis eſt potius quædam permutatio, ſeu beneficij compenſatio, quàm liberalitas, l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de pet. hæredit. vbi Bal. Curt. Seni. conſil. 54. col. 4. Aret. conſil. 17. col. 6. & Barbac. conſil. 26. col. fin.

11 Et ſi ò D. Octaui, minor poteſt facere, ac promittere pacem de nece patris ſine tutoris, vel curatoris authoritate, nec ei conceditur in integrũ reſtitutio aduerſus talem pacem, vt voluerunt Dyn. in l. Diuus in apoſtil. ff. ad Sillani. Afflict. in conſtitutio. minorum iura. nu. 6. lib. 2. rubr. 38. Moronus in tract. de fide, treug. & pace parte 2. quæſt. 48. num. 4. cum alijs ſequen. & alij relati infra in Opinio 561. pacem facere per totam. Quare igitur contradicere audeas, minori ipſi licitum non fore donare immobilia, ratione naturali duce, & abſque eius læſione in recompenſationem beneficiorum receptorum.

12 Vndè ex his communis præmemorata procedit ſine ſcrupulo aliquo, dummodo merita forêt æquiualentia rebus donatis, vt in c. relatum il 2. de teſtam. ibi Iuxta ſeruitij meritum, & ita concludit Dec. conſil. 174. colu. 1. Caſſaneus in conſuetu. Burgundiæ in titu. *Des droitz*. rubr. 4. §. 7. num. 9. fol. 157. Iaſ. in auth. vndè ſi parens num. 14. & ſequen. C. de inoffi. teſtam. Rolan. in dicto conſil. 18. num. 69. 70. & 71. vol. m. 2. & Cardinalis Albanus in lucubratio ad Bart. in d. prima conſtitutio. Digeſtorum num. 72. & Clarus in tract. de donatio. quæſt. 3. verſ. ſed nunquid ad hoc, vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

13 Et ſimiliter ibi docet ex communi opinione reſidere in iudicis arbitrio, quando merita ſint æqualia rei donatæ. Et ita videtur etiam declarare Aret. in d. conſil. 24. num. 14. quòd tutoribus licitum ſit donare bona minoris benè conſideratis facultatibus ipſius minoris, & benemeritis donatarij.

14 Et quatenus laboret totis viribus ſuis idē D. Octauius loco de quo ſupra ſaluare eandem cōmunem, poſſe procedere de plano, vbicunque ex meritis ius agendi competeret inferenti beneficia, reſpondeo talem conſiderationem penitus inutilem eſſe: nam memor eſſe debet, quòd remuneratio non eſt debita ex obligatione legali, ſed ex honeſta, & morali, vt probat S. Thom. de Aquino 2. 2. quæſtio. 105. articu. 5. cum duobus alijs ſequen.

15 Adeò quòd nullum ius, nullaque actio in republica datur, ac conceditur aduerſus ingratos, atque vtile reipublicæ fuit nullam actionem ex hoc conſtituere, authore Seneca lib. 3. de benef. c. 7. & Fratre Sabba in ſuis recordationibus, recordatio. 122 col. 2.

16 Siquidem iſtis actionibus omnia fora non ſufficerent: cùm omnes homines ingrati dignoſcantur, & omnes eodem morbo laborare videantur, & animal ingratius homine nullum eſt: nam ſi accipientium animos intueare, beneficiorum magna pars perditur, quidam ſe obliuione relaxabunt, alij forſan iniurijs beneficia penſabunt, vt ceſſent iniuriæ, non ceſſabunt querimonię. Audiſti apud Lucanum de Pompeio querentē Photicum, apud Senecam Sabinam de Auguſto, & apud Liuium, & Valerium Maximum Coriolanum de propria Patria.

17 Vndè cōtemplatè totum Orbem vici omnes lamentis talibus pleni ſunt, poſſem breuius totius mali cauſam ſtultitiam dicere. Benè tamen verum eſt conſtare apud Macedonas actionem aduerſus ingratos temporibus illis lege datam fuiſſe, teſtatur ſe legiſſe Ludoui. Cælius lib. 4. lectio. antiq. c. 28. quod ex Valerio Maximo cōſtat lib. 5. c. 3. §. Phocion.

18 Et in Ciuitate vetuſtiſsima Hadrię in Prouincia noſtra Aprutij per ſtatutum aduerſus ingratos conſtitutum tribunal, actionemque extitiſſe, vt meminit Frater Sabba in dicta recordatio. 122. col. 2.

19 Et ſi minor maior factus vellet fortè petere reſtitutionem in integrum aduerſus donationē remuneratoriam factam per eius tutorem, vel cura-

curatorem de rebus ſuis ſtabilibus, credendo cui tare Scyllam, incideret quippè in Carybdim.

20 Nam ſi prætenderet læſionem minor ipſe ex tutoris, vel curatoris defectu, vtique non reſtituetur modo aliquo, donec prius egerit ad intereſſe contra tutorem, vel curatorem, ſi eſſet ſoluendo, ſecundum Ang. de Peruſio in auth. de hęredibus, & falcid. in §. illud quoq; collatio. 1.

21 Et ſi cuperet minor ipſe ex donatione remuneratoria facta, per ſe ipſum petere reſtitutionẽ in integrum requireretur, quòd eſſet læſus, l. nam & poſtea, §. ſi minor ff. de iureiuran. Imò dato, quòd eſſet verè ex hoc læſus, non tamen eſt adhuc iuſta cauſa obtinendæ reſtitutionis in integrum: nam opus eſt, requiriturq; neceſſariò, vt ſit minor, & ſit etiam læſus ſui facultate, & dolo aduerſarij, vt firmat Bart. in l. fin. C. de in integ. reſtitu. Iaſ. in d. l. nam & poſtea, §. ſi minor, quam legit cum l. ait prætor la 2. & Bertr. conſil. 169. col. 1. vol. 1. & Dec. in l. nihil conſenſui, §. 1. ff. de regu. iur.

22 Et quemadmodum ex his minor poteſt donare immobilia cauſa remunerationis, ita etiam idem minor poteſt donare immobilia cauſa remunerationis, ita etiam idem minor ſeu pupillus poteſt præſentare abſque tutore, ſecundum Glo. & Ioan. And. in c. ex eo de electio. lib. 6. Ancharan. conſil. 355. in fin. Abb. in cap. 1. num. 4. de iure patrona. Anton. de Butr. conſil. 29. in fin. Calder. conſil. 9. in titulo de iure patrona. Cæſar Lamberti. in tract. de iure patrona. lib. 1. 2. articu. 7. quæſtio. principali 1. par. nume. 35. & Lapus in allegatio. 8. præſentatus per patronos ſub nume. 2. verſic. & pupillus licèt non eligat, vbi etiam in additio. in litera H. ſapientiſsimus Dominus Quintilianus Mandoſius cum alijs aggregatis Doctor. per eum prædicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

23 Et ſimiliter in omnem cauſam, ſeu caſum tutores ipſi, & curatores poſſent donare bona Principis, vt conſuluit Bertran. conſil. 8. volum. 2. & eſt Glo. in cap. grandi de ſupplẽ. negl. præl. quod diffusè limitauit conſulendo Rolan. à Valle dict. conſil. 18. num. 65. cum alijs ſeq. volum. 2. procedere in his rebus, quas Princeps donare conſuetus erat, non autem in alijs rebus, quas rariſsimè largitus appareat.

SVMMARIVM.

1 *DONATA ſponſæ per conſanguineos ſponſi ſoluto matrimonio morte ſponſæ, remanere debent penes ſponſum, & non veniunt reſtituenda hæredibus vxoris. Sed donatio facta ipſi ſponſæ per eius conſanguineos ad eam, ſeu ad ſuos hæredes reuerti debet.*

OPINIO CCXXIII.

1 DONATA ſponſæ per conſanguineos, & attinentes mariti, & ſpõſi ſoluto matrimonio per mortem vxoris, & ſponſæ remanere debent penes maritũ, & non veniunt reſtituenda hęredibus vxoris, ſecundum Bar. in l. ſed, & ſi plures §. ad ſubſtitutos ff. de vulga. & pupill. quem ſequitur Iaſ. ibi, & cæteri, quos ipſe refert, & in l. vt liberis col. pen. C. de collatio. Ruinus conſ. 133. ſub nu. 1. volum. 4. Ang. Aret. in §. fuerat inſtitu. de actio. & Lupus in repet. rub. de donat. inter vir. & vxorẽ §. 45. & eſt deciſum per Rotam in deciſio. 1. de donat. inter virum, & vxor. in antiquis, vbi latè Domini de Rota diſtinguunt, & ita concludunt in dubio, quam opinionem oſtendit communem eſſe Cagnolus in l. contractus nu. 38. ff. de regulis iur. & magis communem Clarus, in tract. de donatio. q. 10. ver. ſed nunquid ea. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd non acquirantur marito, ſed vxori, quàmuis à conſanguineis mariti donatio proceſſerit, inclinauit Alcia. cum aliquibus Doct. Illuſtr. ſignatis per eum, in tract. de præſum. reg. 1. præſump. 18. Verùm ipſe inhæreo communi præmiſſæ, quæ roboratur, declaratur, tutaque redditur pluribus fundamentis per Lupum in d. §. 45. ferè per totum, & ita conſuluit etiam Ang. conſ. 134. quidam nomine Matthæus de Tuderto cępit in vxorem, & ita è contra donatio facta ipſi ſponſæ per eius conſanguineos ad illam, ſeu ad ſuos hæredes debet reuerti, ac ſpectare, vt voluit Bar. in d. §. ad ſubſtitutos, & Ruinus, in d. conſ. 133. num. 1. vbi affirmat hanc ſententiam non habere contradictorem. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PACTVM, quòd donatio reuocari nequeat ratione cuiuſcunque ingratitudinis committendæ non valet, nec tenet, niſi fuerit iuratum: nam tunc ingratitudo futura non poſſet remitti, & pactum firmatur iuramento, ſecundum vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis appareat.*

OPINIO CCXXIV.

1 DONATOR promittens non reuocare donationem ex quacunque cauſa, uel ingratitudine futura, non obſtante pacto hoc, ſuperueniente ingratitudine utique poteſt eam reuocare; & ſi pactum quòd reuocari donatio nequeat

queat ratione cuiuſcunque ingratitudinis comit tendæ non valet, nec tenet, ſecundum Bart. Bald. Paul. Caſtren. Iaſ. nume. 17. & Bolognettum ſub nume. 96. in l. fina. C. de pactis, Bald. in l. fina. C. de bonis, quæ liber. Salyc. in l. pactum, C. de collatio. Specul. in titu. de donatio. §. 1. verſic. quid ſi actum ſit, Anton. & Imol. in cap. fin. de donatio. Corne. conſil. 102. num. 7. cum alijs ſequen. volum. 1. Roma. conſil. 26. colum. fin. Alex. conſ. 40. volu. 4. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 23. ff. de verb. obligatio. & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. ibi, & Rubeum cõſ. 64. num. 1. *Cõis opin.*

¶ Hoc verò limitatur non procedere, vbicunque interueniret iuramentum: nam tunc, etiam ingratitudo futura poſſet remitti, & pactũ iſtud firmaretur dicto iuramento, ſecundum Ioan. Andr. in additio. Specul. in d. §. 1. verſic. quid ſi actum ſit, Ioan. de Imol. conſil. 35. col. 6. Alexan. in d. conſil. 40. colum. fina. Fely. in cap. ſi diligenti, colum. 7. de foro competen. Iaſ. in dicta l. fin. C. de pact. num. 17. Alexand. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 22. vbi ait opinionem iſtam veriorem, communem, & in practica ſeruari, & ſequitur Socin. conſil. 53. colum. 2. volu. 1. Aquen. in dicta l. ſtipulatio colum. 4. Bauer. in tract. de virtute iuramen. caſu. 38. Ripa in repetitio. l. fin. C. de reuocan. donatio. quæſt. 54. Tiraquel. in l. ſi vnquam eodem titu. & Rubeus in d. conſil. 64. num. 3. vbi ita conſuluit, & prædictæ opinioni inhæret quoque Bolognettus in d. l. fin. C. de pactis num. 97. & ſequen. & iſtorum aſſertio adeò clara, communiſque eſt, & iure probatur, vt nefas ſit eam in cõtrouerſiam aliquam mittere. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem, vt huic hæredi, ſeu donatario indigno hæreditatem, vel donationem teſtator adimere poſsit, & periurium nõ incurrat, ac committat, inclinauit Glo. in c. vltima voluntas 3. quæſtio. 3. & ibi Archidiac. Corne. conſil. 224. volum. 4. vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur, & communiter teneri ait Alcia. in cap. cum contingat, num. 39. de iureiuran. Bart. in l. ſi duobus §. idem reſpondit ff. pro ſocio, Cyn. in l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. eccle. Angel. de Gambil. in tract. de teſtamen. in Glo. & iurauit non reuocare, & Caſſane. conſil. 55. nu. 26. *Cõis opin.*

¶ Et licet primam opinionem Alexan. & Socin. num. 50. in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta, aſſerant communem eſſe Legiſtarum, nihilominus ingenuè fatentur quoque contrariã præmiſſam eſſe communem ſententiam Canoniſtarum de qua per Mayneri. & Cagnol. in l. nemo poteſt mutare ff. de regulis iuris, per Alciat. vbi ſupra numer. 77. per Moder. in tractat. de teſtamen. parte 2. nume. 15. & Curti. conſil. 33. numer. 21. Sed ipſe inhæreo memoratæ opinioni Legiſtarum, tanquam tutiori, & communiori.

SVMMARIVM.

1 *DONATORI aſſerenti ſe ob benemerita donaſſe plena fides adhibenda eſt, vbicunque non erat prohibitus eam rem donare.*

OPINIO CCXXV.

1 DONATORI aſſerenti ſe ob benemerita donaſſe plena fides adhibenda eſt, ubicunque donare eam rem, de qua agitur prohibitus non erat, ſecundum Bartol. reliquoſq; omnes in l. ſi forte ff. de caſtren. pecu. Paul. Caſtren. in l. Attilius Regulus, ff. de donatio. Doctores omnes communiter in l. ſi donatione C. de collatio. Guidonem Papæ quæſtio. 95. Bertran. conſil. 3. & 154. colu. 2. volum. 3. Bartholom. Socin. conſil. 295. colum. 3. uolum. 2. Iaſ. conſil. 154 Pariſi. conſil. 38. colum. final. uolum. 3. & Dec. conſil. 20. colu. fin. & conſ. 531. & iſta eſt uera, communiſque opinio, ſecundum memoratos Doctores omnes; ſed donatori aſſerenti merita præceſsiſſe non creditur, quãdo donare liberum non erat, ut latè ſcripſimus in prima parte in Opinio. 74. exordiente Donatio inter uirum, & uxorem in ſecunda limitatione. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DOS exigi debet in loco domicilij mariti, non autem in loco contractus: quia agitur de contractu reſoluendo, & ideò actor ſequitur forum rei, quem mulier elegiſſe videtur.*

OPINIO CCXXVI.

1 IN dote exigenda non locus contractus, ſed ſemper locus mariti attenditur, ſecundum Abba. & omnes communiter in cap. 1. de ſponſ. Bartol. & cæteros in l. exigere dotem, ff. de iud. Bald. in cap. primo §. final. de inueſti. de re alį. fac. in uſibus feudorum, Abba. & Felyn. in fin. & reliquos in c. final. de foro competen. & Alex. conſi. 100. uolum. 3. Nec libet hac in re uti ampliori Doctorum cathalogo: cum ſit apud eos hæc opinio frequentiori calculo recepta & ratio eſt: agitur enim de contractu reſoluendo, quo caſu actor *Cõis opin.*

actor ſequitur forum rei cap. cùm ſit generale de foro competenti, & l. iuris ordinem C. de iu. & quòd exigi dos debeat in loco mariti, quoniam mulier illum elegiſſe videtur, in quo etiam morari debebat, l. de iure §. fina. ff. ad municipa. & not. in l. 2. C. de iudi. & quia etiam matrimonium contractum eſt cum aduena ſtatim receſſuro, ergò in loco domicilij mariti dos exigi debebit, l. quæro ff. ſoluto matrimonio, & not. Salice. in l. cunctos populos colum. 2. C. de Summa Trinit.

SVMMARIVM.

1 *DOS promiſſa licèt nondum tradita, cenſetur propriè dos.*

2 *Dos promiſſa ex proprietate ſermonis comprębenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote.*

3 *Stipulatio de dote lucranda committitur in dote promiſſa.*

4 *Pactum ſimile procedit in dote promiſſa.*

5 *Stipulatio debet ſecundum proprietatem verborum intelligi.*

6 *Dos conſtituitur eo ipſo quòd promittitur, vt dicitur etiam in proxima ſequenti opinione ſub nu. 2.*

7 *Dos duplici modo creatur, & in eſſe deducitur, vel promiſſione, vel traditione rerum.*

8 *Dotem appellant nonnullæ leges per verba importantia proprietatem, ex eo ipſo quòd eſt promiſſa.*

OPINIO CCXXVII.

1 DOS promiſſa licèt non dum tradita, cenſetur propriè dos; & ſic dos data, & promiſſa à pari procedunt, ſecundum omnes Doctores communiter in rubr. ff. ſoluto matrimonio, præſertimq; Iaſ. & Ripam ibi, nume. 58. & ſequen. perhibentes iſtam communem opinionem fore, quam ſequitur, & approbat pariter viuis rationibus cum alijs relatis per eum Tiraquel. in tractat. de retractu, in §. fina. num. 32. circa fin. d. tractatus. *Cõis opin.*

2 Et ſic dos ipſa promiſſa compræhenditur ex proprietate ſermonis in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote, vt voluerunt Angel. conſil. 76. ſtatutum loquitur, & conſil. 180. præmitto, Iaſ. Vinc. Saui. num. 69. Ruinus nu. 95. Parpal. & Bulgarus, Ioan. Annibal. num. 476. Aretin. & Ripa num. 59. in d. rub. ſolu. matrimo. & hoc probatur ex pluribus.

3 Primò, quia ſtipulatio de dote lucranda committitur in dote promiſſa, l. ex morte C. de pact. conuen. tam ſuper dot.

4 Item, & pactum ſimile procedit in dote promiſſa, ſecundum Glo. in l. mulier in ver. Debebat ff. de conditio. inſtitut. & in l. ſi donatarius in penult. Glo. in ver. Dumtaxat, de conditio. ob cauſ. Glo. & Doctor. in §. dotes autem in verb. Percipiente authent. de nupt. ergò dos promiſſa, videtur propriè dos.

5 Nam ſtipulatio debet ſecundum proprietatem verborum intelligi, l. quicquid, & ibi nota. ff. de verborum obligation. & ita arguit Iaſ. in dicta rubr. ff. ſoluto matrimonio, nu. 203. per illum textum.

6 Secundò, quia fit, & conſtituitur dos eo ipſo quòd promittitur, vt aiunt Doctor. in l. de diuiſione ff. ſolu. matrimonio, & Glo. in l. 1. §. accidit in ver. Fecerit, C. de rei vxor. actio. & probatur in l. quemadmodum, & in l. tale ff. de iure dotium.

7 Vt potè, quia duplici modo creatur dos, & in eſſe deducitur, vel ipſa promiſsione, vel traditione rerum, cum antea promiſſa non eſſet, vt inquit Salyce. in d. §. accedit, Angel. in d. conſil. 76. & Ruinus conſ. 125. viſis nu. 3. vol. 1. & conſ. 151. viſo ſtatuto vol. 5.

8 Tertiò & vltimo, quia reperiuntur complures leges, quæ appellant dotem per verba importantia proprietatem, ex eo ipſo, quòd eſt promiſſa, l. ſi mulier §. ſi dos ff. quod met. cauſ. & toto titul. C. de dote promiſſ. l. ſi pater mulieris, l. dotis promiſsio, l. cùm poſt §. patrona, l. ſi mulier, & l. ſiue generaliter ff. de iure dot.

SVMMARIVM.

1 *DOS propriè etiam dicitur ſoluto matrimonio.*

2 *Dos promiſſa propriè dos dicitur, & comprębenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote.*

OPINIO CCXXVIII.

1 DOS propriè etiam dicitur ſoluto matrimonio, vt uoluerunt Bald. Paul. Caſtren. & cæteri in leg. 1. C. vnde vir, & vxor, Dec. in l. fina. eodem titu. & Bartol. in 3. oppoſit. Paul. Caſtren. & Socin. & Ripa num. 70. & ſequen. in rub. ff. ſoluto matrimonio, vbi ſimul cum alijs Modernis perhibent iſtã communem opinionem fore. *Cõis opin.*

2 Item dos promiſſa eſt etiam propriè dos, & ex ſermonis proprietate compræhenditur quoque in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote, ſecundum Ang. conſ. 180. præmitto, & conſ. 76. ſtatutum loquitur, Aret. Ruin. num. 95. Iaſ. Parpal. Bulgar. Ripam num. 59. Vince. Saui. num. 69. & Ioan. Annibalem, num. 476. in dicta rubr. ſoluto matrimon. quia fit, conſtituiturque dos eo ipſo, quòd promittitur, vt inquit Glo. in l. 1. §. accidit in ver. Fecerit C. de rei uxo. actio. & Doct. in l. de diuiſione ff. ſolut. matrimo.

¶ Et

¶ Et licèt Soc. Senior ibi, Alexand. & Alciat. in dicta rubr. & ibi etiam Socinus Iunior in 1. parte nume. 49. in 2. parte nume. 20. videantur ſentire, concludereque contrarium, dotem promiſſam non eſſe propriè dotem; tamen exploſis eorum frigidiſsimis rationibus, noli in deciſiuis aliter recedere à prima opinione Angel. & ſequacium, tanquam ſacroſancta, & magis communi. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DOS legata, vel legatum dotis cauſa factum non debetur, niſi ſequatur matrimonium temporale, vel ſpirituale*

OPINIO CCXXIX.

1 DOTIS legatum, vel dotis cauſa factum alicui mulieri, conditionale cenſetur: nec debetur niſi ſequuto matrimonio, vt in l. Publius Mœuius, in princip. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, firmat Ioan. Dilectus in tractatu de arte teſtandi titu. 6. cautela 51. Barbatius per text. ibi in l. Titio centum §. Titio genero, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. Et iſta eſt communis opinio, ſecundum Paul. Caſtren. ibi, colum. 3. Corne. conſil. 229. volum. 4. Bald. Nouellum in tracta. de dote in 6. par. priuilegio 50. Couarru. in cap. 3. nume. 2. de teſtam. & diſputat Iaſ. in l. ſi Titio nu. 12. ff. de leg. 1. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, vt ipſum legatum dotis purum ſit, inclinauere Imol. in dicta l. Titio genero, numer. 7. & 10. vbi perhibet iſtam opinionem communem fore, quam firmant etiam alij non pauci per eum relati, & per eos de quibus ſupra.

¶ Sed quid ipſe infœlix peccator dixerim in tam dubitabili paſſu? concurram ergò cum prima opinione tanquàm realiter magis communi, & ſacroſancta, cum qua concurrit etiam Grammatic. in conſtitutio. in aliquibus numer. 25. vbi refert ita extitiſſe iudicatum in facto in Sacro Regio Concilio Neapolitano, ipſo patrocinante, vbi trattabatur de muliere ingreſſa monaſterium poſt legatum dotis ei factum, & nihilominus fuit deciſum cōditionem ipſius legati adimpletam fuiſſe ob ingreſſum prædictum, ac dotem ſoluendam eſſe eidem moniali.

SVMMARIVM.

1 *DOS per actionem ex ſtipulatu exigi poteſt, licèt nulla fuerit adhibita ſtipulatio.*

2 *Actio ex ſtipulatu datur mulieri ſoluto matrimonio.*

3 *Dos nuda pactione, nudoque conſenſu conſtituitur, & conſenſus ipſe tam nutu, & facto, quàm verbis declaratur.*

4 *Actio ex ſtipulatu conceditur marito ſoluto matrimonio ad petitionem dotis promiſſæ.*

OPINIO CCXXX.

1 DOS per actionem ex ſtipulatu exigi poteſt, licèt nulla fuerit adhibita ſtipulatio, ſecundum nouam conſtitutionem l. vnicæ C. de rei vxoriæ action. vbi Bar. & omnes communiter hoc firmant. *Cōis opin.*

2 Et ob talem conſtitutionem receſſum eſt à l. ad exactionem C. de dotis promi.

3 Vbi dos nuda pactione, nudoque conſenſu conſtituebatur, pariebatque actionem ea conſtitutio, qua dotem exigere maritus poterat, & conſenſus ipſe tam nutu, & facto, quàm verbis declaratur, l. nutu. ff. de lega. 3. l. vbi non vo e ff. de regulis iuris, & l. item Labeo ff. de pactis dotalibus. Et ita notat Angel. conſil. 335. ſtatuto communis. Paul. verò Caſtren. contra omnes conatur defendi poſſe per dictam l. vnicam non eſſe correctam l. ad exactionem: tamen iſthæc Paul. opinio non videtur tuta, ſecundum præcitatos Doctores, ideò inhærendum eſt dictæ communi.

4 Et aduerte, quòd quemadmodum mulieri ſoluto matrimonio datur actio ex ſtipulatu per dict. l. vnicam, ita etiam in fauorem mariti conceditur ipſi eadem actio ad petitionē dotis promiſſæ, ſecundum Glo. in l. ſi diuortio ff. de verb. obligatio. & in d. l. vnica, in §. fuerat eiuſdem l. cum qua ſentit Bartol. aliíque omnes communiter in locis allegatis, & in l. qui liberos ff. de ritu nuptiarum. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DVELLVM pugna, ſeu pancratium, quod fit gratia virtutis, & occaſione publicæ Lætitiæ, & Principis, & gratia gloriæ, & pro honore licitum eſt.*

2 *Homicidium commiſſum in ludo lapidum, pugnorum, gladiorum, ſeu perticarum ex conſuetudine in loco patrati delicti, non eſt punibile: quia conſuetudo excuſat delinquentem.*

3 *Conſuetudo excuſat à pæna temporali, ſed iſta conſuetudo penitus annullata reperitur per Concilium Tridentinum, diſponens occiſores, & interfectores in pugna, ſeu ludo gratia virtutis facto, puniri debere*

pœna vltimi ſupplicij, non obſtante tali praua conſuetudine.

4 *Conſuetudo mala non excuſat peccatum, ſed potius aggrauat peccatum.*

5 *Clericis permittitur ludus pro experimento virtutis, & gloriæ de iure ciuili, & canonico, dummodò talis ludus, ſeu duellum, aut exercitium ad mortẽ non tendat, ſed ſecundum Concilium Tridentinum clerici non poſſint ſe exercere in huiuſmodi ludis.*

6 *Sententia condemnatoria contra clericos pro eorum morum correctione habet executionem paratam, & pro exactione huiuſmodi pœnæ declaratæ proceditur executiuè, omni appellatione remota, & non admiſſa.*

OPINI O CCXXXI.

1 DVELLVM, pugna, ſeu pancratium, aliquando conceditur ex alia cauſa, quàm ratione iniuriæ, vel dignitatis conſeruandę, ſcilicet occaſione publicę lętitiæ, & Principis, & gratia gloriæ, & pro honore, & experimento virtutis; & ſic huiuſmodi duellum, quod fit gratia virtutis de iure ciuili permiſſum videtur, ſecundũ Glo. in l. qua actione §. ſi quis in colluctatione ff. ad legem Aquil. Bal. in l. 1. ff. de ædil. edic. Paridem in tractatu de duell. in §. permittitur lib. 6. & §. pone quòd ex conſuetudine lib. 8. Claudium Aquen. in l. ex hoc iure ſub nume. 34. ff. de iuſtit. & iure, vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Alciat. in tract. de ſingulari certa. c. 3. per leges ſignatas per eum, & alios pręcitatos, vbi tradit. *Cõis opin.*

2 Quòd quoties moribus ciuium ludus aliquis in vrbe admiſſus eſt, vt lapidum Bononię, Peruſij, & Aquilę patrię meę, pugnorum Senis, & perticarum Laudæ, & gladiorum, ſeu enſium in prędicta patria mea, & in toto Regno, ſi quis occiſus fuerit, nullus ſit pœnę locus, & refert ante eũ ita conſuluiſſe Dec. conſil. 9. num. 3. cum alijs ſequen. & ſequitur hoc etiam Cremen. ſingu. 150. mos puerorum.

3 Quia licèt talis ludus lapidum, pugnorum, & perticarum, & gladiorum prohibitus ſit, nihilominus propter conſuetudinem quis excuſaretur pœna temporali, ſecundum Glo. in cap. venerabilis de conſuetudine, quam ſequitur Roma. ſingula. 19 an conſuetudo reprobata, & Nicola. Pignol. cum alijs relatis ibi in additio. & idem Roma. conſil. 466. ſub numer. 1. & Dominus Horatius Mandoſius ibi in addition. cum alijs ferè innumeris ſignatis per eum, & Cęſar Vrſillus in additio. Afflicti in deciſione 91. num. 9. & Iacobus Menochius ſimiliter cum magna catherua Scribentium in tractat. de arbitrarijs, iudicum quęſtionibus, & cauſis lib. 2. caſu vltimo, ideſt 400. nume. 6. cum alijs ſequentibus: Sed in huiuſmodi conſuetudine peccati nutritiua, & deteſtabili, parum, aut nihil confidendum hodie eſſet: cùm penitus ea annullata ſit per Concilium Tridentinum in ſeſsione 25. ſuper decreto de reformatione cap. 19. deteſtabilis duellorum vſus, vbi in verſicu. qui verò pugnam, diſponitur quòd tales occiſores, & interfectores in memorata pugna, & ludo, vt homicidę puniri debeant, non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.

4 Et iſta conſuetudo mala minimè excuſat peccatum, imò aggrauat ipſum peccatum, vt firmat, & probat Diſcipulus in Sermone 30. ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem in litera E, & Pepin. in euangelijs quadrageſimalibus ſuper euangelio. Cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymã, feria 3. poſt primam Dominicam quadrageſimę col. 4. ſol. paruo. 36.

5 Adeò quòd clericis ſimiliter permittitur huiuſmodi ludus pro experimento virtutis, ſecundum Hoſtienſem, quem ſequitur Abb. in cap. 1. de internia. Vbi concludit, quòd in hoc caſu nulla eſt differentia inter ius ciuile, & canonicum; & ſequitur etiam Dec. in dicto conſil. 9. ſub nume. 4. & Iacobus Menochius cum alijs citatis per eum de arbitrarijs iudicum quæſtionibus lib. 2. centuria 4. caſu, 440. nume. 3. dummodo dictum duellum, aut exercitium veriſimiliter ad mortem non tendat, licèt in aliquo caſu mors ſequi poſsit: quia hoc tanquam accidens non eſt in aliqua conſideratione. Sed Concilium Tridentinum ſeſsione 22. cap. nihil eſt: ſtatuit clericos ſub pœnis ordinarijs aliàs ſtatutis, ac alijs maioribus arbitrio ordinarij imponendis nõ poſſe in huiuſmodi colluctationibus, choreis, aſtiludijs, commeſſationibus, luſibus, ac alijs quibuſcunq; leuibus delictis, & in negocijs ſecularibus interuenire, ſeu ſe exercere.

6 Atque determinat eadem Sacroſancta Synodus Tridentina, vbi propè finem quòd condemnatio, quæ fit contra clericos in huiuſmodi caſibus pro morum correctione habeat executionem paratam, ac contra eos pro exactione pœnæ incurſæ, & declaratæ procedatur exequutiuè omni prorſus appellatione remota, ſeu non admiſſa. Ideo ò clerici, qui in ſortem Domini vocati eſtis, ſtudete continuò, & totis viribus vitam, ac mores veſtros componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſq; omnibus rebus, nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum pręſeferatis, vt vtar verbis d. c. 1. poſt princ.

SVMMARIVM.

1 *DVELLVM eſt omni iure prohibitum, tã reſpectu prouocati acceptantis, quã prouocantis, quibus deneganda ſunt ſacramenta eccleſiæ, & præcipuè eucharistia, niſi eos peniteat.*

Duellum

2 *Duellum etiam ſuſceptum poteſt recuſari.*
3 *Duellum radicitus extirpauit ſub pœnis hactenus inauditis, & quidem neceſſariis Concilium Tridentinum.*

OPINIO CCXXXII.

1 DVELLVM eſt omni iure prohibitum, ſcilicèt iure diuino, canonico, & humano propter peccatum mortale, tam reſpectu prouocati acceptantis, quàm prouocantis, quibus omnibus proculdubio eccleſiæ ſacramenta, præcipuèque euchariſtia denegantur, niſi eos quippè pœniteat cap. monomachiam 2. quæſtio. 4. vbi Glo. & Archidiacon. & ext. de torneamentis, & de cleric. pugnan. in duello, & de purgatione vulgari, per totum, & Ioan. de Platea per text. ibi in l. 1. C. de gladiat. lib. 11. Lauren. Corradus in tractat. de duello in princip. num. 1. Abb. in cap. ad audientiam de homicid. Paris de Puteo in tract. de duello §. an qui lib. 9. Iaſ. in l. ex hoc iure num. 13. & ſequen. ff. de iuſtit. & iur. & Felyn. in cap. qualiter il 2. §. ad corrigendos colum. fin. de accuſat. cum alijs latè congeſtis per Laurentium Syluanum conſil. 51. num. 1. & ſequen. vbi iſtam opinionem abundè probat, declarat, & dicit eſſe communem poſt præcitatos Doctores, & Gratus etiam conſilio 3. & ſequent. volumine 2. *Cõis opin.*

2 Propterea duellum etiam ſuſceptum, & acceptatum licitè poteſt recuſari, ſecundum Iaſ. conſil. 144. facti colum. 5. volum. 2. Cottam in memorali in ver. Perduellionis, & Socin. Iunior conſil. 125. num. 2. & ſequen. volum. 2. & Ioan. de Neuizanis in ſua Sylua nuptiali lib. 1. numero 82.

3 Et ideò non immeritò Concil. Tridentin. ſeſſio. 25. cap. 19. penitus, & radicitus extirpauit duellum ipſum ſub horribilioribus, maioribus, & terribilioribus pœnis, quæ excogitari poſsint.

SVMMARIVM.

1 *STILLICIDIVM recipiens, poteſt ædificare in area ſua, ſeu ſolo, dummodò ſeruitus debita ſtillicidij non impediatur, & ædificans ipſe ſtillicidium recipiat; eo magis ſi ſtillicidium recipiens ædificat citra, & non vltra: cùm ius nullum competat vicino citra ſtillicidium, tam in prædijs vrbanis quàm ruſticis.*

2 *Stillicidium habens, poteſt ædificare intra locum vbi cadit ſtillicidium, dummodò relinquat vnum pedem inter murum ſuum, & murum vicini, in quo attenditur loci conſuetudo, vbi talis pes debeat incipere, qua ceſſante, pes de iure communi ſumendus foret à muro, non autem à ſtillicidio, præcipuè vbi area in qua ſtillicidium cadit, eſſet recipientis ſtillicidium.*

OPINIO CCXXXIII.

1 AEDIFICARE poteſt in area ſua, ſeu ſolo recipiens ſtillicidium, dummodò ſeruitus debita ſtillicidij nõ impediatur, & ædificans ipſe ſtillicidium recipiat ſecundum Gloſſam Bartol. Odofred. Flor. & omnes in l. ſeruitutes §. fina. ff. de ſerui. vrban. prędio. quorum opinionem inquit communem Socin. conſil. 141. colum. 1. & Cępolla in tractat. ſeruitu. in cap. de ſeruitute ſtillicidij quæſtio. 7. nume. 7. licèt ipſe aliter ſentiat, & temerè quidem. Cæterùm abſque dubio aliquo procederet communis iſta, vbi recipiens ſtillicidium ædificaret citra, & non vltra: cùm nullum ius competat vicino citra ſtillicidium, vt declarant Doctores omnes in locis mentionatis, & eſt text. in d. §. fin. *Cõis opin.*

2 Et aduerte quòd ædificans iuxta murum alterius tenetur, & debet relinquere vnum pedem per l. fina. ff. fin. reg. Sed vnde capiendus, ac ſumendus ſit pes ab ipſo muro, ſeu à loco, vbi cadit ſtillicidium; & in hoc iudicio meo inſpicienda foret conſuetudo ciuitatis: cùm conſuetudo quemcunque actum regulet leg. quod ſi nolit §. quia aſsidua ff. de ædilit. edic. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iuris, Felyn. in cap. 1. colum. 6. de probationib. & ita arguit Cepolla in dicto tracta. de ſeruitu. in cap. de ſolo, & area nume. 2. Sed vbi ceſſaret conſuetudo, & iure communi decidenda eſſet, pes ſumendus foret à muro, non autem à ſtillicidio, præcipueque vbi area in qua ſtillicidium cadit eſſet illius recipientis: vndè concludendum eſt, quòd in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter l. in re mandata C. mandati, ideò ei licebit intra locum, vbi cadit ſtillicidium ædificare.

¶ Et aduerte ſimiliter quòd dicta l. fina. ff. fin. regu. procedit tam in prædijs vrbanis quàm ruſticis, vt latè concludit Cæpolla in dicto tractat. de ſeruit. in cap. de pariete, & muro nume. 2. vbi dicit ita ſeruari, & Natta conſil. 277. ſuper caſu propoſito teneo ſub numer. 1. volumine 2.

SVMMARIVM.

1 *AEDIFICARE domum, & aliud in ſua area, ac ſolo quilibet poteſt, etiam quòd vicino noceat, dummodo animo nocendi non faciat; & ſi ex hoc ædificium vicini ruat non tenetur ædificans, imò poteſt etiam illud quandocunq; amouere, nec tenetur de damno infecto, niſi ſciens ſtipulando ſe obligauerit ad damnum reſarciendum.*

OPINIO CCXXXIV.

1 AEDIFICARE in ſua area, ac ſolo quis poteſt, & in eo opus facere, etiam quòd vicino noceat, dummodò animo nocendi non faciat, l. 1. §. denique C. de aqua pluu. arcen; & ſi ex hoc ædificium vicini ruat, non tenetur ædificans, vt probatur in l. fluminum §. fin. ff. de dam. infecto. Imò ſi ædificium illud aliquo tractu temporis præbuerit vicino iuuamẽ, & poſtmodũ velit dominus amouere alicuius ſuę commoditatis, & intereſſe gratia, nihil ſibi imputandum eſt, ſecundum Glo. in d. l. fluminum §. fi. & ſic ædificans in iſtis caſibus non teneretur de damno infecto aliquo modo; & licèt in hoc, & circa hoc ſtipulatio interponi non debeat, tamen ſi interpoſita fuerit, & ædificans ſe obligaſſet ſponte ex certa eius ſcientia, & non per errorem aliquem, & ſic ſciens non teneri ad damnum reſarciẽdum teneri voluit, tenetur, & tenaciter obligatur, ſecundum Glo. Dyn. Iacob. de Aret. & Bar. in d. l. fluminũ §. fin. & Corne. cõſ. 282. nu. 5. vol. 4. vbi recitat iſtorum opinionem eſſe communem, & ſuadet ſequendam fore. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *EMANCIPATVS non tranſmittit partem hæreditatis non aditam ſicut ſuus, quia ſuitas in patria poteſtate regulariter fundatur, & propter ſuitatis exiſtentiam confirmantur tabulę pupillares, tutelę, & libertates, datò quòd filius ſe abſtinuerit ab hæreditate, quod non eſt in emancipato.*

2 *Emancipatus vocans in ius patrem non prius impetrata & obtẽta venia, incidit in pœnã l. pen. ff. de in ius uocan. quam ſoluere tenetur, ſed acta facta circa hoc, & proceſſus fabricatus valet parte citata non opponẽte.*

OPINIO CCXXXV.

1 EMANCIPATIONIS, ac patrię poteſtatis differentia hodie penitus ſublata eſt, vt iure cautum reperitur §. nullam in authen. de hæred. quæ ab inteſta. Tamen emancipatus ipſe, non obſtante remotione dictæ differentiæ non tranſmittit patris hæreditatem non aditam, ſicut ſuus; & ratio videtur iſthæc, ſecundum Alex. in l. emancipati colum. 6. C. de collationib. & in l. cùm quidam §. ſuum hęredem ff. de acquir. hæred. quia ſuitas in patria poteſtate regulariter fundatur, §. ſui, inſtitut. de hæred. qualit. & different. Item propter ſuitatis exiſtentiam confirmantur tabulæ pupillares, tutelæ, ſimul ac libertates, datò quòd filius ſe abſtinuerit ab hæreditate, l. filius qui ſe paterna, & l. quęſitum ff. de acq. hęred. ſecus in emancipato, & iſta eſt communis opinio Doct. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthu. *Cõis opin.* quam ſequuntur, atteſtanturque Moder. ibidem, & quòd filij in poteſtate cõſtituti, vt ſuperius docuimus, tranſmittant hęreditatem patris non aditam, & ad quoſcunque hęredes, probatur in l. apud hoſtes C. de ſuis, & legi. & Doct. tenent hoc communiter omnes in l. infanti C. de iure deliberan.

2 Et his accedit cõgruenter, quòd quando emãcipatus in ius vocauit patrem nulla prius venia impetrata, obtenta, ac petita, tenetur pœnam in d. l. pen. ff. de in ius vocan. ſtatutam ſoluere; tamen proceſſus fabricatus valeret, & teneret parte citata non opponente, ſecũdum communem aſſertionem Scribẽt. de qua atteſtatur Alex. in l. *Cõis opin.* fin. nu. 2. C. de in ius vocan. & Petr. Duen. in reg. 351. nu. 10. poſt Purpu. in l. fin. num. 36. in tract. quem fecit poſt lecturam illius l. C. de eden.

¶ Contrariam verò ſententiam, quòd filius vocans in ius patrem abſque venia, volenſque ſoluere pœnam d. l. penul. non ob hoc poſſet proceſſum conualidare, dixit meliorem Grammati. poſt alios relatos per eum conſ. ciuili 40. nu. 4. vbi ita conſuluit.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOTA eo ipſo, quòd probat ſe ſoluiſſe canonem, ſeu cenſum per tres continuos annos, præſumitur ſoluiſſe toto tempore retro, niſi contrarium probetur; quòd habet locum, etiam in colono ſimplici, ac in cenſuario, & conductore.*

OPINIO CCXXXVI.

1 EMPHYTEOTA eo ipſo, quòd probat per ſcripturam, vel per duos, vel per tres teſtes ſe ſoluiſſe canonem, ſeu cenſum per tres continuos annos præteritos præſumitur ſoluiſſe toto tempore retro, n ſi contrarium probetur, ſecundum Glo. & communiter Doctores in l. 2. C. *Cõis opin.* de iure emphy. & pręſertim Iaſ. ibidem, nu. 168. & 170. per text. in l. quicunque C. de apochis publi. libro 10. Berous conſ. 152. ſuper dubiis propoſitis

poſitis multum non inſiſtam, ſub nume. 3. vol. 1. & Curt. Iuni. qui facit mentionem de communi conſil. 96. nume. 5. qui quidem Scribentes vbi ſupra ſubdunt d. l. quicunque habere locum etiam in ſimplici colono, & in quolibet cenſuario, & in alio quolibet obligato ad annuas præſtationes ex identitate rationis, vt ibi per eos, & Iacob. Philip. Porti. ſeu potius Anto. Gabriel. in concluſio. 5. lib. 6. vbi ponit hoc etiam pro regula cum aliquibus aliis ampliationibus, & limitationibus, & limitat etiam, & declarat Laurentius Syluanus conſ. 83. nu. 8. & ſequen. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *SOLVENS alicui canonem, vt feudatarius, emphyteota, vel colonus triginta annorum ſpatio parit ius illi, cui ſoluit perſonale pro ſe, hæredibus, ac ſucceſſoribus.*

2 *Feudalem rem poſſidens per decennium vt feudalem, præſumitur tunc precesſiſſe ſolemnis confeſſio feudalis.*

OPINIO CCXXXVII.

1 EMPHYTEOTA SOLVENS alicui canonem vt feudatarius, emphyteota, vel colonus triginta annorū ſpatio, hoc caſu dicit illi acquiri hoc ius perſonale pro ſe, hæredibus, ac ſucceſſoribus, vt per Bald. Bart. Saly. Cyn. aliosque communiter in l. malè agitur, & in l. omnes, & in l. 2. C. de iure emphy. & ibi nonnulli Docto. aiunt iſtam eſſe communem opinionem, & Auguſt. Berous in c. dilecti filij, num. 24. de arbitris, & Balb. in tract. de præſcrip. in 3. par. princip. q. 10. primæ par. nume. 38. & in 2. par. princ. quæſt. 6. nume. 1. in fin. *Cōis opin.*

2 Sed ſi quis per decennium poſſediſſet aliquā rem vt feudalem, tunc vtique præſumeretur præceſsiſſe ſolemnis conceſsio feudalis, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum, quam citat Balb. in d. q. 10. poſt nume. 35. & Pariſi. conſ. 23. nu. 3. volu. 4. nam in hoc caſu de minori præiudicio agitur, quàm in ſuperiori, quantum ſcilicet intereſt inter perſonam, & res; merito etiam curſus minoris temporis ſufficit ad inducendam præſcriptionem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOTA priuatus ceſſans à ſolutione canonis per trienniū, & Eccleſia per biennium cadit à iure emphyteotico, etiam ſi teneatur ad canonem vnius ſoli nummi.*

2 *Emphyteota obligatus ad ſoluendum certum canonem, ſi ſoluat excepto vno nummo, res incidit in commiſſum, ſecundum communem opinionem, licèt contrarium decisum reperiatur in Rota Bononienſi, quòd deficiens emphyteota à ſolutione canonis in minima parte non cadat a iure ſuo.*

3 *Emphyteota promittens ſoluere canonem etiam ſub pæna, & poſtea ceſſans in ſolutione ipſius canonis, poteſt expelli non obſtante, quòd pœna promiſſa ſit.*

4 *Emphyteota differens tempore congruo ſoluere canonem, non ſolùm perdit rem emphyteoticam, ſed etiam fructus ipſius rei; & ſic poſſidens à tempore, quo res incidit in commiſſum, fructus perceptos reſtituere tenetur.*

5 *Emphyteota non ſoluens canonem, non perdit fructus rei cum ipſa re à die, quo à ſolutione canonis ceſſauit, ſed à die, quo dominus declararet emphyteotam incidiſſe in commiſſum.*

6 *Emphyteota cadens à iure ſuo propter canonem non ſolutum, non ob hoc uidetur cadere à iure luendi, vel francandi.*

7 *Cenſuarius non ſoluens cenſum, vel canonem vigore rei accenſatæ, & ſub annuo cenſu conceſſæ non incideret in commiſſum.*

8 *Vaſallus in iis, in quibus incurrit pœnam priuationis feudi non priuatur ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*

9 *Emphyteota ceſſans à ſolutione canonis cadit ab emphyteoſi domino uolente, & ſic tum demum priuatur, ſi dominus voluerit.*

10 *Dominus poſt declaratam caducitatem poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ, ſed in hoc reperiūtur opiniones hinc inde communes. Imò ſi emphyteota verbis tantùm reſiſteret, poſſet dominus tunc illum expellère.*

11 *Emphyteoſis renouatio, inducta tacitè præſumitur ob canonis receptionem à domino factam poſt incurſam caducitatem ob canonem non ſolutum, quod limitatur duobus modis.*

12 *Mora purgari poteſt in emphyteoſi eccleſiaſtica, non autem in emphyteoſi priuata.*

OPINIO CCXXXVIII.

1 EMPHYTEOTA priuatus ceſſans à ſolutione canonis per triēnium, & Eccleſię per biēnium cadit à iure emphyteotico, c. potuit de locato, vbi Canoniſtæ, & Legiſtæ omnes communiter in l. 2. C. de iure emphyteo. vbi notat Iaſ. in 3. col. & Gozadi. conſ. 57. numero 1. *Cōis opin.*

¶ Ampliatur hoc in tantum procedere, quòd emphyteota, qui tenetur ad canonē ſolùm vnius nūmi cadit ab emphyteoſi, ſi ceſſauerit per biennium à ſolutione, vt concludunt omnes Doctores communiter in auth. qui rem C. de ſacroſan. eccle. & iſtam communem, vltra Moder. in præcitata authen. ſequitur, & citat Ripa in l. fin. numero 129. & ſequen. C. de reuocan. donatio. & Clarus cū aliis quamplurimus ſignatis per eum in tra- *Cōis opin.*

in tracta. de iure emphyteo. quæſtio. 8. uerſicu. Sed pone.

2 Ampliatur etiam ſecundo loco, ſi emphyteota obligatus ad ſoluendum certum canonem ſoluerit excepto vno nummo res incidit in commiſſum, vt not. Bal. in rub. C. de contrahen. empt. q. 10. Oldra. conſ. 29. Alex. latè in l. in exequutione §. item ſi ita ff. de verb. oblig. Bertran. conſ. 257. quia tempore initæ, ſeu contractæ ſocietatis, nume. 5. vol. 8. Iaſ. qui latius ait iſtā eſſe cōmunem opinionem in l. 2. nume. 54. C. de iure emphyt. Gozadi. conſ. 57. nu. 15. & conſ. 69. nu. 8. Riminal. conſ. 181. nu. 5. Ioan. Cephalus conſ. 139. nume. 18. vol. 1. & Albertus Brunus in tract. quòd ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant in nono articulo principali, nu. 107. & eſt Gloſ. notab. in l. res bona fide ff. de contrahen. empt. volens re vendita hoc pacto, quòd niſi certa die totum pretium fuerit ſolutum, eam inemptam eſſe, pretio ſoluto infra tempus excepto vno nummo inemptam reputari. Cōis opin.

¶ Sed contrarium, & optimo quidem iure iudicio meo deciſum extitit in Rota Bononienſi, teſte Petro de Benintendis deciſio. 6. Epiſcopus Bononiæ, videlicet, quòd emphyteota deficiens à ſolutione canonis in minima parte, non cadat ob hoc à iure ſuo, & hoc idem diſtinguendo videtur ſentire Clarus in tract. de iure emphyt. in d. q. 8. verſi. Hoc autem de plano.

3 Ampliatur tertiò ſimiliter vbicunque emphyteota promiſiſſet ſoluere canonē etiam ſub pœna, & poſtmodum ceſſaſſet in canonis ſolutione: quia tunc poſſet abſque dubio aliquo expelli, nō obſtante quòd pœna promiſſa eſſet, ſecundum Glo. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. & Alex. conſ. 132. ſub nume. 2. vol. 4 vbi demonſtrat d. Gloſſ. communiter approbari. Cōis opin.

4 Ampliatur quarto loco pariter, vt emphyteota differens tempore congruo ſoluere canonem non ſolùm perdat emphyteuticam, ſed fructus etiam ipſius rei; & ſic poſſidens à tempore, quo res incidit in commiſſum fructus perceptos reſtituere tenetur, ſecundum Ang. in §. ſi verò in authen. de non alie. Bal. in l. ſi pater C. de vſufruct. Iaſ. in d. l. 2. Fely. in c. de quarta colum. 10. de præſcript. & Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam C. de reuocan. donatio.

5 Ideò aduerte, ne erres in deducendo præmiſſa ad practicam: quia emphyteota canonem non ſoluens, haudquaquam perderet fructus rei cum ipſa re à die, quo à ſolutione canonis ceſſauit, ſed à die, quo dominus declararet emphyteotam incidiſſe in cōmiſſum, vt voluit, ac expreſsè determinauit Rota Bononienſis apertiſsimis quidem rationibus, & non ſpernendis authoritatibus, teſte Petro de Beninten. in deciſio. 37. per totam, qui ibi concludentiſsimis reſponſionibus tollit, remouetque omnia contraria. Aliàs verò ampliationes tradidit Afflict. deciſio. 153. & ibi Vrſillus in additio. nume. 1. cum aliis ſeq. & Grammat. deciſio. 52. Iulius Vicedomini antiquus procurator.

6 Et iſta concluſio ita explicita interpretatur non procedere in iure francandi: quia emphyteota cadens à iure propter canonem non ſolutum, non ob hoc videtur cadere à iure luendi, aut francandi, ſecundum Veronenſem relatum per Iaſo. in d. l. 2. col. 3. in 3. nota. licèt ipſe Iaſ. arguat contra Veronenſem, quòd imò debet cadere etiam à iure luendi: quia pactum de luendo, videtur eſſe pars inueſtituræ; & ſic vult Iaſ. quòd etiam in illa materia pœnali fieri debeat extenſio. Sed in hoc contrarium tenet Barbac. conſ. 51. colū. 18. uol. 1. quem ſequitur Deci. in l. in bonæ fidei col. 4. C. de pact. & in l. petens in fi. eod. titu. & Iaſo. etiam ſibi contrarius, qui certè reuocauit conſilium in melius tenendo cōtrarium, in l. cùm quidam in 7. not. ff. de liber. & poſthu. quòd imò in pœnalibus non ſit licita extenſio ex idemtitate rationis, vbi abundè hoc probat, dicens hanc eſſe communem opinionem per regulam præmiſſam, Clarus in tract. de feudis q. 51. Cōis opin.

7 Item limitatur non procedere in re accenſata, ſeu in accenſamentum ſub annuo cenſu conceſſa, tunc enim propter ceſſationem ſolutionis canonis, vel cenſus non caderet in commiſſum, vt conſuluit Bertran. conſ. 21. quamuis emphyteota priuati uol. 6.

8 Modò uero pulchrum eſt ſcire, vtrùm requiratur ſententia declaratoria priuatiua in concluſione iſta in principio poſita. In hoc itaque articulo ſunt opiniones variæ Canoniſtarum, de quibus per Glo. & Doct. in d. c. potuit. Sed quòd requiratur ſententia, & aliàs non priuetur vaſallus ipſo iure in caſibus, in quibus vaſallus ipſe incurrit pœnam priuationis feudi, voluit Gloſ. in c. 1. in ver. iure feudi, cuius opinionem communem dicit Clarus cum aliis congeſtis per eum in tracta. de feud. q. 62. tandem nō videtur neceſſaria, ſecundum magis communem opinionem, quam ſequitur, & allegat Iaſ. in d. l. 2. Caſſadorus in 2. deciſio. in tit. de locato, & conduct. & Auguſti. Berous in c. 1. nu. 43. de precariis. Cōis opin.

9 Sed ſecundò Legiſtas limitatur pariter tertio loco, quòd emphyteota ceſſans à ſolutione canonis cadat ab emphyteoſi domino volente; & ſic tum demum priuatur, ſi dominus voluerit, ſecundum Barto. Bald. Ang. Saly. Iaſ. cæteroſque communiter in d. l. 2. per text. ibi Bar. & Bal. col. fi. in auth. qui rem C. de ſacroſan. eccle. vbi ait, quòd emphyteoſis priuatio ob canonem non ſolutum non eſt in facti eſſe, ceterùm eſt in potentia fieri domino volente, ac latius proſequitur Deci. conſil. 138. col. 2. & ſeq. & iſta eſt communis opinio, vt per Iaſ. in d. l. 2. in 5. notab. & per Iulium Clarum cum aliis cumulatis per eum in tract. de iure emphyt. q. 9. videlicet, quòd non facta aliter declaratiōe, emphyteota retinet ius ſuum, & per conſequēs dominium vtile, atque poſſeſsionem. Cōis opin.

10 Ideò aduerte, quòd dominus poteſt poſt declara-

claratam caducitatem propria authoritate ingredi poſſeſſionem rei emphyteoticæ, ſecundum Glo. in d.l. 2. in verb. Præpellere, cuius ſententiã Cõis opin. communem eſſe docet Deci. conſ. 146. nume. 7. Alex. conſ. 117. nume. 2. vol. 4. Sigiſmun. conſil. feudali 37. nu. 3. & Corne. cõſ. 271. vol. 3. quamuis & malè Bertran. conſ. 243. ſi uenerabilis vir, ſub nu. 1. & ſeq. vol. 8. contrariũ reſpondeat. Imò ſi emphyteota uerbis tantum reſiſteret, adhuc poſſet dominus illum expellere, ſecundum magis Cõis opin. communem opinionem citatam per Corne. conſ. 193. vol. 3.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd poſt caducitatem dominus emphyteotam propria authoritate expellere nequeat, niſi cum authoritate Iudicis, inclinarunt aliqui Doct. quorũ Cõis opin. ſententiã ait communem Alberi. col. 1. & Iaſ. in d.l. 2. & illam ſeruat Parlamentum Delfinale, ſecundum Guid. Papę deciſio. 107. nu. 1. prima ſententia Gloſ. magis communis apparet, & ab ea non foret tutum recedere in iudicando, conſulendoq; aliquo pacto.

11 Coharctatur etiam quartò, quòd emphyteoſis renouatio tacitè inducta præſumitur ob receptionem canonis factam à domino poſt incurſam caducitatem ob non ſolutum canonem; & ſic dominus ipſe recipiens ab emphyteota canonem, poſtquam ipſe cecidit à iure ſuo, videtur ſibi remittere caducitatem, eumque reintegrare, ſecundum Glo. Cyn. Saly. & Legiſtas omnes in l. 2. C. de iure emphy. & Ioan. And. & alios Canoniſtas in d.c. potuit de loca. & pręſertim Barbac. ibi, nu. 24. & Auguſti. Beroum, nume. 69. & Roma. conſ. 103. viſo propoſitæ quæſtionis themate, ſub num. 5. verſ. tertiò, quòd quemadmodum ob canonis receptionem, vbi ad lucem adducit Cõis opin. iſtam eſſe communem opinionem, & Barbat. etiã, & Berous in d.c. potuit, quam ſequitur quoque, & limitat Marſilius in l. qui falſam monetam, nume. 92. ff. ad legem Corne. de falſis, procedere, obtinereque locum dummodò Superior ſciuiſſet emphyteotam ob huiuſmodi cauſam à iure ſuo cecidiſſe, ſecus verò ſi ignorauiſſet: tunc enim ignorans ſuam caducitatem, canonem recipiendo ſibi, ſuoque iuri non præiudicaret: quæ nempè ignorantia ipſius domini dubio procul mediante ſuo proprio iuramento probaretur, quod eſt vtique notatu dignum; & opinio hæc fuit originaliter Cyn. in d.l. 2. quęſtio. 4. cui inhæret Ioan. de Imol. in l. Mœuius §. duobus ff. de lega. 1. & idem Marſilius in repetitio. rub. nu. 138. C. de probatio.

¶ Limitatur ſimiliter ſecundo loco eadem cõmunis opinio extẽdere vires ſuas tantummodò in priuato, ſecus verò in Eccleſia, quę non poteſt in hoc ita facilè præiudicare Eccleſiæ: quia tunc prælatus recipiens ſcienter canonem futurorum annorum, & ſic pro futuro tempore, non videtur quippè ei remittere ius expellendi, & conſequenter caducitatẽ ipſam, vt conſtanter firmant Glo. & alij in d.c. potuit, & potiſſimum ibi Barba. ſub nume. 24. & Berous, ſub nume. 69. vbi iſtam limitationem affabrè reſoluunt mediante diſtinctione tradita inibi per eos, licèt Abb. ibi ſub nu. 14. contrarium aſſerat, & concludat, & malè quidẽ, vt nulla admodum ſit differẽtia inter eccleſiam, & priuatum. Tamẽ quicquid ſuadeat inutiliter, noli recedere in deciſiuis à dicta diſtinctione tanquam tutiſſima.

12 Quintò, & poſtremò limitatur, eadem regula in principio poſita, quòd mora purgari poſſit in emphyteoſi eccleſiaſtica, d.c. potuit, non autẽ ipſa purgatio moræ fieri deberet in emphyteoſi priuata, ſi non ſoluit canonem intra tempus emphyteota d. l. 2. C. de iure emphy. & c. propter de locat. Alex. in l. ſi inſulam col. 6. de verb. oblig. & in d.l. 2. & notat Bertran. conſ. 146. quamuis bona emphyteoticaria, nume. 2. vol. 8. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, licèt concludat, ꝙ Cõis opin. in iſto caſu etiam celeriter mora purgari poſſit, vt ſcripſimus infra in Opinio. 218.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOTA priuati, ſi iurauit in contractu, poteſt expelli ſtatim ob ceſſationem à ſolutione ſictus, licèt lapſum non ſit triennium.*

OPINIO CCXXXIX.

1 EMPHYTEOTA priuatus non ſoluens canonem circulo triẽnij, & emphyteota Eccleſiæ biennij curriculo, cadit à iure ſuo, c. potuit de locato, vbi Doct. in l. 2. C. de iure emphyt. vbi not. Iaſ. in 3. col. Sed ſi emphyteota iuraret, & poſtmodum canonem ipſum ſtatim non ſolueret, hauquaquam expectato biennio, ſeù triennio caderet quippè à iure emphyteotico, ſecundum Bald. in c. quærelam de iureiu. Alex. conſi. 85. & conſ. 126. vol. 1. Corſetum in ſingu. in verb. Emphyteota, incipiẽ. Licèt emphyteota Eccleſiæ, Gozadi. conſ. 69. nume. 9. Nattam cõſ. 426. quamuis regulariter emptor prædij, nu. 21. vol. 2. & Marcum Antonium Baueri. in tract. de virtute iuramenti in concluſio. 10. vbi appellat opinionem iſtam communẽ Cõis opin. eſſe, Gozadi. etiam conſ. 57. nu. 10. & ſub nu. 19. & Clarus quoq; cum aliis citatis per eum, in tracta. de iure emphy. quęſt. 8. verſ. Et hoc quidem, ubi & malè firmat contrarium.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOTA alienans rem emphyteoticam abſque conſenſu domini cadit à iure ſuo, etiam ſi poſt alienationem celeriter recmat rem illam: nã per hoc non releuatur à caducitate iam incurſa. Quod ampliatur, & limitatur infra pluribus modis.*

OPI-

OPINIO CCXL.

1 EMPHYTEOTA alienans rē emphyteoticam abſque cõſenſu domini cadit à iure ſuo, etiã ſi poſt alienationem celeriter reemat rem illam: nã per hoc nõ releuatur à caducitate iam incurſa, l.fi.C.de iure emphy.vbi Doct. & ita ſe
Cõis habet communis opinio,teſte Iaſ.in l.cùm dubi-
opin. tatur,nu.135.C.de iure emphy.& Claro,cum cęteris compluribus ſignatis per eum in tracta.de iure emphy.quæſtio.13.verſi.Sed quid ſi emphyteota,quæ procedit de rigore iuris, ſecus de æquitate, ſecundum Antoni.de Butr.conſ.34.in fin. & Bertran.conſil.146.venditio,nume.5.cum aliis ſeq.uol.5.

¶ Amplia hoc etiam procedere in conductore ad longum tempus,ſecundum Fulgo.conſ.25. quod dictum pro ſingu.refert, ſequiturque Iaſ. in l.1.col.7.ver.Circa differentias,C.de iure emphyt.dicēs hoc eſſe valde notandum:cùm ſit materia pœnalis.

¶ Amplia ſimiliter, vt ſi huiuſmodi alienatio eſſet facta ſine conſenſu domini directi, ꝙ tunc talis facultas poſſet exerceri, etiam contra tertium poſſeſſorem,habentem cauſam ab ipſo primo emphyteota,ita Cyn.in l.2.q.4.C.de iure em
Cõis phy.ita Bal.ibi q.13.& ibi Iaſ.colū.62.& ſeq. vbi
opin. dicit iſtam eſſe communem opinionem.

¶ Sed interpretatur primū iſta concluſio ita ampliata non habere locum in alienatione emphyteoſis facta ſine traditione:nam dicta alienatio abſque traditione caducitatem non inducit, d.l.fin.& notat Specul. in titu.de locato, §.nunc aliqua verſi.195. & Canoniſtæ in capitu. potuit, eodem titu.& Bertran.in d.conſilio 146. numer.
Cõis 1.vol.5.& iſtam ſcribit eſſe communem opinio-
opin. nem Iaſ.in l.cùm dubitatur,nume.132.C.de iure emphy.& Bertrã.conſ.243.ſi venerabilis vir, nume.1.vol.8.quam ſequitur cum aliis innumeris ſignatis per eum,& demum ait communē fore Tiraquel.in tracta.de retractu conſanguineorum §.1.Glo.2.nu.42.43.& 44.fol.17.

¶ Alexand.verò conſil.173.viſo themate, & ſcriptis col.2.vol.2.ampliat hoc dictum procedere non ſolùm in emphyteoſi, verùm etiam in feudo,ſequitur Syluanus conſi.2.nu.54.Iaſ.in d.l.fi.
Cõis col.pen.ſcribens iſtam eſſe communem opinio-
opin. nem,& Neguſan.de Fano in tracta.de pignori.& hypote.in 2.par.princ.3.membri,num.79. & Tiraquel.cum aliis relatis per eum in d. Glo.2. nume.45.Et ratio aſsignatur iſthæc:ſiquidem venditio perfecta non dicitur ante traditionem,c.cū Ioannes de fide inſtru.& §. venditę inſtitu.de rerum diuiſio.& finaliter verba alienationis de quibus in d.l.fin.intelligi debent cum effectu,c.relatū de cleri.non reſiden.& l.1.§.hęc verba ff.quod quiſque iur.

¶ Interpretatur etiam ſecundò eadem concluſio, vbicũque emphyteota aſsignaret fructus fundi emphyteutici in ſolutum, & pro ſoluto ſuo creditori, tunc enim non caderet à iure emphyteuſeos,quippè:quia non transfert ius in re, nec poſſeſsionem in emptorem,ſecundum Bald.in c. quæ in eccleſiarum de conſtitu. & in l. codicillis §.inſtituto,& ibi Alex.ff.de lega.2.& Iaſ. cũ aliis citatis per eum in l.filiusfamilias §.Diui ver. 12. ff.de leg.1.in 2.lectu.

¶ Declaratur etiam præfata concluſio pluribus aliis modis per Afflict.deciſio.98.& per Marſil.in ſingu.412. plures, Ioan. Cephalum conſil. 139.vol.1.Clar. plenius, quàm alium in tracta. de feud.queſtio.31.& in tracta.de iure emphy.in d.q.13.verſic. Sed nunquid, cum aliis ſequen.& per Vrſillum in addi.Afflicti in deciſio. 107. nume.7.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOTA alienans partem ſuam alteri emphyteotę poſſet vtique alienare indiſtinctè etiam irrequiſito domino.*

2 *Iulij Clari laudes.*

3 *Emphyteotę poſſunt inter ſe diuidere rem emphyteoticam,abſque domini conſenſu.*

4 *Emphyteota, ſeu vaſallus alienans partem emphyteoſis,vel feudi irrequiſito domino,cum proteſtatione,& clauſula appoſita in inſtrumento, quòd talis alienatio intelligatur facta reſeruato ſemper conſenſu Eccleſię, ac domini,debet priuari pro illa parte alienata,& pro illa parte cadit à iure ſuo.*

OPINIO CCXLI.

1 EMPHYTEOTA ſine domini conſenſu, ac eo irrequiſito rem emphyteoticam alienans,regulariter cadit à iure ſuo, vt docuimus abunde ex communi opinione in ſuperiori proxima Opinione.Sed hoc non procederet,vbicunq; emphyteota partem ſuam alienaret alteri emphyteotę, tunc vtique alienare poſſet in alium emphyteotam partem ſuam, etiam irrequiſito ipſo domino,ſecundum Barto.Caſtren.& cæteros in l. qui Romæ §.duo fratres ff.de uerb.oblig.& in l. cum hi.§.ſi vni ff.de tranſact.Io.And.in addi.ad Spec. in titu.de locato. §. nunc aliqua uerſ. 72. Calde. conſi.10.in titu.de locato,Ang.in l.ſi domus §.ſi na.in princ.ff.de lega.1.Saly.in l.ea lege C. de cõditio.ob cauſam,Alex.conſ.189.col.3.vol.2. Bartol.in l.& ideò ff.de condi.furti.& conſ.52. Marſil.ſingu.28.emphyteota alienans. Et licèt non deſint aliqui,qui teneant contrarium,de quibus meminit Iaſ.in l.1.nu.116.C.de iure emphy. nihilominus opinio Bar. & ſequacium communis eſt,ſecundum Iaſ.in d.§.duo fratres,nu.24.

2 Et Illuſtrem D. Iulium Clarum, qui melius, quàm

quàm alius, quem hucuſque viderim olfecit, ſeu guſtauit in omnibus ſuis ſcriptis communes opiniones in tract. de emphyteoſi. q. 14. quero, nunquid plures emphyteotæ.

3 Vbi etiam oſtendit copioſè etiam more ſuo Cõis opin. ex communi opinione Docto. emphyteotas quoque poſſe inter ſe abſque domini conſenſu, videlicet, rem emphyteoticam diuidere.

4 Sed quotieſcunque emphyteotæ non inter ſe, ſed aliis extraneis alienarent aliquam partem emphyteoſis irrequiſito domino, & cum proteſtatione, ſeù clauſula appoſita in inſtrumento, quod huiuſmodi alienatio intelligatur facta, reſeruato ſemper conſenſu Eccleſiæ, & domini, tunc pro illa parte dumtaxat alienata cadit à iure ſuo, & ipſa pars alienata deuoluta cenſetur, non obſtante dicta proteſtatione, vt determinauit Sacrum Regium Concilium Neapolitanum, teſte Gramma. deciſio. 49. vbi ſcribit cum aliis glomeratis per ipſum, nu. 2. hoc idem procedere in feudo, videlicet, quòd vaſallus alienans partem feudi, debeat ſolùmodo priuari pro illa parte alienata, & affirmat iſtam eſſe communem opinionem prout veriſsima, & tutiſsima apparet. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOTA ius emphyteoticum donare poteſt, etiam irrequiſito domino, quod declaratur latiſſimè infra.*

OPINIO CCXLII.

1 EMPHYTEOTA ius emphyteoticum donare poteſt, etiam non requiſito domino, ſecundum Glo. in l. fin. in verſ. alius vendere, C. de iure emphyt. quam communiter approbant Docto. vt ſcribit Cois opin. Alexan. in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. & conſilio 90. ſuper eo in fin. lib. 4. & conſ. 189. col. 3. vol. 2. & Alciat. conſi. 8. nu. 4. tomo 2. lib. 6. fol. 116. & Alex. conſ. 120. ſuper eo quod quæritur, nume. 5. uol. 1. vbi eam declarat: quoniam non eſt eadem ratio donandi, & vendendi, l. nec adiecit ff. pro ſocio.

¶ Si verò teſtator ſimpliciter legaret, vel donaret prædium emphyteoticum, tunc coharctatur iſta communis, & emphyteota ipſe priuatur ſuo iure, ſecundum Barto. in d. l. ſi domus §. fin. Cõis opin. cuius opinionem aſſerit eſſe communem Alex. ibi, Corne. conſ. 84. uidetur colum. 1. uol. 2. & Iaſo. conſ. 109. ſpectabilis vol. 2. Et ratio iſtius limitationis videtur hæc. Nam teſtator uidetur legãdo malè vti re ſibi in emphyteoſim data: cùm ex eo paretur legatario cauſa cõtra dominum præſcribendi, auth. qui rem C. de ſacroſan. eccle. vt per Bald. in l. ædem C. locat. col. 1. in l. vſufructu ff. ſolu. matrimo.

¶ In contrariam verò ſententiam, videlicet, quòd emphyteota fiſci, vel priuati donare, ac legare poſsit non requiſito aliter domino, inclinauit Bal. conſ. 160. quæritur lib. 1. cum aliis congeſtis per Alex. in d. l. ſi domus §. fin. ubi Iaſ. nu. 34. & ſeq. poſt Alex. conſ. 17. colum. fin. volu. 5. audacter ſequitur, & atteſtatur iſtam eſſe communẽ opinionem contra Bar. Cardina. Floren. etiam in c. potuit de locato, & Moder. in c. cum M. Ferrarienſis de conſtitu. & ſequitur quoque, declarat vtiliter, atque ait magis communem cum aliis ferè innumeris citatis per eum Clar. in tractatu de iure emphyt. quæſtio. 15. per totam, & Alexã. in d. conſ. 120. ſub nume. 20. ſimiliter tenet Bal. conſ. 139. diuiſio. vol. 4. in caſu ſimili, quòd emphyteoſis diuidi poſsit irrequiſito domino. In iſto igitur conflictu opinionum, & ne res emphyteotica rediret ad dominum d. §. fin. quàm optimè, ac tutiſsimè ageret emphyteota iudicio meo, vt ante teſtamentum, & legatum obtineret, impetraret, & haberet conſenſum directi domini de legando, vel donando emphyteoſim, ſecundum Alex. in d. §. fin. & hoc modo tolleretur penitus omnis dubitatio, & dato emphyteota in omnem euentum, quòd donaret, vel legaret emphyteoſim, ob hoc non poſſet eam tradere, uel aliquem in poſſeſsionẽ inducere, vt per Modern. in addi. ad Alexand. in d. conſ. 120. in litera E, & Curt. Iuni. conſ. 130. circa fin. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ECCLESIA poteſt rem ſolitam concedi in emphyteoſim, vel feudum, caſu quo reuertatur ad eam, eam concedere abſque ſolemnitate, & authoritate ſuperioris.*

OPINIO CCXLIII.

1 RES ſolita in emphyteoſim, vel feudum concedi, caſu quo reuerteretur ad Eccleſiã, Eccleſia quippè poſſet illam concedere abſq; ſolemnitate, authoritateq; ſuperioris, iuxta doctrinam Federi. de Senis conſ. 174. quem ſequuntur Scriben. in c. vt ſuper. de rebus eccleſiæ non alienan. Specu. in §. ſequitur ver. & hoc, circa finem in titu. de locato, vbi Io. And. audacter aſſeuerat ita in practica ſeruari, & Moder. in c. 1. de precariis. EMPHYTEOSIS Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOSIS finitæ propter generationem, & reuerſæ ad dominum per deſcendentes, ſeù hæredes emphyteutæ, ſeu generationis finitæ, poteſt peti confirmatio, et ſi dominus negauerit, poſſunt appellare ad ſuperiorem, & implorare officiũ iudicis pro renouatiõe huiuſmodi faciẽda.*

2 *Eccleſia*

2 *Eccleſia determinans rem emphyteoticam ad ſe reuerſam pro ſe retinere, non tenetur de illa inueſtire hęredes, & deſcendentes vltimi morientis.*

3 *Emphyteoſis renouatio facta in extraneo, re non integra, excludit conſanguineos vltimi morientis à renouatione ipſis ſpectante, ſecundum vnam communem opinionem, licèt & altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, ſed hoc reſoluitur per irrefragabilem diſtinctionem.*

4 *Emphyteoſis renouatio infra quantum tempus peti debeat remiſſiuè.*

5 *Emphyteoſis renouatio fieri debet, non obſtante quòd primus accipiens in emphyteoſi ceciderit propter inobſeruantiam.*

6 *Emphyteoſis renouatio ob canonem non ſolutum peti non poteſt per deſcendentes, & hæredes vltimi morientis.*

7 *Emphyteoſis renouationem petens, opus eſt, vt ille inſtitutus hæres ſit. Sed inſtituto hęrede extraneo, his præfertur non inſtituto.*

8 *Emphyteoſis renouari debet generatione finita, etiam agnatis, & collateralibus, dummodo ſint hęredes inſtituti.*

9 *Emphyteoſis renouationem petens, debet eſſe hęres vniuerſalis, uel ſucceſſor ſingularis; & tunc ſucceſſor ipſe ſingularis præfertur hęredi vniuerſali penes quem res non extat.*

10 *Emphyteoſis renouari debet agnatis, etiam ſi eccleſiaſtica ſit.*

11 *Emphyteoſis renouatio debet agnatis renouari, etiam ſi noua ſit.*

OPINIO CCXLIV.

1 EMPHYTEOSI finita propter generationem, & reuerſa ad dominum, deſcendentes, ſeù hęredes iſtius emphyteotę, ſeù generationis finitæ poſſunt petere confirmationem; & ſi dominus denegauerit, poſſunt appellare ad ſuperiorem, pariter ac implorare officium iudicis pro renouatione prædicta facienda, ſecundum doctrinam Bar. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotidia. & æſti. communiter approbatam à Doct. vt refert Barbatius in c. reſcripto col. 4. de locato, & cõducto, *Cõis opin.* Marſil. in ſing. 419. licèt in re ſua, Alciat. conſ. 27. placet mihi, nu. 4. lib. 1. primi tomi fol. 14. Boerius deciſio. 107. circa fin. & Ripa in tract. de peſte, in titu. de remediis præſeruatiuis contra peſtem, nume. 260. cum aliis ſeq. Clarus copioſe in tracta. de iure emphyt. q. 43. & iſtam communẽ declarat Ioan. Cephalus conſ. 147. nume. 5. 21. 22. & ſeq. vol. 1. & ſequitur etiam nouiſsimè poſt alios relatos per eum Pariſi. conſ. 118. nume. 55. lib. 1. D. Horati. Mandoſi. cumulatiſsimè in additio. Roma. conſi. 22. in litera K, & conſ. 70. in litera G, & D. meus Oradinus deciſ. 107. in princ. & Iacob. Philip. Porti. ſeu potius Anton. Gabriel. in conclu. 12. finita emphyteuſi lib. 1. qui prædicant hanc eſſe magis communem opinionem, & ponunt eam pro regula.

2 Et ſententia iſtorum de plano procedit, & abſque dubio aliquo, quando vult Eccleſia rem ipſam emphyteoticam alteri locare, tunc agnati admittuntur ad renouationẽ. Sed ſi Eccleſia nollet alteri concedere, ac vellet pro ſe retinere, vtique poſſet, ſecundum Abb. & Imol. in c. bonę, de poſtula. prælat. Aret. in l. ſi mihi ff. de verb. oblig. Curti. Seni. conſ. 48. Calca. conſ. 8. nu. 45. & iſta eſt communis opinio, teſte Horatio Mandoſio in *Cõis opin.* addi. Roma. in d. conſ. 22. in litera K, in 5. limitatio. & Petro de Beninten. deciſio. 19. ubi aſſerit ita fuiſſe deciſum in Rota Bononienſi.

¶ In contrariam uerò partem, & malè, & ieiunis quidem rationibus, videlicet, quòd ſi Eccleſia uellet rem reuerſam pro ſe retinere, teneatur inueſtire de eadem re hæredes, & deſcendentes vltimi morientis, inclinauit cõſulendo Thobias Nonius conſ. 3. per totum, ubi præſupponit iſtã eſſe communem ſententiam. Tamẽ ne erres noli modo aliquo recedere in actu practico à prima *Cõis opin.* opinione realiter cõmuni, & ſacroſancta, quam interpretatur prudentiſsimè locum ſortiri Berous conſil. 98. uiſa facti ſpecie, ſub nu. 16. vol. 1. ubicũq; Eccleſia hoc ageret ex cauſa.

3 Limitatur, itaq; primò præallegata communis opinio, quando eſſent extranei hęredes inſtituti: Et ſic ubicunque res non eſſet integra, & renouatio ipſius emphyteoſis facta foret in extraneo, ad eius renouationem conſanguinei admitti nequirent, ſecundum Ange. conſ. 110. in fin. Roma. conſ. 70. ſub nume. 3. Afflict. in c. 1. ſub num. 4. quemad. feud. ad fil. perti. Alex. conſ. 10. nu. 9. vol. 3. & conſ. 83. nume. 3. vol. 7. Marſil. in d. ſing. 419. & Gozad. conſ. 39. ſub nu. 2. 17. 18. & 19. & conſ. 71. nume. 1. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd etiam re non integra exiſtenti proximiores admittantur, inclinarunt Alex. nume. 20. & Iaſ. in fin. in l. ſi mihi, & tibi ff. de uer. oblig. Ripa in d. l. 1. nume. 1. ff. de priuil. credi. Pariſ. conſ. 8. num. 4. vol. 2. Curt. Seni. conſ. 47. nume. 10. & Gozad. cõſil. 86. & Horati. Mandoſi. in addi. Roma. in d. cõſil. 22. ſub litera K, ubi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Sed quid ego infœlix peccator dixerim in tam dubitabili paſſu? concurram igitur cum diſtinctione tutiſsima (iudicio meo) tradita ſuper hoc per Curti. Seni. in d. conſ. 47. & Gozad. in d. conſ. 86. concludentes in præcitatis locis, quòd aut agnati fuerunt negligentes, & renouatio fuit facta extraneo, & eo quippè caſu dubio procul illa valeret, & teneret. Aut non fuerunt negligentes, & tunc, non obſtante renouatione extranei, deberet nempè agnatis fieri renouatio, & iſtã diſtinctionẽ tanquã ſacroſanctã reperio approbaſſe Rotã Ro. teſte D. meo Oradino in d. deciſ. 107.

4 Et infra quantum tempus debeat peti confirmatio iſta vide Mandoſium in additio. Roma. in d.conſ.22.in litera K, in 8.limitatio. Alex. & Pariſi.declarantes,in additio.ad Barto. in d. §. permittitur.

5 Vbi etiam dicit in fin. addi. ipſe Pariſi. quòd deſcendentes poſſunt petere renouationem emphyteoſis, etiam ſi aſcendentes fuiſſent priuati, eo quia ueniſſent contra conuentiones. Et ita deciſum extitit etiã in Rota Rom.ſub die 25.Octobris 1568.atteſtante D.meo Oradino in deciſio. 178. renouationem faciendam eſſe,non obſtante,quòd primus accipiẽs in emphyteoſim cecide rit culpa ſua propter inobſeruantiam.

6 Limitatur præfata communis ulterius per Iaſo.in l.2.nume.21.C.de iure emphyt. habere locum quando emphyteoſis expiraſſet per generationem finitam, ſecus ſi per canonem non ſolutum,& idem firmant Anchara.conſ.174.colum. pen.Alex.in d.l.ſi mihi col.pen.Gozadi.conſ.46. nu.16.Soci.conſ.167.nume.23.vol.2.Deci.conſ. 329.circa fin.Ripa in l.1.col.3.ff.de priuile.credi.& Anto.Gabriel.in d.cõcluſione 12.in 1.limi.

7 Itidem aduerte, quòd opinio prememorata Barto.communis in d.§.permittitur,abſque ſcrupulo aliquo ſortitur locum etiam, vbicunque petentes renouationem,reperirentur inſtituti hęredes,ſecus uerò ſi extranei inſtituti forent: quia illi tunc præferri deberent,teſte Alex. in l. ſi mihi, & Titio ff.de uerbo.oblig. & Apoſtil. ad Abb. in c.bonæ memoriæ de poſtul. prælato. vbi firmat, quòd extranei inſtituti præferuntur non inſtitutis,& Berous etiam in d.conſil.98.nume.9. 10.& & 27.uol.1.

8 Necnon interpretatur quoque eadem communis opinio, vt tam deſcendentes, & agnati, quam collaterales etiam, & cognati, dummodo ſint hæredes inſtituti, renouationem petere queant,ſecundum Imol.conſ.27.nume. 3.Ruin. conſ.12.nume.20.uol.1.& Deci.conſ.131.vbi in medium reſeruauit etiam iſtam eſſe communem opinionem,& D.meus Oradinus quoque in d.deciſ.107.poſt princ. & Hierony. Gabriellius conſ. 30.Alphonſus,ſub nume.10.uol.1.

Cõis opin.

9 Similiterque renouationem petens, neceſſariò debet eſſe hæres vniuerſalis, vel ſaltem ſucceſſor ſingularis in re,quo nempè caſu ſucceſſor ipſe ſingularis pferretur hæredi vniuerſali penès quẽ res nõ extaret, ex teſtimonio Dec.cõſ.78.circa fi.

10 Poſtremò opinio communis præmemorata ſine dubio obtineret etiam locum, & procederet in emphyteoſi eccleſiaſtica,ſecundum Anchara. conſilio 171.& conſ.174.Alexan.conſ. 80. uol.1. Imol.in dicto conſ.27.Ruin. in d. conſ.12.Deci. in d.conſ.131.colum.penult. Hierony. Gabriel. in d.conſ.30. ſub nume.10.& iſta eſt communis opinio,atteſtante Claro in d.quæſt.43.& D. meo Oradino in d. deciſio. 107. ſecundum quam, ita iudicaſſe, & tenuiſſe DD. de Rota recenſuit, & huic ſententiæ accedit etiam Berous in præcitato conſ.98.nume. 5. & 45.uolu. 1. & Ruin. conſ. 151.nu.16.uol.1.

Cõis opin.

11 Qui deducit eam ſimiliter procedere ſi emphyteoſis noua ſit.

¶ Alias uerò declarationes ad iſtam communem ponit Corſetus in additio. Abb.in uerſic.Renouationem in c. bonę, il ſecundo de poſtulatio. prelat. Clar. in dicta quęſtio. 43. per totam, Horati. Mandoſi. in additio. Roma. conſilio 22. in d. litera K, & Anto. Gabriel. in dicta concluſione 12.

SVMMARIVM.

1 *HAEREDVM appellatione etiam extranei includuntur. Niſi quando ſit mentio de hęredibus maſculis. Et niſi quando eſſet aliqua conie-ctura in contrarium,vt non intelligatur de extraneis, & quando concederetur aliquid alicui,& hæredibus ſuis.*

2 *Emphyteoſis conceſſa alicui, & hæredibus ſuis ad extraneos non tranſit, ſecundum unam communem opinionem. Sed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem ipſa emphyteoſis ad extraneos hæredes porrigitur.*

OPINIO CCXLV.

1 REGVLA eſt, quòd ſub nomine hæredum, etiam extranei includuntur, l.ſciendum l.hæredis appellatio.ff. de uerbo.ſignific. & l. annalibus C.de lega.iſta uerò iura, quę ad hoc per Doctores allegantur de numero hęredũ, uidentur loqui, vt omnes ueniant in infinitũ, probatur etiam iſta concluſio ex eo,quòd nomen hæredis generale eſt,& in plures ſpecies diſtinguitur, vt inſtit.de hæred. qual.& differen.in prin.Nam hęres dicitur,id eſt dominus in l. Nerua.§. legis. ff. ad leg. Aquil. & ſecundum iſtam concluſionẽ arguit Ange.conſ. 350.chariſsime Frater. EMPHYTEOSIS

¶ Et procedit hoc etiã ſi dicatur pro hęredibus ſuis,l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita. ff. de uerbo. obliga.not.Specu.in titu.de locat.§.nunc aliqua ver.113.Bar.& Doct.in l.Gallus §.etiam ff.de liber.& poſthu.& Alex.conſ.9.col.2.uol.2.

¶ Iſta uerò regula fallit, qñ dicitur de hęredibus maſculis: tunc enim non ueniunt extranei, ſed dumtaxat deſcendentes, ſecundum Ray. de Forliuio in diſputa.incipi.quidam habebat duos filios,quem ſequitur Bald.in l. Gaius col. pen. ff. ſoluto matrimo.& in d.l.Gallus §.etiam in fi. diſtin.Barto.quem refert cum concordantibus traditis ibi p eũ Alex.col.3. & in l.qđ dr in 6.chart. ff.de uerb.oblig.& conſ.105.perſpectis uol.1.

¶ Coharctatur ſecundò prædicta concluſio non procedere, quãdo aliqua coniectura eſſet in cõtrarium,ut uerba de extraneis hęredibus non intel

intelligerentur, vt eſt text. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. ibi enim conditio, ſi ſine hęrede deceſſerit, intelligitur tantùm de liberis: quia illa conditio etiam ſi intelligeretur de extraneo hærede, quodammodo impoſsibilis redderetur, vt declarat Abb. in c. in præſentia de probatio. in princ. Gloſſ. Barto. & Docto. in d. §. fin. & Angel. conſil. 305. & conſ. 265. Cumanus conſ. 125. Alex. conſil. 105. vol. 1. & conſ. 17. uol. 2.

2 Interpretatur poſtremò iſta regula, quando emphyteoſis fuiſſet conceſſa ab Eccleſia alicui, & hæredibus ſuis, tunc quippè ad extraneos hæredes non porrigeretur, ſi nominatim non fuerit dictum quibuſcunque hæredibus, §. emphyteoſim in authen. de non alienan. & not. Barto. in l. etiam, & ibi Alexand. ff. ſolut. matrimo. & idem Alex. fatetur iſtam eſſe communem opinionem conſilio 23. oportunè conſideratis colum. 2. uol. 1. Imol. in dicta l. ex facto §. fina. Deci. in d. cap. in præſentia, nume. 153. & ſequen. & conſ. 117. Afflict. deciſio. 100. Gozadi. conſ. 39. Ruinus conſ. 161. uolum. 1. Pariſ. conſilio 84. & 85. uolu. 4. & Boeri. deciſio. 268. nume. 7. & Clarus cum aliis ſignatis per eũ in tract. de iure emphy. q. 28. uer. Tertius eſt caſus, ubi congerit Doct. cõtrariæ ſententiæ, uidelicet, quòd ipſa emphyteoſis tranſeat ad extraneos hæredes, refertque iſtorum opinionem magis communem eſſe, & copioſè declarat. Sed in deciſiuis nunquam recederem à prima ſententia Barto. & ſequacium, tum quia ſecernitur realiter magis communis, tum etiam, ſiquidem conſuetudine ſeruatur, vt affirmat conſulẽdo Thobias Nonius poſt alios coaceruatos per eum conſil. 2. nume. 30. & ſeq.

Cõis opin.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOSIS conceſſa priuato comprę hendit naturales, niſi conditio concedentis aliud ſuaderet.*

OPINIO CCXLVI.

1 IN emphyteoſi conceſſa priuato compræhenduntur naturales, niſi conditio concedentis aliud ſuaderet, ſecundum communem aſſertionem Doctorum, quam ſequitur, & citat Alexand. in l. ex facto §. ſi qs rogatus col. 13. ff. ad Trebell. Abb. Deci. nume. 136. & Moder. in c. in præſentia de probatio.

EMPHYTEOSIS

¶ Contrarium uerò tenuit Angel. in l. generaliter §. cum autem C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. quoniam uerba dubia in contractibus interpretanda ſunt contra illum, qui ſtipulatur, l. ueteribus ff. de pact. & uerba in dubio propriè accipiuntur, l. 1. §. is qui ff. de action. filius uerò naturalis non dicitur propriè filius ff. de his qui ſunt ſui, & iſtam partem ſcribit eſſe veriorem Deci. in loco præcitato, tandem ipſe conatur præfatas opiniones ad bonam conſonantiam, & concordiam reducere, quam uidendam ſuademus, quia eſt ueriſsima.

SVMMARIVM.

1 *REMISSIO penſionis non eſt facienda emphyteotæ ob ſterilitatem, uel ob alium caſum fortuitum.*

2 *Remiſsio mercedis, & canonis tempore belli habet locum in contractu emphyteutico, quando propter timorem hoſtium fundus datus in emphyteoſim coli non poſſet.*

3 *Emphyteota propter diffidam guerræ canonem, & mercedem ſoluere non tenetur.*

4 *Diffida eſt initium belli, quæ fieri debet antequam Chriſtianus, Chriſtianum offendat niſi authoritas iuris, uel iudicis conceſſa ſit ad offendendum.*

5 *Diffidæ tempus computatur inter tempora belli, ex quo diffidare eſt licentiare quemlibet ad offendendum.*

6 *Emphyteota non tenetur ſoluere penſionem tempore treugæ.*

7 *Bellum quod actualiter ſit, vel ſola belli ſuſpicio paria ſunt, ad hoc vt penſionis remiſſio ob cauſam belli fiat.*

8 *Metus eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio.*

OPINIO CCXLVII.

1 EMPHYTEOTAE nulla eſt facienda remiſsio penſionis ob ſterilitatem, vel ob alium caſum fortuitum, ſecundum Iacob. de Arena, Cyn. Bartol. Bald. Angel. Salyce. & cæteros omnes in l. prima, per text. ibi, C. de iur. emphyt. Specul. in titu. de emphyteo. §. nunc aliqua, uerſic. 137. Gloſ. Abb. Anto. de Butr. Imol. & Barba. nume. 17. in c. potuit de locato, vbi Abb. colum. fina. præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, prout hanc fore communem ſcholam Legiſtarum, atque Canoniſtarum omnium, fatetur etiam Cotta in memoriali, in verſic. Conductor poſt princip. & Natta conſ. 49. nume. 15. & ita conſuluit Areti. conſ. 55. colum. 1. & Alberi. de Roſa. in dicta l. 1. referens ibi pro hac parte conſuluiſſe in arduis quidem cauſis, & poſtremò obtinuiſſe, & ſic conſuluit, ac iudicauit pariter Collegium Paduæ, teſte Abba. in dicto capit. potuit, & ſequitur quoque, dicitque communem, atque limitat Clarus in tractat. de iure emphyt. quæſtio. 8. uerſicu. Sed nunquid propter ſterilitatem.

Cõis opin.

2 Et iſta communis, quòd remiſsio ob ſterilitatem rei emphyteoticę fieri nequeat, limitatur nõ procedere propter guerram, cum eo tempore remiſsio penſionis, & canonis fienda ſit, ſi fundus datus in emphyteoſim coli non poſſet propter timorem hoſtium, vt concedunt Iacob. de Arena, Cyn. Bar. Saly. Bal. & Iaſ. col. 4. in d. l. 1. C. de iur. emphy. Glo. Iacob. de Bel. & Bal. in l. interdum §. 1. ff. de acqui. poſſeſ. Glo. in authẽ. ſi quas ruinas C. de ſacroſan. Eccle. Ange. in auth. de non alie. §. quia verò coll. 2. & Doct. in d. c. potuit, vbi Bero. nu. 176. & Barbat. ſub nu. 17. ad lucem adducit Cõis opin. iſtam eſſe communem opinionem, & Abb. inibi ſub nu. 18. meminit etiam de eadem communi, & Boſsius in practi. crimi. in titu. de remiſsione mercedis conductorum, nu. 114. vbi in medium reſerauit communem hanc opinionem nõ obſeruari Mediolani, & eandem ſententiam contra cõmunem veriorem iudicauit Abba. in d. c. potuit, ſub nu. 18. vbi nunciauit ita aliàs in facti contingentia cõſuluiſſe Collegium Paduanum. Sed ego in actu practico nunquam recederem à memorata communi tanquam ſacroſanctiſsima.

3 Necnon propter diffidam guerræ emphyteota canonem minimè ſoluere tenetur, ſecundum Ioan. de Pra. in l. qui proprio §. item quæritur ff. de procur. & hoc non caret ratione: ſiquidem diffida eſt quodammodo initium belli, quæ fieri debet antequàm Chriſtianus, Chriſtianũ offendat, niſi iuris, vel iudicis authoritas ad offendendum conceſſa ſit, vt voluit Bal. in l. 2. col. 21. C. de ſerui. in auth. item nulla C. de epiſcop. & cleri. & in l. 4. C. de obſe. pa. præſtan. & Hoſtien. & Ioã. And. in uerſ. diffidatus in c. 1. de homi. lib. 6. in nouel.

4 Et conſequenter diffidæ tempus, computatur inter tempora belli.

5 Cùm diffidare ſit licentiare quemlibet ad offendẽdum, Bal. in l. 3. C. ad l. Falc. & Ang. cõſ. 14.

6 Nec itidem ipſe emphyteota tenetur penſionem ſoluere tempore treugę, per notata per Bal. in tit. de pace Conſtan. §. uaſalli, qui tempore in prin. Nam, ſecundũ plerosq; ex Scribentibus uariis in locis iuris noſtri, tempus treugæ, quod eſt dubium inter pacem, & guerram, poteſt nũcupari potius tempus belli, quàm pacis, vt not. in c. ſignificauit extra de Iudę. & ita arguit Anc[illegible] a. conſi. 88. præmiſſa facti ſerie diligenter conſiderata, ſub nume. 2.

7 Et ſic paria ſunt, quòd ſit actualiter bellũ, uel ſola belli ſuſpitio, vt penſionis remiſsio ob cauſam belli fiat, ſecundum Anchara. in loco præcitato, vbi refert dictum illud Senecæ in tragœdiis. Peior eſt bello timor ipſe belli, quem refert, & ſequitur Alexan. in l. diuortio col. 3. ff. ſolut. matrimo. Imol. conſilio 7. colum. 11. Iaſ. in l. clam poſsidere §. qui ad nundinas 8. not. ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. cùm te proponas, la prima, & ſeq. C. de transact. Lauren. Syluanus conſ. 28. viſo caſu propoſito, necnon inſtrumentis, nume. 7. & ſequentibus, Ioan. Iaco. Leonardus conſi. 117. altiſsimi redemptoris, nume. 168. cum duobus aliis ſeq. poſito inter conſilia feudalia Alberti Bruni, & Deci. in l. 1. num. 67. ff. de offi. eius. Vndè ſecundum Franciſcum Petrarcham de remediis aduerſę fortunæ, non immerito magis eſt timendus caſus inſtantis pugnę, quàm pugna ipſa. nam vix benè geritur quòd pauidè geritur. timor modeſtus cautionem, vehemens verò deſperationem parit; quarum altera nil in treuga melius: altera peius nil in rebus omnibus.

8 Metus enim eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, l. 1. §. metus ff. quod metus cauſ.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOSIS eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos hęredes, ſecundum unam communem opinionem, ſed ſecundum alterã ſententiã contrariam, ſimiliter communem, ipſa emphyteoſis, tranſire uidetur ad dictos hęredes extraneos. Sed retenta prima opinione, limitatur infra non procedere ſi emphyteoſis, ſeu feudum reperiretur receptum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque, tunc enim tranſiret ad hęredes extraneos.*

OPINIO CCXLVIII.

1 EMPHYTEOSIS eccleſiaſtica, quamuis ad filios tranſeat, nihilominus ad extraneos hæredes non tranſiret aliquo modo; & ſic emphyteoſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hęredibus nunquã tranſit ad extraneos hęredes, ſed dumtaxat ad filios, ſeu deſcendentes ipſius recipientis, §. emphyteoſim, & ibi not. in authen. de non alie. Gloſſ. & omnes Doct. in l. etiam ff. ſolut. matrimo. Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 115. Bart. Bal. Ang. & cæteri in l. Gallus §. etiam ſi à parente ff. de liber. & poſthu. & in l. in conuentionibus ff. de verbo. obligatio. Calderi. conſ. 6. in titu. de loca. & iſtam ſententiam magis communem fore affirmat Alex. in l. quędam §. nihil, nume. 6. ff. de æden. conſil. 23. uol. 2. uol. 1. conſil. 8. colum. 4. conſil. 37. colum. fin. volum. 2. conſ. 89. volu. 4. & conſil. 129. volu. 5. Imol. in l. ex facto §. fina. ff. ad Trebel. Gul. Benedict. in c. Raynutius in ver. Si abſque liberis ſecundò, nume. 29. de teſta. Aret. conſil. 55. in fin. Deci. conſil. 171. colum. 1. & in c. in præſentia, nume. 44. de probatio. Ruin. conſilio 117. colum. 11. uol. 1. & conſil. 109. nume. 30. volu. 3. Goza. conſil. 39. nume. 6. Curti. Iuni. conſil. 130. nume. 5. Segura in l. cohæredi. §. cùm filiæ, numero 160. ff. de uulga. & pupil. Pariſi. conſilio 98. nume. 8. uol. 2. Soci. Iuni. conſil. 71. nume. 3. uolu. 1. & conſilio 79. nume. 5. & ſequen. volumine 4. & ultra prędictos ſequitur quoque eandem opinionem, & ait, quòd conſuetudo Cõis opin.

ferè ubique eam approbat Corne.conſ. 100. colum. 11. vol. 4. & Afflict.deciſio. 100. num. 1. qui teſtatur de communi, & refert ita extitiſſe iudicatum in Sacro Regio prætorio Neapol. & Cæſar Vrſillus etiam copioſè ibi in additio. Afflicti, & Iulius Clarus cum aliis propè innumeris ſignatis per eum in tracta. de emphyteoſi quęſtio. 28. incipiente, quęro nunquid emphyteoſis tranſeat ad extraneos hęredes, ubi utiliter, & laborioſè quidem declarat dictam opinionem, ſequitur, & ait ita in facti contingentia conſuluiſſe Collegium Papienſe.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, quòd emphyteoſis ipſa eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos hæredes, inclinauit Imol. titubanter in lege quod dicitur ff. de verborum obligatio. quem refert Corne.conſ. 131. nu. 13. & conſ. 172. nume. 17. uol. 2. & Soci. Iuni. conſ. 124. colum. fin. uol. 1. & Clarus cum aliis relatis per eum eiuſdem ſententię in dicta quæſtio. 28. verſ. contrariam uerò ſententiam, vbi affirmat iſtam eſſe communem poſt citatos per eum; & antedictæ opinioni Imolę, quòd emphyteoſis eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos hæredes, inhæret ſimiliter Natta conſil. 117. Inſignis Doctor, nume. 3. uolum. 1. & Cephalus cum quodam moderamine, ſeu diſtinctione conſulendo cōſilio 9. bona præpoſiturę Eccleſiæ, nume. 8. cum aliis ſeq. uol. 1. *Cōis opin.*

¶ Tamen in deciſiuis noli aliter recedere à priori ſententia, quæ apparet tutior, verior, & cōmunior, quòd dicta emphyteoſis eccleſiaſtica indiſtinctè conceſſa nunquam tranſeat ad extraneos hæredes, & cum ea concurrit Ioannes Bapt. Ferrettus conſil. 103. nume. 11. vltra præcitatos Scribentes, uol. 1. ubi uocat eam magis communem, & conſuetudine approbatam Paulus de Monte Picho in l. Titia §. Titia cū, q. 37. ff. de leg. 1. Alciat. conſil. 27. placet mihi concluſio, nume. 1. fol. 15. & conſ. 39. licèt magis communis tomo 1. lib. 1. fol. 17. & Bertran. conſ. 129. uiſo, & pōderato caſu nume. 13. uſque ad nume. 24. uol. 8. & ſcripſimus etiam in Opinio. 98. regula eſt ante finem.

¶ Sed iſta ſententia magis communis ita retenta, limitatur ſecundum Bald. in l. 1. ff. de rerum diuiſio. in quęſtio. 24. non procedere ubicūque quis accepiſſet feudum, ſeù emphyteoſim pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſcunque: quia dictio illa quibuſcunque, tunc porrigeret feudum ipſum ad omnes hæredes, etiam extraneos per text. in c. 1. de feudo non habēte propriam naturam, & ita cum Bald. cōcurrit Roma. in l. etiam in princ. ff. ſolu. matr.

¶ Limitatur etiam quotieſcunque inueſtitura feudi conceſſa foret pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque: quia Bald. in c. 1. in princi. de prohib. feud. alienatio. per Feder. firmat, quòd ſi recipio feudum pro me, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quòd iſta uerba non ſolùm compræhendunt tria genera hæredum, ſcilicet uoluntariorum non ſuorum, & neceſſariorum tantùm, de quibus inſtitutio. de hęred. qualit. & diffe. in princip. Sed etiam continent legatarium, l. quędam §. his autem ff. de edendo: quia legatarius in re legata quodammodo eſt hæres, l. id tempus §. primo. ff. de vſucap. pro quo, licèt non alleget, facit l. 1. §. permictitur, ibi qualitercunque hæredem, & ſucceſſorem ff. de aqua quotidia. & æſti. & huiuſmodi opinionem, quòd emphyteoſis conceſſa ab Eccleſia pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tranſeat ad extraneos hæredes, ſequitur etiam, & meminit ita in facti contingentia obtinuiſſe in Sacro Regio Concilio Neapolitano Vrſillus in adnotationibus ad Afflictum in d. deciſio. 100. poſt princ. Et ratio eſt iſta, ſecundum Barthol. Socin. in conſilio 45. capiendo circa princip. colum. 2. uolum. 1. quia tunc ueniunt hęredes ipſi extranei ac ſi mentio expreſsè de eis facta fuiſſet. Imò tunc tranſit emphyteoſis ipſa ad legatarium etiam, de quo uide itidem Bald. in l. etiam filios ff. ſoluto matrimo. & Corne. conſilio 13. in præſenti, uol. 3.

SVMMARIVM.

1 *EMPHYTEOSIS Eccleſię ſuſcepta pro ſe, & hęredibus ſuis compręhendit tam fœminas, quàm maſculos, & ſic filij, filięque in ipſa emphyteoſi vnà ſimul ſuccedunt.*

2 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, ſtante ſtatutorum excludente ipſas fœminas, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & conſequenter tranſiret primò ad filios maſculos, & eis deficientibus ad fœminas.*

OPINIO CCXLIX.

1 IN emphyteoſi pariter filij, filiæque ſuccedunt; & ſic vbicunque emphyteoſis Eccleſiæ ſuſcepta eſſet pro ſe, & hęredibus ſuis, compræhenderet tam fœminas, quàm maſculos, vt per Alexand. cum aliis ſignatis per eum in l. ſed ſi hac §. liberos ff. de in ius uocan. & latè Soci. Iuni. conſil. 79. nume. 6. uolum. 4. vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem; Et hoc caſu procedit argumentum de feudo ad emphyteoſim, vt ſcripſimus diffuſius ſupra in Opinione exordiente Argumentum de emphyteoſi ad feudum. EMPHYTEOSIS *Cōis opin.*

2 Sed dicta communis de plano procederet, dūmodo filiæ per ſtatutum ſtantibus maſculis à ſucceſsione non excluderentur, tunc enim emphyteoſis ipſa conceſſa, vt ſupra, ac etiam pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, ſtante memorato ſtatuto, intelligeretur ordine ſucceſsiuo, & ſic tranſiret ad filios maſculos primò,

primò, & eis deficientibus ad fœminas, ſecundum Barto. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi, ſub nume.5.ff.de oper.liber.Ancha.conſil. 125. numero 6.Alex.conſ.9.in princip.uolum. 5. Socin. conſil.51.nume.36.uolum.4.& Soci.Iuni. in dicto conſil.79.nume. 9. cum cæteris alle;atis per eum, vbi fatetur iſtam eſſe communem opinionem,& Curti. Iuni. quoque conſil. 171. materia præſentis,nume.3. *Cois opin.*

SVMMARIVM.

1 *PATER ſtipulans rem emphyteoticam pro ſe, & ſuis filijs, ordine ſucceſſiuo ſtipulari cenſetur, & ſic durante vita patris, primò ad ipſum emphyteoſis ipſa ſpectat, & poſt eius mortem, ad eam filij, filiæque admittuntur.*

OPINIO CCL.

1 *Emphyteosis* PATER ſtipulans rē emphyteoticā pro ſe, &ſuis filiis,ordine ſucceſsiuo ſtipulari cenſetur,& ſic durāte vita patris,primò ad ipſum emphyteoſis ipſa ſpectat, ac ad eam admittit, & poſt eius mortem filij, filiæque admittuntur, ſecundum Gloſ.in l. Gallus §. 1. ff. de liber.& poſthu.Bar.Bald. & cæteros omnes in l.quod dicitur ff.de uerb.obliga.Calderinum cōſil. 12.in titu.de loca.Capra conſil.5.col.1. Curt. Seni.conſ.73.col.5.Ancha conſ.143.in princ.& conſ.225.nume.7.Barbac.conſ.18.colum.8.uolu.2.Iaſ.in l.2.nume.186.C.de iure emphyt. Ioā. de Amicis conſ. 133. nume. 9. vbi affirmat cum dicta opinione totum mundum tranſire, & Corne.quoque conſ.47.nu.5.uol.4.& Pariſi.conſ.23. nume.129.uol. 1. & in effectu iſta eſt communis opinio,communiſque obſeruantia. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *EMPTORES poſſeſsionum Eccleſiæ eorum vita durante, cum pacto, quòd poſt eorū mortem ad Eccleſias ipſas reuertantur non committunt vſuram,& valet talis emptio.*

OPINIO CCLI.

1 EMENTES terras,ſeu poſſeſsiones ab Eccleſiis, vel Monaſteriis cum pacto, quòd poſt eorū mortem ad Eccleſias ipſas reuerterentur, committerēt uſurā:ex eo, quòd homines ſperarent diu viuere,& ſic ſperarent ſe amplius percepturos de prouentibus poſſeſsionum, quàm ſit pecunia,quam dederunt,vt voluerunt Raymundus,& Goffre. in Summa de uſuris, & alij relati per Boeri.deciſio.44.ſub nu.35.

¶ In contrariam uerò partem,uidelicet,quòd huiuſmodi emptores poſſeſsionum Eccleſiæ eorum vita durante non committant uſuram,& valeat talis emptio,inclinarunt Hoſtien. in Summa de vſur.§.an aliquo caſu,colum.fin.Ioan.And. in rub.de vſur.Archi.& Ioan.de Fantu. in cap. quicunque 13.q.4.Petr.Cynuſque in l.ſi pater puellæ C.de inoffi.teſta.& in l.ſi ea C.de vſur.vbi etiā Bald.Oldra.conſil.160.Roma.conſ.202. & 424. & iſtorum opinio communis eſt, & ueriorem eā ſequendo uocat Boeri. in d.deciſione 44. nu. 35. & ſequen.& ſequitur etiam Marſil. latè, & vtiliter declarat Cæſar Vrſillus in additio. Afflicti in d.deciſio.402.nume.1.cum aliis ſequen.in repe. rubr.C.de probatio.nume. 428.& ſeq. vbi ponit alium caſum ſimilem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *EMENS rem aliquam nomine proprio de pecunia aliena eſt ipſius ementis, & ei acquiritur,non autem illi cuius eſt pecunia.*

2 *Emens rem aliquam nomine proprio de pecunia Eccleſiæ acquirit Eccleſię, & non ſibi, quotieſcunque emptor eſſet adminiſtrator ipſius Eccleſiæ. Quod procedit etiam in re empta ex pecunia militis, vniuerſitatis, aut minoris.*

3 *Clericus emens prędium de fructibus, & pecuniis præbendę ſuæ non poteſt illud dare etiam intuitu pietatis, licèt pecuniam potuiſſet dare, quia ſtatim prædium fit Eccleſię, ſiue emerit nomine Eccleſiæ, ſiue ſuo, ſiue alieno. Quod non procedit vbicunque per prælatum pecunia Eccleſiæ eſſet alicui mutuata, & de illa, quis prędium emeret, quia tunc emens ex tali pecunia ſibi, non autem Eccleſiæ acquirit.*

OPINIO CCLII.

1 EMPTA res de pecunia aliena nomine proprio ementis, eſt ipſius ementis, & ei acquiritur,non autem illi, cuius eſt pecunia, l. ſi ea C.de rei vendica. Gloſ. in cap. inquirendum, & ibi Abb.num.5.& in c.1.nume.4.de pecul.clerico.

2 Sed hoc fallit non procedere in re empta de pecunia Eccleſiæ ab adminiſtratore ipſius Eccleſiæ, tunc enim empti dominium acquiritur Eccleſiæ,non ementi, vt uoluerunt Gloſſ. in capitulo Apoſtolico 12.quæſtio.11. Bal. in l.ſi quis presbyter C.de epiſc.& cler.Glo. Inno. Hoſt. Io. And.Abb.Card.Barbat.col. 1. & oēs cōiter in c. inqui-

inquirendum de pecul.cleri.Roma.in auth. ſimiliter col.6.C.ad legem Falcid.Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ cauſæ in priuileg. 120. Corſetus ſingulari in ver. Emptio, Aretinus in l. cùm hæredes in princ.ff.de acquir. poſſeſ. Lapus in allegatio.58.nume.12. & in allegatio. 74. quęro an res empta de pecunia, ſub num. 3.verſ. Licèt ſecus dicamus in milite, & Gloſ. in l. vxor marito ff. de donat.inter vir.& vxor.& in l. ut proponis C. de rei vendica. vbi dicitur in re empta ex pecunia militis, ſicut in re empta ex pecunia populi, aut minoris, l.2.quando ex facto tut.& l.3.C.arbitr.tute. eſt & in Eccleſia Gloſ. in l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, cuius opinionem prædicat communem eſſe Ripa in l. Senatus conſulto, nume. 16. ff. in quibus caſibus pign. vel hypot. contrah. pro qua videtur text.expreſſus in c. 1. 12.q.3.& 2. quæſt. ver.fixum. Cōis opin.

3 Quod adeò uerum eſt, inquit, quòd ſi clericus habens pecuniam de præbēda, emerit prædium, amplius non poterit illud dare, etiam intuitu pietatis, licèt pecuniam potuiſſet dare: quia ſtatim prędium fit Eccleſiæ, ſiue emerit nomine Eccleſiæ, ſiue ſuo, ſiue alieno, c.1. de pecul.cleri. & d. c. inquirendum.

¶ Hoc uerò limitatur non procedere, vbicunque per prælatum pecunia ſibi acquirit, & ſibi, non autem Eccleſiæ emit, ſecundum Bald. in c. Eccleſiæ, vt lit.penden.in l.etiam C.de fideicom. & conſ.298.uol. 1. & Bertachin. in tract. de epiſcopis 4. parte quęſtio. 44. quæro, vbi ait hoc de plano procedere ceſſante fraude.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR non percipiens, nec percipere valens fructus ex re empta, non tenetur uenditori ad intereſſe pretij non ſoluti à die traditionis rei uenditæ.*

OPINIO CCLIII.

1 EMPTOR qui nullos fructus percipit, neque percipere potuit ex re empta, vt quia ſterilis, uel alia ratione, nó tenetur ad uſuras pretij non ſoluti à die traditionis rei uenditæ ab emptore, ſecundum Cyn. Salyc. & Paulum in l. minorum C. in quibus cauſ.reſtitu. in integrum, non eſt neceſs. Salyce. in l. ſecunda, C. de vſur. Corne.conſilio 59.volum.3.Maria.Soci. conſilio 109.colum.2.uolum.1.Paul.Caſtren. in l. Iulianus §. vendito ff. de action. empti, Alexand. & Claudi.in l.de diuiſione colum.fina.ff. ſoluto matrimonio, & Iacobum Manchellum conſil. ſeù patrocinio, 5.ſub numero 6.& Cagnolum in l.curabit, nume.26. cum duobus aliis ſequent. C. de action. empti, vbi exclamat iſtam opinionem communem eſſe, atque refert alios Docto. contrariæ partis. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *EPISCOPVS regulariter diſpenſare poteſt vbicunque ſpecialiter, & expreſſè non prohibetur.*

OPINIO CCLIV.

1 EPISCOPO regulariter diſpēſare permittitur, niſi ſpecialiter, & expreſſè prohibitum reperiatur, & ſic epiſcopus diſpenſare poteſt vbicūque non prohibetur, ſecundum Doctores omnes in c. atſi clerici §.de adulteriis de iudic.& Specu.cum cęteris ſignatis per eum in titu.de diſpen.verſic. Nunc de epiſcoporum, ubi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *EPISCOPVS habet fiſcum, qui poteſt confiſcare Cameræ Epiſcopali bona confiſcanda clerici iuriſdictionarij, nec tenetur deuoluere, ſeu applicare ipſa bona Cameræ Romanæ.*

2 *Epiſcopus, ſeù eius Vicarius poteſt applicare Cameræ Epiſcopali pœnam pecuniariam, quam imponit laico pro crimine eccleſiaſtico perpetrato per eum.*

OPINIO CCLV.

1 EPISCOPVS habet fiſcum, ſeù procuratorem fiſcalem, & ſic omnia poteſt cōfiſcare, vel applicare ſuę Camerę, & in ſententia contra aliquem clericum iuriſdictionarium proferenda poteſt pœnam eius Curiæ Epiſcopali deuoluere, & applicare, non autem Cameræ Romanæ, ſecundum Butri. & Imo. ex mente Gloſſ. ibi in cap. quia diuerſitatem de conceſſ.pręben.Abb.Anani. & Socin in cap. excommunicatus, de hęret.in princip.Oldra.conſi. 302. Afflict. in præludiis conſtitutionum quęſt. 15.nume.9.D. Follerium iuris peritiſsimum, & ſummo ingenio præditum, qui ait hoc omnes tenere in practi.canonica crimi.titu. de denunciatione facta c. 5. nume. 14. & ſeq. Ioan. Bernar. Diaz.in practi.crimi.canonica c. 134. ubi deducit iſtam opinionem ueriorem eſſe, & obſeruari de conſuetudine generali; & Franciſcum Marci quoq; deciſione, ſeù q.339.nu. 10. cum aliis ſeq. in 1.par. & Fely. cum cęteris ſignatis per eum in c.cæterum de offi.ord.nu. 10. ex quibus apparet iſtam eſſe cōem opinionē, & vſu frequentiſſimo, & conſuetudine immemorabili approbatam. Cōis opin.

2 Imò

2 Imò pœnam pecuniariā, quam imponit Epiſcopus, ſeu eius Vicarius laico pro crimine eccleſiaſtico perpetrato per eū, poteſt ſimiliter applicare Cameræ epiſcopali: ex eo, quòd ipſe Epiſcopus habet fiſcum, vt elegantiſsimè, & doctiſsimè conſuluit Barbat. conſ. 39. poſito inter conſ. crimin. diuerſorum collecta per Ioan. Baptiſtam Zilettum in 1. vol.

SVMMARIVM.

1 AETAS debet probari per fundantem ſe in ea, ſiue is maior ſit, ſiue minor.

2 Fundamentum ſuæ intentionis quilibet tenetur probare.

3 Minor iurans in inſtrumento ſe maiorem, & allegans poſtmodum ſe minorem, non auditur, nec poterit hoc probare.

4 Subſtitutus pupillariter allegans pupillum deceſsiſſe in pupillari ætate non tenetur hoc probare, ſed eius intentio videtur fundata, & admittitur ad ſubſtitutionem, niſi per aduerſarium de maiori ætate probetur, ſecundum vnam opinionem, licèt nonnulli alij Doctor. ſentiant contrarium.

4 Aetâtem allegans, tunc eam probare tenetur, quando fundatur in ea, ita quòd ætas principaliter allegatur, ſecus quando actus allegatur, qui ad ſui validitatem acceſſoriè ætatem includit.

OPINIO CCLVI.

1 AETAS debet probari per fundantem ſe in ea, ſiue ea maior ſit, ſiue minor, ſecundum Glo. in cap. presbyter 78. diſtinct. & Abb. in c. in pręſentia de probatio. poſt alios relatos ibi per eum, & in c. 1. de reg. Bald. per i llum textum in l. ſi minorem, vbi latius inſiſtit Saly. C. de integr. reſtitu. Bart. l. 1. circa finē ff. de except. Corne. conſ. 98. vol. 1. Alexan. conſ. 147. num. 9. vol. 7. & Natta conſil. 249. reuoluto diligenter proceſſu cauſæ, num. 1. vol. 2. & iſtam
Cōis opin. ſcribunt eſſe communem Fely. Dec. num. 166. & Moder. in d. c. in præſentia.

2 Quia quilibet tenetur probare quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt per Parpal. in l. ſi quis maior in 1. nota. C. de tranſact. Corſetum in ſingu. in verb. qualitas, Felyn. in c. examinata de iudi. Iaſ. & Dec. in l. qui ſe patris col. 1. C. vnde liberi, & clarius in l. ſi emancipati col. 2. C. de collatio. & Fely. in in d. c. in pręſentia in Glo. in verb. ſecundæ.

3 Iſtaque communis ita probata interpretatur primùm non procedere, quando in inſtrumento iurans, vel fundans ſe in maiori ætate, etiam dixiſſet, & iuraſſet ſe maiorem: quia tunc ex inſtrumento ſatis probatur eum fuiſſe maiorem, & creditur ita eſſe, nec ipſe contrarium dicens audiretur, vt eſt text. in l. pen. C. ſi minor ſe maiorem dixerit circa fin. & Roma. conſil. 112. & Anchara. conſ. 126. Soc. conſ. 66. col. 8. vol. 1. & Cagnolus in d. l. ſi quis maior, nu. 42.

4 Limitatur ſecundò iſta communis in ſubſtituto pupillariter: nam qui allegat pupilum deceſsiſſe in pupillari ætate, ipſe non tenetur hoc probare, ſed eius intentio uidetur fundata, & admitti debet, niſi per aduerſarium de maiori ætate probetur, ſecundum Bald. conſ. 451. in 4. par. per text. in l. ex facto ff. ad Trębel. vbi ſubſtitutus Titio decedenti ſine liberis, mortuo Titio fundata eſt intentio ſubſtituti, niſi probetur, quòd Titius ipſe haberet liberos, & hoc in fauorem ſubſtituti introductum fuit, de quo per Bar. & Ang. ibi, & tradit Alex. conſil. 29. viſo themate vol. 1. & iſtam limitationem ſequitur etiam Dec. in d. c. in præſentia nu. 170. & Maranta in repetit. l. is poteſt, nu. 199. ff. de acquir. hæred.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Bal. conſil. 19. volu. 5. Bart. conſil. incip. B. fecit teſtamentum in fin. Soc. in l. qui duos §. cùm in bello, & in d. l. ex facto §. pen. vbi etiam Ripa hoc idem tenet.

5 Limitatur poſtremò iſta communis, quando quis fundatur in ætate, ita quòd ætas principaliter allegatur, ſecus autem, quando actus allegatur, qui ad ſui validitatem acceſſoriè ætatem includit: quoniam ætas idonea præſumitur, vt cōcludit Abb. in d. c. in pręſentia per text. ibi, & idem Abb. in c. cum virum de regu. Bald. conſil. 264. factum tale eſt col. fin. vol. 1. Et adeò iſta præſumptio procedit, quòd non tollitur, niſi per aduerſarium contrarium concludenter probetur, d. c. in præſentia, vbi Abb. & Dec. nu. 167. hoc pleniſsimè declarant.

SVMMARIVM.

1 EXCEPTIO inuentarij non confecti, propoſita per hæredem conuentum impedit litem conteſtari, niſi caſu quo conueniatur ad reſtituendas vſuras, quas defunctus iuſſit reſtitui; Et niſi conueniretur pro legatis pijs, & alimentis non requirentibus dilationem, & niſi conueniretur rei vendicatione: quia tunc conuenitur, vt quilibet poſſeſſor, & quotieſcunq; petitur aliquid ab hærede pro impenſa funeris.

OPINIO CCLVII.

1 EXCEPTIO oppoſita per hæredem conuentum inuentarij nō confecti, impedit litem conteſtari, l. fin C. de iure delibera. & ibi Bar. qui ait exceptionem hanc, quā hæres habet infra tempus conficiendi inuentarium impedire litis ingreſſum: cùm etiam hæc exceptio impediat ſententiæ exequutionem, & quotidie practicatur, quòd inſtru-

inſtrumenta non exequuntur cõtra hęredes exi-
ſtentes infra tempus cõficiendi inuentarium ,&
huiuſmodi opinionem ſequuntur Paul.de Caſtr.
Cõis Alex.Iaſ.Corne.cæteriq; communiter in d.§.do-
opin. nec per illum text. Alex.in l.uir bonus in add.ad
Bar.ff.iud.ſol. Ang.in §.æque inſtitu.de actio.ver
ſic.11.& Philip.Francus in c.1.fallent.19.de lite
conteſta.

¶ Sed interpræt atur primò iſta cõis non pro
cedere in hærede conuento,vt reſtituat vſuras, ſi
quando defunctus iuſsit eas reſtitui,vel cauit ſe-
cundum formam c. quàmuis de vſuris lib.6. tũc
etiam propter animæ periculum,quæ cunctis re
bus eſt pręferenda non debet differri,l.ſancimus
C.de ſacroſanct.eccle.c.cùm infirmitas de pœn.
& remiſsio.& hoc etiam: quia animæ detrimen-
tum infereretur illo medio tẽpore, quod poſtea
nõ tolleretur,l.2.ff.de appella.recip. cùm ſit da-
mnum irreparabile, meritò diſcedimus à regu-
lis iuris communis,d.l.2. & l. tutor qui reperto-
rium ff.de adminiſt. tut. Diſpoſitio verò præce-
dens procedit, quando omnia ſalua remanent,
ita tenent Ricar. Alberi.Cyn.Rayne.Bal.Angel.
Fulgo.Paul.de Caſt.Alex.Corne. Iacob. de San-
Cõis cto Georgio, Iaſ.cæteriq; communiter in allega-
opin. to §.donec.

¶ Limitatur ſecundò præcedens communis
non habere locum, quando conueniretur hæres
pro legatis pijs, non requirentibus dilationem,
puta alimentorum pauperum, qui interim neca
tur fame, ita limitat Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio.
ff. ſi cui pluſquam per l. falcid. quem ſequitur
Imol.ibi,& Alex.Corne.& Iacob. in præcitato §.
donec.

¶ Tertiò cohar ctatur dicta communis non
procedere, vbicunque conuenitur hæres rei ven
dicatione:tunc enim cõuenitur, vt quilibet poſ-
ſeſor,non vt hæres,l.de eo §.pen. in fin.ff.ad exhi
ben.quod uoluit Odofred.Guil.de Cu.Nicolaus
de Matar.Bal.Saly.Paul.de Caſt.Ang.Alex.Cor-
ne.Iacob.de Sancto Georgio in d.§.donec:quàm
uis ibi Cyn.ſenſerit contrarium, ob id, quòd di-
ſpoſitio illius text.generaliter loquatur, dũ etiã
in eo loquitur de hypothecaria, quæ eſt actio in
rem, daturque contra quemlibet poſſeſſorem, l.
eos C.qui potio.in pigno.habean.& iſtam opinio
nem Cyn.ſimpliciter refert Alberi.in d.§.donec,
tamen Alex.Corne.& Iacob.ibi pręcedentem li-
Cõis mitationem aiunt eſſe veriorem, & communio-
opin. rem:cùm in text.dicatur creditoribus hæredita-
rijs, ex quo, qui non ſunt creditores hæreditarij
non compręhenduntur;idem etiam voluit Ang.
Imol.in d.§.hæc ſtipulatio. Vndè hæres rei ven-
dicatione conuentus, non poſſet obijcere pen-
dentiam inuentarij.

¶ Limitatur prædicta communis vlterius nõ
procedere,quotieſcunque petitur aliquid ab hę-
rede pro impenſa funeris.tunc proculdubio non
poſſet opponere de inuentario,ita tenent,& con
cludunt Angel. Alexand. Corne. Iacob. de San-
cto Georgio in dict.§.hæc ſtipulatio.

¶ Addeque præmiſsis,quòd ex huiuſmodi ex
ceptionibus impedientibus litis ingreſſum cu-
mulauit triginta Martinus de Fano in tract. de
excep.Alex.in l.vir bonus in add.ad Bart.ff.iud.
ſol. Ang. verò Aret.in §.æque inſtitut.de except.
retulit quadraginta,Maria.Soc.poſuit 33.in c.1.
de litis conteſta. in 6. Philippus Francus in dict.
cap.1.colum.4.& ſequen.poſuit per viam fallen
tiarum 43.

SUMMARIUM.

1 *EXCEPTIO ſpoliationis impedit li
tis ingreſſum: cùm ſpoliatus debeat
ante omnia reſtitui.*
2 *Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria.*
3 *Exceptio ſpoliationis non poteſt opponi
poſt litem conteſtatam.*
4 *Iuramentum præſtitum per debitorem ante ſpolium nõ
obſtat aduerſus exceptionem ſpoliationis.*
5 *Iuramentum calumniæ ſi omittitur vbi petitum ſit,
reddit totum proceſſum, & ſententiam inde ſecutam
ipſo iure nullam, & nullum.*

OPINIO CCLVIII.

1 EXCEPTIO ſpoliationis im
pedit litis ingreſſum : cùm
ſpoliatus debeat ante om-
nia reſtitui,l.ſi quis ad ſe fun
dum C.ad l.Iul.de vi pub.&
ibi Glo.& in c. 1. de reſtitut.
ſpoliato. & dicit Ang. in l. ſi
maritus ff.de donatio.inter vir.&vxo.quòd ſpo-
liato fauetur, ſi ſpoliatus eſſet omnibus bonis
eius, vel maiori parte à tertio:tunc etenim à ne-
mine inquietari poteſt,neque ciuiliter, neq; cri-
minaliter,niſi prius,& ante omnia reſtituatur,vt
ſupra deduximus.
2 Et Bar.in l.naturaliter §.nihil commune ff. de
acquir.poſſeſſ. ait præfatam exceptionem eſſe di
latoriam : ideò impedire debet litem conteſtari,
quem ſequuntur omnes Docto.ibi, & Ang. in §.
æque inſtitu.de except.in 39.except. & Francus
in c.1.de lit.conteſt.lib.6.in fallen.22.Vndè alle
gans dictam exceptionem eſt profectò audien-
dus, vt per Specul. in.§.1.in tit.de cita.Innocen.
& Abb.in c.nouit de appellat. & Ioan.And.in c.
cùm olim circa fin.ext.de reſtit.ſpoliat. quorum Cõis
opinionem ſcribit eſſe communem Grammati. opin.
deciſio.85.nume.1.& 3.
3 Sed huiuſmodi exceptio ſpoliationis non po-
teſt opponi poſt litem conteſtatam, ſecundum
Bar.in d.§.nihil commune, quem ibi communi- Cõis
ter ſequuntur omnes, vt aſſerunt Fulgo. & Mo- opin.
der.inibi,quàmuis nonnulli ſenſerint contrariũ,
quorum fundamentis abundè reſpondent præ-
citati Moder.inhærendo communi opinioni.
4 Et aduerſus iſtam exceptionẽ aduerte, quòd
non

non obſtaret iuramentum præſtitum per debitorem ante ſpolium, vt per Ioan.Andr.in c.2.de ordi.cognit.& alios citatos per Grammati.in d. deciſio.85.Item exceptio pręſcriptionis oppoſita, & in iudicio allegata impedit litis conteſtationem,ſecundum Hoſtien.&Canoniſtas omnes in c.1.de præſcript. quorum opinionem comprobat Boeri. deciſio.344.num.1.cum alijs ſeq. vbi
Cõis opin. deniq; fatetur etiam communem, & ſecundum eandem decidiſſe Conciliū Burdegalenſe, & hoc idem conſuluit ſenatus Grationopolitanus, teſte Guid.Papæ in deciſ.221.

5 Similiterque iuramentum calumniæ tanquā inductum iure naturali,&diuino,quàmuis remitti poſsit, nihilominus ſi peteretur à parte, & nō præſtaretur,totus tunc proceſſus quippè, & ſententia inde ſecuta annullaretur,&conſequenter iuramentū calumniæ eſt adeò potens,vt ſi omittatur vbi petitum ſit, reddat proceſſum totum ipſo iure nullum, ſecundum Bar.Bald.Alexan.& alios omnes in l.2.§. ſed quia veremur ff.de iura. calum.Afflict. in conſtitutione Lite legitimè cō teſtata,ſub num.4.& ſub nume.6.lib.2.rubr.23. Marantam in tract. iudiciorum in 6. part. in 10. membro actu.1.num.2. & Proſperum Carauitā in ritu 288.capitulum emanatum,num.34.cum alijs ſequen.vbi admonet iſtam eſſe veriorē opinionem, & ita in terminis conſuluit Soc. Iunior conſil. 59. viſo proceſſu agitato inter Iacobum,
Cõis opin. & fratrem,num.1.cum alijs ſeq.vol.2. vbi optimè reſoluit iſtam eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIONES, quæ opponuntur ad impediendum executionem ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ, ſi reſpiciunt actionem primam, & eſſent natæ ante ſententiam non poſſunt opponi, & oppoſitæ non impediunt executionem.*

2 *Exceptio expenſarum, ſeu melioramentorum poteſt opponi in executione ſententiæ, etiam ſi ius retentionis in ſententia excipienti reſeruatum non fuiſſet.*

3 *Exceptio,ne quis exigatur vltra quàm facere poſſit, opponi poteſt in executione ſententiæ.*

4 *Exceptio nullitatis impedit executionem ſententię.*

5 *Nullitas patens ex actis, impedit ſententiæ executionem,& perimit negocium.*

6 *Nullitas incontinenti allegata,& iuſtificata ex proceſſu,in quo deficerent ſolemnia iuris impedit executionem ſententiæ.*

7 *Signatura dat commiſſionem procedendi ſuper nullitate abſque clauſula,ſine pręiudicio rei iudicatę.*

8 *Signatura ſolet dare commiſsionem in materia penſionis,non apponendo in illa clauſulam ſolitam ſine retardatione penſionis ſi agatur de nullitate notoria,reſultante ex literis penſionis.*

9 *Nullitates,ne impediant executionem ſententiæ, prouidere conſueuit Romana Curia per viam reſcripti, committereq; cauſam ſuper aſſertis nullitatibus, ſeu in integrum reſtitutione.*

10 *Stylus Sacri Concilij Neapo.Regię Cameræ Summarię,& Magnæ Curię Vicarię circa executionem ſententię,vbicunque nullitates propoſitę non militarent.*

11 *Reſcripta ſuper nullitatibus poſt tres conformes non cōceduntur in Romana Curia,niſi cum clauſula ſine pręiudicio trium conformium.*

12 *Concilium Sacrum Neap. conſueuit dare inhibitoriales literas in ſententijs latis in magna Curia Vicariæ infra ſummam centum quinquaginta ducatorum abſque pręiudicio executionis ipſarum ſententiarum.*

OPINIO CCLIX.

1 EXCEPTIONES omnes, quæ opponuntur ad impediendum exequutionem ſententiæ in rem iudicatā tranſactę, ſi reſpiciunt actionem primam, & huiuſmodi exceptiones natæ eſſent ante ſententiam, nunquàm opponi poſſunt, & oppoſitæ non impediunt exequutionem, vt habetur per Bart.quem Docto. omnes communiter ſequuntur in l.1.C.de iuris,& facti igno.& alijs in locis, citatis per Iaſ.in d l.1. Cõis opin.

2 Sed iſta communis opinio claudicat primò locum non obtinere, vbicunque opponeretur exceptio expenſarum, vel melioramentorum, vel aliæ ſimiles exceptiones non redarguentes ſententiam de iniquitate,tunc enim illæ opponi poſſent,etiam poſt ſententiam, & impedirent vtiq; ipſius ſententiæ executionem,ita Specul.in titu. de except.§.3.Bart.Bal.Alber.de Roſa.col.fin.& alij communiter omnes in l. in fundo ff.de rei vē dicat. Lanfran.in c. quoniam contra in ver. Teſtes,verſ. ſed dubitatur de huiuſmodi quęſtione, de probat.& Rolan. à Valle conſil. 28. quoniam nemini dubium eſt, ſub num.2. & ſequen.vol.1. vbi huius communis ſententiæ aſsignat efficaciſsimam rationem. Cõis opin.

3 Secundò limitatur etiam eadem communis, quòd exceptio, ne teneatur quis vltra quàm facere poſsit, quę ſolet concedi ex iuris diſpoſitione clerico,marito,& iudici in ſyndicatu, opponi valeret,etiam in executione ſententiæ,l.ex diuerſo §.fin.& ibi Doct.ff.ſolut matrimo. & in l. 2.C. quod cum eo,& in l.1.C.de iur.& fact. ignorant. & Rolan.in d.conſ.28.nu.7.

4 Tertiò fallit quoq; communis prędicta, quòd exceptio nullitatis ſententię impediat ſimiliter executionem ipſius ſententię, Spec.in tit. de executione ſententię §.2. Glo.in c. paſtoralis §. quia verò de offi.deleg.Bald.& Saly.in l.ſi non cognitio C.ſi contra ius,vel vtil.pub.Alex. conſ.33. in fin.uolu.1.Paul.de Caſt.& Alex.per text.ibi in l. ſi feriatis ff.de fer.& idem Alex. in l.ſi expreſsim de adpell.

5 Vbi concludit, quòd ſi nullitas appareret ex ſententia,poſſet tunc illa opponi ad impediendū executionem eiuſdem ſententię, vtputa quando ſenten-

ſententia lata extitiſſet in die feriata in honorem Dei, quo nempè caſu non foret opus reuocatione: quia conſtaret tunc de nullitate notoria, & manifeſtiſsima, & talis nullitas negocium perimeret, d. l. ſi feriatis, & l. 1. C. de exec. rei iudi. l. ſi cùm nulla de re iud. & l. fin. C. ſi ex fal. inſtru. Bal. in l. ab executione colu. 3. C. quor. appell. non recip. Roma. conſ. 51. Zuccard. in l. fin. nu. 280. C. de edic. Diui Adriani, & Fely. in c. de cętero extra de re iud.

6 Et ſic, ſi nullitas poſſet probari incontinenti ex eiſdẽ actis, & produceretur proceſſus, in quo deficerent iuris ſolennia, ſecundum l. prolatam C. de ſentẽn. impediretur tunc abſque dubio aliquo executio ſententię, l. 3. §. ibidem ff. de exhiben. & l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad Treb. Bar. in l. fin. ſi de fal. inſtru. & in l. 4. §. condemnatũ ff. de re iud. Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 8. in tit. de nullitate, eiuſque temporibus, & proceſſu col. 5. ſub verſic. ſed maius dubium eſt, vbi aperit iſtam eſſe communem opinionem, & Ioan. Staphil. in tract. de literis gratię, & iuſtitię fol. 150. & ſeq.

Cõis opin.

7 Vbi firmat in pręſenti caſu ſignaturam concedere commiſsionem ſuper nullitate ſine clauſula parito iudicato.

8 Et huc ſpectat etiam deciſ. Caſſad. 10. in tit. de reſcript. vbi recenſuit ſignaturam ſolitam eſſe concedere in materia penſionis, non apponendo aliter in illa clauſulam conſuetam, ſine retardatione penſionis, ſi agatur de nullitate notoria reſultante, & ſcaturiente ex forma literarum penſionis.

9 Itidemque eadem ſignatura conſueuit concedere literas inhibitoriales, ſeu reſcriptum ad inſtantiam partis ſuccumbentis, committereque cauſam ſuper aſſertis nullitatibus, ſeu in integrũ reſtitutione ad impediendum executionem ſententię; & verſa vice pro altera contraria parte victrice impetrari ſolet in eademet ſignatura aliud reſcriptum, vt iudex nullitatis prefixo aliquo breui termino ad proponendum nullitates, & reſtitutionem in integrum petitam, quo quidem termino elapſo, & non apparentibus nullitatibus, idem iudex tenetur ſententiam exequi, prout de huiuſmodi ſtylo meminit Caſſad. deciſ. 4. in fin. in titu. de cauſ. poſſ. & propriet. Vantius in tract. de nullitatibus in titu. quoties, & infra quod tempus de nullitate agi poſsit, & nunquid pariat aliquos iuris effectus, & quos, nu. 7. & Virginius de Boccatijs in conſtitutione Aegidiana, num. 107. cum alijs ſequent. vbi hoc probat authoritatibus, & rationibus.

10 Et ita etiam obſeruatur in Regno in Sacro Cõcilio, in Regia Camera Sũmarię, & in Magna Curia Vicarię in cauſis deuolutis in ipſis regijs tribunalibus per remedium appellationis, in quibus allegatis nullitatibus ad finem impediendi executionem ſententię habẽtis executionem de iure paratam, conceditur aliqua breuis dilatio ad proponẽdum nullitates ipſas, quibus propoſitis, illiſque guſtatis, atq; diſcuſsis, & non militantibus in iure, demandatur executioni ſentẽtia, & ſic reſcribitur iudici à quo, vt ſuam exequatur ſententiam literis conceſsis inhibitorialibus non obſtantibus.

11 Sed reſcripta, ſeu inhibitoriales literę ſuper nullitatibus poſt tres ſententias conformes in Romana Curia, in ipſa ſignatura nullatenus conceduntur, niſi cum clauſula ſine pręiudicio trium conformium, atteſtante Vantio in d. tit. quoties, & infra quòd tempus de nullitate agi poſsit, nu. 6. & Octauiano Veſtrio in loco pręcitato per textum expreſſum in Clemen. vt calumnijs de re iudic. & ratio aſsignari poſſet iſthęc: quia ſpeciale eſt propter pręſumptam calumniam ſuccũbentis per tres conformes, vt earum executio nõ impediatur agendo per viam nullitatis, vt firmat Rota deciſ. 21. nota, in antiquis.

12 Similiterq; Sacrum Concilium Neap. conſueuit dare inhibitoriales literas in ſentẽtijs latis in Magna Curia Vicarię infra ſummam centũ quinquaginta aureorum abſque pręiudicio executionis ipſius ſententię. Et hoc quidem ea ratione agit, cùm ita ſancitum extet expreſsè in Regia pragmatica, exordiente, Nos autem in primis cauſis, poſita poſt pragmaticam 3. in tit. de officio Sacri Regij Concilij, & his quæ ipſi tribunali incumbunt, vbi diſponitur ſententias promulgatas in eadem Magna Curia Vicariæ, in primis ciuilibus cauſis, à ducatis quinquaginta infra, plenariæ executioni demandandas fore non obſtante appellatione interpoſita, quæ committitur cũ clauſula, facta prius executione, vel citra præiudicium executionis ipſarum ſententiarum à quibus appellatur.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS non poteſt eſſe teſtis, dum eſt in excommunicatione.*

2 *Excommunicatus poſt abſolutionem impetratam ab excommunicatione, poteſt eſſe teſtis, & recipi in teſtem.*

3 *Excommunicatus teſtis eſſe non poteſt, etiam poſt impetratam abſolutionem, ſi fuit excommunicatus pro furto, vel alio facinore.*

4 *Excommunicatus admitti poteſt in teſtem, & pro teſte in teſtamento.*

5 *Excommunicatus poteſt condere teſtamentum, ſicut alius non excommunicatus.*

6 *Excommunicatus habet teſtamenti factionẽ, tam actiuè, quàm paſsiuè; & traditur hic etiam cautela remiſsiuè excommunicato volenti teſtamentum condere, quando teſtes, & Notarij ad eum ob timorem excommunicationis accedere nollent.*

7 *Excommunicatus admittitur in teſtem in contractibus.*

OPINIO CCLX.

1 EXCOMMVNICAtus non poteſt eſſe teſtis, ſecundum omnes in c.teſtimonium,& in c. veniens il 2. ext. de teſti. Nellum in tract. de teſti.in ver.Excommunicans, Ferrarienſ. in ſua pract.in forma iuramenti teſtium in §.proteſtante,num.18.Alberi. in tract. de teſti. colum. 1. fol. 5. Iodocum Demhauderi.in ſua praxi rerum criminalium,c. 50.num.16.Fely.in c. Rodulphus, ſub num. 39. in fin.d.numeri de reſcrip. vbi Apoſtilla in litera A,& Lanfran.in c.quoniam contra in c.8.de teſti
Cõis opin. bus,ſub num.76.de probatio. vbi deducit iſtam opinionem communem fore.

2 Quæ quippè fallit non procedere, vbicunque excommunicatus abſolutus eſſet: nam poſt abſolutionem impetratam ab excommunicatione recipi debet,& poteſt in teſtem,vt voluerunt omnes in d.c.teſtimonium, Apoſtilla ad Fely.in d.c. Rodulphus,ſub num.39. ſub litera A,vbi hoc interpretatur vtiliter, & Lanfran.in d.c. quoniam
Cõis opin. contra in verb. de teſtibus, num.76. vbi recitat iſtam eſſe veram,& communem ſententiam.

3 Licèt ipſe poſt Innocen.in d. c. teſtimonium hoc coarctet non habere locum, quando quis ex communicatus extitiſſet ob furtum, vel aliquod aliud facinus,tunc etenim teſtis eſſe nequiret,& ſequitur Bertach.in 1.par.ſui repertorij in verb. excommunicatus, teſtis eſſe poteſt in contractibus,ſub nu.50.

4 Fallit ſecundo præmiſſa communis videlicet, quòd excommunicatus admitti poſsit in teſtẽ, & pro teſte in teſtamento, ſecundum Ferrarien. in d.§.proteſtante,num.20.& Bald.in l.fin.C. de contra tab.

5 Quoniam condere poteſt teſtamentum, quẽadmodum alius non excommunicatus, & teſtamentum vires habet,vt voluit Ioan.And.& Gemi.in c.decernimus de ſenten.excommu.in 6.Iacob.de Bel.in §.omnibus in authent. de ſan.epi. Bar.& Aret.in l.ſi quæramus, ff.de teſti.Archid. in c pias,de except.in 6.Innocent.in c. cum voluntate,de ſenten.excommu.Bald.in l.fin.col.3. C.ſi à non compe.iud.& iſtorum opinionẽ,quòd excommunicatus teſtamentum facere poſsit, ſe
Cõis opin. quuntur quoque, aiuntq; communem,Franc.in rub.de teſtam.lib.6.num.32.Barbatius in c.qui ingredientibus,num.17.de teſtam. Lallus de Tuſcia in cõſtitutione Regni Inconſutilem veſtem, num.12.lib.1.Clarus in tract.de teſtam.lib.3.q. 25.Fely.in d.c.cum voluntate in fin.Bertachi.in ſuo repertorio in 1.part.in verb.Excommunicatus teſtatur,ſub.num.20. Dilectus in tract.de arte teſtandi tit.1.caute. 10. Couarruuias in rubr. de teſtam.num.18.Vaſquius in tract. de ſucceſſ. proceſſ.lib.1.§.1.num.120.& Petr.Duen.in reg. 272. vbi congerit Doct. contrariũ aſſeuerantes, & hanc communem plenè ampliat in duobus caſibus,ac in duobus alijs limitat.

6 Et quamuis communis præmiſſa amplietur per Petr.Duen. vbi ſupra, tamen vltra eum amplia,vt excommunicatus ipſe tam actiuè, quàm paſsiuè teſtamenti factionem habeat, ſecũdum Federicum de Senis conſ. 118. factum tale eſt cũ alijs ſignatis per Dilectum in d. cautel.10.nu.2. Vbi ſupponit iſtam communem opinionem fore,& tradit pariter remedium,cautelamque congruentem excommunicato volenti teſtamentũ condere, quando teſtes,& Notarij ad eum ob timorem cenſurarum, excommunicationiſuè accedere nollent. Cõis opin.

7 Fallit tertiò in contractibus prædicta communis,in quibus quidem excommunicatus in teſtẽ admittitur, ſecundum Bertachi.poſt alios complures ſignatos per eum in d. verſ. excommunicatus teſtis eſſe poteſt in contractibus,ſub num. 50.& præmiſſa, aliaque multa ponentur infra latius in Opinio 920. in verbo Teſtis eſſe non poteſt excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS pro quacunque cauſa, etiam ciuili perſiſtens per annum in excommunicatione habetur ſuſpectus de hæreſi, & ob hoc poteſt inquiri ad indicendam ſibi purgationem,in qua ſi forte deficeret, habetur pro conuicto de hæreſi: nam permanendo tanto tempore in cenſuris videtur malè ſentire de ſacramentis eccleſiæ,& de clauibus.*

2 *Concubinatus continuatus vltra annum facit præſumi de mala fide.*

3 *Excommunicatus perſeuerans in excommunicatione per annum,& monitus nolens reſipiſcere,poſſet tanquam hæreticus condemnari, & eius bona publicari.*

4 *Excommunicatus occaſione contumaciæ contractæ per eum in non comparendo pro cauſa criminali, pro qua vocatus extiterat, & perſeuerans per annum in ipſa excommunicatione, conuictus cenſetur pro eo crimine cuius accuſatus fuit.*

5 *Excommunicatus perſeuerans in Regno in excommunicatione vltra annum debet per prælatos qui eum excommunicarunt denunciari iudici ſeculari, & legitima pœna condemnari per ipſum iudicem ſecularem.*

6 *Excommunicatus perſeuerans in excõmunicatione per annum debet in Regno ſecundum ſtatum, & qualitatem ſuam variè puniri.*

7 *Clericus perſeuerans in excommunicatione per annum præbet occaſionem, vt contra eum procedi poſſit, tanquam de hæreſi ſuſpectum.*

8 *Suſpitio de hæreſi operatur, quòd ſuſpectus deficiat in purgatione indicta,& poſſit tanquam hæreticus condemnari.*

9 *Clericus per perſeuerantiam triennalem in excommunicatio-*

nicatione, eſt priuatus ipſo iure, abſque aliqua alia ſententia declaratoria, ſuis beneficijs.

10 *Clericus priuatus ipſo iure beneficijs non facit fructus ſuos.*

11 *Clericus priuatus ipſo iure beneficio, poteſt à ſuo ordinario amoueri abſque alia hominis ſententia, nec prætendere poteſt ſe ſpoliatum.*

OPINIO CCLXI.

1 EXCOMMVNICATUS pro quacunq; cauſa, etiam ciuili permanens, ac perſiſtens per vnius anni circulum in excommunicatione de hæreſi ſuſpectus habetur, ſecundũ Ioã. Andr. & Panorm. poſt alios communiter, in c. fin. de pœnis. *Cõis opin.* Et licèt ſuſpitio hæc ad condemnationem non ſufficiat, vt ſentiunt Inno. & Panor. in loco præcitato, Henri. poſt alios in c. excommunicatus extra de hæret. & Ioan. Lupi. in c. per veſtras §. 18. nu. 24. tametſi ſufficeret ad inquiſitionem formandam contra excommunicatum de hæreſi, & ad inducendam ſibi purgationem, in qua ſi fortè deficeret, haberetur pro conuicto, c. inter de purga. cano. in fin.

2 Ita etiam concubinatus vltra annum continuatus facit quem præſumi de mala fide, & non ante, vt per Guil. Benedict. in cap. Raynutius in ver. nomine Adelaſiam num. 708. de teſtam.

3 Et ſic, ſi excommunicatus perſeuerauerit in excommunicatione per annum, & monitus noluerit reſipiſcere, tunc vtiq; poſſet tanquam hæreticus condemnari, c. cùm contumacia de hęre. in 6. & conſequenter poſſent eius bona publicari, c. cùm ſecundum eodem titu. in 6. vtpotè quia excommunicatus iſte præſumitur, ſecundum Panor. in d. c. fin. & Franc. in c. cum contumacia de hæret. in 6. malè de ſacramentis eccleſiæ ſentire, & de poteſtate clauium permanendo tanto tempore in excommunicationis cenſura, nec videtur curare de hoc, imò expreſſè contemnere excommunicationem ipſam.

4 Et aduerte, quòd conuentus ſuper crimine ciuiliter, ſiue criminaliter ob contumaciam excõmunicatus poſtea, & in eadem excommunicatione perſeuerans per annum, conuictus cenſetur de eo crimine, cuius accuſatus fuit, ſecũdum Glo. & Abb. in c. contingit de dolo, & contuma. Rom. ſing. 303. Glo. & Franc. in d. c. cũ contumacia, Abb. in c. 1. num. 27. de iud. & ibi Doct. præcipueque Ripa num. 77. & Alciat. nume. 74. vbi profitentur opinionem iſtam eſſe communem; *Cois opin.* licèt Dec. ibi, in 2. lectu. præcipitanter contrariũ aſſeruerit, & Selu. in tract. de beneficijs in 3. par. quæſt. 4. ſed ſententia Glo. & ſequacium eſt communis, & veriſsima, ſecundum Moder. in d. c. 1. & eam ſequitur Panor. in c. veritatis colum. 5. de dolo, & contuma. Ioan. Lupi in d. c. per veſtras §. 18. num. 24. Petr. Duen. in reg. 153. nu. 4. incip. Contumax in non comparendo, Ripa in l. ſi conſtante, nu. 46. ff. ſolu. matri. & Maranta in tract. iudiciorum in 6. part. 2. membri de contumacia, nu. 33. fol. paruo 117.

5 In Regno verò Neapolitano perſeuerans in excommunicatione vltra annum debet denunciari iudici ſeculari per prælatos, qui eum excommunicauerunt, vel per eorum ſucceſſores, & legitima pœna condemnari per iudicem ipſum ſecularem, c. 102. item ſtatuimus, quòd ſi contingat, quod citat, ſequiturque ibi Ioan. Ant. de Nigris, Afflict. in conſtitut. patarenorum colum. 9. & in conſtitut. pœnam eorum, in 1. not & Maranta vbi ſupra.

6 Item morantes in excommunicatione per annum debent in Regno ſecundum ſtatum, & qualitatem perſonarum variè puniri pœnis taxatis in altero cap. eiuſdem Regni 163. incip. ſi quis in excommunicatione a canone lata, vbi Io. Anto. de Nigris.

7 Et quemadmodum excommunicatus perſiſtens in cenſuris per annum, videtur ſuſpectus de hæreſi, ita clericus perſeuerans, inſordeſcenſque in ipſis cenſuris dicto tempore vti excommunicatus, poſſet procedi contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi, ita Doct. omnes, præſertimque Ioan. de Anania, & Fely. col. 1. & ſequen. in c. excommunicamus il 1. de hæreticis per textum ibi.

8 Et talis ſuſpitio operatur tunc, quòd deficiat in purgatione indicta, poſsit tanquam hęreticus condemnari, arg. c nos inter de purg. cano. & ita firmat Abb. in c. fin. de pœn.

9 Vndè hinc manifeſtè colligitur, quòd clericus per perſeuerantiam triennalem in cenſuris, cenſetur priuatus ipſo iure, & abſque aliqua alia ſententia declaratoria ſuis beneficijs, ita Glo. in d. c. contingit de do. & contu. & in d. c. 1. de iudi. vbi omnes concorditer, & potiſsimùm Dec. in 2. lectu. Berous, ſub num. 86. Mantua, num. 29. Ripa, ſub num. 78. & Felyn. col. 5. num. 8. vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, & Ioan. Bapt. *Cõis opin.* Ferrettus etiam conſ. 342. præſupponitur in facto pro notorio, num. 1. & ſequen. volu. 2. vbi ita conſuluit.

10 Deducitur itaque ex his vtiliter, quòd clericus ipſe ita, & taliter priuatus ipſo iure beneficijs, non faciat modo aliquo fructus ſuos, ſecundum Inno. in c. cum noſtris de conceſ. præben. cũ *Cõis opin.* quo ſentiunt omnes communiter ibi.

11 Siquidem priuatus ipſo iure beneficio, poteſt de facto à ſuo ordinario amoueri abſque alia ſententia hominis, nec allegare poteſt ſe ſpoliatum, vt firmat Glo. in extrau. execrabilis Ioan. xxij. §. qui verò de præben.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS non poteſt agere in iudicio.*

2 *Excommunicatus per ſententiam repellitur à iudicio abſq; aliqua alia declaratoria, ſeu publicatoria ipſius excommunicationis; & oſtenſa ſolummodo in iudicio fide ſententiæ excommunicationis, ab eodem iudicio penitus repelli debet.*

3 *Excommunicatus non admittitur ad compenſationem: quia qui compenſat quodammodo agit, & petit.*

Excommunicatus tam per ſe, quàm per procuratorem comparere non poteſt in iudicio, ſcilicet agendo.

4 *Excommunicati debitores, qui promiſſerunt cum iuramento ſoluere, conueniri non poſſunt in iudicio per excommunicatum durante excommunicatione, licèt ipſi excommunicati poſſint à creditoribus conueniri.*

5 *Excōmunicatus audiri debet in iudicio comparens per procuratorem, & non per ſe ad proponendas eius defenſiones. Sed excommunicatus non poteſt eſſe procurator, aduocatus, tutor, curator, vel hoſpitalarius.*

6 *Excommunicatus repelli debet à iudicio officio iudicis, etiam parte non opponente, quod procedit in publico excommunicato.*

7 *Excommunicationis exceptionem opponens cōtra actorem non auditur, nec impedit litis ingreſſum in Regno: quia excommunicationis exceptio in Regno, quandocunq;, tàm ante litē conteſtatam, quàm poſt, in quacunq; cauſa ciuili, criminaliq; ſiue contra partē, ſiue contra teſtes oppoſita non admittitur, niſi opponens in promptu, & in ipſo inſtanti legitimè doceat in iudicio de excōicatione allegata per legitima documenta.*

OPINIO CCLXII.

1 EXCOMMVNICATVS agendo non poteſt ſtare, cōparereq; in iudicio; & per cōſequens ad agendum inhabilis eſt, c. intelleximus de iud. Specu. in titu. de actore, verſ. Item quòd eſt excommunicatus, & Ferrar. in ſua pract. Papien. in for. libellorum in actio. rea. §. veris, ac legitimis, ſub nu. 31. & in forma iuramenti teſtium §. proteſtāte, nu. 18. & ſeq. Pet. Duen. in regu. 268. Carauita in ritu. 236. Item quòd in quibuſcunq; cauſis ciuilibus, vel criminalibus, n. 9. & Affl. deciſ. 268.

2 Imò antedictus excommunicatus per ſententiam repelleretur etiam in iudicio abſq; aliqua alia declaratoria, ſeu publicatoria ipſius excommunicationis; & conſequenter antequàm fuerit declaratus pro tali, oſtenſa ſolummodo in iudicio fide ſententiæ excōicationis, ab eodē iudicio penitus repelli debet, vt copioſè, & realiter conſuluit Ioan. Bapt. Ferrettus conſ. 351. coram reuerenda vol. 2.

3 Imò ipſe excommunicatus compēſatione vti nequiret, & ſic aliter recipiendus, ac admittēdus non eſſet ad ipſam compenſationem: ſi quidem qui compenſat quodāmodo agit, & petit, vt voluerunt Oldra. & Bar. in l. amplius non peti, ff. rē ratam haberi, Glo. & cęteri omnes in c. cū inter de except. Iaco. de Are. & Cyn. Alex. in l. quoniā C. de adulte. & iſtorum opinio magis communis eſt, ſecundum Tynd. in tract. de compenſationibus art. 7. nu. 24. cum alijs ſeq. vbi tuetur, & ſequitur cum alijs coaceruatis per eū contrariam partem, videlicet, q̧ excommunicatus admittatur ad compenſationem. Tamen quicquid ſuadeat noli aliter in deciſiuis diſcendere à dicta cōmuni, tanquam tutiſsima, atq; veriſsima. Quod etiam in tantū verum eſt, vt tā per ſe, quàm per procuratorē cōparere nequeat, ſcilicet agendo. *Cōis opin.*

4 Imò in tantum verum eſt, etiam quòd debitores ſui, qui promiſerunt cum iuramento, non tenerentur, neque ei ſoluere poſſent, ſecundū Glo. per illum tex. in c. nos ſanctorum, & in c. iuratos 15. q. 6. licèt ipſi excommunicati poſſent à creditoribus conueniri, d. c. intelleximus.

5 Sed defendendo ſemetipſum non per ſe, verū per procuratorem in iudicio audiri poteſt, & debet, ſecundum Doctores communiter in c. cùm inter de exce. Bart. in l. de pupillo §. fin. de operi. no. nuncia. & in l. non cogēdum §. fin. de procur. & in l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria, qui ſatiſda. cog. vbi inquit eū poſſe cōparere in iudicio ad neceſſariam ſui defenſionem, & opinionem iſtam ſequitur, declarat, atque communem eſſe dicunt Bertachin. num. 6. in ſuo reperto. in verſicu. Excommunicatus in 1. parte ſub nume. 20. & Felyn. in dicto cap. intelleximus. *Cōis opin.*

¶ Sed aduerte, quòd tunc minimè admittitur in iudicio procurator ipſe, ſi foret excommunicatus, c. poſt ceſsionem, & ibi Doctor. de probat. Nec excommunicatus poteſt eſſe aduocatus, cap. decernimus de ſentent. excommunic. Nec poteſt excommunicatus ipſe eſſe tutor, curator, vel hoſpitalarius, vt decidit Marianus Socin. in cap. ſacris q. 7. principali 19. articu. q. 3.

6 Et excommunicatus iſte officio iudicis repelli poteſt à iudicio, etiam parte non opponente, c. quia in fin. de exceptio. in 6. & Philip. in cap. cùm parati. colum. 1. de appellatio. Quod procedere, habereque locum interpretatur in publico excommunicato, Bertachin. in dicto verb. Excommunicatus, ſub verſicu. 10. & Ioan. Bapt. Ferretus conſ. 351. coram reuerenda dominatione veſtra, nu. 4. & 9. vol. 2.

7 Sed hoc non procederet in Regno: ſiquidem opponens exceptionem excōicationis cōtra actorem non audiretur, nec impediret litis ingreſsū, ſed nō obſtāte iſta exceptione ꝓcederet in cauſa, vt voluerūt Glo. And. de Iſer. Affl. ſub nu. 8. & alij in conſti. ſi ciuiliter agēs p tex. ibi, lib. 2. rub. 20. & Marant. in tract. iudiciorū in par. 20. & vltima diſtin. nu. 14. & 19. fol. par. 78. quia in Regno exceptio excōicationis, quandocunq;, tam ante litē conteſtatā, quàm poſt in quacūq; cauſa ciuili, criminaliuē, ſiue cōtra partē, ſiue cōtra teſtes

oppoſita non admittitur, niſi opponens in promptu, & in ipſo inſtanti legitimè doceat in iudicio de ipſa excommunicatione allegata per legitima documenta, vt eſt text. in d. ritu. 236. item ꝙ in quibuſcunque cauſis ciuilibus, vel criminalibus, vbi Carauita, nu. 1. & ſub n. 26. & ibi ſimiliter, & vtiliter mentionatum ritũ limitat in duobus caſibus, ſub nu. 2. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *EXCOMMVNICATVS occultus, ſeu toleratus non poteſt alium excommunicare, ſecundum vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis ſit.*

2 *Excommunicatus eſt in manibus diaboli.*

3 *Excommunicato non aſſiſtit angelus bonus.*

4 *Excommunicato non proſunt bona opera, quæ facit. & excommunicatio ſeparat à multis bonis. & excommunicatus audiens diuina peccat mortaliter. & participans cum excommunicato incurrit excommunicationem minorem, cum qua ſi accederet ad aliquod ſacramentum peccaret mortaliter. & participans ipſe vrbanè cum excommunicato peccat venialiter, ſecus ſi ex contemptu eccleſiæ, tunc enim peccaret mortaliter.*

5 *Excommunicatio eſt maxima pœna, & nulla maior pœna de iure canonico inferri poteſt, quàm excommunicatio.*

6 *Excõmunicatio adeò timenda eſt, vt nil debeat ſic chriſtianus formidare, quàm ſeparari ab eccleſia.*

7 *Pœna non modica eſt inter homines eſſe, & hominum conſortio carere.*

8 *Excommunicatio non ſolùm corpori, ſed animæ etiam detrimentum affert: cùm hominem à Deo ſeparet.*

9 *Excommunicatus non debet ſepeliri in loco ſacro. Et damnatis obeſt eccleſiaſtica ſepultura.*

10 *Excommunicatus non poteſt ordinari, ſed ſi ordinatur caracterem recipit.*

11 *Excommunicatus dicitur infamis, & æquiparatur deportato, ſeu damnato in metallum.*

12 *Excommunicatus efficitur ſeruus peccati, et hæreticus.*

OPINIO CCLXIII.

1 EXCOMMVNICATVS occultus, ſeu toleratus nõ poteſt alium excommunicare, ita ꝙ talis ſentẽtia non valet modo aliquo, & habetur perinde ac ſi non eſſet promulgata, ſecundum Glo. in rub. 24. q. 1. & in c. aduerſus de immu. eccl. & in c. exceptionem de except. Io. Cald. in c. ad probandum de re iud. Hoſtien. & Abb. n. 4. in c. 2. de ord. ab epiſ. qui renun. epiſc. Archid. in c. audiuimus d. 24. q. 1. & in c. 1. de ſenten. excom. lib. 6. Io. And. & Anchara. in c. pia §. ſi verò, ſub nu. 5. lib. 6. Feder. de Senis conſ. 137. viſo, & examinato poſt medium, Fely. cum alijs aggregatis per eum in c. ad probandũ, nu. 7. de re iud. Iaſ. poſt Alber. in l. Barbarius ſub nu. 62. ff. de off. præt. & Abb. in c. ab excõmunicato, ſub nu. 8. de reſcript. & in c. veritatis, ſub nu. 44. de dolo, & cont. in quibus locis oſtendit iſtam eſſe communẽ opinionẽ, & Sũma Tab. etiã in verb. Excõicatio, il 1. §. 12. *Cõis opin.* Et licèt opinionẽ contrariã, videlicet, ꝙ excõicatus occultus non ſit ſuſpenſus ab officio, & ꝙ geſta ab eo valeãt, nec irrita cẽſeãtur quandiu toleratur ab eccleſia aliqui Illuſt. Doct. amplexi ſint, & præſertim Inno. & Panor. in d. c. veritatis, Ricard. 4. ſent. diſt. 18. art. 7. q. 1. Sylue. in ſua Sũma in verb. Excõmunicatio il 3. §. 10. & ſeq. Inno. & Ant. de But. in c. ſi verò de ſenten. excom. Cayetan. in Summa in ver. Abſolutio, & cõmunẽ fateatur eã ſequẽdo peritiſsimus D. Quintil. Mandoſ. in add. ad Lapum in alleg. 89. in litera G, la 2. & F. Franc. à Vittoria etiam in Sũma ſacramentorũ eccleſiæ in tract. de excõicatione, q. 14 & veriorẽ aſſeueret Soc. in tract. fallentiarũ, regula 166. fallẽtia 2. & Lamb. in tract. iur. patr. art. 2 q. 3. par. 1. lib. 2. *Cõis opin.* nihilominus hæreticũ foret diſcedere à cõmuni præmiſſa, tãquã ſacroſancta.

2 Quia excõmunicatus ipſe eſt in manibus diaboli, & tranſuerſo ordine de familia Dei in familiã diaboli trãſit, c. audi. deniq;, & ibi Glo. 11. q. 3.

3 Nec Angelus bonus ei aſſiſtit, ſecundum Pan. in rub. de ſent. excom.

4 Nec ei proſunt bona opera, quæ facit, ſecundũ Pan. in c. ita quorũdã de Iudæ. Imò excommunicatio ipſa ſeparat à diuinis officijs. Hinc Iſido. & recitatur in c. cum excõicato, 11. q. 3. Cùm excõicato (inquit) orare non licet; ꝓpter quod dicunt Doct. ꝙ ſi ſit aliquis excõicatus in eccleſia, quãdiu celebrantur diuina, admonendus eſt, vt eccleſiã exeat, & ſi exire nõ velit, põt violenter inde expelli, & ſi expelli nõ poſsit: quia forſan potẽs eſt, & parat ſe ad reſiſtentiam, tunc quippè ceſſandum eſt à diuinis officijs, ac etiam miſſa intermittenda eſt in tali caſu, ſi modò ſacerdos nõ cœperit ſacrũ canonẽ, non aũt hoc licet vbi iã inceptus eſt, verũ tũc proſequi debet vſq; ad communionem ſumptam, & poſtea reſiduum de eccleſia exeundo in ſacriſtia dicendum eſt. Et inſuper excommunicatus, qui ſcienter ſe ingerit, vt audiat diuina, mortaliter peccat, quantũcunq; hoc ex deuotione videatur facere, eo ꝙ agit contra præceptũ eccleſiæ. Separatq; ipſa excommunicatio à perceptione cuiuſcunq; ſacramenti eccleſiaſtici, vt notatur in c. Engeltrudã, 3. q. 4. Excõicatus enim in huiuſmodi ſtatu nullius ſacramenti eſt capax, cuius ratio eſt: quia talis eſt extra eccleſiã. Vnde abſolui nequit à peccatis in cõfeſsione ſacramẽtali, etiã quantũcũq; eſſet contritus, atq; diſpoſitus ad omnia facienda, niſi primùm abſoluatur à vinculo excõicationis: quia ſi abſolueretur exterius, abſolutio nõ valeret, ſed iterũ poſtea ipſũ abſolui oporteret, vt tenet expreſsè Beatus Thomas in 4. ſententiarum. Et hinc eſt, quòd ad cautelam in ſacramentali abſolutione præmitti

ſolet

ſolet abſolutio ab excommnnicatione; & ſi in tali excommunicatione contraheret matrimonium, teneret quidem matrimonium, ſed tamen mortaliter peccaret contrahens; ſi verò reciperet ordines ſacros, vel exequeretur actus eorundem, vtpotè celebrando, euangelium cantando, confeſsiones audiendo, baptizando ex officio, & huiuſmodi, efficeretur abſque dubio per hunc modum irregularis, & indigeret diſpenſatione Papæ. Separat quoque memorata excommunicatio à cœlo: In tantum, quòd excommunicatus iuſtè, & debitè nunquam intrabit cœlum, niſi primùm abſoluatur in præſenti, vt apertè innuit CHRISTVS Matthæi 17. cùm ait Petro, Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, ideſt à CHRISTO, & à tota curia cœleſti ſeparabuntur, & hoc claue non errante, & ſi clauis erraret, adhuc authoritas eccleſiæ non deberet contemni. Vndè Chryſoſto. ſuper epiſtolam ad Hebræ. & ſimiliter recitatur in decretis in cap. nemo, 11. quæſtio. 3. Nemo (inquit) contemnat vincula eccleſiaſtica: quia non eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, qui dedit poteſtatem talem hominibus, & ipſos fecit dignos tanti honoris. De Chriſto autem dicitur Apoca. 3. quòd habet clauem ſcilicet regni cœleſtis, & quòd claudit, & nemo aperit, ideſt cui claudit cœlum per excommunicationem, nemo præter illum poteſt ei aperire, qui certè nunquam ipſum aperit illi, qui permanet ſcienter, & obſtinato animo in excommunicatione. Separat etiam excommunicatio à conſortio fidelium; nõ enim poteſt licitè participare excommunicatus cum alijs fidelibus, nec illi cũ eo in comedendo, & bibendo, in ſalutando, vel orando. Vndè verſus, *Os, orare, vale, communio, menſa negatur.* ſcilicet excommunicatis. & nota, os, ideſt locutio, menſa, ideſt comedere cum eis. Qui autem extra caſum à iure conceſſum facit contrarium, incurrit profectò minorem excommunicationem; cum qua ſi quis ſcienter accederet ad aliquod ſacramẽtum mortaliter peccaret, à tali tamen excommunicatione, quæ minor vocatur, poteſt abſolui à quolibet ſacerdote, qui poteſt eum à peccatis ſibi confeſsis abſoluere, qui autẽ participat prædicto modo cum excõmunicato ex quadam vrbanitate peccat ſolummodò venialiter, qui verò hoc agit ex contẽptu eccleſiæ, mortaliter quidem peccaret; maximè cùm omnis contemptus ſi mortalis. Et idẽ iudiciũ eſt de excommunicato ſcienter participante cũ alijs. Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus permittitur à iure habere cõmunicationem cum excommunicatis, qui continentur in hoc verſu; *Vtile, lex, humile, ignota, neceſſe.* Sed pro declaratione huius verſus facit c. quoniam 11. q. 3. & ibi Glo. & quòd non debeant fideles participare cũ excõmunicatis, eſt ex ordinatione Apoſtolorum. Vnde 1. ad Corinth. 5. dicit Apoſtolus, Si quis frater nominatur, ideſt excõmunicatur, ſecundũ Auguſt. aut fornicator, aut idolis ſeruiẽs, aut auarus, ideſt vſurarius: cùm huiuſmodi nec cibum ſumere licet. Priuatur poſtremò excommunicatus à ſuffragijs eccleſiæ, ita vt nõ habeat partem in illis: nam vt dicitur ad Roma. 12. omnes ſumus vnum corpus in Chriſto, ſcilicet miſticum, & ſpirituale, modò ſicut membrum putridum, & à corpore naturali ſeparatum nõ recipit nutrimentum, nec partem nutrimenti, quæ, vel quod per cibum ſumitur, ita nec excommunicatus: cùm ſit ſeparatus à conſortio Chriſti fideliũ, tanquam membrũ putridum nõ recipit partem ſuffragiorum eccleſiæ. Et inſuper non eſt capax cuiuſcunq; indulgẽtię: ex quo relinquitur, ꝙ diabolus habeat maiorẽ poteſtatem ſæuiendi in eũ ſpiritualiter, corporaliter, & temporaliter, vt concludit, & expreſsè firmat Magiſt. ſentent. in 4.

5 Et excõmunicatio eſt maxima pœna, & ea nulla maior eſt pœna inferenda de iure canonico, c. corripiantur, 24. q. 3.

6 Et dicit text. in c. nihil, 11. q. 3. ꝙ nihil debet ſic Chriſtianus formidare, quã ſeparari à corpore Chriſti, ideſt ab eccleſia, qđ facit excõicatio.

7 Accedat etiam text. in l. hi qui ſanctam C. de apoſt. dicens non modicam pœnam eſſe inter homines eſſe, & hominum conſortio carere.

8 Et hinc eſt, quòd dicimus excommunicationem nedum corpori, ſed etiã animæ detrimentũ afferre: cũ hominẽ à Deo ſeparet, c. certũ 24. q. 4.

9 Imò excõmunicatus nõ debet ſepeliri in loco ſacro, c. ſacris de ſepul. & c. ad hęc de priuil. in 6. Quia damnatis obeſt eccleſiaſtica ſepultura, quę quãto fuerit ꝓcioſior, tanto plus illis obeſt, ſcdm Beatũ Gregoriũ in ſuo dialogo lib. 4. & ſimiliter recitatur in decretis in c. cũ grauia, 13. q. 11. vbi tex. ſic ait. Cùm grauia peccata non deprimunt, tũc ꝓdeſt mortuis ſi in eccleſia ſepeliãtur: nã eorũ proximi, quotiens ad eadẽ ſacra loca veniũt, ſuorũ ſepulchra aſpiciunt, ipſorũq; recordantur, & ꝓ eis ad Dñm preces fundũt, quos aũt grauia peccata diprimũt nõ ad abſolutionẽ, ſed poti⁹ ad maiorẽ damnationis cumulũ eorũ corpora in eccleſijs ponũtur. Vndè ad confirmandũ dictũ ſuũ narrat terribilẽ, & ſtupendam hiſtoriam, de quodã epiſcopo. qui nũcupat⁹ fuerat Valẽtinus. Hic igitur epiſcopus vitã valdè lubricã duxerat, propter qđ poſt mortẽ nocte quadã media vidẽtib⁹ eccleſię cuſtodibus duo teterrimi ſpiritus pedes eius quadam ligatura ſtringẽtes, foras ipsũ traxerunt; mane igitur facto ſepulchrũ eius apertũ fuit, ſed vacuũ omninò inuentũ eſt. Refert etiam aliã hiſtoriã ibidẽ de quodã tintore Romano valde diuite, cuius miſerũ cadauer: cùm fuiſſet poſt mortem more diuitum ſepultũ intra eccleſiam Beati Ianuarij Martyris, ſequenti nocte audiente cuſtode eccleſiæ, ſpiritus ex ipſius ſepulcro cœpit clamare dicens, ardeo, ardeo, ardeo; cumque mane facto cuſtos hoc ipſum vxori ſuæ denunciaſſet, & illa veritatem ſcire volens, ſepulchrum eius aperire feciſſet, corpus illius ibidẽ minimè

repertum eſt, & hoc eſt quod cõminatur propheta Domini Eſa. 22. vbi ait. Ecce Dominus aſportari te faciet, ſupple per Angelos de loco ſacro, ſicut aſportatur gallus gallinaceus.

10 Et excommunicatus ipſe ordinari non poteſt, cap. cùm illorum de ſentent. excommunica. ſi tamen ordinatur, caracterem recipit, vt notatur in cap. finali de eo, qui furt. ordin. recept. & firmat Soc. in d. regula 166. fallentia 3.

11 Et deniq; excommunicatus dicitur infamis, Bal. in c. 1. quo tempor. mil. in vſib. feud. & Glo. in §. minor, inſtitu. de capit. dimi. quæ æquiparat excommunicatum deportato, ſeu damnato in metallum.

12 Et excommunicatus, ſeruus peccati effectus eſt, l. fin. C. de ſen. pa. & c. ſequuti §. quia ergò 2. q. 7. & hæreticus quoq;, l. iubemus C. de epiſ. audi. & §. quia enim in auth. de priui. dot. ideò non mirum eſt, ſi excõmunicatio excludit ab officio; ita quòd excommunicatus eſt ſuſpenſus ab officio, beneficio, & vſu iuriſdictionis, vt neque ligare, neq; abſoluere poſsit, d. c. audiuimus 24. q. 1. & c. aduerſus de immu. eccl. & ibi Glo. S. Tho. de Aquino in 4. ſentent. diſt. 18. q. 2. art. 2. quodl. 3.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator, ſeu arbiter.*

OPINIO CCLXIV.

1 Excommunicatus arbitrator, ſeu arbiter eſſe poteſt, ſecundum Glo. Odofred. & omnes in l. Pedius ff. de receptis arbit. Specul. in titu. de arbitris in §. differt, num. 10. Ioan. Andr. in reg. dolo. de regu. iuris lib. 6. Aretin. in §. penul. num. 19. inſtitu. de except. Hoſtien. in c. cùm dilectus de arbitris, Abb. in cap. veritatis, num. 32. de dolo, & contumac. Bertachi. in prima parte ſui repertorij in verb. excommunicatus poteſt eſſe arbitrator, ſub num. 50. Dec. in cap. intelleximus, in 1. nota. de iudic. Ioan. de Imol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. Dominic. de Sancto Gemin. in cap. decernimus, num. 7. de ſentent. excommunic. & iſtorum opinionem inquit communem eſſe Alexand. in l. ſi quis arbitratu, colum. penult. ff. de verborum obligationibus, & Pet. Duennas in regu. 269. cum cæteris ſignatis per eum, vbi communem hanc limitat latè tribus modis. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus nõ prohibetur contrahere, ſed contrahens cum eo peccat mortaliter, niſi in caſu neceſsitatis contraheret.*

OPINIO CCLXV.

1 Excommunicatus non prohibetur cõtrahere, & ſic ſibi permiſſum eſt contrahere, diſtrahereque non obſtante excommunicatione, ſecundum Innocent. cæterosque Canoniſ. in cap. veritatis de dolo, & contuma. Ferrarien. in ſua practica Papien. in forma iuramenti teſtium, num. 23. Cardin. in cap. perpendimus, 35. quæſtio. 1. de ſentent. excommunic. & Dec. in cap. poſt ceſsionem, ſub num. 13. de probatio. vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, cui conſentit Syluester in ſua Summa in ver. Excommunicatio, il 3. ſub §. 23. vbi aduertit, quòd contrahens cum ipſo excommunicato peccat mortaliter, niſi in caſu neceſsitatis contraheret. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non poteſt cõferre beneficium. Nec patronus excommunicatus præſentare poteſt modo aliquo.*

2 *Excõicatus occultus, ſeu toleratus põt conferre beneficium, & eius collatio valet, & tenet.*

3 *Confeſsio facta excommunicato occulto, & tolerato valet, nec eſt aliter reiteranda poſt notitiam habitam de ipſa excommunicatione.*

4 *Excommunicatus optare non poteſt.*

OPINIO CCLXVI.

1 Excommunicatus beneficium conferre non poteſt, c. quia diuerſitatẽ, de cõceſ. prçb. notant Glo. & Doct. communiter in c. fin. eod. titu. *Cõis opin.* Nec patronus excommunicatus præſentare poteſt aliquo modo, ſecundũ Lapũ allegat. 8. Abb. & omnes cõmuniter in c. nobis de iure patr. *Cõis opin.* Rotam Roma. deciſ. 707. in antiquis, Bertach. in tract. de epiſco. lib. 1. 3. par. q. 31. Rochũ Curt. in tract. de iure patro. in verſ. Cõpetẽs q. 8. & Lãbert. in tract. de iure patro. in 1. par. lib. 2. q. 2. art. 2. & Gom. deciſ. 1. & 77.

2 Sed vbicunq; collatio ipſa facta eſſet ab excõmunicato occulto, ſeu tolerato, tunc abſq; dubio aliquo valeret, atq; ſubſiſteret, ſecundum Innoc. & alios in c. nihil de electio. Feder. de Senis conſ. 137. viſo, & examinato, Io. Bapt. Ferr. cũ alijs aggregatis per eũ conſ. 9. in queſt de qua col. 3. vol. 1. Henr. Boic. & Abb. ſub nu. 43. in c. veritatis de dolo, & contum. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, *Cõis opin.* & Syluester etiam in ſua Sũma in ver. Excommunicatio il 3. ſub §. 23. & 11.

3 Et ſimiliter etiam confeſsio facta per ipſum confitentem excommunicato ipſi occulto, &

tolerato

tolerato valeret,& teneret,nec eſſet aliquo modo reiteranda, poſtquàm confitens memoratus notitiā haberet de excommunicatione eiuſdem confeſſoris,vt firmat,& probat Armilla in ſua Sũma,ver. Abſolutio nu. 30. & Syluester in eius Sũma in ver. Excõmunicatio,il 3.ſub §. 23.& 11.

4 Itidem ipſe excõmunicatus minimè poſſet optare, ſecundum Aeneam de Falconibus in tract. reſeruationum Papaliũ,ac legatorum in 4.principali q.in 5.effectu.nu. 3.vbi hoc probat aliquibus rationibus,& reſpondet omnibus cõtrarijs.

SVMMARIVM.

1 *BOVES, & aratra, & alia ruralia instrumenta non poſſunt capi pro exequutione ſententia, nec pro pignoratione, & hoc ne ſterilitas fructuũ damno eſſet reipublicæ; Et ſi capiantur, poſſunt impunè recuperari per partem à manu executorum propria authoritate. Quod limitatur infra pluribus modis.*

2 *Boues, & inſtrumenta aratoria, & ruralia capi poſsũt pro debito fiſcali, ſi debitor non eſſet ſoluendo, vel non reperirentur alia bona pro executione facienda. Idem eſt quando capiuntur pro executione ex forma iuris communis non loco pignoris, nec ſimplicis executionis, ſed vt vendantur, vel dentur in ſolutum.*

OPINIO CCLXVII.

1 EXECVTIO rei iudicatæ,nec pignoratio fieri poteſt ſuper bobus,aratris,cæteriſq; inſtrumẽtis ruſticorum, l.executores C. quæ res pignor.da.poſſ. & not. And.de Iſer.& alii Doct.in c. 1. §.agricultores de conſuet.quę cont.lib.eccl.coll. 9.& Maranta in tract.de iudicijs in 6.par.in 3.& vltimo actu.prin.nu.31.fol.paruo 196. Tamen in rei veritate, & ſecundum corticem verborum d.l.executores,ille text.loquitur dumtaxat de bobus,& inſtrumentis agrorum tributariorum, ne ſolutio tributi retardetur:nihilominus, ſecundũ Bar.communiterq; omnes Doct.vbi ſupra,idẽ eſſet dicendum ſi mentionata prædia nõ eſſent tributaria: quia ſi ceſſaret ratio ſolutionis tributorum,militaret quippè alia ratio,ſcilicet ne ſterilitas fructuum damno eſſet reipublicæ,argumẽto l.1.§.de eo opere ff.de aqua plu.arcen.& ne ſegetes cœleſti prouiſione conceſſæ pereant, l. 2. C. de fruct. & lit. expen. Hoc idem videtur hodie ſtatutum in Regno Neapolit. vt habetur in cap. 156.inci. conſtitutioni boues,& cætera,exceptis duobus caſibus relatis ibi per text. & talia prohibita capi, ſi capiantur poſſunt impunè propria authoritate recuperari per partem à manu executorum, ſecundum Iaſ.conſil. 20. pro liberatione vol.3.text.in l.defenſionis, & l.prohibitum,& ibi Glo.C.de iure fiſci.

Cõis opin.

2 Sed interpretantur iſta omnia non habere locum pro debito fiſcali, tunc enim ſi debitor non eſſet ſoluendo, vel non reperirentur alia bona pro executione facienda, poſſent iſto caſu capi boues, & alia inſtrumenta aratoria; & hoc videtur expreſsè ſancitum in c. Regni exordiente, Pridem contra inſolentiam in prin. dictorum capitulorum.

¶ Limitantur etiam antedicta, quando præmiſſæ beſtiæ aratoriæ, & alia prohibita capi pro executione ex forma iuris communis,& cap.Regni capiuntur non loco pignoris, nec ſimplicis executionis, ſed ut uendantur, maximè ad haſtam, vel dentur in ſolutum, & pro executione ſententiæ,vel crediti,vt alia bona colantur, tunc enim hæc impunè fieri poterunt, ſecundum Ruinum conſ. 130.ad dubiam,nu.9.vol.1.

¶ Coharctãtur etiam poſtremò iam poſita,in ſubſidium, vbi non ſunt alia bona, ideſt quando executores non inuenerunt alia bona ſufficientia pro facienda integra executione crediti, niſi feciſſent executionem in beſtijs aratorijs, & alis prohibitis: tunc enim præmiſſa prohibita pignorari, poſſunt capi pro executione crediti, non obſtante l. communi, & ſtatuto quolibet contrario, ſecundum Glo. in dict. l. executores, & ibi Docto.Petr. Gerard. in ſingul. 35, dictum eſt, & Ripa in tracta. de peſte rubr. de præſeruat. remed. num. 221. Specul. in titul. de primo, & ſecundo decreto §. reſtat. Andr. de Iſer.& omnes Scriben.Regnicolæ in conſtit. ab officialibus, & in conſtitut.quiſquis.

¶ Contrarium verò aſſeruerunt, & malè Petrus de Bellapert.Cyn.& Salyce.in dict.l. executores, & Neguſantius in tracta. de pignori. in 2. parte nume. 48. quæ omnia latiſsimè cumulantur per Iulium Ferrett. in tracta. de gabellis, & publicanis inſerto inter ſua conſilia, nume.525. cum alijs ſequen. vbi ponit alias limitationes, & Ioan. Anton. de Nigris etiam in dicto capit. pridem contra inſolentiam, numer.1. cum alijs ſequen.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS, vel nepos pauper exiſtens, & agens querela inofficioſi teſtamenti, vel petens bona paterna ſibi reſtitui, ac reportans primam ſententiam in eius fauorem aduerſus reum conuentum in iudicio, poteſt petere ſibi ſubminiſtrari per ipſum reum, officio iudicis expenſas litis, alimenta, ſeu victus.*

2 *Vxor litigans cum viro ſuo pro exactione dotis poteſt petere ſibi ſubminiſtrari per maritum, durante lite, expenſas ipſius litis vnà cum alimentis, quando mulier non habeat niſi dotem.*

3 *Reus in quibus caſibus teneatur ſubminiſtrare litis expenſas actori, remiſsiuè.*

OPINIO CCLXVIII.

1 EXPENSAS litis, & alimenta, ſeu victus petenti bona paterna ſibi reſtitui debere, agentiq; querela teſtamenti inofficioſi reus ſubminiſtrare debet; & ſic concurrẽtibus tribus requiſitis, videlicet actorem eſſe filium, vel nepotem, actorẽq; pauperem fore, & primam ſententiam in eius fauorem reportaſſe aduerſus reum, ipſi actori ſumptus litis, & alimenta mediante officio iudicis prouideri debent, ſoluenda ac præſtanda tamen per dictum reum, ſecundum Glo. Bartol. Alberi. Ang. Caſtren. & Fulgo. in l. ſi inſtituto §. de inofficioſo ff. de inoffi. teſta. per textum ibi Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. pręſumpt. 9. num. 9. & *Cõis opin.* iſtorum opinio communis eſt, ſecundum Io. Cephalum cum alijs relatis per eum conſ. 127. nu. 10. & 12. vol. 1. Sed nulla lata ſententia, concurrentibus tamen duobus alijs ſaltem requiſitis prædictis, prouidendum fore de litis ſumptibus, & alimentis conſuluit doctiſsimè Io. Cephalus in d. conſ. 127. nu. 10. vbi congerit alios eiuſdem ſententiæ, qui in alijs curijs in præſenti caſu mentionem fecerunt prouidiſſe de expenſis litis.

2 Item vxori litiganti cum viro pro exactione dotis, quando mulier nõ habeat niſi dotem, maritus interim ſubminiſtrare tenetur expenſas litis vnà cum alimentis, ſecundum Imol. Abb. Fely. & alios communiter in c. ex parte ext. de *Cõis opin.* accuſat. Afflict. deciſ. 10. & 152. Soc. conſ. 286. vol. 2. Hoſtien. in ſumma titu. de accuſat. §. quis poſſit, Specu. in titu. de inquiſitio. §. fin. verſ. quid ſi matrimonium Io. Lupi in repet c. per veſtras §. 39. ampliatione 8. Boer. deciſio. 325. num. 2. Alciat. in d. pręſumpt. 9. ſub num. 10. & Cornelium Benincaſium in tract. de paupertate q. 7. ſecundo ſpeciali, nu. 4. & ſeq.

3 Alios verò caſus, in quibus reus actori litigãti ſecum, teneatur litis expenſas ſimul cum victu ſuppeditare, ponunt Doctores in d. c. ex parte, & plerique ex relatis Doctoribus in locis præcitatis, & Boer. deciſio. 303. num. 4. & Dominus Cornelius Benincaſius in d. tract. de paupertate q. 7. 1. ſpeciali num. 11. & ſecundo ſpeciali eiuſdem 7. q. nu. 4. cum alijs ſeq. & Cæſar Vrſillus in add. Affl. in d. deciſ. 10. per totam.

SVMMARIVM.

1 *EXTENSIO fit etiam in correctorijs, vbi tractatur de fauore publico; & conſequenter ſtatutum puniens homicidas, extenditur in præcipientibus fieri homicidium: cùm hoc tendat ad fauorem reipublicę. Et hoc procedit in grauioribus delictis, non autem in leuibus.*

OPINIO CCLXIX.

1 EXTENSIO fit etiam in correctorijs, vbi tractatur de fauore publico; & ſic lex pęnalis, quæ reſtringi debet, vbi tractatur de publico fauore extenditur, ſecundum Bart. in l. quemadmodũ C. de agri. & cenſi. lib. 11. & in l. 2. §. exercitium C. de his, qui notan. infa. Bald. in l. non ſine C. de bonis quæ liber. Caſtr. in l. bona fides ff. depoſi. Roma. conſ. 105. viſo themate propoſito ſub nu. 2. & ſequen. Barbat. conſ. 48. col. 1. vol. 2. Fely. in c. trãſlato col. fin. de conſt. Iaſ. in l. qui ſe patris, nu. 56. C. vnde libe. in l. fratres col. 3. C. de inoffic. teſta. in l. ſi filiusfam. colum. penul. ff. ſi cer. peta. & in l. cùm quidam colum. penul. ff. de liber. & poſthu. Corſet. ſingu. in verb. Extenſio, Dec. conſ. 65. nu. 3. conſil. 72. col. 2. conſi. 352. col. 1. & conſil. 669. nu. 4. & in l. in teſtamentis poſt princ. ff. de regu. iur. Grauet. in tract. de antiqui. tempo. in 4. part. nu. 96. & conſ. 291. nu. 3. & Ruin. conſil. 60. nu. 5. vol. 5. & iſta eſt communis opinio, quòd ſtatutũ *Cõis op.* puniens homicidas verificetur, extendaturq; in præcipientibus fieri homicidium: cùm hoc tendat ad fauorem reipublicæ. Et ſic ex his, quando tractatur de puniendis delictis, quo nempè caſu materia dicitur fauorabilis, & reipublicæ expediens, l. ita vulneratus ff. ad legem Aquil. extẽſio fieri debet, ſecundum Doctor. præmemoratos, & Roma. conſ. 105. viſo themate propoſito, ſub nu. 2. & ſequen.

¶ Sed aduerte, quòd opinio hæc communis procedere, obtinereq; locũ videtur ſaltẽ in grauioribus delictis, vt firmat Hoſtien. in cap. fin. de immu. eccleſ. non autem in leuibus, vt efficax teſtimonium eſt Abb. ibi, num. 9. & in c. inter alia, nu. 23. eod. tit. de immu. eccleſi.

SVMMARIVM.

1 *EXTENSIO in correctorijs non ſolùm à ſimili, ſed ex maioritate rationis non eſt licita.*

OPINIO CCLXX.

1 EXTENSIO in correctorijs non ſolùm à ſimili, ſed à maioritate rationis non eſt licita, ſecundum Gloſſam, & Doctores in authentic. quas actiones C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi conſtãte ff. ſoluto matrimonio, Iaſ. in l. fratres colum. 3. C. de in offic. teſta. & in auth. non licet colum. 2. C. de libe. præteritis, Imol. conſil. 64. Areti.

Areti.conſ.27.colum. 2. Corneus conſ. 271. col. 4.uol.4.Curti.Iuni.conſ.6.colum.6.& iſtam opi-
Cōis opin. nionem aſſeuerat eſſe communem Iaſ.in l.de qui bus,nume.14.ff.de legi.& in d.auth. quas actiones,nume.21.Deci.in l.nō debet cui, quod plus, nume.4.ff de regu.iuris.quicquid aliter uoluerit idem Deci.pręcipitanter,& ſibi contrarius conſ. 333.colum. 3.

SVMMARIVM.

1 *EXTENSIO in odioſis, & pœnalibus, vbi lex figit pedem non admittitur: quia odioſa reſtringi debent, niſi ratio eſſet expreſſa in lege pœnali, & niſi fieret extenſio de caſu ad caſum: quia aliàs lex fieret eluſoria.*

OPINIO CCLXXI.

1 EXTENSIO. IN odioſis, & in pœnalibus, ubi lex figit pedem,non debemus ultra ꝓcedere: quia odioſa reſtringi debent, vt in regula odia,de regul. iur. in 6. & eſt optimus text. ad hoc in l. at ſi quis §. Diuus autem Marcus ff.de religioſis,ubi licèt hęres delinquat prohibendo teſtatorem funerari ab eo, quem teſtator elegerat, ſeu per quem funerari uolebat,tamen non punitur,ratio dicit tex.quia pœna in hæredem ſtatuta non eſt,& Gloſſ. ibi ait nota, quòd illicitum non punitur, & illum text. dicit notabilem Bal.in l.3.in princ.C.de epiſc.& cleri.unde in pœnalibus:quia odioſa ſunt, nō eſt licita extenſio,vt in regu.in pœnis, de regul. iur. in 6.& hoc not.Dec.& Cagnol. in l.factum ſuum §.pœnalibus colum.2.ff.de regu.iur. iſtamq; opi-
Cōis opin. nionem ait eſſe communem Iaſ. in l. cùm quidā, nume.10.& 24.ff.de liber.& poſthu.& in l.fin.ff. de in ius uocan.& latè proſequitur Grauet.in tracta.de antiquitate temporum in 4. part. nu. 87. & in conſ.6.plura uidenda,ante nume.11.& Roma.conſ.150.in propoſita,nu.4.& ſeq.

¶ Quæ quidem communis regula limitatur non procedere, quando ratio eſt expreſſa in lege pœnali:quia tunc fit extēſio ad alios caſus,in qui bus uiget eadem ratio,ita tradit Domi. Gemini. in c.ſi ciuitas §.1.de ſenten.excommu.in 6.Alex. in l.cùm mulier in 2.nota.per illum text.ff.ſolut. matrimo.Decius in d. §. pœnalibus limitatio. 7. Iaſ.in d.l.cùm quidam limita.5.& in l. 1. ff. de in ius uocan.colum. 2.& Grauet.latius in d. tracta. de antiquitate temporum in par. 4.numer. 107. cum ſeq.

¶ Interpretatur quoque iſta communis non procedere in pœnalibus, in quibus fit extenſio de caſu ad caſum, cap. 1.§.porrò,quę fuer. prima cauſa bene. amitten. vbi in materia priuationis feudi ꝓceditur de ſimilibus ad ſimilia,& ibi Bal. col. 3. dicit illum textum meliorem, & quòd in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia, quem ſequitur Salyc.in l.2.colum.10.C.de noxa li.Alex. in authen. non licet C. de liber. præteri. Cyn.& Saly.in l.fin. per Gloſ.ibi in uerb. Voluerit, C.de reuocan.donatio.Iaſ.in l.fin.ff. de in ius uocan.Barbatius conſ.64.cùm res iſta,colum.7. uol.1.Ruin.conſi.153.de pluribus,num.1.& 10. uolum.1.Deci.conſ.555.licèt in caſu,nume.8.& conſ.697.his ſtantibus,nume. 10.& Sylua nupt. lib.6.nu.49. Et iſtam opinionem,quòd fiat extēſio de uno caſu ad alium latè probat Grauet. in loco præcitato, & dicit communem Gome. in c. Cōis opin.
ſtatutum,nume.39.de reſ.in 6.Iaſ.in d.l.fin.ff.de in ius uocan. & Ripa in tracta. de peſte, de rem. conſeruā.huber.numero 50.& 54.& iſta communis probatur uiua ratione.Nam ubicunque aliàs lex fieret eluſoria,tunc fit extenſio de caſu ad caſum, ita uoluit Iaſ. in dicta l. cùm quidam in fin. Deci.in dicto §. in pœnalibus in 3. limitatio. per Gloſ.in c. quanquam de uſuris in 6. ubi dum dicit,aliàs facilè eſſet hanc conſtitutionem eludere,& ibi notat Domini. colum.penult. idemque in effectu tradit Butri.in diſputatio.ſua incipien. Bononienſis in fin.3. dubio, ubi, quòd fit extenſio in materia pœnali, quando aliàs magna plaga legi inferretur,& ſic quando fieret eluſoria, ſequitur Soci.conſi.240.colum.3.uol.2. & Graue. in d.tracta.in 4.par.nu.110.

¶ Limitatur etiam præfata communis in quatuordecim aliis caſibus,quos ponit Gemi.in c.1. de temp.ord. in 6. Sed ultra iſtos uide ſex alios, quos refert Iaſ.in d.l.cùm quidam,num.24. cum aliis ſequen.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIO oppoſita per poſſidentem hęreditatem contra agentem petitione hęreditatis,vel familię erciſcundę iudicio, quòd eſt indignus hęreditate, vel quòd defuncti uxorem adulterauerit,uel liberos occiderit,uel tacitam fidem incapaci accommodauerit,nihil operatur.*

OPINIO CCLXXII.

1 POSSIDENS hæreditatem,ſi contra agentem petitione hæ- EXTENSIO.
reditatis,vel familiæ erciſcundæ iudicio exciperet, quòd eſt indignus hæreditate, ut putà ſi defunctum teſtari prohibuerit,l.2.C.ſi quis al.teſta.prohi. cum nota.per Bart.in l.fin.ff.eod.titu.& per Soc. conſ.105.uiſo proceſſu uol. 3. uel quòd defuncti vxorem,ſeu liberos occiderit, vel tacitam fidem de reſtituenda hæreditate incapaci accommodauerit,vt ſæpè accidit in his, qui inſtituuntur hæredes ab habentibus filios ſpurios, vt per Bal. in l.ſi quis presbyter C.de epiſ. & cleri. & Barba.in c.cùm in officij col. fina. de teſta. exceptione iſta non iuuabitur,ſecundum Glo.in l.his conſequenter

ter §.1.ff.fami. erciſc. l. loci §. competit ff. ſi ſer.
Cõis opin. uen. & opinio hęc communiter approbatur, vt per Corne.conſ.150.circa præſentem lib.2. Docto.uariis in locis iuris noſtri; & ſic exceptio oppoſita per poſsidentem hęreditatem contra agẽtem petitione hęreditatis, uel familiæ erciſcundæ iudicio, quòd eſt indignus hæres ipſe hęreditate, vel quòd defuncti vxorem, vel liberos occiderit, vel tacitam fidem incapaci accommodauerit, nihil operatur.

SVMMARIVM.

1 *FALSITAS quæ nemini nocet, non poteſt pœna ordinaria falſi puniri, ſiue per teſtem, ſiue per notarium, vel alium commiſſa ſit.*

2 *Falſum committens inquiſitus, uel accuſatus de falſo debet ſub cautione relaxari, & habilitari.*

3 *Falſitas commiſſa per teſtem, cuius depoſitio nulla ſit, non debet puniri pœna falſi ordinaria, ſed extraordinaria pecuniaria, uel ſimili iudicis arbitrio.*

4 *Falſum commiſſum in inſtrumento nullo non poteſt puniri pœna falſi ordinaria.*

OPINIO CCLXXIII.

1 FALSITAS, quæ nemini eſt nocibilis non poteſt de iure cõi puniri pœna falſi ordinaria, ſiue p teſtes, ſiue notariũ, vel alium ſit commiſſa, ſecũdum Barto. in l. ſi quis legatum, ff. ad l. Cornel. de fal. & iſta eſt communis opinio omnium Docto. vt atteſtatur Alex. conſ. 145. uiſis, uol. 6. & Soci. conſil. 103. in facto, & 104. poſt reditum uol. 1. & Cotta in memorali in uerbo Mendax colum. 3. uer. Sed quid de teſte inutili, qui non expedit producenti. quamuis Saly. in l. 1. C. de ſepul. uiola. & malè, imo abſque nulla concludenti ratione uideatur aſſerere contrarium, vbi tenet, quòd ſi quis in libro ſuo falſò reſcripſiſſet Titium eſſe ſuũ debitorem, ſeu tabellio in ſui fauorẽ falſum inſtrumentum confeciſſet, puniri debent pœna falſi. (Cõis opin.)

2 Sed aduerte utiliter, & perpetuò, quòd accuſatus, ſeu inquiſitus de crimine falſi debet ſub cautione habilitari, ac relaxari, ſecundum Ioannem Anto. de Nigris, cum magna catherua Doctorum in c. Regni, vt quę ab excellentia, 31. nume. 20. fol. 88. ubi tuetur iſtam opinionem, limitat, & ait communem. (Cõis opin.)

3 Item ubicunque teſtis deponeret falſum, ſed eius teſtimonium non ualeret, vt putà quia deponeret non iuratus, vel iuraret nõ pręſentibus partibus, tunc quippè puniendus non ueniret pœna falſi ordinaria, ſed extraordinaria. crimine ſtellionatus, ſeu pœna pecuniaria iudicis arbitrio, ſecũdum Alber. de Roſa in 2. par. ſtatuto. quęſt. 141. & Gand. in tracta. malefi. in titu. de falſ. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur etiam Cotta in d. memorali in uer. Mendax, poſt princ. uer. Sed an prædicta, ubi ponit alterum ſimile congruum exemplum. (Cõis opin.)

4 Et hoc idem concludendum eſt in Notario, falſum conficiente inſtrumentum aliàs nullum, & inualidum, vt firmauere Glo. in c. ne quis arbitretur 22. quæſt. 2. Cyn. in l. 1. C. de ſepul. viol. Ioan. And. in regu. non eſt ſine culpa in mercurialibus ext. de regu. iur. in 6. & Bald. in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtru. & in l. data opera C. qui accuſa. & in l. preſbyteri C. de epiſco. & cleri. Barto. in l. ſi quis legatum, nume. 2. ff. de falſis, Soci. conſil. 62. colum. 1. uolu. 1. Iaſ. in l. ubi pactum, nume. 26. C. de tranſactio. Vantius in tract. de nullit. titu. quoties, & intra quod tempus de nullitate dici poſsit, num. 62. & 64. & Rubeus conſ. 15. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *FAMA publica regulariter facit ſemiplenam probationem, non autem plenam.*

2 *Fama publica in antiquis, quorum non extat principij memoria habetur pro plena ſcientia, & veritate, taliter, quòd teſtis deponere poteſt, ſcio Chriſtum crucifixum, & Conſtantinum Imperatorem fuiſſe, quia nouit indubitanter, quamuis non uiderit.*

3 *Fama in antiquis plenè probat, & infra etiam, ſub nume. 4.*

4 *Fama publica ſola in antiquis, cuius initij memoria non extat, probat dominium antiquiſſimum, uidelicet, quòd iſta domus fuerit Dantis Poetæ Florentini, & Vergilij in Mantua.*

OPINIO CCLXXIV.

1 FAMA publica regulariter ſemiplenam facit probationem, non autem plenam, l. 3. §. eiuſdem quoque, iuncta Glo. ff. de teſti. c. 1. ubi Gloſ. de appellat. c. illud de præſumpt. & c. ex literis de iureiuran. quæ quidem concluſio in iſtis iuribus expreſsè probatur, eamque ſequuntur communiter Doct. omnes in d. §. eiuſdem, & in c. veniens, il 1. extra de teſti. Bart. in l. de minore §. tormenta de quęſtio. Dec. conſ. 146 colum. 2. Soci. conſ. 22. nume. 7. vol. 1. Fely. in c. ex tenore, nume. 6. extr. de reſcript. & Caſſadorus deciſ. 2. nume. 1. in titu. de probatio. & de iſta communi atteſtantur Deci. in c. dilecti, nume. 36. cum aliis ſequen. de appellat. Fulgo. conſ. 145. quoniam plurima, & Alex. conſ. 18. uiſo proceſſu colũ. 2. uol. 1. (Cõis opin.)

2 Sed interpretatur iſta communis non procedere in factis antiquis, quorum non extat principij memoria, & tũc publica fama ipſa habetur pro plena ſcientia, & veritate. Vndè teſtis poteſt deponere, ſcio Chriſtum crucifixum, & Conſtantinum Imperatorẽ fuiſſe: quia nouit indubitanter, quãuis nõ viderit, ita Inn. in c. fi. ext. de iura. cal.

3 Et quòd iſta fama in antiquis plenè probet, eſt communis opinio, teſte Grauet. in tractat. de antiquitate temporum in 1. part. nume. 302. Iaſ. in l. prætor ait §. prætor, num. 25. ff. de edict. Dec. in l. ex his col. 3. C. de teſta. mili. Curti. Iuni. conſ. 47. Marſil. in l. de minore, §. plurimum, num. 60. & ſeq. ff. de quæſtio. & in rub. de probatio. numero 194. & ſingu. 505.

Cõis opin.

4 Declaratur etiam præcedens communis opinio, quòd ſola fama publica in antiquis, cuius initij memoria non eſt, probet dominium antiquiſſimum, videlicet, quòd iſta domus fuerit Dantis Poetæ Florentini, & Vergilij in Mantua, ſecundũ Glo. & Angel. in l. at qui natura §. cùm me abſente ff. de nego. geſtis, Bald. Ange. & Paul. de Caſtr. in l. proprietatis C. de probatio. Bal. in c. uaſall. ſi de feudo fuer. controuer. [illegible] in l. conuenticulam C. de epiſc. & cleric. Alex. conſ. 4. colum. 5. uol. 2. & in l. rem quæ nobis, col. 7. ff. de acquiren. poſſ. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, Soci. quoque, & Deci. in c. cauſam de probatio. in 2. nota idem Deci. conſi. 42. colum. 2. & 428. & in c. 1. colum. 4. de appellatio. ſequitur etiam iſtam communem Aret. conſilio 15. colum. 4. Calca. conſ. 11. col. 5. Iaſ. in l. cùm aliquis colum. fina. C. de iure deliberan. & Caſſadorus deciſio. 2. in titulo de probatione.

Cõis opin.

¶ Contrariam uerò ſententiam tenuit Corn. conſ. 304. col. 2. lib. 3. quòd ſola fama in antiquis non plenè probet, niſi alia adminicula concurrant; iſtas tamen opiniones conatur ad optimã conſonantiam reducere diſtinguendo Ripa in d. l. rem quæ nobis col. penult. quæ videtur ueriſſima, & ſemper mihi placuit.

SVMMARIVM.

1 *FAMVLVS ſeruiens pro mercede, ualetudine impeditus operas præſtare, ſalarium pro eo tempore, & ſic durante infirmitate habere non debet: nam merces debetur, quatenus operæ præſtentur.*

OPINIO CCLXXV.

1 FAMVLVS ſeruiens pro mercede, valetudine impeditus operas promiſſas præſtare, ſalarium pro eo tẽpore, & ſic durante infirmitate habere non debet, ſecundum Gloſ. & Bart. in l. opere ff. de vſufruct. leg. & Bar. in l. ſi vno §. item cùm quidã ff. locat. Barto. in l. liberti, C. de oper. lib. Anto. de Butr. Anchara. & Imol. in c. propter ſterilitatem ex. locat. & Paul. Caſtren. in d. §. item cùm quidã, vbi dicit, quòd merces dicitur eſſe pretium operæ, meritò ſi opera non præſtatur, merces non debetur, quæ eſt correlatiua, argu. l. ſi ſumma fides. ff. de actio. empti. Et ob hoc concludit Bald. in d. l. liberti, quòd non laboranti, ſalarium non debetur, & Alexan. inquit in d. §. item cum quidam in additio. ad Bart. quòd promiſſio ſalarij illam tacitam conditionem habet, ſi operas præſtabit.

¶ Sed opinio iſtorum uidelicet, quòd famulus proportionabiliter pro rata temporis operarum præſtitarum per eum debeat conſequi ſalarium, videtur nimis periculoſa; cùm pro vtraque parte allegentur urgentiſſima fundamenta, vt vix veritas dignoſci poſſit, vt refert Iaſ. in l. diem functo, ff. de offi. aſſeſſo. & Barbac. in d. c. propter ſterilitatem, nu. 25. vbi per multa iura inclinat in hanc partem contrariam, quòd pro tempore infirmitatis famulo ſalarium debeatur, & in huiuſmodi ſententiam inclinarunt quoque originaliter Glo. in d. §. item cum quidam, & in l. arboribus §. illi ff. de vſufruc. Inno. in d. c. propter ſterilitatem, Ioã. And. & Hoſtien. in Summa de locat. §. quę actiones, verſi. Quid autem, & Azo. in ſumma, C. de loca. Glo. & Porti. in §. apum, nume. 11. inſtitu. de rer. diuiſio. & apoſtillator in c. vnico de cler. non reſiden. in 6. in apoſtilla exordiente, Notat hic Dominus Philippus.

¶ Tamen prima opinio Gloſ. Bar. & ſequaciũ eſt communis, ſecundum Abb. in c. 1. de cleric. ægrot. nume. 6. & Curti. Seni. in d. l. diem functo ait quoque, quòd de rigore iuris, communis opinio eſt, quòd infirmus famulus non debeat habere ſalarium deperditi temporis, licèt de æquitate ſalarium conſequatur pro tempore, quo operas pſtitit, quàmquã ipſe de hac cõi opinione dubitet per text. in l. cùm hæres §. Stichus, ff. de ſta. lib. vbi quos curamus nobis ſeruire dicuntur. At ego non recedo ob talem ſuaſionem, & alias quã plures, quæ fruſtra in medium adduci poſſent à communi præmiſſa, quam in practica millies obſeruari vidi, & eſt verior de iure, teſte Ioan. de Imol. in d. c. propter ſterilitatem: cùm ei inhęreat etiam Cagnolus in d. l. diem functo, nume. 215, & Bolognettus, nu. 72. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *FOEMINA regulariter non ſuccedit in feudo, tanquam incapax ipſius feudi.*

2 *Fœminæ ſuccedunt ſimul cum maſculis in feudo, ſi feudum reperiatur conceſſum pro maſculis cum fœminis.*

3 *Fœmina ſimul cum maſculo ſuccedit in feudo, ſi feudum acceptum ſit pro hæredibus vtriuſque ſexus.*

4 *Fœmina ſuccedit in feudo ſimul cum maſculis, vbi feudum fœmineum eſſet debendum fœminæ, vel vbi ſpecialiter conueniret, vt ad fœminas tranſiret. Quod procedit dummodò tunc filij non extarent.*

5 *Fœmina licèt incapax feudi ſit, tamen in eo ſuccedit cũ maſculis, vbicunque feudum pretio acquiſitum ſit, tunc enim magis conſideratur natura contractus, quàm feudi.*

6 *Feudum acquiſitum ex re patris, & non gratis conceſſum, poteſt pater, qui illud recipit pro ſe & filijs, vni filiorum aſſignare.*

7 Fæ-

7 *Fœmina in quibus caſibus feudi incapax non ſit, ponuntur hic remiſſiuè.*

OPINIO CCLXXVI.

1 FOEMINA regulariter in feudo aliter non ſuccedit, & ſic ipſius feudi incapax eſt, ſecundum Hoſtien. in Summa. de feudo, §. in quibus caſibus, Bar. conſi. 60. in princ. Calderi. conſ. 4. ſub titu. de feud. Card. conſ. 64. in princ. Fulgo. conſ. 129. colum. 2. Alex. conſ. 29. nu. 5. vol. 1. & cõſ. 9. in princip. uol. 5. And. de Iſer. in c. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud. Bar. in l. liberti, libertęque col. 6. C. de oper. liber. & conſil. 276. colum. 2. uol. 2. Ancha. conſi. 274. colum. 1. Cuma. conſil. 138. nu. 2. Corn. conſil. 16. nume. 4. & conſil. 239. nume. 2. uol. 1. Curt. Seni. conſ. 49. nume. 1. & conſ. ſeq. nume. 5. Ruin. conſil. 18. nume. 1. uolu. 1. Curt. Iuni. conſil. 21. nume. 7. Soci. Iuni. conſi. 65. nume. 2. & conſ. 76. nume. 3. uol. 1. Iaſ. in l. de quibus, nu. 64. ff. de legibus, & in prælu. feud. 111. Lamber. in tract. de iure patro. in 1. par. 1. lib. arti. 27. q. princ. num. 7. Nattam conſ. 460. perlectis maturè, & diligẽter ſcripturis, nume. 1. uol. 2. ubi hoc ampliat, Deci. conſ. 139. & conſ. 193. ſub nu. 5. & conſi. 208. nu. 3. & in l. fœminæ, ſub nu. 64. ff. de reg. iur. Gozad. cõſil. 8. nume. 8. conſ. 26. nume. 32. & conſ. 50. ſub nume. 13. Bertran. conſ. 276. nume. 1. uolu. 1. Pariſi. conſ. 23. nume. 49. uol. 1. & conſi. 72. nume. 75. uol. 4. & Clarum in tract. de feudo, libr. 2. §. feudum quæſtio. 73. ubi vocat iſtam eſſe communem opinionem, & regulam, & reprobat cõmunem rationem, quę allegatur pro corroboratione dictæ ſententię communis, & ſequitur etiã Rolan. à Valle conſ. 82. nume. 8. & ſeq. vol. 2. vbi hoc ampliat procedere tam in feudo paterno, quàm materno, & hæreditario. *Cõis opin.*

2 Quæ quidem communis limitatur primò, ſi feudum conceſſum foret pro maſculis cum fœminis, tunc profectò ad ſucceſsionem ipſius feudi fœminæ quoque cum maſculis ſuccedunt, vt voluerunt Bal. in l. fin. C. de ſuis, & legi. Cremen. ſingu. 70. Deci. d. conſ. 200. nume. 3. & in l. diſcretis, nume. 30. C. qui teſta. facc. poſſ. & Clarus in d. q. 73. verſ. Et in hoc propoſito, vbi refert conſuluiſſe in pręſenti caſu, quòd maſculi, & fœminæ ſuccedunt ſimul, & ſemel, & eſt veriſsimum.

3 Secundò limitatur, vt nõ procedat, ſi feudum acceptum eſſet pro hęredibus vtriuſque ſexus: eo enim caſu fœmina pariter cum maſculo ſuccederet, ſecundum Dec. d. conſ. 208. colum. 4. & in d. l. diſcretis, nu. 29. & ſeq. Gozad. conſi. 56. nume. 22. Rube. conſ. 100. nume. 8. Ruin. conſil. 16. nume. 6. & ſeq. uol. 1. licèt diſcrepet Alex. d. conſilio 9. nume. 4.

4 Tertiò limitatur, ubi feudum fœmineum eſſet debendum fœminę, vel vbi ſpecialiter conueniret, vt ad fœminas tranſiret, ſecundum Aluarot. in c. 1. §. quia nu. 8. qui feud. dar. poſſ. Fran. Areti. in l. Gallus §. nunc de lege, nume. 53. ff. de liber. & poſthu. Deci. conſil. 516. colum. 5. Nattã conſ. 467. uiſa inueſtitura facta per Illuſtriſſ. nume. 11. uol. 2. Campeg. in tract. ſtatuto. de dot. loquen. quæſt. 42. poſt medium, & Ripam in 1. reſpon. nu. 70. lib. 1. ubi uocat iſtam eſſe communem opinionem. Quę quidem communis interpretatur, ac declaratur vtiliter, vt procedat dummodò maſculi non extent, & ita intelligit text. in c. 1. de feud. fœmi. Cardi. in d. conſ. 64. col. 1. Afflict. in c. 1. ſub nume. 18. de natu. ſucceſ. feud. & Ferrarien. in ſua Practi. Papien. in for. libelli ad reuoca. feud. in verb. nec ſuperſtitibus, nume. 3. & Curti. Iuni. conſ. 181. nu. 2. qui aſſerit iſtum intellectum eſſe communiter receptum. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

5 Quartò fallit vbicunque feudum pretio acquiſitum fuit, tunc enim magis conſideratur natura contractus, quã feudi: & ſic hoc caſu licèt fœmina incapax ſit feudi, nihilominus in eo ſuccedit, ſecundum Odofred. in Summa ſua ſub rubr. qui in feu. ſucc. poſſ. quem refert, ſequiturque Bal. in c. 1. §. & quia uidemus col. fin. qui. feud. dar. poſſ. Roma. conſ. 367. ſub nume. 12. & Alex. in l. vtrũ turpem ff. de uerb. oblig. Gozad. conſ. 9. num. 55. Campeg. in tracta. ſtatuto. de dot. loquen. q. 42. Frater Ang. de Clauaſio in ſua Summa Angelica in ver. Feudum, ſub nume. 7. Dec. conſ. 390. nume. 7. Ruin. conſ. 18. nume. 18. vol. 1. Ripa in 1. reſpon. num. 76. uol. 1. & Anto. Rubeus in d. conſil. 100. nume. 3.

6 Et ſimiliter dicit Bal. in l. 1. in fin. C. per quas perſonas nob. acqui. quòd vbi feudum non fuit gratis conceſſum, ſed quæſitum fuit ex re patris, poteſt pater, qui illud recepit pro ſe & filiis, vni filiorum aſsignare: quia hoc feudum non competit filiis ex beneficio domini concedentis, ſed ex patris acquirentis beneficio, quod reuocare poteſt.

7 Aliquos alios verò caſus, & quidem vtiles, in quibus fœmina ipſa ſuccedere valeat in feudo, & ipſius capax ſit, ponit Roma. in d. conſ. 367. numero 12. Clarus in d. quæſt. 73. per totam, & Frater Ang. in d. Summa Angelica in uer. Feudum, numero 7.

SVMMARIVM.

1 *FOEMINA ſemel excluſa à feudo exiſtentibus maſculis, cenſetur perpetuo excluſa. Imò ex rigoroſa conſuetudine feudorum, etiam mortuis maſculis, & eis non exiſtentibus, qui eam excluderẽt adhuc ſemper, & perpetuo incapax eſt.*

2 *Fœmina ſuccedit in feudo, & in eo admittitur, vbicunque maſculus eam excludens ſtatim poſt mortem patris moriretur.*

3 *Fœmina in Regno Neapo. mortuo maſculo ſuccedit in feudo.*

OPINIO CCLXXVII.

1 FOEMINA ſemel excluſa à feudo exiſtentibus maſculis, perpetuò excluſa cenſetur, quod equidem nullam habet dubitationem. Cæterùm fœmina ex rigoroſa conſuetudine feudorum, etiam mortuis maſculis, & eis non exiſtentibus, qui eam excluderēt adhuc ſemper, & perpetuo eſt incapax feudi, & admitti non poteſt, ſecūdum Calde.conſ.4.in tit.de feud. Cuma.conſilio 100.nume.4. Ange. Aret.in tract. de teſta. Gloſ. 87. Alex.conſi.29.num.7.vol.1. Afflict.in c.1.nume.113.de natu.ſucceſſ.feud. Dec.conſ.390.nu.4. Rube. conſ.57. nume. 2. & Clarum in tracta. feud.lib.2.§.feudum q. 80. verſi. Sed quæro quid è conuerſo, & Pariſi.conſ.22.nume. 15. & conſil. ſeq.nu.50.uol.1.& conſ.16.nume.5. & 9.uolu. 4. cum aliis relatis per eum, ubi prędicat iſtam eſſe communem opinionem, quam non parùm hæſitationis habet: nam nonnulli Doct. concludunt contrarium, quòd imò temporaliter, donec maſculus viuit, ipſa fœmina cēſeatur excluſa, quod videtur humanius, ſecundum Fulgo. conſ. 8. & conſ.12. Soci.Iuni.conſil.76.nume.3. & ſeq. uol. 2. Roma.conſ.33.& Io.Bapt. Ferret. conſil. 108. vol.1. Sed aduerte, quòd non foret tutum recedere à dicta communi in actu practico, quæ tutior apparet. *Cōis opin.*

2 Sed hoc non procedit vbicunq; maſculus iſte excludens, ſtatim poſt mortem patris moreretur, tunc quippè fœmina veniret admittenda, ſecundum Glo. Iacob. de Belui. Bal. & Aluaro. in c. 1.§.quin etiam in titu.epiſc.vel Abb.Bal.in l.vnica §.in nouiſsimo C.de cadu.tollen.& Andre. de Iſer.in d.c.1.nu.9.de natu.ſucceſſ.feud. Et quamuis idem Andr.de Iſer.& Afflict in d.§.quin etiā, aſſerant contrarium, nihilominus pace tantorū patrum opinio prædicta communis eſt, teſte Bertran.conſ.276.colum.1.volu. 1.& Curti.Iuni.in tracta. feud.lib.3.q.27.& Claro in d.q.80.verſic. Sed pręſuppoſita communi opinione pro vera. *Cōis opin.*

3 In Regno uerò Neapolitano ſublatę apparēt huiuſmodi quęſtiones in dictis duobus caſibus relatis: quia ibi maſculo mortuo ſuccedit fœmina, vt per Afflictum in d.c.1.nume.113.de natu. ſucceſsio.feud.

SVMMARIVM.

1 FEVDORVM liber fuit compilatus ab Oberto de Orto ciue Mediolanenſe, & poſtea fuit lectus in publicis ſcholis.

2 Feudorum liber habet plenam fidem, ſicut alię leges.

3 Feudorum liber non ligat Gallos, & ſic in Gallia in ſucceſſione feudorum allegari non poteſt.

4 Feudorum liber, ſeu conſtitutiones feudales, & iura feudorum allegari non poſſunt ad deciſionem aliarum cauſarum non feudalium.

5 Libris Ariſtotelis, ſeu Hyppocratis, Galeni, vel aliorū authorum in eorum facultate ſtandum eſt ad deciſionem cauſarum.

6 Authori cuilibet credendum eſt in arte ſua.

7 Filius non præſumitur hæres patris: cùm non valeat conſequentia filius ergò hęres. Et ſic agens contra filium vti hæredem patris, debet hoc probare: cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis.

8 Mulier non uidetur dediſſe omnia bona ſua in dotem marito, quando iſti viro, neque alteri priori marito dotem dederat.

9 Dos aliqua quando nunquam reperitur conſtituta, vtrū præſumatur data.

10 Mulier non conſtituens dotem marito, ſed patiens, & videns omnia bona ſua poſſideri à marito, præſumitur tunc dos conſtituta.

11 Dos, vt conſtituta præſumatur, quanto tempore opus ſit virum bona mulieris poſſediſſe vt dotalia.

12 Patientia poſſeſsionis rei ſuæ duplex eſt.

13 Patientia ſola non ſufficit ad præſumendum dotem.

14 Maritus, cui non appareat promiſſa dos, & poßidens bona omnia vxoris ea vidente, & patiente, præſumitur ea dediſſe in dotem, vbicunque mulier eſſet inferior, & inæqualis marito: quia foret dignus habere in dotem omnia bona ipſius mulieris.

15 Conſuetudo diſponens mulieres abſque dote nubere, ſed potius omnia bona ſua in dotem dare ſolitas, valet, & tenet.

OPINIO CCLXXVIII.

1 FEVDORVM liber fuit cō pilatus à quodam Oberto de Orto ciue Mediolanenſe, vt notat text. in c. 1. quæ ſit cauſa benefic. amittē. in vſi. feud. & Aluaro. in c. 1. in princip. de feudi cognitio.

2 Poſtea uerò iſte liber fuit lectus in publicis ſcholis, & communiter approbatus; Ob hoc igitur exploratum eſt habere plenam fidem, ſicut aliæ leges, ſecundum Andrę. de Iſernia in pręludio feudorum in 1. quæſtio. & alios ibi communiter, & iſtam eſſe communem ponunt, Ripa in l. ſi na.nume.699.& ſeq.C.de reuocan.donatio. Maranta in tracta.iudiciorum in 3.par.princ. num. 63.& Zaſi.in uſi.feudorum, nume.3.& Clarus cū aliis allegatis per eum in tract.de feud. quæſt. 3. vbi eam ampliat, & limitat. *Cōis opin.*

3 Sed iſte liber feudorum non ligat Gallos; & ſic in Gallia in ſucceſſione feudorum allegari non poſſet, teſte Caſſaneo in conſ.8. nu. 34. cum aliis ſeq.

4 Item aduerte, quòd iſtæ conſtitutiones feudales, ſeu iura feudorum allegari non poſſent aliquo modo ad deciſionem aliarum cauſarum nō feudalium, eſtò quòd huiuſmodi conſuetudines feudales non ſunt regulę, vel rationes à iure communi traditæ, ſed ſunt ius conſuetudinarium, & ſic ſin-

ſic ſingulare, & trahendum ad conſequentias, l. ius ſingulare, cum ſuis ſimilibus ff. de legibus, & ita determinant Iacob. de Bel. in c. 1. in titu. de epiſco. vel Abb. Glo. & Bal. circa fin. in d. c. 1. de feudi cognitio. & Saly. in l. fin. C. de iure emphyt. Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. num. 5. ff. de oper. libert. cuius doctrina eſt communiter approbata teſte Curt. Iun. in l. 1. nu. 24. C. de eden.

Cõis opin.

5 Idemque videmus in aliis ſcripturis, ſeù libris in ſtudiis approbatis, vt ſunt dicta Ariſtotelis, ſeù Hyppocratis, quibus ſtandum eſt, ſecundum Bart. cęteroſque poſt eum in l. 1. ff. ſi cert. petatur per l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu homi. & l. ſi pater ff. de ſolutio. quæ iura aliqui Doctores dixerunt non probare: cùm id ſit de authoritate, & approbatione legis facta, prout Butr. Paul. Caſtren. Deci. in 1. lectu. in d. l. 1. nume. 16. & idem Dec. in c. ne innitaris in 1. lectu. de conſtit. & in c. 1. 7. nota. de offi. delega.

¶ Retenta igitur prima opinione affirmatiua Barto. quæ eſt cõmunis, prout teſtatur & Niger in d. l. 1. quòd authores paſsim citari poſsint, Quę communis ſanè venit declaranda, vt procedat in arte ſua, vt ſi Poetæ ſunt, illis credẽdum ſit in arte Poetica & literis humanioribus, ſecus ſi de Medicina, vel Philoſophia loquerentur, in his enim Hippocrati, Galenoque medicis, Platoni, Ariſtoteli Philoſophis potius credẽdum eſſet, vt tradit Niger in d. l. 1.

Cõis opin.

6 Quæ quidem communis ea iuris regula confirmatur, qua cautum eſt vnicuique in arte ſua credendũ eſſe, c. vt cõſtitueretur, 50. diſt. l. 1. in fi. ubi Bar. ff. de vent. inſpici. Lucas de Penna in l. curioſi C. de curio. lib. 12. Neuiz. in Sylua nuptiali libro 3. ſub nume. 6. & ſeq. & Alexan. conſil. 15. colum. fi. vol. 1. cum ſimilibus, quę congerit Afflict. deciſio. 253. nume. 10.

7 Et hoc declaratur non procedere quando lex reperiretur in contrarium, ſecundum Paul. de Caſtro, & Deci. in d. l. 1. Ponitur itaque exemplũ in authoritate Pauli Apoſtoli. Si filiꝰ ergò hæres, quã conſequentiã lex non admittit, l. 1. C. ſi mi. ſe ab hęre. & in §. ſed ſui inſtitu. de hæred. quali. Siquidem dictum hoc procederet in filio agente, non autem in filio conuento vti hærede: quia agens, tunc contra filium ipſum vti hæredem patris, debet hoc probare: cùm ſit ſuæ intentionis fundamentum, voluerunt Bald. & alij omnes in l. neceſſariis ff. de acqui. hæredi. Alex. conſ. 34. colum. 2. vol. 3. & conſ. 183. in princ. vol. 6. & Soci. conſil. 60. col. 3. vol. 1. vbi prędicat iſtam eſſe magis communem opinionem, & Imola etiam in l. ſi cum dotem §. transgrediamur in princ. ff. ſolu. matrimo.

Cõis opin.

8 Probatur quoque ex authoritate Ariſtotelis in Topicis dicentis, quòd mulier nubens marito videtur dare omnia bona ſua in dotem, quam authoritatem lex non recipit aliquo modo, vt inquit Glo. in l. mulier bona, ff. de iure dot. eamque ſequitur Deci. conſi. 521. nume. 11. & in authen. præterea in 3. nota. C. vnde vir, & vxor, per illum text. & ibi etiam Curt. Bar. in quæſtio. mulier habens amplum patrimonium, Ang. conſi. 335. ſtatuto communis Bononiæ, Lau. Calca. conſil. 11. colum. 1. & ſeq. Alex. conſ. 144. circa primum colum. 1. vol. 5. & conſ. 142. viſo ſtatuto vol. 7. Rom. conſ. 314. Corne. conſ. 127. licèt in hac volum. 4. Ruin. conſ. 224. vol. 1. Soci. Iun. conſ. 8. vol. 2. & in l. ſi conſtante vbi Iaſ. & cæteri ff. ſolut. matri. Bal. in l. nulla C. de iure dot. & in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cer. & Gozad. conſ. 33. nume. 20. & iſtam opinionem contra Ariſtotelem deducunt eſſe communem, Deci. in d. authen. præterea, numero 6. Curti. Iun. conſi. 168. nume. 4. Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis quæſtio. 74. nume. 6. cum aliis ſeq. & in quæſtio. 71. nu. 7. & Franciſ. Turzanus in ſuis Opinio. communibus 119. mulier nubens, vbi eam limitat; & ampliat vtiliter Curti. in d. conſ. 168. ſub nu. 4. Cõis opin.

9 Verùm ex coniecturis ſæpè aliud iudicatur, & ideo Deci. & Curti. in d. auth. præterea dixerunt ad hanc regulam dari plures limitationes.

10 Et præſertim limitatur primò, niſi vir poſſederit bona vxoris vt dotalia, ſciente, vidente, & patiente ipſa uxore, tunc quippè pręſumitur dos cõſtituta. vt firmauere Bar. in d. q. mulier habẽs amplum patrimonium, Ang. in d. cõſ. 335. Bal. in d. cõſ. 3. Laur. Calca. in d. conſ. 11. col. 4. Bertr. conſi. 160. in fi. vol. 2. Bal. Nouellus in tract. de dote in 6. par. priuileg. 14. in fi. & Rolan. in d. q. 74. nume. 13. Et hoc non videtur habere difficultatem aliquam, ex quo pręſumptionem dotis inducit indubitatam, eſto quòd maritus poſſederit ſub nomine dotis. Cõis opin.

11 Et vt dos ipſa conſtituta præſumatur, opus eſt virum bona mulieris poſſediſſe per decennium, iuxta ea, quæ dicit Iaſ. in l. 2. verſ. Decimoſextò quæro, C. de iure emphyteu. Alciat. poſt alios in l. ſi certis annis C. de pact. Cæterùm Bart. in d. quęſtio. mulier habens amplum patrimonium col. 11. verſ. Concedo, vult triennium ſufficere, ſi id ex teſtamento haberi contingat, aliàs titulus non præſumitur. Imò poſſeſsio minoris & breuioris temporis ſufficeret ad præſumendum dotem ipſam: quia per indicia poſſet de dotis cõſtitutione probari, vt concludit Bald. conſ. 185. punctus vol. 5. Abb. conſ. 46. tria, num. 3. vol. 1. & Lau. Calca. in d. conſi. 11.

12 Sed aduerte, quòd patiẽtia antedicta in permittendo vxorem maritum ſua bona poſſidere, debet eſſe formis, ideſt, quę ſub aliquo titulo præſtetur, quæ quippè parit iuris effectum, ità tradit Barto. in d. q. mulier habens amplum patrimonium. Altera uerò patientia mulieris informis, ideſt, ſine cauſa, nullum ius tribuit, & non releuat, vt ſi vir etiam decem annis poſſederit nihil adiuuetur, vt ſecundum communem opinionem ita tenendum eſſe dixit Roland. in d. q. 74. numero 8. Cõis opin.

13 Quia poſſeſsio ſola non ſufficit ad præſumendum

dum dotem.& hinc Corne. conſ. 282. circa, nume.31.vſque ad nume.58.volu.1.poſſeſsionem, quæ ex parte mariti probatur in bonis mulieris, noluit ſufficere ad præſumendam dotem: quia vel iure familiaritatis, vel alia de cauſa, quàm dotis potuit ea poſsidere, & hoc dixit Rolan.in d. q. 74.nume.2.

14 Secundò limitatur vbicunque mulier eſſet inæqualis, & inferior marito: quia foret dignus in dotem habere omnia bona mulieris, ſecundum Curti.poſt Martinum de Fano in d. authen. præterea.Lauren.Calca.in d.conſil.11.colum.3.Deci.conſil.421.nume.8.Soci.conſ.81. non eſt dubium, nume.6.vol.3.Alex.conſ.122.vol.7.

15 Limitatur poſtremò ex conſuetudine, qua mediante abſque dote non ſoleant mulieres nubere, ſed potius omnia bona ſua in dotem dare conſueuerint, vt firmauere Bald.in authentic.res quæ, ver.Sed nunquid C.communia de lega.Curtius.in dicta authen. præterea, nume.13.Corne. conſil.127.licèt in hac, & Alexan.conſ.144.circa primum num.11.vol.5.vbi refert Bald. ita ſaluare opinionem prelibatam Ariſtotelis, & in conſ. 142.viſo ſtatuto vol.7.

SVMMARIVM.

1 *FEVDVM hæreditarium non tranſit, niſi ad illos, ad quos tranſit hæreditas, & feudum ipſum hæreditarium.*

2 *Feudum hæreditarium dicitur illud, quando ex tenore inueſtituræ fuerit conceſſum, & acquiſitum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus.*

OPINIO CCLXXIX.

1 FEVDVM hæreditarium nõ tranſit niſi ad illos, ad quos tranſit hereditas, & feudum ipſum hereditarium; & ſic volens in eo ſuccedere, ſiue filius, ſiue agnatus ſit, ſemper debet eſſe hæres, & primi acquirentis feudum, & etiam vltimi morientis, ſecundum Barto. in l. iuriſiurandi §. liberi ff. de oper. liber.Bal.in c.1.§.decedẽti, qui feud.da. poſ.Moder.in l.quicquid aſtringendæ; & in l. ita ſtipulatus §.Griſogonus ff.de verbo.oblig. & per Alex.conſ.10.ponderatis vol.3. ubi aſſerit iſtam eſſe cõmunem opinionem, & cõſ.19. ſuper eo colum.fin.& conſi.28.in cauſa, & lite colum.penul. vol.5.cum aliis congeſtis per Afflict.deciſio.140. nume.19.& 240.& per Deci. conſil. 295. in cauſa magnifici, & per Grauet.conſ. 197.nume.5. & Pariſi.conſ.4.nume.28. volu.1. ubi ait iſtam eſſe etiam communem, & conſ.1.nume.6. eod.volu. & Clarus copioſè in tract.de feud.queſtio.9.verſic.Hoc præmiſſo, dic, & ita conſuluit doctiſsimè, & loculentiſsimè Sigiſmund. Loffredus conſil. 1. per totum, & præſertim, nume.60. & ſequitur etiam cum aliis aggregatis per eum, & communem vocat doctiſsimus D. Thomas de Marinis in tract.de generibus, & qualitate feudorum lib. 1.titu.5.de feudo hæreditario, nume. 34. fol.86. *Cõis opin.*

2 Vnde ſciendum eſt hîc ad præmiſſorum intelligentiam, nec ab re putamus, quale dicatur feudum iſtud hæreditarium. Feuda igitur hereditaria conſtat illa eſſe, quum ex tenore inueſtiturarum fuerint conceſſa, & acquiſita pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus, & cætera, ſecundum Andr. de Iſer.in c.1.in princ.& §.hoc quoque de ſucceſ. feud.& in cap.1.de eo, qui hæres ſuus, & per Alexan.conſilio 10.ponderatis colum.4.vol.3.& cõſil.55. perſpectis colum. 2. eod.vol.& nonnullos alios, quos congerit Pariſi. conſilio 4. nume. 27. vol. 1. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & conſilio 2.nume.17.eod.lib. & latius Anto.Capicius etiam in inueſtitura feudali in titu. feudorum genera, verſic. Hæreditarium feudum fol.234.& D.Thomas de Marinis in d. titu. 5. de feudo hæreditario, nu.6. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *BONA non præſumuntur in dubio feudalia, vel emphyteotica, ſed allodialia, & libera: quia omne prædium à qualibet ſeruitute liberum cenſetur, & opponenti incumbit probare contrarium.*

OPINIO CCLXXX.

1 FEVDALIS res, vel emphyteotica in dubio non præſumitur modo aliquo, ſed allodialis, & libera: quia omne prædium à qualibet ſeruitute liberum cenſetur, l. altius C. de ſerui. & ita tenet Alexã. conſil. 129.ponderatis his vol.1.& conſil.55. proſpectis his col. 10.vol.4. vbi patet ex congeſtis per eum iſtam eſſe communem opinionem, & ita aſſeuerat Curti.Iuni.conſ. 184. nume. 1. idemque firmat Bellonus conſilio 10.numero 9. ubi ſubdit, quòd omnes Doctores legendo, & conſulendo, communiter ſequuntur iſtam opinionem, idem quoque firmat Dec.cõſ.464.ſuperiori anno col. 2.& cõſil.498.viſo caſu col.2. ubi ait feudum nõ præſumi, niſi probetur, & allegant concordan.& conſ.588. viſo puncto col.2.& conſ. 424. proponitur col.2.& Pau.Caſtrẽ.conſ.179. in cauſa uol. 1.nouiſsimorum, & Clarus in tract.de feud.queſtio.18. vbi ponit etiam alterum caſum ſimilem communem, & in practica ſæpiſsimè contingentem. Et ſic ex iſtis concludendum eſt, quòd huiuſmodi præſumptio transfert in aduerſariam partem probandi onus, vt bona feudalia, & *Cõis opin.*

non allodialia ſint, vt tradit in terminis Curti. Senior eleganter conſil. 75. colum. 2. & ita conſuluit Bellonus in præcitato conſil. 10. per totum.

SVMMARIVM.

1 *FEVDVM in dubio præſumitur antiquum, non nouum.*

2 *Prælati inueſtientis aliquem in feudo, & antiquum eſſe aſſerentis, confeſſioni, & aſſertioni ſtabitur, & ipſa inueſtitura valebit, quæ non valeret, ſi eſſet nouum.*

OPINIO CCLXXXI.

1 FEVDVM in dubio præſumitur antiquũ, non autem nouum c. 1. §. 1. de ſucceſsio. fratrum, ſeu grad. ſucceſ. vbi Bal. hoc firmat, & eſt text. in c. 1. vbi Aluar. poſt alios, ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domi. & agna. & dicit ibi Iaco. de Belui. & Nicola. de Neapo. quòd benignior eſt præſumptio, quòd ex quo apparet fuiſſe feudum, cenſetur potius quòd antiquum ſit, quàm nouum, vt agnati ſuccederent, qui aliàs excluderentur, vt ibi per eos.

2 Ex quo igitur infertur, quòd ſi prælatus aliquem in feudo inueſtiat, & antiquum eſſe aſſerat, eo caſu quippè ſtabitur huiuſmodi confeſsioni, & inueſtitura ipſa valebit, licèt ſi nouũ eſſet, non valeret aliquo pacto; & eſt ratio, quoniam ſtatur confeſsioni prælati in Eccleſiæ præiudicium, præſertimque quando cum illa confeſsione præſumptio iuris concurreret, c. ſi diligenti, vbi Abb. in 3. notab. infra de præſcript. & c. 2. infra de Capellis Monachorum, & ita reſident ibi Moder. communiter omnes. *Cõis opin.*

¶ In contrariam vero ſententiam inclinauit Bald. in proœmio feudorum in 3. diuiſio. quia nõ ſtatur ſimplici contrahentium aſſertioni, vt actus per talem confeſsionem licitus fieret, & qui aliàs eſſet illicitus, l. ſi fortè, vbi Barto. ff. de Caſtren. pecu. & l. ſi donatione C. de collatio. & hoc Baldi dictum ſequitur Martin. Lauden. in c. 1. colum. 7. qui feud. dare poſsit, Imo. in capit. 2. infra de feud. Alexan. conſil. 10. uol. 3. & Afflict. in commentariis conſtitutionum Neapo. in titu. de ſucceſ. nobilium, nume. 60. rubric. 26. dicens ibi, quòd in dubio feudum præſumitur nouum, niſi ſint indicia, quòd maternum ſit, & quòd indicium bonum erit, ſi probaretur antiquitas temporis. Item ſi probaretur, quòd feudi pars eſt antiqua: tunc enim ratione partis præſumitur idem de toto, & mouetur dicta Baldi authoritate, & iſta opinio verior apparet, vt per Docto. præcitatos, quę procedit etiam ſi prælatus cum capitulo iuraſſent, ſecundum Iaſ. poſt alios in proœmio feudorum in 7. char. & iſtam opinionem vltimã Bal. ſequitur, & tuetur Alciat. in tract. de præſumptio. in 3. regu. præſumptio. 28.

SVMMARIVM.

1 *FEVDVM nouum quando conceditur iure antiqui feudi, non aſſumit naturam, & qualitatem feudi antiqui, nam iſta verba, iure antiqui, facti qualitatem non mutant. Sed communis opinio eſt in contrarium, quòd imò aſſumat.*

OPINIO CCLXXXII.

1 FEVDVM nouum quando conceditur iure antiqui feudi, non aſſumit naturam, & qualitatem feudi antiqui, ſecundũ Oldra. conſilio 178. quidam nobilis circa finem, vbi ſupplet, quòd iſta verba, iure antiqui feudi, facti veritatem non immutant, per l. ſi fortè ff. de caſtrẽ. pecu. & l. ſi donatione C. dę collatio. & iſtam opinionem Oldra. ſequitur Iaſ. conſilio 57. colum. 5. lib. 1. & conſ. 152. colum. 1. & ſeq. & conſ. 180. colum. 6. lib. 2. & nonnulli alij coaceruati per Tiraquel. in tract. de vtroque retractu Gloſ. vnica, §. 32. nume. 37.

¶ Contrarium uerò, quòd imò per talia uerba feudum nouum aſſumat naturã antiqui feudi, tenet Bald. in c. 1. an agna. vel filius in vſib. feudo. quem ſequitur Alexan. conſil. 30. col. 3. volu. 1. quod eſt repetitum conſ. 2. volu. 5. tradit idem Alex. conſ. 55. colum. 8. volu. 4. & iſtam ſententiam aſſerit eſſe communem Deci. conſ. 194. colum. 2. ſequitur idem Deci. conſilio 185. colũ. 5. Iaſo. etiam ſibi contrarius reuocando ſententiã in melius conſil. 1. colum. 2. libr. 3. & conſi. 136. col. 4. & ſeq. lib. 4. Curti. Iunior in tract. feudorũ in 1. part. quæſtio. 8. primę par. nume. 8. eandemque opinionem atteſtatur eſſe communem, & ſequitur Crotus in l. is, qui pro emptore, colum. 23. ff. de vſucapio. & in l. re coniuncti colum. antepen. ff. de lega. 3. & Ripa in l. prima. col. 2. ff. de leg. 1. Aret. conſ. pen. Ioachimus in obſeruatione 84. qđ autẽ, cẽturia 4. Tiraq. in d. tract. de vtroq; retrac. glo. vnica §. 32. n. 31. & ſeq. & Alcia. in tracta. de præſumptio. in reg. 3. præſumptio. 28. numero 4. & Clarus cum aliis copioſe relatis per eum in tracta. de feud. quæſtio. 8. ver. Sed hic occurrit notabilis quæſtio. & iſtam communem latè limitant, & declarant Moder. in d. l. re coniuncti, & pręcitati Doctores in multis caſibus, & ampliat vtiliter Clarus, & ponit effectus ipſius in d. quęſtio. 8. verſic. Hæc quidem concluſio. & ſequen. *Cõis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *VASALLVS non poteſt priuari feudo à Principe ſine cauſa, & abſque ſua culpa, etiam de plenitudine poteſtatis.*

2 *Feudum dicitur contractus innominatus, & eſt contractus etiam vltro citroque obligatorius.*

OPINIO CCLXXXIII.

1 FEVDO priuare non poteſt vaſallum Princeps ſine cauſa, & abſque eius culpa, c. 1. de feudo ſine culpa non amitten. c. 1. de natu. feud. & notat, & tenet Bald. conſil. 326. Rex Romanorum col. 2. prope fin. & conſi. 345. ad euidentiam colum. 2. uolu. 1. & conſilio 182. colum. 2. libro 2. Paul. Caſtren. conſ. 229. colum. 2. lib. 1. & conſ. 46. libr. 2. Abb. conſil. 3. colum. penult. libr. 2. Soci. conſi. 38. colum. 2. vol. 4. Deci. conſ. 410. colum. 3. & conſilio 445. colum. 11. & conſ. 544. colum. 2. Alexan. conſ. 203. col. 3. lib. 6. Iaſ. conſil. 177. colum. 2. & conſil. 227. colum. 5. & conſ. 233. col. 3. libro 2. & conſil. 86. colum. 3. lib. 3. & in l. pecuniam colum. 6. ff. de conditio. ob cauſam, Curti. Iuni. in tracta. feudorum in 2. par. quæſtio. 12. & conſil. 1. colum. 10. Gozad. conſilio 9. colum. 6. & conſil. 26. colum. 6. & iſta concluſio videtur communis, quòd vaſallus non poſſit priuari feudo abſque cauſa, etiam de plenitudine poteſtatis.

2 Et ratio eſt, quia feudum dicitur contractus innominatus, c. forma 22. q. 5. Abb. & Docto. in c. quæ in eccleſiarum colum. fin. de conſtitut. & Curti. Iuni. in tract. feudorum, in prima par. q. 9. princ. nume. 35. vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem. Et ſic Princeps ſubiicitur cõtractibus, c. 1. vbi latè Moder. de probatio. & cõſequenter feudum ipſum eſt etiam re ipſa contractus ultro citroque obligatorius, l. Labeo §. contractum ff. de verborum ſignificat. & tradit Barto. in l. iuriſgentium §. quinimò colũ. fin. ff. de pact. & Curt. Iunior in d. tract. feudorũ in 2. part. quæſtio. 7. nu. 52. *Cõis opin.*

¶ Sed tamen contrarium aſſeruit præcipitanter Soci. ſibi contrarius conſil. 87. col. 7. lib. 3. Deci. conſil. 390. col. 6. Iaſ. conſil. 236. colum. 2. libr. 2. & conſ. 107. colum. 3. libr. 4. ſimiliter Gozadi. conſ. 8. in fin. & conſil. 92. colum. fin. Tamen difficile eſſet in actu practico obtinere contra iſtam communem, quæ videtur veriſsima, & poſſet infinitis rationibus, & authoritatibus fulciri, quæ omittuntur breuitati ſtudendo, & ita ſubtiliter ediſſerebat D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus legum interpres Peruſij, & Piſis doctrina, & integritate ſingulariſsimus, dum eum publicè audiebam.

SVMMARIVM.

1 *VASALLVS regulariter non poteſt de feudo teſtari, niſi ſit feudum hæreditarium.*

2 *Pater in teſtamento poteſt feudum hæreditarium prælegare vni filiorum.*

OPINIO CCLXXXIV.

1 VASALLVS regulariter non poteſt de feudo teſtari, vt in c. 1. de ſucceſſ. feudo. & in c. 1. §. donare qualiter olim feud. pote. alie. per Soci. conſ. 19. adſit colum. 3. lib. 1. & hæc eſt communis regula, ſecundum Clarum, & alios relatos per eum in tracta. de feud. quæſt. 40. *FEVDVM.* *Cõis opin.*

2 Tamen hoc interpretatur non procedere in feudo hæreditario: nam vbicũque feudum eſſet hæreditarium, pater abſque dubio in teſtamento poſſet prælegare vni filiorum: cùm in tali feudo quis ſuccedere non poſsit, niſi ſit hæres, ſecundũ Barto. in l. iuriſiurandi §. ſi liberi. ff. de oper. lib. Bal. in ſimi. c. 1. §. decedẽti qui feu. da. poſſ. Mod. in l. quicquid aſtringendæ, & in l. ita ſtipulatus §. Griſogonus ff. de uerbo. obligat. & per Alex. conſilio 10. ponderatis vol. 3. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & conſilio 19. ſuper eo. col. fina. & conſilio 28. colum. penult. lib. 5. & Clarus in d. quæſtio. 40. verſic. Secundò infertur, & hoc factum teſtatoris impugnari non poteſt, nec debet, l. cùm à matre C. de rei uendic. & per Alexan. conſilio 124. quod citant Moder. in tracta. de feudis fol. 28. & ponit Præpoſitus in capit. Imperialem, in princ. colum. 6. de prohibi. feud. alienatio. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MARITVS non tenetur dare fideiuſſorem de dote conſeruanda conſtante matrimonio.*

2 *Fideiuſſio præſtanda eſt vxori de dote conſeruanda, & reſtituenda in caſu inopiæ mariti.*

OPINIO CCLXXXV.

1 FIDEIVSSOR de dote conſeruanda per maritum præſtari non debet conſtante matrimonio; Et ſic maritus ipſe non tenetur dare fideiuſſorem in hoc caſu, lege 1. & 2. C. ne fideiuſſ. dot. dentur.

2 Sed per Pontificem prouiſum, cautumnẽ reperitur in cap. per veſtras de donatio. inter vir. & vxorem, fideiuſsionem ipſam in caſu inopiæ

mariti vxori preſtandam fore de dote conſeruanda,atque reſtituenda, vt voluerunt ibi Inno. Cardi. Abb.& Lupus, Barto.in l.ſi conſtante §. quotiens ff.ſolut. matrimo. Bald.& Imol.in princip. illius legis,& poſt eos Iaſ.nume. 15.Ripa,nu. 15.
Cõis opin. qui affirmant Bart. eo loco ſibi contrarium communiter damnari.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR conueniri nequit,niſi prius facta excuſſione principalis debitoris.*

2 *Debitor condemnatus pro delicto, & eius bona ſint fiſco applicata, tũc contra eum excuſſio bonorum non eſt neceſſaria,ſed contra fiſcum.*

3 *Debitor vbicunque notoriè non eſſet ſoluendo, excuſſio non eſſet neceſſaria contra eum, ſed poſſet deueniri, & procedi contra fideiuſſorem ante principalem ipſum excuſſum.*

4 *Debitor quis dicatur notoriè non ſoluendo, remiſſiuè ponitur.*

OPINIO CCLXXXVI.

1 FIDEIVSSOR conueniri non poteſt, niſi prius facta excuſsione principalis debitoris, auth. præſente, C. de fideiuſſ.

2 Et hoc eatenus procederet, quòd ſi debitor ipſe eſſet effectus notoriè non ſoluendo, & ſic extitiſſet condemnatus pro delicto,eiuſque bona omnia fuiſſent fiſco applicata, tunc excuſsio bonorum debitoris non foret neceſſaria, ſed contra fiſcum vtique requireretur huiuſmodi diſcuſsio,datò quòd fiſcus teneretur ſoluere debitum dicti debitoris condemnati, vt voluerunt Gloſ. & Bald in l. ſententiam C.de fideiuſſ.Bal.etiam conſ. 192. proponitur in 3.dubio vol. 1.Fulgo.Caſtren. Roma. Iaſ. nume. 10.& Deci.in l.fi.ff.ſi cer.pet. Cremen. in ſingul. 44.an fideiuſſor,Roma.ſingu.641.Scis quòd hodie requiritur, vbi refert,quòd ita obtinuit,& ita conſuluit idem Roma.conſ.93.per totum,& eandem opinionem ſequitur Neguſan. in tractat.de pignoribus in 8.par. 1.membri,ſub num. 15. vbi
Cõis opin. oſtendit iſtam eſſe communem contra Barto. in d.l.fina. & Abb.conſi.29. colũ. 2.vol.2.contrarium ſentientes.

3 Sed regula prædicta in principio poſita ita, & taliter interpretata non procederet, quãdo principalis debitor notoriè non eſſet ſoluendo, tunc quippè excuſsio non foret neceſſaria,& poſſet deueniri,ac procedi contra fideiuſſorem,ante principalem ipſum excuſſum,ſecundum Gloſ.Barto.
Cõis opin. Alex.Iaſ.nume.10. & reliquos in d.l.fi. vbi Iaſ. d. nume. 10.perhibet iſtam eſſe cõem opinionem.

4 Et eam ſequitur Neguſan. in d. 1.membro.8. partis,ſub nu. 14. vbi docet vtiliter quibus modis dicatur quis notoriè non ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR pro euictione diu ſtans in fideiuſſione non poteſt petere liberationẽ, niſi re euicta.*

OPINIO CCLXXXVII.

1 FIDEIVSSOR euictionis,ſeu pro euictione petere nequit ſe liberari, eximiq; à fideiuſsione,licèt diu ſteterit in promiſſione, niſi re euicta; & conſequenter fideiuſſor, qui diu ſtetit in promiſsione de euictione, priuſquàm euenerit caſus,non diceretur ſtetiſſe in obligatione, ideò petere non poſſet liberationem, ſecundum Cyn.Bald.Saly.& cæteros omnes in l.ſi pro ea C. mand.vbi ipſe Salyce. nume.5. adiicit iſtam eſſe communem opinionem,cui inhærent etiam Barto.Bald.Caſtren.Alex.Iaſ.& Deci. in l.facere poſſeſ.ff.ſolut.matrimo.Bal.Caſtren.Alex.Iaſ. & Deci.in l.ſi pater C de colla. vbi etiam ita firmabat infinitis rationibus more ſuo Illuſtris Dominus Raynaldus Rodulphus Peruſinus pceptor meus, dum ipſum audiebam interpretantem d.l.ſi pater in gymnaſio Peruſino;& hoc idẽ tenet Afflic. deciſio. 241. quidam Notarius Iacobus, nu. 45. & ſeq.& Vrſillus ibi in additio.vbi ſub nu. 4. Cõis opin.

¶ Sed hoc non procederet vbicunque fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione, tunc enim in aliquibus vtiliſsimis caſibus narratis per Afflict. & Vrſillum vbi ſupra,poſſet petere ſe ab obligatione liberari,vbi Vrſillus adiicit etiam hoc eſſe arbitrarium.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR non poteſt ſe obligare in plus, quàm reperiebatur obligatus reus principalis, & obligatio tunc ipſius fideiuſſoris in maiori ſumma non valet.*

2 *Fideiuſſor efficacius obligari poteſt, quàm ſuus principalis.*

3 *Fideiuſſor promittens cum iuramento maiorem quantitatem, quàm à debitore promiſſa, debitaque fuiſſet, teneretur non tantùm ad quantitatem promiſſam, ſed ad id etiam, quòd vltra eum ſcienter ipſe promiſerat.*

OPINIO CCLXXXVIII.

1 FIDEIVSSOR non poteſt ſe obligare in plus, quàm obligatus reperiatur reus principalis, & ſic obligatio ipſius fideioſſoris, pro qua in plus obligatus appareat, quàm principalis non ualet, nec tenet; & fideiuſſor in huiuſmodi caſu non obli-

Cõis opin. obligatur,nec tenetur, ſecundum Scriben. omnes in §.fideiuſſores inſtitu.de fideiuſſo.Glo.Bar. nume.2.& reliquos in l.Græcè §. illud, per illum text.ff.de fideiuſſoribus,Hoſtien.& Abb. colum. 4.in c.& ſi Chriſtus de iureiur.Marcum Anto.Baueriam in tract. de uirtute iuramenti in princip. Alex.in l.1.§.ſi ſtipulanti col. 1. ff. de uer.obli.& Marſil.in repet.rub. nu.342. cum aliis ſeq. ff.de fideiu.vbi ponit hoc pro regula cũ multis limitationibus,& vtilibus declarationibus, & coẽm opinionẽ dicit Bart.in d.§.illud,Bellonus ẽt in d. §. ſi fideiuſſores,nume.3.& Marcellus Berincutius Senenſis in d.l.1.§.ſi ſtipulanti, vel §. ſi quis ita col. 6.in fin.licẽt iſti Moder.in memoratis locis ruditer quærant ſuſtinere contrarium.

2 Et quamuis efficacius ipſe fideiuſſor obligari poſsit, ſecundum aliquos ex memoratis Docto. & Soci.Iuni.latiſsimè in d.rub.ff. de verb.oblig. nu.362.cum aliis multis ſeq.

3 Tamen ſi iuramentum interuenerit in huiuſmodi fideiuſsione; & ſic ſi ipſe fideiuſſor ſcienter cum iuramento promiſiſſet maiorem quantitatem,quàm à debitore promiſſa , aut debita fuiſſet, tunc fideiuſſor teneretur vti principalis ratione iuramenti,nõ tantùm ad quantitatem per principalem promiſſam, ſed ad id etiam,quod vltra ea ſcienter ipſe promiſerat, ſecundum Barto. in l.hi qui ff.de fideiuſſo. Roma.in l. 1.§. ſi quis Cõis opin. ita ff. de verbo.oblig. Abbat.& omnes communiter,præſertimque Alciat.nume.173.in cap.cùm contingat de iureiuran.Alex.conſil.31. vol.4.& Ang.in l.his qui acceſsiones ff.de fideiuſſo. Marcum Anto.Baueriam in d. tracta.de virtute iuramenti in princ.& Marſi.cum cæteris ſignatis per eum in d. rubr. ff. de fideiuſſo. ſub nume.342. & Natta conſil. 453. placet concluſio reddita, numero 15. volu. 2.& iſta eſt communis opinio, vt ſupra docuimus.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR eius, qui verè debitor eſt ad debitam quantitatem infra ſex menſes ſoluere promittens non liberatur, nec eximitur ab obligatione fideiuſſoria, licèt creditor ſine licentia, & conſenſu ipſius fideiuſſoris diem ſolutionis debitori prorogauerit.*

OPINIO CCLXXXIX.

1 FIDEIVSSOR eius, qui verè debitor eſt ad debitam quantitatẽ infra ſex menſes ſoluere promittens non liberatur,nec eximitur ab obligatione fideiuſſoria,licet creditor ſine licentia, & conſenſu ipſius fideiuſſoris diem ſolutionis debitori prorogauerit; & ſic fideiuſſor iſte non liberatur ſi creditor mutat obligationem ex conuentione facta cum debitore principali citra conſenſum ipſius fideiuſſoris,ſecundum Hoſtien.Anchar. Imol. & Abba.in c.conſtitutus de fideiuſſo. Bar. in l. Lucius §.Paulus ff.de adminiſt.tuto.Alex.Iaſo.nume. 9. Deci.& Curti.Iuni.nume. 2. in l. lecta, ff. ſi cert. peta.& Marſili.in repetitio.rub.ff.de fideiuſſ.nume. 99. & ſequen. cum aliis relatis ibi per eum, quorum opinio communis eſt, teſte Iaſ. & Deci. Cõis opin. in dicta l.lecta.& Marſil.in d.rub.vbi citat etiam Docto.contrarium aſſeuerantes, eoſdemque allegat Auguſt. Berous, in c.de cauſis, numer. 34. & ſequen.de offic. iud. deleg. vbi hoc indeciſum derelinquit.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR intercedens, obligansque ſe ſimpliciter pro reo principali obligato ad ſoluendum infra certum tempus, etiam facta prorogatione inter partes principales tenetur ad ſoluendum, non obſtante ipſa prorogatione termini.*

OPINIO CCXC.

1 FIDEIVSSOR intercedens, obligansque ſe ſimpliciter pro reo obligato ad ſoluendum infra certum tempus, etiam facta prorogatione inter partes principales tenetur non obſtãte prorogatione termini facta in ipſo compromiſſo ſimiliter, ſecundum Barto. poſt Iacob.de Arena,& Dyn. in l.Lucius, la 2. §. Paulus ff.de adminiſtra.tuto.Gloſ. Bald. & Saly. in l.ſi cùm Hermes C. locat. Hoſtien. Anchara. Imol.Boic,Panor.& alios omnes in c.conſtitutus de fideiuſſ.Barbac.conſil.31. colum. fina. uol.1. Deci.conſ.93.Pariſi.conſil.48.vol.1.& Iaſ. num. 9.Deci.Curti.colum.2.& ſequen. Cæterique Moder.in l.lecta.ff. ſi cert. peta. vbi perhibent iſtorum opinionem communem eſſe, & Franciſc. Cõis opin. Marci.etiam deciſio.539.nume.5.9.& ſeq.& Iacob.Philipp.ſeù potius Antonium Gabriel.cum aliis relatis per eum in concluſionibus ſuis lib.3. concluſione 14. vbi ſequitur opinionem iſtam, dicit magis communem magiſque veram,refert alios contrariæ ſententiæ,& limitat in 4.caſibus, & ſequitur quoque Marcus Antonius Blancus, aitque communem in tracta. de compromiſsis quæſtio.7. numero 17. vbi loquitur de fideiuſſore dato de ſoluendo in compromiſſo, quòd remaneat obligatus, & dicemus etiam infra in proxima ſequenti Opinione.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR, qui promiſit aliquem repræſentare toties, quoties, ſeu de eum ſiſtendo iuri, ſi non repræſentauit, nec fecit eundem in iudicio ſiſtere, vltra pœnam debitam fiſco ratione fideiuſſionis, tenetur parti, ad cuius inſtantiam fuit captus, ad intereſſe.*

OPINIO CCXCI.

1 FIDEIVBENS pro Titio de eum repræſentando toties, quoties, ſeu de eum ſiſtendo iuri, & non repræſentauit, nec fecit eundē in iudicio ſiſtere, tenetur vltra pœnam debitam fiſco ratione fideiuſsionis, & prædictæ promiſsionis parti, ad cuius inſtantiam fuit captus, ad intereſſe, ſecundum Gloſſ. fin. in l. fina. ff. ſi quis in ius vocat. nō ierit, quam communem eſſe aſſeuerat Afflict. de- *Cōis opin.* ciſio. 234. & ibi quoque explicat ita Sacrum Cōcilium Neapol. iudicaſſe, & ſequitur iſtam communem Follerius pariter in ſua practi. crimin. in fragmentis, rub. de fideiuſſoribus, nume. 260. circa fin. d. practi.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR nominatus apud acta præſens, & non contradicens nominationi de ſe factæ, non cenſetur promiſiſſe, nec inducitur ſtipulatio ob iudicij calorem, vbicunque fideiuſſor nihil reſpondeat.*

OPINIO CCXCII.

1 FIDEIVSSOR patiens nominari, poni, ac deſcribi in actis Curiæ à Notario pro fideiuſſore alicuius, & incontinenti non contradicens, tunc obligatur, teneturque, licèt expreſsè non dicat, & ita promicto, atque fideiubeo; & ſic iſte fideiuſſor nominatus apud acta eo præſente, & non contradicente nominationi de ſe factæ cenſetur promiſiſſe, & quòd omnia fuerint ſolemniter acta, ſicut ſi fideiuſſor expreſsè deſcribi conſenſiſſet, vt voluit Barto. in l. cùm oſtendimus §. fina. ff. de fideiuſſ. tuto. & curatorum, & Ruinus, nume. 1. Marcellus Berincutius colum. 10. cum aliquibus aliis Moder. in l. 1. ff. de verborum obligatio. Bald. conſilio 204. uolumine 1 Ang. in tracta. maleficio. in gloſ. pro quibus Antonius fideiuſsit, numero 12. Benedict. de Plumbi. in l. manumiſsio, ff. de manumiſ. uindic. & Alberi. de Roſate, in tracta. de teſtibus, ſub numero 129. in rubri. qui teſtes non cogantur teſtificari.

¶ Sed opinio hæc Bartol. & ſequacium communiter à noſtratibus reprobatur in dicto §. fin. & variis in locis iuris noſtri, vt latè deducit, & apertè fatetur Boeri. deciſi. 314. numero 5. uidelicet, quòd non inducatur aliquo modò ſtipulatio, etiam ob iudicij calorem, vbicunque fideiuſſor ipſe deſcriptus nihil reſpondeat. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR non eſt idoneus, quotieſcunque cuſtodiam caſtri haberet, vbi fideiuſſio per eum præſtari debet: quoniam iudex, uel familia non poteſt accedere ad exequendum contra eum.*

2 *Procurator, rixoſus, cauilloſus, & potens non eſt idoneus fideiuſſor.*

3 *Fideiuſſor licèt eſſe non poſſit non poſſidens immobilia, tamen eſt idoneus, ſi principalis eſt valdè diues.*

OPINIO CCXCIII.

1 FIDEIVSSOR non eſt idoneus, quotieſcūque cuſtodiam caſtri haberet, ubi fideiuſsio per eum dari, ac præſtari debet: quoniam iudex, ſeu eius familia nullo modò poteſt accedere ad exequendū cōtra eum, ſecundum Gloſ. Bar. nu. 1. Ange. Roma. Pau. & Alex. in prin. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. & Boeri. deciſio. 238. nu. 5. poſt medium, vbi ait ſentētiam iſtorum communem fore, & Alex. *Cōis opin.* in d. l. 2. nu. 1. & ſequitur Marſil. in repeti. rubr. ff. de fideiuſſor. nume. 302.

2 Idemque videtur dicendum in Notario, vel procuratore valdè rixoſo, litigioſo, cauilloſo, ſiue potenti, qui tanquàm nō idoneus haudquaquā ad fideiubendum admittitur, ſecundū Glo. Bart. Alex. nu. 2. in d. l. 2. & Nattam conſ. 143. num. 10. & ob doctrinam iſtam, ſicuti ueram, & commu- *Cōis opin.* nem declaraui in facti contingentia in Ciuitate Terami, dum eram ibi iudex criminalis quendā Horatium Delficum ciuem ibi, & procuratorem, non fore idoneum fideiuſſorem.

3 Item non eſt idoneus fideiuſſor, qui caret bonis immobilibus, ideò ob hoc poteſt tanquā non idoneus recuſari à creditore, vt voluit Gloſ. in §. Suſcepto, in auth. de exhi. reis Spec. in titu de ſatiſ. §. dicto. ver. Sed ſi ſcholaris, Bal. in c. coram, colum. fin. de offi. deleg. Ang. Paul. Caſtren. Alexā. nume. 5. & Iaſ. nu. 1. in d. l. 2.

¶ Sed hoc nō ꝓcedit, ubi principalis valdè diues, & idoneus foret, ſiue reperiretur; tunc equidem quis quantumuis pauper, ſeu non idoneus facultatibus admittitur ad fideiubendum pro eo, ſecundum Gloſſ. in verſicu. præſtitiſſe, in l. mulier

mulier C. de iure dot. Paul. Caſtren. Roma. Alex. nu. 4. Iaſ. num. 5. & alios in d. l. 2. & Marſil. in d. rub. ff. de fideiuſſ. num. 269. vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 F*IDEIVSSOR repetens à debitore principali quod pro eo ſoluit, non admittitur ad probandā ſolutionem per ſolam creditoris confeſſionem, ex hac enim non probatur ſolutio; ſed in contrariū, quòd imò probetur, apparet communis opinio.*

OPINIO CCXCIV.

1 FIDEIVSSOR repetens à debitore principali quod pro eo ſoluit, non admittitur ad probandum ſolutionē per ſolā creditoris confeſsionem, & ſic per huiuſmodi confeſsionem non probatur ſolutio, & fideiuſſor ob hoc dumtaxat repetere nequit à debitore illud, quod aſſerit ſoluiſſe pro eo, ſecundum Glo. in l. duobus reis §. 1. ff. de iureiu. quam ſequitur Bart. ibi, & Fulgoſi. Bar. in l. reos in 5. q. ff. de duobus reis, & Roma. in l. prædia ff. de acquir. poſſeſſ. Sed Bar. ipſe reuocando, ſeu mutando iudicium in melius tenuit, & voluit contrarium conſil. 160. Titius promiſit, videlicet, vt fideiuſſor poſsit agere contra debitorem, vigore talis confeſsionis creditoris, dicentis ſibi ſatisfactum eſſe à fideiuſſore, & ſequitur Saly. Paul. Caſtren. Roma. Alex. & Iaſ. in d. l. duobus reis, & ita conſuluit Alex. conſil. 25. viſo inſtrumento volu. 2. & conſil. 123. vol. 6. & opinionem iſtam inquit communem Fulgoſi. & Alex. in d. l. duobus §. 1. num. 2. Bellonus conſ. 77. num. 6. & ſequen. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in tit. de retractu conuentionali §. 1. Glo. 18. nu. 84. & Marſil. in repeti. rub. ff. de fideiuſſo. nu. 310. 311. & 312. vbi eam ſequitur, & declarat, & ſecundum communem iſtam conſuluit quoque Paul. Caſtren. conſil. 396. quæritur vtrum fideiuſſori, prout ipſe refert, & teſtatur, in d. l. duobus reis; Et ſequēdo ego communem ſententiam prædictorū breuiter concludo, quòd licèt multi ex Doctoribus dicant Bar. contrariari, in hoc tamen non meretur allegari contrarius: nam in d. l. duobus reis non firmat pedem, vtitur enim verbo fortè, & opinionem iſtam cōmunem plenius poſui, quā hic infra in Opinio. 301. fideiuſſor poteſt agere, & eam ibi quoque ſequutus fui. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 F*IDEIVSSOR pauper à creditore vocatus, & conuentus in iudicio poteſt ſoluere de bonis principalis ſtante paupertate ſua, & impoſsibilitate, difficultate, ſeu impotentia ſolutionis de ſuo proprio, ne in carceribus maceretur, & in eis perpetuò detineatur.*

OPINIO CCXCV.

1 FIDEIVSSOR pauper à creditore vocatus, & conuentus in iudicio poteſt ſoluere de bonis principalis ſtante paupertate ſua, & impoſsibilitate, difficultate, ſeu impotentia ſolutionis de ſuo proprio, ne in carceribus maceretur, & in eis perpetuò detineatur, ſecūdum Bar. per illum tex. in l. ſi procuratorem §. ignorantes, in princ. ff. mandat. Ang. in auth. vt omnes obe. iud. colum. 4. Bal. in c. ſi qui teſtium in fin. ext. de teſti. & Bart. & Bald. in fin. in authen. qua in prouincia C. vbi de crimi. agi. opor. quorum ſententiam ſequitur, declarat, & ait eſſe communem *Cōis* Marſil. in repet. rub. ff. de fideiuſſor. nu. 429. *opin.*

SVMMARIVM.

1 F*IDEIVSSORES dare promittēs dando pignora etiam inuito creditore liberatur; nam melius, & tutius eſt incumbere pignori, quàm in perſonam agere.*

2 *Debitor dans pignora creditori, ſi poſtea vellet dare fideiuſſorem, & repetere pignora, non poſſet inuito creditore.*

OPINIO CCXCVI.

1 FIDEIVSSORES dare promittens, certè, dando pignora, etiam inuito creditore liberatur, ſecundum Glo. Bar. & omnes in l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan Glo. & Bartol. in l. prætoriæ la 3. ff. de prætor. ſtipu. Cyn. Bal. & cæteros Scriben. in l. 1. C. de procurato. Ioan. And. in additio. Specu. tit. de ſatiſda. §. dicto, in prin. & in titu. de pigno. ſuper rub. & opinionem iſtorum ſequuntur, & aſſeuerant eſſe communem Alex. nu. 6. & Iaſ. nu. 12. *Cōis* in d. l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. Ant. Neguſa. de Fano in tract. de pigno. & hypothecis in 5. par. principali, num. 5. & Marſil. in repet. rub. ff. de fideiuſſor. num. 349. & ſequen. quoniam melius, ac tutius eſt incumbere pignori, quàm in perſonam agere, & ſic quàm habere fideiuſſorem, l. plus cautionis ff. de regu. iur. & voluit Bart. in l. in eo §. 1. eod. titu. *opin.*

2 Et in caſu hoc debitor dans pignora creditori, ſi uellet poſtea dare fideiuſſorē, & repetere pignora ſibi permiſſum non foret, nec facere poſſet inuito creditore, ſecundum Gloſſ. in §. ſuſcepto, in Glo. magna, circa medium in authen. de exhiben. reis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 FIDEIVSSORES dare promittens, intelligitur promiſiſſe eos dare in loco promiſſionis celebrati contractus, & de hominibus eiuſdem loci.

OPINIO CCXCVII.

1 FIDEIVSSORES dare promittens cenſetur, ac intelligitur promiſiſſe eos in loco promiſsionis, & celebrati cõtractus, & de hominibus eiuſdem loci, ſecundum Bart. Ang. & omnes communiter, per illum text. in l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria ff. qui ſatiſda. cogan. vbi Alex. iſtam communem ſequitur, num. 3. vbi refert ſuper hoc ſe aliàs de facto conſuluiſſe, prout apparet conſil. ſuo 37. & opinionem hanc approbat etiam Iaſ. in d. §. ſi neceſſaria, nu. 23. & 8. & ſequitur, approbat, declarat, & dicit veriorem Marſil. in repet. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 307. cum alijs ſeq. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 FIDEIVSSIONEM, cautionem, ſeu ſatiſdationem dare non tenetur, qui eſt manifeſtè idoneus facultatibus, etiam ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, quando nulla veriſimilis cauſa ſuſpitionis ſubeſt, ſed ſibi remittenda eſt hæc ſatiſdatio, & tenetur dumtaxat nomine proprio abſque fideiuſſoribus cum generali hypoteca omnium bonorum ſuorum.

2 Officialis, qui ex forma ſtatuti tenetur ante ingreſſum ſui officij ſatiſdare, non teneretur ſi ipſe idoneus foret, ſed crederetur ei ſoli cum generali obligatione omniũ bonorum ſuorum. Tamen contrarium ſeruatur in Regno Neapolitano, vbi traditur forma præſtãdi cautionem, & iuramentum in Regno per officiales regios ante ingreſſum eorum officij.

OPINIO CCXCVIII.

1 FIDEIVSSIONEM, cautionem, ſeu ſatiſdationem dare non tenetur, qui eſt manifeſtè idoneus facultatibus, etiã ex diſpoſitione iuris communis, & municipalis, quãdo nulla veriſimilis cauſa ſuſpitionis ſubeſt, ſed ſibi remittenda eſt ſatiſdatio hæc, & obligatur, ac tenetur dumtaxat nomine proprio abſque fideiuſſoribus cum generali hypotheca omnium bonorũ ſuorum, ſecundum Bar. Io. de Pla. in l. quicunque la 2. C. de fund. patrimo. lib. 11. & Bart. in l. priuatę C. de murileg. lib. 10. Roma. conſil. 67. viſo themate prænarrato col. 3. Paul. Caſtren. & Iaſ. nu. 16. & ſeq. in l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. et Alex. conſil. 179. viſo, & oportunè diſcuſſo proceſſu, col. 6. vol. 2. & licèt Alex. ipſe titubanter in d. l. 1. & in l. diuortio, §. interdum ff. ſolut. matrimo. aſſeueret contrarium. Tamẽ opinio Bar. & ſequacium, quicquid fruſtrà ſuadeat Alex. eſt communis, ſecundum Iaſ. in d. l. 1. num. 20. & obſeruat conſuetudo, teſte Angel. in dict. l. prętore colum. 3. & ſequitur in rubr. ff. de fideiuſſori. nu. 270. Cõis opin.

2 In quibus quidem locis tam Bart. quàm alij poſt eum tradiderunt ſuper hoc congruum exẽplum, videlicet, quòd ſi ex forma ſtatuti officialis teneatur ante officij ſui ingreſſum ſatiſdare, tunc certè, & abſq; dubio aliquo, ſi ipſe idoneus foret, crederetur, ac ſtaretur ei ſoli cum generali obligatione bonorum ſuorum.

¶ In Regno verò Neapolitano practica, & ſtylus obſeruat contrarium, & officiales omnes in officij principio, & ante ipſius adminiſtrationem omni facultate, diuitijs, & idoneitate remotis, ac reiectis, & excluſis præſtant neceſſariò idoneam cautionem ante ſuſceptam officij tutelam de parendo ſyndicatui finito eorum officio. Imò officiales ipſi iurari debent in præſentia decem teſtium, ſecundum formam traditam in capitulo Regni, exordiente, Item recipiant ſacramentum in forma ſubſcripta, aliàs non præſtita cautione prædicta in Regia Camera Summariæ, & iuramento coram vno ex Regentibus Regiam Cancellariam non poſſunt officium exercere ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis Principis, poſita in d. c. Item recipiant; & tam cautio, quàm etiam iuramentum hoc in commiſsione officialium ſpecialiter exprimenda ſunt ob diſpoſitionem d. c. Item in fin. & verba d. capituli refert Afflict. in conſtitu. baiuli locorum, vbi pulchrè loquitur.

SVMMARIVM.

1 FIDEIVSSOR datus, ſeu acceptus in prima inſtantia, non tenetur in eo quod poſtea iudicatur in cauſa appellationis, niſi aliud actũ ſit.

2 Actio iudicati non oritur ex prima ſententia, ſed ex ſententia appellationis confirmatæ.

3 Cautio de iudicio ſiſti, aut de repræſentando, non ſe extendit in cauſa appellationis: quia per ſententiam expirauit.

4 Cautio præſtita de iudicio ſiſti pro abſente expirat ſemel repræſentato reo, ſecus ſi fuerit petita pro reo pręſente: quia durat tunc vſq; ad ſententiam.

5 Cautio præſtita de ſiſtendo reo in iudicio toties, quoties iudici viſum fuerit, durat etiam poſt ſententiam.

OPINIO CCIC.

1 FIDEIVSSOR datus, ſeu acceptus in prima inſtantia non tenetur in eo, quod poſtea iudicatur in cauſa appellationis, niſi aliud actum ſit, l. cum apud ff. iudicatum ſolui, quem text. dicit ſingu-

ſingularem, ibi Bart. in princ. & quamuis dict. l. cùm apud loquatur vbicunque prima ſententia fuit abſolutoria, & actor appellauit, nihilominus idem eſt ſi prima ſententia condemnatoria fuerit, & reus appellauerit, ſecundum Bar. num. 4. & Ang. ibi per text. cum Glo. in l. 2. C. de procurat. & ibi Cyn. & communiter omnes, & inſtitutio. de ſatiſdat. §. ſin autem, de quo ibi per Fabrum, & Areti. *Cõis opin.*

2 Nam non oritur actio iudicati ex prima ſentẽtia, ſed ex ſententia appellationis cõfirmatæ, ideoque imputetur actori contra reum in cauſa appellationis, ſi non petierit caueri, l. eos §. fin. C. de appellat.

¶ Hocq; verum apparet, vbi appellatio non eſt deſerta, aliàs ſecus, ſecundum Bartol. in dicta l. cùm apud.

3 Imò memorata communis ſententia ampliatur in tantùm procedere, vt cautio de iudicio ſiſti, aut repræſentando, minimè ſe extendat in cauſa appellationis: quia expirauit per ſententiam, l. græcè §. & poſt litem ff. de fideiuſ. & ibi per Pau. Caſtren. & Imol.

4 Verùm huiuſmodi cautio, quotieſcunq; præſtita eſt pro abſente, tunc expirat, ex quo ſemel reus extitit præſentatus, ſecus ſi fuerit præſtita pro reo præſente: quoniam durat vſque ad ſententiam, ſecundum Alex. in additio. ad Bartol. ibi, & per Bartol. in l. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.

5 Hoc verò limitatur non procedere, quãdo cautio de ſiſtendo reo in iudicio toties, quoties iudici viſum fuerit, præſtita foret: nam durat etiam poſt ſententiam, iuxta not. per Bartol. in l. ſi quis res, ff. de cuſto. reorum, & per Ang. in l. 1. §. 1. eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR dicitur propriè, & indiſtinctè debitor; & creditor propriè dicitur ille, cui debetur ex fideiuſsione.*

2 *Fideiuſſoris obligatio tollitur, ſicut tollitur obligatio principalis.*

3 *Fideiuſſorem comprehendit etiam lex prohibens minoris debitorem eſſe tutorem.*

4 *Statutum loquens de debitore, habet locum in fideiuſſore. Quod limitatur num 5.*

OPINIO CCC.

1 ILLE cui debetur ex fideiuſſione, dicitur propriè creditor; & fideiuſſor dicitur propriè, & indiſtinctè debitor, ſecundum Bar. in l. 1. nu. 34. ff. ſi cer. pe. per l. ſi fideiuſſor. in princ. ff. de leg. 1. quã opinionem teſtatur eſſe cõmunem Cur. Iun. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. num. 79. & iſta Bar. opinio corroboratur pluribus rationibus. *Fideiussor* *Cõis opin.*

2 Primò quia ſicut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiuſſoris, l. cum quis ff. de ſolut.

3 Secundò facit, quia lex prohibens minoris debitorem eſſe tutorem, comprehendit etiam fideiuſſorem, vt per Ang. in auth. vt hi, qui oblig. per hi. res mino. §. 1.

¶ Tertiò confirmatur, ſecundum Dec. in d. l. 1. quia ab eo inuito creditor exigere non poteſt, toto titu. ff. & C. de fideiuſſo. & iſta Bar. ſententia ſic corroborata eſt communis, teſte Areti. in §. p. num. 8. inſtitu. de obligat. Alex. in d. l. 1. num. 48. Nigro, Bolognetto, & alijs Moder. ibi, qui quidẽ Moder. reſpondent omnibus in contrariam partem allegatis, & Dec. in 1. lectu. nu. 30. *Cõis opin.*

4 Imo regula prædicta poſſet ampliari per ea, quæ voluit Curt. Iun. in præal. l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 80. vbi ſtatutum loquens de debitore, comprehẽdat etiam fideiuſſorem.

5 Quod intelligendum eſſet, ſecundum eum ex mente Imolæ in l. 2. ff. de ſol. quando fideiuſſor renunciaſſet auth. præſente C. de fideiuſſo. & ſequitur Cagn. in d. l. 1. ſi cert. pet. nu. 285.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR poteſt agere contra ſuum principalem, vbi creditor confiteretur ſe ſatisfactum eſſe ab iſto fideiuſſore. Et ſic confeſsio creditoris ſibi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore ſufficit ad agendum contra principalem.*

OPINIO CCCI.

1 FIDEIVSSOR poteſt agere contra principalem, vbicunq; creditor confiteretur ſe ſatisfactum eſſe ab iſto fideiuſſore; & ſic confeſsio ipſius creditoris aſſeuerantis ſi bi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore, ſufficit ad agendum contra principalem, ita expreſsè tenet Bar. conſil. 160. Titius promiſit Sempronio eundem indemnem ſeruare, & ibi apoſtillantes ad eum, & eandem opinionẽ ſequit Saly. & ibi Pau. de Caſt. Roma. nu. . Alex. & Iaſ. nu 9 in l. duobus reis, ff. de duob. reis, Fely. in c. ſi cautio. num. 89. de fide inſtru. Cepolla, conſil. ciuili 12. Dec. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. & conſ. 493. num. 6. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu in titu. de retractu *Linagier.* Glo. 16. num. 84. & in titu. de retractu conuentionali Glo. 6. num. 17. & Alciatus in l. ſolutionis verbo, ff. de verbo. ſignifi. & in l. 1. in fin. C. de tranſact. & Afflict. in deciſio. 91. num. 3. & in deciſio. 94. num. 3. vbi dicit magnum verbum, quòd ita communiter tenetur per Doct. & iſtam opinionem veriorem, & magis communem audacter atteſtatur Marſil. in repet. rubr. num. 265. C. de fideiuſſori. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinauit Glo. in d. l.

in d.l.duobus reis §.in fideiuſſ.in verſ.Solutionis, quam ſequitur Bart.præcipitanter,& ſibi contrarius ibi,& in l.& per iuſiurandum §.antepenul.ff. de acceptilatio.& in l.cùm filius in fin.prin.ff. de verb obligat.& in l.reos in,5.q.ff.de duobus reis, Roma.in l.prædia ff.de de acquir.poſſeſſ.Fulgoſi. in d.l.duob. reis, & Moder. in add. ad Alex.conſ. 90.col.3.in add.ad nu.3.vbi refert Alex. in multis conſ. tenere iſtam ſecundam opinionem.

¶ Tamen quicquid dicat Bar.cum alijs ſequacibus in præcitatis lecturis, ob hoc non diſcedendum ſuademus à dicta communi, quę videtur verior de iure,& ſequenda eſt in conſulendo, & iudicando,tanquam communis;& ita per iſtam cómunem conſuluit in Ciuitate Florentiæ Paul. de Caſt.vt ipſe refert, in d.l.duobus reis, & pro hac parte conſuluit Fran.Tigrinus, vt referunt Alex. & Iaſ.in d.l.duobus,vbi dicit ſe pro hac opinione communi bis conſuluiſſe,& ita in effectu conſuluit,conſ.90. nu.3.vol.3.& conſ.123.vol.6.

SVMMARIVM.

1 *FILIVSFAMILIAS regulariter non poteſt teſtari, etiam patre volente, imò patris conſenſus non operatur, vt teſtamentum valeat.*

2 *Filius non poteſt teſtari, non ſolùm in aduentitijs, quorũ vſusfructus ſpectat ad patrem, ſed etiam in his, quæ ſunt ſua pleno iure.*

3 *Filiusfamilias non poteſt teſtari pendente patris ſui captiuitate, ſecundum vnam communem, licèt altera opinio contraria ſit ſimiliter communis.*

4 *Filius poteſt teſtari poſtquam eius pater religionem ingreſſus eſt.*

5 *Filius de conſenſu patris de peculio aduentitio poteſt condere teſtamentum ad piam cauſam.*

6 *Filiafamilias licèt ſit nupta,& conducta ad domum viri,non ob id liberatur a patria poteſtate,& non poteſt de bonis maternis, ſeu ſuper dote facere teſtamentũ.*

7 *Filiafamilias poteſt teſtari ad pias cauſas cum conſenſu patris.*

8 *Filiafamilias poteſt teſtari vbicunque eſſet emancipata.*

9 *Filiæfamilias, ac filijfamilias per contractum matrimonij liberantur à patria poteſtate in Hyſpania,& in Regno Neapolitano, quod qualiter procedat, declaratur infra.*

10 *Mulier tenetur viro ad alia ſeruitia pręter copulam, ſcilicet ad mutuum auxilium,& ad obſequium.*

11 *Maritus profeſſus in monaſterio compellitur exire,& vxori neceſſitati pręſtare obſequia.*

12 *Vxor virum,& vir vxorem,qui leprę morbum incurrunt, ſequi debent,& eis coniugali affectione miniſtrare tenentur,& ſi non faciunt aſtringuntur ad hoc vinculo excommunicationis.*

13 *Filiafamilias nupta,& conducta ad domum viri, licet non remaneat in patria poteſtate de conſuetudine, tamen mortuo marito iterum reuertitur in poteſtatem patris,quod non procedit in Hyſpania.*

14 *Pater, mortuo marito ſuæ filiæ, non habet actionem ad dotem aduentitiam ipſius filiæ:quia illius dotis aliter adminiſtrator nõ eſt,& cõſequẽter ſoli filiæ exiſtenti in patria poteſtate ad dotem repetendam actio ipſa cõceditur,ſecus eſt in dote profectitia promiſſa,& tradita à patre, vel eius contemplatione.*

15 *Dos de iure communi ſoluto matrimonio reuertitur ad dotantem nulla interpoſita ſtipulatione,ac pacto facto in contrarium.*

16 *Dos de generali conſuetudine mortua matre debet retineri per maritum pro filijs ſuis,& ſic conſuetudo generalis poteſt prohibere dictam dotem reſtitui patri.*

17 *Conſuetudo generalis prohibens dotem vxoris reſtitui patri, non procedit, quando decederet primò maritus,& poſtea vxor,& ſtantibus liberis,tunc enim non ueniret extendenda,& ſic pater dotans poteſt repetere dotem ipſam.*

18 *Filiafamilias tam in dote aduentitia,quàm in dote profectitia, vbicunque actio de dote eſſet ſolummodò ipſius filiæ ob donationem ei factam de integra actione dotis haberet hæredem ab inteſtato,ſecundum communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſit similiter communis.*

19 *Filiusfamilias,& filiæfamilias Hyſpani,& Galli,qui nõ ſunt in poteſtate patris poſſunt teſtari abſque licentia, etiam de aduentitijs.*

20 *Filiusfamilias põt teſtari de bonis ſibi donatis per Principem.*

21 *Filiusfamilias poteſt teſtari de peculio caſtrenſi,uel quaſi:quia in ipſis bonis habetur pro patrefamilias.*

22 *Filiusfamilias licèt teſtari non poſſit, etiàm patre conſentiente, poteſt tamen donare cauſa mortis ipſo permittente, vbi præſtatur conſenſus in aliorum commodum,non autem ipſius patris.*

23 *Filiusfamilias, vel filiafamilias non poteſt donare patri cauſa mortis cum eius conſenſu ſimplici,& non interueniente iudicis authoritate.*

24 *Donatio cauſa mortis facta per filiam patri, eo conſentiente bona fide,& non animo defraudandi alios ſucceſſione, prout eſſet, quando extantibus filijs ex filia ipſa cum eius conſenſu donaret patri,valet,& tenet.*

25 *Donatio cauſa mortis facta per filium,ſeu filiam patri, vbicunque pater generaliter conſentiret eis,vt poſſint donare cauſa mortis quomodocunque,& qualitercunque,& cuicunque non ſpecificè,vt ſibi donaret,valet,& tenet,ſecundum communem opinionem,licèt altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis.*

26 *Conſenſus patris,qui requiritur in donatione mortis cauſa facienda per filiumfamilias,debet interuenire tempore,quo fit donatio,aliàs ſi facta donatione pater ipſam ratificaret,non teneret.*

27 *Conſenſus de ſui natura poteſt interuenire ex poſt facto,& poſt rem inchoatam,& in eſſe deductam,& etiam tacitè.*

28 *Donatio cauſa mortis facta à filiofamilias abſque patris conſenſu conualidatur per ſuperuenientem ipſius patris conſenſum,vbicunque filius perſeueraret in prima voluntate.*

29 *Teſtes quinque requiruntur ad probandum perſeuerantiam filij in prima voluntate,& ſic in donatione*

cauſa

cauſa mortis,facta abſq; patris conſenſu,vt conſenſus patris ſuperueniens operetur effectum ſuum.

30 *Donatio cauſa mortis facta per filium patri eo conſentiente non valet, vbicunq; eſſet facta incontinenti poſt præſtitum conſenſum: quia duo actus celebrati eodem die,& coram eiſdem teſtibus,vnus ex eis cenſetur celebratus contemplatione alterius.*

31 *Filiusfamilias quare de patris voluntate teſtamentum facere non poteſt, & tamen cauſa mortis donat patre permittente,redditur ratio concludens, & communis.*

32 *Filiusfamilias non poteſt legare, fideicommitterre, & codicillare,etiam de conſenſu patris.*

33 *Donatio cauſa mortis facta à filiafamilias neceſſariò requireret præſentiam donatarij,vel alterius, qui pro eo talem donationem acceptaret,aliàs non valeret.*

34 *Filiusfamilias licèt teſtari non poſſit,etiam patre cõſentiente, poteſt tamen diſponere inter viuos de bonis, in quibus patri vſusfructus non quæritur.*

35 *Statutum,ſeu conſuetudo poteſt concedere filiofamilias ius teſtandi, & omnia faciendi, quæ ſunt de iure poſitiuo.*

36 *Statutum,vel conſuetudo diſponens,quòd filiusfamilias poſſit teſtari,licèt ſit contra ius commune, tamen interpretari debet ſecundum ius commune, dummodo in tali teſtamento adſint ſeptem teſtes rogati,requiſiti de iure communi, vel quinque requiſiti ex forma ſtatuti: quia ſtatutum hoc recipit interpretationem paſſiuam à iure communi,vel ab alio ſtatuto.*

37 *Teſtamentum faciens de dotibus ſuis filia, poſt mortem patris valet, & tenet, etiam ſi in dote ipſa filiæ pater ſubſtitutionem feciſſet.*

38 *Teſtamentum conditum per filiumfamilias cum conſenſu patris, non obſtante clauſula in eo appoſita ſi nõ valet, vel valebit iure teſtamenti, valeat eo iure quo valere poteſt,non ſuſtinetur vt teſtamentum tunc,nec vt donatio cauſa mortis.*

39 *Donatio cauſa mortis facta à filiofamilias requirit ſpecificam patris permiſſionem.*

40 *Specificum eſt, quod ab omni generalitate eſt abſtractum.*

41 *Pater generaliter filio donare permittens,non poteſt ex tali permiſſione cauſa mortis donare,niſi hoc ſpecialiter ei pater permitteret.*

OPINIO CCCII.

1 FILIVSFAMILIAS in poteſtate conſtitutus regulariter non poteſt teſtari,l.ſeniũ, & l. pen. C.qui teſt.fac.poſſ. & §.1.inſtit.eod.tit ac etiam patre volente,ac permittente,l.qui in poteſtate,ff.de teſta.vbi ait Aret.col.3.quòd iſta eſt communis regula:quia teſte Apoſtolo ad Gal.4. tales non differunt à ſeruo. Imò patris conſenſus non operatur,vt teſtamentum valeat,l. teſtamenti eodem titu.& c.licet de ſepultu.lib.6. vbi latè per Alex. & alios in l.ſenium C.qui teſt.fac.poſſ.& per Bertran. conſil. 280. cùm tempore prætenſi conditi teſtamenti in princ.vol.8. *Cõis opin.*

2 Imò amplia hoc, quòd non ſolùm filiusfamilias non poteſt teſtari de aduentitijs, quorũ vſuſfructus patri quæritur, ſed etiam de aduentitijs ad ipſum pleno iure ſpectantibus, vt habetur in l.fin.& in l.3.vbi omnes Docto. communiter ponunt C.qui teſta.fac.poſſ.Calder.conſil.10.in tit. de teſtamen.Io.Monteferratus in repet.l.frater à fratre in fin.& Crotus ibidem nu.121.ff.de cond. indebi. & iſta eſt magis communis opinio,prout ſcribunt Alex.Corne.Iaſ. & Riminal. in d.l. pen. in fine C.qui teſt.fac.poſſ. & vltra præcitatos Doctor.idem tenet Roma.conſil.512.nu.3.Rubeus conſil.93.num.2.Ruinus conſil.24.num.2.uolu. 5.Iulius Clarus cum cæteris ſignatis per eum in tract.de teſtam.lib.3.q.18. & Soc.Iun.conſil.77. nu.10.vol.2. *Cõis opin.*

3 Ampliatur etiam, quòd filiusfamilias non poteſt teſtari pendente patris ſui captiuitate, & ſic filius ad teſtamentum condendum non admittitur, & licèt eius pater ab hoſtibus captus ſit, ſecundum Glo.fin.in l.ſi pater ff.de iniuſ.rup.Cyn. colum.penul.Odofre.& Angel.in l.fina. C.de ſent. paſ.Imol.colum.8.Iaſ.num.243.& Crotum num.18. in l.ſi is, qui pro emptore ff. de vſucap. Alex.num. 10.Iaſ.num.9. in l. lex Cornelia ff. de vulga.Corne.cõſil.204.colum.fin.volum.3.Marium Salom.num.16.Emanue. in 2. part.nu.92. in l.Gallus §.& quid ſi tantum ff.de liber.& poſthu.& iſta eſt communis opinio contra Bar.num. 9.Bal.num.15.contrarium aſſeuerantes in l. fin. C.de ſenten. paſſ. *Cõis opin.*

¶ Ampliatur poſtremò,vt filiusfamilias minimè teſtamentum condere valeat, licèt ſui iuris reputaretur,ſecundum Bal.in l.2.in fin.C. de ſentent.Alex.conſil. 147.colum.pen.volum.7.Dec. in l.ſi emancipati colum.3.C.de collat.Alex.col. 2.& Iaſ.in l.1.C.de ſentent. Curtam in memorali in verbo Opinio communis il 2.& Tiraquel. in legibus connubialibus Glo.8.nu.144.& iſta eſt cõmunis opinio,vt exiſtimant Doct. præcitati. *Cõis opin.*

4 Sed fallit primò iſta cõcluſio, quando pater ingrederetur monaſterium:tunc enim eius filij propter talem ingreſſum efficiuntur ſui iuris, poſſuntque teſtamentum condere, ſecundum Bart. in l.patre furioſo ff.de his, qui ſunt ſui. vel alieni iur. vbi hanc limitationem probat tribus rationibus, & in l. patri per illum text. ff. de adulter. circa fin.Iacobus verò Butr.& Bald poſt Glo.ibi, in auth.excipitur C.de bonis quæ libe. inclinauerunt in contrariam ſententiam,ſed primam Bar. & ſequacium aſſerit eſſe communem Iaſ. in d l. patre furioſo,num.45.Moder.in c.in præſentia de probatio. Alber.in auth.ingreſsi,nu.13.C. de ſacroſanct. eccleſ. & Boeri. in deciſio. 121.num.2. & ſequen. *Cõis opin.*

5 Limitatur ſecundo loco, quando filiusfamilias patre conſentiente, conderet teſtamentum de peculio aduentitio ad piam cauſam, eo quippè caſu proculdubio valet teſtamẽtum,d. c. licet in fin.

in fin.& tenet Ang.Bald.& Salyc. in d.l. ſenium, Roma.in authen.ſimiliter in 13. priuilegio C. ad l.Falc.Feder.de Senis conſil.298.& Vaſqui. cum alijs relatis per eum in tract.de ſucceſſ.proceſſ. ti tu.qui teſtari poſſ. lib.1.§.1.nu.50. vbi recenſuit tres alias ſententias contrarias, & iſtam opinio- Cōis opin. nem ſcribit eſſe communem Crotus in d.l.frater à fratre, vbi reſpondet omnibus ferè fundamentis Fulgo.cæterorumq; Moder. contrarium aſſeuerantium in d.l.ſenium, & ſequitur quoque, & magis communem ait Clarus in tracta.de teſtamen.lib.3.quæſtio.5.verſicu.ſed nunquid filiusfamilias.

6 Et hoc etiam procedit in filiafamilias,quę quidem licèt nupta ſit, & conducta ad viri domum, propterea patria poteſtas non finitur, ſed remanet in poteſtate patris,l.ſi vxor; vbi Glo.& Ang. C.de conditio.inſer. & Gramm.deciſ.54. nobilis Portia, nu.4.& ſequen. Sed quæſtionem iſtam ad vtrāq; partem copioſè exagitat Rodericus Suares in ſuis allegationibus in l.9.titu.*De los pleytos*, num.11.cum alijs ſequen. & non poteſt de bonis maternis,ſeu ſuper dote facere teſtamentum viuente patre, & etiam cum licentia ipſius patris, vt per Glo.in l.filiæ ff.ſolut.matrimo. Brunum in tract.quòd ſtantibus maſculis,q.5.articu.11.nu. 77.Bal.in d.l ſenium quæſtio. antepenul. Iaſ.in l. poſt dotem ſub nume. 91. ff. ſolut.matrimon. & Alex.conſ.17.viſis vol.2.Bert.conſ.327.cùm tēpore teſtamenti,nu.1.vol.8.

7 Niſi ad pias cauſas, & cum patris conſenſu,d. Cōis opin. c.licet §.fin.& iſta eſt communis opinio, vt patet ex allegatis per Alex.& alios in d.l.ſenium, & per Barba.in rub.de teſtam.fol.12.

8 Sed vtique poſſet teſtari ipſa filiafamilias,vbicunq; eſſet emancipata,ſecundum Glo. & Doct. Cōis opin. communiter in d.l.ſi vxorem,& Felyn. in c.ſuper eodem,il 2.col.2.ext.de teſta.

9 Similiterq; filia ipſa maritata fit ſui iuris;& cōſequenter filiusfam.& filiafami. per contractum matrimonij liberantur à patria poteſtate,in Hyſpania,text. eſt in l.Tauri 47. & ibi Ciſuentes, & hoc idem obſeruatur in Ciuitate Neapolis ob cōſuetudinem Neapolitanam, incipientem, Sed ſi mulier non obſtante,vt refert Neapodanus ibi in verb.Nubit,Gramm. in d.deciſ.54. & conſ.ciuili 63.num.15. vbi hoc intelligit procedere quoad debitum carnis,operaſque obſequiales, in cæteris verò dicit, quòd remanet ſub patria poteſtate,& latius hoc explicat conſ.ciuili 87.nu.4.cum alijs ſeq.& benè dicit.

10 Nam mulier tenetur viro ad alia ſeruitia præter copulam,ſcilicet ad mutuum auxilium, & ad obſequium,c.nuptiarum 27.q.1.& eſt Glo.fin.in c.quidam de conuerſio.coniug.

11 Vbi vir profeſſus in monaſterio compellitur exire,& vxoris neceſsitati præſtare obſequia. Et hoc eſt quod dixit Adam Deo. Mulier,quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & comedi: facit c. 1.de coniug.lepro.

12 Vbi mandatur,quòd vxores viros,& viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt,ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrent, & ſi non faciunt,aſtringuntur ad hoc vinculo excommunicationis,vt ibi dicitur,& in c.trāſmiſſa de eo, qui cogno.conſang.vxor. ſuæ,ibi Neceſſaria ſubminiſtrans.

13 Et datò propter huiuſmodi conſuetudinem ſi liafam.nupta,& conducta ad domum viri non remaneat in patris poteſtate;nihilominus ipſa filiafam.mortuo marito,& in viduitate perſiſtens,nō remaneret ſui iuris,ſed reuerteretur in poteſtatē patris,vt tenet Spec.in titu.de tuto.§. quid ſi mulier,& Afflict.in conſtitu.proſequentes,num.12. lib.2.rub.31.& ita ſeruatur vbique, prout refert Boeri.in deciſ.197.num.4. &;Grammat.d.deciſ. 54.nu.9.cum alijs ſeq.vbi refert ita deciſum extitiſſe in Sacro Regio Concilio Neap.

¶ Sed aduerte, quòd licèt hoc procederet in Ciuitate Neapolis,& in Gallia,tamē iudicio meo in Hyſpania non haberet locum aliquo modo:nā d.l.47.Tauri loquitur generaliter, videlicet,ꝙ filiusfam.& filiafam. nuptus,ſeu nupta ſemper,& perpetuò in omnibus rebus habeātur tanquam emancipati,& ſui iuris: nimirùm ergò eſt ſi poſt mortem mariti ipſæ mulieres non reincidant in patris poteſtatem.

14 Benè tamen verum eſt, quòd pater mortuo marito non haberet actionem ad dotem aduentitiam filiæ: cùm illius dotis aliter adminiſtrator non ſit;& ſic ſoli filiæ exiſtenti in patria poteſtate ad dotem repetendam actio ipſa conceditur, ſecundum Docto.omnes in auth.quod locum C. de collat. & Alex.conſ.20. viſo proceſſu col.fina. volu.2.& eſt text.in l.2.§.quòd ſi patris,vbi communiter Doct.ff.ſolu.matrimo.& in l.Caius eod. Cois opin. titu. & benè faciunt, quæ narrantur per Corne. conſ.162.vol.2.& conſ.138.col.1.& ſeq.volu.3. Alexan. conſilio 158.in 3.dub.volum.5.& conſ. 31.colum. 4. volu.6.Barbat.conſ.61.vol.2.Contrarium verò concluditur in dote profectitia promiſſa, & tradita à patre, vel eius contemplatione, iuxta l.profectitia ff.de iur.dot.& Caſtren.in l.fin.col.2.verſic. ſed pone quinto C. communia vtriuſque iud. quia pater iure hodierno eſt legitimus adminiſtrator in dote profectitia filiæ,vt explicatur infra Opinio. 601. Pater eſt legitimus adminiſtrator.

15 Et hinc eſt, quòd dos profectitia data à patre pro filia,nulla interpoſita ſtipulatione, ac pacto facto, & mortua poſtmodū ipſa filia in poteſtate patris cōſtante matrimonio, ſiue ſuperſtitibus filijs,ſiue non,ſecundū ius cōmune deberet reuerti ad ipſum patrē dotantem,ſecundum Bart.nu. 28.cū alijs ſeq.Iaſ.nu.99.& alios omnes in l. poſt dotē ff.ſolu. matr. vbi opinionē iſtam communē Cōis opin. ait idē Bar.&l.vbi adhuc C.de iure dot.& l.dos à patre C.ſolu.matrim. & not.Grauet in tract. de antiquit.tempo.in vltima par.nu.44.&Rolan.in tract.de lucro dotis q.2.

16 Sed

16 Sed ſentētia Marti. Gloſſatoris ibidē contraria de generali cōſuetudine obſeruatur, & approbat, videlicet, ꝙ dos in pręſenti caſu debeat eſſe liberorū, & conſequenter retineri debeat per maritū pro ipſis filijs, pro vt firmat Barto. & alij, & præſertim perſpicaciſsimus Dominus Cardinalis Albanus in l. dos à patre C. ſol. matri. quod ampliat vtiliter Iaſ. in d. l. poſt dotem.

17 Quę quidem conſuetudo generalis prohibens dictam dotem reſtitui patri, & ita ampliata limitatur non procedere, vbicunque matrimonium prædictum diſſolueretur per mariti mortem, & decederet mulier vidua exiſtentibus ex ea filijs, & patre ipſius mulieris, & ſic quando decederet primò maritus, & poſtea vxor ſtantibus liberis, tunc non veniret tanquam exorbitans extendenda ad præſentem caſum, ſed reſtringenda ad caſum ſuum; & conſequenter pater dotans repetere poſſet antedictam dotem, vt uoluerunt Bart. in d. l. poſt dotem, num. 31. Alexan. & Iaſ. nume. 102. & ſequen. cum alijs aggregatis per eum, vbi prędicat iſtam eſſe communem opinionem, prout communis eſt, & ſacroſancta, vt meminit etiā Cardinalis Albanus in dict. l. dos à patre in fine & ſecundum eam vltra bis vidimus iudicari in facti contingentia.

Cōis opin.

18 Et aduerte, quòd ipſa filiafamilias tam in dote aduentitia, quàm in dote profectitia, vbicunque actio de dote eſſet dumtaxat ipſius filiæ, ob donationem ei factam de integra actione dotis, haberet hæredem ab inteſtato, ſecundum Bart. quæſt. 3. & ſequen. Caſtren. Alex. & Iaſ. num. 92. cum cæteris ſequen. in d. l. poſt dotem, vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & licèt inibi aſſerat contrariam ſententiam ſimiliter communem fore, nihilominus ſequitur Bartol. & ſequaces, & tuetur eorum opinionem, à qua tanquam realiter communi periculoſum, imò ſatuum eſſet in deciſiuis diſcedere.

Cōis opin. Cōis opin.

19 Sed vt redeat ſermo noſter vnde fluxit, dic ꝙ Galli etiam, qui non ſunt in poteſtate patris poſſunt teſtari abſque patris licentia, vt refert Bald. in cap. 1. §. fin. de duob. fratrib. de no. Et Hyſpani quoque filiifamilias, & filiæfamilias poſſunt teſtari etiam, textus eſt in l. 5. Tauri, vbi Michael Ciſuentes; Imo poſſunt ſimiliter teſtari prædicti filiifamilias Galli, & Hyſpani de aduentitijs, vide quæſtionem poſitam per Bal. in l. fin. C. communia vtriuſq; iud. nu. 8.

20 Limitatur, ac declaratur tertio loco, quando filiusfamilias teſtaretur de bonis ſibi donatis per Principem, de quibus quidem teſtari poteſt, vt ſentiunt omnes Doctores communiter in l. cùm multa C. de bonis quæ liber. per illum textum, & Alex. in l. 1. §. hoc autem ff. ad Trebell. & iſtam eſſe communem ponit Crotus in repeti. d. l. frater à fratre, nume. 112. vbi ait, quòd contrarium eſt uerius.

21 Interpretatur quartò, quando filiusfamilias teſtaretur de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi, tunc enim valebit teſtamentum, l. fin. C. de inoffi. teſtamen. vt per Corne. conſil. 87. iura dubia colum. 3. volum. 3. & Alex. conſil. 2. in conſultatione uol. 6. quia in bonis caſtrenſibus, vel quaſi ipſe filiusfami. habetur pro patrefami. l. 2. ad Macc. Bar. in l. is, qui pro emptore in 3. q. princ. ff. de vſucap.

22 Quintò limitatur, quòd licèt filiusfamilias nō poſsit teſtari etiam patre conſentiente, poteſt tamen donare cauſa mortis patre permittente, l. tam is §. fina. ff. de donatio. cauſa mort. Bertran. conſil. 35. donatio cauſa mortis vol. 6. Imò ipſe filiusfami. bona aduentitia etiam pleno iure habens, non poteſt de eis donare cauſa mortis abſque conſenſu patris, ſecundum communem opinionem, quam citauit, & declarauit, ac ita conſuluit Rubeus conſil. 46. & conſil. 127. atque eidem inhęret cum citatis per eum Vinc. Maxilla in conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in conſuetudine, dos à patre profecta, ſub nu. 147. tit. de iure dotium, fol. 88. & Clarus in tract. de donatio. q. 6. verſ. aut verò quæris, utrum poſsit donare, ubi docuit ſimiliter magis communem, & poſuit alia multa utilia circa conſenſum ipſum præſtandum per patrem. Cōis opin.

23 Quam tamen limitationem ſanè intelligas, ubi pręſtatur conſenſus in aliorum commodum, non ipſius patris illum præſtantis: quia filius, uel filiafa. non poteſt donare patri cauſa mortis cum eius conſenſu ſimplici, & non interueniente iudicis authoritate, de qua in Glo. in l. ſi furioſi C. de nupt. & ibi Doct. eſt Glo. ſingularis, & ibi Bart. in l. 1. in fin. ff. de auth. tut. ſequūtur Moder. in l. 1. §. fuit quęſitū ff. ad Treb. Bar. Imol. & Doct. in d. l. tā is, idē Bar. in l. frater à fratre ff. de condict. indeb. idē Imol. in c. non ne de pręſump. & Bal. in l. ſi uxori, nu. 1. C. de cond. inſer. in l. bonorū la 2. nu. 9. C. qui admi. Glo. & Bart. in d. l. ſi furioſi, Ioā. And. in add. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. porrò in addit. incip. Petrus, Soc. conſ. 87. uol. 1. Inno. in c. dudū de reb. eccl. nō alie. Corne. conſ. 242. n. 1. uol. 4. Cyn. in l. ſeniū C. qui teſt. fac. poſſ. Dec. cōſ. 280. nu. 5. & ſeq. & Tiraq. in ll. connubia. Glo. 8. nu. 115. & ſeq. quam quidē Glo. ait cōmunem eſſe Bal. cōſ. 50. in prin. uol. 2. Soc. conſ. 112. in 2. dubio uol. 1. idē confirmat, addens à tali opinione: cùm ſit cōmunis non eſſe recedendū, & in d. l. 1. §. fuit quęſitū, nu. 6. refert illā magis cōmuniter ſequi Doct. & Riminal. inſtitu. de donatio. in prin. nu. 521. & copioſus doctor D. Hora. Mandoſius in addi. Roma. conſil. 515. ultra quos illam fatentur communem alij relati per Clarum in 3. lib. ſenten. in §. Donatio q. 6. uerſ. hanc etiam opinionem, ubi plures refert, & admonet in uerſ. & ſic ut uides, ipſam fore magis communem, & ueriorem, & ab ea non eſſe in iudicando recedendum, & ita per prędicta ſublimitatur dicta limitatio. Cōis opin.

24 Quā ſublimitationē (ut de plano ꝓcedat) limitā primò nō habere locū, quādo pr̄ cōſenſit bona fide, & nō eo dumtaxat aīo, ut alios defraudaret

ſucceſsione, prout eſſet quando extantibus filijs
ex filia ipſa cum eius conſenſu donaret patri, tũc
enim valet donatio facta patri, Bal. in d. conſil 19.
verſic. poteſt dici, vbi dicit hoc eſſe ſatis æquum,
quod ſequitur Soc. in d. conſ. 112.

25 Secundo limita nõ procedere vbicunq; pater
generaliter cõſentiret, ꝙ filius, ſiue filia poſsit do
nare cauſa mortis quomodocũq;, qualitercũq; &
cuicunq; nõ ſpecificè, vt ſibi donaret: tunc enim
valeret actus, etiã ſi filius poſtea donet ipſi patri,
ſecundũ Bal. cõſ. 16. quatuor pũcta, relatũ ꝑ Soc.
vbi ſupra, aſſerentẽ id æquiſsimũ eſſe, quod ſequi
tur etiam Cyn. & Iac. de Aret. in d. l. 1. ff. de auth.
tut. in quibus caſibus intelligatur ꝓcedere dictũ
Pet. in d. l. 1. & eiuſdẽ Bal. in l. ſi quando §. 1. C. de
inoff. teſta. vbi in locis præcitatis ſibi videtur con
trarius, Ang. qui ſimiliter ſibi videtur contrarius
in loco prædicto, & Cuma. in d. §. fuit quęſitum, &
idẽ Ang. conſ. 203. pactũ tale eſt, Fulgo. & Paul.
Caſtren. in d. l. ſeniũ, & in d. l. qui in poteſtate, vbi
refert vidiſſe cõſilia quãplurimorũ Doct. ita tenẽ
tiũ, ꝙ pater poſsit præſtare conſenſũ filio ſibi do-
nãti mortis cauſa, Oldra. conſ. 36. Roma. conſil.
515. Ancha. conſ. 106. Alex. in d. §. fuit quęſitũ, &
aliorũ idẽ tenẽtiũ, quorũ opinionẽ de iure verio-
rẽ eſſe poſt Bal. & Soc. in cõſ. mẽtionatis affirmat
ibidẽ Alex. & illã admittit eſſe cõem Maxilla in
d. cõſuetudine Dos à patre profecta ſub n. 142.
& ſeq. & Clarus vbi ſupra in prin. vbi inquit fuiſſe
opus magna librorũ reuolutione, dũ fuiſſet hæſi-
tatũ, quę prędictarũ opinionũ eſſet magis cõis, &
ſecundũ eã ita, & taliter intellectã dicit eſſe iudi-
candũ Soc. in d. conſ. 112. verſ. vndè dominus iu-
dicans: quod ſatis placet, & plurimũ rationi con-
fert, quicquid alij dixerint. Nõ eñ omninò, & indi
ſtinctè videtur verũ, & indubitatũ fundamentũ,
quo pręcipuè fundat̃ ſupra relata huic contraria
opinio, ꝙ cõſenſus patris pręſtãdus filio requirat̃
ad authorãdã, & integrãdã perſonã filij, non aũt
ad pręiudiciũ patris, licèt Clarus vbi ſupra q. 5.
Cõis ver. habes ergo, admoneat id eſſe cõiter receptũ,
opin. ea ratione, ꝙ de iure antiquo filius poterat agere
ſine cõſenſu patris, vt eſt text. in l. noxali ff. de no
xal. & not. Bar. in l. cũ non ſolũ §. neceſsitatẽ C. de
bonis quę libe. n. 2. Et ꝙ agere nequicquã, poſsit
abſq; cõſẽſu patris, fuit introductũ poſt iura C. ꝑ
quæ fuit delata ꝓprietas filio in bonis per ipſum
acquirendis, & patri ablata, ſecũdũ diſpoſitionẽ
l. cũ oportet C. eod. vnde non ſimpliciter ad inte
grãdã perſonã filij patris cõſenſus requirit̃, ſed ra
tione ꝑiudicii ipſius patris, & quaſi in recõpenſa
tione iuris filio delati, & fauoris, quo fuerat ipſe
pater priuat⁹: qđ & cõprobat̃, authoritate, ꝙ ſi fi
lii pſona ſimpliciter nõ eſſet integra citra causã
ꝑiudicii ꝑdicti ipſius patris, nõ poſſet vtiq; filius
donare donationis titulo inter viuos illa bona, in
quibus patri nõ quęrit̃ vſusfructus abſq; eius cõ
Cõis ſenſu, qđ eſt falsũ, & cõtra cõem opinionẽ Doct.
opin. relatã ꝑ Grauet. conſ. 84. nu. 9. & cõſ. 92. poſt n. 1.
verſ. ſed poſito, vbi dicit in hoc neminẽ eſſe, qui
dubitet, & cõem eſſe fatet̃ etiã Hor. Mãd. in add.
Roma cõſ. 512. in litera B. & ſi magis cõis opinio
ſit, ꝙ nec huiuſmodi bona filius poſsit abſq; p̃ris
cõſẽſu cauſa mortis donare, vt refert Clarus vbi
ſupra, verſ. aut verò, & Rubeus in d. cõſ. 46. ex hu
iuſmodi: ſiquidẽ caſuũ varietate pſonã filii in ſe
citra causã ꝑdictã integrã eſſe, vel nõ eſſe videt̃,
inferri minimè poſſe ex prędictis, & aliis not. per
Bar. & Doct. in d. §. neceſsitatẽ, quorũ opinionem
predicat eſſe cõem contra Glo. ibi Alex. in d. §.
fuit quęſitum, & veriorem, & tenendam eſſe.

26 Sed aduerte, ꝙ conſenſus patris, qui requiritur
in donatione cauſa mortis facienda per filiumfa.
iuxta l. tã is §. filiusfa. ff. de donat. cauſa mor. de-
bet interuenire tempore, quo fit donatio, alio-
quin ſi facta donatione pater ipſam ratificaret,
nõ teneret, ita elegãter Bal. in l. ſi vxor C. de cõd.
inſer. & refert, & ſequit̃ Cremen. ſingu. 69. ac etiã
Marſi. in pract. cri. in 2. q. prin. in fin. practi. nu. 5.
& nota, quia occurrẽdo hoc in facto quilibet pri-
ma fronte diceret contrarium.

27 Nã conſenſus de ſui natura põt interuenire, &
adhiberi ex poſt facto, & etiã tacitè, iux. doctrinã
Bar. in l. ſi aut plures, de aqua plu. arcen. & not. ꝑ
Doct. in l. cõſenſu de actio. & oblig. & bonus text.
qui hoc ꝓbat etiã poſt rem inchoatã, & in eſſe de
ductã in l. ꝑ fundũ ff. de ſer. ruſt. pred. & vide not.
per Alex. & alios in l. ſi quis mihi bona §. iuſsum
ff. de acquir. hæred.

28 Sed aduerte, ꝙ licèt donatio cauſa mortis fa-
cta à filiofa. ꝑ ſupueniẽtẽ p̃ris cõſensũ nõ cõuali
det̃, tñ cõſenſus iſte ita p̃ſtitus, & ratificatio eiuſ-
dẽ donationis facta poſt donationẽ à patre vtiq;
valeret, & teneret, ſi filius in prima volũtate pſe-
uerare appareret, vt cõcedit Bar. in l. tã is §. fin. in
fin. ff. de donat. cauſa mortis, Ang. Aret. inſtitut.
quibus non eſt permiſ. fac. teſt. in princ. & facit l.
1. §. Sed ſi filiusfa. ff. de leg. 3.

29 Et tũc quinq; nẽpè teſtes requirerẽt̃ ad ꝓban
dũ directã perſeuerãtiã ipsã filii, ſecũdũ Ang. in
loco ꝑcitato, ꝓ quo allegat text. in d. l. 1. §. ſed ſi fi
liusfa. & ibi Bar. & faciunt notata per eundẽ Bar.
in l. hæredes palàm §. ſi quid poſt ff. de teſtam.

30 Itidẽ ipſa donatio facta ꝑ filium patri minimè
valeret, vbicũq; extitiſſet facta incõtinẽti poſt p̃
ſtitũ cõſensũ. Nã quotieſcũq; duo actus celebra-
rent̃ eodẽ die & loco, & corã eiſdẽ teſtibus, unus
quippè ex eis uideretur celebratus cõtẽplatione
alterius, ut firmãt Bal. in l. petens C. de pact. Soc.
conſ. 273. col. 3. uol. 2. & Corne. conſ. 36. uol. 2.

31 Sed hic pulchrũ eſt diſquirere de rõne, quare fi
liusfa. de p̃ris uolũtate teſtamẽtũ facere nõ põt,
& nihilomin⁹ cauſa mortis donat patre ꝑmittẽte;
reſpondeas breuiter, ꝙ communis ratio eſt, quæ Cõis
originaliter fuit Accur. in §. 1. inſtit. quibus non opin.
eſt permiſſum face. teſta. & d. l. tam is, §. fin. Nam
donatio cauſa mortis, & ſi contractus, & ultimæ
uolũtatis naturam redoleat, magis tamen acce-
dit contractui, & de huiuſmodi communi ratio-
ne teſtatur Coraſius, in repet. l. qui liberos, n. 29,
cum

cum alijs ſeq.in 2.lect.ff.de ritu nupt.vbi vltra rationẽ communem prçcitatã aſsignat aliam meliorem,& hanc rationem communem approbat etiam Bar.poſt Dyn.in d.l.tam is,§.1. Ang.Aret. inſtitu.quib.non eſt permiſſum fac.teſta.in prin. Glo.&Doct.in l.2.in prin.ff.de donat.Ang.Aret. & alij inſtitu.de donatio.in prin.

32 Et quatenus diximus,quòd filius de patris cõſenſu poteſt donare cauſa mortis, d.l.tam is,§.1. nota hic, quòd licèt poſsit donare filius, tamen non poteſt legare,fideicommittere, aut condere codicillos,vt probatur in l.2.ff.de leg.1.à contrario ſenſu iuncta l.qui in poteſtate ff.de teſtamen. & inſtit.qui.eſt permi.fac.teſtam.in prin.& iſtam differentiam pariter firmauit Glo. in d.l. 2. ff. de lega. 1. cum qua communiter alij Doctor. tranſeunt, vt refert Ruinus in princ.ibi, & Glo.in d.l. ſenium,vbi Iaſ.num.8. ſimiliter teſtatur iſtam eſſe communem opinionem, idemque tenet Alex. conſil.53.nu.8.vol.7.Bertran.in d.conſ.327. ſub num.1. Domin. Peruſi.& alij in c.ſi pater de teſt. in 6. vbi Gomeſius colum. 1. dicit circa hoc non eſſe dubium, ſicque omnes concludere, aliosque refert eiuſdem ſententiæ Dilectus,in tract.de arte teſtandi,cautel.1.titu.1.col.1.& ponit Guliel. Benedic.in repe.c.Raynutius de teſta.nu.48.Solus Cumanus in d.l.tam is,§.1.& in d.l.qui in poteſtate tenuit contrarium, videlicet, quòd nec etiã donare cauſa mortis poſsit filius patre quantumuis conſentiente per multas rationes, tamẽ concludebat ipſe Cuma. non eſſe contra ſtimulum calcitrandum, & ſic in communem ſententiam declinabat,quam ſequitur reſpondẽdo omnibus fundamentis Cuma. Socin. Iun. in l. 2.nu. 15.ff. de legat. 1. & celeberrimus iureconſultus D.Gulielmus Pontanus prçceptor meus,nu.15. *Cõis opin.*

33 Sed aduerte, quòd donatio ipſa cauſa mortis, facta à filiofamilias de neceſsitate requireret prçſentiam donatarij,vel alterius, qui pro eo huiuſmodi donationem accettaret, aliàs non teneret, nec valeret,ſecundum Doctores in d.l.ſenium,& ita conſuluit Bertran.in d.conſ.327.

34 Sexto loco limitatur, quòd quamuis filiusfamilias teſtari nequeat,etiam patre conſentiente, poteſt tamen diſponere inter viuos de bonis, in quibus patri vſusfructus non quæritur, ſecundum communem opinionem omnium Doctor. quã citat,& latè declarat Grauet. conſ.84. nu.9. *Cõis opin.*

35 Item conſuetudo poteſt concedere filiofamilias ius teſtandi, & omnia, quæ ſunt de iure poſitiuo faciendi,vt voluerunt Innocen. in cap. Raynutius de teſtamen. Ancharan. & Imol. in cap.2. eodem titu.Bartol.& alij in l. ſi quæramus, Paul. Caſtren.in l.qui in poteſtate ff.de teſta.colum.1. Bald.colum. 1.& Iaſ.colum.1.in authen.ingreſsi C.de ſacroſan.eccle.& Bald. in tract. ſtatutorum in verb.teſtari, verſ.ſtatutum,ſiue conſuetudo.

36 Et conſuetudo hæc, ſeu ſtatutum diſponens, quòd filiusfamilias poſsit teſtari, aduerte, quòd licèt ſit contra ius commune,nihilominus interpretari debet,ſecundum ius commune,dummodò in huiuſmodi teſtamẽto adſint ſeptem teſtes rogati,requiſiti de iure communi,vel quinque requiſiti ex forma ſtatuti: quia hoc ſtatutum recipit interpretationem paſsiuam à iure communi, vel ab alio ſtatuto,Bart.& omnes in l.1.§.lex Falcidia per illum textum ff.ad l.Falc.& Iaſ.in l.omnes populi,nu.62.ff. de iuſt.& iur.

37 Limitatur etiam mentionata regula, quòd ſi filia teſtaretur de dotibus ſuis poſt mortem patris, valeret, & teneret abſque dubio aliquo huiuſmodi teſtamentum, ſecundum Bald.conſ.49. quæſtio iſta eſt de apicibus iuris volum. 2. quod interpretatur, ſeu limitatur per Caſtren. conſil. 108.ſuper eo,de quo queritur in fine cum conſil. ſeq.in vol.antiquorum conſiliorum, ſecundũ primam impreſsionem,vt locum habeat, niſi pater in dote ipſi filiæ ſubſtitutionem feciſſet,quæ limitatio falſiſsima redditur, & communiter improbatur per Scriben.varijs in locis iuris noſtri. *Cõis opin.*

38 Claudicatq; etiã vltimo loco eadẽ regula, vt ſi filiusfamilias conderet teſtamẽtũ patre cõſentiẽte,opponeretq; in ipſo teſtamẽto illam clauſulã, ſi nõ valet, vel ualuerit iure teſtamẽti, valeat eo iure quo valere poteſt, vt tunc talis diſpoſitio minimè ualeat vt donatio cauſa mortis,ita Saly. & oẽs cõiter in l.ſeniũ C. qui teſta.fac.poſſ. Ang. Aret.Port.& cæteri omnes vnanimiter,& cõcorditer inſtitu. quib' nõ eſt permiſ. fac.teſt.in prin. *Cõis opin.*

39 Siquidem ſpecialis, & ſpecifica requiritur ad hoc conceſsio, vt filiusfam. cauſa mortis donare queat,l.filiusfam.§.fin.ff.de donatio.

40 Et Specificum eſt,quod ab omni generalitate eſt abſtractũ,l.ſed & ſi quis §. q̃ſitũ ff. ſi quis cau. & facit l.fi.§.deciſionem C.de adminiſtra.tuto.

41 Imò adeò neceſſaria eſt ſpecialis pmiſſo in donatione cauſa mortis, vt ſi quis ſuo filio generaliter donare permiſerit, non poſſet quippè ex tali permiſsione cauſa mortis donare, niſi ſpecialiter hoc ei pater permitteret,d.l.filiusfam.§.fin.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS nõ poteſt ſtare in iudicio ſine cõſenſu patris,& iudiciũ ita cum eo actum eſt nullum.*

2 *Cõſenſus patris,qui requiritur in legitimãdo perſonã filij agẽtis in iudicio,debet eſſe expreſſus, & ſpecialis, nec generalis ſufficeret, in quibuſcunq; cauſis.*

3 *Conſenſus patris præſtitus in cauſa principali filio de agendo in iudicio durat etiam in cauſa executionis,nec requiritur nouus conſenſus.*

4 *Conſenſus patris non ſolùm in cauſis plenarijs,ſed etiam in ſummarijs, & executiuis interuenire debet circa legitimandam perſonam filij in iudicio.*

5 *Filiusfamilias licèt agere,& cõueniri nequeat in iudicio abſq; patris cõſenſu,tamẽ hoc nõ ꝓcedit,quãdo interuenit vt procurator,tutor,aut curator: quia officij neceſſitas in hoc,& multis alijs caſibus excuſat.*

6 *Filius poteſt comparere in iudicio abſq; patris licentia ſtante,& durante abſentia patris,*

7 *Filius in cauſis ſpiritualibus poteſt agere, & conueniri in iudicio abſque conſenſu patris; & conſequenter poteſt ingredi monaſterium nullo patris conſenſu interueniente.*

8 *Filius poteſt impetrare reſcriptum abſque conſenſu patris, imò poteſt impetrare ipſum reſcriptum à Principe contra patrem, vel auum.*

9 *Filius in beneficialibus poteſt agere in iudicio ſine patris conſenſu.*

10 *Patri in bonis clerici ſui filij, quæ reputantur quaſi caſtrenſia peculia, nihil quæritur, ſiue quæſita ſint intuitu eccleſiæ, ſiue non, aut ante clericatum, aut poſt.*

11 *Filiusfamilias poteſt ſibi eligere ſepulturam abſq; patris conſenſu.*

12 *Filius poteſt agere in iudicio in cauſa reconuentionis ſine conſenſu patris.*

13 *Filius in cauſa appellationis poteſt comparere in iudicio ſine patris conſenſu.*

14 *Filius in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis poteſt agere nullo conſenſu patris implorato.*

15 *Filius poteſt implorare officium iudicis ſine conſenſu patris.*

16 *Filius poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris in omnibus cauſis, in quibus minor poteſt eſſe in iudicio abſq; tutoris authoritate.*

17 *Filius coram arbitro, vel arbitratore poteſt comparere agendo, vel ſi conueniatur defendendo ſine patris conſenſu: nam compromiſſum fieri poteſt verbis nulla interueniente obligatione.*

18 *Filius poteſt ſtare in iudicio in cauſis criminalibus ſine conſenſu patris, & præſertim in cauſa ad defenſam.*

19 *Filius poteſt conſtituere procuratorem ad defenſam ſine conſenſu patris. Imò ad defenſam etiam ipſe filius poteſt comparere in iudicio ſine patris licentia.*

20 *Filius accuſans, uel accuſatus pro criminali cauſa poteſt comparere in iudicio abſq; cõſenſu patris, & ſic licentia patris non eſt neceſſaria in tali caſu.*

21 *Filius obligans ſe cum conſenſu patris, poteſt tale debitum peti in iudicio contra filium, etiam quòd non interueniat patris conſenſus.*

22 *Filiusfamilias poteſt conueniri in iudicio ſine patris cõſenſu ex decreto Iudicis, & iudicium propter authoritatem iudicis ſubſtinetur.*

23 *Filiafamilias poteſt eſſe in iudicio ſine patris licentia, petereq; dotem aduentitiam.*

24 *Filiusfamilias poteſt agere in iudicio ſine patris licentia in omnibus caſibus, in quibus patri non quæritur vſusfructus.*

25 *Filiusfamilias miles pro ſuo caſtrenſi peculio eſſe poteſt in iudicio abſq; patris conſenſu.*

26 *Filiusfamilias habens bona caſtrenſia, vel quaſi poteſt ſe obligare nullo patris conſenſu interueniente, & de ipſis bonis diſponere poteſt abſque paterna licentia.*

27 *Filiusfamilias comparens in iudicio, & iurans non contrauenire ex defectu licentiæ non impetratæ à patre de comparendo, legitimat eius perſonam mediante iuramento antedicto.*

28 *Timens ſententiam contra ſe proferendam in fauorem filiifamilias, qui egit in iudicio ſine conſenſu patris, poteſt allegare in fine cauſæ nullitatem iudicij, tanquàm agitati cum filiofamilias, & tunc filius ex huiuſmodi nullitate ſuccumberet in cauſa.*

29 *Notarij in Regno Neapolitano non poſſint recipere obligationes, & inſtrumenta, vel contractus à filijsfamilias ſine præſentia, & conſenſu patrum ſub pœna priuationis officiorum, & vnciarum auri centum, niſi in caſu, quo viuerent ſeorſum ab eorum patribus, & habitarent, vel emancipati reperirentur.*

OPINIO CCCIII.

1 FILIVSFAMILIAS etiã maior exiſtens, nõ poteſt ſtare in iudicio citra conſenſum patris, l. fina. §. neceſsitatem C. de bonis quæ liber. & l. 1. §. fin. C. de anna. except. vbi Bal. cap. fin. vbi Gemi. & alij de iudic. in 6. Corne. conſil. 17. num. 6. volum. 2. & Doctor. in l. 1. C. qui admit. Specula. in titu. de actore, verſicu. item quòd eſt filius. Glo. Bartol. Bal. Salyc. & alij omnes, in l. fin. §. 1. per text. ibi, C. de bonis quæ liber. & Guid. Papę deciſio. 54. vbi ſub numer. 1. ad lucem adducit hoc non obſeruari in Curia Parlamenti Delphynalis: cùm in ea de patria poteſtate tam in agendo, quàm in defendendo nullatenus curetur, & iudicium cum eo actũ ſine licentia, & conſenſu patris eſt nullum, ſecundum Bald. conſil. 193. volum. 3. & Cottam in memorali in verb. filiusfamilias non poteſt eſſe in iudicio, de qua nempè nullitate aduerte vtiliter, quòd poſſet opponi quandocunque, tam ante, quàm poſt ſententiam, ſecundum Specula. in dicto titu. de actore §. 1. colum. 10. verſicu. Sed & filiusfamilias, & Marantam in tracta. de iudicijs in 4. part. diſt. 16. nu. 18.

2 Imò conſenſus requiritur expreſſus, & ſpecialis: ideò non ſufficeret generalis in quibuſcunque cauſis, l. ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquir. hæredit.

3 Sed vbicunque conſenſus patris eſt præſtitus in cauſa principali, durat etiam in cauſa executionis, nec requiritur nouus conſenſus, vt per Gloſſ. in l. 3. §. ſed vtrum ff. de minoribus, & ibi Alex. Et ſic conſenſus patris non requiritur in petendo executionem primæ ſententiæ latæ pro filiofamilias, ſi in primo iudicio pater conſenſerit, vt firmat etiam Bald. in dicta l. fina. §. neceſsitatem colum. penul. verſicu. quæro ſi pater conſenſit, & in l. nequicquam §. de plano ff. de offic. proconſul. Angel. conſil. 180. & Alexand. conſ. 59. vol. 2. vbi aſſerit hoc uerum eſſe, quando pater cõſenſit in primo iudicio ordinario præambulo: aliàs requireret in executiuis, & ſummarijs conſenſus patris. Et quemadmodũ conſenſus patris ſufficit in agendo, nec opus eſt alio conſenſu in executione ſententiæ, ita ſimiliter conſenſus patris

patris in reconuentione filij non requiritur, ſi conſenſus præſtitus fuit in prima cauſa conuentionis, vt efficax teſtimonium eſt Bald in d.l. fina.§. neceſsitatem col.pen. verſ.demùm quæro quid in cauſa reconuentionis.

4 Et hic aduertendum eſt, conſenſum patris minimè eſſe neceſſarium in cauſis ſummarijs, & exequutiuis, vt per Vrſillum in add. Affl.deciſ.180. nu.5.& per Bal in d.§.ſed vtrum, motũ authoritate Glo.in d.l.1.C.qui admitt.tamẽ communis ſententia omnium Doct. videtur in contrarium illic, & alibi, vt atteſtatur Moder.in l. qui liberos ff.de ritu nupt.& Bal.parũ ſibi conſtãs reuocauit iudiciũ in melius in l. nequicquã §.de plano ff.de off.procon.videlicet, quod conſenſus patris ſemper nõ tantũ in cauſis plenarijs, ſed etiã in ſũmarijs, & exequutiuis interuenire debeat, & ſequitur Marſi.in l.ſi q̃s ne quæſt.nu.6.de quæſt. Alex. conſ.58. viſo proceſſu cauſæ col.1.uol.2. & Iaſ.in l.quãuis C.de edi.Diui Adri.& hæc omnia habẽt locũ ſimiliter in emancipato, ut latè deduximus ſupra in ver.Emancipationis in fin.

5 Et quamuis ipſe filiusfa. agere, nec conueniri poſsit in iudicio abſq; patris conſenſu, ſecũdum Bal.in d.§.fi.Fallit tamẽ hoc, quando interuenit vt procurator, tutor, aut curator alterius, c.qui generaliter §.1.de procu.in 6.& ita tenet Odof.in l. filiusfa.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iu.Glo.Bar. Bal.& cæteri omnes in d.§.neceſsitatem, Spec. in tit. de actore verſ.ſed nunquid tutor, vbi Io.And. in addi. Cotta in d. memorali filiusfa.non poteſt, circa medium, Maranta in tractat.iudiciorum in 4.parte 16.diſtinct.num.19.fol.paruo 74.Guid. Papæ ſingul.732. vbi refert Doctor. contrarium aſſeuerantes, & iſta eſt cõmunis opinio, teſte Antonio de Tremo.in additio.ad Bona.in pract. except. in rubr. quib. mo.ſuo.no.aui.nume.14. in uer.ſine conſenſu patris: quoniam officij neceſsitas in hoc, & multis alijs excuſat, vt dicit Alciatus in fin.primi libri de verbor.ſignifi. *Cõis opin.*

¶ Et opinionẽ hanc cõem amplio verã eſſe, etiã ſi filiusfamilias tanquam tutor alterius ageret contra patrem ſuum: quia tunc etiam ſine venia agere poſſet, vt concedit Bald. in d. §. neceſsitatem colum. 3.verſic. modò quæro vnà cum Glo. & eſt textus in l.quæſitum ff. de in ius vocan. vbi diſponitur, quòd filius tutor non ſolum alios ſine patris conſenſu in ius vocare poteſt, ſed etiam patrem.

6 Item fallit quando pater commoratur extra territorium, tunc quippè ſtante abſentia hac poteſt eſſe in iudicio abſque patris licentia, ſecundum Bald.in dict.§. neceſsitatem, & in authent. quòd locum colum.1.C.de collatio.Alexan. in l. cum filius ff. ſi cert. peta.Guid. Papæ ſingu.896. licèt libellus, & Marſi.in l.1.§.prætereà nu.93.ff. de quæſt. ubi opinionem iſtam latè comprobat. Et ratio congrua aſsignari poſſet iſthæc: quia pater abſens præſumitur in dubio conſentire agenti, ſecundum Bart. in l.1.in fin.in penul. quæſtio. C.de decur.lib.10 in l.ſi cùm dotem §. ſi pater ff. ſolu.matrimo.

7 Item quando agit, uel conuenitur in cauſis ſpiritualibus, c.fin.& ibi Gemin.de iudi.lib.6.Inno. in c.2.de regular. Maranta, loco de quo ſupra, nu. 20. Et per conſequens filiusfa. poteſt ingredi monaſterium ſine conſenſu patris, ſecundum Abb. & Auguſtin. Beroum nu.526. in c.in preſentia de probatio.

8 Item ſi impetrat reſcriptũ, ut notat Rota deciſ. 183.Inno.Dyn.& Pan. in d.c.fin. de iud. idemq; concludere uidetur Capicius deciſio.57.nu.7.in filiofa.impetrante reſcriptum à Principe contra patrem, uel auum.

OPINIO CCCXIII.

1 FILIVS. INSTITVTIO parentum eſt neceſſaria in teſtamento filiorum; Vndè filius faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſsis tenetur parentes in aliquo inſtituere heredes: ſiquidem illis præteritis teſtamentum uiribus careret, §. ſi ſiue igitur, & §. hęc autem diſpoſuimus in authē. vt cùm de appellatio. cognoſci. notat Calderi. cōſilio 5. an ſi teſtator in titu. de teſtamen. Bal. conſilio 84. veritas lib. 4. & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis libro 6. cap. 11. in fin. & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex allegatis per Docto. in authen. nouiſsima C. de inoffic. o. teſtamento, & per Barbac. & Moder. in cap. Raynutius de teſtamen. & per Clarum in tracta. de teſtamen. libro 3. quæſtio. 48. & ſequen. contra Barto. in d. authen. nouiſsima. Cōis opin.

2 Quia parentibus debetur legitima propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenentur, d. §. hæc autem. Secundò, quia debetur miſerationis, & pietatis cauſa, l. nam & ſi parentibus ff. de inofficio. teſtamē. & l. ſcripto, ff. vnde liber. Debetur tertiò præcipueq; matri, ne à luctuoſa filij hęreditate dicatur excludi, l. fina. C. de inſtitu. ſubſtitutio. ſub condi. factis, & l. liberi §. primo. C. de inoffic. teſtamen. Quartò debetur propter pericula, & ſæpè propter mortem, quibus matres in partu ſubiiciuntur, §. ſed nos inſtitu. de Senatuſconſul. Tertul.

3 Poſtremò, quia legitima, uel ſucceſsio parentibus debetur non iure agnationis, & ſic vinculo ciuili, ſed cognationis, quæ eſt de iure naturali, §. ſciendum inſtitut. ad Senatuſconſult. Orficia.

4 Sed limitatur præfata communis concluſio, vbicunque extarent deſcendentes, qui obtinerent in ſucceſsione primum locum, auth. in ſucceſsione. C. de ſuis, & legit. hær. tunc enim non eſt neceſſe in aliquo inſtituere aſcendentes, vt per Barto. conſilio 18. viſo teſtamento colum. 2. cùm prima cauſa ſucceſsionis ſit filiorum, l. filium ff. de ſuis, & legit. & in authen. de hęredi. ab inteſta. in princip. Alex. conſil. 90. in cauſa col. 1. volum. 2.

5 Fallitque ſecundò iſta communis, quotieſcunque in teſtamento filij non continente parentū inſtitutionem fuerit appoſita clauſula codicillaris, quæ quidem facit videri eos, qui ab inteſtato ſuccedunt, rogatos eſſe hæreditatem reſtituere ei, qui in teſtamento hæres ſcriptus eſt, vt nota. in l. in teſtamento C. de fideicommiſ. & licèt Barto. in l. prima. ff. de iure codicill. queſtio. 1. & conſilio 12. teneat clauſulam codicillarem non operari tranſmiſsionem hæreditatis conuerſę in fideicommiſſum, tamen opinio hęc, vt dicit Alexand. in d. l. cum filio, iure non probatur, & ſic cōſtat communem eſſe contra Barto. ex relatis per Alex. ibi. Cōis opin.

6 Et iſtam communem allegat ſequitur, & declarat Soci. in dicta l. cùm filio non procedere, cùm clauſula codicillaris concepta eſſet uerbo, quod futurum tempus ſignificaret, ſecundum Bartol. in l. prima. queſtio. 12. ff. de iure codicil. & Corne. conſilio 62. Aliàs conſului, volum. 2. & declarauimus infra latius in verſicu. Statutum in Opinione. 796. incipiente Inſtitutio patris, & matris, &c.

7 Limitatur etiam tertiò, vbicunque matri in teſtamento filij ſui foret relictum legatum aſcendens ad legitimam, ac in eo appoſita eſſet clauſula (omni meliori modo &c.) tunc quippè valeret teſtamentum, quemadmodum inſtitutionis titulo ipſi matri reliquiſſet, vt conſulendo reſpondet Pariſi. conſilio 12. nume. 1. & ſequen. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *FILIVSFAMILIAS ea, quę lucratur ex pecunia data à patre ad negotiandum, aut occaſione negotiandi, non tenetur tanquam peculium aduentitium communicare fratribus poſt mortem patris, ſed dimidia pars lucri attribuitur operæ, ac induſtriæ ipſius filij negotiantis, & hoc non erit fratribus conferendum. Altera autem pars dimidia attribuitur paternæ pecuniæ, & illa tanquam profectitia communicabitur alijs fratribus mortuo patre.*

2 *Filiusfamilias, quęſita per eum ex delicto, puta per vſuras ex pecunia habita à patre ad negotiandum non confert fratribus poſt mortem patris: cùm aduentitia non conferantur.*

3 *Filius ea, quę acquirit in ludo, non acquirit patri, tanquã quæſita ex illicito, & turpi quæſtu, nec communicantur fratribus mortuo patre.*

4 *Luſor, ac vſurarius ſe ipſum, vxorem ſuam, filios, & hæredes damnat; ideò à luſu, & turpi, illicitoque quęſtu eſt abſtinendum. Et hiſtoria de quodam luſore, & vſurario ex viſione cuiuſdam deuoti hominis rapti, et ducti ad videndum gaudia beatorum, & pœnas damnatorum recitatur.*

5 *Filius fœnerans volente patre cum pecunia paterna, vel materna tenetur ad reſtitutionem huiuſmodi illiciti quęſtus, ſimul cum ipſo patre: quia ambo deliquerunt.*

OPINIO CCCXIV.

1 FILIUSFAMILIAS ea, quæ lucratur ex pecunia patris ſibi data, ac conceſſa ad negotiandum, aut occaſione negotiandi dicitur peculium profectitiũ, ideoque erunt fratribus cõmunicãda poſt patris mortem, ſecundum Specu. in titu. de iudi. in §. ſequitur, verſ. Quòd ſi aliter, poſt Gloſſ. in l. cùm oportet C. de bonis, quæ liber. & ſequitur Fulgoſi. ibi, vbi fatetur hoc idem ſentire Bald. neminemque contradicere, & denique aſſeuerat iſtam opinionem eſſe in practica ſequendam.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Barto. in l. 1. §. nec caſtrenſe C. de collatio. bono. in l. ſi tibi §. ſi pactus ff. de pactis, in dicta l. cùm oportet in princip. & in l. illud C. de collatio. & in tracta. de duobus fratribus ſimul habitantibus in 2. quæſtio. in princip. videlicet, quòd dimidia pars lucri attribui debeat operę, ac induſtriæ filij negotiantis, ideò illud tanquam aduentitium fratribus non erit aliquo pacto conferendum, l. fin. C. de collatio. Altera autem pars dimidia attribui debeat paternæ pecuniæ, proinde de illa tanquam profectitia communicabitur aliis fratribus mortuo patre, l. certum ff. famil. erciſcun. & cum Barto. ſentit Bald. & Paul. Caſtrenſis in d. l. cùm oportet, & ibi Moder. Peroſini atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, quã ſequitur Ange. etiam conſil. 85. colum. 2. pater habet plures filios, ex eo, quòd nititur magna æquitate, Soci. conſ. 92. colum. antepen. vol. 1. Pau. Caſtren. Fulgo. Iaſ. & Dec. in d. l. illud, Corne. conſil. 24. vol. 1. & conſilio 58. uo. u. 4. Coraſi. in l. filium, quem habentem C. famil. erciſcun. Roma. & alij in authen. ex teſtamento C. de collatio. Ripa, in l. in quartam ff. ad leg. Falcid. nume. 157. Bertran. conſil. 103. uolu. 3. Abb. conſilio 36. in princip. Roma. conſil. 469. colum. fina. vbi dicit non eſſe recedendum ab opinione Bar. *Cõis opin.*

¶ Sed enimuerò Bald. ipſe in dicta l. cùm oportet colum. 4. in auth. ex teſtamento colum. 4. C. de collatio. in l. omnimodò §. imputari colum. penult. C. de inoffic. teſtamen. & in c. 1. colum. 1. de beneficio fratris, videtur contradicere Barto. in locis ſuperius citatis tenendo, quòd hoc totum remittendum ſit arbitrio iudicis, qui plus, aut minus poterit aſsignare perſonæ ipſius filij; propterea non parùm laborarunt Docto. in concordando opiniones iſtorum in dicta l. illud, pręcipueque Deci. & Iaſ. inibi, ubi fœdere diſtinctionis reduxerunt hoc ad ueram, genuinam, & legitimam conſonantiam.

2 Tamen retenta communi opinione Bart. quæ eſt veriſsima, & obſeruatur in iudiciis, & actu practico, interpretatur non procedere, ubicunque filius ex pecunia habita à patre negotiando vſuras exerceret, tũc proculdubio illud, quod ex ea ſuperlucraretur, non acquireret patri, nec poſt eius mortem teneretur fratribus communicare, l. quòd ſeruus ff. de acquiren. poſſeſ. vbi Docto. omnes hoc tenent & firmant, & Barto. Saly. Bald. Pau. de Caſtr. & alij in dicta l. cùm oportet, Bald. in dicta authen. ex teſtamento, Angel. conſilio 60. morte dicti filij aliorum filiorum confratris colum. prima, verſicu. Super ſecundò dico, quòd ſi patrui, & Iaſ. in additio. ad Portium. in §. primo, numero 29. inſtitu. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. reprobata Gloſ. in dicta l. cùm oportet, & in dicta l. cùm ſeruus, ubi Claudius Aquenſis aſſerit iſtam eſſe communem opinionem; Et ratio communis præcitatorum Docto. videtur iſta: quia filius ex delicto non quærit patri, ſicut nec ſeruus domino, vt eſt caſus in d. l. cũ ſeruus, ſed vſurę ſonant in quoddam furtum, ſeu rapinam, & de iure diuino ſunt prohibitę, ergò ex tali illicita cauſa filius patri non quærit, ideoque mortuo patre filius huiuſmodi lucrum non tenebitur fratribus conferre: cùm aduentitia non cõferantur, d. l. fina. C. de collatio. & iſtam communem per plures, & vrgentiores rationes corroborant Doctores præcitati. *Cõis opin.*

3 Idemque uidemus in quæſitis per filium in ludo. Nam ea quæ acquirit in ludo filius, non acquirit patri tanquam acquiſita ex turpi quæſtu, & ex illicita cauſa, vt per Bald. & Roma. in dicta authen. ex teſtamento colum. 7. Alexand. conſilio 77. in fin. uolumine 5. Deci. in dicta l. illud colum. fin. & omnes communiter in dicta l. frater à fratre. ff. de condictio. indeb. & in locis præcitatis.

4 Ideò penitus abſtine à quærendo partem huiuſmodi illicitorum, ac turpium lucrorum: quia luſor ipſe, & vſurarius non ſolùm damnat ſe ipſum, ſed vxorem etiam, filios, fratres, & hæredes, qui ſcienter poſsident bona hæc quęſita ex vſuris, & ex ludo. Vndè legitur exemplum de quodam homine ſatis deuoto rapto, & ducto ad videndum gaudia beatorum, & pœnas damnatorum, qui vidit quendam in inferno ſepultũ, & arborẽ latam, & magnã de eius uiſceribus procedentem

dentem, & in ramis ipſius arboris pendebant homines vtriuſque ſexus, qui omnes torquebantur flammis ab imo inferni aſcendentibus, & tunc ille deuotus quęſiuit ab Angelo quid hoc eſſet, & quare iſti tam crudeliter torquerentur? Reſpondit Angelus, iſte in imo ſepultus eſt pater, & omnium origo illorum, qui in ramis pendent, & olim erat pauper, & diues euaſit per vſuras, nec in vita reſtituit malè acquiſita, & ſic obiit, proinde hic in inferno ſepultus eſt, & iſti in ramis pendentes ſunt hæredes eius, qui ſcienter poſt eius mortem poſsiderunt illa bona iniuſtė à patre per vſuras quęſita: Et ideò ipſi, & omnes ſequaces, & deſcendentes eorum poſsidentes talia bona ſcienter pertinent ad dictos ramos.

5 Et hinc eſt, quòd ſi filius fœneraretur volente patre cum pecunia materna, vel paterna, tunc quippè ad reſtitutionem huiuſmodi illiciti quæſtus, & vſurarum, tam pater, quàm filij ipſi tenerentur, & obnoxij forent eis, quibus extortę ſunt, vtpotè quia ambo deliquerunt, vt uoluit Angel. conſ. 207. reperitur quædam ſcriptura tenoris, & continentiæ infraſcriptæ ante fiu.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS naturalis propriè dicitur ille, qui natus eſt in domo ex concubina in ea retenta, & ex legitimo concubinatu.*

2 *Concubinatus probatur, ac iuſtificatur ſeptem requiſitis interuenientibus: addito etiam octauo requiſito, quòd concubinarius non ſit mente captus, vel furioſus; quia iſti concubinatum ipſum contrahere non poſſunt.*

3 *Concubinatus de iure ciuili permittitur, licèt de iure canonico omnis fornicatio ſimplex prohibeatur.*

4 *Peccatum mortale eſt omnis coitus præter quàm cum vxore, & tenere, ſeu firmare contrarium hæreticum eſſet.*

5 *Concubinatus in omnibus, & per omnia condemnatur, & reprobatur lege diuina, lege Eccleſiaſtica; & lege ciuili etiam prohibetur viris vxoratis.*

6 *Concubinatus etiam ab ijs, qui cæcas, claudas, debiles, infirmas, ſteriles, & inhoneſtas habent vxores, abhorreri debet.*

7 *Vxor ſana cogitur reddere debitum viro leproſo, ſed non aſſiduè cum eo morari in lecto, tamen ſi ob morbi atrocitatem, & horribilitatem non poſſet reddere debitum, compelli non deberet.*

8 *Concubina dicitur illa, quę indubitato affectu in domo eſt retenta ab vxore parùm diſtans.*

9 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non ſuccedit, niſi quatenus natus eſt ex concubina domi maritali affectione retenta, ſecundum communem opinionem Legiſtarum. Contrariam verò ſententiam firmauere communiter Canoniſtæ, quòd mulier etiam quòd non fuerit retenta in ſchemate concubinæ, tamen filij antea nati legitimentur per ſubſequens matrimonium: quia meretricem ducere inter opera charitatis reputatur. Sed hęc vltima opinio procedit cum grano ſalis.*

10 *Filij naturales, qui à lege tales conſiderantur, veniunt appellatione coniunctorum.*

11 *Coniunctus, qui pro coniuncto à lege admittitur ad agendum, intelligitur, quòd ſi ſit filius naturalis, admittatur.*

12 *Filij naturales excludunt à ſucceſsione ſimpliciter ſubſtitutum. quod limitatur remiſſiuè in ſex caſibus.*

13 *Filij naturales poſſunt inſtitui à patre non habente legitimos, etiam ſi habeat aſcendentes, dummodò legitimam eis relinquat.*

14 *Affinitas contrahitur inter concubinam, & fornicatorem.*

15 *Filij patrum concubinas, vxores ducere non poſſunt; nec nati in concubinatu valent contrahere matrimonium cum patris conſanguineis.*

16 *Filia, ſeu filius naturalis dumtaxat, dummodò ex damnato coitu procreatus non ſit, ſuccedit matri excluſa auia etiam quò ad legitimam.*

17 *Filius naturalis ſimul, & æquè ſuccedit matri, etiam inteſtatæ cum legitimis, etiam ſi mater eſſet Illuſtris.*

18 *Filius naturalis non habet ius agendi ex titulo inofficioſi teſtamenti, licèt pater ei nihil relinquat.*

19 *Filius naturalis poteſt agere de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum matris, ubicunque ei per ipſam matrem nihil relictum ſit.*

20 *Filius naturalis non obtinet parentum nobilitatem, nec eſt aliquo modò nobilis genere, nec dicitur de parentela.*

21 *Filij baſtardi non poſſunt portare arma, ſiue inſignia parentum, nec eis vti.*

OPINIO CCCXV.

1 FILII naturales propriè dicũtur illi, qui nati ſunt in domo ex concubina in ea retẽta, & ex legitimo concubinatu, vt notat Barto. in l. fin. ff. de concubi.

2 Sed in iuſtificando, probandouè concubinatu ipſo ſeptem requiſita concurrere debent, quæ abundè ponuntur per Grãmati. in voto 4. numero 6. cum 12. aliis ſequen. Debetque concurrere etiam octauum requiſitum, quòd concubinarius non ſit mentecaptus, vel furioſus: quia iſti concubinatum ipſum contrahere non poſſent, ſecundum Beroum in c. in præſentia, nu. 244. de probatio. vbi reddit optimam rationem.

3 Et licèt de iure ciuili concubinatus ipſe licitus, permiſſuſque ſit, vt toto titu. ff. de concubi.

& not. Coraſius, vbi aſsignat rationes in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 1. c. 3. nume. 4. cum aliis ſequen.

4 Nihilominus de iure canonico omnis fornicatio ſimplex prohibita reperitur; Imò omnis coitus, præterquam cum vxore eſt peccatum mortale, & tenere contrarium eſſet hæreticum, pro ut firmat Neuiza.cũ magna catherua Doct. in Sylua nuptiali libr.4.ſub nu.25.& ſeq.

5 Et huius ratio eſt, quia concubinatum reprobat, & condemnat lex diuina, quæ dicit, Non mœchaberis, Exod.20.ſuper quo inquit Glo. interli: quòd per hoc præceptum interdicitur cuilibet, ne miſceatur carnaliter cuicunque excepto fœdere matrimonij, & ſimiliter illum reprobat lex Eccleſiaſtica, c.nemo 32. q. 4. vbi dicitur, quòd nemini licet ſcire mulierem præter vxorem. Rurſum ipſum reprobat etiam lex ciuilis, præſertim, in viris vxoratis, l.nemini C.de concu.vbi diſponitur, nemini licentia concedatur conſtante matrimonio concubinam penês ſe habere poſſe. Sed non obſtantibus memoratis prohibitionibus infiniti propè viri vxorati paruam, aut nullam ſibi formant conſcientiam de concubinatu. Quinimò nonnulli ſpretis propriis vxoribus quantumcunque bonis, honeſtis, & formoſis fouent concubinas immundas, fœdas, iniquas, proditorias, & omni dolo, atque malitia plenas.

6 Et tamen ubi tales haberent vxores corpore vitiatas, moribus deprauatas, incontinentes, & nullam bonam gratiam habentes, nihilominus adhuc deberent à concubinatu abſtinere, ſic eis dicit Augu.lib.de adulterinis coniugiis, & ſimiliter recitatur in c.ſi vxorem 32.q. 5. ubi text. ait, Si vxorem quis habeat ſterilem, ſiue corpore deformem, ſiue membris debilem, uel cœcam, vel claudam, vel ſi quid aliud, ſiue morbis, ſiue laboribus, doloribuſque confectam, & quicquid excepta fornicationis cauſa excogitari poteſt uehementer horribile pro fide, ſocietateq; ſuſcipiat.

7 Imò ſi maritus leproſus eſſet, & vxor ſana adhuc cogeretur ei reddere debitum, ut in c.quoniam ext. de coniug.lepr. ſed quippè non teneretur ſecum aſsiduè morari in lecto, ſecũdum Glo. in d.c.ſi vxorem. Benè tamen verum eſt, quòd ſi vxor ob morbi horribilitatem non poſſet reddere debitum, compelli non deberet, vt uoluit Abba.in d.c. quoniam, & Gozadi. conſil. 2. In hac cauſa ex Ciuitate Florentiæ mihi tranſmiſſa, numero 27.

8 Et concubina dicitur illa, quæ indubitato affectu in domo eſt retenta ab vxore parùm diſtans, l.in concubinatu ff.de concubi.ita dicit Bal. conſil.129.factum proponitur lib.2.Abb.in c.tanta, qui filij ſint legiti. Caccialupus in l. ſi qua Illuſtris colum.3.C.ad Orficia.& Alex.conſil.55. uolu.3. & cautus D. Ioſephus de Ruſticis, vti frater colendiſsimus, compatriota meus in tract. de cõdit. ſi ſine liber. deceſſ. in 1.par. princ. ca. 1. in prin.

9 Et hinc eſt, quòd legitimati per ſubſequens matrimonium non ſuccedunt, niſi quatenus nati fuerint ex concubina retenta in domo affectione matrimoniali, vt in authen.de trien.& ſemiſſe in §.conſideremus, & auth.qui. mo.natu. effi. ſui in §.ſi quis autem defunctus, per que iura ita tenent Docto.ibi, & Anto.de Roſellis in tract.de legitimatione lib. 1. cap. de cauſa matrimoniali legitimationis, nume.45. Bal.conſ.195.nu.1.uolu. 3.& Rota in deciſio.64. omnes Domini.de anno 1547.vt in recoll.deciſio. D.P.Fabij Epiſcopi Veſtan. vbi ad hoc etiã allegat Cepol. cautela 250. & Soci.conſ.32.uol.1. & ita conſuluit Ang.conſ. 29.ex themate in 3.dubio, & Soci. Iunior conſil. 52.memini, nume.4.uol.1.& Ruin.conſ.211.prima, nume.6.vol.1.& iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Curt.Iun.conſ.136.nume 9. Sed ſententia hæc de iure canonico nõ procedit; imò ſi mulier non foret retenta domi in ſchemate concubinæ, nihilominus filij antea nati legitimãtur per ſubſequens matrimonium de iure canonico contra ius ciuile, ſecundum Glo. Compoſtellanum, Ioan.And.Imol.Abb.cæteroſque cõmuniter in cap.innotuit de elect. Abb. nume.12. & Præpo.in d.c.tanta, nume.6.Bal.in d.conſ.119. & conſil.206.col.fin. vol. 3. Goffredum in Summa de filiis præsbyt. ver. Quid ſi quis, Glo.in c. qualis 30.q.5. Nicola. de Vbaldis in tract. de ſucceſsio. ab inteſta.in 1. par. nume. 58. Guil. Mayne.in l. quoties idem, nume. 12.ff.de re iud.Iaſ.conſil.51. col.3.vol.3.Aldob.in §.fin.nume. 2.inſtitutio.de nupt.Grauet conſil.166. nume. 8. Ripam in repet.l.ſi vnquam C.de reuocan.donatio.nu.55.& Abb. in c. per venerabilem, numer. 31. qui filij ſint legiti.qui ſimul cum Grauet.in d.conſi.166. nume.8. hanc opinionem conſuetudine receptã eſſe fatentur, & ſequuntur etiam, & citant tanquã communem Ioã. Lupi in c.per veſtras §. 20. de donatio.inter vir.& vxor.Cagno.in l. ſi qua Illuſtris C.ad Orficia.Paul.Caſtren.conſ.426. præſuppoſito, quòd iſte pater colum.11.Iaſ. conſilio 234.ſolemnis uol.2.per totum, Ioan.Ban. in tracta.de ſpon.& matri.in 4.declar.nume.14.vſque ad nume.18.in 2.concluſio. Tiraquel.in tract. de nobilita.Cap.15.nume.23.& cap.20.num. 172. Sard.in tract.de natural. libe. §. de legitimis per verum matrimonium in fin.& §. ſeq.nume. 7. & Caſſado.deciſio.1.de ſpon.& matrim.firmat omnes indifferẽter legitimari:quia inter opera charitatis computatur ducendi meretricem in vxorem, uel aliam quantumuis viliſsimam mulierẽ. Et non tantùm per verum matrimonium legitimari, ſed per putatiuum etiam, voluit Caſſado. d.deciſio. 1. & opinio iſta communis ita retenta procedit, niſi filij eſſent incerti, an ſcilicet eſſent ſuſcepti, & procreati ab eo, qui meretricem in vxorem duxiſſet, ſecundum Iaſ.in d. conſil.234.& Sard. & Nicolaum de Vbal. in locis prællegatis, tunc quippè eis non ſuffragaretur ius matrimonij ſubſequuti ſi non conſtiterit cum eorum patre contractum extitiſſe.

Cõis opin.

Cõis opin.

10 Iſti

10 Iſti itaque naturales, qui conſiderantur à lege veniunt appellatione coniunctorum, & propriè appellantur coniuncti, ſecundum Inno. Hoſtien. Io. And. & alios in c. nonnulli de reſcript. vbi Fely. circa finem ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.. *Cōis opin.*

11 Hinc præcitati Doctor. concludunt, quòd determinatio illa, quæ ſe habet, quòd coniunctus admittatur pro coniuncto ad agendum, vendicat ſibi locum in filio naturali etiam.

12 Reſultat alius effectus ſimiliter ex prædictis in fauorem naturalium liberorũ videlicet, quòd ſubſtitutus abſolutè excluditur à naturalibus liberis hæredis inſtituti, vt ſentit Glo. in c. Raynutius de teſta. & in c. in præſentia de probatio. quã ſequitur Io. And. in additio. Specu. in titu. de ſucceſſ. ab inteſta. §. in ver. quid ſi duobus, Bar. & alij *Cōis opin.* communiter in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. & Dec. in d. c. in præſentia, nume. 101. & 107. vbi iſtam communem limitat in ſex caſibus, nu. 108. cum alijs ſequen. & Moder. ſimiliter plurimùm iſtam communem declarant, & *Cōis opin.* expreſſeſsè citant, huiuſmodique opinionem communem, & ab omnibus receptam eſſe admonet D. Ioſephus de Ruſticis plures allegans, & accuratiſsimè diſputans in d. tracta. de condit. ſi ſine lib. deceſſ. in 1. par. princ. c. 1.

13 Tertius quoque effectus eſt iſte, quòd pater carens filijs legitimis, poteſt filium naturalem hæredem inſtituere, etiam ſi habeat aſcendentes, dummodò eis legitimam partem relinquat, auth. licet C. de natur. liber. & ibi Glo. communiter ab omnibus recepta. *Cōis opin.*

14 Quartum etiam effectum reperio, quòd inter fornicatorem, & concubinam contrahitur affinitas, & ſunt inter ſe vna caro, vt vxor, & maritus, c. ſi quis 30. q. 4. & c. in eo 32. q. 4. & notat Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis in dict. c. 3. num. 1. & ſeq. lib. 1.

15 Vbi ſimiliter probat, quòd concubinas patrũ filij uxores non ducunt, nec nati in ipſo concubinatu patris conſanguineam ducere poſſent.

16 Reſultat poſtremò ex præmiſſis alius vtiliſsimus effectus ſcilicet, quòd filia naturalis dumtaxat, dommodò ex damnato coitu procreata non ſit, ſuccedat matri excluſa auia, etiam quo ad legitimam, §. nouiſsimè inſtitu. de S. C. Orfi. & d. l. ſi qua Illuſtris Bar. Salyc. & alij omnes tranſeunt in *Cōis opin.* trepidè cum iſta ſententia, quam dicit communem Caſſadorus in deciſ. vnica in titu. de ſucceſſ. ab inteſtat. vbi refert in contingentia facti ita fuiſſe deciſum, & confirmatum in prætorio Rotę.

17 Imò filius naturalis matri, etiam inteſtatæ cũ legitimis ſimul, & ęquè ſuccedit, d. l. ſi qua Illuſtris, etiam ſi mater eſſet Illuſtris ſecundum com- *Cōis opin.* munem opinionem, & notat Aret. in d. §. nouiſsimè, quamuis Fortu. in tract. de vlt. ſine illat. 8. iniuſtam eſſe exiſtimet, d. l. ſi qua Illuſtris, in concluſione iſta.

18 Ex quibus omnibus concludendum eſt, quòd non competit naturalibus ius agendi ex titulo inofficioſi teſtamenti, licèt pater eis nihil relinquat, ſecundum Glo. in l. 1. C. de bono poſſeſſ. cõtra tab. quam commendat Bar. in l. Gallus §. & ſi parente ff. de liber. & poſthu. Bal. in l. 1. colum. 3. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabu. & Aret. in l. ex facto col. 9. ff. de vulg. & pup.

19 Poſſet tamen contra teſtamentum matris agere de inofficioſo teſtamento, Glo. & Pau. Caſtren. in d. l. ſi qua Illuſtris.

20 Sed ipſe filius naturalis non obtinet parẽtum nobilitatem, nec eſt aliquo modo nobilis genere: quia filij nobilium baſtardi non dicuntur de parentela, vel familia l. pronunciatio ff. de verbo. ſignifi. §. familiæ vbi Bar. cùm ſordes non mereantur inter præcipuos nominari Bal. in l. cùm legitimè ff. de ſtatu hom. per text. in l. humilem C. de inceſt. nupt. & tradit latè Tiraquel. in tract. de nobilita. in c. 15. vbi ex relatis per eum conſtat iſtã eſſe communem opinionem, & apparet quoque ex ſignatis per Petr. Duen. in reg. 69. *Cōis opin.*

21 Neque poſſunt baſtardi ipſi portare inſignia, ſiue arma parentum, nec eis vti, ſecundum Bart. in tract. de inſig. & arm. num. 11. quamuis aſſerat contrarium ſeruari in Tuſcia de cõſuetudine, cui ſtandum eſt, & refert, & ſequitur cum aliis relatis per eum Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſs. ab inteſt. in prima par. num. 52. & ſeq. vbi ſubdit quòd in aliquibus partibus, prout eſt in Britannia, Germania, Francia, & alijs partibus eis adiacentibus arma illegitimorum ab armis legitimorũ differri, & variari, & ad id demonſtrandum addunt aliquod ſignum ſiue barram per tranſuerſum, quæ incipiat à ſiniſtra, & tendat ad dexteram, & non ècontra, vt ibi latius per eum, qui in materia plura congerit.

SVMMARIVM.

1 *DOMINIVM quæritur filio inaduentitus.*

2 *Dominium non quęritur filio in aduentitijs ex ſtipulatione paterna. Nam ſicut pater ſtipulando filio ex cauſa caſtrenſi, vel quaſi totum quærit, ita ſtipulando ei ex cauſa aduentitia debet acquirere proprietatem.*

3 *Argumentum de toto ad partem valet.*

4 *Filius ſtipulans patri, & non ſibi acquirit patri etiam proprietatem; & ſibi imputatur ſi dominio priuari debet, cùm potuerit ſtipulando ſibi illud quærere.*

5 *Stipulatio ſemper debet interpretari, vt aliquid operetur.*

OPINIO CCCXVI.

1 FILIO quæritur dominium in aduentitijs, vt in §. 1. inſtitut. per quas perſo. nobis acqui.

2 Hoc verò fallit, niſi quęratur ex ſtipulatione paterna, ſecundum Aret. in d. §. 1. ſed contra-

contrarium tenet Bart. in l. dominus ff. de verb. oblig. Glo. & Doct. omnes ibi, ſecundum Saly. in l. 2. C. de contrahend. & commit. ſtipul. & iſtam opinionem communem eſſe ſcribũt Alex. & Iaſ. in l. quod dicitur la 2. ff. de verb. oblig. & rationẽ aſsignant Doct. Nam ſicut pater ſtipulando filio ex cauſa caſtrenſi, vel quaſi, totum quærit, ita ſtipulando ei ex cauſa aduentitia debet acquirere proprietatem.

Cõis opin.

3 Arguendo de toto ad partem, l. quæ de tota ff. de rei vendi.

4 Fallit ſecundò niſi fuerit ſtipulatus patri, & non ſibi: quia tunc acquirit etiam proprietatem, ſecundum Dyn. & Bart. in l. quodcunque in prin. ff. de verb. oblig. vbi Alexã. ponit iſtam eſſe magis communem opinionem: pro quo facit regula l. pen. C. de pactis, vbi licet ſuo fauori renuntiare; ergò ſi filius patri ſtipulatur, ſibi imputatur, ſi dominio priuari debet: cùm poſſet ſtipulando ſibi illud quærere: quia etiam abſque filij ſtipulatione proprietas erat filij, d. §. 1.

Cõis opin.

5 Vt aliquid ergò operetur ſtipulatio, iuxta l. ſi quando C. de inoffic. teſta. debet etiam acquiri proprietas patri, ex qua ratione tollitur vnũ fundamentum Iaſ. in d. l. quodcunque contra communem, qui poſt Alexand. & Cuma. diſſentit à mentionata communi, à qua non eſt recedendũ in iudicando, & conſulendo quicquid dixerit Iaſ. & alij ante eum.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS non poteſt vocare patrem, aut matrem in ius abſque venia, etiam ſi ſint pater, & mater ſpirituales, qui ſuſceperint eum de ſacro fonte. Et ampliatur, etiam ſi ſit paratus ſoluere pœnam, non validabitur proceſſus, valeret tamen parte citata, & non opponente.*

2 *Ciuis vocans in ius patriam, ac Vniuerſitatem ſuam, ante omnia tenetur petere veniam.*

3 *Vocans in iudicium magiſtratum, vel aliquem conſtitutum in ipſo magiſtratu debet prius, & ante omnia petere veniam.*

4 *Papa in caſu quo poſſet ab alio iudicari, non deberet in ius vocari ſine venia.*

5 *Scholaris vocat in ius Præceptorem ſuum abſq; venia.*

6 *Vaſallus vocat in ius dominum feudi ſine venia. Quod non procedit in vaſallo vocante in ius Principem ſuum.*

7 *Filij inceſtuoſi, & ex damnato coitu procreati (vt ſunt filij monialium, & ſacerdotum, & ſimiles) vocãt in ius parentes ſuos ſine venia.*

OPINIO CCCXVII.

1 FILIVS vocare in ius patrem, aut matrem abſque venia non poteſt, l. fin. C. de in ius uocan. Glo. in §. pœnales, in verb. vel parentem, inſtitu. de actio. & ibi Zaſi. num. 18. & Cotta in memora. iuris, in verſicu. Filius.

¶ Imò hoc procedit quoque in patre, matreque ſpirituali ſuſcipiente eum de ſacro fonte: nã per filiũ ipſum vocari in ius ſine venia nequeũt, ſecundum Ang. & Fulgo. in l. adoptiuum, per illum text. ff. de in ius uocan. Guliel. de Cu. Bald. Ang. Pau. Caſtren. Roma. Alex. & Iaſ. in l. generaliter eod. tit. Ang. Aret. Iaſ. col. 10. Zaſi num. 24. Gomeſi. num. 24. in d. §. pœnales, Alex. in l. 1. in prin. C. de in ius vocan. Franc. in c. poſtremò col. penul. de appell. Pari. de Puteo in tracta. ſyndi. in verb. Suſcipio, colum. fin. Guliel. Benedict. in repet. c. Raynutius, de teſta. in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 765. & Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam C. de reuocan. donatio. in verbo, ſuſceperit liberos, num. 28. & in tracta. de pœnis temperandis, aut remittendis, cauſa, 21. nu. 3. & ſeq. vbi audacter fatetur iſtorum ſententiam fore communiorem, & veriorem. Cõis opin.

¶ Ampliatur etiam dicta regula, quòd filius vocans patrem in ius abſq; venia, licèt paratus ſit, & vellet ſoluere pœnam, l. pen. ff. de in ius vocand. non propterea proceſſum conualidare poſſet; Vndè pœna in caſu iſto exigibilis eſt, & proceſſus annullatur, ſecundum Cyn. Rayn. Alberi. Fulgo. Alex. num. 2. & Moder. in d. l. fina. C. de in ius vocan. Rolan. à Valle conſil. 18. num. 52. vol. 2. Ioan. Fabrum in 4. q. in l. 2. eodem tit. & Gram. conſ. ciuili 40. num. 4. vbi atteſtatur opinionem iſtam eſſe meliorem, & communem dicit Purpu. Cõis in l. fin. nu. 35. in tract. quem fecit poſt lecturam opin. illius legis C. de eden. & Capic. deciſio. 56. num. 6. Sed aduerte, quòd proceſſus iſte valeret, & teneret parte citata non opponente, vt voluit Cyn. Bart. Ray. & omnes in d. l. fin. C. de in ius vocan. vbi opinionem iſtorum ſequitur Alex. num. 2. & dicit communem, veriorem, & communioremq; Cõis inquit Capicius in d. deciſio. 56. nume. 6. ac am- opin. plectitur Guido Papæ in ſing. 565. vtrum ſi procurator.

2 Ampliatur regula prędicta ſimiliter procedere in ciue vniuſcuiuſq; Vniuerſitatis, qui volens ſuam uniuerſitatem in ius vocare, debet, & tenetur prius, & ante omnia petere veniam, ſecundũ Ang. in d. l. generaliter, & Aret. in d. §. pœnales col. 7. & Nattam conſil. 445. arbitror, quòd dictũ mandatum, ſub num. 5. volum. 2. & ita conſuluit per pulcherrimas rationes Grammatic. in dicto conſil. 40.

3 Ampliatur etiam eadem regula, vt venia petenda quoque ſit, quando vocandus in iudicium conſtitutus eſt in magiſtratu, vt voluerunt Ang. Paul Caſtren. Alex. Iaſ. & cęteri omnes in d. l. generaliter.

4 Amplificatur poſtremò antedicta regula vtiliter etiam, vt Papa in caſu, quo poſſet ab alio iudicari, non poſſet modo aliquo in ius vocari ſine eius permiſsione, & venia, ſecundum Anton. de Butr. in cap. cùm veniſſent colum. penult. de iudic.

¶ Alias

¶ Alias verò quàmplures ampliationes,& limitationes ad dictam regulam vtiles,& neceſſarias tradidit Petr. Duenn. in ſuis regulis,regula 351. filius non poteſt uocare patrem in ius,quas videre poteris.

5 Sed limita vltra ipſum in ſcholaribus,qui ſine uenia obtenta poſſunt in iudicio uocare eorum præceptorem,ſecundum Zaſium in d.§.pœnales num.23. ibi meminit iſtam eſſe magis communem opinionem. Cōis opin.

6 Item limitatur in vaſallo,qui in ius poteſt vocare dominum feudi abſque venia,vt uoluit Natta,vbi reddit rationem in d. conſil.445.nume.8. & ſequen.& Glo.Iaco.de Belu.Bald.And.de Iſer. & Afflict.nu.128.in titu.de mili.uaſal. qui cōtu. eſt, Ioachimus in ſingularibus obſeruationibus iudicij Imperialis Cameræ,obſeruatione 91.centuria 2. vbi meminit ita concluſum fuiſſe in ipſa Camera Imperiali, & in obſeruatione 92. centu. 4.vbi ait huiuſmodi ſentētiam obſeruari in Germania,,prout obſeruatur etiam in Regno Neap. & ſequitur quoque Zaſius in d.§. pœnales, num. 26.qui vocauit ibi iſtam communiorem ſententiã fore, & communem etiam dixit Roland.in d. conſil.18.nu.8.11.& 15. vbi eam limitauit conſulendo non procedere in vaſallo vocante in ius Principem ſuum. Cōis opin.

7 Et ſimiliter poſtremò limitatur non procedere in filijs ortis ex inceſtuoſo,damnatoq; coitu, (vt ſunt filii monialium,& ſacerdotū, & ſimiles) qui parentes ſuos in ius vocare poſſunt ſine venia impetrata,ſecundum Glo.& Doct. omnes in l.quia ſemper ff.de in ius uocan.& Zaſium in d.§. pœnales,ſub num.19. vbi perhibet iſtam opinionem eſſe communem. Sed uulgò quæſitus tenetur petere ueniam, quando agit cōtra matrem, vt per Alexand. in l. 2. & ſequen.ff. de in ius vocand. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 EPISCOPALIS dignitas filium à patria poteſtate eximit.

2 Cardinalis non eſt ſub patria poteſtate.

3 Religionis profeſſione filius ſoluitur nexibus patriæ poteſtatis,ſi tamen hoc vtile ſit filio, ſecus ſi damnoſum.

4 Ordo ſacer ligamina patriæ poteſtatis non diſſoluit.

OPINIO CCCXVIII.

1 FILIVM à patria poteſtate eximit, ac liberat epiſcopalis dignitas, authentica ſed epiſcopalis C.de epiſc.& cler. & c.uenerabilē, qui filij ſint legiti. & notant Bart. in l. patre furioſo ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.& in l.ſi maritus C.de pa.po.Francus in rub.de teſta.colum.17.& omnes alii Canoniſtæ communiter in cap.ſi annum de iud.lib.6.& in c.Iudæorum de ęta. & qualita. & Legiſtæ poſt Bart.in d.l. patre furioſo, ubi Iaſ.num.48.& ſeq.inquit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

2 Item filiusfamilias creatus Cardinalis Romanę eccleſiæ,immunis eſt à patria poteſtate, ſecundum Glo.in extrauag. execrabilis de præben.inter communes,verſ.ſublimitatem, & Barbat. in tract.de præſtan.Card.in 1.par.q.1.nu.69.

3 Et hoc idem operatur religionis profeſsio,ſecundum Gloſſ.in l. ſi ex cauſa §. Papinianus ff.de minor. quam dixit ſingularem Barbac. in d.q.1. nume. 69.

¶ Et hæc omnia procedunt,ſeu limitantur in his duntaxat, in quibus utile eſt ipſi filio à patria poteſtate liberum cenſeri, non autem in his, in quibus libertas hæc eſſet ei damnoſa, & grauis,ſecundum Bart.in l.apud hoſtes C.de ſuis, & legit.& in l. itē in poteſtate ff. de his qui ſunt ſui, uel alie.iur.in fin.& D.Card.Albanū ibi in lucubratio.ad Bart.nume.13.& ſeq.ubi reddit rationem,Alex.in l.ſub conditione ff.de liber.& poſthum.Barbat. in d.q.1. colum.pen. & iſtam fatetur communem opinionem Cotta in memora.in verſ.Epiſcopalis dignitas. Cōis opin.

4 Et quamuis prædictæ dignitates liberēt filios à patria poteſtate, nihilominus ſacer ordo non eximit filium à dicto patris nexu, ſeu poteſtate, authen.presbyteros C.de epiſc.& cler.Abb.in c. cùm deſideres,& in c.cum voluntate §.fin.de ſententent.excommu.& in d.c. Iudæorum,contra Glo. ibi, & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur, & citat Ioan.de Arnono, in dialogo 691. exordiēte.Sed ſi filiusfamilias eſſet ſacerdos, & Cotta in memorali in uerb. Sacerdotium,Iaſ.in l.filiæ col. 2.C.de collatio.Guliel.Benedict.in c.Raynutius de teſtam.uerſic.inſuper de re milit.nu.17.Boer. deciſ.121.nu.12.& Caſſanc.in conſuet.Burgun. fol.213.nu.4. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 FILIVS Fratris non intrat in locum patris ſui in fideicommiſſo, quando agitur de ſucceſſione hominis, ſecus quando agitur de ſucceſſione legali, ex ratione, ſecundum vnam communem opinionem; ſed ſecundū alteram ſententiam contrariam,ſimiliter communem filius fratris, quamuis agatur de ſucceſſione hominis, tamen nanciſcitur locum patris. Quod ampliatur, vt filius ſubeat locum patris etiam in emphyteoſi,& feudo,ſicut in hæreditate.

2 Gloſæ ſunt naues, per quas nauigamus per hoc vaſtum pelagus iuris ciuilis,ducentes nos ad portum claræ veritatis.

3 Gloſæ habent vim legis.

4 Gloſa eſt idolum aduocatorum,& iudicum.

5 Gloſa eſt maximæ authoritatis; imò ſomniare dicuntur eius opinionem infringentes

6 Doctores boni cōueniunt cū Gloſa,mali verò diuertūt.

7 Gloſa

7 *Gloſſæ ſtandum eſt, vbi non habemus textum contradicentem.*
8 *Gloſſæ adhæreas, & in perpetuum non errabis.*
9 *Gloſſæ ff. Veteris, & inſtitutionum cæteris ſunt meliores.*

OPINIO CCCXIX.

1 FILIVS fratris non intrat in locum patris ſui in fideicómiſſo, quando agitur de ſucceſsione hominis, ſecus verò quando agitur de ſucceſſione legali, ſecundum Bal. in l. cùm ita §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. quem ſequuti ſunt ibi Cuma. & Flo. Iaſ. in l. 2. colum. 2. C. de ſucc. edic. Alex. conſ. 204. conſideratis uerbis, nu. 6. volum. 2. & Dec. conſil. 1. ferè per totum, conſil. 478. in cauſa Domini Aurelij nume. 2. & ſequen. & conſil. 480. in caſu, qui contingit, ſub nu. 9. cum ſequen. in quibus concor. allegat; & mouentur ea ratione: quoniam in fideicommiſſo, ſeu diſpoſitione hominis conſideratur affectio, quam quis videtur habere ad proximiores in gradu, ſed in titulo hæreditario, ſeu diſpoſitione legali conſideratur diſpoſitio iuris, quæ eſt, quòd filius ſubintret locum patris, vt per citata, vbi ſupra, & opinionem iſtam Bald. dicit magis communem, & veriorem Dec. in d. conſil. 1. nu. 5. & ſequitur quoque conſulendo, & ait pariter eſſe magis communem Natta conſil. 127. num. 4. & ſequen. & conſil. ſequen. nume. 4. volum. 1. & Bellonus conſil. 50. num. 1. & ſequen. vbi refert quàmplures Doct. ita conſuluiſſe, præſertimque Iaſ. Rubeum, & Crotum, vt habetur inter conſilia Domini Rubei conſil. 36. cum tribus ſequen. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinauit Glo. in d. §. in fideicommiſſo, in ver. Proximo videlicet, quòd filius fratris, licèt agatur de ſucceſsione hominis, aſſumat locum patris, quam ſequutus eſt Alex. ſibi contrarius conſil. 26. videretur fortaſſe colum. fin. volum. 3. vbi inquit Doctores magis communiter ſequi opinionem Glo. quàm Bald. & citat Bal. ſibi etiam contrarium in conſ. vt ibi, idem Alex. conſ. 124. viſo proceſſu cauſæ, ſub num. 3. volum. 7. vbi pariter ſequitur ſententiam Glo. Dec. qui memor ſui primi conſilij non erubuit, tanquam ueriorem amplecti Glo. conſ. 217. in caſu propoſito, vbi in terminis conſuluit, hanc ſimiliter ſcribit communem Iaſ. conſ. 159. magnifica colum. 2. lib. 4. & conſil. 215. colum. 4. cum ſequen. libro ſecundo, Curt. Iun. conſil. 57. colum. 4. & alij innumeri, quos refert, & ſequitur Grauet. conſ. 67. vltra per me ſcripta, num. 5. ubi ſupponit communem opinionem cum Glo. contra Bald. & Dec. vbi ſupra; Et ſic ſecundum communem præmiſſam, quando ſumus in diſpoſitione hominis, & præſertim quando agitur de hæreditate aui, uel patrui, filius indifferenter aſſumit locum patris. Et licèt ſuper hoc Doctor. ita varij fuerint, vt uix diſcerni poſsit, quæ ſit communis opinio: tamen veritatem profitendo iſta ſecunda opinio Glo. uidetur, & apparet cum effectu magis vera, magisq; communis, prout atteſtatur, & eam ſequitur Dilectus in tract. de arte teſtan. in titu. 5. caute. 27. Soc. Iun. conſ. 20. non diſputabo in præſentiarùm, num. 1. uolum. 3. Thobias Nonius conſ. 4. nu. 6. Ioan. Cephal. copioſiſsimè atq; doctiſsime conſulendo, ac reſpondendo contrarijs omnibus, conſil. 16. nu. 28. cum alijs ſequen. volum. 1. & Petr. de Benint. deciſ. 88. in præſenti difficultate, Iacob. Philip. Porti. ſeu potius Anto. Gabriel. cum magna catherua Doctorum relata per eum in Concluſio. 33. lib. 5. ubi limitat utiliter pluribus modis, ita conſuluit etiam ſubtiliſsimè Hyppol. Riminal. conſil. 167. Laurentius de Arduinis, num. 5. cum aliis ſeq. poſito inter conſilia ultimarum uoluntatum uolum. 1. ubi ſimiliter tollit, & remouet omnia obſtacula, & Hieronymus Gabriel. conſil. 86. Mariotus, nume. 9. lib. 1. ubi ampliat cum cæteris Doct. aggregatis per eum, num. 6. & 10. ipſam communem procedere etiam in feudo, & emphyteoſi, ut filius ſubeat locum patris in ipſo feudo, & emphyteoſi, ſicut in hæreditate, & ſecundum eandem opinionem magis communem ipſe conſului, & obtinui de præſenti anno 156. in cauſa non leuis momenti, reiectis tamen conſilijs aliquorum clariſsimorum uirorum per iudices cauſæ prædictæ in contrariũ ſcriptis copioſiſsimè, & in proceſſu productis. Imò aliàs ſuperioribus annis, ſecundum eandẽ opinionem Glo. iudicaui, & ſententia mea per iudices ſuperiores ad quos fuerat appellatum approbata, & confirmata extitit; & hoc non abſq; ratione euenit. Nam Dec. non ualens aliquo modo remouere obiectionem, & obſtaculum Gloſſ. prædictæ auſus fuit atteſtari opinionem communem eſſe contra ipſam Glo. quando ſcilicet agitur de ſucceſsione hominis, prout fecerat in dict. ſuo primo conſilio ex ſe ipſo ibidem citato, non animaduertẽs ipſe Dec. quam ibi in d. conſ. 480. & in conſ. 1. dicit communem opinionem fuiſſe à ſe ipſo reiectam in d. conſ. 217. vbi non erubuit, tanquam ueriorem, & communiorem ſequi opinionem, d. Glo. & hoc minimè ab re concluditur per Dec. Gloſ. & alios præcitatos Doctores per rationes allegatas per eos optimas, & uerisſimas. *Cõis opin.*

2 Nam Glo. ſunt naues per quas nauigamus per hoc uaſtum pelagus iuris ciuilis, ducentes nos ad portum claræ ueritatis, ut eleganter dixit Saly. in l. 1. C. de pact. & Ripa lib. 3. de donationibus nu. 45. fol. 77.

3 Et Gloſas ipſas uim legis habere teſtatur Grat. conſ. 1. nu. 16. uol. 2.

4 Et ipſam Gloſſam idolum aduocatorum, & iudicum appellat Cyn. in l. non moriturum C. de contrahen. ſtipu.

5 Et ſomniare dicuntur uolentes infringere opinionem

nionem Gloſſæ, vt dixit Bal. in cap. contingit col. 6. ext. de dol. & contu. & alios multos ad propoſitum citat Zuccard. in rubrica C. de pact. ſub nume. 15.

6 Et boni Doctores conueniunt cum ipſa Gloſſ. mali verò diuertunt, ſecundum Affl. deciſ. 384. nume. 3.

7 Standum eſt ergò ipſi Glo. vbi non habemus text. contradicentem, vt voluit Corne. in l. ſororem, colum. fin. C. de his quibus vt indi, apoſtilla ad Dec. in l. ut uim ff. de iuſt. & iur.

¶ Imò ſecundum Grat. conſil. 13. num. 36. & ſequen. volum. 1. ex mente adductorum ibi per eum, dictum Gloſſ. non habentis contradictoré pro text. allegari, & adduci poteſt, etiam contra ipſam communem, ſecundum Felyn. in cap. primo colum. penul. verſic. 2. limita ext. de conſtit. nimirum: quia accurrit, & ſuccurrit tenebris legum, ut ipſe Accurſ Gloſſator teſtatur in l. facta, §. in danda in uerb. Conditio. ff. ad Trebell.

8 Adhęreas deniq; opinioni ueritatis, ideſt Gloſſatori, & in perpetuum non errabis, ſecundum Bal. in l. fin. §. neceſsitatem colum. 3. C. de bonis quæ liber.

9 Maximè Glo. ff. veteris, & inſtitutionum: quia cæteris ſunt meliores, ſecundum Hieronym. Cagnol. in rubr. C. de edend. num. 48. ubi reddit rationem.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS eo ipſo, quòd declarat velle ſupplementum legitimæ, tale ſupplementum acquiritur, & conceditur cum fructibus à tempore mortis teſtatoris.*

OPINIO CCCXX.

1 FILIO ſupplementum legitimę acquiritur, ſeu debetur ipſo iure eo declarante; & ſic eo ipſo, ꝙ filius declarat velle tale ſupplementum, ei acquiritur, ac conceditur, ſecundũ Glo. 2. in l. ſcimus C. de inoff. teſt. cunctis Doctorum ſuffragijs receptam ibi, Corne. conſ. 265. in hac videtur colum. fin. volum. 3. & conſ. 264. videtur prima uol. 4. & Alex. conſil. 69. in ſecundo dubio, uol. 1.

Cõis opin. ¶ Et hæc communis Gloſſæ ſententia procedit, ut ſtatim mortuo teſtatore memoratum ſupplementum ipſo iure debeatur abſq; filij declaratione, licèt commutabiliter, & illa declaratio, quæ ſecundum Glo. communem requiritur, operatur, ut ipſa acquiſitio fiat incommutabilis, quòd clarum eſt: quia defuncto filio, nulla per eũ declaratione facta, huiuſmodi ſupplementum purè, atque ſtatim filio ipſo iure acquiritur, non autem conditionaliter ſi petatur, & tranſmittitur ad quoſcunq; hæredes, ut declarat, & firmat Saly. in d. l. ſcimus, & ſequitur Alex. conſ. 55. col. 3. uol. 2. & Iaſ. in d. l. ſcimus.

¶ Imò fructus legitimę cum ipſa legitima debentur ipſi filio à tempore mortis teſtatoris, ſecundum Bald. in l. Papinianus, §. unde ſi quis, ff. de inoff. teſta. & conſuluit Corne. in d. conſ. 265. uol. 3. in fin.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS ſuccedens patri non dicitur acquirere, ſed acquiſitum capere, ac dominium continuare etiam in feudis.*

2 *Feudale ius mortuo vaſallo continuatur in filium, abſque aliqua inueſtitura, adeò quòd non ſit opus in poſſeſsionem immitti: cùm in feudo etiam habeat locum ſuitas.*

3 *Filius in vita patris nominatur feudatarius.*

4 *Poſſeſsio hęreditatis paternæ non continuatur, neque tranſit in ſuum hæredem ſine apprehenſa poſſeſsione.*

5 *Poſſeſsio ſine animo retineri non poteſt.*

OPINIO CCCXXI.

1 FILII non acquirunt, cùm patri ſuccedunt, ſed acquiſitum capiunt, ſecundum Glo. fin. ſingularem ab omnibus cõmuniter receptam in c. 1. de feudi cognitione, quam Glo. Bal. ibi commendat, & dicit menti tenendam, & M. Claudius Lemarlet conſ. 23. nu. 27. poſito inter conſ. Caſſan. Cõis opin.

2 Ex qua quidem Glo. & Aluar. ibi, in fin. refert, quòd mortuo vaſallo ius feudale in filium continuetur, argu. l. 1. §. largius, de ſucceſſ. edic. dicens feudum in filijs de nouo non acquiri, & idem tenet Prępoſit. loco prædicto volens, quòd in feudo antiquo, & paterno, non ſit opus filios in poſſeſſionem mitti, quam prius habebãt, exprimenſq; dictam Glo. ſignandam fore, quòd materia ſuitatis etiam in feudum locũ habeat. Faciunt, quæ tradit Bald. in l. cùm antiquioribus quæſt. 10. C. de iure delibe. qui per Glo. præcitatam voluit, ꝙ in feudis poſſeſsio ad ſuum hæredem tranſmittatur, qui & uiuo patre inueſtitus eſſe, & poſsidere cenſeatur, & propterea poſſeſsionem in eũ abſq; aliqua inueſtitura continuari.

3 Idem Bal. in c. 1. an mut. uel ſurd. ait filium in uita patris nominari feudatarium, ita quòd poſt mortem patris potius dicatur feudum retinere, quam de nouo ſuccedere.

4 Ampliatur prædicta, quòd & iure communi nedum feudalis poſſeſsio hæreditatis paternæ cõtinuetur, vt eſt Glo. in l. in ſuis, de libe. & poſthu. vbi dicit filios hæredes ſuos ſicuti in uita patris ſunt quodammodo domini, ita & poſſeſsionem habere

habere dicantur, & idem inquit Glo.in §. ſed ſui inſtitu.de hæred qualit.& diff.videlicet, filium viuo patre poſſeſsionem habere videri, per l.2.§.filium ff. pro hæred. Et dicit Bartol. filium ſe non poſſe nominare hæredem de nouo, ideſt dominũ, & poſſeſſorem: quia ante erat, idem & Paul.Caſt. ibidem, qui filium viuente patre quodammodo dominum, & poſſeſſorem eſſe ait; & ſic per præmiſſa ſatis apparet quòd à patre in filium, & in feudis, & in alijs rebus poſſeſsio continuatur.

¶ Sed ſi rem ſincera iuris veritate conſiderare volumus, iſta ampliatio, quòd poſſeſsio hæreditatis à parente in ſuum hæredem continuatur, uera non eſt, & licèt Gloſſ.in d.l.in ſuis, & in d.§. ſed ſui, huiuſmodi continuationem admittere uideantur; nihilominus hę Glo.iure non probãtur, & contrarium docuit ipſamet Glo.in l. cùm miles ex quibus cauſis maior. & in l.cùm hæres, & Cōis opin. ibi Bar.& communiter omnes de acquir. poſſeſſ. Inquit Bald.in d.l. in ſuis, poſſeſsionem non tranſire in ſuum hæredem ſine apprehenſa poſſeſsione, quod & Alex.ibi aſſeueranter tenuit, qui pro hoc plura allegat Bal.in auth.ingreſsi, colum.3. C.de ſacroſanct.eccle. & in l. fin.in princip.C.de ed.ſt. Diui Adriạ. tollen. quod ſubſtineri poteſt, iſta ratione.

5 Nam poſſeſsio ſine animo retineri non poteſt l.ſi quis vi.§.1.de acquir.poſſ. & l.licèt C. eodem titu. ſed animus patris morte finitur, nec ad hæredem tranſit l.4.ff.loca.vnde morte patris rumpitur, & extinguitur poſſeſsio, l.qui vniuerſas §. quod per colonum de acqui.poſſ.

SVMMARIVM.

1 *FILIATIO ex ſola parentum nominatione non probatur, niſi aliqua adminicula concurrant, quod limitatur quatuor caſibus.*

2 *Filiatio probatur ex eo, quòd quis nominatur vt filius in actu, qui magis conuenit filio, quàm extraneo.*

3 *Filiatio non probatur ex ſola nominatione, loquendo in ſpurijs non in legitimis & naturalibus, vel naturalibus tantùm, probatur ex ſolo tractatu alijs non concurrentibus.*

4 *Filiatio quomodò articulanda, & probanda ſit remiſſiuè.*

5 *Filiatio per ſolum tractatum non probatur, niſi alia adminicula concurrant, & præſertim parentibus hoc negantibus, ſecundum vnam communem opinionem. Sed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem contrariam ipſa filiatio plenè probatur per tractatum.*

6 *Filiatio probatur ex tractatu, et communi opinione, cui ſtatur, niſi contrarium doceatur.*

7 *Matrimonium ex epiſtolis miſsis ab altero coniugum alteri, in quibus ſe coniuges affirment, ac nominent, plenè non probatur, ſed talis nominatio inducit aliqualem præſumptionem.*

OPINIO CCCXXII.

1 FILII ſola, ac ſimplex nominatio non operatur, vt quis filius eſſe dicatur; & ſic filiatio ex ſola parentum nominatione non probatur, niſi alia adminicula concurrãt, ſecundum Bart. in l.1.§. idẽ per contrarium ff. de liberis agnoſcendis, Anto. de Butr.in c.Michael, in fin.de filijs presby. Ang. & Paul.Caſtren.in l.non epiſtolis C.de probatio. vbi Dec.nume.28.exprimit iſtam eſſe communẽ Cōis opin. opinionem, Rebuffus quoque in tracta. nominatio.fol.1.verſicu. Primo fallit, Couarru.in epi.4. c.8.§.3.num.7.& Pet.Duennas in regu.342.filiatio non probatur, & ita conſuluit Natta conſil. 473.quædam nomine Syluia num.24. cum alijs ſeq.vol.2.in quibus locis vtiliter, & copiosè limitant communem iſtam in 4. caſibus non procedere, quorum vnus communiter approbatur, vt Cōis opin. clarè in locis præmiſsis colligitur.

2 Vndè, vt uoluit Bar. in d.§.idem per contrariũ & Anchar. in Clementina ſi ſummus 3.nota.de ſent.exco.quòd ſi dico bene eueniat filius meus, quem uolo, vt res meas omnes tractet, dicitur ex hoc filius conſtitutus in quaſi filiationis poſſeſſione: quia illud, propter quòd nomino filium, cóuenit magis filio, quàm extraneo; Similiterque alij actus inducunt probationem filiationis videlicet, mittere ad ſcholas, facere ſibi ueſtimenta differentia à famulis, & ſcribere eum in natalibus filiorum, ſecundum Bal. in cap. per tuas col. fin de probat.

3 Sed in caſibus prædictis, in quibus præcitati Doct.aiunt nominationem filiorum probare, venit facienda neceſſariò talis interpretatio, vt hoc intelligendum, verificandumq; ſit in filiis legitimis, & naturalibus, vel in naturalibus tantũ, non autem in filijs ſpurijs, inter quos nominatio ipſa nihil prodeſt, ita Ang.conſ.191.colum.1.quem ſequitur Iaſ.conſ.102.lib.4.& Gratus conſ.158. col.1.lib.2.

4 Ideò debent eſſe cauti aduocati in probanda filiatione, quos inſtruit Bart.in d.§. idem per contrarium in d.l.non nudis, & Dec. cum alijs relatis per eum, in d.c.per tuas, nu.4.

5 Item filiatio minimè probatur per ſolum tractatum non concurrentibus alijs adminiculis, & per conſequens, quando quis producit fuiſſe tractatum vti filium, parentibus poſtmodum hoc negantibus, non ob hoc videtur ſufficienter probatus tractatus ipſe filiationis, ſecundum Albe. Bal. Ang.& Saly.in l.non ignorat C.qui accuſ.nõ poſſ.Bal.in d.c.per tuas colum.2.Bar.in d.l. non nudis in 2.lectu. & in l. quidam ff.de probat.Iaſ. in l.neque profeſsio, C.de teſta. & conſil.106. in fin.lib.1.& conſil.102.lib.4.& Alciat.in tract.de præſump.in 3.regu.præſump.38. vbi ſcribit iſtã Cōis opin. iure veriorem, magisq; communem opinionem.

¶ In

¶ In contrariam verò partem, videlicet, filiationem plenè probari per tractatum, inclinauerunt Felyn. poſt alios relatos per eum in dicto c. per tuas num. 13. Iacobus de Sancto Georgio in dicta l. quidam, Natta conſil. 159. nume. 15. uolum. 1. & Dec. conſilio 54. colum. 3. vbi ait iſtam opinionem eſſe communem, & ſequitur Aegidius Boſsius, in practica criminali in titu. de partu ſuppoſito, numer. 9. 11. 27. 28. & ſequen. Sed prędictas opiniones ad optimam conſonantiam uidetur reducere Couarruuias in dicto §. 3. numero 6. & Alciat. in dicta præſumpt. 38. nume. 5. cum aliis ſequentibus, vbi occaſione ſumpta concordandi opiniones iſtas ponit quatuor caſus neceſſarios, & Vaſquius in tractatu de ſucceſsionum proceſſu lib. primo §. 4. numero 4. & ſequen. Cōis opin.

6 Benè verum eſt in omnem euentum, quòd antedictus tractatus filiationis, & communis opinio facit probationem, donec doceatur contrarium, ſecundum Glo. in dicto cap. Michael, & ibi omnes alios, Bald. in dicta l. non epiſtolis in 2. nota. per illum textum, & Alexan. cum alijs aggregatis per eum conſ. 51. viſo, & diſcuſſo proceſſu col. 2. uol. 1.

7 Item nominatio facta inter coniuges in epiſtolis tranſmiſsis inter eos, in quibus ſe coniuges affirment, ac nominent, licèt aliqualem præſumptionem faciat, nihilominus non induceret plenam matrimonij probationem; & ſic ex huiuſmodi nominatione non probaretur huiuſmodi matrimonium, l. non epiſtolis C. de probatio. Bald. in l. non ignorat colum. 1. C. qui accuſ. non poſſunt, & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 3. cap. 4. num. 7. & ſequen. ubi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, eamq; plurimum declarat ibidem, & ita iudicauit etiam Rota Romana ſub die 24. Nouembris 1570 atteſtante Illuſtri Domino Oradino præceptore meo in deciſione 277. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *FILII duorum fratrum, ſeu nepotes ex fratre nullo ſuperſtite patruo ſuccedūt eidem patruo ab inteſtato in capita non in ſtirpes, etiam in feudis, & eſt communis opinio, alia magis communis, quòd ſuccedant in ſtirpes.*

2 *Nepotes ſuccedentes ſimul cum patruo ex teſtamento in hæreditate patrui, & nepotes ipſi inſtituantur, vel ſubſtituantur ſimul cum fratre teſtatoris per patruū proprijs nominibus expreſsis, ſuccedunt patruo in capita non in ſtirpes.*

3 *Nepotes in Hyſpania ſuccedunt ſimul cum patruo in hæreditate patrui decedentis ab inteſtato in ſtirpes, non in capita.*

4 *Fratres, & filij fratrum in Ciuitate Neapolis de conſuetudine ſuccedunt in hæreditate patrui ab inteſtato decedentis in ſtirpes, non in capita.*

OPINIO CCCXXIII.

1 FILII duorum fratrum venientes ad ſucceſsionem patrui nullo ſuperſtite patruo, ſuccedunt eidem patruo ab inteſtato poſt mortem in capita, non autem in ſtirpes, ſecundum Azo. in Summa C. de leg. hæred. §. iure vero nouiſsimo, Glo. in §. hoc etiam inſtit. de legit. agna. ſucceſſ. Hoſtien. in Sūma de ſucceſſ. ab inteſt. §. & qualiter, item in eius Summa Roffredus, & Iacob. Ard. in Sūma feud. Ioan. And. in add. Specu. in titu. de ſucceſſ. ab inteſta. §. 1. verſ. ſed an filij fratrum, Iac. But. Bal. & Saly. in auth. ceſſante C. de legi. agna. ſucceſſ. Michael Ciſuentes in commētarijs ſuper leges Tauri in l. 8. nu. 4. & Couarruuias in ſuis epito. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtato, ſub nu. 8. fol. paruo 399. cum aliis congeſtis per eum, & per Tiraquel. in lib. 1. de retract. §. 11. Glo. 11. nu. 3. quorum opinioni ſtipulatur etiam Capra conſil. 21. num. 13. proferens ibi hoc communiter teneri, & ita ſanciuit, ac determinauit Carolus Quintus Imperator in comitijs de anno 1529. Spirę habitis, aſſentiente Senatu Imperij, teſte Ioach. in ſingularib. obſeruationib. iudicij Imperialis Cameræ, obſeruatione 94. cent. 3. & hoc idem determinauit aliquibus uicibus Imperialis Camera in ſucceſſione feudali, vt fratrū filij in feudo paterno, ſeu antiquo in capita ſuccedant, & ſuccedere debeāt, vt meminit Ioach. in d. obſeruat. 94. in fin. Cōis opin.

¶ In contrariā verò ſentētiam, videlicet, filios fratrum, aut ſororū ſuccedere patruo in ſtirpes, non in capita inclinauerūt Glo. Dyn. Iaco. Aret. Cyn. Alber. Io. Faber, Pau. Caſtren. Corn. & Ang. in d. auth. ceſſante Glo. Bar. & Ang. in l. 1. §. fin. ff. ſi pars hęred. peta. Faber, & Port. in d. §. hoc etiā, & iſtorū opinionē faſsi fuere cōem eſſe Nicol. de Vbal. in trac. de ſucc. ab inteſt. 3. par. col. 1. Zaſi. in 1. lib. reſponſ. c. 7. Tiraq. in d. Glo. 11. Alex. cōſ. 55. nu. 4. vol. 4. & Bert. cōſ. 2. uol. 1. vbi ita cōſuluit, & ita cōſuluit etiā aſſerendo iſtā eſſe cōem traditionem Boer. cōſ. 2. poſito in fin. opuſc. ſeu cōmentarii Dyni de reg. iur. in 6 & in effectu iſta eſt veritas, ꝓut deducit pluribus rōnibus, & autho. Bar. in l. poſt cōſanguineos, §. hæreditas, ff. de ſuis, & legit. hęred. & Alex. ibi in add. ad ipſū Bar. ſup litera G. & Cyn. Alb. & alij cōiter in d. auth. ceſsāte, & ita laudauit in facti cōtingētia excellēs vir D. Ioā. Vincētius Burrus cōpatriota meus de pſenti mēſe Martij 1574. in cauſa ſibi cōpromiſſa p Marcū Anto. Notariū Alex. Leonardū, & Franciſc. de Frācātonio de oppido Aſſerici olim comitatus Ciuitatis nrę. Et ſic etiā extitit iudicatū in Anno 1575. in Regia Aprutina audientia, vt ſupra, in cauſa vertente in ipſa Regia audientia inter Frāciſcū, & Martinū, & Ioſephū de Rotūdo de Ciuitate Theatina, aſsidēte inibi, ꝓ Auditore meritiſs. ꝓclariſs. D. Roberto Robertutio viro undiq; iuſto, & natura, & diſciplina vigilātiſs. in audiēdis cau- Cōis opin.

ſis,& tutiſsimo in eis decidendis, prout eius iudicia hactenus promulgata in eadem regia audientia quaſi diuina, & irrefragabilia appellari queũt. Et aduerte ne te decipiat Capra in d.cõſ. ſuo 21.in fin.& conſil.104.num.1. qui aſſerit primam opinionem Azo. & ſequacium communiter approbari:quia aſſertio hæc falſa redditur, & ipſe Capra decipitur in hoc,teſte Tiraquel.in dicta Glo.11.num.3.cum alijs ſequen.fol.165.vbi inhęret iſti vltimę opinioni Glo.communi ſimul cum alijs innumeris Doctor. relatis per eum, & Franciſcus Beccius etiam cumulatiſsimè conſil. 16.Tametſi, per totum volum. 1. vbi ita doctiſſimè conſuluit.

2 Sed hoc limitatur non procedere vbicunque nepotes ſimul cum patruo ſuccederent ex teſtamento in hæreditate patrui, & prædicti nepotes inſtituti,vel ſubſtituti eſſent per patruum nominibus proprijs expreſsis vnà cum fratre teſtatoris,tunc vtique omnes inſtituti,vel ſubſtituti ſuccederent in capita, ſecundum Afflict.deciſ.309. pater quidam nobilis inſtituit filios, vbi teſtatũ reliquit ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio, & Cæſar Vrſillus in additio. Affl. vbi vtiliter limitat,& interpretatur iſtam deciſionem.

3 In Hyſpania verò ab inteſtato ſuccedunt in hæreditate patrui nepotes ſimul cum patruo in ſtirpes,non autem in capita text.eſt in d.l.8.Tauri,& ibi Ciſuentes.

4 Item fratres, & filij fratrum in Ciuitate Neapolis in ſtirpes ſuccedunt, & non in capita per conſuetudinem Neapolitanam incip.ſi quis, vel ſi qua de ſucceſſ. ab inteſtat. & refert Afflict. in cap. 1. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domi. & agna.num.11.

SVMMARIVM.

1 *FRATER non tenetur conferre fratribus libros ſibi datos à patre, vt literis operam impenderet: nec expenſas factas ad nanciſcendum lauream doctoratus viuo patre: nec arma, & equos ſibi emptos pro eundo ad bellum; nec expenſas factas in adipiſcendis officijs, quæ non poſſunt vendi nec tranſmitti ad hæredes.*

OPINIO CCCXXIV.

1 FILIVS, cui à patre conceſsi, datique libri apparent, vt literis vacaret,illos quippè fratribus ſuis cõferre non tenetur, ſecundum Bart. in l.1.§. nec caſtrenſe ff. de collatio. bono. Paul. Caſtren.Alexand.num. 20. & Ripam num.168. in l. in quartam, ff. ad legem Falcid.Iaſ.in l. filiæ licet C. de collatio. Coraſi. in l. filium quem habentem,num.92.& 100.C.famil. erciſcun. Ang. Bald.& Saly.num.8. in l.omnimodò §.imputari, C.de inoffic.teſt.Bertran. conſil.284.multi ſunt conſultationis articuli nume.9.volum.8.& Dec. Alex. in l.ſi donatione, C.de collat.vbi perhibet iſtorum ſententiam communem eſſe. *Cõis opin.*

¶ Quæ quidem procederet,quando filius erat emancipatus, & ſic vbicunque filio emancipato donatio fieret:argu.l.quę pater ff.famil.erciſcun. cum Glo.iuncta,l.illud C.de collati.Contrarium verò firmauere,& malè quamplures Doct. citati per Ruinum in d.l.in quartam nu. 18.& per alios Doct.præcitatos.

¶ Intelligiturq; ſeu ampliatur præmiſſa communis opinio ſimiliter habere locũ in filio ſcholare, cui ſi pater libros in ſtudio donaſſet, & poſtea viuo patre Doctor euaderet, illos fratribus conferre minimè teneretur,ſecundum com- *Cõis* munem opinionem omnium Scribent.quam ſe- *opin.* quitur,& citat Alex.conſ.142.col.penul.uol.2.& Ripa in d. l. in quartam; imò ipſe filius minimè tenetur conferre fratribus expẽſas factas ad gradum doctoratus ipſius adipiſcendum:quia quaſi caſtrenſe id reputaret, vt voluerũt Bal.Ang.Saly. & Pau.Caſt.in d.§.imputari,Bar.in d.§.nec caſtrẽſe,Bert.in d.cõſ.284.ſub nu.9.& iſta eſt cõis opi *Cõis* nio,cui inhęret etiã Ripa in d.l.inquartã nu.166. *opin.* & Coraſi.in d.l. filium,quem habentem nu.110. quamuis Ruin.ibi, & leuiter ſentiat cõtrarium.

¶ Imò quoq; ipſe filius equos,& arma à patre ſibi cõceſſa,vt ad bellũ ꝓficiſcerẽt, fratribus nullo modo conferre teneretur,ſecundũ Glo. & cõi- *Cõis* ter Doct.in d.l.quę pater,Bal.Ang.Saly.in d.§.im *opin.* putari,& Ripam in d.l.in quartam nu.167.

¶ Imò etiã expenſę factæ à patre, vt filius ſcriptoriã apoſtolicã, uel nõ apoſtolicã,vel decurionatũ adipiſcerẽt,cõferendæ fratribus non eſſent: cũ nec uendi,nec ad hæredes tranſmitti poſsint, ſecũdũ aliquos Doct.in d.§.imputari,&Nicol.de Vbal.de ſucce.ab inteſtato.Cõtrariũ verò ſẽſere, vt cõferendę veniãt huiuſmodi expẽſæ,Pau.Caſt. & Iaſ.in d.§.imputari,& Ripa,in d.l.in quartam, *Cõis* nu.163.& iſta eſt communis opinio. *opin.*

SVMMARIVM.

1 *HAEREDITAS per caput vnde legitimi poteſt agnoſci à filijs etiam poſt triginta annos; ſed à capite vnde liberi ea præſcriptione remouentur.*

2 *Extraneus reſtituitur ad hæreditatem non agnitam lapſu triginta annorum,dũmodo ignorauerit ſibi delatã.*

3 *Pręſcribitur ius adeundi hæreditatem extraneorum triginta annorum curriculo.*

OPINIO CCCXXV.

1 FILII nõ obſtante pręſcriptione, ſeu lapſu triginta annorum poſſunt agere,& agnoſcere hæreditatem maternam, vel paternam ex capite unde legitimi, dato quòd excludantur pręſcriptione à capite,vnde liberi, vt per Bartol.conſil.128.Alex. cæteroſq; omnes,in l.licet C.de iur.delib. & iſta

eſt

Cōis opin. eſt communis opinio, ſecundum eundem Alex. conſil.89.volum.2.Corn.conſil.70.volum.4.Gozad.conſil.59.num.7.& Dilect. in tracta.de arte teſtandi titu.de acquir.vel repud.hæredit. caut. 6.num.2.

2 Quò ad extraneum verò, ſi extat ignorantia, reſtituitur aduerſus præſcriptionem triginta annorum, non autem maiorem, vt per Alex.conſil 106.vol.5.Fulg.conſ.64.Dec.conſ.103. & Dilectum cum alijs cumulatis per eum in d. caute. 6.nume.3.vbi docet iſtam communem ſententiam fore. Cōis opin.

3 Quia regulariter ius adeundi hæreditatē ipſorum extraneorum præſcribitur ſpatio triginta annorum, ſecundum communem opinionem, quam firmat Glo.& Docto.in l.is,ff.de acquiren. hæred. Bald. & Iaſ.cum cæteris ſignatis per eum in d.l.licet,verſicu.pro cuius rei euidentia, Imol. conſ.73.in caſu præpoſito in prin. & iſtam communem ſequitur etiam, & citat Corn.conſ.299. videtur prima facie nu.3.volum.3.Felyn.in cap. de quarta poſt num. 22.de præſcrip.Tiraq.in l. ſi vnquam C.de reuocan.dona.in uer. Reuertatur num.392.Franc.Balb.in tract.de præſcrip. in 4. par.4. partis principalis quæſt.19.& Ioachimus in obſeruatione 71.cent.2.vbi oſtendit ita obſeruari in Camera Imperiali Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *MATREM dotare filius non tenetur, ſed dumtaxat alere. Quod reſtringitur, ſi facultates vtrique ſufficiant.*

OPINIO CCCXXVI.

1 FILIVS tenetur alere matrem, l. ſi quis à liberis in princip.ff. de libe.agno.l.filia, & ibi Bald.C.de pa.poteſt.

¶ Quod vendicat ſibi locum, ſi facultates vtriq; ſufficiant, aliàs ſecus, l.1.§.præterea ff.de tut. & rat. diſt.vbi DD. ſed dotare minimè tenetur, l.tutor ſecundum §.fin.de admi.tut.Bald.& Ang.in l.3. C.de præſcript.long.temp.Ang.Alex.nu.20.Ripa num.82.& omnes communiter in l.1.ff.ſolu. matrimo.& Campeg.in tracta. de dote in 1.par. queſt.21. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER tenetur dare dotem filiæ iam nuptæ de eius conſenſu.*

2 *Filia poteſt nubere ſine patris conſenſu, maximè de iure canonico, & ſi excedat 25.annum, quo caſu etiam de iure ciuili poteſt: & tūc etiam poteſt cogere patrem ad congruè ſe dotandum.*

3 *Filius non poteſt de iure ciuili contrahere matrimoniū abſque patris conſenſu, niſi ad vigeſimumquintum annum vſque peruenerit.*

4 *Homo frigidior frigiditate ipſa, eſt calidior calidiſſima muliere.*

5 *Filius contrahens matrimonium abſque parentum cōſenſu exhæredari non poteſt.*

6 *Statutum imponens pœnam contrahenti matrimonium abſque patris conſenſu non valet: quia metu pœnę matrimonij libertas impediretur.*

7 *Dos relicta filiæ per patrem à lege, hac conditione, ſi nubat cum conſenſu matris, vel hæredis exigitur tali cōſenſu nullo modo præſtito: quia matrimonia debent eſſe libera, nec pendere ab alieno arbitrio.*

8 *Matrimonium affirmans à filiofamilias contractum irritum eſſe abſque conſenſu parentum, ac parentes ipſi illud ratum, ſeu irritum facere poſſint, anathema eſt.*

9 *Pater non perdit vſumfructum, quem habere debet iure patriæ poteſtatis in bonis filij, qui matrimoniū contraxit ſine eius conſenſu, ſecus ſi eius conſenſu.*

OPINIO CCCXXVII.

1 PATER tenetur dare dotem filię iam nuptę de eius conſenſu, ſecundum Glo.communiter approbatam in l. obligamur §.l.ff.de action. & obliga. quā ſequitur allegat, nonnihilq; declarat Ripa in l. 2. col. 9.ff.ſolu.matrimo. & in l.1.nu.12.55. & ſequen. eod.tit.Bal.conſ.456.recolo volum.5.& Brun.in tract.de ſucceſsio.ab inteſta.in 1.par.in 9. artic. 2.q.num.50.Nec iſta communis videtur habere dubitationem: cùm ita pater aſtringere tacitè ſe videatur, l.2.in princ.ff.ad municip. ſed dubium inſurgit, quando filia contraxerit matrimonium abſque patris conſenſu, tunc huiuſmodi communis redditur anceps, & dubia, & ab omnibus Doctoribus in utranque partem agitata. FILIA Cōis opin.

2 Cæterùm, vt veritas eluceſcat, filiæ licet ſpreto patris conſenſu nubere, ſecundum communē ſententiam Doctorum, teſte Iaſ.in authen. ſed ſi poſt ſub num.5.C.de inoffi.teſta.& Coraſio, in repet.l.qui liberos nu.99.C.de ritu nupt.in 2.lect. & hoc probatur in c.ſufficiat 27.q.2.& Glo. in c. fin.32.q.2. Cōis opin.

¶ Iſta verò communis procedit de iure canonico videlicet, vt filij poſsint matrimonium contrahere ſine conſenſu patris, & dicit Glo.in l.Paulus, ff.de ſtatu.hom.& in §.1.inſti.de nupt. in uer. ſecundum datum, & ibi Ang. Ioan. de Platea, & Ioan.Fabri, & Iaſ.in addi.1.ad Portium per text. in c.videtur, qui matrimonia accuſa. non poſſ. & tanto magis habet locum iſta concluſio, quando filia nupſit poſt vigeſimumquintum annum: cùm eo caſu nihil ſit quòd ei imputari poſsit, ſed potius patri, qui tantum diſtulit filiā

in matrimonio collocare §. ſi verò vſque, authentico, vt cùm de appellatio. cognoſcitur, & tunc poſſet cogere patrem ad congruè ſe dotandum, ſecundum Neuizan. cum aliis coaceruatis per eum in Sylua nuptiali lib. 2. nume. 36. & Syluanum conſil. 2. numer. 71. Et iſtud, ut patet rectè intuenti, procedit etiam de iure ciuili, videlicet ut filia non poſsit contrahere matrimonium abſque patris conſenſu, niſi ad uigeſimumquintum annum uſque peruenerit, authen. ſed ſi poſt, C. de inoffic. teſtam. & not. Ioan. de Amicis conſil. 91. nume. 5. & Syluanus in dicto conſil. 2. nume. 44. ubi poſt Ripam in dicta l. 1. narrat iſtam
Cōis opin. eſſe magis communē opinionem, q̄ pater filiam minorem vigintiquinque annis nubentem abſque eius conſenſu priuare dote, & exhæredare poſsit. Sed contrariam ſententiam amplectitur Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 1. c. 17. num. 3. & ſeq.

3 Et quamuis iſte textus in dicta authent. ſed poſtquam, loquatur in filia, idem dicendum eſt in filio, cui magis, atque etiam magis ſanguis, quàm filiæ feruet, & bullit, vt in dicto §. 1. inſtitut. de nupt. & tenet Ioan. Fabri ibi per iſtam rationem.

4 Quia frigidior homo de mundo calidior eſt calidiſsima muliere, ſecundum naturales, & ita dicit Auicēna prima primi capituli de ætatibus, vt refert Gabriel de Taragna in text.

5 Contrarium verò firmat Coraſius in dicto c. 17. nume. 5. vbi ait quòd filii contrahentes matrimonium abſque parentum conſenſu exhæredari non poſsint, & hoc idem firmat Abba. & alij in c. 1. de ſponſ. impub. & Ioan. Baptiſt. Ferrettus conſil. 34. in præſenti cauſa matrimoniali
Cōis opin. Paduana nu. 14. vol. 1. vbi docet iſtam eſſe communem opinionē poſt Abb. vbi ſupra, & reddit rationem.

¶ Iſthæc concluſio declaratur, ac limitatur in quinq; caſibus per Coraſium in d. l. qui liberos, nume. 99. cum aliis ſeq. in 2. lectu. quos omitto breuitatis ſtudio.

6 Amplia etiam dictam concluſionem, quòd in tantum procedat, quòd ſi ſtet ſtatutum imponens pœnam contrahenti matrimonium abſque patris conſenſu, non valere, nec tenere: quia metu pœnæ matrimonij libertas impediretur, vt voluit Ioan. Andr. in cap. ſtatutum, il primo de hæret. lib. 6. cum alijs latè congeſtis per Ruinum conſil. 144. num. 20. lib. 5. vbi aſſeuerat iſtam eſ-
Cōis opin. ſe communem opinionem, & Curt. Senior conſ. 27. nume. 3. & Dec. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutio. num. 128. & ſequen. & ſic conſuluit Alexand. conſil. 1. volum. 3. conſil. 59. nume. 5. conſil. 97. principalis dubitatio numer. 2. cum alijs ſequen. volum. 6. & videtur opinioni huic inhęrere quoque cum aliis citatis per eum Rodericus Suares, in ſuis allegationibus, in l. 2. in titu. *De los caſamientos*, nume. 13. 19. & ſequen. vbi refert Docto. contrarium ſentientes, & Moder. etiā in ſcholiis ad Alex. in dicto conſ. 97. in litera, E.

7 Amplia etiam eandem concluſionem procedere etiam, vbicunq; pater legaret filię ſuæ 400. tempore nuptui ei conſignandos, caſu quo nuberet cum conſenſu, licentiaue matris, & hæredis, aliàs non impetrata, & adhibita iſta licentia, quòd recipere deberet dumtaxat 100. tunc igitur quamuis contraheret matrimonium ſine conſenſu ipſius matris, & hæredis; nihilominus deberet habere dictos quatringentos ſcutos: quia pater committere nequiret alteri arbitriū maritandi filiam, eſtò quòd matrimonia libera eſſe debeant, nec pendere poſſunt ab alieno arbitrio, vt doctè conſuluit Natta, conſil. 355. Nobilis Lucas uolum. 2. & ita eleganter, ac doctè declarabat iſtam materiam Illuſtris D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus, dum eum publicè audiebam Peruſii.

8 Imò anathema eſt affirmans matrimonia à filiisfamilias contracta abſque conſenſu parentum irrita fore, ac parentes ea rata, ſeu irrita facere poſſe, ſecundùm Concilium Tridentinum ſeſsione 24. cap. 1. incip. Tametſi poſt princ. Ideò caue à Coraſio, qui in dicto cap. 17. num. 6. cum aliis ſequen. nimis licentioſus auſus eſt hoc coarctare, & firmare non procedere in ſponſalibus inuitis parentibus per filios contractis, dūmodò nuptiæ non ſint perfectæ mediante concubitu.

9 Interpretatur inſuper prædicta non habere locum, vbicunque filius facto ſuo proprio liberatus à patria poteſtate reperiatur, hoc caſu pater non perdit vſumfructū, quē habere debet iure patrię poteſtatis, l. fin. C. de vſufru. & l. 2. C. de bonis mater. Sin aūt pater cōſentiret matrimonio filii, & ſic ex patris facto eſſet patriæ poteſtatis nexu liberatus, tūc perderet totum vſumfructum ſine reſeruatione partis dimidiæ vſusfructus, prout reſeruat per l. cum oportet §. cùm autem & §. hoc quoque C. de bonis quæ liber. vt per Bartol. in authen. item eſt C. eodem titu. à cuius ſententia nemo ex Doctoribus diſcedit, & ſic iſta opinio eſt communis, vt conſtat ex allegatis per Scribent. Cōis
inibi, & in multis conſ. opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER relinquens filiæ mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſterium, poterunt peti mille à monaſterio, & ea conditio tanquam turpis reiicitur, limita niſi pater ipſe expreſſè declaret, & limita etiā in duobus alijs caſibus remiſſiuè.*

OPINIO CCCXXVIII.

1 FILIAE relinquens in teſtamento pater mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſterium, quo caſu inquam, ſi ingrederetur religionem poſſet petere mille, ac ſi nupſiſſet, vt per Bartol. in l. 2. numero primo ff. de his, quæ pœnæ nomine,

nomine, Mattheſil. ſingul. 52. exordiente, nota quòd ſi teſtator, Alex.conſil. 35. ſuper contentis colum.2.volum.3.Alber.de Roſa.in tractat. ſtatu.in ſecunda parte quæſtio. 104. Ioan.Campeg. in tracta.de dote in 1.parte quæſtio. 30.& Marſi. in rubr.ff. de fideiuſſo. nume.127.& Felyn.num. 37. & Auguſtinus Berous in c. in præſentia, numer.494.& ſequen.de probatio. Et iſta eſt communis opinio, teſte Ripa in l. 1.nume.62.ff.ſolu. matrimon.Marſil.in l.1.nume.45.ff.de rapt. virgin.& Dec.in dicto cap.in præſentia, numer.59. & conſil.684.in teſtamento Bernardini,Gabriele Sarayna in additio. Matheſil. in dicto ſingula. 52. & Cæſare Vrſillo in annotationibus Afflict. in deciſio.348.nume.2.vbi meminit ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano, quod mulier ipſa ingrediens monaſterium, tunc non obſtante mente teſtatoris deberet recipere dotem,ſecundum conditionem ipſius monaſterij, nec ſufficeret legitima. *Cōis opin.*

¶ Sed interpretatur iſta communis non procedere, quando teſtator expreſsè declarat dicta mille filiam non poſſe conſequi, niſi matrimonium contraxerit,& ſi monaſterium ingreſſa fuerit, non poſſet petere,niſi centum. Nam ſeruanda eſt uoluntas teſtatoris, quando de illa apertè conſtat,§. diſponat in authen.de nupt.& l.in conditionibus ff. de condition.& demonſtration. Et quilibet rei ſuæ poteſt,quam uelit legem imponere, l.quoties C.de donatio. quæ ſub modo. Et quilibet eſt rei ſuæ moderator,& arbiter,l. ſed, & ſi lege §. conſuluit ff. de petit.hæred.Nec æquum eſt, quòd monaſterium habeat bona teſtatoris inuiti,ideſt illa mille,quæ relicta ſunt,ſi uirgo nuberet. Inuitus enim nemo cogitur benefacere, cap.de Iudæis 45. diſtinctio. Et iſta eſt uerior, & magis communis opinio, vt ſcribit Dec. conſil. 419. uiſo eleganti conſilio colum.2. poſt relatos per eum, & nouiſsimè Auguſt.Berous in dicto c. in præſentia nume. 494. & ſequen. & in hac opinione ſunt etiam quamplurimi Doctores, quos refert Iaſ.conſi.43.Ioan.& conſi.5.lib. 3. vbi audacter fatetur, quod totus mundus ſequitur iſtam opinionem,idemque ſentit, & firmat Vaſquius lib.3.§. 29.numer.23.in tracta. de ſucceſſ. proceſſ.tit.communia de legat.& fideic.vbi dicit veriorem æquioremq; fore. *Cōis opin.*

¶ Limitatur etiam mentionata communis in duobus aliis caſibus per Felyn.in d.c. in præſentia,ſub nu.37.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS, cui ex teſtamento, vel ab inteſtato delata eſt hæreditas, non poteſt legitimam abſque onere capere, & reſiduum ipſius hæreditatis repudiare, ſed totum aut capere,aut repudiare debet.*

OPINIO CCCXXIX.

1 FILIVS ſi tota patris, hęreditas illi delata eſt ex teſtamēto, vel ab inteſtato, non poteſt legitimam abſq; onere capere, & reſiduum hæreditatis repudiare, ſed totum, aut capere,aut repudiare debet, vt cōcludūt Bar.Ang.& cæteri omnes in l. quia poterat ff.ad Trebell.& in l. pro hærede §. ſeruo ff. de acquir.hæred.Cyn.Bald.Salyc.& Alex.in l.hæres C.de impub. Abb.& alij communiter in fin.in c. Raynutius de teſta.& Bald.in l.unica C.quando non peten.par. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *HAEREDITAS paterna delata non cenſetur adita à filio, niſi probetur ex aliquo actu ſe geſſiſſe pro hærede.*

OPINIO CCCXXX.

1 FILIVS, cui mortuo patre eſſet delata hæreditas patris, non cenſetur tunc ſe gerere pro hærede,ſiquidē non eſſet aliquo modo fundata contra eum intentio creditorum hæreditariorum, niſi probarent filium ipſum ſe paternæ hęreditati immiſcuiſſe,ſecundum Glo.Bart. Ang. & alios omnes in l.neceſſarijs ff.de acquir.hæred.Bal.& Caſtren.in l. 1.C. ſi minor ab hæreditate abſtineat, vbi etiam Anton.de Alex. qui refert iſtam eſſe communem opinionem, cui inhæret quoque Bartol.in l.ſi dubitetur, §. ei ff.de fideiuſſoribus, Alexand. conſilio 72. viſo proceſſu, & omnibus actis, ſub numer. 1. & ſequen.volum.5.Gloſſ.& Alexand. cum alijs ſignatis per eum, numero 10.in l.ſi cùm dotem §.transgrediamur, ff.ſolut. matrimo. vbi adijcit hanc magis communem opinionem fore. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TERTIVS non poteſt de iure fiſci excipere, vbicunque cum effectu bona non eſſent per fiſcū apprehenſa.*

OPINIO CCCXXXI.

FISCI iura tertius opponere non poſſet de præſenti, tam vbi legatarius faceret ſe indignum legato ſibi relicto ob offenſam, iniuriamque per eum illatam teſtatori, quàm in quibuſ-

 cunq;

cunque aliis caſibus in quibus quis priuaretur aliqua re, & applicaretur fiſco, & ſic nemo opponere poſſet iura fiſci, eo quòd bona ipſo iure ſint in eum tranſlata, niſi corporalem eorum poſſeſſionem apprehenderit, ſecundum Bar. conſil. 82. Martinus, Bald. & alios in l. ex facto §. fina. ff. de vulg. & pupil. & Gloſſ. in l. is conſequenter §. ſed an ff. famil. erciſcun. quam ſequitur, & ait ſingularem ad hoc, & communiter approbatam Alex. conſil. 209. conſideratis his, quę in themate narrantur nume. 19. volum. 6. & Socin. conſil. 79. & conſil. 84. volum. 4. & Hieronymus Albanus conſil. 8. doleo, quòd cauſa viduæ mortalis propè ad immortalitatem protrahatur, nu. 88. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *FISCVS ſuccendens in bonis priuati per viam publicationis bonorum, ſiue alio modo tenetur ea obligatione, qua tenebatur priuatus.*

2 *Fiſcus onera creditorum ſubit, quando bona vacantia ſibi deferuntur, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem, ſi ſine culpa hæredis ipſa bona vacare cœperint, adhuc fiſcus onera ſubire debet, vt teneatur legata, & fideicommiſſa agnoſcere*

3 *Rebellis non obſtante teſtamento confecto per eum publicatis poſtea bonis ſuis propter felloniam, vel aliud ſimile crimen decedit inteſtatus tanquam incapax, tam quoad legata, & fideicommiſſa, quàm quoad inſtitutiones.*

OPINIO CCCXXXII.

1 FISCVS ſuccedens in bonis priuati per uiam publicationis bonorum, ſiue alio modo, tenetur ea obligatione, qua tenebatur priuatus, textus eſt in l. uia conſtituti §. ſi fundus, ff. de ſeruitu. ruſtic. prædio. & in l. cùm quidam §. fiſcus, ff. de vſu. & in l. ſi marito ff. ſolu. matrimo.

2 Idemque concludendum eſt in oneribus legatorum, & fideicommiſſorum, & reliquis omnibus, ut onera creditorum fiſcus ipſe ſubire debeat, quando bona uacantia ſibi deferuntur, l. recuſare §. ſi fiſco, ff. ad Trebellia. l. ſi Titio, ubi Bartol. & alii ff. de legat. 2. & l. ſi ſeruus plurium, §. ſi quis ante, & ibi omnes Doctores ff. de legat. primo. Et hoc certè, ac tutè intelligendum eſt, vbicunque culpa hæredis bona vacare, & ad fiſcum tranſuolare cœperunt, l. ſororem, C. de his', qui. vt indig. & dict. §. ſi quis ante, & tenet Iaſ. in l. eam quam, nume. 13. C. de fideicom. & Alex. in d. §. ſi fiſco, vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶ Contrariam verò partem, vt etiam ſi ſine culpa hæredis ipſa bona uacare cœperint, adhuc fiſcus onera ſubire debeat, & ſic, vt teneatur legata, atque fideicommiſſa agnoſcere, tenet Saly. in §. pen. per text. ibi C. de cadu. tollen. ubi promit hanc eſſe communem ſententiam. Cõis opin.

3 Sed ſi propter crimē læſæ maieſtatis, vel aliud ſimile publicarentur bona teſtatoris ille tam inteſtatus, inteſtabilis decedit quò ad legata, & fideicommiſſa, quàm quò ad inſtitutiones, l. 2. per quam ita firmant ibi Barto. Alberi. Paul. Caſtrē. Cuma. Alex. Iaſ. Ripa, & alij communiter, ff. de lega. 1. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *FRATRIBVS ſi legetur, primis tantùm fratribus legatum relictum intelligitur.*

2 *Statutum loquens de fratre, de primis fratribus intelligitur.*

OPINIO CCCXXXIII.

1 FRATRIBVS vbicunque legatum ſimpliciter relictum foret, intelligeretur utiq; de primis dumtaxat fratribus, non autem de vlterioribus, ſecundum Barto. in l. Lucius §. quęſitum poſt princ. ff. de leg. 3.

2 Et hoc idem voluit in ſtatuto loquente de fratribus Bal. in l. iubemus §. fin. ad Sena. conſ. Trebel. in l. 1. in princ. ff. de inoff. teſtamen. Anchara. in repeti. c. 1. poſt medium de conſtitu. Imol. & Alexan. in l. ſi dotali, ff. ſolut. matrimo. conſilio 97. colum. 1. & conſi. 204. uol. 2. & conſil. 221. uolu. 6. Roma. conſil. 16. Paul. Caſtren. in l. tres fratres, ff. de pact. Corne. conſ. 92. uolu. 3. Alex. & Iaſo. in l. ſi mater C. de ſucceſſ. edict. Bal. in l. vxor. poſt princip. C. qui accuſa. non poſſ. & in c. quæ in eccleſiarum colum. penult. de conſtitu. vbi loquitur de conceſsione feudi, & ſtatutis, Corne. conſil. 92. colum. 2. vol. 3. & Iaſ. conſ. 205. vol. 2. Et iſta eſt communis opinio, licèt, & malè aliqui ſenſerint contrarium, pręſertimque Ioan. Andr. in addi. Specu. in rub. de ſucceſ. ab inteſta. colũ. 1. & Bald. titubanter in l. ſcimus col. fin. C. de inoff. teſtamen. & Ange. etiam ſibi contrarius conſilio 369. & Roma. pariter ſibi parùm conſtans in l. prima. C. de ſucceſ. edict. Eſt benè verum, quòd nonnulli Doctores in mentionatis locis dicunt iſtam eſſe potius limitationem, quàm contradictionem: tamen quicquid ſit, in actu practico noli aliter recedere à prælibata communi tanquam veriſsima. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *FRATRES vtrinque coniuncti, præferuntur fratribus ex parte patris tantùm.*

2 *Statutum quòd ſtantibus fratribus fœmina non ſucce-*

ſuccedant, intelligitur de fratribus vtrinque coniunctis, ſecundum vnam opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam magis communem frater ex parte patris tantùm coniunctus excludit in hoc caſu ſororẽ vtrinque coniunctam.

3 *Soror vtrinque coniuncta excluditur à fratre ex vno tantùm latere coniuncto, ſed debet habere paragium dotis.*

OPINIO CCCXXXIV.

1 FRATRES vtrinq; coniuncti præferũtur fratribus ex parte patris tã tum; quia duo vincula vnũ uincũt; & conſequenter fratres cõiuncti ex vtroq; parente in ſucceſsione fratris inteſtati prę feruntur in omnibus bonis aliis fratribus ex altero tantũ parente cõiunctis, auth. itaq; C. cõia de ſucceſsio. & not. Capra conſ. 8. nume. 1. & conſil. 67. nume. 2. Ferrarien. in ſua pract. Papien. in forma libelli pro hæredi. ab inteſta. in §. nulliſque ſuperſtitibus ex eo liberis, nume. 30. Curti. Iuni. conſ. 78. nume. 1. Natta conſi. 395. uiſo inſtrumẽto Guilielmini Mantelli nume. 1. uol. 2. & Tiraq. in tracta. de retractu titu. de conuentionali retractu. §. 14. Glo. 2. nume. 5. fol. paruo, 170.

2 Sed ſtante ſtatuto quòd fœminæ, ſeù ſorores extantibus fratribus non ſuccedant, intelligitur etiam ſecundum ius cõmune de fratribus vtrinque coniunctis, & non de coniunctis ex parte patris tantum; Et ſic ſoror utrinque coniuncta ſola ad ſucceſsionem patris ſui vtrinq; coniuncti admittitur excluſis aliis fratribus ex parte patris tantum coniunctis, ſecundum Anchara. in repeti. cap. canonum ſtatuta col. 150. verſ. Occurrũt alię quęſtiones de conſtitu. cum quo videtur concurrere Tiraquellus in d. tract. de vtroq; retract. titu. de retractu conſanguineorum §. 14. Gloſ. 2. nu. 6. fol. par. 120. Caccialupus in repeti. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. fol. 15. verſ. Quæritur, & Soci. conſi. 252. nume. 18. uol. 2. cum aliis citatis per Alber. Brun. in tract. ſtantibus maſculis, &c. articu. 12. q. 14. & pro iſta opinione nonnulla argumenta adducit etiam ad eius corroborationem Laurus de Palatiis in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas a ſucceſsione in verſic. Nunc autem vtiliter quęro nume. 163. cum aliis ſeq. & ita conſuluit Ruinus in conſil. 38. uolu. 3. Alex. conſ. 5, vol. 6. Pariſi. conſi. 19. uol. 3. & Ioan. de Guidonibus de Acumulo in conſ. 64. numero 4. cum aliis ſeq. poſito inter conſil. vltimarum uoluntatum collecta per Zilettum, vol. 1.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd frater legitimus, ideſt ex parte patris tantùm cõiunctus excludat in hoc caſu ſororem, ſeu ſorores vtrinque coniunctas defuncto, inclinarunt Bald. Fulgo. Paul. Caſtren. & Corne. in l. 1. C. de legit. hæred. Roma. conſ. 411. Alex. conſ. 9. col. fi. uol. 5. Soci. conſ. fin. in fi. uol. 2. Soci. Iuni. conſilio 67. num. 37. vol. 3. Campegius in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſsione in quęſtio. 27. & ſeq. ubi refert ita aliàs Mantuæ extitiſſe obtentum, & ita conſuluit Alciatus conſ. 37. uol. 2. vbi congerit alios eiuſdem ſententiæ, & firmat iſtam eſſe magis communem opinionem, idemque conſuluit doctiſsimè, & copioſiſsimè Iacob. Mandellus conſilio 81. vbi ſimiliter prædicat iſtam eſſe magis communem ſententiam, ac ſimul tollit melius, quàm alius, quem hucuſque uiderim omnia fundamenta partis contrarię, & in effectu iſta eſt ueritas, & in iudicando conſulendoque quis non erraret in amplectendo ipſam communem, cui aliàs inhæſit Anto. Roma. iureconſultus inſignis in aula epiſcopali Paduana, ut meminit Laurus de Palatijs in loco ſuperius citato, & pro hac parte conſuluit quoq; Capra in d. conſ. 8. *Cõis opin.*

3 Et ita fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano, quòd ſoror vtrinque coniuncta excludatur à ſucceſsione bonorum paternorum à fratre cõſanguineo, ſed deberet habere paragiũ ſecundum conſuetudinem Neapolis, vt refert Cæſar Vrſillus in additio. Afflicti, in deciſ. 38. ſub nu. 11. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *FRATER germanus in ſucceſsione fratris præfertur vterino in bonis à patre prouenientibus, Sed vterinus pręfertur germano in bonis maternis, in alijs verò bonis aliunde quæſitis æqualiter ſuccedunt.*

2 *Frater germanus præfertur vterino tantùm in fratris inteſtati ſucceſſione in bonis prouenientibus à patre, et vterinus præfertur germano tantum in bonis maternis. Quod quippè procedit in fratribus, & eorum filijs, non autem in nepotibus fratrum; nam iſti æqualiter admittuntur.*

OPINIO CCCXXXV.

1 FRATER Germanus in ſucceſsione fratris inteſtati præfertur vterino tantùm in bonis præſertim à patre prouentis, & vterinus pręfertur germano tantùm in bonis à matre prouentis, & in bonis aliunde quęſitis æqualiter ſuccedunt, l. de emancipatis C. de legit. hęredi. quam ſingularem ait Guiliel. Benedict. in c. Raynutius de teſtamen. ver. Et vxorem nu. 665. Et hoc expreſsè uoluerunt Glo. in auth. poſt fratres C. de legit. hæredi. & in auth. itaque C. communia de ſucceſsio. vbi Corne. & in conſ. 266. perhibet iſtam eſſe communem opinionem, idemque aſſerunt Ferrariẽ. in ſua practi. Papien. in forma libelli pro hęredi. ab inteſta. dela. in §. nulliſque ſuperſtitibus ex eo liberis *Cõis opin.*

liberis nume. 29. & Tiraquel. copioſè cum aliis ſignatis per eum in tracta. de utroque retractu titu. de retractu conſanguineorum §. 14. Gloſ. 2. nume. 4. fol. 169. Boeri. deciſio. 185. nume. 3. Anto. Rube. conſil. 76. & Iaſ. in l. poſt dotem in fi. ff. ſolu. matrimo.

3 Sed hæc communis intelligenda eſt in fratribus, eorumque filiis, non autem in fratrum nepotibus: nam iſti æqualiter admittuntur, ſecundũ Pet. de Bellapertica in d. auth. itaque, cum quo cæteri omnes Doctores communiter tranſeunt, & ita extitit deciſum in Sacro Concilio Neapol. teſte Cæſare Vrſillo in ſcholiis ad Afflictum in deciſio. 38. ſub nu. 11. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *FRATRES, & mater ad bona filij inteſtati vnà cum aliis filiis, & ſic fratribus defuncti, in capita admittuntur. Idem in auo, & auia.*

2 *Auus paternus excludit in ſucceſſione nepotis fratrem conſanguineum, & ſic ex vno tantùm latere coniunctum, & ſuccedit excluſis fratribus conſanguineis.*

OPINIO CCCXXXVI.

1 FRATRES, aut ſorores germanæ, & ſic vtrinque coniunctæ inteſtato fratri, decedenti ſine filiis ſuccedunt ſimul cum eorum parentibus, ita quòd diuiſio hæreditatis inter eos facienda venit per capita, vt not. Boeri. deciſio. 185. nume. 1. & ita fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo. fratres ipſos debere admitti ſimul cũ matre ad bona paterna, vt teſtatur Cæſar Vrſillus in addi. Afflict. in deciſio. 38. ſub nu. 11. Sed mentionati fratres vtrinque coniuncti non excludunt auum, nec auiã a dicta ſucceſsione fratris, imò admittuntur ſimul cum auo, vel auia per capita, ſecundum Gloſſ. Bar. Caſtren. Salyce. Corne. & cæteros omnes in d. auth. defuncto. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab inteſta. 2. part. q. 2. & Bald. conſil. 268. text. in auth. defuncto, ſuper uerbo, in gradu col. 4. vbi exclamat iſtam eſſe communem opinionem, & Bar. etiam in d. authen. defuncto, & ſequitur quoque, ac ueriorem eſſe ait Ferrarien. in practi. Papien. in forma libelli pro hæredi. ab inteſta. dela. in §. nulliſque ſuper ſtitibus ex eo liberis ſub nume. 25. Et licèt contrariam partem teneat Iacob. de Belui. in §. ſi uerò in auth. de hæred. ab inteſtato uenien. & Caſſane. in conſuetu. Burgun. rub. 7. §. ſexto colũ. 9. cum aliis coacreruatis per eum, videlicet quod auus admittatur ad ſucceſsionem nepotis inteſtati, quando ipſe obiiſſet non relicto patre, nec matre, nec relictis fratribus vtrinque cõiunctis; nihilominus ipſe Caſſan. dumtaxat inhæret huic ſententiæ, non autem alij Doctores allegati per eum; ideò caue ne te decipiat cũ huiuſmodi falſa aſſertione, & conſequenter in deciſiuis à mentionata prima communi tanquam uerißima, & ſacroſancta noli aliter diſcedere. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte quòd auus ipſe paternus excluderet quidem in ſucceſsione nepotis fratrem conſanguineum, & per conſequens ex uno latere tãtum coniunctum; & ſic auus ſuccedit excluſis fratribus conſanguineis, ſecundum Glo. in l. 1. in ver. Potiorem ff. de iur. & facti ignoran. Barto. & Bal. in d. authen. defuncto, Tiraquel. cumulatiſsimè in tract. de retractu in titu. de retractu conſanguineorum §. 14. Glo. 2. num. 9. fol. paruo 170. Boeri. in d. deciſio. 185. numer. 2. & Bellonum cõſilio 24. nume. 1. ubi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & Bald. etiam conſ. 366. mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota uol. 4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *FRATER legitimus, & ſit ex eodem patre tantùm coniunctus, dummodò diues ſit, tenetur dotare ſororem inopem, patre, auo, & matre inope exiſtente.*

2 *Clericus carens patrimonio tuta conſcientia poteſt dotare ſororem ſuam, vel aliam conſanguineam pauperem de redditibus beneficiorum.*

3 *Pauper dicitur pater, auus, & mater ad hoc vt non teneantur dotare filiam, & ſororem, quando deducta dote commodè ſecundum eorum qualitatem, & dignitatem viuere non poſſent ex bonis, quæ ſupereſſent.*

4 *Frater dotans ſororem inopem (cùm ex beneficio ſpeciali ei hoc concedatur) non tenetur iterum dotare, ſi dos depereat.*

5 *Dotans extraneam, non tenetur iterum dotare, dote deperdita.*

OPINIO CCCXXXVII.

1 FRATER legitimus, & ſic ex eodem patre tantum coniunctus tenetur dotare ſororem inopem, patre, auo, & matre inope exiſtente, niſi & ipſe frater quoque inops eſſet, ſecundum Glo. fin. & Barto. in l. non omni C. de admi. tuto. Bal. in l. qui liberos, ff. de ritu nuptia. Glo. & Barto. in l. cùm plures ff. de admi. tuto. Ang. & Imo. in l. à filia in prin. ff. ad Trebel. Guid. Papæ ſing. 479. & in q. 439. nume. 7. Mantuam conſi. 57. nume. 11. & ſeq. vol. 1. & Tiraq. in tract. primogeni. q. 62. Afflict. deciſio. 371. nume. 3. Nattam conſil. 401. duo pro fiſco nume. 4. volu. ſecundo, Lauren. Syluanum conſ. 13. numero 1. & 9. Boeri. deciſio. 129. num. 1. & 7. Iaſ. nu. 28. & Illuſtrem D. Pontanum præceptorem meũ nu. 53. & Ripam nume. 83. in l. 1. ff. ſolu. matrim. vbi perhibent iſtorum opinionem communem eſſe, & Angel. de Clauaſio. in ſua Summa in ver. Dos, §. 5. Summa Tabiena, in ver. Dos, nume. 5. *Cõis opin.*

Sum-

Summa Armilla in ver. Dos, nume. 7. Pinellus in l. 1. C. de bonis mater. in 3. par. num. 101. & Soci. Iuni. quoque n . 99. & ſeq.

2 Vbi cum aliis ſignatis per eum ampliat, vt procedat ſimiliter in fratre clerico, vt de fructibus eccleſiaſticis, ac redditibus beneficiorum teneatur, ſi aliundè ſororem ſuam dotare non poſſet, & ſequitur Ange. de Clauaſio in ſua Summa in ver. Clericus, il 13. §. 11. & Guilielmus Redoanus in tractat. de ſpoliis eccleſiaſt. quæſtio. 3. §. 1. nume. 10. cum aliis ſequen. vbi reddit optimam rationem poſt Abb. & fatetur clericum ipſum carentem patrimonialibus bonis cum bona, tutauè conſcientia poſſe dotare ſororem, vel aliam conſanguineam de fructibus beneficiorum,

3 Et aduerte, quòd pauper dicitur pater, auus, mater, & fratres ad effectum, vt dotare non teneantur, quando dotando non ſupereſſent eis tãtum, quod viuere commodè poſſent ſecundum earum qualitatem, & dignitatem, vt voluit Dyn. in §. item ſi de dote inſtitu. de actio. Ang. & Imo. in l. Neſennius §. fin. de re iudi. & Aret. conſil. 17. colum. pen.

4 Sed ſi ipſe frater ſemel dotaret ſororem inopem ex ſpeciali beneficio antedictæ ſorori inopi conceſſo, tunc nõ teneretur iterum eam dotare, etiam ſi nulla ſororis culpa, doloué dotem amiſiſſet, vt voluit Bart. in l. ſi cùm dotem §. 1. ff. ſolu. matrim. Bal. in l. fin. colum. 2. C. de dotis promiſſio. idem Bal. & Roma. colum. 2. in auth. quod locum, C. de collatio. & Alex. quoque cum quodã quippè moderamine in d. l. ſi cùm dotem §. 1. numero 7.

5 In aliis uerò extraneis dotantibus non coactis à lege, contrarium reſpondendum eſt, vt nõ teneãtur dotare rurſus, ſi ſemel dotem dederint, vt l. ſi ſocius pro filia, & ibi Bal. ff. pro ſocio, ait quòd iterum dotare non ſpectat ad officium tertij: quia ſemel dotaſſe ſufficit, ſecundum Specu. in titu. qui filij ſint legiti. verſi. Sed pone, & Boer. cum aliis aggregatis per eum in deciſio. 131. numero 4.

SVMMARIVM.

1 *FILIA fratris de bonis communibus dotata, exiſtentibus fratribus ſocijs omnium bonorum, cenſetur dotari de bonis ipſorum fratrum, & non debet imputari dos in portionem patris filiæ nuptæ in diuiſione facienda inter eoſdem fratres, ſecundum vnam communem opinionem: ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem pater ipſius filiæ tenetur ſuo fratri compenſare.*

2 *Frater dotans filiam de bonis paternis viuo patre, non imputat mortuo ipſo patre talem dotem in partem ſuam, quando diuidit cum aliis fratribus.*

3 *Pater non imputat in ſuam portionem tempore diuiſionis dotem ab auo filiæ ſuæ præſtitam. Et ſic dotata nepte ab auo pater ipſius poſt mortem aui non tenetur in partem ſuam imputare.*

4 *Expenſæ factæ in ſtudio, & doctoratu per vnum ex ſocijs omnium bonorum non præſumuntur factæ de communi patrimonio, vel capitali ſocietatis, ſed de parte tantùm patris ſui, & in eius portionem imputari debent.*

5 *Libri empti per vnum ex fratribus durante ſocietate omnium bonorum pro eius filio de pecunia communi, debent imputari in portione ipſius fratris ſaltim illi libri, qui tempore diuiſionis reperirentur extare.*

6 *Fratres vnà ſimul viuentes ſimpliciter poſt mortem patris, cùm ſint ſocij ſingulares, repetunt alterutro quod alius plus alio impendidit, quia inter ipſos fratres ita, & taliter ſimul uiuentes non poſſet dici contracta ſocietas.*

7 *Fratres uiuentes inſimul poſt mortem patris modicas, impenſas, quas alter ex ipſis fratribus ſingularibus fecerat, non repetunt ab altero fratre, ſi alius ex ſuo patrimonio magnos redditus haberet.*

OPINIO CCCXXXVIII.

1 FRATRES non poſſunt petere partem dotis traditæ filiæ fratris, ac nepotis eorum, vbicunque ipſis fratribus exiſtẽtibus in communi, ſocietateque omnium bonorum, atque ipſis ſcientibus, & non contradicentibus eſſet prædicta fratris filia maritata de communi; & ſic filia ipſa fratris in huiuſmodi caſu cenſetur dotata de bonis fratrum commorantium in communione, nec imputari debet dos antedicta in portionem patris filiæ nuptæ in diuiſione facienda inter fratres, ſecundum Bald. & Caſtren. in l. ſi ſocietatẽ vniuerſorum, ff. pro ſocio, Ang. in l. ex duobus, ff. de nego. geſt. Anto. de Butr. conſ. 7. Anchara. conſil. 289. Bald. in tracta. de duobus fratribus colũ. pen. verſ. Sed an ſumptus, Alex. conſi. 70. uol. 5. & Dec. conſulendo cum aliis relatis per eum conſil. 66. ſub numer. 3. & ſeq. vbi adiicit iſtam eſſe *Cõis* communem opinionem, & magis communem *opin.* ait Cagnolus, in l. ſi emancipati nume. 202. C. de collatio. & eandem opinionem ſequitur Iacob. Mandellus conſ. 12. num. 4. & Lauren. Syluanus conſulendo cum aliis citatis per eum conſi. 2. numero 13. 18. & ſeq. Corne. conſi. 58. nume. 10. uolu. 4. Marſil. ſingu. 344. poſt medium, & Ruinus firmat eandem opinionem conſulendo, & reſpõdendo ſubtiſsimè more ſuo omnibus contrariis conſ. 104. per totum uol. 1. & Rolan. à Valle conſil. 91. nume. 23. cum aliis ſeq. vol. 1. Deci. conſil. 68. nu. 4. vbi & plenius quidem tollit omnia contraria, & Thobias Nonius ſimiliter cumulatiſsimè ita conſuluit conſ. 64. cum Fabius nume. 3. cum aliis omnibus ſeq.

¶ In contrariam uerò partem, videlicet quòd filiæ fratris dotatæ de bonis communibus cum alio fratre, nõ cenſeatur tradita dos de bonis fratrum

trum exiſtentium in cõi, & conſequenter quòd frater ſciens,& patiens filiam fratris de communibus bonis dotari,non videatur hoc facere animo donandi, ſeu repetendi,inclinauerunt Bald. ſibi contrarius in auth.ex teſtamento C.de teſtamen.& conſ. 120.quidam Antonius ante fin.volu.1.Ro.conſ.145. Spec.in tit.de iud. §. ſequitur verſ. Quòd ſi vnus ex fratribus nume. 11.Fulgo. & Alberi.in l.cum duobus §. ſi fratres, ff. pro ſocio,Capra conſ.10.nume.31. Petr. de Vbaldis in tract.de duobus fratribus,aliis ſociis q. 10. & ſequen.ſexta par. Afflict. in titu. quę ſint regal. in vſibus feud.verſ. Et bona committentium. nume. 120.& Iaſ. in auth. quod locum nume. 6. C. de collatio. vbi congerit alios eiuſdem ſententię, & ſcribit magis communem eſſe, & Iacob. Philip.Porti.ſeu potius Antonius Gabriel.etiam, in concluſionibus ſuis,cõcluſio. 6.lib.3.& eximius D.Horatius Mandoſius in addi.Roma.in d.conſil. 145.& Ioan. de Neuiza. quoque cum relatis per eum in ſua Sylua nuptiali lib. 2.nume. 83. & ſequitur eam etiam conſulendo Natta conſ.100. nume. 7. cum aliis ſeq. & Cotta in memorali in verb. Expenſa, vbi explicat iſtam eſſe magis cõmunem opinionem, & ſimul refert Mediolani, vbi dantur maximę dotes iſtam præualuiſſe ſententiam in facti contingentia, & iſtorum ſententia verior,communiorque apparet,& ita tutè,& abſque animæ diſcrimine iudicari,ac reſponderi poſſet caſu eueniente. *Cõis opin.*

2 Sed frater dotans filiam de bonis patris patre viuente, tunc defuncto patre ipſo non tenetur conferre dotem prædictam aliis fratribus, & imputare in partem ſuam, ſecundum Bal.in authen. res quæ colum. 2. C. communia de lega.& in auth.ex teſtamento C.de collatio.Roma.ſing. 407.Aret.conſ.17.Ioan.de Neuiza.in d.lib.2.ſuę Syluæ nume.84.& ita conſuluit Deci. in d. conſ. 66.vbi ait hoc eſſe indubitatum col.penult.& in effectu iſta eſt ueritas,& communis opinio. *Cõis opin.*

3 Verùm quando auus dotaſſet neptem ipſam, & ſic filiam filij, tunc non teneretur dotem tradi tam pater ipſius filiæ nuptæ poſt mortem patris imputare in partem ſuam, vt voluerunt Cyn. in l.ſcimus q 5.C.de inoffi.teſta. Ange. Alexã.colũ. penult. Alciat. & cæteri Moder. in l. in quartam ff.ad l.Falcid.& Deci.conſil.81.in 6.dubio.

4 Item ſumptus,expenſæque factæ in ſtudio, & doctoratu per vnum filium à ſociis omnium bonorum,non præſumuntur factæ de communi patrimonio,ſeu capitali ſocietatis,ſed de parte tantùm patris ſui, & ſic in portione ſua imputãtur omnes antedictæ expenſæ,non autem in ſocietate,ſecundum Specu.in titu.de iudiciis §.ſequitur nume.10.Roma.in d.conſ.145.& ibi D. Horati. Mandoſi in additio.Iaſ.ſub nume.6. & Bolognettum ſub nume.60.in l. ſi emancipati C.de collatio.& Roland. à Valle cumulatiſsimè in d. conſ. 91.nume.23.vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem,ſed Bald.in addi. ad Bartol. in tracta. de duobus fratribus ſimul habitantibus ſub nume.28.& Pet.de Vbaldis in tracta. de duobus fratribus,& aliis ſociis q.8.6.par. & Corne.d.conſ.58.nume.10.& ſequen.volu.4.ruditer videntur ſentire contrarium,verum ipſe Bald. titubanter in d. conſ. 120. reuocauit propoſitum in melius,& firmauit primam partem. *Cõis opin.*

5 Et expreſsè, ſignanterq; voluit, quòd vbicunque libri empti forent per vnum ex fratribus durante ſocietate omnium bonorum pro eius filio de pecunia communi, tunc deberent computari in portione ipſius patris,ſaltem illi libri,qui tempore diuiſionis reperirentur extare, & infiniti propè Doctores in hoc conueniunt variis in locis, & in effectu iſta eſt ueritas & magis tuta opinio tam legentium,quàm conſulentium,&ita ſæpè ſæpius conſului,& iudicaui. *Cõis opin.*

6 Quæ omnia limitantur non procedere, quando fratres vnà ſimul ſimpliciter viuerentur poſt mortem patris, qui eſſent tunc ſocij ſingulares, & illud plus,quod alter ex ſociis prędictis ſingularibus impenderet, repetere poſſet, ſecundum Ange.& Iaſ. nume. 8. in l. vltima C. de collatio. Bald.& alios in l.1.C. qui teſta. facere poſſ. Petr. Vbaldum,in tracta.ſocietatis 6.par.princ.q.23. Barbat.conſ.22.colum.4.vol.1.Corne.conſ.301. colum.fin.vol.1.Ruin.conſ. 101.nu.4. vol. 4. & Iaſ.conſ.5.colum.1.& ſeq.vol.1.qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quoniam interdictos fratres,qui ita,& taliter ſimul vixerunt,non poſſet dici contracta ſocietas, ut voluit Barto. in l.ſi patruus C.communia vtriuſque iud.& ita cõſului Ruin.conſ.29.nu.15.vol.5. *Cõis opin.*

7 Quæ quidem communis non procederet profectò in modica impenſa facta ab vno ex ſociis ſingularibus, tunc ſocius, qui plus impenderet, ab altero ſocio non repeteret aliquo modo: nam ob rei modicitatem, & ob communem ſocietatem inter dictos fratres ſocios ſingulares remanẽtes poſt mortem patris in ſocietate,illud plus, quòd erogaret vnus ex fratribus habẽs magnos redditus de ſuo patrimonio pro victu communi, & in alimentis familiæ communis ab alio non eſſet refundẽdum pro rata ad eum ſpectante: quia ipſa pecunia expenſa pro alimentis in dubio prę ſumeretur donata,ſecundum Bal. Ang. Caſtren. & Deci.nume. 4. in dicta l. vltima C.de collatio. Petr.de Vbald.in d.q.23.Ruin.d.conſ.101.nu.1. & Pariſ.conſ.vltimo loco 23.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *DIVISIO inter fratres debet fieri ſorte, vel officio iudicis, ſecundum communem opinionem Legiſtarum. Canoniſtæ uerò dicunt maiorem natu debere diuidere, & minorem eligere,& hoc conſuetudine receptũ eſt.*

2 *Fortuna eſt Dei nutus nobis incertus, ſeu altera natura in cælo caducorum dominium habens.*

OPI-

OPINIO CCCXXXIX.

1 FRATRVM diuiſio,ſeu diuiſio inter fratres debet fieri ſorte, vel iudicis officio,& ſic in diuiſionibus fratruum ſortes micti debent, aut iudicis officio expediri, vt voluerunt Bartol. & Auge.in l. 1.C.de his,qui ſe deferunt,lib. 10. Bal. in l.pen.in princ.C.com.diuid. Leo Speluncanus in pract.artis notar.in for.inſtrumenti diuiſionis fratrum,fol.par.283.& Iaſ.latiſsimè in l. 1.num. 39.ff.ſi cert.peta.in l.4.§.Cato,ff.de uerb.obliga. & in l.ſi duobus,nume.7.C.com.de le. in quibus locis deducit iſtam eſſe communem ſententiam; Et demum cum opinione hac tranſeunt omnes Legiſtę communiter, & nouiſsimè Ripa in dicta l. 1.ff.ſi cert.pet.nume.70.Canoniſtæ verò videntur aſſeuerare,concludereque contrarium videlicet,quòd maior natu facere debeat portiones,& minor eligere, vt latè hoc tractat Iaſ. in §. quædam colum.12.& ſeq.inſtitu.de actio. Ange.in l. 3.in vlt.not.C.commu.de leg.Bald.in c.licet cauſam colum.7.de probatio.Angel.in d.§. quędam col.9.Petrus de Vbald.in tract.de duobus fratribus in 11.par.quęſt.12.nume.13.fol.paruo 133. Picus in repeti.l. in quartam, col.55. verſic. Ego dum aliàs,ff.ad leg.Falc.& Bal.in d.c. licèt.

Cõis opin. *Cõis opin.*

2 Vbi dicit quòd fortuna eſt Dei nutus nobis incertus, ſeu altera potius natura in cœlo caducorum dominium habens; & ob hoc nullo pacto debemus de ſuo officio immiſcere. Sed opinio hæc Canoniſtarum procedit de conſuetudine,nõ autem de iure communi,ſecundum Bertac. in 1. par.ſui repert. in ver. Diuiſio, ſub nume.7. & eſt veriſsimum, vt apparet ex rationibus citatis per omnes memoratos Docto. Et pro ſententia hac, quòd maior natu diuidere debeat, minorque eligere dicit facere text.in c.1. de paroc. Afflict. in tract.de iure protomiſeos, in prin.ſub num. 45. fol.par.34. faciuntque alia congeſta per Ripam in d.l.1.nume.70.

SVMMARIVM.

1 *FRATER tenetur alere ſororem etiam uterinã, ſed non cogitur eam dotare.*

OPINIO CCCXL.

1 FRATER tenetur alere ſororẽ, etiam vterinam,l. qui filium §. fin.vbi Bald. ff. vbi pupil. edu. deb.& Gloſ.in l. 1.C.de alie. liber. Sed non cogitur eam dotare,ſecundum communem opinionem, de qua per Ange. & Alexan.in l.à filio ff. ad Trebel.Fulgo. conſ.224. Anto.de But.Abb.& cæteros in c.peruenit,de arbit.& per omnes,præcipueque Iaſ.& Ripam in l. 1.nume.83. ff. ſolut. matrimo. Bald. in l.ſi pater dotem nume.7.C.de do.promiſ.& Boeri.deciſio. 129.ſub nu.8.& ſequen.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *FRVCTVS: quia ſunt de rebus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, vltra triennium durare non præſumuntur,vt vinum, oleum,triticum,& ſimiles fructus.*

2 *Fundum, & fructus perceptos proſequens, perceptos iam à decem annis vſque modo petere non poteſt:quia non præſumuntur durare, ſed agit ad æſtimationẽ.*

OPINIO CCCXLI.

1 FRVCTVS prædiorum conſiſtentes in frumento, vino, oleo,& ſimilibus rebus,quæ ſeruãdo,ſeruari nõ poſſunt, nõ cẽſentur,ſeu pſumunt durare vltra triennium,ſecundum Glo.in l. 1. C. ſi aduer. vſucap.cum qua ſentiunt omnes Docto. ibi, & Corn.conſulendo conſ.104.nume. 25.& ſequen. vol.2. vbi ſcribit iſtam eſſe communẽ opinionẽ. *Cõis opin.*

2 Vndè,ſi quis ageret ad fundum,& fructus perceptos ex eo annis decem, pluribuſuè tranſactis, non debet petere ſuum aduerſarium condemnari ad ipſos fructus, verùm petere tenetur condẽnari ad æſtimationem: quia non eſt veriſsimile quòd extent,ſecundum Glo.in d.l. 1. quę ad hoc allegatur per omnes Docto. teſte Paul. Caſtren. ibi nume.4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *FVGIENS à carcere publico habetur pro cõfeſſo,& cõuicto,et cõtra eum poteſt ferri ſententia,ac ſi eſſet verè confeſſus,etiam ſi ſit abſens.*

2 *Fugiens à carcere cum licentia cuſtodis, non poteſt condemnari,ſed cuſtos tenetur.*

3 *Fugiens à priuatis carceribus non habetur pro confeſſo,& conuicto.*

4 *Carcer publicus quis,& quis priuatus,explanãtur hic.*

5 *Mulier fugiens è carcere publico, vt euitet libidinem, non habetur pro confeſſa,& conuicta.*

OPINIO CCCXLII.

1 FVGIENS à carcere publico habetur pro confeſſo, & pro conuicto,text.eſt ad literam in l.eos,ff.de cuſto.reorum, ſecundum Doct. magis cõmuniter ibi, & iſtam communem ſequuntur, & allegant Moder. in l.admonendi ff. de iureiurand. & Boeri.deciſio.215.nume.9. Vndè iudex iſto caſu poſſet ferre ſententiam *Cõis opin.*

tiam contra fugientem, ac ſi fuiſſet uerè confeſſus in iudicio, etiam quòd ſit abſens, ſecundum Gloſ.& Bar.in d.l. cos, vt ſequatur confeſsionis effectus,& eſt text.in l.ſi apparitor C.de coart.libro 12. & iſte eſt caſus exceptus contra iuris cõmunis regulam, vt abſens pro crimine damnari poſsit,l.abſentem,ff.de pœnis.

2 Sed interpretatur primò iſta communis non procedere,quando quis aufugit de cuſtodis licẽtia:quia iſto caſu tenebitur cuſtos,& non ipſe fugiens,ſecundum Guil.de Cun. in l. quoties C.de exac.tribut.lib.10.Bald. in l. commentarienſem eodem titu. & facit text. in l. conſiliarius. C. de aſſeſſo.

3 Coarctatur ſecundò præcedens communis,vt dumtaxat locum habeat in eo,qui aufugit ex publicis carceribus,non autem in eo,qui ex priuatis carceribus aufugeret, ſecundum Gloſſ. Guil. de Cune.Bald.& omnes in l. ſuccurritur ff. quib. ex cauſis maio.Iaſ.& Moder. in d.l. admonendi super Gloſſ. in uerſic. Fuga,& iſta eſt communis opinio,teſte Boerio,in præcitata deciſio.215. numero 13. *Cõis opin.*

4 Et ſcias quòd publici carceres, non ſolùm dicũtur illi,qui fortibus clauibus aperiuntur, & habent perpetuos cuſtodes, verùm etiam dici poſſunt carceres publici aliqua alia camera in palatio poteſtatis,imò totum palatium,qñ prętor,vel iudex ſtatueret alicui aliquem locũ pro carcere: quia carcer publicus, dicitur locus ordinatione, & decreto iudicis deputatus,in quo cuſtodiatur perſona,ſicut eſſet palatium poteſtatis, arx, vel alia domus,vt notant Docto.in l.1. ff. de cuſtod. reorum.Ideò ſi tirannus, vel aliqua priuata perſona caperet aliquem, & violenter detineret in aliqua arce, hoc caſu dicuntur carceres priuati, qui deſtinati ſunt per hominem nullam habentem iuriſdictionem ſuper homine capto, ſecundum Bal.in dicta l.ſuccurritur, Barto.& Doct. in l.2.ff.de priua. carcer.

5 Interpretatur tertiò non procedere in muliere aufugiente de carceribus cauſa euitandæ libidinis, tunc per huiuſmodi fugam non habetur pro confeſſa,ſecundum Bal.in l.1.colum.3.C.de ædil.edic.Aliæ uerò interpretationes in ſeq.concluſione ad iſtam communem latius ponentur.

SVMMARIVM.

1 *FVGA ſi opponatur alicui vt delictum, probat delictum, & facit plenam probationem.*

2 *Fuga nec plenam, nec ſemiplenam probationem facit in delictis requirentibus ordinarias probationes, ſed facit qualem ſuſpicionem, tamen de conſuetudine facit indicium ad torturam.*

3 *Fuga facit indicium ad torturam,etiam ſi vnus pes moueatur ad fugam capeſſendam.*

4 *Fuga ſocij in delicto illius, qui in carceribus detinetur, facit indicium ad torturam contra detentum, ex tantibus tamen alijs indicijs ad torturam etiam non ſufficientibus.*

5 *Fuga ante inquiſitionem, & accuſationem de delicto, ex quo pœna ſanguinis ueniret imponenda nullam inducit præſumptionem:cũ liceat vnicuique per fas,& nephas redimere ſanguinem ſuum.*

6 *Fuga in capitalibus cauſis etiam poſt inquiſitionem non facit indicium ad torturam, quoties adeſt aliqua præſumptio propter timorem carcerum, non delicti, & quoties adeſt aliquis iuſtus timor.*

7 *Fuga ante libellum, accuſationem, ſeu inquiſitionem comminatam, licèt nondum factam, non facit indicium ad torturam:quia timor fuit iuſtus.*

8 *Fuga licet faciat indicium ad torturam, purgari poteſt per reuerſionem.*

9 *Fugiens à carcere, an habeat intentionem reuertendi, probatur per teſtes. Quia forſitan prius quam fugeret declarauit animum ſuum coram ipſis teſtibus, quòd diſcedebat animo reuertendi. Si uerò hoc per teſtes probare non poſſit, iudicatur fuga prædicta habita conſideratione perſonæ,an ſit nobilis, honeſta, & legalis, vel potius vilis, & ſuſpecta.*

10 *Fugiens à carceribus, ſi citò ſponte reuertatur, non præſumitur fugiſſe:nam non dicitur fugere,qui aliquo momento facit ſe abſentem,ſecus ſi diutius fuit abſens, nume.11.*

11 *Statutum puniens fugientes à carceribus, non includit exeuntes animo reuertendi.*

12 *Fugiens à carceribus ex aliqua cauſa rationabili non eſt culpandus: & hic numerantur multæ iuſtę cauſę.*

13 *Fugientis iuramento ſtatur de iuſta fuga cum cauſa facta.*

14 *Fugiens carceratus,accuſatus,vel illegitimè detentus, non habetur pro confeſſo, nec fuga iſta facit indicium ad torturam contra ipſum; Imò poſſet accidere cuſtodes, ſi aliter fugere non valeat. quod intellige, quando eſſet moriturus,nec aliter poſſet mortem euitare.*

15 *Fuga à carceribus non facit pręiudicium tertio.*

16 *Fuga non nocet,ſi à crudeli, & iniuſto iudice fugiatur: quia adeſt,& concurrit iuſtus timor:cùm de malo iudice malum præſumendum ſit.*

17 *Syndicandus habens crudeles iudices poteſt adire ſuperiorem,& à ſyndicatoribus aufugere facta proteſtatione,quòd non animo fugiendi diſcedebat: quia arripiens iter ad ſuperiorem videtur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur.*

18 *Fuga probata per duos teſtes, vel aliam legitimam probationem, & non aliter,nec alio modo facit indicium ad torturam.*

19 *Fuga famuli facit plenam probationem, vbicunque concurrerent lamentationes domini factæ de bonis ſibi ablatis ante inquiſitionem,& poſt accuſationem.*

20 *Famulus pręſumitur ſubtraxiſſe bona, quæ non reperiuntur extare in domo domini, & quę aderant ante fugam.*

21 *Fuga non facit indicium contra fugientem exiſtentem bonę famę,& conditionis.*

22 *Fuga licet faciat indicium, tamen non procedit hoc in incarcerato aufugiente.*

23 *Fugiens carceratus habetur pro confeſſo, & ipſa fuga plenè*

plenè probat contra fugientem prædictum, & fractorem carcerum, & punitur illa pœna delicti, qua erat accuſatus, ſeu potius extraordinariè iudicis arbitrio. Quod procedit, etiam ſi fugiens non detineretur in arcto carcere.

24 *Fugiens fractis carceribus cauſa adimplendi votum, vel audiendi miſſam, vel euitandi combuſtionem carceris, vel ſuſpitionem ipſius, ſi ſtatim redeat, putà intra diem non tenetur.*

25 *Fugiens fractis carceribus propter aquam domus, vel carcer eſſet frangendus, non tenetur.*

26 *Scholaris conducens domum, & eam deſerens propter peſtem, non tenetur ad ſoluendum penſionem, dummodò reddat claues, vel denunciet domino.*

27 *Fugiens retentus in palatio per oſtium ipſius non habetur pro confeſſo, ſecus ſi muros ipſius palatij exiliat, ac traſcendat.*

28 *Carcer, palatium, ſeu camera largo modo non poteſt appellari, nec dicitur in carcere clauſus, qui detinetur in palatio.*

29 *Carceratus dicitur omnis, qui ſuo libitu de loco aliquo liberè recedere non valet. Sed hoc declaratur.*

30 *Carceratio quando prohibita eſt iudici ſub pœna, non tenetur ad pœnam in ſyndicatu, quamuis aliquem in palatio, ſeu in camera arreſtaſſet: quia carceraſſe propriè non dicitur.*

31 *Fugiens, ac renuens perquiri tempore, quo repertus extitit per officiales portare rem contra formam banni, vel deueti, erit puniendus illa pœna banni.*

32 *Fugiens officialis, ſeu iudex tam ab officio, quàm à ſyndicatu habet præſumptionem contra ſe de obiectis in ſyndicatu, & talis fuga facit ſemiplenam probationem, & defertur tunc iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis, dummodò non ſit reductus ad carceres.*

OPINIO CCCXLIII.

1 FVGA QVAERIT Barto. in l. admonendi ff. de iureiuran. de fuga, vtrum per illam fiat plena probatio, ponit tres concluſiones, prima eſt concluſio, quòd ſi fuga opponitur alicui vt delictum, tunc probat delictum, & facit plenam probationem, l. quis ſit fugitiuus ff. de ædilitio edict. l. deſertorem, & l. qui cum vno §. qui poſt deſertionem, ff. de re milita. & l. prima, & ſecunda. C. de deſerto. & ita notat, & concludit in dicta l. admonendi, & in lege in bonæ fidei C. de iureiuran. Gloſſ. in capitu. fina. de ſucceſsionib. ab inteſta. & in capitulo fina. de iureiuran. & ibi Doctores, Lallus de Tuſcia in conſtitutione Regni, in quæſtionibus numero 3. libro 1. & Oldrad. quem ſequitur Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de præſumptio. §. præſumpta, verſicu. Violenta, & iſtam opinionem ſequitur etiam Ripa in dicta lege admonendi, numero 165. & Iaſo. in repetitio. nume. 166. & Bartol. in lege prima, ff. de bonis eorum.

¶ Secunda concluſio clara eſt, & communiter approbatur. Tertia eſt concluſio Barto. quòd quando ſumus in delictis, in quibus requiruntur plenæ, & ordinariæ probationes, vt l. ſciāt cuncti. C. de probatio. c. in literis de teſt. & cap. licèt clamor eodem titu. tunc per fugam non fit plena probatio, & nec ſemiplena, ſed qualis qualis præſumptio, ſiue ſuſpitio, vt l. lege Cornelia, ff. ad Syll. l. prima. C. de rap. uirg. & ibi Cynus, Bal. & Salycetus hoc idem tenent, & Lallus de Tuſcia etiam in dicta conſtitutione, in quęſtionibus ſub numero 3. & Barto. in l. fina. ff. de quęſt. & iſtam opinionem ait eſſe communem Curti. Seni. in l. admonendi nume. 155. & Moder. ibi. Et hæc fuga de conſuetudine indicium ad torturam facit, vt dicit Iaſo. in repetitio. d. l. admonendi, nume. 188. Curtius, & Ripa nume. 168. Thomas Grammaticus conſilio crimina. 32. numero 7. & conſilio 42. numero 8. & ſequentibus. Cõis opin. Cõis opin.

3 Ampliatur iſta communis, vt uera ſit, etiam ſi quis moueat vnum pedem ad fugiendum, & ſic ſit in principio fugæ. d. l. quis ſit fugitiuus, §. 1. vbi Gloſſ. Bald. conſil. 220. lib. 3. & ſecundum aliam impreſsionem conſil. 38. libr. 4. Soc. Seni. conſil. 99. libro 4. & Boeri. deciſio. 215. nume. 2. & 12.

4 Ampliatur ſecundo loco quoque, vt faciat indicium ad torturam fuga ſocij in delicto illius, qui in carceribus retinetur, ſecundum Alexand. conſ. 65. in fin. libro 1. Gramma. conſil. criminali, 14. num. 4. & 17. Sed Boer. in dicta deciſio. 215. nume. 15. tenuit contrarium, ideò dicas quòd Alexan. vult ſentire extantibus multis aliis indiciis, & ita loquitur Grammat. & ſic concordabūtur opiniones illæ: quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuāt, licèt alia indicia non ſint ad torturam ſufficientia.

5 Et præmiſſa omnia ita declarata, limitantur primò, vbi quis aufugeret ante inquiſitionem, & accuſationem factam de delicto, ex quo pœna ſanguinis veniret imponenda: quia tūc fuga nullam induceret præſumptionem: cùm liceat vnicuique per fas, & nephas redimere ſanguinem ſuum, ita ſingulariter Bart. per text. ibi, in l. 1. C. de his qui mor. ſibi conſci. cuius dictum exclamat pro ſingulari, & ſequitur Roma. & Iaſ. in dicta l. admonendi nu. 69. Mattheſi. nota. 145. idē Roma. in l. lege Cornelia ſupra citata, Ang. in l. fina. C. de quæſtio. & in dicta l. admonendi, Aret. in tract. maleficiorum in verſic. Fama publica, verſic. An fama ſit ſufficiens indicium, & Fely. in c. nullus extr. de præſumpt. Cuma. conſilio 175. Domina Andriola, Corne. conſilio 58. & conſil.

198.volum.2.Dec.conſi. 234. in effectu colum. 1.Brun.in tracta.de indic. & tortu. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boeri. deciſio. 215. numero 10. Marſil. ſingu. 215. Soci. in regu.163.& ſequen. & Ioan. de Amicis conſil. 37. ſub nu.7.

Cõis opin.

6 In capitalibus uerò cauſis, etiam poſt inquiſitionem fuga ipſa minimè facit indicium ad torturam, ſecundum Romanum, in l. lege Cornelia ff.ad Syllan. Deci. in dicto conſil. 234. Marſil.ſingu.497.Sępiſsimè in iure,& ita conſuluit Ioan.de Amicis conſilio 7. nume. 11. & Bertran.conſilio 171.quamuis aliqui ex teſtibus pro ſecreta informatione in fine volum. 6. & hoc eſt firmiter memoriæ commendandum ad amicorum defenſionem,ſecundum Curti.in dicta l.admonendi nume. 155. Et hoc intelligas generaliter, quoties adeſt aliqua præſumptio propter timorem carcerum,non delicti,ſecundum Corne. conſilio 58.volum.2.Boeri.in dicta deciſio. 215. & quoties adeſt aliquis iuſtus timor,Ripã, & Iaſ. in d.l.admonendi.

7 Et his accedit congruenter, quòd idem uidetur obſeruari, ſi ante libellum, & accuſationem, ſeu inquiſitionem comminatam, licèt non dum factam aufugiſſet: quia iuſtus fuiſſet timor fugiendi, & iuſtè debuit timere comminationem, per text. in lege miles §. ſocer ff. de adulter. niſi alia indicia, ſeu ſuſpitiones laborarent contra fugientem:argumento l.fin.C.qui.nume.tut.ſe excuſ.ita expreſsè Roma.in dicta l.Cornelia,& ſeq. Angel.in dicto verbo,Fama publica, verſicu. An fama ſit ſufficiens indicium. & Ioan. de Amicis in d.conſ.37.nu.7.

8 Limitantur ſecundò prædicta,vt fuga ipſa faciat indicium, ſed purgari poſsit per reuerſionem, ſecundum Bald.in l.prima, C. de ſeruis fugit.Fely.in cap. 2. nume. 7. de fid. inſtrumen. & Ioan.de Amicis in d.conſilio 7. nume. 21.Et ita ſe habet communis opinio, de qua teſtatur Ripa in dicta l.admonendi nume.65.Gramma. conſi. crimina. ſupracitato, & Boer. deciſio. 215. nume.17.Et indicium hoc purgatur, ſi fugiens intra annum redeat, ſecundum Ripam in dicta l. admonendi.nume.65.Sed hoc videtur falſum,vt conſtabit ex infra dicendis.

9 Et qualiter hic probetur,quòd fugiens habeat animum reuertendi,dic quòd per teſtes:quia forſan antequam fugeret,declarauit animum ſuum coram teſtibus, quòd diſcedebat animo reuertendi, iuxta nota.per Barto. in l. prima. §. ſi quis ipſi prætori,ff.de oper.noui nuncia.Si verò id per teſtes probari non poteſt, conſideratur conditio perſonæ, an ſit nobilis,honeſta,& legalis, vel potius vilis,& ſuſpecta,& ſecundum illius conditionem iudicatur fuga l.non omnes §. à barbaris ff. de re milita.

10 Item attenditur, an ſit diuturna, vel breuis abſentia: quia ſi citò reuerſus fuerit ſpontè ſua, præſumitur quòd aufugerit animo reuertendi, pro vt reuerſus fuit. Et quia etiam non intendit fugere,qui aliquo momento vult facere ſe abſentem,l.ſi quis ita legauerit, dum vxor mea, ff. de conditio. & demonſtra.& optimè declarat Bart. in l.aut facta §.tempus colum.1.ff.de pœnis,Bal. in l.prima colum.3.& ſeq.C. de edi. actio. & in l. 1.C.de ſeruis fugit.vbi ſubiicit.

11 Quòd ſi ſtatutum puniat fugientes à carceribus,non includit eos,qui exiuerunt animo redeundi, Idem etiam tenet Ioan. de Ana. conſilio 1.nume.6.Marſil.conſilio 122.in princip.Barto.in l.in eos,ff.de cuſto.reorum,Fely.in cap.nullus.de præſumpt.Grammat. conſilio crimin. 57. vbi hoc limitat multis modis,Marſil.in ſua practica crimin.in §.diligenter nume.46. in rubric. C.de probatio.nume.261.& in l. prima.in princip.ff.de ſicariis. Secus autem ſi diutius ſteterit abſens: quia tunc præſumitur, quòd animo fugiendi,& reuertendi receſſerit d.l. deſertorem,§. emanſor, & ibi Gloſſ. & Bartol. qui hoc optimè notant,in dicta l. quis ſit fugitiuus in princip. & tenet Bald.in l.prima. colum. 5. C. de ſer. fugit. Curt.Seni.in dicta l. admonendi dicit, hoc nunquam eſſe obliuioni tradendum:quia ſibi in practica, & conſulendo ſæpæ maximum honorem fecit.

¶ Et nota congruenter hìc, quòd ſi inquiſitus fractis carceribus fugam arripiat, & poſtmodum opera, & induſtria fideiuſſorum ad eos fuerit reductus, an teneantur ad pœnam fractæ fideiuſsionis, cùm ſe obligauerint ipſum inquiſitum non fore diſceſſurum è carceribus, & dato quòd diſcedi, aut recedi contingerit,& ſtatim fuerit reuerſus, adhuc pœnæ vnciarum auri centũ ſe obnoxios conſtituerunt? Hic caſus euenit in facto in hac Ciuitate de anno 1552. Et quòd dicti fideiuſſores nullatenus tenerentur,ex quampluribus iuribus, & rationibus doctè conſuluit conciuis meus Excellens, & celeberrimus Paſchalis Turcanicus V.I.D. conſumatiſsimus, cui conſ.nonnulli Docto.eminentis ſcientiæ tam Ciuitatis Sulmonis, & Ciuitatis Theatinæ, quàm etiam vrbis Romæ ſe ſubſcripſerunt; & mouebatur quòd ex tali fuga ius curiæ in nihilo deterius erat effectum, imò auctum, Gramma. voto 37.per totum,& Boer.d.deciſio.215.in prima parte:quia per prius non poterat ſuſpendere inquiſitum,poſtea ſuſpendidit,ac etiam per tex. in ſui ratione in l. apud Celſum §. Labeo ff. de dol.except.per iniquum enim eſt hominem poſſidere,& pœnam petere: & cùm non dicatur diſceſsiſſe, qui ſtatim reuerſus eſt, vt ſupra diximus. Nec dicebat obſtare, quod intelligatur de ſponte redeuntibus:quia ſufficit habere factum, & non refert quomodo fiat, maximè ad euitandum pœnam,vt poſt Barto.in l. continuus, & in l.quidam cùm filium,concludit Iaſo.in l.cùm ſeruus nume.4.& 5.ff.de verborum obligatio.Alexan.in l.ſi res §.1.nu.3.ff.ad Trebel. Ang.de maleſ.in verſ. Nec non ad denũciam nu.34.Afflict. in con-

in conſtit. Minoribus, de iure baiuli nume. 24. Bal. in addit. ad Spec. in tit. de reo, verſ. Qui promittit, teſtatur de communi, & latè Marſil. in practica crimi. in §. ſecunda nume. 20. 21. & ſeq. & per hæc, & quamplura alia non abſque leui, & longo certamine re admodum diſcuſſa, & trutinata fuit in fauorem dictorum fideiuſſorum, ſcilicet nobilis magiſtri Vincentij de Rubeis, & Caroli Gratioſi, & ſecundum prædictum conſilium per iudicem Ciuitatis Aquilæ religioſiſsimè deciſum, & determinatum, non obſtante illa clauſula (etiã quòd fuerit ſtatim reuerſus, &c.) quia tanquam inſolita, & in ſimilibus apponi non conſueta, prout ex aliorum quamplurium proceſſuum inſpectione conſtabat, & tanquam contra ius aliquid operari non debebat, & per conſequens neque iuramentum deſuper interpoſitum, vt prædictus Excellens Dominus Paſchalis in dicto ſuo conſ. latiſsimè, & pulchrè inſiſtebat.

Cõis opin.

12 Limitant tertiò, vbi quis aufugeret ex aliqua cauſa probabili, ſiue rationabili ſic ſuadente, puta ratione partialitatis, ac inimicitiæ, ſeu factionis exiſtentis in Ciuitate, vel quia locus non erat ſibi ſecurus, uel quia officialis erat valdè crudelis, vel ſimilibus ex cauſis, tunc fuga nullam cauſat ſuſpitionem: quia ex quo inculpatus de homicidio, ſeu delicto ibi ſecurè, ac tutè ſtare non poſſet, neque poteſt fuga ſibi imputari, cap. accedens, il primo ext. vt lit. non conteſt. ita in terminis decidit Bal. in l. in bonæ fidei colum. pen. C. de iureiuran. allegans Cle. paſtoralis de ſent. & re iud. Gloſ. & Ioan. Andr. in c. ſtatutum §. 1. de reſ. lib. 6. & firmauit conſulendo Ioan. de Amicis in d. conſ. 7. nume. 12. cum aliis ſeq.

13 Et de fuga iuſta cum cauſa facta, ſtatur dicto fugientis cum iuramento, ſecundum aliquos Docto. in dicta l. admonendi, & ſecundum alios ſine iuramento, vt per Marſil. ſing. 115. Et quòd ſtetur ſimplici dicto abſque iuramento, teſtatur Boeri. deciſio. 215. nume. 9. & ſequen. & Grammat. conſ. crimi. 42. num. 18. Pariſi. conſ. 163. nume. 10. vel 20. lib. 4.

14 Quarto loco limitatur, quoties eſſet quis illegitimè accuſatus, carceratus, vel iniuſtè retentus l. non omnes §. à barbaris, ff. de re mil. Aulus Gell. libro 2. ca. 17. Paris de Puteo in tracta. ſyndic. in verb. Carcerem, & Ripa in d. l. admonendi, vbi hoc nume. 172. ampliat per l. nihil, ff. de capt. vt ſi iniuſtè retinetur, nec poſsit aliter aufugere, poſsit occidere cuſtodes. Sed hoc interpretatur Boeri. in d. deciſio. 215. nume. 32. habere locum, quando eſſet moriturus, nec aliter poſſet euitare mortem.

15 Quintò limitatur, vt non habeat locum in præiudicium tertij, vt per Curt. Sen. & Ripam in dicta l. admonendi, nume. 164. & 174. & Ioan. And. in capitu. ad audientiam extra de fide inſtrumen.

16 Sextò fallit, vt non procedat, quando quis aufugit præſentiam ſæuientis iudicis, qui conſueuit eſſe multùm crudelis cum ſubditis ſuis, in quo plus ſæuitiæ, quàm iuſtitię reperitur ineſſe, & in caſu iſto fuga non nocet, ſecundum Par. de Puteo, in d. tract. ſyndica. in verb. An iudex, Paulum Girland. in tracta. de relaxat. carcerat. in tit. de fuga carcerat. nume. 13. Boer. latè in d. deciſ. 215. nume. 9. & ſequen. & Felyn. in cap. nullus, colum. 7. extra de præſumpt. & iſte quippè dicitur iuſtus timor; & fuga iſto caſu dicitur eſſe facta ex iuſta cauſa, ſecundum And. de Iſer. in conſtit. Regni in conſti. Grandis, & in conſtitu. pœnam eorum. & Lucam de Penna in l. ſi coloni C. de agri. & cenſi. libro 12. vbi ait, quòd ſi quis timens ſæuitiam impij iudicis, in quo nulla eſt iuſtitia, ſed tota crudelitas, aufugeret ex curia, in qua tenebatur, aut cuſtodiebatur detentus, non debet haberi pro confeſſo: quia de malo iudice malum pręſumendum eſt, l. ſi quis per impreſsionem, C. quod met. cauſa, l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. pro quo facit etiam quòd not. Bart. in l. prima. §. ſi quis ipſi prætori ff. de oper. noui. nuncia. vbi dicit, quòd ille omnino, aut probabiliter timet præſentiam iudicis, dubitans ne contra ipſum inuitum ſæuiat, actus ille, qui fiendus erat coram iudice, ſufficit ſi fiat coram vicinis, & amicis, idem tenet Paris de Puteo, in dicto cap. an ſi iudex.

17 Qui demum oſtendit optimam cautelam officiali, cuius fuga faceret pręſumptionem contra ipſum, vt vbicunque videret officiales ſyndicatores ſibi inimicos, & ſibi ſuſpectos, iter arripiat ad ſuperiorem cum proteſtatione, quòd non intendit per illum receſſum arripere fugam, vt fugiat iuſtitiam, ſed accedere ad ſuperiorem, vt audiatur in cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpitione: ſiquidem, qui arripit iter ad ſuperiorem, videtur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur, ſecundum Hoſtien. in c. vt debitus de appellatio. de quo Bald. dixit text. in l. ſed ſi per prætorem §. fin. ff. ex qui. cau. maio.

18 Sextò limitatur, ſi conſtat de fuga legitimè, ſaltem per duos teſtes, uel legitimam probationem, aliter non poſſet facere indicium ad torturam, ſecundum Brunum. in tract. de indiciis, q. 3. numero 12.

19 Septimò fallit in famulo fugiente, in quo fuga facit plenam probationem, ſecundum Gloſſ. in §. ſi verò etiam in authen. de exhib. reis, vbi Angel. hoc firmat, & Paul. Girland. in dicto tracta. de relaxat. carcerat. in titu. de pœna carcer. & Boer. in dicta deciſio. 215. numer. 29. vbi multos adducit, Gramma. conſil. crim. 32. nume. 6. Bartol. in lege cùm probatio. ff. de probationib. Marſil. ſingu. 497. ſæpiſsimè, Blanc. in lege fina. numero 432. ff. de quęſtio Marſil. in ſua practica criminali, §. diligenter numero 47. & 91. Thomas Grammaticus in conſilio crimina. 22. numero 6.

¶ Sed opinionem iſtam intellige, quando ma-

maximè concurreret uerisimilitudo ex parte domini condolentis, & famuli fugientis, præſertimque ante inquiſitionem, & poſt accuſationem: quia tunc facit indicium ad torturam, vt concludant Docto. ſuperius citati, & iſta
Cōis est communis opinio, ſecundum Curt. Sen. in d.
opin. l. admonendi num. 171. quamuis ipſe ibi teneat contrarium.

20 Imò plus dic retenta communi opinione, quòd præſumitur famulus ipſe ſubtraxiſſe bona, quæ non reperiuntur extare in domo, quæ ante fugam aderant, Glo. eſt notab. ad hoc, ſecundum Ange. ibi in §. ſi uerò quidam etiam iurant, in auth. de exhib. reis, & Brun. in trac. de indiciis q. 3. in princ.

21 Octauò limitatur, quando fugiens eſſet bonæ famæ, & conditionis, vt per Brunū in d. tracta. de indiciis q. 3. nu. 22. Pariſ. conſ. 163. nu. 19. & Catald. in tract. de indiciis nu. 73. uel 76. in tom. 17. vel 14.

22 Nonò fallit, quòd licèt fuga faciat indicium, non habet locum in incarcerato aufugiente, ſecundum Iaſ. in repeti. d. l. admonendi. nu. 172. & Ripam nu. 170. Paul. Girlan. in tract. de relaxat. carcera. in tit. de fuga carcera. nume. 13. & latè Boer. in allegata deciſ. 215. nu. 9.

23 Et ſic carceratus habetur pro confeſſo, ſi aufugit, per text. in l. in eos, ff. de cuſt. reorum. Nam iſta fuga probat plenè contra fugientem iſtum, vbi etiam ille text. quærit, an ille fugiens puniatur pœna, qua pro illo crimine accuſatus ueniret puniendus, & videtur quòd ſic; & per hunc
Cōis text. Doct. dicunt communiter, quòd fugientes
opin. ibi habentur pro confeſsis: tamen re uera nihil probat ille tex. nā nō loquitur de fugiētibus, ſed de conſpirantibus, & tractantibus fugere, litera dum dicit, quòd habentur pro confeſsis, & puniendi ſunt, non tamen aperit qua pœna: nam illa lex eſſet nimis rigoroſa, vt punirentur fugientes illa pœna delicti: quia non ſequutus fuit effectus, ideò dicas quòd puniuntur extraordinariè iudicis arbitrio, & ſic intelligas illum text. vt illos mittat in carceres ſecretiores: cùm auſi fuerint frangere carceres, ſecundum Alber. ibi, & Rayner. de Forliuio, & Boer. in d. deciſ. 215. miratur de Iaſ. in d. l. admonendi, quòd non poſuerit iſtum intellectum. Probatur tamen concluſio hæc per text. in l. 1. ff. de effract. ubi fractores carcerum habentur pro confeſsis, & puniuntur vltimo ſupplicio. Sed hoc limitatur, vt ibi per illum
Cōis text. & iſtam ait eſſe veram, & communem opi-
opin. nionem Boer. in præcitata deciſio. 215. numero 9. & poſuimus latè ſupra in præcedenti concluſione.

¶ Ampliaturque iſta noua limitatio communis, etiam ſi quis non detineatur in arcto carcere, ſed in camera, ſeu palatio, vel in aliquo talamo: nam tunc fuga facit plenam probationem, & hæc ampliatio pro ueriori firmatur à Boer. in allegata deciſio. 215. & Paul. Girlan. in tracta. de relaxat. carcerato. in tit. de fuga carcera. nume. 12. & 16.

24 Sublimitatur prædicta nona limitatio, quando aufugeret cauſa adimplendi uotum: argumento l. illud ff. de offic. præſid. dum tamen redeat intra diem, uel infra modicum tempus, & hoc pro ſingulari tenet Marſil. ſingu. 149.

¶ Sublimitatur ſecundò, vt non habeat locum, quoties generaliter recedit à carcere cauſa religionis ſeruandæ, putà propter audiendam miſſam, dummodò redeat, ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſer. fugiti. & Boeri. in d. deciſio. 215. numero 17.

¶ Sublimitatur tertiò, quando quis aufugeret de carcere propter neceſsitatem, puta quia carcer comburebatur, vel propter ſuſpitionem iſtius timoris: argumento l. habitatores. §. fin. ff. locat.

25 Item ſi propter aquam domus, vel carcer, eſſet frangendus.

26 Qui profectò text. notandus eſt pro ſcholaribus conducentibus domum. Nam propter peſtem poteſt relinqui, dum tamen tu reddas claues, vel denuncies domino, vt per Ripam in tracta. de peſte titu. de priuileg. contra cauſam peſtis, nume. 22. & Boeri. in d. deciſio. 215. numero 22.

27 Quartò ſublimitatur hoc non procedere, quando retentus in palatio aufugeret per portam, l. nemo carcerem, in uerb. Aperta, & libera, C. de exact. trib. libro 10. per quem text. ita concludit Bald. in lectu. antiqua, Roma. Iaſ. & Ripa. in dicta l. admonendi, Brunus in tracta. de indiciis. quæſt. 3. nume. 12. Paul. Girlandus, in d. tracta. de relaxat. carcerat. in tit. de fuga carce. & Fely. in dicto cap. nullus; ſecus autem ſi muros palatij tranſcenderet, l. fina. ff. de rerum diuiſ. Nam fugientes fractis oſtiis, vel muris carcerum habentur, ac ſi confeſsi fuiſſent crimen, pro quo fuiſſent carcerati, d. l. in eos, vbi Barto. & alij notant; Et ſic hoc caſu fuga facit plenam probationem, adeò quòd punitur fugiens, ac ſi commiſiſſet delictum, l. commentarienſem, C. de cuſt. reorum, & ita notat Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de præſumpt. §. præſumpta, ver. Violent, Aret. in tract. malef. in verb. Fama publica, verſ. Sed quid ſi quis fuerit poſitus in carcere.

28 Sed tali ſublimitationi obſtat iſta ratio, ſecundum aliquos Docto. in dicta l. admonendi: quia palatium, ſeu camera, largo modo carcer poteſt appellari, nec dicitur in carcere clauſus, qui retinetur in palatio. Hoc tamen in contrarium non obſtante teneo, ac ſequor iſtam ſublimitationem, tanquàm veriſsimam, quam comprobo hoc medio.

29 Quia conſtat quòd carceratus dicitur omnis, qui non poteſt de loco tutè, libereque recedere ad ſui libitum, ſecūdum Ang. in l. prima. C. de priuat. carcer. Bal. in lege vnic. colum. 2. C. de confeſsis, & not. idem Ang. in l. qui in carcerem,

ff.quod metus cauſa,Innoc.& Docto.in c. nuper extra de ſenten. excom. ex quo fugiens de palatio,fugit contra præceptum iudicis: ergò habetur pro conuicto, & confeſſo. Sed Doctores in d. l.admonendi conantur opiniones iſtas ad huiuſmodi conſonantiā, & concordiā reducere,quòd detentus in palatio,vel ſub aliqua fida cuſtodia, propriè non dicitur carceratus.

30 Adeò quòd ſi iudici prohibita eſſet carceratio ſub pœna, non tenetur ad pœnam in ſyndicatu, licèt aliquem ſic cuſtodiendum arreſtaſſet: nam propriè carceraſſe non dicitur, ita Bart. per illum text.ubi Gloſſ.in l.fina.C.de decur.& ſtat. libro 12.quem ſequitur Ange.in tracta.malefic. in d.verſi.Fama publica,uerſ.Quotuplex ſit carceratio; impropriè uerò, & largè carceratus eſt, ſed non puniendus eſt,veluti cōfeſſus, tanquam probatum ſit delictum ex tali fuga, & ita procedit prima opinio, ſecūda autem habebit locum, quando retentus in palatio aufugeret fractis oſtiis,& muris,ſecundum Roma.in d.l.admonendi,& Docto.in dicta l.eos;Imò Roma.ibi hoc ampliat etiam procedere, ſi retentus fugam arriperet poſt accuſationem, & inquiſitionem, & hoc caſu habetur, ac ſi confeſſus fuiſſet crimen, pro quo fuiſſet carceratus d.l.in eos.

31 Decimò poſſet limitari,quando eſſet factum bannimentum,vel decretum,quòd quis non poſſet deferre talem rem per talem locum: nam ſi inueniatur aliquis ab officialibus, & iſte renuat perquiri, & aufugiat,erit puniēdus illa pœna bāni,ſecundum Bar.in l. 3.C.de cur. pub. & angar. lib. 10. quia habetur pro confeſſo ille fugiens, & de hac materia vide latè per Boeri. in d. deciſio. n 15.vbi ad ſaturitatem vide,videlicet,quod frāgens carceres poſsit condemnari abſque citatione.

32 Vndecimò limitatur in officiali, ſeu iudice fugiente ab officio ſuo: quia tenetur crimine læſæ maieſtatis §. 1.in auth.de admini.& not. Ripa in dicta l.admonendi, ne propter diſceſſum ſcelera committantur à ſubditis: quia tunc pœna eſt delictum,& ſic plenè probat,vt per Barto. & Iaſ. in dicta l.admonendi, Ioan. Ant.de Nigris in capitulis Regni,in capit.132. Item ſtatuimus quòd tam iuſtitiarij,quàm officiales nume.12.& Marſil.ſing.115. & iſta limitatio videtur communis, vt per Docto.præcitatos. *Cōis opin.*

¶ Quòd ampliatur etiam finito officio, dum tamen ſtet in ſyndicatu,ſecundum l.1.C.vt omnes iud.tam ciui. quàm crim. Alberi. vltra omnes in rub.nume.2.ff.ad leg.Iul.maieſt. allegans l.2.& eod.tit.Sed tex.ille non probat,melius probat text.in d.§.1.in auth.de adminiſt.tenet Gig. in tract.de crimi.læſæ maieſtatis lib.1. c. 42. vbi allegat Alber.in d.rub. tamen errauit non recordatus de doctrina,in d.l.admonendi:quia iſti iudices non tenentur crimine læſæ maieſtatis, vt per Ripam in d.l.admonendi, & per text. in d.§. 1.Benè tamen verum eſt,quòd iſta fuga facit præſumptionem contra eos de obiectis in ſyndicatu,& ſic pondera d.§.ſed hoc in authen.de collat. & in l. 1.C. vt omnes iud. tam ciui. quàm crim. vbi in his duobus allegatis habetur pœna ſtatuta iſtius fugæ:nec obſtat,l.2.ff.ad leg.Iul.maieſt. nam non loquitur in his terminis: concludo ergò non eſſe ueram opinionem Alberi.& Gig.

¶ Cæterùm defendi poſſet vno modo iſtorū ſententia,videlicet, quando eſſemus in criminalibus,vt videtur ſentire Ripa in d. l. admonendi, Saly.& Roma. dum allegant text. in l. conſiliarios C.de aſſeſſ. Sed text. ille non habet locum in hoc:cùm loquatur in fugante officialem, meritò teneo contrariam partem, quòd iſta fuga officialis faciat ſemiplenam probationem d. §. ſed hoc, & ſequitur Ioan.Ant. de Nig.etiam, & declarat in d.c.132.ſub nume. 12.& hoc caſu defertur iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis.

¶ Quod quidem limitatur in officiali reducto ad carceres,ſecundum Roma.& Iaſ.in d.l.admonendi,Fely. in c. nullus de præſumpt. & Brunum in tract.de indiciis,q. 3.mouentur per §. neceſsitatem per eos citatum, id tamen Ripa in d. l.admonendi non admittit, & reſpondet ad dictum §.neceſsitatem, niſi probatum fuerit per iuramentum partis,& ille text. hoc modo intelligitur,ſecundum §.ſed hoc,ſupra citatum,quamuis fiat illi text.aliqua violentia.

SVMMARIVM.

1 *FVRIOSVS occidens aliquem, non punitur, nec tenetur de homicidio: quia fati infœlicitate excuſatur.*

2 *Furor ſuperueniens excuſat à pœna corporali delicti commiſſi ante furorem, non tamen confiſcatione bonorum: quia contra eum non poteſt formari proceſſus.*

3 *Furioſus factus poſt condemnationem non poterit puniri,vel in eum exequi ſententia, dummodò non conſtet de ſimulatione.*

4 *Furor qualiter probetur,remiſsiuè.*

5 *Furioſus non præſumitur quis, ideò allleganti ipſum furorem incumbit onus probandi.*

6 *Furor an probetur per teſtem non reddentem rationem dicti ſui,remiſsiuè. Et teſtis iſte deponens ſuper furore debet reddere rationem dicti ſui,etiam non interrogatus,aliàs non probat.*

7 *Peccans mortaliter dum eſt ſanæ mentis,ſi poſtea efficiatur furioſus,& moriatur in furore, dicitur mori in peccato mortali.*

OPINIO CCCXLIV.

1 FVRIOSVS occidens aliquem, nō punitur,nec tenetur de homicidio: cùm eum fati in fœlicitas excuſet, l.Diuus ff.de offic. præſ. & tradunt

omnes Doćto.in l.ex facto, ff.de vulga. & pupill. ſubſt.& in l.furioſum,C.qui teſt.fac.poſſ.

2 Ampliatur hoc in tantum procedere, vt furor ſuperueniens excuſet furioſum ipſum à pœna corporali delićti antea commiſsi,prius quàm efficeretur furioſus,non autem à pœna confiſcationis bonorum, ſecundum Bald.in l.humanitatis colum.12.C.de impub. & aliis ſubſtit. & in cap. 1.de eo, qui fratrem ſuum occidit, ubi Alua.& Imol. in c.Raynutius de teſtamen. & not. idem Bald.& Doćto.in d.l.furioſum in fin.& iſta eſt cōmunis opinio,vt per Iaſ.poſt Alexan.in d.l. ex facto,colum. 10. Bal. in c.ex literis de reſcript. Ripam in repet.l.fin.nume.229.C.de inoffic. teſta. & in d.l.ex facto nume.30.Carer.in praćt. crim. in traćta.de homicidio in §.6.fol.101.nume.14. Marcum Anto.Blanc.in praćt.crim.in c.incipiē. imbecillitate,nume.11.& Ioan.Brunell.in repe. c.1.de homicid.nume.66.poſt medium, quę repetitio poſita reperitur poſt relećtionem Couarruuias in Clem. ſi furioſus de homicid. & ratio iſtius communis uidetur iſta, ſecundum Doćto. præallegatos: quia non poteſt formari proceſſus contra furioſos. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam inclinauit Petrus Duen. in traćta. ſuarum reg. in reg. ætas, ſeu fragilitas in 3.ampliatione,per pulcherrima fundamenta,licèt ibidem ſuadeat non eſſe recedendum in conſulendo, & in aćtu praćtico à prædićta opinione Bal.cùm ſit communis.

3 Amplio hoc etiam procedere, ſi ante furorem fuerit condemnatus, ſecundum Doćt.citatos,& alios quamplures congeſtos per Carrer. in d.§. 6.nume.15.Sed ſi conſtaret de ſimulatione, benè poterit condemnari,& puniri, vt per Bald. in dicta l.furioſum; Vndè cauti, peritique iudices mirabili quodam artificio detegunt malitiam malefaćtorum fingentium ante condemnationem,& poſt,ſe eſſe furioſos.

4 Qualiter autem probetur ipſe furor? vide Barbac.in c. cùm dilećtus, de ſucceſſ.ab inteſta. col. 2.Iaſ.in d.l.furioſum colum. 1. Carrer.latè in loco ſupracitato,nume.16.& Mar.Ant.Blanc.in d. c.imbecillitate,nu.12.& ſeq.

5 Quia quis non præſumitur furioſus, ſecundū Bald. per illum text. in l.fin.C. de hæred. inſtitu. ideò alleganti incumbit onus probandi, vt per Bal.in l.nec ſi codicillos C.de codicil.& Card. in Clemen.1.de homicid.in 6.q.2.

6 Et an probetur ipſe furor per teſtem non reddentem rationem dićti ſui? vide Bal. declarantem in l.ſolam C.de teſtib.Paul.de Caſt.in d.l.furioſum,Carrer.in d. loco nume. 16. Marc.Anto. Blan.in præallegata praćtica crim. nume. 13. & Vrſillum in additio. Afflićt. in deciſio. 365. ſub nume.3.& Io.Bap.Ferret.conſi.107.num.14. volu.1. vbi firmat, quòd teſtis iſte deponens ſuper furore,debeat reddere rationem dićti ſui, etiam non interrogatus, aliàs non probet. Et iſtam cōcluſionem ita ampliatam limitat in quinque caſibus Carrer. in d.§.6.numero 13.cum aliis ſequen.

7 Hiſque accedit vnum notatu dignum, quòd ſi quis dum eſſet ſanæ mentis, commiſiſſet peccatum mortale,& poſtea efficeretur furioſus, & moreretur in furore, videt mori in peccato mortali,ſecundum Barto.in l.nunquam §.ſi vi.ff. de vſucap.per illum textum,quòd dićtum Barto. refert pro ſingulari Iaſ.in l.patre furioſo nume.41. ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iuris, licèt Brunel. in d.c.1. nume. 66. hoc deciſioni Theologorum relinquat, & Marcus Anto. Bardus in traćta.de tempore vtili,& continuo cap.18.nume.9. aſſerat,quòd uerè contrarium eſſe poſſet, vt iſte furioſus non moriatur in peccato mortali, in quo reperiebatur conſtitutus tempore furoris.

SVMMARIVM.

1 *FVRTVM etiam in gallina,imò in ouo, & penna committitur.*

2 *Furtum ſemper eſt peccatum mortale,tùm ſit contra dilećtionem proximi, dummodò id, quod furatur,non poſſit præſumi eſſe de uoluntate domini.*

3 *Subtrahens fœnum, vel pabulum de nocte è præſepio in Ciuitate Parmæ à quodam equo,ex ſententia iudicis bracchij pœnam ſubſtinet.*

OPINIO CCCXLV.

1 FVRTVM cōmittitur in gallina l.naturalem §.gallinarum,ff. de acquir. rerum dom. & §. gallinarum inſtitut.de rer.diuiſ.& conſequenter furans anſeres, & gallinas punitur, & datur aćtio furti pro huiuſmodi paruo furto,ſecundum Iacob.de Bel. in praćt.crim.in rubr. de fur. colum. 10. Bonifa. in traćta. malefi. in rubr. colum.3.Andr.de Iſer. & Afflićt.in conſtitu.ſuper inciſionibus colū.fin & in conſtitu. locorum baiuli colum. penult. & ibi Glo.in ver.De magno,& minori.

¶ Imò committitur furtum ipſum etiam in ouo,& in pennis,ſecundum Glo. in d. §. gallinarum, quam ſequuntur omnes Doćt. communiter,Tiraquel.in traćt. de iudicio in rebus exiguis ferendo in 94.not.fol.paruo 50.Franciſc. Marci, deciſio.264.nu.2.in 2.par.Dec.in c. de appellat. nu.8.de appel.Iulius Clarus in praćti.cri.lib.5.§. furtū,ver. Pariter etiā poſſet fur allegare, & Ioā. Ant.de Nig.ſuper cap. Regni in c.ad hoc de furtis n.20.vbi iſtā cōem luculenter declarat. *Cōis opin.*

¶ Contrariū uerò, & ruditer quidē voluit Zaſi.in lib.2.reſpon.c.26.nu. 3. cui reſpondet optimis,& realiſsimis fundamentis ſequendo, & corroborando antedićtam cōem opinio.Stephanus Forcatulus in auiario iuris ciuilis cap.11.nu.1.

¶ Et

¶ Et antedicta communis comprobatur etiã per tex. in c. vltimo fur. 14. q. vltima, vbi loquitur Hieronym. dicens, Fur autem non ſolùm in maioribus, ſed etiã in minoribus iudicatur; & quòd furtum eſt iniuſta oblatio rei, quantumcunq; parua ſit: quia in furto non quòd ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur.

¶ Hocque intelligendum foret quando voluntas eſſet talis, quòd etiam maiora ſubtraheret, ſi poſſet, vel quando ex oblatione paruæ rei dominus intelligeretur grauari, ſi quidem ſicut firmat Thomas 2.2. q. 66. ſi quis res minimas furtiuè accipit, per quas homo non reputat ſibi nocumentum inferri, & ille, qui accipit, præſumere poſsit hoc non eſſe contra voluntatem domini, excuſatur.

2 Aliàs furtum ſemper eſt peccatum mortale: quia contra dilectionem proximi eſt, cui infertur nocumentum; Vndè etiam in talibus minimis, ſi quis haberet animum furandi, & inferendi nocumentũ ſuo proximo, eſſet abſque dubio peccatũ mortale, vt concludit S. Thomas ibidem, & venerandus Frater Ioannes Aquilanus conciuis meus in ſermonibus quadrageſimalibus nuncupatis, lima vitiorum in ſermo. 39. qui ſequitur me non ambulat in tenebris q. 3. col. antepe. niſi damno prius, ſecundum arbitrium læſi, reſtituto 14. q. 6. c. comperimus.

3 Eſt benè verùm quòd ſæpe ſæpius fures iuſto Dei iudicio receperunt, & quotidie recipiunt, dũ furantur eorum mercedem: Legitur ergò ad propoſitum, quòd in Lombardiæ partibus apud Parmam Ciuitatem euenit, quòd receptus extitit in quodam hoſpitio nobilis quidam cum magna hominum comitiua, cumque equis prima noctis hora pabula fuiſſent data, famulus hoſtis clã ante equos pabula poſita furtiuè accipiebat, cumq; ad equum, cui nobilis ipſe inſedere ſolebat, veniſſet, manumq; ad pabulum applicuiſſet, equus ipſe furis bracchium dentibus ſtringens detinebat, cumq; latro ab equo ſe detentum ſentiret, ac præ nimio dolore clamaret, domicelli dicti nobilis vnà cum hoſpite occurrerunt, ſed nullo ingenio mentionatum furem de dentibus equi extorquere potuerunt, donec vicinorum aures huius rei negocium permonuit, ſicque factum eſt, vt delatus reus ad iudicem, confeſſoque crimine, mediante ſententia ad abſciſsionem manus damnatus extitit, teſte Fratre Iacobo de Ceſſulis in trac. de ludo ſcacchorum c. 6. de tabernarijs, & hoſpitãtibus in fin. ideò mirùm non fuit ſi pro tali paruo furto famulus iſte ad truncationem, ſeu ſciſsionẽ manus dexteræ damnatus extitit: quia forſan habita conſideratione per iudicem vltra furtum pabuli, ſeu annonæ equis prædictis ſubtractę de periculo, diſcrimineque uitæ dicti nobilis, in quod incidere facilè potuiſſet: quia equi fame laſſati aſcenſores eorum occaſione tali, quali in inimicorum manus incidentes perirent, & ſic tanti mali cauſa famulus eſſet. Et hoc idem perpetrãs alius famulus ita calce equi ſemel adeò percuſſus in facie, vt cicatrices cum impreſſione ferri, & clauorum in eo poſtmodum apparerent, quod ita euenire, & contingere poſsit omnibus furibus.

SVMMARIVM.

1 FVRANS cibaria neceßitate famis, vel veſtimenta nuditatis neceſſitate, nõ tenetur pœna furti, et excuſatur in utroque foro, dummodò ſufficientem non exceſſerit quantitatem.

2 Neceßitas extrema, quæ dicatur.

3 Furans ſi ab amicis, vel alijs inueniret victum, non excuſatur neceßitate.

4 Furans neceßitate, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, tenetur ad reſtitutionem, ſecundum vnam communem opinionem, licèt & altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis.

5 Furans rem alienam æquiualentem rei ſuę ab alio occupatam, non tenetur pœna furti, ſi aliter ipſam recuperare non poteſt.

6 Furans vſurarijs, fraudatoribus, raptoribus, & ſibi damnificantibus, aliud eiuſdem valoris ſimiliter non tenetur.

7 Furari creditor poteſt rem ſui debitoris tuta conſcientia, & ſine pœna furti propria authoritate.

8 Furans creditor debitoribus occultè non tenetur ſubtracta reſtituere, vel propalare, etiam ſi fiant monitoria, neq; ſcientes reuelare debent.

9 Furans bona meretricis, impunè furatur.

10 Furans in domo, in qua luditur tempore luſus, non tenetur: quia aduerſus eum actio furti non datur ad pœnã: nec ad rem furto ſubtractam.

OPINIO CCCXLVI.

1 FVRANS, ac ſurripiens cõmeſtibilia, & cibaria in extremæ famis neceſsitate cõſtitutus, ſeu ſubtrahens nuditatis neceſsitate veſtimẽta, vt quia infirmus eſt, & nõ poteſt quærere victum, vel careſtia eſt, excuſatur à pœna furti, tam in foro poli, quàm fori, dummodò ſufficientem non exceſſerit quantitatem, in c. diſcipulos de conſecra. diſt. 5. in c. ſi quis ext. de furt. per Archid. in c. pœnale 14. q. 5. Et ſic tempore neceſsitatis extremæ licitum eſt furari, & iſta eſt communis opinio Doctorum *Cõis opin.* teſte Cagnolo in l. quę propter neceſsitatem, nu. 3.5.7. & ſequen. ff. de reg. iur. & ita tenet etiã Abb. in fi. & Ana. circa fin. in c. 3. de furt. & Ang. in l. 2. §. cùm in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iact. Bonifa. de Vitel. in tract. malef. in rub. de furibus, & latronibus, num. 29. fol. paruo 90. Alex. de Neuo conſil. 103. num. 1. & ſeq. S. Antoninus Archiep. Floren. in ſua Summa in prima par. tit. 1. cap. 15. de furto, ſub uerſ. de furto in genere, vbi hoc vtiliter declarat, & in 2. part. eiuſdem ſummæ c. 15. de fur-

de furto colum 6.verſ. quòd ſi quis furatur propter neceſsitatem, Frater Iaonnes in ſua Summa Tabiena in 1.par.in verſ.furtum,num.7. Couarruuias in regula peccatum, de reg.iur.lib.6. in 2. par.§.1.fol.paruo 67.celeberrimus D.Cornelius Benincaſius Peruſinus in trac.de paupertate q.7. 11.ſpeciali num.20.cum alijs ſeq.fol.paruo 105. & Foller.in pragmatica de cenſibus in uer.Nicolaus Epiſcopus,nu.218.fol.127.in quibus locis infinitis prope authoritatibus approbant iſtam ſententiam,& fatentur communem eſſe.

2 Et aduerte, quòd neceſsitas extrema tunc dicitur, vbicunque periculum vitę imminet,cui aliter, quàm per iſtam acceptionem cibariorũ ſubueniri non poteſt,ut per Thom. in 2. 2. quæſt.66. articu.7.

3 Cæterùm ſi ab amicis,uel ab alijs petendo inueniret victum, & ob verecundiam non peteret, vtique non excuſaretur à furto ſubtrahendo ab alijs,vt voluit S.Anto.in d.c.15. ſub eodem verſ. quid ſi quis furatur propter neceſsitatem.

4 Sed iſte fur,qui propter ineuitabilem neceſsitatem aliena ſubtraxit, licèt prædicta licitè ſubripuerit, tamen ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, reſtitutionem ſubtractorum bonorum facere tenetur,ſecundum Abb.& omnes Canoniſtas cõmuniter,in c.ſi quis ext. de furt.& Cagnolum in d.l.quæ propter neceſsitatem,nu.8.alioſque quàmplures relatos per Couarruuias, loco de quo ſupra, vbi explicat iſtam eſſe communem ſententiam. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem,videlicet,quòd accipiens rem alienam in extrema neceſsitate conſtitutus, deueniensque poſtmodum ad pinguiorem fortunam, non teneatur reſtituere rem ſubtractam,& præſertim conſumptam, inclinauit Scotus in 4. ſententiarum, & Bartholomęus Fumus in ſua Summa Armilla in ver. Furtũ, nu. 10. fol. paruo 243. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Item licet alicui rem alienam furari æquiualentem,quando rem ſuam occupatam ab aduerſario opulenti, & potẽti aliter habere non poteſt, vt eſt Glo.in c.ius gentium, 1.diſt.& ita tenet Innoc in c.olim il 1.num.8.de reſtit.ſpol. Alex.cõſ. 135.num.1.uolum.1.& conſ.127.num.8.uol.4. Fely.in c.quoniam num.13.de ſimo. & in c. 2. de ſponſalib.in fin. Afflict. in conſtitut.Neap.lib.1. rub.7.num.36.Marſil.in ſing.177.& in ſua pract. crim.in §.conſtante,num.36.& ſeq.Foller.in d.loco,nume.116. Frater Ioannes Aquilanus ſupremus Theologus melius, quàm alius,quem hucuſque viderim in ſermonibus quadrageſimalibus in ſerm.39.qui ſequitur me non ambulat in tenebris q.3.col.antepen.

6 Vbi hoc ampliat procedere ſimiliter in uſura, fraudolentia, rapina, & alijs damnificationibus iniuſtè paſsis, vt quis tunc in conſcientia ab iſtis vſurarijs, & damna inferentibus aliud eiuſdem valoris furto ſubtrahere,ac accipere poſsit, & ſequitur etiam huiuſmodi ampliationem S. Anto. in d.c.15.2.par.ſub ver.de furto in genere,& Cotta in memorali, in verſicu. dolum bonum, circa finem.

7 Vbi tenet,quòd creditor poteſt furtiuè accipere propria authoritate rem ſui debitoris,& idem firmat Marſil.in d.§.conſtante nu.37.& Neuiz.in Sylua nuptiali lib.3.nume.43.vbi concludit hoc etiam in conſcientia licitum eſſe.

8 Imò ſi in eodem caſu poſt acceptionem occultè factam bonorum debitorum per ipſum creditorem fierent monitoriæ, non teneretur aliquo modo ea bona reſtituere, nec propalare, nec etiã alij hoc ſcientes tunc reuelare debent,ſecundum eundem Neuiza.ibi,cum alijs relatis per eum, & Bartholomæum Fumum in ſua Summa Armilla in ver.Furtum nu.15.fol.par.244.

¶ Sed præmiſſam opinionem ita,& taliter ampliatam vtiliter limitat, & declarat procedere in duobus caſibus S.Anton.in d.c.15. ſecunda par. ſuæ Summæ col.2.verſ.de furto in genere, & Raymundus in ſua Summa tractatu 8. de furtis c.6. in prin.fol.paruo.595.

9 Similiterque furtum impunè poteſt commicti in bonis meretricis,ut voluit Marſil. in repetit.l. vnicæ C.de rap.uirg.nu.88.& 52.

10 Necnon ex furto perpetrato per quoſcunque tempore,quo luditur in domo,in qua luditur,nõ datur,nec conceditur aliquo modo actio furti ad pœnam,nec ad rem furto ſubtractam l.1.§.prætor ait ff.de aleat. & not. Gram.deciſ.40.nu.6 & Foller. in pragmatica de cenſibus in rubr. Nicolaus nu.211.fol.127.vbi recitat alios caſus,in quibus furtum non eſt punibile,& Neuiza. ſimiliter vbi ſupra,& ſequitur etiam Barba.in c.1.de ſortilegijs,Corſet.in ſing.in uerb. Furtum, & Caccialupus in tract.de ludo fol.6.uer.Præterea,ubi per dictum text.teſtatur defendiſſe quendam nuutẽ poteſtatis in patria mea.

SVMMARIVM.

1 *ACTIO ciuilis,& criminalis contra furẽ intentari poteſt, ſed ciuilis pro priuata, criminalis verò pro publica vtilitate intentatur.*

2 *Fures ad dupli interdum, & interdum ad quadrupli pœnam condemnantur.*

3 *Iudex in eodem iudicio,inſtantia,& ſententia,& ad pœnam mortis, & rei furtiuæ reſtitutionem furem condemnare debet:aliter non condemnans modo prædicto tenetur de ſuo proprio.*

4 *Pœna quadrupli in foro poli contra fures non eſt permiſſa.*

5 *Fures in foro poli tantùm ad ſubtractorum bonorum reſtitutionem tenentur,& non furi.*

6 *Furans,vel iniuſtè occupans,ſi res furto ſubtracta, vel iniuſtè occupata perierit ſine culpa furis, vel iniuſti ocupatoris tenetur tamen ad æſtimationem, etiam in foro poli.*

7 Fur

7 *Fur puniri debet pœna furti, etiam ſi poſt commiſſum furtum pœnitentia ductus rem furtiuam domino reſtituat.*

8 *Raptor reſtituens rem raptam ante iudicium motum, non liberatur à pœna.*

9 *Gabellarius auferens alicui rem non prohibitam, & gabellæ minimè ſubiectam, ſi illam reſtituat ante quam conueniatur, non euitat ob hoc aliter pœnam.*

10 *Furtum receptans non euitat pœnam, etſi illud reſtituat, quamuis ſecus ſit in ſeruo fugitiuo.*

11 *Pœnitentiæ an locus ſit aliquando in delictis, remiſſiuè.*

OPINIO CCCXLVII.

1 FVRTA ita, & taliter leges, & iura abhorrent, vt contra fures actiones ciuiles ad utilitatem priuatam, & criminales pro bono publico inducere curauerint; & ſic aduerſus fures ciuiles, & criminales actiones competunt, l.l. citatio, §. quòd illicitè, ff. de publicia. & l. fina. ff. de furt. & per Dec. conſ. 520. col. 1. & optimè per Reuerendum Fratrem Ioannem conciuem meum in ſermonibus quadrageſimalibus, nũcupatis lima vitiorum in ſerm. 39. de furto q. 2. col. 2. & Fratrem Ioannem Tabienſem in ſua Summa Tabiena in 1. part. in ver. Furtum §. 2.

2 Si quidem contra fures agitur aliquando petendo pœnam dupli, & aliquando quadrupli, §. dupli, & §. quadrupli, inſtit. de actio.

3 Ideoque ſi aliquem furem condemnari contingerit ad mortis pœnam uigore cap. Regni, incipien. ad hoc quod noſtrorum, iudex in eodem iudicio, inſtantia, & ſententia condemnare debet, & tenetur ipſum accuſatum de furto ad pœnam mortis, & ad rei furtiuæ reſtitutionem, vt eſt cautum in cap. Regni, ſi de furto, & ibi Andr. de Iſer. in ſcholijs in verb. de ipſa criminatione quęſitum, & ante dictum cap. voluit Glo. & Bart. & l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. & Innoc. in c. cũ oportet, ext. de accuſat. aliter iudex ipſe tenetur de ſuo proprio. Caue igitur cùm eris iudex in caſu iſto in iudicando, diffiniendouè negocia, ne erres.

4 Verùm prædicta pœna quadrupli in foro conſcientiæ non eſt permiſſa, ſecundùm Gloſ. in cap. fraternitatis, 12. q. 2. quam ſingularem eſſe ſcripſit Iaſ. in l. vt uim, nu. 22. ff. de iuſt. & iur. Matthe ſil. ſing. 23.

5 Et hinc Bal. in l. poſt deciſionem, C. de furt. & & in alijs locis relatis per Dec. in c. quoniam contra, num. 129. de probat. dixit quòd fures in foro poli dumtaxat ad reſtitutionem bonorum furto

Cõis opin. ſubtractorum tenentur, & iſta eſt communis opinio, teſte Gomeſ. in §. ex maleficijs, nu. 14. inſtit. de actio. cui conſentit Frater Ioannes Tabienſis d. Summa Tabiena in uer. Furtum ſub numer. 2. in 1. par.

6 Et dato quòd res iſta furto ſubtracta, & iniuſtè occupata abſque culpa furis, ſeu violenti occupatoris perierit; nihilominus fur tenetur ad æſtimationem dictæ rei peremptę etiam in foro cõſcientię, & animę, ſecundum Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. Syluest. in uerſ. Furtum, . 16. Glo. Anchar. in 5. oppoſit. & Couarruias in reg. peccatum, de regu. iur. lib. 6. vbi in 2. par. §. 6. nu. 1. & ſeq. fol. paruo 153. declarat iſtam opinionem, & explicat cum ea omnes ibi communiter tranſire. Cõis opin.

7 Imò fures ipſi videntur ita, & taliter legibus exoſi, vt ſi pœnitentia ducti poſt patratum furtũ reſtituerent rem furtiuam, furtoque ſubtractam domino, minimè euitarent pœnam furti, l. ſi ea mente, & ibi Bart. ff. de furt. & in l. ſed ſi vnus §. ſi ea mente ff. de iniurijs.

8 Et quemadmodum fur punitur non obſtante reſtitutione facta de re furata, ita etiã raptor reſtituens rem raptam per eum ante iudicium motum, non liberatur à pœna, l. penult. ff. de vi bon. rapt. & Glo. in c. quod ſicut §. fin. de elect.

9 Et ſimiliter publicani, ſeu gabellarij auferentes res non prohibitas alicui, ſi illas reſtituerẽt ante quàm conuenirentur, non vtique euitarent pęnam, ſed puniri deberent: arg. l. pen. ff. de vi bon. rapt. & ita firmant Doct. omnes communiter, atteſtante Ang. de Perig. in l. ſi multi, de pub. contra Bart. in l. hoc edicto eod. tit. & in d. l. ea mente contrarium aſſeuerantem. Cõis opin.

10 Nec non furtum receptans, pœnam minimè euitat, licèt illud reſtituat, quamuis ſecus ſit in ſeruo fugitiuo, l. 1. & ibi Bar. ff. de ſeruo cor.

11 Et an ſit locus pœnitentiæ aliquando in delictis, vide Doct. declarantes, & hoc planum facientes, & potiſsimùm Ioan. de Port. in l. ſi inſulam ff. de verb. oblig. & in l. quamuis, & ibi Doct. & præſertim Roma. ff. de in ius voc. Glo. & omnes in l. Imperialis C. de nupt. Bar. in auth. ſed nouo iure C. de pœna iud. qui malè iudic. Bal. in l. ſi quis nõ dicam rapere C. de epiſc. & cler. & in l. 1. & l. 3. C. de ſer. fug. & Pau. Caſtren. in l. qui fidem de tranſactio.

SVMMARIVM.

1 *GERVNDIA de ſui natura non important neceſsitatem, ſecundum magis communem opinionem.*

OPINIO CCCXLVIII.

1 GERVNDIA neceſsitatem important, ſecundum Glo. in rub. C. de eden. Ioan. Fabr. in rub. inſtit. de act. & Caſtrenſ. conſ. 41. nu. 8. & 17. Sed Bar. in d. rubr. C. de eden. inclinauit in cõtrariam ſententiam concludendo gerundia ipſa de ſui natura non importare aliter neceſsitatem, quem ſequuntur omnes

Cõis opin. omnes ibi,& Iaſ.in d.rub.nu.28.de actio.& Ozerius in rub.inſtit.de hæred.inſtit.num.3.qui perhibent Gloſſ. prædictam ſentientem contrarium communiter ab omnibus Scribentibus reprobari;& ſic opinio Bar.& ſequacium magis communis,& magis vera,tutaque apparet,teſte Cagnolo cum alijs aggregatis per eum in d.rub.de edẽ. num.49.cum alijs ſeq.vbi vtiliter hoc reducit ad practicam ponendo aliquas quæſtiones quotidie contingentes.De participio verò poſuimus infra in Opinio.in ver.Participium.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX nec in iudicando, nec in conſulendo ab opinione Gloſſę recedere poteſt: quia communis habetur.*

2 *Gloſſa omnes alias authoritates antecellit.*

3 *Gloſſa nihil allegans non eſt tenenda: quia ei fides non adhibetur.*

4 *Gloſſæ authoritas non eſt neceſſaria, ſed magiſtralis.*

5 *Doctoris authoritas probabilis dumtaxat eſt, & non neceſſaria, ſecundum communem opinionem. Quòd ampliatur hic,& limitatur remiſſiuè.*

OPINIO CCCL.

1 GLOSSAE opinio communis cenſetur,& ab ea in iudicando, conſulendoque iudices recedere non poſſunt, ſecundum Iacob.Butrig.in l.1.C.qui pro ſua iuriſd.&Bal.in l.quanquam,C. de ſentent.quæ ſine cert.quant.& in l.hæreditas, C.depoſi.

2 Imò Gloſſa ſolet eſſet talis, tantæque præheminentiæ,& authoritatis, vt abſque dubio aliquo omnes alias authoritates antecellat, ſecundum Bar.in l.vt vim,num.8.ff.de iuſt.&iur.Abb. in c.1.de conſtit. Bertr.conſ.115.num.24.vol.2. Zaſi.conſ.3.num.63.lib.2.Iaſ.num.34.Dec.eod. num.& Claud.Aquen.in lectura,1.nu.334.in d. l.vt vim.

3 Sed hoc non eſt ſimpliciter credendum opinionem Gloſſę fore communem,& ſequendam:quia Gloſſæ nihil alleganti fides adhibenda non eſt,ſecundum Bar.in l.nemo,C.de ſenten.& argum.l. illam C.de colla.

4 Cõis opin. Eius enim authoritas non eſt neceſſaria, ſed magiſtralis,vt per Ioan.Andr.& alios communiter in c.2.de reſcript.& opinionem iſtam,quòd Doctoris authoritas dumtaxat probabilis ſit, & non neceſſaria dicit communem fore, ponitque pro regu.cum ampl.Petr.Duen.in regula 66.Authoritas Doctoris, & hoc huberius, ac commodius ſcripſimus, & docuimus infra in Opinione, Iudex in iudicando non poteſt recedere, circa finem.

SVMMARIVM.

1 *GRATIA ex certa ſcientia Principis probari poteſt per teſtes. Quòd equidem limitatur infra remiſſiuè in quinque caſibus.*

2 *Gratia conceſſa motu proprio per teſtes probari non poteſt.*

OPINIO CCCL.

1 GRATIA ex certa ſcientia Principis probari poteſt per teſtes,ſecundùm Gloſſ. fina. in Clem. ſecunda de reſcrip. Bellame.deciſ.746.licèt obſeruet poſt prin. Lamber. in tract.iuriſpat.in art.15.q.9. 3.par.lib.2.nu.3.Rotam Rom.deciſ.332.num.1. licèt Romana Curia in no. ſecundum antiquam impreſsionem deciſ.27.titu. 1.de conſtit.Felyn. Dec.num.46.& ſeq.Beroum ſub numer.83.cum alijs ſeq.& Mantuam num.25.& ſeq.in rubr. de conſtit.Caſſad.deciſ.20.num.2.in tit. de præben. & ſuper regula cancell.35.num.2.fol.55.&ſuper dictis regulis in titu.de reſeruationibus deciſ.1.n. 2.fol.78.Marſil.in repet.rub.C.de probat.nume. 35.& ſeq.& Boer.latiſsimè in tract.de poteſt.leg. à latere in 1.q.ſub num. 78. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

2 Quæ quippè limitatur in motu proprio: quia gratia conceſſa motu proprio per teſtes probari nequiret,ſecundum Glo.fin.in c.ſi motu proprio de præben.lib.6.& Rota Rom.in antiq.deciſ.130. & Beroum in d.rubr.de conſtit. nu.88. vbi tradit quinque alias vtiles limitationes ad dictam communem.

SVMMARIVM.

1 *HAERES, qui hæreditatem adire vult ſine periculo intra triginta dies à die ſcientiæ,inuentarium inchoare debet,& intra alios 60.dies complere.*

2 *Hæres niſi intra triginta dies inuentarium inchoet, licèt intra 60.perficiat,tamen non valet, & hæc eſt magis communis opinio,licèt altera opinio contraria ſit ſimiliter communis.*

3 *Hæres intra prædictum tempus tenetur conficere inuentarium,ſi bona hæredis reperiantur in eodem loco, vel parùm diſtanti,ſecus verò ſi tota hæreditas,uel maior pars hæreditatis in eodem loco non ſit,tunc enim intra annũ inuentarium hęres inchoare,& cõficere põt.*

4 *Hæredi tempus conficiendi inuentarium incipit currere à die aditæ hæreditatis, & ſic à die ſcientiæ delatæ hęreditatis. Quod procedit, quando hæres eſſet ſine culpa,malitia,& dolo.*

5 *Hęres licèt non proteſtetur poſt aditam hęreditatem intra 30.dies de confectione inuentarij,poteſt tamen ipſum conficere infra alios 60.*

6 Hæres

6 *Heres debet in inuentario diſcribere bona quæcunque, quę in domo teſtatoris ſunt, tam mobilia, quàm immobilia etiam non ſua.*

7 *Hęres non debet ponere in inuentario fructus poſt mortem defuncti, ſed debet illos inſcribere in libro rationũ.*

8 *Hęres ſi doloſè omittat rem quantumuis minimam in inuentario, punitur in duplum rei omiſſę, & perdit Falcidiam, & Trebellianicam: ſed valeret inuentarium.*

9 *Vſufructuarius occultans res hęreditarias, ne deſcribi poſſint, cadit ab vſufructu.*

10 *Hęres intra tempus conficiendi inuentarium à creditoribus conueniri non poteſt. Sed hoc fallit in relictis ad pias cauſas.*

11 *Hęres intra tempus conficiendi inuentarium alios conuenire poteſt.*

12 *Exceptio non confecti inuentarij impedit litem conteſtari.*

13 *Legatarius, ſeu quilibet creditor, ſi dicat, opponatq; plura bona, quæ oſtenduntur per hęredem eſſe in bonis teſtatoris, debet iſtud probare.*

14 *Hęres ſi exhibeat patrimonium teſtatoris in iudicio, & dicat nil aliud eſſe, niſi contrarium probetur, ſtatur eius aſſertioni.*

15 *Inuentarium non tenet, quando non eſt legitimè confectum, vel factum eſt ſine ſollemnitatibus, quæ debent adhiberi.*

16 *Mulier non habet reſtitutionem in integrum ad conficiendum inuentarium.*

17 *Mulier habet reſtitutionem in integrum in Regno Neapol. ad inuentarium conficiendum.*

18 *Mulier in Regno Neap. indifferenter reſtituitur, quando lęſio eſt in promptu ex aliquibus omiſsis, vel productis, & non probatis in iudicio.*

19 *Hęres debet omnes creditores, & omnes ad quos pertinere putauerit in confectione inuentarij conuocare, & citare, ad hoc vt valeat inuentarium.*

20 *Creditores per publicum proclama citandi ſunt ad confectionem inuentarij nominatim, vt ipſis ſit cautela, & inuentarium teneat.*

21 *Citantur creditores, legatarij, fideicommiſſarij, & alij ſuper confectione inuentarij ſemel tantùm, & ſufficit, nec interueniunt tres citationes.*

22 *Creditores incerti vocandi ſunt per proclama in locis ſolitis determinata die, hora, & loco.*

23 *Creditores abſentes aliter citari non debent in confectione inuentarij.*

24 *Creditores, licèt ſint abſentes, tamen ſi ſunt ſub iuriſdictione illius loci, in quo conficitur inuentarium, debent citari nominatim ſpecialibus, & non generalibus citationibus.*

OPINIO CCCLI.

1 HAERES volens adire hæreditatem defuncti abſque eius periculo tenetur inchoare inuentariũ intra triginta dies à die ſcientiæ, l. fin. §. ſin autem dubius, C. de iure delibe. & inuentarium ipſum intra alios complere, perficereque tenetur.

2 Et conſequenter, ſi inuentarium ipſum non inchoaretur infra 30. dies per hęredem, licèt poſtea perficeretur infra alios 60. dies, vtique non valeret, nec teneret, ſecundum Ang. & Alberi. in d. l. fin. §. ſi verò poſtquam, Vitalem in tract. clauſularum, in clauſula, nil nouari inuentarij cõfectione pendente col. 2. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de inſt. edit. in fin. ver. Item poſtquam ſumpta occaſione ex dicto Gulielmi Durandi dicentis, Hoſtien. in c. Raynaldus in fin. de teſta. Ioã. Fabrum num. 5. & Ang. de Aret. num. 4. in §. extraneis inſtit. de hæred. qual. & diffe. Dec. conſ. 633. conſului ſuperioribus diebus nu. 2. & 9. Bellonum conſ. 68. num. 4. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opi- *Cõis*
nionem; idemque fatetur apoſtilla ad Guid. Papę *opin.*
in tract. de inuentario ſub num. 17. in litera A, & Cornelius Benincaſius in tract. de paupertate q. 9. nu. 18.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd licèt inuentarium inchoatũ non ſit infra 30. dies; nihilominus, quòd ſufficiat inchoari tranſactis dictis 30. diebus, & compleri, perficiq; infra alios 60. dies, inclinauerunt Cyn. Bar. Bal. Saly. Caſtrẽ. & Iaſ. in d. l. fin. §. 1. Guid. Papæ q. 171. & in d. trac. de inuentario infra menſem, & Guilie. Benedict. in c. Raynutius de teſtam. in ver. mortuo itaque teſtatore il 1. num. 401. & Bal. conſ. 383. quęritur, an ſignum crucis num. 7. vol. 1. Fabius Monteleo. in ſua praxi ſuper quatuor literis arbitrarijs in 4. par. q. 5. nu. 206. fol. 148. & Roland. à Valle conſ. 73. viſo inuentario confecto nu. 20. & ſeq. volum. 2. Et iſta apparet communis opinio, vt innuit *Cõis*
etiam Caſtren. in loco præcitato, & Monticulus *opin.*
etiam in tracta. de inuentario hæredis poſt decimum, & vltimum membrum, ſeu quæſtionem n. 40. fol. paruo 127. vbi poſt Corn. in d. l. fin. meminit, quòd ita communiter practicatur. Et hæc opinio magis communis, magis ſubſtentabilis, magiſque æqua, & tuta in deciſiuis, actuuè practico dignoſcitur ex teſtimonio Franciſci Burſati conſ. 96. ſequitur teſtamentum magiſtri Iacobi nu. 4. vol. 1. & ex ſcriptis, & rationibus mentionatorũ Doctorum, ſecundùm quam ſententiam religioſè more ſuo iudicauit D. Bartholomæus de Gorioſtriola Hyſpanus iuriſconſultus excellentiſsimus, & ſubtilitate, præſtãtia, ac conſilij integritate, infalibiliq; iudicio celebratiſsimus, exiſtens Iudex Curiæ noſtræ Aquilanæ de præſenti anno 1573. in facti contingentia, in cauſa vertente coram eo inter Magnificum Mutium Piccolum, & Magnificam D. Catherinam de Picis, & pro Piccolo prædictam opinionem ſequendo conſuluit D. Ioſephus de Ruſticis, vir quidẽ eminentis ſciẽtiæ conciuis meus in conſ. incip. duo videtur, vbi latè hanc opinionem diſputando ſubtiliter comprobat.

3 Quæ communis ita amplexa de plano procederet, vbicunque bona reperirentur in eodem loco, & ſic in domicilio hęredis, ſeu parùm diſtanti, ſecus

ſecus ſi tota hęreditas, vel maior pars reperiretur alibi, tunc enim infra annum poſſet inuẽtarium
Cõis inchoari, & perfici, ſecundum Bar. Bald. & omnes
opin. alios in d. l. fin. §. ſin autem à locis, & Bertachi. in ſuo repertorio in ver. inuentarium debet inchoari per hæredem intra menſem, & Monticulum in d. tract. de inuentario hæredis in ſeptimo principali membro, ſeu quæſtione ſub numer. 35. fol. paruo 50.

4 Sed aduerte, quòd tempus coficiendi inuentarium, & conſequenter 30. dies inciperent currere à die aditæ hęreditatis, & non prius, & ſic tempus hoc à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, & aditionis currere deberet, vt voluerunt Glo. Bar. & alij omnes in d. l. fin. §. cùm igitur, Ang. in tract. de teſta. Glo. 102. verſ. qui B. ſciens col. 1. uerſ. & debet dictum inuentarium, Cuma. conſ. 43. Bart. in l. ſi in diem in fin. ff. de condit. & demonſtr. Guid. Papæ in tract. de inuentario num. 14. & in d. deciſ. 571. & Franciſ. Porcellinus in tract. de inuentario c. 3. num. 11. Et iſtam opinionem ſequuntur quoque,
Cõis & profitentur communem Bertran. conſ. 123. vi-
opin. ſis dubijs ex parte nobilis, & generoſi viri nume. 6. vol. 7. & conſ. 284. multi ſunt conſultationis articuli num. 1. vol. 8. Dilectus in tract. de arte teſtã di tit. 11. caute. 8. ſub num. 2 & magis communẽ Dec. in d. conſ. 633. num 2. & ſeq. Soc. Iun. conſil. 19. col. pen. vol. 3. Bellonus conſ. 65. numer. 15. & Franciſ. Maruphus ibi in ſubſcriptione in conſil. ſeq. num. 6. & Rolan. à Valle in d. conſ. 73. nu. 16. & ſeq. quæ communis ſententia abſque ſcrupulo aliquo procederet, dummodò hæres non eſſet in culpa, malitia, vel dolo: tunc enim, ex quo diſtulit malitioſè hæreditatem adire in aliorum præiudicium, currit tempus ante aditam hæreditatem, vt aduertit Dec. cum alijs aggregatis per eum in d. conſ. 633. ſub num. 5. & Rolan. à Valle copioſiſſimè in d. conſ. 73. nu. 34. & ſeq.

5 Et ſimiliter lectorem admonitum eſſe deſidero, quòd iſte hæres ſimpliciter, expreſsè, vel tacitè adiens hęreditatem defuncti infra tempus ſtatutum ad conficiendum inuẽtarium, tunc, datò quòd non proteſtetur de confectione inuentarij, nec aſſerat, quòd dubius ſit de iuribus hæreditarijs; nihilominus poſſet infra tempus præmiſſum juris ſibi conceſſum inuentarium conficere, non obſtante omiſsione proteſtationis, ſecundũ Saly. Caſtren. & Alex. num. 3. in d. l. fin. Io. And. in add. Spec. in tit. de teſt. in rub. col. 2. Io. de Imo. in l. 1. §. hæc ſtipulatio in fin. ff. ſi cui pluſquã per leg. Fal. quicq̃d dixerit Barbat. in d. c. Rainaldus col. 4. & ita cõſuluit Pau. Caſt. conſ. 212 paſſus de quo quęritur, tangitur per D. Angelum, & Ioan. de Imol. in eius conſ. incip. Io. contra Bulgarinum, & Bertran. cum alijs ſignatis per eum, conſ. 95. viſo inſtrumento contracti matrimonij per verba de futuro nume. 7. & ſeq. vol. 2. vbi oſtendit iſtam eſſe
Cõis communem opinionem, & Monticulus etiam in
opin. d. tract. de inuentario poſt decimum, & vltimum membrum num. 174. fol. paruo 155. & ita iudicauit iuſtiſsimus D. Thomas de Sico, vir equidem acris iudicij in Curia noſtra Aquilana de anno 1571. in negocio tunc agitato inter mentionatos dominos Mutium Piccolum, & Catherinam de Picis.

6 Item hæres ipſe tenetur deſcribere, ſeu deſcribi facere in inuentario omnia bona defuncti tam mobilia, quàm ſtabilia, & alia omnia, quæ reperiebantur penès teſtatorem, etiam quòd non eſſent ſua d. l. fin. vbi Bal. col. 6. Paul. Caſtren. Iaſ. in verſ. tertiò requiritur, & alij communiter, Angel. Cõis
Paul. Caſtren. Roma. Alex. & Imol. in l. ſi de eo §. opin.
fortè ff. de acquiren. poſſeſ. & Dec. in d. conſ. 633. num. 10.

7 Sed hoc non procederet in fructibus recollectis poſt mortem defuncti, qui deſcribendi non forent in inuentario, verùm poni deberent per hæredem in libro rationum, ſecũdum Ang. Alex. colum. 3. in d. l. fin. C. de iure delib. & Bertran. in d. conſil. 123. nu. 2. qui ait iſtam opinionem veriorem eſſe.

8 Ideò ſi hæres doloſè vnam rem dumtaxat quãtumuis minimam hæreditariam occultaret, nec eam in inuentario poneret, ſeu conſcriberet, & hoc probaretur, puniretur in duplum valoris rei omiſſæ, perderetque Falcidiam, ac Trebellianicã in totum ex legatis, & fideicommiſsis detrahendam: ſed ualeret inuentarium, ſecundum Bartol. conſ. 154. num. 7. Ang. in l. Paulus ff. ad leg. Falc. Roma. conſ. 276. nu. 8. Vitalem in tract. clauſularum, clauſula 41. nu. 38. & 44. Et iſta eſt commu- Cõis
nis opinio, vt prædicant Alex. num. 4 & Iaſ. num. opin.
3. in d. l. fina. §. licentia, C. de iure deliber. Gratus conſ. 17. in fin. uol. 2. Bellonus conſ. 30. num. 6. & Dilectus in d. caut. 8. ſub num 2. vbi ponit omnia alia remedia, quæ neceſſariò obſeruare debet hęres in confectione inuentarij ad euitandum euitanda, & ſic nullitatem ipſius inuentarij.

9 Et hoc idem ait procedere in uſufructuario occultante res hæreditarias, ne deſcribi poſsint, vt ſimiliter cadat ab vſufructu, Natta conſ. 477. de quatuor quæritur pertinentibus ad vſumfructũ nu. 11. vol. 2.

10 Sed aduerte, quòd hæres ipſe, licèt intra tempus mentionatum ei conceſſum ad conficiendũ inuentarium à creditoribus conueniri non poſſet, ſecundum Bar. in d. l. fin. §. donec C. de iure delib. Iaſ. in §. fuerat num. 61. inſtit. de act. Bart. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Cappel. Tholoſ. q. 257. & Boer. deciſ. 10.

11 Nihilominùs hoc fallit in relictis ad pias cauſas, & ſic in pijs cauſis inuentario etiam nondum confecto poteſt hæres conueniri à legatariis, vt firmauere Angel. & Imol. in l. hæc ſtipulatio, ff. vt leg. no. cau. Bal. in repet. l. 1. in 9. q. C. de ſacroſan. eccleſ. Iaſ. in l. eam quam col. antepenul. C. de fideicommiſſ. & Richard. Cyn. & Bald. in dicto §. Donec.

¶ Limitatur etiam hoc ſecundo loco, vt memorato hęredi permiſſum ſit interim alios conuenire,

nire, vt voluerunt Barto. & omnes alij communiter in d. §. donec Boer. deciſ. 53. nume. 4. & Guid. Papæ queſtio. 571. numero. 8. & Petr. Duen. in regu. 367. exceptio inuentarij numero 2. vbi hoc declarat, & ponit pro regula cum limitationibus.

12 Quòd exceptio non confecti inuentarij impediat litem conteſtari.

13 Aduerte quoque, quòd ſi legatarius, ſeu quilibet creditor teſtatoris opponeret, aſſereretque plures res, ac bona in hæreditate ipſius teſtatoris eſſe, quàm ea, quæ per hæredem oſtenderentur: tunc dictus creditor ita excipiendo, ac opponendo hoc probare teneretur, eique incumberet onus probandi; Et ſic ſi hęres exhiberet in iudicio patrimonium teſtatoris, diceretque non eſſe alia bona in hęreditate, & creditores, & legatarij contradicerent: tunc certè ſtaretur eius aſſertioni, niſi probaretur alia bona extare, ſecundum Gloſſ. in l. cùm de lege, ff. de prob. quam ſequuntur Barto. Bal. Iaſ. & alij in d. l. fin. §. licentia, Ang. in l. qui mutum §. 1. ff. de acquiren. hæred. Caſtren. conſil. 112. volu. 1. & in l. maritus, la 2. ff. ſolut. matr. Aret. conſilio 120. in fin. Roma. conſi. 222. in fin. Alex. conſil. 35. colum. 1. volu. 4. & conſ. 55. colū. fin. volu. 1. Guid. Papæ deciſio. 142. Bar. in l. conficiuntur §. codicillis, ff. de iure codicil. Iaſ. conſilio 34. volu. 1. & in l. cùm ex cauſa in fin. ff. de re iud. Curt. Iun. conſ. 150. poſt nume. 10. Gozad. conſ. 94. colum. 7. Grauet. conſ. 2. ante nume. 11. & conſ. 218. colum. 1. & iſta eſt communis opinio, vt narrant Curt. Sen. conſ. 27. & Ripa in c. cū eccleſia Sutrina num. 84. de cauſa poſſeſ. & propriet. Monticulus in d. tract. de inuentario hæredis in princ. nume. 44. & ſequen. fol. paruo 12. & Alciat. in tract. de præſumpt. in reg. 3. pręſumpt. 28. Et licèt Iaſ. in d. §. licentia, & Sigiſmun. Loffredus conſilio 32. numero 9. & ſequen. concludant dictam Gloſſ. procedere, vbicunque adeſſet pro ea aliqua præſumptio, vt cōfecto inuētario, *Cōis opin.*

14 Nihilominus illa Glo. procederet, ſiue pro ea ſtaret præſumptio, ſiue non, ſiue confectum ſit inuentarium, ſiue non, & in hoc eſt communiter approbata, vt per Curt. Sen. in d. conſ. 27. & Ripam in d. c. cùm eccleſia nume. 83.

15 Similiter aduerte, quòd inuentarium ipſum non valeret, nec teneret aliquo modo, quando non reperiretur legitimè confectum, & deeſſent ſolēnitates ad inuētariū prędictū requiſitę, ſecūdū Bar. & alios oēs cōiter in d. l. fi. C. de iur. delib. per tex. ibi, vbi ipſę ſolemnitates enumerantur. *Cōis opin.*

16 Ideò nec mulier ſuper hoc releuaretur, vt poſſet in integrum reſtitui ad conficiendum huiuſmodi inuentarium: quoniam mulieribus hoc caſu non concederetur talis reſtitutio, vt voluit Bald. in dicta lege fina. in princip. quæſtio. 3. Barto. conſilio 154. maritus fecit hæredem, & Alexand. in l. iuris ignorantia, C. qui admitti, & dicam infra in proxima ſequenti Opinio. Hæres non conficiens inuentarium circa fin.

17 Sed in Regno Neapolita. obſeruatur contrarium, conceditúrque antedicta reſtitutio in integrum mulieribus in iudiciis, Conſtitutio. obſcuritatem legis Diui Regis Rogerij aui noſtri libro 2. titu. 44. vbi And. de Iſer. Afflict. & alij, & ita in facti contingentia iudicari vidimus in curia noſtra Aquilana de anno 1571. per antedictum D. Thomam de Sico in cauſa tunc vertente inter magnificam Iuliam Stellam, & Proſperum Romanellum.

18 Imò mulieres ipſæ indifferenter reſtituuntur, quando læſio eſt in promptu ex aliquibus omiſsis, vel productis, & non probatis in iudicio, & ita obſeruatur in magna Curia Vicarię, vt teſtatur Gloſſ. in dict. Conſtitutio. obſcuritatem in fin.

19 Item nota, quòd hęres in confectione inuentarij debet omnes creditores hęreditarios, ac omnes, qui ſua intereſſe putauerint conuocare, & ſic omnes creditores ipſi certi nominatim neceſſariò perſonaliter, vel domi in dicta confectione inuentarij citari debent, aliàs non valeret inuentarium, ſecundum Bal. in authen. ſed cùm teſtator nume. 5. C. ad leg. Falc. Anchara. & Gemi. in c. fin. in fin. de elect. in 6. Bar. Bald. Salyc. Alex. & cæteros omnes in dicta l. fin. in princ. Bald. in terminis in auth. ſi omnes nume. 12. C. ſi minor ab hęred. ſe abſt. Ange. conſilio 193. pro deciſione quæſitorum colum. 2. Sigiſmun. Loffredum d. conſilio 32. nume. 8. & Dec. conſilio 251. in cauſa magnificæ Dominę nume. 5. vbi affirmat iſtam eſſe veram, & communem opinionem, & Alciat. etiam, vbi reddit rationem iſtius communis conſilio 43. dubitationibus viſis nume. 7. & ſeq. tomo 2. lib. 6. fol. 128. & Grauet. conſ. 89. nume. 6. vbi perhibet iſtam eſſe ueriſsimam, ac communem opinionem. *Cōis opin.*

20 Et dat cautelam creditoribus ipſis citandis nominatim, quando vocarentur per proclama, vt tacerent: quia inuentarium, tanquam nullum, nulliterque confectum ei aliquo modo non pręiudicaret.

21 Et in hoc caſu ſufficeret vnica citatio contra creditores, legatarios, fideicommiſſarios, & alios, nec interuenire deberent aliquo modo tres citationes, vt uoluit conſulendo Bertran. d. conſilio 123. ſub nu. 4. & ſeq. & ita vltra bis obſeruari vidimus in practica.

22 Incerti uerò creditores per publica banna, ſeu proclama in locis ſolitis, & conſuetis emittēda, ſeu publicanda pro determinata die, hora, & loco uocandi eſſent, vt voluit Bar. conſ. 154. maritus col. 1.

23 Sed abſentes creditores citandi aliter non forent, ſecundum communem opinionem omnium Doct. in d. l. fi. relatam per Loffredum in d. conſ. 32. ſub nu. 8. *Cōis opin.*

24 Vbi cōſulēdo determinat poſt alios quāplures Illuſtres Doct. aggregatos p eū hoc nō procedere, qn̄ creditores reperirent in iuriſdictiōe illius

loci, in quo eſſet conficiendum inuentariũ, & ſic ſi eſſent extra Ciuitatem ſub iuriſdictione ipſius Ciuitatis venirent citandi nominatim mediantibus certis, & ſpecialibus literis citatoriis, non autem generalibus, & per proclamata, & ita concludit etiam Dec. in d. conſ. 251. ſub nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *HAERES non conficiens inuentariũ, non tenetur in foro conſcientiæ creditoribus hæreditariis ſatisfacere.*

2 *Hęres adiens hęreditatem ſine inuentario in foro iudiciali, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit, tenetur etiam vltra vires patrimonij creditoribus ſatisfacere.*

3 *Hęres per non confectionem inuentarij infra tempora à iure ſtatuta tenetur etiam in foro canonico contentioſo vltra vires hæreditarias.*

4 *Hęres non conficiens inuentarium tenetur inſolidum: quia preſumeretur contra eum, vt bona hæreditaria occupaſſet.*

5 *Mulier, ſicut maſculus tenetur inſolidum, ſi adeat ſine inuentario vltra vires hæreditarias.*

6 *Hęres vſurarij non conficiens inuentarium ad vſuras reſtituendas vltra vires tenetur inſolidum, & preſertim ſi fœnerator ipſe decederet pœnitens.*

7 *Hęres ſe immiſcens hęreditati ſine inuentario confecto infra legitima tempora tenetur etiam legatarijs.*

8 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur ad alimenta ſoluenda, etiam vltra vires patrimonij ſi legata fuerint.*

9 *Hęres inſtituta eccleſia, vel pia cauſa adeundo hęreditatem abſque beneficio inuentarij non tenetur vltra vires hęreditarias.*

OPINIO CCCLII.

1 HAERES nõ cõficiens inuentarium, non tenetur in foro animæ, & cõſcientię vltra vires hęreditarias creditoribus hæreditariis ſatiſfacere, ſecundũ Glo. in ca. parrochiano de ſepul. Ioã. And. in tit. de inſtr. edit. §. nunc uero aliqua in add. exordiente An in foro conſcientię, Hoſt. in Summa de teſtib. §. penul. verſ. Quid ſi bona, & Io. And. in c. quanquàm de vſuris, lib. 6. in nouellis, quos refert Barto. qui ait ita teneri per Theologos, quorum firmat plures de re hac ſententias ſe uidiſſe, & cum hac eadem opinione concurrunt quoque Anto. Butr. in c. quia pleriq; de immun. eccleſ. Ancha. in cap. Raynutius de teſta. Abb. in cap. Rainaldus, colum. 9. eodem titu. & in c. ſua nos de vſuris, Lauren. de Rodul. in repet. c. conſuluit de vſuris, quæſt. 24. Feder. de Senis. conſ. 20. Barto. Ange. & Bald. in l. gerit, ff. de acqui. hæred. Imo. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi cui plus quam per legem Falc. Bart. nume. 3. Bal. Ange. Alex, num. 5. & Iaſ. nume. 23. cum aliis ſequen. in rub. ff. de acquirẽ. hęred. & Ang. in l. fin. in princ. C. de iur. delibe. & in l. ex teſtamento, ff. de teſta. mil. Alexan. de Neuo. conſ. 98. ſub nume. 8. & Boer. conſil. 53. ſæpè ſub nu. 3. & iſta eſt communis opinio ſecundum Docto. præcitatos, & Ruinum cõſ. 20. contra Paulum, qui dicitur vnà cum aliis domum dirupiſſe nu. 6. vol. 8. qui ſimiliter ibi ſequitur dictam cõmunem. *Cõis opin.*

2 Sed regulariter de iure ciuili in foro iudiciali hęres adiens hęreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit, tenetur in ſolidum etiam creditoribus hæreditariis ſatisfacere, etiam vltra vires hæreditarias, vt in l. fin. §. fin. vbi Glo. C. de iure delib. & in l. quę dotis, ff. ſolu. mat. Barto. in l. filiusfa. §. Diui nu. 8. ff. de lega. 1. Bald. in l. filium quem habentem nume. 36. & ſequẽ. C. famil. erciſ. Ioan. de Amicis conſilio 3. nume. 21. & conſ. 70. nume. 2. Alciat. conſ. 29. occupationes meæ nume. 2. tomo 3. lib. 9. fol. 200. Boeri. in d. conſil. 53. nu. 3. & in deciſio. 57.

3 Et hoc procedit ſimiliter de iure canonico, vt hæres vltra vires hęreditarias, etiam in foro contentioſo canonico per non confectionem inuentarij infra ſtatuta tempora à iure teneatur, ſecundum communem opinionem Bal. in d. leg. fin. C. de iur. delib. Ang. & Alex. col. 1. in d. rub. ff. de acquiren. hæred. Ange. in l. 1. §. hæc ſtipulatio ff. ſi plus quam per l. Fal. & Imol. in rubr. ff. de acqui. hæred. citatam per Roma. in auth. ſimiliter circa fin. C. ad legem Falc. & per Alexã. de Neuo in d. conſ. 98. ſub nu. 8. *Cõis opin.*

4 Et ſic non conficiendo inuentarium ipſe hæres inſolidum teneretur, vt per Abb. in d. c. Raynutius nume. 13 & ſequen. Imol. in d. l. gerit nume. 5. & Caſſado. deciſ. 3. nume. 3. de teſta. quoniam contra eum prę̨ſumptio foret, quòd hęreditaria bona occupaſſet, §. ſi quis autem auth. de hære. & Fal. Afflict. deciſ. 44. colum. penult. & Alciat. in l. prima. nu. 14. ff. de leg. 1.

5 Et præmiſſa, quòd hæres non conficiens inuentarium teneatur ultra vires hæreditarias creditoribus ſatisfacere, amplientur, vt compręhendant quoque mulierem ſuccedentem: Et ſic mulier ipſa tenetur inſolidum quemadmodum maſculus, ſecundum Barto. conſ. 154. maritus fecit hæredem vxorem, Bald. in l. fin. in princip. C. de iur. deliberan. colum. 2. & Alex. in l. iuris ignorantiam C. qui admit. ad bon. poſſ. pet. colum. pen. & iſta eſt communis opinio omnium Scribentium. *Cõis opin.*

6 Ampliatur ſimiliter dicta communis, vt hæres etiam vſurarij non conficiens inuentarium inſolidum teneatur in foro contentioſo ad vſuras reſtituendas, præſertimque ubicunque fœnerator ipſe pœnitens decederet, vt

uoluit

voluit Hoſtien.in d.c.ſua nos, Abb. in c. in literis de rapto.& Alexan.de Neuo in dicto cóſ.98. ſub nume.8. vbi deducit iſtam opinionem communiter approbari. Cõis opin.

7 Item ampliatur, vt hęres ipſe ſe immiſcens hæreditati ſine inuentario infra tempus legitimum confecto, teneatur non ſolùm omnibus creditoribus, ſed legatariis, auth. ſed cùm teſtator C. ad leg.Falc.& in corpore vndè ſumitur, & quod notat Gloſſ.in d.l.fi.§.cùm igitur hæreditas, in verſ. Omnibus, C.de iu.delib.

8 Ampliatur etiam mentionata communis, vt hęres ipſe non conficiens inuentarium bonorũ hęreditariorum teneatur quoque vltra vires hæreditarias in legato alimentorum alicui facto, & conſequenter huiuſmodi legatum alimentorum, tunc ſoluendum veniret per hæredem vltra vires patrimonij, ſecundum Iaſo. in l. fin. §. ſi pręfatam C. de iure delib. & Nattam conſ. 387. in quæſtione alimentorum nu.9. volu. 2. contra Bald.in l. voluntatis colum.2.C.de fideicommiſ. contrarium aſſeuerantem, quòd hæres ipſe non teneatur ad ſolida legata, ſi ageretur de legato alimentorum.

9 Sed pręmiſſa communis opinio ita, & taliter ampliata limitatur non procedere, vbicunque eccleſia, vel pauperes, vel alia pia cauſa inſtituerentur hæredes, & adirent hæreditatem abſque beneficio inuentarij, tunc quippè non tenerentur vltra vires hæreditarias, ſecundum Barto. in l.1.quęſt.4.prin.C.de ſacroſan. eccle.& Cardinalem Albanum ibi in ſuis lucubrationibus nume.9. qui exprimit iſtam eſſe magis communẽ opinionem, & ſequitur copioſè, & citat etiam Tiraquel. in tracta.de priuilegiis pię cauſę in priuileg.88.ubi refert quoq; Doct.contrariæ ſentẽtię.

SVMMARIVM.

1 *HAERES quærens mitti in poſſeſſionem vigore legis fina. C. de edic. Diui Adr.tollẽn. debet pręſentare teſtamentum iudici, & dicere ſe nominatum in illo, nec aliæ probationes requiruntur, & ſic tunc mittitur in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, quando iudici teſtamentum in publicam formam reaſſumptum præſentat.*

2 *Hęres vigore teſtamenti oſtenſi iudici debet mitti in poſſeſſionem omnium bonorum, quę per teſtatorem poſſidebantur tempore mortis, uel ſua ſint, vel aliena.*

3 *Filia vnica hæres inſtituta vigore pręſentati teſtamenti in poſſeſſionem omnium bonorum, etiam feudalium poni debet, non obſtante agnatorum oppoſitione.*

4 *Filia hæres inſtituta non mittitur in poſſeſſionem ex teſtamenti præſentatione, ſi cognati incontinenti opponerent velle probare illa eſſe bona feudalia: quia tunc eſſent legitimi contradictores ad impediendum huiuſmodi immiſſionem in poſſeſſionem.*

5 *Hęres remedio l.fin.de edic. Diui Adr.non tantùm mittitur in poſſeſſionem appræhendendam, ſed & in iam appræhenſa confirmatur.*

6 *Remedium l.fin. de edi. Diui Adr.non competit volenti ſuccedere ab inteſtato: quia tunc competeret officium iudicis.*

7 *Remedium l.fi.de edic. Diui Adr. ceſſat contra habentem titulum ante mortem teſtatoris.*

8 *Hæres in re certa inſtitutus non habet beneficium l.fin. C.de edic.Diui Adr.toll.*

9 *Hæres in re certa inſtitutus, non dato alio cohærede habet beneficium l.fi.C.de edic.Diui Adr.toll.*

OPINIO CCCLIII.

1 HAEREDI petenti mitti in poſſeſſionem vigore l.fi.C. de edi. Diui Adr.toll. ſufficit præſentare teſtamentum, & aſſerere ſe eſſe illum nominatum in ipſo teſtamento, nec aliæ probationes exigũtur, & ſic iudex tenetur mittere in poſſeſſionem hæredem ſimpliciter oſtendentem ei teſtamentum faciens mentionem expreſſè de inſtitutione; & conſequenter ſufficit hęredi oſtendere teſtamentum, & eo oſtenſo iudex debet eũ mittere in poſſeſſionem hęreditatis, ita colligitur ex d.l. fin. & hoc non habet difficultatem aliquam, vt aiunt Doct.ibi, & Alex.conſ.101.nu.9. vol.1.Dec.conſ.84.& Gozad.7.ſub nu.5.& conſil.21.nume.10.& ſub nume.26. Imò omnes Doct.concludunt, quòd ſufficit oſtendere ſimpliciter teſtamentum, & dicere ſe eſſe illum nominatum in teſtamento, nec aliæ probationes requiruntur, vt per Scriben. omnes communiter in præcitatis locis. Cõis opin.

2 Et hoc ampliatur in tantum procedere, vt hęres ipſe ex oſtentione prædictà teſtamẽti debeat poni, ac mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ tẽpore mortis teſtatoris per ipſum poſſidebantur, etiam ſi non eſſent ſua dicta bona, ſed aliena, ſecundum Glo.& omnes in d.l.fi.& Ruinum conſ. 107.ſuperfluum eſt iudicio meo nu. 1.vol.4.

3 Ampliatur etiam hoc eatenus procedere, ꝙ ſi filia vnica eſſet hęres inſtituta à patre vaſallo, & peteret mitti in poſſeſſionẽ bonorũ omnium defuncti, & ꝑſertim feudaliũ bonorũ, adhuc deberet poni in poſſeſſionẽ, non obſtante ꝙ agnati dicerẽt, & opponerẽt eſſe feudũ, & eos admicti debere, vt voluit Guid.de Suza.in d.l.fin. cui inhęrent oẽs ibi, Afflict.deciſ.119.nu.4.& Vrſil.in add.ibi nu.1.& Natta conſ.473. quędam nomine Syluia. nu.8.vol.2.& Rolan. à Valle cum aliis aggregatis per eum conſ.2.viſo, & perlecto eleganti conſilio nu.26.cum aliis ſeq.vol. 3. vbi perhibet iſtã eſſe communem opinionem. Cõis opin.

4 Quæ limitatur vtiliter non habere locum, vbicunque ipſi agnati offerrent, & opponerent incontinenti velle probare, & oſtendere bona eſſe feudalia, aſſerendo hodie conſtat, hodie agatur: tunc enim eſſent legitimi contradictores mẽtionati agnati ad impediendã huiuſmodi immiſſionẽ in poſſeſſionẽ, ſecundũ Alua.Prępoſ. And. de Iſer.& Mar.Laud.in c.1.§. inter filiã ſi de feu. fuer. contro. inter dom. & agnatum & Gozad. conſ.12. in hac cauſa ex Ciuitate Florentiæ mihi tran

hi tranſmiſſa ſub nume.8. & ſequen. vbi deducit
Cõis iſtam eſſe communem opinionem, idemque fa-
opin. tetur Roland.in d.conſ. 2.nu.32.& ſeq. vbi intel-
ligit hoc procedere cum grano ſalis.

5 Et ampliatur quoque hoc idem, vt reme-
dium dictæ l.fina. hæredi ſcripto detur, non mo-
dò vt de nouo in bonorum hæreditatis poſſeſ-
ſionem inducatur, ſed etiam ut in poſſeſsione
iam appræhenſa fortè propria authoritate con-
firmetur; & conſequenter memoratum reme-
dium dictæ l.fin. conceditur nedum, vt induca-
tur ad poſſeſsionem bonorum hæreditariorum
de nouo, ſed etiam, vt confirmetur in poſſeſsio-
ne illorum, quam hæres ſcriptus prius habebat,
& quam antea fortè apprehenderat authoritate
propria, vt volunt Cyn. & Bartol. in dicta l. fina.
Cõis & ibi Alexand.in fin.& cæteri omnes communi-
opin. ter ſequuntur, Bald. etiam in additio. Specul. in
titu. de teſtamen. in verſ. An ſemel, & Pariſ. con
ſil.60.ſi conſideramus petita numer.2.volum.3.
licèt, & malè Ioan.Andr.in addit.ibi in §.pen.in
verſ.quòd ſi in diem, contrarium velit.

6 Sed aduerte hìc, quòd remedium dictę l.fina.
non competit ab inteſtato; & ſic beneficiũ eiuſ-
dem legis non procedit in ſuccedente ab inteſta
to, vt apparet ex ſignatis per Alexand.nume.22.
Dec.num.39.& Zuccardum numer.306.ibi, vbi
Cõis ita reſident, & iſtam communem opinionem fo-
opin. re prædicat Pariſius in mentionato conſil. 60. ſi
conſideramus petita numer.1.volum.3. Cepha-
lus conſil. 152.nume.31.uolum.2. Ripa in rubr.
ff.quorum bonorum circa finem, & Gozadin. in
dicto conſil.7.ſub numer.5.& in d.conſil.21.ſub
num.30.

7 Item beneficium dictæ l. fin. ceſſat contra ha
bentem titulum ante teſtatoris mortem: tunc.n.
impeditur poſſeſsionis immiſſio ex diſpoſitione
Cõis eiuſdem legis, ut firmãt omnes communiter ibi,
opin. & Afflict.in d.deciſ.119.nu.6.

8 Nec non antedictum beneficium ceſſat in hæ-
rede in re particulari inſtituto, cui non datur ali-
quo modo illud beneficium, vt uoluit Bartol. in
d.l.fin.col.4. verſic. ſecundò quæro vtrùm quan-
Cõis do eſt ſubſtitutus, cum quo concurrunt omnes
opin. Doct.communiter ibi.

9 Sed inſtituto hærede, tunc aduerte, quòd con-
cederetur tale beneficium, ſecundum Gloſſ.in d.
l.fin.Alex.in l.quot.de hęred.inſt.Saly.Pau.Caſt.
Cõis Dec.& alios Modern.qui ibi perhibent iſtam eſſe
opin. communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *HAERES ad id, quod ſupra dodrantem lega-
tum fuit, naturaliter obligatur, & conſequen
ter integra legata naturali ęquitate pręſtare
tenetur.*

2 *Hæres debet præſtare quòd nudo pacto per eum promiſ
ſum eſt, quaſi illud operetur geminatio naturalis obli-
gationis.*

OPINIO CCCLIV.

1 HAERES ad id, quod ſu
pra dodrantem lega-
tum fuit, naturaliter o-
bligatur; & ſic hæres le
gata integra naturali
æquitate præſtare tene
tur, ſecundum magis
communem opinionẽ, Cõis
vt per Bartol. & cæte- opin.
ros in l.1.ff.de condic.indeb.ac ſi ſolo pacto nudo
promiſſum foret.

2 Et nihilominus ſi nudo pacto promittatur per
hęredẽ, efficaciter debetur, quaſi illud operetur
geminatio naturalis obligationis, & ita diffusè
firmat Alexand.in rubr. ff.de verborum obliga-
tionibus, vbi ait Iaſ.quòd ita ſe habet communis Cõis
opinio, quam ſequitur ibidem Buticel. & Dec. opin.
nume.10.in l.legem C. de pactis, licèt, & leuiter
quidem Iaſ.Bald.Nouellus, & Camillus Plautius
lib.8.cap.6.in dicta rubr.ff.de verborum obliga-
tionibus ſentiant contrarium, & per longam di-
ſputationem inutiliter laborent contra verita-
tem ipſam. Alteram verò interpretationem, ſeu
limitationem poſuimus infra in Opinione, Te-
ſtamentum non ſollemne.

SVMMARIVM.

1 *HAEREDITAS in codicillis neq;
adimi, neque dari poteſt, neque adijci
poteſt hæredi inſtituto in teſtamento
condito.*

2 *Hæreditas põt dari, & adimi in codi-
cillis per patrem inter filios factis,
ſecundum unam communem opinionem, ſed ſecundum
alteram ſententiam contrariam magis communem in
ſtitutio filiorum in teſtamento facta in codicillis reuo
cari non poteſt.*

3 *Hæreditas in codicillis licèt directò dari non poſſit, po-
teſt tamen per fideicommiſſum.*

4 *Hęreditas in quibus caſibus in codicillis dari, vel adimi
poſſit, ponitur hic remiſſiuè.*

5 *Trebellianica poteſt in codicillis prohiberi.*

6 *Codicilli, in quibus adimeretur, vel daretur de nouo le-
gatum, eſſet ſollemnis diſpoſitio, licèt tractaretur de
adimendis legatis in ſollemni teſtamento relictis.*

OPINIO CCCLV.

1 HAEREDITAS in codicillis
neque adimi, neque dari po-
teſt, & neque ſimiliter hæredi
inſtituto in teſtamento condi
to adijci poteſt, §.penult.inſti-
tu.de codicill.l.2.§.fin.& l.Di-
ui Seuerus ff.de iure codicil. &
l.hęreditatẽ C.de codic.Spec. in tit. de iudicijs §.
1.ver.ſi verò, cũ ſimilib.& Dile.in trac.de ar. teſt.
titu.

titu.10.cautela 8.nume.1. & in titu.2.caute.10. nume.1.& licèt in codicillis ipſis hæreditas neq; dari,neque adimi poſsit.

2 Nihilominùs hoc non procederet in codicillis inter filios per patrem factis, tunc quippè in codicillis hæreditas directò dari, & item adimi poſſet, vt uoluit Bartol. in l. militis codicillis, ff. de milit. teſtamen. quem ſequuntur Fulgoſi. Paul. Caſtren. Alexand.& Franc. de Aretio in authen. hoc inter liberos §. ſi quis autem, C. de teſtam. Saly. in l.2. C. de codicill. Aret. in l. cohæredi §. cùm filiæ,ff.de vulga. ſubſtit. Iaſ. in l.1.C. de codicill. & iſtorum opinionem in puncto iuris defendi poſſe arbitratur idem Iaſ. in l. hac conſultiſsima §. ſi quis autem colum. 2. & ſequen. C. de teſtamen. & ſubſtentabiliorem, & veriorem pariter vocat Boer. deciſio.241.colum. 2.& magis communem fore affirmat Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. Teſtamentum il 3.nume.57.de teſtamen.& ab eadem ſententia Bartol. non eſſe recedendum: cùm nemo ſit, qui ab ea diſcrepet: cùm fauorabilis ſit patris inter liberos diſpoſitio, teſtatur Iaſ. in l. Lucius numero vndecimo,& duodecimo ff.de vulg. & pupill. ſubſt. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem,videlicet,quòd inſtitutio filiorum in teſtamento facta, in codicillis reuocari nequeat, inclinarunt Bald. in l. inſtitutio, ff. de conditionibus inſtitutio. & in dicta l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto, Salyce. in dicto §. ſi quis autem, Iaſ. in l. omnimodò, numer.9. C. de inofficio. teſtamen. Bertran. conſilio 70. diſpoſitio, volum.1. in nouis, & conſilio 143. numer. 4. & ſequentibus volum. 3. & Ludou. Roma. conſil. 179. ampliſsimè Doctor ſub numer. 12. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem contra Bartol. & ſequaces, prout communis eſt,& veriſsima apparet ex ſcriptis infinitorum conſulentium varijs in locis, & iuris interpretum in lecturis. *Cõis opin.*

3 Sed aduerte retenta dicta communi contra Bartol. & alios, quòd licèt in codicillis hæreditas dari non poſsit directò, tamen quando datur, quàmuis iure directo non valeat, nihilominus trahitur ad fideicommiſſum,ſecundum Glo. Aret.Fab.Port.& alios communiter in §. penult. inſtitut.de codicillis, Odofred. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alexand.Aret. Iaſ. & cæteros communiter in l. verbis ciuilibus, ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. Bartol. Alber. in l. Sceuola,ff. ad Trebellianum,Alexand.in dict. authent. hoc inter liberos §. ſi quis autem, & Dilectum in dicta cautela 10. ſub num.1. & iſta eſt communis opinio, vt per Scriben.in memoratis locis. *Cõis opin.*

4 Alios vero caſus, in quibus hæreditas ipſa codicilis dari, vel adimi poſsit, ponit Dilectus in d. caut.10.& in d.caut.8.

5 Et aduerte, quòd Trebellianica in codicillis ipſis prohiberi abſque dubio aliquo poſſet, ſecundum communem opinionem Scribentium in iure relatam per Curt. Iun. conſil.73. ſubtilia proculdubio, & ſucci plena ſunt motiua, numero 26. *Cõis opin.*

6 Et aduerte etiam, quòd codicilli in quibus adimeretur, vel daretur de nouo legatum eſſet ſolemnis diſpoſitio, etiam ſi tractaretur de adimendis legatis in ſolemni teſtamento relictis,ſecundum Gloſſ. in l. fideicommiſſum C. de fideicommiſſ. communiter ab omnibus approbatam, vt per Alexand. conſil. 131. ſuper themate, & dubijs ſupraſcriptis numero primo volumine 7. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *VXOR inſtituta à marito cum grauamine de reſtituendo, adiens hæreditatem nõ perdit hypothecariam obligationem, & ſic non confunditur hypotheca, nec obligatio pignoratitia extinguitur.*

2 *Vxor hæres inſtituta à marito cum grauamine de reſtituendo poteſt ante reſtitutionem hæreditatis ſibi dotem, & creditum retinere.*

3 *Hypotheca in quinque caſibus non confunditur per aditionem hæreditatis poſitis hìc remiſsiuè.*

OPINIO CCCLVI.

1 HAERES vniuerſalis vxor à marito inſtituta cum grauamine de reſtituendo, adeundo tunc hæreditatem non perderet ob hoc obligationem hypothecariam, quando haberet, ſeu prætenderet; & ſic per aditionem hæreditatis ipſius mariti debitoris factam per vxorem ſuam creditricem hypothecariam non cõfunditur hypotheca,nec aliquo modo remanet extincta obligatio pignoratitia ob prædictam aditionem hæreditatis, ſecundum Scribent. omnes in l.debitori,C. de pactis,Roma. conſilio 276. numer. 1. cum alijs ſequent. Neguſantium in tracta. de pignorib. in 1.membro 5.partis ſub nume. 49. & ſequent. & Gratum conſ.63.uiſis num.14. & conſ.86. num. 24.vol.2. Vbi profitetur iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Vtpotè, quia hæres prædicta ante reſtitutionem hæreditatis poſſet retinere dotem, ſeu debitum ſuum, ſecundum Bald. in dicta l. debitori colum. 2. & ibi Dec. numer.6. Roma. in dicto conſil.276. in princ.Curt.in additio,Alexand. in dicta l. debitori ſuper litera B,qui meminit ita in Ciuitate Cremonæ conſuluiſſe, & iſtã opinionem ſequitur etiam, & latè probat cũ aliquibus rationibus aggregatis per eum Gram.deciſ.58.

Magniſica Margarita, Capra conſil. 63. colum. 2. Socin. conſil. 44. num. 1. volum. 3. Bertran. conſilio 246. in fin. uolum. 1. in antiq. & conſil. 57. nu. 3. uol. 2. in antiq. & Hierony. Gig. in tracta. de penſionibus q. 49. in fin.

3 Alios verò quinque caſus, in quibus hypotheca non confundatur ob aditionem hęreditatis debitoris factam per eius creditorem hæredem vniuerſalem inſtitutum, ponit Neguſan. in d. 1. membro 5. partis nu. 53.

SVMMARIVM.

1 *HAERES extraneus grauatus reſtituere, Trebellianicam ſolam detrahit, ſi ſponte adiuit, ſecus ſi coactè.*

2 *Hęres rogatus alteri reſtituere hæreditatem ne amittat Trebellianicam, debet inuentarium facere.*

3 *Declaratio textus in §. ſi verò non fecerit in auth. de hęred. & Falc.*

4 *Hæres non faciens inuentarium Trebellianicam perdit, ſicut Falcidiam, ſecundum vnam opinionem communem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariã ſimiliter communem non perdit.*

5 *Hæres grauatus per patrem reſtituere, etiam ſi ſit filius teſtatoris debet facere inuentarium, aliàs amittit Trebellianicam, ſecundum vnam communem, ſed ſecundum alteram communem contrariam non amittit Trebellianicam, & ita fuit in Sacro Concilio Neapolitano deciſum.*

6 *Filius grauatus per patrem, licèt ob omiſſionem inuentarij perdat Trebellianicam, tamen non perdit legitimam.*

7 *Teſtator ſi remittat hæredi neceſſitatem inuentarij faciendi, tunc ſi omittat inuentarium non nocet ſibi.*

OPINIO CCCLVII.

1 HAERES extraneus grauatus reſtituere hæreditatem, ſolam Trebellianicam detrahit, & hoc ex Senatuſconſulto inductum fuit, vt inuitentur hæredes ad adeundam hæreditatem, §. ſed & quia in ſtitu. de fideicommiſſ. hæred. l. filium C. famil. erciſcun.

¶ Quod intelligendum eſt, ſi ſpontè adiuit, ſecus ſi coactè, l. quia poterat, ff. ad Trebell.

2 Hinc eſt, quòd hæres rogatus alteri reſtituere hæreditatem inuentarium facere cogitur, vt Trebellianicam non amittat, §. ſi verò non fecerit in auth. de hæred. & Falc.

3 Qui textus generaliter de fideicommiſſarijs loquens, vniuerſalem quoque fideicommiſſariũ comprǽhendit l. 1. §. generaliter, ff. de leg. prǽſtan. c. ſi Romanorum, 19. diſt. & not. Doct. in l. Marcellus ff. ad Trebell.

4 Et quòd hæres extraneus, qui non fecit inuentarium rerum hæreditarium perdat Trebellianicam, tenent Oldrad. per pulcherrimas rationes conſil. 134. Bartol. conſil. 51. Bonauentura, & conſil. 234. Hęlena Matarelli, Paul. de Caſtr. conſil. 207. ſuper primo, & in l. cum tale §. 1. ff. de de conditionibus, & demonſtrationibus, Imol. etiam ibi, & in authen. ſimiliter, C. ad leg. Falcid. Fulgoſi. conſil. 23. humaniſsimè, & conſil. 96. pro deciſione poſt princ. Corne. conſil. 303. colum. 4. volum. 1. conſil. 22. colum. 8. volum. 2. & conſil. 168. colum. 4. volum. 3. Mattheſil. in ſingul. 158. Dec. conſ. 236. in quæſt. 5. 480. colum. fin. & 495. in quibus conſilijs iſtam eſſe magis communem opinionem aſſeuerat, idem atteſtatur Caſſadorus, deciſio. 3. num. 1. 4. & 6. in titu. de teſtamen. & Aymon Grauett. conſil. 17. nume. 1. Benedict. Capra, conſil. 7. in fin. Socin. in rubr. in fin. ff. ad Trebellian. & in l. Marcellus, §. quod autem col. penul. eodem titu. Curt. Iunior conſil. 54. colum. 3. & Alciat. conſil. 29. nume. 4. occupationes meę tomo 2. lib. 9. fol. 200. vbi conſulendo affirmat iſtam eſſe veriorem, & communiorem opinionem, & Octauianus Cacheranus deciſio. 147. per totam vbi allegando locum iſtum cum infinita propè Doctorum catherua teſtatur ita deciſum extitiſſe in Sacro Senatu Pedemontano. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam inclinauerunt Iacob. de Are. Ioan. And. in additio. ad Specul. in titu. de inſtrum. editio. §. fin. verſicu. nunc videamus, Bartol. ſibi contrarius, conſil. 2. & in authent. ſed cùm teſtator, C. ad legem Falcid. Et ibi etiam Bald. & Salyc. & idem Bald. affirmat iſtam opinionem eſſe ueram conſil. 99. ſuper primo quæſito, volum. 4. licèt ibi, & in l. cùm tale §. 1. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus ſubijciat de conſuetudine inducta per errorem opinionum ſeruari contrarium, & iſtam partem audacter aſſerit eſſe communem Alexand. conſil. 67. uiſis lib. 4. & in dict. authent. ſed cùm teſtator, Iaſ. etiam in rubr. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia. nume. 7. & in repetitio. rubr. nume. 17. & in d. l. Marcellus, eodem titu. num. 57. & refert Aymon Grauet. in pręcitato conſil. 17. & pro iſta parte reperio conſuluiſſe Paul. de Caſtr. conſilio 202. volum. 2. in nouis incipien. in CHRISTI nomine, & conſilio 299. & iudicaſſe Cameram Imperialem, teſtante Ioachimo in obſeruatione 60. centuria 3. & iſta quæſtio adeò ambigua eſt propter conflictum opinionum, & diuerſas iuris interpretum ſententias, vt conſtat ex his, quæ congerunt Doctores in dict. l. Marcellus, ut deciſionem Principis deſideret, vt refert Caſſadorus, in præallegata deciſio. 3. in titu. de teſt. circa finem. *Cõis opin.*

5 Benè tamen verum eſt, quòd iſtas opiniones ad veram concordiam reducere conatur Monticulus in tract. de inuentario hæredis 9. membro princip. nu. 186. cum alijs ſequen. fol. paruo 105. & ſequen.

¶ Re-

¶ Retenta itaque prima parte, tanquam magis uera, & communi amplia, vt procedat etiam ſi hæres ſit filius teſtatoris, vt per Bald. conſilio 404. in ſubſtitutione lib. 2. & Corne. 168. in hac conſultatione, colum. 3. vbi ponit iſtam eſſe magis communem opinionem, *Cõis opin.* idem dicit Deci. conſi. 236. non pauca difficultas, col. 4. & Corn. conſil. 22. in hac conſultatione, lib. 2. eãdem opinionem ſequitur Barba. conſ. 46. difficile col. fin. libro 3. & Auguſtinus Berous in c. in præſentia, nume. 448. in fin. de probatio. & Couarruuias in c. Raynutius §. 11. nume. 10. de teſtamen. & latius quam vllibi innumerabiles recenſentur pro iſta parte communi, & pro altera parte contraria, ſimiliter communi *Cõis opin.* per Vrſillum in addit. Afflict. in deciſ. 367. ſub nu. 13. vbi deducit ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo. pro prædicta magis communi relata, quòd filius non amittat Trebellianicam ob non confectionem inuentarij. Et iſtam quæſtionem ſubtiliſsimè, ac latiſsimè ad vtranque partem diſputat Franc. Porcellinus in tract. de inuentario cap. 5. per totum.

6 Et licèt filius ob omiſsionem inuentarij perdat Trebellianicam, tamen non perdit legitimã, & in hoc Doct. conueniunt communiter, *Cõis opin.* vt refert, & atteſtatur Corſetus in tract. de poteſtate Regia, in materia Trebellianicæ q. 37. & Laurentius Calca. conſ. 36. tota iſta quęſtio, & iſtam opinionem originaliter tenuit Gloſſ. in auth. hoc amplius C. de fideicommiſ. Oldra. in d. cõſ. 134. Bar. in d. auth. Sed cùm teſtator, & alij quamplures congeſti per Corne. in loco ſupra citato.

7 Interpretatur præfata concluſio, quando teſtator hęredi remitteret neceſsitatem inuentarium faciendi: quia tunc omiſsio inuentarij hæredi nõ noceret, l. fin. de arbi. tut. l. cùm tale §. 1. vbi Bal. & Imol. ff. de cond. & demonſt. Curt. conſ. 29. in Regno Hyſpaniæ in fin. cum allegatis per Deci. conſ. 306. viſa iterum lecta, col. 2. & Soc. conſ. 51. viſo teſtamento lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *HAERES rogatus hæreditatem reſtituere ex Senatuſconſulto Trebelliano quartam retinere poteſt.*

2 *Filius, ſeu de liberis, quibus legitima debetur iure naturæ, quartam Falcidiam vltra legitimam detrahere poſſet.*

3 *Filius hæres in diem, vel ſub conditione rogatus reſtituere duas quartas detrahere poteſt, ſecus ſi purè de iure pontificio.*

4 *Pater licèt filijs primi gradus Trebellianicam prohibere non poſſit, tamen hoc habet locum, quando vna quarta detrahi poſſet, vt quia purè fuiſſet grauatus filius per fideicommiſſum, ſecus verò quando duas quartas detrahere poſſet, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione, vel in diem, iſto enim caſu pater poſſet prohibere Trebellianicam, & filius haberet ſolummodò legitimam, ſecundum unam communem opinionem: ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem pater non poteſt prohibere Trebellianicam ipſam.*

5 *Teſtator hæredi extraneo inſtituto, & grauato poteſt prohibere detractionem Trebellianicæ, & valeret iſta prohibitio, & tunc deuenire poſſet hæreditas ad heredem abſq; Trebellianicæ detractione.*

6 *Teſtator reſtitui mandans hæreditatem, vtenſque his verbis, videlicet, reſtituat hæres omnia bona, vel reſiduum bonorum, vel quicquid ex bonis peruenerit, videtur tunc Trebellianicam prohibuiſſe, ſecundum vnam communem opinionem: ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem detrahi poteſt ipſa Trebellianica.*

OPINIO CCCLVIII.

1 HAERES rogatus hæreditatem reſtituere ex Senatuſconſulto Trebelliano quartam retinere poteſt, §. ſed quia ſtipulationes, inſtitut. de fideicommiſſ. hæred.

2 Et ſi filius eſſet, ſeu de liberis, quibus legitima debetur iure naturę, quartam Falcidiam vltra legitimam poſſet detrahere, c. Raynutius & c. Rainaldus de teſta.

3 Quòd procedit quando vno, eodemque tempore vtriuſque quartæ detractio non concurrit, vtpută quando filius eſſet in diem, vel ſub conditione rogatus reſtituere, tunc enim poteſt duas quartas detrahere; Secus autem quando purè eſſet rogatus: quia tunc non poteſt de iure canonico, nec eius ęquitate detrahere, niſi vnam quartam, ſecundum Gloſſ. & communiter Caniſt. *Cõis opin.* in d. c. Raynutius, & Legiſtas. in l. quãquam C. ad leg. Falc. & in l. Papinianus. §. meminiſſe ff. de inoffic. teſta. & iſtam communem ſequitur Bartol. in l. 1. §. interdum, ff. ſi cui pluſquàm per legem Falcidiã in d. l. quanquam, & in d. §. meminiſſe, Fulgoſi. conſ. 26. ſtante ſtatuto, & Bertran. conſil. 129. viſo, & ponderato caſu mihi exhibito nu. 52. & conſ. 134. viſis vltimo, & nuncupatiuo teſtamento nu. 3. vol. 8. & Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo ff. ad l. Fal. cõſ. 43. attenta in fin. vol. 2. conſi. 142. circa primam dubitationem, col. 4. vol. 2. & iſtam ſententiam approbauit vſus totius mũdi, volentis in hoc ſtare canonibus, vt legitur inter conſ. Bal. conſ. 282. & conſ. 387. quidam Alexan. lib. 3. & iſtam communem atteſtatur Afflic. deciſ. 367. num. 4. & Georg. Natta in tract. quòd ſtantibus maſculis, 4. q. princ. ſub nume. 114. & ad vtranque partem diſputat, ſequitur, allegat, plurimumque declarat Auguſtinus Berous in c. in præſentia, nu. 437. cum aliis ſeq. de probat. & Ripa in l. iubemus. C. ad Trebel.

4 Limitatur hoc, vbicunque pater expreſsè filio primi gradus grauato Trebellianicam prohibuiſſet: quia quamuis pater ipſe filiis primi gradus Trebellianicam prohibere nequeat, vt l. iubemus

bemus ad Trebel. nihilominus hoc uerum eſt, quando vna tantùm detrahi poſſet, vt quia purè fuiſſet grauatus per fideicommiſſum. Sed quando duas regulariter poſſet detrahere, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione, vel in diem, iſto caſu pater prohibere Trebellianicam poſſet, vt filius haberet dumtaxat legitimam, vt voluit Paul. de Caſt. & Alex. in l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebel. & idem Alex. conſ. 28. & 165. vol. 5. & Corn. conſ. 22. vol. 2. vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Contrariam verò partem, quòd inefficax ſit iſta prohibitio, tenuit Paul. de Caſt. reuocando ſententiam in melius, in d. l. iubemus, & fuit de mente Barto. & Alexã. in l. quod de bonis §. quod auus ff. ad leg. Falcid. & ideo Alexã. conſil. 250. volu. 6. non fuit auſus conſulere pro prima opinione, & iſtam ſecundam partem tenuit etiã Ange. conſ. 121. & Alex. in d. §. quod auus, vbi reſpondet ad d. l. iubemus, Bal. & Saly. in d. l. iubemus, Roma. conſ. 206. Barbac. in d. c. Raynutius circa fi. Alex. conſ. 5. vol. 3. & conſ. 201. & 67. vol. 6. Dec. conſ. 81. & 270. & conſ. 218. & iſta eſt cõmunis opinio, vt ponunt præcitati Doct. Alexã. & Soci. in l. Marcellus ff. ad Trebel. ſeu in d. l. iubemus, vbi etiam Moder. Curt. Iun. conſ. 160. nu. 3. & Gozad. conſ. 45. & 97. num. 4. vbi refert, quòd teſtator indiſtinctè non poteſt aliquo modo prohibere Trebellianicam filio, etiam ſi deducendæ forent duæ quartæ, & fatetur tandem iſtam eſſe communem opinionem, & iſta in effectu videtur communior. Et ſecundum eam tanquàm tutiorem de præſenti anno 1580. de iure reſponſum vidi per Excellentem Dominum Paſchalem Turcanicum conciuem meum in fauorem Excellẽtis Equitis D. Lelij Riueræ ſimiliter de Ciuitate Aquilæ, vbi quamplura concordantia, & ad punctum facientia doctè, & eleganter congerebat. *Cõis opin.*

5 Secus autem eſſet, quando teſtator prohiberet extraneo hæredi inſtituto, & grauato detractionem Trebellianicę: quia iſto caſu valeret prohibitio, & hæreditas deuenire poteſt ad hæredẽ abſque Trebellianicæ detractione, §. ſi verò expreſsim in auth. de heredi. & falc. Gloſſ. in §. ſed quia ſtipulationes inſtitu. de fideicom. hæred. in verſ. Liceat, Bart. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcid. & iſta opinio ratione non caret: quia tex. in d. §. ſi verò expreſsim loquens de Falcidia, & de Trebellianica, eſt extendendus: nã per hoc ad ius commune reuertimur, l. verbis ff. de verb. ſignific. Et vbi redditur ad ius commune, lex noua etiam correctoria recipit extenſionem, ſecundum Glo. in c. ſtatutum de præben. libro 6. pręſertimque vbi ſublata ſignificatione uocabuli caſus, de quo fit extenſio, compręhẽditur, Glo. in Clemen. 1. de electio. & appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum eſt, per nota. in auth. vndè ſi parens, C. de inoffic. teſta. & ſententiam iſtam communiter approbari ſcribit Alex. in d. l. Marcellus poſt Ioan. de Imol. ibi, & quòd iſta communis ſit, fatetur etiam Barbat. conſ. 10. illud, col. 10. lib. 4 Iaſ. conſil. 84. omiſſa col. 8. lib. 1. & conſ. 146. præſuppoſito, uol. 2. Alexan. in l. ſi filius à patre, nume. 3. ff. de libe. & poſthu. & in l. extraneum C. de hęred. inſtitu. nu. 8. Iaſ. in l. ſi fundum §. ſi libertus nu. 10. ff. de lega. 1. & in dicta l. Marcellus nume. 40. & Bald. Nouellus in tracta. de dote in 6. part. in 13. priuilegio. nume. 2. *Cõis opin.*

6 Interpretãtur prędicta etiam procedere, ſi teſtator hæreditatem reſtitui mandauerit totam, vel integram, vel pleno iure, vel vſus fuerit his verbis. Hæres reſtituat omnia bona, vel reſiduũ bonorum, aut quicquid ex bonis peruenerit. Videtur tunc Trebellianicam prohibuiſſe, per ea, quæ notat Glo. in l. decem, C. de fideicom. liber. quam ſingularem eſſe dicit Ang. ibi & Bal. in authen. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. facit l. fi. eod. tit. & hoc approbat Alex. in l. Centurio. col. 22. ff. de vulg. & pup. & conſ. 201. perſpectis verbis colum. 1. lib. 6. & iſtam opinionem communem eſſe ſupponit idem Alexã. conſ. 5. circa primum lib. 3. Gozad. conſ. 97. nu. 6. & magis communem dicit Alex. conſ. 67. nume. 1. vol. 1. & cõmunem etiam dicit Bellonus conſ. 64. num. 2. & iſthęc opinio comprobatur ex multis rationibus relatis per Corſetum in tract. de poteſtate regia in q. 73. §. 2. *Cõis opin.*

¶ Contrariam verò ſententiam, quòd detrahatur, tenuit Roma. conſi. 75. neſcio, & conſ. 79. totum fundamentum, & conſ. 239. in hac re, & Fely. in c. auditis colum. 3. de præſcript. & Iaſ. conſil. 84. puto. vol. 1. Deci. cõſ. 495. & Paul. de Caſt. in auth. ſed cùm teſtator, C. ad leg. Falc. & iſtam opinionem ait eſſe communem Roma. in dicto conſ. 239. & magis communem dicit Bellonus, conſ. 55. nu. 1. & conſil. 66. nume. 1. & ſequen. & conſilio 80. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *HAERES niſi adeat hæreditatem omnia iura teſtamenti peribunt. Quod limitatur in fine remiſſiuè in 20. caſibus.*

2 *Filiusfamilias, etiam infans ratione ſuitatis, licèt non adeat, tamen tranſmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoſcunque hæredes.*

3 *Pupillus, ſeu infans moriens non adita hæreditate tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum ad hæredes ex clauſula generali, ſi qua mihi, &c.*

4 *Reſtitutio in integrum competit hæredibus infantis aduerſus non aditam hæreditatem à minore.*

5 *Infans per ſe ipſum hæreditatem adire non poteſt, ſed vel per patrem, vel per tutorem opus eſt vt adeat.*

6 *Legata ad pias cauſas non debentur hæreditate non adita, ſecundum communem opinionem, ſed contraria opinio obſeruatur in practica.*

7 *Hæreditas poſtquam eſt adita, non dicitur amplius hæreditas.*

OPI-

OPINIO CCCLIX.

1 HAEREDE non adeunte hæreditatem omnia iura teſtamenti pereunt, & ſic, ſi nemo hæreditatem ipſam adierit, nihil valet ex his, quę in teſtamento ſcripta ſunt, l. ſi nemo la prima, ff. de teſta. tute. l. eam quam C. de fideicom. & l. ſi nemo ſubiit, ff. de regu. iur. & notat Roma. conſi. 428. Deci. in d. l. ſi nemo, & in terminis Alex. conſilio. 198. viſo proceſſu colum. fin. vol. 7.

2 Fallit hoc principaliter in filiofami. etiam infante, qui abſque aliquo dubio transmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis, l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legit. & iſta eſt communis opinio, vt apparet ex relatis per Deci. conſ. 331. pro reſolutione colū. 5. conſ. 245. & conſ. 250. in antiqua, & Iaſ. conſ. 130. magnificus col. 3. vol. 1. *Cōis opin.*

3 Sed imò pupillus, ſeu infans moriens hæreditate non adita transmittit ad hæredem ſuum beneficium reſtitutionis in integrū aduerſus omiſſam hęreditatem, & per conſequens hęredes eius poſſunt petere reſtitutionem in integrū, ex clauſula generali. Si qua mihi iuſta cauſa, &c. aduerſus hereditatem non aditam à minore, vt tenet Bar. in l. ſi infanti col. fina. C. de iure deliber. & alij multi, quos referunt Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. ibi dicentes iſtam eſſe communem opinionem, prout etiam atteſtatur Soci. conſ. 9. col. 7. vol. 1. & latè plures citans Guil. Benedic. in c. Raynutius nume. 179. de teſta. Corne. conſ. 312. in fin. Roma. conſ. 58. viſis narratis, & Riminal. conſil. 20. nume. 15. & conſ. 120. nu. 3. Bal. verò conſil. 226. quęſtio. vol. 2. arbitratur quęſtionem iſtam eſſe difficilem, & conſ. 213. caſus talis, lib. 3. habet pro abſurdo ratione minoris ætatis dari reſtitutionem in integrum, & Soci. conſ. 216. non poteſt negari, colū. 5. aſſerit in iſta quęſtione eſſe locum gratificationi, & per authoritatē eorum, qui ſunt in contraria ſententia, & ob validiſſimas quoque rationes, quibus reſponderi nequit, indigere Cæſarea deciſione. *Cōis opin.*

4 Nihilominus Doct. communiter tenent, quòd competat reſtitutio in integrum etiam hęredibus infantis, vt per Corne. conſ. 87. circa primū, & latè ſupra deduximus, & ab iſta communi fatuum eſſet recedere in actu practico.

5 Hiſque accedit congruenter hic, quòd infans non poteſt adire hęreditatem ex ſemetipſo, ſed pater pro eo, aut tutor, ſecundum Barto. in d. l. ſi infanti, & omnes Docto. communiter in l. bonorum C. qui admi. & iſtam ſcribit eſſe communē Bellonus conſ. 24. nu. 16. *Cōis opin.*

6 Interpretatur quoque prædicta regula non procedere in legatis ad pias cauſas, vt notat Bar. in l. prima colum. penult. C. de ſacroſanct. eccle. Sed contra Barto. ipſum audacter aſſeuerat eſſę communem opinionem Canoniſtarum, & Legiſtarum Alexan. conſ. 354. ſtatutis num. 17. uol. 2. Iaſ. in d. l. eam quam colum. 2. & in d. l. 1. in 1. lectu. col. 6. & in 2. lectura colū. fin. & Quintilianus Mandoſius cumulatiſsimè in additio. Lapi in allegatione. 91. in litera I, quòd imò relicta ad pias cauſas non debeantur hæreditate nō adita; ſed iſtam communem non auſus eſt firmare Tiraquel. in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio. 33. vbi congerit Doct. propè innumeros remiſsiuè. Opinionem verò Bart. ſequitur Deci. in d. l. ſi nemo, & Lapus in d. allegatione. 19. ſub nume. 4. & ſeq. ubi expreſsè fatetur ſententiam Barto. ſeruari in practica, & eſſe magis ęquam, & alios complures eiuſdem ſententię refert Quintilia. Mandoſius in add. Lapi, vbi ſupra in litera I, vbi eam, tanquam fauorabiliorem, & æquiorem ſequitur, & ait uidiſſe ſeruari in facto. *Cōis opin.* *Cōis opin.*

7 Et his accedit ſimiliter, quòd hæreditas poſtquam eſt adita per hæredem, nō dicitur amplius hęreditas, ſecūdum communem opinionem Doctorum, quam citat, & ſequitur Iaſ. in l. poſſeſsio appellata. §. veteres, nume. 18. ff. de aquiren. poſſeſsio. *Cōis opin.*

¶ Fallit etiam prędicta concluſio in viginti aliis caſibus, quos ponit Barbatius in rubr. extra de teſta. colum. 58. uerſ. Nunc ad vltimam quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *HAERES mariti defuncti lucratur vxore ſuperſtite fructus dotis rerum mobilium tempore anniculę dilationis.*

2 *Vxor tranſacto anno poteſt repetere ab hęrede mariti bona mobilia, nec ei nocet exceptio de adulterio commiſſo, de quo vir non intentauit querelam adhuc viuens.*

3 *Hęres tenetur alere vxorem viri defuncti, quouſque durat in viduitate.*

4 *Vxor quando dicatur in viduitate durare,*

5 *Vxor debet etiam alimentari ab hęrede viri defuncti, etiam extra domum ſi in ea commorari nollet, licèt poſſet propter honeſtatem, ſiue alimenta vxori venirent pręſtanda ex voluntate teſtatoris, ſiue legis diſpoſitione.*

6 *Mulier habens in ſua poteſtate dotem repetere, & non curauit, non poteſt poſt annum alimenta, ſeu dotis vſuras petere.*

OPINIO CCCLX.

1 HAERES mariti defuncti lucratur vxore ſuperſtite fructus dotis rerum mobilium tempore anniculę dilationis, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum in l. diuortio. ff. ſolu. matrimo. quam impugnare pluribus rationibus conatus fuit Iaſ. ibi, tamen quicquid ipſe *Cōis opin.*

ipſe ſuadeat coloratis fundamentis, ob hoc non diſcederem à dicta communi, cum qua ſentiunt Doct.& Moder.in d.l.diuortio reſpondendo omnibus contrariis.

2 Cæterùm tranſacto anno vxor ipſa abſque aliquo dubio poſſet ab hærede mariti petere prædicta bona mobilia,&ſi hæres mariti exciperet,ſeù opponeret aduerſus vxorem dotem petentem, quòd ipſa perdit dotem propter adulterium, de quo maritus eo viuente quærelam non porrexit, nihil prodeſſet iſta exceptio hęredi, ſed tenetur vxori reddere dotem ſuam non obſtante iſta friuola exceptione, vt per Canoniſtas communiter in c.plerunque de donat. quam communem ſequuntur Moder.inibi,& Ripa atteſtatur in l. fin. nu.201.& ſeq.C.de reuoc.donat. Cõis opin.

3 Et prædictis accedit, quòd hæres tenetur alere vxorem,dum in viduitate maneret, ſiquidem durante tempore viduitatis durat proculdubio onus alimentandi.

4 Et dicitur durare vidua in matrimonio, dum vitam viduilem obſeruat, vt per Iaſ. in §. fuerat, nume.5.& ſeq.& 25.inſtit.de actio. vbi ponit vltra annum vxorem alendam fore ab hęredibus mariti defuncti.Quod procedit durante in viduitate, aliàs non, & iſta eſt communis opinio omnium Doct.vt per Scriben.paſsim. Cõis opin.

5 Et iſta alimenta præſtari deberent ipſi vxori extra domum hęredis,caſu quo in ea commorari nollet,& dato etiam,quòd cum hærede honeſtè viuere poſſet, & ſic ſiue huiuſmodi alimenta deberentur ex uoluntate teſtatoris, ſiue ex legis diſpoſitione venirent ſoluenda extra domum hæredis,ſecundum Bart.in princ.Iaſ.colum.7. & alios in dicta l.diuortio,vbi deducit iſtam eſſe cõmunem opinionem, quam ſequitur, & citat etiã Capici.deciſio.24.in cauſa Lucentis nu.8. Cõis opin.

6 Accedit ſimiliter præfatis aliud not. ſatis vtile, quòd mulier non poteſt alimenta, ſeù vſuras dotis poſt annum petere, cùm habuerit in poteſtate ſuam dotem petere,& non curauit,l.1.cum ibi not.per Glo. & Doct. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti.& ita tenet Barto.in l.atqui natura,§.nõ tantùm,ff.de negoc. geſtis, Gloſ. & communiter omnes Legiſtæ in l.inſulam,§.vſuras,ff. ſolut. matrimo.& communiter omnes Canoniſtæ in c. ſalubriter,de vſuris,de qua communi faciunt mentionem Moder.in d.§. vſuras, & conſulentes vbique,pręſertimque Rolan.à Valle conſ.55.ſiue cõſideremus diſpoſitionem iuris communis, nu. 1. & ſeq.& 18.vol. 2. vbi ait magis communem, & declarat. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR poteſt hęredem inſtituere ad interrogationem ipſius hęredis, vel notarij, vel alterius, & tenet eiuſmodi inſtitutio.*

2 *Hæredis inſtitutio facta per interrogationem ipſius hęredis procedit,ſi teſtator articulatè loquatur, adeò vt conſtet de eius voluntate.*

3 *Hæredis inſtituio facta ad interrogationem eiuſdem hęredis valeret, ſi notarius in conſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentum, & non ſeorſum, & ſi teſtator ſit ſanę mentis, & non infirmitate valde grauatus.*

4 *Inſtitutio hęredis ad interrogationem ipſius hęredis facta valet, ſi notarius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo loquitur: quia aliter noceret teſtamentum.*

5 *Inſtitutio hęredis per interrogationem notarij,vel prędicti hęredis facta procedit, quando notarius non ſcribit teſtamentum ad nutum teſtatoris, ſed ad ita claram reſponſionem, vt benè exaudiatur à teſtibus.*

6 *Teſtamentum non fit nuda uoluntate,ſed uerbis.*

7 *Fideicommiſſa nutu relinqui poſſint.*

OPINIO CCCLXI.

1 HAERES quilibet poteſt per ſe, vel notarium, vel alium interrogare teſtatorem ad inſtituendum ſe hæredẽ, & ſi in caſu dictæ interrogationis teſtator faciat interrogãtem hęredem, valet & tenet iſta inſtitutio, ſecundum Docto.in l.iubemus, C. de teſta. & alios quamplures congeſtos per Clarum in tract.de teſta.lib.3.q.37.vbi meminit de communi. Cõis opin.

2 Hæc verò opinio communis,& uerisſima procedit,ſi teſtator articulatè loqui poterat,& cõſtabat de intentione ipſius, quòd volebat ita facere,ſecundum Gloſ. in dicta l.iubemus, cum qua ſentiunt omnes Scriben.ibi,Bal. conſ.120. ſuper primo vol.4.Paul.de Caſtro conſi.363.viſo puncto per l.Pamphilo §.propoſito ff.de leg.3.& Michaelem de Ciſuentes in commentariis ſuper leges Tauri in l. 3. nume. 11. & iſta eſt communis opinio,teſte Corneo conſ.261.nume.18.num.4. poſt alios ibi relatos per eum,& Boer. in deciſio. 35.nu.5.& iſtam conſtat eſſe communem ſentẽtiam,etiam ex congeſtis per Alexã.conſ.12. viſo inſtrumento libro 1.& per Iaſ.conſ. 124. factum ſic ſe habet,in fin.lib.1.& per Corne. in præcitato conſil.Iaſ.in d. l. iubemus nume. 20. & Bellonum conſil.26. Cõis opin.

3 Procedit ſecundò pręfata concluſio, quando notarius non ſeorſum, ſed in conſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentum, & quando apparet teſtatorem eſſe ſanæ mentis, aliter quippè non valeret teſtamentum ipſum, ſi teſtator tunc fuiſſet infirmitate valdè grauatus,vt per Ioan.Andr. in addi.Specu.in §.1.de teſta.Marſil.in ſingu. 449. Afflict.deciſio.143.in d.l.iubemus. col. fi. & per Soci.conſ.20.in facto,& conſ.28.viſis,col. fin. libro 3.de quo etiam per Calca.conſ.92.viſo puncto, & ita voluit etiam Bertran. conſ. 2. quoddã prætenſum teſtamentum factũ vol.6. vbi præſuponit iſtam eſſe magis communem opinionem. Cõis opin.

4 Proce-

4 Procedit ſimiliter præallegata concluſio, quádo notarius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo loquitur, ſecus autem quando ſcribit teſtamentum iſtius balbutientis: nam ſi hoc probaretur, rueret teſtamentum, vt per Bal. in l. quidam, ff. de condi. inſtit. & Iaſ. in l. quoniam C. de teſta.

5 Procedit quoque iſta concluſio, quando notarius non ſcribit hæredem ad nutum capitis teſtatoris, ſed facit teſtatorem ita clarè reſpondere, quòd exaudiatur à teſtibus.

6 Quia teſtamentum non fit nuda voluntate, ſed verbis, vt per Gloſſ. in l. in fraudem §. 1. ff. de mili. teſta.

7 Fallit hoc in fideicommiſſo: nam fideicommiſſa nutu relinqui poſſunt, l. nutu, & ibi, Bart. ff. de lega. 3. cum citatis per Alex. in d. l. iubemus.

SVMMARIVM.

1 *HAERES non poteſt cogi ad ſoluendum relicta in teſtamento non ſolemnii.*

2 *Teſtator poteſt in teſtamento, licèt non ſolemni legatarijs, & fideicommiſſarijs expreſſè permittere, vt poſſint propria authoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum.*

3 *Licentia tradita per teſtatorem legatarijs apprahendendi propria authoritate poſſeſſionem rerum relictarum probatur etiam per actus inualidos.*

OPINIO CCCLXII.

1 HAERES cogi non poteſt ad ſoluendum relicta ex teſtamento non ſolemni, l. ſi veritas, C. de fideicommi. & ibi omnes Doct. notant, & Bal. quoque conſ. 284. & ſequé. & conſil. 308. iſta ſcriptura libro 3. Cōis opin.

2 Interpretatur vtiliter hoc, quando teſtator in teſtamento non ſolemni legatariis, & fideicommiſſariis expreſsè permittat, vt poſsint propria authoritate accipere poſſeſsionem rerum relictarũ, l. 3. §. Lucius. ff. de leg. 2. & ex poſſeſsióe legatarios, fideicommiſſarioſque retentionis commodum conſequi nemini dubium eſt, l. militis codicillis, §. veteranus ff. de mili. teſta. & per Docto. in l. poſt diuiſionem, & in l. cùm quis, C. de iuris, & facti igno. & per Canoniſt. in c. fin. de ſol. & ab opinione hac non eſt recedendum, teſte Alex. in l. nemo, ff. de leg. 1. col. 6. Et quamuis Barbac. in d. c. fin. colum. 7. & ſequé. dicat nonnulla contra iſtam ſententiam, tamen ſecundum eam iudicãdum eſt: quia opinio prædicta communiter approbatur, & magis communiter approbatam eſſe aſſerit Iaſ. in d. l. cùm quis colum. 5. & in allegata l. nemo col. 15. Cōis opin.

3 Hiſque accedit vnum valdè vtile, quòd ad probandum licentiam per teſtatorem traditam apprehendendi poſſeſsionem rerum relictarum propria authoritate, ſufficit etiam actus inualidus, l. qui à patre, vbi Bald. ff. de confirma. tuto. l. fin. & ibi Bar. ff. de rebus eorum, Deci. conſ. 171. in cauſa venerabilis, & Iaſ. conſuluit, conſ. 127. dubitatur col. 5. uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *HOMICIDIVM confitens commiſiſſe ad ſui defenſionem, niſi probet defenſionem, habetur pro confeſſo, & capitaliter puniri debet, ſecundum communem opinionem. Licèt aliqui Doct. aſſeruerint contrarium, quòd homicida confitens homicidium commiſſum ob ſui defenſionem, niſi aliter in proceſſu appareat, vel probetur, non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori.*

OPINIO CCCLXIII.

1 HOMICIDIVM deponẽs, ſeù confitens commiſiſſe ad ſui defenſionem, & ſic ſe defendendo, niſi probet defenſionem, habetur pro confeſſo homicidiũ, debetque capitaliter puniri, ſecundum Glo. & Panor. in c. dum veniſſet extr. de conſtit. Bar. in l. Aurelius, §. idem quęſiit, ff. de libe. leg. Bal. & cęteros in l. 1. C. de confe. Bal. Franciſ. de Aret. & Alex. in l. decem, ff. de uerb. oblig. Ioan. de Imo. & Roma. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, eod. tit. & Boer. poſt alios innumeros congeſtos per eum deciſio. 164. num. 10. cum aliis ſeq. vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur, & ait in praxi obſeruari Aret. in tracta. maleficio. in verb. comparent dicti inquiſiti, & partim negant, poſt princ. Cōis opin.

¶ Contrariam verò partem tenuerunt Abb. Sicul. in c. auditis, col. fin. & ibi Fely. col. 7. de prę-ſcri. Dec. in c. cùm venerabilis, colum. 11. de except. Marſil. ſing. 185. confeſsio inquiſiti, Thom. Ferrat. caute. 5. Iaffredus deciſio. 360. Dicens, Tiraquel. in tract. de pœnis temperandis, cauſa 17. nu. 7. & ſeq. Grammat. deciſ. 5. nume. 13. & ſeq. Capicius deciſio. 155. nume. 11. Maranta in tractа. iudiciorum, in 6. part. verſic. Confeſsio nume. 29. fol. paruo 134. & alij citati per Boerium in d. deciſio. 164. nu. 10. & ſeq. videlicet, quòd ſi de homicidio aliter non conſtat in proceſſu, ſed reus captus, & inquiſitus deponit ſe patraſſe homicidium ad ſuam defenſionem, tunc non punitur quidem pœna mortis, verùm alia mitiori pœna, defenſione non probata; & prędictam Abba. opinionem Doctores pręcitati eam ſequentes appellant limitationem, & licèt Deci. in d. c. cũ venerabilis, & Boeri. in d. deciſio. 164. nu. 10. cũ aliis ſequen. conentur opiniones iſtas ad veram conſonantiam, & concordiam reducere, & diſputando admitti poſſet huiuſmodi concordia opinionum per eorum optimas rationes, iura non leuia,

leuia, & authoritates omnium Modernorum, nihilominus caue ne incidas in Scyllam credens euitare Charybdim, frœtus fortaſſe opinione iſta vltima, quam tanquàm periculoſam nunquàm obſeruari vidimus: nam Bal. ſignanter conſuluit conſ. 245. *Dauanti di uoi*, volu. 2. confitentem etiã delictum cum qualitate, putà quòd occidit ad ſui defenſionem, niſi qualitatem probauerit, puniri: in delictis enim præſumitur dolus, l. 1. C. de ſicar. & l. 1. C. de iniur. & pariter per confeſsioné, factum eſt notorium: ergò puniri debet maleficium, ne delicta impunita remaneant. Ideoque ob hæc noli diſcedere à præmiſſa Barto. ſententia communi in actu practico, quam communem fore aſſeuerant ferè omnes contrariæ opinionis authores in memoratis locis, & Iaſ. in l. vt vim, ff. de iuſti. & iure. nume. 13. & copioſè Iacob. Philipp. Port. ſeù potius Ant. Gabriel in ſuis concluſionibus vtriuſque iuris, lib. 1. concluſione 15. in princip. ubi ipſam communem limitat in ſex caſibus.

SVMMARIVM.

1 *HOMICIDIVM commiſſum per ſolas minas ſibi factas ab eo, qui ſolitus eſt eas executioni mandare non eſt punibile, ſecundum communem opinionem. Quę procedit de iure ciuili non autem canonico, & diuino.*

OPINIO CCCLXIV.

1 HOMICIDIVM commiſſum à Titio per ſolas minas emiſſas contra eum eſt licitum, nec aliquo modo eſt punibile, imò excuſatur iſte homicida, quando huiuſmodi perſona erat ſolita ueriſimiliter tales minas executioni mandare, aliàs ſecus, & ſic ille, qui ipſi Titio mortem minatur, poteſt in illo actu occidi impunè: nam expectare non debet ſe vulnerari, percuti, aut occidi, ita voluit Bald. in l. 1. C. quando liceat ſine iudi. vendi. Ang. in l. quemadmodum, ff. de inoffic. teſtam. Ioan. de Ana. in c. pen. de homi. Abb. in c. cauſa matrimonij, extr. de offic. deleg. Ange. Areti. in §. iuſgentium inſti. de iure naturali gen. & ciui. Cyn. in l prima. C. vnde vi, Marſil. in ſua practi. crimi. in §. diligenter, nume. 87. Iaſ. in l. vt vim, nu. 14. ff. de iuſti. & iur. vbi ſcribit *Cõis opin.* iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur quoque Petrus Duennas in regula 192. nume. 4. poſt alios innumeros relatos per eum, & Corſet. in ſingu. in ver. Metus, vbi teſtatur etiam de communi, & declarat eam procedere ſolummodò de iure ciuili, non autem de iure canonico, & diuino, meliuſque, apertius, & latius interpretatur, & audacter communem fore exprimit Petrus Duennas in d. regula 192. nu. 4. & Ioan. de Amicis, conſ. 116. nu. 4. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *HOMICIDIVM commiſſum eſſe pręſumitur ab eo, qui dixit ſumam vindictam de te, ſi ille, cui minatus fuerat, reperiatur interfectus, & talis ſolitus erat minas executioni mandare, & huiuſmodi præſumptio ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam.*

2 *Indicium ad torturam faceret præſumptio, vbicunque homicidium commiſſum reperiretur ex eo ſolùm, quòd quis dixerit ſumam uindictam de te, & præſertim, ſi is ſolitus erat minas executioni mandare, & minatus reperiatur occiſus.*

OPINIO CCCLXV.

1 HOMICIDIVM commiſſum eſſe pręſumitur ex eo ſolummodò, quòd quis dixerit ſumam vindictam de te, & præſertim hoc procedit, ſi is ſolitus erat minas executioni mãdare, & ſic pręſumptio hæc ſufficeret ad imponendam pœnam ordinariam, vbicunque ille, cui minatus fuerat, interfectus, occiſuſque reperiretur, ſecũdum Imol. cum aliis relatis per eum in l. fina. nume. 10. ff. de hæred. inſtit. vbi firmat iſtam communem opinionem fore. *Cõis opin.*

¶ Contrariam verò partem videlicet, vt huiuſmodi præſumptio, ſeù probatio non ſufficiat ad imponendum pœnam ordinariam homicidij ſequitur, atque ait communiter teneri Anania *Cõis* in c. 1. num. 7. de maledicis, & Docto. omnes in *opin.* l. 1. C. de his, qui. vt indignis, & cum hac opinione tanquàm veriori, atque mitiori libenter concurrimus.

2 Eſt benè verum, quòd præmiſſum indicium, & pręſumptio ad torturam ſufficeret in præſenti caſu, ſecundum eundem Ananiam, vbi ſupra teſtantem hanc ſententiam communiter receptam eſſe. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LEGES ſacratiſſimæ ab omnibus ſciri debent.*

2 *Leges ab omnibus ſciri oportet in caſibus vulgaribus, & qui frequenter ſiunt in facto.*

3 *Leges, vt ſciantur, debet quis à peritis ſe informare.*

4 *Leges ab omnibus ſciri tenentur. Quòd procedit in iure ſcripto, ſecus in non ſcripto.*

5 *Errans in iure, vel ignorans leges, ſtatuta, & proclamationes non dicitur in dolo, ſed in lata culpa.*

6 *Ignorantia iuris excuſat ignorantem à dolo, & excuſat in acquiſitione fructuum, ſecus in præſcriptione; excuſat etiam in quatuor aliis caſibus remiſſiuè poſitis.*

7 *Igno-*

7 *Ignorantia non excuſat mulierem, niſi in caſibus, in quibus eſt in iure cautum.*

8 *Pœna l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, procedit etiam contra mulieres.*

9 *Ignorantia iuris non excuſat mulierem in lucris captandis, quando potuit conſulere peritos.*

10 *Ignorantia iuris non plus excuſat ruſticum, quàm alios, quando potuit peritos conſulere.*

OPINIO CCCLXVI.

1 *Ignorantia iuris.* LEGES ſacratiſsimæ ab omnibus ſciri debent, text. eſt in l. 3. C. de legi.

2 Quod intelligendum eſſe arbitratur Aret. in §. ſuſpectus inſtitu. de ſuſpect. tuto. de iuribus vulgaribus, & caſibus, qui frequenter ſunt in facto, & Alexan. in l. ſi quis ita nume. 4. ff. de verbo. obligat. & Iaſ. in l. quòd te, nume. 35. ff. ſi cer. peta.

3 Tenent, quòd circa hoc quis debet ſe à peritis informari.

4 Sed iſta concluſio habet locum in iure ſcripto: ſecus in iure non ſcripto, vt per Bart. in l. de quibus, ff. de legi. refert Iaſ. in additio. ad Portium, in §. ſed, & quod Principi nume. 24. inſtitu. de iure nat. gent. & ciuil. & Ripa in c. ſæpè nume. 92. de reſtit. ſpoliat.

5 Et hinc eſt, quòd errans in iure, vel ignorans leges, ſtatuta, & proclamationes non dicitur in dolo, ſed in lata culpa, ſecundum Iacob. Butr. Barto. Bal. & alios omnes in d. l. 3. & in l. lata, ff. de verb. ſign. & iſta eſt communis opinio, vt ſcribit Alciat. in tract. de præſumpt. in 3. regula præſumptio. 31. nu. 6. quamuis contrarium, & malè ſentiat Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 4. c. 17. nu. 1. cum aliis ſequen. *Cõis opin.*

6 Iſto itaque caſu errans in iure uidetur carere dolo; & ignorantia ipſa iuris excuſat ignorantem, prout excuſat etiam, & in altero caſu, ideſt in acquiſitione fructuum: ſecus in præſcriptione, ſecundum Barto. Imol. & Paul. de Caſt. in l. ſi fur, §. primo. ff. de vſucapion. Panor. aliique Canoniſtæ in c. ſi diligenti colum. 5. infra de præſcript. & Fely. in c. de quarta colum. 9. de præſcript. & iſtã ponit eſſe communem opinionem Curti. Iunior conſilio 6. colum. penult. & Moder. in dicto cap. ſi diligenti. *Cõis opin.*

¶ Item quatuor alios caſus, in quibus ignorantia iuris inconuincibilis excuſat ab excommunicatione, & à ſententia canonis, & in omnibus ſtatutis latis ab ordinariis, non autem in ſententiis iuris latis à Papa, ponit, & exactiſsimè diſcurrit Frater Franciſ. à Vittoria in ſua Summa ſacramentorum Eccleſiæ in tract. de excommunicatione, q. 8. per totam.

7 Et ſimiliter iſta iuris ignorantia minimè excuſat mulierem, niſi in caſibus, in quibus reperitur in iure cautum, l. fin. C. de iuris, & facti ignor. & not. Bar. Bal. Alex. & cæteri omnes Doct. in l. iuris C. qui admitti.

8 Quod uerificatur etiam in l. ſi quis in tantam C. vnde vi, ubi Gloſſ. & Doct. communiter concludunt pœnam illius legis procedere contra mulierem, & iſtam communem ſequitur, citat, & declarat Alex. in l. iuſtè poſsidet nume. 34. ff. de acqui. poſſ. & Moder. in dicta l. ſi quis in tantam. *Cõis opin.*

9 Et ſic mulieribus ipſis ignorantia iuris non prodeſt, præſertimque in lucris captandis, ſi potuerint conſulere peritiores: ſecus ſi non potuerint, l. in bonorum ff. de bon. poſſ. & ibi Bart. & l. iuris ignorantiam, & ibi Bal. & omnes C. qui admit. ad bon. poſſ. & Gloſſ. in l. 3. C. de iur. & facti ignoran.

10 Et idem in ruſtico concludendum eſt, ſecundum Bald. ibi, & in d. l. iuris ignorantiam, & ratio eſt: quia ſicut mulieres, & ruſtici vadunt ad ſyluam pro lignis, & ad Ciuitatem pro indulgentiis, ita debent ire pro conſiliis habendis: nam hoc non eſt, ſecundum eum multum difficile propter loci vicinitatem, l. 4. §. ſi tam vicinum, ff. de damno infecto, & tenet Ang. conſ. 172. in fi. & vide Cyn. & Bald. in l. 3. C. de iur. & facti ignorã. Roma. conſ. 125. Ancha. & Imol. in c. 2. de teſti. colum. fin. Salyce. & Alexand. in d. l. iuris ignorantiam.

SVMMARIVM.

1 *IMMVNITAS conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinariys, & extraordinariys, ſolitis, & inſolitis non extenditur ad onera impoſita ratione belli diuini, puta peſtis, vel belli humani.*

2 *Immunitas conceſſa etiam verbis generalibus, & amplis non extenditur ad onera impoſita ratione belli, vel alterius publicæ neceſſitatis inexcogitatę, ſecundum vnam communem opinionem, licèt & altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis.*

3 *Immunitas conceſſa per hæc uerba, videlicet ab omnibus, & quibuſcunque extenditur ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnę neceſsitatis reipublicæ propter ipſa verba geminata ab omnibus, & quibuſcunque oneribus.*

4 *Immunitas conceſſa ex contractu oneroſo, & non ex priuilegio non procedit: quia tunc immunis quoque grauari non poſſet propter onera belli.*

OPINIO CCCLXVII.

1 IMMVNITAS conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinariis, & extraordinariis, ſolitis, & inſolitis nõ extẽditur ad onera, quę imponuntur rõne belli diuini, puta peſtis, vel belli humani, ſecundum Cyn. Dyn. Albe. Soc. Alex. Iaſ. & Ripã in l. ſi ex toto ff. de lega. 3. vbi Ripa nu. 17. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quã ſequi *Cõis opin.*

tur Thom.Parpal.in l.placet colum.fin. C. de ſacroſan.eccle.Cępolla in caute.63.aliàs 80.incip. quia priuileg.Fely.in c.cauſam quæ nume.17.de reſcript.Roma.conſilio 436.quòd indultum nume.10.per text. in l. iubemus nullam, vbi Bald. & alij notant,C.de ſacroſanct.eccleſ.Alexan.cõſilio 216.nec arguendi nume.12. uol.2. & de hoc eſt text.cum Gloſſ. & ibi not. Docto. præſertimque Lucas de Penna in l.1.C.vt nemini liceat in empt. ſpec. ſe excuſ. libro 10. & Pariſius conſil. 68.nume.14.volu.1. & iſta eſt magis communis opinio,teſte Ripa in tracta.de peſte, in titu.de remediis ad conſeruandam hubertatem numero 231. Curt. Iun. conſilio 81. habita. colum.6. Aegidi.Boſſ.in pract.crimi.in titu.de Principe,& priuileg.eius, nume. 140. folio 252. Leonardus conſilio 117.nume.25.& ſequen. quod quidem conſilium reperitur inter conſilia feudalia Alberti Bruni fol.128.& Iaſ. in dicta lege ſi ex toto colum.3.

2 Vbi dicit immunitatem conceſſam etiam verbis generalibus,& amplis non extendi ad onera, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius publicę neceſsitatis inexcogitatæ, & quòd in hoc eſt magis communis opinio, vt per eum ibi nu.8.& 12.Ioan.Andr.in additio.Specul.in titu.de cenſibus §.2.verſic.Sciendum eſt,per Anto.de Butr. in cap.peruenit per illum textum, vbi alij Doct. de immunita.eccle.Alberi.de Roſa.in 2. part.ſtatutorum quęſtio. 138. ſtatutum eſt in Ciuitate, Bald.conſ.106.lata fuit volum.5.& Alexan.in d. conſilio 216.& Roland.à Valle conſil.52.requiſitus,vt dicam nume.20.cum aliis ſequen.vol.2. vbi copioſiſsimè, & doctiſsimè tuetur dictam opinionem,ait magis communem, refertque ſententiam contrariam ſimiliter communem, & eam confutat. *Cõis opin.*

3 Sed retenta antedicta prima opinione negatiua,tanquàm magis communi, & magis vera, & magis tuta in deciſiuis, interpretatur ea vtiliter non procedere,quando immunitas ipſa eſſet conceſſa alicui ab omnibus, & quibuſcunque oneribus:tunc immunitas iſta extenderetur etiam ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnę neceſsitatis reipublicę propter ipſa verba geminata,ab omnibus,& quibuſcunque oneribus,ſecundum Alexan conſil.25.primo aſpectu num.113. & conſil.68.quæritur primò nume.17.& 29.uolu.1.& Ioan.Cephalum conſ.58. per totum volumi.1.vbi doctiſsimè,& latiſsimè ita conſuluit, & Natta etiam conſ.275.viſis motiuis ſub nu.4. volu.2.& conſ.397.in fi.eod.vol.

4 Vbi & ſecundo loco conſulendo ſupradictam communem limitat non procedere, vbicunque immunitas ipſa conceſſa eſſet ex contractu oneroſo,non autem ex priuilegio: quia tunc immunis quoque grauari non poſſet propter onera belli.

SVMMARIVM.

1 *IMPEDIMENTVM quodlibet, ac caſus fortuitus probari debet ſolo iuramento, concurrente optima qualitate perſonæ iurantis arbitrio iudicis.*

2 *Impedimentum probari poteſt mediante iuramento, quando agitur de leui præiudicio.*

3 *Impedimentum per iuramentum probari poteſt ſemel tantùm.*

4 *Impedimentum non probatur mediante iuramento, vbicunque quis aliàs fuiſſet periurus, & vbicunque tractaretur de caſibus, in quibus aliter probari deberet ex forma iuris.*

5 *Metus, ſeu perorreſcentia probatur etiam iuramento.*

6 *Vidua, vel alia quæuis priuilegiata perſona habens fori electionem poteſt per orreſcentiam probare in foro, & iudice electo in quacunque parte iudicij, etiam poſt ſententiam in ſecunda inſtantia ſolo iuramento, & acta quæ præceſſerunt eiuſmodi iuramentum valent. Et in eo capite, in quo iuratum eſt, quicquid eſt, relinquitur conſcientię iurantis, & aduerſarius poſt eiuſmodi iuramentum non auditur, ſi vult oſtendere, & de contrario docere.*

OPINIO CCCLXVIII.

1 IMPEDIMENTVM quodlibet,ac caſus fortuitus propter quem quis inſtruméta ſua producere non potuerit, vel non comparuerit,aut intra terminum præfixum non procurauerit ſuos teſtes examinari, vel appellationem infra tempus debitum non interpoſuerit,probari debet ſolo iuramento,concurrente optima qualitate perſonę iurantis arbitrio iudicis,vt voluerunt Specu. in titu.de appella.§.nunc, verſ. Quis ergo,Anto. Imol. & reliqui omnes in c.querelam de procura.Bar.Paul.Caſt. Iaſ.num.1.& ſeq.in l.2.§. quod diximus,ff.ſi quis cautionibus, vbi uocat iſtam ſententiam cõmunem eſſe,quam citat etiam Marcus Ant. Baueri. in tracta. de uirtute iuramenti deciſio. 53. in limitatione 4.Curt.Sen.num.280.& Cato Saccus nume.34.in l.admonendi ff.de iureiuran.Alexã. in d.l.2.§.quod diximus,nu.2.Soc.Iuni.cõſulendo conſ.76.nume.14. vol. 1.Guid. Papę quęſtio. 64.Antonius Petrucius in l.2.nume.348.de iureiuran. Vantius in tracta. nullitatum in titu. de nullitate ex defectu iuris ordina.nume.166.& copioſè Cornelius Benincaſius in tract. de paupertate q.7.3.ſpeciali in iudiciis,num.25.cum aliis ſeq.fol.paruo 79. vbi eam declarat, & ab omnibus contrariis tuetur, & Cæſar Cõtardus etiã in l.diffamari ſub 4.limita.nu.120.cum aliis ſeq.C. de inge. & manumiſ. vbi ſimiliter admonet iſtã eſſe magis cõem ſententiã, & D.Proſper Carauita legum Princeps tẽpeſtate noſtra, & clariſsimus inter Modernos in ritu magnę Curiæ Vicarię, 268.Itẽ ſeruat ipſa curia, quòd petitio excuſat, *Cõis opin.*

ſub

ſub nu. 2. & ſequen. & Ioachimus in obſeruatione 92. frequenter, centuria 3. & in obſeruatione 57. noti iuris eſt, nu. 2. centuria 4. in quibus locis meminit ita fuiſſe deciſú in cõſiſtorio Imperiali.

2 Sed iſta communis, quòd iudex ex ſuo arbitrio arbitrari queat, per iuramẽtum probari impedimentum ipſum, de plano procederet vbicúque ageretur de leui præiudicio, ſecundum Bald. in l. qui accuſare C. de eden. & Ioan. And. & alios omnes in c. 1. de dolo, & contu. in 6.

3 Similiterque procederet eadem cõmunis abſque ſcrupulo aliquo in eo, qui aliàs ſemel iuraſſet de impedimento, & ſic hoc verum eſt ſemel tantùm, & conſequẽter verificatur in vna vice: quia pluries quis non admittitur ad probandum impedimentum per iuramentum, ita Paul. Caſtr. in l. veluti ff. de eden. & in l. ſi. ff. de fer.

4 Et poſtremò procedit quoque prælallegata cõmunis, quòd iudex poſsit arbitrari impedimentum probari mediante iuramento, niſi in eo, qui aliàs fuiſſet periurus, & niſi in caſibus, in quibus aliter probari debeat ex forma iuris, vt firmat Alex. & alij in d. l. 2. §. quod diximus.

5 Itẽ metus, ſeu perorreſcentia probaretur etiã iuramento.

6 Vndè vidua, vel alię quæuis perſonę priuilegiatę habentes fori electionem, & proponentes ipſam perorreſcẽtiã in foro, & iudice electo poſſent in quacũque iudicij parte, ac etiam poſt ſententiam in ſecũda inſtantia iurare ſe perorreſcere potentiam aduerſarij, & acta, quæ prçceſſerũt, abſque dubio aliquo valerent, & tenerent, & penitus ſubſiſterẽt ex indulto Inno. VI. in extrauagan. ſua de facult. audito. Rotæ, & in eo capite, in quo iuratum fuerit. quicquid ſit iurantis conſciẽtię relinquemus, Rota Rom. deciſ. 42. ſi impetratur de reſcrip. & commiſsio. in nouis: neque audiretur aduerſarius, ſi vellet oſtendere, docereque de contrario, Rota Roma. deciſio. 79. nota quòd vbi impetrat, de reſcript. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *IMPERATORES Deus de cœlo conſtituit ad hoc, vt per hora eorum diuinitus leges cõderent.*

2 *Leges dicuntur ab Imperatore emanare diuino quodam modo.*

3 *Imperator lex eſt animata in terris.*

4 *Imperator eſt pater legis.*

5 *Imperator propriè dicitur poſt triplicis coronę ſuſceptionem.*

6 *Imperator vbi, & à quibus triplices coronas accipiat.*

7 *Imperator ante coronationem vocatur Rex.*

8 *Electus in Regem Romanorum poteſt, quæcunque poteſt Imperator poſt coronationem.*

9 *Imperator hodie conſuetudine receptum eſt, vt ſtatim adminiſtret poſt electionem.*

10 *Imperator poteſt adminiſtrare non ſolùm ante coronationem, ſed etiam ante approbationem aliquam de eo factam.*

11 *Imperator perſonaliter Romam ire debet ad ſuſcipiendum coronam, nec per alium poſſet ei aliò mitti.*

12 *Imperator poteſt coronari per Legatum, & alibi quàm Romæ, ſi ſit de voluntate Papę, & ipſius Imperatoris.*

13 *Coronatio Imperatoris eſt de iure poſitiuo.*

14 *Carolus Quintus Imperator vbi coronatus fuerit, & quo tempore.*

15 *Imperator indiget approbatione papali, vnctione, conſecratione, & coronatione.*

16 *Imperator an vngatur per Cardinalem Hoſtienſem ex priuilegio, vel per Papam.*

17 *Imperator licèt conſecrari debeat per Papam, non tamen per ſuſceptionem ordinis.*

18 *Imperator iurare tenetur fidelitatem in manibus Papę tempore coronationis, & conſecrationis.*

19 *Papa eſt ſupra Imperatorem, & omnes Reges.*

20 *Imperator debet à Papa tanquam ſuperiori confirmari, examinari, vngi, conſecrari, & coronari, ſi dignus ſit, vel reijci ſi ſacrilegus, & excommunicatus appareat, etiam ſi electus reperiretur ab Electoribus Imperij.*

21 *Papa deponere poteſt ex cauſa Imperatorem ab Imperio.*

22 *Imperator iurat tempore coronationis de non alienando bona Imperij.*

23 *Alienatio, ſeu donatio facta per Imperatorem tendens in diminutionem iuriſdictionis Imperialis non ualet, etiam ſi ea iurata ſit, ſecus verò ſi donaret ciuitates, & alias res, quæ non ita diminuerent eius iuriſdictionem.*

24 *Imperator eſt dominus totius mundi.*

25 *Reges, Principes, & omnes nationes ſubſunt Imperatori.*

26 *Imperator eſt dominus totius mundi, quò ad omnimodam poteſtatem, & vniuerſalem iuriſdictionem, & non quò ad proprietatem rerum ſingularium; Et ſic eſt dominus ipſe Imperator totius orbis, quò ad protectionem, et defenſionem tantùm, non quò ad dominiũ.*

27 *Hæreſim committit, dicens pertinaciter Imperatorem non eſſe dominum, & monarcham totius orbis.*

28 *Imperator tantæ eſt authoritatis, & præeminentię, vt ab ipſo ad Papam non poſſit appellari.*

29 *Appellatio non fit de inferiori ordinario in temporalibus in terris Imperij ad Papam.*

30 *Imperator quòd eſt Dominus totius orbis quò ad protectionem, & defenſionem, non quò ad dominium, procedit vniuerſaliter, non autem particulariter; Vndè poteſt mundum ab alio occupatum vendicare.*

31 *Imperator poteſt punire ſubditum de delicto vbique commiſſo.*

32 *Imperator in terris Imperij, & in temporalibus præeſt omnibus clericis, ſed non in ſpiritualibus.*

33 *Epiſcopi, & ordinarij nonnulli in temporalibus recognoſcunt Imperatorem, Regem Franciæ, & alios Dominos, quibus preſtant iuramentum fidelitatis.*

34 *Imperator in temporalibus dicitur Vicarius Dei.*

35 *Imperator Papæ, & canoni ſubeſt in ſpiritualibus, & concernentibus principaliter peccatum.*

36 *Imperator non poteſt diſpenſare contra ius diuinum, niſi ex cauſa neceſſaria, & magna.*

37 *Imperator, Rex, ſeu alij Principes ſuperiorem non recognoſcentes gratiam facere nequeunt pro homicidio voluntario, etiam ſi homicida pacem habuerit ab heredibus occiſi.*

38 *Papa diſpenſat cum homicida uoluntario laico.*

39 *Diſpẽſatio clericis pro homicidio voluntario non cõceditur, etiã ſi illud occultũ ſit, nullo modo is clericus ad ordines ſacros promoueri, nec illi aliqua beneficia conferri poſſet, ſed omni ordine, ac beneficio, & officio eccle-ſiaſtico perpetuò carere deberet: ſed pro homicidio [illegible] ſuali datur ipſa diſpenſatio.*

40 *Papa contra ius diuinum reſcribere valet in aliquo particulari caſu illud diſtinguendo, & limitando.*

41 *Papa eſt cauſa cauſarum, & nemo petere poteſt rationem ab eo ſibi reddi eorum, quæ agit.*

42 *Papa dicitur omnia, & ſuper omnia, ac poteſt omnia etiam ſupra ius, extra ius, & contra ius.*

43 *Papa eſt Dominus Dominantium, & Rex Regum.*

44 *Papa habet plenam iuriſdictionem, & alij Principes ſemiplenam.*

45 *Papa habet plenitudinem poteſtatis.*

46 *Papa nõ diſpenſat in his, quę pertinẽt ad articulos fidei.*

47 *Imperator dicitur filius eccleſiæ, ſiue Papę.*

48 *Imperator ſortitur forum eccleſiæ in iuramento, voto, pacis, & contractus obſeruatione.*

49 *Imperator cùm filius eccleſię ſit, non pręſumitur ei pręiudicare.*

50 *Imperator non iudicat cauſas clericorum, & ſacerdotum.*

51 *Imperator dicitur Dei miniſter, & Dei ſeruus, ſed non ſeruus eccleſiæ.*

52 *Imperator dicitur aduocatus eccleſię.*

53 *Imperator eſt aduocatus Papę.*

54 *Imperator olim dominus erat totius mundi quò ad omnia.*

55 *Imperium dependet ab eccleſia.*

56 *Imperium habuit originem, & proceſſit à Deo, & ab eccleſia. Quod procedit, ſecundum Felynum, in Imperio per Chriſtum renouato, non autem in Imperio Romanorum, quod fuit ante papatum.*

57 *Imperator immediatè habet hodie iuriſdictionẽ à Deo, & ab eccleſia.*

58 *Papa etiam uerè habet temporalem poteſtatem in toto chriſtiano orbe, etiam ſupra Imperatorem, & ſic omnium eſt iudex, habetque vtriuſque gladij poteſtatem, & habet ordinariam poteſtatem in iudicando cauſas totius mundi, & in conferendo beneficia, & adminiſtrando: quia omnium eſt iudex.*

59 *Hęreticus eſt, qui dicit Papam non habere ordinariam poteſtatem in iudicando cauſas totius mundi, in conferendo beneficia, & in adminiſtrando, & quòd non habeat temporalem poteſtatem in toto chriſtiano orbe, etiam ſupra Imperatorem, & quòd nõ habeat vtriuſque gladij poteſtatem.*

OPINIO CCCLXIX.

1 IMPERATORES Deus de cœlo conſtituit ad hoc, vt per hora eorum diuinitus leges conderent, §. quia igitur in auth. de inſtit. cau. & fin. Et vt difficilibus quæſtionibus, & negociis diſponerẽt, quę apud eos eſſent bona, bonas deciſiones aptarent ſecundum naturæ veritatem, ita Specula. in procem. ver. Certum, in auth. qúo opor. in princ.

2 Et ideò ab Imperatore dicuntur leges emanare diuino quodam motu, l. fina. C. de pręſcript. long. tempo.

3 Imperator ipſe eſt lex animata in terris, vt in auth. de conſuli. in princ. & notat Specu. in tit. de fer. §. 1. in fi. Bal. in auth. hoc amplius C. de fideicom. Glo. And. de Iſer. & alij Regnicolæ in prælu di. conſtit. Regni, & Alex. conſ. 1. col. 7. lib. 5.

4 Imò Imperator eſt pater legis, vt in auth. de inceſt. nuptiis, §. dubitatum.

5 Et Imperator dicitur propriè poſt triplicẽ coronam ſuſceptam, ſcilicet, ferream in Alemania, argenteam Mediolani, & Auream Romæ, de quibus per Glo. in Clem. 1. §. vos eodem mãdato in verſ. Facturus, de iureiuran. & per Aluaro. in c. 1. col. 5. in tit. quis dicitur Dux, vel Mar. vbi poſt Signo. de Homode.

6 Concludit, quòd in Alemania coronatur corona argentea ab Archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani, Mediolani coronatur ferrea in æde Diui Ambroſij ab Archiepiſcopo Mediola-nenſi, tertia Romæ à ſummo Pontifice ad altare Sancti Mauritij, vt latè deducit etiã Illuſtris D. Reſtaurus Caſtal. Peruſinus præceptor meus in tract. de Imperatore in q. 24. nu. 1. & ſeq. & Cotta in memorali in ver. Imperator, il 2. in fi.

7 Ante verò coronationẽ uocatur Rex, vt eſt tex. in c. venerabilẽ ext. de elect. not. Glo. in d. Cle. 1. §. nos eodẽ mãdato, Bertachinus in tract. de Epiſcopo in 4. par. 2. par. prin. lib. 3. Ruinus cõſ. 161 nu. 17. vol. 2. Cotta in d. verſ. Imperator, il 2. poſt princ. Rainaldus Corſus in add. Oldr. in conſ. 69. in litera D, & Corn. conſ. 177. eggregiè diſcuſſa per totũ lib. 1. vbi diſputat an Imperator ante coronationẽ poſsit legitimare, vel alteri concedere authoritatẽ legitimandi, & latius conſ. 1. in præſenti lib. 3. & Fely. in c. eam te col. 2. de reſcript.

8 Et quãuis variæ reperiantur opiniones Doct. vtrũ Imperator ante coronationẽ poſsit exercere iura Imperij, & omnia, quæ poteſt ipſe Imperator poſt coronationem, quas abundè refert Præpoſitus in d. c. per venerabilẽ col. 2. & ſeq. Tamen vera, & cõmunis ſentẽtia eſt, quòd electus in Re- *Cõis*
gem Romanorum ante coronationẽ poteſt om- *opin.*
nia, quę poteſt Imperator poſt coronationẽ, vt aſſerit Glo. cõiter approbata in c. legimus 93. diſt. Hoſtien. in c. ſuper quibuſdã de uerb. ſign. dicens ita ſeruari, & ita fuiſſe iudicatum per Principes Alemaniæ, & iſtam opinionem ſequuntur omnes Canoniſtæ poſt Anto. in d. c. per uenerabilẽ, Corne. in dicto conſ. 177. colum. 3. & ſeq. & conſilio 1. per totum uolu. 2. Deci. conſ. 1. 194. uiſo, nume. 2. Soci. conſil. 63. nume. 4. uolum. 3. & Pariſius conſ. 4. vol. 2. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Chriſtoph. Port. in rubr. inſtitu. de iuſti. & iur. nume. 5. Cotta in memorali in verſic. Imperator, il 2. poſt pñnc. & cla i ſimus

D.meus

D. meus Reſtaurus in d. tracta. de Imperatore in queſtio. 46. nu. 1. & ſeq.

9 Et licèt olim ſuper hac quæſtione variæ eſſent opiniones, hodie receptum eſt conſuetudine, vt ſtatim adminiſtret, ſecundum Deci. poſt alios relatos per eum in d. c. eam te col. 2. & D. Reſtaurũ in d. q. 46.

10 Ampliatur itaque iſta communis, vt non ſolùm procedat ante coronationem, ſed etiam ante approbationem aliquam de eo factam, vt tenet Abb. in d. c. per venerabilem ante fin. & Barto. in extrauag. ad reprimẽ. in ver. Reges ante fi.

11 Et Imperator ipſe debet perſonaliter ire Romam ad ſuſcipiendum coronam, neque poſſet ei mitti aliò, ita ſingulariter per illum tex. not. Bal. in §. ad hoc colum. pen. de pace iuram. fir. pro cuius dicto benè facit text. in Clem. 1. §. nos itaque circa fin. de iureiur. quem text. not. ad hoc Alua. in c. 1. in princ. in titu. quis dicatur Dux, vel Mar. & in c. 1. §. fin. in 2. not. de pac. iura. firma. vbi ſequitur Bald. in hoc, & D. meus Reſtaurus in d. tracta. de Imperatore in q. 35. & 48. nume. 1. & hoc dictum pro ſingulari citat Iaſ. in repet. l. ſi is, qui pro emptore colum. 90. ff. de vſucapio. vbi refert Cardi. & Gemi. in hoc Bald. contrariari: quia ſecundũ eos poteſt expediri per manus legatorũ.

12 Hoc uerò fallit non procedere accedente cõſenſu Papę, & Imperatoris: cùm coronatio iſta poſſit fieri extra vrbem in quocunque honeſto loco de voluntate eorum.

13 Quia coronatio eſt de iure poſitiuo, vt probat, & tenet Auguſt. Berous in d. c. de cauſis, nu. 39. & ſeq. de offic. deleg.

14 Vbi refert hac ratione, & aliis congeſtis per eum Carolum V. Imperatorem tempore pontificatus Clemen. VII. fuiſſe Bononiæ coronatum, & ſequitur etiam Cotta in memorali in verb. Imperator, il 2. poſt princ. & ita in terminis doctiſſime cõſuluit Berous cõſ. 1. cupiẽs ſatisfacere vol. 1.

15 Et quamuis Imperator indigeat approbatione papali, unctione, conſecratione, & coronatione, d. c. uenerabilem de electio. & ibi Abb. & Cardi. in Clemen. 1. de iureiur.

16 Tamen Imperator ipſe ungitur per Cardinalẽ Hoſtienſem ex ſuo priuilegio, teſte Card. Hoſt. & Abb. in d. c. venerabilem, & Card. in d. Clem. 1. in princip. Sed ibi in §. nos itaq; concluditur per Scriben. & optimo quidem iure contrarium per Papam fieri, ac expediri talem vnctionem.

17 Et licèt Imperator conſecrari debeat per Papam, non tamen per ſuſceptionem ordinis, cuius conſecratio dicitur impropriè, c. Valentinianus 63. diſt. Card. in d. Clemen. 1. in princ. & Abb. in d. c. uenerabilem.

18 Et quamquam Imperator non iuret, nec iurare teneatur fidelitatem: cùm ab omni iuramẽto fidelitatis exẽptus ſit; nihilóminus iurat fidelitatem Papę tẽpore coronationis, & conſecrationis, ſecundũ Bal. in l. fi. C. de leg. Abb. & alios omnes in d. c. venerabilem, & eſt text. in Clemen. 1. de iureiur. cùm Imperator abſque dubio aliquo ſublit Papæ, c. Imperator, & c. duo ſunt 96. diſt. Abb. Fely. & alij in d. c. nouit de iudic.

19 Et ſic Imperator eſt inferior Papa, & Papa eſt ſupra Imperatorem, & omnes Reges, l. uictor C. de ſum. trinit.

20 Et inde eſt, ꝙ Imperator ipſe à Papa debet cõfirmari, tanquã ſuperiore, & ab eo examinari, approbari, ac ungi, conſecrari, & coronari, ſi dignus quippè ſit, vel reiici ſi dignus non ſit, putà ſi eſſet ſacrilegus, vel excommunicatus, licèt electus foret ab electoribus Imperij, text. & Doct. in d. c. venerabilem.

21 Et denique Papa deponere poſſet etiam Imperatorẽ ex cauſa, atq; eum priuare Imperio, & eius corrigere ſententiã, d. Clem. 1. de iureiur. Clemen. paſtoralis, cum not. per Doct. de re iudic. & d. c. uenerabilem, & ibi Canoniſtæ omnes.

22 Et conſequenter Imperator tpe coronationis iurat de nõ alienãdo bona Imperij: q\a nõ eſt merus dñs iuriũ Regni, ſed poti⁹ ꝓpoſitus, & adminiſtrator, c. intellecto, & ibi Abb. in 3. no. de iureiu.

23 Imò ſi donatio, ſeu alienatio facta per Imperatorẽ tenderet in magnã diminutionẽ iuriſdictionis imperialis, minimè illa firmaret iuramẽto, d. c. intellecto, Bal. ĩ proœ. feu. in uer. Expedita, Bar. in l. prohibere §. fi. ff. quod vi, aut clam, Bal. in tit. de pace Conſt. in ver. Succeſſorũ ſuorũ, Alex. cõſ. 24. col. fi. uol. 5. & iſtã eſſe cõem opin. ad lucẽ adducit Abb. in d. c. intellecto col. 2. circa mediũ, Io. de Imo. in rub. ff. de uer. obli. & Ang. in l. ſi certarũ in prin. ff. de teſta. mil. Sed ſi Imperator ipſe donaret aliquas res, & ciuitates, quę non ita diminuerẽt eius iuriſdictionẽ: valeret tũc quippè eius donatio, & præiudicaret ſucceſſori, c. Abbate ſanè de re iud. in 6. & ita ꝑ nonnullas authoritates, & rationes firmat Natta conſ. 636. Multa ſunt, nu. 44. cum aliis ſeq. vol. 3. *Cõis opin.*

24 Et Imperator deniq; eſt dñs totius mundi, l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iactu, & l. benè à Zenone C. de quadr. præſcr. c. qm̃ 10. diſt. c. ad uerũ, c. duo ſunt, & c. Imperator 26. diſt. & c. funerũ 12. q. 1. & iſta eſt cõis opinio, atteſtante D. meo Reſtauro in d. tract. de Imperatore, q. 52. Menochio cõſ. 2. magni ponderis controuerſia, nu. 3. & ſeq. vol. 1. & Rolan. à Valle conſ. 100. multiplici ex capite, nu. 4. & ſeq. vol. 4. *Cõis opin.*

25 Quoniã ei ſubſunt Reges, Principes, & oẽs nationes, vt cõcludunt oẽs Doct. cõiter in c. uenerabilẽ, q. filij ſint legi. in c. nouit de iud. & in d. c. venerabilẽ, & in l. 1. C. de ſum. tri. & fid. quam communem celebrat, & citat Iaſ. ibi, nume. 6. & 8. & Cotta in memorali, in ver. Imperator, il 1. *Cõis opin.*

26 Huic verò opinioni obſtat iſta obiectio: quia eodẽ tẽpore eſſent duo dñi eiuſdem rei, putà rei meæ, ſcilicet Imperator, & ego: quod eſt contra l. ſi vt certo §. ſi duobus uehiculũ ff. commo. Solue iſtam difficultatem, ut per Bulg. Gloſ. & Barto. in proœm. ff. in princip. Barto. in l. prima. §. per hanc ff. de rei vend. Old. conſilio 176. quæſtio. 2.

Fratrem Guil. Pepin. in ſermonibus de deſtruct. Niniuæ ſermone 9. de deſtructione domus Regię Ciuitatis Niniuæ in fin. & per Paul. de Caſt. conſil. 56. videtur dicendum, nume. 2. uol. 2. Nattam conſ. 636. Multa ſunt, nume. 42. & ſeq. & conſil. 640. maximi ponderis, nume. 7. vol. 3. & Deci. cõſil. 528. nume. 9. qui dicunt Imperatorẽ eſſe Dominum mundi quò ad omnimodam iuriſdictionem, & ſupremam poteſtatem, non quoad proprietatem ſingularium rerum; Imò illæ pertinẽt ad ſingulares perſonas, & ſecundum Fabia. de Monte etiam in tract. de emptio. & vendit. in 3. princip. q. nume. 7. vbi ait quòd Rex, vel Imperator non poteſt vẽdere rem ſui ſubditi, niſi ob publicam vtilitatem, & ſecundum Guil. Pepin. quoque in d. ſermone 9. circa fi. vbi firmat, quòd Imperator ipſe eſt Dominus omnium rerum, tanquàm conſeruator, & director, & idem tenet Portius in rubrica inſtitu. de rerum diuiſio. nume. 5. vbi interpretatur Imperatorem ipſum eſſe dominum totius orbis, quoad protectionem, & defenſionem tantùm, non autem quoad dominiũ, & Alexan. quoque conſil. 76. nume. 7. volu. 2. Cæſar Vrſillus etiam in additio. Afflicti in deciſio. 267. ſub nume. 5. cum aliis ſequen. vbi prædicat

Cõis opin. iſtam eſſe communem opinionem, & Roland. à Valle cum aliis ſignatis per eum conſi. 88. in cauſa magnifici Domini Antonij de Burgo, num. 7. volu. 1. & Rainaldus Corſus in additio. ad Oldra. conſilio 69. in litera D, in princip. Alia verò plura, & forſan maioris momenti poſſem opponere contra iſtam communem, prout opponit per nõ leues authoritates, nec quidem per friuolas rationes Iacob. Menochius in tract. recup. poſſ. in reſponſo in cauſa Finarienſi in ſecundo reſponſo, nume. 98. cum aliis ſequen. & in dicto conſi. 2. numero 98. cum omnibus aliis ſequen. volu. 1. & Couarruuias in regula, peccatum de regu. iur. in 6. in 2. par. 5. q. nu. 5. verſic. His tandem ſol. par. 244. quæ omnia prætermicto.

27 Quia contrahitur hæreſis, ſi dicatur Imperatorem non eſſe dominum, & Monarcham totius orbis: cùm dicatur in Euangelio Lucæ 3. c. exiit edictum à Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. & Chriſtus filius Dei ſoluit tributũ 11. quæſt. 1. c. magnum. & etiam Chriſtus recognouit Cæſarem Imperatorem, vt dicitur in Euãgelio reddite quod Dei, Deo, & quod eſt Cæſaris, Cæſari, Matthęi 22. & Marci 11. & c. militare 23. q. 1. Paul. ad Rom. 13. c. in extrauag. ad reprimendum. in princ. & ibi Glo. & de tranſla. Epi. c. Apoſtolicæ, & c. nos de re iudi. Clemen. 1. de magiſtris, & Clemen. 1. de ſenten. excommu. in princ. & ibi per Cardi. & per Bar. in l. hoſtes colum. 2. ff. de capti. & poſtlimi. reuer. & Rolan. à Valle in d. conſilio 88. nume. 9. & uide plenè per Iaſ. in l. cunctos populos colũ. 2. C. de ſum. trini. & fide, vbi dicit quòd Bal. in c. ſolitæ de maior. & obedien. tenet contra Bar. & Panor. in c. nouit de iudi. ante fin. quorum quippè opinio apparet contra determinationem eccleſiæ, & contra text. Sancti Euangelij, vt cautè aduertit Rainaldus Corſus in addit. Oldra. conſ. 69. in litera D, in fin. ideò hæreticum eſſet recedere à prima ſententia, tanquam fundata in Euangelio.

28 Et Imperator ipſe eſt talis, tantæque pręheminentiæ, vt ſupra docuimus, quòd minimè de Imperatore ad Papam poteſt appellari, c. cũcta, 9. q. 3. & hoc idem uoluit Gloſ. in cap. quoniam 11. diſtin.

29 Imò fortius dic, quòd de inferiori ordinario in temporalibus in terris Imperij ad Papam non appellatur, c. ſi duobus, in fi. infra de appellatio. minus ergò ab Imperatore ad Papam: argumento l. 1. ff. à quo appella. non licet.

30 Et concluſiuè procedendo intellige iſtam vltimam communem vniuerſaliter procedere, nõ autem particulariter, ſecundum Bart. in tractat. de reprimen. in verb. Totius orbis, ubi, & in l. 2. C. in quib. cau. colo. lib. 11. Subdit ex hoc, quòd Imperator poteſt mundum ab alio occupatum uendicare.

31 Et ex iſta ratione quòd Imperator eſt dominus totius mundi, dixit Bal. in l. fin. in princ. C de eunuch. quòd Imperator poteſt punire ſubditũ de delictis vbique locorum perpetratis, & de eis iudicium ferre, & eſt tex. ubi etiam Glo. in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, & Glo. Abb. & cæteri omnes in c. fi. de foro comp. & ita conſuluit Ant. Rubeus Alexandrinus conſ. 77. nu. 1.

32 Item intellige dictam communem, quòd Imperator in temporalibus præeſt omnibus clericis, & laicis in terris Imperij, non autem in ſpiritualibus, ſecundum Innoc. in c. nouerit de ſent. excom. quem refert, & ſequitur Bal. in ſua Marga. in uerb. Imperator.

33 Imò plures ſunt Epiſcopi, & ordinarij, qui in tẽporalibus recognoſcũt Imperiũ, Regẽ Francię, & alios Dominos tẽporales, de quibus p̃ſtant eis iuramentũ fidelitatis, & c. c. ſi nobis 23. q. vltima, & c. cùm parati de appella. cum ſimilibus.

34 Imperator enim dicit̃ Vicarius Dei in tẽporalibus, ſecundũ Bal. in l. 1. C. de iur. aur. anulo. & in auth. habita col. 4. C. ne filius pro patre.

35 Sed aduertendum eſt, ꝙ in ſpiritualibus, & cõcernẽtibus peccatũ principaliter Imperator Papæ, & canoni ſubeſt, c. nouit de iud. c. omnes de maiori. & obed. c. quoniam 10. diſtin.

36 Et quãuis Imperator dicat̃ Dei Vicarius in tẽporalibus, tñ non poteſt diſpenſare, ſeu reſcribere contra legẽ diuinã, vt per Iaſ. in l. cunctos populos, nu. 48. C. de ſum. trin. & fid. catho. niſi ex cauſa neceſſaria, & magna, ita Bal. in d. l. 1. C. de iure aure. anu. Gloſ. in l. fi. C. ſi cont. ius, vel vtil. pub. & idem Bal. num. 9. & omnes alij in l. reſcripta C. de precibus imper. offeren.

37 Et hinc eſt, ꝙ Imperator, Rex, ſeu alij Principes ſuperiorem non recognoſcentes gratiam, & liberationẽ facere nequeunt modo aliquo pro homicidio cogitato, p̃meditato, ac animo delibera-

to, com-

to cõmiſſo, etiam quòd homicida habuerit pacẽ, & remiſsionem ab hęredibus occiſi; & ſi gratiam in præſenti caſu concederent, ea utique non valeret, neque teneret, tanquam conceſſa contra ius diuinum, peccarentq; Principes ipſi mortaliter, ac facerent contra mandata, & legem Dei poſita, ac poſitam in ueteri, nouoque teſtamento, prout ita religioſè, ſuſiſsimè, atq; doctiſsimè more ſuo, conſuluit D. Ioan. Bapt. Plotus in conſil. 78. poſt prędictum conſilium à me expletum, per totum, vol. 1. ſiquidem talis homicida ex forma Sacræ Scripturæ teſtamenti ueteris, & noui, & Euangeliorum mori deberet.

38 Sed hoc locum non ſortiretur in Papa, cùm ipſe ſolus poſſet diſpenſare cum homicida uoluntario, ſecundum Doct. omnes concorditer in cap. ſicut dignum de homicid. & Ioan. Tabienſem in ſua Summa Tabiena in uer. Homicidium §. 12. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

39 Quam de plano procedere autumarem in laico homicida uolũtario, ſecus verò in clerico: cùm clerico homicidæ voluntario diſpenſatio non cõcedatur, etiam ſi crimen hoc in iudicio probatũ non ſit, nec aliqua ratione publicum, ſed occultũ fuerit, nullo modo ad ſacros ordines promoueri poſſet, nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiã ſi curam animarum non habeant, conferri liceret: cæterùm omni ordine, ac beneficio, & officio eccleſiaſtico perpetuò carere deberet, vt ſtauit Sancta Tridentina Synodus in 14. ſeſsio. in cap. 7. vbi ſimiliter determinat diſpenſationem pro homicidio caſuali concedi poſſe.

40 Et huic ſententiæ, quòd Papa contra ius diuinum reſcribere queat in aliquo caſu particulari, illud diſtinguendo, & limitando, accedunt Glo. Cyn. & Saly. in l. fi. C. ſi con. ius, vel vtil. pub. Bar. in proœm. Digeſtorum, col. 3. Quintil. Mandoſi. in regulis cancellariæ in regu. 2. de reſeruat. ſub num. 14. & Natta cum aliis aggregatis per eum conſ. 33. Maximi ponderis, num. 2. volum. 1. vbi ſimiliter meminit iſtorum opinionem communem eſſe. *Cõis opin.*

41 Et de hoc mirandum quippè non eſt, ſiquidẽ neminem rationem eorum, quæ agit ipſe Pontifex tanquam cauſa cauſarum ab eo ſibi reddi, petere non poſſe compertum eſt, teſte Specul. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum, uer. 89. Bald. in prælud. feud col. 12. & in l. fin. col. 1. C. quæ ſent. reſc. no. poſ. & Iaſ. conſ. 145. col. 2. vol. 2.

42 Traditque Bald. etiam in l. Barbarius in fin. ff. de offic prętο. Papam eſſe omnia, & ſuper omnia, & denique omnia quoque ſupra ius, extra ius, & contra ius poſſe.

43 Imò oſtendit idem Bald. in c. eccleſia Sanctæ Marię col. 3. vt lit. penden. Papam Dominum Dominantium, & Regem Regum eſſe.

44 Et poſtremò Glo. in c. conſequens diſt. 11. demonſtrat apud Summum Pontificem plenam iuriſdictionem eſſe, penès alios verò ſemiplenam.

45 Et ſic ipſe Papa plenitudinem poteſtatis habet, c. cuncta per mundum, c. principalem, & c. nemo 9. q. 3.

46 Sed non vtique diſpenſat in his, quæ pertinent ad articulos fidei, ita Bal. in l. fin. col. 2. C. de quadrien. præſcrip. Card. in Clem. ſi Romanus de pręben. & Innoc. in c. 1. de biga.

¶ Nam in his, quæ concernunt fidem diſponere nequit idem Pontifex modo aliquo; cùm illa non depẽdeant à Papa ſolo, c. Anaſtaſi. & ibi Glo. 19. diſtin & c. poſt tranſlationem in fin. vbi Glo. & alij omnes de renunc. & Hoſtien. Ioan. And. & Abb. in c. propoſuit de conceſſ. præben. & Natta in d. conſ. 33. nu. 6. vol. 1.

47 Et Imperator ipſe dicitur filius eccleſiæ, ſiue Papæ, cap. in ſcripturis, & cap. ſi Imperator 96. diſtinct.

48 Quo fit, vt quò ad iſta Imperator forum eccleſiæ ſortiatur, ut in iuramento, in uoto, in pacis, & contractus obſeruatione, quæ ad forum eccleſiæ pertinere dicuntur, ut in c. fin. de iureiur. in 6. & in c. quod clericis, vbi Glo. & Doct. de foro competen. cum ſimilibus.

49 Et hinc colligitur, quòd Imperator qui eſt eccleſiæ filius non cenſetur ei vllo modo præiudicare, ut firmat Barbat. conſ. 58. col. 4. vol. 2.

50 Atque ideò Conſtantinum Imperatorem reſpondiſſe aiunt, cùm ad eum ſacerdotes iudicij ſuſcipiendi cauſa traherentur: ite, & inter uos cauſas ueſtras diſponite: quia dignum non eſt, ut nos iudicemus Deos, vt relatum eſt in c. ſacerdotibus 11. q. 1. & confirmatur in c. uiolatores 25. q. 1. & in c. Imperium, & in c. ſuſcipitis 10. diſt.

51 Et denique Imperator dicitur Dei miniſter, Deique ſeruus, ſed non ſeruus eccleſiæ, ita Bald. in d. auth. habita in 6. notabili C. ne fil. pro patre.

52 Sed Imperator ipſe dicitur quippè aduocatus eccleſiæ, c. tibi Domino, & c. Ego Ludouicus 63. diſt. & d. c. venerabilem, & ibi Domin. & Abb. de electio. Gloſſ. & Cardin. in Clement. 1. §. fina. de iureiur.

53 Et conſequenter etiam Imperator debet eſſe aduocatus Papę, ita Bal. in l. fin. C. de quadri. pręſcriptio. & Innoc. in c. licet de foro competen.

54 Benè uerum eſt, quòd olim Imperator erat Dominus totius mundi, quoad omnia, vt latè deducit, & probat poſt alios ſignatos per eum Io. Lupi in repet. c. per ueſtras §. 20. nu. 17. de dona. inter vir. & vxo.

55 Sed aduerte, ne erres, quia Imperium dependet ab eccleſia, ſecundum omnes Canoniſtas in d. c. nouit de iudic. Aret. conſil. 58. colum. 11. Apoſtillam ad conſ. Oldra. 69. ſub litera D, & Cardinalem Albanum in lucubrationibus in Bar. in l. fin. num. 3. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & iſta eſt communis opinio, teſte cauto D. Brunoro à Sole in additio. Fely. in c. ſolitæ de maiorit. & obedien. ſub num. 6. & Illuſtriſsimo, ac facundiſsimo Cardinale Albano in lucubrationibus ad Bar. in d. l. deprecatio, ſub nu. 6. *Cõis opin.*

56 Et

56 Et hoc non mirum eſt ſiquidem Imperium ipſum habuit originem, & proceſsit à Deo,& ab ecclesia immediatè,vt firmat Innoc.in d.c.nouit,& Alex.cum cæteris aggregatis per eum conſil.24. conſideratis his, quæ in themate narrantur, nu. 24.vol.5.&Abb.in d.c.nouit,vbi in medium expoſuit iſtam eſſe communem opinionem. Quam ait procedere Fely. in c.cùm non liceat, num.13. de præſcript. in Imperio per Chriſtum renouato,non autem in Imperio Romanorum,quod certè fuit ante Papatum,per authoritates citatas ibi per Fely. *Cõis opin.*

57 Sed quicquid ipſe ibidem aſſerat, concludendum eſt,quòd Imperator hodie habet iuriſdictionem à Deo,& ab eccleſia immediatè, c. eccleſiæ de iureiur.& Card.ibi, & in Clemen. fin.quæſt.6. de cenſ.Cùm omnis poteſtas à Deo ſit,ad Rom.c. 14.& c.quid culpatur 22.q.1.

58 Imò concludendum eſt etiam vtiliter, quòd Papa verè habet temporalem etiam poteſtatem in toto Chriſtiano orbe, etiam ſupra ipſum Imperatorem,& conſequenter omnium eſt iudex, habetq; vtriuſq; gladij poteſtatem,& nemo ex creaturis eſt, qui ſe eximere poſsit aliquo modo ab eius iuriſdictione,habetque ordinariam poteſtatem in iudicando cauſas totius mundi,& in conferendo beneficia, & adminiſtrando, ut uoluit Glo.in d.c.nouit,Oldra.conſ.180.num.12.&18. Bar.in l.1.§.1.ff.de requir.reis,& profundiſsimus D.Gaſpar de Peruſio in tract. de reſeruationibus beneficiorum in prin.vbi diffusè, ſubtiliſsimè,& realiſsimè tollit omnia contraria, & eandem opinionem ſequuntur quoque, & communem prædicant Dec. in d.c. nouit, Cardinalis Albanus in lucubratio.in Bar.in d.l. fin.ff.de iuriſdictio.om. iud.nu.1. cum alijs ſeq. & in diſputatione de immunitate eccleſiæ, ſub num.71.& ſeq. & D. Reſtaurus Caſtaldus preceptor meus in tract.de Imperatore q.50. *Cõis opin.*

59 Imò,qui diceret Papam prædicta non poſſe,hereticus eſſet,c.nulli 19.diſt.& not.Glo.in c.generali de electi. lib.6.in uer. Inhibemus;licèt & malè mordendo Bar.Couarru. in d. regu. peccatum aſſerat contrarium in 2.par.§.9.num.7.verſ. Primum,an verum ſit,quòd frequentiori noſtrorum calculo fol.paruo 240.

SVMMARIVM.

1 *IMPVBES ante legitimam ætatem ſi ſolemniter religionem profiteatur,profeſſio eſt nulla etiã ſi ſit puer diſcretus,& doli capax.*

OPINIO CCCLXX.

1 IMPVBES ante legitimam ętatem, etiam ſi ſolemniter religionem profiteatur, profeſsio eſt nulla, c. 1. de reg. in 6. Et præſertim procedit hoc quoq; ,ſi puer etiam diſcretus foret,ac doli omni nõ capax,ſecundum Glo.communiter approbatam in c.poſtulaſti,de regu.quam ſequitur Abb. in c.ſignificatum,eodem titu.idemq; notat Cardin.in Clemen.fin.de æta.& qualita.q.3.Abb.in c. atteſtationes de deſpon. impube. Syluester in ver.Religio 2.q.12.&in uerb.Religio 3.q.2.Caietan.in ſum.in materia uoti §.ex parte autem uouentis in uerb.imperfectio autem ætatis. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *INFAMIA iuris quæ dicatur.*

2 *Infamia iuris non probatur,niſi per ſententiam,vel per confeſsionem delinquentis, quamuis delictum probetur per teſtes.*

3 *Infamis non efficitur abſens, ſi condemnetur vt contumax precedente inquiſitione; & conſequenter infamis non efficitur damnatus per inquiſitionem. Sed benè infamis efficeretur inquiſitus, quando comparuit, & defenſionem ſuſcepit,& condemnatus fuit.*

OPINIO CCCLXXI.

1 INFAMIA iuris dicitur illa,ſecundum Abb.in c.1.de accuſat.quæ irrogatur delinquenti ſecundum leges ciuiles, uel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur,ut l.1.& ſeq.ff.de his qui not.infamia,uel mediante ſententia, vt habetur in l.infamem ff. de publi.iudi.& in c. prohibetur 2.q.1.& in l.qui accuſare ff.de accuſa.

2 Et quamuis probetur delictum infamans per teſtes, non ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille aduerſus quem probatum fuit, niſi ſententia,ut ſupra docuimus,accedat, vel confeſsio delinquentis,vt per Glo. communi calculo à Doct. approbatam in l.ſed,& ſi poſſeſſori §.ſi cùm de hęreditate ff.de iureiu.quàquidem communem ſequitur,& citat ultra Scriben.in d.§.ſi cùm de hæreditate,Iaffredus in deciſ.304. *Cõis opin.*

3 Hoc verò interpretatur cum grano ſalis non procedere contra abſentem,& contumacem condemnatum pręcedente inquiſitione,quo caſu nõ efficeretur quis infamis, ſecundum Glo.in l.3.§. præterea,de ſuſpec.tuto.quæ vult, quòd damnatus per inquiſitionem non ſit infamis, idem tenet ibi Dyn.Glo.& Cyn.in l.fin.C.de ſuſpect. tuto.Bar.in l.ictus fuſtium,de his qui notan.infa.& in l.non ſolùm §.fin.de procu.& in conſ.incipien. quęritur,& in dubium reuocatur an Franchinus, Glo.in l.1.C.de modo mulcta.Bart.autem,& quidam alij in d.l. infamem videntur aliter ſentire. Tamen aduerte:quia loquuntur,quando inquiſitus comparuit, & defenſionem ſuſcepit. Sed quãdo abſens,& in contumaciam fuerit condemnatus, eo caſu non infamatur, vt ſuperius oſtendimus,& in effectu reperio Iacob.Butr. in quadam ſua diſputa. tenere contra iſtam communem ſententiam

tentiam Gloſſarum, quòd condemnatus in con
tumaciam efficiatur infamis, cum quo vide-
tur ſentire Bal. in l. cùm mulier ff.ſoluto matri-
monio; nihilominus ipſemet Bald. reuocando
opinionem in melius, tenuit dictã communem
in l. 1. C. de hæred. inſtitut. in l. etiam C. de fur. &
Cōis opin. in l. 1. C. de calum. qui aſſerit iſtam eſſe commu-
nem opinionem, in tantùm quòd iſta communis
habet vnicum contradicentem, ideò fatuum eſ-
ſet ab ea diſcedere in actu practico.

SVMMARIVM.

1 *INFAMIS non efficitur condemnatus pro le-
ui, ſeu modica iniuria alteri illata.*

OPINIO CCCLXXII.

1 INFAMIS non efficitur con
demnatus pro leui, ſeu modi
ca iniuria alteri illata, ſecun
dum Specu. in titu. de in in-
tegrum reſtit. §. viden. in fin.
Bal. in c. 1. §. iniuria col. 1. de
pace iura. firman. in feudis,
Glo. & Ancha. in c. cum te ext. de ſententia, & re
iud. per text. ibi, Alex. in add. ad Bart. in l. infamẽ
ff. de infamib', Bal. col. 3. & Barb. col. 12. in c. at ſi
clerici de iud. & Roma. conſ. 191. Bald. Salycc. &
Aret. in l. decuriones C. ex quib. cauſ. infamia ir-
rogatur, Ang. Aret. in tract. malefic. in uer. verba
iniurioſa in fi. n. 17. & Aug. ibi, Tiraq. cũ alijs con
geſtis per eum in trac. de iudicio in rebus exiguis
ferendo q. 64. fol. par. 42. & Vaſq. copioſè in trac.
de ſucceſsionũ reſolutione lib. 1. §. 7. nu. 40. & ſeq.
Vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem,
& refert alios Doct. contrariæ ſententiæ, ſimul cũ
Tiraq. in loco ſuperius citato.

SVMMARIVM.

1 *COLLATIO beneficij ex cauſa ingra-
titudinis à prælato reuocari non poteſt.*
2 *Collatio beneficij non poteſt dici donatio:
quia prælatus ex neceſsitate officij fecit
illam, non autem ex liberalitate.*
3 *Renunciatio beneficij in fauorem alterius facta nun
quam reuocatur, etiam ratione ingratitudinis.*

OPINIO CCCLXXIII.

1 INGRATITVDI-
nem licèt committat
ille, cui eſt beneficium
collatum, in perſonam
prælati conferentis ip-
ſum, beneficiũ, non poſ
ſet prælatus ea ex cau-
ſa collationem reuoca-
Cōis opin. re, vt uoluerunt Ioan.
And. & omnes communiter, teſte Abb. in c. fina.
num. 9. de donatio.
2 Siquidem collatio beneficij non poteſt dici do
natio: ex quo prælatus illam fecit potius ex neceſ
ſitate officij, quàm ex liberalitate, & iſtam opinio
nem ait communem quoque Ripa, in l. fin. num.
158. & ſequen. C. de reuocan. donatio. & ſequitur
etiam, & comprobat Paulus de Roma in tract. de
penſione eccleſiaſtica c. 8. ſub nume. 4. cum alijs
ſeq. ubi nu. 9.
3 Similiter firmat, quòd renuncians beneficiũ
nunquam poſsit habere regreſſum ad illud bene
ficium, ſcilicet, quod reſcindatur renunciatio ip-
ſa occaſione ingratitudinis.

SVMMARIVM.

1 *INIMICITIA capitalis ſola, ſimplex, & de
per ſe non facit indicium ad torturam, ſecundum
vnam magis communem ſententiam, licèt ſecun-
dum alteram ſimiliter cõmunem ex ſola capitali ini-
micitia tortura inferri poſſit.*

OPINIO CCCLXXIV.

1 INIMICITIA capitalis ſola,
ſimplex, & de per ſe, tanquam
remota, ac remotiſsima à fa-
cto non facit indicium ad tor-
turam, ſecundum Bal. in c. lite
ras, de præſumptio. & conſilio
403. quidam fuit, in princ. uol.
3. Ray. & Ioan. de Imol. in l. fin. ff. de hæred inſtit.
Gandi. in tract. maleficio. in verb. fama publica,
col. 7. & 12. & ibi Auguſt. in additio. Ioan. de Ami
cis conſulendo conſ. 51. nume. 6. & ſeq. Marſil. in
pract. crim. in §. diligenter, nume. 69. cum tribus
alijs ſeq. & in l. 1. §. præterea, num. 24. & ſeq. ff. de
quæſtio. & Grammat. in voto 30. nume. 20. & in
uoto 34. nu. 1. & 7. & in conſ. crim. 3. nu. 5. & 16.
in quibus locis meminit iſtorum opinionem eſſe Cōis
magis communem. opin.
¶ In contrariam verò partem inclinauerunt
Ang. l. fin. ff. de quæſtio. Specu. & Io. And. in add.
in titu. de præſumpt. in §. ſpecies, verſi. ſed pone,
Roma. in l. 1. §. hoc reſcriptum, ff. ad Sylla. & Cal-
can. conſ. 62. in Chriſti Saluatoris, & Marcus An
tonius in tract. de indicijs nume. 177. ubi firmat
iſtam eſſe communẽ ſententiam, videlicet, quòd Cōis
ſi quis reperiretur occiſus in aliquo loco, & habe opin.
ret Titium inimicum ibi: præſumeretur tunc ab
ipſo inimico interfectus, & poſſet torqueri ſine
alijs indicijs. Sed prima opinio videtur magis cõ
munis, æqua, rationabilis, & vera; imò Auguſt. in
d. additio. Ang. pietate, optimiſq; rationibus du
ctus protulit magnum verbum, quòd ob inimi-
citiam duntaxat capitalem præcedentem nun-
quam aliquem ad torturam poneret, & Marſil. in
d. §. diligenter, & in d. §. præterea retulit opinionẽ
Ang. Specu. & ſequacium eſſe iniquam, & pericu
loſam, prout eſt fatua, diuinatiua, & periculoſa
nimis

nimis in hoc,& in alio ſęculo,iudicio meo,& probat fortiſsimis argumentis Marſil. in præcitatis locis,quibus nulla adaptari poteſt reſponſio; Vnde habendo ipſe veritatem ante oculos amplector totis uiribus opinionem Bal.&communem, ne redditurus eſſem rationem in die iudicij vniuerſalis, de ponendo manum cum maxima irretractabili, & irreparabili iactura aliena in re ſic alta,profunda,& dubia,quæ ſoli Deo clareſcit.

SVMMARIVM.

1 *REMISSIO iniuriæ,ac violentiæ ſimpliciter facta in inſtrumento pacis,ſeu remiſſionis non continet remiſſionem damnorum, & intereſſe,nec ad illa extenditur,niſi exprimatur.*

OPINIO CCCLXXV.

1 INIVRIAM, ac violentiã remittens ſimpliciter in inſtrumento pacis, ſeu remiſſionis iniuriæ, non cenſetur damna, & intereſſe remittere, & ſic in remiſsione iſta ſimplici iniuriarũ, vel mortis non uenit aliquo pacto remiſsio intereſſe pecuniarum, ſecundum Glo. in §.fin. inſtitu.de iniur.Dyn.in l.ſi unus,§.ſi ante,ff.de iniur.Bar. Bal. & Ang.in l.ſi tibi,§.quædam,ff. de pact.Boer.deciſ.52.num.6.Alex.conſil.168.uolum.2.& conſ. 30.uolum.5.Ioachimum in obſeruatione 10.nu. 1.centuria 4.& Io.de Amicis conſil.88.num.14. Vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionẽ; Vnde cautè agere diſcat homicida, aut delinquens, vt in inſtrumento pacis expreſsè, & ſpecificè remittatur ſibi intereſſe,& damna,aliàs nihil agit, nec remiſſa intelliguntur damna prædicta,ſecundum Bal.in d.§. quædam, & refert Ioan.de Amicis in d.conſ.88.nume.14.& Ioachimus in d.obſeruatione 10.centuria 4.nu.1.& ſeq.vbi hoc utiliter ampliat. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *INSTANTIA litis durat triennio, & non poteſt vltra triennium protelari per partes.*

2 *Inſtantia litis nec per indirectum per partes protelari poteſt,etiam per pœnæ impoſitionem.*

3 *Peremptio inſtantiæ eſt introducta ob bonum, & fauorem publicum,ne lites fiant immortales.*

4 *Peremptioni inſtantię,etiam cum iuramento renuntiari non poteſt.*

5 *Prorogatio inſtantiæ,etiam cum iuramento partium facta non valet.*

6 *Iuramentum non firmat actum contra publicam vtilitatem.*

7 *Inſtantia litis labitur,etiam facto partis,ſiue Iudicis,& currit ipſo iure, etiam ſi partes, vel iudex extiterit impeditus.*

8 *Reſtitutio in integrum competit, & concedi debet aduerſus peremptionem inſtantiæ, ſi petatur, & non aliter.*

9 *Inſtantia de iure canonico non finitur triennio, ſed durat perpetuò,tam in negotijs ciuilibus, quàm etiam criminalibus.*

10 *Appellari poteſt regulariter ante ſententiam diffinitiuã ab interloquutorijs,& quolibet grauamine de iure canonico. Et quælibet appellationis cauſa per annum,uel biennium durare poteſt.*

11 *Appellari non poteſt regulariter ante diffinitiuam ſententiam de iure ciuili ab interloquutorijs.*

12 *Inſtantia incipit currere à die litis conteſtationis tam in cauſis ordinarijs, quàm arbitrarijs, aut compromiſſarijs.*

13 *Inſtantia cauſæ appellationis,tam de iure canonico, quã ciuili ex lapſu vnius anni, vel ex cauſa biennij finitur.*

14 *Biennium indultum appellantibus ad proſequendum appellationem,ita demum cõceditur, ſi adſit iuſta cauſa, euidens,& neceſſaria.*

15 *Curia Romana ex ſtylo abſque alia cauſa concedit biennium appellantibus.*

16 *Inſtantia litis,licèt prorogari nequeat per partes, etiam cum iuramento, de partium tamen conſenſu ſuſpendi poteſt.*

17 *Compromiſſum ſuſpendit tempus inſtantiæ appellationis,quòd eo durante non currat.*

18 *Compromiſſum non ſuſpendit tempus inſtantiæ appellationis,niſi à die acceptationis laudi.*

19 *Tempus datum arbitris ad decidendum lites incipit currere à die acceptati compromiſsi.*

20 *Compromiſſum non dicitur compromiſſum ante acceptationem laudi.*

21 *Compromiſſum non ſuſpendit inſtantiam primæ cauſę, nec tacitè,nec expreſſe.*

22 *Appellatus,vel alius in cauſa principali, vel appellationis,facientes compromiſſum,non cenſentur renuntiare ſententiæ pro ſe latæ,& poſſunt ad eam redire, niſi expreſſè renuntiauerint ſententiæ.*

23 *Compromiſſum faciens de re, ſuper qua ſententiam obtinuit,poteſt redire.*

24 *Paupertas eſt iuſta cauſa in inſtantia appellationis concedendi biennium, quod ipſo iure conceſſum intelligitur, non tamen concedendi tertium fatale, quod non concederetur ipſo iure, ſed ope reſtitutionis in integrum.*

25 *Reſtitutio in integrum competit pauperi non proſequenti appellationem infra biennium,& concedi debet tertium fatale.*

OPINIO CCCLXXVI.

1 INSTANTIA litis, & ſic primæ, & principalis cauſæ ciuilis durat triennio,& non poteſt vltra triennium protelari per partes,vt l.properãdum C. de iud. ibi Glo. Bar.Alex.Iaſ. & omnes communiter hoc firmant,& Soc. in tract. fallentiarum *Cõis opin.*

tiarum in regu.182.num.4.& Octauia. Veſtrius in ſua pract.lib.7.titu. de temporibus, & fatalibus appellationum illorumque curſu, & prorogatione col. 10. ſub uerſ. ſed hic fatalium curſus fol.paruo 125.vbi meminit expreſsè de iſta communi.

2 Et quemadmodum directò, & expreſsè conſenſu partium inſtantia ipſa prorogari non poteſt, ita etiam nec per indirectum per pœnæ impoſitionem, vt tenent Bart.Alex.nu.5.in l.Seius, & Augerius,& ibi communiter alij ff.ad leg.Fal. Ant.in c.fin.de iud.& idem Bar.in d.l.properandum in princ. *Cõis opin.*

3 Et hoc principaliter introductum extitit, ob bonum,& fauorem publicum,ne lites fierent immortales.

4 Et certè huic legi etiam cum iuramento non poſſet per partes ipſas renunciari.

5 Et ſic prorogatio inſtantiæ prædictæ factæ cũ iuramento partium non valeret.

6 Quia iuramentum ipſum non firmaret actum contra publicam vtilitatem, vt voluerunt Bart. col.3.Cuma.& Caſtren.in l.ſi quis pro eo ff.de fideiuſſoribus Anto.& Abb.in c.penult.nume.15. de iud.Glo.Bar.& Iaſ.num.21.in d.l.properandũ Paris de Puteo in tract.de ſyndi.in § reſtat vnum aliud in prin. Soc. in d.reg.182.ſub nu.4 Alciat. in c.cùm contingat num.83.& ſeq. de iureiur. & Laurentius Syluanus conſil.40.num.13.Couarr. in c.quàmuis pactum de pactis in 2. part.§.1.nu. 4.Marantam in tract.de iud.in 5.par.in prin.nu. 23.& Berous copioſè in c. venerabilis num. 52. & ſeq. de iud.qui oſtendunt iſtam eſſe communẽ opinionem. *Cõis opin.*

7 Imò ipſa inſtantia primæ cauſæ labitur etiam facto partis, ſiue facto iudicis. Et ſic tempus inſtantiæ currit ipſo iure etiam ſi pars, ſeu iudex extiterint impediti, ſecundum Gloſſam.in authẽ. item ſi C.de tempo. appell. & Gloſſ. Bart. Bal. & omnes in dicta l. properandum §.ſin autem vtraque, Roma.conſ.174.num.6. & conſ.220.nume. 9.Ioan.de Amicis conſil.66.in fin.Soc.conſil.31. num.12.uolum.1.Fely.in c.penul.de iud.colum. 2.& Maranta in d.5.par.ſub num.41.& Gramm. in voto 31.num.11.& ſequen. vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, & tenet in caſu hoc concedendam venire reſtitutionẽ in integrum, & Roma.quoq; in d.conſ.220.ſub nu.10. *Cõis opin.*

8 Quæ reſtitutio peti,poſtulariq; deberet: aliàs concedenda non foret, & imputaretur eam non petenti, vt voluit Angel.conſil.309. in propoſita multum eleganter ſubtiliter,& plenè col.fin.ver. item non obſtat cap.ſignificante,quod allegatur pro fundamento.

9 Sed aduerte,quòd inſtantia d.l.properandum de iure canonico non procederet, vt inquit Hoſt. in Summa de iud. §. quæ ſunt colum. 4. & ſic inſtantia de iure canonico durat in perpetuum, ſecundum Glo. & omnes in c. venerabilis de dolo, & contu.Francum in c.ſuper eo de appell.Glo.& Abb.in c. venerabilis de iud. per tex.ibi expreſsũ, & Barbat.in c.de cauſis de offic.de leg. Vantium in tract.de nullitatibus in titu. ſeu rub. de nullitate,ex defectu iuriſdictionis, & vnde, & quibus modis proueniat,num.126.fol.paruo 180.& Marantam in d.tract.iudiciorum in d.5.part.nu.14. & Socin. in d.regu. 182. in fin. & Roma. in dicto conſ.220.num.11.qui docent iſtam eſſe communem opinionem, & ita obſeruatur in Romana Curia,teſte Octauiano Veſtrio in ſua practic.lib. 3. titu. tempora iudiciorum varia, & quanta, & qualia, in quauis ſpecie, & inſtantia fol.par. 33. Et hoc procedit in foro eccleſiaſtico, in quo inſtãtia ipſa nunquam perit, tam in negocijs ciuilibus, quàm criminalibus, ſecundum Doct. in d.c. venerabilis de iud. vbi Berous,num.2.& Maranta vbi ſupra, & ratio diuerſitatis inter ius ciuile, & canonicum reddilur iſthæc. *Cõis opin.*

10 Quòd inſtantia de iure canonico non finiatur, quia ſecundum illud regulariter ante ſentẽtiam diffinitiuam poteſt appellari ab interloquutorijs,& à quolibet grauamine,& cum quęlibet appellationis cauſa per annum, uel biennium durare poſsit, c.cùm ſit Romana,& c.ex ratione de appella. quare per iudicis eccleſiaſtici diligentiam cauſa ipſa ſic infra triennium terminari non poſſet; vnde ſtatutum eſt,quòd ultra trienniũ duret.

11 Sed de iure ciuili regulariter ante ſententiam diffinitiuã ab interlocutoria appellari nequit l. ante ſententiam ff.de ſent.recip. & rationẽ hanc aſſignarunt Ioan. And. Henricus Boich, & alij communiter in d.c.venerabilis de iud. *Cõis opin.*

12 Et aduerte, quòd inſtantia ipſa primæ cauſæ currere incipit à cõteſtatione litis; & ſic ſi per mille annos non conteſtaretur lis, nunquam inſtantia inciperet, ſecundum communem opinionem citatam per Marantam in d.5.par.ſui tract.iudiciorum,nu.3. & per Beroum in d. c. venerabilis, num.75. vbi concludit etiam hoc idem eſſe in arbitris,ſeu compromiſsis,quod eſt in iudice, & ſic coram arbitris inſtantia triennij à die litis conteſtatæ ſeruari,ſeu finiri debet,& fatetur iſtam eſſe communem opinionẽ, & ſequitur cũ alijs relatis per eum Boer.deciſiõ.283.num.7.& ſeq.& declarat vtiliter Menochius ponendo regulam in contrarium inſtantiam hoc caſu eſſe perpetuam in tract. de arbitrarijs iudicum quæſtionibus lib. 1. q.22.per totam. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

13 Sed ad inſtitutum redeundo, inſtantia cauſæ appellationis,tam de iure canonico, quàm ciuili ex lapſu vnius anni, vel ex cauſa biennij finitur, & perit,vt in d.c.cum Romana,& in auth.ei qui, C.de tempo.appellat. & conſequenter dicta iura concedunt tempus unius anni,& primi fatalis ad fundandũ,& proſequendum ipſam appellationẽ, & ex cauſa impedimenti tempus biennij, & ſecundi fatalis.

14 Et ſic, vt indulgeatur, ac concedatur bienniũ ipſum appellãtibus oportet, vt cauſa ſit iuſta,euidens,& neceſſaria, vt cõſuluit Ang. in d.cõſ.309.

15 Sed

15 Sed curia,ſeu Sacrum Palatium Romanum ex ſtylo ſolito ipſius conſueuit admittere conceſsionem biennij ipſo iure ſine aliquo iudicis miniſterio, & ſine alia cauſa impedimenti, vt teſtatur Octauianus Veſtrius in ſua practica lib. 7. tit. de temporibus,& fatalibus appellationum,illorumque curſu,& prorogatione col.4.& ſeq.fol.paruo 122.vbi hoc declarat,& in d.lib.3.tit.tempora iudiciorum varia col.2.

16 Et licèt cauſæ appellationis inſtantia,vt ſupra docuimus,prorogari nequeat etiam cum iuramẽto partium; nihilominus de conſenſu partium poſſet abſque dubio aliquo ſuſpendi, ſecundum Bar.in auth.ſi tamen C.de tempo.appel.Io.And. in add.Specu.in tit.de appell.in §.nunc breuiter, ſuper uerb.illud,cum ſeq.Abb. & alios omnes in c.ex ratione de appell.Alex.in d.l.properandum, num.13.Mattheſil.ſingu. 24. nota quòd tempus inſtantiæ,& ibi Gabrielem Saraynæ in add.& Gozad.cum aliis relatis per eum, conſil.69. videtur prima facie,quòd Dominus Horatius, ſub num. 28. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

17 Et ipſa inſtantia poſſet etiam ſuſpẽdi per compromiſſum:&tunc hoc tempus biennij nõ currit, ſed ſtat in ſuſpenſo, quando partes faciunt compromiſſum pendente appellatione,& ſic pendente compromiſſo tempus inſtantiæ appellationis non labitur, & tempora interim non currunt, textus eſt in dicta authentica, ſi tamen in medio C. de temporibus appellationum, & in Clemen. quandiu de appell.& not.Bar.in d.auth.ſi tamen, Ferrarien.in ſua pract.Papien.in for.libell.reſpõſionis iudicis à quo appellatur §. ſtatuit, ſub nu. 2.Iaſtredus deciſio.479. vbi hoc ampliat, Dec.in d.c.ex ratione,nume.28. de adpell.vbi nume.29. hoc vtiliter limitat,& Octauia.Veſtrius in d.ver. ſed hic fatalium curſus,ubi etiam ampliat.

18 Et aduerte, quòd tempora appellationis ante acceptationem compromiſsi prædicti per arbitros non ſuſpenduntur.

19 Et ſic tempus, ſeu terminus datus arbitris in compromiſſo ad decidendam cauſam incipit currere à die acceptati compromiſsi, vt uoluit Fulg. conſil.168.Marcus Antonius Blancus cum cæteris ſignatis per eum in tract. de compromiſsis in 1.q.nu.34.Marſil.ſing.679.

20 Compromiſſum non dicitur compromiſſum ante acceptationem ipſius, vbi refert ita habuiſſe in facto,& obtinuiſſe in cauſa maximi momenti, Cauenſis in ſcholijs ad pragmaticam Regni, odia quæ inter coniunctos,num.58.in litera B,& Dec.in d.c.ex ratione,nu.29.& ſeq.de appell.vbi reddit congruentem rationem.

21 Sed inſtantia primæ cauſæ,ac inſtantię per cõpromiſſum ſuſpendi non poſſet,tam tacite,quàm expreſsè,ſecundum Specu.in titu.de iud.§.reſtat verſ.ſed nunquid de tempore, & ibi Ioan.And.in add. & Roma.in conſ.174.ſub num.6.Soc.conſil. 31.nu.10.volum.1.& Tiraquel.in tract.de vtroque retract.titu.1.§. 1.Glo.10.num.31.Gabrielẽ Saray.in add.Mattheſ.in d.ſing.24.& Beroum in d.cap.venerabilis,ſub num.50.de iud.ubi in medium explicauit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

22 Ideò aduerte, quòd ſi pendente lite in cauſa principali, vel appellationis: ille, pro quo lata erat ſententia,faceret compromiſſum,non cenſeretur renuntiare ſententiæ prædictæ, adeò quòd poſſet ad eam redire, niſi expreſsè foret renunciatum,ſecundum Bal.& Iaſ.in fin.in l.ſi diuerſa, C. de eo,qui compromittit poſt rem iud. Paul.Caſt. & Alex.in l.cognita C.de tranſact.

23 Imò videtur,quòd poſſet redire ad primam litem, & eo ipſo,quòd rediret, ſolueretur compromiſſum,iuxta l.ſi quis rem ff.de arbit.

24 Item ſtante paupertate alicuius non valentis proſequi appellationem ipſam infra annum:tũc iuxta cauſa urget concedendi biennium, quod conceditur ipſo iure propter paupertatem; Et ſic pauperes excuſantur à proſequutione appellationis,ſecundum Bal.conſil.5.vol.1.& conſ.449. volum.5.Mattheſil.ſingu.vltimo, & Gerar.ſing. 75.in fin. vbi ait hoc notandum pro his, qui appellant ad Curiam Romanam,& ob paupertatẽ, ſeu inopiam proſequi infra annum nequeunt: ſiquidem eſt iuſta cauſa habendi biennium,Fely. in c.hi,qui de teſt.Marſil.in ſua pract.in §.ordine, nu.12. & iſtam opinionem communem eſſe affirmauit Dec.conſ.436.n.22. & Marſi.conſ.10.nu. 37.& conſ.97.nu.19.quam ſequitur etiam, & declarat etiam Cornelius Benincaſius in tracta. de paupertate q.7.3.ſpeciali de iudicijs,nu.14.cum alijs ſeq.fol.par.78. *Cōis opin.*

25 Sed ſi primum,& ſecundum fatale lapſum foret, in quibus egenus negocium appellationis proſequi nequiret: aduerte tunc, quòd tertium fatale ei non competeret ipſo iure, cæterùm ope reſtitutionis in integrum intuitu ipſius paupertatis, vt uoluerunt Glo. Bart. & cæteri omnes in auth.ei qui,C. de temp.app. Dec.in d.conſ.436. ſub numer. 22. & Benincaſius in dicta quæſtio. 7.3.ſpeciali numero 18.cum alijs ſequent.in quibus locis demõſtrant iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 INSTITVTVS *in re certa, dato, ſeu conceſſo ſibi vniuerſali cohærede non habet actiones hæreditarias, nec actiuè, nec paſſiuè.*

2 *Inſtitutus in re certa regulariter habetur loco legatarii.*

3 *Inſtitutus in re certa in quamplurimis caſibus habetur loco hæredis remiſsiuè.*

OPI-

OPINIO CCCLXXVII.

1 INSTITVTVS in re certa dato, ſeu conceſſo ſibi vniuerſali cohærede non habet actiones hæreditarias, nec actiuè, nec paſsiuè ſicut legatarius, & ſic debet haberi quò ad onera hæreditaria loco legatarij, text. eſt in l. quoties, vbi hoc firmant Bartol. Bald. Paul. Caſtren. Iaſ. & cęteri omnes C. de hęredib. inſtituen. Glo. in c. Raynutius in verb. Relinquens in fin. de teſtamen. & in cap. 1. in verb. in re certa eodem titu. lib. 6. Ioan. de Anan. conſil. 46. in 4. dubio, Feder. de Senis conſil. 225. in princ. Corne. conſ. 260. nume. 17. volum. 1. Curt. Iunior conſil. 62. nume. 2. Roland. in tracta. floris teſtamen. rubr. 10. ſub nume. 10. Berous ſub numer. 76. in dicto cap. Raynutius, & ibi quoque Couarruuias in §. 1. num. 9. & Iaſ. in l. Lucius, ff. de vulga. & iſta eſt communis opinio, vt exiſtimant, & eam ſequuntur etiam Soc. Iun. conſ. 45. nu. 3. uol. 1. & Corne. conſ. 264. vol. 4. *Cõis opin.*

2 Et ſic ſe habet quoque regula, vt inſtitutus in re certa habeatur loco legatarij, ſecundum Federicum de Senis conſ. 266. & Fulgoſi. conſ. 69. in prin.

3 Eſt benè verùm, quòd in multis caſibus inſtitutus in re certa loco hęredis habetur: quos ponit Francus in c. 1. col. 8. cum alijs ſeq. de teſtam. lib. 6. Cęſar Lamber. in tract. de iure patro. lib. 1. par. 2. art. 16. q. 2. num. 4. Iaſ. in d. l. Lucius, Curt. Iun. conſ. 160. num. 6. Corne. conſil. 103. num. 5. vol. 2. Ruin. conſ. 43. nu. 9. & conſ. 190. nu. 6. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 91. nu. 10. vol. 1. & conſ. 147. nu. 2. vol. 2. & Rubeus conſ. 43. nu. 5. & Berous in d. c. Raynutius, num. 246. cum alijs ſequen. & Couarruuias ibi in §. 1. num. 9. & circa hoc aliquid ſcripſimus ſupra in Opinio. Filius inſtitutus in re certa.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTVM poſſeſſoris præſumitur prius celebratum inſtrumento non poſſidentis, & poſſeſſor non poſſeſſori præfertur.*

2 *Officium à duobus ſimul impetratum neutri traditur ratione incertitudinis, niſi alter fuerit adeptus poſſeſſionem.*

3 *Inſtrumentum dotis præfertur alijs priuatorum eadem die confectis, ſi non conſtet de temporis prioritate, vel poſterioritate.*

4 *Inſtrumentum dotis præfertur inſtrumento fiſci eadem die confecto, ſi non conſtat de temporis prioritate.*

5 *Mulier in dubio ratione dotis, præfertur fiſco.*

6 *Priuilegium prælationis inſtrumenti dotalis tranſit ad quoſcunque hæredes mulieris, etiam extraneos.*

7 *Collatio Epiſcopi eiuſdem beneficij facta eadem die, qua collatio Vicarij pręferetur collationi Vicarij.*

8 *Collatio beneficij facta per Papam præualet collationi ordinarij factæ eadem die ratione prærogatiuæ concedentis.*

9 *Reſeruatio facta per Papam eadem die, qua ordinarius confert beneficium, præfertur collationi ordinarij, ſi non apparet de prioritate horæ.*

10 *Expectatiuus prouiſus per ſuos exequutores, ſi ignoretur de prioritate præfertur reſeruatiuo Papæ.*

11 *Inſtrumentum priuati continens diem, & horam determinatam præfertur inſtrumento priuilegiati carente hora, & pręſumitur anterior collatio ordinarij continens diem, & horam, præualetq; collationi Papæ carenti hora, & pręſumitur anterior ibidem.*

12 *Hæredes diuerſi per eundem teſtatorem in duobus teſtamentis diuerſis, eadem die confectis inſtituti, eorum vigore teſtatori ſuccedere non poſſunt, nec immitti in poſſeſſionem hæreditatis, ſiue ad inuicem, ſiue cum extraneis contendant, niſi in altero ad alterum adeptio contineretur.*

13 *Teſtamentũ in quo ſunt inſtitutæ hæredes perſonæ, quæ ſuccederent ab inteſtato teſtatori, præfertur alij teſtamento ab eodem eadem die confecto, in quo ſunt inſtitutæ perſonę extraneę, ſi non apparet de eorum prioritate, vel poſterioritate.*

14 *Teſtamentum continens inſtitutionem pię cauſæ, pręfertur teſtamento eodem die ab eodem confecto continenti aliam inſtitutionem, ſi de prioritate aliter non conſtet.*

15 *Hæres inſtitutus in teſtamento adeptus poſſeſſionem hęreditatis teſtatoris, præfertur alijs hæredibus inſtitutis in alio teſtamento ab eodem eadem die confecto, qui in poſſeſſione non reperitur.*

16 *Iudicari debet ſemper pro poſſeſſore in pari cauſa.*

17 *Vtilitates poſſeſſorum quæ, & quæ ſint, remiſſiuè.*

OPINIO CCCLXXVIII.

1 INSTRVMENTVM poſſeſſoris pręſumitur prius celebratum, quàm inſtrumentum illius, qui non poſſidet, & ſic poſſeſſor de iure non poſſeſſori pręfertur, ad quod facit §. commodum autẽ, inſtitu. de interdict. & c. ex literis §. fin. de probat.

2 Et hinc eſt, quòd ſi duo ſimul impetrarent officium, neuter tunc admitti deberet ex incertitudine ad ingreſſum officij. Cęterùm ſi vnus eſſet in poſſeſſione, alter verò non, hoc equidem caſu præſumeretur pro poſſeſſore, qui in dubio ratione poſſeſſionis officium ipſum obtineret, ſecundum Bald. & Felyn. nume. 15. in cap. capitulum de reſcript. Iaſ. nume. 7. & Ripam numer. 6. in

6.in l.1.ff.ſoluto matrimonio,Dec.conſil.109. in princ.conſil.169.nume.5.conſil.232.nume.1.& conſil.401.num.5.Alciat. in tracta. de præſumptio.regu.3.præſumpt.43.nume.4. Tiraquel.in tract.de primigeni.quæſt.17.Opinio.11.numer. 2.Iacob. Menochi.de arbitrarijs iudicum quæſtionibus, lib.2. centuria 1.caſu 48.nume.13.& Boer.deciſio.150.num.6. vbi exclamat iſtam eſſe communem opinionem,& Quintilianus Mandoſius ſuper regu.cancella. in regu. 16. quæſtio. 20. ſub nu.5.fol.221. Cõis opin.

3 Item inſtrumentum dotis præſumitur prius confectum, & pro eo pronunciandum eſt, vbi concurrunt plura inſtrumenta eodem die celebrata inter priuatos, in quibus non appareat de prioritate, & poſterioritate, ſecundum Dyn. Bartol. Bald. Angel.Imol.Dominum meum Pontanum,nume.2.& Iaſ.num.1.in dicta l.1.ff.ſolu. matrimonio, vbi ſcribit iſtam eſſe concluſionem communem, & indubitatam, & Ioan.de Amicis etiam conſil.136.num.12.& eam ampliat in 3.caſibus Socin.Iun.nume.9. cum alijs ſequent. in dicta l.1.ff.ſoluto matrimonio,& ſequitur quoque Bald.in l.in ambiguis ff.de iur.dot. & cæteri omnes communiter in d.l.1. Cõis opin.

4 Necnon inſtrumentum dotis præfertur inſtrumento fiſci eodem die confecto, ſi non appareat de prioritate.

5 Et ſic in dubio ſemper mulier ratione ſuæ dotis præferenda eſt fiſco,ſecundum Bald.& Nicol. de Neapol.in l.ad exactionem,C.de dot. promiſ. Dyn.Bartol.& alios per text.ibi in l.non puto, ff. de iure fiſci, & omnes Doctores, tam antiquos, quàm Modernos in dicta l. 1. ff. ſoluto matrimo. vbi Socin. Iun. nume.15. cum alijs ſequent. Alciat.in dicta regu.3.præſumptio.43. nume.5. & Neguſan.in tracta.de pignoribus in 2.par.princ. 4.membri, nume. 117. & Ioan.de Amicis in dicto conſil.136.num.15. qui aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem,& Modern.omnes in dicta l.1. ff. ſoluto matrimo. & Marſil.in repetit. rub.C.de probatio.nu.417. vbi ponit nonnullos caſus ſimiles,d.nu.417.cum alijs ſeq. & nu.445. cum cæteris ſeq. Cõis opin.

6 Et priuilegium hoc inſtrumenti dotis, quòd præſumatur prius factum, tranſit quoque ad quemcunque hæredem, etiam extraneum, vt voluerunt Bartol. D.Pontanus Peruſinus præceptor meus,nume.29.& omnes in memorata l.1. & iſta eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. ibi nu.18.& Ripam nu. 33. Cõis opin.

7 Necnon Epiſcopus, & Vicarius, ſi eodem die beneficium conferant: Epiſcopi collatio tunc præualet,ſecundum Calder. conſil. 2. in titu. de offi.Vicar. Rebuf. in practic.benefi.in forma,ſeu titu. Vicariatus Archiepiſcoporum, & aliorum collat.nu.89.& 215.Io.de Sylua.in tract.de beneficio 3.par.12.q.15.nu.17.

8 Et hoc idem concludendum eſt,quando reperiuntur duæ collationes eodem die conceſſæ, in quibus non conſtet de ipſarum collationũ prioritate: tunc quippè deberet præferri ille, qui dictam collationem habuit à Pontifice,non autem ille, cui extitit conceſſa ab ordinario; & ſic data collationum paritate præfertur collatio Papæ collationi factæ per ordinarium propter prærogatiuam concedentis, caſus eſt in c.ſi à ſede de præbend.lib.6.& not.Scriben.in d.l.1. in princ.& Franciſ.Marci in deciſ.1199.nu.1.& Cotta in memorali in ver. hora quandoque apponitur col.2. Iacob.Menoch.de arbitrarijs iudicum quæſtionibus lib.2.centuria 1.caſu 48.nu.15.& ſeq.

9 Itidem ſi per Papam reſeruatio fieret eadem die, qua ordinarius conferret beneficium in partibus: tunc ſi non appareret de prioritate horæ, præfertur reſeruatiuus, ſecundum Ancha. in 11. q.in fin.Gemin.in d.c.ſi à ſede,& Aeneam de Falconibus in tract.reſeruationum papalium, & legatorum in 4.q.principali,effectu 33.

10 Sed ſi concurrerent expectatiuus, & reſeruatiuus, & ignoretur de prioritate, eo quippè caſu præfereretur expectatiuus,& conſequenter ſi Papa eadem die reſeruaret, qua expectatiuus extitiſſet prouiſus per ſuos executores procedentes authoritate apoſtolica: præfereretur tunc abſque dubio ipſe expectatiuus,ſecundum Rotam in antiquis deciſ.356.in prin. Bellame.deciſio.235.in cauſa D.Gulielmi,& Aeneam de Falconibus vbi ſupra,vbi etiam reddit rationem.

11 Sed vbicunq; inſtrumentum priuati, ſeu collatio ordinarij contineret diem,& horam determinatam,& illud priuilegiati careret hora: iſto caſu præfereretur inſtrumentum priuati;& ſic horam habens in inſtrumento ſuo præſumeretur anterior,ſecundum Cyn.Bal.& Saly.in d.l.de rebus,& Canon. omnes in d. c. ſi à ſede Soc. Iaſ. illuſtrem D.meum Pontanum,nu.13.& ſeq. Ripam ſub n. 7.Parpal.nu.13.& alios in d.l.1. Creſcent. deciſ. 169.Gomeſ.deciſ.1.& 33.Ant. Auguſt.deciſ.3.& 34.& Caſſadorum deciſ.20.in tit.de præben.vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionẽ, & modernã,antiquãq; obſeruantiã in Curia Romana, ac aſſerit quoq; ita fuiſſe in curia ipſa cõcluſum. Cõis opin.

¶ Et licèt aliqui,& ruditer quidem tenuerint contrarium,& inter alios Soc.Iun.in d.l.1.nu.51. cum alijs ſeq.& Alcia.in d.3.reg.præſumpt.43.n. 8.nihilominus fatuum eſſet ꝑ vanas, & friuolas ſuaſiones iſtorum recedere à dicta communi opinione,& obſeruantia in Curia Romana,cum qua videtur concurrere etiam Plaza cum quàmplurimis ſignatis per eum in epito.ſeu pract.crim.lib. 1.c.39.incip.apud literatos in prouerbiũ,ſub nu. 22.D.Quintil.Mand.in d.reg.16.q.19.nu.1. cum alijs ſeq.vbi ſubtiliſsimè, & doctiſsimè more ſuo reſpõdet omnibus contrarijs,& Tiraq.cũ cæteris relatis per eum in tract.de retract.tit.1.§.11.Glo. 1.nu.10.& in d.tract.de iure primigen.q.17. Opinio. 11.nu.3.& ſeq. vbi refert etiam Doct.dictas opiniones concordantes,& cum d.communi concurrit etiam Menochius in d. caſu 48. num. 24.

cum

cum aliis ſeq. vbi aduertit ab ea non fore recedendum: quem vidi poſtquã citauerã Doc. prędictos: quorum plures ipſe quoque allegat.

12 Itẽ vbicunq; producunt duo teſtamenta eodẽ die confecta, in quibus appareãt inſtituti diuerſi hæredes, ac ex eis aliter colligi non põt de prioritate, vel poſterioritate tẽporis utriuſq;: tũc ob incertitudinẽ, ſiue hæredes contendãt cum tertio, ſiue contra ſe inuicẽ petãt mitti in poſſeſsionem, neuter hæredum ſuccederet, ac obtineret: ſcdm Glo. in fi. C. de edic. Diui Adr. toll. & ibi ẽt Old. Ray. Odoſ. Cy. Alber. Ang. Saly Raph. Caſ. Corn. & Iaſ. Glo. in §. 1. & ibi Ang. Aret. in fi. inſt. de adem. leg. Old conſ. 1. col. 2. Nic. de Neap. in l. ſi duas, in pri. ff. de excuſ. tut. Glo. Azo. Ang. Bar. & Alber. in l. 1. §. non autẽ. ff. de bo. poſ. ſec. tab. Bal. Ang. Imol. & Fran. Aret. in l. eum qui duob⁹, in prin. ff. de acq. hær. Domin. in c. duobus, col. 4. de reſcr. lib. 6. & Afflic. dec. 387. Si uno eodẽ, in fi. Cauen. in prag. Concluſione facta, ſub nu. 6. & Cotta i d. mem. in uer. Hora, in fi. ubi refert cautelam, remediumq;, quod ſolet adhiberi pro validitate ipſorũ teſtamentorũ; & iſta eſt cõis opi. ſecundũ Iaſ. in d. l. fi. n. 30. & D. Clar. in §. teſtamẽtum. in fi. cum aliis relatis per eum. Licèt cautela ſit circa hoc, quòd hæres adeat ex utroque; ſecundum Ang. in l. eum qui. ff. de acq. hæred. *Cõis opin.*

¶ Sed iſta cõis non procederet, qñ in altero contineretur adẽptio ad alterum: tunc enim illud præualeret ex coniectura poſterioritatis, vt voluerunt Bal. & cęteri omnes in l. 3. C. de codic.

13 Fallit ẽt huiuſmodi cõis opin. ſi qui eorum, q in vno ex dictis teſtam entis inſtituti ſunt, eſſent hæredes ab inteſtato: & ſic ſi in uno teſtamento eſſent inſtituti hęredes uenientes ab inteſtato, & in alio extranei: tunc pferretur illud, in quo eſſent inſtituti hæredes ab inteſtato: vt per Glo. & Bar. in l. 1. §. ſi quis in duob⁹. ff. de bo. poſ. ſec. tab. Mod. in d. l. 1. ff. ſol. ma. & per pleroſq; ex pcitatis Doct. in memor. loc. & per Cauen. in prag. Concluſione facta, ſub nu. 6. vbi concludit.

14 Hoc idẽ pcedere, vbicũq; in uno ex teſtamẽtis cõfectis eodẽ die eſſet inſtituta pia cauſa. & hoc idem uoluit Fel. in c paſtoralis, ſub n. 7. de reſcr.

15 Item ſi alter ex dictis hęredibus eſſet in poſſeſsione, is quoque alteri hæredi prę ferretur.

16 Quia in pari cauſa pro poſſeſſore ſemper iudicãdũ eſt, ut uoluerũt Cy. Fab. Sal. Cor. Raph. Iaſ. & Dec. in d. l fi. C. de edic. Diui Ad. col. Bal. ind c. capitulũ. col. 1. Anch. Imol. & Frã. de Aret. in d. l. eũ qui duob⁹, in prin. Barb. in Cle. ſi principalis, col. 6 de reſcr. & conſ. 50. col. 1. uol. 1. Ang. Aret. in d. §. 1. inſt. de adem. leg. col. 2. Bened. in c. Raynutius, in uer. Teſtamentũ, il 2. n. 30. & ſeq. de teſta. & Ripa in c. ſæpẽ, ſub nu. 2. de reſt. ſpol.

17 Vbi utiliter ponit duodecim vtilitates poſſeſſorum, & eorum qui reperiuntur in poſſeſsione.

SVMMARIVM.

1 *ONVS probandi notariatum pertinet ad producentem eius inſtrumentum, non ad eum contra quem producitur.*

2 *Probatio incũbit illi, cuius eſt intentionis fundamentũ.*

3 *Alleganti incumbit onus probandi.*

OPINIO CCCLXXIX.

1 INSTRVMENTVM producenti incumbit probatio notariatus: & ſic onus probãdi non pertinẽt ad eum, contra quem producitur, ſed ad producentẽ duntaxat; ſecundùm Specul. & Io. And. in add. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat, uer. Et ſcias, & uerſ. Illud autem notandum. & iſta eſt communis opin. ut latè deducit Boer. deciſ. 36. nu. 10. & Roder. Suarez in l. poſt rẽ iud. fol. 154. n. 35. & eã ſequit poſt relatos p Boer. vbi ſupra, deciſ. Capellæ Thol. 300. & ibi Steph. Aufrer. *Cõis opin.*

2 Nam vnuſquiſq; probare tenetur illud, quod eſt ſuæ intentionis fundamentum. ita Achil. de Graſsis deciſ. 100. & Barth. Soc. conſ. 65. Viſis, uerſ. Secunda hæc concluſio, uol 2.

3 Et conſequenter allegans ipſe probare debet illud quod allegat. l. actor. C. de prob. & ibi Cyn. Bar. & Bal. Spec. in tit. de teſte, §. 1. uer. Quid ergo ti dicitur, & §. nunc uidendũ, uerſ. Item agẽs, Corn. conſ. 63. Licèt, uol. 2. Menoch conſ. 52, Dubia, n. 77. uol. 1. & l. qui accuſare. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTVM ex forma ſtatuti habens executionem paratam, poteſt exequi non ſolùm contra principales debitores, ſed etiam contra eorum hæredes citatos ante executionem, de iure communi; ſecùs de iure Regni Neap. num. 2. & declaratur n. 3.*

OPINIO CCCLXXX.

1 INSTRVMENTVM ex forma ſtatuti habens executionẽ paratã: tunc exequi poſſet non ſolũ contra debitorem principalem, uerũ contra eius ſucceſſores, & hæredes etiã; ſecundũ Ang. & Imol. in l. 1. ff. de his, quæ in teſt. del. Bar. Ang. Caſt. Alex. n. 6. & reliquos omnes in l. poſtulante. ff. ad Treb. qui oſtendunt iſtã eſſe cõem opin. Ang. etiã, & Alex. in l. in ratione. §. ſi filio, il 1. per tex. ibi. ff. ad l. Fal. & D. Carauita copioſè ſuper ritibus Regni, in ritu 178. Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi debitor alicui⁹ venit, n. 4. per text. ibi, ubi reddit ſimiliter rationem, & normã procedendi ſuper huiuſmodi executione inſtrumenti facienda contra hæredes. *Cõis opin.*

2 Iura veró Regni contrarium diſponunt, derogantq; iuri communi, & ſic ipſe hæres debitoris citari nequiret ad inſtantiam creditoris via executiua ad reſpondendũ ſuper tenore publici inſtrumenti prædicti, & contra ipſum non procederet liquidatio, & interrogatio, & ita obſeruatur in Regno, ſecundùm D. Carauitã ubi ſupra, n. 2.

3 Aduerte tamen, quòd de iure communi in caſu præmiſſo inſtrumẽtum exequi non poſſet contra ipſum hęredem debitoris, niſi præcedente citatione ante executionẽ faciendã. vt uoluerunt Caſtr. Alex. & alii omnes in d.l. poſtulante, Imol. in l. intra. ff. de re iud. Ang. in l. oratione. §. 1. ff. de fer. in l. ex contractu. ff. de re iud. & in l. 3. in fi. ff. de pig. Bal. in l. diuerſas. C. mand. q. 1. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. 10. ff. de pact. & iſta eſt communis, & non habet contradictorem. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *HAERES creditoris executionem inſtrumenti petere poteſt contra debitorem uiuentem, perinde ac ipſe creditor.*

2 *Practica probandi quem hæredem, remiſſiuè.*

3 *Succeſſor ſingularis creditoris poteſt petere executionẽ inſtrumẽti cõtra eius debitorẽ, pinde ac ipſe creditor.*

4 *Executio contra principalem debitorem per hæredem, ſeu ſingularem ſucceſſorem creditoris fieri non poteſt, non prius ipſo citato.*

OPINIO CCCLXXXI.

1 INSTRVMENTI publici executionem vt petere poteſt creditor principalis ad ſuã utilitatem: ita quoque eius hæres, & ſucceſſor executionem petere poſſent in eius fauorem contra ipſum debitorem principalem uiuentem: vt diſponitur in ritu Regni 178. Item ſeruat ipſa curia, quód ſi debitor alicuius, & ita tenet Cy. Bar. in l. ſi ſic. §. fi. ff. de leg. 1. Io. And. in add. Spec. in tit. de ceſſione actionis, ſuper rub. Butr. Bal. Sal. & Rom. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Bal. in l. 1. in fin. C. de act. & oblig. D. Carauita in d. ritu 178. n. 1. Caſt. & Alex. n. 9. in l. poſtulante. ff. ad Trebel. vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

2 Et practica, ſeu norma ad probandum in huiuſmodi caſu quem eſſe hæredem, traditur in ritu Regni 181. Item ſeruat ipſa curia, quód ſi fit præſentatio inſtrumenti debiti in ipſa curia, ubi vbertim D. Carauita.

3 Quę communis ampliatur etiam in ſucceſſore ſingulari, qui abſque dubio poſſet petere huiuſmodi inſtrumentum exequi, non aliter quàm principalis ipſe creditor, & iſta eſt communis opinio, quã citant omnes Doct. præcitati. Cõis opin.

4 Sed aduerte, quód huiuſmodi inſtrumentum in prędictis caſibus exequi nequiret contra debitorem, niſi præcederet citatio ipſius debitoris, antequàm fieret executio inſtrumenti. vt uoluerunt Bal. in l. ſi quis curialis, per illum tex. C. de epiſ. & cler. Caſtr. & Alex. n. 5. in d.l. poſtulante, & Carauita cum cęteris ſignatis per eum, per tex. ibi in d. ritu 178. ſub num. 1.

¶ Nec hic prætereundum arbitror illud etiã, quòd ſi referatur de contractu cenſuali non nihil creditoribus proficuum fore. Diſponitur itaque in prag. Regis Alphonſi primi, de cenſibus, in ipſo cenſuali contractu pro cenſibus executionem fieri poſſe, nulla aliter facta diſcuſsione bonorum principalis debitoris, tanquã nullatenus neceſſaria contra perſonas, & bona poſſeſſorum: nec poſſe impediri ipſam executionem tã realem, quã perſonalem per ipſos poſſeſſores, et mediante qualibet exceptione oppoſita, tã nullitatis, & falſitatis, quã cuiuſuis alterius generis excepta ſolũ ſolutionis realis exceptione, ſi de ea ante capturam, arreſtationemq; debitoris, & eius bonorum iudicialem diſtrictionem legitimè conſtiterit authenticis documentis, vel aliis ſcripturis plenam fidem facientibus. Sed quoniã antedicta regia prag. concedit capturã, ac arreſtationem hęredũ, ſeu cuiuſuis alterius ſucceſſoris ſingularis, & detentoris rerum, & iurium, uel bonorum, ſuper quib⁹ cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, quandiu apud eos illorum detentio fuerit: meritó ergò tunc debet citatio, & diſcuſsio, num ſint hęredes, poſſeſſores, uel detentores prædictorum bonorum interuenire, qua citatione pręcedente, & conſtito contra ipſos hæredes, poſſeſſores, & detentores tales eſſe, p eorum confeſsionem, uel per informationem ſummariã, poteſt indubitãter procedi contra perſonas, & bona eorum uia executiua. vt aduertit Foller. in d. prag. in rub. ſeu tit. tãquã res iudicatas nulla prouoc. n. 18. & ita complurib⁹ uicibus practicari, obſeruari, & iudicari vidi, me patrocinãte.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTVM publicum confectum per tabellionem, an eius ſignum neceſſariò requirat, & ſi omitatur an probet.*

2 *Copia inſtrumenti collationata neceſſariò requirit ſignum notarij, aliàs non probat.*

3 *Copia inſtrumenti in actis regiſtrata pſumitur de actis.*

4 *Inuocatio nominis Chriſti non requiritur neceſſariò in inſtrumento publico, & omiſſo illud non vitiat ante factum, ſecus poſtea. Sed inſtrumenta ipſa ſine inuocatione diuini nominis de conſuetudine ſunt nulla.*

5 *Inſtrumentum non continens nomen Papæ, uel Imperatoris in eorum terris confectum, non plenè probat, nec facit fidẽ ſi notarius viuat; & vide etiam nu. 7.*

6 *Inſtrumentum publicũ in quo eſt omiſſa inuocatio nominis Imperatoris, vel Pontificis, in terris ſibi ſubiectis, ſemiplenè probat, quãdo notarius eſt mortuus.*

OPINIO CCCLXXXII.

1 INSTRVMENTVM publicum confectum per tabellionẽ, neceſſarió requirit eius ſignum aliàs non probat, nec facit fidẽ; ſecundùm magis cõem ſñiam Doct. in l. contractus. C. de fid. inſtr. & in l. 1. C. q admitti quã citat Boer. deciſ. 36. n. 8. & ferè omnes Mod. in d.l. contractus. Cõis opin.

¶ Nõnulli uerò Scrib. inclinarunt in partẽ contrariã, videlicet, quód omiſsio ſigni notarij non viriet inſtrũ, & quòd illius appoſitio de iure neceſſariò minimè requiratur: quam opinionem nega-

Cōis opin. negatiuam ſequitur etiam Alexan. & ſcribit eſſe communem in rub. nume. 14. de noui ope. nuncia. Sed primam partem in facti contingentia ſemper amplecterer, tanquam frequentiorem, & communiorem.

2 Quæ quippè vti veriſsima ampliatur nedum habere locum in originali inſtrumento, verùm etiam in copia collationata per tabellionem, vtputà, Sempronius produxit inſtrumentum ipſum, fecitque illud collationari per actuarium cũ ſuo ſigno ſolito, & fide in calce ipſius, quod inſtrumentum collationauit de verbo ad verbum, & penès ſe retinuit inſtrumẽtum ipſum originale, ne perderetur.

3 Iſto certè caſu illa copia regiſtrata præſumitur de actis, & habet publicam fidem abſque eo, quòd producatur per ipſum Sempronium originale, ſecundum omnes Doctores communiter (Cōis opin.) in authentica ſi quis in aliquo, C. de eden. quam ſequuntur Moder. ibi, & atteſtantur, & Maranta in tracta. iudiciorum in 6. parte 2. part. princ. ſuper 10. actu. num. 3. & Illuſtris D. Oradinus præceptor meus in deciſio. 285. vbi exprimit ita obſeruari in Rota Roma. quòd inſeratur tenor mãdati in actis curiæ, dum reſtituitur producenti mandatum ipſum originale.

4 Et licèt in iſto inſtrumento requireretur ſignum tabellionis, ſecundum magis communem ſententiam, non propterea requiritur in eo inuocatio Domini noſtri Ieſu Chriſti, imò huiuſmodi leuis ſolemnitas derelicta in iſto inſtrumento nõ infringeret, nec vitiaret inſtrumentum ipſum, vt per Bart. eleganter, & omnes Scriben. in l. fin. C. de iure deliberan. quam opinionem ſequitur, & (Cōis opin.) ſcribit eſſe communem Dec. in c. ſi ſcripturam, de fide inſtrumen. & Couarruuias in ſua practica cap. 20. numer. 1. quam ſcribit Ioan. à Graſsis in tracta. de ſubſtantialibus procuratorij in princ. num. 4. procedere ante factum, non autem poſt factum: tunc enim talis omiſsio inuocationis nominis Domini vitiaret inſtrumentum ipſum. Ideò ibi aduertit, quòd ſemper poſt factum opponi debent huiuſmodi inuocatio. Sed attenta conſuetudine, quæ vbique locorum viget inter Chriſtianos, inſtrumẽta ſine inuocatione diuini nominis de conſuetudine memorata ſunt nulla, (Cōis opin.) ut aſſerunt Doctores communiter in rubr. ff. de noui operis nunciat. & fuſiſsimè proſequitur Socin. conſil. 2. volum. 3. quod dictum credo etiam verum præter conſuetudinem ipſam, iuxta doctrinam Apoſtoli cap. 3. ad Colloſen. Omnia quęcunque facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite; quæ quidem verba preceptiua diſcernuntur, & non aliter, nec alio modo, ob eam rem inuocato omnium rerum Patre, quo (teſte Boetio de conſolatione libro tertio, proſa nona) prætermiſſo nullum rite fundatur exordium; Vnde benè monebat Plato, de quo Boetius de conſolatio. vt Platoni placuit, in minimis quoque rebus diuinum debere implorari auxilium.

5 Secus autem dicendum arbitror in inſtrumentis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, vel Imperatoris: hoc enim caſu non plenè probarent, vt uiſum fuit Bart. in l. admonẽdi ff. de iureiuran. vbi diſtinguit, quòd ſi tabellio uiuat: tunc inſtrumentum propter iſtud defectum nullam fidem faceret, ſi quidem imputandum foret parti, cur non ageret contra tabellionem, vt inſtrumentum ſibi reaſſumeret, cùm minus perfectè reſtituerit, l. veluti in princ. ff. de eden.

6 Si verò tabellio ipſe foret mortuus, arbitratur Bartol. facere ſemiplenam probationem, l. 1. §. ſi linum, & §. ſi roſæ ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. & cũ iſta Bar. diſtinctione tranſeunt omnes Doctores communiter in d. l. admonendi, vt refert Curtius inibi, nume. 148. licèt ipſe ab ea diſcrepet, & malè multa in contrariũ adducendo. (Cōis opin.)

7 Et hoc, quòd nomen Imperatoris præponendum ſit in inſtrumento publico, probat text. in authent. vt præponatur nomen Imperatoris, & præſertim in locis, quæ Imperio ſubſunt, & ſimiliter in locis, quæ Papæ ſubijciuntur, nomen ipſius eſt apponendum, ſecundum Abb. in procemio Gregoriano colum. 5. & in c. 1. de fide inſtrumen. vbi hoc omnes Doctores communiter aſſirmarunt, & aliqua de inſtrumento poſuimus infra, in verb. Statutum diſponens quòd inſtrumenta. (Cōis opin.)

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTVM non continens locũ loci generaliter ſaltim, licèt non ſpecialius, non facit fidem.*

OPINIO CCCLXXXIII.

1 INSTRVMENTVM, teſtamentum, vel quilibet alius publicus cõtractus requirit neceſſariò pro eius ſolemnitate, vt in eo inſeratur inſcriptio ciuitatis, plateæ, vel domus, vbi actus celebratur, adeò quòd locus loci inſeri, ac poni debet in ipſo inſtrumento: aliàs fidem non facit, ſecundum Io. And. in add. Spec. tit. de inſt. editio. §. inſtrumentum, ver. quid ſi locus, Bar. in l. ſi quis ex argentarijs §. initium tabularum col. pen. ff. de eden. & in l. de pupillo §. qui nunciat. ff. de noui ope. nuncia. Roma. & omnes in l. lecta ff. ſi cer. pet. Bal. in l. contractus ff. de fide inſt. & in l. optimam. C. de contrahen. & commi. ſtipu. Io. à Graſsis in tracta. de ſubſtantialibus procuratorij in rub. actum in Ciuitate Taurini, n. 1. & iſtã aiunt eſſe cõem opinionẽ, Moder. in d. l. lecta, Ruinus conſ. 154. nu. 4. & 10. vol. 3. & Boer. deciſio. 32. num. 27. ſed non eſt (Cōis opin.)

neceſſarium, vt locus loci particularis, ac ſpecialis in inſtrumento inſeri debeat; Verbi gratia, ſi dicatur actum in aliquo deſignato palatio, vel domo, non oportet addere, & tali camera dictæ domus, vt tenet Bar. & alij communiter in d. l. de pupillo §. qui nunciat, & ita conſuluit Ruin. in d. conſ. 154. nu. 10. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTVM non ſollemne producens in iudicio cenſetur illud approbare, & confiteri quoad fidem probatoriam contra ſe, nec ipſum releuat proteſtatio, quòd ipſum producit in parte, & partibus pro ſe facientibus tantùm, & non aliter, nec alio modo, præſertim quando aduerſarius tali proteſtationi nō conſentit, dummodò inſtrumentum ſit commune, vel illud pars producere teneatur.*

2 *Inſtrumentum producens in iudicio in quo aliquid enunciatiuè prolatum ſit, non videtur confiteri vera ea eſſe, quę ibi enunciatiuè prolata extent, ſed ea dumtaxat quæ diſpoſitiuè.*

OPINIO CCCLXXXIV.

1 INSTRVMENTVM in iudicio producens abſque indictione, ac conſule, vel abſque aliis ſimilibus ſolemnitatibus, & ſic non ſolemne cenſetur illud, ac omnia in eodem contēta ex huiuſmodi productione approbare, atq; confiteri, quoad fidē probatoriā, vt contra ipſum producentē fidem faciat, ſecūdum Bal. in l. alia, col. 2. C. de his, quibus, vt indig. Ang. conſ. 132. col. 2. Alex. conſ. 184. col. 2. vol. 7. Felyn. col. 7. & Dec. nume. 90. & 95. cum alijs relatis per eum in c. venerabilis de exceptio. & Grauet. in tract. de antiquita. temp. in 1. par. num. 118. ubi oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionem, atque refert Doct. tranſeuntes cum contraria parte. *Cōis opin.*

¶ Et adeò inſtrumentum producens illud approbare cenſetur, quòd minimè releuat proteſtatio ſi aſſeueret ſe illud producere in parte, & partibus pro ipſo producente facientibus tantùm, & non aliter, nec alio modo, & maximè quando aduerſarius huiuſmodi proteſtationi nō conſenſerit, & ideò poteſt ex eo condemnari, ſecundum Innocent. in cap. cùm olim ext. de cenſib. Bartol. in l. poſt legatum colum. 2. ff. de his, qui. vt indi. Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. Ferrarien. in ſua practica Papien. in forma productio. inſtrumen. §. in illis, nume. 1. & ſequent. fol. paruo 135. Iaffred. deciſio. 408. & ſi pars dicat, Dec. in dicto cap. cùm venerabilis, num. 99. & ſequent. Grauet. in d. 1. parte ſui tract. de antiquita. tempo. nu. 138. & ſeq. Nattam conſ. 31. nu. 3. nu. 1. & Ruynum conſulendo conſ. 136. n. 4. vol. 4.

¶ Hocque non ita generaliter, atque ſimpliciter intelligendum eſt in omnibus inſtrumentis, verùm in eis dumtaxat, quæ ſunt communia, ſeu quæ pars producere tenetur, puta, quoniam, in libello actoris narrata fuere, ita Alex. in d. leg. 1. col. 4. C. vt quæ deſunt aduo. & conſ. 124. circa fin. vol. 4.

¶ In contrariam verò partem videlicet, quòd huiuſmodi inſtrumentum quantumuis propriū produci poſſit in parte, ac pro parte reprobari, inclinauit Fely. in d. c. venerabilis, col. 5. & in c. imputari, in fin. de fide inſtrumen. cum alijs ſignatis per eum, vbi concludit iſtam communem ſententiam fore, & præſupponit Ruinus etiam in d. cōſ. 136. nu. 4. & refert Grauet. in d. 1. par. tract. de antiquita. tempo. nu. 146. *Cōis opin.*

2 Sed prememorata communis in principio poſita ita explanata limitatur vtiliter non ſortiri locum, vbicunq; quis produceret in iudicio inſtrumentum, in quo aliquid enunciatiuè prolatum eſſet: tunc enim productor ipſius inſtrumenti nō cenſetur confiteri vera ea eſſe, quę ibi enunciatiuè prolata forent, cæterū ea q̄ diſpoſitiuè tantū, vt firmat conſtāter Bal. in c. cùm venerabilis col. pen. de excep. per text. in l. Aurelius §. fin. ff. de libe. lega. quod quidem dictum exclamat Iaſ. aſſerens fore in practica vtile verbum in l. contra iuris §. ſi filius ff. de pactis col. 11.

SVMMARIVM.

1 *REVS contra quem producitur inſtrumentum, ſeu ſcriptura minus ſolemnis, etiam continens capitula ſeparata, poteſt illa acceptare in parte, & in parte non.*

OPINIO CCCLXXXV.

1 INSTRVMENTVM, ſeu ſcripturam minus ſolemnem, etiam continentem capitula ſeparata reus contra quem producitur, poteſt eam acceptare in parte, & in parte non, ſecundum Bart. in l. quædam §. nummularios, ſub nu. 2. ff. de eden. Angel. conſil. 304. Roma. conſ. 346. colum. 1. Geminia. conſil. 9. in fin. volum. ſecundo, Guido Papæ deciſio. 503. pone ego ſum, num. 2. & Grauet. cum alijs citatis per eum in tracta. de antiquita. tempo. in 1. par. nu. 134. vbi concludit iſtam veriorem, communemque opinionem fore, atque limitat in tribus caſibus. *Cōis opin.*

¶ Cōtrariū conſuluit Ang. cōſ. 303. viſa dicta ſcriptura, videlicet, ꝙ dicta ſcriptura, vbi capitula eſſent diſtincta, & ſeparata non poſſet vnum acceptari, & aliud reprobari, vbicunque loco vnius haberentur per vnitatem forſan officij, & neceſsitudinem compoſitionis rationum.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTA de nouo reperta produci poſſunt in cauſa etiam poſt concluſum in cauſa, et poſt citationem ad ſententiam, preſertim ſi productor iuraret ea nouiſſimè reperta extitiſſe, nec prius in ipſius cognitionem veniſſe, facta tamen diligenti perquiſitione.*

2 *Inſtrumenta produci regulariter non poſſunt in iudicio poſt concluſum in cauſa. Quod ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè.*

OPINIO CCCLXXXVI.

1 INSTRVMENTA de nouo reperta poſſunt produci poſt concluſum in cauſa, atque poſt citatos litigantes ad audiendam ſententiam, præcipueque ſi productor iuraret ea nouiſsimè reperta extitiſſe, nec prius ea in ipſius cognitionem ueniſſe, facta tamen diligenti perquiſitione, ſecundum Barto.nume.3.Bal.in lectura antiqua, Ang. Fulgo.Iaſ.in repet.nume.58.Caccialupum,colū.20. Curt.nume.67.Purpura.nume.8.in l.admonendi,ff.de iureiuran.Abb.Imol.& Fely.nume.16.in c.cùm dilectus de fide inſtrum.Mattheſila.nota.57.Fely.in c.paſtoralis,nume.9.de except. & Ripam in dicta l.admonendi,num.48. ubi iſtorum Cōis opin. opinionem communem eſſe perhibet,& communem pariter oſtendit, & in practica obſeruari ini bi Curt.& Lanfran. in c. quoniam contra cap. 9. de inſtrumen.productione,nume.36. de probat. & ſequitur etiam, ac de iure procedere pluribus manifeſtat Roderi. Suares in allegatione quinta, & ita obſeruatur in Regno Neapolitano, vt inſtrumenta etiam quandocunque poſt concluſionem produci, & recipi poſsint, teſte Annibale Cauenſe in ſcholiis ad ritus magnæ Curiæ Vicariæ in ritu, exordiente item quòd in quacunque cauſa ciuili, quę in dictis curiis, & Maranta in tracta.iudiciorum,in 6.par.in 8.actu de inſtrumētorum productione,nu.27.fol.par.137.

2 Prout ſic re ipſa in practica obſeruari paſsim uidimus per uiginti annos in tribunalibus omnibus ipſius Regni maioribus, & minoribus, & potiſsimum generaliter,& indiſtinctè, tam in inſtrumentis nouiter repertis, quàm in aliis quibuſcunque de nouo non repertis. Sed in iſto ſecundo caſu, quando inſtrumenta non forent de nouo reperta poſt concluſionem in cauſa de iure admitti non debeant, & habeātur perinde ac ſi producta non eſſent diſcurrit, & concludit Illuſtris D.Roland.à Valle huberius, quàm alius, quem hucuſque viderim in conſ.52. Duplici ex capite, nume.4.cum aliis ſeq.vol.4. & Fely. in d. c. cùm dilectus, vbi ſub nume.11.cum aliis ſequen. hoc ponit pro regula cum quatuor ampliationibus, & quatuordecim limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTVM publicum productū de longinquis partibus in iudicus ſi negetur à notario publico confectum, vel eum qui confecit eſſe notarium, præſente & contradicente aduerſario, non facit fidem pro producente.*

2 *Inſtrumentum publicum productum de partibus longinquis roboratum literis teſtimonialibus officialis loci vbi confectum eſt, vel ciuitatis, cum ſigillo, & atteſtatione tabellionatus, etiam parte contradicente plenè probat.*

3 *Tabellionatus Notarij qui confecit inſtrumentum in partibus longinquis, ſi negetur, probari poteſt per teſtes, & probato inſtrumento plenè creditur.*

OPINIO CCCLXXXVII.

1 INSTRVMENTVM publicū productum de longinquis, ac valde remotis partibus in aliquo iudicio ſi negetur illud eſſe à Notario confectum, ſeù negetur eum, qui confecit eſſe notarium, tunc illi inſtrumento ſtandum non eſt, & ſic aduerſario præſente, & cōtradicēte huiuſmodi inſtrumentū nullā fidem facit pro ipſo ꝑducēte, ſecundū Spec.& Io. And. in add. ibi in §. reſtat in tit. de inſtrum. edi. verſ. Quid ſi produxit, Cyn. Bald. colum. pen. Salyc. colum. pen. in l. comparationes, C. de fide inſtrumē. Lanfran. in c. quoniam contra, cap. 9. de inſtru. productione, ſub nume.14. de probatio. Deci. cū aliis copioſè deductis per eum, in c. ſi ſcripturā, nu.52. de fide inſtrumen. vbi ſcribit iſtam eſſe cōmunem opinionem, & Boeri. etiam deciſio. 36. Cōis opin. nume.10.& refert Marſil. in l. ſi quis ne quæſtio. nume.138.ff. de quæſtio. licèt ipſe cōtrarium ibi aſſeueret.

2 Sed tale inſtrumētū indubitanter, ac plenè ꝓbaret, vbicunq; productor ipſe portaret ſecū literas teſtimoniales, habētes ſigillū, & aliæ reqſita, & confectas per officialem regentem Ciuitatē, vel per Ciuitatem ipſam, & facientes mentionē, ac fidem de tabellionatu, moribus, & vita illius notarij, qui confecit tale inſtrumentum, & hoc modo dabitur plena fides ipſi inſtrumento producto de partibus remotis, ſecundum Bal. colū. penul.& Ang.in d.l.comparationes, Cagnolum cum aliis relatis per eum in l.ſi librarius, nume. 57.ff.de regu.iuris, Ancha.& Fely.col.6.in d. c. ſi ſcripturam,& ibi etiam Dec. nume.52. & ſequē. vbi refert opinionem iſtorum obſeruari in practica, atque in toto orbe, ſimiliter obſeruari atteſtatur Marſil.in d.l.ſi quis ne quæſtio,nume.144.& Cōis opin. obſeruatur etiam in Regno Neapolitano, teſte Affli-

Afflict. in conſtitutio. inſtrumentorum robur quæſtio.9. ob ritum magnæ Curiæ Vicariæ inchoantem;item ſeruat dicta Curia,quòd inſtrumentis confectis extra Regnum non creditur, vbi de hac eadem obſeruãtia in Regno facit mẽtionem Annibal Cauenſis in ſuis ſcholiis,& præclariſsimus D.Carauita in d.ritu 188.Item ſeruatur in dicta Curia,nu.1.

3 Cęterùm vbi productor huiuſmodi inſtrumẽti in partibus longinquis celebrati careret literis teſtimonialibus officialium loci,vbi confectũ eſt ipſum inſtrumentum: tunc poſſet docere per teſtes idoneos de tabellionatu ipſius Notarij, & inſtrumentum probato tabellionatu notarij prædicti faceret plenam fidem:aliàs ſecus, vt uoluit copioſè, & doctè Sacrum Regium Concilium Neapolitanum,teſte Afflicto,in deciſio.251.per totam,& peritiſsimo D.Carauita in d. ritu. 188. nume.12.

¶ Poſtremò aduertendum eſt etiam,quòd vbicunque produceretur inſtrumentum antiquũ quantumuis de loco longinquo, id quippè non exigeret, neq; indigeret literis teſtimonialibus: cùm tunc pro ipſo inſtrumento præſumeretur, ita Bal.& Saly.in d.l.comparationes.

¶ Quodque uerum autumarem de plano procedere, & ſic inſtrumentum ipſum concomitatum cum literis teſtimonialibus regulariter, vel ſine ipſis literis in pręſenti caſu ſpeciali probare, ſi illud de partibus valdè remotis productum,cãcellatum non foret, ſecundum Azo. in Summa de fid.inſtrumen.Goffre. in Summa eod. tit. Cy. Bald & Saly.in dicta l.comparationes,& Spec.in titu.de fid.inſtru.§.reſtat,verſ. Quid ſi produxit.

SVMMARIVM.

1 *IVRISDICTIO loci, confinia territorij, & etiam dominium, & poſſeſsio rerum particularium plenè probantur per inſtrumenta antiqua inter alios confecta.*

2 *Inſtrumentum antiquum dicitur à centum annis,ſecundum vnam ſententiam,& ſecundum aliam à quadraginta citra confectum.*

3 *Inſtrumenta publica inter partes confecta ad ipſarum tantùm pręiudicium regulariter inducunt plenum pręiudicium,& plenè probant.*

OPINIO CCCLXXXVIII.

1 INSTRVMENTA antiqua inter alios ſcripta,ſeù cõfecta, in quibus fit mẽtio aliquem locum eſſe de iuriſdictione,diœceſi,territorio,vel diſtrictu plenè probant, non ſolùm confinia antiqua, ſed etiam dominium,& poſſeſsionem rerum particularium,ſecundum Glo.in c.ſi Papa in verb. Probata,de priuileg.in 6.Abb.in c.eodem, nume.3. de paroch.Glo.& Abb.in c.cùm olim in verb. Inſtrumenta de cenſi.& in c.cùm cauſam, & ibi Fely.& Deci.de proba.Bal.Salyc.Alexan.& Iaſ. nume.4.in l.cùm aliquis, C. de iure delibe. Barbatium conſ.6.colum.5.vol.2.& in c.ex literis in fi. de probat.Guid.Papæ conſil.88.nume.2.Corne. conſil.333.nume.9.uol.1.Iaſ.conſ.81. nume. 2. & conſ.114.nume.5.volu.1.Soci.conſ.65.nu. 7. & conſ.86.& 166.vol.1.Deci.conſ.42.num.7.& ſeq.& conſ.428.nume.4.& ſeq.Pari.de Puteo, in c.quia,in materia de fini.feud.Grauet. conſ. 64. nume.11.& in tract.de antiqui.tempo.in 1.par. in princ.nume.71.& 74.Pariſi.conſil.104.numero 23.cum aliis ſeq.vol.1.& iſtam opinionem explicant eſſe communem Laurentius Syluanus Cõis opin. conſi.52.nume.9.& ſeq.& plerique ex memoratis Doctoribus.Quam limitat,& declarat in aliquibus caſibus non procedere Grauet.in tracta. de antiquita.tempo.in d.1.part. nume. 74. cum aliis ſeq.

2 Sed aduertendum eſt,quòd inſtrumenta antiqua dicuntur à quorum receptione cucurrerunt centum anni,vt habetur per Bertran. conſ. 159. in fin.& conſ.171.nume.8.vol.1.& conſ.15. etiã ſi curia in fi.vol.5.vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, cum aliis latè citatis Cõis opin. per Laurentium Syluanum in d. conſ.57.nu.10. & ſeq.vbi aſſerit contrarium, quòd tempus quadraginta annorum, dicitur antiquum, vbi citat alios eiuſdem ſententiæ.

3 Item aduertendum eſt, quòd regulariter inſtrumenta publica inter partes ipſas, inter quas conficiuntur probant,& ſic ad earum pręiudiciũ tantùm inducunt plenam probationem, ſecundum Gloſſ. in d.l. cùm aliquis, quam ſequuntur omnes Doctores ibi, & pręſertim Iaſ. numer.4. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem,& Cõis opin. ſequitur Guido.Papæ quæſtio. 193. & Barbac.in d.c.ex literis nu.39.poſt medium.

SVMMARIVM.

1 *INTERESSE extrinſecum de tritico,vino,& ſimilibus non debetur,ſed intrinſecum duntaxat conſequi poteſt.*

OPINIO CCCLXXXIX.

1 INTERESSE extrinſecum de tritico,vino,& ſimilibus nõ debetur:quia creditor intrinſecum intereſſe pretij conſequi poſſet, & ſic ſi penès aliquem depoſuiſſem aliquam frumenti quantitatem determinatã, ſeu menſuratã, quam decreueram certo die pro canone fundi emphyteutici ſoluere, & aduenien te tempore,cùm repeto,ille mihi non reſtituit,ob quod à iure emphyteutico cado: tunc iſte non tenetur mihi reſarcire damnum hoc caducitatis, quia

quia eſt intereſſe extrinſecũ, quod equidē de tritico, & ſimilibus nō debetur: cũ creditor intrinſecũ conſequi pretij poſsit. ut uoluerunt oẽs Doc.
Cōis opin. cōiter in l. numis, ff. de in lit. iur. ut ipſam cōem ſequitur, & citat ibi Iaſ. n. 4. & Zaſi. n. 8. & Iac. Renal. in l. 1. c. 6. fol. 107. cum ſeq. C. de ſent. quæ pro eo.

SVMMARIVM.

1 *INTERESSE intrinſecum vbi locum habet, facit ceſſare extrinſecum, & creditor altero tantùm contentus eſſe debet.*

OPINIO CCCXC.

1 INTERESSE intrinſecum in iis, in quibus cadit, nō poteſt habere locum intereſſe extrinſecum: quoniã creditor altero contētus eſſe debet, vt ſi haberet intrinſecũ intereſſe, conſequi nequiret & extrinſecum: ſecundùm Bar. in l. 1. C. de ſen. q̃
Cōis opin. pro eo. cuius opin. ſequitur, & refert communẽ eſſe Rebuf. ubi cũ aliis relatis per eum nu. 418. Beringer. Paulac. ibi. nu. 120. & Sebaſt. Sap. n. 42. per tex. in l. ſi ſterilis. §. cùm per uenditorẽ. ff. de act. emp. ubi deciditur, quód debens triticũ die determinata, à die moræ tenetur quãti plurimi valuerit triticũ ipſum præſtare, & ſic intereſſe intrinſecũ pretij. Si uerò à die moræ paſſum per creditorẽ ſit dãnum ob frumentũ non conſignatũ, quia ſerui fame perierint; quod intereſſe extrinſecũ dicitur; ſiquidē extrinſecus ꝓuenit, non tenetur debitor ex huiuſmodi mora hoc extrinſecum ſeruorum intereſſe fame perēptorum emendare, ſeù reſarcire: ſecundùm tex. ibi: quia nũquã illa duo intereſſe intrinſecum, & extrinſecũ concurrunt: ſecundũ Iaſ. n. 3 Zaſi. n. 8. & ſeq. & alios omnes Mod. in l. ſi numis. ff. de in lit. iur.

SVMMARIVM.

1 *IVDAEVS coiens cum chriſtiana ſine matrimonio, non vi, nec ſtupro, nec adulterio, non punitur pœna mortis, ſed alia extraordinaria arbitraria, ſi chriſtiana erat meretrix. nu. 2.*

3 *Onus probandi, quòd meretrix ſit chriſtiana, pertinet ad fiſcum.*

4 *Iudæus committens adulterium cum chriſtiana meretrice non punitur pœna adulterij.*

OPINIO CCCXCI.

1 IVDAEVS coiens cum chriſtiana ſine matrimonio, non ui, nec ſtupro, nec adulterio, habenſq; carnalē copulã cum ea; non pœna mortis, ſed alia arbitraria, & ſic extraordinaria punitur: ſecundùm Oldr. qui ita conſuluit, conſ. 33. & ſequitur Barbac. conſ. 63. col. pen. uol. 4. Dec. in c. 1. n. 61. in 1. lect. de conſt. & in c. conſuluit, *il* 3. n. 83. de appel. Alex. conſ. 99. viſa, vol. 6. Marſil. cōſ. 101. Pau. Girlan. in tract. de pœnis omniſariam coitus illiciti. q. 12. n. 6. & ſeq. & Boer. deciſ. 116. n. 5. vbi meminit iſtã eſſe coẽm opin. & Couarr. Cōis opin.
cum aliis relatis per eum in epit. de matrim. in 2. par. c. 7. §. 11. ſub n. 3. fol. par. 112.

2 Quæ communis abſq; dubio procederet quidem, ſecundùm ante ſignatos Doct. ſi chriſtiana cum qua fornicaria copula habita fuerat, erat meretrix: quoniam tunc Iudæus puniendus veniret pœna extraordinaria arbitrio iudicis: & ita conſuluerunt per optimas rationes, ac non ſpernenda fundamenta Pet. de Vbal. Peruſ. conſ. 29. Factum ſic proponit. Honofrius de Peruſio conſ. 38. Circa hoc dubium, & Fran. de Placētia conſ. 84. In Chriſti nomine, inter conſ. crim. diuerſor. uol. 1. & Alcia. conſ. 11. Opera mea minimè uidetur neceſſaria, tomo 11. lib. 7. & alij conſulentes relati per Girlan. vbi ſupra, & ita uoluit quoque Marquar. de Suſan. in tract. de Iud. & infid. in 2. par. c. 3. nu. 2. cum aliis ſeq. vbi plenius per diſtinctionem, quàm alius, quem hucuſq; viderim reſoluit quæſt. præmiſſam; & communem opin. Cōis opin.
eſſe demonſtrat Alci. ubi ſupra nu. 3.

3 Vbi & nu. 1. vtiliter etiam firmat cum aliis citatis per eum, quòd onus probandi, quòd meretrix ſit chriſtiana, etiã quòd Iudæus ſciuerit ipſam eſſe chriſtianam, pertinet ad fiſcum.

4 Imò in fortioribus terminis conſuluit Alex. in d. conſ. 99. Iudæum adulterium commitentē cum chriſtiana meretrice, non fore adulterij pœna puniendum, & refert, ſequiturq; Sylua nupt. lib. 4. ſub n. 46.

SVMMARIVM.

1 *IVDAEI habent filios in poteſtate.*

2 *Iudæi vtuntur iure communi Romanorum.*

3 *Iudæi in concernentibus fauorem animarum non ligantur legibus Romanorum, vel canonicis.*

OPINIO CCCXCII.

1 IVDAEI habent filios in poteſtate, & ſic filij eorum ſunt in poteſtate parentum: ſecundùm Bal. in l. item qui in poteſtate. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. Doct. omnes in c. 2. de conuerſ. infid. Card. in Clem. 1. in fi. de iud. Alex. in l. multum intereſt. ff. de uer. obl. in conſ. 99. n. 6. uol. 6. & conſ. 13. n. 2. uol. 7. vbi citat iſtam eſſe magis Cōis opin.
communē opin. & Pariſ. conſ. 2. vol. 4. & ſequitur Abb. in c. fi. de conuer. infid. Fely. in c. Iudæi, *il* 2. col. fi. de Iud. Dec. in c. conſuluit in 2. not. de app. & Cotta in memo. in uer. Vſuræ trientes, ante fi. Et quãuis contrarium aſſeuerauerit Afflic. deci. 151. n. 4. & 9. ob hoc igitur nouiſsimè Rodericus Suarez in ſuis alleg. in l. 9. tit. *De los pleytos*, nu. 7. & ſeq. & Io. Bapt. Bouius, in tract. de ſtatut. vrb. præſcrip. in tit. cont. om. cred. Gloſ. 19. nu. 55. & ſeq. Marquar. de Suſan. in tract. de Iud. & infid. in 3. par. c. 4. n. 9. & ſeq. & admittit eã audacter com-

communiorem, & veriorem eſſe, reſpondetque contrariis omnibus, prout ante eum fecit Alex. conſ.71.col.2.uol.2.

2 Et de hoc non eſt mirandum: quia ipſi Iudæi communi iure Romano utuntur. tex. eſt in l. Iudęi. C. de Iud. & ita conſuluit Corn. poſt Fulg. & Alex. conſ.14.col.fi.vol.1. & ponit Iaſ in l. ſi inſulã. 3. not ff. de uer. obl. & Fely. in c.1.col.12. de conſt. & Brunus copioſè in tract. quòd ſtantib. maſc. q.5. art.6. ſub num.60.

3 Sed hoc limitatur non procedere in ſpiritualibus concernentibus fauorem animarum: quia eſto quòd ipſi Iudæi non curẽt de eorum anima, nullatenus aſtringunt, ac ligãtur legibus canonicis: ſecundũ Glo. Imol. & alios omnes in d.c.1. de conſt. Bru in d. art. ſub n.60. Marquar. copioſiſsimè in d. tract. de Iud. par 2.c.8. & Fel. in d.c. Iudæi, n.5. vbi oſtendit iſtã eſſe communem opi. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVDAEORVM infantes, inuitis parentibus nõ poſſunt baptizari, & ad fidem cogi.*

2 *Iudæorum infantes poſt annos diſcretionis poſſunt baptizari, & fidem recipere, etiam inuitis parẽtibus.*

3 *Iudæorum pueri in agone mortis conſtituti baptizati ſi morerentur, ad cœlum conuolarent.*

4 *Baptiſmus à Laico extra caſum neceſſitatis collatus, tenet.*

5 *Laicus nõ ſolùm peccat mortaliter baptizans extra caſum neceſſitatis, ſed tanquàm uſurpator officij clericalis eſt puniendus.*

OPINIO CCCXCIII.

1 IVDAEORVM filij infantes, vel paruuli, non poſſunt inuitis parentibus cogi ad fidem ſuſcipiendam, & ſic ad baptiſmum ipſum: ſecundùm Glo. in c. Iudæorũ. 28. q.1. Card. in Clem.1. in fin. de Iud Io. And. Abb. Io. de Ana. Fely. & omnes in c. ſicut, eo. tit. de Iud & Cald. conſ.3. in tit. de Iud. quorum opin. aſſeruit magis communem Pariſ. conſ 2. uol.4. col.4. & ſeq. Cõis opin.

¶ In contrariã partem inclinauerunt Io. And. in d.c ſicut, & Afflic. dec.151. poſt alios Cano. & Theol. relatos ibi per eum, & D Reſt in tract. de Impe. q.28. n.4. ſcilicet, quòd filij paruuli Iudęorum ad baptizandum auferri poſsint abſque patris conſenſu; dummodò hoc fiat pro ſaluandis pueris ipſis, non autem fiat pro compellendis parentibus eorum ad fidem.

¶ Sed de opin. iſta non nihil dubitauit Abb. in d c. ſicut, prout per rationes citatas per eum, & per alios tenentes cõem dubitari contingit. ideó, ne te decipiant ſequentes iſtã partem ultimã, noli ullatenus diſcedere à communi præmiſſa; quã non leuibus fundamentis ſequitur Marquar. de Suſan. in tract. de Iud. & infid. in 3. par. c.2. n.6. & inquit ueriorem, & magis communẽ, plurimũq; declarat; & ita cumulatiſsimè in terminis conſuluit Natta conſ.434. Quædam puella, uol.2. D. meus Reſt. reuocando ſententiã in melius in d. tract. de Imper. q.110. caſu 315. vbi fatetur hoc vidiſſe vſu comprobatum Romæ, & ſeruatum per Pontificem; & D Dionyſ. Carthuſ. in ſum fid. Orthod. in 2. tomo, art.31. & S. Tho. de Aqui. in 2.2. q.10. ubi firmat.

2 Quòd non licet ante annos diſcretionis pueros Iudęorum inuitis parentibus baptizari; ſed quando ad annos diſcretionis peruenerint, poſſent fidem recipere, etiam parentibus renitentibus & baptizari.

3 Sed ſi quis puerum Iudæi in agone morti baptizaret, ſtatim puer tunc ad cœlum euolaret, ſi ſic moreretur.

4 Quod procederet etiã, vbicunq; in iſto caſu neceſsitatis talis puer à puro laico baptizaretur. Verùm ſi laicus, nulla neceſsitate vrgente, puerum Hebræum baptizaret: tunc irritaretur baptiſmus, nec valeret, nec hoc fieri poſſet: ſecundùm Anchar. conſ.195 Secundùm ea &c.

¶ Contrariam tamen partem vti ueriorem, quòd etiã caſu neceſsitatis non vrgente, & ſic ipſe laicus baptizans extra caſum neceſsitatis, talis baptiſmus ſic collatus teneat, & baptizãs peccet mortaliter, tenuerunt conſtanter Diuus Auguſt. in epiſtola contra Parmenianum, lib.2. col.16. verſ. Quando & ſi laicus &c. Abb. in c. quãto, de conſuet. ſub nu.12 uer. Item laico. S. Tho in 3. par. ſuæ ſum. q.67. art.3. ad 1. arg. Dom. Sotus in 4. ſen. diſt.4. q.1. art.3. ſumma Tabien. in uer. Baptiſmus, 1l 6. §.1. & ſum. Armil. §.39. quorũ opinioni, tãquã communi reiecta penitus ac exploſa cœca ſententia Ancharani, aſſentimus. Cõis opin.

5 Cæterùm aduertat laicus baptizans extra caſum neceſsitatis, quòd licèt baptiſmus ipſe firmus tunc remaneat, vt non ſolùm peccet mortaliter, vt ſupra docuimus ex receptiſsima opinione: uerùm tanquàm uſurpator officij clericis commiſsi & demandati, veniat etiã puniendus. teſte Abb. in d.c. quanto, ſub num.12.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ex officio poteſt rem æſtimare, & taxare, vbi eius æſtimatio, & ualor non probaretur.*

2 *Iudex ex officio poteſt æſtimare quantitatem intereſſe, ſi in actis non ſit probata, & condemnare reum arbitrio ſuo.*

3 *Iudex tenetur ſe informare de valore rei, vel quantitate intereſſe, & taxare, & condemnare, quando de eo non conſtat, maximè ad inſtantiam partis.*

OPINIO CCCXCIIII.

1 IVDEX ex ſuo officio poteſt rem ęſtimare, & taxare, vbi ęſtimatio, & ualor ipſius rei, de qua agebatur, non probaretur: ſecundùm Bart. in l. ſi quod ex Pamphilia. ff. de leg.2. & Caſtren. & ibi Alex.

Alex.conſil.60.vol.3.conſil.77.& conſil.172.uolu.6.Caſtren.conſil.219.vol.2.Roma. conſ.281. ſub nume.4.Afflict. deciſio. 58. nume.7. Corne. conſ.26.uol.1.& conſi. 221.colum.7.uol.2.Grauet.conſ.218.ſub nume.4.Bart.Salyc.colum.antepen.Curt.in fin.Bolognet.nume.168. & ſequẽ.
Cōis opin. & Cagnol.nume.141.& ſeq.& in l.1.C.de ſenten. quę pro eo quod inter.qui perhibent iſtam eſſe
Cōis opin. communem opinionem, & concludunt omnes Doct.communiter.

2 Quod licèt non extiterit probata quantitas intereſſe, nihilominus iudex poſſet arbitrio ſuo ſe informare, extimare, & poſtmodum condemnare reum conuentum; & eandem opinionem ſequitur etiam, & communẽ fore teſtatur Grat. conſil.66. viſis vol. 1. Vndè dicti Moder. præſertim Bolognet. & Cagnolus, vbi ſupra circa hoc tradunt remedium, & cautelam ſatis tutam.

3 Quòd actor facta publicatione in cauſa dicat, & exponat iudici ſe probaſſe (vt credit) eius intentum, & dato, quòd non plenè probauerit, implorat veſtrum officium, vt capta, & habita informatione de ualore rei condemnare debeatis reum ipſum in intereſſe apparenti: & tunc iudex neceſſariò ad partis requiſitionem debet, & tenetur ſe informare, & poſtmodum condemnare. Sed Roma. in dicto conſil.281.ſub num.4.expreſsè concludit, quòd iudex ex officio proprio, etiã parte non inſtante, & petente ad extimationem prædictam procedere debet: tamen tutius eſſet, vt fieret inſtantia per actorem iudici, tunc enim iudex velit, aut nolit, teneretur ſe informare de valore præmiſſo, & reum condemnare.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX poteſt quandocunque reuocare, moderare, emendareuè taxationem expenſarum, quouſque ſuper quantitate iurata fereretur ſententia, vbi de iuramento in litem affectionis ageretur.*

OPINIO CCCXCV.

1 IVDEX poteſt quandocunque reuocare, moderare, emendareuè taxationem expenſarũ, vbi de iuramento in litem affectionis ageretur, & ſic per ipſum iudicem poſſet fieri huiuſmodi reuocatio, ac moderatio donec, & quouſque ſuper quantitate iurata fereretur ſententia, ſecundum Paul. Caſt. & Salyc. per text. ibi in l. uideamus §. fin. ff. de in
Cōis opin. litem iuran. Ioã. de Imol. in c.fi.nu.38. & omnes tam antiquos, quàm Moder. in l. in actionibus ff. de in litem iuran. vbi etiam Franc. Duaren. numero. 30. fatetur ſic ſe habere communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX laicus non tenetur exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici contra clericum per ipſum degradatum, & ſibi traditum vltimo ſupplicio puniendum, niſi eius inſpecto proceſſu, & ſententia iuſta reperta, ſecundum vnam ſententiam communem, licèt ſecundum alteram itidem et communem illam exequi poſſit.*

2 *Iudex laicus, cui traditur clericus degradatus puniendus per iudicem Eccleſiaſticum, eſt merus exequutor.*

3 *Doctores iniquè iudicantes non merentur inter Doctores nominari.*

4 *Facilitas nimia in iudicando damnatur.*

5 *Lex diuina maledicit iudicibus iniquè iudicantibus.*

6 *Principes debent aduertere in eligendo iudices, & aſſeſſores.*

7 *Iudex debet eſſe ſapiens, timens Deum, veridicus, & non auarus.*

8 *Iudex bonus debet magis timere Deum, quàm homines, nec debet propter eos deuiare à iuſtitia.*

9 *Veritas in iudice triplex eſt.*

10 *Mendaces homines non ſunt filij Dei, ſed diaboli.*

11 *Iudex laicus exequitur ſententiam iudicis Eccleſiaſtici contra hæreticum non aliter viſo eius proceſſu, nec alia facta diligentia.*

12 *Iudex in iudicijs obeundis debet eſſe integer, incorruptus, æquus, & à ſe remouere fauorem, odium, & alios affectus.*

13 *Iudex ex re ipſa debet iuſtum iudicium iudicare, nec per gratiam, vel aliud in hanc, vel illam partem inclinare.*

OPINIO CCCXCVI.

1 IVDEX laicum clericũ cauſa cognita à iudice eccleſiaſtico actu, & ſolemniter ſacris ordinibus exauctoratũ, & degradatum, & ſibi traditum vltimo ſupplicio afficiendum, nõ tenetur ipſam ſententiam executiõni mandare, ſeu exequutionem facere, niſi inſpecto proceſſu iudicis eccleſiaſtici, atque ſententia ipſa iuſta reperta, vt uoluerunt Barto. Ang. Fulgo. Caſtren. & cæteri omnes communiter in l. magiſtratibus ff. de iuriſdictio. omnium iudi. Imo. Barbatius col. 17. & Alciat. nume. 100. in c. 1. de offic. ordi. Fely. in c. ad audientiam de hęreti. & Carrerium de hęreticis, nume. 63. qui omnes fatentur iſtam eſſe commu- Cōis
nem opinionem Legiſtarum, & Ioan. Bernardi. opin.
Diaz in practi. crim. canonica in c. 141. poſt prin. quàm ſequitur etiam idem Barto. in l. non dubium, & in l. Diuus ff. de cuſtodia reorum.

¶ In contrariam verò partem, vt iudex ſecularis non inſpecto aliter dicto proceſſu, ſeu altero denuò fabricato clericum ſibi traditum punire teneatur,

teneatur ob ſolam, & ſimplicem inſpectionem ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, inclinarunt Inno.
Cōis opin. & Abb. in d.c. 1. nume. 11. & iſtorum opinionem communis apparet Canoniſtarum, ſecundum re lata per Alciatum ibi, nume. 100. per Igneum in l. 1. §. cùm dñs nu. 41. ff. ad Syllani. & per Iacob. Simancā in practi. enchiridion iudicū violatæ religionis titu. 66. de iudicibus ſecularibus nume. 2.

2 Quia in hoc iudex ſecularis merus executor eſt. Sed prior ſententia Legiſtarum, verior, communior, tutiorque apparet, atque redditur ex ſcriptis Bar. & præcitatorum Doct. imò Alciat. vbi ſupra profert magnum verbum ad propoſitum ſe vidiſſe ex inſpectione proceſſus aliàs ſententiam iudicis eccleſiaſtici iniuſtam repertam extitiſſe, & ob hoc per iudicem laicum non fuiſſe aliter executioni demandatam; nec mirum hoc eſt: ſiquidem infinitis propè vicibus me diante meo patrocinio in variis, & diuerſis curiis tam ſecularibus, quàm eccleſiaſticis, tam ſententię ciuiles, quàm etiam capitaliſsimæ extitere reuocatæ, & annullatæ ex eiſdem actis, ac nil nouiter producto, ſeu addito in proceſſu, nec aliter nomino Doctores, qui tam impiè egerunt in proferendo tales ſententias iniquas, nullas, & diabolicas: cùm non mereantur inter Doctores nominari, tum ob eorum turpem conſcientiam, tum etiam ob eorum manifeſtiſsimum dedecus, & notoriam infamiam.

3 Imò me patrocinante paulò ante in cauſa cuiuſdam clerici Aquilani damnati ad priuationē beneficiorum, celebrationis miſſæ, & ad remigandum per quinquennium, & reuiſa eadem ſententia poſtmodum per alium iudicem à ſummo Pōtifice deſtinatum per viam appellationis extitit ex eiſdem actis reuocata, irritata, retractata, & penitus annullata dicta ſententia, & pariter iudicem ipſum pro huiuſmodi turpiſsima ſententia in expenſis condemnatum vidimus.

4 Vndè damnanda eſt nimia in iudicando facilitas iſtorum Doctorum, pręſertim ſi qui prouentus magis, quàm veritatem affectātes rebus plerunque ſuppreſsis ſententias temere nō minus, quam fulmina iaciant, ignorantes quidni quàm grauior ſit futura aduerſus ipſos Dei optimi maximi iuſtitia, ac tantæ impietatis diuina vltio, nec ſatis memores comminationis Hieremiæ, qui aduerſus eos hiſce verbis proclamat. Vęh vobis, qui iudicatis terram, quoniā iudicabimini.

5 Præterea lex diuina talibus maledicit, dicens Eſaiæ. 5. Vęh qui iudicatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auſertis ab eo, ſcilicèt dando iniquam ſententiam pro eo contra pauperē. Itē Deuteronomij 27. habetur alia maledictio, vbi dicitur. Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduę. Similiter ibidem maledictus, qui accipit munera, vt percutiat animā ſanguinis innocentis, & dicet omnis populus amen. Nec non eiuſdem Eſaiæ 10. Vęh qui iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperem, & vim facerent cauſę humilium populi mei, vt eſſent præda viduarum, & pupillorum, quid facietis in die vltionis?

6 Ideò nonnihil aduertere deberent Principes in eligendo iudices, & aſſeſſores, vt ſcilicet aſſumatur ad tale officium homo, qui habeat conditiones illas, quę ponuntur Exodi. 8. & quas dictauit ipſe Iethro cognatus Moyſi dicens ad eum:

7 Prouide de omni plebe viros ſapientes, & timētes Deū, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, hæc ibi; in quibus verbis compręhenduntur, & tanguntur quatuor pulchrę conditiones requiſitæ in eo, qui aſſumitur ad officium iudicandi. Prima igitur conditio eſt ſapientia, vt de tali poſsit dici illud, quod canit eccleſia de viro iuſto, & trahitur ex prouerbiis Salomonis 14. c. Sapientia requieſcit in corde eius, & prudentia in ſermone oris illius.

8 Secunda conditio eſt timor Domini: debet enim bonus iudex magis timere Deum, quàm homines, nec propter homines debet deuiare à iuſtitia, cuius tamen contrarium multi faciunt, ne ſcilicet perdant gratiam maiorum, aut ne incurrant indignationem eorum.

9 Tertia conditio eſt veritas, quæ triplex eſt, ſcilicet vitę, doctrinæ, & iuſtitiæ. Sed proh dolor, hodie iuſta vaticinium Pſalmiſtę, Diminutę ſunt veritates, ſupple triplices prædictę à filiis hominū, id eſt à iudicibus malis, qui non merentur dici filij Dei, ſed tantùm filij hominū: cùm enim Deus ſit ipſa veritas infallibilis, & per eſſentiam dicta; conſequens eſt.

10 Quòd homines mendaces non ſint filij eius ſaltem per imitationem, ſed potius filij diaboli, iuxta illud verbum Ambro. & recitatur in c. cauete 22. q. 5. Cauete (inquit) fratres mēdacium, quia omnes, qui amant mēdacium, filij ſunt diaboli. Quam quidem communem declarat Clarus vbi ſupra non procedere, vbicunque delictū eſt merè eccleſiaſticum.

11 Et ſic ſi iudex eccleſiaſticus condemnaret aliquem tanquam hæreticum, & eum traderet iudici ſeculari puniendum, ſtatim per iudicem ipſum ſecularem nulla diligentia adhibita ſententia executioni demandatur, & quòd ita in regio ſenatu obſeruari, & exequi vidit, & de eadem obſeruantia teſtatur etiam Iacobus Siman. in dict. practi. titu. 66. nume. 3. & obſeruatur quotidie, vt aduerterim, ſed ab imperitis quippè iudicibus, & parum, aut nihil de ſalute animæ cogitantibus; Vndè legant pro eorum inſtructione Paul. 1. ad Timot. 5. aſſerentem. Teſtificor coram Deo, & Domino Ieſu Chriſto, & electis angelis, vt hęc cuſtodias ſine præiudicio, nihil agens per aduocationem, per quæ verba apertè demonſtrat quem oportere.

12 In iudiciis obeundis, integrum, & incorruptum ad cognitionem accedere, æquumque ſe præbe-

præbere litigantibus, ne fiat præiudicium, hoc eſt, ne quis ad alteram partem propenſior ante iudicium ſententiam ferat, quam ſibi ſeorſum iſtillauerit fauor, odium, ira, aut alius quiſpiam affectus.

13 Sed ex ipſa re cognita ſumens quod rectè pronunciet nihil agens per aduocationem, id eſt, per gratiam, nec in hanc, nec in illam partem declinando.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX recuſatus, & allegatus ſuſpectus ex cauſa legitima deſinit eſſe iudex, & acta coram eo facta poſt recuſationem ſiunt ipſo iure nulla.*

2 *Suſpitio iudicis allegati ſuſpecti ceſſat, vbi recuſans uoluntariè comparet coram eo non facta proteſtatione de non recedendo ab exceptione recuſationis.*

3 *Iudex tam ordinarius, quàm delegatus poteſt vt ſuſpectus in totum recuſari.*

OPINIO CCCXCVII.

1 IVDEX recuſatus, & allegatus vt ſuſpectus ex cauſa legitima deſinit eſſe iudex, & acta facta, ſeù proceſſus fabricatus coram iudice recuſato poſt recuſationem, & allegationem ſuſpitionum eſt ipſo iure nullus. Quia iudex ipſe recuſatus procedens in cauſa antequàm pronunciatum ſit ſuper dicta recuſatione, facit contra iuris normam. vt uoluerūt Bar. & Alex. in l. quia poterat, ff. ad Trebel. Glo. in l. apertiſsimi in ver. Exequutione C. de iud. & in c. quoties Epiſ. 2. q. 6. Hoſt. Io. And. & Ant. de Butr. in c. ſpeciali de appellatio. Anch. & Gemi. in c. iudex de offic. delega. in 6. Abb. in c. quoniam contra de probatio. Salyce. in d. l. apertiſsimi, Papien. in forma declinan. iuriſdict. in verb. Iudicem ſuſpectum poſt princ. Maran. in tract. iudiciorum in 6. part. 2. actus de appellatione, nume. 24. fol. par. 167. & in 4. par. diſtinctiōe 16. nu. 4. fol. par. 73. Berous in c. ſignificaſti, nu. 22. de offic. deleg. & ita conſuluit Alex. conſil. 89. vol. 1. & Bertran. conſilio 151. licèt multum eleganter fuerit deductum, nume. 1. vol. 6. & conſ. 131. ex proceſſu agitato, nu. 5. & ſeq. vol. 8. ubi protulit iſtā eſſe magis cōmunem opinionē, quam ſequitur etiam Lap. in alleg. 1. n. 1. cum aliis ſeq. & D. Quintil. Mandoſi. cum aliis aggregatis per eum in addi. ibi, in litera A. vbi ſimiliter prædicat iſtam fore magis cōmunem ſententiam, ac ita fuiſſe non ſemel iudicatum in Rota Roma.

Cōis opin.

¶ Cæteras uerò opiniones contrarias aliter non recenſeo, eſtò quòd Io. Ant. de Nigris in capitulis Regni in c. 217. prolixitatē, nu. 16. cum aliis ſeq. conetur eas reducere ad optimā concordiam, & conſonantiā fœdere diſtinctionis, & tradit reſponſionem fiendā per iudicem, quando allegaretur ſuſpectus, quę induceret optimā cautelam, & per eam ceſſarent contraria.

2 Et citò etiam, quòd antedicta cōis obſeruetur in practica, tamen interpretatur vtiliter nō procedere, vbicunque recuſans ipſe poſt recuſationē, & allegationem ſuſpitionū uoluntariè cōpareret, & procederet coram dicto iudice recuſato, ſecundum Abb. in c. ſuſcitatus de reſcript. & Ioan. Anto. de Nigris in d. c. 217. nu. 5. Quod non procederet vbicunq; recuſans ipſe compareret coram antedicto iudice recuſato cum neceſſariis oportunis proteſtationibus de non recedēdo ab exceptione recuſationis, & ab aliis oppoſitis per eum, vt uoluit Bertran. in d. conſ. 131. nū. 6. & Io. Anto. de Nigris in d. c. 217. n. 5. vbi teſtatur poſt Io. And. ita obſeruari de facto.

3 Et memorata communis opinio procedit tā in iudice ordinario, quàm in delegato, qui ex iuſta cauſa poſſunt in totum recuſari vt ſuſpecti, præſertimque de iure canonico, c. ſi quis contra clericū, & ibi Abb. & oēs de foro competen. Marant. in d. tract. iudiciorum in 4. part. diſtinctione 5. num. 4. vbi teſtatur ita obſeruari in Regno, prout eſt tex. in Regno, in ritu 265. item ſi cōtingat iudicem ordinariū, vel delegatū allegari ſuſpectum, & ibi iuris peritiſsimus, & ſummo ingenio pręditus D. Carauita, nu. 13. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX in iudicando non poteſt recedere à communi opinione.*

2 *Iudex contra communem opinionem iudicans cenſetur iudicaſſe ob imperitiam.*

3 *Iudicans contra communem opinionem dicitur facere litem ſuam, & tenetur in ſyndicatu.*

4 *Opinio aliqua ſingularis, aut peregrina non eſt attendenda in iudicando, vbi habemus communem, ſed illam ſequi debemus.*

5 *Iudex debet iudicare ſecundum communem opinionē, etiam ſi contraria opinio eſſet verior.*

6 *Iudex debet iudicare ſecundum communem opinionē, etiam ſi Pontifex contra illam teneret.*

7 *Iudex non cogitur iudicare ſecundū deciſiones Rotæ Romanæ; Imo licèt contra eas ſententias proferre.*

8 *Deciſiones Rotę non ſunt per Pontifices approbatæ: ſed eis tanquam magiſtralibus deciſionibus ſtari debet.*

9 *Deciſiones Rotæ ſunt maioris authoritatis, quàm ſit cōmunis opinio, ſed hoc non eſt ſimpliciter verum.*

10 *Authoritas Bartoli non eſt poſtponenda authoritati Dominorum de Rota, ſaltim in terris Imperij.*

11 *Bartoli authoritas eſt maxima in practica.*

12 *Aſſeſſores nolunt recedere ab opinione Bartoli in iudicando.*

13 *Bartoli authoritas in legis defectum ad vnguem obſeruatur.*

14 *Bartoli authoritas in Hyſpania cęterorum ſententijs præfertur.*

15 *Bartoli authoritas etiam in Italia cæterorum ſententijs præferri debet.*

16 Bartolus ſemper habuit veritatem ante oculos.

17 Bonus Bartoliſta optimus iuriſta.

18 Bartoli authoritas, licèt magna ſit, tamen plus in extrauagan. ad repr imen.

19 Bartoli Gloſſæ ſuper extrauag. ad reprimendum meliores ſunt, quàm textus.

20 Deciſiones Regni Neapo. quæ proferuntur ſub nomine Regis, in caſibus deciſis ſuccedunt in Regno loco interpretationis Imperialis, & legis generalis.

21 Sententia diffinitiua, & declaratio, ac deciſio Papę, vel Imperatoris, vel Regis, vel alterius Principis ſupremi facit ius quò ad oẽs, & habetur pro lege generali.

22 Sententia lata per iudicem contra ſententiam diffinitiuam, declarationem, vel deciſionem Principis ſupremi eſt ipſo iure nulla, ſicuti lata eſſet contra legem.

23 Sententia Principis, vel deciſio vt obtineat vim legis, neceſſe eſt probare, quòd huiuſmodi ſententia lata ſit præſentibus partibus.

24 Sententia, vel deciſio Principis vt habeatur pro lege, deberet eſſe iuris diſpoſitiua, vel declaratiua, & eſſet fundata ſub generali ratione.

25 Sententia, vel deciſio Principis vt habeat vim legis generalis, deberet eſſe diffinitiua, non autẽ interlocutoria.

26 Interlocutoria Principis habet vim legis, quando in ea hoc dictum fuit: aliàs non; imò tunc ſententia iudicis lata contra ipſam Principis interlocutoriam non eſſet ipſo iure nulla, ſed valeret, & teneret.

27 Communi opinioni ſtandum eſt, & ſecundum eam iudicandum venit, etiam ſi ex varijs opinionibus dubium reſultaret.

28 Opinio ſingularis vbi datur opinionum conflictus, non ſolùm lege expreſſa conuinceretur, ſed etiam per rationes, & argumenta neceſſaria, & concludentia.

29 Dubia res dicitur, ubi non apparet de communi opinione, vel vbi aliqui Doctores atteſtantur vnam opinionem eſſe communem, & alij contrariam.

30 Iudex ferens ſententiam pro communi opinione, vbi adeſt altera communis opinio in contrarium, uel in caſu vbi non apparet de communi opinione, non tenetur in ſyndicatu, & eius ſententia valet, & tenet propter cõflictum opinionum, & iſtos caſus dubios ſolebat appellare Iaſon pro amico, & in eiſdem caſibus optimũ eſt habere iudicem propitium, & fauorabilem: quia tunc poteſt eligere cui ius dicat, & fauere amico: ſed hoc intelligitur de iudice non claudicante.

31 Sententia lata contra aliquem intellectum legis magis communem, vbi adſunt alij intellectus ad eandem legem, non dicitur nulla.

32 Lex obſcura, & varios habens intellectus, ad deciſionẽ cauſarum allegari nequit.

33 Iudex pronuncians contra legem varios intellectus habentem non eſt reprehendendus, ſed tanquàm faciens hoc ex cauſa, ſubſtinetur eius ſententia.

34 Peccatum non eſt, quando Doctores excellentes ſunt in diuerſis opinionibus vni ex eis magis, quàm alijs adhærere.

35 Doctoribus duobus in duabus opinionibus cõtrarijs exiſtentibus ſanctum eſt pro ueritate tunc pugnare, in qua vir bonus habet habenas.

36 Peccatum euitatur per iudices in iudicando in caſu, ubi opiniones complurium Doctorum reperiuntur tribus cõſideratis qualitatibus, & obſeruatis per eos, poſitis hic; licèt nemo ſit, nec eſſe poſſit in periculo mortalis culpæ, niſi periculo contra conſcientiã ſe exponat.

37 Opinio communis ita à iudicante ſeruanda eſt, vt ab ea recedere nõ valeat propter ſententiã Gloſſæ cõtrariã.

38 Gloſſæ opinio eſt talis, & tantę authoritatis, vt videatur communis, & ab ea in conſulendo, & iudicando non poſſit recedi.

39 Gloſſa eſt tantæ authoritatis, vt omnes alias antecellat authoritates.

40 Gloſſa non præfertur communi opinioni, imò opinio communis præferenda venit opinioni Gloſſæ.

41 Iudices quotidie iudicant contra Gloſſam, vbicunque reperitur communiter per Doctores reprobata.

42 Gloſſæ opinio eſt cõis, quotieſcunq; cum ea concurrunt tres Doctores.

43 Opinio communis regulariter illa dicitur, quæ plurium Doctorum Illuſtrium, vel grauium authoritate iuuatur, ſeù quę habet plures Doctores pro ſe.

44 Doctor incidenter quid ſcribens non auget numerũ aliorum ad conſtituendũ communem opinionem.

45 Doctor relatus ab aliis, qui non habetur in fonte, cùm eius monumenta impreſſa non extent, nõ auget numerum aliorum ad inducendam cõem opinionem.

46 Iudicare contra cõem eſſet contra ſtimulum calcitrare: quia communis opinio habet vim conſuetudinis.

47 Barbatius tanquàm communium opinionum oppugnator eſt vitandus.

48 Iudex non poteſt iudicare contra cõem opinionem, etiã quòd ea caſum legis non habeat.

49 Lex omnes caſus comprehendere nequit, ſiquidem plura ſunt negocia, quàm uocabula.

50 Lex omnes articulos, cõtrouerſias, & quæſtiones decidere non poteſt; Et ideò in eis decidendis per Doctores proceditur de ſimilibus ad ſimilia, & per rationes, iuris regulas, indagationes, & argumenta, mediante ſcientia practica, & ſpeculatiua.

51 Inuentis vti ſolummodò miſerrimi ingenij eſt.

52 Rationibus innitendum eſt.

53 Ratione poſſunt omnia decidi deficiente lege.

54 Legalis ſcientia nunquã fuiſſet augmẽtata, ſi Doctores noluiſſent reſpondere, niſi in caſibus à lege deciſis.

55 Opinio Doctorũ ubi deficit lex pro lege ſeruatur.

56 Author ſe defendit aduerſus calumnias prolatas per quendam Modernum in præiudicium honoris colligentium receptas ſententias Doctorum.

57 Zaſius omninò vitandus eſt ob eius falſas aſſertiones, quòd opiniones cões plerunque falſæ reperiantur.

58 Opiniones communes ſemper reperiuntur fundatę in viſceribus, & anima legis, & in ſolidis rationibus; & ideò ſacroſanctæ meritò appellantur.

59 Sentẽtia prolata contra cõem opinionẽ eſt nulla ipſo iure, tanquã promulgata contra legem: quia paria ſunt iudicare contra legem, vel communẽ opinionem. Sed in contrarium apparet communis opinio.

60 Iudex tenetur iudicare ſecundum cõem opinionem, etiã ſi uideretur caſus legis in contrarium.

61 Iudex habens claram deciſionem Doctorum de ratione ipſius in iudicando ſcrutari non tenetur.

62 Litẽ

62 *Litigans in iudicio contra communem opinionem venit in expenſis condemnandus.*

OPINIO CCCXCVIII.

1 IVDEX in iudicando non poteſt recedere à cõi opinione.§. 1.inſti.de hęred.inſtit.& l.3.§. fi.ff.de ſuppel. leg. & l. Barbarius ff. de offic. præſid. Doctor. not.in c.nouimus.de verb. ſig. Bal.in l.2.C.de pœ.iud.qui malè iudica.Barbac. latè in c.ne Romani de elect.& Iaſ.in auth. nouiſſima col.6.C.de inoffi.teſta.Alex.conſ.25.nu. 2. vol.6.& Soci.nepos.conſ.189.nu.74.uol.2.Cotta in ſuis memoralibus in memora. in uerſ.Opinio,il 1.Lauren.Sylua.conſ.3.num.52.Hieronymus Brixianus in tract. de cõfinibus, c.58.n.14. & Alcia.in tract.de pręſumptio.in regula prima, præſumptione 51.nu.2.

2 Nam, qui contra cõem iudicat cẽſetur, ꝓpter imperitiã iudicaſſe, vt dixit Alexã.in l.cũ ꝓlatis. & ibi Ang.ff.de re iud.Iaſ.in l.fi.col.pen.ff. qui ſatiſd.cog.Curt.Iun.conſ.49.col. 30. & cõſ.46.nu. 33.& Berous conſ.153.an locatio ad affictũ frãchandum facta,nu.19.vol.1.vbi adiicit iſtam eſſe crebriorẽ opinionem, & dixit Bart. in d.l.2.C. de pœn.iud.qui malè iud. *Cõis opin.*

3 Quòd iudicans contra cõem opinionẽ,dicitur facere litem ſuam,& tenetur in ſyndicatu, quem ſequuntur omnes Doctores inibi, Alex.in d.l.cũ prolatis,nu.121.& ſeq.& Iaſ.in fi.Iaſfredus in deciſ.25.Fely.in c.1.de conſt. pen. col. Paris de Puteo in tract.de ſyndica.in uerb.Iudicare col.4.& ſeq.& Cataldinus in tract.de ſyndica.in q. 29.& Berous in d. conſ. 153. nu. 19. Et hinc admonet ſtudioſos, ne nouarum opinionũ inuentores eſſe velint Ioan.Faber in procemio inſtit. *Cõis opin.*

4 Nec eſt curandũ aliquo modo de opinione ſingulari,vel peregrina alicuius Doctoris, ſed ſequi debemus cõem,ſecundũ Bal.in l.1.circa fi. per il lũ tex.ff.de ſenato.Io.Mo.in c.cupientes de elect. lib.6.Bar.& Doct.no.in l.fi.C.de pœ.iud.qui malè iud.Io. And.& Canonis.in c.1.& in c.ne innitaris de cõſt.Roma.cõſ.61. Licèt mihi magna ſemper fuit dubitatio nu.2.Curt.in repet.l. admonẽdi nu.75.ff.de iureiur. & Cotta in ſuis memoralibus in memo.in ver.Opinio cõis,poſt prin.

5 Nec eſt curandum, ſi contraria opinio eſſet verior:quia tunc iudex debet iudicare ſecũdum cõmunem,nõ obſtante ſententia veriori cõtraria, ſecundũ Fulgo.conſ.33.Io.de Neuiza.in ſua Sylua nupriali lib.5.nu.61.62.63.& 65.& Alciat.& alios Mod.in l.1.ff.ſi cer. peta.

6 Nec eſt curandũ,ſi Pontifex teneret contra ipſam cõem: quia hoc caſu iudex cõem ſequi debet,vt per Fely.& alios cõiter in d. c. 1.de conſti. Hoſt.in c.paſtoralis extra de decim.Marcũ Man. in d.c.1.nu.110.extra de conſt.Ioan.Bertachi.in tract.de epiſco.Bolognet.in d.l.1.ſub nu.42.ff.ſi cer.pet.& Neuiza.in d.Sylua nuptiali libr.5. nu. 25. vbi admittit iſtam eſſe communẽ opinionẽ. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

7 Hinc eſt quòd iudex non cogitur iudicare ſecundũ deciſiones Rotæ Romanæ.

8 Imò licet iudici contra eas ſententiam proferre:quia deciſiones iſtæ non ſunt per Pontificem approbatæ, ſed eis tanquã magiſtralibus deciſionibus ſtari debet, ſecundum Card. in c. paſtoralis de fid.inſt.& ita in facti contingentia fuit deciſum in Rota Romana, vt refert Caſſadorus in deciſ.7.nu.7.in tit.de pręb.& ita etiã tenet Fely. in d.c.paſtoralis, Gemin.in c.duobus col.2.de reſcrip.lib.6.in c.neque 9.diſt.& in conſ.94.col. 2. & Ripa in l.1.ff.ſi cer.pet.

9 Sed circa hoc non parùm hæſitãdum eſt: quia deciſiones Rotæ æquipollent cõi opinioni,& per conſequens deciſio Rotæ eſt maioris authoritatis,quàm ſit cõis opinio,vt d.c.1. de conſt. Imol. & Barbac.in c.olim de lit.cont.& Gomeſi. in procemio regularũ cancellariæ q.2.& Hierony. Cuchalon in add.ad Dec.alios referens in l.iura ſanguinis ff.de reg. iur. Tamen rõnes iſtorũ parùm, aut nihil me mouent ad diſcedendũ à prima opinione Cardi. & ſequacium, tanquàm magis cõi: quam dicebat in iure veriſsimã, & in practica obſeruari Illuſtris D.Rainaldus Ridolfius pręceptor meus vir ſingularis memoriæ,& excellentis ingenij interpretando publicè Peruſij d.l.1.ff. ſi cer.pet.& de hoc non eſt valdè mirandum. *Cõis op.n.*

10 Quia minimè authoritas Bar. eſt poſtponenda authoritati Dominorum de Rota, ſaltẽ in terris Imperij, vt refert Corn.conſ.332.col.2.vol.1.

11 Ex quo authoritas Bar. eſt maxima in practica,ſecundum Alex.in l.ſi domus.§.fi.col.3. ff. de leg.1.Butrig.in l.1.ff.de uerb.obli.& Iaſ.in l.quominus,n.32.ff.de flumi. & quanta ſit authoritas ipſius Bart.nemo eſt, qui neſciat,inquit Fulgoſi. conſ.180.& cõſ.226.Nec eſt tutũ recedere ab opinione Bartoli, vt explanauit Paul. de Caſt. conſ. 353.viſis omnibus inſtrumentis, ſeu potius cõſ. 184.ex facto ꝓponitur,qđ teſtator,ante fi.vol.2.

12 Et aſſeſſores nolunt recedere aliquo pacto ab opinione Bar.in iudicando,ſecundum Imol.in c. dilecta de appell.

13 Et authoritas Bar. in legis defectũ ad vnquẽ obſeruatur,ſecundum Ferdi.in repe.l. filiusfamilias §. Diui nu.93. ff.de leg.1.& Caccialupum in tract.de modò ſtudendi ſol.4.

14 Imò in Hyſpania opi. Bar.ꝑfert cæterorũ ſnĩis.

15 Quid ergo nos faciemus Itali? curemus eius dicta colere,adorare, & imitari, vt ſuadet, & refert Iaſ.in d.l.admonendi ff.de iureiur.

16 Quia ſemp habuit veritatẽ ante oculos,vt cõcedit idẽ Iaſ.in l.certi cõdictio col.12.ff.ſi ce.pe.

17 Et quia bonus Bartoliſta optimus iuriſta cenſendus eſt,prout publicè commemorat Caccialupus in d.tract.de modo ſtudendi col.5.& Ripa in lib.3.reſponſorũ c.2.nu.12.& fuit ſupremus Doctor, *Et moſtrò ciò, che pò far la lingua noſtra.* vt teſtatum reliquit cũ aliis citatis per eũ Gramma.conſil.crim.4.nu.8.Bertran.conſ.218.vidi inſtrumẽtum matrimonij ante fi.vol.8.& conſ.267.etiã ſi

nobilis,& generoſus vir,nu.2.eod.vol.Barba.cõ ſi.55.nu.13.poſito inter conſilia Alex.volu.4.Et ipſe Bar. pro certo fuit dux, & illuminator iuris, vt refert Iaſ.in l.frater à fratre, ff. de condict. indeb. & Bertran.ubi ſupra.

18 Et quamuis Bar. vbiq; ſit magnæ authoritatis:tamen plus in extrauaganti ad reprimendũ: ibi enim procedit per modũ Gloſ. ſecundũ Caccialupũ in memorato tractatu de modo ſtudendi col.pen.& in eis valdè maturè loquit,ſecundũ Soci.cõſ.275.in cauſa fratris col.3.vol.2.

19 Et illæ Gloſſæ Bartoli ſunt meliores,quã text. vt refert Igneus in diſputatio. an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem col. 35.

20 Sed reuertendo ad inſtitutũ,vndè digreſſi ſumus, benè verũ eſt, ꝙ deciſiones Sacri Concilij Neapolitani,quæ proferuntur ſub nomine Regis in caſibus dubiis, ſuccedunt loco legis, & interpretationis Imperialis,de quo in l.fi.C.de legib. vt ꝑ Affli.in deciſ. 169.col.fi.inci.in dicta cauſa, & in deciſ. 96.fuit in Sacro, ſub numero.11. ubi Vrſillus in add.Maranta in tract.de iudiciis parte 2.6.partis princ.actu 2.ſub nu.4.Bolognet. in l.1.ſub nu.38.ff.ſi cer.pet.& doctiſsimus D. Caruita in ritu 190.nu.6.

¶Vndè ſi ſacroſancta Neapolitana Rota accinxiſſet ſe ad ſcribendum, & imprimendum omnes articulos dubios,tenebroſos, & diſputabiles hactenus in ea occurſos, ventilatos,atq; deciſos, fœlix quippè ætas noſtra penitus vocari poſſet: tum ꝗa veritas perſpicua apparuiſſet, tum etiã, ſiquidem facultas occupandi papyrum per legũ profeſſores ſublata aliquantiſper extitiſſet; Itaque eadẽ Sacra Rota quemadmodũ lucerna lucens, & ardens in toto terrarum orbe in ſuis religioſis deciſionibus impreſsis hucuſq; apparuit, ita etiã hodiemet in aliis deciſionibus,quæ Venetiis imprimuntur,authore ſydere fulgentiſsimo eiuſdẽ Rotæ conſiliario D.Vincentio de Frãchis; theſauro legalis ſcientiæ facilè colligitur. Et indè eſt,ꝙ elegans, & ſolida doctrina ſyderis inter alias Rotas, ſeu matutina ſtella rutilantis Rotæ Neapolitanę ex ſeipſa indicatur: cuius deciſio cũ habeatur pro lege, non mirũ erit, ſi omnes alias authoritates antecellat.Itaque ne humanũ quidẽ eloquiũ ſufficeret,ſed diuinum in me expoſceretur ad laudes ipſius Rotæ Neapolitanæ exprimendas. Quis enim iuſtitiã Illuſtriũ DD.cõſiliariorũ decẽ & ſeptẽ,& diuini uatis ad veritatẽ oſtẽdendam D. Præſidentis in ea exiſtentium? Quis æquitatem? Quis rerum omnium per amandam veritatem?Quis ex recõditis interdum fontibus habitã ſapientiam?Quis intelligendi iura litigãtiũ patientiam? Quis reſpondendi, & extricandi ſtrenuos aduocatos Neapolitanos,& alios excellentiſsimos totius Regni iuriſperitos de dubiis, & ambiguitatibus implicitis ſuauitatem? Quis tenebrarum, ac incognitarum rerum demonſtrationem? Quis ardentiſsimã diligentiã?Quis incredibilem memoriam ipſorum DD.Conſiliariorum?Quis acumen ingenij?Quis ſcientiarum vices?Quis doctrinas innumerabiles? Quis bonitatem, ſinceritatemq; apud omnes totius orbis inauditam narrando, aut certè minimam partẽ eius perſtringendo nõ deficeret?Nemo profectò etſi ipſi Demoſteni,aut Ciceroni hoc munus deferretur; quanquam alterum Græci eloquij principem dicant,alterum Latini,non quidem ſi illis eſſent centum linguę, oraq; centum, ferrea vox, iuxta Poetam.

21 Et licèt ſententia diffinitiua,& declaratio,deciſioq; Papę,vel Imperatoris, vel Regis,vel alterius ſupremi Principis ius faciat, vimq; legis generalis obtineat, §. ſed & quod principi inſtit. de iur.natur.genti.& ciuil.l.1.ff. de conſtit. princ.l. fi.ubi Doct.C.de legib.c.in cauſis, ubi oẽs Scriben.ff.de re iud.Ang.in l.1.col.11.& ibi Alexã. col.pen.ff.de feriis,And.de Iſer. in §. prętereà de capi. Corrad. in vſib.feudorũ, & Iaſ.in rub. ff. de conſtitu.principum,nu.5.& Tiraq.in tract.de iure primigeni.quæſtio.40.nu.162. Cõis opin.

22 Imò ſententia lata contra prædictam ſententiam,deciſionem,& declarationem Principis foret ipſo iure nulla, ſicut ſi eſſet promulgata contra legem, vt fuſiſsimè diſcurrit Imol. & alij in l. apud Iulianum §.vtrum ff.ad Trebel. & Iaſ. in d. rub.ff.de conſtitu.prin.nu.6.

23 Tamen hoc non eſt ſimpliciter uerum,vt ſententia diffinitiua, & declaratio Principis habeatur pro lege: ſed neceſſe eſt probare, & demonſtrare, quòd talis ſententia fuerit lata præſentibus partibus,ſecundum Bal.& alios in l.fi. C. de legib.& Inno. in c. in cauſis de re iud. & Comen. conſ.4.in nomine Domini Ieſu Chriſti. in princ.

24 Et hoc procedit ẽt,vbi hæc principis ſententia eſſet iuris diſpoſitiua,vel declaratiua,ſecũdũ Bal. in l.2.C. de leg. & eſſet fundata ſub gñrali rõne.

25 Et obtinet etiã locũ in ſentẽtia diffinitiua,nõ autẽ in interlocutoria: quia interlocutoria ſentẽtia Principis non ſeruatur pro lege, c. accedens, de accu.& no.Bal.in auth.ſi quis col.pen.de teſt. & Doc.ꝑtinentimq; Alex. propè fi.in l.cũ ꝓlatis ff. de re iud.& Iaſ.in d.rub.ff.de cõſt. principũ n.10.

26 Vbi hoc limitat non procedere, vbicunque Princeps in ipſa interlocutoria ſententia aſſereret,vt ea haberet vim legis;& ideò tũc ſentẽtia lata per iudicẽ cõtra ſententiam Principis interlocutoriã in ſimili cauſa, non foret quippè ipſo iure nulla,ſed teneret,& valeret,vt in d.l.cùm prolatis,vbi Doct.

¶ Poſtremò interpretatur ẽt,ꝙ licitũ eſt recedere à ſententia Imperatorũ,dũmodò nõ ſit redacta in corpore iuris,ita Bar.in l. nemo C. de ſent. & interlo.om.iud.

27 Nec eſt curandum ſi ex variis ſententiis Docto. dubium reſultet: quia tunc ſtandum eſt communi opinioni per iudicem, etiam ſi ex variis opinionibus ipſis dubium reſultaret, c. 2. de ſtatu.Monachorũ,c.nouimus,& ibi Antonius ext.de verb.ſig.c.fi.de his,quæ fiunt à maio.par.

c.iudi.

c.iudicis 3.q.3.Bal.in c.1.§.indices colũ. pen. de pace iura.firma. & l.1.in fi. ff. de ſenator. Alexã. conſ.95. viſis proceſsibus vol.3.& conſ.51.colũ. 2.& vol.5.Et quamuis Capicius deciſ.10. in cauſa Dominæ, videatur innuere contrariũ, tamen Rota Romana,atteſtante Puteo deciſ.233.lib.3. conſtanter firmauit,explanauitq́; deciſionem ipſam Capicij non procedere,nec locum ſortiri, vbicunq; quęſtio haberet cõem opinionẽ pro vna parte,quãuis in ea extarent, ac reperirentur variæ Doctorum ſententię:tunc enim diceretur dubio procul continere ius clarũ, & nullatenus altiorem indaginem requirere,vt voluit Rota Roma.præcitata,& Ripa in l.damnum §.hoc autem iudicium,nu.107.ff.de dam.infec.

28 Sed quotieſcunque aduerte,daretur cõflictus opinionum,non ſolùm ſingularis opinio lege expreſſa conuinceretur, verum etiam per rõnes, & argumenta neceſſaria,& concludẽtia,vt eſt text. not. iũcta Glo.in c.1.de his,quę fiũt à maiori par.

29 Imò vbicunq; non apparet de communi opinione,vel aliqui Doctores atteſtantur vnam eſſe communem, alijq́; contrariam : tunc res dicitur dubia propter cõflictũ opinionũ,ſecundum Soc. in rub.& in l.ſi fuerit, ff.de rebus dubiis, & Ang. conſi.100.ſanctiſsima col.4.

30 Ideò iudex ſi tulerit hoc caſu ſententiam cõtra communem mero iure propter conflictũ opinionum valet, & tenet, ſecundum communem opinionem Doctorũ in locis ſupra citatis, quam ſequitur in terminis cõſulendo Gratus conſ.77. inuocato diuino ſuffragio, duo principaliter obijciuntur,nu.14.& ſeq. vol. 2. & citat Ripam in l. q. Romæ §.duo fratres,nu.33.ff.de verb.obli.igitur tales caſus dubios ſolebat appellare Iaſ. eſſe caſus pro amico,vt per eum in l.dotis cauſa,nu.35. in l.poſt dotem,nume.105.ff.ſolut.matri. & in l. in ſuis col.2.ff.de liberis,& poſth.tunc enim optimum eſt habere iudicem propitiũ,amicum,& fauorabilem,vt concludunt omnes Scriben.cõmuniter examinantes hanc materiam : nam poteſt eligere cui ius dicat,hærereque opinioni, quæ ſibi placuerit,& ſic fauere amico,vt ait etiã Gloſſ. in c.venerabilem de electio.& Iaſ.in d.l.cùm prolatis circa finem,& in l.diem functo,ff.de offi.aſſeſſo.col.6.Tamen hoc intelligitur cum grano ſalis,videlicet,de iudice non claudicante, ſecundũ Soci.in c.1.col.49.de libel.oblatio.& Bal.in c. ne innitaris.de conſtit.

Cõis opin.

¶ Et licèt bonum ſit habere iudicem fauorabilẽ,maximè in arbitrariis,c.conſuluit,cũ ibi no. per Abb.& alios de offic.deleg. tamen ipſe iudex cauere debet,ne gratioſus ſit minis,vel partialis, aut acceptor perſonarum in arbitrariis:aliàs peccaret contra propriam conſcientiam agens,quia ad gehennam ædificaret,& incideret quippè abſque dubio aliquo in pœnas c.cùm æterni,de re iudi.in 6.cum ibi notatis per Ioan. And. & Moder. Peruſi.& Bal.in l.obſeruare §. proficiſci, q. 26.ff. de offi.proconſ.& leg.

31 Hinc eſt, quòd ſi aliquis ex pluribus alicuius legis intellectus magis communis reputaretur, ſententia tamen aduerſus huiuſmodi magis cõmunem lata non diceretur nulla, vt per Alex. in d. §. duo fratres colum.21.& Iaſ.in d.l. cùm prolatis col.fin.

32 Et ratio videtur iſta.Nam res obſcura, & varios intellectus habens ad decidendum allegari non poteſt,vt uoluit Bal.in l.in ambiguo ff. de rebus dub.& ſentit Glo.fin.in c.1.de conſti. in 6.& idẽ Bald.in c.fin.ext.de conſt. per illũ text.col.fi.

33 Imò hoc caſu ſi iudex pronunciat contra dictã legem varios habentem intellectus,quaſi putans ob cauſam hoc facere,ſubſtinebitur ſententia,vt inquit tex.in d.l.cùm prolatis, quem text. ad hoc ſingularem, ſecundum intellectum Iacobi de Are.faciunt ibi Imol. Alex.in prin.Iaſ.col.fina.poſt Bar.& tenuit hoc idem Bar.& Bald. poſt Cyn.in l.2.C.quando prouo.Alex.Iaſ.& alij in d. §.duo fratres.

34 Et breuiter concludendo dicas,quòd quando magni, & excellentes Doctores ſunt in diuerſis opinionibus,hærere vni nõ eſt peccatum,nec reputatur,vt dicit Inno.in d.c.ne innitaris, & in c. tuas,de ſimo.Bal.in l.ab eo C.quomodo,& quando iudex,Bar.in l.2.col.3.ff.de verb. oblig. Ang. conſ.65. per habentem poteſtatem, ante fi.verſ. Super ſecundo nunquam cõſulere attentaui propter varietates opinionum,Caccialupus in trac. de tranſactio.q.12.col.12.nu.2.& ſeq.& deciſio. Neapolitana in q.384.circa fin.

35 Quia duobus amicis in duabus opinionibus contrariis exiſtentibus ſanctum eſt pro veritate pugnare,in qua bonus vir habet habenas, vt ait Bal.cõſ.380.aliàs 340.col.2.vol.4.& Marius Salomon.in §.reſponſa prudentum col.fi.inſtitu.de iure natu.genti.& ciui.

36 Et ſic ad euitandum periculum mortalis culpę in iudicando in caſu, vbi plurimorum Doctorũ opiniones reperiuntur, tria neceſſariò, & diligentiſsimè veniunt aduertenda, & cõſideranda, ſecũdũ Henricũ de Gandauo in quodlibeto ſuo.

¶ Primò conſiderandus eſt Doctorũ ſtatus.ſ. quales aliàs inuenti ſunt in determinationibus ſuis:vtrùm mendaces,vel ueraces ſint dubij, ſecundum maius,& minus,qualis vitę ſcilicet ſi veritatem amauerint facto, vel verbo : qualiter inſtructi ſint de eis, quæ determinarunt:qua affectione moueãtur ad decidendũ, & qualia cõſilia dederint amicis,aut cõiunctis ſuis in ſimili caſu.

¶ Secundò recognoſcenda ſunt fundamenta eorũ,& rõnes in ſentẽtiãdo in tali caſu,& quorũ ſunt efficaciores, & expreſsiores authoritates.

¶ Tertia cõſideranda auditorũ cõditio eſt, vtrũ, ſcilicet ita habituati, ac virtute prȩditi ſint, ꝙ poſsint diſcernere determinationes eorũ, vel ſic ſint ſimplices, quos oportet fidẽ alteri adhibere,& vtrum, vtraq; pars Doctorũ ſit eis æqualiter nota, vel altera tantum: ſi igitur auditor ſit peritus,& nouit ſtatum Doctorũ,qui ſentiebat con-

tra partem periculoſam habere omnes bonas cõditiones prænarratas, vel plures quàm alius, & rõnes eius efficaciores, & authoritates expreſsiores: tunc itaque ſi ſe exponeret periculo in iudicando, mortaliter peccaret, iuxta illud Eccleſiaſtici. 3. Qui amat periculũ, peribit in eo: & quia contra dictamen rectæ rationis agere comprobatur. Si verò auditor ſimplex ſit, nec poſſet diſcernere inter Doctores, & crederet fide dignos illos, qui dicerent dubiam partẽ, talis ſic ſe exponens huic periculo vtique nõ peccaret mortaliter: qa nõ reputat illud periculum, licèt ſit in rei veritate, niſi eſſet tale, quod foret de naturali iure, vel regula fidei, qđ ſcire q̃libet obligatur: & tũc ſimplicitas, vel ignorantia, niſi eſſet inuincibilis nõ excuſaret; Vndè breuiter, & reſolutiuè concludẽdum eſt, quòd nemo eſt in periculo mortalis culpę, niſi periculo contra conſcientiam ſe exponat. hæc ille.

37 Nec recedendum eſt per iudicem ab opinione communi propter ſententiã Glo. cõtrariam.

38 Quia licèt opinio Gloſ. videatur communis, & ab ea in iudicando, & conſulendo non poſsit recedi, vt voluit Iacob. Butri. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. Bal. in l. cùm hæreditas C. depoſi. & in l. penul. C. de pœna iud. qui malè iudi. & in l. quanquã C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. Caſtrẽ. conſi. 267. vol. 1. Alex. conſ. 74. & ſeq. nu. 3. & conſil. 34. uol. 4. Corne. conſ. 59. vol. 3. Bal. conſ. 300. nume. 11. & ſeq. uol. 1. conſ. 352. nu. 3. vol. 3. & cõſ. 236. vol. 5. Gozadi. conſ. 39. nu. 35.

39 Et licèt ſimiliter Glo. ſoleat eſſe talis, & tantæ authoritatis, vt omnes aliàs antecellat authoritates, ſecundum Bart. in l. vt vim nu. 8. ff. de iuſti. & iure, Abb. in d. c. 1. de conſtitu. Zaſium conſi. 111. nu. 18. Troy. Malue. in tract. oblat. in 4. dubio, Bertran. conſil. 115. nume. 24. uol. 2. & conſi. 150. recordor aliàs ſcripſiſſe in hac cauſa, nu. 2. vol. 6. & Stepha. de Feder. in tract. de interpretatione iuris in fin. Deci. in c. ad hęc nu. 41. de poſtul. prælato. conſ. 146. nu. 7. conſ. 422. nu. 13. & in dict. l. vt vim nu. 34. vbi ſimiliter Iaſ. eod. nu. & Claud. Aquen. ibi, & lectu. 1. nu. 334. & Bologne. nume. 86.

40 Imò opinio Gloſſæ præfertur cõmuni opinioni, ſecundũ Fely. & Deci. in d. c. 1. de conſti. n. 43. conſ. 23. nu. 6. & conſ. 74. col. fi. & Ioã. Cephalum conſ. 32. nu. 8. uol. 1. Tamen hoc non eſt verum ſimpliciter, vt voluit Bolog. in auth. habita colũ. 41. C. ne filius pro patre; nam effectualiter loquẽdo non præſumi poteſt Doctores cõiter tenere cõtra Gloſ. cuius authoritatẽ nouerunt quãta, & qualis ſit, niſi haberent legem, vel rationem, per quam conuinceretur: ergò poſſumus effectualiter concludere, ꝙ opinio cõis præferenda eſt opinioni Gloſ. ita no. & firmat Deci. & Bolognet. cũ aliis relatis p eum in d. l. vt vim nu. 86. & Ioã. de Leſnaudiere in tract. de Doctorib. in 4. par. q. 47.

41 Videmus enim iudices, & rectè contra opinionẽ Glo. iudicare quotidie, vt dicit Abb. in c. Capellanus de fer. & refert Caſſadorus in deciſio. 1. nu. 3. in tit. de vſuris, & iſta omnia moraliter, & pulchrè referebat D. Ranaldus Ridolfius præceptor meus legẽdo publicè Peruſij l. 1. ff. ſi cer. pe.

42 Ideò non eſt ſimpliciter credendũ opinionẽ Glo. eſſe cõem, ſed vbicũque opinioni Gloſſæ accedunt tres Doctores, tunc dicitur cõis, & eſt cõmunis realiter, & cum effectu, vt dicit Iaco. But. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdi. Franciſcus Coſcius in d. c. 1. n. 26. de cõſt. & Gratus cõſ. 75. n. 22. vol. 2. *Cõis opin.*

43 Benè verũ eſt, ꝙ propriè illa dicitur cõis opinio, quę pluriũ Doctorũ Illuſtrium, vel grauium teſtimonio, authoritateq́; fomentatur, ac iuuatur, ſeù quæ habet plures Doctores grauiores pro ſe, l. 1. verſ. Et ſanè crebrior, & ibi Bal. ff. de offi. quæſto. & l. Diui fratres ff. de iure patro. iuncto c. nouimus, vbi oẽs Canoniſtę notant de ver. ſig. Mattheſila. in tract. opinionũ, Alex. cõſ. 7. vol. 4. Iaſ. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. col. 1. Ferratius in cautela 31. Anto. de Prato. in tracta. de ſecundis nuptiis fo. 8. col. 3. & Hippoly. Riminal. cõſ. 166. magnifica Domina Ioanna Tarruſa, nu. 9. & cõſ. ſeq. nu. 10. & 12. poſitis inter conſilia vltimarum voluntatũ vol. 1. & Alcia. in d. tract. de præſump. in regula prima pręſumptio. 51. ſub nu. 3. vbi nume. 8. explicat, ꝙ illi dicuntur Doctores grauiores, quoru lecturæ, ſcholia, & ſcripta ſunt frequẽtiora, & approbatiora; Et ſic opinio cõis eſt illa, quã maioris authoritatis iurecõſulti ſequuntur, etiam ſi plures numero, ſed non authoritate pares contrariã teneant, l. ob carmen §. fi. ff. de teſti. Iacob. Butrig. in l. maiorẽ C. de pact. Mattheſi. in tract. de electio. opinio. col. fi. & Natta conſ. 130. ſuperioribus annis nu. 5. vol. 1.

44 Vndè poſtquã in Doctorũ authoritates incidimus: duo pulcherrima dicta ſilentio prætereũda fore non arbitror, Primũ quippè eſt, ꝙ ſi Doctor incidẽter, ſimpliciter, & perfunctoriè quid dixerit, non auget modo aliquo numerũ aliorum ad conſtituendũ, inducẽdumq́; cõem opinionẽ, ita tradit Alcia. parerg. lib. 4. c. 17. Abb. in c. bona, il 2. ſub nu. 30. de poſtul. prælat. Laurẽ. Calca. cõſ. 29. ſub nu. 9. Fulg. conſ. 101. ſub nu. 3. Iaſ. conſi. 151. col. 3. 4. Rolan. à Valle cõſ. 39. Poſt abſolutũ conſiliũ, nu. 34. vol. 4. & Anto. Maria Coratius nonnullos alios referens in tract. de cõi opi. Doctorũ lib. 1. tit. 6. nu. 1. cũ aliis ſeq. vbi ad lucẽ adducit iſtã eſſe cõem opin. cumulatq́; alios in contrariã partẽ inclinantes, & deniq́; concordat fœdere diſtinctionis opiniones prædictas ponendo tres ueriſsimos caſus, in quibus locum facilè obtineant vtręque opiniones antedictę.

45 Secundũ eſt etiã, ꝙ Doctores, qui referuntur ab aliis, nec eorum dicta in fonte videri poſſunt, quia eorũ profectò monumẽta nõ habentur, nõ debent aliorũ numero cumulari pro conſtituenda cõi opinione, ita Dec. conſ. 259. col. 3.

46 Quapropter ſit tibi cordi ſemper tenere in iudicando, & conſulendo communem opinionem: quia iudicare contra communem, eſſet contra ſtimu-

ſtimulum calcitrare, vt per Grauet.conſ.19. nu. 2.& per Antonium Capicium in inueſtitura feudali in titu feudorum genera, verſ.ſecunda decla ratio circa fin. ſol.239. Siquidem communis opi nio ipſa habet vim conſuetudinis,ſecundũ Bald. in c.ne innitaris de conſtitutio.

47 Nec te decipiat Barbatius communium opinionum oppugnator,teſte Tiraq.in tract.de pœnis temperandis cauſa 51.ſub num. 64. & apertius Roderico Suarez in ſuis allegationibus in l. 1.lib.3.titu. *De las ganantias*, num.44.& Fely. in c.cæterùm col.8.de reſcrip.vbi ait,quòd ipſe Barbatius ſtudio impugnandi communes opiniones ſæpiſsimè delirauit.

48 Itidem ego egrè patior etiam id, quod ſtultè, & fabulariter tanquam futile,& vt ſomnium protulerunt Butr.in c.tua nos col.11.de vſur. Barbatius conſ.10.colum.fin.vol.2.& incertus author in tract.de crimine læſæ maieſtatis quæſtio.1.nu. 8.inſerto inter tractatus criminales diuerſorum, quæſt.1.nu.8. & Cepha.conſil. 166.teſtator, nu. 19.vol.1.concludendo permiſſum eſſe contra cõmunem opinionem iudicare,quæ non habeat caſum legis:Cæca eſt itaque hęc opinio,& ſequaciũ, & penitus inutilis, & quò tendat neſcio: labitur enim à veritate omninò in maximam fallaciam, atque inſaniam ; Vndè meritò , & rationabiliter in contrariam ſententiam,videlicet,quòd communis attendatur, vbicunq; nulla lege fulcitur, ſed ſolummodò ratione: inclinarũt Corſet. in ſing.in ver.Opinio il 2.incip.vbi Doctores in aliquo articulo ſunt varij,ſub num.2.Fely.in cap.1. ſub num.54.& Marcus Mantua,ſub num. 111.& ſeq.de conſtit.Soc.conſ.155.præſtantiſsime, Iaſ. in l.illam,nu.10.C. de collatio. Ioan. Neuizanus in Sylua nuptiali lib.5.nu.20. cum alijs ſequent. Purpu.num.137.& ſequent.Ioan.Bolognet.ſub num.42.& alij communiter in l.1.ff.ſi cer.pet.& Lancel.Cõrad.in lib.de prætor.§.2.in tit.de ſent. in 1.amp.nu.23.

Cõis opin.

49 Et iſta opinio tanquam ſacroſancta,& irrefragabilis hac quidem ratione comprobari poſſet. Siquidem non omnes caſus ſub lege comprahendi poſſunt,vt inquit textus in l.neque ff.de leg.cũ plura ſint negocia,quàm vocabula,vt l.nam natura ff.de præſcrip. verb.

50 Non poſſunt quippè omnes articuli ſigillatim decidi, ſed debet neceſſariò procedi in eis decidẽdis per rationes, & de ſimilibus ad ſimilia, l.non poſſunt ff. de leg. Et ſic oportet prudentem ſoluere nodos,quæſtiones,& controuerſias,quę nunquam etiã contingerunt,non ſolùm quippè mediante ſciẽtia,practica,ſed etiam ſpeculatiua per ſubtiles indagationes , per argumenta,rationes, & ſimilia, & alijs varijs modis , ſecundum regulas iuris,quas decet habere notas.

51 Et hinc eſt , ſecundum Boetium de diſciplina ſcholaſtica,quòd miſerrimi ingenij eſt, nolle niſi inuentis vti.

52 Et propterea rationibus innitendum eſt,quo niam,vt inquit textus in l.2.§.ſed quia C. de vete.iure enucl.& in proœm.ſexti,Natura ſemp nouas deproperat edere formas. Quia quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, l. Diuus ff. de reſtitu.in integrum& l.de ætate §.ex cauſa de interro.act.

53 Imò denique non ſolùm lege, verùm etiam ratione , vel ſimili poſſunt omnia decidi , & facit textus in l.ſcire oportet §.ſufficit ff.de excu.tuto. & in c. ſecundò requiris in fin. de appel. vbi ſub authoritate legis poteſt etiam allegari ratio naturalis, ratione legis,vel ſimili deficiente , & notat Glo.in c.conſuetudo 1.diſtin. et facit optimè text.in c. de quibus 22. diſtin. vbi ponit ad quos ſit recurrendum, cùm ſacroſanctæ ſcripturæ authoritas non occurrit,aitque etiam ad exempla eſſe recurrendum . Alias verò rationes adducit ad corroborationem huius opinionis D. Anton. Maria Coratius in tract.de communi Doctorum opinione lib.2.tit.9.caſu 22. vbi pronuntiat iſtã opinionem obſeruari in practica,ſub nu.12. cum alijs ſeq. & re ipſa ita vidi eam obſeruari in praxi viginti annis me patrocinante in varijs cauſis non leuis quidem momenti in tribunalibus ſupremis , & alijs inferioribus Regni : aliàs ſequeretur hoc abſurdum,quòd Doctores illuſtres,tãquam fatui fruſtrà laborarent in decidendo caſus à lege nullatenus deciſos,quod dicendum nõ foret : cùm Doctores ipſi tanquam à Spiritu ſancto inſtructi ſemper demonſtrarunt eorum vigilantiam in decidendo caſus non aliter deciſos à lege ex varijs concludentibus rationibus in lege ipſa fundatis,vel ex alijs caſibus ſimilibus,vel ex quibuſuis alijs argumentis,& regulis.

54 Vnde miſerrimus mundus totus eſſet, niſi iudicandum,& reſpondendum foret ſecundum cõmunes opiniones etiam caſum legis non habentes, ſed ſolummodò rationes;Imò omnia ſcripta Doctorum quantũuis illuſtrium redderentur penitus fruſtatoria,& vana. Qualiter.n.ex teſtimonio Paul.Caſtren.in l.Clodius ff.de acquir.hęred. ſcientia legalis fuiſſet augmentata,ſi ita egiſſent antiqui , vt noluiſſent conſulere,pronuntiare , & reſpondere,niſi in caſibus deciſis à lege?

55 Quare non immeritò opinio Doctorum , vbi deficit lex pro lege ipſa ſeruanda eſt ; & ſic ſtandum eſt opinioni Doctorum , vbi lex non reperitur,ita Archid.in c.nolite 11.q.1.Purpu.in l.cùm quid, num.84.ff.ſi cer.pet.Euerard.in loco à leg. ceſſ.poſt medinm,Fely.in c.1.nume.54. extra de conſtit.Neuiza.conſ.2.num.16. & Ant. de Butr. Abb. & alij in c.1. extra de decim.per tex.ibi , & Angel.etiam in l.ſi idem cum eodem ff.de iuriſd. omnium iud.per textum inibi, & tetigimus hoc etiã ſupra diffuſius in Opinio. 196. Doctoratus, num.24.

56 Imò præcauendum eſt etiam tanquam à Scylla,& Caribdi ab aliquibus Modernis,à quibus in locis legalibus poſterorum memoriæ (vt audio) proditum eſt,Collectores communium opinionũ non

non fore aliqua laude dignos, cæterùm cùm non erubuerint quodammodò ponere os in cœlum, ac damnare atrociter legum interpretes, forſan in alieno teſtimonio fræti pro coloranda præſenti calumnia, euidentiſsimè ipſos Modernos principales fuiſſe authores huiuſcemodi iniuriæ diſcernitur: mehercle igitur ſanus quidem non eſt, iudicio meo, qui ſuo ſe mucrone iugulat: quod efficitur quando quis cauſas ſuas acturus pro ſe tuendo, ſeu potius alios improbando, teſtes adduxerit rei ſuæ incongruos, & repugnantes: ſi enim fatuus eſt, qui de alienis incautè loquitur, multomagis, qui in ſuis imprudenter, & contra ſe agit. Vnde licèt magna nimirum prouincia ſit, & onus quàmmaximum quando cum calumniatoribus, & imperitis agitur, tamen ſi iſti detrectatores, nimis licentioſi loquentes ex ſemetipſis, ex cordis abundantia, fortè experti eſſent tractare iſtam omnium in iure vtiliſsimam materiam communium ſententiarum, non ita modularentur: ideò ceſſet eorum admiratio, ſi non ſcribam in præſentiarùm ſubtilitates: quia ſcribo veritatem potius, ne lubricus in docendo ſim, huc, illucque effluens, & ne calamus, & ſtudium meum vento doctrinarum ab illuſtribus interpretibus non receptarum, velut nubes ſine aqua circunferatur: ſi verò affectarent quouis modo uidere curioſitates in repertorio, & tractatu de peccato, & ſimul in conſilijs meis imprimendis eorum ſitim explere poſſent: & ſic non de micis, ſed de pane ſaturari valerent. Imò ſi diligenter eadem ſcripta veſtra animaduerſa fuerint, proculdubio non ſolùm in me, verùm etiam in D. Benedictum Capram virum integerrimi iudicij præceptorē Cornei, ita per eum nuncupatum, celebratumque conſil. ſuo. 197. col. 3. vol. 1. & in illuſtrem D. Iulium Clarum ſacrarum legum armariolum, organum moderatum, & veracem interpretem, & in D. Anto. Gabriellium diſertiſsimum virum, atque eloquentiſsimum oraculum, & communiū opinionū inuictiſsimum defenſorem, & in alios Italos, & Gallos, & Hiſpanos, atque Germanos ſanè propoſito venerandos, debitoq; honore nominandos tanquam communium opinionum collectores, venenum quod letaliter potaſtis, vtiq; letaliter eructaſſe repereritis. Enimuero ſi per ſingula monſtruoſorum verborum veſtrorum conſtructiones reprehendendo diſcutere cepꝫrimus, magni erit operis executio, oportuniq́ue temporis ſuperuacua impenſio, quas lectoris prudentiſſimo iudicio tempore ſuo reprehendendas relinquentes, quem ſcimùm textus teſtimoniorum veſtrorum contineat; ideò ſi dicta tantorum virorum ò Moderni nota vobis fuiſſent, non tam præcipitanter aperto ore, ſpumoſiſque labiis à recto tramite aberraueritis: patienter igitur omnia fero, & vobis amicabiliter, familiariterque hæc ſcribo, vt ſi uos, vos glorioſos reprahenſores, & cenſores prædicatis: ego verò vermis ſum, & non homo, & potius diſcipulus, quàm magiſter vocari deſidero, quanquam non adeò demens fuerim, vt nullius auxilio fretus venerim ad ſcribendum: multa aſſumpſi accepiq́; à iuriſperitis antiquis, & modernis, & potiſsimùm ab illuſtribus, ſapientiſsimis, & induſtria refertiſsimis præceptoribus meis Peruſinis, Dominis Guilielmo Pontano, Iulio, & Marco Antonio Oradino, Reſtauro Caſtaldo, Philippo de Vbaldis, Ranaldo Ridolfio, Ioanne Paulo Lancellotto, & Marco Antonio Eugenio, dum eos publicè iura interpretantes ſubtiliter, & diuinè in florido, atque primario totius orbis gymnaſio Peruſino annis ſuperioribus audiebam, quæ in hæc volumina non ſine mea diligentia contuli: infinita alia etiam mutuatus ſum aliunde: vt nec animus, nec ſtudium mihi diligentiaq́ue defuerit. Nam quantum ad ingenii vires attinet, id ego aliorum iudicio relinquo: & naturam accuſare, ea mihi ſumma demùm videtur ingratitudo. Et licèt veſtris ineptiis in præſenti libello vtcunque ſit obuiatum: tamen alij Doct. prouocati, Domino in cuius manu ſumus nos, & ſermones noſtri tribuente propulſabunt tam acerbiſsimam iniuriam eis illiberaliter illatam. Vnde hæc pauca habuit author ipſe humaniſsimè lector, quæ tibi obiter exponeret, vt intelligeres quàm immeritò eidem ſubcenſuerit ex tot, tantiſq; prouocationibus, & conuiciis contra eū, & alios omnes ſcriptores Modernos, & communium opinionum collectores omni laude, & veneratione dignos, excitatis per ipſos Modernos, nondum ab ipſis aliqua ne tantula quidem iniuria laceſsitos. Et vt intelligeres quoque collectores communium opinionū eſſe non tantùm magna, ſed etiam maxima laude dignos, vt expreſsè tanquam generoſus, & prudens vir teſtatur ad confuſionem contrarium aſſeuerantium D. Antonius Maria Coraſius in tract. de cōmuni Doct. opinione lib. 3. tit. 12. ſub num. 14. cum aliis ſeq. ante fin. d. tractatus. Iccircò ſi criminor denique à vobis, quòd circa ſtudia nullatenus ſpeculatiua verſatus ſim, & quòd Priſcorum ſententias interdum repetere nixus videar, nihilominus ſententiæ, teſtimoniique Poetæ Vergilii, cui impar quiſque mortalium memor eſſe debet: cui cum obiiceretur alienos verſus ſuo inſeruiſſe operi, reſpondiſſe fertur. Magnarum virium eſſe de manu Herculis extorquere clauam. Nec mihi quidem arroganter attribuere volo illud Iuſtiniani Imperatoris prouerbium, l. de auctore C. de veteri iure enucleando, dicentis, quòd qui ſubtiliter factum emēdat, laudabilior eſt eo qui primus inuenit. Sed potius mihi videor cum altera Ruth colligere ſpicas, quæ ſubterfugere metentium manus. Cæterùm vt verba Senecæ repetam libro de quatuor virtutibus, te qui hanc legeris lucubrationem, non moueat dicentis authoritas, nec quis, verùm quid dicatur attendas: nempè vt inquit qui ſupra ad Lucillum epiſtola 20. philoſophiæ nomen etiam ſi modeſtè tractetur mūdioſum eſt. Non propterea pudebit auidum Lectorem

ctorem perlegere hunc noſtrum laborem, exilē-
que deditionem,quam iterato decennio,vtcunq;
perfecimus:huius rei cauſa,vt ſi lectio certa pro-
deſſet,varia etiam delectaret:quia ſi teſte Marco
Varrone ad Atheniēſem lectorem vtile ſit, in glo
rioſum tamen eſt ex illaborato in alienos ſemper
ſuccedere labores:tum quoniam dictante Marco
Tullio Cicerone de officijs. Quæ in terris gignun
tur,ad uſum hominis creantur ſingula: homines
verò hominum cauſa geniti ſunt, vt ipſi inter ſe
alij alijs prodeſſe poſsint. Tū, vt verbis vtar Bea-
ti Hieronymi in prologo de vitis Patrum. Tūc lo-
cupletior fiam,cùm aliorum ſalus miniſterij mei
fuerit quæſita mercimonio. Spero tamen hanc
nouitatem materiæ,vt laboris, & induſtriæ mul-
tum:ita non parum excuſationis mihi præbiturā,
& cæteris quoque,ſi quando his de rebus accura
tius ſcribere conſtituerent, multo faciliorem adi
tum fore ad id ipſum de quo loquor,inueſtigan-
dum : non quod mea veſtigia ſecuturos eſſe cen-
ſeam:id enim mihi non perſuadeo, ſed quoniam
facilius agitata,& concuſſa robora, quàm immo
ta,atque intentata diuelluntur. Et denique ego
puſillus Doctor non polliceor maria,nec mōtes :
quia Doctoribus talem promiſsionem facienti-
bus credendum non eſt.Gloſſa teſte in l. non om
nis in fin. ff. de re mili. Sed hoc ſolùm polliceor
me laboribus intolerabilibus diebus,noctibusq;
non hybernis modò,ſed nec æſtiuis pepercisſe, vt
tam grande opus aſſumptum,& præſentem ma-
teriam arduam,& difficilem,clariorem & vtilio-
rem quàm hactenus ſit reperta,poſteris rleinque
rem. Quo circa non poſſum non ridere nonnul-
los, qui ſeſe aliquid præcioſi nactos arbitrantur,
quum eis aduerſari poſſunt: quos credo iccircò
id præſtare:quoniam viris inſignibus obtrectaſſe
famam ſuam diffuſum iri putant: illius, vt reor
imitari exemplum, quem Græcorum fabulæ fe-
runt: qui cùm uulgò eſſet ignotus, & nihil boni
poſſet facinoris excogitare, quo nobilis fieret,
Dianæ incendiſſe templum, & nullo prodente ſa
crilegium fertur ipſe in medium proceſsiſſe cla-
mitans,ſeſe incendium ſubieciſſe. Sciſcitantibus
Epheſi Principibus quam ob cauſam hoc facere
voluiſſet:reſpondiſſe. Vt quia benè non poteram
omnibus malè innoteſcerem. Vnde in ea tempo
ra quippe incidimus, vt vituperandi materia ali-
quibus inſipientibus, ineptiſque viris videatur
eſſe peculiaris; Ideò quemadmodum canes, ina-
ni quadam conſuetudine nocturnæ lunæ ſine cau
ſa latrare conſueuerunt, ita etiam cōplures quo-
tidie reperiuntur, vel nulla iniuria laceſsiti, vel
nulla etiam probabili ratione commoti, ſtudent
ſemper in bonos inuehere,& officioſis viris turpi
ter detrahere: vt igitur aliquando huiuſcemodi
moleſtis,& perfidis hominibus, vt eorum petulā
tia requirit,meritò reſpondere valeamus,decre-
ui hæc omnia in medium adducere,vt qui male-
dicendi genere lætantur, mutuam gratiam reci-
piant. Sed cùm hac conditione natus ſim,vt fa-
cilè detractores inueniam, nolo aliter cōtra iſtos
moleſtè ſe implicantes in cauſis alienis aliud pro
nuntiare,& eo libentius:cùm iuris interpretes &
aduocati hodie non certent maledictis, ſed legi-
bus,vt aduertit fons legum, & eloquentiæ vber-
rimus, præceptor meus D. Ranaldus Ridolfius,
qui nullū certè doctrinæ genus creditur ignoraſ-
ſe,in ſuis elegantiſsimis orationibus in oratio 1.
pro pupillo,ſub nu. 17. cum alijs ſeq. Et eo com-
modius etiā:cùm in præmemorato tractatu meo
de peccato explicabitur ad ſummum qualitas eo
rum biſurcatæ,ſerpentinæq; linguæ.

57 Itaque ego infœlix peccator redeundo illuc,
unde non decuit prius abire,concludo quòd ſimi
liter præcauendū eſt etiam à Zaſio tanquam ab
igne,in 2.lib.reſponſorum c.1. ubi temerè dedu-
cit,& probare conatur, quòd opiniones commu-
nes plerunque falſæ reperiuntur: quia iudices,ut
ſupra docuimus, ut primùm uident communem
opinionem non ab ea ſanctum putant diſcedere.

58 Imò ipſas opiniones cōmunes ſemper in meis
omnibus lucubrationibus uerisſimas reperi, &
fundatas in uiſceribus legis, imò in anima eiuſ-
dem legis, & in ſolidis rationibus: ideò non im-
meritò uerè à Spiritu ſancto inſtructus Alciatus
religioſè more ſuo appellat ipſas communes opi
niones ſacroſanctas in lib.4.parerg.c.17.

59 Et hinc eſt,quòd paria ſunt contra legem, uel
communem opinionem Doctorum iudicare, &
utroque caſu cenſetur ſententia ipſo iure nulla,
ut not.Bar.in d.l.cum prolatis,& ibi Moder.& Ri
pa in l. dies 5. hoc autem iudicium nu. 107.ff. de
damno infecto, & alij congeſti per Ioan.Neuiza
num in ſylua nuptiali lib. 5.nu. 71. & Franciſcus
Coſcius in d.c.1.de conſtit.num.27.quamuis ibi
Fely.col.fin.videatur tenere contrarium,dum uo
luit, quòd ſententia contra communem opinio-
nem Doctorum lata quaſi ob expreſſum iuris er-
rorem non ſit nulla, & allegat hoc tenuiſſe Ang.
poſt Imol.& Doct.in l.qui Romæ 5.duo fratres,ff.
de uerbo. oblig. & huic ultimæ opinioni inhæret
etiam Cagnolus in d.l.1.ff.ſi cer.pet.num.157.&
hoc communiter teneri ſcribunt Iaſ. in d. l. cum Cōis
prolatis,& Gratus in d. conſil.77. ſub nu.14.uol. opin.
2.Et denique iſta eſt ueritas ipſa: nam Bart. in d.
l.cum prolatis,dum allegatur pro contraria par-
te affirmatiua,uidetur expreſsè concurrere cum
hac ultima ſententia communi, ut ibidem expla
nant,& inſimul aduertunt Alex.nu. 5. & Iaſ. nu.
12.& ita firmant.Sed Ioan.Neuizanus in ſua ſyl-
ua nuptiali lib.5.num.71.uidetur plurimum du
bitare de opinione hac, & contra eam quamplu-
ra fundamenta adducit.

60 Et in tantùm poſtremò iudex tenetur ſecundū
opinionem iudicare ex rationibus ſuperius addu
ctis,ut quodammodò ſit ponere os in cœlum, &
temerarium quippè ab ea recedere in iudicādo,
& conſulendo, etiam ſi uideretur caſus legis in
contrarium, ita in ſpecie firmat Alexand. in l. ſi
conuenerit, ſub nume. 12. de re iudic. & præſer-
tim

tim: cùm ratione non deſtituamur, ſecundum eundem ibi.

61 Nam vt patefacit Alex.in l.Gallus §.ſi eius in 2.not.ff.de liber.& poſthu. vbi claram habemus deciſionem,non eſt quærendum de ratione.

62 Et communis opinio adeò habetur pro uera, vt is,qui eam in iudicio contenderit,& contra eã litigauerit,ſit abſque exceptione in expenſis condemnandus, ut efficax teſtimonium eſt Anto.de Butr.num.21.& Abb.num.25.in c.finem litibus de dolo,& contum.Alex.in l.properandum §. ſin autem vtraque C.de iudiicjs,& Marcus Ant.Natta conſil.149.veriſsima fuit concluſio, nu.7.uol. 1.& Anto.Maria Coratius in tract. de communi opinione Doctorum lib.2.titu.10.n ume.1. cum alijs ſeq. quem pauci ſunt dies comperi, & poſtquàm adduxerim præcitatos Doct. comprobantem opinionem iſtam efficaciſsimis quidem multis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX non tenetur exprimere cauſam in ſententia, imò eam exprimendo fatuus cenſetur.*

2 *Sententia penitus vitiatur,in qua inepta cauſa per iudicem expreſſa ſit.*

3 *Præſumptio iuris eſt pro iudice.*

4 *Præſumptio iuris quæ eſt pro iudice ceſſat, quando exprimis ineptam cauſam in ſententia: quia tunc ſumus in caſu claro quòd male iudicauit.*

5 *Iudex aſſerens in ſententia aliquid fuiſſe probatum per duos teſtes referendo ſe ad acta, ſi conſtaret de errore ipſius iudicis ſententia foret nulla.*

6 *Iudex motus ad ferendam ſententiam ex duobus cauſis, vna faciente ad cauſam, altera verò non, ſuſtinetur ſententia ex ea faciente ad cauſam, vbi aliàs redderetur nulla, ſi vna tantùm cauſa eſſet expreſſa.*

7 *Iudex exprimens falſam cauſam in ſententia cum adiectione dictionis maximè ſuſtinetur ſententia, quando ex actis apparet de alia legitima cauſa.*

OPINIO CCCIC.

1 IVDEX non tenetur exprimere cauſam in ſententia,c. ſicut de re iud.& l.in ſummo ff. eod titu. & ita tenet Glo. in l.ſi me,& Titium ff.de except.rei iud.imò eam exprimendo fatuus cenſetur.l.2. §.vigorem ff.de his,qui notan.infa. notat Glo.in l.properandum §.illo C.de iud.&habetur per Io. And.& alios in d.c.ſicut,& per Bart. in l. qui Romæ §.duo fratres ff. de uerbo.oblig.& Papien. in ſua pract. in forma ſententiæ diffinitiuæ in Gloſſ. relaxandum nu.4.& Corne.conſ.345.nu.3. vol. 1.& conſ.89.nu. 1.vol.3.

2 Tamen ſi ipſe iudex cauſam ineptam exprimeret,dicta ſententia penitus vitiaretur, ſecundum Fely.in c.cùm ordinem col.1.ext.de reſcript. Innocen.& alios Doctores communiter in c.in præſentia de renunciat.& in l.ſi is ad quem ff. de acquiren. hæred. & iſtam opinionem communem ſequitur,& citat Cur.Iun.in l.1.num.33.ff.ſi cer. peta. *Cõis opin.*

3 Et ratio iſtius communis videtur hæc: quia iudex releuatur à iure ab expreſsione cauſæ in ſententia, illud eſt propter præſumptionem iuris, quæ eſt pro ipſo indice,d.c. in præſentia, & l.2.C. de offi.ciui.iud.quem quidem text. ad hoc ſingularem,& meliorem de iure dicit Barba.in tracta. de præſtan.Cardin.1.q.1.par.col.6.

4 Sed quando exprimit cauſam in ſententia,quę ſit inepta,aut minus legitima:tunc ſumus in caſu claro, quòd iudex malè iudicauit, & ſic ceſſat præſumptio in re clara,quæ eſt pro iudice, l.continuus §.cum ita ff.de verb.oblig.

5 Aduerte etiam hic, quòd quando iudex aſſerit in ſententia probatum fuiſſe aliquid per duos teſtes ſe referendo expreſsè ad acta: tunc ſi conſtaret de errore ipſius iudicis,eſſet nulla,ſecundũ communem opinionem omnium Doctor. quam citat,& ſequitur Dec.in c.quoniam contra num. 158.de probatio.&Moder.inibi. *Cõis opin.*

6 Limitatur primum iſta communis ex not.per Anto. de Butr. in c. per tuas extr.qui filij ſint legit.vbi per illum text. concludit,quòd ſi ad ferendam ſententiam ex duabus cauſis iudex moueatur, quarum vna ad cauſam faciat, altera minimè,ſuſtinebitur ſententia ex ea faciente ad cauſam,vbi aliàs redderetur nulla,ſi vna tantùm ratio fuiſſet expreſſa,c.ex parte,& c.dilectus de cõceſsio. præben. & hoc idem ſequitur Inno.in d.c. in præſentia,Imo.in l.ſi plagij,&in l.quod dicitur col.10.ff.de verb.oblig.Ãto.& Abb.in c.1.&in c.cum inter,de re iud.Alex in l.qui Romæ.§. duo fratres ff.de verb. oblig. & in l.ſi is ad quem poſt Ro.ff.de acquiren.hęred.cum alijs concordan.de quibus per eum,& Moder.in dictis locis.

7 Limitatur ſecundo loco præcitata communis per doctrinam Iacob.Butrig.in l.2.§. ignominiæ ff.de his, qui notan.infam. vbi uoluit,quòd ſi iudex expreſsit falſam cauſam in ſentẽtia, per quã ſententia reddebatur nulla cum adiectione dictionis, maximè, ſuſtinebitur ſentẽtia:quoniam ad illam cauſam dumtaxat non cenſetur iudex ſe aſtrinxiſſe, & iſtam doctrinam ſequitur Abbas in cap.ſicut de re iud. & in c.ex parte Aſtenſis circa fin.de conceſsio.præben.& in c. ex literis de reſtitu.ſpolia.& Alexan.in d.§. duo fratres char. 10. & hoc dictum Iacob. Butri. procedit, quando ex actis apparet de alia legitima cauſa: tunc enim iudex exprimendo cauſã falſam,appoſita dictione,maximè,veriſimiliter ad illam cauſam legitimã,quã non expreſsit,reſpexiſſe videt, & ita declarat Domi.in c.venerabilẽ §.fi.de ſent. excom.in 6.& in c.in tãtũ circa fin.21.diſt.Imol. & Ant.in c.ex parte,de renun. & in c.ab excõicato col.pen.de reſcrip.&Rom.in l.ſi is ad quem ff. de acq.

de acquiren. hæred.& iſtam in medium exhibet
Cõis opin. eſſe communem opinionem Ruinus conſil. 63.
nu.15.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex coniecturis, & alijs, quæ percipere poteſt ex agitatis; ſecus verò ſi ſucceſſor vellet ſententiam ex ſuo capite, & ceruice interpretari.*

2 *Iudex poteſt exequi ſententiam abſq; mandato ſui prædeceſſoris: quia videtur eſſe idem iudex.*

3 *Iudex etiam alterius tribunalis poteſt exequi ſententiam alterius iudicis, quando executio ſpectat ad ipſum de iure communi, vel ſtatutario; ſecus verò ſi ad ipſum non pertineret: quia tunc non poßet ſine literis iudicantis.*

4 *Sententia lata ſuper exequutione ſententiæ eſt interlocutoria.*

OPINIO CCCC.

1 IVDEX ſuccedens in officio poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex coniecturis,& alijs,quę percipere poteſt ex agitatis coram prædeceſſore,ſecūdum Bar. Ang. Imol. & alios Doctores commu-
Cõis opin. niter in l. ab executore, ff. de appellat. ſecus verò ſi ipſe ſucceſſor vellet interpretari dictam ſententiam ſuo ſenſu mero, ſecundum Imol. ibi ſaluantem contrariam opinionem Bal. in l. 2. C. de ſentent. ex bre. recitan. & iſtam communem celebrant, ſequuntur, & citant Docto. in d. l. ab executore.

2 Et ſimiliter iudex ſuccedens in officio poteſt exequi ſententiam abſque mandato ſui prædeceſſoris: q̃a videtur idē iudex, vt per Bar. in l. à diuo Pio §. ſententiam Romæ. ff. de re iud. cuius opi-
Cõis opin. nionem communiter ſequūtur Doctores, vt per Soc. inibi, nu. 16.

3 Amplia hoc in tantum procedere, quòd iudex etiam alterius tribunalis habet facultatem ſententiam alterius iudicis exequendi, vbicunque ad ipſum pertineret executio iſta de iure communi, ſeu ſtatutario; ſecus verò, niſi haberet huiuſmodi executionem de iure communi, vel municipali: quoniam tunc non poſſet in ſine literis iudicantis, vt per Bart. & omnes in d. §. ſententiam Romę. vbi Soc. alios referens ſcribit nu-
Cõis opin. me. 17. & ſequen. iſtam eſſe communem opinionem.

4 Et his occuritr congruenter hic, quòd ſententia lata ſuper executione ſententiæ, eſt interlocu-
Cõis opin. toria, ſecundum Doctores communiter in l. ab executione, C. quorum appellatio. & Ripam in l. quod iuſsit, num. 43. ff. de re iud. licèt Iacob. Butri. in d. l. ab executione, & malè cōcedat pręmemoratam ſententiam diffinitiuam eſſe.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX eccleſiaſticus, qui fuit aditus pro abſolutione á iuramento erit poſtmodum iudex in cauſa principali.*

2 *Iudex aditus ſuper præparatorijs erit iudex in iudicio preparato.*

OPINIO CCCCI.

1 IVDEX eccleſiaſticus ſi aditusfuerit ſuper abſolutione à iuramento in contractu vſurario, ſeu ſimulato ad effectum poſtea agendi ſuper ſimulatione contractus, abſolutione obtenta, non poteſt coram alio iudice de ſimulatione agi, ſed coram eodem iudice id petere neceſſe eſt, ſecundū Bal. ſingulariter in l. ordinarij colum. 1. C. de rei vendi. cuius doctrina communiter eſt reperta Cõis opin.
per omnes Doctor. in l. quoties. C. de iudi. & præſertim per Alex. ibidem, nu. 4. vt in medium expoſuerunt Moder. in rub. ext. de iudi. & in rubr. C. de eden. vbi vna voce omnes fatentur opinionem Bald. communiter approbatam eſſe non obſtantibus traditis per Paul. de Caſt. in d. l. ordinarij, & opinionem ipſam Bald. tanquam communem defendit, & tuetur à morſibus Dec. in d. rub. de iud. Curt. Iunior in pręcitata rubr. C. de eden. num. 14. vſque ad nu. 22. & ibi etiam Cagnolus, num. 35. cum alijs ſeq. vbi aduertit ab iſta opinione Bal. & communi non fore recedendum in conſulendo, & iudicando.

2 Hinc Alex. conſil. 58. num. 7. 8. 9. vol. 1. firmauit; quòd ſi coram alio iudice ſit petita exhibitio alicuius ſcripturę, vel inſtrumenti, quòd iudex, qui fuit aditus in iſto pręparatorio exhibitionis ſcripturę remanebit iudex in cauſa principali, & ſic in iudicio pręparato.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX laicus non poteſt cognoſcere de cauſa vſuraria, ſed contrarium ſeruatur in Regno Neapolitano.*

2 *Iudex eccleſiaſticus de iure communi cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis ad eccleſiam ſpectantibus, etiam ſi inter laicos agitentur: & quæ ſint cauſæ iuſtæ ſpirituales vide intus.*

3 *Iurans falſum coram iudice ſeculari non poteſt ab eo puniri, ſed à iudice eccleſiaſtico, ſecundum ius commune.*

4 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam in cauſis ſpiritualibus annexis, & ſupra ſub num. 2.*

OPINIO CCCCII.

1 IVDEX laicus de cauſa vſuraria non poteſt cognoſcere. ſecundum Bart in l.quoties C. de iudic. quem ſequitur vltra alios ibi Alexan. & Iaſ. colum. 2 & ſequent.aſſerentes iſtam eſſe communē opinionem, & omnes Doƈto.in l. Titia ff. ſolu.matr. & Hierony.Gratus conſ.85.inuocato diuino ſuffragio in præſenti cauſa ad quam nunc accerſitus ſum,ſub num.7.vol.3.in Regno verò Neapolitano ſeruatur contrarium per literas Regis Ludouici,& Reginæ Ioannæ contra vſurarios,& notant Lallus de Tuſcia num.2. & alij omnes Scribent. Regnicolæ in conſtitutione vſurariorum lib.1. *Cōis opin.*

¶ Et licet aliqui Doƈt.videantur aſſerere cōtrarium,vt Principes ſeculares ſtatuere nequeāt ſuper vſuris,ſeu cauſis vſurarijs:tamen Dec.cōſ. 170.colum.fin.& Rolan.à Valle conſ.96.viſo inſtrumento,nu.50.& ſeq.vol.2. conſuluerunt contrarium.

2 Imo de iure communi iudex eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus,& eccleſiaſticis ad eccleſiam ſpeƈtantibus,etiam ſi inter laicos agitentur, prout eſt in cauſa vſurarū, cauſa matrimonij, cauſa iuramenti, & legitimationis filiorum,& ſic de alijs ſimilibus,ſiue cauſa ſit principalis, ſiue emergens, vt eſt text.in c. tuam de ord.cogn.& ibi per Abb.& in c. lator. qui filij ſint legit.& Doƈto.in l.omni nouatione.C.de ſacroſan.eccle.& not.etiam Bart. in d.l.quoties, & in l.2.ff.de iuriſd.omnium iud. & idē tenet Ang. in §.ſi quis autem pro pecuniaria in auth.de ſanƈtis.Epiſco.reprobata ibi communiter Gloſſ.per ipſum, & per allegatos Doƈtores,quæ aliter ſentiebat. *Cōis opin.*

3 Hinc eſt,quòd iurans falſum coram iudice ſeculari non poteſt ab eo puniri, ſed ab eccleſiaſtico,ſecundum Bald.in l.fin.C.de noui oper.nunc. & in l.cum paruo in q.fin.eod.titu.& iſta eſt communis opinio,teſte Boerio in deciſio.305.num.2. 4. & 5. vbi refert nonnullos Doƈtores contrariū aſſerentes. *Cōis opin.*

4 Necnon iudex eccleſiaſticus cognoſcit in cauſis etiam ſpiritualibus annexis, vt habetur in c. quanto,de iud.prout eſt ius patronatus, & diximus ſupra latè.

¶ Sed opinio præmemorata in principio poſita limitatur,vt laicus iudex cognoſcere nō poſſit de vſuris permiſsis iure Romano, ita Bald. in l.1.in fin.C.de vſur. & plenius in authen. ad hoc C. eodem titu. Alios verò caſus duos in quibus claudicat eadem communis,diſcurrit, atque reſoluit Roland. in diƈto conſil.96.nume.44. cum alijs ſequen.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX cui eſt ſublata facultas condemnandi à nouo iure corrigente antiquum, non intelligitur prohibitus authoritate abſoluendi, niſi ſimus in materia correƈtoria: nā eo caſu prohibita condemnandi facultate cenſetur.& probibita poteſtas abſoluēdi.*

2 *Iudex prohibitus aliquem condemnare fauore,& priuilegio perſonæ condemnandæ non eſt,prohibitus eum abſoluere, ne in odium retorqueatur, quod fuit induƈtum ad fauorem ipſius.*

OPINIO CCCCIII.

1 IVDICI vbicunq; eſt ſublata facultas condemnādi à nouo iure corrigente antiquum, ob hoc non intelligitur eidem prohibita authoritas abſoluēdi. ſecundū Glo.in Clem.1. in verb. cōtra eos de hæreticis, cum qua ſentiunt omnes Canon.cōmuniter ibi, & Legiſt.in l.3.ff.de re iud. vt refert Clau.de Seyſſel.in rub.ff.de acq.poſſ Iaſ.in d.l.3.n.5. & ſeq. & Moder. repetentes in l.nemo qui condemnare ff. de reg.iuris, & ibi Dec.poſt Bald.aſsignat rationem iſtius communis. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam, quòd in materia correƈtoria prohibita condemnatione cenſeatur prohibita abſolutio,inclinauerūt Stef. Vercell.& Ancha.in d.Clem.1.& ſequitur Aret. in d.rubr.ff.de acquirend.poſſe.Barthol. Soc. ibi motus tribus fundamentis,vt per eum, & Felyn. in d.cap.3.col.2.de re iud.vbi promit iſtam opinionem Socin.& ſequacium eſſe communem, & cum ea videtur etiam concurrere Ripa, in d.l.3. vbi eam nu.8. *Cōis opin.*

2 Limitat,& interpretatur non procedere,quando prohibetur condemnatio fauore,& priuilegio perſonæ condemnandæ: tunc quippè non cenſetur prohibita abſolutio, ne in odium retorqueretur,quod fuit induƈtum in fauorem,l.quod fauore,ff.de legi.& ita procedit text.in l.quoties C. vbi Senatores, & ibi Bal.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX tenetur condemnare viƈtum viƈtori in expenſis,ſi petantur expenſæ per partē alias non.*

2 *Iudex poteſt ſi velit condemnare viƈtum viƈtori in expenſis,etiam non petitis per partem.*

3 *Iudex reum conuentum in fruƈtibus, intereſſe, & vſuris,etiam aƈtore non petente,condemnare poteſt,maximè quando aƈtor petierit ius, et iuſtitiam miniſtrari.*

4 *Iudex poteſt condemnare viƈtum viƈtori non ſolùm in expenſis non petitis,ſi uelit,& factis ante litis conteſtationem, ſed etiam in expenſis poſt litem conteſtatam erogatis.*

5 *Iudex*

5 *Iudex non con'emnans victum victori in expenſis petitis facit litem ſuam,& tenetur eas reſarcire de ſuo.*

6 *Iudex tenetur condemnare victum victori in expenſis petitis nõ ſolùm in cauſis ciuilibus,ſed in cauſis etiam criminalibus.*

7 *Fiſcus indebitè aliquem moleſtans poteſt, et debet in expenſis condemnari.*

8 *Iuſta cauſa litigandi excuſat victum ab expenſis de iure communi; ſed Curia Romana, & Sacrum Palatiũ obſeruat contrarium,cùm in omnibus caſibus condemnet victũ victori in expenſis, excepto caſu hic poſito.*

9 *Iuſta cauſa litigandi excuſat etiam à pœna legali.*

10 *Victus excuſatur in tribus alijs caſibus remiſſiuè poſitis ab expenſis.*

OPINIO CCCCIV.

1 IVDEX, tenetur condemnare victum victori in expenſis de iure Regni Neapo. vt in conſtitutio. Diuorum prouiſum erat,& ibi Doct. & in pragma. Temeritatem,& de iure etiam communi. Nam tex. in l. properandum §. ſin autem alterutra C. de iudi. arctat iudicem ad condemnandum victum victori in expenſis, vt ibi ſciant iudices victum victori in expenſis eſſe condemnandum, & ibi in ſummario text. id omnes Doct. communiter admittant, dum dicant, quòd victus victori debet condemnari in expenſis, vt per Bart. Ang. Salyc. Paul. de Caſt. & Iaſ. Cõis opin.

¶ Hocq; intelligitur,& declaratur ſi petantur dictæ expenſæ per partem: ſi verò non petantur ad hoc non tenetur iudex, vt per allegatos Doct. & per præſtantiſsimum D. Carauitam cum alijs aggregatis per eum in ritu 297. item ſeruat ipſa curia in prima cauſa, ſub nu. 7. & ſeq. & per l. dies §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect.

2 Licèt hoc poſsit facere iudex ſi vellet, id eſt cõdemnare victum in expenſis non petitis per l. ædiles §. ſciendum ff. de ædil. edic. ita tenent Dyn. & Bar. in d. §. hoc autem iudicium in 5. q. Bald. in l. non quicquid ff. de iud. Ang. & Ray. in d. §. ſin autem alterutra, & ibi latè Alex. nu. 31. ponunt iſtã eſſe communem opinionem, & Ripa in d. §. hoc autem iudicium nu. 81. & ſeq. & ita ſeruatur in practica, vt tradit Imol. in l. Paulus la 1. col. 2. ff. de re iud. Cõis opin.

3 Et eam ſimiliter ſequitur Iaſ. multos Doct. citans in l. vniuerſa, n. 4. C. de prec. Imper. offeren. & ita obſeruatur etiam in Imperiali camera, maximè quãdo actor petijt ius, & iuſtitiã miniſtrari, teſte Ioach. in ſing. obſerua. iudicij Imperialis cameræ, obſeru. 55. aliquoties centu. 4. vbi ait hoc idem procedere in fructibus, intereſſe, & vſuris, vt iudex poſsit condemnare reum conuentum in ipſis rebus, etiã actore non potente, & præſertim ſi petierit debitã iuſtitiã miniſtrari, & ita ibi deducit extitiſſe deciſum in iudicio antedictę Imperialis cameræ, ex opinione Ant. de Butr. in c. grauis de reſtitu. ſpoliato.

4 Et iudex non ſolũ poteſt condemnare victũ victori in expẽſis non petitis ſi vult, factisq; ante litẽ conteſtatã, ſed etiã in expẽſis factis poſt litem coteſtatã, ſecundum Glo. in c. fi. de reſcript. Bart. & omnes alios, pręſertimq; Ripã in d. §. hoc autẽ iudicium nu. 81. & Octa. Veſtr. in ſua pract. lib. 8. tit. de ſecunda, ac tertia ſententijs, earumq; prolatione, & fructuum, & expenſarum condemnatione col. 6. ſub verſ. generaliter non tranſportatis actis fol. paruo. 134. vbi hoc vtiliter declarat.

5 Verùm ſi iudex non condemnat victum victori in expenſis petitis, cenſetur facere litem ſuam, & tenetur reſarcire de ſuo. ſecundum Bart. in d. §. ſin autem alterutra colum. fin. & alios Doctor. in d. §. hoc iudicium, & iſtam ſententiam ſequuntur, & aiunt eſſe communem Moder. inibi Maranta in tracta. iudiciorum in 6. parte 3. membri nu. 12. Corſetus in ſingula. ſuo in ver. Iudex il 1. Dominus Carauita in dicto ritu 297. num. 7. vbi ait etiam quòd de iure Regni iudex victum victori tenetur condemnare etiam in expenſis non petitis. Cõis opin.

6 Et ampliatur prædicta, quòd victus victori in expenſis petitis per iudicem debeat condemnari, non ſolùm procedere in cauſis ciuilibus, verùm etiam in criminalibus, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum: quam citat, & declarat Hippolyt. de Marſil. in ſua pract. criminali in §. ſupereſt nume. 1. Socin. Iun. conſil. 36. num. 14. vol. 2. & Grammatic. deciſio. 39. vbi hoc latè proſequitur, & refert quoque ita in magna Curia Vicariæ extitiſſe deciſum, & ſequitur etiam, & tuetur Ioannes Antonius de Nigris in capitulis Regni in cap. 216. ſi de furto, violentia, vel defenſa, nume. 12. 13. 14. & 17. & Angel. de Vbaldis in repetitio. l. ſi vacantia, nume. 259. & ſeq. C. de bonis vacantibus lib. 10. & alios complures eiuſdem ſententiæ cumulauit Dominus Carauita celebris iureconſultus in dicto ritu 297. nume. 4. vbi inhæret opinioni contrariæ, & profert illam eſſe veriorem, obſeruariq́ue in Regno de conſuetudine, generaliuè practica, & ratio eſt. Nam in criminalibus non venit modo aliquo refectio expenſarum, l. non ignorat, & ibi Cyn. C. de fruct. & lit. expenſ. & c. cùm dilecti de dolo, & contuma. Cõis opin.

7 Ampliantur etiam præmiſſa, vt Fiſcus quoque poſsit, & debeat in expenſis condemnari, vt eas ſoluere debeat de proprio, vbicunque aliquem indebitè vexaret, & in ius vocaret, vt firmat Grammatic. cum alijs aggregatis per eum deciſio. 60. in cauſa excellentis Comitiſſæ, nu. 21. & ita de anno 1572. obtinui in facto in cauſa Reuerendi D. Iacobi Montanarij clerici Aquilani, qui extiterat tortus, & tormentatus nõ legitimis indicijs præcedentibus, & damnatus poſtmodũ adre-

adremigandum per triennium, & ad alias quam plures pœnas per Reuerendum Vicarium Epiſcopi Aquilani. Attamen commiſſa cognitione eiuſdem cauſæ per remedium appellationis Reuerendiſsimo Epiſcopo Marſicano, ac eius Reuerendo Vicario per ſedem Apoſtolicam, extitit talis ſententia tanquàm iniuſtiſsima reuocata per eundem iudicem delegatum ex eiſdem actis, & damnatus etiam fiſcus in expenſis mediãte meo patrocinio.

8 Limitãtur modò prædicta, niſi litigator haberet iuſtam cauſam litigandi: tunc enim iudex nõ poteſt ipſum condemnare in expenſis petitis. ſecundum communem opinionem, de qua atteſtatur Cagno. in l. in alterius ff. de regu. iur. num. 19. & eam ſequuntur Canoniſtæ in cap. 1. in fin. de electio. in 6. & Legiſtæ in l. qui ſolidum §. etiam ff. de leg. 2. & Glo. in l. 3. §. ſi rem ff. de leg. 3. *Cõis opin.*

¶ Sed curia Romana, & Sacrum Palatium rarò ſolet admittere talem iuſtam cauſam, & excuſationem, & ſic indiſtinctè in omnibus caſibus condemnat victum victori in expenſis, excepto vno dumtaxat caſu, vbicunque quis per ſententiam ex nouiter deductis reuocatam, & non ex eiſdem actis modò ſuccũberet, qui prius in eius fauorem aliam ſententiam reportaſſet, vt teſtatur, & luculenter diſcurrit Octauianus Veſtrius vbi ſupra, & D. meus Robertus Lancellottus in tract. de attentatis in 3. par. c. 31. de pœnis attentatorum, nu. 131. cum alijs ſeq. vbi affabrè explicat, & explanat quomodò hoc procedat.

9 Item iuſta cauſa litigandi excuſat etiam à pœna legali, ſecundum Gloſſ. fin. in l. ab executione C. quorum appell. non recip. Aret. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. col. 4. Iaſ. in d. §. ſin autẽ alterutra, Alex. conſ. 43. col. 1. vol. 6. & Dec. in l. quod te in vltimo nota. ff. ſi cer. peta.

10 Alios verò tres caſus, in quibus victus excuſatur ab expenſis, & in eis condemnari non debet, ponit cumulatiſsimè diſertiſsimus D. Anto. Maria Coratius in tracta. de communi Doctorum opinione lib. 3. titu. 10. de pœna contra communem litigantium.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX laicus, ſeu eius familia poteſt capere clericum deprænhenſum in crimine, vel rixa, ſed non poteſt eum detinere; imò debet ſtatim iudici competenti eccleſiaſtico præſentare.*

2 *Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis formato contra clericum de delicto ab eo cõmiſſo, dum ſibi remictitur clericus cum dicto proceſſu.*

3 *Clericus captus ſine habitu tempore homicidij perpetrati dolo, & ex propoſito, non debet gaudere priuilegio fori, nec poteſt petere remiſſoriam ad iudicem eccleſiaſticum.*

4 *Iudices ſeculares, Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & omnes alij iudices quocunq; nomine uocentur, ac cancellarij, vicecancellarij, notarij, ſcribæ, ac quicunq; executores, & ſubexecutores intromittẽtes ſe in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas capiendo, proceſſando, & ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum à ſede Apoſtolica conceſſorum excommunicantur, & anathematizantur per bullam Pij V. lectam in die Cœnæ Domini.*

OPINIO CCCCV.

1 IVDEX laicus, ſeu eius familia poteſt capere clericũ deprẹhenſum in crimine, vel rixa, ſed non poteſt illum detinere, imò ſtatim tenetur iudici competenti eccleſiaſtico prẹſentare. vt ſentiunt Bart. in l. ſi quis in ſeruitute ff. de fur. Bald. in l. ſi qua per calumniam C. de epiſc. & cler. & omnes Canoniſtẹ communiter in c. cùm non ab homine de iud. vt referunt Moder. ibi. *Cõis opin.*

2 Et dato quòd iudex laicus caperet informationem contra clericum de delicto ab eo commiſſo: tunc iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, dũ ſibi remittitur clericus cũ dicto ꝓceſſu, & iſta eſt cõis opinio Doct. in c. at ſi clerici de iud. teſte Fely. & Mod. inibi, & Gram. in conſil. criminali 42. & Ruino conſ. 7. vol. 5. *Cõis opin.*

3 Interpretatur vtiq; hoc non procedere in clerico capto, repertoq; abſque habitu clericali ad committendum homicidium, & clericus captus ſine habitu tempore homicidij perpetrati dolo, & ex propoſito non debet fori priuilegio gaudere: ideò non poteſt aliquo pacto petere remiſsionem ad iudicem eccleſiaſticum. ſecundum Hoſt. Io. And. & Ant. de Butr. in c. perpẽdimus de ſent. excommunica. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boer. deciſ. 63. nu. 16. *Cõis opin.*

4 Tamen aduerte, & caue tu iudex ſecularis ſicut ab igne in non te ingerendo, interponẽdo, ac intromictendo modo aliquo in cauſis criminalibus clericorum, & aliarum eccleſiaſticarum perſonarum. Nam in Bulla Pij V. lecta in die Cœnæ Domini, anno 1568. excommunicantur, & anathematizantur omnes Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & omnes alij iudices quocunq; nomine uocentur, ac Cãcellarij, Vicecãcellarij, Notarij, Scribẹ, ac quicũq; executores, & ſubexecutores, oẽsq; alij quoquo modo ſe intromittẽtes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibꝰ cõtra pſonas eccleſiaſticas, illas capiẽdo, ꝓceſsando, & ſẽtẽtias cõtra illas ꝓferendo, vel exequẽdo, etiã ꝑtextu quorũcũq; priuilegiorũ à ſede Apoſtolica conceſſorũ quibuſcunq; Regibus, Ducibus, Principibus, Reſpublicis, Monarchijs, Ciuitatibus, & alijs qbuſcũq; potẽtatibus quocũq; noĩe cẽſeãt, quæ diſponit illis in aliquo ſuffragari non poſſe, nec debere, reuocando prædicta priuilegia per

quoſ-

quoſcunque Romanus Pontifices prædeceſſores, & ſedem Apoſtolicam ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis,ac quouis prætextu,vel cauſa conceſſa,illaq; irrita, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore ac eſſe decernendo.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX laicus poteſt punire ſacerdotem, vel clericum crimen aſſaſſinij committentem eo ipſo abſque actuali,& ſolenni diſpoſitione, et degradatione ob criminis immanitatem.*

2 *Qualitas,quæ fundat, aut priuat iuriſdictionem debet de ea ante omnia conſtare.*

OPINIO CCCCVI.

1 IVDEX laicus poteſt punire ſacerdotem, clericumuè crimen aſſaſsinij committẽtem eo ipſo abſque actuali, & ſolenni depoſitione,& degradatione,& hoc ob criminis immanitatem eſt procul dubio ſpeciali ratione obſeruandum, ſecundum Lapum,& alios Canoniſtas in c.1.de homicid.in 6.Hippolyt.de Marſil.in l.unica,nume.107.C.de raptu uirg.& in ſua pract.crimin.in §.diligenter num.160.& in §.examinanda,num.25.quorum opinionem ſequuntur,& communem eſſe aſſeuerant Lamb.in c.1.de hæret. in 6.nu.88. Io.Bern. in pract.crim.c.91.idẽq; not.Stef.Aufr.in Clem. 1.de off.ord.regu.1.fallentia 18.& Gram.in voto 8.nu.4.& ſeq. Et hoc videtur iure cautum ob criminis immanitatẽ,ſed in alijs caſibus iudex laicus debet eſſe certus, & de ſua iuriſdictione non dubitare. *Cõis opin.*

2 Quia qualitas quæ fundat,aut priuat iuriſdictione,debet de ea ante omnia conſtare, l.2.§. ſi dubitetur de iud.vbi Doct.per illum tex.ita cõmuniter tenẽt,&in l.ſi quis ex aliena eod.tit.&in c.ſuper literis de reſcrip.vt p Gram.in cõſ.crim.1. nu.53.& ſeq. ꝗ reperit poſitũ in fi. ſuarum deciſ.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX in ſententia diffinitiua non poteſt aliquo pacto ſibi reſeruare in futurum condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ſed taxationẽ ſic.*

2 *Iudex in ſententia interlocutoria poteſt ſibi reſeruare condemnationem,vel abſolutionem expenſarum in futurum:quia non deſinit eſſe iudex.*

3 *Delegatus non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum,nec ſuam ſententiam interpretari,niſi eſſet talis delegatus,qui poſſet exequi ſententiam,vt eſt delegatus à Principe.*

4 *Delegatus à Principe poteſt exequi ſuam ſententiam.*

5 *Delegatus ſi citat aliquem,citatus non tenetur comparere,niſi in citatione inſeratur tota copia reſcripti, vel ſuę commiſſionis.*

6 *Iudex non poteſt ſibi reſeruare condemnationem fructuum,ſiue ſibi liqueat,ſiue non:ſed taxationem eorũ ſic,ſi ſibi non liqueat.*

OPINIO CCCCVII.

1 IVDEX in ſententia diffinitiua non poteſt aliquo pacto ſibi reſeruare in futurum condemnationem, vel abſolutionẽ expenſarum.ſecundum Lanfran. in c.quoniam contra de probatio.in c.2.de expenſis nu.6.cum alijs relatis per Celſum in add.ibi, & taxationem ſic, ſecundum Cyn.& omnes cõiter in l. terminato C.de fruct. & lit.expen.& Bal.in auth.generaliter C.de epiſ. & cler.& ita ſtatutum eſt in Regno Neapolitano per pragm. exordiẽtem Temeritatem litigantiũ, licèt Bar.& malè poſt Glo.in d.l. terminato ſenſerit contrariũ,& Octaui.Veſtr.etiam in ſua pract. lib.8.tit.de ſecunda,ac tertia ſententijs,earumq; probatione, ac fructuum, & expenſarũ condemnatione col.7.verſ.& quamuis ſupra dixerim,fol. par.135.ibi refert aliquos caſus,in quibus iudex poſt latã ſententiã, poteſt de expẽſis cognoſcere, & de iſta cõi atteſtantur Moder. inibi, & Lanfrã. in d.c.2.de expen.n.6.& Ioachim.in obſerua.45. & ſi iudex,cent.1.vbi meminit eã obſeruari in camera Imperiali, reiecta præmemorata opin.Bar. *Cõis opin.*

2 Secus verò uidetur in interlocutoria:nã per eã nõ deſinit eſſe iudex,ita ſentit Fely. in c.ſignificauerũt col.7.ext.de excep.& Ioachi. in d.obſerua. 45.vbi exprimit iſtam eſſe cõmunẽ opinionem. *Cõis opin.*

3 Hoc idem etiam dicendum eſt in delegato,qui quidẽ non poteſt ſibi reſeruare taxationẽ expenſarum,nec ſuam ſententiam interpretari, ſecundum Bar.& communiter Scribentes in l. ab executore ff.de app.per text.ibi& Glo.in ver.preces, niſi ſecundũ ꝑcitatos Doct. talis delegatus eſſet, qui vtiq; poſſet exequi ſentẽtiã,iux.not.per Glo. in l.à diuo Pio in prin.& §.1.&ibi Bar.ff.de re iud.

4 Quia delegatus à Principe non ſolùm de iure canonico poteſt ſuam ſententiam exequi, c.ſignificaſti,&c.quærenti de off.deleg.ſed etiam de iure ciuili,l.fin.C.de iud. & ita tenent Doct. in d.l. à Diuo Pio,& Soc.alios referens ibi,vbi aſſeuerat iſtã eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Sed aduerte, ꝗ ipſe iudex delegatus vbicunq; citat reũ,debet,& teneẽ in literis,& citatione ponere copiã ſuę cõmiſsionis,ſeu reſcripti.ſecundũ Bar.&omnes alios cõiter in l.2.ff.ſi quis in ius vocatus nõ iuer.& ita ſeruaẽ vbiq; in pract. quotidie. Tñ quãdo delegatus nõ faceret inſeri in citatione ſua copiã cõmiſsionis, citatus non tenereẽ aliquo modo cõparere. ſiqdẽ huiuſmodi citatio nõ arctaret citatũ,tex. eſt in c.ꝑterea de dil.Glo. in c.ſi epiſcopus,& ibi Arch.2.q.2.& Illuſtriſs.D. Card.Albanus in d.l.2.nu.18. vbi deducit iſtam eſſe cõem opinionem, & apoſtilla ad Felyn. in c. cùm in iure in litera B. vbi dictam cõmunem in *Cõis opin.* *Cõis opin.*

vno caſu tantùm vti liſsimè limitat in fine dictæ additionis.

6 Et quemadmodum iudex in ſententia ſibi reſeruare nequit condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ita iudex ipſe ſimiliter non poteſt ſibi reſeruare condemnationem fructuum in ſua ſententia. vt voluit Bal. in l. terminato col. 1. C. de fruc. & lit. expen. ubi firmat etiam hoc verum eſſe, ſiue ſibi liqueat, ſiue non: ſed taxationē eorum ſic, ſi ſibi non liqueat.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX non poteſt recedere à pœna legali.*

2 *Iudex poteſt ex iuſta cauſa augere, vel minuere pœnas ſtatutas à lege conſideratis qualitatibus delinquentis, & circumſtantijs delicti; & iſtæ cauſæ ponuntur, & exemplificantur infra ſub num. 5.*

3 *Pupillo committenti homicidium pœna mortis commutari poteſt per iudicem.*

4 *Iudex habet arbitrium à lege minorandi, & commutandi pœnas legales, ex iuſta quidem cauſa.*

5 *Delicta cum diuerſis qualitatibus, & circumſtantijs perpetrantur, ex quibus crimen quandoq; fit excuſabile, quandoq; magis atrox, & odioſum.*

6 *Iudex aliquid faciens contra ragulas iuris, cauſa eſt exprimenda.*

7 *Iudex leges, & ſtatuta poteſt tranſgredi ex magna, & euidenti cauſa.*

8 *Iudex ex iuſta cauſa non ſolùm poteſt permutare pœnam in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinarijs, ſed generaliter in omnibus ordinarijs.*

OPINIO CCCCVIII.

1 IVDEX vbicunque lex imponit pœnam, ab illa recedere non poteſt, nec debet. tex. eſt cum Glo. in c. licèt, infra de pęnis, probatur etiam in l. 1. §. calumniatoribus ff. de priua. delict. & hoc firmat quoque Iacobus Nouellus in tracta. ad defenſam in rubr. incip. his hactenus nume. 44. fol. 664. poſt alios per eum relatos ibi. Facti enim quæſtio in arbitrio iudicis eſt, pœnę verò proſecutio non eius uoluntati, ſed legis authoritati reſeruatur.

2 Tamen iudex ex cauſa iuſta, ſeu rationabili poteſt pœnas à lege ſtatutas augere, vel minuere. textus eſt iuncta Gloſſ. in l. hodie ff. de pœnis, per quem text. ita tenet Innocen. in c. 1. ext. de conſtitu. Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui notan. infa. Bald. & Salyc. in l. & ſi ſeuerior C. ex quib. cau. infa. irrogatur, Paul. de Caſtr. conſil. *Cōis opin.* 328. colum. 2. volum. 2. Doctor. omnes communiter in d. c. 1. ext. de conſtitu. in d. l. hodie, & in d. §. pœna grauior, & iſtam communem ſequitur etiam, & citat Dec. in cap. de cauſis num. 94. & ſequen. de offic. delega. Paulus Girlandus in tracta. de relaxatione carceratorum in 1. rubr. quæſtio. 6. incip. Sextò non omittam nume. 1. Maranta in tracta. iudiciorum in 4. part. principali nume. 65. Marſil. in l. pœna legis Corneliæ §. ſed, & ſi quis nume. 6. ff. ad l. Corne. de falſis, & ſingu. 244. Marcus Antonius Blancus in ſua practica criminali rubr. exordiente, poſtquàm videmus nume. 81. cum alijs ſequent. Moder. Ferrarienſes in dict. cap. 1. de conſtit. & Iacob. Nouel. in d. tract. ad defenſam.

3 Ex quo quidem dicto infert Bal. in l. & ſi ſeuerior colum. 3. C. de infam. quòd in pupillo committente homicidium poſsit ratione ætatis commutari pœna mortis, & hoc idem præ cæteris multis explicat, & declarat Felyn. in c. canonum ſtatuta nume. 48. de conſtitutio. ibi multas illationes facit memoratu dignas, quibus multi aſſeſſores ſaluari, defendiq; poſſunt, vt dicit idem Bal. in c. 2. de re iud.

4 Et huiuſmodi arbitrium, ſeu authoritatem iudex habet à lege. probatur in l. aut facta §. fin. ff. de pœnis, & in d. §. hodie, & in præcitato §. pœna grauior.

5 Et ratio dicti arbitrii videtur: quia delicta cū diuerſis circumſtantijs, & qualitatibus perpetrantur, ex quibus crimen iſtud quandoque fit excuſabile, quandoque magis atrox, & odioſum: quas circumſtantias, & qualitates omnes lex ipſa exprimere non potuit, ſed quaſdam expreſsit, ut d. l. aut facta §. 1. cum 2. ſequen. ideò dedit iudici iſtam facultatem, & arbitrium, vt ſecundum facti contingentiam pœnas ipſas arbitrio ſuo ex cauſa augeret, minueret, vel mutaret d. §. pœna grauior, & d. l. aut facta §. 1. & ſuper hoc poſſent exemplificari plures cauſæ, quas congerit Bar. in d. §. pœna grauior, & Fely. in d. c. 1. de conſtitu. & in c. accedens, vt lit. non conteſta. Primò propter ſenectutem, vel iuuentutem, propter furorem, vel ebrietatem, propter calorem iuſtum, propter nimiam excellentiam hominis in aliqua arte, vel ingenio, vt dicit Aretin. in allegato §. pœna grauior in additio. ad Bartol. quæ incipit adde hic, quòd Iudex, Iaſ. in l. 1. colum. 3. ff. de legi. Marcus Antonius Blancus in præcitata pract. nume. 82. vbi iſtas cauſas ponit, & alias quamplures hic non expreſſas latius ponit, & comprobat.

6 Quotieſcunque verò iudex recederet à pœnis in iure ſtatutis, debet exprimere cauſam. ſecundum Roma. conſil. 483. nume. 14. & D. Horatium Mandoſium in add. ibi in litera L, & Cæſarem Contardum cum magna caterua Doctor. relata per eum in l. diffamari in decima limitatione nume. 139. vſque ad numer. 150. C. de ingenuis, & manumiſsis, vbi admonet nume. 146. iſtam eſſe magis communem opinionem, & con *Cōis opin.* gerit Doctores contrariæ ſententiæ. Et an, & quando recedere poſsit à pęnis ſtatutis à lege, & quando

quando debeat aliàs redire, & ad quas iudices eccleſiaſtici, vide Moder. Hiſpanos in deciſio. ſeu pract. criminali in Gloſſ. canonicis, vel ſynodalibus.

7 Ampliaturq́ue iſta communis, vt in tantum extendat uires ſuas, vt procedat non tantùm de iure communi, ſed de iure municipali, vel ſtatutario etiam. Ita quòd ſi ſtatutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine, iudex poteſt illam ex cauſa permutare, ſecundum Bartol. in d. §. pœna grauior, & in l. fina. de receptatoribus, Bald. in dicta l. ſi ſeuerior colum. 3. Abb. in c. 2. de delictis puerorum, Fulgoſi. conſil. 124. præſuppoſitis col. fina. Aret. conſil. 131. ſpiritus ſancti gratia in fin. & in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs colum. 4. de iudic. cum alijs cumulatis per Marſil. in ſingu. 244. tu ſcis illud, quod, & iſta eſt magis communis opinio, vt per Dec. in cap. de cauſis nume. 97. de offic. delega. quam ſequitur omnibus ferè contrarijs reſpondendo Fulgoſi. in dicta leg. ſi ſeuerior, Paulus Girlandus in allegato tractatu de relaxatione carceratorum in rub. 1. q. 6. nu. 8. & ſequen. & Dec. in d. c. de cauſis, num. 97. Cōis opin.

8 Ampliatur poſtremò dicta communis, vt non ſolùm habeat locum in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinarijs, ſed etiam generaliter in omnibus ordinarijs, ſecundum Gloſſ. in dicta l. hodie, quam ſequitur ibi Bartol. & in d. l. quid ergo. §. pœna, Bald. & Salyc. in d. l. & ſi ſeuerior, & iſtam partem ſcribit eſſe communem Girlandus in allegato tracta. de relaxat. carcer. in rubr. 1. q. 6. num. 6. Cōis opin.

¶ Et iſtam communem limitat in quinque caſibus Felyn. in cap. 2. §. ad corrigendos colum. 6. de accuſat. Carrerius verò eam limitat in octo caſibus in ſua practica criminali in tracta. de homicid. nume. 7. & nume. 123. cum alijs ſequent. & in tribus alijs limitat Marcus Antonius Blancus in d. pract. crimin. num. 81 cum aliis ſequen. Sed iſtam materiam vſque ad nauſeam, & ad ſaturitatem melius quàm alius declarat, & explicat Tiraquel. in tract. de pœnis temperandis, aut remittendis per totum illum tracta.

SVMMARIVM.

1 *APPELLARI poteſt á iudice negligente, ſeu recuſante deferre iuramentum in ſupplementum probationis, & quando defert non habenti iuſtam cauſam.*

OPINIO CCCCIX.

1 IVDICE negligente, ſeu recuſante deferre iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, ab eo poteſt appellari ſtante iſta negligentia, ſecundum Bartol. in l. admonendi ff. de iureiuran. cum quo ſentiunt Bal. cæteriq́ue Doctor. ibi, & Salyc. & omnes communiter, & vno ore in l. bonæ fidei C. de iureiurand. & Panormit. in cap. fina. extr. de iureiuran. vbi aſſignat rationem iſtam pro corroboranda iſta cōmuni, quòd ſicut poteſt appellari, quando defertur iuramentum non habenti iuſtā iurandi cauſam, l. generaliter C. de iureiuran. ita quando iudex nollet deferre præcedente legitima, & rationabili cauſa, & iſtam communem ſequuntur, & citant Moder. in locis præcitatis. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX, à quo fuit appellatum reijciens appellationem, quæ interponitur non ab exequutione, ſeu re iudicata, ſed à ſententia, debet puniri triginta auri pondo.*

2 *Iudex reijciens appellationem ſi non appellatur ab hac reiectione, reiectio facit tranſitum in rem iudicatam.*

3 *Appellatio admiſſa, ſi & in quantum, non videtur ſimpliciter admiſſa, ſed ſolùm in caſu quo de iure admitti debuit.*

4 *Iudex admittens appellationem, ſi & in quantum videtur à ſe iuriſdictionem abdicare, adeò quòd proceſſus aliquis coram eo amplius fieri nequit, & factus non valet.*

OPINIO CCCCX.

1 IVDEX, à quo fuit appellatū, reijciens appellationem, quæ interponit non ab executione, ſeu re iudicata, ſed à ſententia debet puniri triginta auri pondo. tex. eſt in l. quoniā iudices, C. de app. vbi Saly. & Doc. not.

2 Vnde debet eſſe cautus appellans, etiam ſi iudex reijciat de facto appellationem, vt appellet ab huiuſmodi reiectione, alioquin reiectio tranſiret in rem iudicatam, ſecundum Card. Zabare. in Clem. 1. in col. 3. de dolo, & contu.

3 Hinc inoleuit practica, quòd cauti iudices à quibus appellatur, non reijciant ſimpliciter appellationem, ne incidant in pœnā d. l. quoniā, ſed ꝙ dicāt ſe admittere appellationē ſi, & in quantū tenētur, & debēt de iure, & nō aliter, nec alio modo: quo caſu talis appellatio admiſſa ſi, & in quantū, nō videt̃ ſimpliciter admiſſa, ſed ſolūmodò in caſu, quo de iure admitti debuit, ſecundum Bald. in l. edita. col. 17. & ibi not. alij Doct. de eden. Roma. conſ. 501. vt declarationem col. 2. & Angel. conſil. 217. in cauſa accuſationis col. 3. Soc. Iun. conſ. 18. viſis nu. 14. & ſeq. vol. 1.

4 Et his accedit vtiliter, quòd iudex à quo propter admiſſionem appellationis ſi, & in quantū, cēſetur à ſe iuriſdictionem abdicare, adeò ꝙ proceſſus aliquis coram eo amplius fieri non poteſt, & factus non valet, & iſtā ſcribit eſſe communē opinionem Roma. in d. conſ. 501. vel 401. col. 2. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 IVDEX *deferendo appellationi etiam ſi re integra reuocet grauamen, non propterea recuperat, neque reaſſumit iuriſdictionem in ea cauſa abdicatam.*

2 *Iudex quibus de cauſis poſſit deferre appellationi, ponitur remiſſiuè.*

3 *Iudex inferior non habet authoritatem tollendi appellationem à diffinitiua, ſecus ab interlocutoria, nec ſuſpenditur iuriſdictio iudicis quoad principale negociũ, nec tenetur iudex à quo prouocatur eidem ſuperſedere, ſecundum communem opinionem Legiſtarum, licèt Canoniſtæ communiter velint contrarium.*

4 *Iudex vnus ex tribus delegatis quando detulerit appellationi, cauſa non deuoluitur ad ſuperiorem per huiuſmodi dilationem vnius iudicis.*

OPINIO CCCCXI.

1 IVDEX deferendo appellationi etiã ſi re integra reuocet grauamen, non propterea recuperat, neque reaſſumit iuriſdictiõem in ea cauſa abdicatã. ſecũdum Geminianũ, & Ioan. Andr. in c. cùm appellationis. de appel. in 6. & alios communiter ibi, Bald. in l. eos. §. apoſtolos C de appella. & iſtam opinionem audacter aſſeuerant eſſe communem Iaffredus in deciſio. 480. & Pariſi. conſil. 106. nu. 25. vol. 4. *Cõis opin.*

2 Et iudex ex quibus rationibus poſſit deferre appellationi, vide Papien. latè declarantem in ſua pract. in forma apoſtolorum §. detuli, num. 2. fol. 174.

3 Sed vtiliter declarantur prędicta per Scriben. quòd iudex inferior non habet authoritatem tollendi appellationem à diffinitiua, ſecus ab interlocutoria; & ſic per appellationem ab hac interlocutoria nõ ſuſpẽditur iuriſdictio iudicis quoad principale negocium, nec tenetur iudex, à quo prouocatur eidem ſuperſedere, vt ſentit Glo. Bartol. & Ang. in l. fin. per illum text. C. de ſent. & interlo. om. iud. Anto. Imol. Franc. & Dec. in cap. ſuper eo, il 1. de appell. & idem Dec. in c. ad hæc, il 1. & c. bonæ eod. tit. quibus in locis ſcribit hanc opinionem communem eſſe. *Cõis opin.*

¶ Tamen contrarium tenuerunt omnes Canoniſtæ cõmuniter in c. ſicut Romana de reſcrip. & Bar. reuocando ſententiam in melius in l. 1. §. fi. ff. à qui. appel. non licet, nu. 2. & iſtam communem opinionem ſequitur, & citat Ripa in d. c. ſicut Romana, nu. 20. cum alijs ſeq. *Cõis opin.*

¶ Sed huiuſmodi altercationes penitus corruunt mediãte deciſ. Conc. Trid. in ſeſſ. 24. c. 20. poſt princ. vbi ſancta Synodus determinauit, quòd appellationes, aut inhibitiones admitti nequeãt in prima inſtantia, niſi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non poſsit.

4 Prædicta vero communis. Ita declarata limitatur non habere locum, quando vnus iudex ex tribus delegatis detulerit appellationi: tunc enim cauſa per huiuſmodi dilationem vnius iudicis non deuoluitur ad ſuperiorem, ſecundum Bald. in authen. hodie C. de appellatio. quẽ ſequitur Card. in Clem. 1. q. 26. de appella. & Imol. ibi col. pen. Dom. in c. cũ appellationib. §. 1. de app. in 6. Ang. in l. ſi cũ dotẽ §. eo aũt tẽpore. ff. ſol. matr. & Petr. in c. fi. q. 7. de conſt. & iſtã ſentẽtiã aſſerit eſſe cõem Dec. in c. cũ omnes nu. 35. de conſt. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 DAMNVM *datum, ſeu valor rei, & extimatio debet probari per duos extimatores deputatos à iudice ad extimationẽ faciendam.*

2 *Extimatores electi, & vocati ad extimandum ualorem rerum debent prius iurare de extimando bona fide, & ſine fraude.*

3 *Periti, qui quotidie aſſumuntur in cauſarum diffinitionibus, vt ſecundum artis peritiam proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur.*

4 *Citari debent partes quando iudex, vel extimatores proficiſcuntur ad videndum locum, vel rem pro extimatione facienda.*

5 *Extimatio rerum per extimatores electos ad extimandum fieri poteſt etiam poſt didicita teſtificata.*

OPINIO CCCCXII.

1 IVDEX debet deputare exploratores, ſiue extimatores duos ad probandum valorẽ rerũ in omni caſu, etiam in caſu l. 2. C. de reſcinden. venditio. & ad probandum damni quantitatem, & extimationem: qui quidem extimatores ipſa omnia extimare debent, & referre iudici, ſecundum Bar. num. 20. Bald. Pau. de Caſt. Saly. & omnes in d. l. 2. vbi Cagnolus num. 258. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & ſeruari in practica quotidie; Et iſti extimatores prius iurare debent de æſtimando [illegible] ſine fraude. textus eſt, & Gloſſ. Bartol. Bald. & Scribentes omnes communiter in l. hac edictali §. his illud, C. de ſecundis nuptijs, & hoc idem firmat idem Bartol. in l. Theopompus nu. 7. ff. de dote pręleg. & in procemio fforum. col. 5. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

3 Vnde periti, qui quotidie aſſumuntur in cauſarum diffinitionibus, vt ſecundum artis peritiã proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur. tex. & ibi Doct. in c. fraternitatis de frigid. Abb. & alij in c. propoſuiſti colum. penult. de probat. Dec. & Iaſ. in repeti. l. admonendi nu.

337. ff.

.237.ff. de iureiur. Crotus in tract. de teſtibus in 7.par. vbi aſſeuerant audacter iſtam eſſe communem opinionem. Et hoc iuramentum quandoq; ad extimationem peritorum, quandoque ad veritatem pertinet, præſertimque quando rei veritas percipi poteſt ex peritia artis, vt ex agrimenſoribus, ſicuti opinatur Bal. in d. procœmio ffor. & in d. §. his illud, & Deci. alios referens in d. c. propoſuiſti colum. penul. & ita iſtam materiam pulchrè declarabat D. Ranaldus Rodulfius Peruſinus præceptor meus in acutiſsimis interpretationibus ſuis, dum interpretabatur Peruſij maxima cum laude d. l. admonendi. *Cõis opin.*

4 Et his accedit hic congruenter, quòd citari debent partes, quando iudex, uel extimatores proficiſcuntur ad uidendum locũ, vel rem pro extimatione facienda, ſecundum Bart. in d. l. Theopompus, & Cagnolus in d. l. 2. nu. 262.

5 Et nota vlterius, quòd etiam poſt didicita teſtificata micti poſſunt ipſi extimatores, & exploratores ad extimandum, ſecundum Bal. eleganter in d. l. 2. vbi Cagnolus nu. 205.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX neceſſariò citandus eſt, ubicunque in cauſa appellationis, quę ventilabatur coram ſuperioribus ex officio proceſſit, aliàs proceſſus nullus, & inualidus redditur.*

OPINIO CCCCXIII.

1 IVDEX neceſſariò citãdus eſt, vbicunque in cauſa appellationis, quæ agebatur coram ſuperioribus ex officio proceſſit, ſecũdum Glo. in c. cum ſpeciali. §. porrò de appella. communiter ab omnibus Doctoribus approbatam inibi, quam communem ſequitur, citat, & non nihil declarat Deci. in d. c. cùm ſpeciali nume. 27. cum aliis ſeq. {vbi declarat ſimiliter ipſe Dec. An omiſſa dicta citatione proceſſus ſit nullus. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *IVDEX citari debet per ſuperiorem ad tuendum honorem ſuum, vbi ageretur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam ipſi iudici, qui malè iudicauerit.*

OPINIO CCCCXIV.

1 IVDEX citari debet per ſuperiores ad tuendum honorem ſuum, ubicunque ageretur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam ipſi iudici, qui malè iudicauerit: ſecus uerò ſi tractaretur de reuocatione ſimplici ipſius ſententiæ: tunc quippè non foret citãdus. vt per Glo. in c. ſacro de ſenten. excommu. communiter approbatam ab omnibus Canoniſtis ibi: quã quidem communem inibi ſequitur, citat, & commendat Fely. col. 3. & Boerius in deciſio. 259. nume. 2. & ſeq. & Ioachimus in obſeruatione 82. variant Docto. centuria 3. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *IVDEX promittens impunitatem delinquenti ſi delictum confiteatur, non tenetur promiſſum ſeruare, licèt reus confiteatur; Imò ex tali confeſſione poteſt reum condemnare, & excuſatur non obſtante promiſſione.*

2 *Iudex ad inueſtigãdam ueritatem poteſt vti blanditijs, & cauillationibus, & ſimulare.*

3 *Pactum contra publicam utilitatem, etiam ſi iuramento vallatum ſit, non debet ſeruari.*

4 *Reus confitens ſub ſpe impunitatis non eſt puniendus, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret.*

5 *Reus non debet damnari per confeſſionem extortam ſpe promiſſionis impunitatis ſi eam reuocauerit, ſecus ſi in ea perſeueraret.*

OPINIO CCCCXV.

1 IVDEX promittens liberationẽ, impunitatemque delinquenti, ſi delictum cõfiteatur per delinquentẽ, iudex nõ tenetur huiuſmodi promiſſionem obſeruare, Imò ex tali confeſſione non obſtante promiſſione impunitatis eidem facta poteſt poſtea illum condemnare, & excuſatur. ſecũdum Prępoſi. Alexandri. & Domi. de Sanct. Gemi. in c. ſi quilibet, & in c. vtilem 22. q. 2. Fely. in c. accedens, il 2. vt lite non conteſt. & in c. afferte mihi gladium colũ. 2. de præſumpt. Domi. poſt Vguti. & Archidia. in c. nos in quemquam, in fi. 2. q. 1. per text. in c. vtilem, 22. queſt. 2. & iſtam ait eſſe communem opinionem Hierony. Cuchalon. in addi. ad Deci. in l. ea eſt natura ff. de reg. iuris, & Moder. in d. c. afferte mihi gladium. *Cõis opin.*

2 Quæ quippè communis ratione non caret. Nam iudex ad inueſtigandam veritatem poteſt vti cauillationibus, ac etiam ſimulare, vt probatur in d. c. afferte mihi, & in c. non enim volebat Deus. 22. q. 2. & propter vtilitatem publicam ad bonum finem permiſſa eſt ſimulatio. d. c. vtilem. Comprobatur quoque ſecundo loco, & fortius, videlicet, quòd in malis promiſsis non expedit fidem obſeruari, c. in malis promiſsis de reg. iur. libro 6.

3 Hinc eſt, quòd dicta pacta contra publicam vtili-

utilitatem, etiam ſi iuramento vallata ſint, minimè ſeruari debēt, vt dicit Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. & in l. 1. §. 1. de dolo. Tertiò comprobatur dicta communis, quòd non refert quo modo ueritas habeatur, dummodò habeatur, l. cùm ſeruus ff. de verbo. oblig. Poſtremò fulcitur iſta communis. Nam ſi licèt excoriare, torquere, & alia nonnulla in corpore hominis fieri pro ueritate habenda, tanto magis blanditijs, & bonis verbis, ſecundum Archidia. in d. c. vtilem, & alios in locis præcitatis; Imò iudex poteſt delatum de crimine ad pœnam damnare ex ſola cōfeſsione, quam ab eo promiſſa criminis impunitate extorſit, & de iure id permiſſum iudici eſſe abſque vllo peccato aſſeruerunt Archidia. in d. c. vtilem, Domi. poſt Archi. in d. c. nos in quemquam, Fely. in præcitatis locis, in c. afferte, & in c. accedens, Paris de Puteo in tracta. ſyndica cap. ſaluus conductus. fol. 95. & c. de tortura, verſic. Et aduertendum eſt, & Catelli. Cotta in ſuis memoralibus in memo. in verſ. Dolum bonum.

¶ In contrariam verò partem inclinauerunt complures Docto. videlicet, quòd iudex teneatur dictam promiſsionem, & fidem ſeruare, Iaco. de Belui. in ſua practi. crimi. in rubr. de quæſtio. vbi admonet iudices abſtinere à prædictis perſuaſionibus in ſpecie, ſed generaliter interrogēt quod crimen commiſerit, & ſenteutiam iſtam ſequitur etiam, & audacter fatetur eſſe ueriorem Deci. & Cagnol. nu. 20. cum aliis ſeq. in d. l. ea eſt natura, ubi Hierony. Cuchalon in addi. ad Deci. Grammati. poſt alios relatos per eum in q. 3. per totam, quæ reperitur in fine ſuarum deciſionū, & ita Ioan. de Imo. conſil. 109. viſa inquiſitione, & iſtam vltimam ſententiam videtur ſequutus fortunius in l. conuentionum col. 4. ff. de pact. in q. illa, An iudex, qui promiſſa impunitate criminis coegit à loco ſacro diſcedere, & ſecum ire delinquentem, teneatur ei fidem ſeruare, &c.

4 Sed in iſta ambiguitate, & in tot variis iuris interpretum ſententijs pro materia reſoluenda, vnum explicitè præmittendum eſt, quòd ex dicta confeſsione reus minimè puniendus eſt, niſi ſpe promiſsionis fruſtratus in ea perſeueret. tenent eleganter Ioan. de Imol. in dicto conſi. 109. Deci. in d. l. ea eſt natura, circa fin. & in l. vnica C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, nume. 25. Marſil. in l. 1. nume. 15. ff. de quæſtio. & in ſingu. 101. & 177. Alciatus in l. natura cauillationis. ff. de verborum ſignific. Grammati. in d. quæſtio. 3. Fortunius in d. l. conuentionum colum. 4. & ibi expreſsius Duarenus colum. 3. Iacob. de Belui. in allegata practi. crimin. in titu. de quæſtio. numero 140.

5 Vbicunque tamen criminis reus confeſsionem ita extortam reuocauerit, abſque aliquo dubio opinor non poſſe, nec debere ex ea damnari, & ita hanc vltimam opinionem veriorem eſſe arbitror, quæ placet Pari. de Puteo in tracta. ſyndica. in c. de tortura in verſ. Sequitur quæſtio quotidiana, fol. 120. col. 1. Sed ſi in confeſsione fruſtratus ſpe promiſsionis reus perſeuerauerit, damnari poterit ex mente omnium Docto. communiter, qui quæſtionem hanc tractauerunt; & ita opiniones ſupra relatæ ad concordiam reduci poſſunt. Cōe opi.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX interponens decretum ſuper alienatione rerum minoris, vel eccleſiæ, ſi aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem ei non creditur, licèt communis opinio in contrarium appareat.*

2 *Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletorium cauſa cognita non creditur: cùm abſque cauſæ cognitione deferre non poſſit.*

3 *Iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo ſequeſtratio fieri non poteſt, non creditur.*

4 *Iudicis aſſertioni, dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione ſtandum non eſt.*

5 *Iudici non creditur ſuper cauſa ſine qua actum facere non poteſt, in qua conſiſtat fundamentum ſuæ poteſtatis.*

6 *Alienatio rei minoris, vel eccleſiæ requirit neceſſariò cauſæ cognitionem.*

OPINIO CCCCVI.

1 IVDEX interponens decretum ſuper alienatione rerū minoris, vel eccleſiæ, aſſerēſque ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, proculdubio non adhibetur fides tali aſſertioni, ſecundū Pau. de Caſt. conſi. 3[illegible]. vol. 2. per l. ſi fortè ff. de caſt. pecu. & l. ſi donatione. C. de collatio. vbi latè Moder. & Paul. Caſt. ſequitur Deci. conſ. 556. col. 1. Marſil. in ſingu. 399. Rebuf. ſuper concorda. in titu. de concluſione Lateranen. Conci. col. 1. & Iaſ. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. col. 12. ff. de offi. procon.

2 Et comprobatur hoc ex eo, quod ſcribit Iaſ. in repeti. l. admonendi colum. 7. ff. de iureiurand. vbi dicit, quòd non creditur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita: cùm abſque cauſæ cognitione deferre non poſſit.

3 Corroboratur ſimiliter iſta doctrina Paul. de Caſt. per ea, quæ notat Ang. conſil. 107. in fi. vbi dicit, quòd non creditur iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſsionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo talis ſequeſtratio fieri non poteſt, & Ang. ſequitur Deci. conſil. 366. colum. pen.

4 Ad idem facit dictum Barto. in l. omnem C. ad Tertul. vbi ait, quòd non ſtatur ſoli aſſertioni iudicis dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cogni-

cognitione: quod dictum pro notabili refert, & ſequitur Iaſ.in conſil.149.col.3. volu. 2. Et alibi ſcribit Deci. in c. quæ in eccleſiarum colum. 13. de conſtitutio.quòd nõ creditur iudici ſuper cauſa,ſine qua actum facere non poteſt, in qua fundamentum ſuę poteſtatis conſiſtit.

5 Præterea præcitatum dictum Paul.de Caſt. in d.conſil. 38. ſequitur etiam Felyn. in c. Eccleſia Sanctę Mariæ col.8.de conſti.

¶ Sed contra Paul.de Caſt.in d.conſil.38.aſſerit audacter eſſe communem opinionem Soci. conſil.115.circa primam quęſtionem uolu. 1. & contra Paul. de Caſt. tenẽt etiam Moder. omnes in c.quoniam contra de probat.Alex. in l. ſciendum colum.7.ff.de verbo. obliga. à qua quidem communi contra Paul. temerarium foret diſcedere in actu practico. *Cõis opin.*

6 Retenta igitur iſta communi, ac pariformiter reprobata opinione Paul.prout de iure reprobari poteſt,dic vtiliter, quòd in alienatione rei minoris, vel eccleſiæ requiritur cauſæ cognitio, proptereà iudex antequàm interponat decretum ſuper dicta alienatione, debet adhibere cauſæ cognitionem,vt voluit Ang.&alij Scriben.communiter in l.2. ff. de fer. ſecundum Moder. inibi, & Iaffredum in deciſio.353. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *IVDEX habet arbitrium imponendi pœnam,quotieſcunque à iure non reperitur limitata.*

2 *Iudex, quando non appareat limitata pœna à lege, poteſt extendere arbitrium ſuum vſque ad pœnam mortis incluſiuè.*

3 *Iudex non poteſt arbitrari de pœna mortis, aut de alia pœna ſanguinis,niſi concurrentibus qualitatibus, & circumſtantijs,quæ ſuaderent talem pœnam imponi cõſideratis qualitatibus facti, & perſonarum: aliàs ab eius arbitrio appellari poteſt.*

OPINIO CCCCXVII.

1 IVDICIS arbitrio debet pœna imponi,quotieſcunq; de iure communi non reperitur pœna à lege limitata.l.1.§. effractores. ff.de effracto. l. ſanctio legum. ff. de pœnis, not. per Gloſ.in c.ſuper his,in verſi. Arbitrium ext.de accuſat.& not. per Alberi. & alios in l. quid ergo §. pœna grauior ff.de his,qui notan.infa.

2 Et iſto caſu quando pœna eſt arbitraria, poteſt extendi arbitrium ad mortem,& per conſequens iudex poteſt arbitrari pœnam mortis, vt per Glo.in §. in ſumma inſtitu.de iniuriis,quam ſequitur Bar.& Ang.in l.ſacrilegi capite.ff.ad legem Iuliam pecul.Alex.conſi.5.colum.fin. & cõſilio 72. col. 2. Signorolus de Homodeis conſilio 170.Marſil.in l.de minore in princ.ff.de quæſtio. & Salyce.in rubrica C.eod.titu.vbi ſupponit dictam Gloſ.communiter approbari,& iſtam communem citat etiam Maranta in tracta. iudiciorum in 4.par.prin.nu.43.cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

3 Iſta uerò omnia intellige cum grano ſalis,videlicet, quòd non licet iudici arbitrari de pœna mortis,aut alia pœna ſanguinis,niſi quando concurrerent qualitates,& circumſtantiæ,quę ſuaderent talem pœnam imponi,vt per Io.de Imol. in c.vt inquiſitionis de hæreti.in 6. & in l.2.ff de publi.iudi.diſtinguendo vt ibi per eum,& in quãtum hoc deſiderat criminis magnitudo, ſecundum Bald.in l.1.in fi.C.de his,qui latro. vel in alie.crim.reos occult.Nam iudex tenetur attendere facti,& perſonarum qualitatem,& ſi iudex nõ ſuadentibus præmiſsis arbitrium extenderet imponendo pœnam ſanguinis, poſſet ab eius arbitrio appellari,vt per Docto.in d.c.ſuper his,Are. in d.§.in ſumma,& Marſil.in l. quęſtionis modũ. ff.de quæſtio.& in practi.crim. in §.conſtante nume.8.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX non poteſt motu proprio ad priuatam utilitatem officium ſuum impartiri, niſi imploranti.*

2 *Iudex non ſupplet de facto,ſed de iure tantùm.*

3 *Statutum diſponens,quòd iudex debeat terminare cauſas infra certum tempus, intelligitur ſi pars petierit.*

4 *Cautio vt prę ſtari debeat virtute iuris communis, vel municipalis,aliàs quis non audiatur, intelligitur ſi petita ſit.*

5 *Vſufructuarius omnium bonorum ſi non præſtiterit cautionem de vtendo arbitrio boni viri facit fructus ſuos,ſi petita non ſit.*

6 *Debitor præueniens creditorem ad effectum impediendi repręſentationem inſtrumenti non auditur, niſi pręſtita prius cautione per ipſum de ſoluendo debitum, et pœnam, & de ſe repręſentando perſonaliter tempore publicationis,etiam quòd cautio non ſit petita.*

7 *Statutum quòd iudex debeat ferre ſententiam ſecundum conſilium ſapientis, intelligitur ſi illud petierit pars.*

8 *Cautio quia non petitur à parte vigore ſtatuti requirẽtis cautionem ab appellante,omiſſa non vitiat appellationem.*

9 *Iudex in cauſis pijs,& in cauſis pupillorum tenetur officium ſuum etiam non petitum impartiri.*

10 *Iudex abſentibus ex legitima cauſa poteſt officium ſuum non petitum impartiri, & nouas probationes inducere; ſecus verò ſi non eſt legitima abſentia.*

11 *Iudex ex officio ne fruſtra laboret, & faciat iudicium fruſtratorium, & ferat ſententiam nullam,tanquam latam cum falſo procuratore,poteſt compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato ſi dubitatur de mandato,ſecundum communem opinionem, licet ſententia contraria ſit ſimiliter communis.*

12 *Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi quandocunque etiam poſt litem conteſtatam, & latam ſentẽtiã.*

13 Ex-

13 *Exceptio quęcunque reddens iudicium nullum poteſt op poni quandocunque etiam poſt latam ſententiam.*

14 *Iudex ex mero officio poteſt partibus dare, concedere, ac præfigere terminum ad producendum, & examinandum teſtes, dummodò iſtud ex iuſta cauſa faciat.*

15 *Iudex ex iuſta cauſa poteſt abreuiare omnem iuris terminum.*

16 *Iudex ex officio non poteſt impartiri officium ſuum, vbicunque præſcriptio, compenſatio, notorium præſumptio, ignorantia, diuturna præſtatio, dominium præſumptum, exceptio quando ineſt actioni, reſtitutio in integrum, & alia ſimilia iura per actorem, vel reum in iudicio allegari prætermittuntur.*

17 *Iudex ſuper non petitis iudicare non poteſt.*

OPINIO CCCCXVIII.

1 IVDEX non poteſt motu ꝓprio officium ſuũ ad priuatam vtilitatẽ impartiri, niſi implorãti. ſecundum Innoc. in c. ad noſtram, il 2. de iureiuran. & in c. in literis de reſtitutio. ſpoliato. Anto. in capitulo primo, in 1. oppoſitio. de libell. oblatio. & in cap. ſollicitè. de reſtitu. ſpoliat. Barto. & alios in l. dies §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect. ubi nu. 37. & ſeq. ſcribit iſtam eſſe communẽ opin. quã ſequitur Ioan. Bapt. Ferrettus conſil. 42. num. 5. vol. 1. Nouellus in ſua practi. crim. in rubr. incip. datis defenſionibus, nume. 84. & ſeq. & in tracta. ad defenſam ſuper rub. exordiente, ſolet communi ſententia, nume. 3. & Auguſtinus Berous in c. 1. nume. 40. de iudiciis. *Cõis opin.*

2 Et fundatur dicta communis ſuper illo dicto, quòd iudex non ſupplet de facto, ſed de iure tantum, vt habetur in toto titu. C. vt quæ deſunt aduoca. & not. per Glo. in c. bona de poſtul. prælato. & ita voluit Bart. in d. §. hoc autem iudiciũ, per l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præſid. & ita declarat Ant. in d. c. ſollicitè, & in c. 1. de libel. oblat.

3 Comprobatur ſecundo loco dicta communis: nam pari modo videmus, quòd ſtante ſtatuto, quòd iudex teneatur cauſas terminare infra certum tempus ſub pœna. hoc ſanè intelligitur, ſi pars petierit. ſecundum Butri. & Abb. in c. penult. colum. pen. de iud. Calderi. conſil. 3. de pœnis, Paul. de Caſt. Alexan. & Iaſ. in l. properandũ in princ. C. de iud. & in l. vniuerſa C. de preci. Imperato. offeren. colum. 2. Beroum in c. licèt cauſam nume. 71. cum aliis ſequen. de probatio. vbi refert, & determinat alios caſus ſimiles, & Riminal. conſil. 535. nu. 9.

4 Roboratur etiam, quòd ſtatutum, ſeu lex diſponens, vt quis teneatur cauere in aliquo actu: aliàs non audiatur, intelligeretur ſi huiuſmodi cautio petita eſſet, ſecundum Bal. in l. qui crimẽ. col. 2. C. qui accuſa. non poſſ. Aret. conſi. 136. Caſtren. nume. 6. & Iaſ. in l. vniuerſa, C. de preci. Imperat. offer. Campegium in tract. quòd ſtatibus maſculis q. 58. nume. 234. cum aliis ſequen. Deci. qui ita conſuluit conſil. 607. nume. 2. & ſeq. & nume. 7.

5 Vbi concludit vſufructuarium omnium bonorum non præſtita cautione de vtendo arbitrio boni viri facere fructus ſuos, caſu quo ipſa fideiuſſio petita non reperiatur, & opinionem iſtorum ſequuntur Marinus Freccia, in tracta. de repreſentatione inſtrumenti ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ in 9. part. q. 3. num. 6. & Prudentiſsimus D. Carauita in ritu 189. Item quòd quando contingerit, nu. 5. cum aliis ſeq.

6 Vbi firmat contrarium in caſu pragmaticæ, Malitiis hominum, diſponentis debitorem pręueniendo creditorem ad effectum impediendi repręſentationem inſtrumenti ſecundum formam dicti ritus non poſſe audiri, niſi præſtita cautione per eum prius, & ante omnia de ſoluendo debitum in caſu ſuccumbentię, & vncias decem pro pœna, & de ſe repręſentando perſonaliter in carceribus tempore publicationis in cauſa, ꝙ ob omiſsionem talis fideiuſsionis primùm, & ante omnia etiam aliter non petita præueniendo nulla eſſet, & quòd ea non obſtante ita nulliter facta poſſet procedi ad liquidationem ipſius inſtrumenti, & profert vtile quippè verbum ibi, ꝙ ita in practica obſeruatur in Regno, prout & nos ſemper vidimus obſeruari: quia text. d. pragma. Malitiis hominum eſt clarus, & requirit pro forma ipſam cautionem.

7 Comprobatur vlterius, ſi ex ſtatuto iudex ferre ſententiam tenetur ſecundum conſilium ſapientis, & aliter lata non valeat, intelligitur ſi pars conſilium petierit. ſecundum Butr. in d. c. 2. de iud. ſequitur Alexan. conſi. 121. col. fin. vol. 2. & Iaſ. in d. l. vniuerſa.

¶ Corroboratur poſtremò iſta communis in iudice, qui teneatur infra certum tempus cauſam committere: nam intelligitur ſi petitum fuerit. ſecundum Ang. conſil. 140. quę omnia fundãtur in regula d. §. hoc autem iudicium.

8 Confirmatur etiam vbicunque vigeret ſtatutum diſponens appellationem nullatenus valere, niſi præſtita prius cautione per appellantẽ: vt tunc omiſsio fideiuſsionis non vitiet appellationem ipſam, niſi peteretur cautio antedicta à parte, vt deciſum extitit in camera imperiali per doctrinam Paul. de Caſt. in l. peto. §. frater in fin. ff. de leg. 2. teſte Ioachimo in obſeruatiõe 6. etiã ſi ſtatutum, centuria 1.

¶ Sed crederem talem deciſionem non poſſe de iure ſubſiſtere. Nam ſtatutum requirens aliquid pro forma ſubſtantiali: ob eius omiſsionem quippè tunc, & inobſeruantiam eſt ipſo iure nullum, quicquid aliter factum fuit. ſecundum notata per Alexan. & alios communiter in l. 1. ff. de libe. & poſthu. Imò ſtante diſpoſitione huiuſmodi ſtatuti tradentis formam, & modum ſpecificum, *Cõis opin.*

& ex-

& expreſſum agendi, partes non poſſunt renunciare, nec conſentire quòd aliter fieri poſsit, vt habetur per Abb. & alios communiter in c. dilecto de præben. & ibi Anto. & Ioan. poſt Gloſſ. in verſi. Clauſula, & per Imol. in l. ex facto in princ. ff. de vulga. & pupilla. per Alexan. in d. l. 1. & latè per Fely. in c. cùm acceſsiſſent in uerſ. Tertia declaratio de conſtitut. & in capit. cùm dilecta de reſcript. *Cõis opin.*

9 Et iſta communis ita corroborata fallit primùm in cauſis piis, in quibus iudex tenetur ſupplere, & officium ſuum non petitum impartiri. facit l. qui erat hæres circa princ. ff. famil. erciſcun. & §. ſi autem hæres in authen. de eccle. titu. vbi hæres ex prouiſione, & officio Epiſcopi cogitur ſoluere legata pia omni falcidia vacante, & limitationem iſtam ſequuntur, & tenent Bar. & cõmuniter Legiſtæ in d. §. hoc autem iudicium, Anto. de Butr. in c. bonę, il 2. de poſtul. prelato. & Berous. in c. ſollicite, nume. 10. de reſtitu. ſpoliato. & Grauet. conſ. 190. quod in præſenti cauſa ſit deponenda puella, nume. 10. vbi nume. 8. & ſeq. ampliat hoc procedere etiam in cauſis pupillorum, vt ad eorum vtilitatem in aliquibus caſibus inibi poſitis per eũ, iudex ex officio ſupplere queat pro ipſis pupillis: prout alterum quippè caſum ponit etiam Rota Pedemontana deciſio. 89. cùm mater vidua, nume. 9. vt iudex in citatione infantis ex officio ſupplere poſsit. *Cõis opin.*

10 Fallit ſecundo loco in abſentibus, pro quibus iudex ex officio poteſt officium nõ imploratum impartiri, & nouas probationes inducere, vt l. ampliorem. §. i. C. de appellatio. & auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, & ita concludunt omnes Canoniſtæ communiter in d. c. bonæ. & in c. iudicantem 30. quæſtio. vltima, & Legiſtæ in d. §. hoc autem iudicium, & iſtam communem ſequitur celebrat, & citat Ripa ibi, nume. 74. & ſeq. *Cõis opin.*

¶ Quæ quidem procedit, ſecundum Barto. in d. §. hoc autem iudicium, in caſibus, in quibus iudex poſsit peruenire ad ſententiam diffinitiuã: aliàs ſecus; ideoque lite nondum conteſtata iudex non poſſet ſupplere pro abſentibus.

¶ Procedit quoque dicta communis in abſentia legitima; Vndè ſi abſentia litigantis nõ eſſet legitima, vtique iudex non poſſet officium ſuum non imploratum impartiri, vt per Bal. in d. l. ampliorem §. 1.

11 Tertiò coarctatur dicta communis non procedere, quando iudex opponeret contra inhabilitatem perſonæ comparentis in iudicio: tunc enim iudex ex ſuo officio ne fruſtra laboret, & faciat iudicium fruſtratorium, & ferat ſententiam nullam, tanquam latam cum falſo procuratore poteſt compellere procuratorem ad exhibendũ mandatum, vel ad cauendum de rato, ſi dubitatur de mandato, ſecundum Glo. in c. 1. in verſic. Abſentia de electio. lib. 6. aliàs autem poterit eũ repellere à limine iudicij, etiam ſi non opponatur, quam Glo. ſequitur Bal. in l. licèt, C. de procurato. & in l. exceptionem C. de probatio. in authen. offeratur C. de litis conteſta. & in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoca. Ange. in l. Pomponius §. rati habitio, ff. de procurato. Panor. in c. cauſam quæ, il 1. nu. 3. de iudic. & in c. eccleſia, il 1. vt lit. penden. in cap. 1. & in c. nulli de appellatio. Anto. de But. & ibi Barba. in c. cùm M. de conſtit. Paul. de Caſt. & Roma. in l. inter quos §. fin ff. de damno infecto, Salyc. & Alexan. in d. l. licèt, Domini. de Sancto Geminia. in d. c. cauſam quæ, Barbatius conſil. 36. illud in fin. & conſ. ſeq. col. 3. volu. 1. & conſ. 7. ſapienter colum. pen. vol. 2. Alex. conſil. 77. viſis dubitationibus, nume. 20. vol. 3. Caſſa. conſil. 68. viſis, nume. 38. & Grammati. conſi. ciuili 95. nu. 36.

¶ Contra verò Gloſ. prædictam eſt text. expreſſus, ſecundum Barto. lecturam ibi in dicta l. inter quos §. fin. vbi tenet, quòd iudex ex officio non poteſt opponere contra inhabilitatem perſonæ comparentis in iudicio; Et ideò Io. de Imol. in d. §. fin. nu. 9. reprobat illam Gloſſ. & in c. cùm in iure peritus de offic. deleg. quia iudex, ſecundum eum non debet impartiri officium ſuum non poſtulatum, d. §. hoc autem iudicium, & q. a in caſu pręcitatæ Glo. iudicium non erit fruſtratorium: cùm exequutio fieri poſsit contra falſum procuratorem, vt in l. Plautius ff. de procurato. & in l. ſi ſe non obtulit ff. de re iud. Glo. in d. l. licèt in Glo. fin. & dictam Gloſ. in allegato c. 1. de electio. aſſerit audacter Fely. in d. c. cauſam quę nu. 1. communiter reprobari per Doct. *Cõis opin.*

¶ Cæterum his parum obſtantibus, & aliis, quæ contra Glo. illam allegãtur, ſequor omiſſo multiloquio, & omni diſputatione opinionem d. Glo. in d. c. 1. de electio. tanquam magis communem, quam expreſsè ſequitur Deci. in d. c. cauſam quæ nume. 2. & 13. vbi dicit d. Gloſ. magis communiter approbari, ſequitur etiam Roma. conſil. 67. viſo themate, ſub nu. 5. conſil. 69. viſo quæſtionis themate, nume. 11. & conſ. 224. viſa captura, nume. 5. Gomeſi. in regu. de anna. quæſtio. 4. nu. 7. Marſil. in practi. crimi. §. ſequens, ſub nume. 36. & conſi. 16. inclina, nu. 37. & ſeq. Ripa. in d. §. hoc autem iudicium, nume. 49. vbi refert in iudicando, & conſulendo non eſſe ab opinione Gloſ. prædictę recedendum: cùm ſit magis cõmuniter approbata, & Iacobinus de Sanct. Georgio in d. c. licèt nu. 9. & Berous. in c. 1. num. 58. de iudi. & in c. 1. nume. 1. cum aliis ſeq. de accuſat. vbi optima diſtinctione conatur opiniones iſtas concordare. *Cõis opin.*

12 Et dato, quòd ſententia in caſu præmiſſo eſſet lata cum falſo procuratore per partem, exceptio falſi procuratoris poſſet opponi quandocunque, etiam poſt litem conteſtatam, & latam ſententiam, vt per Gloſ. in l. licèt C. de procurator. communiter approbatam ibi ab omnibus, & paſſim ab aliis Doct. iuris noſtri. *Cõis opin.*

13 Quia non ſolùm iſthæc exceptio, ſed etiam omnis

omnis alia exceptio, quę redderet iudicium retro nullum, poſſet opponi quandocunque etiam poſt ſententiam, ſecundum Doctor. communiter in cap. in noſtra ext. de procurat. & iſtam ſequuntur Moder. & atteſtantur inibi, & Grammati in voto 18. nu. 5. *Cōis opin.*

14 Interpretatur vlterius dicta cōmunis, quòd iudex ex mero officio partibus poteſt dare concedere, ac præfigere terminum ad producendos, & examinandos teſtes, c. licèt cauſam de probat. vbi Abb. hoc expreſsè firmauit, & in c. finem litibus in 1. nota. de dolo, & contuma. Bar. in l. 1. in 2. nota. de dilatio. & Alex. in d. §. hoc autem iudicium, vbi refert iſtam ſententiam eſſe communem, dūmodò iudex iſtud ex cauſa iuſta faciat. verbi gratia, ex negligentia litigantium, præcipueque actoris, cui in primis onus probandi incumbit, l. ei, qui, ff. de probatio. *Cōis opin.*

15 Et ſimiliter iudex ex iuſta cauſa poteſt omnem iuris terminum abreuiare, ſecundum Bart. in l. 2. ff. de re iud.

¶ Limitatur quoque, & ampliatur prædicta communis regula in multis aliis caſibus per Soci. in tract. fallentiarum in regu. 197. & in regula 200. per Ripam, in d. §. hoc autem iudicium, & Auguſti. Beroum. in d. c. ſollicitè, nu. 7. cum ſex aliis ſeq. quos omitto breuitati ſtudendo.

16 Poſtremò iudex ipſe ex ſuo officio ſupplere exceptionem poſſet etiam, vbicunque non foret oppoſita exceptio, quando ineſt ipſi actioni, vt verbi gratia in pactis incontinenti appoſitis, vt concedunt Barto. in l. lecta ff. ſi cert. peta. & in l. ſi vnus §. pactus ff. de pact. & alij communiter in allegatis locis. Secus autem foret, quando non ineſſet exceptio, ſed veniret extrinſecus, vt in pactis appoſitis ex interuallo, vel in exceptionibus procedentibus, ſcaturientibuſque ex alia ęquitate, vt firmat Barto. in locis præmemoratis, & Alexan. in l. eum qui §. qui ita ff. de verbo. oblig. & in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoca. vbi refert Doct. contrarię ſententiæ, & ita deciſum vidi hiſce oculis, pluribus quippè vicibus annis ſuperioribus in Sacro Regio Concilio Neapolitano in variis, diuerſiſque cauſis, vt nunquam prouiderit ex officio, vbi aliquod ius per partes ex incuria ad earum fauorem prætermiſſum fuerit, prout hoc idem deciſum reperio in Senatu Delphinali, atteſtante Guid. Papæ deciſio. 221. Item dicta die, ꝙ neceſſariò prę̄ſcriptio opponi debeat: aliàs prætermittens eam opponere excluditur à deſiderio ſuo, vbi refert etiam quamplurimos caſus ſimiles, in quibus aliquid ad fauorem actoris, vel rei procedens pretermiſſum, nihil releuare, nec operari, & Tiraquel. etiam in tract. de pręſcriptionibus §. 1. Glo. 2. verſic. Sed quęſtionis eſt, cum verſi. ſeq. *Cōis opin.*

17 Et de hoc quippè mirandum non eſt: ſiquidem iudex de his, quę petita non ſunt iudicare nequit, l. fin. C. de fideicom. liber. & notat Alexā. conſi. 163. viſo proceſſu inter Dominam Franciſcam vxorem, nume. 5. vol. 2. Berous conſ. 89. viſo puncto mihi exhibito, nume. 27. vol. 1. vbi hoc ampliat, & Grauet. conſil. 271. verba ſtatuti Saluiani, nume. 6. vbi firmat etiam per textum in l. fi. §. fi. & per notata ibi per Doct. ff. de cond. inde. quòd iudex non poteſt in integrum reſtituere, cum in integrum reſtitutio petita non eſt, & hoc idem firmauit ante eum Alexā. in d. conſil. 163. nume. 5. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX condemnans aliquem in aliqua parte, non videtur à contrario ſenſu in alia parte abſoluere; non valet enim conſequentia iudex condemnat aliquem in vna parte, ergo in alia abſoluit: quia datur medium.*

2 *Sententia lata ſuper vna parte eſt nulla, quia debet ferri ſuper toto.*

3 *Sententia in qua iudex dicat victum victori in expenſis, nec adijciat, condemnantes, non valet reſpectu expenſarum, quaſi non continens condemnationem, abſolutionem, ſeu æquipollens, niſi in ſententia ſint illa verba, &c. quæ inducunt omne, quòd venit de natura actus.*

OPINIO CCCCXIX.

1 IVDEX condemnans victum victori in aliqua parte, non videtur à contrario ſenſu in alia parte abſoluere. ſecundum Abb. eleganter in c. cùm inter col. 5. & ſeq. de re iud. Corne. conſil. 49. videtur in hac, volu. 2. vbi concludit non valere conſequentiam, iudex condemnat aliquem in vna parte, ergo in alia abſoluit: quia datur medium. vt per Deci. in c. ſi duobus de appellat. Gozadi. conſil. 1. Primò diſcutiam col. 2.

2 Et ideò ſententia erit nulla: quia non lata ſuper toto, l. hoc iudicio. ff. famil. erciſc. l. dicere. ff. de arbit. Glo. in l. 1. C. ſi aduer. uend. & latè explicat Corne. in d. conſi. 49. & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. in l. 1. ff. de offic. eius. & ita cum iſta opinione reſidebat Illuſtris D. Ranaldus Ridolhus Peruſinus pręceptor meus, ſed per nonnullas alias rationes hic non explicitas, dum publicè interpretabatur Peruſij d. l. 1. *Cōis opin.*

3 Ponoque in præſentiarum, & alium caſum, videlicet. Si iudex in ſentētia dicat victum victori in expenſis, nec adiiciat condemnantes: tunc nō valet iſta ſententia reſpectu expenſarum, quaſi non continēs condemnationem, abſolutionem, ſeù æquipollens, ſecundum Barto. in l. preces, C. de ſenten. cui aſſentitur Bald. in l. errore. de teſtamen. Roma. & Nicellus in l. 1. ff. de re iudi. Iaſ. in §. curare, nume. 55. inſtitu. de actio. vbi multa refert pro vtraque parte.

¶ In contrariam verò ſententiam titubanter incli-

inclinauit idem Barto.in l.1.§.ſin autem.ff.de hæred.inſtit.Fely.multos Doct.citans in c.ex parte de fide inſtrumen.& Ripa in l.1.nume.22.in fin. ff.de re iud. & iſtam opinionem conabatur poſt Roma.in d.l.1.ff.de re iud.concordare, ac ſaluare præcitatus D. meus Ranaldus Ridolfius in d.l.1. videlicet, ſi forent in ſententia adiecta illa verba,&c.quę inducunt omne, quod venit de natura actus,iuxta tradita per Barto.& alios in l.Gallus §.idem credendum,ff.de liber.& poſthu.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX domicilij, ſeu originis non poteſt cognoſcere de delicto commiſſo per ſubditum ſuum extra territorium, ut infra latius explanatur ſub nume.5.*

2 *Statutum diſponens iudicem de delictis procedere poſſe per inquiſitionem, intelligitur de commiſſis in territorio,& non extra.*

3 *Iudex habens delinquentem in carceribus tenetur remittere cum ad iudicem loci commiſſi delicti.*

4 *Abſolutus, vel condemnatus in loco domicilij non probibetur accuſari in loco delicti: ſecus verò quando eſt abſolutus in loco delicti.*

5 *Sententia condemnatoria poſtquàm eſt ſoluta habet vim ſententiæ abſolutorię.*

6 *Fur pro furto alibi commiſſo poteſt capi, & puniri in loco, ad quem cum furto aufugit, licèt ibi non ſit furatus.*

7 *Iudex originis punire poteſt ſubditum de crimine commiſſo per eum extra territorium, quando delictum reperiretur patratum à ſubdito contra ſubditum,& procederetur per viam accuſationis,& quarelæ,& de iure communi.*

OPINIO CCCCXX.

1 IVDEX domicilij,ſeu originis, non poteſt cognoſcere, nec inquirere de delicto cõmiſſo per ſubditum ſuũ extra territorium, ſecundum Doctores antiquos, & præſertim Bartol. numer. 48.& Oldra. in l. cunctos.populos C. de ſumma Trini. & fide catho.Iacob. de Belui. in l.fin.de iuriſdict. omnium iud.& ibi Guid.de Cu.Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de comp.iud.addi.§.1.in add.antequam exeamus,Bal.in l.1.C.de ædil.actio. Salyc.in l.ſeruos.C.ad legem Iul de vi, Alberi.in tracta.de ſtatutis in 3.part.quæſtio.19.ſeu 36.& hoc plenè traditur per Legiſtas in d.l.fi. & per Gratũ in conſ.74.viſis, ac cõſideratis elegantiſsimis dubiis,nu.21.vol.2.& per Canoniſtas omnes, præſertimq; per Maria.Soci.in c.fin. de foro compet. & iſta eſt magis communis opinio, atteſtante Soci.in l.à Diuo Pio.§.ſententiam Romæ,nu.16.ff. de re iud.Ang.Aret.conſi.58.nume.2.uol.2.con ſil.crimi.diuer.Pariſi.conſil.159.nume.7.uolu.4.

Cõis opin.

& Marſil.in practi.crimi. in §.conſtante, numero 90.& Grammat.in deciſio.26.nume.9.& 11. & aliàs in contingentia facti ita fuit deciſum in Sacro Regio Cõcilio Neapolitano, vt refert Grãmati.in allegata deciſio.26.vbi concludit, quòd per magnam Curiam Vicariæ fuit remiſſus reus ad locum delicti, & pronunciatum iudicem domicilij non poſſe inquirere de delicto alibi commiſſo,& ita obſeruatur etiam in ſtatu Mediolanẽſi,atteſtante Claro in pract.crim. in §.crim.& ſic denique doctiſsimè cõſuluerunt Ioan. Riminal. conſ.32.nume.20.vol.1.& Rolan.à Valle conſil. 19.quęſtio iſta,num.8.cum aliis ſeq.vol.2.Et iſta communis non modò procedit de iure ciuili, verùm etiam canonico,ſecundum Bal.in l.1.§.2. colum.penult.ff.de offic. præfect. urbis: quem ſequitur Auguſti.de Arimi.in addi ad Ang. de maleſi.in uerb. hæc eſt quædam inquiſitio fol.8.& Marſil.in d.l.fi.nu.140.

2 Et ita interpretandũ erit ſtatutum diſponẽs iudicem poſſe de delictis procedere per inquiſitionem:nam intelligitur de illis cõmiſsis in territorio,non extra,ſecundum Bal.in d.l. cunctos populos col.30.Alex.conſ.3.ponderatis vol.1.Iaffredum in deciſio.100.& Ruinum conſ.84.numero 9.vol.4.& quamplurima ad id adducit Marſil.in d.l.fin.nu.135.cum aliis ſeq. in pract.crimi. in verb.conſtante,nume.90.& ſeq.& in conſ.14. in præſenti nume.9.& ſeq.in conſ.64.nume.63. & ſeq.conſ.121.in cauſa nume.1.& iſta communis corroboratur ratione hac: quia dicitur iudex incompetens ratione delicti extra territorium ſuum commiſsi.

3 Imò hoc caſu ſi iudex ille habet reum in carceribus ſuis teneretur eundem remittere ad iudicem loci commiſsi delicti, vt ſentit Glo.in Cle.paſtoralis de re iud.& not. omnes Scriben. in auth. qua in prouincia.C.vbi de crim.agi.opor.

4 Quin etiam ſecundum Bald. in l. exequutorem,condemnatus, vel abſolutus in loco domicilij,non prohibetur accuſari in loco delicti, vtpote quia de iure locus delicti eſt principalis locus, in quo punitio fieri debet:nam ad eum iudex domicilij remiſsionem facere tenetur, dato quòd ipſe in cognitione præueniſſet,auth. ſi verò criminis, & in corpore,vnde ſumitur. C. de adulte.l.ſi cui. §.fin.ff.eod.titu.& habetur in d.Clemen. paſtoralis: ſecus quando eſſet data ſententia abſolutoria pro accuſato, vel inquiſito per iudicem delicti: tunc exploratum eſt de eodem delicto non poſſe amplius quæri coram iudice originis. l. hos accuſare.§.iiſdem de accuſatio.& c.de his eod. titu.& iſta potiſsimum ratione: ſiquidem quando quis eſt condemnatus in vno loco, & facta eſt executio, vt quia pœna ſit ſoluta, non poteſt amplius contra eum de eodem delicto per alium iudicem procedi. Nam de delicto eiuſdem hominis non debet pluries quæri.l.licèt §. poſſumus.ff.nau.caupo.ſtabula.& ita ſentit Bartol. in l.ſepulchri.

5 Sicut ergò accuſatus, qui ſoluit, non poteſt in alio foro accuſari, ita etiam ſi ſit abſolutus in vno tribunali, quando ſententia condemnatoria poſtquam eſt ſoluta habet vim ſententiæ abſolutoriæ. l. ſi quis cùm totum. §. plane de except. rei iudi. Et iſta non tantùm procedunt, quando quis principaliter fuit accuſatus, ſed ſi contra illum ét fuit proceſſum per viam inquiſitionis, ſecūdum Cōis opin. Anto. de Butr. Abb. & alios communiter in c. de his. de accuſa. Innocen. in c. cùm dilectus, de electio. Barto. in d. §. iiſdem: quia ſecundum eum inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, per ea, quę habentur in l. 2. §. ſi pub. de adult. & de iſta communi atteſtatur expreſsè Ruinus in dicto conſ. 84. nume. 5. vol. 4. Suſtinetur quoque dicta communis alia viua ratione per Docto. relatos: quia reſpublica ſua non videtur offenſa ob delictum alibi commiſſum. Nam etiam iudex extra territorium ſuę iuriſdictionis nullum habet imperium, vt habetur in dicta l. fina. ff. de iuriſdict. omnium iudi. & in cap. fi. de foro competen. & in d. Clemē. paſtoralis, & habetur in l. fina. ff. de offic. præfect. urb.

¶ Et quamuis dicta communis de iure ciuili pariter, & canonico ſit veriſsima, tametſi ex generali conſuetudine totius Italiæ hodie approbata nō eſt facienda remiſsio rei ad locum delicti, ſecundum Barto. in d. l. ſepulchri de ſepulc. viola. & Alex. ibi in apoſtil. & in l. ſi cui circa finem. ff. de accuſatio. & latè Auguſti. Berous in c. de his, nume. 29. de accuſat. Boſsius in pract. crim. titu. de foro competen. vbi meminit inutiliter iſtam Cōis opin. eſſe communem ſententiam, & Cagnol. in d. l. fi. nu. 153. ff. de iur. om. iud.

¶ Sed aduerte ne erres: quia Doctores omnes dixerunt contrarium communiter, uidelicet delinquentem debere ad iudicem loci delicti remitti, non obſtante contraria conſuetudine, per text. in l. 1. vbi Bar. & Docto. C. vbi de crimi. agi, opor. & tenent hoc etiam Iacob. de Belui. & Angel. in §. ſi uerò quis compræhenſorum, in authē. vt nulli. iudi. collat. 9. Ioan. de Anania in c. 1. de rap. Glo. in d. Clemen. paſtoralis in ver. More, & ibi Ioan. de Imol. Ioan. Fabri, in authē. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. & Cyn. Bar. Bal. Saly. & Iaſ. in l. 1. C. de ſumma Trini. & Bal. conſi. 205. vol. 4. Cæpol. conſ. 59. Paul. de Caſtr. conſil. 307. de iure communi in nouis, Fely. in c. licèt ratione delicti colū. 4. de foro competen. Folleri. in pract. crimi. in ver. Audiantur excuſatores, in 1. par. 2. par. num. 80. & abundè Boeri. deciſ. 29.

6 Sed retenta communi opinione ſuperius relata, eam interpretor non procedere in fure: qui quidem ſi commiſit furtum Romæ, deinde cum re furtiua inuentus eſt in Ciuitate Aquilæ, vbi ſine aliquo dubio poteſt capi, & condemnari, etiā ſi ibi nihil poſsideat, ſecūdum Azo. in ſumma C. vbi, in rem actio, Barto. Fulgo. & Ange. in l. ſi abducta C. de furtis, & Barto. in l. ſi dominium, Bal. in l. vnica colum. 7. C. de confeſſ. & in cap. 1. §. ſi furtum de pace iuramen. firman. & Ang. Aret. in tract. maleficiorum in verſi. Et veſtem cœleſtem, verſi. Quid ſi fur, cum aliis congeſtis per Marſil. in d. l. fin. nu. 212. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Boeri. deciſio. 218. num. 2. & iſta eſt communis opinio, & Cōis opin. ſeruatur in practica, vt atteſtatur expreſsè Albe. de Roſa. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. fin. ff. de iudi. & in l. fin. C. vbi in rem actio, & Boeri. deciſio. 13. nume. 47. & in d. deciſio. 218. nume. 2. & ſeq. & ita in contingentia facti fuit votatum, & deciſum in ſacro Regio Concilio Neapolitano, vt meminit Capicius deciſio. 104. & fuit deciſum etiam, ſecūdum præmemoratam communem in ſacro Burdegalenſium Senatu, teſte Boerio in d. deciſ. 218. nume. 5.

¶ Duas alias verò opiniones huic communi contrarias recenſuit Boer. ibi: quas tanquàm inutiles breuitati ſtudendo omitto.

7 Claudicat etiam ſecundo loco eadem cōmunis in principio poſita, atque firmata, quòd licèt iudex originis punire nequeat ſubditum ſuū de crimine cōmiſſo per eum extra territorium: tamen vbicūq; delictum extitiſſet perpetratum à ſubdito contra ſubditum, quamuis extra territorium, & procederetur per viam accuſationis, & de iure communi, poſſet vtique tunc iudex ipſe originis ad querelam procedere, tanquàm competens in præſenti caſu ad puniendum delinquētem prędictum. vt eſt de mente omnium in d. l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. & in d. l. cunctos populos C. de ſumma Trini. & fid. catho. Boerij in deciſio. 270. ſub nu. 3. & Rolan. à Valle in d. conſ. 19. ſub nu. 20. Siquidem foret ſublata illa altercatio Doctorum in præſenti caſu, an per viam inquiſitionis procedi poſſet, de qua per Bart. Bal. & omnes alios in d. l. cunctos populos, & in c. vt animarum de conſt. Alex. conſ. 111. pōderatis vol. 1. & Marſil. conſ. 110. & in d. l. fin. col. 18. de iuriſd. omnium iud. & ita me patrocinante in practica quā plurimis quippè vicibus obſeruari vidimus.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ordinarius propter ſimplicem commiſſionem præſumitur delegatus; immò eſt verè delegatus, quando eius iuriſdictio eſt alterata.*

2 *Princeps ſi in commiſſione, quam facit iudici ordinario addit, vel minuit iuriſdictioni, facit eum delegatum. Et tunc iudex ordinarius conſtitutus delegatus non poteſt capere ſalarium, ſed pro percuntatione, & viſura proceſſus ſic.*

3 *Iudex ordinarius iudicans tanquàm delegatus, appellatur ab eius ſententia ad ſuperiorem, nec ipſa ſententia habet executionem paratam, ſicut ſententia principis delegantis.*

OPINIO CCCCXXI.

1 IVDEX ordinarius propter ſimplicem commiſsionem pręſumitur delegatus, ſecundum omnes Doctores Cōis opin. cōiter in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. quam comunē declarat Fely. in c. licèt de proba. & in

& in cap.eam te,colum.7.de reſcript.Imò hoc caſu ordinarius verè eſt delegatus, quando eius iuriſdictio eſt alterata,vt not. per Ang.in l. prima. §.ſi quis ſimpliciter.ff. de uerbo. obligatio. & ibi Alexand. Iaſo. nume. 5. & alij Moder.aſſerentes
Cõis opin. iſtam fore communem opinionem, & per eundem Iaſ.& alios in dicta l.ius ciuile,& Boer. deciſio.151.Vndè ſcias,quòd vbicunque aliquid additur, vel detrahitur primæ diſpoſitioni iudicis ordinarij,creatur noua diſpoſitio.d.l.1. §. ſi quis ſimpliciter,& d.l.ius ciuile.

2 Hinc dicebat Ange.& Docto.per illum text. in dicta l.ſi quis,quòd ſi Pontifex,vel Princeps in commiſsione,quam facit ordinario iudici,addit, vel minuit iuriſdictioni,facit eum delegatum:vtilitas tene menti perpetuò, & tenaciter, ex his redundat iſta:quia ordinarij non poſſunt capere ſalarium,c.ſtatutum §.penult.de reſcrip. libro 6. Sed iudex delegatus poteſt vtiq; capere ſpecies pro viſitatione,ſeu viſura proceſſus,d.cap. ſtatutum,& hoc tenent,& not.omnes Canoniſtæ com-
Cõis opin. muniter in cap. cùm ab omni ſpecie de vita, & hone.cleri.& Legiſtæ in l.ſolent.ff.de offic.præſid. & iſtam communem ſequuntur Moder. imbi, & citant,& Boeri.deciſio.15.nume.1.& ita conſuluit Anchara. conſil. 201. præmittendum eſt, quòd ſportulæ ſoluendæ ſint,& conſignandæ iudici ordinario, poſtquàm cauſa extitit ſibi ſpecialiter delegata, & quæ ad eius officium ſpectabat, & hoc explicabimus vberius,& clarius infra in Opinio.Sportulę.

3 Et ſimiliter redundat iſta alia vtilitas ex præcitatis, quòd quando iudicauit tanquàm delegatus,appellatur ad ſuperiorem. c.licèt in corrigendis de offic. ordi. & eſt text. magiſtralis in c.cùm aliquibus de reſcript.in 6. & ſic nulli dubium eſt ordinarium eiuſdem cauſæ (vt ſupra docuimus) poſſe conſtitui delegatum, vt eſt text.vltra relata in l. & ſi proter.ff.de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX in reſcripto datus ordinem, reſcripti ſequi tenetur,etiam ſi is iuri contrarius ſit.*
2 *Iudex datus in reſcripto non habet iuriſdictionem aliquam ante præſentationem ſui reſcripti.*

OPINIO CCCCXXII.

1 IVDICES in reſcriptis dati,ordinem in reſcriptis traditum ſequi tenentur, etiam ſi is iuri aduerſetur.c. cùm dilecta de reſcript.c.de cauſis de offic.dele-ga.iuncta l.nemo.C.de ſenten. & c.quoniam contra,de proba tio.& not.Doct.in rubr.de reſcript.

2 Sed iudex ipſe non habet iuriſdictionem aliquam ante præſentationem reſcripti, ſecundum communem opinionem omnium Docto. quam citat,& declarat Deci.in cap. ſuper eod. nume. 24. cum aliis ſequen. de appellatio. & Auguſti. Berous in dicto cap.de cauſis, nume. 22. cum aliis ſequentibus. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *OFFICIALIS condemnatus in ſyndicatu ob dolum commiſſum intuitu officij non poteſt appellare,ſed bene ſupplicare ſuperiori.*

OPINIO CCCCXXIII.

1 IVDEX, vel ſimilis officialis cõdemnatus in ſyndicatu ob dolum commiſſum intuitu officij,non poteſt appellare,vt per Iacob.But. Cyn.& Bar. & alios cõmuniter in l. nulli. C. quorum appell. & Specu.in §. in quibus in titu. de appellatio. & in Regno etiam ſententia promulgata contra officialem in ſyndicatu habet executionem paratam, & ob appellationem non retardatur exequutio ipſius ſententiæ,pręſtita cautione de reſtituendo in caſu retractationis per eum in cuius fauorem ſententia præmemorata exequuta fuerit, vt eſt text.in pragmatica 38. Regię dignitati.Sed vbicunque officialis iſte eſſet iniuſtè condemnatus in ſyndicatu de commiſsis, vel omiſsis in adminiſtratione officij, poteſt ſupplicare ad ſuperiores, & ſupplicatio non erit ſibi prohibita, ſicut appellatio.auth.quę ſupplicatio C.de preci.Impera.offeren.cum ibi not.per Doct.& ita ſeruatur in praxi in terris eccleſiæ,vt refert Grammati.alios citans in deciſio.35.nu.4. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX ordinarius de iure ciuili non poteſt eſſe arbiter,de iure verò canonico ſic.*
2 *Iudex ordinarius de iure ciuili poteſt eſſe arbitrator,vel amicabilis compoſitor.*
3 *Princeps poteſt eſſe arbiter, & partes compellere, vt in eum compromittant etiam tãquàm in arbitratorē.*
4 *Iudex poteſt compellere partes ad compromittendum ſtante diuturna,& intricata lite,& ambiguis probationibus.*

OPINIO CCCCXXIV.

1 IVDEX ordinarius regulariter de iure ciuili non poteſt eſſe arbiter,tex.eſt in l.prętor.ff.de tuto.& curato.datis ab his,&in l. ſed,& ſi ſeruũ.§.ſi quis iudex.ff. de arbi. vbi hoc tenuerunt conſtanter Bar.Bal A beri.& alij cõiter.Glo.& Alex. in l.1.§.& poſt operis in 1.notab.ff. de nou. oper. nũc.Hoſt.in ſumma de arb.in §.ſecundũ ver. Sed nunquid,Azo.in ſũma eo.tit.col.2.Lanfrã.in loco pręcitato, & Deci.in l.& ſi prætor 3.notab. ff. de offic.eius. Cõis opin.

¶ Iſta verò communis, aduerte, quia procedit de iure ciuili, ſed de iure pontificio reperitur ſancitum, ac diſpoſitum contrarium: quo quidem iure canonico iudex ordinarius poteſt eſſe arbiter, c. cùm tempore de arbit. & melior text. in cap. ex parte eod. titu. & hoc firmant Innocen. in c. innotuit, & in c. expoſita de arbit. Gloſ. in c. à iudicibus 2. q. 6. Gloſſ. Gemin. & Præpoſi. in §. ſed ſi quis iudex 3. q. 7. Ang. conſil. 218. viſa narratione facti prædicti, ac etiam viſo teſtamento colum. 1. Alex. in d. §. & poſt operis in 1. nota. Imol. Butr. Cardina. Henricus Boic in d. c. cùm tempore, vbi
Cõis opin. Abb. Imol. ſimul cum Cardi. aiunt iſtam eſſe cõmunem opinionem: & hoc idem tenet Barto. & alij in d. §. ſi quis iudex, & omnes Canoniſtæ in d. c. expoſita. Iſtarũ verò opinionũ ferè omnes Docto. prçallegati exprimunt ſeruandam eſſe quamlibet in foro ſuo: cùm in his non verſetur peccati cauſa, & vtraque ſeruari poteſt, ſecundum aſſer-
Cõis opin. tionem omnium Scribentium vtriuſque cenſuræ, & per not. in c. 1. de noui oper. nunc.

2 Sed prima opinio Cæſarea interpretatur primùm, quòd licèt non poſsit fieri compromiſſum in iudicem ordinarium, tamen poteſt committi cauſa tanquàm in arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, vt deducit Salyc. in l. ſi quis ex cõſenſu. C. de epiſco. audien. & ibi Odofre. Cyn. &
Cõis opin. Barto. & Bal. ac omnes communiter poſt Gloſ. in d. §. ſi quis iudex, licèt contrarium ſentiant, & malè Ia. de Rau. Pet. & Cy. vt refert Saly. vbi ſupra.

3 Secundò etiam claudicat dicta communis de iure ciuili in Principe, in quem poteſt compromitti ſimiliter, vt in arbitrum; & quòd plus eſt, poteſt partes compellere vt in eum compromittant, etiam tanquàm in arbitratorem, vt in c. cũ inter de electio. not. Cato in rub. ff. de arbit. Ioan. And. in c. venerabilem de elect. Alexan. in d. §. & poſt operis, nu. 7.

4 Imò iudex quoque poteſt compellere partes litigantes ad compromittendum ſtante diuturna, & intricata lite, & ambiguis probationibus, vt in terminis tenet Paul. de Caſt. in l. quidam exſtimauerunt, ff. ſi cert. peta. Abb. in c. fin. extr. de maiori. & obed. in 4. not. in c. cùm pridem, col. fi. de pact. & Dec. conſi. 125. col. 3. cum aliis, quæ latè congerit Fely. in rub. de treuga. & pace col. 2. & Deci. conſ. 445.

¶ Et hoc, quòd iudex cogere queat partes ad concordiam, vel tranſactionem procedit etiam ſi timeretur de rixa, & non aliter, vt efficax teſtimonium eſt Ange. in §. 1. colla. 9. in auth. vt liti. iur. Alex. in l. æquiſsimum de vſufru. & Bal. in l. cùm affirmes. C. de liber. cauſa: quia iudex non debet ſtudere ad concordiam, niſi ex vrgenti cauſa, ſecundum Bal. & Salyc. in l. tranſigere. C. de tranſact. & Alex. in d. l. æquiſsimum, & in l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. nou. nunciat.

¶ Et queadmodũ iudex ex cauſa poteſt cogere partes ad cõpromiſſum, & ad tranſactionẽ, ita pariformiter poſſet cogere partes ipſas ad pacẽ, ſi diu durauerit inimicitia inter eas. c. placuit 90. diſ. Ant. de But in c. de mutu. pe. Io. And. in addi. Spec. de pig. in §. ſequit verſ. Quid ſi timeo, & Alex. in l. qui bona §. ſi qs ff. de dam. infect. & in d. §. & poſt operis.

¶ Necnon iudex ipſe cogere ẽt poſſet partes ad pacẽ, ſi ex inimicitia reipublicæ poſſet ꝑiudiciũ inferri, teſte Bal. in d. l. cũ affirmes, & Bar. in l. furti §. qui iuſſu ff. de inſa. Sed hoc nunquã obſeruari, ꝓuideriq; vidi ꝑ iudices ordinarios, ẽt neceſſitate vrgente, uerũ potius per Principẽ: cũ Princeps ipſe inuitis partibus illas cogere queat ad pacẽ, vt cõcedit Alex. in l. quidã æſtimauerunt, ſi cer. pet. Ant. & Imo. in c. 1. de mutu. peti. & Ioã. And. in d. c. venerabilẽ de elect. & ita hiſce oculis obſeruari, & exequi uidim⁹ de ꝑſenti menſe Maij 1580. in patria mea Aquilæ, in qua, mediãte ſumma prudentia, & ſanctimonia Illuſtriſſ. & Excellẽtiſſ. Dñi Ioãnis Zunnichæ Principis Petrę Prætiæ, cõmendatoris maioris Caſtellarũ Hyſpaniæ, & Proregis Regni extitit deſtinatus excellẽs D. Rodericus Niqueſa cõmiſſari⁹, & Regię Aprutinę audientiæ Auditor meritiſsimus ad ſedandũ inimicitias inter ciues ipſius Ciuitatis regnãtes. Et ad Ciuitatẽ Terami, dũ deſtinatus eodem et tpe ſimiliter extiterit vnicũ nr̃æ Prouinciæ lumen, & ſupremus Doctor D. Liuius Margarita, auditor eiuſdẽ Regię audiẽtię ad cõponẽdas inibi paces, ſedandaſq; crudeliſsimas, & atrociſsimas inimicitias, totius bonitatis virtute, proborũ morũ claritudine, ſapientię, ac ſanctitatis dote, diuiniq; amoris, ac timoris ſuccẽſus, & deniq; diuino plen⁹ amore, ac cœleſti gratia adiutus, eãdẽ prouinciã ſibi creditã inſtanter, fœliciter, & ad unguẽ expediuit: prout ex ꝓuidentia tã iuſtiſsimi, & religioſiſsimi Principis oẽs inimicitię euulſę, & pęnitus extirpatę remãſerũt, cuius ſolertiſsimo ſtudio, atque feruẽtiſsimo deſiderio actũ eſt (Dño adminiculãte) in ſibi cõmiſſo Regni regimine, res poti⁹ diuina, quã humana: ſed hoc minimè mirũ eſt in tãto principe: cũ in cæteris rebus ita ſe geſſerit, vt nouus adminiſtrãdæ iuſtitiæ modus uideaẽ exortus hodie in hoc nr̃o Regno. in quo tãta ſanctitate viuiẽ, vt in paradiſo delitiarũ eſſe videamur. Puniunẽ enim ſontes atrociter: & in eligẽdis magiſtratibus in toto Regno ſeligunẽ homines probi, & expelluntur iniqui. Et demũ nihil eſt, qđ ad benè, & quietè uiuendũ quis deſideret. certat ẽt cum hoc Principe eius Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. cõiux de pietate, & omni virtute tuenda, ac liberalitate, & hoſpitalitate in pauperes exercenda: & in loca ſacra adminiſtranda, & augenda. Gratias igitur DEO OPT. MAX. qui dignatus eſt oculis ſuæ gratiæ, & miſericordiæ nos reſpicere. Gratias demus Catholico noſtro Regi Philippo, qui prouidũ hũc virũ ad nos deſtinauerit. Gratias etiã his Principibus, qui ſancta æmulatione contendunt, vter in oẽs beneficentior ſit. faxit Deus, vt vitã viuãt peremnẽ, vt nos in tãta tẽporũ ꝑturbatione reſpirare, & piè uiuere poſsimus.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM ſuper contractu ſimulato interpoſitum eſt nullum.*
2 *Simulatio contractus propriè dicitur, quando re vera nullus contractus celebratur, ſed fingitur contrahi.*
3 *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria, quando iuramentum fuit appoſitum ſuper contractu ſimulato: quia cùm talis non valeat, contractus non obligat iurantem ad eius obſeruationem.*
4 *Contractus ex quibus cognoſcatur quòd ſit ſimulatus remiſſiuè.*
5 *Renunciatio exceptionis, fictionis, & ſimulationis in contractu non valet, etiam ſi iuramentum eſſet in contractu appoſitũ: ſecus verò ſi fiat ex interuallo cum iuramento: quia tunc valet.*
6 *Renunciatio exceptionis ſimulationis, fictionis, & aliorum, &c. in contractu ualet, ubicunque fuiſſet iuratum omnia eſſe uera, & in nullo contrafacere, uel contrauenire. Quod quippè non procedit ubicunque fuiſſet prius petita abſolutio à iuramento.*
7 *Iuramentum omnia, & ſingula eſſe uera excludit exceptionem ſimulationis in contractu non impetrata abſolutione à iuramento.*
8 *Abſolutio à iuramento peti, & obtineri poteſt poſt periurium incurſum, quando periurium ipſum eſſet incurſum abſque dolo, & alijs ſimilibus rationabilibus cauſis.*
9 *Periurus non dicitur intentans, & utens præuentione.*
10 *Præuentioni debet ſpecificè renunciari.*
11 *Simulatio contractus poteſt per teſtes, & per literas probari.*
12 *Simulatio probatur per præſumptiones, & coniecturas.*

OPINIO CCCCXXV.

1 IVRAMENTVM ſuper cõtractu ſimulato interpoſitum eſt nullum, vt voluit Glo. nota. in l. emptor. C. plus vale. quod agitur: quã reputat ibi ſingularẽ Ang. & ibi etiam omnes cõmuniter ſequun- *Cõis opin.* tur, no. in l. fin. ff. qui ſat. cogan. Ang. in rub. ff. de iureiur. col. fin. Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi col. fin. ff. ſi cer. peta. & Caſtren. in l. contra legem ff. de legib. Imò iuramentum ipſum magis facit contractum ſimulatum, & ſuſpectum: argumento eorum quæ habentur in c. ſuper hoc de renun. Glo. vbi Barto. in l. ſi quis ſub conditione. de conditio. inſti.

2 Et hoc procedit, quando contractus dicitur ſimulatus de ſeipſo ad ſeipſum, veluti, quando re uera nullus contractus celebratur, ſed contrahi fingitur, & iſta propriè, & verè dicitur ſimulatio, quæ facit contractum nullo modo valere, de qua loquitur, l. nuda. ff. de contrahen. empt. l. imaginaria ff. de reg. iur. d. l. emptor.

3 Et tunc iuramentum appoſitum ſuper tali contractu, & ſimulatione non facit contractum valere, neque iurantem obligat ad obſeruationẽ eius, quod agitur. Nec in huiuſmodi caſu eſt petenda abſolutio ab iſto iuramento, ſecundum Iaſ. in §. fuerat nu. 86. inſtitu. de actio. Marſil. ſingu. 327. & Soci. conſil. 68. fruſtra verſi. Principaliter: quia conſenſus deficit, ex cuius defectu nõ valet, l. fin. C. de non nume. pecu. & per iſtam rationem ita tenet Ruinus conſil. 126. nume. 6. volu. 1. & ita poteſt intelligi Gloſſ. in d. l. emptor, quam Legiſtę communiter ita declarant, vt ibi per Bal. Salyc. Odofre. & Ange. & idem Ang. in l. 1. C. de dote ca. non nume. Alexan. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. & Grammat. deciſio. 76. num. 21. & iſtam communem ſequitur citat, vberiuſque declarat Auguſti. Berous in c. ad noſtram nu. 12. & ſeq. de empt. & vendit. *Cõis opin.*

4 Et ex quibus cognoſcatur contractum eſſe ſimulatum, vltra allegata declarat Bar. in l. ſicut §. ſuperuacuũ ff. ex quibus cau. pignus, vel hypo. ſolui. & de contractu ſimulato cũ iuramento Iaſ. in l. 2. ff. de iureiur. in fin.

5 Sed vbicunque nota, eſſet facta renunciatio exceptionis fictionis, & ſimulationis in cõtractu vtrùm valeat, reſponde breuiter quòd non valet aliquo pacto, ita determinat Bar. in d. l. nemo poteſt nume. 2. quem ſequuntur omnes Doctores communiter, vt referunt Alex. Iaſ. & Ripa ibi, cũ qua communi ſentit etiam Anto. de But. in c. cũ contingat. col. 8. ext. de iureiur. & Ioan. de Imol. ibi in 7. memb. Anchara. Domin. Cardi. & Ioan. de Imo. in d. c. ad noſtram, & Roma. in l. ſi quis cùm aliter ff. de verb. obliga. & hoc tanto magis procederet, quando quis renuntiando ſimulationi, & fictioni iuraret: tunc enim iſta renunciatio, vt ſupra docuimus, non nocet, nec valet, ſecundum communem opinionem omnium Docto. in dicta l. nemo poteſt: quam citat inibi Ripa, & alij Moder. Et quamuis renunciatio ſimulationis etiam cum iuramento facta non valeat; nihilominus vbicunque fieret huiuſmodi renunciatio ex interuallo cum iuramento valeret, & teneret, vt voluit Barto. in dicta l. nemo poteſt, & idem firmant Canoniſt. & Anto. de But. in dicto c. cùm contingat, Cardi. Ancha. & Ioan. de Imol. in cap. ad noſtram de empt. & venditio. & Roma. in l. ſi quis cùm aliter. ff. de verbo. oblig. & iſta apparet communis opinio. *Cõis opin.* *Cõis opin.* *Cõis opin.*

6 Quando uerò iuramentum ipſum non eſſet in contractu appoſitum ſimpliciter, ſed iurarent partes omnia, & ſingula prędicta eſſe vera, & in nullo contrafacere, vel contrauenire, in hoc caſu renunciatio valeret per dictam clauſulam prægnantem, & iſta eſt communis opinio, teſte Alex. & Iaſ. in 1. lectu. & Ripa nume. 75. cum cæteris ſeq. in dicta l. nemo poteſt, Marſili. ſingula. 327. Iaſ. in dicto §. fuerat nu. 82. & ſeq. Cremen. notab. 152. & Curti. Iuni. conſilio 100. nume. 5. &

& Afflicto in deciſio.60.notarius Goffredus, vbi admonet ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano, quòd iuramentum omnia, & ſingula eſſe vera, excludat exceptionem ſimulationis in contractu non obtenta abſolutione à iuraméto. Sed iſtam opinionem communem limitat in tribus caſibus Ripa in d.l. nemo poteſt nume.78.& ſeq.

¶ Et limitatur etiã quartò, quando ſuper hoc prius fuiſſet petita abſolutio à iuramento, vt declarat Io.de Imol.in d.l.nemo poteſt, vbi allegat in argumentum text.in c. debitores de iureiurã.

7 Imò hoc procedit etiam, ſi poſt periurium incurſum, & poſt motam litem impetraretur abſolutio à iuramento in contractu ſimulato interpoſito, etiam cum clauſula omnia, & ſingula eſſe vera, ex rationibus adductis per Fely. in c.1. de iureiuran. ſub nume. 28. verſi. Retenta communi opinione.

8 Et præſertim primò hac ratione, vbicunque periurium incurſum appareret abſque dolo. Et ſecundò quando abſolutionem expoſtulans in peccato non perſeueraret: quia licèt in periuriũ incideret ſemel cõtraueniẽdo; nihilominus poſtmodum petere valeret abſolutionem, & ſibi licitum, permiſſumque foret agere, & venire contra contractum ſimulatum, ſeu metu celebratum: tunc enim ceſſaret perſeuerantia in peccato.

9 Et ex his itaque Magnifica D. Magdalena de Cappa, & Martinus Antoniꝰ eius filiꝰ de Aquila obtinuerunt abſolutionẽ à iuramento de præſenti menſe Maij 1577. à Reuerendiſsimo D. Epiſcopo Aquilano, interpoſito, ac præſtito per eos in contractu mutui celebrato ad fauorem Magnifici Ioannis Baptiſtæ Viuij: in quo quidem iurauerant omnia contenta in ipſo contractu eſſe vera. Et dum agerent ſuper ſimulatione huiuſce contractus coram grauiſsimo, & integerrimo D. Alphonſo de Hoyo auditore generali Sereniſsimæ D. Margaritæ de Auſtria per viam præuentionis intentatę ſecundum regię pragmaticæ diſpoſitionem, & oppoſitum eſſet ante litem conteſtatã de periurio per antedictum prætenſum creditorẽ: tñ obtinuerunt abſolutionem, & habilitationem à iuramento, quę tanquam rationabiliter impetrata extitit recepta per eundem D. Auditorem penès acta cauſę prædictæ.

10 Siquidẽ prædicta Magnifica D. Magdalena, & eius filius minimè præſumebantur periuri intentando, ac vtendo iuribus ſuis, & præuentione ipſa: eſto ꝙ non apparebat per ipſos debitores in ſpecie, vel expreſsim in memorato inſtrumento mutui renunciatũ præuentioni. Et ideò non obſtantibus clauſulis apponi ſolitis, & conſuetis in inſtrumentis per notarios non pręſumebãtur renunciaſſe præuentioni, nec incurriſſe periurium, & ſic potuiſſe vti pręuentione, vt concedit diſputando Marinus Freccia in tract. de repręſentatione inſtrumentorũ ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicarię in 9. par. q.5. vbi meminit ita in facti contingentia fuiſſe determinatum, & deciſum in ipſa magna Curia.

11 Et prędictis occurrit, ꝙ dicta ſimulatio cõtractus poteſt per teſtes, & per literas probari, ſecundũ cõem opi. omniũ Scriben. cui inheret Boerius eã audacter atteſtãdo cõſ.12.nu.9. licèt Cy. & malè in l.1.C. plus ualere quòd agitur, & in l. optimam in 3. oppoſi. C. de contrahen. & commi. ſtipu. & Ancha. conſ.117. aſſeuerent contrarium, vt ipſe Boeri. refert. Cõis opin.

12 Imò in ſimulatione ipſa probanda probationes pfectæ neceſſariæ non forent: ſufficeret enim tunc illas per præſumptiones, & coniecturas probari, ita Alex. cum aliis aggregatis per cũ conſil. 197.nu.7.vol.7.& Iaſ.in l.cum ea quę, num.4.C. de tranſactio.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM non dicitur propriè probatio, niſi in caſibus, quibus de iure communi, uel ex forma ſtatutorũ habetur pro plena probatiõe.*

2 *Statutum uolens credi iuramento damnum paſſi, & loquens de probatione damni dati, uel de damno probando, habet locum in probatione, quæ fieret per iuramentum, ſed admittitur probatio in contrarium.*

OPINIO CCCCXXVI.

1 IVRAMENTVM non dicitur propriè probatio, & per iuramentũ quis non dicitur probare, ſed ab onere prabandi releuari. ſecundũ Io. Abb. & alios relatos per Deci. in rubr. nu.2. extr. de probatio. & iſtorũ opinionẽ ponunt eſſe cõem Gomeſius in §. itẽ ſi quis poſtulanti. nu.4. inſtit. de act. Marſil. in repe. rub. col.26. C. de proba. Auguſt. Berous in rub. num.76. cum aliis ſeq. ext. de proba. Alex. in l. Imperator col.1. ff. de leg. 1. & Capicius deciſio. 91. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Glo. in c. ſtatutũ §. cùm verò in verb. proprio. de reſcri. lib.6. quã ſequitur ibi Dñicus, idemq; tenet Glo. in l. cõtractibus. §. illo. in verb. Offerri. C. de non nu. pec. Bal. in auth. non licèt nouo col. fi. C. ſi cer. pet. Ang. in l. nõ erit. §. dato. ff. de iureiur. & Deci. in d. rub. de proba. & iſtã ſententiã præcitati Doct. videntur probare per multa iura, rationes, & argumẽta; quibus omnibus quã optimè reſpondet Berous in d. rub. de prob. nu.76. & ſeq.

¶ Tenendo igitur primã partẽ, tanquã tutiorẽ, dic eã eſſe magis cõem, & in iudicando, & conſulendo ſequendã fore, vt atteſtatur Franciſcus de Accoltis Are. in c.2. in 12. not. de proba. Quæ quidẽ cõis limitatur nõ procedere in caſibus, in quibus de iure cõi, vel ex forma ſtatutorũ iuramentũ habet̃ pro plena ꝓbatione: tũc eñ in illis caſibus appellatione ꝓbationis venit iuramẽtũ.

2 Vndè ſi ſtatutum velit credi iuramento damnum paſsi, profectò ſtatutum hoc loquẽs de probatiõe dãni dati, vel de dãno ꝓbato haberet locum

locum,&procederet contra damnum dantem in probatione damni, quæ fieret per iuramentum, ſecundum Dec.in d.rub.de proba.ext. col.13.& Aret.in d.c.2.

¶ Et dato nota, quòd ſtatutum ipſum faceret plenam probationem; nihilominus admitteret probationem in contrarium,ſecundum Roma.in l.qui bona §.qui damni ff.de damno infect.& dictum hoc Roma.ſequitur, & refert Ruinus conſ. 87.num.12.vol.3.Et alia ad materiam iſtam cõcernentia latè ſcripſimus infra in uerb. Statutũ diſponens,quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſsi,&c.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM in ſupplementum probationis non poteſt deferri, vbi ſtatutum,ſeu lex requirit manifeſtiſſimas probationes.*

2 *Præſumptiones approbatæ à iure, quæ aliàs habentur pro idoneis, & legitimis probationibus non admittuntur, quando ſtatutum,ſeu lex requirit manifeſtiſſimas probationes. Nam vbi per modum conditionis probatio nominatur,vera,& concludens requiritur,& ſuppletoria,& præſumptiua non ſufficiunt, niſi caſu quo probationes veræ haberi non poſſint.*

OPINIO CCCCXXVII.

1 IVRAMENTO neceſſariò non ſtatur,nec iuramẽtum hoc in ſupplementum probationis poteſt deferri,vbicunque ſtatutum, ſeu lex requirit manifeſtiſſimas ꝓbationes:quia probatio tunc facienda eſt per plures teſtes idoneos,vel per confeſsionem aduerſarij,vel per inſtrumenta,vt eſt Gloſſ. no.in l.fina.in princ.ff.quod met.cauſa:quam ſequuntur communiter Docto.in c. pia de except. lib. 6.Bal.in l.1.circa fin. Auguſt.Berous,in cap. cùm ſit Romana num. 10.de appella.Socin.conſ. 136.colum.3.vol.1.& Ripa in l.fin.nu. 189. vbi audacter aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Nec ſufficerent in caſu iſto præſumptiones à iure approbatæ, quæ aliàs habentur pro idoneis, & legitimis probationibus:quia vbi per modum conditionis probatio nominatur,vera & concludens probatio requiritur, & iuramentum,& probatio præſumpta nullo modo admittuntur. l.Lucius,vbi Dyn.& Bar.per illum text. ff. de condit. & demonſt.& Bar.in l.ait prætor. §. ſi iudex in fi. ff.de re iud.Bald.in l. ex ſententia circa fin. C. de ſenten.quæ ſine cert.quant.& in c.quo ad conſultationem colum. 3.de re iud. Roma. in rubr. de arb. colum. 7.& Bald.& Saly.c.colum.penult. C. de reb.cred. Iaſ.in l. admonendi nume. 112. vbi Moder.ff. de iureiu.& iſta eſt communis opinio, vt ſupra deduximus, & atteſtatur expreſsè Dec. in d.rub.ex. de probat. col.14.verſ. Tertiò ſi fiat mentio colum.16.verſ.retenta prædicta. *Cõis opin.*

¶ Sed communis iſta coarctatur non procedere in caſibus,in quibus veræ,& concludentes probationes haberi non poſſunt,vt putà ſi tibi conſtiterit, vel ſi probauerit Titium fuiſſe filium Sẽpronij,vel ſi probetur Bertam adulterium commiſiſſe:tunc ſufficiunt quippè præſumptiuæ probationes, & non procederet communis iſta opinio,ita inquit Dec.in d.rubr.extr.de probat.col. 17.verb.ſi tamen per tex.in c.Michael,& in c. ex tua de filijs presbyt. vbi Glo. &Doct.& ita iſtam communem limitat,& declarat Felyn.in d.rubr. de probatio.nume.3. & ſequitur Cotta in lib ſuo memoralium,in verſicu.lex,quæ loquitur conditionaliter.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM iudiciale eſt illud,quod defertur à parte parti in iudicio iudice approbante.*

2 *Iuramentum iudiciale, quod defertur à parte parti in iudice approbante non dicitur facere probationem,ſed habet vim rei iudicatæ,tranſactionis, et litis finitæ.*

3 *Iuramentum in aliquibus vim rei iudicatæ excedit, & in multis è conuerſo ſententia excedit virtutem iuramenti.*

4 *Inſtrumentum publicum de iure communi licèt non habeat exequutionem paratam, ſi tamen iuramentum apponatur,habebit.*

OPINIO CCCCXXVIII.

1 IVRAMENTVM iudiciale eſt illud, quod in iudicio à parte defertur parti iudice approbante,vt dicit Glo. in l.1.ff.de re iud.& in c.fin. eod.tit.

2 Et hoc non dicitur propriè probatio, ſeu probationem propriè facere,ſed habere vim rei iudicatæ, tranſactionis, ac litis finitæ,vt in l.2.ff.de iureiu. Imò in aliquibus caſibus maiorem vim habere dicitur:quia hic adeſt religio iuramenti,& affirmatio iurantis,quæ aliqualem præſumptionem,& fidem facit,l.non omnes §.à barbaris ff.de re milita.Item calor iudicij, cõſenſus aduerſarij,tacita confeſsio deferentis,qui cenſetur confiteri omnia, quæ iurans iuraret, ſecundum not.per Bart.in l.ait prætor la 1.in prin. & in l.nam,& poſtea, ff. de iureiur. & hæc omnia ſimul iuncta dicuntur facere iuramentum iudiciale,habere magnam vim,& ferè maiorem,quã res iudicata,quod eſt notandum pro his,quæ habentur, per Gloſſ. Bartol. & alios in l. 2. ff. de re iudica.

3 Et

3 Et quamuis iuramentum in aliquibus uim rei iudicatæ excedat, tamen in multis econtra ſententia virtutem iuramenti excedit, vt habetur plenè per Glo.& Bar.in d.l.2.qui etiam dicit iuramentum habere executionem paratam, ſicut res iudicata,per l.poſt rem iudicatam ff.de re iudica.

4 Et ideò iuramentum oppoſitum in aliquo cõtractu habebit, vt ipſe arbitratur, executionem paratam, licèt de iure communi inſtrumentum publicum non habeat executionem paratam. l. non minor vigintiquinque annis, cui fideicommiſſum, & ibi ait ſe mirari,quòd cautelam iſtam conſuetudo non adinuenerit, & hoc idem tenet, &ſequitur Iaſ.in d.l.2.num.9.& l.nulli num.8.C. de iud. vbi audacter aſſerit iſtam eſſe communẽ opinionem,& Alex.in d.l.2.Barba in rub.ext.de iureiur.Paul.de Caſt.in l.nam,& poſtea §.ſi petiero ff.de iureiu.in l.poſt rem,ff.de re iud.Mattheſ. in notab.20.Marſil. in ſingu. 356. iuramentum, Iaſ.in §.item ſi quis nume.87. inſtitu.de actio. & Curt. in repetitio. l. admonendi nume. 47. ff.de iureiur. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR habens ſpeciale mãdatum ad iurandum,poteſt iurare in animam ſui principalis.*

2 *Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari pro abſente per procuratorem habentem ſpeciale mandatum,ſi ille cui debet præſtari conſentit,vel reperiatur impeditus ille,qui tenetur præſtare iuſta ex cauſa.*

3 *Inueſtitura feudi quando conceditur abſenti,nuncius debet eſſe ſpecialiter deſtinatus.*

4 *Iuramentum, quod tenetur præſtare vaſallus, ſiue ſit feudalis,ſiue burgenſis dicitur extraiudiciale.*

5 *Vaſallus in iuramento fidelitatis præſtando per eum tenetur neceſſario iurare de ſeruando dominum incolumen,tutum,vtilem,honeſtum,facilem,atq; de præſtãdo eidem auxilium.*

6 *Hæredes uaſalli tenentur præſtare iuramentum fidelitatis Domino inſolidum, etiam ſi poſſideant feudum pro parte.*

7 *Vaſallus non tenetur iurare fidelitatem omnibus hæredibus patroni, ſed ſufficit quòd iuret uni, quem ipſe eliget.*

8 *Vaſallus iurans domino fidelitatem tenetur excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis, quæ ſemper præſumitur exceptuata, ſcilicet ut promittat dominum tueri aduerſus quaſcunque perſonas, præterquam contra Regem.*

9 *Teſtis licèt poſſit iurare per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, non tamen poteſt deponere dictũ ſuum per procuratorem.*

10 *Iuramentum, quod requiritur pro forma à lege communi, vel municipali non poteſt præſtari per procuratorem.*

OPINIO CCCCXXIX.

1 IVRAMENTVM poteſt præſtari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum.c.fina.de iuramen. calum.lib.6. vbi Doctores, & tunc iurare non tenetur nomine proprio,ſed pro domino,& per conſequens in animam conſtituentis.ſecundum Bart.& Alex.in l.qui bona §.ſi alieno ff. de dam.infect.in l.ad egregias in prin.ff.de iureiur. & in l. vulgo. ff. de in litem iuran. & hoc non ab re determinatum fuiſſe arbitror: quia ſecundum Ioan.And.in d c.fin. quando procurator habet ſpeciale mandatum in effectu ipſe Dominus dicitur iurare.

2 Et ex his ſic breuiter præmiſsis collige vnum, quòd etiam iuramentum fidelitatis poteſt præſtari pro abſente per procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad ſe præſentandum coram domino,& ab eo obtinendum inueſtituram, ſeu renouationem; & hoc præcipuè procedit, quando ille, cui debet præſtari cõſentit, vel quando debens pręſtare impeditur aliqua iuſta cauſa. ſecundum Roma.in repet.l.admonendi ff.de iureiu.& in d.§.ſi alieno in additio.nouiſſ. qui allegat text.in cap.vnico §. verum etiam de ſta. reg. lib.6.& c.ſi tibi domino.63.diſtin.& ibi tenet Archid.& idem voluit Bal.in c.1.in tit.quo tempo. miles,& in c.1.§.nulla,per quos fiat inueſt. Iacob. de Sancto Georg.in ſua inueſt.verb. qui quidem inueſt.pręſt.colum.3.& Maranta in tract.iudiciorum in 6.par.num.30.fol.140.& opinionem iſtã ait eſſe magis communem Curtius in repet. d.l. admonendi num.363.& Clarus in tract.de feud. quæſt. 49. in fin. vbi illam ſequitur, & hoc idem videtur ſentire Bartol. in l. qui abſenti ff. de donatio. *Cõis opin.*

3 Vbi dicit,quòd quando conceditur abſenti inueſtitura, nuncius debet eſſe ſpecialiter deſtinatus. ſequitur Afflict.in titu.quid ſit inueſtitu.col. 10.& Franc.in c.ſi tibi abſenti, colum.4. de præbend.lib.6.

4 Et nota,quòd iuramentum hoc dicitur extraiudiciale,quod quippè tenetur uaſallus, ſeu procurator ipſius præſtare domino, ſeu ſit vaſallus feudatarius, ſeu burgenſis. ſecundum Andr. de Iſer. in capit. 1.colum. 1. qua. vaſal. iura deben. fide.

5 In quo iuramento ſex neceſſariò debent concurrere. Primùm ſcilicet, quòd iuret ſeruare dominum incolumen,tutum,vtilem,honeſtum,facilem,& denique præſtare auxilium: quæ ſex requiſita numerantur in cap. 1. de noua forma fideli.& ibi per And. de Iſer. & habetur abundè in deciſ.Rotæ Neapolitanæ 265.col.4.& ſeq.

6 Et huiuſmodi iuramentum non ſolùm tenetur pręſtare uaſallus,uerùm etiam ipſius hęredes poſt mortem ſuam; Vnde aduerte,quòd mortuo vaſallo

vaſallo hæredes eius tenentur iurare fidelitatem domino inſolidum, licèt poſsideant feudum pro parte, ſecundum Ang. in l. 2. §. ex his ff. de verborum obligat. argumen. illius §. & ibi etiam Aret. colum. 2.

7 Vbi quærit quid è contra, an vnus vaſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus hęredibus patroni: & concludit, ſecundum communem opinionem, quòd non tenetur niſi vni, & quòd erit in eius electione cui iurabit, per Glo. in c. 1. §. omnes filij, ſi de feudo fuerit controuer. inter dominum, & agna. & de dicta communi atteſtatur etiam Hieron. Cuchalon in addit. ad Dec. in l. ea, quæ in partes ff. de regu. iur. & Clarus in d. quęſt. 49. verſicu. quæro nunc, vbi eam ſequitur, atque declarat. *Cõis opin.*

8 Sed aduertendum eſt, quòd quando tale iuramentum præſtatur, tenetur iurans excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis, quæ ſemper præſumitur exceptuata: videlicet, vt promittat dominum tueri, & defendere aduerſus quaſcunque perſonas, præter quàm contra Regem. c. Imperialem, §. fin. & ibi And. de Iſer. de prohib. feud. aliena. per Federic. in d. c. 1. de noua forma fideli. & tradit hoc poſt Specu. Bal. Iaſ. in uſibus feudorũ num. 107. Barbatius in l. cùm acutiſsimi colum. 47. & 49. C. de fideicommiſſ. & in tracta. de præſtant. Cardinalium 1. quæſt. 1. partis colum. 9 & Cotta in lib. memoralium in ver. Imperator orbis colum. 1.

9 Sed iam ad inſtitutũ reuertẽdo, limito prællegatam communem in teſte, qui quidem per procuratorem iurare non poteſt, etiam habentem ſpeciale mandatum, ſecundum communem doctrinam Docto. quam ſequitur, & citat Panorm. in c. licèt ex quadam de teſt. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinauit Rota Romana: quam ſequitur Romanus ſingu. 8. quòd iuramentum teſtis poſsit præſtare per procuratorem, ſed non poteſt teſtis deponere dictũ ſuum per procuratorem, mouetur Rota ibi per nonnulla urgentia fundamenta, & rationes, quas reaſſumpſit Curtius in d. l. admonendi nu. 359. quaſi inhærendo deniq; vltimę opinioni Rotæ Romanæ.

10 Interpretatur ſimiliter dicta cõmunis, ex not. per Pan. in c. licèt ex quadam ſupra citato, vbi infert generalem doctrinam per illum text. quòd quando à iure, ſeu ſpeciali ſtatuto requiritur pro forma proprium iuramentum: tunc non ſufficit iurari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, allegat no. per Glo. in c. vt circa de electio lib. 6. idem tenet Gemin. poſt Archid. in c. ſtatutum §. cùm verò de reſcrip. lib. 6. Bal. in rub. ff. de iureiur. & Archid. in c. nulli in verb. proprio iuramento lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *IVRARE in litem nemo cogendus eſt per iudicem, quando vellet probare per teſtes.*

2 *Iuramentum deferre recuſans, offerensq; onus probandi potius aſſumere, ſi non probet, abſoluitur reus, & non habet amplius facultatem redeundi ad iuramentum.*

OPINIO CCCCXXX.

1 IVRARE in litem nemo cogendus eſt per iudicem, quãdo vellet probare per teſtes, l. ſemper §. in hoc interdicto, iuxta Glo. ibi in ver. iudicis ff. quòd vi, aut clam.

¶ Verùm tamen Glo. in l. fin. ff. de in litem iuran. inclinauit in contrariam ſententiam, quæ communiter reprobatur ab omnibus Doct. teſte Alex. ibi, in princ. & dato quòd quis vellet potius iuramentum deferre quàm aliter probare, etiam ſi probationem teſtium, uel inſtrumentorum propriam haberet: tunc ſecurè iurare poſſet, ſecundum Doct. communiter in c. ſicut de probatio. quam ſequitur Dec. & omnes Moder. ibi. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

2 Sed vbicunque aliquis nollet iuramentum deferre, ſed potius onus probandi aſſumere, nec probet: eo caſu reus abſolui debet, nec cogitur iurare, ex quo actor probare non potuit, nec ad iuramentum aliquo pacto redeundi habet facultatẽ, l. ſi quis iuſiurandum, in princ. C. de reb. cred. & deciſioni huic omnes Scribentes communiter inhærent varijs in locis, præſertimque Soc. conſ. 32. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTO in litem quando ſtandum ſit contra hoſpitem.*

OPINIO CCCCXXXI.

1 VALISIA, fardellum, ſeu capſa poſita apud hoſpitem, vel alium quemuis cuſtodẽ ſigillata, & clauſa, ſi fortè redderetur diſſigillata, eo caſu ſtãdum eſſet contra ipſum hoſpitem iuramento in litem ipſius deponentis ſuper quantitate, qualitate, pretio, valore, & extimatione rerum, quæ in dicta valiſia dicerentur per deponentem extitiſſe, etiam ſi ipſe deponens res ipſas particulares non conſignauerit hoſpiti, nec aliquid *Iuramentum.*

aliquid dixerit, quòd in ea capſa eſſent aliquæ res,& quæ,& etiam quòd res ipſę per aliquem viſæ non fuerint, & ſimiliter ſi hoſpes ipſe eſſet bonæ conditionis,& famæ:quia debet nihilominus condemnari ad ſoluendum res ipſas, ac rerum quantitates,& extimationem, de quibus in ipſo iuramento deponentis fit mentio:ex quo hoſpes dicitur in dolo,eo ipſo quòd apparet dictam valiſiam fuiſſe apertam, etiam ſi non reperiatur, nec probetur hoſpitem valiſiam aperuiſſe,& ignoretur quis aperuerit, ſeu ſit dubium, & dicitur hoſpes ipſe conueniri ex proprio eius dolo, qui quidem probatur eo ipſo,quod appareat valiſia fuiſſe aperta, etiam quòd ignoretur quis fuerit ille, qui illam aperuit an hoſpes, vel quilibet alius, & ita tenent,& concludunt Inno.& Anto. de Butr. Ancha.Imo.Abb.Henr.Boic,& alij in c.fina.ext. de his,quæ ui,metuſuè cauſa fiunt, Bar.Bal.Ang. Alex.& Roma.in l.in actionibus.ff. de in litem iuran.vbi Iaſ.num.39.& 41. & Franciſcus Duarenus,Curt.Bolognettus num.89.& Franciſ.de Accoltis Aret.col.penult.aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem,Corne.etiam conſil.318.pro vecturali colum fin.vol.4 Pariſ.conſ.47. inficiari per totum vol.1.& nouiſsimè Ioan.Baptiſt.Plot. in repet.l.ſi quando,nu.391.C.vnde ui poſt alios complures ibi relatos, congeſtoſq; per eum, vbi etiam iſtam communem limitat in vndecim caſibus,quos ibi à nu.400.vſque ad nu.416.abundè poteris videre.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM ſufficit præſtari ſuper quacunq; ſcriptura etiam non ſacra de conſuetudine; & conſequenter conſuetudo,mos, ſeu ſtylus generalis inoleuit,vt nunquam præponantur euangelia ei cui iuramentum defertur, ſed præponitur quæuis alia ſcriptura,& iſta conſuetudo iuramenti teſtium ualet, & tenet,& obſeruatur.*

2 *Iuramentum preſtari nequit ſuper ſcriptura non ſacra, vbicunque lex pro forma requireret in iuramento tactum ſacrorum euangeliorum.*

3 *Iuramentum vbicunque negaretur præſtitum eſſe, vel fortè ſi appareret præſtitum, negaretur præſentia partis, alleganti hoc incumberet onus probandi.*

4 *Notarius aſſerens coram me notario,iudice, & parte preſentibus iurauit, nec diceret tactis ſacroſanctis ſcripturis, præſumerentur tunc tactæ ſcripturæ.*

OPINIO CCCCXXXII.

1 IVRAMENTVM ſufficit præſtari ſuper quacunq; ſcriptura,licèt non ſacra de conſuetudine:quoniam iamdiu communis inoleuit ſtylus, & conſuetudo, quòd iurare ſufficiat ſuper quacunq; ſcriptura habito reſpectu ad ſacra Dei euangelia: ſolet quippè dici per notarium, Titius iurauit ad ſancta Dei euangelia manu tactis ſcripturis:opinio enim iurantis,& relatio iſta, quam habet ad ſcripturam faciunt,quòd illa ſcriptura habeatur loco euangeliorum, quantum ad firmandum iuramentum,Nec iurans dicit,iuro ſuper hæc euangelia,ſed in genere dicit,iuro ad ſancta Dei euangelia; & huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt, ita voluit eleganter Bald.Salyc.Corne.& Curtius in authen.ſacramenta puberum.C. ſi aduerſus vendito.Abb.& Felyn.nu.12.in c.fraternitatis extra de teſtibus. Imol.in c. cùm contingat de iureiur. Bal.& Afflict. in c.1.§.item ſacramenta num.20. de pace iuramen.firma.Glo.nota.in Clemen.1.§. porrò in verſ. Tacta, ad fin. de hæret. & poſt eam Imol.Cardin.Bonifa.de Vitali.& cæteri communiter,Corſetus latè in add.ad Abb.in rubr.de iureiur.in 1.par.q.4.circa fin.Ruinus conſ.103.nu.12.volum.4.Paul.Caſtren.& Alex.in l.iurari, de iureiur.cum alijs concordantibus, de quibus ibi per eum,Caſſan.conſil.34.num.15.& conſil.39. ſub num 93.& ſequen. cum aliqua declaratione ibi,quæ vera non eſt,& Alcia.in d.rub.de iureiur. num.29.vbi intonat iſtam eſſe communem opinionem;& ita iſte mos deferendi iuramentum ſuper quacūq; ſcriptura obſeruatur in Regno Neapolitano,& alibi.

Cōis opin.

2 Sed iſta communis,& indubitata concluſio interpretatur non habere locum in caſibus in iure expreſsis: qui tactum ſacrorū euangeliorum requirunt, vt latè declarant Ruinus in d.conſ.103. num.12. & Marquardus de Suſannis in tract. de Iudæis,& infidelibus in 2.par.c.8. num.15.Marſil.ſingu.415.iuramentum eſt magnę importantiæ,& Caſſane.in d.conſil.34.num.16. Nam ſufficit alias loco euangeliorum ſcripturas tangere. ſecundum pręcitatos Doct.Licèt cautela ſit,& rationabilis quippè,vt inquit Bal.Salyc.in d. auth. ſacramenta puberum, in loco contractus adeſſe librum euangeliorum, vel aliquam ſcripturam de verbo euangelij tractātem,ſuper quo, vel qua iuretur:merito ſtandum eſt ergò inueteratę conſuetudini, de qua dicti Doct. paſsim atteſtantur, quòd quamlibet ſcripturam tangere ſufficiat.

3 Verumtamen aduertendum eſt,quòd vbicunque aſſereretur in inſtrumēto,vel in alijs quibuſuis actis publicis,me notario,iudice,& parte præſentibus iurauit,nec aliter adderetur tactis ſacroſanctis ſcripturis:præſumerētur nihilominus tūc tactę ſcripturæ, ut uoluit Io. And.in add. Spec.in tit.de teſte § ſequitur; & ſi negaretur, operaretur hęc pręſumptio effectum iſtum,vt ei,qui negaret tacturam interueniſſe incūberet onus probandi, ſequitur Butr.& Abb.in d.c.fraternitatis.

4 Vbi etiam Fely.col,penul. hoc idem extendit, vbi negaretur pręſtitum fuiſſe iuramentum, vel fortè ſi appareret pręſtitum, negaretur pręſentia partis,& faciunt nota.per eundem Fely.in c. cùm col.pen.& ſeq.de teſtibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEFECTVS formæ non ſuppletur iuramento: diſpoſitio enim non valet omiſſa forma, ſed actus requirens tunc formam, ſi iuramento vallatus appareat non videtur nullus ex defectu formæ, cæterum valet eo modo quo poteſt.*

OPINIO CCCCXXXIII.

1 Iuramentum. FORMAE defectus non ſuppletur iuramento. Nam diſpoſitio non valet omiſſa forma, quam lex ad eius conſumationem, ſeu perfectionẽ ordinauerat, licèt tunc actus valeat eo meliori modo, quo poteſt; & ſic actus requirens formam, ſi iuramento vallatus appareat, hoc caſu non videtur nullus ex defectu formæ, ſed valet eo modo quo poteſt. ſecundum Bar. Alber. Bald. Ang. Imol. Paul. Caſtren. & alios omnes in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. per text. ibi, Abb. num. 27. Imol. in 8. caſu, & Alciat. nume. 167. in c. cùm contingat de iureiur. Bar. num. 9. Iaſ. nume. 24. Ruinum num. 27. & Ripam num. 27. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obliga. qui aiunt iſtam eſſe communem opinionem, & ibi etiam conſumatiſsimus in legali ſcientia, & Illuſtris D. Guiliel. Pontanus præceptor meus, nu. 24. qui hoc vtiliter limitat. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM habet talem, tantamque vim, vt faciat aliquo vitio, ſeu defectu laborantem*
2 *valere omni meliori modo quo poteſt.*

OPINIO CCCCXXXIV.

1 IVRAMENTVM facit actum valere omni meliori modo quo poteſt, & ſic iuramẽtum actui etiam aliquo vitio, ſeu defectu laborãti appoſitum habet in hoc talem, tantamque vim, quòd eius occaſione actus ipſe valeat eo meliori modo quo valere poſsit; text. eſt ſingularis in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & not. Bar. in l. ſi quis pro eo, num. 13. ff. de fideiuſſoribus, Anto. in c. ſi diligenti colum. 5. de foro competen. Bart. & Alex. num. 12. & cæteri omnes in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de vebo. obligatio. Bald. & Salyc. in l. ſancimus. C. de teſta. Ang. in l. hi qui acceſsionis. ff. de fideiuſſo. Cotta in memorali in uerb. emphiteota priuati ceſſans, in fin. & Marcus Antonius Baueria in tractat. de uirtute, & viribus iuramenti in princ. vbi intonat iſtam eſſe communem opinionem, & ex ea infert ad decem vtiliſsimos, & neceſſarios caſus, & quæſtiones, ſeu deciſiones, quę breuitatis cauſa ſupprimuntur; & ad prolixitatem vitandam illas omnes prętermittimus: & eandem opinionẽ ſequitur, atq; declarat Couarru. in c. Rainaldus §. 3. num. 10. de teſtamen. & Alciat. etiam qui cõmunem ait in c. cùm contingat de iureiuran. nu. 170. & 184. & Ruinus in d. §. ſi quis ita nume. 27. & Iaſ. in l. ſi quis maior in 10. notab. C. de tranſactio. & in l. ſi conuenerit colum. 2. & ſequen. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. vbi tradit hoc pro regula: quam quidem regulam, ſeu potius communem opinionem latè declarant, & intetpretantur Anchara. in repetit. d. c. cùm contingat. Bart. 2 Roma. Alexan. Franc. de Aret. & alij in d. l. ſi quis pro eo. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVRISDICTIO ſpecialis conceſſa delegato nõ derogat generali iuriſdictioni ordinariꝫ, nec minuit ei poteſtatem quin circa idem re integra iuriſdictionem ſuam exerceat.*

2 *Iuriſdictio conceſſa iudici inferiori, quando ex mente ſuperioris apparet conceſſa priuatiuè: tunc iudex ſuperior non poteſt ſe intromittere in cauſis conceſſis.*

OPINIO CCCCXXXV.

1 IVRISDICTIO ſpecialis conceſſa alicui non derogat generali iuriſdictioni, & ſic per ſpecialem attributionẽ factam iuriſdictioni delegatæ in quauis cauſa, non cenſetur ob hoc diminuta, ſeu adempta poteſtas ordinario maiori iudici, atque generaliori, quominus circa idem re integra iuriſdictio ſpecialis intelligeretur attributa, & conceſſa cumulatiuè, non autem priuatiuè. ſecundum Bart. & Aret. per illum text. in l. 1. ff. de off. præfe. vrbis. Ancha. conſ. 264. colum. penul. Roma. cõſ. 393. num 1. cùm alijs ſeq. vbi hoc ponit pro regula, & illam probat ponendo nouem caſus, ſeu deciſiones ſimiles, & ſequitur etiam Dec. conſil. 3. nume. 3. Gratus conſil. 71. nume. 11. & 26. volumine 2. Decius in fin. & Cagnolus nume. 18. in l. in toto iure. ff. de regulis iuris, Afflic. in c. 1. in 1. nota. qui feud. dare poſſ. Io. Baptiſt. Ferrettus conſ. 142. nume. 12. volum. 1. & Iaſ. cum cæteris aggregatis per eum in l. quòd in rerum. §. ſi quis poſt, num. 5. cùm alijs ſeq. ff. de leg. 1. vbi profitetur iſtam eſſe magis communem opinionem. Cõis opin.

2 Sed opinio hæc non procederet, vbicunque appareret ex mente concedentis iuriſdictionem ipſam inferiori priuatiuè conceſſam eſſe: tunc quippè iudex ſuperior in huiuſmodi iuriſdictione, & in cauſis conceſsis inferiori priuatiuè tamen, intromittere ſe nequiret aliquo pacto, ſecundum

Felyn.

Felyn.cùm alijs relatis per eum,qui tradit, & approbat iſtam limitationem in c.cæterùm num.4. de iud.& ita conſuluit Roma.conſil.393. ſub nu. 10.cum alijs ſequen.& ita determinauit Sacrum Regium Concilium Neapolitanum teſte Afflict. veritatis fideliſsimo aſſertore deciſ.41. quidam medicus, & ſequitur etiam Ioan.Baptiſta Ferrettus in d.conſ.142.num.15. qui meminit iſtam eſ- 1
Cõis opin. ſe communem opininem. Alias verò limitationes refert Fely.in d.c.cæterum, & in c.paſtoralis col.1.& ſeq.de off.ord.

SVMMARIVM.

1 *IVSPATRONATVS de gratia patronis competere dicitur. Et quare introductum ſit.*

OPINIO CCCCXXXVI.

1 IVSPATRONATVS de gratia patronis cõpetere dicitur, vt per
Cõis opin. Doct. omnes communiter in c.1 de præben. & in c.4.de iud.& in c. quoniam de iure patrona.in quibus quidẽ locis Scriben.aſsignãt rationem,quare hæc gratia fuerit conceſſa,introductaq; contra iuris regulas, & concludunt hoc fuiſſe introductũ fauore eccleſię,& vt cultus diuinus augeretur;& per conſequens,vt inuitarentur laici, aliæque perſonæ ad conſtructiones, fundationes,& denique ad dotationes eccleſiarum, & communem iſtam ſequuntur, & atteſtantur per antedictam rationem omnes Moder.in d.c.quoniam,& huiuſmodi ſententiam communem ampliant Moder. in c. nõ ſine multa de arbitris poſt
Cõis opin. Doct.commmuniter omnes in c.ad hæc,de offic. ord.ſeu Vicarij.

SVMMARIVM.

1 *IVSPATRONATVS ſi competat pluribus laicis, vel clericis vt ſingulis,ex conſtitutione,ac fundatione ſui patrimonij,præſentatio facta à maiori parte comparatione minorum dicitur eſſe legitima.*

OPINIO CCCCXXXVII.

1 IVSPATRONATVS competens pluribus laicis, vel clericis vt ſingulis ex conſtitutione,ac fundatione ſui patrimonij, hoc caſu præſentatione facta à maiori parte comparatione minorum dicitur eſſe legiti-
Cõis opin. ma,vt per Ioan.And.in c.1. de iure patron. cuius ſententiam enunciat eſſe communem Abb. in c. cùm omnes de conſtitut.& in c.quoniam de iure patro. vbi Moder.aſsignant exemplum iſtius cõmunis opinionis, videlicet, quando omnes patroni diuiſerunt ſe in tres,vel plures partes:tunc electus conſenſu plurimorum præferendus eſt.

SVMMARIVM.

1 *IVSPATRONATVS præſcribi poteſt aduerſus patronum ſpatio quadraginta annorum.*

2 *Ius patronatus acquiritur etiam populo ex præſcriptione.*

OPINIO CCCCXXXVIII.

1 IVSPATRONATVS præſcribi poteſt aduerſus patronũ quadraginta annorum curriculo.ſecundum Federicum de Senis conſil.234. in ſecundo dubio,Ioan.Andr.in c. quærelam de electio.Dec.conſil.134.& nonnullos alios Docto.congeſtos per Rocchum Curt.in tracta.de iure patron.in verſ.ipſe,vel is à quo,quæſt.36.Pau. de Cittadinis in tract.de iurepatrona.in 3.par.in 5.cauſa acquirendi ius patronatus in quęſt.1.per Balbum in tracta.præſcriptionum, in 9. quæſt.1. par. princ. præcipueque in ſecunda concluſione, in quibus locis ſequuntur opinionem hanc, atq; profitentur eam eſſe magis cõmunem, ac magis Cõis
verã,& Ripa quoq; in lib. 2.de legibus.c.2.n.13. opin.
2 Et ius patronatus hoc acquiritur etiam populo ex præſcriptione,vt voluit Io.And.in d.c. quærelam,cuius ſententiam audacter affirmat obſeruari in practica ibi Abb.imò Dec.in c. cùm vene- Cõis
rabilis de exceptio.nu.240.illã communẽ vocat. opin.

SVMMARIVM.

1 *INCENDIARII doloſi,viui ſunt concremãdi,aut capitis pœna puniendi, quando aliquis in domo combuſta mortuus fuerit:aliàs punietur pœna extraordinaria relegationis, & publicationis bonorum.*

2 *Incendium culpa inhabitantium præſumitur ortum.*

3 *Culpa leuiſſima præſumitur in dubio, vbi incendium in aliqua domo ortum fuit, quæ non eſt punibilis.*

4 *Commodatarius tenetur de leuiſsima culpa ob incendiũ commiſſum.*

5 *Paſtor non tenetur ad emendam bouum combuſtorum in capanna ſua, receptorumq; in ea nocturno tẽpore.*

6 *Incendiarius tenetur de leui culpa, vbicunq; incendium eſſet fortuitò cauſatum.*

7 *Incendium fortuitum præſumitur culpa inhabitantium ortum.*

8 *Incendium præſumitur ortum inhabitantium culpa leuiſſima.*

9 *Culpa leuis eſt deuiatio in circumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem cõditionis, & profeſſionis.*

10 *Culpa*

10 *Culpa leuis eſt non prȩuidere, quod à diligenti præuideri potuit; vel eſt facere, quod non faceret, vel omittere quod non omitteret diligens, vel diligentior: et finis leuis culpæ, eſt non intelligere, quod debet à ſapientibus intelligi.*

11 *Culpæ leui attribuitur tenere riſcbiam, & alia ſimilia propè ignem.*

12 *Culpȩ leui attribuitur relinquere pueros in domo abſque cuſtodia.*

13 *Puer non cuſtodiens diligenter lucernam in ſtabulo, ob quod domus conducta exuſta fuerit, tenetur dominus, & conductor pueri ad emendã damni illati.*

14 *Culpa leuiſſima commiſſa in omittendo, adhuc actione legis Aquiliæ quis non tenetur ad emendationem damni.*

15 *Actio vtilis legis Aquiliȩ intẽtata, operatur, vt quis teneatur pro leuiſſima culpa, etiam in omittendo.*

16 *Actio legis Aquiliæ non datur, quando damnum illatum fuerit per negligentiam, vbicunque negligentia eſſet cauſa proſſima damni; ſecus ſi cauſa remota: ſiquidem tunc quis ad emendam damni tenetur actione ipſa legis Aquiliæ, etiam pro leuiſſima culpa in omittendo.*

17 *Culpa leuiſſima non venit in lege Aquilia, quando nullum ſequitur factum cauſatiuum damni: ſecùs quando præcederet aliquod factum, quod foret occaſio damni.*

18 *Culpa leuiſſima quis tenetur actione legis Aquiliæ, quando conſtat de certa, & determinata perſona: & tunc incendium præſumitur factum culpa inhabitantium, ſed ſi non conſtaret de certa perſona, deberet ſequi abſolutio.*

19 *Confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes; et parte abſente facta inducit ſemiplenam probationẽ.*

20 *Confeſſio geminata, etiam parte abſente facta, plenè probat.*

21 *Confeſſio extraiudicialis, etiã non geminata, de æquitate canonica plenè probat, prȩſertim probata per duos teſtes, adhuc quòd parte abſente facta fuerit.*

22 *Teſtes ſingulares probant, quando eorum depoſitiones coniungi poſſunt.*

23 *Regnum Neapolitanum eſt feudum eccleſiȩ, & in eo attenditur ius canonicum.*

24 *Teſti vnico nulla fides præſtatur.*

25 *Incendium connumeratur inter caſus difficilis probationis.*

26 *Inditia, prȩſumptiones, & coniecturæ, in caſu difficilis probationis, etiam ad plenam probationem inducendam, admittuntur.*

27 *Cõiecturȩ dicũtur manifeſtȩ probationes in occultis.*

28 *Culpa inhabitantium prȩſumitur cauſatum incendium, quãdo cõſtaret de origine, ſiue principio ignis.*

29 *Teſtis extraiudicialis, & non iuratus inducit in caſibus difficilis probationis iuſtam cauſam credulitatis, & prȩſertim vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

30 *Teſtes pueri ſunt idonei, vbicunque veritas aliter haberi non poteſt.*

31 *Culpa in dubio aſcribi non debet circa incendium cauſatum in domo habitantibus in ea, vbicunq; habitant plures familiæ: ſecùs ſi habitaret vna familia: quia tunc poteſt condemnari dominus domus ad refectionem damnorum ex incendio illatorum.*

32 *Dominus domus pro delicto familiæ de damno illato occaſione incẽdij non tenetur, quando illi de familia non reperiuntur deputati certo officio. Quod declaratur varijs modis.*

33 *Teſtes deponentes ſuper negatiua loco, & tempore non coarctata non probant.*

34 *Teſtes affirmantes præferuntur negantibus.*

OPINIO CCCCXXXIX.

1 INCENDIVM dolo excitans, aut viuus concremandus venit, aut capitis pœna afficiendus eſt .l. qui ȩdes.§.fin. ff. de incen. ruina, & naufrag. Iacob. Philipp. Port. cõſilio 72. Licèt ego ſũma cũ ratione, numero 8. & eſt Gloſſ. ordinaria in cap. cũ deuotiſsimo 12. queſt. 11. in uer. Incẽdium; quȩ concludit, quod de iure ciuili punitio in præſẽti caſu fit in capite, ꝑ leg. capitaliũ.§. non nunquàm. ff. de pœnis. Quod equidem obtinere locum arbitratur eadẽmet Gloſſ. ſi quis intraret oppidũ, vel propter inimicitias, vel ob prædam aliquid combureret; quia igne tunc cremaretur. d.l. qui ædes, & Floria. in l. ſi quis fumo. ff. ad leg. Aquil.

¶ Et eò facilius, & de plano hoc ꝓcederet, vbicũque in cõbuſtione domus aliquis periret ex huiuſmodi incendio: tunc quippè incẽdiarius comburitur, ſicut combuſsit: vt probat, & firmat eleganter And. de Iſer. in cõſtitutione Regni ſuper inciſionibus arborũ, in tit. 27. de maleficijs clandeſtinis puniendis. Sed ſi aliquis in domo cõbuſta mortuꝰ nõ fuerit: pœna mortis tunc nõ puniretur. ita Grammat. in voto 19. nume. 5. & ſequen. & excellens D. Follerius in pract. crimin. in 6. part. principali, de forma capitulorum in crimine incendij.

¶ Et hoc idem compertũ eſt in Regno ſtatutũ fore, in conſtitutione. Qui doloſè, in tit. de incẽdiarijs. dum diſponit, incendiarios domorũ in Ciuitate, capite puniri debere: vbi hoc explicat, & declarat Andr. de Iſern. & etiam in dicta conſtit. ſuper inciſionibus arborum.

2 Cæterùm vbicunq; ſuper incendio illato ceſſaret dolus: tunc ſi incendium ipſum fortuitò cauſatum foret, ciuiliter porrò ageretur, & culpa inhabitantiũ præſumeretur ortum, occurſumque incendiũ. l. 3. §. 1. de offic. præfe. vigil. l. ſi vendita. ff. de peric. & commod. rei vend. Gloſ. in lege domos hȩreditarias, ſeu in l. ſeq. ff. de lega. 1. Angel. conſilio 197. Ortũ eſt incẽdium Bald. cõſilio 37. Caſus talis eſt, & cõſilio 175. Ad euidentiam, volum. 1. Anchar. conſil. 348. Pro deciſione, in princ. Salycet. in l. ſi creditor. C. de pignor. act. Imol. in d. l. domos hæ-

hæreditarias, & Ant.Roſel. inter conſ.Calca. conſ.40.col.fin.

¶ Et non ſolùm hæc ſola,& ſimplex præſumptio eſt, ſed vehemens etiam ſuſpitio. vt per Ang.in d.conſ. 97.

3 Quod profectò ſanè intelligitur de culpa leuiſsima,vt ille in dubio præſumatur leuiſsima, non autem leuis.l.cùm duobus.§. damna. ff. p ſoc.& ita explanat illum tex.Bart.in l.ſi vt certo.§.núc videndum.ff.commod. & in terminis eſt Glo.in §.præterea, inſtit. quibus modis re contrahitur oblig. quā licèt Angel.ibi impugnare videatur,tamen ei aſſentitur conſulendo Anchara.in d.conſ.348.& Ioan.de Anania conſ.71.Viſis,& diligenter ponderatis his,ſub num.4.Alexan.in l.ſi quis ex argentarijs. §. fi. num.7.ff.de edend.& Iaſ. poſt Salycet & Baldū relatos ibi per eum,in l.prętor.ff. de edēdo, & iſta eſt communis opinio,atteſtantibus quā plurimis Doct. varijs in locis iuris noſtri, & præſertim Hierony. Gabr. conſil. 159. Cogor. ſub nu.1.& ſeq. volum.1.

¶ Et conſequenter quis in præſenti caſu de hac leuiſsima culpa non tenetur modo aliquo. d. l. ſi vt certo.§. nunc videndum,& l. contractus, ibi Dec.& Cagn .ff. de reg.iur. cum concord.adductis per Iacob.Menochium conſ.53 Perpenſis non mediocri ſtudio , num. 12. vol. 1.& ita obtinuiſſe, ac conſuluiſſe Ferrariæ refert Lud. Bologninus in add.ad Ioan.de Anania in d. conſil.71.ſub num.6.

4 In tantum , quòd ex hoc correlariè infertur, ꝙ de incendio non teneretur, niſi qui de leuiſſima culpa obnoxius foret, vt cōmodatarius, iuxta d.l.ſi vt certo.§. nunc videndum.

5 Ex quo quidem aliàs reſpondebam in facti contingētia,quòd ſi duo paſtores habentes boues in agris,noctu ſolebant dormire ſimul,modò in vno tugurio,ſiue capanna ipſorum,modoque in altera,in qua boues tenebāt,& cuſtodiebant:ſi incendio boues perierint,non tenetur vtique alter paſtor ad emendā,iuxta d.§.ſi damna,argumento de furto ad incēdiū;vt per Bart.in d.l. ſi quis ex argentarijs.§. fin ff. de edē.Et hoc etiā explicaui procedere, licèt paſtor,qui nō habebat boues in illa capanna fuerit vltim⁹ in exeundo:nā talis non tenet de culpa leui,ſed de leuiſsima tantū Nec dicitur propriè habitator, ſed hoſpes, qui tātiſper inhabitat.l.1.§.habitatores.ff.de his qui deiec.vel effu.qui ſicut illa actione nō tenetur, vt ibi,multo minus de incēdio, quod nō ita ſtrictè obligat,vt patet in cōductore,qui tenet illa actione de eiectis, & effuſis, & tamē de incēdio non tenetur. vt tradit Anchar.in d.conſ.348.& alij præcitati Doct.Nec dominus bouum combuſtorū poteſt agere in præsēti caſu : quia nec ex cōtractu, nec ex quaſi cōtractu,nec ex delicto, nec ex quaſi delicto paſtor prędictus tenetur.

6 Sed vbicunque quis eſſet in leui culpa ob incendium, indubitanter teneretur ad emendam damni:prout ita iudicaui in facti contingentia ad fauorem magnifici iuriſconſulti D. Fabij Macrini,& fratrum, de Terra Caſtri Veteris Subequi, de menſe Martij præſentis anni 1580. in infraſcripta cauſa mihi compromiſſa de communi partium voluntate.

¶ Caſus igitur erat iſte,quòd habitantibus Matthia Angeloni cū familia in domo inferiori,& antedicto D. Fabio cū fratribus, & familia in domo ſuperiori euenit,quòd idem Matthias de mēſe Octobris in anno 1577. acceſsit cū eius familia extra terrā prędictam ad colligēdum flores croci in quodā eius fundo , relictis in coquina ipſius dom⁹ tribus pueris infātibus i lecto,& clauſis ianuis omnib⁹,& aſportatis ſecum illarū clauibus, taliter quòd non poterāt ipſi pueri de domo diſcedere; Vnus ex pueris memoratis ſurgens de cubili , poſtquā feneſtra eiuſdē coquinę reperiebat aperta, acceſsit ad ignē inibi exiſtentem,& accenſo ſulphurato, ſeu ſtipula quadā,immiſit ignē in riſchia in camera cōtigua coquinæ prędictę exiſtēte:et exeuntibus flāmis à feneſtra eiuſdem cameræ, Aſcanius frater eiuſdē D.Fabij procurādo obuiare igni varijs modis, & exactiſsima adhibita diligētia,ne combureretur dom⁹ ſua; & deniq; procurando portas domus inferioris aperire uariis, & diuerſis inſtrumentis ,id ſibi impoſsibile fuit: taliter quòd pulſatis campanis ,p inuocando auxilio , & cogendo populo, multæ gentes ita uocatæ cœperunt ponere in tuto aliqua bona:& dum huic operi intentę erant,apparuerunt flammæ in ipſa domo ex domo inferiori ortum habentes:& ſic relictis alijs bonis,ad euitandū uitæ diſcrimen,aufugere de dicta domo ſuperiori coactæ fuere.Et rebus ſic ſtantibus,reuerſo prędicto Matthia a campeſtria,ſeu eius nutu, aperta eſt una ex ianuis ſuæ domus, & extractis omnibus pueris, Dei benignitate, illeſis, domus ſuperior remanſit tota combuſta cum bonis in ea exiſtentibus. Vnde ex leui culpa ipſius Matthię,eum condemnaui ad reſarciendum omnia damna illata in domo Macrinorum , & ad ſoluendum pretium earūdem rerum combuſtarum . Et cum appellauerit Matthias ipſe,petieritq; reductionem præmemorati laudi ad arbitrium boni uiri,& impetratis literis inhibitorialibus,& producto proceſſu cauſæ coram integerrimo, & inſignis literaturæ uiro, Domino Ioanne Andrea Caſtellio de Ciuitate Interamniæ, iudice meritiſsimo Ciuitatis noſtrę , ex ſuo recto, limatoque iudicio,poſt longum certamen, mediante patrocinio ſtrenui Aduocati conciuis mei,Domini Alexandri Trentacinque undecunque doctiſsimi,prædicta ſententia de menſe Maij inſtantis anni M. D. L X X X. extitit confirmata, atque approbata. Vnde cum acutiſsimi ingenij ſit , & tranſcendentis intel-

intellectus, idem D. Alexander in aduocando, & conſulendo omnia videns, omnia ſpeculans, & ſubtiliter cuncta diſcernens: volui hoc in loco ad communem omniũ utilitatem inſerere præſens eius conſilium ſuper hac incendij materia emanatum, vt ex rationibus in eo allegatis perſpicua, atque religioſa appareat deciſio præſentis difficultatis.

DIVINO IMPLORATO PRAESIDIO.

VISO proceſſu agitato inter Magnificum Fabium Macrinum, & alios litis conſortes ex vna parte, & inter Matthiam Angeloni ex altera parte ſuper incendio cauſato per Hortentium, vnum ex pueris ſtantem intus domum dicti Matthiæ ex quo incendio combuſta fuit tam domus inferior, quæ erat ipſius Matthiæ, quàm domus ſuperior, quę erat Magnifici Fabij, fratrum, & nepotis: concludendum eſt ipſum Matthiam obligatum eſſe ad emendationem damni cauſati ex cõbuſtione domus, & aliorum bonorũ mobilium in dicta domo exiſtentium culpa ipſius Matthiæ: quæ concluſio probatur hac conſideratione.

6 CONSTAT ignem originẽ habuiſſe in domo inferiori, quæ erat Matthię Angeloni. In primis enim viſus fuit fumus exire à feneſtris domus Matthiæ: quæ domus relictis tribus pueris intus eã clauſa fuit à Matthia, & aliis de eius familia: & tẽpore, quo ex omni parte domus clauſa erat, & quo fumus ex ipſa domo exibat, vnus ex ipſis pueris vocabat Iſabellam, vt domum aperiret, dicendo & plorando, ꝙ ob fumum ſuffocabantur, & quòd Hortẽtius vnus ex pueris ignem immiſerat in riſchia, ſeu canapo exiſtente in camera Lippę: quã confeſsionem dictus puer demum pluries, & plures fecit, tam abſente, quàm præſente parte. Et aperta per vim ianua ob dubiũ, ne tam ipſi pueri cremarentur, quàm ne domus ſuperior Magnificorum de Macrinis combureretur, viſa fuit flãma ignis de domo inferiori Matthiæ aſcendere in domum ſuperiorem ipſorum de Macrinis: & demum ob vehementiam ignis, cuius natura eſt altius euolare, incœpit comburi domus Macrinorũ vnà cum bonis mobilibus ibi exiſtentibus.

7 Cùm igitur ignis principium habuerit in domo inferiori ipſius Matthiæ, dictum incendium eius culpa ortum pręſumitur. Cõmunis eſt enim concluſio, quòd incendium præſumitur ortum culpa inhabitantium l. 3. §. 1. ff. de offi. pręfect. vigil. l. ſi vendita. ff. de pericul. & commod. rei vendit. & l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. locat. *Cõis opin.*

¶ Imò incendium cõmitti non poteſt ſine culpa inhabitantium: vt dicit textus in dicta lege ſi vendita.

¶ Et ideò Barto. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de edend. dicit, quòd vbi caſus fortuitus regulariter non committitur ſine culpa, vt eſt furtum, & incendium, non ſufficit probare caſum, niſi probetur quòd caſus interuenerit abſque culpa. Idem dixit Bald. in l. ſi creditor. C. de pignorat. actio. vbi aſſerit, quòd probatur culpa abeſſe in incendio, quando probatur vndè ignis originem habuit, putà ab incurſu hoſtium: & ſi hoc non poteſt apparere, in dubio ferenda eſt ſententia contra inhabitantes. Idem dixit in l. quæ fortuitis. 2. colum. verſicu. Item quæro. C. de pignorat. action. quam opinionem ſequuti ſunt etiam Alber. de Roſa. in tract. ſuo ſtatutorum, in 2. parte incipien. Item quæro ſi ſtatuto caueatur. Abb. in cap. 2. in 3. colum. verſic. Quid autẽ ſi probetur, de depoſit. vbi dicit, quòd allegans incendium commiſſum, debet probare, quòd fuerit commiſſum ſine culpa ſua: quia in dubio præſumptio eſt contra ipſum, quòd culpam commiſerit. Salycet. in dicta l. ſi creditor. C. de pignora. action. Angel. Aret. in §. item is cui, Inſtit. quibus mod. re contrahitur obligat. & plenius in ſuo tracta. maleficiorum, in verbo, Incendiario, vbi in 6. colum. verſicu. Tertio caſu principali, dicit quod ſupra dictũ eſt, & plus, quòd niſi doceatur à qua perſona inhabitantium incendium proceſſerit, præſumitur proceſsiſſe culpa patrisfamilias, cuius imperio cęteri obediunt: quaſi minorem adhibuerit diligentiam ex præſumptione iuris, quã debuerit. quæ concluſio probatur in dicta l. ſi vẽdita, vbi apparet, quòd pręſumitur incendium commiſſum culpa domini, niſi cõſtet de eius diligentia: quia tunc dominus excuſatur, & incendium pręſumitur eſſe commiſſum culpa ſeruorum, vel aliorum inhabitantium. Tandemq; opinionem vltra alios ſequuntur Hieronymus Gratus in lib. 2. reſponſorum, in reſponſo. 46. Alex. de Neuo in conſ. 87. nume. 1. cum ſeq. & Berous in conſ. fin. vol. 3.

8 Et ſi dicatur, quòd incendium pręſumitur ortum inhabitantium culpa leuiſsima in omittendo. Alex. & alij cõiter in l. domos. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis. §. fi. colum. fi. ff. de edẽ. in l. ſed ſi quis. §. quęſitum. col. pen. ff. ſi quis cau. & in d. l. domos, Marſil. in l. 1. nume. 99. de ſicar. Crot. in l. 4. §. Cato. num. 74. ff. de uerbo. obliga. Ioan. Sadol. in l. quod te, nume. 16. ff. ſi certum petatur Anan. in conſil. 71. colum. 2. Alexan. in conſil. 50. volum. primo, & in conſilio 74. uolu. 6. Iaſ. in conſilio 116. volum. 1. Gozad. in conſilio 63. Cępol. in conſilio 70. Cardin. Pariſ. in conſilio 87. volum. 4. Rolandus à Valle in conſilio 95. numero 15. volu. 2. Iacobus Menochius in conſilio 53. nume. 20. & in tracta. de arbitr. iudic. libro 2. centur. 3. caſu 390. Et hæc eſt communis recepta Scribentium ſententia: quam ſequitur etiam Afflict. deciſio. 57. & Burſat. in conſilio 59. nume. 6. uol. 1. Et actio legis Aquilię, quę in caſu noſtro intentatur, & intentari poteſt, non competit *Cõis opin.*

niſi pro leuiſsima culpa in committendo, & non in omittendo. Glo. in l. ſi vſusfructus. §. deniq; ff. de vſufruct. & ibi Barto. & Bald. Alexan. in d. conſi. 50. Affict. d. deciſio. 57. & Iacobus Menochius cum concordantibus per eum adductis in d. caſu 390. Cùm igitur in caſu noſtro incendium nõ commiſerit Matthias, ſed eius culpa ortum præſumatur: ſequitur quòd eius culpa cùm ſit in negligendo, & omittendo ſibi non præiudicat, vt ipſe actione legis Aquiliæ ad emendationem damni teneatur.

¶ Huic concluſioni, in qua pars maximum facere poſſet fundamentum, reſpódeo duobus modis, & primo negando hanc culpam Matthiæ eſſe leuiſsimam in omittendo: cùm dico culpam eius fuiſſe leuem tendentem in latam. Secundo dato & non conceſſo fuiſſe leuiſsimam culpam in omittendo, adhuc dico in caſu noſtro ob actionem legis Aquiliæ teneri ad emendationẽ dãni.

¶ Quòd fuerit incendium ſequutum ex culpa leui dicti Matthiæ, præmittẽdum eſt, antequam id probem, quòd in domo inferiori, vbi ignis originem habuit, habitabat Matthias cũ tota eius familia, & in ea tenebat riſchiam, & canapum; & intus eam domum ubi aderat riſchia, canapum, & ignis, tempore incendij reliquerat tres pueros, & ianuæ domus ex omni parte erant clauſę.

9 Modò ſic, Leuis culpa eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis, & profeſsionis, Barto. in l. quod Nerua ff. depoſi.

10 Vel ſecundum Bald. in dicta l. quæ fortuitis, nume. 12. C. de pignor. actio. Culpa leuis eſt non prouidiſſe, quod à diligenti prouideri potuit: Vel eſt facere, quod non faceret, vel omittere, quod nõ omitteret diligẽs, vel diligẽtior. Et finis leuis culpæ eſt non intelligere, quod debet à ſapientibus intelligi. & ſequitur Alciat. in l. latæ culpę. ff. de uer. & re. ſig. & Cagnol. in l contractus, nume. 13. ff. de reg. iu. Sed tenere riſchiam, & canapum in domo, vbi continuè frequentatur, & ubi ſit ignis: & relinquere pueros intus domum ſine aliqua idonea perſona, & claudere ab omni parte clauibus ianuas domus pueris ſic intus relictis, vtiq; homines diligentes eiuſdem conditionis, & profeſsionis non facerent. Nam diligens in domo habitationis, quę cõtinuè frequentatur, propter periculum non teneret riſchiam, & canapũ, neque reliquiſſet pueros cuſtodes: cum de facili poſſet conſiderare, quòd ex aliqua cauſa poſſet comburi propter ignem in domo exiſtentem riſchia & canapũ: vel quòd pueri immittant ignẽ, ex quo incendium demum cauſetur. Cùm igitur dictus Matthias non intellexit, quod à ſapientibus debet intelligi, & fecit quòd non feciſſet, & omiſit quod non omiſiſſet, & non prouidit, quod diligens prouidiſſet, non eſt dubium, quòd dicitur fuiſſe in leui culpa.

11 Et hinc eſt, quòd tenere riſchiam, & canapũ propè ignem, & in domo habitationis, eſt locus incongruus, & non idoneus: quia per aſsiduitatem, & frequentationem de facili poteſt committi inceudiũ. l. item quęritur. §. 1. ff. locat. & l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commodat. & ideò attribuitur leui culpæ. Petr. de Ancha. in cõſ. 349. Alexander de Neuo in cõſi. 87. nu. 4. & Hierony. Gratus in lib. 2. reſponſorum in reſponſo 46. nu. 19.

12 Item relinquere ſimpliciter pueros in domo, attribuitur leui culpæ, & tenetur dominus. Bal. in conſ. 44. in fi. volum. 3. & in conſil. 491. uolu. 4. & tradit Iacobus Menochius in d. caſu 390. nu. 17. ex prædictis igitur authoritatibus apparet apertiſsimè ipſum Matthiam fuiſſe in leui culpa, & conſequenter incendium ex culpa leui dicti Matthiæ ortum fuiſſe.

13 Et facit etiam quod ſcribit ad hoc propoſitum Cagnol. in d. l. contractus, nume. 53. ff. de regu. iur. quòd ſi puer in ſtabulo diligenter non cuſtodiuit lucernam, adeò vt domus conducta exuſta fuerit, cõductor pueri dominus tenet, ſi ſibi lata, vel leuis culpa aſcribi queat.

14 Sed dato, & nõ cõceſſo, quod culpa Matthię leuiſſima dicatur, adhuc ad dãni emendationẽ tenetur, licèt cõis ſit cõcluſio, quod actione legis Aquiliæ quis pro leuiſsima culpa in omittẽdo nõ teneatur. Dicta tamen concluſio tribus modis declaratur. *Cõis opin.*

15 Primo declaratur procedere in actione directa legis Aquiliæ: ſecus verò eſt inutili actione. Nam quando intentatur vtilis actio legis Aquiliæ: tunc quis tenetur pro leuiſsima culpa etiam in ommittendo. ita dicit Gloſſa notabiliter in l. vſusfructus in §. denique, in vltim. ſolut. ff. de vſufruct. quam ſequuntur Roman. in l. fluminum. §. vitium nume. 1. ff. de damno infecto, Alexand. in l. cùm inter. §. qui bona numero 5. eodem titulo, Hieronymus Gratus in lib. 2. reſponſorum in reſponſo 46. nume. 15. Bartol. & ibi Alexand. in additio. in littera G. in dicto §. denique, Marcus Antonius Natta in additio. ad conſilia Alexand. in conſil. 50. volum. primo, & Petrus Caleſatus inter conſilia diuerſorum in ſecundo Tomo Ziletti in conſil. 58. numero 35. quæ concluſio probatur in l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi fornacarius. ff. ad legem Aquiliam, ibi, puto vtilem competere actionem tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, quàm in eum, qui negligenter cuſtodiuit. Sed in caſu noſtro petitur reum condemnari omni meliori modo; & ſic etiam vtilis actio legis Aquiliæ intentatur: ergò ipſe Matthias in caſu noſtro tenetur actione vtili legis Aquiliæ ad emendationem damni etiam pro leuiſsima culpa in omittendo.

16 Secundò declaratur procedere, & ſic quod actio legis Aquilię non datur primo damno dato per negligentiã, quando negligentia eſt cauſa proxima damni; & ita procedit d. §. deniq: ſecus ſi cauſa remota, per quã cauſam remotã damnũ poſtea faciẽdo eſt cõmiſſum: nã tunc ad emendationẽ damni actione legis Aquilię tenetur etiã pro leuiſsima culpa in omittẽdo. Glo. in l. cũ quis, in ver. Acceſſerit,

ceſſerit ff. de dolo, Alex. in Apoſtilla ad Bar. in d. §. deniq; in littera G. & ibi Angelus, Marcus Antonius Natta in additio. ad Alexan. in d. conſ. 50. & Petrus Caleſatus in d. conſil. 58. nu. 34. Sed in caſu noſtro tenere riſchiam, canapum in domo, vbi ſit ignis, & ibi relinquere pueros clauſis ianuis nō eſt cauſa proxima incendij, ſed remota: quia poterat eſſe, & non eſſe quòd ex dicta cauſa incendium committeretur: ergò ex negligentia in relinquendo riſchiam, canapum, ignem, & pueros, ipſe Matthias ad emēdationem damni actione legis Aquiliæ obligatus exiſtit.

17 Tertiò, & vltimò declaratur, vt procedat communis concluſio, quando nullum ſequitur factum cauſatiuum damni: nam tunc leuiſsima culpa non venit in lege Aquilia. Et ita procedit text. in dicto §. denique: ſecus verò eſt, quando præcedit aliquod factum, quod eſt occaſio damni: nam tunc licèt damnum ſequatur ex negligentia ſequenti, & poſt negligentiam ſequitur factum, quod veriſimiliter ſequutum non eſſet, niſi præceſsiſſet negligentia: tunc in actione legis Aquiliæ venit leuiſsima culpa in omittendo. Et ita procedit text. in dicto §. ſi fornacarius: & hoc voluit Gloſſ. in dicto § denique in prima ſolutione, dum dixit, quòd in illo §. res corrumpitur à ſe ipſa, ſed in dicto §. ſi fornacarius, corrumpitur appoſitione ignis: idem dicunt Salycet. in l. ſi vendita ad fin. ff. de pericul. & commodo rei vendit. Marcus Antonius Natta in additio. in dicto conſil. 50. & Petrus Caleſatus in dicto conſil. 58. nume. 32. cum ſequentib. Sed in caſu noſtro præceſsit factum in tenendo riſchiam, canapum, ignem in domo, & in relinquendo intus ipſam domum pueros clauſis ianuis: quod factum fuit occaſio damni, & incendij, & ex ipſa negligentia ſequenti, & poſt negligentiā ſequutum fuit incendium & damnum: quod veriſimiliter ſequutum non fuiſſet, niſi præceſsiſſet negligentia Matthiæ in relinquendo pueros intus domum, ubi erat riſchia, canapum, & ignis: ergo non eſt dubium quòd ad emendationem damni actione legis Aquiliæ obligatus eſt. Et in tantum eſt vera hæc concluſio quod etiam, vbi culpa precedit caſum, quis tenetur de caſu fortuito. l. ſi ut certo. §. interdum, & l. in rebus. §. 1. ff. commod. cum ſimil. Sed dictus Matthias fuit in culpa tenendo canapum, riſchiam, & ignem in domo, & relinquendo pueros ibi: nam commiſit dictam domum periculo incendij: ergò caſus incendij ſibi imputari debet.

18 Et ſi denuò dicatur, quòd licèt ex leui, ſeu leuiſsima culpa actione legis Aquiliæ quis teneatur: tamen hæc concluſio procedit, quando conſtat de certa, & determinata perſona. Nam incendium præſumitur factum culpa inhabitantium: non tamen præſumitur culpa determinatæ perſonæ: Et ideò ſi non conſtat de certa, & determinata perſona, ſequi debet ſententia abſolutoria; & per conſequens non poteſt ſequi condemnatoria. Salycet. in dicta l. ſi uendita, & in l. quę fortuitis, & ibi Bald. C. de pigneratit. action. Bald. in l. ſi creditor. C. eodem titulo, & in conſil. 373. & 342. volum. 3. Iaſ. in dicta l. ſi quis ex argentarijs. §. fina. in dicta l. domos, & in conſil. 116. volum. primo, Anani. in conſil. 71. Gozadinus in conſil. 63. Pariſ. in conſil. 87. volum. 4. Afflict. deciſio. 57. Rolandus à Valle in dicto conſil. 95. Iacobus Menochius in dicto caſu. 390. Ioſephus Ludouici in deciſionibus Vmbriæ, deciſione 25. Franciſcus Burſatus in conſil. 59. nume. 8. Marſil. in l. 1. in princ. nume. 9. ff. ad legem Corne. de ſicarijs, & in conſil. 24. nume. 8. in conſil. 39. nume. 46. in conſil. 42. numer. 43. in conſil. 50. numer. 12. in conſil. 63. num. 7. & in ſingu. 217. Corne. in conſ. 242. volum. 1. Cæpolla conſil. criminali 70. Thomas Grammaticus conſil. 22. Alexand. in dicto conſil. 50. volum. 1. Iacobus Menochius in conſ. 53. Dec. in l. ſemper in obſcuris, poſt numer. 5. verſicu. ſecundo fallit. ff. de regulis iuris, Curtius Iunior in l. dominus horreorum colum. 2. ff. locat. Alciat. in tracta. præſumptio. lib. 3. regu. 3. præſumptio. 39. poſt nume. 5. & Thomas Ferrar. cautε. 36. & hæc eſt communis concluſio. *Cōis opin.* Sed in caſu noſtro non conſtat euidenter de certa, & determinata perſona; & ſic quis ignem immiſerit: ergò non poteſt contra Matthiam ſequi ſententia condemnatoria.

19 Reſpondeo duobus modis. Et primo negando non conſtare certam, & determinatam perſonam: conſtat enim vnum ex pueris nomine Hortentium ignem immiſiſſe; id pluries confeſſus fuit, & iter puer nomine Suetonius: in primis quando erant intus domum tempore incendij dixit, poſtmodum poſt incendium ſequutum parte abſente coram varijs, & diuerſis perſonis ſingularibus, & contextibus ſemper pluries, & pluries confeſſus fuit, & declarauit, & demum confeſſus fuit parte præſente: vt pleniſsimè probatur in proceſſu: quæ confeſsiones probant. Nam cōfeſsio extraiudicialis probatur per duos teſtes, & parte abſente inducit ſemiplenam probationem. l. cùm de indebito. §. fina. ff. de probatio. & l. quoniam, iuncta gloſſa, de his qui notant infam. tradunt Bartol. Alexand. Iaſ. & Rip. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Butrig. & Imol. in cap. fina. de iureiuran. Alexand. in conſil. 24. volum. 2. in conſil. 39. volum. 5. in conſil. 112. volum. 6. in conſil. 85. 115. & 183. volum. 7. Marcus Antonius Natta in conſil. 260. volumine 2. Crotus in conſil. 85. & hæc eſt communis concluſio, vt atteſtatur Corneus in conſil. 113. volumine primo. *Cōis opin.*

20 Imò quando eſt confeſsio geminata pleniſsimè probat. Socinus Iunior in conſil. 8. nume. 20. in conſil. 89. numero 2. volum. 2. Curtius Iunior in conſilio 168. numero 8. Ioannes Cephalus in conſilio 297. nume. 2. uolumine 2.

Dec.

Dec. in conſil. 163. nu. 2. & Iaſ. in d. l. admonendi num. 149. verſ. pro iſta opinione, & in l. triticum nu. 10. ff. de verb. obligat.

21 Hæc confeſsio extraiudicialis, etiam non geminata de æquitate canonica plenè probat, quando per duos teſtes probatur, etiam ſi ſit abſente parte. Anton. de Butr. & Felyn. in c. ſi cautio extra de fide inſtrumentorum. Caccialupus num. 190. & Lanfranc num. 36. in d. l. admonendi: & eam vti magis communem opinionem ſequuntur Corn. in conſil. 113. volum. 1. Dec. in conſil. 153. num. 2. Ruyn. in conſil. 161. num 9. Socin. Iun. in conſ. 5. nume. 19. volum. 3. Ripa in libro reſponſorum in titu. de ſponſal. reſponſo 1. num. 5. verſ. ſecundo non obſtat. Iaſ. in l. tale pactum colum. 2. de pact. & Ioannes Cephalus in conſ. 297. nume. 5. volum. 2.

22 Et licèt teſtes ſint in pluribus confeſsionibus ſingulares: tamen quia in caſu noſtro in hac ſingularitatis ſpecie adminiculatur alter alterius dicto: meritò igitur coniunguntur ad plenam probationem faciendam. Alexan. in conſil. 53. volum. 1. Dec. in conſil. 650. num. 10. Paul. de Caſt. in conſil. 38. volum. 1. Grauet. in conſil. 73. & in conſil. 267. Aemil. Ferrar. in conſil. 20. Cur. Iun. in conſil. 168. & Ioannes Cephalus in conſ. 141. nu. 12. vol. 1. vbi aſſerit hanc eſſe communẽ opinionem. *Cõis opin.*

23 Sed in caſu noſtro confeſsio eſt geminata: probatur tum per teſtes conteſtes, tum per teſtes ſingulares, qui alter alterius eorum dictum adminiculantur, & ſumus in Regno, quod eſt feudum Eccleſiæ: & ideò in eo attenditur ius canonicum. Corne. in conſil. 261. nume. 31. in fin. volum. 4. & Thobias Nonius in §. ſed hæc quidem, ſub nume. 4. in verſicu octauo procedit, inſtitut. de teſtamẽt. ergò iſta confeſsio in caſu noſtro plenè probat incendium ortum fuiſſe ex immiſsione ignis facta per dictum Hortẽtium, imò plenè probat: quia facta fuit præſente parte. Doctores in d. l. admonendi.

24 Et ſi dicatur, dato quòd perfectè & plenè conſtet Suetonium dixiſſe ignem immiſſum fuiſſe per Hortentium, tamen eius dicto non ſtatur: tum quia vnicus eſt teſtis extraiudicialis, & non iuratus, & ideò non probat. l. iuriſiurandi. C. de teſtibus, tum etiam quia eſt puer, & impubes: & impubes non admittitur in teſtem, l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus.

25 Reſpondeo, conſiderando quòd nos ſumus in caſu, in quo probationes per præſumptiones, & cõiecturas ſufficiunt, ex duabus rationibus. Prima eſt, quia incendium cõnumeratur inter caſus difficilis probationis. Iacob. Menochius in tracta. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 2. caſu 116.

26 Et in caſu difficilis probationis admittuntur inditia, præſumptiones, & coniecturæ, ac vehemens opinio, etiam ad plenam probationem. Bartol. ſub num. 10. & Iaſ. num. 18. & 19. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ff. de verb. obligat.

27 Secunda ratio eſt, quia intus domum non erãt niſi tres pueri, & ideò ſumus in occultis, in quibus probationes per coniecturas dicuntur manifeſtę probationes. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an & hęredi. ff. de edend. Aymon Grauett. in conſil. 73. num. 19. Alex. in conſil. 24. & in conſ. 53. vol. 2. Dec. in conſil. 510. 575. 577. & conſ. 596. & maximè prædicta procedunt in caſu noſtro, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta: & propterea Iudex poteſt credere perſuaſiuæ probationi tantùm. Bal. in l. ſolam. C. de teſtibus, & Marſil. in ſingu. 494.

28 Modo ſic, cùm in caſu noſtro per alios veritas haberi non poſsit, niſi per vnum ex dictis pueris, & cũ conſtet apertiſsimè per veras probationes, & per euidentiſsimas coniecturas, & præſũptiones, adeo ꝙ tergiuerſari non poteſt ignem non incœpiſſe in domo, & intus eam, vbi non erant niſi dicti pueri; & ideò ipſi pueri præſumuntur immiſiſſe ignẽ: quia quando conſtat vbi originem habet ignis: tunc præſumitur proceſsiſſe culpa ipſorum ſtantium in domo, vt videtur velle text. in l. ſi plures in princ. & §. 1. ff. de his qui deiec. vel effud. & Saly. in d. l. quæ fortuitis, in verſ. ego puto. & propterea confeſsio, ſeu dictum dicti pueri, vnà cum tot pręſumptionibus apertiſsimis facit perfectiſsimam probationem.

29 Et hinc eſt, quòd teſtis extraiudicialis, & non iuratus inducit in ſimilibus caſibus iuſtã cauſam credulitatis. Dec. in conſ. 559. num. 8. & præcipuè vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, Bar. in l. ſi filiusfa. ff. de dona. & Rom. in cõſ. 20. poſt n. 3.

30 Et hinc eſt, quòd in ſimilibus caſibus difficilis probationis, & in quibus per alios, quàm per pueros veritas haberi non poteſt, ſunt idonei, & integri teſtes. Marſi. in l. ſi infans. ff. de ſicar. Gram. in conſ. 45. nu. 21. & Foller. in ſua pract. crim. in ver. capiat informationem, nu. 77.

¶ Et ſic apparet in caſu noſtro verũ eſſe apparere de certa & determinata perſona, & credẽdũ eſt dicto puero: cùm per alium determinata perſona probari non poſsit: & tanto magis eſt ſibi credendum: quia cùm ſit nepos dicti Matthię caret ſuſpitione, & eius dictũ iuuatur iuris præſumptione: quia incendium præſumitur commiſſum ab habitantibus, vt ſupra dictum fuit.

31 Secundò reſpondeo antedictæ principali concluſioni, quòd ea procedit, quando in aliqua domo habitant plures familiæ, ſeu in ea ſunt diuerſi, ſeu ſeparati habitatores, ſeu in ea ſunt plures conuerſantes ſimul, vt ſunt famuli, domeſtici, & extranei: nam tunc, cùm non ſciatur, quę nam ipſarum familiarum ſit in culpa incendij, & qui habitatores, ſeu conuerſantes fuerint in culpa, ratione incertitudinis ne innocens pro nocente puniatur, proferẽda eſt abſolutoria ſentẽtia. Dominus enim nõ tenetur indiſtinctè de culpa, & facto ſingulorum habitantium: nã poteſt eſſe ꝙ teneatur de culpa ſuorum, & quòd non teneatur, & ſic etiã ꝙ teneatur de culpa extraneorũ, & ꝙ nõ teneat, & pro-

& propterea ratione incertitudinis non poteſt ſequi ſententia condemnatoria: & ita loquuntur pręfati Doctores, & in ſpecie Alex. in d cōſ. 50. uol. 1. nume. 5. & 6. Sed ſecus eſt, quando in domo nō habitat, niſi vna familia, & præcedit culpa domini, ſeu patrisfamiliàs: nam tunc quando pro habitantibus tenetur, quod ſemper eſt, quando ipſius culpa pręcedit: tunc dominꝰ, ſeu paterfamiliàs de incēdio tenetur, etiā ſi non conſtet quis incēdium cōmiſerit: ita dicūt antedicti Doctores, & in ſpecie Bald. in l. quæ fortuitis, poſt num. 4. C. de pign. act. Sed in caſu noſtro in ipſa domo non habitabat niſi ipſe Matthias cū eius familia, & eius culpa pręceſſit, vt ſupra pluries demonſtratum fuit: ergò dato & non conceſſo, quòd non conſtaret quis ipſorum puerorum incendium commiſerit, tamen de incendio tenetur in caſu noſtro: & ita determinat Alex. de Neuo in d. conſ. 87. & Petrus Calefatus in d. conſ. 58. nu. 42.

32 Et ſi vltimo loco diceretur, dato quòd conſtaret dictum Hortentiū ignem immiſiſſe, adhuc ipſe Matthias auus, dominꝰ, & caput familiæ pro eius culpa de damno dato occaſione incēdii non eſt obligatus. Cùm cōcluſio ſit Doctorū, quòd tūc dominus tenetur pro facto, & delicto familiæ, quādo illi de familia deputati ſūt certo officio, & in eo deliquerunt: nā tunc dicitur in culpa paterfamiliàs deputādo inſufficiētes. vt in l. 1. §. familiæ ff. de public. Bart. in l ne qd, col. ... ff. de incend. rui. & naufr. ſecus uerò eſt, ſi illi de familia non fuerūt deputati certo officio: nam tunc pro culpa ipſorum dominus, caput familiæ, auus, ſeu paterfamiliàs non tenetur. Anā. cōſ. 71. Iaſ. in dicto conſ. 116. Pariſ. in præallegato cōſ. 87. Bal. in d. l. ſi uēdita. Gozadin conſ. 63. nume. 14. Alex. in d. cōſi. 50. Cepoll. in conſ. 50. colū. 1. in fin. Afflict in citata deciſ. 57. Rolādus à Valle d. conſ. 95. & Iacobꝰ Menochius tā in d. conſ 53. quā in d. caſu 390. Et ideò non tenetur pro uxore, ꝓ nuru, pro filiis, & pro aliis, ut colligitur ex Grammat. deciſ. 3. Sed in caſu noſtro iſti pueri non erāt deputati alicui certo officio: ergò dictꝰ Matthias uti auus, dominꝰ, & caput familiæ pro incendio ex eorū culpa cauſato non tenetur.

¶ Huic concluſioni, in qua pars maximū poſſet facere fudamentū, duobꝰ modis reſpondeo. Et primò, quòd ſupradicta concluſio ꝓcedit, quando culpa ipſorum de familia incendiū commiſsum fuit, & non culpa domini: nā tūc dominus pro nuru, pro uxore, ꝓ filiis, pro nepotibus, & pro aliis de familia non deputatis alicui certo officio non eſt obligatus: & ita loquuntur oēs ſupradicti Doctores. Secus uerò eſt, quādo culpa domini præcedit, nā tunc, cùm incendium ex culpa domini præcedenti commiſſum ſit, ipſe dominꝰ pro eius culpa tenetur de incendio per ſuos de familia commiſſo. Bal. conſil. 442. uol. 3. nam tunc tenetur de eius culpa. Alex. d. conſ. 50. Menochius in d. caſu. 390. Cagnol. in l. contractus. nume. 53. ff. de reg. iur. & Berous conſ. fin ſub nume. 8. uolu. 3. & probatur per tex. in terminis, in c. fin. ext. de iniur. qui omninò uideatur. Sed in caſu nr̄o ipſe Matthias fuit in culpa, ut ſup à demonſtratum fuit: ergò pro dicto incendio extat obligatus.

¶ Secundò reſpondeo, quòd dicta concluſio ꝓcedit, quādo patresfamiliàs ſunt frugi, & diligentes circa curā gubernij totiꝰ domus: quā diligentiā probare debent: aliàs ſi nō probāt, præſumit culpa patrisfamiliàs incendiū commiſſum. Alex. de Neuo d. conſ. 87 poſt num. 3. i fin. & num. 7 Berous in d. conſ. fin. num. 4. & Hieronimꝰ Gratus in d reſpon. 46. ſed nos in caſu nr̄o ſumus in caſu claro: quia conſtat de culpa dicti Matthiæ ergò non eſt dubium, quod tenetur ad damni emendationem.

33 Nec fiat fundamentum ignem non fuiſſe in domo dicti Matthiæ, & ideò ex eiꝰ culpa nō potuiſſe oriri incendium: quia cū dicta domꝰ tunc temporis ab omni parte claubꝰ clauſa erat, teſtes id deponere non poſſunt: & ſi deponāt ſūt ſuſpecti de falſo: cùm probent negatiuā loco, & tempore non coarctatā; & teſtes noſtri, affirmātes, & probātes ignem ibi fuiſſe, præferuntur. Nā teſtes deponentes negatiuā loco, & tempore non coarctatā, non probant Bal. n. 7 & Dec. num. 8. in l. 1. C. de bonor. poſſeſ. ſecund. tabul.

34 Et teſtes affirmātes pręferunt negantibus. Gloſ. in l. dien. proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. Dec. conſ. 534 & conſ. 649 & in ſpecie incendij tradit Alex. de Neuo d. conſ. 87. n 9. & 10.

¶ Ex prędictis apparet dictum Matthiam obligatum eſſe ad dāni emendationem: & ita iuris cenſeo, & conſulo ego Alexander Trencinque Aquilanus V. I. D.

Alexander Trentacinque qui ſupra.

Sylux Communium Opinionum Doctorum vtriuſque cenſuræ, Authore Franciſco Viuio, Iuriſconſulto Aquilano,

LIBRI PRIMI FINIS.

Series chartarum.

✠ † * a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l.

Omnes ſunt Terniones, præter †. & L l. duerniones.



AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium.
Anno Domini. M. D. LXXXII.

SYLVAE COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE,

IN TRES LIBROS DISTINCTAE,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V. I. C. AVTHORE,

LIBER SECVNDVS.

Cum rerum & verborum Indice, ad quaſuis inſigniores & notabiliores deciſiones inueniendas, ſummo ſtudio fideliter edito.



AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium, Anno Domini, M. D. LXXXII.

COMMVNIVM
OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE.

LIBER SECVNDVS.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi neceſſarijs, Authore Franciſco Viuio, Iuriſconſulto Aquilano.

SVMMARIVM.

1 *LAICVS non poteſt exercere officium vicariatus Epiſcopi.*
2 *Clericus coniugatus non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi.*
3 *Laicus poteſt eſſe aſſeſſor Epiſcopi, & cuiuſcunque iudicis eccleſiaſtici.*
4 *Epiſcopus poteſt committere laico cauſam eccleſiaſticam ciuilem, non autem criminalem, vel ſpiritualem.*
5 *Papa poteſt committere iudicibus laicis cauſas criminales clericorum, & tunc iudicabunt non tam ex propria iuriſdictione, quàm ex iuriſdictione Eccleſiæ ipſis demandata.*
6 *Papa poteſt concedere laicis poteſtatem conferendi beneficia.*
7 *Papa poteſt delegare laico, vt aliquem excommunicet; ſecus verò Epiſcopus, qui non poteſt.*
8 *Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam laicis in clericos, ſed delegatam ſic; & laici talem iuriſdictionem tempore, vel conſuetudine acquirere nequeunt.*

OPINIO CCCCXL.

1 LAICVS non poteſt officiũ vicariatus Epiſcopi exercere; & ſic non poteſt eſſe vicarius ipſius Epiſcopi: ſecundùm Gloſ. in c. præter. §. verùm, in verb. Ducibus 32. diſtinctione, & in c. benè quidem in ver. Laico, & ibi Doct. 96. diſtin. Bertachinum in tract. de Epiſcopo. in 7. par. 4. lib. quęſtio. 18. Abb. in c. decernimus de iudi. vbi cum eo transeunt Barbac. nu. 32. Fely. nume. 6. Deci. nume. 120. Ripa nu. 116. & Marcus Mantua numero 33. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem: & ſequitur etiam Angelus de Clauaſio in ſua ſumma Angelica, in verbo. Laicus. §. 3. vbi hanc communem limitat per text. in c. fin. ne cleri. vel monac. lib. 6. procedere in ſpiritualibus, nõ autem in temporalibus, in quibus poteſt Epiſcopus eligere vicarium ſecularem, habendo iuriſdictionem temporalem in ſuo Epiſcopatu. Cõis opin.

2 Et utiliter inibi hi Doctores idem procedere, ac uerum eſſe cenſent in clerico, qui ſit coniugatus: & idem notant etiam Ioan. And. & Domi. in c. vnico, de cleric. coniug. in 6. & Abb. in c. ſanè de cleric. coniug.

3 Et licèt laicus vicarius Epiſcopi conſtitui nequeat; nihilominus poſſet eſſe aſſeſſor ipſius Epiſcopi, & cuiuſcunque alterius iudicis eccleſiaſtici: ſecundùm Archid. in c. pluries. 16. q. 1. Roma. in l. 2. ff. de offic. aſſeſſ. Innoc. Hoſtien. Anto. Abb. Fely. num. 6. Deci. nume. 131. cum duobus aliis ſeq. & Marcum Mantuam nu. 37. in d. c. decernimus, qui perhibent etiam iſtorum ſententiam communem eſſe. Cõis opin.

4 Item Epiſcopus poſſet committere, ſeu delegare laico cauſam eccleſiaſticam ciuilem: ſecundùm Glo. in d. c. decernimus, communiter approbatam ab omnibus, atteſtante Dec. ibi, nume. 7. & 44. Sed profectò cauſam criminalem, vel ſpiritualem Epiſcopus ipſe committere nequiret modo aliquo laico, nec laico & clerico inſimul: ſecũdùm Abb. in c. ſignificaſti col. 8. de foro competen. Domini. in c. 2. §. 1. de iudi. in 6. & Docto. omnes in d. c. decernimus, & ibi Deci. num. 44. & ſequen. vbi admittit iſtam communem opinionẽ, & Gratus conſil. 85. inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa nunc accerſitus ſum, nume. 9. & ſequen. volum. 2. vbi etiam tradit alteram limitationem. Cõis opin. Cõis opin.

5 Et dato, quòd clerici nõ ſubſint iudici laico, vt ſupra oſtenſum eſt ex communi opinione; tamen Papa poteſt cõmittere iudicibus laicis cauſas, etiam criminales clericorum, & tunc illi iudicabunt, non tam ex propria iuriſdictione, quàm ex iu-

ex iuriſdictione Eccleſiæ ipſis demandata,ſecũndum communem opinionem:quam citant, & ſequuntur Iaſ.in rub.de officio eius,& in l.eſt receptum colum.2.ff.de iuriſdict.omnium iudic. Berous in quæſt.7.nume.1. & Fely. in c.2. nume.3. de maior.& obed.per textum.in capitu.officium 32.diſtin.

6 Nam & laicis ipſis Papa poteſt cõcedere poteſtatem beneficia conferendi: vt conſtanter firmauere Gloſ.in c.Imperium 10.diſtin.Innoc.Io. And.Anto.Abb.Anani.Ancha. & Domini,in ca. 2.de præben.in 6.Ioan.Andr.in additio.ad Spec. in tit.de legato.§.nunc tractemus, verſic.Sed nũquid legatus,Berous in d.quęſt.7. nume. 4. & ſequẽ.& Fely.in c.dilecto de teſtib. in c. cauſam de præſcriptio.& in d.c.2.nume.3.de maiori. & obedientia.

7 Et quia laicus ex delegatione Papę poſſet etiã excõicare,c.Mennam.2.q. 4.Gloſſ. in d. c. pręter. §.uerum,& in d.c.benè quidem, & Panor. ſequitur etiam,& probat in c.ab excommunicato.colum.2.de reſcript.& in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. colum.3.de conſtitu.& Berous in d.q.7.nu.2.vbi ait iſtam opinionem communi voto omniũ Doctor.approbatam eſſe. Sed Epiſcopus non poſſet aliter demandare laico poteſtatem excommunicandi:vt per Abb.in c.2.colum.1.de iud.& Fely. in c.ex parte Decani col. 2.de reſcript. *Cõis opin.*

8 Et ſic ex iſtis apparet communem eſſe ſentẽtiam,quòd Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam laicis in clericos, licèt delegatam poſsit;nec laici ipſi poſſunt tempore,vel conſuetudine,talem iuriſdictionem acquirere:ſecundum Fely.in dictis locis,Card.conſil.68.Ioã.Andre.& Domi.in d.c. 2.de præben.in 6. quod intellige,vt per Iaſ.in d.rub.de offic.eius nu.8.& in d. l.receptum num.3.& 4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LAICVS poteſt eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualibus: Et res eccleſiaſtica, ſeu ſpiritualis in arbitratorem laicum compromitti poteſt.*

2 *Laicus non poteſt eſſe arbiter in cauſis ſpiritualibus.*

3 *Laicus, & clericus ſimul electi in cauſis ſpiritualibus poſſint eſſe arbitri,& in eis procedere poſſunt, & valet tale compromiſſum.*

OPINIO CCCCXLI.

1 LAICVS poteſt eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualibus,& ſic de re eccleſiaſtica,etiam ſpirituali in arbitratorem, etiam laicum compromitti poteſt:ſecundum Hoſtien.& Ioan.And.in c. fi. in prin.de rerum permut.Anchara.conſi.34. nu.6. & conſ.98.Fely.in c.cũm ſit,nume.3.de foro competen.Alex.nu.5.& Iaſ. colum. penult. in l.quoties.C.de iud.& eundem Alex.conſ.91.col.1.volum.2.Roma.conſulendo.conſ.173. Ruinum cõſil.66.nu.11.vol.4.Dec.cum alijs relatis per eum, nu.4.& Marcum Mantuam,num.1.&ſeq.iñ c.decernimus de iudicijs,Baptiſt.de Sancto Blaſio in tract.de arbitris.q.17.verſ. Sed quæro nunquid de arbitratore,& Gratum conſ.87.nu.10.vol.1. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionẽ. *Cõis opin.*

2 Sed benè laicus non poteſt eſſe arbiter in cauſis ipſis ſpiritualibus:vt uoluit Dec.in d.c.decernimus nu. 195. Marcus Antonius Blancus cum cæteris ſignatis per eum in tract.de compromiſſis q.2.nu.62.

3 Tamen laicus,& clericus inſimul electi in cauſis ipſis ſpiritualibus poſſunt eſſe arbitri,& in eis procedere poſſunt,& valet tale compromiſſum: teſtibus Aret.Fely.Barbac. Dec. & Mantua, nume.16.in dict. c. decernimus, vbi profert iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur cũ alijs relatis per eum, & latè tuetur Marcus Ant. Blan.in d.q.2.præcitati trac.de compromi.n.64. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM factum filiabus in teſtamento non compręhendit poſthumos natos poſt mortẽ teſtatoris,ſed natos poſt conditum teſtamentũ, & ante mortem teſtatoris.*

2 *Legatum factum filijs non cõpræhendit natos poſt mortem teſtatoris,ſed ortos dumtaxat tempore teſtamenti,vel mortis teſtatoris.*

3 *Legatum factum filijs extenditur aliquando ad filios naſcituros poſt mortem teſtatoris.*

OPINIO CCCCXLII.

1 LEGATVM factum filiabus in teſtamento non comprædhendit poſthumam; & ſic in legato facto filiabus prædictis non venit ipſa poſthuma, quæ nondum erat in rerum natura, niſi de ea in dicto teſtamento appareat facta expreſſa mentio:vt voluerunt Glo.Bart.Paul.Caſtren.Aretin. Rapha. Cuma. Alexand. & Iaſ. nume. 8. & 26. per textum ibi in l.qui filiabus. ff. de lega.1. ubi intonat iſtam eſſe communem opinionem. Sed hoc procederet in verè poſthumo poſt mortem teſtatoris orto, non autem in nato poſt conditum teſtamentum ante ipſius teſtatoris mortem: ſecundum Gloſſ. in rubri. C. de poſthum. hæredi. inſtit. huiuſmodi enim poſthumus participare deberet abſque dubio aliquo, de dicto legato filijs facto.l.ſi cognatis,vbi Soc.hoc firmat. ff.de rebus dubijs, Cuma. in fin. Alex. & Iaſ.ſub nu.9.cum ſeq.in d.l.qui filiabus,& Roma.conſil. 408.ſub nu.6. *Cõis opin.*

2 Et hinc eſt, quòd ſi fieret legatum liberis,non comprædhenderet natos poſt mortem teſtatoris, ſed

ſed dumtaxat ortos tempore teſtamenti, vel mortis dicti teſtatoris: quoniam illo tempore dies legati cedit. d. l. ſi cognatis, & ibi Socin. & ita conſuluit Roma. conſil. 231. & Dec. conſil. 95. ſub nume. 5. & hoc idem firmat idem Roma. conſil. 134. nume. 5. & Ruinus conſil. 100. nume. 5. volum. 2. & conſil. 158. uiſo eleganti conſilio, & additionibus ad illud factis, nu. 2. & 9. volum. 3. & Tiraquel. in tract. de vtroque retract. titu. 1. §. 1. Glo. 9. nu. 83. vbi num. 82. hoc etiam ampliat, & approbatur inter conſilia Soc. conſil. vltimo, caſus iſte, poſt vltimam ſubſcriptionem, vol. 1. & in conſil. Soc. Iun. 172. nu. 1. vol. 2. qui promit iſtam eſſe communem opinionem.

3 Sed Soc. ipſe ibi videtur cõſulere doctiſsimè in quodã caſu, ꝙ legatum factum filijs extendatur etiã ad filios naſcituros poſt mortem teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM factum pro filiabus maritandis intelligitur de primis nuptijs tantùm non de ſecundis, & ſic non habet locum in viduis quantumuis pauperrimis.*

2 *Legatum factum viduæ tempore mortis patris debetur illi, quæ fuit vidua, licèt poſtea maritetur.*

3 *Legatum factum filiæ in caſu viduitatis debetur, quamuis legataria non perſeueret in viduitate. quia ſufficit quòd ſit vidua tẽpore mortis patris per illud momẽtũ.*

4 *Immunitas conceſſa à lege propter numerum duodecim filiorum non admitur, ſi aliquis eorum moriatur.*

5 *Statutum requirens certam qualitatem, ſufficit illam ab initio eſſe, licèt poſtea deficeret.*

6 *Legatum factum mulieri ſi ingrediatur monaſterium, uel aſſumat habitum tertij ordinis, ſi tunc acciperet habitum ipſum, & deinde dimitteret, deberet nempè habere prædictum legatum.*

OPINIO CCCCXLIII.

1 LEGATVM factum pro filiabus maritandis intelligitur de primis nuptijs tantũ, non autem de ſecundis, & ſic non habet locum in filiabus viduis, quamuis pauperrimis: ſecundum Bal. in proœmio decretal. col. 4. Iaſ. in l. diuortio. §. quòd in anno, num. 18. ff. ſoluto matrimo. & in l. duobus. §. ei, qui de iureiuran. Bald. in l. fina. quæſt. penult. C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate, Dec. num. 3. in rubr. C. de ſecundis nuptijs, qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & ibi eam limitat, & declarat vtiliter ipſe Dec. nume. 4. & Couarruuias quoque in c. requiſiſti, num. 3. de teſtamen. & Iacobus Mandelius conſil. 52. num. 9. & Tiraquel. cum cæteris ſignatis per eum, per textum ibi, in l. boues. §. hoc ſermone, nume. 3. cum duobus ſequentib. ff. de verb. ſign. & obſeruatur in pract. ſecũdum Iaſ. in d. §. quod in anno.

Cõis opin.

2 Sed vbicunque eſſet factum legatum filiæ, ſi erit vidua tempore mortis patris, ſufficeret ſi ipſa filia illo tempore vidua extitiſſet, licèt poſtea maritetur, & ſic legatum hoc non expiraret per matrimonium ſubſequutum, ſed peti poſſet: vt conſuluit Ang. conſil. 38. Conſtantinus Arculani de Peruſio.

3 Quia eſtò quòd pater legaſſet filiæ in caſu uiduitatis: tunc uoto ipſius patris ſemper conueniret, & conuenire deberet ſemper filiam eſſe nuptam; & conſequenter ſufficeret viduitatem fuiſſe per momentum, licèt legataria ipſa non perſeueraret in viduitate: vt uoluit Glo. in verb. ſufficit, & Bart. in l. fin. C. de indicta uidui. tollen. & facit tex. & quod ibi notatur in l. repræhendenda. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & quod concludit Ioan. Andr. in regula decet. indultum in mercu. de regulis iuris in 6. cum alijs aggregatis per me infra in Opinione. Pater habens 12. filios poſt princ. videlicet.

4 Quòd conſequens immunitatem à lege propter numerum duodecim filiorum, illam non amitteret, ſi aliquis eorum moriretur: quod firmant Bart. in l. ex facto in princ. ff. de vulga. & pupil. Anchara. in c. ſtatutum in princ. de reſcriptis in ſexto. Imol. in Clemen. & ſi principalis de reſcript.

5 Scilicèt quòd ſtatutum requirens certam qualitatem ſufficeret illam ab initio eſſe, licèt poſtea deficeret, & concurrit etiam Ang. in l. ſi quis hęredem. C. de inſtit. & ſubſtit. & in d conſ. 34.

6 In quibus locis uoluit, ꝙ ſi fieret legatum mulieri ſi ingrederetur monaſteriũ, vel acciperet habitũ tertij ordinis, ꝙ ſi tunc acciperet habitũ, & deinde dimitteret, habere deberet legatũ ipſum.

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM generaliter factũ eccleſię ſine declaratione de qua eccleſia, nõ vitiatur rõne incertitudinis, ſed debetur tũc parochiali eccleſię teſtatoris.*

OPINIO CCCCXLIV.

1 LEGATVM ſimpliciter factũ eccleſiæ abſq; expreſsione de qua eccleſia, non vitiatur tanquam incertum, ſed debetur tũc parochiali eccleſiæ teſtatoris, ac ei legatum ipſum factũ videtur; & ſic in dubio non aliter declarando teſtator in legato facto eccleſię, cui relinquat, intelligitur relictũ illi eccleſię, cui eſt parrochianus ipſe teſtator: ſecũdũ Bar. Bal. Caſtrẽ. Soc. & alios cõiter in l. quæ cõditio. §. fi. ff. de cond. & demon. per tex. ibi, Abb. conſ. 99. vol. 2. Iaſ. in §. ex maleficijs, nu. 46. inſtit. de actio. & Cęſarẽ Vrſil. in add. Affl. in deciſ. 244. nu. 5. & iſta eſt cõis opinio, aſſerentibus Docto. præallegatis, & Iaſ. in l. 1. nu. 4. & Cagnolo, num. 24. C. de ſacroſan. eccle. & Tiraq. in tract.

Cõis opin.

tracta. de priuilegijs piæ cauſæ, in priuilegio 56. colum. 1. & ſeq. Quam erroneam leuiter ait Ozerius in §. ſed ius quidem, nu. 3. cum alijs ſequen. inſtitu. de iure natur. gen. & ciui. vbi ſuper hoc tradit quandam diſtinctionem, quæ ſuſtineri in deciſiuis non poſſet aliquo modo; ideò noli aliter recedere à dicta communi tanquam veriſsima.

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM relictum canonicis alicuius eccleſiæ, videtur relictum ipſi eccleſiæ, non autem canonicis: ſecundum vnam communem opinionem; licèt altera opinio contraria appareat ſimiliter communis.*

OPINIO CCCCXLV.

1 LEGATVM relictum canonicis alicuius eccleſiæ, tunc illud eccleſiæ ipſi cōmpetit, & acquiritur; & per conſequens ipſi eccleſiæ relictum videtur, non autem canonicis: ſecundum Bart. in l. 2. ff. de reb. dubijs, Card. Ioan. de Lig. Ancha. & Imol. in Clemen. 1. §. ciuitas, de pœnis, Petrum Petru. in tracta. de quarta canonica, c. 4. verſ. tertiò principaliter, & Cæſarem Vrſillum cum aliquo moderamine in annotationibus Afflict. in deciſ. 244. nume. 2. & iſtam opinionem ſequitur Berous etiam in c. quoniam Abbas, num. 82. de offic. deleg. & communem eſſe aſſerit, & Barbat. quoq; conſil. 1. col. 16. vol. 4. atq; eam tuetur Ludo. Luſita. in d. l. 2. *Cōis opin.*

¶ In contrariã verò partem, videlicet, quòd legatum factum canonicis alicuius eccleſiæ debeatur ipſis canonicis, non autem eccleſiæ, videtur inclinare Glo. in c. requiſiſti in uer. nec eſt, de teſtam. & in c. Pontifices 12. q. 3. quam equidem inquit ordinariam Abb. in c. 2. col. 3. de decimis, & in c. 3. col. 4. de probatio. & cum eadem opinione concurrunt ſimiliter Anto. Abb. colum. fina. & Barba. num. 23. in d. c. requiſiſti. & Soc. in d. l. 2. nu. 12. qui ibi enodat iſtorum ſententiam communem eſſe: quod fatetur Ludo. Luſita. etiam ibidem col. fin. & ſic hæc vltima opinio rationabilior, & communior apparet ex prædictis, & ſecundum eam tutè iudicari poſſet; ideò ei inhærendo non obſtaret quippè d. l. 2. quoniam ibi tota Ciuitas ab ipſis ciuibus repræſentatur, à canonicis verò non repræſentatur eccleſia, ſed ſimul & à prælato, & ab alijs clericis. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM annuum perpetuò eccleſiæ relictum reſtringitur ad ſpatium centũ annorum.*

2 *Legatum alimentorum præſtandorum Fratribus alicuius eccleſiæ in die putà Sancti Ambroſij, niſi aliud ſit dictum, non debetur niſi primo anno.*

OPINIO CCCCXLVI.

1 LEGATVM annuum factum eccleſiæ per verbum ſemper, & in perpetuum perſoluendum, finitur curriculo, ſeu ſpatio centum annorum à die relicti: ſecũdum Glo. not. poſt Bar. & in l. an vſusfructus. ff. de vſufruct. & in l. ſi vſusfructus. ff. de vſufruct. lega. Iaco. de Raue. And. de Piſ. & Nicola. de Neapol. l. annua. ff. de annuis legat. Card. conſ. 66. Feder. de Senis conſil. 12. Anchara. in c. fin. de teſta. Alex. conſil. 60. in princ. vol. 1. vbi depromit iſtam eſſe magis communem opinionem, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, & Couaruuias in tracta. reſolutionum iuris ciuilis, & Pontificij in c. 9. num. 10. fol. 855. lib. 3. idemq́ue tenet, & concludit ipſemet Alex. in l. 2. in princ. ff. ſoluto matrimo. & ibi Dec. & Claud. Aquen. num. 15. Brunus conſil. 143. num. 11. volum. 4. & ita in facti cōtingentia conſuluit Alex. in d. conſil. 60. & hoc firmant Docto. ratione infinitatis euitandæ: vt latiſsimè per Alex. ibi poſt prin. & ſententiam iſtam tanquam veriorem ſequutus eſt Dec. conſ. 378. circa fin. & Marcus Mãtua in apothegm. 52. *Cōis opin.*

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd legatum iſtud duret vltra centum annos in infinitum, vt dicitur per ſecula ſeculorum, expreſsè tenuit Rogerius, relatus ab Accurſio in d. l. an vſusfructus, Abb. poſt alios ibi cōgeſtos per eum in d. c. fin. de teſta. Barba. conſil. 20. vol. 4. Angel. Cuma. Soc. col. 8. in l. 3. §. fin. ff. ad legem Falcid. Corn. conſ. 22. num. 19. vol. 3. Iaſ. in l. videamus. §. deferre col. 2. ff. de in litem iurand. & in l. 2. ff. ſolu. matrim. vbi pariter Crotus, D. Pontanus bonæ memoriæ præceptor meus Peruſinus, Parpalea, & Ripa, nu. 3. & ſeq. Tiraq. in tract. de priuilegijs piæ cauſæ priuilegio 90. & Alberic. in d. l. an uſusfructus, vbi audacter aſſeuerant opinionem hanc ſe vidiſſe cōmuniter ſeruari in practica. Et pro iſta opinione videtur caſus legis expreſsus, qui non poteſt niſi cũ magna cauillatione, & falſa interpretatione euitari, in l. annuam, & in l. annua. §. Titia. ff. de annuis lega. prout egregiè perpendit Ripa circa prin. & D. meus Pontanus col. 3. in l. 2. ff. ſolu. matri. & Soc. in l. 3. §. fi. col. 8. ff. ad l. Falc. & ita per iſtas leges, & alias quamplures rationes, & authoritates conſuluit Frater Ioannes Maria Verratus Ferrarienſis in ſuo libello diſputationum aduerſus Luteranos, in titulo de annuis legatis; & ita conſuluit etiam efficacioribus fundamentis, & rationibus Riminaldus conſilio inſerto, & poſito in dicto libello diſputationum contra Luteranos, vbi quàmoptimè firmat opinionem iſtam, & reſpondet omnibus ferè contrarijs; & huic conſil. Riminaldi ſe ſubſcripſit Ber-

Bernardinus Burguntius Doctor eximius Par-
menſis plurimis;& optimis rationibus,& ſubſcri
ptio hæc reperitur poſt conſi.Riminal.in loco ſu
pra citato. Sed ipſe nunquam diſcederem à me-
morata communi tam in conſulendo, quàm in
iudicando, tanquàm magis reali, vera, & tuta:
quia Doctores, qui aliàs contrarium conſuluere
ſuccumbuerunt, text. Alexan. in dicta l. 2. ſolut.
matrimo.

1 Et his accedit, quòd quando eſt factum lega
tum alimentorum alicui Eccleſiæ præſtandorũ
omnibus fratribus dictæ Eccleſiæ in die Sancti
Ambroſij,& nihil aliud ſit dictum: tunc alimen-
ta iſta non forent præſtanda quolibet anno in il-
la die Sancti Ambroſij, ſed hæres liberatur præ-
ſtando,& ſoluendo alimenta pro primo anno in
dicta die Sancti Ambroſij, vt per plura cócludit
Marcus Mãtua, in ſuis apotheg. apotheg. 51.

SVMMARIVM.

1 L*EGATVM eſt acceſſorium teſtamenti, non autem pars.*

OPINIO CCCCXLVII.

1 LEGATVM eſt acceſ-
ſorium teſtamenti, nõ
autem pars: ſecun-
dum Gloſſ. in rubric.
ff. de lega. 1. cum qua
ſentiunt Cyn. Alexan.
Soci. nume. 6. Iaſ. nu-
me. 4. & ſeq. Ripa nu-
me. 6. cæterique com- *Cõis*
muniter ibi, vt meminit Illuſtris Dominus Pon- *opin.*
tanus Peruſinus præceptor meus inibi, nume. 6.
Vndè cautè locuta eſt d. Glo. ſecundũ præcitatos
Doct. nõ appellãs legata partẽ teſtamenorũ, ſed
quid acceſſorium ad teſtamenta: quippè cùm te
ſtamentum poſsit abſque legatis valere: vt l. 1. §.
qui neque legaturus. ff. de hæredi. inſtitu. ſequi-
tur ergò quòd non eſt pars. l. malum. ff. de uer-
borum ſignifica. & hanc eandem communem
ſubtiliſsimè explicat, & declarat Marcellus Be-
rincutius Senenſis in apologia in tractatum de
iuris, & facti differentia. numero 34. cum aliis
ſequen.

SVMMARIVM.

1 L*EGATVM alicui factum de re alteri obligata etiam pro æquiualente quantitate valet, & hæres illam luere tenetur, etiam ſi teſtator rem obligatam fore ignoraſſet, ſecundum unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis.*

OPINIO CCCCXLVIII.

1 LEGATVM alicui factum de
re alteri obligata etiam pro æ-
quiualente quãtitate valet, &
tenet, atque hæres illam luere
tenetur, etiam ſi teſtator rem
obligatam fore ignoraſſet: ſe-
cundum Gloſ. in l. prædia. C. de fideicom. & in §.
ſed ſi rem inſtitu. de lega. Alexã. & Iaſ. cum aliis
quamplurimis ſignatis per eos, in l. ſi res obliga
ta nume. 13 ff. de lega. 1. vbi præſupponunt iſtam *Cõis*
eſſe communem opinionem. *opin.*

¶ Contrarium verò aſſeruere Paul. Caſtren.
Fulg. & Iaſon. in dict. l. prædia. Neguſantius de Fa
no in tract. de pignoribus par. 3. prin. primo mẽ
bro, ſub nu. 29. & ita eſt communis opinio, ſecun *Cõis*
dum Soci. in l. 1. §. per ſeruum corporaliter, nu. 2. *opin.*
ff. de acquir. poſſ. Sed prima opinio Gloſſæ uerior,
communiorque apparet, atque eam in actu pra-
ctico ſequendam fore ſuademus.

SVMMARIVM.

1 L*EGATVM relictum vxori per maritum ſi caſtè, atque honeſtè vixerit poſt eius mortem, debetur ipſi vxori etiam ſi tranſiuerit ad ſecunda vota: ſecundum unam communem opinionem, quamuis altera ſententia contraria ſimiliter cõis appareat.*

OPINIO CCCCXLIX.

1 LEGATVM vxori per ma-
ritum relictum ſub condi-
tione ſi caſtè, honeſtèque vi
xerit poſt eius mortem, per
ſecundas nuptias non amit
tit legatum ipſum, nec eo
priuatur aliquo modo: ſe-
cundum Bar. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff.
ad Treb. cuius opinionẽ cõem eſſe appellat Clau *Cõis*
dius ibi, & ſequit Euerardus in topicis, col. 543. *opin.*

¶ In contrariam verò partem, quòd vxor pri
uetur legato præmiſſo, ſi poſt mortem mariti nu
pſerit, incĩinauit magna cohors Scribentium; &
eorum opinionem cõmunẽ eſſe conſtat, teſte Io. *Cõis*
Dilecto, in tract. de arte teſtandi, titu. 5. caute. *opin.*
39. nu. 4. & Bernon. de publicis cõcub. col. 193.

¶ Sed ne erres, ſciaſq; quid cócıudendum, &
iudicandum ſit caſu eueniẽte ſuper præſenti cõ-
flictu opinionũ, inhæreas diſtinctioni in hoc tra-
ditæ per Iaſ. in l. fi. C. de indic. viduitate, & per A-
lex. & Ange. in d. §. cum proponeretur.

SVMMARIVM.

1 L*Egitimatus ab Imperatore in feudis ſuccedere poteſt, ſi ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit, etiãſi non exprimeretur ad talia feuda.*

2 *Legitimatus per Imperatorem non ſuccedit in maximis dignitatibus, niſi ſpecialis mentio facta ſit.*

OPINIO CCCCL.

1 LEGITIMATVS ab Imperatore in feu
dis ſuccedere poteſt, ſi ab eo nomina
tim ad hoc legitimatus fuerit; & ſic
ipſe legitimatus ad effectum ſucce-
dendi in feudo, huiuſmodi legitimatio facta

per Imperatorem valida erit, eritq; capax in ſucceſsione ipſius feudi: ſecundum Gloſſ. Baldum, Iacob. Aluaro. Cardi. Mediolanen. & cæteros communiter in c. naturales in titu. ſi de feud. fuerit controuerſ. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Ioan. Andr. in cap. lator ext. qui filij ſint legi. & Soci. conſil. 3. col. 3. vol. 3. Clarus cum aliis congeſtis per eum in tract. de feud. quęſt. 82. & Cur. Seni. conſi. 65. num. 1. in quibus locis oſtendunt iſtorum opinionem communem fore: & ipſe Curti. ibi, ſub nume. 15. concludendo eam limitat, atque declarat, & Clarus etiam in d. quæſt. 82. ver.
Cōis opin. Et hęc quidem. Imò ſecundum Scriben. communiter in d. c. naturales ſufficeret expreſsio in legitimatiōe ipſa, videlicet, quòd tales filij in feudis ſuccederēt, licèt minimè exprimeretur ad talia, & talia feuda.

2 Sed hoc non procederet, vbicunque eſſemus in maximis dignitatibus: tunc quippè in eis legitimati non ſuccederent, niſi ſpecialis mentio facta extitiſſet: vt voluit Martinus Laudenſis in c. 1. de natura feud. & Bal. in d. l. eam, quam.

SVMMARIVM.

1 *LEGITIMATVS per ſubſequens matrimonium poteſt admitti ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas, vt ad ordines ſacros, beneficia, & ad epiſcopatum quoque.*

OPINIO CCCCLI.

1 LEGITIMATVS per ſubſequēs matrimonium, in epiſcopum eligi poteſt vt legitimè natus; & ſic talis legitimatus abſque diſpēſatione al qua poteſt ad dignitates quaſcunque eccleſiaſticas, ad ordines ſacros, beneficia, & ad Epiſcopatum quoque, vt diximus admitti, & promoueri: ſecundum Glo. Antoni. Abb. cæteroſq; omnes in c. innotuit, de electio. Archi. in c Oſius 56. diſtin. Calder. conſil. 2. in titu. qui filij ſint legiti. Gloſ. & Abb. in c. tanta, qui filij ſint legiti. Ang. conſil. 29. colum. fin Alexan. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebel. Deci. conſil. 155. nume. 3. Soci. Iuni. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum nume. 126. ff. de libe. & poſthu. & conſi. 12. num. 8. vol. 4. Couarruuias in epito. de ſponſalibus in 2. par. cap. 8. §. 2. numero 24. Nattam conſil. 121. num. 13. uol. 1. & Per. Duennas cum cæteris ſignatis per eum in regu. 350. Filius naturalis legitimatur, nume. 5. in 5.
Cōis opin. ampliatione, qui omnes oſtendunt iſtam eſſe cōmunem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *CLAVSVLA illa ſine præiudicio venientium ab inteſtato, ſolùm operatur in cauſa inteſtati, non autem ex teſtato. Et ſic legitimatus abſque præiudicio proximorum, legitimorumque hęredum, nihil petere poteſt, niſi aliquid ei in teſtamento relictum foret.*

OPINIO CCCCLII.

1 LEGITIMATVS abſque pręiudicio proximorum, legitimorumque hæredum nihil penitus petere poteſt, niſi aliquid ei in teſtamēto relictum foret; & ſic ab inteſtato ſuccedere nequiret in præiudicium ab inteſtato venientium vigore clauſulæ ſine præiudicio venientium ab inteſtato appoſitæ in legitimatione: ſecundum Bald. in conſi. 173. in fi. uol. 1. Ancha. conſil. 242. colum. 2. Paul. Caſtren. conſ. 222. in fi. Cuma. cōſil. 98. Fulgo. conſ. 16. & Deci. cum aliis compluribus ſignatis per eum conſil. 393 nume. 1. conſ. 176. ſub nume. 5. & conſ. 610. viſo themate ſupraſcripto, nume. 1. in quibus locis enuntiat iſtā communem opinionem eſſe: cui quidem inhęret quoque conſulendo doctiſsimè per plures rationes Iacobus Mandellus conſil. 7. nume. 1. cum aliis ſeq. vbi pariter pręſupponit iſtorum ſententiam communem fore, & Gozad. quoque conſ. 6. nume. 33. & nume. 78. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *LEGITIMATIO in fauorabilibus legitimato, & non præiudicialibus alicui retrotrahitur, ita vt legitimatus ſemper fingatur fuiſſe legitimus.*

OPINIO CCCCLIII.

1 LEGITIMATIO in fauorabilibus legitimato, & nō pręiudicialibus alicui retrotrahitur, ſic vt legitimatus fingat̄ ſemper fuiſſe legitimus; & ſic legitimatio in his, quæ dicto legitimato fauorabilia ſunt, neminique præiudicant, retrotrahitur, & legitimus præſumeretur ſemper extitiſſe legitimus: ut uoluit Barto. in l. 2. in q. 2. ff. de vulga. & pupil. cum quo tranſeunt omnes Scriben. communiter, vt per Alex. Iaſ. Cro. & alios in l. Gallus. Cōis opin.
§. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu.

¶ Et licèt Alciat. in l. 3. paradoxorum c. 12. poſt Bal. & Anto. de But. quos citat, ſentiat contrariū, videlicet dictam legitimationem nō trahi retrò; nihilominus in deciſiuis à cōmuni præmiſſa noli recedere, q̄ ueriſsima, & tutiſsima eſt.

SVMMARIVM.

1 *PATER in vita ſua poteſt legitimari facere filium naturalem abſque alicuius citatione, etiam quoad feuda in præiudicium agnatorum.*

OPINIO CCCCLIV.

1 LEGITIMATIO filij naturalis, quæ impetratur viuente patre, optimè expeditur abſque alicuius citatione, pręſertimque accedente ipſius patris conſenſu: quoniam poteſt liberè pater bona propria diſtribuere; ideò iniu-

iniuriam nulli facit, ſi proprium filium conſentiat à Principe legitimum fieri: ſecundum Bart. & cæteros omnes in l. Gallus. §. & quid ſi tantum in fine. ff. de liber. & poſthu. Bal. in l. 1. col. penul. C. de inoffi. donatio. & conſil. 56. vol. 1. Ang. cōſ. 87. ſpurius naturalis, ſeu baſtardus, Ancha. conſ. 406. & in c. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. Io. Anto. Cald. Card. Abb. & omnes in c. per venerabilem, extr. qui filij ſint legiti. Feder. de Senis conſil. 57. Dec. conſil. 338. col. fin. & opinionem iſtorum oſtendit communem eſſe idem Dec. conſil. 55. colum. 1. & 3. & conſil. 367. colum. fin. Boer. deciſio. 122. Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit num. 53. C. de reuocan. dona. & copioſius poſt alios relatos per eum in tract. res inter alios acta, ſub ſecū da limitatione, ſol. par. 10. Quæ quidem ſententia communis procedit, etiam ſi filius legitimus efficeretur quo ad feuda in præiudicium agnatorum: vt conſulendo reſpondit Alber. Brunus cōſ. 1. cum alijs Doctorib. qui ſe ſubſcripſerunt dicto conſilio. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LEGITIMA non debetur filio viuente patre, ſed videtur quaſi debita.*

2 *Legitima debetur filio liberè, & abſque aliquo grauamine.*

3 *Legitima eſt quota bonorum, non autem hæreditatis.*

4 *Legitima debetur de ſubſtantia, nō autem de fructibus, & eſt in electione filij an velit bona, vel æſtimationem.*

5 *Legitima detrahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarum, ſaltim arbitrio boni viri.*

6 *Filius paciſci ſuper legitima non poteſt, nec ſuper hæreditate patris.*

7 *Legitima eſt quota bonorum deducto ære alieno.*

8 *Pater de iure communi non tenetur ad pœnam ratione legitimæ pro filio condemnato ex delicto.*

9 *Filij, vel filiæ Iudæorum effecti Chriſtiani poſſunt petere in vita parentum alimenta, legitimam, dotes, & donationes propter nuptias, & ipſi parentes, ſeu patres eas præſtare tenentur.*

10 *Iudæorum, hæreticorum, ac infidelium bona peruenire debent tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad ſolos filios effectos chriſtianos: adeò quòd parentes eorum contrarium diſponere nequeunt.*

11 *Legitima debetur filijs, quando pater ingrederetur monaſterium, ſecundum communem opinionem Canoniſtarum; licèt Legiſtæ communiter aſſerant contrarium, quòd in vita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur.*

12 *Statutum, quòd pater teneatur ſoluere pro filio condemnationem vſque ad legitimam, vel quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij valet, & tenet, ſed ſtatutum hoc non extenditur ad matrem.*

OPINIO CCCCLV.

1 LEGITIMA non debetur filio viuente patre, ſed videtur quaſi debita. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collatio. bono. l. fin. & vtrobique Bar. ff. de liber. agnoſcend. & Bald. in l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupill. ſubſt. in d. l. fin. in l. quamquam. C. ad legem falc. & conſil. 257. nu. 1. & ſeq. uolum. 3. Bart. in auth. ſi qua mulier, propè fin. C. de ſacroſan. eccl. Gio. & Docto. in l. cum à matre. C. de rei vend. Bertr. conſil. 3. pro faciliori reſolutione num. 2. volum. 8. & conſ. 280. cùm tempore præſenti conditi teſtamenti, & conſil. 290. punctus quæſtionis talis eſt, nu. 1. eodem volum. Duennas in regula 356. filio in vita patris non debetur legitima, in principio, vbi ponit hoc pro regula cum ampliationibus, & limitationibus; & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. in c. Raynutius de teſt. & Marquardum in tracta. de Iudæis, & infidelibus in 3. par. c. 6. num. 3. & eſt communis regula, vt meminit Felyn. in cap. Iudęi il 2. ſub nume. 2. de iudæis. *Cōis opin.*

2 Quæ quidem legitima debetur ipſi filio liberè, & abſq; aliquo grauamine. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta.

3 Et legitima iſta filij certè eſt quota bonorum, non autem hæreditatis. l. quoties, & ibi Bald. col. 1. C. de hæred. inſtit. Iacob. Butr. & Guil. de Cun. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſtamen. Bertran. conſil. 64. viſis allegationibus reſpondeo, nume. 3. & ſeq. uol. 8. & iſta eſt communis opinio, teſte Boerio deciſ. 24. num. 12. *Cōis opin.*

4 Et ſimiliter debita de ſubſtantia, non autem de fructibus. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoff. teſtam. vbi Doctores omnes communiter concludunt in electione filij eſſe; ſecus in Falcidia, & Trebellianica: vt per Bar. in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. Sed an velit bona, vel extimationē, uide Bar. declarantem in l. Marcellus. §. res, quę ff. ad Trebell. & in l. ſuus quoque. ff. de hæred. inſtit. in princ. *Cōis opin.*

5 Et legitima iſta detrahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarum ſaltim arbitrio boni viri, non autem in quantitate pecuniæ, etiam filijs relicta pro legitima: ſecundum Guiliel. de Cun. Bald. & Paul. Caſtren. in d. §. repletionem, Bart. in d. l. ſuus quoque in fin. principij, Bald. in l. iubemus colum. 1. C. ad Trebel. Bertran. conſil. 332. punctus quæſtionis talis eſt, num. 2. volum. 8. Ruin. conſil. 56. quamuis teſtator iure inſtitutionis, ſub nume. 4. volum. 2. Couaruuias in cap. Raynaldus. §. 2. num. 5. de teſtam. vbi poſt alios copioſè relatos per eum in medium explicauit iſtam communem opinionem fore; & ita perhibet vidiſſe ſeruari de facto Thom. Grammatic. in *Cōis opin.*

in conſtitutio.in aliquibus, ſub nume. 18. lib. 3. rubr. 23.

6 Similiter nec poſſet filius ſuper legitima hac paciſci, ſicut nec ſuper hæreditate patris. ut not. in l.fin.C.de pact.

7 Ad quod facit etiam: quia legitima eſt quota bonorum, nec dicuntur bona, niſi ære alieno deducto.l.ſubſignatum.§.bona.ff. de verborum ſignifica.

8 Et hinc eſt, vt è diuerticulo in viam reuertamur, quod ſi condemnatus eſſet ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ minimè tenetur.authent. ſi qua mulier, & ibi Bart. in fin. C.de ſacroſan.eccle. tradit Abb. quoq; in c.2.colum.3.de delictis puerorum; ocque tenet etiam Specu.in titu.de executione ſententiæ,num.2.Bald.conſil.257. per totum vol.3. Docto.omnes in l.in ſuis.ff.de lib.&poſthu.Guil. de Cun.Bart.Alber.& Bal.in l.ſi qua pœna. ff.de his,qui ſunt ſui, vel alien.iur. Laurus de Palatijs in tract.quòd ſtantibus maſculis in prin.ſub nu. Cõis opin. 34.& opinionem iſtorum ſupponit eſſe communem Socin.Iunior conſil.51.num.5.lib.1.Petrus Duennas in regula 356.nu.2. Ruinus conſ.149. volum.3.

9 Sed mentionata communis opinio ita,& taliter declarata limitatur,ac interpretatur non procedere in filijs,& filiabus Iudæorum conuerſis,effectisque chriſtianis, qui, vel quæ quidem filiæ alimenta, legitimam, dotes, & donationes propter nuptias petere poſſunt; & ad eas dandas parentes Iudæi, vel infideles in eorum vita abſtringi debent.§.generalem autem prouidentiam, in authen.vt cùm de appellatio.cogno.& c.Iudæi il 2.vbi Ioan.de Ana.Fely.num.2.&alij de Iudæ.& Brunus in tract.quòd ſtant.maſcu.q.5.art.6 nu. 61.& ſequen.& hæc omnia latius refert, & comprobat Marquardus de Suſannis in tract. de Iudæis ſupra citato in 3.parte cap.4. nume. 1. & ſequen.

10 Imo omnia bona parentum Iudæorum,vel hæreticorum,infideliumq́; tam ex teſtamento, quã ab inteſtato debent peruenire ad ſolos filios,& filias effectos Chriſtianos,adeò quòd parentes ipſi contrarium diſponere non poſſunt.l. cognouimus, & authent.idem eſt. C.de hæret. & d.§.generalem.

11 Limitatur ſecundo loco, quando pater ingrederetur monaſterium: quia tunc haberetur pro mortuo,& eius filij petere poſſunt legitimã, quæ aliàs ipſis non debebatur in vita patris: ſecundũ Cõis opin. communem opinionem omnium Canoniſtarũ, in c.in præſentia de probatio.quam allegant Moder.inibi,Francus Peruſinus in rub.de teſtam. & Corſetus ſingu. in verſ.Legitima,& cumulatiſſimè Duennas in d.regu.356.nu.6. ¶ Licèt Dec. in d.c.in præſentia, num. 262. atteſtetur de alia Cõis opin. communi opinione contraria Legiſtarum, videlicet,quòd in uita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur: quam ſententiam firmauerunt Glo.Bar.& cæteri in authent.ſi qua mulier.C. de ſacroſan.eccle. dixeruntq́ue magis communem Saly.& Iaſ.ibĩ, Fely.nu.65. & Dec. nu.67.in d. c.in præſentia. Sed ſedata diſputatione inhęreo primę opinioni Canoniſtarum: quam amplectitur quoque,ait communem, obſeruandamq́, in vtroque foro Couarru. in epito.in c. 2. num.7.de teſtam.fol. paruo 157. & Vaſquius in tract.de ſucceſſ.proceſ.tit.qui teſtari nõ poſſ.lib. 1.§.1.nu.87.

12 Limitatur etiam poſtremò, vbicunque ſtatutum diſponeret, quòd pater in eius vita deberet filio legitimam aſsignare,vel quòd pater ſoluere teneretur legitimam pro delicto filij: vt voluit Glo.in rubr.C. de decretis decurio.lib.10.Io. de Anania, & Anchara. in c.2. per text. ibi de delictis puero.quod quidem ſtatutum valet,& tenet vt ſcripſimus latè infra in Opinio. Statutum diſponens,quòd pater teneatur ſoluere. Sed aduertè vtiliter,& perpetuò, quòd ſtatutum hoc nullatenus traheretur ad matrem: ſecundum Bald. in l.quicunq; col.3.C.de ſer.fugit.

SUMMARIUM.

1 *FILIUS, vel filia,cui pater in vita aſſignauit legitimam,non poteſt poſt mortẽ*
2 *petere ſupplementum,ſi bona patris fuerint aucta: quia attenditur tempus aſſignationis ſecundum vnam communem opinionem. Sed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem in contrariam,filius poſſet petere huiuſmodi ſupplementum, ſi poſt ipſius congruæ legitimæ ſolutionem effectus fuerit locupletior.*

OPINIO CCCCLVI.

1 LEGITIMA ſufficiens vbicunque inter uiuos relicta, ſeu aſsignata reperitur, hoc caſu filij, vel filiæ inſpectis patris facultatibus non poſſunt agere ad ſupplementum propter lucrũ, ſeu facultates poſtea auctas: quia tempus legitimæ ſolutæ,non autem mortis inſpiciendum eſt;& ſic exploratum habes, quòd poſtquàm filius à patre legitimam congruam in vita ipſius accepit, ſi pater demum effectus fuerit locupletior,vel pauperior, hoc non conſideratur:ſecundum Iacob.Butr.in l.pactum quod dotali.C.de collat.in vlt.q.quem ſequitur ibi Bald. in 6.oppoſi.& in l.in ſucceſsione. C. de reuoc. ijs quæ in fraud.cred.in l.fin.C.de vſuris rei iud.col. 3.in l.quamuis circa fin.C.de fideicom.in l. cùm oportet.§.1.C.communia de lega.Ang.Imol.Roma.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff. de verb.oblig.idem Angel.in l.ſi proponas,Paul.Caſtren. in d.authen.res quę,colum.2.Moder.in c.quamuis de pact.Alex.conſil.180.col.1.lib.5.Iaſ.in l.ſi quando.§.1.C.de inoffi. teſta. & in hac opinione tan-

tanquam æquiori videtur reſidere Bertran.conſ. 313.punctus quęſtionis talis eſt vol.8. Gramm. deciſio.57.numc.34.& ſeq. Boer.deciſio.62.nu. 14.& Ruinus conſ.56.nu.7.vol. 3. Quā quidem opinionem audacter aſſeruit eſſe communem Geor.Natta in d.c.quamuis col.2.& Boe.in d.deciſ.62.poſt alios ibi per eum relatos. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam inclinauit Bal.ſibi ipſi contrarius,in cap.cùm M.Ferrarienſis colum.4. de conſtitut. Lucas de Penna in l. 2. circa fin. C. de præd. & omnibus rebus nauicu. lib.10.Iaſ. etiam ſibi parum, aut nihil conſtans in d.authen.nouiſsima,&in l. quod Seruius. nu. 12.ff.de cond. cauſa data, cauſa non ſecu.in quibus locis ait primam opinionem negatiuam cōmuniter reprobari, *Cōis opin.* per text.in d.l.ſi quando.§.1. niſi quando interuenerit iuramentū: tunc enim nihil petere poſſet ratione iuramenti: ſecundum communem ſententiam per d.c.quàmuis:quam communem vltra Iaſ.in d.l.Seruius num.12.Barbat.in allegato c.cùm M. num.160. & Ripa inibi,num.38.expreſsè allegant,citant,& atteſtantur, *Cōis opin.* & opinionem iſtorum affirmatiuam ſequitur etiam Caſtren.& Alex.in l.in ratione la 2. ad l.Falcid.Ruin.in l.Gallus.§.&quid ſi tantùm col. 70.ff.de liber.& poſthu.Soc.conſil.100.colum.4. vbi refert ita in Ciuitate Florentiæ fuiſſe iudicatum,& pronunciatum,& Bal.Nouel.in tracta.de dote in 6.par. in 15. ſpeciali poſt med.vbi recitat ita conſuluiſse in patria mea,& ita iudicaui in anno 1567. in quadam cauſa vertente in oppido Prætorij olim comitatus Aquilæ, auditis ſuper hac quęſtione clariſsimis quidem iureconſultis Hyſpanis,& Aquilanis;& ita iudicauit etiam Sacrū Regiū Conciliū Neapolitanum in contingentia facti,teſte Grammatico in conſtitutio. in aliquibus, num.10.lib.3.& pro iſta parte conſuluit etiam Bertran. conſil. 8.pro faciliori declaratione intentionis nu.10.& ſeq.vol.8.Et denique ſecundum hanc eandem opinionem,tanquam tutiſsimam,& ſacroſanctiſsimam ſimiliter conſului in anno 1577. ſubſcribens me conſilio acutiſſimi iuriſconſulti D. Pompei Leonardij Reatini, edito per eum in quadam cauſa Interocrij tunc vertente.

¶ Retenta tamen iſta communi opinione ſecunda, quæ videtur magis communis, vt ſupra docuimus,eam limita in duobus caſibus nō procedere,quos ponit Ripa in d.c.cùm M. num.38. & concordat, & citat, & diffuſè declarat Couarruuias in cap.Raynutius.§.1. de teſta.num.8. & limitat etiam conſulendo in altero caſu Bertran. d.conſ.313.

SVMMARIVM.

1 *NEPOS ex filia præmortua dotata non obſtante matris renunciatione ex propria perſona ſua in bonis ſui aui materni legitimam petere poteſt.*

OPI.

OPINIO CCCCLVII.

1 LEGITIMAE renuncians mater, non propterea ius petēdi eam nepotibus aufertur, & per conſequens non obſtante matris renunciatione nepos ex filia præmortua dotata ex propria perſona ſua in bonis ſui aui materni legitimam petere poteſt:ſecundum Bald. in l. pactum quod dotali.C.de collatio.& in l.fin.col.4.C.de pact.& idem voluit Imol.in l.qui ſuperſtitis colum. 3.ff. de acqui.hæred.qui hoc pacto limitat, & reſtringit dictum Bar.ibi,quando in vita patris filia moreretur:ſequitur etiam Aret.&Paul.Caſtren.ibidem,& iſtorum ſententiam refert eſſe communé *Cōis opin.* Ripa in ſuis ſingularibus reſponſis in titu. de legibus,& longa conſuetudine,c.6.nu.3. & Gram. deciſ.57.nu.39.

SVMMARIVM.

1 *IVS petendi,vel agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur minori triginta annorum curriculo.*

2 *Præſcriptio legitimæ incipit currere à pubertate filij, vel filiæ.*

3 *Reſtitutio in integrum conceditur contra præſcriptionē legitimæ,et lapſum triginta annorum ex qualibet iuſta cauſa.*

OPINIO CCCCLVIII.

1 IVS petendi, vel agendi ad ſupplementum legitimæ,ſiue ipſa legitima non pręſcribitur minori triginta annorum curriculo:ſecundū Doctores omnes communiter *LEGITIMA.* in l.ſi quis filium.ff.de inoff. teſtam.licèt Bart.conſil.14.tenuerit contrariam opinionem, quam omnes Doctores varijs in locis magis communiter damnarunt,vt refert, atteſtaturq; poſt alios ibi relatos per eum Boer.deciſio.250.num.1.&ſeq.Ioan.Baptiſta Caſtello in additio.ad Franciſc.Cremen.in ſingu.128. antiqua eſt quęſtio, Ripa in l. fin. num.235.C. de reuocan. donatio. Bertran. conſil.25. viſo proceſſu dudum cepto num.5.& conſ.187.uiſo caſu num. 1.volum.6.Gozad.conſil.56.num.7.& Gramm. deciſio.103.num.46.& ſequitur quoq; cum alijs ſignatis per eum,& communem eſſe docet Ioan. *Cōis opin.* Bap.Boui.in tract.de ſtatu.vrb.pręſcrip.tit.cont. omnes credit.Glo.19.nume.57. & Ioachimus in ſingularibus obſeruationibus iudicij Imperialis camerę, centu.2.obſeruatione 72.q uamuis Bar. vbi refert iſtam quęſtionem aliàs occurriſſe in camera ipſa,ac Dominos mentionatam opinionem

nem aſſirmaſſe non ſolùm veram eſſe in ſupplemento legitimæ, ſed etiam in ipſa legitima iure naturali debita filio: & declarat Bertran. conſil. 8. pro faciliori declaratione intentionis, num. 1. cum alijs ſeq. vol. 8. vbi etiam firmat.

2 Quòd incipit currere pręſcriptio ipſius legitimæ à pubertate.

3 Et aduerte quòd concederetur aduerſus ipſam præſcriptionem, & antedictum tempus lapſum triginta annorum in integrum reſtitutio ex qualibet iuſta cauſa: vt conſuluit Bertr. conſ. 28. cùm prouido viro, uol. 8.

SVMMARIVM.

1 *FILIVS rogatus reſtituere in diem, uel ſub conditione poteſt duas quartas detrahere.*

2 *Filius rogatus reſtituere in diem, vel ſub conditione, poteſt detrahere duas quartas; ſecus quando purè: quia tunc non poßet detrahere de iure canonico, & eius æquitate niſi vnam.*

3 *Filius grauatus detrahit ſolummodò legitimam, quando pater mandaret, ſeu iuberet totam hæreditatem reſtitui, & tunc debet computare filius Trebellianicam in legitimam.*

4 *Parentes, ac aſcendentes inſtituti per filios in eorum teſtamentis, & grauati reſtituere hæreditatem poſt eorum mortem poßunt detrahere duas quartas, ideſt legitimam, & Trebellianicam, quemadmodum detrahit filius grauatus à patre.*

5 *Pater à filio inſtitutus, & grauatus reſtituere ſub conditione, fructus non lucratur ex toto, ſed in Trebellianicam tanquam extraneus hæres imputare debet.*

6 *Fructus in legitimam iure naturæ debitam computari nequeunt, etiam ſi teſtator expreßè hoc mandaſſet.*

7 *Legitima de ſubſtantia, & de rebus hæreditarijs, & non de fructibus debetur.*

8 *Filius grauatus in vita, vel poſt mortem reſtituere non tenetur fructus in Trebellianicam imputare, niſi poſt quàm ipſe, & hæredes ſui fuerint in mora conſtituti in iudicio: à die enim litis conteſtatæ filius ipſe grauatus, & hæredes ſui fructus in Trebellianicam, & nõ prius imputare tenentur.*

OPINIO CCCCLIX.

1 LEGITIMAS duas, ſeu duas quartas poteſt detrahere filius grauatus de reſtituẽdo, ideſt vltra legitimam poteſt detrahere Trebellianicam: ſecundum communem opinionem Doct. in c. Raynutius de teſtam. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſc. quam declarant, & citant Crot. in in repet. in l. qui Romæ. §. duo fratres, colum. 22. ff. de verbor. oblig. Dec. conſil. 203. num. 3. Grauet. conſil. 110. num. 1. & Curt. Iun. conſil. 106. nu. 1. & Natta conſil. 255. pręſupponitur in facto quòd deceſsit ab humanis, nu. 5. uol. 2. Cõis opin.

2 Et hoc procedit, quando vtriuſque quartę detractio eodem tempore nõ concurreret. d. c. Raynutius, & c. Rainaldus eodem titu. Doct omnes cõmuniter in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. Bal. conſil. 488. factum ſuper quo lib. 1. Bar. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam. Fulgoſi. conſil. 26. ſtante ſtatuto, cum allegatis, & congeſtis per Alex. conſil. 43. attenta in fin. lib. 2. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid. & Affl. deciſ. 367. nu. 4. Cõis opin.

3 Interpretatur etiam dicta communis non habere locum, quando teſtator mandaret, ſeu iuberet totam hæreditatem reſtitui: quia hoc caſu filius grauatus detrahit ſolummodò legimam: ſecundum allegatos Docto. & iſtam ſcribit eſſe cõmunem opinionem Bertran. in l. hac edictali. §. ſi tamen. C. de ſecund. nupt. num. 10. Sed ipſe Bert. loco de quo ſupra, & conſil. 129. viſo, & ponderato caſu mihi exhibito, ſub num. 52. volum 8. dicit quòd filius priuatus hoc caſu debet computare Trebellianicam in legitimam: & ita declarat dictam limitationem communem. Cõis opin.

4 Et iſta opinio ita, & taliter reſtricta ampliatur vtiliter procedere in aſcendentibus quoque; & ſic parentes, ac aſcendentes ipſi inſtituti per filios in eorum teſtamentis, & grauati reſtituere hæreditatem poſt eorum mortem: poſſent tunc etiam detrahere duas quartas, ideſt legitimam, & Trebellianicam, quemadmodum detrahit filius ipſe grauatus à patre: vt ex multi conſuluit Grauet. in d. conſil. 110. nu. 1. vbi tuetur iſtam opinionem, vocatq; veriorem, & communem. Cõis opin.

5 Sed pater ipſe à filio inſtitutus, & grauatus reſtituere ſub conditione, fructus non lucraretur ex toto, verùm in quartam Trebellianicam tanquam extraneus hæres imputare deberet: vt voluit cum alijs glomeratis per eum Ripa, num. 31. & Hier. Lau. nu. 69. in l. in fideicommiſſariã ff. ad Trebell. qui oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd fructus non computentur in Trebellianicam in liberis primi gradus, licèt duas quartas detrahant, inclinauit ſubtiliſsimè, atque doctiſsimè Rota Romana, atteſtante Caſſadoro in deciſ. 2. de teſtamẽtis. Sed accedendo communi præmemoratæ adduco aliquas rationes.

6 Et primò quippè, quòd fructus in legitimam debitam iure naturæ computari non poſsint, ſuadeo hoc ſtabili fundamento: quia & ſi teſtator hoc voluiſſet, etiam expreſsè non potuiſſet. l. iubemus. C. ad Trebell.

7 Secundò præſens communis ſententia comprobatur etiam: quoniam legitima de ſubſtãtia nempè, & de rebus hæreditarijs, non autem de fructibus debetur. l. ſcimus. §. repletionem cum

ibi

ibi nota. per Glo. & Doct.C.de inoff.teſta.& faciunt quæ habentur in l.in fideicommiſſariã,per Glo.& omnes ibi.ff.ad Trebel.&tradita,per Bar. & cæteros omnes in d.l.in quartam, vbi imputatur ſolummodò in legitimam iure naturæ debitam id,quod eſt in patris patrimonio: & ideò fructus ipſi nullatenus imputantur: ſiquidem ſtatim à die mortis ſunt ipſius filij.ita Bald.Pau. de Caſt.& omnes alij in d.l.iubemus, & Glo. & cæteri conſtanter in d. l.in fideicommiſſariam.

8 Et quemadmodum fructus percepti in legitimam computari nequeunt,ita pariformiter nec in Trebellianicam, vt docuimus ex communi opinione: quam tanquam æquiorem ait in practica obſeruari apoſtilla ad Alex. in conſil. 165. ſub litera.E, vol. 5. Vnde filius grauatus in vita, vel poſt mortem ſuam reſtituere, & ſic in caſu, quo duæ quartæ detrahendæ forent: tũc fructus non tenebitur modo aliquo imputare, niſi poſtquàm ipſe, ſeu hæredes ſui extitiſſent in mora conſtituti in iudicio. Nam à die litis conteſtatæ filius ipſe grauatus, ſeu hæredes ſui fructus in Trebellianicam, & non prius imputare tenentur: vt concedunt Bal.Pau.de Caſt.& omnes alij
Cõis opin. communiter,& concorditer in d. l. iubemus, & eſt text.in terminis in d.c.Raynutius de teſtam. in verſ. in eo verò quòd quartam, & cætera, vbi Glo.& cæteri omnes Canoniſtæ. Per quem textum facilè confundi videtur doctrina Pauli Caſtrenſis: quam plurimum commendat, atque extollit Alex.in d.conſil. 165.circa præſentem conſultationem, in fin.vol.5. & in l. mulier. §. cùm proponeretur,colum.5.ff.ad Trebellia. qui concludere videntur, quòd vbicunque vna legitima foret detrahenda,hoc eſt Trebellianica dumtaxat: tunc fructus percepti à filio grauato non venirent vtique imputandi in Trebellianicam, etiam ſi hoc per teſtatorem expreſsè diſpoſitum fuiſſet: vt in d.l.iubemus,qui quidem tex. in caſu hoc loquitur. Nihilominus tamen vbicunque duæ legitimæ detrahendæ forent, vt in caſu dicti c.Raynutius, ſecus eſſet: nam videtur iſtud contra d.c.Raynutius,vbi caſus clarus; & ita doctiſsimè quidem conſuluit Ang.in conſ. 121. Zoilus domini,& Alexander met in conſil. 250. vol. 6.nonnihil dubitauit ſimiliter de hoc Pauli dicto in d.§.cùm proponeretur,ubi itidem nec auſus eſt illud firmare tanquam periculoſum, atq; nouum. Vnde non immeritò idem Paul.in d.l.iubemus mutauit conſilium ſuum in melius:& eſt etiam de mente Bart.in l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad l.Falcid.vbi Alex. quoq; hoc idem voluit. Cæterum opinio Pauli Caſtrenſis in d. §. cũ proponeretur,abſque ſcrupulo aliquo procedere poſſet in terminis d.l.iubemus, videlicet,quãdo pater,qui filium ſuum grauaſſet per fideicõmiſſum,expreſsè diſpoſuiſſet, quòd ipſe fructus in Trebellianicam imputare deberet, quos tamen non imputaret,ſi nẽpe pater hoc nõ mãdaſſet:per tex.in d.c.Raynutius,iũcta d.l.iubemus.

SVMMARIVM.

1 *LEGITIMAE nullum grauamen,aut onus, vel conditio perpetua poteſt imponi.*

2 *Pater non poteſt diſponere in teſtamento ſuos filios ſtare,ſeu viuere in communione perpetua: quia nec quis cogitur ſtare in communione perpetua, etiam ſi iuraſſet.*

3 *Pater licèt non poſſit grauamen imponere legitimæ filij, tamen poteſt prohibere eius alienationem, vſque ad certum tempus: cùm talis prohibitio contineat fauorem liberorum.*

4 *Pater prohibens alienationem ſimpliciter, tunc bona poſſent alienari vſque ad integram legitimam; Et ſic ſimplex prohibitio alienationis quantùm ad legitimam nihil operatur.*

OPINIO CCCCLX.

1 LEGITIMAE nullum grauamen,aut onus,vel conditio perpetua poteſt imponi.l. quoniã nouella,& l. quoniam in prioribus. C.de inoff.teſta.

2 Hinc eſt, quòd teſtator non poteſt diſponere in teſtamento ſuos filios ſtare, ſeu viuere in communione perpetua:ut ſentiunt Paul.Caſtren. & Iaſ.in l. ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond. indeb. & ita conſuluit Alex.conſil.475.col.3.vol.3.conſil.29.col. antepen.vol.5.& conſil.48.col.penul. & fin.vol. 6. & ita etiam conſuluit Boer.conſ.13.Hoc idem tenet, & ſequitur Anto. Rubeus conſil. 27.nu.3. & Ripa in l.nemo poteſt nu.20.ff. de leg.1.Et ad hoc corroborandũ Doct.allegant tex.celebrem in l.in hoc iudicium.§.ſi conuenerit. ff.communi diuidun.vbi dicitur expreſsè teſtatorem poſſe prohibere ad tempus, ſed non in perpetuum, quamuis Alex.ſibi contrarius, & malè in d. §. ſi centum velit contrarium. Et hoc,quòd teſtator poſsit prohibere inter filios infra determinatũ, & certum tempus diuiſionem fieri, ſecundum Paul.de Caſt.in d.§.ſi centum poſt Bar.in l. quintus. ff. de annu.lega.& Bald. in l.ſi quis ita.ff.de cond.inſtit.debet intelligi cum grano ſalis, vt latè declarat Gramma.deciſ.7.

¶ Ampliantur præmiſſa intantum procedere, quòd nec quis cogitur ſtare in communione perpetua,etiam ſi iuraſſet ſtare in dicta communione:vt latè per Docto.in d.§. ſi centum, Ripã in d.l.nemo poteſt,num.20.& Marſil. ſingu. 20. & ita in terminis conſuluit Rubeus conſ.89. nu. 8.& ſeq.

3 Limitatur, ac declaratur concluſio iſta non procedere, quando pater prohiberet alienationem dictę legitimæ vſque ad certum tempus,velut 30. annorũ,cùm talis prohibitio contineat fauorem liberorum,ideò valet,& tenet:ſecundũ Bar.& Docto.in l.cùm ex filio.ff.de vulga. & pupil.ſubſtitu.Iaſ.in l.filius matrem, per illum tex. C.de

C.de inoff.teſtam. Alex. in l. multi non notæ.ff. de liber.& poſthu.Thom.Ferra.caute.35. Crotũ in l.filiusfam.§.Diui,col.5.ff.de lega.1.& Iaſ. ibi circa fin. aſſerit ab hac opinione neminem diſcrepare:licèt Bal.in l.pater in 3.not.C.de inſtit.& ſubſtit.teneat contrarium,& Franciſ.de Aret. conſil.19.col.2.

¶ Sed tamen pro prima opinione conſuluit Paul.de Caſt.conſil.77.vol. antiquo, & in d. §. ſi centum:quem ſequitur inibi Alex.col.2.& idem tenet Paul.Caſtren.in d.§.Diui: & iſtam Paul. & Cõis opin. aliorum ſententiam fatetur eſſe communem Boer. deciſio.87.nu.5.Nec enim iudicatur onēroſa prohibitio alienationis legitimę ad tempus facta; ideoque non reijcitur. l. filius matrem. C. de inoff.teſtam.& concluſio iſta, ſeu limitatio videtur communis, teſte Boer. in d. deciſio.87. & conſtat quoque hanc eſſe communem ſententiã ex congeſtis per Dec.conſil.442.& Bellameram conſil.28.

4 Sed vbicunque ſimpliciter teſtator prohiberet alienationem:tunc ſtatim bona poſſent alienari vſque ad integram legitimam;& per conſequens nihil operatur quantùm ad legitimã ſimplex prohibitio alienationis: vt per Iaſ. eleganter conſ.161.reuocatur,lib.2.

SVMMARIVM.

1 *MATRI per ſubſtitutionem pupillarem excluſa non debetur legitima.*

2 *Subſtitutio facta per verba communia, matre exiſtente in medio, omni tempore erit fideicommiſſaria.*

3 *Deciſiones Concilij Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine Regis in caſibus dubijs ſuccedunt loco interpretationis Imperialis.*

OPINIO CCCCLXI.

1 LEGITIMA matri per ſubſtitutionem pupillarem excluſæ non debetur, nec ei aliquo modo aſsignanda eſt in hoc caſu. c.ſi pater de teſta.lib. 6. & iſta Cõis opin. videtur verior, & magis communis opinio:ſecundùm Alex.conſ.12. atteſtatis verbis colum.4.vol. 3. conſil. 17. ponderatis his colum.3.eodem volum.conſ.51.in caſu præſenti volum.7.& in l.Centurio,fol. 6. ubi omnes Docto.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& Corne.cõſ. 93.licèt poſſet lib.3.Dec.verò conſ.371.in cauſa, circa finem, aſſeuerat communem opinionẽ Cõis opin. omnium Docto. eſſe, quòd omni tempore dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria. Et caſu quo,aduerte, iſthæc ſubſtitutio reperirietur facta ſimpliciter abſq; temporis diſtinctione,ſemper fideicommiſſariam arbitratur Bald.conſil.355.dicta ſubſtitutio, volum.4.& conſil.175.pręmiſsis lib. 5.& Alex. latè conſil. 38. viſo themate lib. 1. & conſ.66.viſo teſtamento lib. 2. Imò ipſe Dec.veritatis author, conſil.128. colum.2. in caſu propoſito,dicit non poſſe diſcerni, quæ ſit communis opinio, ideò ipſe ſuadet inibi quòd de æquitate propter cõflictum iſtum opinionum poſſet, & deberet matri dicta legitima aſsignari: & in hac opinione reſidet etiam ipſemet Dec. conſil. 643.viſo eleganti.

2 Et in effectu dicta ſubſtitutio facta per verba communia omni tẽpore,matre exiſtente in medio,erit fideicommiſſaria:vt latè per Dec. d. cõſ. 372.& omnes Legiſtas cõmuniter in d. l. Centurio,& in d.l. precibus. C.de impube.& alijs ſubſtitu.& Canoniſt.in c.Raynutius de teſta. Et opinionem iſtam vltra prædictos Scribent. ait eſſe magis communem Afflict.deciſio.367.vbi profert vtile quippè verbum, quòd ita in facti contingentia fuit in Sacro Concilio iudicatum;ideò opinionem iſtam tanquàm veriorem, magis æquam, magisq; communem mihi ſequendam fore conſtitui:& non ab re. Cõis opin.

3 Quia deciſiones Sacri Concilij Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine Regis, ſuccedunt in caſibus dubijs loco Imperialis interpretationis,de qua in l.fin.C.de legi. vt per Afflict. deciſ. 166.col.fin.Et hinc eſt, quòd Rota Neapolitana tanquam Spiritusſancti tuba, & vera legum mater, meritò in Regno generaliter nuncupatur refugium oppreſſorum, & lucerna ſupra montem poſita, per quam tanquàm mons montium totus orbis illuſtratur. Et hanc opinionem tanquã æquiorem,atque firmiorem vltra alios ſupra adductos tuetur fideliſsimus veritatis aſſertor, D. Pompeius Leonardius iurecõſultus Reatinus,in repet.ad l.precibus.C.de impub.& alijs ſubſtitutio.quam dignatus eſt mihi exhibere manuſcriptam,vbi ſtrenuè diſſerit de veritate huius concluſionis, & demùm aſſeuerat ſe conſulendo in facti contingentia aliàs obtinuiſſe: ſecundùm præmemoratam Affl.deciſ.

SVMMARIVM.

1 *LEGITIMA ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis, cùm primogenitus habeat hæc bona vigore primogenituræ acquiſita, & non recognoſcat illa ab hæreditate patris.*

2 *Frater nõ tenet̃ cõferre fratribus bona primogenituræ.*

OPINIO CCCCLXII.

1 LEGITIMA ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis: cùm hæc bona vigore primogenituræ acquiſita, ac obtenta primogenitus habet præcipua, nec recognoſcit aliter ab hæreditate patris, nec ab ea proueniunt aliquo modo: ſecundũ Tiraq.

cum

cum aliis citatis per eum in tracta. primigeniorum.q.5.& 55.& iſta eſt communis opinio, teſte Pariſi.conſi.17.nu.30.uol.2.

2 Et hinc eſt, quòd minimè conferendum eſt aliis fratribus illud, quod ad primogenitum iure primogenituræ peruenit: ut uoluit Bald. in repet.l.cunctos populos, colum.8.C.de ſum.Trin. & fide catho. quia hoc proprium lucrum eſſe apparet, vt per eum ibi, & in auth. ex teſtamento, col.fi.C.de colla. & refert, atq; ex aliis comprobat Tiraq.in d.tract.primigeni.quæſt.51.

SVMMARIVM.

1 *LICENTIATVS poſteà doctoratus, præfertur Doctori medij temporis, quando mox gradus, & inſignia doctoratus recepit, & dum in practica eſſet ea conſequendi, alij extitiſſent doctorati; & tunc licentiatus præferendus foret: aliàs ſecus.*

OPINIO CCCCLXIII.

1 LICENTIATVS poſteà effectus Doctor præfertur illi, qui medio tempore eſt effectus Doctor; & ſic Doctor iunior antiquiori præfert, ſi iunior prius quàm antiquior licentiatus foret, licèt in aſſequutione gradus fuiſſet poſterior, ita quòd medio tempore inter licentiam, & gradus ſuſceptos Doctoribus creatis ueniret præferendus: vt uoluerunt Rayne.& Nicol.de Neap.in l.1.C. de cóſul.lib.12.per tex.ibi, Aret.in §.quædam,nu. 10. de actio.Calde.in c.Sanctæ Crucis de reſcrip.Alex.in apoſtil.ad Bar.in l.1.ff.de obſe.à liber.patro præſ.Soci.conſulendo conſ.70 uol.4.Fely. & Deci.in c.clerici,nu.4.de iud. Maria. in c. quanto de magiſt.Petrus de Leſnaudiere in tract. de Doctoribus in 3.par.q.12.Purpura.in tracta. de offi.aſſeſſo.fol.43.nu.242.Boeri. in tract. de authori.magni conſ.nu.98.poſt deciſiones ſuas impreſſo,Pet.Rebuff.in tract.nomi.q.21.poſt num. 44.Io.Staph.in tract.de literis gratiæ, & iuſtitię, par.1.ſub tit.de vi,& effectu clauſularum, uerſi. Secundò principaliter dubitatur in ea parte huius tertiæ partis cum uer.ſeq.fol.par.121.& uer. Facit ad hoc quòd notabiliter eod.titu.fol.125. Rubeus conſ.86.circa pręmiſſam,nu.2.Soci. Deci.in 1.lectu.nu.11.& in 2.lectu.nu.18.& Purpura.& Cagnolus nume.58. cum aliis ſeq.in l.cùm quid.ff.ſi cer.pet. qui atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, Aret.in l.nec quis ex corpore.C.de aduo diuer.iudicio. Lupus in rub. de dona.inter vir.& vxor.§.38.& Tiraq.de legib.connub.in 15 lege connub.nu. 5. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Hánibal Troyſius Cauenſis ſuper ritibus Regni in ritu.101.in primis Doctores,&c.nu.7.cũ aliis ſeq. fol.363.Cæſar Vrſillus in add.Afflict.in deciſio. 1.nu.18.& ſeq.Roma.conſ.333. Iaſ. in d.l. cùm quid in 1.lectu.nu.16.Iacob.Rebuf.in d.l. 1. C. de conſul.lib.12.Grat. cum aliis relatis per eum conſi.116.uol.2.Ruin.conſ.19.n.15.uol.1. & Alcia.in trac de pręſ.reg.1.pſum.45.n.7.& ſeq.& cóſi.722. in quibus locis conantur, & doctiſsimè quidem in practica reducere iſtas opiniones ad optimam conſonantiam,& concordiam, uidelicèt, quòd licentiatus poſteà doctoratus præferatur Doctori medij tẽporis abſq; ſcrupulo,& difficultate aliqua, quando mox gradus,& inſignia doctoratus recepit, & dum in practica eſſet ea conſequendi alij extitiſſent doctorati: tunc quippè ipſe licentiatus præferri deberet: aliàs ſecus. & iſta concordia ueriſsima, & tutiſsima redditur in deciſ.uis.

SVMMARIVM.

1 *LICENTIATVS in decretis, & magiſter in artibus non eſt præferendus Doctori decretorum.*

OPINIO CCCCLXIV.

1 LICENTIATVS in decretis,& magiſter in artib⁹ præferendus non uenit Doctori decretorum: & ſic iſte licentiatus non poſſet aliter vti præcedentia,ſeu prærogatiua contra Doctorem decretorum: ſecundum Roma.conſ.333.nu.7.& 9.Fely.in rub.de maio.& obed.poſt nu.2.& in c.clerici col.2.de iud.Boeri.in tract.de authori. magni conſilij,ſub nu.96.& ſeq.Dec.in l.cùm quid ff. ſi cer.pet.in 1.lect.n.17.Io.Staphi. in tract. de literis gratiæ,& iuſtitiæ par.1.ante fi.uer.Octaua cócluſio,& ſub titu.de vi,& effectu clauſularũ uerſ. Secundò principaliter dubitatur in ea parte, cũ aliis verſ.ſeq.fol.120,& ſeq. Rub. conſ.86. circa præmiſſam,num.2.& iſta eſt communis opinio: Cõis opin. pro qua facit Rebuf.in tract.nomi. q.21.ſub nume.44.uerſ.Intellige quòd Doctor, & Tiraquel. de leg.connu.Glo.2.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *IVDICIVM cæptum cum defuncto nõ tranſit in fiſcum, vt teneatur litigare coram eodem iudice: quia fiſcus habet proprios iudices: ſecundùm communem opinionem. Sed ſecundùm alteram communem ſententiam contrariam, ſimiliter communem, inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in fiſcum, & cauſa ipſa finienda uenit coram Cæſaris rationale, non autem coram alio iudice cœpti iudicij.*

OPINIO CCCCLXV.

1 LIS inchoata coram ordinario non transfertur ad rationalẽ Cæſaris, ſi fiſcus litigatori ſucceſſerit. Et ſic inſtantia cœpta cum defuncto non tranſit aliquo modo in fiſcum: quia fiſcus ipſe habet iudices proprios. l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſolut. mat per quem text. ita firmauere Bar. ibi, Anto. Abb. & cæteri, pręſertimq; Barbatius, num. 44. & 51. & Dec. nu. 29. 32. & ſeq. in c. quia de iudi. vbi exiſtimat iſtam communem opinionem fore. Cõis opin.

¶ Contrarium uerò ſenſere, videlicèt, quod in ius rei conuenti poſt litem conteſtatam ſuccedens fiſcus cauſa ipſa finienda ſit coram Cæſaris rationali, non autem coram alio iudice ordinario cœpti iudicij, Iac. de Are. & Bal. in d. l. ſi conſtante. §. fi. Io. de Imo. in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ. & Curt. Iun. in l. hæres abſens. ff. de iud. nu. 2. vbi admonet iſtorum ſententiam communem eſſe. Cõis opin. Tamen prima pars communior, uerior que apparet, & ſecundũ eam tutè, & optimo quidem aliàs iure ſuadẽte iudicari per doctiſſimos, grauiſſimoſque uiros uidimus.

SVMMARIVM.

1 HOMO liber poteſt locare operas ſuas in perpetuum.

OPINIO CCCCLXVI.

1 LOCARE poteſt operas ſuas liber homo in perpetuum: ſecundùm Glo. Bar. Saly. & cęteros omnes in l. antiquitas. C. de vſufruct. Specul. in tit. de locato. §. poſtquàm uerſ. Quid ſi locaui, Imo. in c. 2. extr. de pig. Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 8. ff. de verb. oblig. & Ripam in l. obligationem generali, nu. 10. & ſeq. ff. de pignoribus, vbi explicat opinionem iſtam eſſe communem, eamq; approbat, declarat, & ampliat. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partẽ inclinauit Gloſ. in l. poſt certi. C. de lib. cau. Dyn. in l, Titio centum. §. 2. ff. de cond. & demon. & Laurentius Syluanus conſ. 34. nu. 11. Sed ego veritatis memor ſequor primam ſententiam communem, tanquàm veriſſimam.

SVMMARIVM.

1 *LVDVS ſcachorum eſt licitus, ac permiſſus laicis, quia in ingenio naturali conſiſtit.*

2 *Ludus ſcachorum eſt permiſſus clericis, dummodò ludant cauſa recreationis, & non ex cauſa auaritiæ, Et quòd non palàm ludant propter uitãdum ſcandalum, Et quòd non ſint aſſidui in tali ludo, neque ordinarij, Et quòd non omittant tempore debito intereſſe diuinis, Et quòd non ludant cum perſonis inhoneſtis, aut ſuſpectis, Et deniq; abſtineant inter ludẽdum ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & huiuſmodi.*

3 *Ludo ſcachorum Epiſcopo Florentino intereſſenti ſeù aſſiſtẽti ad uidendum ipſum ludum Petrus Damianus impoſuit duram pænitentiam, uidelicèt tria pſalteria, et lotionem pedum duodecim pauperum cum certa eleemoſyna, et iſte ludus dicitur ludus ſimiæ.*

4 *Ludus latrunculorum, et ſcachorum inhibetur clericis cum laicis.*

5 *Quæſita in ludo ſcachorum, ſeu pilæ non ueniunt reſtituenda, dummodò amittens non ſit filiusfamiliàs, & cauſa recreationis fiat, & ſine blaſphemiis.*

6 *Ludus ſcachorum, ſeu latrunculorum, & pilę omni iure permiſſus eſt.*

7 *Ludo pilæ optimè luſiſſe fertur Scæuolã, Mecena. Dionyſium Siracuſanum, Alexandrum Magnum, Scipionem, Lico. Philoſophum, & Cæſarem.*

8 *Pilę exercitium plurimum confert ad ſanitatem, ſeruatis aliquibus conditionibus.*

9 *Ludus paruę pilæ multum commendatur, quia in eo corpus, & anima ſimul exercetur cum lętitia.*

10 *Ludi quot permiſſi ſint ad humanam recreationem numerantur hic.*

11 *Ludus ſcachorum inuentus extitit tempore Giulmerodac regis Babiloniæ & cauſa cur ludus iſte inuentus ſit, narratur diffusè, & moraliter.*

OPINIO CCCCLXVII.

1 LVDVS ſcachorum eſt licitus, permiſſuſq; laicis: quia cõſiſtit in ingenio naturali: ſecundũ Glo. Odofre. & omnes Legiſtas in auth. interdicimus. C. de epiſc. & cleri. & Canoniſtas. in c. pẽ. de vita, & honeſt. cler. Paridẽ de Puteo in tract. de ludo, ſub nu. 12. Bald. in rub. C. de cond. ob turp. cau. Ang. in l. 1. §. 1. ff. quarũ reru act. non da. Caccialupum in tract. de ludo, ſub nu. 8. Steſa. Coſtam cum aliis aggregatis per eum in trac. de ludo in §. ſuccedit modò, nu. 23. cum quatuor aliis ſeq. ubi narrat iſtam eſſe communẽ opinionẽ, ac procedere de iure canonico etiam. Cõis opin.

2 Imò eſſe permiſſum huiuſmodi ludum etiã clericis, dummodò fiat cauſa recreationis, & cũ aliis bonis, honeſtiſq; circũſtantiis, uoluit Gloſſ. Vincẽ. Abb. col. 2. & cæteri oẽs unanimiter, & cõcorditer in c. pen. de vi. & ho. cler. Inno. in c. lator de homici. Archi. in c. epiſcopus 35. diſt. in prin. Abb. & Imol. poſt Io. And. in c. clerici eod. titu. Ricchar in 4. diſtin. 15. arti. 4. quæſt. 8. & Frater Guil. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ, ſermone 18. colum. 9. fol. paruo 127. S. Antoninus Archiepiſc. Floren. in 2. part. eius ſummæ titu. 1. c. 23. ſub §. 2. Paris de Puteo in tracta. de ludo, ſub nume. 12. Caccialupus in dicto tract.

tract. de ludo quæſt. 5. ſub nume. 27. Stephanus Coſta, in d. tract. de ludo. 6. ſuccedit modò, ſub nume. 28. & ſeq. Soci. conſil. 16. uolu. 1. & iſta eſt communis opinio Doctorum vtriuſque cenſuræ, & Theologorum: cui tanquàm ueriori innititur etiam Ioan. Tabienſis in ſua ſumma Tabiena in uerb. Ludus, ſub §. 7 & Burſatus conſ. 116. ex actis. ſub nu. 1. cum aliis ſeq.

Cõis opin

3 Itaque prima circumſtantia, ſeu conditio inter Religioſos in præſenti luxu illa propemodū neceſſaria foret, quod ipſi latrunculis animi cauſa ludere debeant, omni prorſus cupiditate lucri, quæſtuſque proprij ceſſante. Secunda quidẽ etiam circumſtantia iſthæc exigitur neceſſariò in hoc caſu, quòd ipſi clerici, ne alios offendant, in domibus ſuis priuatis, ſeu in aliis locis abditis, non autem in locis publicis ludere teneant.

¶ Et hinc eſt, ꝙ licèt ludus citharæ ſimiliter cõcedatẽ clericis ẽt: quia Dauid iuſtus pulſauit citharam ipſam, & chorizauit: tamen hoc uerum eſſet, atque locum ſortiretur in loco occulto, nõ autem publico: ſecundum Abb. in c. cùm decorem de vita, & honeſt. cleri.

¶ Tertia circumſtantia adhibenda in præſenti negocio illa eſt, quòd Religioſi frequẽtatores huiuſce luſus latrunculorum eſſe non debeant: ſed vt tempus exigit, & locus congruit huiuſmodi ludo incumbere, ac aduigilare illis licitū eſſet.

¶ Quarta circumſtantia, quæ ab eodem fonte procedit, ea nimirum eſt, quòd clerici ob talem ludum non omittant recitationem horarū canonicarum, celebrationemq; aliorum diuinorum officiorum, ac ſtudium rei literariæ. Siquidem ſi aliter ageretur, cantari meritò poſſet contra iſtos illud uulgare prouerbium, quod vanè, & inſipidè ipſi curarent cuticulam, ſeu reduuias.

¶ Quinta circumſtantia omni ſuo iure exponitur etiam, vt ipſi clerici cauere debeant tanquàm ab igne à ludẽdo cum perſonis improbis, infamibus, ignominioſis, & hiſce ſimilibus, & itidem cū mulieribus quantūcunq; honeſtiſsimis, eo quòd non decet eos habere tam priuatam, & familiarem cõuerſationẽ, & cõſuetudinem cum eis, vt patet in toto titulo extra de cohabitatione clericorum, & mulierum.

¶ Sexta circumſtantia minimè prætermittẽda venit in pſenti negocio, quæ ea eſt, vt Religioſi ipſi in ludendo ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & ab aliis ſimilibus vitiis, & peccatis penitus abſtinere debeant.

¶ Benè uerū eſt, qđ legiẽ apud Vincẽtiū Hiſtoricū lib. 26. c. 52. quòd Petrus Damianus Epiſcopo Florẽtino, qui ſolùm interfuerat ludo ſcachorum, impoſuit duram pœnitẽtiam: videlicèt tria pſalteria: Item lotionem pedum duodecim pauperum cum certa eleemoſyna cuilibet porrigenda: quamquidem pœnitentiam Epiſcopus ipſe libenter acceptauit, facilè colligẽdo huiuſmodi ludū latrunculariū eſſe propriè ludū ſimiæ, quo luſiſſe ſimiam author eſt Plinius, ac fore puerile ſtudium, perditum tempus, atq; curas ſuperuacuas omnibus notū eſt. Imò uix rei vllum tā intenſum, tanquè ineptum ſtudium inuenias: in eo enim interuenire ineptiſsimos clamores, ſtulta gaudia, iraſq; ridiculas, atq; deliros ſenes impẽdere alucolo, & pauculis lignis vagis, ac furtim inſidiantibus, latrocinātibus quotidie uidemus.

4 Sed iſte ludus recreationis cauſa cum laicis inhibetur ipſis clericis. capi. continebatur, de homicid. firmat Stepha. Coſta. in d. §. ſuccedit modò, ſub nu. 14. & ſeq. & diſcurrit fuſiſsimè Neuizza. in ſylua nuptiali. lib. 4. ſub nu. 42.

5 Et ſic laici vincentes in ludo prædicto ſcachorum, ſeu in ludo pilæ, in quo verſatur perſonę exercitium, non tenentur ad reſtitutionem, niſi amittens filiusfam. ſit, & cauſa recreationis fiat, & ſine blaſphemiis: ſecundum Oldra. conſil. 78. & Saly. in l. aleatorum. C. de relig. & ſump. fune. per tex. in l. fi. ff. eod. tit. & præclarę ſcientiæ Theologum Fratrem Ioannem compatriotam meum poſt S. Tho. in ſermonibus quadrageſimalibus, lima vitiorum nuncupatis, ſermo. 5. q. 3. col. 2.

6 Et hoc non mirùm eſt, ſiquidem ludus ſchachorum omni iure permiſſus eſt, prout & ludum pilæ omni ſimiliter iure permiſſum eſſe ait Ang. conſ. 397. Coſta, & Puteus in d. tract. de ludo.

7 Fertur que Scæuolam Iuriſconſultum optimè pila luſiſſe, teſte Valerio in rub. de ocio, ac ẽt Mecena. Dionyſium Siracuſanum, Alexandrum Magnum, Scipionem, Lico. Philoſophum, & Cæſarem, qui donauit cuicunque cū eo ludẽti 100. ſeſtertia neutra, id eſt 250. libras argenti, præter quàm L. Cecilio, cui donauit ſolūmodò 50. Vndè ob hoc nugando coram Cęſare protulit hæc uerba, ò Cæſar ego non ludo tecum cum una manu. Ideò animaduertens talia nugatoria oportuna uerba donauit eidẽ 50. alia ſeſtertia, teſte Reuerendiſ. D. Patritio Epiſcopo Caietano in trac. Sacri Regni ueri regiminis ueræ fœlicitatis principis. lib. 7. c. 11. de ludo pilæ.

¶ Et Prochytanū noſtrū regnicolam, noſtra tẽpeſtate ludo hoc pilæ palmariæ eximiè ludentem, ętatis noſtræ omnes pręcelluiſſe, nemini dubitandū. Nā dum ſuperioribus anis, per quendam agilem, cõpoſitū, ſingularẽq, luſorẽ Hiſpanum prouocatus, luſiſſe fertur in Ciuitate Neapolis, publicis in ſpectaculis frequẽti populo cõgregato: & ab Hiſpano aureorū ſummam non mediocrem quęſiuiſſe. Nec ſilentio itidem duxi tranſeundum, quòd in Ciuitate noſtra Aquilæ, noſtris temporibus effecit. Cum enim aduerſus Ioannem Antonium Cancellarium ciuem noſtrum, pilæ congreſſum haberet, qui in pilæ munere ſubeundo, primum ſibi locum uendicabat, cùm ne dum ſuperiorem, ſed neq; parem hactenus inueniſſet; hac arte Prochytanus, & induſtria uſus eſt. Ioannes Antonius erat prope potiturus victoria, & gauiſurus, cùm in duabus tantùm notis, uel (vt aiunt caccis) quæ in ſui fauorem erant, aduerſarium ſuperare reſtabat.

Prochytanus, niſi in quodam parietis foramine pilam direxiſſet, ibique conſtituiſſet, vincere ne quibat; pro prima nota, id fecit, & vicit. Pro ſecunda uerò nota, pedis callo laborare ſimulans, detracto calciamento, & in quadam ſpecula poſito, reſilentem pilam tanta agilitate tractauit, quod in calceo conſiſtere fecit, magna omnium admiratione. Quo uiſo Ioannes Antonius in huiuſmodi uerba prorupit. Qui fieri poteſt; niſi humanę naturæ tentator, vel Prochytanus poſſet efficere? Tunc Prochytanum ſe faſſus eſt, & mutuis amplexibus, & oſculis vltrò citroque habitis, ſic ait Ioãnes Antonius, cedo tibi omninò locum, ac me longè minorem eſſe ingenuè fateor.

8 Et exercitium hoc pilæ plurimum confert ad ſanitatem, ſeruatis tamen conditionibus expreſsis à Gale. in primo, & ſecundo ſanatiuorũ. Nam quemadmodum enuntiat ipſe Gale. in lib. de ludo paruæ ſpherę, multi liberati ſunt, ab ęgritudinibus gauiſi ſolùm.

9 Quare illa exercitia maximè commendanda ſunt, in quibus corpus: & anima ſimul exercetur cum lætitia & propterea ludus paruæ pilæ multùm ibidem commendatur.

10 Sunt etiam aliqui alij ludi permiſſi ad humanam recreationem: interdum enim fatigantur, & debilitãtur vires humani corporis, etiam in bono opere, propter quod, vt aliqua conſolatione exteriori recreentur, & per conſequens roborentur, & fortificentur in bono opere, permiſſi ſunt aliqui ludi liciti, qui inuenti ſunt ad leuamen laboris, ad ſolamen honeſtatis, & ad recreationem vitæ humanalis. Nam vt narrat Auguſt. 11. muſicæ, Decet ſapientem interdum remittere aciem à rebus agendis intentam: hæc autem remiſsio animi à rebus agendis fit per ludicra uerba, & facta. Ex quo concluditur, quòd ad ſapientem, & uirtuoſum pertinet interdum talibus vti ludis. Propter quod etiam Phyloſophus ponit uirtutem eutrapelie, quæ conſiſtit circa ludos honeſtos, quam nos poſſumus appellare iucunditatem. Nam, & talibus ludis interdum vacaſſe feruntur uiri Sancti, graues, & ſapientes, & ad hoc ponit exemplum Caſsianus lib. 7. conſolationum patrum, de Beato Ioanne Euangeliſta, qui cum aui in manu luſiſſe legitur. Similiter legitur in vitis patrum, quòd Beatus Antonius cuidam ruſtico obloquenti de quodam eremita, eo quòd vacaret interdum ludo honeſto, ait: trahas arcum tuum ſemper extentum; cui ille: non faciam, quia ſic cito deſtrueretur, niſi quandoque relaxaretur. Sic (docet pater Antonius) caro infirma humana non poteſt ſemper in eodem feruore permanere, neque durare. Vnde etiam ad hoc ponit exemplum Seneca lib. de tranquillitate animi, de agris fertilibus, quos (inquit) cito exhauriret nunquàm intermiſſa fœcunditas: ſic etiam hominum labor aſsiduus cito exhauriret, & nimis fatigaret ſpiritum humanũ, niſi aliquando interueniret aliqua conſolatio corporalis: propter quòd ait Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis. Et quia labor animę, ſiue ſpiritus, qui cõſiſtit in contemplatione, eſt laborioſior pro quanto tunc homo magis à ſenſibilibus eleuatur, quàm labor corporis, in quo non eſt talis eleuatio à ſenſibilibus. Hinc eſt, quòd viri contemplatiui, & literis dediti, atque propenſi magnopere indigent talibus ludis honeſtis, & recreatiuis; & ſic anima aliquam quietem capiat in tali delectatione. Et hoc eſt, quod Philoſophus 4. ethicorum dicit, quòd in huius uitæ conuerſatione quædam requies cùm ludo habetur: ex quibus omnibus concluditur, quòd oportet interdum aliqualibus huiuſce ludis vti.

11 Et ludum prædictum ſchachorum, quo calculis in tabula luſoria, id eſt fritillis, & alueolis luditur, inuentum olim reperio circiter annum orbis conditi termilleſimum DCXXXV. à quodam viro ſapiente nomine Xeurxe tempore Giulmerodac Regis Babiloniæ, hominis iniuſtiſsimi, & crudelis, qui patris corpus ſcilicèt Nabucdonoſor in 300. partes diuiſit, & 300. uultoribus comedendum dedit. Cauſa igitur quare ipſum ludum inuenit, fuit antedicti Regis correctio: cùm enim Rex impius eſſet, & non poſſet correctiones ſuſtinere, ſed etiam correctores occideret, & multos iam prudentiſsimos occidiſſet: populus, qui multùm dolenter ferebat ipſius Regis uitam malam, rogauit dictum Philoſophum, vt Regem de ſua vita increparet: is autem, cùm Philoſophus primò aſſeueraret mortem ſibi ſine dubio imminere, ſi id faceret, populus ait. Certè ante debes mortem eligere, quàm quòd fama in populo volet, quòd Regis vita deteſtabilis ſit tuo conſilio, maximè cum increpare non audeas, vt tu dicis. Quòd audiẽs Philoſophus, populo promiſit Regem redarguere, & cogitare cœpit modum, quo, & mortem euaderet, & populo promiſsis ſtetiſſe videretur; & tunc Philoſophus diligenter, & ſedulò pertractare cœpit, ac tandem ſcaccherium cum 64. quadratis inuenit, formaſque ſchachorum ad formã humanam de auro, & argento compoſuit, & formauit: progreſſum autem eorũ, & motũ deſcripſit, cum quo idẽ Philoſophus id ſic ludũ totũ ordinaſſet, deſcripſiſſetq; formam inter pictæ tabulæ, & ſchachorũ, ac mores Regis, nobilium, & popularium, & officiorũ eorũ, & iã corã nobilibus in Regis aula ludere cœpiſſet, & placuiſſet etiam ludus omnibus, Rex ſuperuenit, miratuſq; ludi pulchritudinem, ac inconſueti ſolatij nouitatem, ludere deſiderauit; & tunc Philoſophus Regẽ de ludo, & de progreſſu ſchachorũ docere cępit, prorũpendo primò quõ Rex debet habere ẽt clemẽtiã, iuſtitiã, cõtinentiã; docere ẽt eũ cępit de forma Reginę, & de eius ꝓgreſſu, aſſerens quales mores Regina habere debeat. Docere ẽt voluit de, cẽtauris tãquã de iuſtis iudic.b⁹, & cõſiliariis, quos in Regno neceſſe eſt eſſe, itẽ de mili-

militibus, ꝙ fideles ſapientes, & liberales eſſe debẽt. Itẽ de uicariis Regis, & morib' eorũ, docuit ſimiliter quomodò populares debent incumbere artificiis ſuis, & in eis ſeruire nobilibus; & quare etiam ſint ante nobiles conſtituti. Cum autẽ ſic ante dictus Phũs uitam Regis curialiter, diligenterque repræhendiſſet, quaſi repræhendendo Regem, & nobiles in ipſa depicta tabula interpoſitos. Rex Philoſopho interminatus eſt, ꝙ ſub pœna capitis ſibi detegeret, quare hunc ludum inueniſſet, & quid ad inueniendum commouiſſet: quo audito Philoſophus timore coactus, reſpõdit, ꝙ populo requirente, permiſſum erat quòd Regem corrigerent. Sed cùm timerẽt mortem, uidens quòd ipſe Rex alios ſapientes occiderat, & quòd tantæ fuiſſent audaciæ, quòd ipſum increpare auſi fuiſſent, protulit ſe in anxietate poſitum qualiter, & vitam ſeruaret, & modum curialem correctionis Regis poſſet inuenire. Cogitatione igitur maxima præcedente, hunc ludum inuenit, vt & Regis vitam immutare poſſet curialiter corrigendo vitia tertiæ perſonæ formatæ in ipſa latruncularia tabula ad memoriam, & in publicum reducendo: vt, & ipſe Rex, qui ludum diſcere cupiebat, dicta de tertia perſona, tanquàm dicta ſibi attenderet, & ſic ſaltem vitam mutaret, & mores. Dixitq; ſimiliter ſe huiuſmodi ludum inueniſſe, vt nobiles abundantes in diuitiis, & pace temporis gaudentes, otium uitarent per hunc ludum, dum ludendo delectarentur ipſo, ac eſſent intenti. Vlterius, vt daret materiam meditandi multis, & inueniendi uarias rationes, & modos tam ludendi, quàm etiam loquendi, & ſcribendi ſuper eo. Rex autẽ auditis huiuſmodi cauſis, cogitans etiam quòd nobilem correctionis modum Philoſophus prædictus præmeditatus eſſet, Philoſophum rogando, vitam, & mores ad mandatum, & modum; quem Philoſophus eum docere uoluit, permutauit: ſicque factum eſt, vt Rex, qui primò erat incompoſitus, & impius, iuſtus fieret, & coram omnium oculis uirtutibus, & moribus venuſtus, atque concinnus: prout hoc diffuſius diſcurrit Frater Iacobus de Ceſſulis, ordinis prędicatorum, in tract. de ludo ſchachorum. Vnde idẽ Sapiẽs uirita tyranni ſæuitiam coercere metu, ac cum documento monere volens, oſtendit maieſtatem ſine uiribus, hominumq; adminiculis, parum admodùm valere, atque tutam eſſe, quando per iſtiuſmodi ludum ſatis patebat Regem facilè oppreſſum iri, niſi inuigilaret, à ſuiſq; defenderet.

SVMMARIVM.

1 *LVDVS eſt crimen, & delictum. Et hinc eſt quòd luſori, ſicut prodigo, & furioſo poteſt interdici adminiſtratio bonorum. Et ludens præſumitur dilapidare bona, & malè uti ſubſtantia ſua.*

2 *Ludi permiſſi, & prohibiti legibus ſecularibus, qui reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur, ponitur hic remiſſiuè.*

3 *Ludus eſt fames iniquitatis, & cupiditatis, domeſtica prædatio, vſuraria labes; mendaciorum, atque nugarum ſedula mater, fons diuinę negationis, crudelis blaſphemiæ pater, corruptio populorũ, ſcãdalum proximorum, peruicax inobedientiæ filius, amiſſio temporis, diſcordiarum, & homicidiorum multorum origo, immane deſperationis baratrum, idolorum cultus, inerta ſegnicies, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum ſtultitiarũ ludibrium ſingulare.*

4 *Ludentes aſſiduè taxillis, & alea inter perſonas infames habentur in Regno Neapolitano.*

5 *Doctores ludentes ad taxillos ſiunt infames; & ob hoc ab eorum officijs amouentur: nam turpis vita agitur propter ludum.*

6 *Officiales in Regno Neapolitano vt primùm eorum officium aſſumunt, emittunt banna, & proclama, vt nullus ludere audeat ad taxillos, ſeu ad alium ludum prohibitum ſub determinata pœna: cùm hoc in republica chriſtiana ſit maxima pernicies.*

7 *Ludentes ludis prohibitis, & inſpicientes ludere eadem pœna puniuntur, quotieſcunque reperitur emanatum bannum per officiales, vt nemo ludere audeat ſub certa pœna.*

8 *Ludi inſpectores, ſi præſtarent cauſam ludo, ſiue inducendo, ſiue pecunias mutuando, ſiue alijs modis haberent ibi inordinatam affectionem, mortaliter peccarent. Sed ſi non præſtarent cauſam, tunc tantùm peccarent venialiter.*

9 *Officiales valentes prohibere ne ludi fierent in ſua iuriſdictione, & non prohibentes, tenentur ad reſtitutionẽ perditi in illo ludo à tempore, quo prohibere potuiſſent.*

10 *Ludentes non ſolùm efficiuntur infames, ſed etiam tenentes aleas, & taxillos, & alijs accommodantes ad ludendum. Et uenditores, & factores alearum, taxillorum, & ſimilium, peccant mortaliter.*

11 *Ludo quæſita in foro poli, & conſcientię non ſunt reſtituenda ante iudicis condemnationem.*

12 *Conſuetudo excuſare poteſt victores in ludo prohibito ad reſtituendum bona in illo ludo quęſita, & ad ſoluẽdum pœnam in lege ſtatutam occaſione ludi.*

13 *Ludo quæſita in animę iudicio reſtitui non debent, ubicunque in illo ludo ceſſaret omnis dolus, & fraus: ſed interueniente fraude in ipſo ludo: tunc in foro animę abſque iudicis condemnatione debet fieri reſtitutio omnium lucratorum mediante ipſa fraude.*

14 *Ludo quæſita pauperibus, ſeu pijs locis victores tenentur erogare, atque elargiri.*

15 *Ludo quęſita ab eo, qui ludere penitus recuſabat, veniunt reſtituenda in foro conſcientiæ. Et iſta attractio ad ludendum etiam largè intelligenda eſt, videlicèt quocunque modò quis adduxerit aliquem ad ludendum ſecum uerbis, vel re, ſiue in principio ludi, ſeu in medio, quando ille valet deſiſtere, & amplius non ludere.*

16 *Pactum non valet, nec tenet, vt alter ludentium non poſſit ad libitum recedere à ludo, & dicere tienmi il giuoco.*

17 *Ludo aliquid lucrans prouocatus, & quaſi inuitus adductus ad ludum, non tenetur in foro poli perdenti aliquid reſtituere.*

18 *Ludi vincentes, ſeu lucrantes à filijsfamilias, à monacho, furioſo, & ab alijs ſimilibus tenentur in foro conſcientiæ reſtituere lucrata non luſoribus perdentibus, ſed Domino, patri, eccleſiæ, vel adminiſtratori.*

19 *Ludens cum filijsfamilias, ſeruis, monachis, furioſis, & alijs non habentibus adminiſtrationem liberam rerum in ludo appoſitarum: lucransque pecuniam, quæ erat patris, domini, aut eccleſiæ, committit furtum, & tenetur pœna furti tanquam accipiens pecuniam alienam. Et in dubio victor præſumitur ſciuiſſe pecuniam alienam.*

OPINIO CCCCLXVIII.

1 LVDVM inter alia crimina, ac delicta cõnumerat tex. & Bar. in §. illud verò, in prooemio Digeſtorum, Rolan. à Valle conſ. 63. viſa inquiſitione, n. 19. vol. 2. Paris de Puteo in tract. Syndica. in ver. Inquiſitio, & Gramm. deciſ. 11. nu. 6. & quemadmodum ludus dicitur delictum, ita etiam & lata culpa: ita Bal. in auth. ex teſtamento col. pen. C. de coll.

¶ Et hinc eſt, quòd luſori, ſicut prodigo, & furioſo poteſt interdici adminiſtratio bonorũ: ita Bar. in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. & Bald. in auth. quod locũ in fi. C. de coll. vbi firmat, ꝗ ludens præſumitur dilapidare bona, & malè vti ſubſtantia ſua: & iſtã opinionem prorumpit veriſsimam eſſe Ripa in l. is cui bonis, nu. 21. & ſeq. ff. de ver. obliga. in neſciente ludi artem, non autem in perito luſore.

2 Et qui ludi hodie liciti, permiſsiq; ſint legibus ſecularibus, & itidem, qui prohibiti reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur. conſtat in l. 1. ff. de aleę luſu, & alea. & in auth. alearum vſus. C. de relig. & ſumpt. fun. & in c. inter dilectos de exceſſ. prælat. ibi Glo. & Abb. nu. 8. & ipſemet, in c. clerici, il 2. de vita, & honeſt. clerico. & Glo. in l. 1. C. de ſpecta. lib. 11. & in c. cùm decorem, de vit. & honeſt. clericor. & ponit omnes ferè ludos apertiſsimè tam licitos, quàm prohibitos, ac eorum pœnas Marc. Ant. Blanchus in pract. crim. in rub. ſeu titu. ludo etiam committitur homicidium, nu. 1. cum alijs ſeq. & Frater Guilielmus Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ, in ſermone 18. col. 1. cum alijs ſeq.

3 Et ludus nihil aliud eſt, niſi fames iniquitatis, & cupiditatis, domeſtica prædatio, vſuraria labes, mendaciorum, atque nugarum ſedula mater, fons diuinæ negationis, crudelis blaſphemiæ pater, corruptio populorum, ſcandalum proximorum, peruicax inobedientiæ filius, amiſsio tẽporis, diſcordiarum, & homicidiorum multorũ origo, immane deſperationis baratrum, idolorũ cultus, inerta ſegnicies, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum ſtultitiarum ludibrium ſingulare: vt ita, & his formalibus verbis definit. S. Bernardinus noſter in ſuis ſermonibus de euangelio æterno ſerm. 16. art. 3. cap. 2. circa medium, & Maria. Socin. in conſ. 16. circa verſ. eſt enim ludus vol. 1.

4 In Regno vero Neap. ludentes aſsiduè taxillis, & alea inter perſonas infames habentur, & à teſtimonio repelluntur, & ad aliquod officium publicum minimè admittuntur: vt in conſtitutione, Mores diſſolutè viuentium.

5 Vbi And. de Iſer. dicit quòd Docto. ludentes ad taxillos, ſunt infames, quæ conſtitutio maximè fuit condita ob aduocatos, & Doctores, qui propterea ab eorum officijs amouentur: & idem profuſius probat, & firmat S. Antoninus Archiepiſcopus Floren. in 2. par. ſuæ ſummæ, titu. 1. c. 23. de turpi lucro. §. 6. Nam turpis vita agitur propter ludum: ſecundum Hoſtien. in titu. de exceſſ. prælat.

6 Imò in Regno ipſo officiales, & iudices omnes, vt primùm eorum officium aſſumant, in locis deſtinatis emittunt banna, ac proclama, vt ludere nullus audeat ad taxillos, ſeu ad alium ludum ſub determinata pœna: cùm hoc in republica chriſtiana ſit maxima pernicies.

7 Et tunc vigore dictę admonitionis publicè factę, eadem pœna puniuntur inſpicientes ludere, ſeu commorantes cum ludentibus, ſicuti ludentes ipſi: vt voluit Bal. per illum tex. in auth. inter dicimus, in prin. C. de epiſc. & cler. & Frater Ioannes concius meus Theologus maximæ authoritatis, in ſermonibus quadrageſimalibus, in ſermo. 5. de ludo. q. 2. col. 2. quem ſequitẽ Bertach. in ſuo repert. in verſ. Iurans, col. 1. Et licèt Marſil. ſing. 552. ſępius in Ciuitate noſtra non auſus fuerit hoc firmare; nihilominus ipſe opinionẽ Bald. tanquam veriſsimam amplector.

8 Quam ampliat idem Frater Ioannes, vbi ſupra, & Frater Gabriel Barletta in ſermonibus quadrageſimalibus in feria 2. hebdomadę quartæ, de ludis fortunæ col. 10. fol. par. 100. & ſeq. vt iſti inſpectores, ſi eſſent cauſa ludi, vel haberent ibi aliquam inordinatam affectionem, mortaliter peccarent.

¶ Sed ſuper hoc diſtinguit, & optimè quidem, Frater Guil. Pepin. in opuſculo ſuo ſuper Confiteor, in 2. tracta. 3. partis c. 6. de manu luſoria in litera, G. quòd aut tales præſtant cauſam ludo, ſiue inducendo, ſiue pecunias mutuando, ſiue alijs modis; & tunc peccarent mortaliter. Aut non præſtant cauſam; & tunc tantùm venialiter peccare viderentur.

9 Ideoque ipſi officiales, qui prohibere poſſent, ne ludi prohibiti fierent in Ciuitate, & non prohiberent, vtique & abſque dubio tenerentur ad reſtitutionẽ perditi in illo ludo à tempore, quo prohibere potuiſſent, & hoc agere neglexiſſent: vt voluit Paris de Puteo in tract. de ludo nu. 41. & ſequen.

10 Et in Regno efficiuntur infames non ſolùm ludentes, ſed tenentes etiam aleas, & taxillos, & alijs accomodantes ad ludendum: vt habetur in dicta conſtitutione, Mores diſſolutè viuentium.

¶ Imò tam iſti, quàm factores, aut venditores alearum, taxillorum, & ſimilium inſtrumentorum peccant mortaliter: ſecundum S. Antoninum in d. 2. par. ſuæ Summæ titu. 1. c. 33. §. 8. & Fratrē Guil. Pepin. in d. c. 6. de manu luſoria in litera, I.

11 Sed omiſsis his, deſcendo in præſentiarùm ad vtiliora, frequentioraq; in practica, & pono hic, quòd quæſita ex ludo in foro poli, & conſcientiæ neceſſariò non ſunt reſtituenda ante iudicis condemnationem: ſecundum Thom. de Aquino in 2.2.q.32.art.7. ad ſecundum, & ibi Caietanum: Ioannē Maio. in 4. ſentētiarum diſt. 15. q. 13. & Palludanū ibi. q. 3. art. 5. Glo. in pragmat. ſanct. tit. de ſpectaculis, in verſ. Ludibria, Adrian. in 4. ſentent. tract. in c. quia in ſuperioribus de reſtitu Ioan. Medinā de reſtit. q. 22. Guil. Pepin. in d. ſermone 18. colum. 17. & Canoniſtæ admittunt hoc omnes communiter, in c. penul. de vit. & honeſt. cleric. & ſic opinio iſta approbatur communiter à Theologis, & Canoniſtis.

Cōis opin.

12 Imò conſuetudine, quāuis ludus licitus fieri nequeat ꝓpter blaſphemias, fraudes, & tot mala, & inconuenientia, quæ ex eo oriuntur; tamen cōſuetudo iſta excuſare poteſt victores ad reſtituēdum bona ludo quęſita: & per conſequens, vt nō teneantur ad reſtitutionem faciendam prędictorum, nec ad ſoluendum pœnam in l. ſtatutā occaſione ludi: ſecundum Thom. de Aqui. in d. art. 7. Card. & Imol. in c. clerici de vita, & honeſt. cler. Caccial. in tract. de ludo. q. 17. & Paridem de Puteo, in tract. de ludo, num. 33. & 49. & Socin. Iun. conſil. 68. nu. 103. vol. 3. & Guil. Pepin. in d. opuſculo ſuper Confiteor in 2. tract. 3. partis c. 6. de manu luſoria ſub litera, E. quorum opinionem aſſerit eſſe communem Barbatius conſ. 65. illud in medium, lib. 4. Adrian. in d. c. quia in ſuperioribus, colum. 2. & Rochus Curt. in c. fin. de conſuetu. in 1. ſectio. in tit. ſeu rub. incip. & ſtante doctrina, nu. 15. & ſeq. fol. 22.

Cōis opin.

13 Et hæc cautè intelligi debent, vt victores non teneantur quæſita ex ludo in animæ iudicio reſtituere, vbi in eo ceſſaret omnis dolus, & fraus: quod fatentur Thom. de Aquino, & omnes pręallegati Doct. Vnde non ceſſante fraude, ſed potius interueniente, & concurrente in ludo: eo caſu quippè in foro animæ abſque iudicis condemnatione debet fieri reſtitutio omnium lucratorum, mediante dicta fraude: ſecundum præcitatos omnes Doct. vno ore: & iſta eſt communis, teſte Pari. de Puteo in dicto tractatu de ludo, nume. 27.

Cōis opin.

14 Cæterùm ob temporis iacturam maximam fruſtrà factam, & ob peccatum mortale commiſſum in ludo ipſo, & alia incōuenientia ex eo exorta; admoneo victores omnes, vt pecuniam ludo quęſitam, pauperibus erogare debeant. Nam ſecundum communem opinionem omnium Doctorum citatam per Rochum Curt. in d. c. fin. animę tutius foret pecuniam ipſam elargiri inter pauperes. Et hoc ſuadet quoque pro animę ſalute exequendum fore Imol. in d. c. clerici, Stephanus Coſtæ, in tract. de ludo, in 4. art. principali nume. 5. Guil. Pepin. in d. c. 6. de manu luſoria ſub litera, E. circa fin. in d. ſermone 18. col. 17. & ſeq. ubi licèt mentionem faciat de communi hodierna obſeruantia, quòd luſores cogendi aliter non ſunt ad erogandum pauperibus ea, quæ in ludo vicerint: nihilominus ſuadet luſoribus ipſis, ut illud, quod remanet de lucro ultra perdita in eo erogare debeant pauperibus, ſeù pijs locis.

Cōis opin.

15 Sed omnia præmiſſa interpretantur non procedere, vbi quis ob nimiam lucri cupiditatem adduxerit, ſeu attraxerit vehemētibus precibus, & opprobrijs Sempronium, eo inuito, ac penitus renitente ad ludum: tunc in foro conſcientię, iſte quæſita ex ludo, tenetur reſtituere: ſecundum S. Thom. de Aqui. in 2.2.q.32.art.8. quem omnes communiter ſequuntur, & præſertim Caietanus in d. art. Guil. Pepin. in d. ſerm. 18. colum. 18. Canoniſtæ frequentiſsimo omnium conſenſu, in d. c. clerici. Alciat. in lib. parergon. c. 16. Frater Ioānes in d. ſerm. 5. colum. 1. & Diſcipulus in ſerm. 12. Annuncio vobis gaudium magnum. in litera, L. circa fin. quibus in locis iſti duo Theolog. firmant etiam quòd iſta attractio etiam largè intelligenda eſt, videlicèt, quocunque modo quis adduxerit aliquem ad ludendum ſecum verbis, vel re, ſiue in principio ludi, ſeu in medio, quādo ille vellet deſiſtere, & amplius non ludere.

Cōis opin.

16 Et hoc non mirum eſt: quia nec valeret pactū, de non recedendo à ludo, niſi perdita certa quantitate denariorum, vel vt alter ludentium non poſſet ad libitum recedere, & dicere, vt Doct. dicunt *Tiemmi il giuoco*, l. 2. ff. de aleat. Glo. Angel. Pau. de Caſt. & alij in l. iuriſgentiū. §. prętor. ff. de pactis, & Saly. in d. l. alearum.

17 Et licèt verum, & indubitatum ſit, quòd trahens alium ad ludendum, teneatur lucrata in ipſo ludo reſtituere perdenti; nihilominus ſi tunc ille, qui prouocatus, ſeu tractus ſit ad ludendum lucraretur, vtique ad reſtitutionem non teneretur: vt determinant aliqui ex relatis Theologis: & ita concludit etiam diſtinguendo Guid. Papæ q. 581. nu. 2. ex intentione Innocentij, relatì ibi per eum.

18 Interpretanturque ſimiliter omnia hæc non habere locum, vbicunq; ludentes, qui pecuniam amiſerunt, non habebant adminiſtrationem liberam rerum in ludo appoſitarum: quemadmodum eſt ſeruus, filiusfamilias, monachus, furioſus, prodigus, & inſtitor, & alij his ſimiles: tunc lucratio, ſeu acquiſitio hęc facta eſt ipſo iure nulla; & qui vicit, velit, nolit, tenetur reſtituere lucrata, non tamen luſori perdenti, ſed Domino, Patri, Eccleſiæ, vel adminiſtratori: ſecundum Glo. & Doct.

Doct. omnes in d.c.clerici, & Theologos omnes in locis pręcitatis, Guil. Pepin. in d.ſerm.18.col. 15. vbi hoc limitat, Ioan. And. & Innoc. in c.quia plerique, de immuni. Eccle. Caccialupum in d. tract. de ludo q.10.nume.43. & Pari. de Puteo in eodemmet tract. de ludo, num.26. cum tribus ſequ. & Bolognettum in l.ſingularia, nu.46.ff.ſi cer.pĕta.

19 Quia ludens cum talibus, lucranſq́ue pecuniam aliquam ſcienter, quæ erat patris, vel domini committit furtum, teneturq́; pœna furti, tanquam accipiens pecuniam alienam: arg.l.ſeruus cuiuſdam, vbi text. not. ſecundùm Bal. in rub. C. de cond.ob turp. cauſam: aliàs poſset conueniri ciuiliter dumtaxat: vt per Ang. ibi, & Alciat. in tract. de præſumpt. reg.3. præſumpt.29.num.6. vbi rationabiliter firmat etiam, quòd in dubio præſumeretur ſciuiſſe hoc.

SVMMARIVM.

1 *LVDVS præſertim ob blaſphemias prohibitus eſt.*

2 *Ludus alearum non ſolùm prohibetur Chriſtianis, ſed etiam Sarracenis.*

3 *Ludus taxillorum, & alearum, & ſimilium reperiuntur prohibiti, non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam omni alio iure: quia fortunæ innititur.*

4 *Luſores taxillorum, alearum, & aliorum ſimilium ludorum prohibitorum peccant ſemper, & vbique mortaliter: Et peccant contra omnia Dei præcepta. Et in ipſis ludis ſolent committi quindecim peccata mortalia.*

5 *Luſores ſunt hoſtes publici ciuitatis: nam aliqui ex eis perditis ſubſtantiis deſperati veneno ſe occiderunt; alii qui proprio chirographo diabolo ſe viui dederunt, & nonnullos homines ob blaſphemiam terra abſorbuit, & fulgure perierunt. Et aliquibus luſoribus ob blaſphemiam aliquando in menſam luſoriam oculi ceciderunt.*

6 *Luſores ſunt Pagani propter canonis tranſgreſſionem: cùm inter luſores non appareat decor morum, non modeſtia verborum, non amor erga homines, non erga Deum reuerentia: ſed iurgia, rancores, & doli, periuria, & rapinæ, & vulnera, & homicidia quoq;.*

7 *Minorem, puerumue Patroclum legitur exilio punitum: cùm aleæ ludo ſodalem puerum occidiſſet.*

8 *Luſores ob ſubſtantiam eorum in ludo deperditam percutere conſueuere imagines Dei, & Sanctorum: ob quod nonnulla miracula Deus demonſtrauit ad confuſionem ipſorum luſorum notatu digna, poſitaq́ue hic ad emendationem, & correctionem ludentium.*

9 *Luſores percutientes imagines Dei, & Sanctorum capitaliter ſunt puniendi.*

10 *Ludus eſt euitandus tam à laicis, quàm à clericis: nam diſpoſitio auth. alearum vſus, eſt ſeruanda etiam inter clericos, & perſonas eccleſię ſubiectas.*

11 *Clerici ludentes ad ludum prohibitum, quibus pœnis puniantur remiſſiuè. Et ludus taxillorum multa mala, & inconuenientia producit.*

12 *Luſor quidam aliquando conuerſus extitit per beatum Bernardum miraculosè.*

13 *Ludi taxillorum nullus euentus proſper, mali omnes, & miſeri: & ſi quid in ipſo ludo lucratur, lucrum illud arrha eſt damni, nemini enim amarior eſt iactura, quàm lucri dulcedinem deguſtare: quia tartareus quiſpiam ludi huius inuentor fuit.*

14 *Ludus alearum à quo traxit originem, remiſſiuè: et qui ob eum damnati fuerint. Et quòd extitit à Romanis prohibitus.*

15 *Ludus parit tot mala, quæ vix numerari poſſunt: quia in taxillis quot puncta reperiuntur, tot ſcelera ex eo, vnum grauius altero proueniunt.*

16 *Luſores ſimiles ſunt araneæ: & traditur conſilium luſori ſatis proficuum hic, ſi illo vti velit.*

OPINIO CCCCLXIX.

1 LVDOS omnes, prętereaquàm ludum propriæ virtutis Imperator propter blaſphemias reprobauit, & penitus inhibuit, in auth. alearum vſus. C. de relig. & ſumpt. fune. Dicens, quod multis lachrymas prodijt: quod declaratum eſt per Hoſt. in ſumma de exceſſ. prælat. Dec. conſ. 115. & Doct. in c. clerici, de vit. & honeſta. cler. & Ioan. Bernar. Diaz in pract. crim. in titu. aleatores, c.63. & Gramm. deciſ.11.nu.7.

2 Nec certè mirùm eſt, ſi ludus alearum prohibeatur Chriſtianis: cùm etiam legatur prohibitus Sarracenis. Nam Auicenna, qui gentilis fuit, lib.10. philoſophiæ ſuæ c.4. dicit, quòd ad faciendum rĕpublicam bonam, & benè ordinatam, debent ocioſitates in ciuitatibus prohiberi: ſic ſcilicet, quòd nullus ſit in ciuitate inutilis: ſed quòd quilibet habeat aliquem ſtatum, aut exercitium laudabile, vt ab vnoquoq; perueniat aliqua vtilitas ciuitati: & ideò inquit prohiberi debent aleatores, & luctatores. Si igitur talia ſtatuta ordinauerunt Sarraceni in ſuis Ciuitatibus, quantò magis Chriſtiani Principes, & Communitatũ Rectores, illa obſeruare debent?

3 Et ſic ludi taxillorum, alearum, & ſimilium reperiuntur prohibiti non ſolùm de iure ciuili, ſed omni alio iure etiam: vt probatur per Buſtum in Roſario prędicabilium, in 1. part. ſerm.28. c. quidam alij ludi ſunt vituperabiles. in litera F. fol. 268. vbi, & c. ſequen. cum alijs glomeratis per eum.

4 Similiter firmat, quòd iſti luſores, vbicunque luderent aleis, ſeu taxillis, ſemper vtique, & abſque dubio aliquo peccarent mortaliter. Hocq́ue idem concludit, & limitat vtiliter Pepin. in d. ſermo.18. colum. antepen. & profusè Diſcipulus in ſuis ſermonibus, ſerm.12. colum.1. cum alijs ſeq. vbi ponit, & probat quindecim peccata mortalia

lia contingere in ludo. Et hoc idem ante eos pro ſuſius voluit Frater Ioannes noſter in ſerm. quadrageſimalibus, in ſermo. 5. col. 1. cum alijs ſeq. vbi diſcurrit, & ſimul etiam probat, quòd luſores ipſi peccant contra omnia Dei pręcepta, & illa tranſgrediuntur. Et repetit, & corroborat etiã Pepin. ſuper Confiteor in 2. tracta. 3. part. c. 6. de manu luſoria, in litera, D.

¶ Et ratio prohibitionis ludi taxillorum, & alearum fuit: quia fortunæ innititur: ſecundùm Glo. & communiter omnes in authen. interdicimus. C. de epiſ. & cler. & Buſtum cum alijs ſignatis per eum in d ſerm. 28. c. 2. hic quæritur in fin. in litera, G. & Paridem de Puteo in tracta. de ludo, num. 4. *Cōis opin.*

5 Alia verò ratio fuit Odofr. in l. 1. de aleato. appellat enim ibi hoſtes publicos ipſos luſores. Nã aliqui perditis ſubſtantijs, deſperati veneno ſe occidebant, aliqui laqueo ſe ſuſpendebant, & aliqui proprio chirographo diabolo ſe uiui dederunt, & nonnullos homines ob blaſphemiam terra abſorbuit, & fulgure perierunt: ſecundùm Canoniſtas in d. c. clerici de vit. & hone. cler. & in c. inter dilectos, de exceſſ. prælat.

¶ Aliquibusque luſoribus ob blaſphemiam aliquando in menſam luſoriam oculos cecidiſſe: teſte Fratre Guil. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ, ſerm. 18. fol. 20. Fratre Ioan. in d. ſerm. 5. col. 11. Fabio Monteleone in pract. arbitrali, in tit. infames, & luſores, num. 8. & ſequen. fol. 30. Diſcipulo in d. ſerm. 12. col. 3.

6 Et denique in dicta ſumma, Hoſtienſis luſores appellat paganos propter canonis tranſgreſsionem: cùm inter luſores non appareat decor morum, non modeſtia verborum, nec amor erga homines, non erga Deum reuerentia, ſed iurgia, & rancores, & doli, & periuria, & rapinæ, vulnera ad extremum, & homicidia quoque: ſecundum S. Antoninum in 2. par. eius ſummę tit. 1. c. 23. de turpi lucro. §. 6. & Doctiſsimum Fratrem Ioannem compatriotam meum in ſermo. quadrageſimalibus, ſerm. 5. col. 9.

7 Legimus olim Patroclum puerum: cùm aleæ ludo ſodalem puerum fortè occidiſſet, exilio punitum. l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis.

8 Imò luſores ob ſubſtantiam eorum in ludo perditam, imagines Dei, & Sanctorum percutiunt. Et euenit miraculũ hoc in Ciuitate Aquilæ annis ſuperioribus, ꝙ luſor quidam amiſſa in ludo quadam pecuniarũ quantitate: vt deſperatus percuſsit cum mucrone imaginem ſacratiſſimæ Virginis in quadam eccleſia extra dictæ Ciuitatis mœnia poſitã: & ex illa percuſsione, ſeu vulnere profluit ſtatim miraculosè maxima ſanguinis effuſio, quemadmodum profluit aqua de fonte viuo: & percuſſor iſte vix egreſſus eccleſiã prædictam, repętina, ac improuiſa morte pręuentus, cecidit in terram, & obijt. Et ſic intemerata virgo ſolũ Deum habuit vltorem. Et hodie ſimiliter in dicta eccleſia, quæ nuncupatur Sancta Maria Pontis Rodij, apparent euidentiſsima ſigna ſanguinis, & percuſsionis prædictæ.

¶ Aliud verò miraculum refert Caſſane. cõſ. 1. num. 69. eueniſſe Mediolani, dum ibi quidam percuſsit imaginem Saluatoris noſtri, his verbis impijſsimis prolatis, Vtinam Chriſte, ita potuiſſem te in vtero matris tuæ transfigere, ſicuti iſtã tuam tranſfixi imaginem. Et ſcribit ibi Caſſan. ex imagine illa miraculosè ſanguinem fluxiſſe, atque percuſſorem domum ſuam adijſſe, ac cùm domum ingreſſus eſſet illam corruiſſe.

¶ Ac aliud miraculum accidiſſe ſcribitur per Boer. in d. deciſio. 301. ſub num. 17. vbi quòd ex percuſsione illata in manu imaginis Chriſti, exiſtentis inter bracchia Virginis matris in eccleſia Burdidolen. exiuiſſe ſanguinem teſtatur.

¶ Euenit etiam aliquando in prouincia noſtra Aprutij, quòd quidam armiger deperdita tota eius ſubſtantia, omnibusque eius bonis in ludo, vocauit dœmonem, dicens quòd ſtante amiſſione ſuorum bonorum ei præbebat, ſeu donabat corpus, & animam: ſtatimque diaboli hoc audientes, & rapientes ipſum ad infernũ in anima, & corpore portauerunt.

¶ Item accidit ſuperioribus temporibus in partibus Alemaniæ, quòd duos luſores accedendo ad quoddam hoſpitium in vigilia aſſumptionis Virginis poſt cœnam, cœperunt poſtulare ab hoſpite, vt accomodare eis vellet aleas, & candelas occaſione ludendi: quod hoſpes expreſsè efficere recuſauit propter reuerentiam Virginis; ipſi verò cęperunt blaſfemare, ac proferre, quòd in contemptum Dei, & Virginis ludere determinabant. Sicque deſtinato famulo hoſpitis per eos occultè, ad emendum aleas, & candelas: & reuerſo cum aleis, & candelis, detinendoq; eas accenſas in manu, dum ludebant ipſi luſores, occuparunt totam illam noctem in ludo, & manè etiam reperti fuerre ludendo: qui (vt aiunt) vſq; in præſentem hodiernum diem inſimul ludunt: & vnus eorum proijcit aleas, alter verò denarios attrahit: & ipſe famulus continuò ibi detinet lumen, & candelam in eius manu. Et licèt (vt dicitur) infinitis propè vicibus ab illo hoſpitio tã luſores, què famulus amoti, & aſportati extiterunt; nihilominus ſemper ibi reuerſi ſunt ludendo, prout, & ita cenſetur eos commoraturos, & luſuros, & ſic geſturos vſque ad diem iudicij.

¶ Occurrit ſimiliter aliquando in prouincia Romana, quòd quidam amiſſa tota eius pecunia in ludo, impiè percuſsit imaginem ſacratiſsimæ Virginis gladio in eius gutture, dicendo: Cur me ita perdere dimiſiſti? ob quod miraculosè, & iuſto iudicio Dei ſtatim euaſit mutus, & debilitatus de bracchio, quo percuſſerat, & die proximo ſequenti diabolus eum in ignem proiecit: quem ſic quaſi combuſtum, & penitus mortuum aliqui eius corpus ſepeliuere: ſed terra illud euomuit, & à diabolo aſportatum extitit: teſte Buſto in roſario ſermonum prædicabilium in 1. part. ſerm. 28. c.

28.c. Deus autem de luſoribus fecit magnam punitionem, in litera, H. fol. 169.

¶ Reperio quoque in fine epiſtolarum Beati Auguſt. in epiſtola 206. Beatum Cyrillum Epiſcopum Ciuitatis Hieruſalem certioraſſe, mediante quadam eius epiſtola eũdem Auguſt. de hoc miraculo, quòd quidam nepos Ruffus nomine 18. annorum, exercendo ſe continuò in ludo alearum, & moriendo in ætate prędicta, poſt eius mortem ipſe Cyrillus motus non modica chriſtiana, ac coniugali pietate erga animam eiuſdẽ ſui nepotis, Deum rogauit, vt ei reuelare dignaretur, in quo ſtatu ea reperiebatur in alio ſeculo. Et eo orante teſtatur tantum fetorem in camera, in qua orabat ortum eſſe, quòd naribus ſuis tolerare non poterat: & eleuatis ſurſum oculis inſpexiſſe, dictũ eius nepotem infœliciſsimum, ligatum catenis igneis, & ex eius naribus, & auribus, velut ex ardẽtiſsimis fornacibus flammas horribiles, & fetidiſsimas emanare, procedereq́ue, ac dixiſſe ipſi Cyrillo eius patruo cum ſuſpirijs ingentibus, maximoq́ue vlulatu. Aduertas, ſciasq́ue me pater, eſſe nepotem tuum, quem in vita nimium dilexiſti: & tu, qui deſideras ſtatum meum intelligere, hoc compertum habeas me tartareis manſionibus perpetuò deputatum fore: eo quòd ludo alearum, & ſeculi vanitatibus infatuatus, inflammatus, & delectatus fui. Quo quidem ſermone, ſeu teſtimonio potius prolato ab oculis ipſius Cyrilli diſparuit: ſed eo abeunte tam horribilis fetor in prædicta camera remanſit, vt nemo eòhactenus introire auderet. Et de exemplo hoc apertius faciunt mentionem Gabriel de Barletta in ſuis ſermonibus in feria 2. de ludis fortunæ hebdomadę quartæ in fine fol. 100. & in ſanctuario, in quarta dominica aduentus de receptione ſpirituali meſsiæ. col. 8. fol. par. 97. & ſeq. Diſcipulus in ſuis ſermonibus in ſerm. 12. annuncio vobis gaudium magnum, col. 6. & ſequẽ. Pepin. in d. ſerm. 18. colum. 29. fol. par. 132. & in d. opuſculo ſuper Confiteor in 2. tractatu 3. par. c. 6. de mann luſoria in fin.

¶ Narratur ſimiliter per Barlettam, poſt S. Vincentium in d feria 2. de ludis fortunæ circa fin. de quodam habente baliſtam cum ſagitta, qui poſtmodum traxit verſus cœlum, quaſi vellet vendicare de huiuſmodi amiſsione pecuniæ contra Deum: & ſtatim reuerſa ſagitta ante faciem emittentis ictum prædictum, & ſanguine penitus tincta, ſeu plena reperta, qui ex tali ſpectaculo compunctus media continua pœnitentia aſſumpta, vitam ſuam emendauit.

¶ Item legitur de quodam Iudæo ludente in Campaniæ partibus cum Chriſtiano, & amiſſa per eum maxima eius pecuniæ quantitate, cœpit blaſphemare Chriſtum, & matrem eius: ob quod ſtatim euerſis mirabiliter oculis ſuis cecidit, & expirauit: & chriſtianus eius colluſor nimio pauore perterritus elanguit, & v.tam miſeram dura morte finiuit.

¶ Recitatur etiam de quodam milite commorante in Ciuitate Suſacra diœceſis Colonienſis, qui die, noctuq́ue verſabatur in ludo taxillorum, & adeò fortunatus erat, quòd ferè ſemper vincebat: ideò ob vitam otioſam, & ita turpem iſtius luſoris permiſſum fuit diabolo, vt cum eo luderet: qui quidem diabolus quadam nocte in hominis ſpecie ingrediendo eius domum, & requirendo ipſum militem, vt ſecum ludere uellet, & incipiendo inter eos ludum taxillorũ exercere, in breuiſsimo temporis curriculo diabolus ipſe omnes pecunias, quas appoſuerat miles, ac quiſiuit: qui iratus dixit, nũquid diabolus es tu? & ille reſpondit. ecce appropinquat dies oportet nos accedere: tollensq́ue illum per tectum traxit: cuius viſcera tegulis retrahentibus miſerabiliter excuſsit: mane verò viſcerum eius reliquiæ tegulis inhærentes repertæ extitere, & in cimiterio ſepultæ: ſed de corpore quid factum ſit, vel in quem locum aſportauerit, aut proiecerit, vſq; hodie à cunctis, qui ipſum nouerant, ignoratur: teſte Diſcipulo in d. ſerm. 12. & Fratre Ioanne in d. ſerm. 5. colum. penul. & ſeq. & Barletta in d. feria 2. de ludis fortunæ in fine.

¶ Nec non accidit in Hieruſalem, teſte Beato Cyrillo Hieroſolymitano Epiſcopo ad Auguſtinum ſcribente, in fine Epiſtolarum eiuſdem Auguſtini epiſtola 206. quòd filius cuiuſdam militis ibi habitantis, non excedens adhuc annum duodecimum, habensq; die quadam, & perdens in ludo, protulit tunc hæc verba, agat quicquid velit Hieronymus ille, ludos inibens: ſiquidem eo inuito hinc aliter non diſcedam, niſi victor: & dum hoc repeteret, comparuit ibi ſtatim emiſſo huiuſmodi ſermone diabolus in ſpecie humana, & cunctis videntibus ipſum puerum rapuit, detulitq́ue ſecum, & hucusq́ue nunquam repertus extitit.

¶ Euenit etiam in Tyro; quòd interdum ludẽdo tres ſimul, ac prorumpendo in hæc verba in principio ludi, contra omnem voluntatẽ, & vim Hieronymi intendimus, determinamusq; proſperè ludum ipſum incœptum finire: quibus verbis taliter prolatis ſtatim terra ſe ipſam aperiẽs illos abſorbuit, & nunquam amplius viſi, ſeu reperti extitere.

¶ Euenit quoq; in Samaria, ꝙ luſor quidam perdita eius ſubſtantia tota in ludo, blaſphemãdo Beatum Hieronymum extitit ſtatim fulgure interemptus: vt recitat Caccialupus in tract. de ludo num. 14. & Frater Guil. Pepin. in d. opuſculo ſuper Confiteor in 2. tractatu 3. partis c. 6. de manu luſoria, in litera, M.

¶ Item legitur, ꝙ dum tres ſtipendiarij Spoleti luderent ſuper altare, petra trabuchi proſiliens in medio eorum cecidit, ipſosq; diſrupuit in omnibus membris hinc inde per eccleſiam: vt meminit Frater Ioannes noſter in dictis ſermonibus quadrageſimalibus in ſerm. 50. de ſacrilegio q. 2. col. 4. verſ. tertium genus hominũ.

¶ Re-

¶ Re, erio etiam exemplum memoriæ demandandum in uitis Patrum de illo, qui orauit Crucifixum, quod peccatum ei diſplicebat, reſpondit quòd ludi, in quo Dei nomen blaſphematur.

9 Et iſti tales percuſſores imaginis Dei, & Sanctorum capitaliter ſunt puniendi: vt latè probat Angel. in l. ex ſenatu. ff. de ſica. Marſil. in ſua pract. crim. §. & quia num. 25. Lallus de Tuſcia in conſtitutio. Inconſutilem, num. 8. lib. 1. & Paris de Puteo in tract. de ludo, num. 61. & ſeq. vbi refert ſe ita aliàs conſuluiſſe, ac fuiſſe deciſum in Sacro Reg. Conc. Neap. & in curia Burdegalenſi ita ſimiliter determinatū extitiſſe fatetur Boer. in d. deciſio. 301. num. 17. & ſeq. & ſequitur Annibal Cauenſ. in pragmat. 50. Ferdinandus Dei gratia nu. 7. & plenius, ac apertius hoc firmat, & explicat Girlandus in tract. de ſortilegijs, q. 11. nu. 18. & ſeq.

10 Ideoq; præcauendū eſt à ludo ab omnibus, tā laicis, quàm clericis. Nā dicta conſtitutio auth. alearum luſus, ſeruanda eſt etiam inter clericos, & perſonas eccleſiæ ſubiectas: ſecundùm Glo. &
Cõis opin. Doct. omnes communiter in d. c. clerici: vt fatentur Stefanus Coſtæ, in tract. de ludo, in 3. articu. principali nu. 8. & Paris de Puteo in tract. de ludo ſol. 2. & nu. 44.

11 Vbi ponit pœnas, quibus puniuntur clerici luſores ad ludum prohibitum: & poſt horum luſores prohibitorum ludorum turpitudinem inſequentes omnino peiores dicimus: quos cùm ludi taxillorum calor, vanitatisque libido ad pauperiem traxerit latrones, & prædones fieri neceſſe eſt: poſt hoc communis infidelitas, proditionis textura, ebrietatisq; vitium ſequitur. Hinc bella ſequuntur, militumq; caſtra optantes non tam victoriā, quàm prædam, multa, cùm licet eis dāna inferunt, & parua lucra reportant.

12 Vnde non mediocri quidem aliàs adductus pietate, ac miſericordia Beatus Bernardus erga quendam infęlicem luſorem, equo inſidens ei obuiam ire non erubuit: quem vbi primùm luſor ipſe: vt monachum, & ſumma religione præditū cognouerit, fertur ineptè, ſtulteq; ad taxillorum ludum eum prouocaſſe, obtuliſſeq; loco pecunię qua carebat ludere ſecum propriam animam pro equo quo inſidebat: ſed Bernardus aſpirans ad præſentem vtilem quippè victoriam pręcipitatæ, penitusque perditæ animæ ipſius luſoris, ludere ſecum obtulit, ac itidem ſoluere equum ſuum ſi victus, & in manū victoris deueniret: & denique audita tali ſponſione propriæ animæ, verſa vice offerre equum prędictum non timuit: & dum ab eo deſcenderet, vltrò eidem luſori promiſit, quòd ſi plura quidem puncta, quàm ipſe traiiceret tribus taxillis traiectis equum prædictum tradere: itaque hilaris luſor ipſe acceptis tribus taxillis 18. puncta traiecit, & credens ſe victorem eſſe, frenum equi apprehendere auſus fuit, ſuum equum eſſe aſſerendo: quem corripiendo Bernardus de huiuſmodi temeritate, & velocitate monuit aſſerendo, expecta fili: quia plura ſunt eis, quæ vides puncta in ipſis taxillis: proijciensque eos ſua vice tertius taxillus diuiſus eſt per medium in ſuprema parte 6. repræſentans, & in alia condiuiſa repræſentans vnum: ſicq; factum eſt, vt alijs repræſentantibus 12. & ſic puncta 19. in totum ſe proieciſſe iactaret Bernardus. Quod miraculum luſor, cùm aduertiſſet, animam eius deuiam ſub cuſtodia dedit, factusque monachus laudabiliter vitā finiuit: teſte Fratre Iacobo de Ceſſulis in tract. de ludo ſcachorum c. 8. de ribaldis, prodigis, luſoribus, & curſoribus in fine, fol. par. 44. vbi hoc clarius explicat.

12 Ideò iſtum monachum olim luſorem in memorato fœlici euentu quilibet luſor deberet imitari, reminiſcique, quod taxillorum nullus euentus proſper, mali omnes, & miſeri, & ſi quid in eo ludo taxillorum lucratur, lucrum illud arrha eſt damni. Nemini enim amarior eſt iactura, quàm lucri dulcedinem deguſtare. Proinde tartareus quiſpiam ludi huius inuentor fuit; cuius inſcij ludibrio, ac noxę, ſciētes verò miraculo ſubiaceāt, ac ſtupori. Sed quid mirabilius eo? quod veteri prouerbio, & experientia approbatum, atq; vulgatum eſt, omnes huiuſmodi ludi magiſtros nudos eſſe, atque inopes, & egenos: vt teſtatum reliquit Franciſ. Petrarcha de remedijs vtriuſque fortunæ lib. 1. dialogo 27. vbi infinita adducit, & in dialogo 26. etiam ſuper deteſtatione ludi taxillorum, & alearum: cuius ſcripta inter vtiliora, quæ viderim, vnuſquiſq; memoriæ tenaciter demandare deberet, vel quotidie legere, & obſeruare. Ideò Iacobus Beneuentanus in c. 7. ſui libri aiebat.

Qui ſequitur Bacchum, taxillos, & meretrices,
Infamis ſemper, ſemper egenus erit.

Propter quod, quidam de numero talium ſcripſit in carmine dicens.

Diues eram dudum, ſed tria me fecerunt nudum.
Alea, vina, Venus; tribus his factus ſum egenus.

Notanter autem prædictus addidit aleæ, vina, Venus: quia communiter tales aleatores poſt ludum, & quandoque inter ludendum ingurgitāt ſe vino, ac ſi daretur gratis à tabernarijs. Similiter plerumq; ſectantur luxuriam vtriuſq; ſexus: rarò reuertuntur ad domum propriam: nunquā commedunt cum eorum familia. Hæc autem vitia maximè exequuntur: cum vident ſe lucratos eſſe: quia ſicut malè acquirunt pecuniam, ita eā malè expēdunt. Rarò audiūt in die feſto miſſas, veſperas, prædicationes, & orationes, niſi fortè accederent ad eccleſiam orandi occaſione, vt Deus faceret eos vincere. Sed vt dicit Chriſoſt. in quadam Home. neſcit diuina iuſtitia patrociniū dare facinori, ſeu criminibus. Vnde non immeritò de præſenti anno 1580. fuit religioſiſsimè, & ſumma cum prouidentia impoſita pœna ludētibus ad taxillos ad remingandum, mediante pragmatica, per triennium.

84 Alearum verò ludus, à quo traxerit originē, qui ob eum damnati extiterint, & quòd fuerit à Romanis prohibitus, ſcribit Ioan. Rauiſius in officina textoris in titu. ludi, & ſpectacula diuerſa, verſic. aleam Palamedes reperit, folio paruo 175.

85 Vnde vix eſt dare actum aliquem, in quo tot mala concurrant, quot in ludo ipſo: quia in huiuſmodi taxillis quot puncta reperiuntur, tot ſcelera ex eo vnum grauius alio proueniunt: vt per S. Antoninū d. c. 23. ſub §. 6. & per Guil. Pepin. in dicto opuſculo ſuper Confiteor in 2. tractatu. 3. par. c. 6. de manu luſoria, in litera D.

86 Et iſti luſores ſimiles ſunt araneæ, quæ facit hinc inde telas occaſione muſcas capiendi: ſed euenit interdum quòd in faciendo tales telas ſe totaliter euiſcerat: ita & ipſi luſores retinentes pecuniam in burſa, illam in ludo exponunt cum propoſito capiendi muſcas, ideſt pecuniam ſecū colludentium: verùm ludendo ſæpe ſæpius totam eorū ſubſtantiā amittūt: & ſic euiſcerātur credentes alios euiſcerare: cauete ergò omnes ab huiuſmodi ludis, tanquàm ab igne. Et vos alij omnes luſores abſtinete ab eis, ne in extremo Dei iudicio contingat, animas veſtras perpetuis ſupplicijs cum infinitis propè dæmonibus inſimul cum nepote Beati Cyrilli deputari, & cruciari. Et vos omnes fabricatores, & venditores alearū, & taxillorum, & receptatores luſorū ponite ad ignem talia inſtrumenta offenſæ Dei, ne ipſi proijciamini in ignem æternum. Et oſtendam tibi luſori, ſi conſilio vti uoles, generoſam, atq; honeſtam aleam, qua olim Athenis docti homines vſi ſunt, vt feſtis diebus in concilio amicorum quiſque de literis aliquid in medium proferat; non ſophiſma ludicrum, vt illi, ſed ſolidum pro ingenio proferentis ad virtutem, aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta, ſine inuidia, ſine ira; qui inferiores doctiorum iudicio, viſi erunt, facili quidem mulctētur pecunia, quæ in philoſophicis impendatur cœnis. ſic res vna conuiuio ſumptum, exercitium ſtudio, calcar ingenio miniſtrabit; quòd hic victos excitet, hic victores, hoc aleæ genere: quo antiqui Saturnalia vos pia feſta, & quo illi Atticas, vos Romanas noctes inſtruite. Habes ludum, quo & ludere iuuet, & luſiſſe non pudeat.

SVMMARIVM.

1 *MVTVVM factum ludentibus à tertio ſeu extraneo non ludente, nec eos receptante in domo ſua repeti poteſt.*

2 *Mutuum factum ludentibus à receptante eos in ſua domo, non poteſt repeti.*

3 *Ludentibus ad ludum prohibitum accommodans ſcienter domum, taxillos, aut aleas, tenetur ad reſtitutionem eorum, quæ in ludo illo amitterentur.*

4 *Mutuum factum ludenti à colluſore repeti non poteſt.*

OPINIO CCCCLXX.

1 LVDENTIBVS mutuum factum à tertio, ſeu extraneo nō ludente, nec eos receptante in domo ſua, repeti poteſt: & ſibi conceditur actio mutui: ſecundùm Gloſſ. & Iacobum Butr. in l. fin. ff. de aleato. Ioan. de Imol. Abb. & omnes in c. clerici de vita, & honeſt. cler. & iſta eſt communis opinio: ſecundùm Moder. ibi: quam ſequitur etiam, & citat Paris de Puteo, in tract. de ludo, num. 18. Caccialupus in eodemmet tract. de ludo. q. 8. nu. 33. & Stephanus Coſtæ, in d. tracta. de ludo in 6. art. principali, num. 1. & ſeq. Cōis opin.

2 Si verò mutuans pecuniam, ludum, vel ludentes ipſos receptabat in domo ſua: tunc quippè mutuum hoc repetere non poſſet: ſecundùm Io. And. Imol. Abb. & cæteros Canoniſtas in d. c. clerici: & opinionem iſtorum profitetur eſſe communem Caccialup. in d. tract. de ludo. q. 8. n. 33. Cōis opin.

3 Imò ſi quis ſcienter domū, taxillos, aut aleas ludentibus ad ludum prohibitum commodaret: vtiquè, & abſque dubio teneretur ad reſtitutionem eorum omnium, quæ in ludo illo amitterentur: argu. c. fin. de iniur. & dam. dat. & ita voluit Maria. Soc. in c. inter dilectos de exceſſ. prælat. aſſerens hoc idem tenuiſſe S. Bernardinum noſtrū protectorem in tit. de reſtit. idemq; ait Paris in d. tract. de ludo nu. 66. & Caccialup. in d. tracta. de ludo.

4 Item quando mutuum fieret ludenti à colluſore, eo caſu quoque ex eo agi non poſſet: ſecundùm Glo. in l. ſi quis cùm ſciret. ff. pro empt. & in l. quòd ſi minor. §. penul. ff. de minor. Imol. Abb. & alios in d. c. clerici, & Legiſtas in d. l. fin. ff. de aleator. & opinionem hanc dicit approbari communiter à Doctoribus vtriuſq; cenſuræ Caccialupus in d. q. 8. in princ. & ſequitur Gramma. deciſ. 40. nu. 3. & ſeq. Cōis op.

SVMMARIVM.

1 *TRANSACTIO in ludo facta nō ualet.*

2 *Luſor obligans ſe colluſori ex cauſa ludi per publicum inſtrumentum exigi non poteſt. Imo ſi aliquid eſſet ſolutū uigore ipſius obligationis uſq; ad triginta annos repeti poſſet. & ſic inſtrumentū hoc cauſæ ludi celebratum nullas vires habet.*

OPINIO CCCCLXXI.

1 IN ludo tranſactio facta non valet, neq; tenet: ſecundùm Doct. omnes, & Abb. in c. clerici de vita, & honeſt. cleric. Stepha. Coſtæ in tract. de ludo, in 5. articu. princip. nume. 2. cum alijs ſequen. Pari. de Puteo in tracta. de ludo, nume. 21. & Cac- LVDVS

& Caccialupum in eodemmet tract. in 8. quæſtione, nume. 34. quia ibi lis eſſe non poteſt, ſed euidentiſſima ea omnia: quæ inducere non debet litem, vbi non eſt.l.in ſumma. ff. de condit. indebit. & opinionem iſtam retulerunt eſſe communem Doct.mentionati,in d.tract. Cõis opin.

2 Imò ſi ludens ipſe ſe obligaret colluſori ex cauſa ludi per inſtrumentum publicum, minimè teneret obligatio: & inſtrumentum hoc non ſortiretur effectum: & denique denegaretur ei actio; & ſi ſolutum aliquid foret vigore prædictæ obligationis, vſque ad quadraginta annos repeti poſſet.text.eſt in authen.alearum vſus.C.de religio.& ſumpt.funer. & ita in cauſa cuiuſdam militis refert ſe obtinuiſſe Paris de Puteo, in d. tracta.de ludo,nume.21. ac fuiſſe deciſum,declaratumque in Sacro Regio Concilio Neapolitano, inſtrumentum hoc cauſa ludi celebratum nullas vires habere:nec aliquo modo valere;& ſequitur Caccialupus in d.quæſt.8.nume.34.& ita extitit per Regiam pragmaticam ſancitum in Regno in anno 1568.& confirmatam anno 1580.vt nemo potuiſſet ludere quibuſcunq; ludis ſub fide nec ſecum colludentibus mutuare pecuniam, nec promiſsionem facere mediante quacunque ſcriptura.In qua quidem pragmatica etiam denegatur actio agendi. Aliam verò concluſionem de ludo circa ſponſionem, vel (vt aiunt) *Intorno alle ſcommeſſe*, vide infra in Opinio.Pactum,conuentio,ſeu promiſsio facta.

SVMMARIVM.

1 *MALA fides probatur per famam publicam:quia quod publicè fertur præſumitur ad notitiam deueniſſe.& probatur etiam per indicia eadem mala fides.*

2 *Mala fides præſumitur interueniſſe, quando ſolennitas fuit omiſſa, & ordo debitus non fuit ſeruatus.*

3 *Mala fides præſumitur in emptore,ex eo quod eſt ei venditum pignus uiliori pretio,vel ob gratiam,vel ob colluſionem.*

4 *Mala fides probatur ex denunciatione facta emptori ne emat.*

5 *Mala fides inducitur ex denũciatione facta emptori ne emere debeat ante venditionem, non autem poſt emptionem,& poſſeſsionem adeptam.*

OPINIO CCCCLXXII.

MALA fides probatur per famã publicam:vt putà quia publicè dicitur,& à maiori parte,&c.rẽ eſſe talis:vt per Aret. in c. licèt ex quadam,de teſtib. Alex. cõſ. 187.nu.8.vol.2.Gozad conſ.8. nu.14. Pariſ. conſ.101.bona,nu.103. vol.1.Affl. deciſ.369.Alfonſus nu.9.& per Docto. in c.1.de præſcrip.in 6.Nam quod publicè profertur,præſumitur ad notitiã deueniſſe.l.ſat ſi pupillus.§.præſcribere de inſti.& not.Glo.in l.ſi tutor.C.de pericu.& cõmo.tut.ita Corne.conſ.35.vol.1.& Alex. in d.conſ.187.nu.8. vbi firmat etiam ipſam malam fidem per indicia,& conjecturas probari: vt per Affl.in d.deciſ.369.ſub nu.8.& per Bald. in l. pen.C.de euictio. vbi hoc ampliat etiam eatenus procedere, quòd mala fides probetur quoque in eo,qui habeat titulum.

¶ Et hinc conclude,quòd malæ fidei probandæ alicuius veram practicam docet, atque ponit Bal.in d.l.ſi tutor.C.de pericu.tuto.& Felyn.in c. cùm contingat col.2.verſ.addatis Baldum,de reſcrip. videlicèt, quòd quis articulet ſicuti in tali loco per tantum tempus viguit, & viget adhuc cõmunis vox, & fama, quòd talis res,quam talis tenuit,ſpectabat,&pertinebat ad talem:ex huiuſmodi enim fama induceretur dubioprocul tunc mala fides:vt per Bal.& Fely.in locis pręcitatis.

2 Item eo ipſo,quòd non eſt ſeruatus ordo conſuetus,vel ſtatutus, præſumitur ſimiliter malam fidem interueniſſe:Glo.eſt notabilis in ver. mala fide,& communiter approbata à Bar.num.11.& alijs omnibus Doct.ibi in l.1.C.de fide inſtr.& iure haſtæ fiſc.lib.10.& ab eodem Bar.in l.cum plures.§.quæ bona de adm.tuto.& à Sicu. in c. ſi diligenti de præſcrip. Cõis opin.

3 Item ex eo,quòd eſt venditum pignus,vel emptum viliori pretio,vel ob gratiam, vel ob colluſionem præſumitur mala fides in emptore.l.1. & ibi Glo.in ver.mala fide.C.ſi vend.pignore agaẽ.

4 Necnõ mala fides probatur,inducitur q; etiã ex denunciatione extraiudiciali facta emptori,ne emat.l.ſi fundũ.C.de rei vend.vbi Glo. Fulg.Paul. de Caſt.n.2.& alij omnes cõiter, Bar.& Alex.in l. 4.§.ſi quis,de his quæ in fraud.cred.Bal.in l.nõ ſolũ.§.morte ff. de ope.no.nunc.& in l. Celſus. ff.de vſucap.vbi etiã Balbus in 3.par.nu.13. & iſta eſt concors,& cõis quippè omniũ ſententia:cui innititur etiam Fely.in c.2.ſub num.5.de præſcrip. & Affl.in d.deciſ.369.nu.10.& ſeq. vbi hoc vtiliter amplificat procedere: ſeu denunciatio ipſa facta eſſet à domino rei venditæ, vel ab alio extraneo: & ita deciſum fuiſſe etiam in Sacro Regio Concilio inibi,ſub nu. 6.& 10.expreſ è mentionẽ facit. Cõis opin.

5 Sed communis iſtã ſic ampliata interpretatur compendiosè quidem locum ſortiri, vbicunque denunciatio ipſa fieret ante venditionem: quoniam poſt emptionem, & poſſeſsionem concludunt Bart. Alber.num.3.Bal.Fulgoſi.nume. 3. & Salyce.ſub nume.2. in d.l.ſi fundum, locum non obtinere illam legem, nec vtique malam induci fidem, per textum in l. penult. ff. de vſucapio. pro empto.vbi Glo. & Docto.ita communiter,& vnanimiter intelligunt, conciliantque illam legem cum d. l. ſi fundum, atteſtantibus Felyn. & Balbo in locis præmemoratis,& Alex. in l.de pupillo.§. nunciationem,nu.12.ff.de no.oper.nunc. Cõis opin.

¶ Quod vtique extendit radices, vireſque ſuas,etiã ſi dominus rei denuncians ante emptionem nihil oſtendat de iure ſuo: vt firmarunt Bal. Fulgoſ.

Fulgoſ. Paul. de Caſt. & alij omnes vnanimiter in d.l.ſi fundum, Bartol.num. 43. & Rube.num. 405. in d.l.non ſolùm.§. morte. ff. de operis noui nunciat. Afflict.in d.deciſio.369. ſub num.9. Licèt, & malè præter morem ſuum Felyn. in dicto cap. 2. nume. 6. de præſcript. aſſeueret contrarium, allegando ibi improuidè, & incautè Bartolum ipſum in dicto. §. morte, pro contraria parte.

SVMMARIVM.

1 *MALA fides præſumpta triginta annis purgatur, & extinguitur.*

2 *Præſcriptio iuris aquæ ducendæ requirit bonam fidem: alioquin non valet ipſa præſcriptio.*

3 *Præſcriptio cuiuſcunque ſeruitutis exigit bonam fidem.*

4 *Præſcriptio longiſſima etiam mille annorum non admittitur in præſcribenda ſeruitute, vel iure aquæ ducendæ, niſi adſit bona fides.*

5 *Mala fides in præſcribenda ſeruitute ſemper præſumitur: ſiquidem præſcribens uidetur contra ſe habere iuris præſumptionem.*

6 *Præſcriptio inducitur etiam in ſeruitute aquæ ducendæ, ſeu in præſcribendis aquis, vbi probatur præſentia, ſcientia, & patientia aduerſarij.*

OPINIO CCCCLXXIII.

1 MALA fides præſumpta triginta annis purgatur, atque extinguitur; & ſic præſumptio malæ fidei tollitur triginta annorum curriculo: ſecundum Bar. in l. cùm quærebatur, in fin. C. vnde vi, Alexand. conſil. 6. colum. 1. volum. 1. & conſil. 151. nume. 7. volum. 2. Afflict. deciſio. 40. num. 12. Panorm. in cap. ſi diligenti, colum. 3. de præſcript. Bartol. in l. Celſus, num. 17. vbi etiam Claudius, nume. 31. & Ioan. Franciſc. Balbus, in 3. parte nume. 41. ff. de vſucapio. Iaſ. conſil. 57. colum. fin. volum. 1. & in §. Sed iſte nume. 100. inſtitu. de actio. Dec. conſil. 267. & conſil. 558. in fin. Curtius Senior conſil. 82. colum. 3. Curtius Iunior conſil. 52. nume. 2. & ita conſuluit Grauet. conſ. 146. Reſpondi de iure, nu. 1. & 6. Ruinus conſil. 156. nume. 10. volum. 1. conſil. 34. nume. 10. volum. 2. & conſil. 118. nume. 4. volum. 4. Socinus Iunior conſil. 115. nume. 30. volum. 2. Et eidem opinioni inhæret quoque Couarruuias in relectione, cap. poſſeſſor, in 2. parte. §. 8. nume. 3. de regulis iuris in 6. & Iacobus Menochius, in tract. recuperandæ poſſeſſionis, remedio 13. nume. 70. cum alijs compluribus in illis locis relatis per eos, in quibus apertè oſtendunt iſtam opinionem cõmunem eſſe poſt Claudium, & Balbum in d.l. Celſus. Cõis opin.

2 Sed opinio hæc communis non ſortiretur quippè locum, vbicunque de neceſſitate in præſcriptione bona fides requireretur. Et hinc eſt, quòd in præſcriptione iuris aquæ ducendæ exigitur bona fides, alioquin non valet præſcriptio: ita Gloſſ. Bartol. & alij in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. Cyn. in l. 1. C. de ſeruitu. & aqua, Laurentius Syluanus conſil. 1. ſub nu. 161. & ſequen. & Aret. conſil. 30. viſo themate, ſub num. 2. vbi refert iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 In qualibet enim ſeruitute præſcribenda bona fides neceſſaria nempè foret. l. 1. §. ſed ſi. ff. de aqua quotidia. & eſtiua, & l. 1. & ibi Bald. C. de ſeru. & aqua, & l. fina. ff. de itinere, actuq; priua. & hæc eſt cõmunis opinio, innuente Aret. in d. conſ. 30.

4 Vndè non admittitur præſcriptio quantumuis antiquiſſima, etiam mille annorum in præſcribenda ſeruitute, vel iure aquæ ducendæ, niſi adſit, & concurrat bona fides. textus eſt in cap. fina. & ibi Gloſſ. & Doctores extra de præſcriptio. & in cap. poſſeſſor malæ fidei, de regulis iuris in 6. & Aretin. in dicto conſil. 30. num. 2. Grauetta in dicto conſil. 146. ſub nume. 1. & ſequent. & Pariſi. conſil. 112. ſi originem aquæ ſub numero 29. cum alijs ſequentibus volum. 1.

5 Et iſta mala fides in præſcribenda ſeruitute, nimirùm ſemper præſumitur: ex quo contra ſe præſcribens habere videtur iuris præſumptionem: ita Aretin. in d. conſil. 30. & Alciat. in tract. de præſumptionibus in reg. 3. præſump. 5. num. 6.

6 Et quamuis in ſeruitute aquæ ducendæ, ſeu in præſcribendis aquis nulla profectò currat præſcriptio; tamen vbicunque probaretur præſentia, ſcientia, & patientia domini, ſeu aduerſarij: tunc induceretur dubioprocul ipſa præſcriptio. textus eſt in l. 2. in verb. ſciente. C. de ſeruitutibus, & aqua, Abb. & alij in cap. cùm eccleſia Sutrina, extra de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, Laurentius Syluanus in conſil. 1. ſub num. 165. & ſeq. & Pariſius in dicto conſil. 112. num. 39. vbi profert iſtam eſſe communem ſententiam. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR habens generale mãdatum cum libera, æquiparatur habenti ſpeciale mandatum.*

2 *Procurator conſtitutus ad litem cum libera poteſt de tali lite tranſigere, & facere ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt: ſecus ſi eſſet conſtitutus ad agendum, & defendendum, & generaliter ad omnia alia, & cætera: quia tunc non uidetur habere madatũ cum libera ad omnes alias cauſas non expreſſas, ſed circa illas tantùm expreſſas.*

3 Pro-

3 *Procurator ſeu habeat mandatum plenum, ſeu cum libera idem eſt: quia illa clauſula cum pleno mandato, importat vt libera, ſecundum vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram ſententiam contrariã ſimiliter communem ipſa clauſula cum pleno mãdato non idem operatur quod clauſula cum libera.*

4 *Mandatum ſpeciale ad compromittendum requiritur: nec ſufficit mandatum generale cum clauſula de rato.*

5 *Procurator cum libera adminiſtratione poteſt compromittere.*

OPINIO CCCCLXXIV.

1 MANDATVM generale cum libera, æquiparatur habenti ſpeciale mandatum; & conſequenter paria ſunt habere mandatum generale cum libera, & habere ſpeciale, atque indiuiduum mãdatum: ſecundum Bar. Paul. Caſtren. num. 4. & alios in l. procurator cui libera. ff. de procuratoribus, Alexan. conſ. 44. nu. 2. vol. 2. & in l. ſi procurator nu. 2. ff. de procur. & Beroum in q. 34. ſi procurator. nu. 9. & ſeq.

2 Sed hoc procedit circa concernentia ea, quæ ſpecialiter reperiuntur expreſſa in mandato: putà, ſi conſtituo procuratorem ad talem actum, videlicèt, ad litem cum libera: vtique poſſet huiuſmodi procurator tunc de lite hac tranſigere, & conſequenter facere ea, quę mandatum ſpeciale requirunt: quod facere non potuiſſet, ſi illa clauſula non adeſſet: ſecus eſt circa alia non expreſſa in mandato. exemplo, Conſtituo procuratorẽ ad talẽ, & talẽ actũ, putà ad agẽdũ, & defendẽdũ & generaliter ad omnia alia, & cætera, non per hoc cenſetur habere mandatum cum libera ad omnes alias cauſas non expreſsas, ſed circa illas tantùm expreſsas. text. eſt in c. qui ad agendum, de procur. lib. 6. not. Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de ver. oblig. in d. l. procurator cui libera. ff. de procu. Ferra. in ſua pract. Papien. in forma libelli reſpõſionis rei cõuẽti ſup ver. Simoninus Spelta procurator, ſub nu. 7. Et ita obſeruatur in pract. teſte Cyno, & Alex. in l. quæ acta. ff. de offi. procur. Cæſ. quos refert, & ſequitur ibi Iaſ. nu. 21. Cõis opin. aſſerens iſtam eſſe cõem concluſionem: & ita conſuluit Bal. conſ. 371. viſo tenore ipſorũ dictorum inſtrumentorum mandati, & donationis factæ, nu. 1. & ſeq. vol 4. & Berous in d. q. 34. nu. 11.

3 Aduerte etiam, quòd idem eſt habere mandatum plenum, & mandatum cum libera. Et ſic illa clauſula cum pleno mandato, importat vt libera: ſecundùm Glo. Bar. Paul. Caſtren. Alex. Iaſ. & alios in d. l. ſi procurator, pręſertimq; ibi Card. Albanum in lucub. ad Bar. Fely. cum cęteris allegatis per eum in c. nonnulli. §. ſunt & alij, nu. 3. de reſcrip. & Hippolytum Riminal. in §. 1. inſtit. qui aliena licèt, vel non, num. 130. cum alijs ſeq. vbi ponit alios caſus, in quibus videtur concedi libera ipſa adminiſtratio: & iſta eſt communis, & ſacroſancta opinio. Cõis opin.

¶ Et licèt Berous in quæſtio. 20. pater filium ſuum conſtituit procuratorem, nu. 5. aſſerat contrariam ſententiam ſimiliter communem, & aduertat ab ea in iudicando non eſſe recedendum, Cõis opin. poſt Ant. in c. fin. de dilatio. videlicèt, quòd mentionata clauſula cum pleno mandato non idem operetur, quod clauſula cum libera. Tamen noli recedere ob hoc à prima opinione, tãquam magis tuta, magis vera, reali, & communi: quam ſequitur etiam tanquam communem idẽ Berous reuocando iudicium in melius, conſ. 23. quid iuris ſit in caſu propoſito, nu. 8. cum alijs ſequen. volum. 3.

4 Sed redeundo ad inſtitutum noſtrum concludo, quòd habens generale mandatum, etiam cum clauſula de rato, compromittere nõ poteſt, cæterùm requiritur ad id ſpeciale mandatum; & ſic mandatum ipſum ſpeciale neceſſariũ quippè foret in tranſactione, & compromiſſo, nec ſatis eſſet clauſula generalis, qua promitteret Dominus quicquid actum à procuratore fuerit, ſe ratum habiturum. c. cauſam de iuramen. calum. c. per tuas de arbitr. & l. mandato generali. ff. de procur. & l. tranſactionis. C. de tranſac. Soc. conſ. 18. proſequendo ordinem vol. 1. Lanfran. de Oriano in tract. de arbitr. par. 3. q. 3. Glo. & Doct. in c. ex parte decani de reſcript. & in c. contingit de tranſact. Roma. in l. in prouinciali. §. 1. ff. de operis no. nunciatio. Bartol. in l. 1. ff. de offic. procur. Cyn. Bald. & alij in l. ſi procurator ad vnam ſpeciem. C. de procuratoribus, Gemin. in cap. qui ad agendum de procuratoribus in 6. per textum ibi, & Iaſon conſil. 134. num. 2. vol. 4.

5 Sed hoc non vtique locum obtineret in procuratore cum libera, & generali adminiſtratione: quia ille dubio procul compromittere poſſet. dicta l. tranſactionis, & ita firmant Gloſſ. & omnes Legiſtæ in l. ſi procurator. ff. de conditio. indeb. & Bartol. & Modęr. in dicta l. qui Romæ. §. Callimachus, & Canoniſtæ in dicto cap. qui ad agendum, & Celſus Hugo conſi. 124. vulgaris eſt determinatio iuris, ſub num. 6. vbi refert ita hoc deciſum apparere etiam per leges Hyſpaniæ.

SVMMARIVM.

1 *MANDATVM de compromittendo, emendo, vendendo, & ſimilibus, pręſumitur etiam poſt ſpatium decurſum mille annorum; vnde ex defectu huiuſmodi mandati vſque ad mille annos non poteſt dici ſententia nulla, ſi de mandato non conſtet: quia præſumitur ex maxima diuturnitate temporis interueniſſe: ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam cõtrariam, ſimiliter communem, mandatum de quo non*

conſtet, non præſumitur, niſi per partē aduerſam probetur.

Laudum antiquum præſumitur in dubio latum præcedēte compromiſſo; & ſicut præſumitur in ſententia antiqua in dubio præceſſiſſe mandatum: eodem modo præſumitur etiam præceſſiſſe compromiſſum.

3 *Mandatum de cuſtodiendo præſumitur ex antiquitate temporis, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ precedentis.*

4 *Ratificatio mandati præſumitur ex antiquitate temporis. Quod tamen procedit, quando ageretur de modico præiudicio, ſecus ſi de magno: tunc enim non præſumitur ratificatio ipſa ex antiquitate temporis, niſi concurrat alia præſumptio.*

5 *Mandatum præſumitur ex antiquitate temporis, quando appareat productionē mandati eſſe factam, vel ceſſante ipſa productione litem cōteſtatam extitiſſe, cum aliquo tanquàm procuratore.*

6 *Mandatum ex curſu longi temporis præſumitur in actu, ad quem quis ueriſimiliter ſine mandato non accederet. Et ſic penſionem nomine alieno ſoluens præſumitur ſoluere procuratorio nomine. Nam non præſumitur quis uelle iactare ſuum.*

7 *Mandatum mentionatū in ſententia, aut in inſtrumēto antiquo præſumitur interueniſſe propter antiquitatē temporis; & conſequenter eo caſu antiquitas fidem & authoritatem præbet inſtrumento enuncianti mandatum: alias ſecus.*

OPINIO CCCCLXXV.

8 MANDATVM ad cōpromittendū, emendū, vēdēdū, & ſimilia, præſumitur etiam poſt ſpatium decurſum mille annorum; Vnde ex defectu huiuſmodi mandati vſque ad mille annos non poteſt dici ſententia nulla, ſi de mandato non conſtet: quia præſumitur ex maxima diuturnitate temporis interueniſſe: vt voluit Bal. conſ. 327. vol. 1. quem ſequitur Pau. Caſt. conſ. 24. viſa facti narratione circa fin. vol. 1. Dec conſ. 281. nu. 17. conſ. 409. & conſ. 36. col. 2. Iaſ. in l. ſciēdum col. 8. ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. qui admitti, Curt. Sen. conſ. 77. Natta conſ. 341. rectè, & ſanctè videtur fuiſſe iudicatū n. 2. vol. 2. Bertr. cōſ. 244. viſo inſtrumēto conceſſionis immunitatis, nu. 3. vol. 4. & conſ. 58. multa ſunt propter quę vniuerſitas nu. 1. vol. 6. Boer. deciſ. 281. nu. 17. Riminal. in d. l. 1. nu. 28. Zuccardus, & Bolognettus ibi, n. 58. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Sebaſtia. Vant. in tracta. de nullitatib. in rub. quibus modis ſententię nullæ dicea. nu. 28. fol. par. 465. Balbus in tract. de præſcript. & Soc. Iun. conſ. 139. nu. 10. vol. 3. vbi ait hodie fortaſſe hanc ſententiam eſſe communem: & ita in facti contingentia conſuluit, ſeu determinauit Rota Romana, teſte Caſſadoro deciſio. 3. per totam in tit. de procuratoribus. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quod mandatum de quo non conſtat, non præſumatur, niſi per partem aduerſam probetur, inclinauit idem Bald. titubanter, & ſibi contrarius in l. 1. C. de rebus alienis non alienan. & in l. 2. C. ſi ex falſo inſtrument. poſt princ. & in l. qui fundum. ff. de vſucapio. quem ſequitur Sal. cet. in dicta l. 1. C. de re. alie. non alienan. Alexan. in dicta l. ſciendum, colum. 4. in l. qui in aliena colum. 2. ff. de acquir. hæred. in conſil. 1. colum. penult. volum. 4. & conſil. 191. colum. 2. volum. 6. Veronen. conſil. 26. colum. 6. deciſio. Neapolit. in deciſio. 347. colum. 3. & in deciſio. 348. colum. 4. Felyn. in cap. ſicut de re iud. Gratus conſil. 85. inuocato diuino ſuffragio in pręſenti cauſa ad quam nunc acceſſitus ſum, nume. 13. volum. 2. Iaſ. ſibi contrarius, conſil. 140. colum. 2. volum. 4. Dec. conſil. 25. colum. 2. Bertach. in. 1. par. ſui repertorij in verb diu. verſ. antepenul Curt. Sen. conſil. 49. colum. 5. & 18. Grauet. conſil. 317. colum. 1. Gozad. conſil. 94. nume. 48. & conſil. 96. nume. 11. Pariſi. conſil. 47. nume. 38. volum. 1. Horm. Detus in l. 4. §. Cato num. 235. ff. de verbo. obliga. Curt Iun. in tracta. feudorum quæſtio. 1. colum. 2. Marſil. ſingu. 323. Albertus Brunus conſil. 95. nume. 3. Iacobus Leonardus conſil. 96. num. 15. & ſequen. poſito inter conſil. Feudalia Alberti Bruni, Laurentius Syluanus conſil. 35. nume. 51. Grammat. deciſio 303. nume. 83. vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & Socin. nepos conſ. 56. num. 5. volu m. 1. & Ioannes Cephalus conſil. 65. nume. 16. volum. 1. vbi fatetur magis communem fore, & Auguſt. Berous conſ. 104. illud in pręſenti cauſa, num. 7. quæſt. 13. & 15. vel 3. vbi eam conſulendo limitat in duobus vtilibus caſibus, & Felyn. quoq; in c. ſicut col. 19. verſ. ſexto aduerte, extra de re iud. Cõis opin.

¶ Sed in iſto opinionum conflictu, & tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententijs mihi profectò ſequendam fore conſtitui primam partem affirmatiuam, tanquàm magis æquam, & communem: ex quo ei inhæret Rot. Roman. quæ videtur irrefragabilis authoritatis.

2 Et opinio hæc ita retenta ampliatur primùm, vt procedat etiam in compromiſſo: vt ſicut præſumitur in ſententia antiqua in dubio pręceſſiſſe mandatum, eodem modo præſumatur etiam præceſſiſſe compromiſſum, & eius ſollennitas in antiquis. Et ſic clarum eſt laudum antiquum præſumi in dubio latum præcedente ipſo compromiſſo: ſecundum Imol. in c. cum in iure peritus de offic. delega. Hoſtien. Ioan. Andr. & ceteros omnes Canoniſtas in cap. Albericus de teſt. Felyn. in dicto cap. ſicut num. 42. Bald. in conſil. exordiente: quia ex priuilegio, Angel. Alexand. Ioannes de Imol. Raphael, & Iaſ. in dicta l. ſciendum, vbi admittit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur etiam Auguſtinus Berous in dicto conſil. 104 numero 14. & tuetur Cõis opin.

quoq;

quoque comprobat, citat, & copioſè, vtiliterque declarat Marcus Antonius Blanchus in tract. de compromiſsis in 9. quæſtio. de effectu ſententiæ nume. 11.

3 Ampliatur etiã ſecũdo loco habere locũ in mã dato ſimiliter de cuſtodiendo, quod ex antiquitate tẽporis prȩſumatur, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præcedentis: ſecundùm Bart. & Alex. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem. ff. de adulter. Afflict. in præcitata deciſio. 345. colum. 5. Bertach. in 2. par. ſui repertorij, in verb. mandatum qualiter verſicu. 7.

4 Ampliatur tertiò, quòd non ſolùm præſumitur mandatum ex antiquitate temporis, verùm etiam ratificatio ipſius mãdati: vt per Bertach. in d. reperto. in 1. par. in ver. diu, ver. 3. Soc. conſ. 46. col. 2. volum. 3. & Auguſt. Beroum in prælibato conſ. 104. nu. 11. vol. 3. Dec. conſil. 299. col. 2. Gozad. conſ. 11 poſt alios ibi per eum congeſtos, & Soc. nepotẽ conſ. ſupracitato 139. n. 14. & cõſ. 146. num. 14 uol. 3.

¶ Quod intelligit, & moderatur Iaſ. conſil. 140. colum. 3. vol. 4. procedere, quando ageretur de modico præiudicio, ſecus ſi de magno: tũc enim præſumitur ratificatio ex antiquitate temporis, niſi concurrat alia præſumptio.

5 Quartò ampliatur etiam, vt procedat, quando appareret productionem mandati eſſe factam, vel ceſſante productione litem cum aliquo tanquàm procuratore fuiſſe conteſtatam: hoc enim caſu pro mandato præſumeretur: ſecũdum Imol. in d. l. ſciendum, col. 5. quem refert, ſequiturque Gozad. conſ. 96. col. fin. & ita conſuluit Auguſt. Berous in d. conſ. 104. nu. 13. cum alijs ſeq.

6 Quintò ampliatur etiam habere locum in ſoluente penſionem nomine alieno, ad quam veriſimiliter quis non accederet ſine mandato: cùm veriſimile haudquaquam ſit, quòd procurator velit iactare ſuum: ſecundùm Rotam Romanam deciſ. 23. in antiquis: quam ſequitur Socin. Sen. conſil. 46. col. 2. lib. 3. Dec. conſil. 36. colum. 5. & conſil. 42. col. penul. & in l. 1. colum. 4. C. qui admitti. Gozad. d. conſil. 11. colum. 4. Curt. Sen. d. conſil. 77. colum. 4. Gratus conſil. 142. inuocato diuino ſuffragio, decreueram in præſenti cauſa nil ſcribere, num. 28. volum. 2. & Soc. Iun. conſil. 139. volum. 3. num. 10. & ſeq. & Marcus Anton. Blancus in d. tracta. de compromiſsis quæſtio. 9. de effectu ſententiæ ſub nu. 11. ſub verſ. non obſtant adducta in contrarium.

7 Sextò loco ampliatur, quando in ſententia, aut alio inſtrumento antiquo fieret mentio de ipſo mandato, ſeu compromiſſo: quia tunc videtur probari propter antiquitatem temporis; & per conſequens eo caſu antiquitas fidem, & authoritatem dat inſtrumento enunciãti compromiſsũ, ſeu mandatum, aliàs ſecus: ſecundùm Dec. conſ. 36. col. 5. quem ſequitur Gozad. d. conſ. 1 0. col. 4. & Purpuratus in auth. ſi quis in aliquo documento, in fin. C. de eden. Cagnolus in l. velle non creditur, nu. 20. ff. de reg. iur. Gratus in d. conſil. 142. & Marcus Ant. Blancus in d. tract. de compromiſsis. q. 9. de effectu ſententiæ, ſub nu. 11. ver. ſecundo caſu quando ſumus in nouis, vbi explicat hoc de plano procedere, quando nominatio ipſa reperiretur facta per arbitrum in ſententen tia partibus præſentibus, & non contradicentibus.

SVMMARIVM.

1 *MANDATVM poteſt probari per inſtrumenta, & per literas etiam domini ad iudices miſſas.*

2 *Mandati reuocatio poteſt eodem modo probari, ac etiã per unum teſtem cum delatione proprij iuramenti.*

OPINIO CCCCLXXVI.

1 MANDATVM regulariter poteſt probari non ſolùm per inſtrumenta, verùm etiam per literas domini etiam ad iudices miſſas: ſecundùm Glo. & omnes Doct. in l. 1. C. de ſatiſdan. Poteſt ſimiliter probari per teſtes: vt voluit Glo. in l. maritus. C. de procur. Gloſſ. & Panorm. in c. 1. ext. de procur. Azo. in ſumma de manda. princ. Bar. Bal. Ang. & cæteri communiter in l. non ſolùm. §. qui alieno. ff. de procur. Iaffredus deciſio. 190. vbi atteſtatur expreſsè iſtam eſſe communem opinionem, & Alex. etiam conſil. 149. viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, nu. 15. vol. 5. & Boerius deciſio. 281. num. 1. & ſequitur, declarat, & limitat Marſil. in repet. rub. C. de probat. num. 38. cum alijs ſequen. & Iaſ. in l. 1. C. de procuratoribus, nu. 6. & ſeq. vbi reijcit alias contrarias opiniones, & Natta conſ. 420. quamuis in controuerſia ertente, nu. 15. vol. 2. in quibus locis concludunt antedicti Doct. hoc procedere in mandato priuati, non autem principis. *Cõis opin.*

¶ Ampliatur iſtud dictum commune non ſolùm procedere in mandato, ſed etiam in reuocatione ipſius; quæ quidem reuocatio poteſt probari per vnum teſtem cũ delatione proprij iuramẽti: ſecundũ doctrinam Io. And. in c. pro cauſa de procu. quȩ obſeruatur quotidie in practica, vt aſſerit, & fatetur Corſet. in ſingu. in ver. mandatũ.

¶ Et limitatur quoq; præmiſſa communis per Iaſ. in quinq; caſibus in d. l. 1. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIO ſi eſſet ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non continetur: tũc ne reddatur inutilis, et ſuperflua cenſetur regulam illam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem.*

2 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia non poteſt agere ea, quȩ mandatum ſpeciale requirunt.*

3 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia, prætcrquàm in vno caſu, videlicèt, quòd non poſſit præſtare iuramentum: tunc poteſt agere omnia alia requirentia ſpeciale mandatum.*

OPINIO CCCCLXXVII.

1 Mandatū. EXCEPTIO quotieſcunq; eſſet ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur: tunc & eo caſu, ne reddatur inutilis & ſuperflua, cenſetur regulam iſtam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem: ſecundùm Dec. in l. 1. num. 31. ff. de reg. iuris, & iſta eſt communis opinio, te ſte Cagnolo ibi num. 30. & 33. Cōis opin.

2 Et exemplum pro intelligenda iſta communi poſſet allegari hoc, verbi gratia, ſi conſtituo procuratoré generaliter ad omnia, nō veniunt quæ mandatum ſpeciale requirunt. c. qui ad agendū, cum ibi notatis per Gloſſ. & Doctor. de procurat. in 6.

3 Si verò facerem procuratorem generaliter ad omnia, niſi quòd iuramentum non poſſit præſtari, & ſic excipio vnum caſum, in quo ſpeciale mādatum requiritur; illa exceptio ne ſit ſuperflua declarat, ampliatque mandatum, & regulam, ut omnia alia includantur in mandato, in quibus etiam mandatum ſpeciale requiritur: ſecūdùm Domin. Geminia. poſt Lupum in d. c. qui ad agē dum. §. 1. Alex. Claud. Aquen. & Iaſ. in l. fina. ff. quodquiſque iur. idem Iaſ. in l. nummis, col. 3. ff. de in litem iuran. Caſſan. conſil. 3. ſtat ſtatutum num. 7. Dec. in c. conſultationibus, circa fin. de offi. deleg. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Cagnolus in d. l. 1. nu. 30. & 33. & Euerardus in ſua centuria in argum. 3. vbi locus ab exceptione. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS poteſt expellere ab eius domo vxorem: ſi dos promiſſa ei nō ſoluitur, quod obſeruatur potius á ruſticis, & plebeis quam à nobilibus, qui honeſtius procedendo, ac agendo etiam ad dotē eis promiſſam non ſolutam retinent vxores in eorum domibus.*

2 *Maritus ageret contra euangelium repellendo vxorē ab eius domo ob dotem promiſſam non ſolutam.*

3 *Vxor expulſa á domo mariti per ipſum maritum ob dotem promiſſam non ſolutam non eſt alimentanda à viro: ſecus autem eſſet ſi dos promiſſa non foret.*

4 *Vxor vbicunque non reperiretur in ſeruitio mariti ob ſuam culpam, non teneretur maritus ipſam alere.*

5 *Vxor recedens ſua culpa à viro ei reſtituenda non eſt ſine cautione, ſi de eius ſæuitia timeretur.*

6 *Vxor ob leuem ſolummodò offenſionem illatam marito, non autem capitalem reſtituenda eſt ipſi viro cum cautione iuratoria, cum oppoſitione etiam pœnæ arbitrio iudicis: & ſic in iſto caſu cautio iuratoria ſufficit.*

7 *Maritus iure permittente poteſt leuiter verberare vxorem, ubicunque ſubeſſet iuſta, & rationabilis cauſa.*

8 *Mulier diſcedens à domo uiri ob eius culpam: quia detineret concubinam, poſſet petere alimenta, & dotes, & & ſeparationem thori.*

9 *Culpam cui incumbat probare, vbicunque vxor diſceſſit à domo uiri remiſſiuè.*

10 *Culpa uxoris recedentis à domo viri debet probari per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores.*

11 *Maritus præſtans alimenta vxori, vbicunque extitiſſet dos promiſſa, & non ſoluta, & nihil proteſtans, dum potuiſſet ob hoc expellere de domo vxorem, illa alimenta repetere non poſſet: quia intuitu pietatis præſumuntur præſtita.*

OPINIO CCCCLXXVIII.

1 MARITVS repellere poſſet ab eius domo vxorem, ſi dos promiſſa eidem non ſolueretur: ſecundū Bal. Cyn. & Saly. in l. quod in vxo rē. C. nego. geſt. Abb. conſil. 85. vol. 2. Glo. in §. illud in ver. onera, in auth. de non elig. ſecun. nub. Roma. in l. de diuiſione, nu. 16. ff. ſolu. matri. Alex. conſ. 56. nu. 10. vol. 4. Guid. Papæ deciſ. 439. Socin. in regu. 258. Laurum de Palatijs in tract. quòd ſtantibus maſculis, n. 126. & eq. Iaſ. in l. donaturus. §. ſi quis in debitā nu. 3. ff. de cond. ob cauſ. Neuiza. in Sylua nuptiali lib. 1. nu. 45. Boer. deciſ. 22. nu. 2. & ſeq. Bar. Bal. Alex, & alij in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in ſęuiſsimo. ff. ſolu. matr. Cęſarem Vrſillum in add. Afflict. in deciſ. 284. num. 4. & Soc. Iun. in l. 1. nu. 263. vbi hoc limitat. ff. ſolu. matrimo. & Cornel. Benincaſ. etiam in tracta. de paupertate quæſt. 8. in 2. ſpeciali in contractibus, num. 19. & ſeq. & iſta eſt cōmunis opinio. Quæ licet veriſſima ſit, vt oſtendunt eam ſimiliter amplectendo, & ampliando Angel. de Clauaſio in ſua ſumma Angelica in ver. Dos. §. 9. Syluester in ſumma Syl ueſtrina in tit. de dote, & paraphernis, num. 10. ſumma Tabiena in ver. Dos, nu. 9. & ſumma Armilla in verb. Dos. num. 10. nihilominus hoc obſeruari aliquando vidimus à ruſticis, & plebeis; à nobilibus verò nunquàm: qui honeſtius procedendo, ac agendo, etiam ob dotē eis promiſsā nō ſolutam retinent vxores in eorum domibus. Cōis opin.

2 Imò Cæſar Vrſill. & malè in d. deciſ. Affl. 284. nu. 4. refert hoc fieri contra euangelium quando maritus ipſe repelleret vxorem ab eius domo ob dotem promiſſam non ſolutā: & hoc idem voluit ponēs quodāmodò os in cęlum Apoſtilla ad Alex. in d. conſ. 56. in litera, F. & Rota Pedemōtana deciſ. 132. in dubiū vertit, nu. 18. poſt Couarr. relatū ibi p eū in epito. de ſponſ. & matr. c. 8. n. 2.

¶ Et

¶ Et huiuſmodi mulier ita expulſa non eſt aliter à uiro alimentanda: vt uoluit Glo. in §. fi. in uerb. Onera. in authē. de non eligen. ſecun. nuben. Bal. in d. l. de diuiſione, & Roma. in l. in inſulam. §. uſuras. colum. 2. ff. ſolut. matrimo. & Alex. in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo. nume. 8. eod. tit. ubi hoc utiliter limitat non procedere, vbicunque dos promiſſa non eſſet: quia maritus ipſe contrahens matrimonium, mentione de dote non habita, tenetur nihilominus uxorē alere, nec eam expellere poteſt propter non datam dotem. l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſumpt. fun. §. quoniam in auth. qui. mo. nat. effi. leg. & §. ſi quis enim, auth. de nup.

¶ Quod quippè procedit ſi mulier eſt inops: ſecus ſi bona poſsidet, & eſt diues: tunc certè æquum eſt, quòd det dotem, quamuis à principio nihil de dote fuerit dictum: quemadmodum ſi quis iurauit accipere talem in vxorem, intelligitur tamen id, quòd talis mulier det dotem: ſecundùm Bald. in c. iurauit de probat. & Ioan. Lupi. in c. per ueſtras in 3. not. §. 2.

¶ Contrarium uerò tenuit Ripa in l. 2. num. 43. ff. ſolu. matri. poſt Bar. ibi, & Alex. in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitā. ff. de cōd. cau. da. & Lau. Calca. conſil. 11. colum. 2. & Alex. conſil. 169. uiſis inſtrumentis, num. 3. uol. 7. ubi poſt Paul. Caſtren. & Doct. in l. ſi ſocer. ff. ſolu. matrimo. dicit, quòd maritus debet ſibi imputare, quòd uxorem uoluit abſque dote.

4 Imò dicit etiam, quòd vbicunque mulier alia de cauſa non eſſet, ſeù reperiretur in ſeruitio mariti; ob ſuam culpam non teneretur maritus ipſe illam alere: vt uoluit Roma. in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus nume. 25. ff. ſolut. matrimo. & omnes alij ibi, & Gratus, conſil. 57. in fin. uol. 1. vbi uocat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Et iſta uxor, quę ſua culpa receſsit à uiro, vbicunque adeſſet iuſtus timor, non eſſet aliquo modo ei reſtituenda ſine cautione, ſi de eius ſæuitia timeretur: vt uoluit Abb. in c. trāſmiſſa in 1. notab. de reſtit. ſpoliat.

6 Et hoc caſu ſufficeret iuratoria cautio; & ſic maritus, ubi eſſet leuis offenſio, non capitalis, cogi nequiret ſatiſdare cum fideiuſſore: uerùm ſtandum eſſet iuratoriæ cautioni cum oppoſitione etiam pœnæ arbitrio iudicis: ſecundùm Bal. conſil. 176. Cecilia, uol. 1. & ità ſequendo Bal. & declarando Abb. ubi ſupra, conſuluit Natta conſil. 616. vol. 3.

7 Quia maritus iure permittente poſſet leuiter uerberare uxorem; vbicunque iuſta, rationabiliſque cauſa ſubeſſet: ſecundùm Glo. & Arch. in c. ſicut. 7. q. 1. & Alex. conſil. 115. uiſo themate ſupraſcripto, & atteſtationibus teſtium, vol. 4. nume. 2. & ſeq. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

8 Sed quando mulier diſcederet à domo eius uiri ob eius culpam: quia detineret concubinā: tunc poſſet petere alimenta, & dotes, & ſeparationem thori: quia habetur perinde ac ſi maritus eam expuliſſet: vt latè deducit cum aliis ſignatis per eum Ioan. Lupi in d. c. per veſtras in tertio notabili, & Cæſar Vrſillus in additionibus Afflict. in deciſ. 10. nu. 9.

9 Vbi nume. 6. declarat etiam cui incumbat probare dictam culpam, & Natta etiam in d. conſil. 616. nume. 1.

10 Vbi conſuluit hoc probari debere concludenter per teſtes idoneos, ac omni exceptione maiores.

¶ Et mentionata concluſio, quòd liceat vxori fugere de domo uiri, ubi in ea retinet concubinam: iuſtificatur ex hoc. Nam non benè conueniunt in uno lecto vxor, & cōcubina. Et acceſſus concubinę maximè exaſperat caſtas mulieres. l. conſenſu. C. de repud. Bald. in c. 1. extra vt lit. cō teſt. & Alex. in c. ex parte extra de ſponſa.

11 Redeundo igitur, undè digreſsi ſumus, concluditur, quòd ſi dos marito fuiſſet promiſſa, & non ſoluta, caſu quo potuiſſet expellere vxorem de domo, ſi ei præſtitiſſet alimenta, & nihil proteſtatus eſſet, ea repetere non poſſent: quoniam intuitu pietatis cēſetur ei prę̄ſtitiſſe: vt uoluit Iaſon in d. l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam, colum. 1. uerſic. Et fortè, & Ruin. conſil. 139. ſub nume. 4. uol. 4.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS ſubſtinens onera matrimonij ob non ſolutionem dotis promiſſę debito, & conuento tempore, poteſt petere non ſolùm dotem ipſam, ſed etiam intereſſe à tempore moræ decurſum, & decurrendum.*

2 *Maritus, cui promiſſum eſt prædium pro dote ſua vxoris, & non ſolueretur, ſeù conſignaretur, poſtquàm inciperet ſuſcipere onera matrimonialia, poſſet petere vltra fundum ipſum, intereſſe etiam ratione dictę moræ.*

OPINIO CCCCLXXIX.

1 MARITO, cui eſſet dos promiſſa, & non ſoluta tempore debito, & conuento: tunc ipſi marito licitum foret matrimonij onera ſubſtinenti pro illis ſubſtinēdis aliquod emolumentum, ſeù intereſſe ultra dotem petere, & recipere, donec ſibi ſolueretur dos ipſa promiſſa: vt eſt tex. & ibi hoc Pau. de Leaz. Calde. Ant. & Abb. & omnes magis cōmuniter tenēt in c. ſalubriter ext. de uſuris, Bal. conſ. 94. vol. 1. Bart. & Roma. in l. in inſulam. §. uſuras. ff. ſolut. matri. Alex. etiam conſil. 147. uolu. 5. & Corn. conſi. 164. num. 5. vol. 3. Ruin. conſil. 61. ſub nu. 5. volu. 4. qui aiunt iſtorum opinionem communem fore. Sed ſi uſurę prædictæ non extiterint petitæ ex curſu decem annorum, an cen- *Cõis opin.*

cenſeantur remiſſæ: uide reſolutionem infra in Opinio.incip.præſcribi non poteſt.

2 Et aduerte etiam, quòd ſi marito promiſſum eſſet fundum pro dote eius vxoris; & promiſſor ipſe fructus perciperet dicti fundi, poſtquàm maritus cœpiſſet matrimonij onera ſuſcipere: tunc quippè apparet moroſus, & poſſet peti ratione dictæ moræ ab eo aliquid ratione intereſſe: ſecúdum Gloſ.Bart.& cæteros omnes in l. de diuiſione.ff. ſolut. matrimo. & Ruinum in dicto conſil. Cōis opin. 61. nume. 5. qui uocat iſtam eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS pro rebus dotalibus eſt legitimus adminiſtrator, & poteſt agere, & comparere in huiuſmodi caſu in iudicio ſine mandato vxoris.*

2 *Maritus pro rebus parafernalibus non poteſt agere ſine mandato vxoris expreſſo, vel ſaltim tacito.*

3 *Maritus non poteſt agere abſque mandato vxoris in caſu hic remiſſiuè poſito.*

4 *Bona parafernalia dicuntur illa, quæ traduntur marito vltra dotem: & conſequenter bona vltra dotem data, & quæ uxor ſecum defert ad domum viri, etiam ſi illi conſignet, dummodò non in dotem, dicuntur parafernalia.*

5 *Maritus procuratorio nomine percipiens fructus bonorum parafernalium, an teneatur ad illorum reſtitutionem remiſſiuè.*

6 *Mariti bona ſunt tacitè obligata eius vxori pro adminiſtratione bonorum parafernalium.*

7 *Maritus percipiens fructus ex feudo parafernali, vtrum eos lucretur remiſſiuè.*

8 *Maritus non poteſt vẽdere rem parafernalem ſuę uxoris tam mobilem, quàm immobilem.*

9 *Mulier liberè poteſt dare bona parafernalia, cui, & quibus vult.*

10 *Maritus eſt uerus dominus rei dotalis. Et ſic dominium rei dotalis eſt mariti, & non uxoris.*

OPINIO CCCCLXXX.

1 MARITVS pro rebus dotalibus eſt legitimus adminiſtrator: & ſic marito ſpectat adminiſtratio bonorum dotalium, & poteſt agere, & cõparere in iudicio in huiuſmodi caſu abſque mandato vxoris: ſecundum Glo.Bart.Saly.Alex.Iaſ.& omnes alios Legiſtas in l.maritus.C.de procuratoribus, & Canoniſtas, in c.conſtitutus, de procur. & in c.1.qui filij ſint legiti. Abb.in cap. ex parte de confeſſ.& Ioan.de Amicis conſil.132.ubi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

2 Et limitat non procedere in bonis parafernalibus, pro quibus ipſe maritus agere nequit ſine mandato expreſſo, uel ſaltem tacito: quam quidem limitationem probat idem Ioannes de Amicis conſ.54.nume.5.& Corne.conſ.190. nume.12.uolu.1.& Capicius in inueſtitura feudali in cap.feudorum genera, verſic.Parafernale, folio 282.

3 Et eandem communem ſequitur quoque, & limitat, & declarat vtiliter in altero caſu Soci.Iuni.conſ.105.nume.8.cum aliis ſeq.uol.1.& Soci. in repeti.c.veniens. colum.58.ext.de accu.& ſequitur quoque, & communem oſtendit Curt.Iuni.conſ.154.nu.13.

4 Et aduerte, quòd bona ipſa parafernalia dicuntur illa, quæ traduntur marito vltra dotem. Et ſic bona vltra dotem data, quæ uxor ſecum defert ad domum uiri, etiam ſi illi conſignet, dũmodò non in dotem, dicuntur parafernalia: iuxta l.ſi ergo.§.dotis. ff. de iure dot.& l. fina. C. de pact.conuen.& tradit Corn.conſil.300.ſeù 306. oportunum. col.5.uol.3.& Capicius in d. uerſi. Parafernale.

5 Et caſu, quo maritus procuratorio nomine, vt ſupra, percipiat fructus ipſorum bonorum parafernalium, an teneatur ad illorum reſtitutionem; vide Cæſarem Vrſillum latè declarantem, atque reſoluentem ex communi opinione in addi. Afflict.in deciſ.44.nume.8.& ſeq.& Ruinum optimè, & doctiſsimè conſulentem quoq; conſil.222.nume.4.uol.1.& Bal.conſi.478.quędam ſunt res, quæ ſunt in dominio mariti, ſub nume.1.vol.5.

6 Vbi firmat etiam, quòd ex huiuſmodi adminiſtratione bonorum parafernalium, bona viri ſunt tacitè obligata eius vxori: per l.ſi.ff.de pact. conuen.

7 Et caſu, quo ſimiliter ipſe maritus perciperet fructus ex feudo parafernali, vtrũ eos lucraretur: uide Capicium hoc reſoluentem in d. uerſic.Parafernale.

8 Et aduerte, quòd maritus ipſe minimè poteſt vendere rem parafernalem ſuæ uxoris, tam mobilem, quàm immobilem: vt in l.mater, & ibi not.Bal.C.de rei uendic.& optimè facit l.ſi ego. §.dotis.ff.de iur.dot.

9 Imò mulier poſſet, & ſibi permiſſum foret liberè dare bona parafernalia cui, aut quibus vellet: ſecundum communem opinionem, & doctrinam Theologorum relatam, & declaratam per Guil. Pepin.in ſermonibus quadrageſimalibus, in epiſtola in ſabbato poſt ſecundam dominicã quadrageſimæ. In diebus illis dixit Rebecca filio ſuo Iacob. col.3.fol.par.43. Cōis opin.

10 Sed è diuerticulo in viam redeundo, confirmatur opinio prædicta in principio poſita: quia maritus rei dotalis uerus dominus eſt; & ſic nõ uxoris, uerùm mariti rei dotalis dominium apparet: ſecundum communem traditionem omnium Scriben.in l.in rebus.C.de iure do.& l. prędium, ubi Doct.eod. titu. & Coraſi. in miſcellaneis iuris ciuilis. lib.5. c.14. ubi aliquibus leuibus rationibus non indigentibus reſpõſione impugnat Cōis opin.

pugnat communẽ iſtam. Cæterùm, quia res clara eſt, ideò omiſſo multiloquio, in quo doctiſsimi viri ſtomacari ſolent, concurro cum dicta cõmuni tanquàm ſacroſancta.

SVMMARIVM.

1 *BONA mariti licèt minoris uigintiquinque annis tacitè cenſentur obligata eius uxori pro dote á ſe recepta.*

2 *Bona mariti nedum pro dote, ſed etiã pro alimentis præſtandis officio iudicis mercẽnario uxori ſuæ tacitè præſumuntur hypothecata ipſi uxori.*

3 *Maritus ſubuenire tenetur uxori in medicinis, & cęteris nęceſſarijs.*

4 *Maritus tenetur ducere medicum de locis conuicinis pro curanda uxore, preſuppoſita eius facultate, quãdo medicus nõ reperitur ibi, ubi uxor infirma manet.*

OPINIO CCCCLXXXI.

1 MARITVS minor vigintiquinque annis recipiens vxoris ſuę dotem, eius bona tacitè cenſentur obligata ipſi vxori: ſecũdum Bal. Ang. Roma. Alex. & alios communiter, in l. ſi cõſtante in princ. ff. ſolut. matri. Pau. Caſtren. & Alex. in l. item quia. ff de pact. Bal. in l. fin. C. de legit. tu. & iſtam affirmat, faceturque expreſsè eſſe communem opinionem contra Bart. contrarium aſſeuerantem in d. l. ſi conſtante, Neguſantius de Fano in tracta. de pignori. & hypothecis in 2. par. 4. membri nume. 73. Grammati. deciſ. 103. nume. 17.

2 Et opinio iſta cõmunis ampliatur, ut in tantùm procedat, ꝙ bona mariti nõ ſolùm pſumantur tacitè hypothecata pro dote, verùm etiam uxori ſuæ pro alimentis præſtandis: quæ quidem petuntur officio iudicis mercẽnario: vt per Bar. in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matrimo. cum quo ſentiunt omnes Doct. magis communiter, teſte Neguſantio in memorato tract. de pignorib. & hypothecis. in 2. par. princ. 4. membri. nume. 55. *Cõis opin.*

3 Imo maritus tenetur ſubuenire vxori non ſolùm in ipſis alimentis, ſed etiam in medicinis, & cæteris neceſſariis: vt dicit Bal. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. cui inhærent Ioan. Lupi in c. per ueſtras in 3. not. de donat. inter uir. & uxo. & Ruin. conſi. 8. colum. 2. uol. 2.

4 Similiter etiam, ſi ibi, ubi uxor infirma reperitur, non ſit medicus; maritus ſtante facultate tenetur, & debet ad locum vicinum proficiſci medicum uocaturus, & ducturus pro curanda vxore. l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infect. Ioã. And. in c. ſtatutum de reſcript. in 6. Bal. in l. iuris. C. qui admit. Alex. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir nu. 14. ff. ſolut. matrimo. & Anto. de Butr. & Imol. in c. 2. de conſtitu.

SVMMARIVM.

1 *MARITVS cui fuit dos promiſſa, & poſtea data, & ſoluta, præſumitur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis, & ab illo die cẽſetur conſtituta tacita hypotheca.*

OPINIO CCCCLXXXII.

1 MARITVS, cui fuit dos promiſſa, & poſtea data, & ſoluta, præſumitur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis; & ab illo die cenſetur tacita hypotheca: ſecundum Doct. omnes magis communiter in l. aſsiduis C. qui pot. in pign. habean. Soci. Sen. conſil. 263. pro inueſtigatione in 3. q. uol. 2. & Neguſantius in tract. de pignorib. & hypothe. in 2. par. princ. 4. membri nume. 14. in quibus locis ſequuntur, & faciunt mentionem Doctor. de iſta communi. *Cõis opin.*

¶ Sed contrariam, & malè tenuit in d. l. aſsiduis. quam ſequitur ibi Bald. & Specul. in tit. de ſolut. §. ante omnia, circa fin. uerſi. Sed pone contraxi. Tamen quicquid ſuadeãt iſti Illuſtres Docto. ob hoc fatuum puto à dicta communi diſcedere in iudicando, & conſulendo: quam ab omnibus morſibus, & contrariis tuentur eam ſequendo Moder. in d. l. aſsiduis, & Doct. uariis in locis iuris noſtri.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO facta à muliere in uenditione fundi conſtante matrimonio per maritum facta de uirili portione pecunię receptæ non obſtat ipſi mulieri agenti ſoluto matrimonio ad repetitionem, quia maritus præſumitur totum pretium habuiſſe non obſtante tali confeſſione.*

OPINIO CCCCLXXXIII.

1 MARITVS, & uxor fatentes in uenditione prædij dotalis pariter illius precium receпiſſe: tunc profectò intelligitur partem illius ad unumquemque coniugum perueniſſe. Et ſic ubi uir, & uxor cõſtante matrimonio uẽdiderunt ſimul prædium alicui, quod ante ineſtimatum in dotem fuerat ab uxore datũ uiro, ſi ſoluto matrimonio morte ipſius uiri uxor repeteret dotis nomine precium fundi, utique poſſet partem dumtaxat uirilem repetere ab hæredibus, quaſi in hoc caſu intelligendum ſit, quòd partem precij uirilem, tunc ipſa uxor receperit: vt uoluit Bar. conſil. 124. punctus quæſtionis in princ. cum quo trãſeunt Bal.

in l.

in l.mater tua,col.5.C.de rei uendic. Paul. Caſt. conſil.296.colum.1.& conſ.340.in prin.uolu.1. nouiſ.& conſil.362.in fin.uol.2.nouiſſ.Cur.Sen. conſil.53.colum.2.& cæteri ſignati per Boer.,de ciſ.23.in prin.

¶ In contrariam uerò partē, uidelicèt, quòd iure hac non obſtante mulieris confeſsione, intelligatur vir omnem pecuniam adeptus, inclinauere Specul.in tit de oblig. & ſolutio. §. ante omnia, uerſi. Sed pone vir, & vxor, & Vber. de Bob.& Ioan.And. in addit. ibi, Alber. cùm aliis antiquioribus relatis per eum, Paul.Caſtren. ſibi contrarius colum. 1. & Bal. quoque titubanter, colum. 1.in authē. ſi qua mulier. C. ad S. C. Vell.ubi firmat ex huiuſmodi confeſsione uxoris non præſumi quicquam ad eam perueniſſe de precio rei uenditę, ſi id aliter non probatum fuerit. Et præterea Salyc.inibi, & Imo. in l. cùm uir,col.6.& colum.9.de uſucap.& in c. cùm contingat,colum.27.de iureiur. atteſtantur ſecundum opinionem iſtam extitiſſe aliquando Bononiæ iudicatum. Idemque tradit Roma. in l. ſi cū dotem.§.transgrediamur.ff.ſol matrimo.& Fed. de Senis. conſil. 241. & ſententiam hanc ueriorem ait Aug.Aret.in §. eſt & aliud colum. 2. inſtit. de donat. refertque ſe conſuluiſſe apud Regium in caſu, quo pater & filius in eodem inſtrumento dotem recepiſſe pariter faſsi fuerunt; vt eſſet intelligendum illam totam perueniſſe ad ipſum patrem mercatorem: & ſecundum iſtam partem iudicauit Sacrum Regium Concilium Neapolitanum, teſte Afflicto deciſ. 209. & ibi Cæſare Vrſillo in addit. & ſequitur etiam Boer. in d.deciſ.23.nume.7.Natta conſil.30.nume. 1. uol.1.& Grauet. conſulendo cum aliis quampluribus congeſtis per eum, conſ.91. vbi oſtendit iſtam communem opinionem fore. Et quòd hęc communis ſit, conſtat ex relatis etiam per Caſſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ rubr. 4.§. 8.nume.4.Tiraquel. in trac.de utroque retract. §.31.Gloſ.unica,nume.4.& ſeq.& Moder.in tracta.de contractibus vſur.quæſt.38.in princ.ideò ab opinione iſta tantorum patrum, tanquàm communiori, tutiori, veriorique, approbata in curiis, & prætoriis tam illuſtribus erubeſcerem diſcedere. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 DOS data à matre, uel fratre ſimpliciter aſsignata in re propria, ſeu communi, præſumitur donata, etiam quòd aliàs ad miniſtratores bonorum puellæ fuerint.

2 Dotem in dubio pręſumitur frater tradidiſſe ſorori animo repetendi, non autem donandi.

3 Dotans patruus neptem, & non ſtipulans dotem ſibi reſtitui debere, non præſumitur eo hoc animo donandi illam dotaſſe.

4 Mater dotans filiam, etiam quòd ualde diues ſit, in dubio præſumitur dotaſſe de bonis filię, & animo repetendi.

5 Extranei dicuntur mater, frater, & patruus, & omnes alij, qui non habent filiam in poteſtate, qui ſi promitterent dotem in dubio, cenſerentur illam promittere ut extranei, & non aliter.

6 Mater non habet filiam in poteſtate, niſi quando eſſet tutrix ipſius filię.

7 Mater non tenetur ad dotandam filiam.

8 Mater hæretica, et Iudæa tenetur dotare filiam Chriſtianam, etiam quòd non eſſet ſuum officium dotare filiam.

9 Pater, & mater ſimul ſe obligantes pro dote communis filię, adhuc non uidetur mater animo donandi ſe obligaſſe, ſed intercedendi pro uiro, & repetendi.

10 Mater licèt non teneatur dotare filiam, quando commodè aliūde illa ſe dotare poſſet, tamē ſi dotaretur, dos ipſa imputaretur in legitimam.

11 Filia, cui promiſſa eſt dos per patrem, computato in ea legato aliàs ipſi filiæ relicto, poteſt non obſtante tali promiſsione petere legatum vltra dotem promiſſam.

12 Legatum non compenſatur cum dote, cùm id compenſationē ipſam penitus excludat, niſi filia conſentiret.

13 Pater licet promittat dotem filiæ de bonis paternis, & maternis; nihilominus filia poteſt conſequi dotem integram de bonis patris, & petere bona materna, quod explanatur ſupra quomodò procedat, ſub nu.8.

14 Statutum loquens de filia à patre, uel fratre ipſius filiæ dotata non procedit, quando dotatur filia de bonis maternis, aut proprijs ipſius filiæ.

15 Pater tenetur de bonis ſuis proprijs dotare filiam

16 Soluere non dicitur, qui ſoluit mihi quod meum eſt.

17 Filia pro conſequendis legatis ſibi relictis habet tres actiones, & interdum officium iudicis: poſt aditam hæreditatem, & legata ipſa creſcunt per interpellationem, & moram hęredis: cùm hæres moroſus teneatur ad intereſſe, fructus, & expenſas.

18 Filius inſtitutus à patre in re propria ipſius filij non dicitur inſtitutus, ſed preteritus.

OPINIO CCCCLXXXIV.

1 MATER, vel frater aſsignantes, danteſque ſimpliciter in dotem rem propriam, ſeu communem, illam vtique donare cenſetur, etiā quòd alias adminiſtratores bonorum puellæ fuerint: ſecundum Cyn. Iacob.de Aret.& Saly.in l. fi.C.de do. promiſ.Bal in l.Neſennius.colum. 2. ff. de nego. geſt. & iſtorum opinionem tuetur pluribus, & quidem optimis rationibus, ſequitur conſulendo,& demum magis ueram, magiſque communem eſſe inquit Iacobus Mandellus conſ.12.nume.1.cum aliis ſeq. Cōis opin.

¶ Et licèt Mandel.in præcitato conſi.12. ſub nume.1. aſſeueret ſolummodò inueniſſe Bald.in d.l.fina.contrarium ſentientem: tamen arbitror ſenten-

Cõis opin. ſententiam Bal.l.magis ueram, magiſque communem eſſe. Nam frater,& alij extranei habentes mulieris adminiſtrationem, in dubio uidetur tradere dotem ſuæ ſorori de bonis patris, vel ipſius ſororis:vt concedunt etiam expreſsè Glo. in uer.paternum eſſe officium, Iacob. de Rubal. Ang.& alij complures in d.l fin.& Bartho. Soci. conſ.291.uiſis literis uol.2.

2 Et hinc præſumitur animo repetendi, non autem donandi,fratrem tradidiſſe ipſam dotem ſorori:vt per Glo.& Doct.in d l.fin.Bal.conſ.73. in princ. uol.1.& conſ. 255. uerba inſtrumenti. uol.4.& Corne.conſi.124. viſo puncto.uol.1.

3 Vbi in fortioribus, in durioribuſque terminis conſuluit, quòd ſi nepos, & patruus ſtipulati non fuerint dotem ſibi reſtitui, licèt ad nepotẽ, & fratrem filiæ ſpectaret onus dotandi,quòd tamen patruus non præſumitur animo donandi dotaſſe.

4 Et quemadmodum frater dotans ſororem, cenſetur dotare de bonis patris, ſeu ipſius ſororis:ita pariformiter mater dotans filiam, in dubio præſumitur dotaſſe de bonis filiæ, non autẽ ipſius matris:& conſequenter animo repetendi, etiam ſi mater valdè diues foret:ita Gloſ. in d. l. fin.& Bal.Nouel.in tract.de dote in 6 par.priuileg.3.ſub nu.3.

5 Et ratio poſſet aſsignari iſthæc:quoniam mater,frater,& patruus tanquàm extranei promittunt dotem.l. vnica §. extraneum. C. de rei vxo. act.ubi diſponitur omnes illos in præſenti materia nuncupari extraneos,qui mulierem in poteſtate non habent:& l.Caius ff.ſolut.matr.

6 Vndè de matre conſtitutiſsimum eſt non habere filios in poteſtate:vt in §. fœminæ,inſtit. de adopt.& inſtitu.de patria poteſtate: niſi quando eſſet tutrix filij ſui.tex. eſt ſing.cum Glo. in c. ex parte,de appel.& ibi Bal.Philip.& alij.

7 Nec ipſam matrem teneri regulariter ad dotandum filiam:vt l.neque mater,& l.auia de iu-

Cõis opin. re dot. Glo.Saly. & cæteri omnes concorditer in d.l.fin.C.de dotis promiſ.Soci. in repet. l. 1. nume. 197.ff.ſolu. matr. vbi hoc limitat in duobus caſibus,& Ioan.Camp.in tra ct.de dote in 1.par. q. 22.& Marquardus de Suſannis in tracta. de Iudæis,& infidelibus in 3.par.cap.4.nu. 3.

8 Quibus in locis tradunt iſtam limitationẽ inter alias,quòd mater infidelis, & hęretica teneatur dotare filiam chriſtianam, etiam quòd non eſſet eius officium illam dotare. l. cognouimus.C.de hæret.Glo.in d.l.fin.C.de dot.promiſ. in uer.Paternum eſt officium,& in l.mater.C. de iure dot.Doct.omnes in auth.res quæ.C communia de leg.& Soci.Iuni in repe.d.l.1.ſub nu.197. ff.ſolu.matrimo.ubi ad lucem adducit iſtam eſ-

Cõis opin. ſe communem opinionem:quam ibi ampliat procedere in matre etiam Iudæa, & Bal.in d. l. mater,Marquar.in loco præcitato,& Iaſ.in §.fuerat, ſub nu.115.inſtit.de actio.

9 Imò ſi pater,& mater ſimul ſe obligarẽt pro dote communis filiæ,adhuc minimè uidetur mater animo donandi ſe obligaſſe:ſed intercedendi pro viro,& repetendi,vt firmat Bal.Nouel.in tracta.de dote in 6.par. priuileg.3. nu. 7.vbi recenſuit ita in facti contingentia conſultum uidiſſe.

10 Vndè quamuis mater non teneatur dotare filiam, quando haberet vndè aliundè ſe commodè dotare poſſet:nihilominus tamen ſi ab ea dotetur,dos illa imputatur in legitimam: vt firmat.& probat Picus nume.196.Ruin.num. 42. & aliqui alij Mod.in l.in quartam.ff.ad l.Falc & Rolan.à Valle conſ. 44.viſa donatione facta,ſub nume.31.uol. 4. & conſ. 70. de duobus dubitari contingit,ſub nume.14.eod.uol.4.

11 Sed ubicunque pater promitteret, & ſolueret dotam filiæ ſuæ, eius uiro, ſeu ſocero ſtabilitam, atque determinatam, computato in ea legato,ſeu legatis eidem filiæ aliàs relictis: tunc filia ipſa poſſet dubio procul non obſtante promiſ ſione, & ſolutione hac petere memorata legata ultra dotem promiſſam:ita Gloſ.Bald. & omnes concorditer in l.fin. C. de dot. promiſ. per textũ ibi,Capra conſ.29,nume.3.& ſeq.& Alcia. in tracta.de præſump.in reg.1.preſump.26.nu. 1. Cõis opin.

12 Et ratio eſt, ſiquidem legatum non compenſatur cum dote:ita Alex.conſ.90. in fi. uol.7. Cũ legatum ipſum compenſationem, & retentionem omninò tollat,& excludat.l.2. & l.de dote. ff.de dot.præleg.Glo.in conſuet. Neapo. de iure quartæ,Alex.conſ.7.nume.10.in fin.uolu.1.& in l.1.colum.5.ff.ſolu.matrimo.& Grammat. conſil.ciuili 114.in cauſa Illuſtris Dominæ,num.10. & ſeq. niſi filia legitimè conſentiat: ſecundum Bal.conſ.327.uol.1.

13 Imò hoc idem concludendum eſſet,quotieſ cunque pater expreſsè promitteret, & pariter dotem ſolueret filię,eius uiro, ſeu alteri eius nomine de bonis paternis, & maternis: tunc enim filia ipſa deberet conſequi dotem integram de bonis patris,& petere bona materna:ſecundum Doct.omnes in d.l.fin.C.de dot.promiſ. per tex. ibi,Paul.Caſtren. conſ. 438. quantum ad primũ quęſitum,ſub nu.3.& ſeq uol.2. Gerard. in ſing. 71.Capram in d.conſ.29.nu.7.& ſeq.& conſ.39. nu.3.& Bal.Nouel.in tract. de dote in 6. priuile. 6.partis princ.vbi planè deducit ſe aliàs conſuluiſſe apud Piſtorium ſimul cum Illuſtri D.Ioanne de Monteſperello: & ita conſuluiſſe Doctores ipſos Peruſinos refert etiam Gerard.in d. ſingu. 71 Et huic opinioni accedit etiam Alciat. in tracta.de pręſump.in reg.1 pręſump. 26. ſub nu. 1. cum aliis ſeq.Soci.Iunior in d.l.1. nu.165.ff. ſol. mat.& Ioan.Bapt.Plotus in tract. de in litem iurando,ſeu in repet.l. ſi quando.C.vnde ui,in §. 7. nu.25.& ita conſuluit quoque doctiſsimè quidẽ more ſuo ſuperioribus annis conſumatiſsimus in legali ſcientia Excellens D. Paſchalis Turcanicus conciuis meus, qui ſua humanitate,& munificentia ſemper me amauit vti filiu:cui conſilio ſe ſubſcripſere nonnulli celebres Doctores,& præ-

præſertim clarus, diſtinctus, & copioſus Doctor D.Bernardinus Alphanus Peruſinus. Et ita eundem D. Paſchalem in curia noſtra obtinuiſſe, reportaſſeque ſententiam ad fauorem Ioannis Antonij de Iudicibus de Aquila ſui clientis, in anno 1572. nō me fugit. Et licèt Iaſ. in d.l. 1. uideat innuere contrarium col. 7. Tamen mutando conſilium in melius innititur primæ opinioni, tanquàm magis communi, in l. Gallus. §. quidam rectè, nume. 40. ff. de liber. & poſthu. & in conſ. 134. uol. 4. col. 8. & in §. fuerat, nu. 105. inſtitu. de act. & ibi Ang. Aret.

Cōis opin.

14 Et hinc eſt, quòd ſtatutum loquens de filia dotata à patre, uel fratre ipſius filiæ, non ſortiretur quippè locum, quando dotaretur filia ipſa de bonis maternis, aut bonis propriis ipſius filię: ita Bal. in l. mater C. de iure dot. & in l. 1. C. de legi. hęred. Curt. Senior conſi. 27. colum. pen.

15 Nam pater tenetur de bonis ſuis propriis dotare filiam: ita Bar. in tract. de alimen. & ibi Bal. col. 6. uerſic. Item quòd ſi unus, Petr. de Vbal. in trac. de duobus fratribus in 6. par. Paul. de Caſt. conſi. 304. uol. 1. & Alex. conſ. 76. uol. 4.

16 Poſſet opinio hæc poſtremò comprobari alia etiam ratione. Nā ſoluere nō dicitur, qui ſoluit mihi, quod meum eſt: ſecundum Glo. in l. ſi quis. ff. de ſtatu liber. & Bal. in l. 1. C. ſi ſeruus ex teſt.

17 Vndè meritò filia ipſa pro conſequendis legatis tres videtur habere actiones, & quandoq; iudicis officium, & præſertim poſt aditam hæreditatem: & legata ipſa facta filiæ creſcunt per inficiationem, & moram hæredis. Nam hæres moroſus tenetur ad intereſſe, fructus, & expenſas. §. 1. inſtit. de leg. & ibi Doct. Bar. Bal. & cōmuniter alij omnes in l. 1. C. communia de leg. l. cùm res, & ibi Bart. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fideicōmiſſum. l. qui concubinam. §. fin. Gloſ. in l. quod legat. ff. de iud. Lanfran. in c. quoniam contra de probat. in uer. expenſas, paulo poſt prin. & Spec. in tit. de accuſa ſeu petit. §. 2. & in tit. de appel. §. 11. uer. 1.

Cōis opin.

¶ Itaq; iſta opinio ſic roborata, & ab omnibus Scribentibus vnanimiter recepta, procederet quippè de plano, & abſque ſcrupulo aliquo, vbicunque pater diues ſit, & ex eius bonis quantitas promiſſa commodè ſolui poſſit: vt eleganter & vtiliter declarat Soci. Iuni. in repet. d. l. 1. ff. ſolu. matrimo. nume. 165. præſertimque cùm filia fuerit abſens tempore antedictæ promiſſionis dotis, nec ei conſenſerit, ne eueniat inconueniens, quòd pater potuerit ſe liberare ab onere dotandi filiam contra uoluntatem ipſiuſmet filiæ: prout affabrè conſiderat Aret. quem refert Soci. Iuni. in d. l. 1. nu. 173.

18 Et quemadmodum pater tenetur filiam dotare de ſuo, aliàs dotata non dicitur: ita pariformiter filius inſtitutus à patre in re propria ipſius filij, nō dicitur modò aliquo inſtitutus, imò pręteritus is penitus cenſetur: ita Bald conſ. 93. ſi in eodem colum. 2. uol. 3. Gloſſ. in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. Alex. conſ. 20. colum. 7. uol. 3. Paul. de Caſt. conſ. 455. ad primum puto dicendum, colum. 1. uol. 2. Iaſ. conſil. 66. colum. 2. uol. 1. & conſi. 160. col. 1. & ſeq. Guid. Papæ deciſio. 461. & Dec. in l. poſthumo. col. 5. C. de bon. poſſeſ. contra tab.

SVMMARIVM.

1 *MATRI dicenti filium non eſſe mariti non creditur.*

2 *Mater aſſerens filium non eſſe mariti, ei non adhibetur fides, vbicunque filius non conſentiret confeſſioni adulterę: aliàs ſecus.*

OPINIO CCCCLXXXV.

1 MATRI aſſeueranti filium nō eſſe mariti, ſiue marito, ſiue filio declaret, ſibi nequaquam credendum eſſet: ſecundum Bald. Floria. & Iacob. de San. Georg. in l. fin. §. ſi per tex. celebrem ibi. ff. de probat. Cyn. Ang. Alberi. Salyc. in l. ſi uicinis. C. de nuptiis, Bar. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. Marſil. l. 1. §. ad quæſtionem in fi. ff. de quæſt. Alciat. in tract. de pręſump. in reg. 1. pręſump. 19. Paleotum in tract. de nothis, & ſpuriis, ca. 24. nume. 1. & ſeq. Io. de Neuiza. in ſua Sylua nuptiali, lib. 1. nu. 50. & ſeq. fol. par. 38. & copioſè Boer. cū aliis congeſtis per eum, in deciſio. 299. nu. 4. cum aliis ſeq. ubi ampliat opinionem iſtam, atque oſtēdit eſſe ueram, & communē; & ampliat etiam Gozadi. conſ. 12. in hac cauſa ex Ciuitate Florentiæ mihi tranſmiſſa, nu. 2. cum aliis ſeq. Cōis opin.

2 In tribus caſibus & limitat ſimiliter eandē communem ibi, ſub nu. 27. procedere, vbicunque filia non conſentiret confeſsioni adulteræ: aliàs ſecus, & fatetur inibi iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *MATRI diuiti, propter inopiam patris, incumbit dotare filiam pauperem.*

2 *Mater diues ob inopiam patris tenetur dotare filiam pauperem, & tunc poteſt dare ipſi filiæ in dotem bona á lege prohibita alienari in vltima voluntate. Sed hoc non procederet, vbicunque teſtator prohibuiſſet dicta bona alienari in cauſam dotis.*

OPINIO CCCCLXXXVI.

1 MATER diues propter inopiam patris tenetur dotare filiam pauperem: ſecūdum Bar. quem omnes communiter ſequuntur in l. neque mater. C. de iure dotium, & in authen. res quæ. C. communia Cōis opin.

munia de lega & ibi Iaſ. colum. 4 Bald. in l. mater. C. de iure dot. Ang in l. filia. in princip ff. ad Trebel. & Roma. in l. 1. ff. ſolut. matrim. & Aff. c. in conſtitutio. quamplurium, ſub nume. 22. libro. 3. rub. 17. & opinionem iſtam ſequitur pariter, & communem fatetur Coraſius in repet. l. qui liberos, in 2. lectu. nume. 113. ff. de ritu nup.

2 Imò mater in hoc caſu poteſt in dotem dare filiæ pauperi bona à lege prohibita alienari in ultima uoluntate: ſecundum omnium Doctorum communem ſententiam: quam commendat, celebrat, & citat Soci. conſil. 75. colum. 2. uol. . & Boer. deciſ. 129. nu. 4. & ſequen. Cõis opin.

¶ Et opinio iſta interpretatur per Alexan. conſ. 56. uol. 1. non procedere, quando teſtator expreſsè prohibuiſſet alienari in cauſam dotis dicta bona.

SVMMARIVM.

1 *BONA contrahentium matrimonium in caſu prohibito debent publicari, & talis confiſcatio fit ipſo iure.*

2 *Confiſcatio fit ipſo iure in 250. caſibus recenſitis.*

3 *Matrimonium non poteſt contrahi cum conſanguinea, uel prohibita, etiam ſub conditione ſi Pontifex diſpenſauerit.*

4 *Bona accedentium ad conſanguineas, uel moniales, uel alias prohibitas perſonas publicantur, & ſunt ipſo iure excommunicati.*

5 *Bona matrimonium contrahentium in gradu prohibito, licèt publicentur ipſo iure, nihilominus hoc non habet locum in ſponſalibus: quia requiritur ad incurrendam ipſam pœnam, vt matrimonium ſit carnali copula conſummatum.*

6 *Matrimonium ignoranter contrahentes in gradu prohibito non incidunt in pœnam aliquam: & excuſantur à proceſſu criminali, dummodo, ſtatim habita notitia abſtineant a coitu.*

7 *Matrimonium putatiuum, data ignorantia in altero ex contrahentibus, ita prolem legitimat, ſicut verum: & conſequenter filij nati ex huiuſmodi matrimonio ſunt legitimi quoad vtrunque parentum, etiã ſi unus eorum impedimentum ignorauerit.*

8 *Mulier ignoranter contrahendo matrimonium in caſu prohibito poteſt repetere dotem.*

9 *Matrimonium putatiuum bona fide contractum habet omnia priuilegia ueri matrimonij ex parte uxoris, ſecus ex parte uiri: quia non eſt idẽ fauor in marito putatiuo, qui eſt in vxore.*

OPINIO CCCCLXXXVII.

1 MATRIMONIVM contrahentes ſcienter in gradu prohibito, bona ipſorum ipſo iure debent publicari. text. eſt in auth. inceſtas. C. de inceſtis nuptijs, & in d. , 1. in authen. de inceſtis nupt. & in c. cùm ſecundum, de hære. lib. 6. & ita notat Boer. deciſ. 264. nume. 13. & Couarruuias in 4. lib. decret. in 2. part. c. 6. §. 8. nume. 5.

2 Et cõfiſcatio ipſa fit ipſo iure ẽt in 250. caſibus: quos nouiſsimè poſuit & recẽſuit Lud. Creſſoles. in tract. in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum, uel partis publicatio ſit indicta, à fol. 3. uſque ad fol. fin. ubi per 90 paginas ponit ſupracitatos caſus.

3 Et præmiſſa ampliantur, vt matrimonium hoc non poſsit contrahi cum conſanguinea, vel prohibita, etiam ſub iſta conditione, videlicèt, ſi Pontifex diſpenſauerit: ſecundum Imo. Card. & Abb. in c. ſuper eo, de cond. appoſ. Calder. conſ. 1. in tit. de ſponſalib. & iſtorum ſentẽtiam ſequitur etiam Aret. conſ 143. colum. 4 & in l. apud Iulianum. §. conſtat colum. 3. de legi. quam ait ibi eſſe communem. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Anto de But in d. c. ſuper eo, cuius opinio de conſuetudine ſeruatur, ut refert, atteſtaturque Boeri in d deciſ. 264 nume. 27. & de iſta ultima opinione, uide Ancha. in c. ex publico, de conuerſ. coniug.

4 Ampliatur ſecundò regula præmiſſa, vt habeat locum non ſolùm ſi nuptias contrahãt, ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad conſanguineas, vel moniales, vel alias prohibitas perſonas: vt in Clemen. 1. de conſang. & affini. & ultrà amiſsionem bonorũ ſunt ipſo iure excommunicati: vt tenet Iacobus de Simancas in lib. ſuo inſtitutionum catholicarum. c. 40. nu. 5.

5 Et regula iſta ita explicita interpretatur primùm non habere locum in ſponſalibus: quia requiritur neceſſariò, quòd matrimonium ſit carnali copula conſumatum: vt in c. & ſi neceſſe, de donat. inter virum, & vxo quem text. ita intelligunt ibi Ant. Abb. Præpoſ. & omnes cõmuniter, Bald. Nouel. in tract. de dote in 2. par. n. 3. & 7. & Couarruuias in memorato. §. 8. nu. 10. Cõis opin.

6 Limitatur ſecundò, quando maritus, ſiue mulier ignoranter commiſerunt inceſtum, vel contraxerunt matrimonium illicitum: ſecundum Gloſ. in Clemen. 1. de conſang. & affinit. ubi expreſsè tenet, & probat, quòd ille, qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit, non incidat in pœnam illius Clemen. uidelicet, in pœnam inceſtus, adulterij, illiciti ue coitus: & denique matrimonium hoc excuſat etiam a proceſſu criminali: quàm Gloſ. ſequitur Fely. in capitu. examinata. numero. 7. de iudic & Couarruuias in dicto. §. octauo. numero. 19.

¶ Et hoc procedit, & uidetur verum, dummodo quod ſtatim, quod ſciuerunt matrimonium non ſubſiſtere, & valere, abſtineant a coitu. text. eſt in l. adulterium cum inceſtu. 3. idem Imperatores, & ibi Barto. colum. 3. & Ange. ff. de adulter. & Ioan. Baptiſt. Plotus in repetitio. l. ſi quando, nume. 289. C. unde vi, & Paul.

Girlandus in tract. de pœnis omnifariàm coitus illiciti. q. 5. nu. 3.

7 Et hic diſquirendum eſt cōgruenter, vtrùm matrimonium hoc putatiuum, data ignorantia in altero ex contrahentibus, ita prolem legitimet, ſicut verum; & perconſequens filij nati ex huiuſmodi matrimonio ſint legitimi. Gloſſ. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. determinauit quòd non: quam ſequitur Bal. num. 2. in 2. lect. Cyn. nume. 8. Salyc. num. 5. Bar. in l. fin. nu. 4. ff. de cond. ſine cauſa, & ibi Iaſ. colum. fin. Alex. in addit. ad Barto. in l. ſi adulterium, in add. ſuper nume. 2. ff. de adulter. & Marſil. in l. pen. nu. 36. ff. de queſt. & hoc per rationem relatam per Caſſadorum in deciſ. unica nume. 1. in tit. de ſponſalibus, & matrimoniis.

¶ Contrariam uerò ſententiam, quòd imò ſi unus eorum dumtaxat impedimentum ignorauit, filij iſti ſint legitimi quoad utrunque parentum, tenet Gloſ. in c. referente in uerb. Ignorantiam, qui fil. ſint legit. in c. cùm inhibitio. §. 1. in verb. Si ambo, de clandeſti. deſponſ. & in c. in Ciuitate. 34. quæſt. 1. & hoc dictum ſequitur Iacob. de Arena in d. l. qui contra, nu. 3. & Bald. ibi, nu. 4. in 1. lect. ſibimet parùm conſtans: hoc etiam tenet ibi Alberi. nume. 2. Bart. etiam ſibi ipſi contrarius in auth. de inceſtis nupt. in prin. col. 2. Abb. in c. 2. qui fil. ſint leg. Ancha. in c. 1. col. 2. de conſtit. & conſil. 181. Præpoſit. in d. c. cùm inhibitio nu. 7. Plotus in d. l. ſi quando, nu. 289. & Caſſadorus in d. deciſ. unica, nu. 1. & ſeq. ubi ait iſtam eſſe communem opinionem, & ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotæ determinaſſe. *Cōis opin.*

¶ Sed in iſta ambiguitate, & tam dubia materia diſtinctionem traditā nouiſsimè per Petr. Duennas in ſuis, reg. in reg. Cōtrahentes matrimonium. nume. 2. circa fin. ſequendam mihi fore decreui: quæ quippè ſemper mihi placuit, & uidetur ueritati, & æquitati conſona, eamque breuitati ſtudendo aliter non recenſeo, ſed uidēdam totis viribus ſuadeo.

8 Occurrit etiam præmiſsis, quòd mulier iſta ignoranter contrahendo matrimonium, id eſt ignorando in caſu iſto ius, uel factum; abſque dubio poteſt repetere dotem: vt in l. ſi cùm dotem. §. fina. ff. ſo. ut. matrimo. & hoc tenet, & ſequitur Barto. in l. ſi adulterium cum inceſtu, numero. 2. ff. de adulter. & in l. fin. nume. 4. ff. de conditio. ſine cauſa, & Iaſo. in additio. ad Portium, in §. fi. nume. 16. inſtit. de nup.

9 Et matrimonium hoc putatiuum bona fide contractum habet omnia priuilegia ueri matrimonij. d. l. ſi cùm dotem. §. fina. & ibi not. Doctor. & Bartol. in l. ſi concubinam. ff. rerum amot. & in l. de iure. §. fin. ff. ad muni. Et hoc intelligitur procedere ex parte vxoris. Nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ: vt habetur per Alexan. in d. l. ſi cùm dotem. §. fin. colum. 1. poſt alios per eum relatos. Et ratio eſt, quia non eſt idem fauor in marito putatiuo, qui eſt in uxore: quia ratio quare fauetur uxori putatiuæ in dote eſt, vt deinceps poſsit facilius nubere. l. ſecunda. §. fina. ff. de priuileg. credit. & ita tenet Alexand. in dicta l. ſi cùm dotem. §. fina. quæ ratio ceſſat in marito.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM carnale non requirit neceſſariò uerba, ſed ſufficit conſenſus,*

2 *Conſenſus expreſſus, non autem tacitus requiritur ad inducendum matrimonium.*

OPINIO CCCCLXXXVIII.

1 IN matrimonio carnali uerba non ſunt neceſſaria, etiam in his, qui loqui poſſunt, ſed ſufficit, vt conſenſus contrahentium matrimonium aliquo ſigno exprimatur: ſecundum Hoſtienſem, Glo. Abb. cęteroſque communiter in capitu. cùm apud, de ſponſal. per text. ibi, qui dicit, quòd ſolus conſenſus ad contrahendum matrimonium ſufficit; ex quo ſequitur quòd non requiruntur uerba conſenſum partium exprimentia: & opinionem iſtorum ſequuti fuerē Faber, Ange. & Iaſ. in additio. ad Porti. in §. nuptiæ, inſtitut. de patria poteſt. Alexan. conſilio. 146. colum. 8. uolu. 5. & in l. de pupillo. §. meminiſſe in fin. ff. de noui. oper. nunc. vbi exprimit ſententiā hāc ueriorem fore; & communem inquit Abb. in d. cap. cùm apud, & Boeri. deciſ. 1. numero. 18. & probat, ſequitur, atque communem dicit Couarruuias in epito. de ſponſalibus. 2. par. c. 4. nume. 1. & ſequen. fol. par. 67. & in relectione cap. quamuis pactum, de pact. in princip. ſub nume. 4. & ſecundum communem præmiſſam doctiſsimè, ac elegantiſsimè conſuluit Boeri. conſilio. 40. numero. 21. cum aliis ſequen. ubi poſt alios conſulentes pro hac parte per eum ſignatos nihil intactum dereliquit pro dictæ opinionis clypeo; ideò tanquàm ad uberrimum, fontem caſu eueniente, pro explenda eius ſiti quilibet ad d. conſ. 40. recurrere poſſet. *matrimonium.* *Cōis opin.*

2 Sed aduerte, quod iſte conſenſus ad matrimonium inducendum debet eſſe expreſſus, & tacitus quippè non ſufficit; vt determinauit Rota Roma. ſub die 17. & 24. Nouembris. 1570. atteſtante D. meo Oradino in deciſio. 275. & deciſio. 277.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM non inducunt infraſcripta uerba, ſed potius ſponſalia de futuro, uidelicèt, matrimonium uolo tecum contrahere, uel uolo ducere te in vxorem, ſeu placet mihi te ducere in coniugem.*

2 *Matrimonium probatur per uerba hæc, dimittam uos quamdiu uixero, iunctis aliis uerbis literarum.*

OPINIO CCCCLXXXIX.

1 MATRIMONIVM tecum uolo contrahere, vel uolo ducere te in uxorem, ſeu placet mihi te habere in coniugem: huiuſmodi uerba efficiunt ſponſalia de futuro, & non de præſenti; & ſic ſolùm ſapiunt ſponſalia de futuro: ſecundum Ioan. Andr. & Abb. in capitu. ex literis de ſponſal. Alexan. conſil. 153. uol. 5. in princip. & colum. 4. Afflict. in conſtit. Neapo. libro. 3. titu. 19. colum. 2. Syluest. in uer. Matrimonium, il ſecondo. quæſt. 9. Boer. conſilio. 40. nume. 54. & ſequen. & Couarruui. in epito. de ſponſalibus, 2. par. cap. 4. nume. 4. folio par. 68. vbi præſupponit iſtam eſſe magis communem opinionem, & eam concordat cum ſententia Cardi. in dicto cap. ex literis, aſſerentis per uerba præmiſſa contractum fore uerum matrimonium; prout etiã pro iſta parte contraria, & opinione Cardi. conſuluit doctiſsimè Natta conſil. 250. ſuperioribus diebus ſcripſi, uol. 2. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM uerum contrahitur de præſenti ex his uerbis, habebo te in uxorem, & ex eiſdem, vel ſimilibus uerbis replicatis per mulierem: quia uerbum habebo, referri poteſt ad tempus præſens.*

OPINIO CCCCXC.

1 MATRIMONIVM induceret uerba hæc, habebo te in vxorem, uel promitto, quòd te in coniugem habebo; & per conſequens ex iſtis uerbis, dicẽdo uir promitto tibi, quòd habebo te pro legitima uxore, & idem reſpondeat mulier, matrimonium uerum contractum eſſe cenſetur de præſenti: quia uerbum ipſum, habebo, poteſt referri ad tempus præſens: ſecundum Gloſſ. Abb. & Præpoſ. in capitulo, ex parte, de ſponſal. per textum ibi, Abb. & Deci. in capitu. iurauit. colum. 1. de probationib. & opinionem iſtorum communem eſſe ſcribit Couarruui. in epito. de ſponſalibus. 2. part. capitulo. 4. numero. 5. licèt ipſe, & malè cum aliis citatis per eum contrarium aſſueret. Et eandem communem tanquàm ſacroſanctam ſequuntur, & tuentur Ange. de Clauaſio etiam in ſua ſumma in uerbo, Matrimonium, il ſecondo. §. 12. Summa Tabiena in uerbo, Matrimonium, il ſecondo, ſub §. 10. & Summa Raymundi in tract. 7. de matrimonio, ſub c. 4. *Cõis opin.*

2 Necnon matrimonium ipſum probatur etiam per alia ſimilia uerba, id eſt non dimittam uos, quamdiu uixero, iunctis aliis uerbis literarum, ita Creſcen. in deciſ. 98.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM non poteſt niſi inter puberes contrahi, ſecus in ſponſalibus.*

2 *Matrimonium contractum per uerba de præſenti inter perſonas inhabiles ratione ætatis, confirmatur per ſuperuenientem ætatem, & cohabitationem inter puellam, & eius uirum finita pubertate.*

3 *Copula præſumitur interueniſſe, vbicunque uiſa fuerit in lecto iacere mulier cum eius uiro.*

4 *Præſumptionem violentiſsimam copulæ inducit pernoctatio uiri, & mulieris in lecto.*

5 *Matrimonium præſumptum non admittit probationem in contrarium.*

6 *Teſtibus affirmantibus puellam eſſe corruptam, eo quia uiderunt eam iacere in lecto cum iuuene, magis creditur, quam aliis teſtibus negantibus.*

7 *Iuramentum deferendum eſt uiro offerenti iurare ſuper copula carnali habita cum eius uxore.*

8 *Vxor traducta ad domum uiri præſumitur ab eo cognita.*

9 *Maritus ſpoliatus ab uxore quaſi poſſeßione maritali, probata copula carnali, ante omnia eſt reſtituendus.*

10 *Puella profitens ſe virginem eſſe, & nullatenus cognitam à uiro ſuo, ſibi eligendæ ſunt ſeptem matronæ, ac obſtetrices honeſtæ, & peritæ pro recognoſcenda eius virginitate.*

11 *Obſtetrices electæ ad recognoſcendam uirginitatem alicuius mulieris, quomodò ſe gerere debeant, traditur modus, & norma.*

12 *Virginitas probari non poteſt, niſi ex aſpectu corporis.*

13 *Virginitas difficulter recognoſci poteſt, ex quo oculus, & manus obſtetricium ſæpè fallitur.*

14 *Virginitas ubicunque recognoſcitur per obſtetrices, debent adeſſe eo tempore tria luminaria.*

15 *Virginitas recognoſci debet, quando res dubia eſſet, & concurreret uiolentiſſima præſumptio ſuper copula: ſecus ſi res eſſet clara: quia ſi manifeſtiſſimum foret mulierem fuiſſe corruptam: tunc per aſpectum corporis recognitio ipſa virginitatis fieri non poſſet.*

16 *Virginitas per ſigna probatur: & tunc accuſatus de ſtupro debet abſolui, ſi ſigna uirginitatis appareant in puella.*

OPINIO CCCCXCI.

1 MATRIMONIVM non poteſt, niſi inter puberes contrahi. c. puberes, & c. fina. de deſponſ. impub. ideò de iure ciuili maſculus, niſi maior ſit decimoquarto ãno, quo pubes eſſe incipit, matrimonium ipſum contrahere non poteſt. Fœminæ uerò, ſi ſint uiripotentes, etiam ſi duodecimum annum non exceſſerint poſſunt contrahere. §. maſculi, inſtit. de nupt. De iure uerò canonico non fit differentia: quia dummodò apti ſint ad procreãdum, annorum numerus non attenditur. Concluditur ergò ex iſtis utiliter, mulierem contrahentẽ matrimoniũ non completo duodecimo anno matrimonium non conualidare; & ſic ad ualiditatem ipſius matrimonij requiritur mulierem compleuiſſe quatuordecim annos, niſi conſtaret uiripotens, vt quia extitiſſet ab alio cognita: aliter non completo duodecimo anno, matrimoniũ cõtractũ nõ ualeret, nec teneret aliquo modo: ſecundũ Abb. in c. atteſtationes, & in c. continebatur, in fi. de deſp. impu. & iſta eſt cõis opinio, teſte Alex. de Neuo. in conſ. 1. n. 9. & ſeq. ubi illam ſequitur conſulendo. Cõis opin.

¶ Sed in ſponſalibus contrahendis non ita ætas matura, vt ad matrimonium exigenda eſt. Nam contractus ſponſaliorum annum ſeptimũ ita completum exigit, ut inceptus minimè ſufficiat; & ſic iura canonica requirũt ſeptem annos completos contrahentibus ſponſaliã prædicta. c. literas, & c. ſeq. de deſponſa. impub. & notat Couarru. in epito. 1. de ſponſalibus. c. 2. nu. 2. & ſeq. primę par. ubi hoc latius declarat.

2 Et quamuis contractum foret matrimoniũ cum puella minore duodecim annis: tamen matrimoniũ ipſum iam celebratum ratificatur per cohabitationem inter eandem puellam, & eius virum finita pubertate: vt determinauit Rota Roma in deciſio. 462. dubitatur, in nouis. Et ſic de iure canonico, vt no. in c. 1. de deſponſa. impub. matrimonium inter perſonas inhabiles ratione ætatis ualet, & eo caſu contractum per verba de pręſenti confirmatur per ſuperuenientem ætatem: ita Docto. omnes, & præſertim Ioã. de Prat. in l. quod Seruius. ff. de condit. ob cauſam, & Deci. conſil. 368. in cauſa matrimoniali, ſub nume. 2. vbi compendiosè intonat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 Et licèt puella fundans ſe in minori ætate duodecim, annorum procuraret dirimere matrimonium. Nihilominus tamen ſi illa fuerit quippè uiſa variis, diuerſiſque uicibus, & temporibus in lecto iacere cum eius uiro: pręſumeretur, ꝙ tunc copula ſecuta fuiſſet. iuxta illud quod not. Gloſſ. in l. ſi uero remunerandi. §. ſi adoleſcẽtes. ff. manda. A iuuene, & cupido credatur reddita virgo. Et iuxta illud etiam, quod exprimit text. in cap. veniens, il 2. quos pater puellę ſimul in uno lecto inueniens, extra de ſponſa. Et traditur quoque in capitu. tertio loco, de præſumptio.

4 Pernoctatio enim viri, & mulieris maximè in lecto, inducit violentiſsimam præſumptionẽ copulæ, præſertim in iuuenibus: ita Glo. in l. Caij Caſsij. ff. de fideicom. libe. & Fely. in c. præterea. col. 1. de teſti.

5 Et ideò eſſet matrimonium præſumptum, contra quod non poſſet probari contrarium. c. is qui fidem, de ſponſalib. & Berous conſ. 36. dubium eſt, num. 8. & ſeq. uol. 1.

6 Et hinc eſt, quòd teſtibus affirmãtibus puellam eſſe corruptam, eo quia ipſam uiderunt iacere in lecto cùm iuuene, magis creditur quã negantibus: teſte Bald. in l. teſtium. colum. fina. C. de teſtib. & Bero. in conſil. 34. non inſiſtendum, nu. 9 uol. 1.

7 Iccircò tunc deferendum eſſent iuramentum uiro ſuper copula habita cum ſua vxore. tex. eſt in cap. continebatur de deſponſatione impub. & ibi Gloſſ. in uer. Viri, & in c. propoſuiſti. de probatio. in uer. Puellæ, & Deci. in dicto conſil. 368. ſub num. 1. & ſequen. Et tanto facilius deferendum eſt huiuſmodi iuramentum ipſi uiro, ſecundum normam d. c. continebatur, quanto quòd is textus loquitur in propriis terminis, id eſt in muliere traducta ad domum mariti, & cum eo cohabitauerit: prout ita explicant, atque declarant per illum textum Abba. Card. & alij, quòd erat præſumptio pro copula. Vndè ex mutua cohabitatione inter ipſos coniuges, ſtandum eſſet dicto uiri offerenti ſe iurare.

8 Quia cùm fuiſſet traducta uxor ad domum mariti, & cohabitaſſet cum ea: præſumeretur vtique tunc ab eo cognita, & corrupta: iuxta nota. in can. ſi quis acceperit. 34. quęſtio. 1. & in cap. 1. de frigi. & in c. 1. de ſpon. duo.

9 Quare probata copula carnali inter ipſos coniuges, ex qua infertur poſſeſſorio, vt in capitu. ex tranſmiſſa de reſtitu. ſpolia. ſequitur neceſſariò, quòd maritus ſpoliatus ab uxore quaſi poſſeſſione maritali ante omnia ſit reſtituendus, ſi in faciem eccleſiæ matrimonium contractum appareat: vt in c. ex conqueſtione, & in c. literas de reſtit. ſpoliat.

10 Et ſi fortè puella fateretur ſe uirginem eſſe, poſſetq́; facilè per rei euidētiam apparere eius virginitas: tunc ex quo virginitas uidetur factum arduum, ad expediendam præſentem rē debent eligi, & uocari ſeptem matronæ pro recognoſcenda ipſa virginitate: iuxta formam. d. c. propoſuiſti, & notat Thom. Nemo in conſ. 62. coram uobis, nu. 5. & ſeq. poſito inter cōſilia matrimonialia diuerſorum. in 1. uol. Sed ipſę ſeptē matronæ, ſeu obſtetrices deberent nempè eligi honeſtæ, & peritæ, & nemini partium ſuſpectæ: ſecundum Bal. in d. c. propoſuiſti, per textum in l. 1. ff. de uentr. inſpi.

¶ Imò electio peritarum matronarū in præſenti caſu fieri deberet de conſenſu partium: ita Abb. & Deci. nume. 39. in d. c. propoſuiſti.

11 Vndè ipſæ matronæ ita electæ tenentur inſpicere in pręſentia iudicis cauſę loca in quibus depręhendatur uirginitas; & deponere uidiſſe, & inſpexiſſe ipſa loca: vt concludit Abb. in d. c. propoſuiſti, nume. 2. & Berous conſ. 33. viſis ſcripturis, numer. 12. & ſequen. uolu. 1. Et hinc eſt quòd iſtæ obſtetrices tenentur inſpicere partes intrinſecas vuluæ, & eius concauitatem, ac in extremitate ipſius reperire duas pelliculas inibi ſituatas, & in eius ſuperficie uelamen ſubtile virginibus peculiare. Et non immeritò, ſiquidem tale velamen in uiolatis rumpitur, & in virginibus remanet incontaminatum, tanquàm flos virginitatis.

12 Et quòd virginitas probari non poſsit, niſi ex aſpectu corporis, ideſt clauſtri pudoris, facit Gloſſ. in cap. nec aliqua. 27. quæſt. 1. & in c. hęc imago. 33. q. 5.

13 Imo ex mente illius Gloſſ. ſuaderi poſſet, quòd difficillimè valeret recognoſci uirginitas. Nam mulier quando incipit pati menſtrua, ex caliditate ſanguinis, qui emittitur ex menſtruo, corroditur penicula, quæ eſt in vaſe mulieris. Ergò in re tam difficili, atque tenebroſa opus foret maiori peritia, quàm de obſtetricibus, & matronis reperiatur: Et ſic adhiberi deberent etiā medici, aliique periti in arte: vt concludit Aret. conſilio. 143. quem refert, & ſequitur Deci. in d. cap. propoſuiſti, ſub numer. 3. Et eo magis cùm oculus, & manus obſtetricium ſæpè fallitur: vt innuit Gloſſ. in d. c. propoſuiſti in uer. Per aſpectum. Sed ſuperioribus annis in variis caſibus occurſis, me patrocinante, tam in foro eccleſiaſtico, quàm ſeculari, uidimus recognitam virginitatem per obſtetrices ſolummodò in patria mea eo tempore repertas: quibus tanquam raris, & ſingularibus ſemper abundauit.

14 Et inſuper cùm ſecretò, ratione honeſtatis, recognitio uirginitatis fieri ſoleat, & uulua reperiatur in partibus interioribus corporis, neceſſariò os clauſum ipſius vuluæ debet aperiri. Et tempore recognitionis virginitatis faciendæ per antedictos expertos, debent tria luminaria adeſſe. Nam ſi in uentre inſpiciendo, ſeu tempore partus mulieris ibi tria lumina, & non minus adeſſe pręcipit Imperator in l. prima. §. ſi omnes, uel plures, uerſic. Tria lumina. ff. de uen. inſpicien. tanto magis ipſa lumina debent interuenire in inſpiciendis rebus, quæ videri nullo modo poſſunt, & in locis obſcuris, & intra corpus exiſtentibus.

15 Sed iſthæc uirginitatis recognitio per matronas fieri deberet vbicunque, vt ſupra, res eſſet dubia, & concurreret ſolummodò uiolentiſſima pręſumptio ſuper copula: ſecus verò ſi negocium clarum, & perſpicuum foret. Nam ſi manifeſtiſsimum quippè eſſet mulierem fuiſſe corruptam: tunc per aſpectum corporis recognitio ipſa virginitatis fieri nequiret: ita Bero. in dicto conſilio. 36. ſub numero. 8. & ſeq.

16 Quemadmodum ipſa virginitatis recognitio prodeſt ad dirimendum matrimonium cùm minore puella contractum duodecim annorum: ita pariformiter apparentibus aliquibus ſignis uirginitatis prælibatæ puellæ, accuſatus de ſtupro debet abſolui, ſi ſigna virginitatis appareant in eadēm et puella: ita Fely. in c. cauſam col. 1. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM contrahi poteſt etiam per conſtitutum in articulo mortis.*

2 *Moriens poteſt in articulo mortis ducere concubinam in uxorem ad finem legitimandi filios ex ea natos.*

3 *Legitimatio facta in fraudem ſubſtituti pręſumitur, vbicunque ducens concubinam in vxorem in articulo mortis ad effectum legitimandi filios ex ea natos ſępè comminatus ſit ei de excluſione.*

OPINIO CCCCXCII.

1 MATRIMONIVM etiam per conſtitutū in mortis articulo contrahi poſſet: ſecundum Ioan. And. in regu. ſine culpa, libro 6. Cyn. in l. nuper. C. de natur. libe. & Bal. in l. Gallus in prin. q. 5. ff. de lib. & poſth. & Dec. in c. ſi pro debilitate, nu. 7. de off. dele. & iſta eſt cōis opinio, prout eā atteſtantur, & ſequuntur Alberi. in d. l. nuper, Pariſ. cōſ. 29. n. 4. uol. 2. Card. Prep. & alij in c. tāta q. ſi alij ſint legi. Iaſ. n. 4. & Soc. n. 2. ff. de lib. & poſth. *Cōis opin.*

2 Et hinc eſt, quòd moriens poteſt in articulo mortis ducere cōcubinā in vxorē, vt filios ex ea natos legitimet: ita Cy. in d. l. nuper, Io And. An. de But. aliiq; Canoniſtę oēs concorditer in d. c. tanta, Io. de Imol. & Alex. in l. ſi q s poſthumos. col. 1. ff. de lib. & poſthu. Bal. & cęteri oēs in l. ſed eſt *Cōis opin.*

eſt quæſitum.§.ſpadonem eod.tit. Et licèt Bal.titubanter contrarium reſpondeat, & firmet in l. eam quam.col.10.C.de fideicom.& in d.l.ſi quis poſthumos:tamen quicquid in locis præmemoratis inutiliter, & fruſtrà ſuadeat ſine ratione, noli aliter recedere modo aliquo à cōmuni præmiſſa,tanquàm iuri conſentanea.

3 Quam limitat utiliter quidem Ang. in d. l. ſed eſt quæſitum,& Alexā.in d.l. ſi quis poſthumos, niſi huiuſmodi legitimatio fieret in fraudē ſubſtituti:quod abſque dubio præſumeretur, ſi ſæpè ei comminatus eſſet de excluſione.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM metu contractum,eſt ipſo iure nullum.*

2 *Matrimonium conſiſtere non poteſt inter raptorem,& raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit.*

3 *Matrimonium impugnare procurans,arctatur ad articulandum,& probandum illud, quod eſt cauſa impugnationis.*

4 *Metus,& fraus non præſumitur, ubi interuenerit præſentia coniunctorum.*

5 *Metus non præſumitur, ubi interuenerit iudicis præſentia: quia non cenſetur in fraudem legis, & metu factum,quod coram iudice actum eſt.*

6 *Matrimonium habet præſumptionem iuris pro ſe,ubicunque eſſet contractum in facie eccleſiæ.*

7 *Matrimonium quando aliqua ſuſpitione doloſè impediri poſſet,celebrandum foret præſentibus parochiano,& duobus,vel tribus teſtibus.*

8 *Matrimonium probatur duobus teſtibus, ſiue maſculis,ſiue fœminis.*

9 *Matrimonium plenè probatur per confeſſionem coniugum.*

OPINIO CCCCXCIII.

1 MATRIMONIVM vi, metuque contractum eſt ipſo iure nullum: ſecundum cōmunem opinionem omniū Doctorum.in c.cùm locum ubi Abb. & cæteri omnes cōcorditer de ſpōſali.Gloſ. & Docto.omnes in l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met.cau.& in l. ſi patre. ff. de ritu nupt. Iaſ. in l. interpoſitas, in primo not.C.de tranſactio.Grauet.conſilio 253. nume. 1. & Alciat. conſilio 5. nume.1.in quibus quidem locis præmemorati Docto. admittunt iſtam eſſe communem ſententiam, & Couarruuias etiam ad quartum librum decretalium de ſponſalibus cap.3.ſecundæ partis.§.5.num.1. cum aliis ſequen. ubi eam latè explicat,& ampliat in aliquibus caſibus. *Cōis opin.*

2 Vndè religioſe, & oportunè determinauit Concilium Tridentinum ſeſsio.24. cap.6. inter raptorem, & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium.

3 Et hinc eſt, quòd determinans impugnare matrimonium ipſius metus intuitu,arctatur neceſſariò articulare, & probare illud, quod eſſet occaſio impugnationis.l.ab ea parte. ff. de probationib.

4 Quia regulariter fraus, ſeu metus non præſumitur, vbi interuenit præſentia coniunctorum.l. tranſactionem, & ibi Gloſſ. Barto. & alij omnes.C.de tranſact.& Alex.in l.ſi cùm dotem. §.eo autem.ff.ſolu.matrimo.

5 Nec præſumitur metus,ubi interueneritiudicis præſentia:quia non uidetur in fraudem legis, & metu factum quod coram iudice actum eſt.l.1.ubi Bar.C.de prædi.decu.lib.10. Soci.cōſi.59.in prin.uol.3. Iaſ. in l. pacta nouiſsima. in 3.not.C.de pact.& Grauet.conſ.214.nume.11. & conſi.253.nume.4.

6 Similiterque matrimonium ipſum habet pro ſe præſumptionem iuris,vbicunque eſſet cōtractum in facie eccleſiæ:ſecundum Specu.in §.5.de ſponſa.

7 Vndè meritò Sancta Synodus Tridentina in ſeſsio. 24. ſub cap. 1. de reformatione matrimonij,induxit formam contrahendi matrimonium,ut tribus monitionibus publicis in eccleſia adhibitis,parochus coniungat uirum,& uxorem,eorum mutuo conſenſu intellecto. Sed ſi interdum aliqua ſuſpitio urgeret,ob quam doloſè matrimonium impediri poſſet: tunc ſecundum eiuſdem ſacroſanctæ Synodus diſpoſitionem, matrimonium celebrandum quippè foret præſentibus ipſo parochiano, & duobus, uel tribus teſtibus.

8 Nam matrimonium ipſum duobus teſtibus,ſiue maſculis,ſiue fœminis probaretur. capitu.ſuper eo, il ſecundo. ubi Abb. & alij communiter de teſtib.& Pariſ.conſilio 58. nume. 6. volu.3. *Cōis opin.*

9 Poſtremò matrimonium ipſum probatur etiam per confeſsionem coniugum. Et ſic ipſa confeſsio inducit plenam probationem: ſecundum Glo.& Abb. in c. ſuper eo,qui dux. in uxo. conſang.cap.2.ubi Abb.in 2.not.de clandeſtin. deſponſat.Hoſtien.in ſumma de ſponſalibus, & matrimo.§.qualiter contrahatur.colum.2. Roma.in ſing.620.tu audiuiſti, numer. 2. & Curti.Iuni.conſilio 27. habita diligenti conſideratione,nume.2. vbi utiliter intonat iſtam eſſe communem opinionem: quam limitat in duobus caſibus non procedere Roma.in d.ſing.620.ſub numero 2. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MEDICVS carens publico ſalario non debet ab ægrotis ſalarium recipere, niſi poſtquàm eos curauerit, & ſanauerit.*

2 *Salarium procuratoribus, ac familiaribus debetur in fine temporis.*

3 *Aduocato non debetur ſalarium in principio litis, niſi extaret conſuetudo in contrarium.*

4 *Aduocatus fiſci debet conſequi ſalarium ſuum in medio litis, ſeu anni.*

5 *Salarium officialibus præſtandum eſt in principio officij.*

6 *Medicus in Regno Neap. tenetur bis in die viſitare infirmum, & ſemel in nocte ad ipſius requiſitionem, & debet recipere per diem medium tarenum auri viſitando infirmum intus ciuitatem, extra verò ciuitatem tres tarenos cum expenſis infirmi, vel cum expenſis ſuis tarenos quatuor.*

7 *Medicus malè curans ægrotũ ex ignorantia, vel negligentia derelinquendo curam ante terminum, non poteſt petere ſalarium, & tenetur infirmo ad ſatisfactionem.*

8 *Medicus, ſeu chirurgicus delinquens in medendo, & infirmus moriens ex eius imperitia, non punitur corporaliter.*

OPINIO CCCCXCIIII.

1 MEDICVS carens publico ſalario non debet ab ęgrotis, ac infirmis ſalarium recipere, niſi poſtquam eos curauerit, & ſanauerit; & ſic ab ipſo infirmo recipiet mercedem ſuam in fine curæ, non autem in principio, ſeu in medio ipſius: ſecundùm Specul. in titu. de ſalarijs. §. nunc autem, verſ. fin. Bart. in l. archiatri. per illum text. C. de profeſſo. & med. lib. 10. Canoniſtas omnes in c. propter. de locato, Petrum Duennas in regu. 63. Aſſeſſori. num. 1. & Ripam in tract. de peſte, in tit. de remedijs ad curandam peſtem, num. 127. vbi diligentèr admonet iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.* Sed hoc deridet Zaſius in §. tripli, inſtit. de action. in fin. dicens, quòd ſi verum foret, medici non induerentur tam ſplẽdidis, & purpureis veſtibus, qui ſemper rubeas veſtes habent, ſiue moriatur, ſiue ſanetur infirmus, æqualiter triumphant.

2 Itidem in eo, qui locauit operas ſuas ſimpliciter in fine temporis, ſalarium promiſſum tunc ſolui deberet: vt in familiari, aduocato, ſeu procuratore. l. 1. C. de ſuffragijs, & l. quiſquis. C. de poſtulan.

¶ Et licèt aliqui Doctores contrarium aſſerãt in aduocato, ſcilicèt, quòd ab initio honorarium, ſeu mercedem petere ualeat. l. properandum. §. in honorarijs, & l. 1. §. cùm quidem. ff. de uar. & extraord. cognitio. Quod tamen non recipitur, ac obſeruatur in camera Imperiali, teſte Ioachimo in ſingularibus obſeruationibus iudicij Imperialis cameræ, centuria 3. obſeruatione 7. quamuis. Quæ quippè iura intelligi debent in ſponte oblatis ab initio, vel ſecundum conuentionem: ſecundùm Specul. in d. tit. de ſalar. §. ſequitur de aduocato, verſ. ſed quando ſoluetur ſalarium, & Innocen. in c. propter in Gloſ. magna de locat. vbi ait quòd iſta iura allegata non faciunt contra: quia in eis diſponitur, quòd in principio eſt conueniendum de ſalario, ſed non dicunt ꝙ ſoluendum ſit, ad idem d. l. quiſquis. §. pręterea.

3 Sed hoc non procederet, vbicunque reperiretur conſuetudo in contrarium: tunc enim ſpectãda, obſeruandaq; eſſet ipſa conſuetudo in partibus, & locis in quibus vigeret: vt firmant Specul. & Inno. in mentionatis locis.

4 Similiterq; hoc fallit non habere locum in aduocato fiſci. l. per hanc. C. de aduoc. diuerſo. iud. vbi eſt ſpeciale, quòd in medio litis, ſeu anni conſequi debeat ſalarium; & notat Specu. vbi ſupra, & Carauita in ritu 19. Item quòd procurator nume. 16.

5 Item fallit in officialibus, quibus in principio officij ſalarium pręſtandum eſſet: ſecundùm Pau. Caſtren. Alex. & alios omnes in l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſ. Glo. & Bar. in l. 1. §. Diuus. ff. de var. & extraor. cognit. & Carauitam in ritu 9. Item ꝙ locumtenens, nu. 1. & ſeq. vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

6 In Regno verò Neap. habemus conſtitutionẽ, incip. Quia nunquã ſciri põt ſcientia medicinæ, in tit. de de medicis, diſponentem medicum teneri bis in die infirmum viſitare, & ſemel in nocte ad ipſius infirmi requiſitionem, & recipere debet ſolummodò per diem medium tarenum auri, ſi nõ egrederetur ciuitatem, vel caſtrum. Si verò viſitaret infirmum extra ciuitatem, recipiet ab eo per diem tres tarenos cum expenſis infirmi, vel cum expenſis ſuis tarenos quatuor.

7 Sed ſi medicus ipſe malè curaret ægrotum ex ignorantia, vel eius curam ante terminum derelinqueret: tũc nedum ſalario carere deberet, ſed ad ſatisfactionem etiam infirmo teneretur. §. pręterea inſtitu. ad legem Aquil. & probat, & firmat Roſarium Buſti. in ſerm. 35. in litera, V. circa fin. in 1. par.

9 Sed aduerte quòd ſi medicus, chirurgicusq; delinqueret in medendo, & ſic ex eius imperitia infirmus moreretur, non poſſet puniri pœna corporali: vt probat Vrſillus, in addi. Afflict. in deciſio. 123. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *MELIORAMENTA facta in re feudali non pertinent ad dominum, reuertente ad eum feudo, finita inueſtitura feudali per curſum temporis, per lineam finitam, vel aliter abſque dolo, vel culpa vaſalli: ſed dominus tenetur ad æſtimationem eorum, ſi velit ea retinere.*

2 *Hæres vaſalli in reſtitutionem feudi non tenetur expenſas factas per vaſallum compenſare cum fructibus perceptis: ſed ipſas melioramentorum expenſas debet inte-*

integraliter habere.

3 *Dominus feudi, reuerſo feudo ad ipſum, non tenetur ad eſtimationem ędificij integri conſiſtentis melioramentorum factorum in feudo, ſed ſolummodo diruti: & ſic melioramenta in tali caſu reſtituenda, & æſtimanda veniunt ſecundum valorem ædificij diruti, & ruderũ, & non aliter, nec alio modo.*

4 *Eccleſia tenetur reſtituere melioramenta vtiliter, & neceſſariò facta in emphyteoſi, finita ipſa emphyteoſi, ad rationem integri ędificij conſiſtentis, nõ autem diruti: quia emphyteoſis datur, ac conceditur ad meliorandum.*

5 *Extimatio melioramentorum, ac expenſarum fieri debet habito reſpectu ad valorem, qui eſt de præſenti tẽpore, quo res reſtituitur, non autem tempore, quo facta eſt impenſa.*

6 *Melioramentorum materia ponitur hic remiſſiuè.*

OPINIO CCCCXCV.

1 MELIORAMENTA facta in re feudali non pertinent ad dominum, reuertente ad eum feudo, finita inueſtitura feudali per curſum temporis, per lineam finitam, vel aliter, abſque tamen dolo, vel culpa ipſius vaſalli: ſed tenetur ad extimationem eorum, ſi velit ea retinere: vt eſt caſus, & ibi omnes in c. 1. §. ſi vaſallus, in tit. hic finitur lex. & c in vſibus feud. & not. Brunus conſ. 106. nu. 2. Cagnol. in l. 2. num. 175. C. de pactis inter empt. & vend. & Aluar. in c. 1. §. ſi quis de manſo. num. 6. ſi de inueſtitu. feud. fue. controuerſ. vbi inquit cum iſta *Cõis opin.* concluſione Docto. omnes tranſire, & Curt. Iun. conſil. 165. num. 1.

2 Nec expenſas tenetur hæres vaſalli cum fructibus perceptis compenſare, ſed melioramentorũ expenſæ integraliter ſibi reſtituendę ſunt: ſecundùm Bal. Ang. in l. in inſulam. §. fructus. ff. ſoluto matrim. & in l. emptor. ff. de rei vendic. per Glo. ibi Felyn. in c. cum cauſa. colum. pen. de re iud. & Iaſ. in l. domos hæreditarias, in 2. notab. ff. de leg. 1. & Soc. Iun. conſil. 150. nu. 32. vol. 1.

3 Et iſta melioramenta reſtituenda ſunt, ac veniunt æſtimanda non ſecundum ędificij incorrupti, & conſiſtentis valorem; & ſic dominus non tenetur ad æſtimationem ædificij integri ipſorũ melioramentorum, ſed ædificij diruti: vt voluit Bal. in d. §. ſi vaſallus nume. 4. in l. in fundo 3. notab. de rei vendic. & in auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Ruyn. conſ. 24. nume. 10. volum. 1. Iaſ. in l. 2. num. 29. C. de iur. emphy. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. Glo. 1. num. 6. Rolan. à Valle conſil. 28. num. 30. volum. 1. & Beroum in q. 96. ſub nu. *Cõis opin.* 4. vbi meminit iſtam eſſe magis communem opinionem.

¶ In cõtrariam verò partem, tanquam ęquiorem inclinauit Aegidius Boſsius in ſua prac. cri. in tit. de princip. num. 31. & Iulius Clarus, in tracta. de feud q. 88. verſ. ſed quæro, videlicèt, quòd Dominus teneatur ad extimationem ædificij integri, & non ad illud, quod conſequi poſſet ex ruina illius, vbi deridet Beroum atteſtantem contrariam opinionem communem. Nihilominus profiteor ipſum Beroum veritatem dixiſſe, atteſtando de dicta communi, cum qua tanquam veriſsima intrepidè tranſeo; imò credo ipſum Iuliũ Clarum allucinatum eſſe talia proferendo, dum allegauit Bal. in locis pręmiſsis concludere, quòd ſolutio fieri non debeat de pretio ruderum, ſed ædificij integri: & tamen Bal. firmat expreſsè contrarium, vt ſupra oſtendimus.

4 Eſt bene verùm, quòd Berous, in c. 1. num. 36. & ſeq. de in integrum reſtitu. firmat contrarium in emphyteoſi, videlicèt, quòd eccleſia teneatur ſoluere melioramenta vtiliter, & neceſſariò, & non aliter facta in ipſa emphyteoſi ad rationem, ſeu valorem incorrupti, & integri ædificij, non autem diruti. Et hoc expreſsè voluit Bal. loquens in emphyteoſi, in d. §. ſi vaſallus propè finẽ, & in d. §. ſi quis de manſo. poſt mediũ, & ſequitur Guil. Redoanus in tract. de rebus eccleſiæ non alienandis, quæſt. 17. de melioramentorum in rebus eccleſiæ factorum refectione, quæſt. 2. inchoante, ſi verò melioraméta ſint facta per emphyteotam, nume. 6. & ſeq. fol 406. vbi fatetur ita obſeruari de conſuetudine. Nam emphyteoſis datur, conceditúrque ad meliorandum. l. 1. C. de iure emphit. Vnde ſi quis exportare melioramenta ipſa teneretur, facta præcipuè ex pacto, naturaq; contractus, iniquum foret abſq; dubio aliquo: vt eſt text. cum Glo. in d. c. 1. de in integrum reſtitu. vt probat ibi Berous; & ſic in hoc caſu procedere poſſet opinio Iulij Clari, & aliorum relatorũ per eum. & non in feudo.

5 Imò ipſarum impenſarum, ſeu melioramentorum extimatio fieri debet, habito reſpectu ad valorem, qui eſt de præſenti tempore, quo res reſtituitur, non autem tempore, quo facta eſt impenſa: vt voluit Ang. de Periglis in ſubſcriptione ad conſil. Paul. Caſtren. 270. viſo puncto ſuprascripto, & etiam multis allegationibus, ſecundum nouiſsimam impreſsionem, vol. 2. Capicius deciſio. 93. in fi. Boer. deciſ. 44. n. 12. Rolan. à Valle conſ. 28. num. 14. & conſ. 30. num. 6. volum. 1. Bart. & Bal. poſt Iacob. de Aret. in l. domos hæreditarias. ff. de leg. 1. vbi hoc latè Alex. ſequitur, atque defendit & Iaſ. etiam num. 4. qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

6 Et materiam ipſam melioramentorum vide latè, & vtiliter declarantem, Antonium Neguſantium, in tract. de pignor. & hypothecis in 4. membro. 5. par. nume. 8. cum alijs ſeq. & Beroum in d. c. 1. nu. 22. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *MELIORANS proprijs impenſis rem emptam, & alteri obligatam, ſi euinceretur abſolui deberet ab actione hypothecaria, qua extiterat conuentus, & liberaretur præſtando primam extimationem rei, detractis melioramentis.*

OPINIO CCCCXCVI.

1 MELIORAMENTA faciens in re, quam poſsidet, ſi conueniretur ſuper ea hypothecaria, poſſet offerre agenti æſtimationem rei abſque meliorationibus; & ſic meliorans proprijs impenſis rē ipſam emptam, ſed alteri obligatam, ſi euinceretur abſolui deberet ab actione hypothecaria, qua extiterat conuentus, & liberaretur præſtando primam extimationem rei, detractis melioramentis prædictis: ſecundùm Bart. Bal. Ang. Ioan. de Pletea, & Rebuf. in l. 2. per text. ibi. C. de prædijs, & omnibus rebus nauic. lib. 11. Caſtren. in l. ſi conuenerit. la 2. §. ſi fundus. ff. de pignorat. act. Alex. in add. ad Bar. in l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pignorib. Alber. Brunum in tract. de augmento, in 5. concluſ. princ. verſ. 5. Corſet. ſingu. in verb. Melioratio, Neguſantium in tract. de pignorib. in 5. par. 4. membri, num. 21. vbi profert magnum verbum, opinionem iſtorum eſſe indubitabilem, & claram: & in effectu communis eſt, & cū ea concurrit ſimiliter Soc. conſ. 224. in fi. vol. 2. & ſæpeſępius in practica ipſam communem obſeruari vidimus. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

2 *MENDACIVM inquiſiti, facit indiciū ſufficiens ad torturam, ſecundum unam cōmunem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem mendacium non inducit inditium ad torturam.*

OPINIO CCCCXCVII.

2 MENDACIVM inquiſiti facit ſufficiens indicium ad torturá: ſecundùm Bart. in l. fin. num. 3. & ſeq. ff. de quæſtio. Roma. cóſ. 8. ſub nume. 2. & Cępol. conſil. 61. ſub primo, Lucam de Penna in l. quoties. num. 7. C. de dign. it. lib. 12. Brunum in tract. de indicijs, & tortura in quæſt. 3. primæ partis, nu. 18. Alex. conſil. 77. vol. 1. Soc. conſ. 54. volum. 3. Ioan. Baptiſt. Ferretum conſ. 329. in cauſa Reuerendi D. Marci num. 14. volum. 2. Iacob. Mandellum conſil. 56. quámuis dubitationes, num. 31. & Horat. Mandoſium cum alijs citatis per eum, in add. Roma in d. conſil. 8. in litera, D. vbi in fin. demonſtrat iſtam eſſe magis communem opinionē: quę videtur probari in l. vnius. §. teſtes ff. de quæſt & ſequitur etiam Iacob. Nouellus in pract. cauſarum criminalium, in forma quæ indicia præcedere debent, incip. quamplurimos, num. 62. & Illuſtriſsimus D. Cardinalis Albanus, in lucubratio. ad Bart. in l. & eleganter. §. idem Pomponius. ff. de dolo malo, in fin. vbi reddit rationem: quia mendacium dicitur contra naturam: & comprobatur etiam. Nam quis ratione mendacij cenſetur eſſe in dolo. l. ſeruus in fin. ff. de do. Imò mendax dicitur delinquere. Cum mēdacium ſit vocis ſignificatio cum intentione, & propoſito fallendi: vt per Glo. & Ang. in l. de ætate. § qui ex quadrante. ff. de interrogatorijs actio. Sed iſte inquiſitus, qui coram iudice mendacium profert, iudicem ipſum fallere videtur, & cum etiam ratione periurij offendit: nimirum ergò ſi eum iudex torquere poteſt pro habenda veritate: quam manifeſtè videt mendacem velle celare: argu. l. nullum. C. de teſtibus, prout diſertè demonſtrat Paris de Puteo in tract. ſyndicatus. §. viſo de indicijs indubitatis, nume. 2. cum alijs ſeq. Et dicitur Apocalypſis. c. 21. Timidis autē, & incredulis, &c. & omnibus mendacibus, pars illorū erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. & capite 22. Beati qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in Ciuitatem: foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Et legitur Pſalmo quinto. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus. & ibidem: quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. ſepulcrum patens eſt guttur eorū, linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus. decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinē impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine. & dicitur etiam Exod. 23. Non ſuſcipies uocem mendacij: nec iunges manum tuam: vt pro impio dicas falſum teſtimoniū non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorú acquieſces ſententiæ, vt à verò deuies. pauperis quoque non miſereberis in iudicio. non declinabis in iudicium pauperis. mendaciū fugies. inſontē, & iuſtū non occides: quia auerſor impiū. nec accipies munera, quæ excœcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Et conſpicimus deniq;, in prouerbiorum duodecimo cap. Qui, quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ eſt, qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus. eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: lingua autem ſapientium ſanitas eſt. labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium. abominatio *Cõis opin.*

minatio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Item cap. 17. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. qui celat delictum quęrit amicitias. & qui vertit linguam, incidet in malum. Necnon dicitur cap. 19. dictorum prouerbiorum: Teſtis falſus nõ erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd mendacium indiciũ non faciat ſufficiens ad torturam, inclinauerunt And. de Iſer. & Afflict. ſub num. 63. in conſtitut. Regni, ſi damna clandeſtina, lib. 1. rub. 27. Ioan. de Amicis conſ. 134. num. 3. vbi ſubdit, quòd nec Bart. hoc voluit, nec Gandinus pater practicę criminalis hoc vnquam poſuit inter alia indicia. Et ſequitur hanc eandem opinionem Grammat. in voto. 30. nu. 15. & ſeq. *Cõis opin.* vbi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam, & veriorem ait conſulendo Alciat. conſ. 18. non poſſum ſatis perſpicere nu. 4. & ſequen. tomo 2. lib. 7.

¶ Sed aduerte, quòd prædictæ opiniones ad facilem concordiam reduci poſſent, videlicèt, ꝙ prima opinio procedat in teſte mendacium committente: & iſta ſecunda opinio locum habeat in principali de delicto inculpato: prout ita loquuntur And. de Iſer Afflict. & alij omnes iſtam partem firmantes, & Alciat conſ. 6. Cũ contentio, atq; diſcordia, nu. 27. & ſeq. tomo 2. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *MENDICANTES in dignitate conſtituti, vt ſunt Priores, Miniſtri, & Guardiani etiam Fratrum minorum poſſunt eſſe delegati Apoſtolici.*

OPINIO CCCCXCVIII.

1 MENDICANTES poſſunt eſſe delegati Apoſtolici, ſi eſſent, reperienturque in dignitate conſtituti, vt Priores, & Miniſtri, Guardiani etiam, etiam Fratrũ minorum: ſecundùm Iaſ. cum alijs relatis per eũ in rub. ff. de offi. eius; & iſta eſt communis opinio: & eam ſequuntur, & citant Curt. ibi, colum fina. Francus in c. nullus, de elect. in 6. Felyn. in c. cùm olim, col. 1. de maior. & obed. & in c. 2. de iud. & ibi etiam Dec. col. fin.

SVMMARIVM.

1 *MERETRIX, cui aliquid promiſſum ſit ratione mercedis ob fornicationem, & ex cauſa libidinis, poteſt conuenire promiſſorem ipſum in iudicio, & tanquam renuentem ſoluere iudex poteſt cogere ad ſolutionem promiſſionis factæ.*

2 *Meretrix accipiens pecuniam pro meretricio, ac actu venereo ab eo, qui poterat tanquam verus dominus elargiri illam pecuniam, poteſt licitè retinere, nec tenetur reſtituere, nec inter pauperes elargiri de neceſſitate ſalutis.*

3 *Mulier occultè fornicaria, quæ publicę meretrix non eſt in foro poli ſibi ſolutum ob occultam fornicationem nõ tenetur reſtituere. benè tamen verum eſt, quod promiſſam mercedem pro tali fornicatione. petere non poſſet in iudicio.*

4 *Acquiſita per concubinatum, adulterium, & ſodomiã non veniunt reſtituenda, ſed de conſilio ſunt inter pauperes diſtribuenda.*

5 *Meretrices licitè poſſunt facere teſtamentum de acquiſitis ex meretricio.*

OPINIO CCCCIC.

1 MERETRICI promiſſio eius mercedis ob fornicationem, & ſic ex cauſa libidinis, dummodò abſit dolus, & fraus, valet & tenet: & cogi & compelli poteſt ꝓmiſſor à iudice ad ſolutionem dictæ promiſſionis, ac pretij actus venerei: ſecundum Dyn. & Saly in l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ. Abb. in c. quia plerique, num. 14. de immun. Eccleſ. Bart. in l affectionis. ff. de don. Ioan. Lupi in rub. de donat. inter vir. & vxo §. 40. Ripa in l. ſi plagij, num. 10. & ſeq. ff. de verbo. obligat. Bart. & Aret. in l. generaliter. ff. de verbo. oblig. vbi Iaſ. & Zaſius num. 29. perhibet iſtam eſſe communem *Cõis* opinionem. *opin.*

¶ Et licèt Glo. in l. ea quæ tibi, in ver. non potes. C. de donat. ante nupt. malè loquatur aſſerendo, quòd datum meretrici non repetitur, ſed ad promiſſum, & non ſolutum quis non teneretur, nec cogi poſſet: tamen quicquid ſuadeat Glo. ibi, abſque aliqua ratione, ac lege, noli aliter recedere in deciſiuis à dicta communi, tanquam ſacroſancta, & veriſsima, cum qua concurrit etiam Roſar. Buſti, in ſermonibus prædicabilibus, in ſermo. 28. in 1. par. in litera L. poſt princ.

2 Vbi addit quoq;, quòd meretrix iſta accipiens pecuniam pro meretricio ab eo, qui poterat tanquam verus dominus elargiri, illam poſſet licitè retinere, nec teneretur reſtituere, nec pauperibus dare de neceſsitate ſalutis.

3 Quæ quidem procedit de plano in meretrice publica, non autem in fœmina occultè fornicaria, quæ publica meretrix non eſt: quæ vtique petere non poſſet mercedem, & pretium promiſſũ; imò ſi ei datum ſit, illud retinere nequiret, & in foro poli, & in animæ iudicio reſtituere teneretur: ſecundum Abb. in d. c. quia plerique nu. 14. & ſeq. Cyn. & Ang. in memorata l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ. Lupum in d. rubr. de donat. §. 41. & Adrianum in. 4 ſent. in tract. de reſtitutione, ori-

tur alia quęſtio, vbi exprimit iſtorum opinionem communem eſſe. Quæ communis in actu practi- Coῒs opin. cò, iudicio meo, admitteretur à iudicibus, vbicunque promittens aliquam mercedem fœminę prędictæ propter occultam fornicationem cogi non deberet, nec poſſet in iudicio ad illam mercedem ſoluendam: ſed illud quod ipſa mulier, quæ publica meretrix non eſt, in foro poli ſibi ſolutum ob occultam fornicationē retinere non poſsit, atq; teneatur illud reſtituere credo verū non eſſe, nec de iure ſubſtineri poſſe: vt ſuper hoc nonnulli Theologi, & non modicæ equidem authoritatis varijs in locis contradicunt Cyn. & ſequacibus ſupra relatis: & hanc eandem opinionem videtur firmare S. Antoninus Archiepiſ. Floren. in 2. par. eius ſummę, tit. 1. c. 23. de turpi lucro, col. 15. verſ. de acquiſito per meretricium.

4 Vbi concludit acquiſita per concubinam, adulterium, & ſodomiam reſtituenda non venire, ſed potius ſuadendum illa de conſilio largiri debere pauperibus: & ſequitur etiam Caccialupus in tracta. de ludo, nu. 5. & Roſar. Buſt. in d. ſerm. 28. in litera, L.

5 Ideò licitè meretrices ipſæ poſſent facere, condereuè teſtamentum de acquiſitis ex meretricio quæſtu: ſecundùm Bald. in l. 1. C. de conditio. ob turp. cauſ. & Dilect. cum alijs ſignatis per eum, in tract. de arte teſtandi, titu. 1. caute. 12. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *METVS & dolus non præſumitur, niſi probetur.*

2 *Metus reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum ex eo: quia dicatur initus inter virum, & vxorem, patrem, & filiam, prælatum & clericum, & dominum, & ſeruum; niſi præcedant minæ, & ita articuletur, & probetur.*

3 *Metum iuſtum non cauſat ſola præſentia patris ad reſcindendum contractum, vel matrimonium carnale vel ſpirituale filiæ.*

4 *Metus vbicunque eſt probatus, ex quo Mæuius amiſit bona ſua debet ſtari iuramento ipſius Mæuij de quantitate, & extimatione bonorum contra illum, qui intulit metum.*

5 *Metus genera quinque reperiuntur, vt remiſsiuè ponuntur hic.*

OPINIO CCCCC.

1 METVS, & dolus nullo pacto præſumuntur, niſi probētur. text. eſt in l. interpoſitas. C. de tranſact. vbi Bald. Aret. & alij Doct.

2 Et hinc eſt, quòd metus reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum ex eo: quia dicatur initus inter virum, & vxorem, patrem, & filiam, prælatum, & clericum, vel dominum, & ſeruum, ſeu alios, quibus debetur reuerentia, niſi præcedant verbera, vel minæ, & ita articulentur, & probentur: ſecundùm Barto. in l. 1. §. quæ honorandæ, vbi etiam Bologni. Alex. & alij in apoſtil. ad Bar. ff. quar. re. act. Ripa in 3. lib. reſpon. ſub rub. de donat. & gra. per fi. reuocan. in reſpon. 15. nu. 8. Inno. Bal. Card. Zaba. Abb. Sicul. Anchar. Fely. Soc. Iun. conſil. 77. num. 154. volum. 1. & conſil. 67. num. 39. volum. 2. Grauet. conſ. 49. num. 2. & alij omnes Scriben. in c. cauſam matrimonij, de offic. deleg. & iſta eſt communis opinio, teſte Frā- Coῒs cìſco de Accoltis, Alexan. in dicta l. interpoſitas opin. Boer. deciſio. 100. nume. 11. & ſequen. & Doctor. præcitati.

3 Et ſic ſola præſentia patris non cauſat iuſtum metum ad reſcindendum contractum, vel matrimonium carnale, vel ſpirituale filiæ: ſecundum communem opinionem omnium Docto. in locis Coῒs allegatis: quam ſequitur, & refert Cagnolus in l. opin. in omnibus cauſis pro facto, nume. 8. ff. de regulis iuris.

4 Sed vbicunque eſſet probatus metus iſte, ex quo Titius amiſit bona ſua, debet ſtari iuramento Titij de quantitate, & extimatione bonorum cōtra illum, qui intulit metum: ſecundùm Abb. Panor. & alios Scriben. in c. fin. quod metus cauſa, & Boer. deciſ. 55. col. 1.

5 Et aduerte, quòd quinque metus genera repe riuntur, quæ vtiliter, ac latè tractantur per Zaſ. in §. quadrupli, nu. 10. inſtit. de act.

SVMMARIVM.

1 *MINIMAE ſolennitatis omiſsio non nocet, nec obeſſe poteſt.*

OPINIO CCCCCI.

1 MINIMAE, modicęuè ſolennitatis omiſsio nō nocet, nec obeſſe poteſt: ſecundùm Bar. & omnes in l. 1. §. fin. ff. de ventre inſpicien. Glo. Bar. & Bal. in l. rem non nouam. C. de iudi. Io. And. in add. Specul. in titu. de inuentario, verſ. & not. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, colum. antepen. ff. ſi cui pluſquàm per leg. Falcid. Roma. in repet. l. ſi verò. §. de viro, in 3. fallent. ff. ſol. matrim. & cōſ. 247. in fin. Saly. in l. fin. §. ſi præfinitum. C. de iure delib. & iſta eſt cōmunis opinio: ſecundùm Alex. Coῒs in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulg. & in rub. num. 8. & 12. opin. ff. de oper. nou. nuncia. Iaſ. in l. ſi vnus. C. de teſta. Dec. in l. hac conſultiſsima, colum. 1. C. qui teſta. facere poſſ. & Ioan. Annibal in l. nemo poteſt, nu. 490. ff. de leg. 1. & ſequitur etiam Alex. in d. l. fin. nume. 10. C. de iure delib. & Tiraquel. cum alijs copioſè relatis per eum, in tracta. de iudicio in rebus exiguis ferendo. quęſt. 2. verſic. ſecundo eſt text. fol. par. 31.

SVMMARIVM.

1 MINOR non poteſt pro debito carcerari, quando eſt filiusfamilias, vel quando contraxiſſet ſine tutoris, & curatoris authoritate.

OPINIO CCCCCII.

1 MINOR non poteſt pro debito carcerari: ſecundum Bal. in l. 1. nu. 24. C. qui bonis cede poſſ. quem ſequitur Iacob. de Sancto Georg. in l. nec impuberes, nu. 3. ff de in ius voc. Caſſan. in conſuet. Burg. in tit. *Des rentes*, rub. 5. §. 2. num. 14. pro qua eſt Glo. in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. & ita tenet Angel. in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. & Roma. conſil. 120 num. 4.

¶ Contra verò Glo. prædictam expreſsè tenet Bar. in tract. de carceribus num 6. vbi dicit, quod ista Glo communiter reprobatur, idem Bar. in l. ſi filio, la 2. ff ſol. matrim. Doct. in l filius. ff. de procurato. Bald. poſt Cyn in l. alio. C. quod cum eo, Marſil. in ſua pract. crim. in §. attingam, num. 69. & ita communiter teneri firmat Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo. q. 5. nume. 8. vbi dicit memoratam Gloſſ. habere locum, & poſſe ſaluari, quandocunque minor eſſet filiusfamilias: nam tunc non poteſt pro debito carcerari: quem ſequitur Pariſius ſuper hac diſtinctione conſil. 94. num. 41. volum. . Item poſſet ſaluari d. Glo. vbicunq; minor ipſe contraxiſſet abſq; tutoris, vel curatoris authoritate: tunc quippè etiã repræſentato inſtrumento contra eum ſecũdum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ minimè carcerari poſſet. Si verò debitum contractum foret, & inſtrumentum celebratum cum ipſo minore cum authoritate dictorum tutoris, vel curatoris, hoc caſu etiam appoſita, & allegata minoritate nihil ei prodeſſet, & veniret de perſona arreſtandus, & carcerandus: ſecundum D. Carauitam cũ alijs coaceruatis per eum, in ritu 166. nume. 12. cum alijs ſequen.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MINOR petens ſe reſtitui aduerſus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur neceſſario probare ſe minorem, læſumque ad cauſam, quam quidem ſi defendiſſet, foueret bonam cauſam.*

2 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur, ſiue illud ſit factũ affirmatiuum, ſiue factum negatiuum.*

OPINIO CCCCCIII.

1 MINOR petens ſe reſtitui cõtra, & aduerſus aliquem actũ iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur neceſſariò probare ſe minorem, læſumq; ad cauſam, quã quippè ſi defendiſſet, foueret bonã cauſam: ſecundum Bar. in l nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. quem ſequitur Paul. Caſtren. conſil. 181. volum. 2. Alex. conſil. 149. viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, num. 16. volum. 5. Barba. in c. in præſentia num. 104. de probat. Capel. Tholoſ. in q. 54. & 99 Corn. conſ 181. vol. 2. & omnes Scribentes communiter in d. §. ſi minor: de qua communi faciunt mentionem omnes ferè Doct. inibi, & Boer. deciſ. 79. num 6. & eſt text. in conſtitutio. minorum iura, & ibi Afflict. nume. 3. & ſeq. lib. 2. rub. 38. Et ratio huiuſcemodi communis videtur iſta: quia quilibet tenetur probare quod eſt fundamentũ ſuæ intentionis, aliàs reus abſoluitur: vt per Parpal. in l. ſi quis maior, in 1. notab. C. de tranſactio. & Corſetum in ſingul. in ver. ſi qualitas, & Fely. in c. examinata. de iud. Iaſ. & Dec. in l. qui ſe patris, col. 1. C. vnde liberi, & clarius in l. ſi emancipati. colum. 2. C. de collat. Gozad. conſil. 68. num 5. & Felyn. in c in præſentia de probat. in Gloſſ. in verb. Secundæ. Et hoc 2 quod quilibet teneatur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, intelligi debet ſiuè illud ſit factum affirmatiuum, ſiue negatiuum. l. actor. C. de probat. & l. illa, & ſequen. vbi Bart. & alij. ff. de verb. oblig. Inno. in c. in his de accuſa. & Bertr. conſ. 58. multa ſunt propter quæ vniuerſitas, nu. 3. vol. 6.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MINOR confitens aliquod delictum ſpõte, ſeu in tortura coram iudice ſine curatore ad litem, ſibi non nocet, cùm iudicium nullum, & irritum ſit.*

2 *Minori curatore etiam carenti nocet confeſſio facta ſponte, vel in tortura in atrocioribus delictis, nec ei ſubuenitur per reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem factam.*

3 *Minor confitens ſponte, vel in tormentis, nulla conceſſione prius ei facta de curatore ad litem, ſibi præiudicat in emergenti à cauſa principali, nec aliquo modo reſtituitur aduerſus talem confeſſionem.*

OPINIO CCCCCIIII.

1 MINOR confitens ſponte, ſeu in tortura coram iudice aliquod delictũ comiſiſſe ſine curatore ad litem, ſibi non obeſſet, nec obſtaret aliquo modo; & ſic confeſsio in delictis minori curatore carenti non noceret: cùm iudicium nullum appareat,

pareat, ideò ſtante q; iudiciũ legitimè fundatũ non ſit: ſequitur ergo confeſsionem ipſam non nocere, ac nullam, irritamq́ue eſſe: ſecundùm Cyn. & Alber. in d.l. Clarum, Bald.conſil. 310. vol.1.Afflict. in conſtitu. Obſcuritatem,num.6. & ſequen.lib.2.rubr.40.& in deciſio.208.nume. 2. & ibi Cæſar Vrſillus in additionibus, nume.1. & ſequen.Angel. in tract. maleficiorum in verb. Comparuerunt inquiſiti. verſic. nec non ſis cautus,Marſil.conſil.26.num.9.Rolan. à Valle conſil.31.num.8.volum.1. & iſta eſt communis opinio,vt conſtat ex relatis; & eſt textus in conſtitu. Minorum, vbi optimè Afflict. numero 12. lib. 2.rub.38. *Cõis opin.*

2 Sed hoc non procederet in criminalibus atrocioribus commiſsis per ipſum minorem doloſè: quia tunc ei non ſubueniretur per reſtitutionẽ in integrum aduerſus confeſsionem factam abſque datione, ſeu conceſsione de curatore.l.auxilium. §.in delictis,& ibi Bartol.ff. de min. & dicta conſtitutio.minorum iura, & ibi Afflict. nu.7.

3 Vbi num.9. hoc interpretatur vtiliter procedere in facto principali, non autem in emergenti ab ipſa cauſa principali. Et quòd ipſe minor in huiuſmodi caſu, & aduerſus ſuam confeſsionem ſine aliquo curatore emanatam, non reſtituatur, voluit Vrſillus in add. Affl.in deciſio.208.nume. 3.& in deciſio.287.ſub num.7. & ſequen. in quibus locis meminit ita extitiſſe iudicatum in magna curia Vicariæ, in Regia camera Summariæ, & in Sacro Regio Concilio, licèt poſtmodum in iſtis ſupremis tribunalibus ſententia magnæ curiæ prolata contra ipſum minorem extitiſſet moderata,& reformata.

SVMMARIVM.

1 *MINOR litigans cum conſanguineo compromittere tenetur abſque ſolennitatibus. Et ſic ad compromittendum compelli poteſt, ſtante ſtatuto, quòd cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti.*

OPINIO CCCCCV.

1 MINOR litigans cum conſanguineo compromittere tenetur abſque ſolennitatibus: & ſic ad compromittendum compelli poteſt, ſtante ſtatuto, quòd cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti: vt voluerunt expreſsè, & eleganter Ang.Paul.Caſtren.Alex.& Iaſ.in l.ſi plures.ff.de pactis: quam legit ipſe Iaſ.in l.& ſuum.§. hodie,eodem titu. & hoc idem firmarunt optimis quidem rationibus Bald.Salic.Aret.Pau.Caſtren.Alexan.& Iaſ.in l. fin.C.de in integ.reſtit. vbi iſtam opinionem veram eſſe aſſeuerat,& Anibal. Cauenſ.in pragma. Odia quę inter coniunctos,nu.51.& 86.

¶ Et licèt Bar.conſ.40. quæritur an ſtatutum, affirmet, teneatque contrarium, videlicèt,quòd ſtatutum de compromiſsis non liget minores: tamen primam ſententiam ex relatis authoritatibus communem fore non ignoramus:quam ſequitur etiam, declarat, atque ab omnibus contrarijs tuetur Marcus Antonius Blanchus in tracta.de compromiſsis quæſt.3.num.39. cum alijs ſequen.fol.paruo 75. & pro hac parte communi conſuluit pariter doctiſsiſsimè Alex.conſil. 254. vol.6.& determinauit Rota Bononienſis,teſte Petro de Benintendis,deciſ.20.nu.11. cũ alijs ſeq. & obtinuit Alex.vt ipſe recenſuit in d.l.ſi plures. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MINOR viginti quinque annis & maior decem,& octo,poteſt eſſe arbiter de communi partium uoluntate ſi vult, ſed non poteſt compelli, ſecundum vnam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam contrariã ſimiliter communem,minor ipſe arbiter eſſe nequiret, & eius ſententia non valeret.*

OPINIO CCCCCVI.

1 MINORES viginti quinque annis, & maiores decem, & octo arbitri eſſe poſſunt de voluntate partium ſi vellẽt, ſecus ſi nollent: & ſic ad aſſumendum arbitrium inuiti compelli nequirent aliquo modo:ſecundum Glo.& omnes Legiſtas vno ore in l.quidam conſulebant.ff.de re iud.per tex. ibi, vbi Alex.colum.1.recitat iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarum,& Aret.in §.penul.num. 17.inſt.de except. *Cõis opin.*

¶ In contrariã verò partem, videlicèt, quòd minor viginti annis, arbiter eſſe non poſsit, & eius ſententia nõ valeat, inclinauerũt Glo.Abb. & cæteri omnes Canoniſtæ cõmuniter in c. cum vigeſimum,de offi.deleg.Specu.in tit.de arbitris. §.poteſt,verſ.item minor,Hoſtien.in ſum. de arb. §.2.Alex.& Io.de Imol.in d.l.quidam. Lanfrã. in tract.de arbitris.§.hactenus,& Bapt.de S.Blaſio, in tract.de arbit.q.9.& opinionẽ iſtam Canoniſt. inquit veriorem eſſe Alex.in d.l.quidam,& Marcus Ant.Blan.in tract.de compromiſsis, q.2.nu. 22.fol.par.35.vbi eã ſequitur,declarat,& deniq; ab omnibus cõtrarijs veriſsimis reſponſionibus ſuis tutam derelinquit:ideò eidem tanquam tutiori,ac veriori libenter inhęremus. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MINOR locationi factæ rerum ſuarũ ſine iudicis decreto per tutorẽ ſtare debet finita tutela.*

OPINIO CCCCCVII.

1 MINOR rerum ſuarum locationi ſtare tenetur finita tutela, & ſic locatio rei minoris ſine iudicis decreto per tutoré fieri poteſt, cui ſtare debet minor ipſe poſt curam, & tutelam finitam: ſecundùm Bartol.
Cõis opin. Paul. Caſtren. Alex. & reliquos omnes communiter in l. filio. §. ſi vir. ff. ſolu. matrim. Cyn. in l. emptorem colum. 2. C. loca. Soc. conſ. 125. nu. 6. vol. 1. Gomeſ. de contractibus. C. locat. nu. 8. fol. 27. & Couarru. in tract. variarum reſolutionum lib. 2. cap. 15. nu. 5. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *MINOR quatuordecim annis, maior autem capacitate obligatur iuramento ac ſi pubes eſſet, ſecundùm unam communem opinionem, ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem non obligatur aliquo modo.*

OPINIO CCCCCVIII.

1 MINORIS quatuordecim annis non firmatur contractus iuramento, & ſic pupillus doli capax nulliter contrahens etiam quòd iurauerit huiuſmodi iuramentum contractũ non firmat. Quia authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. non procedit in pupillo doli capace, ſed in pubere, & nõ in impubere: vt voluerũt Glo. Pet. de Bellapert. Cyn. Butr. Bal. Ang. Odofre. Saly. Fulgo. & Iaſ. num. 10. ibi, vbi ſimul cum alijs Scriben. recitant iſtam eſſe communem opinionem Legiſta-
Cõis opin. rum: quam ſequitur quoq; Feder. de Senis conſil. 30. Paul. Caſtren. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. & Alciat. in c. cùm contingat, num. 141. de iureiur. vbi profert vtile, & magnum quidem verbum iſtorum opinionem magis communem fore, atq; eam limitat Afflict. cum alijs ſignatis per eum deciſ. 322. num. 3.

¶ Cæterùm contrarium aſſeruit Bar. in d. authen. ſacramenta puberum, quòd habeat locum in pupillo doli capace, vt mediante iuramento tenaciter obligetur, quemadmodum pubes eſſet, & cum Bart. ſenſere Hoſtien. Ioan. And. & Io.
Cõis opin. de Imol. & cæteri omnes in d. c. cùm contingat, Archid. in c. quamuis de pactis, num. 6. Panorm. conſil. 104. volum. 2. Dec. in l. pupillum. ff. de re iud. Ioan. Mau. in tract. de reſtitu. in integ. c. 112. Salyc. & Paul. Caſtren. in d. authen. ſacramenta puberum, vbi aiunt iſtorum ſententiam procedere de iure canonico: & veriorem præſupponit, Alex. in d. l. qui iuraſſe, & ita determinauit religiosè more ſuo Sacrum Regium Cõcilium Neapolitanum, teſte Afflict. in d. deciſ. 322. num. 1. 2. 3. 4 & 5. & in deciſio. 393. ſub nume. 10. ideò ob obſeruantiam iuramenti, & fauorem animarum, & propter deciſiones Sacri Concilij Neapolitani, quæ ſub nomine Regis proferuntur, ſuccceduntque loco imperialis interpretationis, vt poſuimus 1. parte in Opinio. Iudex in iudicando cum hac vltima communi, & veriſsima Canoniſtarum libenter concurrimus, prout circa veritatem, & præſentem ſpeculationem quamplura ſermocinantur, & dicurruntur ſatis vtilia infra in Opinio. 669. Pupillus doli capax.

SVMMARIVM.

1 *LEGATVM non vitiat modus caſu deficiens: & ſic legatarius non implens modum, ex quo per eum non ſtetit, illud conſequi poteſt.*

OPINIO CCCCCIX.

1 MODVS caſu deficiens non vitiat legatum, & conſequenter legatarius non implens modum, ex quo per eum non ſtetit, illud legatum conſequi poteſt. l. Lucius. §. quiſquis. ff. de leg. 2. & l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iulianus, aliàs l. Iulianus de lega. 1. & tradit Bar. in l. quibus diebus. §. Termitius nu. 17. ff. de conditio. & demonſtratio. & ibi illuſtriſsimus D. Cardinalis Albanus in ſuis lucubrationibus, ſub nu. 2. & Paul. de Caſt. & alij omnes in l. 1. C. de his, quæ ſub modo, & hanc intonat communem opinionem eſſe Corneus conſil. 83. vol. 1. licet, & malè contrarium teneant aliqui Doct. in d. l. 1. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MOLENDINVM habens in parte inferiori fluminis, utrum poßit impedire volentem fabricare molendinum in parte ſuperiori?*
2 *Flumina continuo defluentia publica dicuntur.*
3 *Fluminum publicorum proprietas, & uſusfructus ad Cæſarem pertinet*
4 *Regalia ſibi nonnullę ciuitates Italiæ hodie vſurpant.*
5 *Flumina complures ciuitates in earum teritorijs exiſtentia ſibi vſurpant.*
6 *Flumina ſunt illarum ciuitatum per quarum territoria currunt: & ab illarum populo per ędificantes in illis eſt obtinenda licentia.*
7 *Flumina publica cùm ea Cæſaris ſint ex conceßione ipſius Cęſaris concedi permittuntur.*
8 *Flumina in conceßione feudi facta ab Imperatore, veniunt illa intra fines feudi exiſtentia.*

9 *Solatio arguit vim ſuperioritatis, & dominij vtilium dominorum per tempora exiſtentium.*

10 *Barones flumina in prouincia Aprutina vigore ſuorum priuilegiorum in eorum baronijs exiſtentia retinere conſueuerunt.*

11 *Dominus conſtruere poteſt battinderias, molendina, ſeu alia ſimilia ædificia in ſuo feudo, & flumine proprio.*

12 *Dominus conſtituens ſeruitutem alteri in flumine proprio, poteſt battinderias, molendina, ac alia ædificia conſtruere, licet impedictia battinderias aliorum, pro quibus conſtituit ipſam ſeruitutem.*

13 *Dominus donans molendinum ſituatum in principio ſui feudi, poteſt deinde conſtruere aliud molendinum in parte inferiori, etiam inuito primo donatario.*

14 *Puteus exiſtens intra domum feudatariam, & domum domini, ſi aqua ipſius putei non ſufficiat vtrique, tunc illa aqua concedenda eſt habenti plenius ius.*

15 *Vſufructuarius, & dominus quando ſimul concurrerent, ſemper præfertur dominus tanquam plenius ius habens.*

16 *Dominus non eſt veriſimile conceſſiſſe eo modo, vt commoditas, & vſus ipſius domini impediatur.*

17 *Exceptio notoriæ proprietatis domini obſtat agentibus poſſeſſorio recuperandæ, & repelluntur à reſtitutione poſſeſſionis.*

18 *Exceptio oppoſita contra ſpoliatum non requirit probationem, & præſertim cùm conſtaret per inſpectionem priuilegij, admitteretur ad excludendum petentem reſtitutionem poſſeſſionis.*

19 *Spoliatus quando notorium eſt facti non habere ius in re, non eſt reſtituendus.*

20 *Spoliatus apparens incapax poſſeſſionis, non eſt reſtituendus, ſiue reintegrandus.*

21 *Dominus priuans aliquem poſſeſſione dicitur potius ſuã poſſeſſionem defendere, quàm alium priuare.*

22 *Vaſallus alienans rem aliquam feudi illicitè, dominus poteſt propria authoritate ad ſe illam auocare, & poſſeſſorem priuare.*

23 *Feudi reuocatio permittitur domino, quotieſcunque reperiatur ipſi feudo ſeruitus impoſita, ſeu pars illius alienata.*

24 *Feudum denegãs eſſe domini, ac à domino illud retinere, ex hac inficiatione poteſt per dominum feudi, & proprietarium, poſſeſſorem iure aliàs ſibi competente priuare.*

25 *Feudum deueniẽs ad Regem directum dominum, omnes alienationes, & conceſſiones inde factæ per vtiles dominos ante exiſtentes ipſo iure extinguuntur.*

26 *Reſoluto iure concedentis, reſoluitur etiam conceſſoris.*

27 *Feudum perueniens ad directum dominũ licèt reuertatur poſtmodũ ex noua conceſſione ad deſcendentes illorum, quibus primò fuerat conceſſum: cùm ſapiat naturam noui feudi, non erit obligatus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas, conſiderato iure reintegrationis in directum dominum.*

28 *Aquæ ius eſt de demanio, & alienari non poteſt, nec præſcribi, tanquam res particularis feudi.*

OPINIO DX.

1 MOLENDINVM habens in parte inferiori fluminis, vtrùm poſsit impedire volẽtem facere molẽdinũ in parte ſuperiori ipſius? tunc diſtinguendum eſt: ſecũdùm omnes Doct. communiter, & in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. & l. manifeſtè. C. de ſer. Aut flumen illud, ſuper quo molendinum eſt ædificatum priuatum eſt, aut publicum, ſi priuatum eſt vtriuſq; partis, & hoc caſu ſi vna pars vult dè nouo ſuum molendinum ædificare, vt ſibi principaliter commodum afferat, & proſit: & quippè tunc poteſt licitè ipſum facere in ſuo abſque impedimento alterius partis molendinum habentis in parte inferiori, & ſic ea inuita. Si verò vult conſtruere molendinum, vt noceat principaliter parti prędictę, quę preuenit in ędificando, & hoc caſu abſque dubio non poteſt, nec audiendus eſt. Quando verò flumen eſt publicum, eo caſu, vel dicta pars in parte inferiori molendinum habens, licitè illud ędificauit: & tunc altera pars volens conſtruere nouum molendinum audienda non eſt; imò poteſt licitè ſuum aduerſarium impedire in vſu dicti noui molendini, ne ſibi auferatur, ac diminuatur lucrum, & emolumentum ipſius aquęductus preoccupati. Aut dicta pars habens molẽdinum in parte inferiori illicitè ędificauit, & tunc non poſſet impedire alteram partem volentem nouum molendinum conſtruere in parte ſuperiori dicti fluminis: ſecundùm Dyn. Oldr. Ray. Bal. nu. 2. Iaſ. nu. 21. & Ripam num. 25. cum alijs ſeq. in l. quominus. ff. de flum. vbi explicant iſtam eſſe veram, & communem opinionem, & eandem ſequitur, & citat Papien. in ſua pract. in form libell. in actio confeſſ. nume. 2. & ſeq. fol. paruo 209. Ruinus conſil. 191. nume. 3. volum. 1. & conſil. 98. nume. 12. volum. 4. cum alijs relatis per eum, & Curt. Sen. conſ. 33. num. 2. & ſequen. & declarat, & latè interpretatur Ripa in d. l. quo minus, nu. 25. cum alijs ſequen. & Afflict. in deciſio. 388. venerabile monaſterium, vbi refert ita extitiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano. Si verò flumen eſſet proprium alicuius Domini, tũc quis in damnum, vel prçiuditium ipſius Domini, ſeu Baronis habentis molendinum in ipſo flumine, aliud molendinum conſtruere, ędificareq; non poſſet: vt doctiſsimè conſuluit Sigiſmun. Loffredus conſ. 13. per totum.

Cõis opin.

Cõis opin.

¶ Cumq; in propoſito ad fauorem Baronis viderim celebre cõſilium illuſtris Doctoris D. Ioannis Carduyni de Neapoli per D. Matthęum de Afflicto pariter illuſtrem, ac eminentem iureconſultum amborum propria manu, & ſigillo ſubſignatum, in cauſa illuſtriſsimi D. Pardi de Vrſinis tunc Baronis Vallis Sicilianę Aprutij, libuit conſilium prememoratum hic non ab re ad prędictorum corroborationem inſerere.

IN CHRISTI Nomine Amen.

FACTVM breuiter ſic ſe habet. Exiſtentibus iſtis magnatibus de domo Vrſina antecesſoribus Excellentis Domini Pardi Vrſini vtilibus dominis vallis Sicilianæ, & vltimo loco exiſtente Excellente Domino Iacobo Antonio patre ipſius Domini Pardi, fuit priuatus posſeſsione dictę vallis, & ipſa ad Regiam curiam fuit reintegrata, per quàm diuerſis annis nomine Regiæ curiæ fuit posſeſſa. Deinde conſideratis diuerſis rationibus, & cauſis præfato Excellenti Domino Pardo fuit per Regiam Maieſtatē conceſſa cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, cum aquis, aquarumq; decurſibus, mero, mixtoq; imperio, &c. Et dicta cauſa præcedente præfatus Dominus Pardus adeptus fuit posſeſsionem prędictę baronię vallis Sicilianę, & in ipſius posſeſsione tanquā vtilis dominus fuit, & eſt. Et quia inuenit nonnullos occupantes demanium dictę baronię, & feudi, videlicet flumina perennia exiſtentia in prædicta baronia, conſiderato eo, quòd proprietas ad ipſum Dominū Pardum, tanquam vtilem dominum totius baroniæ, in eius flumine certas bactinderias conſtruxit, & ædificare fecit, prohibendo prædictos occupatores, vt curſum aquæ ipſius fluminis non impedirent. Pręfati quærimoniam propoſuerunt coram ſuperiori aſſerendo ipſos fuiſſe priuatos prędictis bactinderijs, & proprijs bonis, ſic denegando flumen eſſe feudale ſpectare, & pertinere ad ipſum Dominum Pardum, tanquàm vtilem dominum dictę baroniæ: & ſuper prędictis fabricatus eſt proceſſus. Contingit dubitari primò cuius ſint flumina in baronia exiſtentia. Secundò an permiſſum ſit prædicto Domino Pardo, tanquàm vtili domino baroniæ in flumine prædicto ędificare, & prohibere bactinderias retinentes, ꝙ aquam ex flumine non ſumant.

2 Quò ad primum breuiter reſpondetur. Primò pręſupponendo, quòd flumina iſta exiſtentia in prædicta baronia, de quibus in præſentiarùm contenditur, continuò defluunt, & per conſequēs perennia ſunt. l. nemo. §. fin. ff. de rer. diuiſ. l. 1. §. item fluminum ff. ne quid in loc. pub. & in l. 1. §. duo ſunt genera. ff. de aqua quot. & æſt. Et conſiderata prædicta eorum conditione, & natura, publica dicuntur. l. 1. §. fluminum. ff. de flumin.

3 Tum ſic, iſtorum fluminum publicorum proprietas, & vſusfructus ad Cæſarem pertinet, vt in cap. 1. quæ ſint reg. & in l. fluminum, in princ. ff. de damn. infect. l. quò minus, vbi Bar. ff. de flumin. & voluit Bald. in d. c. 1. & in l. penult. C. de cond. inſert.

4 Ideoq; hodie cùm nōnullę ciuitates Italiæ ſibi vſurpauerint regalia, vt voluit Glo. in authen. de defenſ. ciuit. §. iuſiurandum, & Bal. in c. 1. in prin. de pace tenen.

5 Illę vſurparunt etiam ſibi flumina in eorū territorijs exiſtentia: ita voluit Bart. in l. quominus 2. col. ff. de flumin. & Aug. in d. §. fluminum.

6 Et voluit Bal. in l. pen. C. de cond. inſert. ꝙ flumina ſunt illarum ciuitatum, per quarum territoria currunt, & ab illarum populo per ædificantes in illis eſt obtinenda licentia: ſecundùm Iacob. de Arena in l. littora. ff. ne quid in loco pub.

7 Ex conceſsione autem Cęſaris, cùm ipſa publica concedere permittatur, flumina alteri concedi permittitur: vt l. ſacra. §. ſciendum. ff. de rer. diuiſ. per quam ita voluit Bal. in rub. eod. tit. col. 4. nu. 11. verſ. ſed hic quęritur.

8 Et propterea dixit Bal. in tit. hic incipiunt conſuetudines. §. ſi vaſallus, quòd in conceſsione feudi facta ab Imperatore veniāt flumina intra fines feudi exiſtentia. Idem ſentit in cap. 1. §. ſi quis de manſo. de controuerſ. inueſt.

9 Et quia apparet ex tenore priuilegiorum ipſius Domini Pardi, baroniam eidem conceſſam eſſe cum aquis, aquarumq; decurſibus, dubitandū non uidetur ipſa flumina fuiſſe eidē cōceſſa, & ad eum ſpectare, & hoc per partem ex aduerſo principalem non inficiatur: cum appareat probatum ex depoſitione teſtium per ipſam productorum, quòd prætendentes facere balcherias in flumine obtinebant licentiam ab vtilibus dominis exiſtentibus, & ſoluebant certum annuum redditum in recognitionem: vt deponit nonus teſtis ſuper 3. arti. vndecimus teſtis. 13. teſtis 14. teſtis ex qua ſolutione ſatis arguitur ius ſuperioritatis, & dominii ipſorū vtiliū dominorum per tempora exiſtentiū: iuſta not. per Bar. & Doct. in l. cū de in rē verſo. ff. de vſuris, & l. ſi certis annis. C. de pact. in l. litibus, de agric. & cenſ. lib. 11. per Canoniſt. in c. peruenit, de cenſib. in c. auditis, de pręſcript. & per Bal. in c. 1. §. ſi uero vaſallus, tit. quid ſit inueſtitura.

10 Vnde dubitandum non videtur prędicta flumina ad ipſum Dominū Pardū, tanquam vniuerſalē vtilē dominū dictę baronię ſpectare, & pertinere; & maximè quia apparet probatū ex diuerſis teſtibus ꝓductis pro parte ipſius Domini Pardi, alios barones in prouincia Aprutina exiſtentes vigore ipſorū priuilegiorum retinere flumina, ipſisq; dominari, tanquā ad eos ſpectātibus in ipſorū baronijs exiſtentibus: ex quo ſatis arguitur idē ſtatuēdu fore in ipſo Dn̄o Pardo, & eius baronia: arg. l. 4. C. de teſta. l. ſi in totū eod. tit. in l. omnes. C. de iuſt. & iure. l. ſi quis filio exhęredato. §. ergo, & l. ſi quis. ff. de iniuſt. rup. teſt. Quoniā ſatis eſt ita cōmuniter contingere: vt not. l. 1. C. de arbitr. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur, in l. certe. §. quęſitum. ff. de precar. Gloſſ. in l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de leg. 3. Et pro hoc ſatis ad propoſitum facit textus in c. ſuper eo, & in cap. ex parte, de cenſibus quæ ad hoc propoſitum allegat Andreas in l. imperialem.

lem. §. præterea ducatus, de prohibita. feud. alienatione. per Federic.& hoc quò ad primum dubium.

11 Quò ad ſecundum etiam breuiter reſpondetur prædicto Domino Pardo permiſſum fore bactinderias conſtruere: quoniam cùm ipſe ſit dominus, vt ſupra dictum eſt, rei ſuæ diſpoſitio ad eum pertinet. l. in re mandata, cum vulga. C. mandati.

12 Verùm quia in hoc poſſet dubitari propter ius quæſitum alijs bactinderijs aliorum. Et in hoc breuiter reſpondetur, quòd aut præſupponimus illos detinuiſſe illas ex conceſsione eiſdẽ facta ab ipſo Domino Pardo, ſeu eius anteceſſoribus, quos ipſe repræſentat. Et tunc, ſi ipſe in prædicto flumine proprio, in quo conſtituit prędictam ſeruitutem alteri, vult bactinderias facere, licèt impedientes bactinderias aliorum, pro quibus ſeruitutem conſtituit: & hoc negari non poteſt, cùm faciat iure dominij, quo caſu per ſeruitutem pro altero per ipſum conſtitutam impediri non poteſt: ita probat verborum contextus in ſimili in l. 1. §. fina. & in l. qui viam. ff. de nou. oper. nuncia. vbi eſt bonus tex. ſatis ad propoſitum.

13 Sentit Bald. in dicto §. ſi quis de manſo, dicens, quòd ſi dominus in principio ſui territorij retinet molendinum, quod alicui donat, deinde ipſe in inferiori parte vult aliud conſtruere, quòd permittitur etiam inuito eo, cui primò donauerat, & ſic præſupponit propria authoritate ipſi domino licere nouum conſtruere; & intellige quòd domino permittitur totam aquam ex flumine capere, quando aliter ſuæ bactinderiæ bactindiare non poſſent, licèt illis vaſallum, cui primo conceſſerat, priuet.

14 Vt ſentit in ſimili Bald. in dicto §. ſi quis de manſo, loquendo de puteo exiſtenti intra domum feudatariam, & domum ipſius domini, quòd ſi aqua non ſufficeret vtrique, quòd illa cõcedenda eſt habenti plenius ius: arg. l. ſancimus, in princ. C. de donat.

15 Pro hoc facit, quod in ſimili dicitur, quòd quando concurrunt vſufructuarius, & dominus, quòd ſemper pręfertur dominus tanquam plenius ius habens. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. & not. in dicta l. 1. §. fina. ff. de operis noui nuncia. Vnde cùm ipſe Dominus Pardus ſit dominus totius, & dicatur in aqua ipſa plenum ius habere, videtur ipſi permiſſum, tanquam plenius ius habenti ad ſe illam trahere, & alterum non habentem ita plenum ius priuare.

16 Et pro hoc facit, vt ibidem voluit idem Bald. quòd non eſt veriſimile dominum conceſsiſſe eo modo, quòd commoditas, & vſus ipſius domini impediatur: vt in ſimili probatur, in l. qui binas ædes. ff. de ſeruit. vrb. præd.

17 Aut præſupponimus illas bactinderias conſtructas fuiſſe, conceſsione aliqua non præcedente: & tunc cùm notoriè conſtet ex inſpectione ipſorum priuilegiorum ipſius Domini Pardi prædicta flumina eſſe ipſius, & per conſequens aliquo iure non competere prædictis poſſeſſoribus dictarum bactinderiarum, ſi per ipſum Dominum Pardum fuerunt priuati poſſeſsione dicti vſus aquæ: cùm contra ipſos agentes poſſeſſorio, etiam recuperandæ obſtet exceptio notoriæ proprietatis ipſius Domini Pardi, & iniuſtè ipſorum occupantium dictum vſum aquæ, ipſi debent repelli ab huiuſmodi petitione reſtitutionis poſſeſsionis dicti vſus aquæ. c. decimas, de reſtit. ſpol. in 6. voluit Gloſſ. in c. ſignificaſti, de diuort. Hoſtienſ. & Anton. in cap. 2. de cauſ. poſſ. & propriet. & Anton. de Butr. in cap. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat. Bald. & Angel. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. poſſeſſ.

18 Et pro hoc facit, quod in ſimili voluit Oldr. in conſil. ſuo 30. incipiente iſtæ ſunt allegationes: vbi allegat Innocen. in cap. veniens, de filijs presbyt. quòd ſi exceptio, quę opponitur contra ſpoliatum non requirit probationem, vt eſt in caſu noſtro, cùm conſtet per inſpectionem ipſius priuilegij, admittitur ad excludendum petẽtem reſtitutionem poſſeſsionis: quod dictum magnifacit Bal. in l. pen. in fine. C. ſi à non compet. iud. & maximè cùm appareat, poſſeſsionem, quã prętendere poteſt pars aduerſa habere prẽſumptionem, de iure tamen huius Regni fuiſſe iniuſtam: vt eſt text. not. in c. literas, de reſtitu. ſpol. & ita in proprijs terminis voluit And. de Iſer. in conſtitu. Regni, violentias, in princ. 3 col. verſ.

19 Item quando eſſet notorium facti ſpoliatum non habere ius. Particularia autẽ feudi, non pręcedente priuilegio ſuperioris, alteri acquiri non poſſunt, vt probat tex. in conſtit. Regni, incip. Cõſtitutione diuę memorię: ergò cùm non appareat ipſos poſſeſſores oſtendiſſe priuilegium aliquod ſuperioris, iure communi prędicto apparet ipſos iniuſtè poſſediſſe dictum vſum fluminis exiſtentis mẽbrum particulare demanij ipſius baronię prędicti Domini Pardi; & per conſequens Dominum Pardum tuendũ eſſe in ſua poſſeſsione: prout voluit And. in d. conſti. violentias, de priuante occupantem flumina, quę ſunt publica, quòd contra ipſum non competit interdictum.

20 Ex eo quia occupans non erat capax poſſeſsionis, & pro hoc facit quod not. in c. cauſam, de pręſcript. & in c. ex parte, de reſtitu. ſpol. quod voluit Imo. in c. conſtituti, de fil. presbyt. Bal. in l. pen. C. ſi à non compet. iud. & in l. 1. C. ſi de moment. poſſ. & in titu. de pace conſtantię, in verbo reſtituatur, quòd ſi apparet aſſerentem ſe ſpoliatum eſſe incapacem, quòd eo caſu non eſt reſtituendus. In caſu noſtro pars aduerſa apparet incapax poſſeſſionis dictę rei feudalis: cùm ipſa ſine titulo retineri nõ poſsit: ergo ſequitur concludendũ prędictũ Dominum Pardum omni iure tuendũ eſſe in poſſeſsione captionis, & vſus dictę aquę & fluuij, tanquam proprij, & ad eũ ſpectantis, & pertinentis potiſ-

potiſsimè: cùm nulla longa poſſeſsione poſsit pars aduerſa ſe tueri: vt l. ſi quis. l. vſum, & l. diligenter. C. de aquęductu, lib. 11.

21 Et ad prædicta facit text. not. in l. ſi ſeruus. C. quod cum eo, quòd quando dominus priuat aliquem poſſeſsione p eũ decepta cuius ciuilis erat apud eum, dicitur potius ſuam poſſeſsionem defendere, quàm alium priuare, iuſta not. per Bald. in l. imperialem. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Feder.

22 Facit etiam ad propoſitum Glo. ſing. in auth. vt de cætero non fiant commutationes, poſt principium: quam pro ſingulari allegat Bald. in cap. cæterùm de iud. quòd ſi vaſallus alienat rem aliquam feudi illicitè, dominus poteſt propria authoritate ad ſe auocare, & poſſeſſorem priuare. Quòd autem prædicti retinentes dictas bactinderias ſint incapaces retentionis ipſarum, apparet, quoniam negari non poteſt ipſum flumen eſſe membrum demaniale dictæ baronię, comprehenſum ſub tenore priuilegij conceſsionis factę Domino Pardo.

23 Ex quo ſequitur, quòd ſi reperitur illi ſeruitus impoſita, ſeu pars eius alienata ſine priuilegio ſuperioris, quòd illa non tenet: & domino feudi reuocatio permittitur: vt in dicta conſtitutione Regni. Conſtitutione diuæ memorię, & à poſsidente tanquam incapace auocatur: vt in cap. 1. in fine, quę fuit prima cauſ. benef. amittendi.

24 Item apparet prędictã partem aduerſam aſſeruiſſe aquam fluminis eſſe propriam; & ea propter expoſuerunt Dominũ Pardum proprijs bonis eos priuaſſe, & ſic videtur denegare eſſe feudum, & à domino feudi retinere: ex qua denegatione domino feudi, & proprietario permittitur ipſum poſſeſſorem iure aliàs ſibi competente priuare. cap. 1. §. ſi vaſalli, ſi de feudo fuerit controuerſia, & in cap. 1. in princ. de controuerſia inter dominum, & emptorem. Et ſic ſequitur concludendum conſideratis prędictis, quòd cùm appareat partem aduerſam diuerſis rationibus conſideratis priuatam eſſe omni iure ei competente ſuper prædictis fluminibus, illaque ad ipſum Dominum Pardum competere, quòd li;uit prædicto Domino Pardo prædictas bactinderias per eum conſtructas, conſtruere. Et cum appareat de ſuo iure notoriè, & etiam de iniuſta poſſeſsione partis aduerſæ, quòd ipſa fuit, & eſt repellenda, & ſententiandum, & ita prædicta licuiſſe Domino Pardo, & partem aduerſam, tanquam temerè litigantem fuiſſe condemnandam.

Ita, prout ſupra concluſum eſt, videtur mihi Ioanni Carduyno de Neapoli V. I. Doctori breuiter de iure concludendum, ſalua deliberatione rectè iudicantis: & ideò in propriam fidem, propria manu ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui.

25 AD prædicta accedat inconuincibile motiuum: quia iſta baronia fuit anteceſſorum ipſius Domini Pardi, vt clarè eſt probatum. Et etiam probatum eſt, quòd dicta baronia poſtmodum deuenit ad Regem ex certis cauſis, & poſtea Regia Maieſtas de nouo conceſsit eidem Domino Pardo, vt conſtat per inueſtituram productam, & clarè conſtat ex proceſſu, quòd prædeceſſores ipſius Domini Pardi alienauerunt de facto aquam prædictam diuerſis hominibus, & perſonis, maximè prout ex aduerſo prætenditur, ſine aliquo Regio aſſenſu: eſto quòd longiſsimo tempore tenuiſſent curſum aquarum. Si poſtmodum baronia ipſa deuenit ad Regem directum dominum, prout fuit in caſu noſtro, omnes illæ alienationes, & conceſsiones inde factæ per ipſos vti'es dominos antea exiſtentes, ipſo iure extinguuntur: vt eſt textus ſingularis proprie in materia feudali, & ibi Andreas de Iſernia in cap. 1. §. quid ergò, de inueſtitura de re aliena facta. Hoc etiam voluit expreſsè Bald. in l. & in prouinciali. C. de ſeruitutibus, & aqua, vbi idem voluit Paul. de Caſt. Et pro hoc facit textus, quem ad hoc ponderat Baldus vbi ſupra in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & l. Statius Florus. §. Cornelio Fœlici. ff. de iure fiſci.

26 Facit regula, quòd reſoluto iure concedentis reſoluitur ipſius conceſsoris: vt in l. lex vectigalis. ff. de pignoribus, & in c. 1. §. præterea. §. rurſus, quibus mod. feud. amitt. & in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant.

27 In tantùm quòd poſtquam peruenit feudum ad directum dominum, & iura ſunt eidem reintegrata, vt ſupra, licèt feudum ex noua conceſſione reuertatur ad deſcendentes illorum, quibus primò fuerat conceſſum: cùm ſapiat naturam noui feudi, non erit obligatus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas conſiderato prædicto iure reintegrationis in directum dominum. vt eſt tex. in c. 1. de vaſallo decrepit. ętat.

28 Vnde concludendum eſt de neceſsitate, tum quia ius aquæ eſt de demanio, quæ non poteſt alienari, nec præſcribi, tanquam res particularis feudi per conſtitutionem, Conſuetudinem. Tum quia poſtquam feudum de nouo obuenit Domino Pardo ex conceſsione Regiæ Maieſtatis, & facta eſt reſolutio iurium ipſorum particularium hominum. Et quia eis non poteſt competere aliquod interdictum, vt ſupra oſtenſum eſt, clarè ſequitur, quòd dictus Dominus Pardus debeat abſolui ab impetitis, prout ſupra concluſum eſt.

Et ſic ego Matthęus de Afflicto V. I. Doct. de Neapoli, prout ſupra allegatum extitit, dico iuris eſſe, & eiuſdem ſententiæ, & opinionis ſum, & & ita iudicari debet, ſi iuſtitia fieri debet, & in fidem me manu propria ſubſcripſi, & ſigillaui meo ſolitp ſigillo, quo vtor in ſimilibus allegationibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MOLENDINVM, ſeu aquæductum incipiens ædificare, ac præoccupare, licèt illud non perfecerit, ac compleuerit, cenſetur ius ſibi acquiſiuiſſe, ut poßit prohibere alium conſtruere uolentem aliud molendinum, ſeu opus.*

OPINIO DXI.

1 MOLENDINI opus, ſeu aquæductus incipiens ædificare, ac præoccupare, licèt illud non perfecerit, ac compleuerit, cēſetur ius ſibi acquiſiuiſſe, ut poſsit prohibere alium conſtruere uolentem aliud molēdinum, ſeu opus: & ſic iſto caſu potior uidetur cauſa, & conditio præoccupantis, & ſola operis inchoatione acquiritur ei ius, ob quod aliis præferatur: ſecundum Barto. in l. quominus, nume. 10. cum duobus ſeq. ff. de flumi. Bald. in l. item lapilli, in 4. quæſt. ff. de rerum diui. Cæpol. in tractа. ſerui. ruſti. præd. in tit. de ſerui. aquæductus, c. 4. nume. 44. & ſeq. fol. par. 298. Iaſ. nume. 54. & Ripam nume. 47. cum aliis ſeq. vbi aiunt iſtā opinionem eſſe communem, & eam latè declarant, & in aliquibus caſibus limitant. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MONETA promiſſa, ſi in totum, ſimul ac in perpetuum reprobaretur, eius æſtimatio ſoluenda foret in noua pecunia, conſiderata æſtimatione monetæ, quæ erat tempore contractus.*

OPINIO DXII.

1 MONETA, ſeu pecunia promiſſa ſi in totum, ſimul ac in perpetuū reprobaretur, vtique extimatio eius ſoluenda foret in noua pecunia: Et ſic mutata pecunia ipſa conſideraretur bonitas, quæ erat tempore contractus, atque ſolueretur extimatio monetæ antiquę: ſecundum Barto. in l. Paulus, la 1. ſub nume. 6. ff. de ſolut. Petr. Cyn. in l. in minorem. C. in quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſſ. Io. An. Abb. Ant. Imol. in capitu. quanto, de iureiuran. Curt. in l. quod te. ff. ſi certum peta. Roma. & Soci. in l. cùm quid, eod. titu. ubi recentiores, pręſertimque Bolognettus, numero. 69. & ſequen. exiſtimant iſtam eſſe communem opinionem, Boeri. deciſio. 327. nu. 12. & Natta conſil. 454. ſuper contingenti controuerſia. nume. 4. uol. 2. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MONETA non diminuta, aut mutata in totum, ſed diminuta ob diminutionem ligæ, uel ponderis pertinet ad debitorem, qui ualorem prioris monetæ ſoluere tenetur. Nā creditoris cōditio non eſt facienda deterior.*

OPINIO DXIII.

1 MONETA non diminuta, aut mutata in totum, ſed diminuta ob diminutionem ligæ, uel ponderis: tunc periculum ſpectat, ac pertinet ad debitorem, qui ualorem prioris monetæ ſoluere tenetur: ſecundum Barto. in l. Paulus, ſub nume. 6. ff. de ſolutio. Oldra. conſil. 250. Abb. Sicul. alioſq; Canoniſtas communiter in cap. quanto de iureiuran. Soci. Purpura. & cæteros in l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. & Boer. deciſ. 327. nume. 13. vbi oſtēdit iſtam opinionem communem eſſe vtriuſque aulæ, & ſequitur Oldra. conſil. 31. & 250. Specu. in tit. de oblig. & ſolut. §. nunc aliqua in fi. & ibi, Ioan. And. & Bald. in addi. Aret. conſ. 11. Afflict. deciſ. 90. ſub num. 1. & ſeq. & deciſ. 194. num. 1. & ſeq. Abb. conſ. 56. colum. 2. uol. 2. Imol. in Clemen. fi. de decim. Corne. conſ. 287. nume. 4. uolu. 1. conſ. 181. nume. 71. volu. 2. & conſ. 321. nume. 12. uol. 3. Soci. conſ. 298. uol. 2. And. de Iſer. colum. 3. & Afflict. nu. 15. & 20. in titu. quæ ſint rega. verſ. Monetæ in vſib. feud. Guid. Papæ deciſ. 193. nu. 1. Bal. in l. 3. nu. 4. C. commu. de leg. & in l. illud. C. de ſacroſan. eccle. q. fin. Bertrā. cōſil. 168. 261. & 312. vol. 1. Natta conſ. 454. ſuper contingenti controuerſia, nu. 5. uol. 2. & Graue. conſ. 47. nu. 6. cum aliis ſeq. ſignatis per eū, vbi atteſtatur de communi, & Bertrā. etiam conſulendo conſ. 177. uiſo inſtrumento uolu. 6. & Prudentiſsimus D. Horat. Mandoſi. in addi. Roma. in conſil. 123. in litera A. & ita debet intelligi deciſio Neapolitana prędicta 194. teſte Petro de Benintendis deciſ. 49. ſub nu. 2. & Vrſillo. in addi. Afflicti in d. deciſio. 90. nu. 1. & in d. deciſio. 194. num. 1. & ſeq. ubi hoc latè diſcurrit. Quoniam ex tali ſolutione non eſt facienda deterior conditio creditoris: ſecundum Ferrarien. in in practi. Papien. in for. libelli, in actio. hypothecaria. §. relaxandum, ſub num. 2. Nec diſtinguitur in hoc caſu per mentionatos Docto. an talis monetę mutatio facta fuerit poſt, uel ante moram debitoris, vt expreſsè not. Bar. in d. l. Paulus uerſic. Quaro quid ſi moneta, & Abb. in d. c. quanto. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MONETA non diminuta, uel mutata in pondere, aut liga, ſed in valore ex conſtitutione principis, eius periculum, ac incom-*

incommodum, commodumuè: tunc pertinet ad creditorem: Et conſequenter uolens ſoluere ſcuta in auro ſecundum formam obligationis, nulla habetur conſideratio ualoris augmenti, aut detrimenti, ſed numeri tantùm.

2 *Dotis deterioratio contingens ob variationem in bonitate extrinſeca; vt quia ualor alteratus ſit remanente eadem argenti bonitate, tunc attendi debet tempus ſolutionis, non autem contractus.*

OPINIO DXIV.

1 MONETA pecuniaue non diminuta, uel mutata, ſiue aucta in pondere, avt liga, ſed in ualore, extimationeque ex conſtitutione Principis: tunc illius pecuniæ periculũ, ac incõmodũ, cõmodũvè pertinet ad creditorẽ; & ſic uolens ſoluere ſcuta in auro, ſecundum formam obligationis; nulla habetur conſideratio ualoris augmenti, aut detrimenti, ſed numeri tantùm: ſecundum Zaba. Anchara. & Imol. in Clemen. 2. de decim. Soci. Alciat. circa fin. alioſque in l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. & Boer. deciſio. 327. ſub nume. 13. ubi prorumpit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis deciſio. 39. ſub nume. 1. & Bolognettus, in d. l. cùm quid, ſub nume. 74. faciendo etiam mentionem de communi præmiſſa. *Cõis opin.*

2 Et hoc idem concludendum eſt in dote. Nã deterioratio dotis contingens ob uariationem in bonitate extrinſeca, vt quia ualor dumtaxat ſit alteratus remanente eadem argenti bonitate: tunc tempus ſolutionis, non autem contractus attendi debet: ſecundum Bart. in l. Paulus, in fin. ff. de ſolut. Bald. conſil. 137. & 424. uol. 2. & in l. cùm quid. ff. ſi cert. peta. & Aret. conſ. 11. ubi meminit iſtam eſſe communem opinionẽ, & Boeri. deciſ. 327. ſub nume. 4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MONETA ſi fuerit mutata, uariataque poſt moram debitoris, ipſe debitor quantitatis moroſus tenetur ſoluere æſtimationem quanti plurimi à tempore moræ.*

2 *Monetæ mutationem ſciens debitor infra breue temporis curriculum, & uolens ſoluere in fraudem mutationis creditori ad recipiendum monetam ei oblatam: creditor ipſe eam recipere non tenetur ante tempus ſolutionis faciendæ.*

OPINIO DXV.

1 MONETA mutata, uariataque poſt moram debitoris, tunc ipſe debitor quantitatis moroſus ſoluere teneretur extimationẽ quanti plurimi à tempore moræ prædictæ, ſecundum Gloſ. Barto. ſub nume. 6. & ſequen. alioſque omnes in l. cùm quid. ff. ſi cert. peta. & in l. quod te eod. titu. præſertimque ibi Cagnolus cum cæteris ſignatis per eum, ſub nume. 63. Curti. in tract. monetæ. colum. 3. Laud. in tract. de moneta. col. 6. & Boeri. deciſio. 327. ſub nume. 4. & 13. vbi iſtam opinionem limitat, & communem eſſe clamat, & ita determinauit Rota Bononienſis in facti contingentia, teſte Petro de Benintendis, deciſ. 39. *Cõis opin.*

2 Sed econuerſo vbicunq; ipſe debitor ſciens monetæ mutationem in breui temporis curriculo; & uellet in fraudem mutationis ſoluere creditori ſuo debitum ante ſolutionis faciendæ tempus: tunc vtique non teneretur creditor ad recipiendum pecuniam, ſeu monetam ei oblatam: ſecundum determinationem, & deciſionem Rotæ Neapolitanæ recitatam per Vrſilum in addit. Afflict. in deciſ. 90. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *MONETA variata, ſeu mutata tempus ſolutionis attendi debet, non contractus, ſecundum communem opinionem.*

2 *Moneta quando ex ultima voluntate debetur, fieri debet ſolutio iuxta ualorem pecuniæ currentis tempore ſolutionis.*

3 *Decima ſolui debet conſiderato valore monetæ tempore ſolutionis. & hoc idem dicendum eſt in ſtatuto, & præcepto, & reſcripto ſuperioris, vt ſolutio, quę fieri debet ex ſtatuto ipſo, præcepto, vel reſcripto, debeat fieri ex moneta, & valore tempore ſolutionis.*

4 *Monetæ currentis tempore ſolutionis inſpicitur valor, ſi non conſtat de valore antiquę currentis tempore contractus.*

5 *Moneta debetur ſecundum æſtimationem, quæ erat tempore contractus, quaſi tunc pręſtatio formam accipiat.*

6 *Tempus diſpoſitionis in ultimis uoluntatibus attenditur, non autem ſolutionis, vt ſciatur quid, quale, & quantum creuerit, ſiue decreuerit.*

7 *Monetæ in diſpoſitione facta ad uerbum, conſideratur valor currens tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti, vel diminutionis inde ſequuta.*

8 *Solutio fieri debet habito reſpectu ad conſuetudinem, quæ erat tempore lati arbitrii.*

9 *Moneta non promiſſa, vt maſſa, aut ſpecies certa, ſed tanquam moneta, & quantitas, videtur promiſſa vti appretiatum pretium, & certa ſumma.*

10 *Con-*

20 *Contractus celebratus ſub appellatione ſcutorum intelligi debet illa appellatio ad rationem ualoris, qui erat tempore ipſius contractus, non conſiderata diminutione, vel augmento temporis ſequentis.*

21 *Monetæ curſus mutatio non imputatur, niſi poſt moram, ſiue agatur de obligatione ſimplici, et pecunia ſe mel ſoluenda, ſiue de obligatione ſucceſſiua, ex qua annua pecunia præſtatur.*

22 *Solutionem propriam licèt habeant ſinguli anni: tamen quoad obligationem in genere inſpicitur primum principium: quia una obligatio eſt pro omni tempore.*

23 *Valor temporis à principio contractæ obligationis attenditur.*

24 *Conſuetudo, & communis obſeruantia rebus attribuit certam interpretationem, & intellectum.*

25 *Conſuetudini loci, eiuſque obſeruantiæ ſtatur, quoties lex qualitatem cautionis, aut feriarum tempus non declarat.*

26 *Conſuetudo exercet potentiam ſuam in conſtituendo ualore pecuniarum.*

27 *Conſuetudo poteſt inducere, ut quamuis obligatio ſit contracta per uerbum auri, intelligatur tamen de moneta argentea, quæ aſcendit ad valorem pronunciati auri, inſpecto ualore qui erat tempore contractus.*

28 *Voluntas, & intentio declaratur facto.*

29 *Iteratio, & multiplicatio receptionis pecuniæ oſtendit enixam intentionis uoluntatem, debitæque quantitatis determinationem, & certitudinem.*

20 *Dubitatio de qualitate, ſeu quantitate ſoluendæ pecuniæ declaratur per ſubſequentes ſolutiones.*

21 *Obligatio talis præſumitur fuiſſe, qualis fuit ſubſecuta ſolutio.*

22 *Quietatio, ſeu liberatio generalis omnem præcedentem obligationem diſſolutam oſtendit.*

23 *Quietatio ex propria ui, & natura ſua tollit obligationem.*

24 *Quietatio generalis tollit omnem obligationem: cùm in genere quis liberando uideatur de omnibus obligationibus cogitaſſe.*

25 *In ambiguis, de minimis intelligimus.*

26 *Lex poſtquàm publicata eſt præſumitur in utilitatem Reipublicæ ceſſiſſe, & moribus vtentium recepta, & approbata eſſe.*

27 *Lex ligat in uniuerſum omnes, ita vt iudici liceat punire contrauenientes ſtatim à publicatione: Imò etiã poſt editionem, & poſtquàm peruenit ad notitiam ſubditorum, etiam prius quàm ſolenniter ſit publicata.*

28 *Lex præſumitur ſemper uigere, & robur habere: niſi per deſuetudinem, & contrario vſu abrogata probetur ab eo, qui conſtitutionem prætendit moribus populi non fuiſſe obſeruatam.*

29 *Lex ita habet præſumptionem pro ſe, ut fundans ſe in ea uidetur habere intentionem fundatam, quamuis aduerſarius proponat negatiuam.*

30 *Præcedentia influunt in ſequentia, & econtra.*

31 *Media ſapiunt naturam extremorum.*

32 *Extremis probatis, uidetur probatum medium.*

33 *Medium præſumitur in poſſeſſione, & præſcriptione odioſa.*

34 *Lex olim lata, & publicata, quæ hodie obſeruatur, quòd medio tempore fuerit interrupta, aut ceſſauerit, non eſt ueriſimile.*

35 *Pecuniæ, ſeu monetæ valor præſumitur talis fuiſſe medio tempore, qualis antea, uel poſtea fuiſſe inuenitur.*

36 *Legi publicatæ non derogat particularis receptio pecuniæ pro tanto pretio, nec alterat publicam, & communem aurei æſtimationem.*

37 *Obligatio pretij reſtricta, & determinata ad certam ſpeciem, & numerum aſtringit debitorem ad determinatam ſpeciem, & numerum, qui eſt in obligatione, & ſolutione.*

38 *Moneta certæ qualitatis, formæ, aut ſpeciei, non deducitur in diſpoſitionem ſubtractione ſimplicis ualoris extrinſeci, & caſualis tantùm, nec tanquàm ſimplex quantitas generica, quæ in ſola denominatione conſiſtit ſine applicatione ad certum corpus, & conſiderata qualitate monetę conuentæ florenorum, ducatorum, aut ſcutorum auri, quæ obligationẽ qualificat, & certum monetæ corpus reſpicit, & ad illud tanquàm determinatum continens diſpoſitionem reſtringit.*

39 *Verba determinantia certam rem, extendi an poſſint ad aliam quantumuis ſimilem, remiſſiuè.*

40 *Moneta certa promiſſa, ſeu ſpecie monetæ non tenetur creditor recipere in alia moneta, vel forma, niſi conſtet, quòd ſua non interſit.*

41 *Creditori inuito aliud pro alio non ſoluitur.*

42 *Debitor ſoluens unam monetam pro alia, creditore nõ conſentiente non conſequitur liberationem, niſi ex conſuetudine.*

43 *Moneta, ſeu eius ualor, licèt non habeatur in obligatione generica quantitatis in uoce tantùm conſiſtentis: tamen quoties ſuper certa monetæ ſpecie fundata eſt contrahentium conuentio, eadem ſpecies, & idem numerus dari debet, uel aliter creditoris indemnitati conſulendum eſt.*

44 *Debitor liberatur ſoluendo ſpeciem, & numerum conuentum, non attenta uariatione ualoris extrinſeci: ſiue illa uarietas tendat ad commodum debitoris, ſiue creditoris.*

45 *Monetarum curſus debitori non imputatur, niſi poſt moram.*

46 *Debitor obligatus ad ducatos in certo numero, ſi æſtimationem ducatorum offerat ſine augmento, non intelligitur integrum debitum ſoluere.*

47 *Debitor determinans ſoluere monetam argẽteam pro ducato in diſpoſitionem deducto, tenetur ad prꝫſtationem tot ſolidorum pro quolibet ducato, quot ei tempore ſolutionis ęquiualeant: ita vt ex ipſis ſolidis qui ſoluuntur creditor inuenire poſſit conuentum ducatorum numerum.*

48 *Venditio olim facta in ſcutis non impletur ſoluendo ſcuta moderna, licèt ſimilia: quia deſunt in liga: nec ſunt eiuſdem bonitatis.*

49 *Redemptio permiſſa in quantitate generica monetæ ſimilis illi, pro qua venditio facta erat, non exercetur poſtea aucto ualore.*

50 Mone-

50 *Moneta, ſeu auri promiſſi, aucta, uel diminuta æſtimatione, rerum quoque pretia proportionabiliter augentur, uel diminuuntur.*

51 *Creditor quoties eſt certa pecunia in obligatione, non tenetur aliam recipere, niſi in eadem bonitate, et æſtimatione.*

52 *Imperator in ſolidis uidetur, & princeps cognoſcitur, & indicatur.*

53 *Conſuetudo loquendi in omnibus præualet.*

54 *Debitor audiendus non eſt uolens dare ituro in aliqua regione ſcuta ſolis, uel alia ſimilia, in qua pro minori quantitate expendantur.*

55 *Locatio inter Principes legis poteſtatem habet.*

56 *Debitor ſpeciem pecuniæ promiſſam, vel eius ualorem ſecundum tempus ſolutionis præſentare cogitur.*

57 *Monetæ extrinſeca bonitas, id eſt ualor, & æſtimatio conſideratur ſecundum tempus faciendæ ſolutionis.*

58 *Tempus ſolutionis, uel conſignationis inſpicitur, quoties non ea ſpecies probatur, quæ eſt in obligatione, ſed alia, quæ æſtimat, & compenſat, & conſiſtit in ſola facultate ſoluendi.*

59 *Florentina Reſpublica opibus, potentia, & dominatu famoſiſſima ab antiquo obtinuit facultatem cudendi aureos.*

60 *Monetarum diuerſarum vſus quoties incidit, & dubitatur de qua actum ſit, ante omnia ueriſimilitudo inſpicitur, quæ ex dignitate rei colligitur.*

61 *Solutio, uel compenſatio fieri debet de antiqua pecunia æquè bona, vel de noua ad æſtimationem, & commenſurationem antiquæ.*

62 *Solutio non nocet, niſi per triginta, uel quadraginta annos continuata ſit cum bona fide.*

63 *Verborum non dubiorum declaratio, quæ ſcilicet illis non congruit, non dicitur eſſe declaratio, ſed noua, atque alia quædam diſpoſitio.*

64 *Conſuetudo ſequens, & ſolutio poſtea facta ita demum poteſt operari, ſi uerba ſtipulationis ambigua ſint.*

65 *Liberatio eſt ſtricti iuris, & in ea non ueniunt, niſi expreſſa.*

66 *Liberatio facta pro una quantitate, affictu, ſeu tempore, non extenditur ad alia.*

67 *Corruente actu principali, corruunt etiam omnia in cõſequentiam eius inſecuta.*

68 *Promittenti, uel conſentienti ſine cauſa non denegatur condictio.*

69 *Liberatio generalis continens enormem leſionem nihil nocere poteſt.*

70 *Solutio, vel liberatio continens errorem, aut enormem læſionem, non obſtante pacto de non allegando errorem, & læſionem nihil nocet.*

71 *Rationum computatio nullum affert præiudicium ueritati, etiam ſi fuerit concluſa, perfecta, & ſubſcripta, & ſepius iterata, & repetita.*

72 *Error aduerſatur ueritati, quæ quocunque modo deprę henſa, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo, ſequenda eſt, & ſemper amanda in omnibus.*

73 *Error probatus uidetur eo ipſo, quòd quis certat de damno uitando.*

OPINIO DXVI.

1 MONETA uariata, ſeu mutata, tunc tempus ſolutionis, non autem contractus attẽdi debet: & ſic ſi mutuaui, uel in dotem dedi libras centum Bononienſes, vel centum uncias Neapo. in aureis, & poſteà contingat, quòd pretium, ſeù ualor ipſorum aureorum augeatur, uel diminuatur, hoc caſu debitor teneretur ſoluere aureos in illa æſtimatione, quæ currebat tempore contractus, ac fieri poſſet ſolutio in ea, quæ tunc eſt: quoniam creditor cenſetur extimaſſe illos aureos in illa ſumma; & per conſequens omne cõmodum in ipſa pecunia ita, & taliter appretiata contingens, pertinet ad ipſum debitorem: ut uoluerunt Bar. nume. 10. Bald. Ang. Alber. Alexan. colum. pen. Paulus Caſtren. Alciat. & cęteri recentiores, in l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. vbi Bolognettus, nume. 74. atteſtatur iſtorum opinionẽ communem eſſe, & ſequitur etiam Ferrarien. in practi. Papien. in forma libelli in actio. hypothecaria. §. relaxandum. ſub num. 3. Boeri. cum aliis ſignatis per eum, deciſio. 327. num. 10. & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis. lib. 3. c. 13. nume. 5. cum aliis ſequen. vbi explanat, & ampliat nume. 9. *Cõis opin.*

2 Procedere, etiam in ſtatutis, & vltimis uolũtatibus, & Vrſillus etiam cum aliis relatis per eum in addi. Afflict. in deciſ. 90. ſub nu. 1. *Cõis opin.*

3 Et iſtam ampliationem, quòd pecunia quãdo debetur ex ultima uoluntate, fieri debeat ſolutio iuxta ualorem monetæ currentis tempore ſolutionis, amplectitur quoque Horatius Mandoſius in addi. Roma. in conſ. 123. in litera A, ubi ex congeſtis authoritatibus per eum atteſtatur æquiorem, ac crebriori calculo, ac voto Doctorum approbatam apparere, & Hieronymus Gigas quoque in tractatu de penſionibus eccleſiaſticis, quæſtione 98. per totam, ubi hoc ampliat etiam procedere in reſcripto, & mãdato ſuperioris, & in decima, & penſione, vt ea ſolui debeat conſiderato ualore monetæ tempore ſolutionis. Sed pro cõtraria parte, & malè quidem, uidelicèt, quòd ſolui debeat extimatio auri, ſecundum tempus contractus, non autem ſolutionis, uidetur conſulere Natta, conſil. 454. ſuper contingenti controuerſia uol. 2. Cæterùm quicquid Doct. iſti aſſerant, noli in actu practico recedere à prima ſententia communi, quam ſequitur, tuetur, & citat cumulatiſsimè, atque doctiſsimè conſulendo, & reſpondendo in facti contingentia Soci. Iun. conſil. 44. Illuſtriſsimè, ac Excellentiſsimè Dux, ſub nume. 5. cum aliis ſequen. vol. 4. & Couarruuias in ſua practi. in ti. tit. de numiſmate. c. 7. §. unico, cõcluſio. 8. & 10.

& ita de facto iudicauit de præſenti menſe Septembris 1573. in cauſa uertente inter magnificos Dominos Ioãnem, & Marcum Antonium de Antonellis conciues meos, D. Bartholomęus de Gorioſtriola Hyſpanus Iudex noſter, uir Excellens, memoria plenus, & facundia redimitus: & pro iſta parte communi iudicauit etiam Camera Imperialis, atteſtante Ioachimo in obſeruatione. 1. centuria. 4. & Hierony. Gabriel. conſ. 164. ciuitas, num. 1. & ſequē. vol. 1. Vbi deducit
Cōis opin. iſtam opinionem approbari ab utraque ſchola Canoniſtarum, & Legiſtarum communiter.

4 Vbi eam etiam utiliter limitat cum innumera propè cohorte Doctorum relata per eum, non procedere, quando non conſtaret de ualore antiquæ monetæ currētis tempore contractus: tunc enim inſpiceretur ualor monetæ currentis tempore ſolutionis, niſi appareret de ualore antiquæ currentis tempore contractus: & limitat etiam inibi in aliis caſibus.

¶ Et cùm præſentibus meis ſcriptis magnū nempè lumen, & robur neceſſarium præbere queat Illuſtre Collegium Louaniēſe, tanquam firmamentum, & columna ueritatis, ex fœcundo conſilio ad fauorem Sereniſsimæ D. Margaritæ de Auſtria, eius, nutu diuino, prolato: decreui non incompetenter illud hic inſerere, vt aliorum utilitati, ex doctrina ſana, ſolidaque tam præclariſsimi Collegij conſulerem.

CONFVSA, inuolutaque Doctrina Scribentium de acceptatione, æſtimatione, & variatione monetarum, ac multiplices eorum diſtinctiones, ipſaque facti contingentia variè à partibus aſſerta, præſertim circa valorem ſcuti aurei, qui fuit anno 1537. Cùm prima locatio per Illuſtriſſimam Duciſſam Parmenſem, &c. Illuſtriſſimo Duci Florentiæ fieret, magnam obſcuritatem, & difficultatem præſenti cauſæ iniiciunt; in qua diſcutienda, explicandaque, ne confuſione argumentorum vtrinque certantium, contingat, ſubterfugientem veritatem maiori caligine implicari, ſeparatione facta primò: ea quæ Illuſtriſſimi Ducis Florentini intentioni ſubſeruire videntur ſingulatim proponemus, ac deinde Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ locatricis cauſam, ſuis rationibus, quas potiores, & ſolidiores putamus, inſtruemus, planeque confirmabimus, addita argumentorum aduerſantium plena, manifeſtaque reſolutione.

5 ET primò ad intentionem Illuſtriſsimi Ducis, admodum facere uidetur lex ducalis, de anno 1531. ſcutum auri ſeptem libris æſtimans, ſecundum quam tempore primi contractus uti pro Illuſtriſſimo Duce allegatur, non recepta in vſum alia lege, de anno 1534. communi obſeruantia, & conſuetudine, promiſsioni ſcuti poterat ſatiſfieri, præſtatione ſeptem librarum: ex quarum proportione, & reciprocatione, obligatio uidetur accepiſſe ſuam certitudinem, & limitationem, quæ perpetuò eſt obſeruanda: cùm de iure in contractibus ad valorem, & æſtimationem rei, & pecuniæ, quæ erat tempore contractus reſpectus habeatur, quaſi tunc diſpoſitio, & præſtatio formam acceperat inuariabilem, inſpecto valore curren-
6 te eius temporis, quo conuentio exit in actum a*. Quod non ſolū in contractibus, ſed & in vltimis voluntatibus receptū uidetur b. Vndè eleganter ſcribit Baldus c, quòd vbicunque agitur ex diſpoſitione hominis, attenditur tempus diſpoſitionis: vt ſciatur quid, quale, & quantum debeatur, non autem tēpus ſolutionis, ſiue ualor, aut utilitas
7 rei creuerit, ſiue decreuerit*. Et hac ratione Mar. Socinus d apertè reſpondit, quòd etiã in diſpoſitione facta ad uerbum, auri conſideretur valor currens, ſeu impoſitus qui erat tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti, uel diminutionis inſequutæ, perinde ac ſi ſimpliciter ſub nomine certę quantitatis generice, puta librarum, diſpoſi-
8 tū fuiſſet*. Citatque in comfirmationem ſentētiæ ſuę Oldradū e tenētem ſolutionē fieri debere, habito reſpectu ad conſuetudinē, quæ erat tēpore lati arbitrij, de quo quæ-
9 rebatur*. Ex quibus ad propoſitum non inconuenienter dici poteſt, quòd cùm tēpore initæ locationis, ſcutus valuerit ſeptem libris, penſionem ſeptem millium, & quingentorum ſcutorum, uideri promiſſam, tanquàm appretiatum pretium, & certa æqualitas bonorum locatorum, reſpectu ualoris ſcutorum, tunc currentis, & ſummæ ſeu æſtimationis librarum ex iis tunc reſultantis, pro ut quælibet moneta non reſpectu ſui ipſius deducitur in contractum, uel quamlibet aliam diſpoſitionem, ſed ſub ratione ualoris, vel quantitatis impoſititiæ tunc currentis, ſiue diſpoſitio incipiat, conſiſtatque in nomine quantitatis, abſque determinatione, uel applicatione ad certam ſpeciem, ſiue etiam certa ſpecies monetæ exprimatur; vt ſi promictantur mille floreni, uel ſcuti aurei, quia ſcuti illi non promittunt, vt maſſa, aut ſpecies certa, ſed tanquàm moneta, & quantitas, ac conſequenter habita conſideratione ualoris, & quantitatis pro tempore curren-

a l. Rutilia Polla. de cōt. empt. l. ſi ita. & ibi Bar. de aur. et argē leg. l. 2. & l. ſi voluntate. C. de reſcin. ven.

b l. Vxorē. §. teſtamēto. l. nomen. et l. uxori. §. 1. de leg. 1. Curt. in tract. monetarum. in 4. q.

c Cōſilio penultimo. inci. coram uobis. vol. 1.

d Conſil. 6. lib. 1. nu. 12.

e Cōſil. 13. incipi. cum quæſtio eſſet.

currentis a*. Adeò quòd licèt contractus, ſeu locatio facta reperiatur ſub appellatio 10
ne ſcutorum aureorum; nihilominus tamé appellatio illa ſcutorum aureorum, exaudiri debeat ad rationem ſeptem librarum, & ualoris, ſeu indicaturæ, quæ erat tempore locationis, quam egredi non debet, non conſiderata diminutione, vel augmento temporis ſequentis b propter ſtatum, & curſum pecuniæ qui fuit tempore contractus*. Et 11
quia contrahentes non cenſentur cogitaſſe de futura æſtimatione, aut uariatione monetarum, ſed ea quæ tempore contractus frequentabatur: & mutatio curſus monetæ obligato ex contractu non imputatur, niſi poſt moram c, ſiue agatur de obligatione ſimplici, & pecunia ſemel ſoluenda, ſiue de obligatione ſucceſsiua, & ex qua annua pecunia, ſeu penſio preſtatur*. Quia licèt ſinguli anni propriam habeant ſolutionem, 12
tamen quoad obligationem in genere, inſpicitur primum principium: quia vna eſt obligatio pro omni tempore d, & ſemel cedit omnium annorum dies*. Ideoque referunt ſe retrorſum ſequentes ſolutiones, & attendimus valorem temporis à principio contractæ obligationis e. 13

Ad quorum confirmationem vltra prædicta, illud pertinet, quòd generalis conſuetudo, & obſeruantia, ſecundum quam, ut pro parte ſuæ Celſ. aſſeritur, ante & poſt dictam legem, anno 1534. vſitatum fuit Florentiæ in locationibus, & ſimilibus obligationibus annuis, ut quanuis contractus, ſeu diſpoſitiones fierent ſub appellatione ſcutorum auri, aut etiam, auri & in auro; nihilominus ſolutio fieret ad rationem librarũ ſeptem pro quolibet ſcuto, quod magnam animaduerſionem deſiderat. Nã conſuetudo, & communis obſeruantia rebus attribuit certam interpretationẽ, & intellectũ f*. 14 15
Et ita quoties lex qualitatem cautionis, aut feriarum tempus non declarat, ſtatur loci obſeruantiæ g*. Exercetque conſuetudo potentiam ſuam, potiſsimum in conſtituenda indicatura, & ualore pecuniarum h, vſque adeò, vt etiam ad infringendũ Principum edicta quantumuis minantia ſufficiat, nec ſolùm ualorem pecuniæ, uerùm etiã appellationem, & ſignificationẽ eius mutare poſsit*. Quod corroboratur ex eo, quod ſcribit Marianus Socinus i, conſuetudinem inducere, vt quamuis obligatio ſit contracta per uerbum, auri, nihilominus intelligatur de moneta argentea, quæ aſcendit ad ualorem pronunciati auri, inſpecto valore qui erat tempore contractus. 16 17

Quibus omnibus accedunt ſequentes penſitationes ſæpius iteratæ, & per longum tempus continuatæ, quæ licèt in ſcutis aureis, prout conuẽctum erat, factæ ſint: tamen integrum numerum ſcutorum non impleuerunt, ſed ſoluti ſunt ſcuti in cõuenctionem deducti, etiam ab initio, & in recenti rei geſtæ memoria, ad rationem, valorem, & quantitatem ſeptem librarum pro quolibet, diminuto ſcutorum numero pro detractione aucti ualoris, qui poſtea extrinſecus in ſcutis ſuperuenit, perinde ac ſi ad rationem ſeptem librarum pro quolibet ſcuto conueniſſet, ex quo certa regula, & interpretatio dicti contractus profluere videtur. Nam facto declaratur voluntas, & intentio k*. Et receptio ſcuti ad comparationem, & æquiualentiam ſeptem librarum computati, arguit de illa computatione, ac ualore inter contrahentes actum eſſe, maximè cùm inueniatur dictæ receptionis iteratio, & multiplicatio, quæ oſtendit enixam intentionis uoluntatem l, debitæque quantitatis determinationem, & certitudinem.* Quoniam dubitatio de qualitate, ſeu quantitate ſoluendæ pecuniæ declaratur per ſubſequens ſolutiones m*. Et talis præſumitur fuiſſe obligatio, qualis fuit ſubſequuta ſolutio n: cũ ſequentis ſolutionis ſingularis ſit uirtus declarandæ ambiguæ obligationis præcedẽtis. 18 19 20 21

Cuius declarationis magnam illuſtrationem præſtat, effuſa, & generalis liberatio, ſeu quietatio per Illuſtriſsimam Duciſſam Parmenſem emiſſa, vltima Ianuarij anno 1550. in qua ſua Celſ. uerbis admodum uniuersè conceptis, pro omni reſiduo, ſeu reſto (vt vocant) per totum Decembrem anni 1549. ibi ſatisfactũ profitetur: Inde enim qualitas obligationis declaratur, & omnis præcedens obligatio diſſoluta oſtẽditur o,* Ex propria vi, & natura quietãdi p, nec non generalitate conceptæ liberationis q*, Quæ ſaltem efficit, vt in genere quis cogitaſſe uideatur de omnibus r. 22 23 24

Et hanc generalem liberationem, ultra præcedentes ſolutiones, confirmat etiam prætenſa reſtitutio eius, quod ſupra rationem ſeptem librarum, in prima ſolutione ſecũdæ locationis Bancho de Puccinis perſolutum erat, nec non annotatio Ioannis Ortega 25

quia

a Clem. 2. de decimis. Oldr. d. cõſ. 13. et conſ. 168. ad primum. col. 2. cum alijs ſeq. citatis per Mod. in tracta. de cõtrac. uſur. q. 92. nume. 694.
b Oldra. cõſil. 13. et cõſ. 31. incip. thema. Azo. in ſuis broecardicis, Anto. de But. Imol. et Panor. in c. quanto. de iureiur. cum infinitis alijs adductis per Alb. Brunũ. in trac. de augmen. monet. in part. 1. in princ.
c Bar. Alberi. et alij. in l. cũ quid. ff. ſi cert. pet. Card. Zab. in d. Clemẽ. 2. in 14. q. Alb. Bru. in d. tract. monet. in 5. par. ſeu ampliat. nu. 2. & in 6. part. nu. 4.
d l. Stichũ. §. ſtipulatio. de uer. obli.
e Bal. in d. c. quanto. circ. fi. de iureiu.
f l. Minimè. de legib. l. fi. C. de fideiuſſ. c. cùm dilectus. de conſuetudine.
g l. Præſides. de ferijs. l. ſi finita. in prin. de dam. infect. l. ſi qs reũ. de cuſt. reo. l. Labeo. de ſup pell. leg. l. ſemper in ſtipulationibus. & ibi DD. de reg. iur.
h Latè Alb. Bru. in d. tract. de augm. mo. par. 1. n. 6. in fi.
i d. Conſ. 6. nu. 4.
k l. De quibus, de legib.
l c. Si cautio. de fid. inſtrum. Bald. conſ. 139. uol. 5.

m Mart. Lauden. quem refert & ſequitur Franc. Curt. in d. tract. monet. in ultima quæſt. *n* Bald. Ange. & alij in l. ſi certis annis. C. de pact. idem Bald. conſ. 423. incip. eſt dicendum. in fin. vol. 3 Albert. Brun. in d. tracta. de augmen. monet. parte 1. verſic. Item prædicta. *o* l. Semel. C. de apochis publicis. lib. 10. *p* l. Si quis ex pluribus. & ibi DD. de ſolut. *q* l. Pluribus. de accep. l. l. regula. §. fina. de iur. & fact. ignoran. l. Iulianus. de lega. 3. Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collationibus. *r* l. Qui iure. de milit. teſta.

quondã theſaurarij, vt dicit, Illuſtriſsimæ Duciſſę explicatè computantis recepta 7500. ex dicta locatione. ad libras ſeptem pro quolibet ſcuto: etenim cùm in pręcedentibus ſolutionibus appareat ſcutos receptos eſſe in ualore diminuto, & ſupputatione facta ad rationem ſeptem librarum, ac ſolutiones illas manu ſua, & liberatione Illuſtriſsima Ducisſa admiſerit, & theſaurarius ſua annotatione comprobauerit, ſatis manifeſta uidetur & certa, ſcutorum de quibus agitur, ad ſeptem libras reductio, quę procliuius eſt admittenda, ſequenda, & obſeruanda, maximè propter generalem iuris regulam, diſponentẽ in dubiis obligationibus ad liberationem, diminutionẽ, & id quod minus eſt, inclinãdum eſſe [a]. Et propterea, quia Illuſtriſsimus Dux Florentinus nullã meliorationum, quas fecit, deductionem fecit, nec aliquam compẽſationem habuit fructuum prouenientium ex territorio de Bondelmontis, in ipſa quidem locatione ab initio comprehenſo, ſed poſteà reſtituto ipſis de Bondelmontibus, quibus per confiſcationem fuerat oblatum, quę res magnam ęquitatem continere, & coniuncta cum fœdere præcedentium rationum, intentionẽ Illuſtriſsimi Ducis Florentini adeò plauſibilem, ac probabilem conſtituit, ut eminus inſpicienti, reluctandi, diſſentiendiq́; occaſionem, adimere videatur. Cæterùm preſsius, exactiusq́ue conſiderando, ſingula diuerſę ſententiæ quæ Illuſtriſsimã Dominam locatricem reſpicit, plura, eaque efficaciora patrocinantur, & quę pro parte Illuſtriſsimi Ducis Florentiæ adducta ſunt, ad veri rationem propius expenſa, deprehenduntur partim à terminis pręſentis negocij aliena, & euagantia, partim nõ ſubſiſtentia, & imagine potius quã ueritate iuris, ſeu ſoliditate probationis ſubnixa eſſe.

26 In quo demonſtrando, in primis conſiderandum eſt, non admitti ex parte Dominę locatricis aſſertam æſtimationem, obſeruantiam, & conſuetudinem, à qua tota ſeries argumentorum pro Illuſtriſsimo Duce Florentino propoſitorum deducitur, videlicèt, quòd tempore contractus lex, ſeu ordinatio, anni 1531. uires habuerit, obtinueritq́ue, & quòd ſecundum eam, communi obſeruatione, ſcutus auri fuerit acceptus, ad rationem ſeptem librarum tantùm, quodq́ue in locatione, & ſimilibus obligationibus annuis, quantumuis ſub appellatione auri, vel etiam auri & in auro, circa id tempus contractis, ſolutio ſeptem librarum ſuffecerit pro quolibet ſcuto: & in contrarium proponitur, tempore contractus, ſcutum auri, fuiſſe ęſtimatum, & expenſum, & ad rationem ſeptem librarum, & quinque ſolidorum, & deinde ſeptem librarum cum dimidia, communi obſeruatione, certa lege, & ordinatione ipſius Illuſtriſsimi Ducis anno 1534. confirmata, quam vſibus populi receptam eſſe, ipſa legiſlatio, propoſitio, & publicatio coarguit, & aſſertionem Illuſtriſsimæ Dominæ locatricis efficaciter ſubſtinet: quia leges inſtituuntur, cum promulgantur, & lex poſteaquã propoſita, ac publicata eſt, præſumitur in utilitatem reipublicę ceſsiſſe, & moribus utentium recepta, approbataque eſſe[b]*.
27 Ligatq́ue in uniuerſum omnes ita, vt iudici liceat punire contrauenientes ſtatim à publicatione, imò etiam poſt editionem, & poſteaquã peruenit ad ſubditorum
28 notitiam etiam priuſquã ſolenniter ſit publicata[c]*. Crediturq́ue lex ſemper uigere, & robur habere, niſi per deſuetudinem, ac contrario uſu, abrogata probetur ab eo, qui cõ-
29 ſtitutionem prætendit moribus populi non fuiſſe obſeruatam[d]*: quamuis proponat negatiuam[e], cùm ſit fundamentum intentionis ſuæ: & is qui ſtat pro lege intentionem habeat benè fundatam[f]: quod in ſpecie propoſita Illuſtriſsimo Duci perdifficile, & quodammodo impoſsibile videtur, non ſolùm propter ſolennem publicationem dictæ legis, anni 1534. quę non longo tempore primam locationem pręceſsit, uerùm etiam, quia conſtat, vt pręſupponitur, imò etiam probatur ex ipſa deductione augmenti, & diminutione numeri in præteritis ſolutionibus facta anno 1538. & ſequentibus, atque ita ſtatim poſt initum contractum, ſcutum aureum, ſecundum legem illam 1534. & vſum ſequutum, communiter valuiſſe ſeptem libris cum dimidia, manifeſta significa-
30 tione continuationis, & perſeuerantiæ*. Quoniam pręcedentia influunt, in ſequentia[g],
31 & ecõtra, ſequentia per mediorum cõtinuationem referuntur ad pręcedentia*. Et me-
32 dia ſapiunt naturã extremorũ[h]*. Et per extrema ꝓbatur mediũ, ſeu probatis extremis
33 pręſumitur mediũ[i]*. Etiã in poſſeſsione, & pſcriptione odioſa[k]*. Adeò ꝙ nulla rõne
34 ſit uerisimile legẽ olim latã, & publicatam, quę hodie obſeruatur, medio tempore fuiſſe interruptam, aut ceſſaſſe, vel conquieuiſſe, ſed in contrarium eam ſemper viguiſſe, legis eſt præſumptio, & inclinatio: quę multum adiuuatur ex eo, quòd appareat dictam legem anni 1534. cui conformis eſt ſequentis temporis obſeruatio, adhuc paucis ab hinc annis uidelicet, anno 61. Florentię publicè impreſſam, uenui expoſitã, diſtractamq́; fuiſſe, atque ita notitiam eius perueniſſe ad extraneos, quod in iure non recepto, vel deſue-
35 tudine adumbrato, aut aliter abrogato fieri non ſolere, docet experientia*. Quibus ac-

a Cap. in obſcuris. de reg. iur. in 6. l. ſemper in obſcuris. ff. eod. l. minus. de leg. 1.

b cap. In iſtis. 1. quæſt. 4. c. 1. de poſtula. prælat.

c d. c. 1. de poſtu. prælat. & ibi Abbas, Decius, et alij.

d Decius. conſil. 649. Gozadinus. conſ. 16.

e l. penult. §. docere. ne quis eum qui in ius uoc.

f Decius. conſ. 534. Procedendo breuiter. Mar. Anto. Natta cõſ. 340. nu. 20. uol. 2.

g l. Si ſeruus plurium. de leg. 1. Bar. in l. ania. de condit. & demonſtra.

h l. Si uerò. §. quod ſi ex medíano. de his qui deiec. uel effud.

i c. Quia ſunt. et ibi Gloſ. 28. diſtin.

k Bar. in l. celſus. de uſucap.

cedit, quòd ex prę́ſenti prę́ſumatur in prę́teritum : & quòd valor pecuniæ præſumatur
tal is fuiſſe medio tempore, qualis antea, vel poſtea fuiſſe inuenitur a .

Proximum eſt prędictis, quòd etiam ſi probaretur ſcutum tempore cõtractus à qui 36
buſdam ad rationem ſeptem librarum fuiſſe erogatum, vel receptum: huiuſmodi tamẽ
receptio non derogaret legi p ıblicatæ : nec alteraret publicam, & communem ſtuti
ęſtimationem, & valorem b. Quin etiam ſi communiter populus ab obſeruatione dictę
legis ceſſaſſet, & per contrarios actus conſtaret quemadmodum requiritur moribus po
puli nouam legem fuiſſe repudiatam : id tamen non pertineret ad locationem uerten-
tem in controuerſia, quæ ipſi Duci Florentino, qui legem tulerat facta eſt, etenim quan
uis in promiſcuo vſu commerciorum, & temporum difficultate plebi & populo conni-
uentia quadam permittatur pluris, vel minoris ęſtimare numiſmata quam per edictũ
liceat. Plebis tamen illa, & negociatoria æſtimatio non dat normam contractibus ip-
ſius Principis, nec cogit eum legitima, & edictali ęſtimatione relicta, ſeſe in ſuis contra-
ctibus populi temporariis affectibus, & promiſcuę æſtimationi conformare. Populus
enim conueniente Principe ſuarum rerum neceſsitati, & utilitati tantum conſulit, &
per non vſum legis acquirit excuſationem à pœna non obſeruatæ legis, non etiam prin
cipi modum erogandę, vel recipiendę pecuniæ prę́ſcribit, nec retrahit ab obſeruatione
legis ſuæ, cui contrahendo aſtringitur: pro ut quemadmodum prę́ſupponitur nulli a-
ctus inuenientur in quibus ipſe Princeps Florentinus relicta lege ſua in contractibus
ſuis populari æſtimationi ſe accommodauerit : quod tamen ad plenam abrogationem
dictę legis réquiſitum eſſe non improbabiliter dici poteſt. Conſuetudo enim, maximè
legi contraria, eſt ſtricti iuris, & ultra terminos in quibus eſt obſeruata, non extenditur:
adeò quòd probanda ſit in ſpecie, ſeu caſu de quo agitur non ſatisfaciente probatione
generali, prę́ſertim conſiderata differentia plebis à Principe, qui legis author eſt ; & cui
nimis graue foret, non ſolùm nõ obſeruari ſuam ordinationem à populo in promiſcuo
vſu, uerùm etiam à populo vinci, & illius obſeruatione comprehendi, ac ligari, & in pro
priis contractibus ſubijci: cùm etiam ceſſante contraria lege ſtatuta inferiorum quan-
tumuis rationabiliter edita non teneant ſuperiorum ex defectu poteſtatis.

Prę́ter quæ omnia ambigendi, diſputandique omnem occaſionem remouet tenor 37
ipſius locationis formaliter, & claris uerbis precium conſtituens in 7500 . ſcutis aureis
ſoluendis, &c. Ita quòd obligatio precij reſtricta, determinataque ſit ad certam ſpe-
ciem, & numerum: quæ determinatio, & qualitatum adiectio ad certam conſtituit in-
tentionem contrahentium, in certa quantitate, & corpore c, aſtringitque Illuſtriſsi-
mum Ducem prę́cisè ad determinatam ſpeciem, & numerum qui eſt in obligatione, &
ſolutione. Nec poteſt ſua Ceiſ. qualiſcunque valor fuerit tempore contractus, aut ante,
vel poſt contractum ratione alicuius augmenti deductionem facere, aut minorem nu-
merum aureorum offerre: quia ſcuti aurei ſunt in obligatione, cui ſatisfactum non intel
ligitur per aliam monetam ueram, uel repræſentatam, ſi creditor inde lędatur, nec ean-
dem vtilitatem habeat *. Nam pecunia certę qualitatis, formæ, aut ſpeciej, non dedu 38
citur in diſpoſitionem ſub ratione ſimplicis valoris extrinſeci, & caſualis tantùm : nec
tanquàm ſimplex quantitas generica, & abſtracta, quæ in ſola uoce, & denominatione
conſiſtit, ſine applicatione ad certum corpus, ſeu potius reſpectu corporis, & conſide-
rata qualitate monetę conuentæ, puta florenorum, ducatorum, aut ſcutorum auri, quę
obligationem qualificat, & certum monetę corpus reſpicit, & ad illud tanquàm deter-
minatum continens diſpoſitionem reſtringit d ex poteſtate determinationis, quam ha
bet ſpecies quotieſcunque procedit, vel ſequitur uerbum ſignificatiuum generis e hoc
efficiens, vt promiſsio non cenſeatur adimpleta, niſi qualitas determinata, adiectaque
adimpleatur f*. Adeò quòd multum ſępè dubitetur, an uerba determinantia certam 39
rem extendi poſsint ad aliam quantumuis ſimilem g*. Et ita quoties actum inueni- 40
tur de certa ſpecie monetę, non tenetur creditor recipere in alia moneta, vel forma, niſi
conſtet, quòd ſua non interſit h ; idque magis ex benignitate quadam conſuetudinis,
quam neceſsitate iuris. * Quoniam de iure inuito creditore, aliud pro alio non ſolui- 41
tur i *. Et debitor ſoluendo vnam monetam pro alia, creditore non conſentiente, libera 42
tionem non conſequitur k, niſi ex conſuetudine (vt dictum eſt) prę́ſtet aliam mone-
tam eiuſdem materię, uel bonitatis, cum debita ſpecie habito reſpectu ad præſentem
illius vtilitatem, & ęſtimationem l.

Etenim licèt in generica obligatione quantitatis, in uoce tantũ conſiſtentis, nulli ſpe 43
ciei applicatę duntaxat valoris currentis ratio habeatur m : tamen quoties ſuper cer-
ta monetę ſpecie fundata eſt contrahentium intentio ; & conuentio : eadem ſpecies,
& idem numerus dari debet, uel ſaltem indemnitati creditoris plenè conſulendum eſt,
prę-

a Hierony. Grat. conſ. 12.77. uol. 2.

b Fely. in c. cùm cauſam. ver. Idẽ de re mobili. de teſtib. Hierony. Gratus. d. conſ. 12.77.

c l. non aliter, de leg. 3. Bald. in l. ad recognoſcendos. C. de ingen. manu.

d Lauren. Calca. conſ. 15. nu. 38.

e Bart. in l. quęſitum. §. ſi quis fundum, et l. cũ de lanionis. §. quidã de fun. instruc. l. ſed ſi adigitur. pro ſocio. Car. Rui. conſ. 37. nu. 5. vol. 2.

f Lauren. Calca. d. conſ. 15. nu. 32.

g Bal. conſ. 339. caſus talis. uol. 1.

h l. Paulus, et ibi DD. de ſolutionib.

i l. Si quis argentum. in prin. & ibi DD. C. de donat. l. Imperatores. de contrah. empt. & DD. in d. l. Paulus.

K l. 2. §. 1. ſi cert. peta. l. ſi ſe obtulit. §. prætor. de re iud. l. idem liberatur. §. qui paratus. quibus mod. pig. ſol.

l Bar in l. nõ amplius. §. cùm bonorũ de leg. 1.

m Barto. in l. 1. de aur. & arg. leg.

preſtandúq; vt tantundem habeat, quantum haberet, ſi aurei floreni, vel ducati in conuentione expreſsi tunc cũ ſoluitur, numerarentur: etiã ſi valor eorum poſt conuentioñe creuerit: quia è contrario ſi ualor eorum decreuiſſet, debitor ante moram non grauaretur.* Nam liberatur debitor ſoluendo ſpeciem, & numerũ conuentum, non attenta va-
44 riatione valoris extrinſeci, ſiue illa uarietas tendat ad cõmodũ debitoris, ſiue credito-
45 ris[a]*. Et hoc eſt, quod Cardinalis Zabarella generaliter concludit[b], mutationem curſus monetarum debitori non imputari, niſi poſt morã: ſic vt omnis mutationis extrinſecæ periculo, & incommodo creditor ſubiaceat, qui ſemper ſpecie, & numero conuento contentus eſſe debet. Ideoque ſi ualor eius aſcendat, vel intendatur eius utilitas ad eũ pertinere debet[c], quod potenter vrget in propoſito. Nam cũ ſecũdum prædicta dubium non ſit quin Illuſtriſsimus Dux ſemper liberari potuerit, & etiam nunc poſsit præſtando ſcutos in ſpecie, & numero conuento, etiã ſi ualor eorum deſcendiſſet ad ſex libras, vel infra iuſtitia non patitur, vt aucto ualore deductionem aliquã faciat per diminutionem numeri propter eandem contrariorũ diſciplinam[d], & viciſsitudinẽ commodi, & incommodi[e], nec non rationem paritatis, & æqualitatis ſeruandæ[f]; & prætereà, quia deſtrueretur cõpago obligationis conſtitutæ in certa ſpecie, & numero monetæ, de qua agitur, & reduceretur ad obligationẽ certæ quantitatis genericæ, & abſtractæ ſoluendã in certa ſpecie monetę, non autem ad certũ numerũ eiuſdem ſpeciei: & perinde eſſet ac ſi conuentio celebrata eſſet de libris in genere ſoluendis in ſcutis aureis abſq; certi numeri determinatione, vel de ſcutis quidem, ſed ad rationẽ ſeptem librarum ab initio taxatis: quod periniquum eſt, & repugnat legi locationis ſimul, & intentioni contrahentium, quæ in certa ſpecie, & numero ſcutorum aureorum defixa eſt, & ipſum numerũ, ac ſpeciem directè reſpicit tanquàm immediatũ obiectũ, ſeu ſubiectum obligationis, quæ nullã functionem recipit cũ generica quantitate ſeptẽ librarũ: cùm neq; taxatio, neq; relatio aliqua ad librarũ rationem in obligatione reperiatur, & prætereà nimia inæqualitas, & diſproportio, quę eſt inter ſeptem libras, & ſcutum aureũ efficit ne rerum tam inęqualiũ fieri poſsit aliqua cõmutatio, aut vnius pro altera pręſtatio, vel ſolutio[g].

¶ Accedit prædictis nimiæ præpoſterationis, & abſurditatis ratio inde reſultantis quòd æſtimatio hæc ſeptẽ librarũ quæ neq; ex conuentione partiũ, neq; ex legis diſpoſitione eſt in ſolutione, & multò minus in obligatione ſubrogaretur in locum eius, quod uerè eſt debitũ, illudq; penitus alteraret in præiudiciũ Illuſtriſsimę Dominæ locatricis, quod nec in acceſſorio, & alioquin dependentiam habente recipitur: & proinde cum 7500. ſcuta ſint in obligatione, & ipſum precium principaliter conſideratum conſtituant, non poterunt variam per ſupputationem librarum quæ eſt remota, & extra obligationem poſita; Imò nec ſolutioni idonea propter ualoris inæqualitatem, & defectum[h], qui ad inducendã functionem cum promiſsis ſcutis ſuppleri deberet, ad rationẽ, & ueram ęſtimationẽ ipſius ſcuti. Nam æſtimatio quæ non eſt in conuentione, & obligatione, ſed extrinſecus admittitur, debet proportionari exceſſui, vel defectui aureorũ in obligationẽ deductorum. Econtrario uero aurei non debent rationem, modũque accipere à libris, aut reducti ad earũ parilitatem: cũ per eas æſtimentur, & compenſentur; ſic vt cùm ęſtimatio ſoluitur pro ducatis aut ſcutis ſoluẽdis, perinde eſſe debeat quoad vtilitatem creditoris, ac ſi ducati, vel ſcuti ſoluerentur: quia cũ æſtimatio ſubrogetur loco ducatorum, ſeu ſcutorũ promiſſorũ, reputatur idem quòd ducati ſeu ſcuti[i]. Ideoq; ſic ſolui debet, vt tantundem pręſtet ac ſi ſcuti ipſi ſoluerentur, quemadmodum formaliter ſoluti ſunt, & ſolui debent, propter conditionem, conſuetudinem, & intentionem contrahentiũ, aliaſq; circumſtantias, quas mox referemus. Soluitur quoq; augmentum quod illis ineſt, vt pars ſcutorũ, cũ integri ſcuti debeantur vſq; ad certum.

46 Et hinc Hieronymus Gratus apertè ſcribit[k], quòd obligatus ad ducatos in certo numero, ſi æſtimationẽ ducatorum offerat, ſine augmento non intelligitur integrum debitum ſoluere: quia augmentũ eſt debitũ vt pars integralis ducati, nec per ſe conſideratur, ſed relatum, & comprehenſum ſub integritate ducati pro extincto habetur eo-
47 dẽ modo, quo ſpecies relata ad ſuum genus, aut pars ſubiectiua ad ſuum totum[l]*. Quę eleganter, & in terminis prorſus ſimilibus confirmat Socinus Iunior[m], dum ait eũ qui vult ſoluere monetam argenteam, pro ducato in diſpoſitionem deducto, teneri ad pręſtationem tot ſolidorum pro quolibet ducato, quot ei tempore ſolutionis ęquiualeat.*
48 Ita vt ex ipſis ſolidis qui ſoluuntur, creditor inuenire poſsit conuentum ducatorum numerum. Plus dicit Antonius Rubeus[n], venditionem olim factam in ſcutis impleri nõ poſſe ſoluendo ſcuta moderna, licèt ſimilia: quia deſunt in liga (ut ipſe ait) nec ſunt eiuſdem bonitatis.
49 ¶ Nec eſt prætermittendum quòd in dubitabilioribus terminis reſpondit Aymon

a d.l. Cùm quid. & ibi Bart. & in l. vinum. ſi cert. pet. [...] multis alijs re[...]
b p Alber. Bru. in d. tract. 6. partis. nume. 4.
b in d. Clemẽ. 2. quæſt. 13.
c Latè Laurent. Calca. d. conſ. 15. nu. 39.
d l. Ex duobus. §. & ſi contra tabulas. de vulg. & pup. l. ſi ex toto. §. 1. de leg. 1.
e l. Secundũ naturam. de reg. iur.
f Lauren. Calca. d. conſ. 15. nu. 39.
g d. l. Paulus, & ibi DD.
h d. l. Paulus, & ibi DD.
i l. Filia. §. Titia de condi. & demon.
k d. Conſ. 12. nume. 49.
l l. Eum qui ædes, & ibi DD. de vſucap.
m d. Conſ. 101. in princ.
n Conſ. 148. niſo inſtrumento.

Grauetta a, redemptionẽ permiſſam in quantitate generica turonenſium duodecim in ſex millibus ſcutis auri ſimilibus iis, pro quibus venditio facta erat, non rectè exerceri poſteà aucto valore ſcutorũ, ſi ſumma duodecim millium turonenſiũ reputetur ſine augmento ſcuti, quod medio tẽpore contingit. Et quãuis Grauettæ reſponſum inueniatur reprehenſum b: tamen in puncto iuris videtur ſubſiſtere, propter ſpecialẽ determinationem, & qualificationẽ: quæ præcedẽti generi ſubiecta determinat illud, reſtringitq; ad certam ſpeciem, & corpus ſcuti aurei c, & ſecundum illud obligatio committitur, & actio ſequitur d.

50 Ad quorum omniũ confirmationẽ illud quoq; facit, quòd aucta, vel diminuta ęſtimatione auri promiſſi: rerum quoq; precia proportionabiliter augẽtur, vel diminuũtur e, quodq́; neuter contrahentiũ lædatur: ex quo ſpecies monetæ æquè ſe habet ad diminutionem, ſicut ad augmentũ f, & debitor ſpeciem conuentam præſtando liberetur, nihilque etiã aucto ualore de ſuo addit, nec ſoluit amplius, quàm debet: cùm augmentũ proueniat non ex re, aut impenſa debitoris, ſed ex facto principis, aut conſuetudinis: creditori verò omni caſu ſatiſfit, ſi id quod in conuentione eſt accipiat, quę omnia in mirabilem perturbationẽ, & litium multiplicationẽ reciderent, ſi in frequenti monetarum mutatione ſupputatio deductioq; fuerit defectus, vel exceſſus æſtimationis, nimiumq́; exceſſiua, & intolerabilis eſſet inæqualitas, & abſurditas, ſi habita augmẽti ratione (vt ex parte Illuſtriſsimi Ducis prętenditur) obligatus in 7500. ſcutis aureis liberaretur ſoluendo ſeptem millia tantùm g *. Nam ea ratione neq; id quod deberet, obtineret creditor, neque aliud quod illi ęquipollet, aut cum eo ſimilitudinem habet, quod neq; iuri neq; conſuetudini, nec interpretum conuenit rationi, quorũ communis clara, & indubitata eſt ſentẽtia, atq; concluſio: quòd quoties certa pecunia eſt in obligatione, creditor non tenetur aliam recipere, niſi in eadem bonitate, & æſtimatione ſoluatur: ita vt nulla ſit valoris diſtantia, nec aliundè vertatur præiudicium creditoris h. 51 Cõis opin.

52 Quę quidem ſententia, & concluſio maiore quadã ratione recipienda eſt in ſpecie propoſita propter cumulum circumſtantiarũ cõcurrentiũ, & ſuadentium ſcuta aurea non ſolùm in obligatione verſari: verum etiam in præciſa neceſsitate præſtandi. Nam quãuis ſimplex ſcutorũ auri mentio abſque adiectione auri, & in auro, ſecundũ conſuetudinem per ſe non excludat ſolutionem in alia pecunia habente omnimodã ſimilitudinem i, inſpecta tamen conditio, & qualitas contrahentium, ac conſuetudo eorũ loquendi, & vtendi facilè demonſtrabit intentionem eorũ conſtitiſſe in ipſis ſcutorũ corporibus, ſeu ſpeciebus, nec voluiſſe ſolutionem aliter fieri. Nam cùm ipſe Dux Florentinus pręrogatiuam cudendo monetam habeat, & aurea ſcuta illius auctoritate paſsim cudebantur, & frequententur, non eſt credendum ſuam Celſ. pronunciationem, & conuentionem ſuã ſcutorum aliter intellexiſſe, quã de ſcutis ſuo iuſſu factis, & in quibus ſua imago conſpicitur, iuxta illud Diui Chriſoſtomi k, in ſolidis Cæſar videtur, & Princeps cognoſcitur, atq; indicatur bonitate, & communi curſu apud omnes gentes ſuæ imaginis ſcutis ſunt ſimillima, qualia ſunt ſcuta Veneta, & Ianuentia, de quibus ſoluendis in dubio ſentiiſſe videtur etiam ex loquendi conſuetudine, de qua euidenter conſtat ex lege illo anno 34. dum in ea expreſsis verbis ordinat obligationes contractas in ſcutis auri diſſoluendas eſſe in ſcutis Florentinis, vel aliis ſimilis bonitatis: quod ad declarandã intentionis voluntatem facit plurimum *. Quia conſuetudo loquendi in omnibus prę- 53 ualet l, & rectę deſumi poteſt ex huiuſmodi lege, etiam ſi populi vſu recepta non fuiſſet. Nam & actus inutilis declarat voluntatem, ipſumque factum, & conſuetudinem loquendi m, & prętereà ſignificatio vocabuli eſt inuariabilis.

¶ Illudquoq; non inconuenienter hic repeti poteſt, quòd quanuis concedatur legem anni 1534. vſu populi non fuiſſe receptã; nihilominus illã vigere robur, & firmitatem habere reſpectu Principis, à quo eſt ædita: & vt demus eã quoad omnes repudiatam in æſtimatione ſcuti ad rationẽ ſeptem librarum, & quinq; ſolidorũ, non illicò ſequitur eã quoq; repudiatam in alio capitulo ſeparato, in quo agitur de ordine diſſoluendarũ obligationũ in ſcutis auri contractarũ, per ſcuta Florentię, vel alia ſimilis bonitatis, & ligæ: cùm vtile ab inutili non vitietur, & lex vigorẽ ſuum retineat, niſi quatenus cõtraria obſeruatione proſternitur, & cõculcatur: ſic vt ſolutio hæc ſcutorũ aureorũ aſſeri poſsit, vel ex lege adhuc obtinente, vel ex ueriſimilitudine rei, & loquendi conſuetudine ex dicta lege relucente: cui & ipſa utendi ratio eſt conſentanea. Cùm Illuſtriſsimus Dux penſiones dictę locationis ſemper in aureis ſcutis licèt numero diminuto ſolui curauerit; nec ipſe nec quiſpiam agentium ſuæ Celſ. vnquàm in libris, aut alia moneta argentea ſoluere tentauerit, prout etiam Illuſtriſsima Duciſſa dictas penſiones non recepit, niſi in ſcutis aureis, in quibus ab initio cum Illuſtriſsimo Duce contraxerat ſic vt non vna

huius

a Conſ. 47.
b Moder. Pariſien. de contractib. vſur. q. 96. n. 729.
c Bar. in d. l. quæſitum. §. ſi quis fundũ. de fund. inſtru. l. ſi adijcitur, pro ſocio.
d Lauren. Calca. d. conſ. 15. nu. 18.
e Ang. in dicta l. Paul. Purpuratus. in d. l. cùm quid. & Mod. Paris. in d. tractã. q. 39. nu. 713.
f l. Si pater. C. de inoff. don.
g Aym. Grauet. d. conſ. 47.
h Bar. in l. 1. & in l. cùm aurum, de aur. & arg. leg. & in l. cùm quid, & ibi quoq; Bal. Fulg. Caſtren. & Alex. Iaſ. ſi cer. pet. cum aliis multis citatis à Hiero. Grat. d. conſ. 12. nu. 44. cũ ſeq. lib. 1. Soci. Iuni. cõſ. 101. in prin. uol. 3. & Did. Couar. in tract. de ueter. manumiſſ. coll. c. 7. §. unico. nume. 2.
i Alber. Brun. in d. tract. in 2. prę ſuppoſito nu. 3. uerſ. circa tertium.
k Super Matt. cap. 22.
l d. l. Si ſeruus pluriũ. §. fi. & ibi Bar. & Alber. de leg. 1.
m l. fi. de rebus eorum.

huius vel alterius, ſed vtriuſque pronunciatio de auro. Item loquendi, ſoluendi, recipiendi, & vtendi conſuetudo, nec ſublimis vtriuſq; conditio arguat præciſam vtriuſq; cogitationem, & intentionem non paruam, & argenteam monetam, ſed maiorem & aureã reſpexiſſe & determinaſſe: idq; eò magis, quòd conſtabat tempore cõtractus omnibus Cell. ſuam Romę, atq; aliis locis extra Florentiam habitaturam, ac futurã, vt penſiones omnes ex Florentia transferrentur ad ſuam Celſ. procul à Florentia exiſtentẽ: quod maximũ argumentum eſt obligationis in indiuiduo limitatè ad ipſam auri ſpeciem, propter deferendę pecunię argenteę pondus, ac moleſtiã. Et quia librę, & aliæ pecunię argẽteæ expendendę extra Florentiam, & in aliis ditionibus, etiã ad rationem ſcutorum cõputatæ, non habent eam vtilitatẽ, quę eſt ſcutorũ, quę (vt in omni bona moneta requiritur) a in omnibus locis ęqualiter valent, & expẽdũtur, per quod obligatio intenditur, adimiturque facultas ſoluendi in alia pecunia, quę alioquin ceſſantibus particularibus circumſtantiis ex generali conſuetudine competeret propter non accumulatam qualitatem auri, & in auro, quę ſuperlatiuum gradum conſtituit.

a Bal. in d. c. quãto, in fi. Alber. Brunus. in d. tracta. in princ.

94 Et huc ſpectat, quod ſcribunt interpretes b, non audiendum debitorem ſcutorum Solis, ſi ituro in Galliam velit dare ducatos: cùm in Gallia ducati pro minori quantitate expendantur. Vel ſi debitor ducatorũ Venetorum, aut Ianuenſium mercatum ituro ad partes orientales, vbi tales ducati magis cognoſcuntur, aut pluris valent, velit dare ſcu-

95 ta alterius generis *. Quod cùm ita ſit in priuatorum contractibus abſque aliarũ circumſtantiarũ concurrentia, multò magis obſeruandũ eſt in dicta locatione inter Principes habita, quæ legis poteſtatẽ habet, & in bona fide, & ęquitate exuberat c: & eò amplius tot particularibus circũſtantiis extra aleã, & ambitũ cõium regularũ cõſtituitur.

b Ang. Imol. et alij in d. l. Paulus, cum multis alys, quos refert Alber. Bru. in d. tracta. in 2. præſupp. in prin.

c Bald. in titu. de pace conſtãtię, Iaſ. in l. Ciuitas. ſi cer. peta.

¶ Et proinde quantumuis lex illa anni 34. non fuiſſet, & communis ſcuti æſtimatio in libris ſeptem tẽpore contractus conſtitiſſet: nihilominus procederet, ac benè fundata cenſeretur Illuſtriſsimæ Duciſſę intẽtio, propter obligationẽ ſimpliciter in ſcutis aureis conſtitutã: Ita vt valoris, aut ęſtimationis cõtrouerſia hic prorſus ſit impertinens: cũ obligatio relata ſit ad certam ſpeciẽ, & certum aureorum numerũ: de eius diminutione iuſta videtur Illuſtriſsimę Duciſſæ poſtulatio, propter manifeſtã conuẽtionẽ ſpeciei, & numeri, & ingens præiudicium, quod ſuſtinent ex numeri diminutione. Quę quidem diminutio inde fit improbabilior, quòd cũ conuentio certa ſit, nec dubitationem recipiat, ipſiq; agentes Illuſtriſsimi Ducis facto ſolutionis ſatis agnoſcant aurũ eſſe in obligatõne; nihilominus calculũ ponant, & ſupputant quaſi non aurũ, ſed ſeptem librę eſſent ĩ obligatione, & ꝙ ſeptem librarũ repreſentatio fuerit ſcutorũ aureorũ ſolutione: quod multiplicẽ abſurditatẽ habet. Primò, quia neq; id quod eſt in obligatione, quãuis ꝯmodè reperiatur, ſoluitur: neq; uera eius ęſtimatio. Secundò, quia ſeptem librarũ quãtitas, quę penitus eſt extrinſeca, & ita remota, vt nec acceſſorij vicem ſuſtinere poſſit nutat, inuertitque id de quo principaliter contractum eſt. Tertiò, quia ſcuti aurei qui uerè debentur fictioni ſubſeruiunt, repreſentantque librarum præſtationem, quaſi verè debitam, cùm tamen neque in obligatione, neque in ſolutione verſentur.

96 Commodè prædictis adiici poteſt, quòd etiã ſi latior eſſet poteſtas dictæ obligatiõis, ita vt ſoluendo liceret egredi ad æſtimationẽ: id tamẽ Illuſtriſsimo Duci Florentino nõ ſuffragaretur, niſi pro tẽpore quo ſcutũ aureũ Florentiæ ęſtimabatur ſeptẽ libris; quod tẽpus, vel nullũ, uel admodũ exiguum fuiſſe oportet: quia habetur pro notorio, & conſtat ex diminuto numero ſcutorũ propter auctũ eorum valorẽ ad libras ſeptẽ cum dimidia, quòd ſtatim poſt contractũ videlicet anno 1538. & deinceps ſcuti aurei ęſtimatio fuit cõiter ſeptẽ libris, & dimidia: quę pro terminis ſequẽtibus admetienda, præſtãdaq; fuit. Nã quod ab initio fortè ſeptẽ librę pro ſcuto ſolutæ ſunt, illud ex eo contingit, ꝙ tunc non pluris valebat ſcutus: quilibet enim pro ſeptẽ libris poterat cõſequi ſcutũ: quoniam tunc currebant monetę argenteę in tali bonitate, vt ſeptem libræ conſtituerent verã ſcuti æſtimationem: quod cũ ſequentibus tẽporibus ita non permanſerit, debent cõputari tot libræ, quòd ſcutis ſoluendis æquiualeant. Nec eſt rationabile, vt quis pro vno ſcuto aureo teneatur recipere pauciores ſolidos, aut libras, quàm ei æquiualeant d: & ordo, ſeu obſeruatio, quę prętenditur fuiſſe tempore contractus intelligitur ſtante curſu, & valore monetarũ, qui tunc erat: ita quòd non ſit recta conſequentia, vel illatio ſi dicatur, ꝙ tunc id eſt in initio contractus ſeptem libre faciebant ſcutũ: ergò, & nunc ad rõnem ſeptem librarum debet fieri ſolutio propter mutatã æſtimationẽ, & ualoris diſtantiã, & differentiam, quæ nunc reperitur. Omnis enim diſpoſitio debet interpretari rebus in eodẽ ſtatu permanẽtibus e: adeo quòd poſt mutationem, aut auctũ ualorẽ pro conſeruanda æqualitate, & proportione ſcuti mutanda fuerit ſupputandi ratio, adaptando, attẽperandoq; eã valori, & æſtimationi currẽti in terminis ſequẽtibus.

d Soci. Iunior in d. conſ. 101. nu. 8. & ſequen.

e l. fin. qui ſatiſd. cog. c. quemadmodum, de iureiur. Soci. Iunior. d. conſilio 101. nu. 9.

Siquidem in ęſtimanda ſpecie aureorum debita inſpicimus non ualorem qui erat tem
pore contractus,ſed eum qui currit tempore ſolutionis faciendæ, & vbicunque partes
reſpexerunt, & determinarunt certam ſpeciem pecuniæ, & illa pecunia reperitur,debi Cōis
tor ſpeciem pecuniæ promiſſam,uel eius ualorem ſecundū tempus ſolutionis repræſen opin.
tare cogitur ex uera,& cōmuni interpretum ſententia a *. quæ non ſubuertitur, nec 57
impugnatur, ſed adiuuatur, & confirmatur, ex eo quod ſuperius obiectum eſt de
inſpiciendo tempore contractus, vel diſpoſitionis, ſiue agatur de ſimplici, ſiue de an-
nua,& ſucceſsiua obligatione. Nam Doctores qui de tēpore contractus conſiderando
ſcribunt,nō loquuntur,nec ſentiunt de curſu,& valore impoſitio, ſed de bonitate mate
riali,& extrinſeca:de bonitate verò extrinſeca oēs tradūt nō tēpus diſpoſitionis, ſed ſo
lutionis attendi,ſic vt tempus contractus,aut creatæ obligationis conſideretur,ut ſcia
mus quid,quale in diſpoſitionē venerit, aut de qua pecunia partes ſenſerint, ſeu cuius
ſit qualitatis,ſeu bonitatis res de qua agitur. Extrinſeca uerò bonitas,id eſt ualor, & ę-
ſtimatio conſideratur ſecundum tēpus faciendæ ſolutionis b *. Nec quiſquā dubitat 58
quin inſpiciendū ſit tēpus ſolutionis, vel conſignationis quoties non ea ſpecies proba-
tur,quæ eſt in obligatione,ſed alia quæ ęſtimat,ſeu cōpenſat,& conſiſtit in ſola faculta-
te ſoluendi: c quia æſtimatio non eſt propriè in obligatione,nec eſt moneta, ſed intereſ
ſe ad quod tanquā bonum,& legitimū medium cōpenſandi recurritur,quando oſtendi
tur creditoris nullū omninò uerti præiudiciū, quod eſſe non poteſt, aucto ualore pecu-
niæ debitæ. Sic ſi pręſtetur valor,ſeu preciū præſentis temporis d; Vt uidelicet creditor
habeat tot libras,ſeu ſolidos,quot floreno,ducato,uel ſcuto debito ęquiualēt,& pro qui
bus creditor florenum,ducatū,aut ſcutum inuenire poſsit e.

¶ Nec prædictis aduerſatur traditio Oldradi f, & Socini g, volentium (vt videtur)
generaliter qualitatem,& æſtimationem pecuniæ referri non ad tempus ſolutionis,ſed
ad tēpus contractus teſtamēti,vel diſpoſitionis,etiam ſi (vt inquit Socinus) h diſpoſitio
ſub nomine aureorū florenorum concepta ſit. Primò quia Oldradus i, non loquitur de
adiectione auri alterius certæ qualitatis,& propterea in facto obſcurus eſt, & vanè ſen-
tit in hoc articulo;ita quòd deciſio eius ſit incerta,inutilis, & vt rectè notat Ludouicus
Romanus k, prorſus erronea: ex quo etiam vacillat id quod à Socino reſponſum eſt l,
qui auctorem Oldradū habet,& eū citat,recitat,& extollit. Secundò quia vterq; loqui-
tur in diuerſis terminis,videlicet quando legatum factū eſt in genere in quātitate, aut
de florenis vſualibus qui in voce, & imaginatione tantum conſiſtunt,nec reperiuntur,
nec excuduntur, ſed conſuetudine quadam loquendi recepti ſunt in abſtracto nulli cor
pori pecunię applicati, ſic vt quanuis obligatio concepta ſit ſub nomine florenorum,
intelligatur tamen de alia quantitate generica, vt expreſsè pręſupponit Socinus aſſer-
tionis ſuę præualidum fundamentum in eo conſtituens, quòd in loco teſtamenti acti,
de quo diſputat aurei non cudebantur, quod prorſus ſeparatū eſt à terminis pręſentis
quæſtionis *. Cùm conſtet Illuſtriſsimū Ducem Florentinū aureos cudere, & Remp. 59
Florentinam opibus,potentia, & dominatu celebrem, ab antiquo laudem cudendorū
aureorū obtinuiſſe m, & inde vſum cudendi aureos ad alias prouincias emanaſſe,ac ho
dierno tempore in Rep. Florentina uſum cudendi,vtendiq; ſcutis aureis retineri, & vi
gere ſicut ſimplex ſcuti expreſsio cum adiectione auri (quæ generaliter ſufficit ad ob.
gādum præcisè in ſpeciebus aureorū) n hic maximè ſuam potentiam exercere debeat
propter pręedicta,& quia non niſi vnius generis ſcutū Florentię excudi dicitur, & proin
de expreſsio ſcuti aurei ad illud, vel ſimilia,quæ in eadem bonitate, & omnimodam ſi-
militudinē,atq; æquiualentiā habentia,vbi frequentantur referenda eſt maximè, quia
obſeruantia proueniens ex lege anni 31. non implicat cōſuetudinē ſcuti alicuius uſua-
lis,aut imaginarij,ſed refertur ad iuſtam ueri ſcuti æſtimationē, lege publica anno 31.
inductam & moribus populi aliquandiu obſeruatam, quę obſeruatio nō eſt vlterius ac
cipienda,quā pro tempore quo verò ſcuti æſtimatio ſeptem libras non exceſsit,& quā-
diu pro ſeptem libris ſcutum haberi potuit de quo: cùm ſuperius multa dicta ſint,ope-
re pretium non videtur prolixiorem tractationem inſtituere.

Illud ſubticendum non eſt,quod etiam ſi pręter veri ſcuti aurei appellationem, Flo- 60
rentię inueniretur alia vſualis intellectiua,& imaginaria (quod non creditur) ea tamen
ad pręſentem controuerſiam nihil faceret, propter plurimarum circumſtantiarum ra-
tionem,& ueriſimilitudinem: quæ demonſtratur. Primo ex conditione Illuſtriſsimi Du
cis Florentini, qui exprimendo ſcutum cum adiectione, auri,de veris, propriis, ac ſuis
ſcutis, & non de fictis, & à plebe excogitatis ſentiſſe creditur. Secundò ex con-
ſuetudine loquendi quæ deprehenditur ex legibus anni 31. & 34. Tertiò, quia ſi
uſuale ſcutum perpetua quadam populi conſuetudine frequentatum fuiſſet
ſuper-

a Bar. in d. l. cùm certū, & in d. l. Paulus in fi. Bal. & alij in d. l. cùm quid, & cōſ. 213. punct. uolu. 1. Are. conſ. 11. & cōſ. 112. Matt. de Afflict. in c. 1. uer. monetę in 8. q. quę ſint regal. Ioā. Ragnau. in trac. monetar. Albert. Bru. in d. trac. in 5. & in 50. ampliat. & 2. limit. Capr. cōſ. 29. Hier. Grat. d. conſ. 12. Soci. Iunior d. conſ. 101. & Laurent. Calc. d. cōſ. 15.

b Specul. titu. de ſolu. §. nunc aliqua, Geminia. conſ. 138. Laurent. Calca. d. conſ. 15. nume. 41. Hiero. Grat. d. conſ. 12. Soci. Iunior d. conſ. 101. nu. 8.

c Pulchrè Roma. conſ. 123. circa primum in princ.

d l. Cùm certum de aur. & arge. leg.

e l. In obſcuris, et l. ſemper in ſtipulationibus, & ibi DD. de reg. iur.

f d. Conſ. 13.

g d. Conſ. 6.

h d. Conſ. 6.

i d. Conſ. 13.

K d. Conſ. 13.

l d. Conſ. 6.

m Io. Villan. Flor. antiq. hiſtoric. lib. 6. c. 54. Ludouicus Gomes in regul. de ualore exprimend. queſt. 9. uer. aurum etiam.

n Guido Papæ q. 492. uer. dicendum uidetur in q ſeq colum. 2. Gomes loco ſupra citato, Mod. de contract. lib. vſur. queſt. 39. nu. 718.

ſuperuacanea fuiſſet diligẽs legiſlatio ſuper ualore ſcuti aurei ſæpe repetita,& variata. Quartò quia Illuſtriſsimus Dux ſoluendo, & Illuſtriſsima Duciſſa recipiendo in ſcutis aureis intentionem ſuam ſatis declaraſſe videntur. Quintò accedit qualitas perſonarũ clariſsimarum, & affinium: & præterea conſideratio locorum a .l quæ penſio transferri debuit, & in quibus non idem eſt valor, & vtilitas alterius monetæ quæ eſt ſcutorum. Denique ſuffragatur ipſarum rerum locatarum magnitudo,& æſtimatio, quæ computationem ad rationem librarum 7. longè excedit(vt dicitur) & aureorum ſcutorum penſitationi eſt propinquior, quam ob id ampleċti conuenit. a Nam quoties plurium diuerſarum monetarum vſus incidit,& dubitatur de qua actum ſit, ante omnia veriſimilitudinẽ inſpicimus, quæ ex dignitate rei colligitur:vt pulchrè ſcribit Accurſius, b quem alij ſequuntur, c ſi (inquit) res vendita digna erat quæ venderetur decem libris imperialibus,aut maiori precio,non eſt veroſimile contrahentes de vili moneta egiſſe, ne è contrario,quod rationi admodum conuenit;non ſolùm, vt res iuſto precio vendita cenſeatur, verùm etiam vt ceſſet deceptio venditoris. d

¶ Cùm itaque in conuentione,& propria,ac vera vocis ſignificatione, vt prædictum eſt,nulla ſit dubitatio,& infinitæ concurrant veriſimilitudines rationes,quæ etiam data dubitatione intentionem Illuſtriſsimæ Duciſſæ confouent, fruſtra obijcitur de vſu populi,conſiderando,aut inſpiciendo eo, quod eſt minus. Nam ea omnia conueniunt, & applicantur tantum diſpoſitionibus ambiguis, & obſcuris non etiam certis, aut ijs, quæ quantumuis eſſent dubiæ,ex veriſimilitudinis coniecturis declarari poſſunt, quod vtrumque eſt in propoſito, vt patet ex prædictis.

61 Succedit nunc alia Illuſtriſsimæ Duciſſæ defenſio,& propugnatio,quæ in deteriorata argentea, & librarum moneta Florentina conſtituitur. Nam cum id poſt contraċtũ, vt nobis dicitur, acciderit meritò Illuſtriſsimus Dux teneri debet, etiam ſi lege, conſuetudine, aut cõuenctione partium obligatio ad rationem librarum contraċta fuiſſet. Nã quoties pecunia intrinſecus diminuitur,& deterior fit in materia,& põdere,licet veterem retineat ęſtimationẽ valore ſcutorũ,aut aureorũ intenſo,communis eſt concluſio ſolutionem, vel compenſationem fieri debere de antiqua pecunia æque bona, vel de noua ad æſtimationem, & commenſurationem antiquæ, e & quanquam Moder. Pariſienſ. f quos ſequi videtur Didacus Couarruias, g à ſupradicta concluſione diſſentiãt, eo caſu quando veteris pecuniæ valor non augetur, nec aſcendit ſupra valorem nouæ pecuniæ deterioris notæ: ratio tamen diſſentiendi, controuertendique non eſt idonea ad euertendum quod tot Illuſtrium virorum calculis receptum, ac multorum temporum prudentia comprobatum eſt. Etenim docet vſus magiſter rerum optimus, veterum nummorum frequentationem purioris metalli abrumpi, & intercidere ſimulatq; nouæ pecuniæ magis dilutæ commixtęque eandem æſtimationem habent cum veteri. Nam veteres ſi non augeantur in valore extrinſeco, mox ad incudem reuocantur,refinguntur; & ex paucioribus, noui plures numero ære contaminati fiunt, excuduntur: adeò quòd promiſcuè, & communiter amplius non inueniantur, nec expendantur ſecundum veterem curſum, & ad nouorum propoſitionem in vſu promiſcuo. ob quod etiam nullo principali ediċto interueniente ſatis ſublata, vel mutata intelligitur vetus illorum indicatura,ęſtimatio,valor,& curſus:licèt interdum à pleriſq; vel inter numiſmata,& oſtentationis gratia aſſeruentur,vel exponantur.Nam cùm id perrarum ſit reſpectu vniuerſi,in totius populi vſu,& generali legiſlatione non eſt conſiderandum. cũ ad ea potius ius adaptari debeat quæ frequenter, & facilè quàm per rarò eueniunt, h ſed perinde habendum,ac ſi ueteri pecunia extincta, uel ſublata uigeret tantum noua deterioris nouæ pecuniæ, quæ ex communi ſententia iuſtam cauſam præbet faciendæ compenſationis creditori,qui contraxit eo tempore, cùm vetus pecunia adhuc eſſet in uſu promiſcuo: quod pronius hic recipiendum eſt propter qualitatem perſonarum,quibus dedecus fuiſſet, & in libris, aut quadrantibus populi uſu receptis contrahere, uel ſoluere: i & quia noua deterior moneta non uidetur excuſſa ſine facto Illuſtriſsimi Ducis,ex cuius arbitrio dependet cudendæ monetæ auctoritas,quod non exiguam animaduerſionem habere uidetur.

¶ Manet itaque ratum, & firmum ex multiplici capite ſcutos aureos inconuencto numero deberi,uel ſaltem quod uix admittitur, iuſtam eorum æſtimationem in pecunijs communiter apud omnes gentes,functionem,& viciſsitudinem cum aureis habentibus,inſpecto ſolutionis tempore, & habita ratione bonitatis, ac cõſiderata trãsferẽdi cõmoditate,niſi per ſequẽtes ſolutiones in minori numero admiſſas quitãtias datas cũ aſſerta liberatione generali, Illuſt. Duciſſa uidetur donaſſe ſeu remiſiſſe pręcedentis tẽporis bonitatem,& id quod numero ſcutorũ aureorũ detractum,ſeu minus ſolutũ fuit.

¶ Ia

Marginal notes:

Cõis opin.

a Alb.Bru. in d. tract. parte 1. num. 6. in fin.

b In d.l. in obſcuris.

c Alex.conſ. 33. conſideratus lib. 6. cum multis alijs adductis per And. Tiraquel. de retract. conſang. §. Glo. 18. num. 78.

d Auguſt.Bero. quæſt. 48. nume. 2.

e c. olim,& cap. cũ canonicis de cenſib. DD. in d.l. cum quid. Oldrad. conſil. 150. factum tale Bart. & alij in d.l. Paulus, Rubeus d. conſ. 148. Aymon Grauet. d. conſ. 48. num. 6. Hier. Grat. d. conſ. 12. num. 5. cum alijs multis citatis per Didac. Couar. loco alleg. n. 2.

f De contract. lib. vſur. quæſt. 100.

g Loco pręcitato.

h Liura. l. ex us, et l. nam ad ea, cum ſeq. de legib.

i Aleiatus conſ. 100.

¶ In quo tametſi pro parte Illuſtriſsimi Ducis magnum fundamentum conſtituatur: tamen ad examen, & diſquiſitionem rectę rationis reuocatum, & penitus excuſſum nullius eſt momenti, vel roboris. Nam cùm nulla ſit incertitudo, vel ambiguitas quin plus debeatur, quàm ſolutum eſt, non poſſunt ſequentes ſolutiones præiudicare promiſsioni expreſsæ a, aut reſidui debiti remiſsionē inducere. Quietationes enim non ordinantur ad donandum, ſed potius in contrarium ad acquiſitionem, & ſatisfactionem conſequendam. b Et de iure donatio non præſumitur, quotieſcunque alia coniectura capi poteſt; c intantum quòd potius præſumatur res à lege prohibita, aut error etiam in proprio facto, quàm donatio, vel rei ſuæ iactatio d: de qua re in propoſito laborandū non videtur: cùm quietationes, & receptiones pro parte Illuſtriſsimi Ducis allegatæ nō ſimpliciter emiſſæ ſint, ſed in multis adiecta ſit clauſula, ad bonum computum, quæ certiſsimam conſeruati iuris cautionem continet, e limitatque, modificat, & reſtringit ſolutiones factas; ad recepta tantùm operaturque, ne poſsit prę̨ſtatio quantumuis iterata, & multiplicata afferre præiudicium, perinde ac ſi diſcretis verbis de conſeruanda petitione reſidui proteſtatio conſentienti, & acquieſcenti Illuſtriſsimo Duci facta eſſet, aut quietationes continerent clauſulam ſaluo iure reſidui, quæ eſt reſeruatoria iuris, efficitque ne qua ratione actus, qui geritur obeſſe poſsit in petendo, ſeu conſequendo reſiduo f.

a Hiero. Grat. d. conſ. 12. nume. 64. vol. 1.
b Corneus, conſ. 181. uol. 2.
c c. Super hoc, de remunc.
d l. Sed ſi me putem, in prin. de condic. indebi.
e Bart. in l. ſi ex toto. §. 1. de leg. 1.
f Bar. in d. l. ſi ex toto. Pau. Paris. cōſil. 71. teſtator, nume. 13. uol. 3.

¶ Nec eſt verendum ne obſint Illuſtriſsimæ Duciſſæ dictæ clauſulæ in quibuſdam quietationibus omiſſæ: cùm (vt mox dicemus) Celſ. ſua adhuc ſit intra præſcriptionum tempora; & adiectio, proteſtatioque in quibuſdam quietationibus facta, in aliis repetita cenſetur propter animi intentionē ſemel declaratam: & quę etiā plerunq; conſentiente, & acceptante Illuſtriſſ. D. quietationes non ſimplices, interpoſita operatē interruptionem, & impedit coniunctionem temporum, omnemque materiam, & cauſam prę̨ſcribendi tollit è medio. Si quid, qui uult prę̨ſcribere, aut per vſum, ſeu per non vſum certi modi acquirere: ponere, ac probare debet quòd vſus ſit iure ſuo, & quòd aduerſarius patiebatur, nec verbo, nec facto contradicebat: etſi contradicebat, quòd nihilominus iure ſuo vſus ſit g: quod Illuſtriſsimus Dux nō obſeruauit, qui contradictioni, & reluctationi Illuſtriſsimę Duciſſę acquieſcendo, conſentiendoque ſecundum quietationes limitatas cum clauſula, ad bonum computum, ſoluiſſe oſtenditur.

g Gloſ. in l. 1. §. hoc interdicto.

¶ Quin etiam ſi nulla proteſtatio, aut cautio fuiſſet adhibita, ęquè adhuc integra eſſet reſidui petitio: cùm de iure clarum ſit, quòd creditor petens partem debiti etiam ab initio ſibi non præiudicet in reſiduo quò minus id etiam in eodem iudicio perſequi poſſit h. Cui conſentaneum eſt, quod Bartolus ſcribit i, quòd is, cui antiqua moneta debetur, recipiēdo longo tempore monetam nouam deteriorem conſeruet ſibi ius petendi antiquam, uel illius augmentum, quaſi recipiendo nouam uideatur recepiſſe partem antiquæ. Quod minorem difficultatem recipit in propoſito, ob id quod ex ſerie rei geſtę non obſcurè appareat, quòd difficultatem mouētibus his qui ſolutiones erogabant Illuſtriſsima Duciſſa in minori numero eas admiſerit, ex ciuilitate vel affectu prę̨ſentis ſolutiōis, & ne per dilationes ſolutio nimium differretur, quod nec prę̨ſcriptionem, nec prę̨ſumptionem arguit, ſed merā facti contingentiam, quæ nihil nocere poteſt.

h §. Si minus, Inſtit. de act. l. ſi quidem. C. de tranſac.
i l. Is qui vſumfructum, quib. mo. uſufru. amittit.

¶ Nec parum facit ad confirmationem prædictorum quòd reſiduum, ſeu defectus numeri de quo agitur principaliter debeatur, & in obligatione ſit: quoniam licet plerunque receptio ſortis, vel alterius rei ſecum trahat remiſsionem eius, quod eſt acceſſorium k: nunquàm tamen vim ſuam exercet in eo, quod eſt in obligatione mediante ſtipulatione l. Quia in noſtro caſu Illuſtriſsimum Ducem teneri tenor ipſius locationis reddit perſpicuum, remouetque omnem contrarię obſeruantię, & ſolutionis conſiderationem; quia apparet illas indebitè factas eſſe m: & hac ratione ſi aliquis probet ſolutionem ex cauſa, quæ poſtea apparet falſa, talis ſolutio in nullo parti ſuffragatur n.

k l. ſi. de eo quod certo loco.
l Iaſ. poſt alios in d. l. ſi. Soci. Iun. cōſ. 23. nu. 8. uol. 2.
m Bal. in l. ſi certis annis. C. de pact.
n Hoſt. & alij in c. peruenit, de cēſi. Ioan. Marin. de Riminaldis, cōſ. 363. nu. 18. uol. 2.

Accedit quod à tempore dictarum ſolutionum triginta anni nondum excurrerint ſi 62
ne quibus nec prę̨ſcriptionem, nec prę̨iudicium huiuſmodi ſolutiones, & receptiones inducere manifeſtum eſt; etiam ex generali iuris regula, ſecundum quam celebre conſilium Papienſis o collegij (licèt pro aduerſa parte multa moliatur) determinat ſolutiones non nocere, niſi per triginta, vel quadraginta annos continuatę ſint cum bona fide: quę ipſa quoque hic deficit propter apertam legem locationis. Et quia ex quietationibus, & propriis literis ſatis deprehenditur Illuſtriſsimum Ducem conſcium fuiſſe reſtātis, nec perſoluti reſidui, & quod Illuſtriſsima Duciſſa illud nequaquā negligeret, quod prę̨ſcriptioni & remiſsioni eſt contrarium, potiſsimum in Principe & conductore: aduerſus quem non implentem promiſſa, nec reſtituentem ea ad quæ tenetur, vel ſeſe ex prę̨ſcriptione adiuuantem lex agit ſeuerius p.

o Impreſſum in lib. tract. poſt Alb. Bru. de aug. mon.
p l. Si quis conductionis. C. locati. l. malè agitur. C. de præſcript.

63 Neque

63 Neque eſt cur hic quis obiiciat prę́ſentis articuli diſquiſitionem non pendere ex præ
ſcriptione, ſed ex interpretandi, declarandique ratione, quæ non exigit tam longa tem
porum ſpacia, aut aliarum cauſarum cócurſum, ſed minori negocio, & ex pluribus, ſeu
multiplicatis actibus inducitur: quia cùm caſus iſte ſit clarus, nullus eſt interpretationi
locus. Declaratio enim, ſeu interpretatio uerborum non dubiorum, quæ ſcilicet illis nó
congruit, non cenſetur eſſe declaratio, ſed noua, atque alia quædam diſpoſitio a, quæ
per ſolutionum receptiones nó inducitur, etiam ſi ſępius ſint iteratæ, & multiplicatæ b.
Nam vt ſolutionis, & earum receptiones operentur, neceſſe eſt caſum dubium concur-
rere, & pręter dubitationem caſus ſolutionem factam eſſe bona fide, & per tempus ad
64 præſcriptionem requiſitum c*. Vnde eleganter ſcribit Ioannes Maria de Riminaldis d,
quòd ſequens conſuetudo, & ſolutio poſtea facta, ita demum poſsit operari, ſi verba ſti-
pulationis ſint ambiguá.

a Anch. cóſ. 598. pręmiſſo pro clariori, Decius in l. in ambiguis, de reg. iur.
b Aret. conſ. 111. Hier. Grat. d. conſi. 12. nu. 68.
c Are. d. cóſ. 111. Hier. Gra. d. cóſ. 12. nu. 68.
d Loco praeciitato.

¶ Quæ cùm ita ſe habeant, nihil timendum eſt, ne factæ ſolutiones Illuſtriſsimę Du
ciſsę de damno uitando pręiudicent: cùm & bona fides, & præſcriptio deficiāt: eo quòd
amplius ipſę ſolutionis non ſimpliciter nec eodem modo, ſed uariæ per quod diſturba-
tur, & conſuetudo & præſcriptio, proceſſerint; agaturque non de declaranda qualitate,
ſed immutanda ſubſtantia obligationis: quia ſecundum partis aduerſæ intentionem,
vbi in obligatione ſunt 7500. ſcuta, ſoluerentur tantum ſeptem millia: quod contingit
ſubſtantiam, & id quod eſt principaliter deductum in obligationem.

¶ Per quæ omnia etiam ea diluuntur, quę de ſolutione facta ad bancum de Pucci-
nis, & generali liberatione obiiciuntur, cum annotatione Ioannis de Ortega theſaura-
rij: quia omnia ſunt eiuſdem habitudinis & rationis; mutuam completionem, & depē-
dentiam habentia: & quod ad ſolutionem banchi de Puccinis attinet, ea non tam pro-
deſt, quòd aduerſatur Illuſtriſsimi Ducis ſententiæ: quoniam cląris uerbis demonſtrat
integra 7500. ſcuta annumerata eſſe pro affictu vnius anni, abſque ulla probatione aſ-
ſertæ repetitionis vel reſtitutionis, cùm priuatæ atteſtationi ab Illuſtriſsimo Duce exhi-
bitę fides attribui nequeat in præiudicium Sęreniſsimę Dominæ Duciſſæ. Sed & annota
tio Ioannis de Orteghą hic omnino eſt impertinens, nó ſolum, quia de auctoritate, ſeu
poteſtate eius iuſta de cauſa controuertitur, uerùm etiam: quia annotatio illa eſt extra
quietationem Illuſtriſs. Duciſſę concepta, non ad approbationē ſolutionū tanquàm de
bitè factarū, ſed ad priuatam cautionē, ſecuritatem, & indemnitatem ipſius Orteghæ,
nec cogeretur in rationibus reſpondere de ſpeciebus 7500. ſcutorum, quæ maiorem ha
bent numerum, maioremque quantitatem conſtituunt, & ex cambio, ſeu allagio poſ-
ſunt creſcere e.

e And. Alcia. cōſil. 100. nu. 3.

65 Ruſus liberatio illa licèt ab Illuſtriſsimo Duce dicatur generalis, referaturq; ad om
nia tempora præterita, rectè tamen inſpecta non niſi vnius anni affictum aſpicit, quod
ex oratione de affictì ſingulari numero cum determinatione certi temporis ante finem
locationis, & ea adhuc ſtante elapſi intelligitur: ideoque ad unum illum annum coar-
ctanda eſt, nec vltra progredi debet. Libaratio enim eſt ſtricti iuris, nec in ea veniunt: ni
66 ſi expreſſa f*. Et idcirco liberatio facta pro vna quantitate, affictu, ſeu tempore, non eſt
extendenda ad alia g.

f Calder. conſ. 5. tit. de præben. Soci. conſ. 96. uiſo proceſſu in fi. lib. 1.
g Paul. Pariſ. cōſi. 109. n. 17. uol. 3.

¶ Præterea ne quęrentes exitum rei latiſsimè ſe ſpargentis diutius immoremur, his
particularibus circumſtantiis manifeſti iuris eſt liberationem quantumuis generali-
ter acceptam cum aliis quę illi coniuguntur corruere, apparente uitio vel defectu ſolu-
tionum, in quarum conſequentiam proceſſerunt omnia, idque vel ratione acceſsionis,
vel ratione deficientis, aut non ſubſiſtentis cauſæ, & ex capite erroris, vel enormis læſio-
nis, ac lucri, qûod indebitè penes Illuſtriſsimum Ducem remaneret cum iactura Illu-
67 ſtriſsimę Duciſſę*. Nam generali regula receptum eſt, corruente principali acta cor-
ruere etiam omnia in conſequentiam eius inſequuta h*. Et ei qui conſentit, vel pro-
68 miſit ſine cauſa, condictio non denegatur i*. Et generaliter nihil nocere poteſt libera-
69 tio, quæ continet enormem lęſionem k, aut errorem qui hic pręſumitur ex ipſa quali-
70 tate perſonę, quę per ſe non contraxit, nec tractauit ſua negocia, ſed per alios*. Et quia
de ueritate conſtat in contrarium, ob quod huiuſmodi liberatio debet iudicari inutilis,
etiam ſi tranſactione l, aut contrario pacto ſcilicet de non allegando errore confirme
tur: quia tranſactiones, remiſsiones, pactaque huiuſmodi eodem vitio laborant, eun-
demque errorem habent, quem habet principalis ſolutio: & ita in terminis ſolutionis,
Cōis & liberationis ſcribit Accurſius m, quem communiter omnes ſequuntur, & quorum
opin. ſentętia aperto iuriſconſulti reſponſo confirmatur n, quod valde conuenit rei propo-
71 ſitæ*. Nam cum ex conuentione collata cum ſolutionibus appareat plus deberi, quàm
ſolutum eſt, certiſsima eſt erroneę liberationis, & confeſsionis probatio, quę Illuſtriſsi-
mę Du-

h l. Cùm principalis, de reg. iur.
i l. 1. de condict. ſine cauſ.
k Taris, conſ. 99. nu. 9. lib. 1.
l l. fi. §. idem quæſiuit, & ibi Caſtrē. de condic. indeb.
m In d. l. fi. §. idem quæſiuit.
n d. l. fin. §. quæſitum.

mæ Ducissæ obeſſe non debet, etiam ſi omnino verbis effuſis vniuersè omnia tempora
comprehenderet; præſertim cùm reſpiciat quantitatis ſolutionem, & prǽſtationem, quę
implicat ſupputationem, & calculum in quo ſpeciali lege conſtitum eſt, & rationum cō
putationem nullum adferre veritati præiudicium, & ſi fuerit à partibus concluſa, per-
fecta, & ſubſcripta, a ac ſæpius iterata, & repetita, b *. Cuius rei cauſa manifeſta eſt: 72
quia error aduerſatur veritati, c quæ quocunq; modo deprehenſa ſit, ſiue ſtatim, ſiue
ex interuallo, ſequenda, & ſemper amanda eſt in omnibus; maximè uerò in euitatione
damni de quo agitur, cuius reſpectu præſumitur, & toleratur error etiam in facto pro-
prio d *. Nam generaliter quando quis certat de damno vitando, & probat rem aliter 73
ſe habere, hoc ipſo error probatus eſt, & toleratur in facto proprio e adhuc naturali æ-
quitati repugnat Illuſtriſsimum Ducem cùm iniuria, & iactura Illuſtriſsimæ Ducillæ
locupletari, f ideoque liberatio illa tanquam iniquitatem continens: ipſo iure nulla, &
nullius eſt momenti, aut roboris: nec ſolùm conditione ſine cauſa, aut erroris, ſed etiā
per viam exceptionis Illuſtriſsima Ducissa ſe poteſt defendere: g cùm ex Iuſtiniani cō
ſtitutione, h etiam ijs qui incerto, & ancipiti animo ſoluerint repetitio non denegetur:
præſumptioq; tranſactionis vel remiſsionis eſſet, niſi hoc ſpecialiter ab altera parte ap-
probetur, ac maiore ratione eneruetur indebita cautio, quàm repetitio pecuniæ, quæ
indebitè ſoluta eſt. l. ſi non eſt numeratus. C. de cond. ex lege.

a l. Vnica, & ibi DD. C. de errore calculi, Fulg. conſ. 142.
b Lud. Rom. conſ. 391. & Curt. Iun. in d. l. vnica.
c l. Illicitas. §. ueritas, de officio præſidis.
d d. l. ſed & ſi me putem.
e Alex. conſ. 69. vol. 5. Curt. Senior conſil. 70.
f l. iure naturæ, de reg. iur.
g l. Inuitus. §. cuidamus, de reg. iur. l. 3. §. 1. de contraria & vtil. act. tutelæ.
h in l. fi. C. de cōd. indeb.

¶ Poſſent hic in cumulo multa alia argumenta deduci, & inter alia proponi, quòd liberatio hic retro in præteritum tantùm reſpiciat, nec ad ſequentes affictus, & locationes pertineat, idque eo magis quòd ſequentes locationes licèt relationem ad præcedentes habeant: re vera tamen per ſe ſtent, nec prorogationem ante finitum primum tempus, ſed renouationem prioribus locationibus finitis contineant, ob quod nouam, diſtinctamque locationem conſtituunt, quæ ſeparatim accipitur etiam reſpectu contrahentium: verùm quia in prædictis non eſt dubitatio, ſuperuacanea foret plurium rationum & argumentorum accumulatio, & confirmatio. Denique de meliorationibus, & bonis Bondelmontium obiectio nihil pertinet ad hanc quæſtionem valoris, ſeu conuentæ quantitatis, & præterea reſtitutio Bondelmontibus facta ignorantem, nec admonitam Illuſtriſsimam Dominam non aſtringit: meliorationum vero quæſtio ante reſtitutionem bonorum non admittitur.

¶ Cùm itaque remotis argumentis aduerſantibus, manifeſta remaneat locationis lex, & conuentio de ſoluendis 7500. ſcutis auri, ac conditio Illuſtriſsimi Ducis, & eo amplius qualitas Illuſtriſsimæ Ducissæ, & habitandi deſtinatio, item conſuetudo tum loquendi tum vtendi in vtroque, cum aceruo aliarum circumſtantiarum de veris ſcutis actum, & cogitatum eſſe non infirmabit Dux præcellentiſsimus, quòd tam ſolenni promiſsione, & tot vinculis conſtitutum eſt: præſertim cùm nihil probabile occurrat, quod eum ad huiuſmodi contractus euerſionem impellat, cum manifeſto præiudicio Illuſtriſsimæ Ducissæ, cui promiſſa obſeruanda ſunt, ſaluo meliori omnium rectius ſentientium iudicio.

¶ Atque ita concluſum eſſe per dominos canonum, & legum Doctores, iura canonica, & ciuilia in alma Vniuerſitate Louanienſi ordinariè legentes, & profitentes, Collegiumque facultatum vtriuſque iuris in eadem Vniuerſitate conſtituentes, atteſtor ego Ioannes Saſſenus de Louanio earundem facultatum, dictique venerandi Collegij Bedellus, & Notarius iuratus: in cuius rei teſtimonium, ac maiorem fidem ex mandato prædictorum meorum dominorum, manu propria præſenti iuris reſponſo ſubſcripſi, & ſigillaui eiuſdem Collegij his appendi, vigeſimaquinta Februarij anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto.

Ioannes Saſſenus de Louanio Bedellus, & Notarius præſcriptus ommiſſo ſigillo.

SVMMARIVM.

1 *MONETA, ſiue pecunia minuta, de generali conſuetudine ſolui poteſt pro ducatis & è conuerſo in eadem æſtimatione, quãuis moneta non ſit in obligatione.*

OPINIO DXVII.

1 MONETA argentea pro aurea, ſiue pecunia minuta pro magna, ſecũdũ eãdẽ æſtimationem de conſuetudine generali ſolui poteſt; quàmuis moneta non ſit in obligatione: ſecundùm Glo. notabilẽ in l. ſi quis argentum, in princ. C. de dona. Bart. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem, colum. 2. ff. de ſolut. Curt. Iun. conſil. 24. num. 5. & Brun. in tract. de augmen. mone. 2. limitatio. colum. 2. quę quidem conſuetudo ſeruanda eſt, Bart. colum. 1. & Imol. in princ. in l. Paulus. ff. de ſolutio. & Natta conſ. 454. ſuper contingenti controuerſia. nume. 1. volum. 2. & iſtam tradit eſſe totius mundi generalem conſuetudinem Ioan. de Plate. in l. 1. C. de arge. præ. lib. 10. Bart. Alex. Aret. Soc. & Purpur. in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. Bald. in l. libera, num. 6. C. de ſenten. & interlocu. om. iud. Butr. & Abb. in cap. quanto, in fin. de iureiur. Martin. Laud. in tract. de monetis, num. 5. Afflict. in deciſ. 90. nu. 5. Boer. deciſio. 327. colum. 3. Curt. Sen. in tract. monetarum, Ang. de Clauaſio in ſumma in verb. Pecunia in fin. Ioan. Tabienſis in ſua ſumma Tabiena in ver. Pecunia, ſub §. 4. & Rub. conſil. 148. num. 1. Et ſic inter partes ſemper tacitè cenſetur actum, vt ſecundum conſuetudinem loci ſoluatur ipſa pecunia: vt per Aflict. in titu. quæ ſint regalia, in verſ. Monetæ, num. 21. in vſi. feud. & per Ioachimum in obſeruatione 15. ſi de precio, centuria 4. vbi refert ita deciſum extitiſſe in conciſtorio Imperiali; & iſtorum opinio communis eſt: *Cōis opin.* teſte Curtio, in memorato conſ. 24. nume. 5. & Couaruuias in ſua pract. in fin. tit. de numiſmate. c. 7. §. vnico, nu 1. & vera, teſte Soc. Iun. conſ. 44. illuſtriſsime, ac excellentiſsime Dux, ſub nume. 5. volum. 4.

SVMMARIVM.

1 *PRINCEPS ſolus poteſt mutare valorem monetæ abſque populi conſenſu: ſecundum vnam communem opinionem. ſed iuxta alteram ſententiam cõtrariam, ſimiliter communem, Princeps ipſe circa monetam nõ poteſt aliquid ſtatuere ſine conſenſu populi.*

2 *Moneta debet tantum valere in forma, quantum in maſſa: & expenſa pro ea cudenda debet fieri de publico.*

OPINIO DXVIII.

1 MONETARVM valorem ſolus Princeps abſque populi cõſenſu mutare poteſt: ſecundum Ioan. Fabr. in authent. hoc niſi debitor. C. de ſolutio. & inſtit. quibus modis tollitur obligatio, in prin. & Boer. cum alijs congeſtis per eum, deciſ. 327. num. 6. & ſeq. *Cōis* vbi deducit iſtam opinionem communem fore. *opin.*

¶ In contrariam verò ſententiam, videlicèt, quòd Princeps ipſe circa monetam non poſsit aliquid ſtatuere ſine conſenſu populi: cùm circa hoc non ſolùm Principi, verùm & populo etiam detrimentum afferatur, inclinarunt aliqui Docto. varijs in locis iuris noſtri, & præſertim Angelus de Clauaſio in ſua ſumma Angelica in verbo Falſarius, ſub §. 6. Franciſcus Marci. q. 152. in 1. parte, & Igneus in repetit. l. neceſſarios. §. non aliàs par. 2. num. 99. & num. 108. C. ad ſena. conſul. Syllani. quo in loco affirmat iſtam eſſe communem opi- *Cōis* nionem: Tamen obſeruatur prior opinio ſimiliter *opin* communis.

2 Et ipſa moneta debet tantum valere in maſſa, quantum formata; & ſic tantum in pondere, quã tum in valore eſſe debet: & expenſa debet fieri de publico: ſecundùm Bart. in l. qui falſam. ff. de falſis, & in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. peta. Imol. in l. Paulus. ff. de ſolutio. Fabianum de Monte in tract. de emptio. & venditio. in 5. q. princ. ſub nu. 2. & ſeq. Soc. in l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. Brunum in tract. de mutatio. monetarum in prin. Affl. deciſ. 90. nu. 4. & Glo. in l. 1. ff. de contrahen. empt.

¶ In contrariam verò opinionem inclinarũt, quòd imò de iure debet detrahi expenſa cudẽdi, & quod minus ponderis ſit in ea, quam valeat, Innoc. & Abb. in c. quanto, de iureiur. S. Antoninus Archiepiſc. Floren. in ſua ſumma in 2. par. c. 18. de falſificatione, ſub verſ. de falſificatione monetæ, Curt. & Zaſi. in d. §. mutui datio, & Cagnolus in l. 2. C. de pact. inter empto. & vend. q. 74. n. 213. & 214. & Angel. de Clauaſio in ſua ſumma in verſ. Falſarius. §. 6. vbi prorumpit iſtorum opinionem communiter approbari: ſed prima opi- *Cōis* nio Glo. Bar. ſequaciumq; obſeruatur vbique. *opin.*

¶ Vnde ad bonitatem ipſius monetæ plura neceſſariò requiruntur, videlicèt, iuſtitia ponderis, & materiæ, & authoritas formæ: ita Bar. in d. l. qui falſã, & Bal. in rub. C. de cõtrahẽ. empt. in 1. q.

SVMMARIVM.

1 *MONETAM falſam Imperatoris efficiens, aut cudens, igne comburendus eſt: & eius bona publicantur. Monetam verò inferioris Principis cudens, puniendus eſt pœna capitali: ſecus autem in Regno Neap. vbi vigore*

gorem conſtitutionis punitur pœna capitis,& publicatione bonorum.

2 *Moneta aurea,ſeu ęrea,vel argentea ſit,parum, aut nihil refert in punitione falſificantis ipſam monetam.*

3 *Pœna capitalis iniuncta per l.2.C.de falſa moneta,pro falſificatione monetæ digna deportationis eſt.*

4 *Statutum puniens falſificantem monetam,non procedit in falſificante monetam reprobatam in loco ſtatuentium: quoniam ſtatutum loquens de moneta procedit in moneta vſuali,& currenti in loco ſtatuti.*

OPINIO DXIX.

1 MONETAM falſam Imperatoris efficiens,aut cudens,igni cõburendus eſt,tãquam verè reus crimine læſæ maieſtatis. l. 2. C. de falſa moneta:ſecũdùm iſtius text.communem interpretationem:quam ibi tradiderunt Gloſſ.Cyn. & omnes, Bonifacius in tract.maleficiorum,in rub.de pęna falſificantis monetam, Abb.in c.quanto,num.7. de iureiur.Rapha.Cuma.poſt Salyc.conſ.138.in fin.Marſil.in l.qui falſam monetam, num.103.C. ad l.Cornel.de fal.Fabianus de Monte in tract.de emptio.& venditio.in 5.q.princ.num.7.S.Antoninus Archiepiſ.Floren.in 2.par.ſuæ ſummæ,cap. 18.de falſificatione verſ. de falſificatione monetę, & Iacob.Nouellus in ſua pract.in rub. contra monetarios,num.2. & omnia eius bona publicãtur. *Cõis opin.*

¶ Sed ſi quis crimẽ hoc cõmiſerit circa monetã Principis inferioris,qui non ſit Imperator,puniẽdus erit pœna capitali. l. 1.C.de falſa moneta,& not.omnes Doct.cõmuniter in d.l.2.& Glo.Scribentesque omnes in c. quanto,de iureiur. & Fabianus in d.q.5.ſub num.7.& S. Antoninus loco, de quo ſupra. Et ſic falſificans monetam Regis, Baronis,vel Ciuitatis,punitur pœna capitis ciuili,non autem naturali,ideſt deportatione:ita Salyc.in d.l.2. & ibi Bal.per l.fin. C. de veter. num. poteſ.lib.11. Alex in l.eleganter.§.qui reprobos. ff.de pigno.actio.& in conſ.104.ſtatutum loquẽs, ſub num.2.volum 1.& Ioan.And.in d.c.quanto, vbi recenſuit hoc idem firmaſſe Ioan.Cremonenſem, qui aliàs in facti contingentia in Ciuitate Bononiæ falſificantem monetam ab amputatione capitis liberauit. *Cõis opin.*

2 Nec quicquam refert in punitione iſtius criminis,quòd ſit moneta aurea,ærea,vel argentea:ſecundùm Saly.in memorata l.2.& Afflict. in conſtitut.Neapolit.lib.3.tit.40.colum.2. Sed pœna vtique non debet eſſe par, æqualiſq; in omnibus iſtis caſibus.Nam monetam auream corrumpẽs, deterioremque faciens, pœna mortis mulctandus eſt.l.qui falſam.ff.de falſ.& l. 1.C.de falſ.monet.& Marſil.conſil.71.num.11.volum. 1.Cæterùm monetam argenteam corrumpens, vel deteriorem reddens,pœna mortis plectendus quippè non foret modo aliquo:ſecundùm Marſil. in loco præcitato,num.13.

3 Hæc tamẽ pęna capitalis,de qua in d.l.2.nota, ſeu digna deportationis eſt:Glo.in l.fin.C. de veter.numiſma.poteſta.lib.11. notat Saly. in d l.2. & Marſil.in l.qui falſam monetam,num.52.ff.ad leg.Corne.de fal. & iſta videtur verior, communiorq; opinio Doct. Conſtitutione verò Neapol. incip.adulterinam monetam,adulterans monetam Principis punitur pœna capitis, & publicatione bonorum. *Cõis opin.*

4 Cæterùm ſi ſtaret ſtatutum puniens falſificantem monetam,non procederet in falſificante monetam reprobatam in loco ſtatuentium. Quoniã ſtatum loquens de moneta, procedit in moneta vſuali, currentiq; in loco ſtatuti: vt voluit Alex. in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig.actio.&in d. cõſ.104. Marſil.in d.conſ.71.num.10.& ſeq.& Iulius Scarlatinus in conſ.115.in quæſtione propoſita,num.9.& ſeq.poſito inter conſilia crimin. diuerſorum infolio. in 1. vol.

¶ Et alia quamplura ſpecialia in crimine hoc, plenè deducit Bonifacius in d.rubr.de pœna falſantis monetam,num.1. cum alijs ſeq.& Nouellus loco,de quo ſupra.

SVMMARIVM.

1 *MONETAM radens, vel minuens,ſi liber eſt,beſtijs ſubijcitur, ſi ſeruus vltimo ſupplicio punitur.quod procedit in tondente,& radente monetam auream, aut auro tingente nummos alterius metalli; non alio.*

2 *Monetam auream,vel argenteam minuens, vel radens in Regno Neapolitano condemnatur ad mortem cum publicatione bonorum.ſed circumcidens aureos grauioris ponderis,& reducens ad iuſtum pondus non eſt puniendus.*

3 *Monetam tondens per priuatos homines capi poteſt impunè abſque ſuperioris licentia, & ad eum duci.*

4 *Monetam tondens, ſeu falſificans, uel ſcienter eam expendens,tenetur ad reſtitutionem, uel ad elargiendum ipſum lucrum inter pauperes.& falſificantes monetas mortaliter peccant.*

OPINIO DXX.

1 MONETAM radẽs,tondens, vel minuens: ſi liber eſt,beſtijs ſubijcitur: ſi ſeruus vltimo ſupplicio punitur. l.quicunq;. ff.de falſis, vbi omnes Doct.hoc pro cõſtanti tenẽt, & in l.2.C.de falſa moneta, & in c.5.de iureiur & S. Ant.Archiep.Flor.in sũma in 2.par.c.18.de falſificatione,ſub verſ.de falſificatione monetę,Bonifacius in tract.maleficiorũ, in rubr.de pœna falſantis monetam, ſub nu.2. & Afflict.in conſtitut. qui nummos, nume. 1.lib.3. Io.Anto. de Nigris ſuper capitulis Regni, in cap. 31.vt quæ ab excellentia num.11.fol.88. Fabianus de Monte,in tract.de emptio. & venditio. in *Cõis opin.*

5.q.

5. q. prin. ſub nu. 7. Quod procedit in tondente, & radente monetam auream, aut auro tingente nummos alterius metalli, non in alio: ſecundùm Marſil. conſ. 71.

2 Sed conſtitutione Regni Neapolitani exordiente, qui nummos aureos, condemnatur quicunque raſerit, vel minuerit pecuniam auream, vel argenteam ad mortẽ cum publicatione bonorum omnium. Verùm iſta conſtitutio, & aliæ leges, & ſtatuta punientia tondentes monetas, limitantur, mitiganturq; cum grano ſalis non habere locum in tondentibus, circumcidentibusq; monetas, ſeu aureos grauioris ponderis, & eos redigẽtes ad iuſtũ pondus; qui licèt malè agant, non tamen committunt delictum, nec puniri debent, poſtquam lex contra eos nulla pœna conſtituit: vt conſuluit doctiſsimè in proprijs terminis Alciatus in conſ. 14. Trium inquiſitorum viſo proceſſu, tomo 2. lib. 7. per totum, & Iulius Scarlatinus in conſ. 115. in quæſtione propoſita, poſito inter conſilia crimin. diuerſorum in 1. vol. in folio. Attamẽ limitatio hęc hodie iudicio meo non procederet quippè in Regno: cùm in eo contra inciſores quoſcunque monetarum ſtatuta ſit pœna vltimi ſupplicij, mediante Regia pragmatica emanata tempore fœliciſsimæ memoriæ Caroli Quinti, exordiente. Licet vigore pragmaticarum, & conſtitutionum Regni.

3 Et tondens iſte per priuatos homines capi poteſt impunè abſque ſuperioris licentia, & ad eum duci: vt probat Marſil. in l. qui falſam monetam, num. 99. & ſeq. ff. de falſis, Boniſa. in d. rub. de pœna falſantis monetam, ſub num. 2. & Frater Ioannes conciuis meus, & celebris Theologus in ſermonibus quadrageſimalibus, in ſerm. 38. de reſtitutione q. 2. col. antepen.

4 Vbi firmat etiam quòd tondens ipſe, falſificãſque monetas, & ſcienter eas expendens, teneantur ad reſtitutionem. Et S. Antonin. loco, de quo ſupra ſub verſ. quantum ad vſum, concludit tale lucrum in huiuſmodi caſu largiendum, erogandũq; eſſe pauperibus. Et Ang. de Clauaſio in ſua sũma in ver. Falſarius. §. 1. vbi poſt Hoſt. Io. And. Imol. & alios in c. quanto de iureiuran. concludit etiam falſificantes monetas mortaliter peccare.

SVMMARIVM.

1 *MONETAM falſam ſcienter expendẽs ſi nummi plumbei, vel ſtannei ſint, pœna ordinaria falſi punitur: ſi verò ſint alterius materiæ, pœna erit extraordinaria.*

2 *Monetam falſam pluribus vicibus expendens tanquã aſſuetus hoc facinus patrare, eſſet puniendus pœna capitis, ſeu ignis.*

3 *Monetam adulterinã cudẽs, accipiens, ac vtens, punitur pœna capitis, & publicatione bonorũ in Regno Neap.*

4 *Monetam falſam habens, reus falſæ monetę præſumitur ſi non indicauerit illum à quo eam monetã habuerit.*

5 *Monetarum materia remiſsiuè.*

OPINIO DXXI.

1 MONETAM falſam ſcienter expendens, ſi nummi plumbei, vel ſtannei ſint, pœna ordinaria falſi punitur, quæ traditur in l. 1. §. fin. ff. de falſis. Si verò nummi ſint alterius materię pœna erit extraordinaria: ita tradidit Bar. eleganter per text. ibi in l. lege Cornelia. ff. de falſis, & Abb. in cap. 5. colum. 2. de iureiuran. & ſequitur etiam Ioan. Anton. de Nigris cum alijs aggregatis per eum ſuper capitulis Regni, in cap. vt quæ ab excellentia. 31. nume. 14. folio. 88. Fabianus de Monte in tracta. de emptio. & venditio. quæſtio. 5. princ. ſub nume. 9. & Sanct. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in ſua ſumma in 2. parte, cap. 8. de falſificatione, verſicu. quò ad vſum falſæ monetæ. Cæterùm Salyc. in l. 2. C. de falſa moneta, tenet indiſtinctè ordinariam pœnam falſi eſſe in caſu iſto infligendam, quem ſequitur Marſil. in l. qui falſam, num. 64. ff. de falſis. intonans opinionem iſtam ſeruari in practica, & eandem ſententiam ſequi videtur conſil. 47. nu. 2.

2 Sed ſi quis doloſè pluribus vicibus expenderet falſam monetam; & ſic aſſuetus foret hoc facinus patrare, puniendus veniret pęna capitis, ſeu ignis: ſecundùm Bonifacium in tracta. maleficiorum, in tracta. de pœna falſantis monetam, nu. 4. vbi refert multos Doct. Paduæ in iſtam partem inclinaſſe.

3 Conſtitutione autem Regni Neapolitani inchoante, adulterinam monetam, & cætera. monetam adulterinam cudentes, accipientes, & vtentes ſcienter puniuntur capitis pœna, & bonorum publicatione, vbi Afflict. in fin. teſtatur vidiſſe magnam Curiam Vicariæ extraordinariè puniuiſſe expendentes monetam falſam.

4 Et his occurrit congruenter hic, quòd is præſumitur reus falſæ monetæ, ſi non indicauerit illum à quo eam monetam adulterinam habuerit, ſicuti voluerunt Petr. & Cyn. in l. maiorem. C. de falſis, notat Aretin. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignoratitia actione, Barbatius conſil. 51. colum. 4. & Marſil. in d. l. qui falſam, nume. 97. Vnde conſtat etiam ignorantiam falſi eius pręſumi, qui expendiderit adulterinos nummos, ſi eum non indicauerit, à quo eos habuerit.

5 Et circa monetarum materiam vide amplè per Afflict. in præfatio. conſtitutionum Regni in quæſt. 41. Albertum Brunum, in tract. de monetis, Fabianum in d. quæſt. 5. ſui tract. de emptio. & venditio. num. 2. cum alijs ſequen. & Curtium Seniorem in tracta. monetarum, Aegidium Boſſium in pract. crimin. in titu. de falſa moneta fol. 157. & Ioan. Ant. de Nigris in d. c. vt quæ ab excellentia, & in c. iam ſæpè. 230.

SVMMARIVM.

1 *MORAE purgatio debet fieri celeriter iudicis arbitrio.*

2 *Mora parua, non dicitur mora.*

3 *Fideiuſſor, qui ſub pœna promiſit aliquem in iudicio repræſentare certa die, ſi poſt moram repręſentauerit non tenetur ad pœnam: quia potuit moram purgare: & hoc etiam iuramento interueniente.*

4 *Iudæus etiam admittitur ad purgandum moram. & conſequenter purgatio morę habet locum quoque in Iudæis.*

5 *Fideiuſſor obligans repręſentare aliquem ſub certa pœna, & cum iuramento, non admittitur ad purgandum moram: & ſic repræſentando ipſum reum poſt moram tenetur ad ſolutionem ipſius pœnę abſque ſpe aliqua purgandi moram.*

6 *Moræ purgatio excluditur per iuramentum: nam iuramentum obſtat purgationi moræ.*

7 *Mora committitur ſine interpellatione aliqua, ubi in contractu interuenerit iuramentum: quia iuramentum habet vim interpellationis.*

8 *Mora duplicata, ſeu geminata per lapſum termini purgationis excludit facultatem purgandi: & ſic moroſus tunc non admittitur ad purgationem morę.*

9 *Morę purgatio in omni caſu admittitur ſemper de ęquitate canonica.*

10 *Mora ſecundum ęquitatem canonicam purgari poteſt, etiam vbi interuenerit iuramentum.*

11 *Mora de ęquitate canonica purgari poteſt, vbi ea nullum damnum parti affert: aliàs ſecus.*

12 *Moræ purgatio non admittitur, ſi ex pacto poſt moram contractam facta eſſet reſolutio contractus.*

13 *Mora geminata purgari non poteſt etiam de æquitate canonica.*

14 *Mora purgatur de ęquitate canonica in terris eccleſiæ duntaxat.*

15 *Mora purgari non poteſt ſecundum ęquitatem canonicam, ubicunque ei renunciatum ſit. Et dicitur morę renunciatum, vbi in contractu quis omni legum auxilio renunciaret.*

16 *Mora de æquitate canonica purgatur ſolummodò per perſonas eccleſiaſticas.*

17 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti contra quem agitur ex eo capite, quòd mora fuerat commiſſa in ſiſtendo, eſto quòd peteretur intereſſe: tũc igitur deberet conſtare de quãtitate ipſius intereſſe, & probari uerum debitum principalis, in quo ille tenebatur, antequàm cogatur ad ſoluendum.*

OPINIO DXXII.

1 MORAE purgatio debet eſſe celer, vel fieri celeriter per paucos dies ad arbitriũ iudicis. vt per Deci. conſ. 452. nu. 25. Iaſ. conſ. 82. uol. 1. & Afflic. deciſ. 37. & eſt tex. & ibi Bart. in l. ſi in lege. §. colonus. ff. loc. & ſic, vt dicatur quis purgari morã celeri ſatisfactione, ſtatur iudicis arbitrio: ſecũdũ magis cõem opinionẽ; quã citat Deci. conſ. 138. & diligenter, ſub nu. 8. Ripa in l. ſi inſulã. nu. 35. ff. de uer. obl. Bertr. conſ. 146. quanuis bona emphyteoticaria permutata, ſub nu. 2. uol. 8. & Dec. conſ. 138. poſt nu. 7. *Cõis opin.*

¶ Quia cùm nulla ſit lege expreſsè diffinitũ intra quod tẽpus mora ipſa purgari poſsit, iudicis arbitrio committitur. l. 1. §. 1. ff. de iur. delib. & l. 1. §. effractores. ff. de effract. Card. & Imol colũ. 15. & ſeq. in c. potuit. ext. loc. Iaſ. cõſ. 82. uol. 1.

2 Qui quidẽ iudex tenetur hoc caſu prudenter animaduertere, ꝙ parua mora nõ dicitur mora. ita Albe. de Roſa. in l. 1. C. de uer. ſig. Lau. de Fano in l. quorũ. col. 38. ff. de pign. Barbac. in conſ. 58. omnipotentẽ. col. 15. vol. 4. & Tiraq. in tract. de iud. in rebus exiguis ferendo, ſub quæſt. 68. & d. l. ſi in lege. §. colonus. ff. locati.

3 Et hinc eſt, ꝙ fideiuſſor, qui ſub pœna promiſit aliquẽ in iudicio repręſentare certa die, ſi poſt morã repſẽtauerit nõ tenet̃ ad pęnã: quia potuit morã purgare, & hoc etiã iuramẽto interueniẽte: vt ꝑ Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa, n. 14. ff. de ver. oblig. & ita iudicaui in facti cõtingẽtia dũ erã iudex criminalis in Ciuitate Therami in anno Dñi. 1561.

4 Imò etiã Iudęus admitteretur ad purgãdũ moram ipſam; & ſic purgatio moræ haberet locum quoq; in Iudæis: vt voluit Fely. in c. 2. de Iudæis. Licèt contrarium velit Iaſ. in l. & ſi poſt tres, nu. 4. ff. ſi quis cautio.

5 Sed hoc limitatur non procedere in fideiuſſore de repræſentando aliquem ſub pœna certa, & cum iuramento: ſecundùm Afflict. deciſio. 174. col. fin. & Grauet. in d. conſ. 95.

¶ Et tunc profectò, ſtante appoſitione diei, & pœnę in promiſsione, incurritur, ſeu contrahitur mora abſq; interpellatiõe aliqua elapſa die. textus eſt in l. magnam. la 2. C. de contrahen. & cõmit. ſtip. Bar. in l. ſi ſtipulatus. ff. de uer. obl. l. 2. & ibi Doct. C. de iur. emphy. & in c. potuit de locat. & in l. quod te. ff. ſi cer. pet.

6 Et de hoc nõ eſt nimis mirandũ: quia iuramẽtũ excludit facultatẽ purgandi morã: & ſic iuramentum obſtat prædictæ purgationi, ſecundum communem opinionem Bar. & omnium Doctorum in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & in l. ſi inſulam. ff. de verbo. oblig. quam ſequuntur, & atteſtantur inibi Moder. Roma. ſingula. 444. Alciat. conſ. 104. num. 10. & Ripa in l. ſi inſulam nu. 90. & ſeq. ff. de verb. oblig. & in repet. l. fin. num. 110. C. de reuocan. donatio. *Cõis opin.*

7 Et tunc equidem ſtante iuramento mora ipſa cõmittitur ſine aliqua alia interpellatione, quæ eo caſu neceſſaria nõ eſt: ita Doc. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. Curt. Iun. conſ. 74. Gozad. conſ. 27. col. 3. & conſ. 31. col. 1. & Rubeus Alexandrinus conſ. 152. Siquidem iuramentum habet vim interpellationis: ſtimulat enim illud quotidie iurantem, vt promiſſa obſeruet. c. 1. de forma fideli. & tradunt Alex. & alij omnes in d. l. quod te.

8 Fallitque non habere locum ſimiliter in mora duplicata: quia exploratum eſt geminationem moræ per lapſum diei, ac termini purgationis facultatẽ excludere. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig.

& oblig. per quem tex. ita firmat Ang. ibi, Roma. conſ. 352. num. 8. & ingenioſiſsimus D. Horatius Mandoſius cum alijs citatis ibi per eum in addit. in litera G. Gozad. conſ. 57. ſub nume. 18. & Berous conſ. 120. concludo in præſenti cauſa, num. 21. vol. 1. Licèt, & malè Coraſ. in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 2. c. 6. ſub nu. 10. cum alijs ſequent. contrarium ſentiat.

¶ Imò mora ipſa geminata, ideſt contracta per geminatam interpellationem minimè purgatur etiam ante litis conteſtationem: ita Roma. & Alex. in d. l. ſi inſulam, de verb. oblig.

9 Sed iſtius moræ purgatio admittitur abſque dubio de æquitate canonica. Nam ſemper, & in omni caſu regulariter de æquitate canonica purgari poſſet mora ipſa: ita Canoniſtæ in c. tua, extra de pœnis, Bald. in l. qui crimen q. 11. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. ſi pacto. C. de pact. & Doctor. præſertimque Imol. in c. dilecti, de arbitr. Gozad. conſ. 66. decreuerant, ſub num. 13. Gratus conſil. 79. punctus præſentis conſultationis, nu. 11. vol. 1. & Berous in conſil. 120. concludo in præſenti cauſa, ſub num. 20. vol. 1. & ita conſuluit Dec. in terminis in d. conſ. 138. ſub nu 8.

10 Imò intantum hoc procedit, vt mora etiam iuramento non obſtante, ſecundum æquitatem canonicã purgari valeret. d. c. tua, & firmant Doct. in c. apud miſericordem. 22. q. 1. Bal in l. qui crimen. q. 11. C. qui accuſ. non poſſ. Ant. de Butr. in d. c. dilecti, Dec. conſ. 138. col. 3. Gozad. in d. conſ. 66. ſub nu. 13. & Gratus conſ. 93. viſo inſtrumento donationis, num. 48. vol. 1.

11 Sed hoc de plano quippè procederet, vendicaretque locum, vt mora ſecundum æquitatem canonicam purgari queat, non obſtante iuramẽto, vbicunq; mora aduerſario nullum damnum, nullumq; detrimentum attulerit, aliàs ſecus: ita Bal. in l. ſi pacto quo pœnam, col. pen. C. de pact. Ant. de But. & Imol. in c. dilecti, de reſcrip. Iaſ. in terminis in cõnſ. 9. n. 8. & conſ. 82. vol. 1. & Gratus cõſ. 49. in cauſa magnifici & nobilis Scutiferi, n. 22. vol. 1. & in d. conſ. 93. ſub nu. 56. vbi intonat iſtã opinionem eſſe communem. *Cõis opin.*

12 Et quanuis mora de æquitate canonica purgari poſsit: tamen hoc claudicat ſi foret appoſitum pactum reſolutiuum contractus: ſecundùm Bal. in c. 1. in prin. quo temp. mil. Ang. in d. l. ſi inſulã col. 13. Gratus in d. conſ. 93. nu. 61. & Puteus deciſ. 11. de tranſact.

13 Fallitq; ſimiliter eadem concluſio, vt mora duplicata, & geminata purgari minimè poſsit, etiã de æquitate canonica: vt voluit Berous in d. conſ. 120. ſub nu. 21. vol. 1.

14 Claudicat, tertiò etiam, vt iſthæc concluſio locum ſortiatur in terris eccleſiæ, non autẽ in alijs locis: ſecundùm Gozad. conſil. 57. multa fuerunt adducta, ſub nu. 18. & in d. conſ. 66. nu. 13.

15 Necnon coarctatur quartò eadem cõcluſio, vt locum minimè obtineat, vbicunq; purgationi ipſius moræ foret renunciatum: vt explicat Saly. in l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip. Et dicitur nempè renunciatum moræ, quotieſcunq; quis in contractu, ſeu promiſsione ſua renunciaret omni legum auxilio: vt concedit Gozad. in d. conſ. 57. nu. 19. poſt Io. de Monte Ferrato in d. l. ſi inſulam in fin.

16 Quintò limitatur itidem hæc eadem concluſio, vt procedat in perſonis eccleſiaſticis: vt firmat doctiſsimè Dec. in d conſ. 138. ſub nume. 8. cui aſſentitur Gozad. in d. conſ. 57. ſub nu. 18.

17 Et his occurrit ſimiliter, quòd ſi quis ageret contra fideiuſſorem de iuditio ſiſti ex eo capite, quòd mora fuerat commiſſa in ſiſtẽdo, eſto quòd in caſu hoc peteretur intereſſe, debet conſtare de quantitate ipſius, & debet probari verum debitũ principalis, in quo ille tenebatur: ſecundùm cõmunem ſentẽtiam Doct. quam ſequitur, citatq; Alex. in l. 2. §. fin. nu. 6. ff. qui ſatiſda. cogan. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MORA inducitur, & cauſatur ex vna ſola interpellatione: & ſic interpellatio ipſa requiritur ad conſtituendum debitorem in mora.*

2 *Debitor conſtituitur in mora ex vnica tantùm interpellatione extraiudiciali, & per verba enunciatiua, etiã quòd eſſet obligatus ex publico liquido inſtrumento.*

3 *Mora incurritur, etiam ſi facta eſſet interpellatio debitori per verba incitatoria, & congruo loco, & tempore, & verbis aptis ad inducendum ipſam moram.*

4 *Mora committitur, & cauſatur ex vna ſola interpellatione extraiudiciali.*

5 *Mora per interpellationem incurſa, intelligitur de illa, in qua debitor conſtituitur moroſus per interpellationem hominis expreſſam, non autem de interpellatione tacita per interpoſitionem diei in inſtrumento, quæ interpellat pro homine ſtatim elapſa illa die.*

6 *Debitor iuramento ſoluere obligatus certa die, vigore ipſius iuramenti, adueniente tempore ſolutionis ſine monitione, & interpellatione in mora irregulari conſtitueretur, & moroſus eſſet.*

OPINIO DXXIII.

1 INTERPELLATIO requiritur, & neceſſaria videtur ad conſtituendum debitorem in mora; & ſic interpellatione ipſa inducitur, & cauſatur mora: ſecundùm Glo. Bar. col. 7. & omnes in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Scriben. omnes in l. quod te. ff. ſi cer. peta. pręſertimq; ibi Bolognet. nu. 58. qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Aret. conſ. 72. præſupponitur in facto. col. fin. ſiquidem non cenſetur per aliquem ſtare, niſi eo interpelletur: vt per Oldr. cõſ. 252. nota præſentem q. col. 2. & per Cagnol. cum alijs adductis per eũ, in d. l. quod te, nu. 86. & ſeq. *MORA. Cõis opin.*

9 Vbi hoc etiam ampliat procedere vtiliter, ſtā te quòd quis reperiretur obligatus mediante pu blico liquido inſtrumento. Declarat etiam, quòd ſufficiat in caſu hoc vna duntaxat interpellatio, & extraiudicialis quidem, & per verba enunciati ua: & hoc concludit ibi quoque Bolognet. ſub num.58.

3 Et addit etiam quòd ſufficiat fieri huiuſmodi interpellatio per verba incitatoria, poſt alios illu ſtres Doctores relatos per eum; & quòd fieri debeat congruo loco, & tempore, & verbis aptis ad inducendum ipſam moram: & quòd fieri poſsit ſimiliter in iudicio per conteſtationem litis.

4 Et quòd dicta mora committatur, ſeu induca tur ex vna ſola interpellatione extraiudiciali; & per conſequens quòd expreſſa extraiudicialis in terpellatio debitorem in mora conſtituat, voluerunt vltra præcitatos Doctores Glo. & Bart. in l. mora, in princ. de vſuris, idem Bart. num. 2. Aret. in 1. not. Iaſ. num. 9. & Alciat. nu. 21. in l. qui Romæ. §. cohæredes, & in §. Seio, de verb. obliga. Bauer. in tract. de mora, in 1. par. ſub num. 21. & ſeq. & iſta eſt communis opinio: vt per aliquos ex alle gatis Doct. Fely. in c. ex literis, num. 8. de conſtit. Moder. in d. l. quod te, præſertim que Camillum Plautium in præfatio. num. 22. & Tiraq. in tract. de retract. conſang. §. 9. Glo. 3. nu. 23. Cõis opin.

5 Et iſta mora ita per interpellationem incurſa, intelligitur de illa, in qua debitor conſtituitur per interpellationem hominis expreſſam, non autem de interpellatione tacita per interpoſitio nem diei in inſtrumento, quæ interpellat pro ho mine ſtatim elapſa illa die: vt per Iaſ. cum alijs ſignatis per eum, in l. ſi ea legati cauſa. col. 3. ff. de verb. oblig. & Cagnol. in d. l. quod te, nu. 89. vbi prorumpit iſtam eſſe communem concluſionē. Cõis opin.

9 Ideò prędicta declarantur, ſeu limitantur non procedere in mora irregulari, quæ abſque interpellatione incurreretur, videlicèt, vbicunque debitor iuramento ſoluere obligaretur, ſciretque eius creditorem re promiſſa indigere; virtute iuramenti, quod ſine mentione, interpellationeuè obligat in mora, conſtitueretur, & moroſus eſſet: ſecundùm Dec. cum alijs glomeratis per eum in d. l. quod te, in 1. lect. num. 11. & in 2. lect. nu. 43. Gozad. conſ. 57. num. 7. Grauet. conſ. 64. nu. 2. & Rolan. à Valle conſil. 57. num. 45. volum. 1. Iaſ. colum. 8. & Cagnol. nume. 94. in d. l. quod te, qui oſtendunt ſimul cum alijs omnibus Moder. ibi iſtam eſſe communem opinionem: cui licèt contradicant ibi Camillus Plautius lib. 4. nume. 24. & ſequent. cum alijs citatis per eum, & Bolognet. nu. 61. nihilominus aduertit in practica, quòd durum eſſet tenere contra ipſam communem. Cõis opin.

¶ Alterum verò caſum, in quo quis in mora conſtituitur, ſcilicèt, vbi promiſit ſe facturum, & curaturum: poſuimus infra in Opinio. Promittens ſe facturum, poſt medium.

SVMMARIVM.

1 *MORA irregularis committitur in obligatione dotis, ſi mulier, vel eius pater, qui marito dotem promiſit ſoluere ſine dilatione aliqua, non ſoluit: cùm vir onera matrimonij incipit ſuſtinere, ſtatim committitur ipſa mora irregularis.*

2 *Moram irregularem incidit extraneus promittens dotem poſt lapſum biennij, à die quo vir cœpit onera matrimonij portare.*

3 *Mora regularis, uel irregularis non committitur, vbicunque dos non fuit promiſſa uiro, ſed mulieri ſolummodo, ut maritus ipſe fructus dotis conſequi ualeat.*

4 *Maritus, & uxor ſuſtinentes onera matrimonii in quibus caſibus poſſint agere ad intereſſe dotis, ponuntur remiſſiuè.*

OPINIO DXXIV.

1 MORA irregularis committitur in obligatione dotis: ſecundùm Doct. communiter, ſi mulier, vel eius pater, qui marito dotem promiſit abſque vlla dilatione ſoluere, non ſoluit. Cùm vir onera matrimonij incipit ſuſtinere ſtatim committitur mora ipſa irregularis: iuxta l. curabit. C. de act. emp. Cõis opin.

2 Si autem extraneus dotem promiſit poſt lapſum biennij, à die, quo vir cępit onera matrimonij portare, incidit in moram irregularem. l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. ita declarat Fau. Caſtren. conſ. 2. viſo dicto libello, col. 4. in antiq. Alex. cōſ. 147. perceptis, vol. 5. Plotus in repet. l. ſi quando, n. 455. C. vnde vi, & Caſſa. in conſuet. Burgun. in rubr. 4. §. 23. vbi meminit de cõi, & Io. Lupi in c. per veſtras, in 3. not. §. 1. de don. inter vir. & vxo. Glo. & Bar. in l. de diuiſione. ff. ſol. matri. & Rum. conſ. 2. circa, vol. 1. Cõis opin.

3 Vbi etiam notabiliter conſuluit, ꝙ ſi dos non fuit ꝓmiſſa viro, ſed mulieri, nunquā cōmitti pōt aliqua mora regularis, vel irregularis, vt fruct⁹ vel vſuras dotis maritus petere, & conſequi valeat.

4 Et alios quāplures caſ⁹ cōes, & vtiles nēpè, in q b⁹ maritus, & vxor ſuſtinentes onera matrimonij poſſint agere ad intereſſe dotis, ponit ad ſatietatē vſq; Plotus in d. l. ſi quādo, n. 449. cū alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *MORS ficta, et ſic ciuilis, nunquā naturali morti æquiparatur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

OPINIO DXXV.

1 MORS ficta, & ſic ciuilis, naturali morti nūquā ęquiparatur, niſi in caſibus à iure expſſis: ſecundū Glo. in c. ſuſceptum, de reſcript. lib. 6. & in c. placuit. 17. q. 1. Alex. n. 5. & ſeq. & Coſtā par. 2. in prin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Vinc. Hercul. col. 1. & Ripam num. 11.

nu. 11. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. Felyn. in c. in præſentia, num. 55. de prob. Soc. in l. cùm auus, num. 103. cum alijs ſequen. ff. de condit. & demonſtratio. & Boer. deciſio. 323. ſub nume. 6.
Cõis opin. vbi exiſtimat iſtorum opinionem communem ſore, & Ioan. Baptiſt. Bouius, in tract. de ſtatutaria vrbis præſcriptione, titu. de eodem habente apodiſſas, c. 102. Glo. 12. nu. 2. & ſeq. fol. par. 29.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER agens hypothecaria conſtante matrimonio ad bona mariti hypothecata pro dote ſua, quando maritus vergeret ad inopiam poteſt impedire creditores ipſius mariti offerentes ei dotem ſuam in pecunia, ac requirentes relaxationem iſtorum bonorum occupatorum cum ceſſione iurium dotalium, vt non admittantur: qui creditores mariti non habent ius offerendi aduerſus vxorem poſſidentem, uel petentem bona mariti uergentis ad inopiam, in ſolutionem dotis ſuę.*

2 *Mulier quomodo poſſit obtinere, ac impetrare aſſecurationem ſuę dotis in bonis mariti ad inopiam uergentis, ac impedire creditores ipſius mariti non probata in promptu ſua inopia, ponitur remiſsiuè.*

OPINIO DXXVI.

1 MVLIER poſsidés, ſeu agens, hypothecaria conſtante matrimonio ad bona mariti hypothecata pro dote ſua, quando maritus tenderet ad inopiam: tunc quidem creditores ipſius mariti poſsũt offerre dictæ mulieri doté ſuam in pecunia, ac petere relaxationẽ ipſius mariti bonorum occupatorum cum ceſsione iurium dotalium; & ſic creditores mariti habent ius offerendi aduerſus vxorem poſsidẽtem, vel petentem bona mariti in ſolutione dotis ſuæ, vbicunq; maritus vergeret ad inopiam: ſecundũ Paul. Caſtren. col. 2. & Alex. cum alijs relatis per eum in l. ſi conſtante, num. 31. ff. ſolut. matrimo. Lupum in repetitione c. per veſtras. §. 21. colum. fin. de donat. inter vir. & vxor.

¶ In contrariam verò ſententiam videlicèt, quòd creditores non habent tale ius pecuniam offerendi, inclinarunt Bart. in d. l. ſi conſtante, in 7. q. num. 88. Cyn. Bar. Bal. Saly. & Fulgo. in l. cùm tibi. C. qui potio. in pignor. habean. & Paul. Caſtren. ſibi contrarius in l. 2. colum. 1. ff. ſolut. matrimo. Capicius deciſ. 41. nu. 11. & 15. & iſtorum
Cõis opin. opinio magis vera, magiſque communis apparet: vt deducit Socin. conſ. 3. vol. 3. fateturq; temerarium eſſe ab huiuſmodi opinione recedere in iudicando. Idem concludit Corn. conſil. 85. n. 5. & nu[illegible] vol. 4. Bal. Nouellus in tract. de dote, in 7. [illegible] priuileg. 47. quod eſt pen. Negusã, in tract. de pignoribus in 1. membro. 5. partis, n. 31. & ſeq. & Cephalus conſ. 298. Magnificus Dominus Petrus Burrus, vol. 2. vbi ita conſuluit, & Octauianus Cacheranus, cum alijs aggregatis per eum, in deciſio. Senatus Pedemontani. 135. Quæſtio difficilis, nu. 9. cum alijs ſeq. vbi ſimiliter appellat iſtam opinionem magis veram, ac etiam magis communem eſſe: & ſequitur etiam opinionem iſtorum Cæſar Vrſillus in add. Affl. in deciſ. 199. nu. 1. & ſeq.

2 Vbi etiam docet practicam Regni, & modum tutiſsimum ottinendi in fauorem ipſius mulieris petentis aſſecurationẽ eius dotis in bonis mariti vergentis ad inopiam, ad impediendum executionem creditorum ipſius mariti, etiam non probata in promptu inopia eiuſdem mariti.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER viro ſuo non poteſt plus relinquere, vel donare de bonis ſuis, quàm relinquat, ſeu donet vni ex liberis ex primo matrimonio genitis.*

2 *Maritus ex ſecundo matrimonio mortua vxore abſque liberis communibus poteſt percipere ſolummodo, quãtum percipiet ex filijs primi matrimonij.*

3 *Maritus ſecundus poteſt tantundem conſequi de bonis vxoris, quantum percipit vnus ex filijs primi matrimonij, recepta prius legitima præcipua eis ſpectante de ipſis bonis maternis ultra dictam partem ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundũ alteram ſententiam cõtrariam ſimiliter communem filij primi matrimonij tenentur illud, quod percipiunt ex diſpoſitione l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. computare in legitimam; & ſic filij ipſi non poſſunt facere duas deductiones.*

4 *Mulier poteſt tantum relinquere, aut legare ſecundo uiro, quantum aſcendebat legitima cuiuſlibet ex filijs primi matrimonij.*

5 *Maritus ſecundus in duobus caſibus tantundem conſequi poteſt, quantum filijs ex primo matrimonio relictum, legatumque ſit, nulla conſideratione habita ſupplemẽti legitimę, qđ ipſi filij petere poſſẽt, remiſsiuè.*

6 *Mulier ſecũdo nubẽs, ac plus relinquens, atq; legans ſecũdo uiro, quã liberis primi matrimonij, tũc illud plus diuidendum eſſet inter ipſos filios, & ſecundum coniugem, intantum quòd unuſquiſque habebit æqualẽ portionem ſuam, ſecũdum unam communem opinionem: ſed ſecundum alteram ſententiã contrariam ſimilter communem illud plus totũ ſpectat ad ipſos filios abſque aliqua participatione ſecundi uiri, uel diuiſione illius pluris, tanquam non ſcriptum, aut relictum ſit.*

7 *Maritus ſecundus tenetur non ſolum ad reſtitutionem ſortis principalis illius pluris ſibi relicti, aut legati, quàm filijs primi matrimonij, ſed etiam ad reſtitutionem fructuum à tempore mortis ſuæ vxoris perceptorum de ipſis bonis ſuperfluis ſibi relictis.*

8 *Maritus conſequitur plus quã vnus de filijs prioris matrimonij, vbicunq; donationi ſecundo viro factæ accederet fideiuſſor, qui principaliter ſe obligaret pro obſeruatione conuentorum, & euictione dictorum.*

9 *Filijs incapacibus bonorum non conceditur beneficium d. l. hac edictali.*

10 *Maritus accipiens, ac ſtipulans promiſſa pro filijs ex ſe, & ex alia muliere naſcituris, tunc filij prioris matrimonij ea non auocarent: quia diſpoſitio l. hac edictali, non prohibet alienare in communes filios, ſecundum vnam opinionem: licèt contraria opinio communis appareat.*

11 *Filijs erga matrem ingratis denegatur beneficium. l. hac edictali, & maritus totum lucrari poſſet.*

10 *Maritus filijs ex primo matrimonio genitis agentibus ex d. l. hac edictali poteſt dare portiones ſuas in pecunia, etiam corporibus iuſto pretio in dotem datis.*

OPINIO DXXVII.

1 MVLIER non poteſt ſecundo viro ſuo relinquere, vel donare de bonis ſuis vltra quàm relinquat, aut donet uni ex liberis ex primo matrimonio genitis. l. hac edictali, & ibi Doct. C. de ſecun. nupt. & §. optimè, & ibi Bar. Ang. & reliqui omnes, in auth. de nuptijs, & Bertr. conſ. 84. vis is dubijs ex parte honeſtæ mulieris Laurentiæ, num. 1. volum. 6. & Ioan. de Amicis conſ. 3. nu. 21. vbi inquit hoc totum mundum tenere. *Cōis opin.*

2 Imò ampliatur hoc intãtum procedere, quòd ſi mulier ipſa moretur in matrimonio abſque liberis cõmunibus: tunc maritus ex ſecundo matrimonio ſimiliter poſſet percipere dũtaxat, quãtum percipiet vnus ex filijs primi matrimonij: ſecundum Bal. & Paul. Caſtren. in authen. preterea. C. vnde vir & vxor. Cyn. Bartol. & alios in d. l. hac edictali, & Alex. conſ. 144. circa primum dubium, in prin. vol. 5.

3 Et hinc vtiliter infertur, quòd vbicunque ipſis filijs primi matrimonij relictum foret vltra legitimam: tunc deberent percipere legitimam ſuam præcipuam, & abſque onere aliquo: quia ipſa legitima quò ad hoc, vt tantundem relinqui debeat ſecundo marito, non eſſet in conſideratione, verùm duntaxat conſideraretur illud, quod vltra legitimam filij conſequerentur, vt tantundem poſſet ſecundus maritus conſequi. Et ſic ſi legitima filiorum eſſet centum, & relictum ei eſſet centum: tunc non poſſet ſecundo viro cẽtum relinqui, ſed ſolummodo decem vltra legitimam ipſam: vt voluerunt Gloſſ. in d. §. optimè, in verb. quippè, & ibi Iacob. de Belui. & Ang. Ancha. cõſ. 101. ex themate, Bald. conſ. 22. quædam domina Nicolina, colum. fin. vol. 5. Bertran. in d. conſ. 84. ſub num. 1. & ſeq. Grauet. conſil. 142. nu. 4. Bar. Bald. & Caſtren. in l. 1. C. de inoff. dot. Cuma cõſ. 109. Domina Ioanna, colum. 2. & ſequen. vbi ait iſtam opinionem communem eſſe; & magis communem oſtendit eam ſequendo cumulatiſsimè Hippoly. Riminal. conſ. 166. Magnifica Domina Ioanna Tarupha, nu. 3. poſito inter conſ. vltimarum voluntatum, vol. 1. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem, & malè, videlicet, quòd illud, quod auocant filij primi matrimonij ex diſpoſitione d. l. hac edictali, debeat eis cõputari in legitimam; & conſequenter ipſi filij nõ poſsint facere duas deductiones, inclinauit conſulendo Alex. cum cæteris aggregatis per eum, conſ. 168. circa primum dubium, ſub nu. 7. cum alijs ſeq. vol. 5. & ibi apoſtilla in litera, C.

4 Sed retenta antedicta communi ſententia, tãquam ſacroſancta, atque veriſsima, interpretatur non habere locum, quando non eſſet relicta integra legitima filijs primi matrimonij, ſed expreſsim filij limitati reperirentur ad certam minorem partem ipſius legitimæ, ex eo quòd poterant ipſi filij ſupplementum petere: tunc enim ſecundus vir non plus percipere poſſet, quàm extitiſſet uni ex dictis filijs primi matrimonij taxatum, & relictum; eſto quòd non conſideraretur quòd portio antedicti filij aliunde augeretur, & ſic per ſupplementum legitimæ: ſecundùm Saly. q. 7. Iacob. de Sancto Georg. & Bertran. in d. l. hac edictali, & eundem Bertran. in d. conſ. 84. ſub nu. 1. & ibi add. Alex. in d. conſil. 168. in litera, C.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd mulier poterat tantũ relinquere, aut legare eius ſecundo viro, quantum aſcendebat legitima cuiuſlibet ex dictis filijs ſecundi matrimonij, firmauere Bald. in d. l. hac edictali, Bertran. titubanter in conſil. 166. ex caſu, colum. 2. volum. 1. Grauet. cum alijs ſignatis per eum, conſil. 40. num. 9. Rubeus conſil. 115. vbi ita conſuluit, & aſſeruit iſtã eſſe communem opinionem, & Hippolyt. Rimin. etiam in d. conſ. 166 ſub nu. 3. *Cōis opin.*

5 Vbi vtiliter recenſuit duos caſus vnanimiter ab omnibus approbatos, in quibus ſecundus vir conſequi valeat dũtaxat tantũdem, quantũ filijs ex primo matrimonio relictum, legatumque foret, nulla conſideratione habita ſupplementi, quod ipſi filij petere poſſent.

6 Sed vbicunque, aduerte, mulier ſecundò nubens plus relinqueret, ſeu legaret ſecundo viro, quàm liberis prædictis ex primo matrimonio: tunc illud plus diuidendum veniret inter filios, & ſecundum coniugẽ: intantùm quòd vnuſquiſque æqualem habeat portionem ſuam: ut voluerunt Glo. in verb. Diuidi, Cyn. q. 4. Bald. col. 6. & Saly. col. 2. in d. l. hac edictali, Ioan. de Ana. conſ. 67. in fin. Dec. conſil. 246. col. 2. & Corn. conſ. 83. nu. 7. volum. 3. vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd illud plus totum ſpectet ad prædictos filios abſque aliqua participatione ſecundi viri, vel diuiſione illius pluris, tanquam non ſcriptum, relictum, datum, vel donatum ſit; firmauere conſulendo Bertran. in d. conſil. 84. num. 4. & Hippoly. Riminal. cum infinita caterua Doctorum illorum relata per eum, in d. conſ. 166. ſub nume. 6. cum alijs ſeq. vbi euacuat omnia obſtacula, & præſupponit iſtam eſſe magis communem opinionem, prout realiter verior, & communior apparet: & periculoſum *Cōis opin.*

loſum foret in foro fori, & conſcientiæ, etiam ab ea recedere in deciſiuis.

7 Imò idem Riminal. ibidem num. 12. cum alijs ſeq. ſimiliter optimè, & doctiſsimè conſuluit ipſum ſecundum virum teneri, etiam dictis filijs primi matrimonij ad reſtitutionem fructuum à tempore mortis ſuæ vxoris perceptorum de prædictis bonis ſuperfluis ſibi relictis.

¶ Sed aduerte quòd maritus de bonis mulieris in aliquibus caſibus infra ponendis, poſſet plus aſſequi, quàm aliquis filiorum primi matrimonij aduerſus d. l. hac edictali.

8 Primus igitur caſus, ſeu limitatio ad d. l. hac edictali eſt, vbicunque huiuſmodi donationi ſecundo viro factæ accederet fideiuſſor, qui principaliter ſe obligaret pro obſeruatione conuentorum, & euictione dictorum: vt determinat Dec. in auth. præterea, num. 7. C. vndè vir, & vxor, & conſil. 246. vbi allegat hoc velle Abb. conſ. 43.

9 Secundus verò limitationis caſus eſt, quando filij bonorum capaces non forent: tunc quippè maritus in effectu poſſet plus aſſequi, quàm ipſi incapaces de bonis mulieris: ſecundù Ruin. conſ. 64. in fin. vol. 2. & Soc. poſt Bal. conſ. 35. primùm, in 2. dubio, vol. 4.

¶ Vbi refert monacho ordinis Minorum non competere remedium, ſeu beneficium d. l. hac edictali, ac illud intentare nullatenus poſſe.

10 Tertiò affertur tertius caſus, quotieſcunque maritus acciperet, & ſtipularetur promiſſa pro filijs ex ſe, & ex ea muliere naſcituris: tunc profectò filij prioris matrimonij ea non auocarent: vtpotè quia d. l. hac edictali, non prohibet alienare in communes filios: vt uoluit Bald. conſil. 11. caſus talis, vol. 3. & Dec. conſil. 246.

¶ In contrariam verò ſententiam inclinauit conſulendo Ruin. conſil. 112. quæſtio. volum. 1. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem contra Dec. & Corn. etiam ſequitur conſil. 82. imminet, nu. 2. vol. 3. & Franc. de Alber. & Ioan. de Ligna. & Ricard. de Saly. inter conſ. Paul. de Caſt. in conſil. 262. mihi videtur, quòd dictus, & in conſil. 264. vnum eſt ſupponendum, & in conſil. ſeq. & Boer. deciſ. 201. & Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 6. §. 1. num. 7. vbi allegat ita Bertr. conſuluiſſe, conſ. 63. & conſ. 166. vol. 1. Cōis opin.

11 Quartus eſt caſus, ac limitatio ad ipſam l. hac edictali, vbicunque filij primi matrimonij ingrati erga matrem reperirentur: tunc enim eis beneficium d. l. hac edictali penitus denegaretur, & maritus totum lucrari poſset: ſecundùm Corn. in d. conſ. 82. & Bal. conſ. 22. quædam Domina, verſ. item in quantitate debiti, vol. 5.

12 Quintus denique caſus, & limitatio, ſeu potius declaratio dari poſſet, quòd remedio d. l. hac edictali poſſet eis dare portiones ſuas in pecunia, & pro ſe retinere corpora: ſecundùm Bal. conſ. 276. verba, vol. 3. Alias verò duas limitationes ad d. l. hac edictali, tradit Ioan. de Amicis in d. conſil. 3. nu. 22. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *HAEREDES mariti tenentur reſtituere vxori bona mobilia dotis ſuę infra annum.*

2 *Mulier non poteſt aliquid accipere, vel petere pro alimentis ab hæredibus mariti, etiam ſi poſt annum hæredes ipſi eſſent in mora. & hoc procedit etiam in uidua inope, & paupere: quia præſumitur vſura.*

OPINIO DXXVIII.

1 MVLIER mortuo marito, infra annum ab hęredibus ipſius mariti nō poteſt petere bona mobilia dotis ſuæ ſibi reſtitui debere: vt iuribus clariſsimis apud nos receptum eſt.

2 Si poſt annum hæredes ipſi eſſent in mora; adhuc mulier nequiret aliquid accipere, ſeu petere pro alimentis ab hæredibus mariti: quoniam præſumeretur vſura: vt conſuluit Anchar. conſ. 150. in quęſtione, quę vertitur, colum. 2. quem ſequitur Alex. in l. diuortio. colum. 11. ff. ſolu. matr. & conſ. 61. colum. penult. volum. 2. Corn. conſil. 44. colum. 1. volum. 2. Grauet. conſ. 89. nu. 3. Dec. conſ. 39. colum. 3. & conſ. 74. col. penul. & ſeq. & conſ. 141. colum. 1. & ſeq. vol. 5. vbi prorumpit iſtam eſſe communem opinionem: & Iaſ. quoque in §. fuerat, num. 26. inſtit. de action. & Cæſar Vrſillus copioſè in addit. Aſſl. in deciſ. 284. num. 6. vbi concludit etiam cum alijs ſignatis per eum, hoc procedere ſimiliter in vidua inope, & paupere. Et de re hac aliquid diximus infra in Opinione, Vxori heredes mariti defuncti. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *MVLIERES pro alio fideiubentes, regulariter non obligantur.*

2 *Mulier pro alio fideiubens cum iuramento non iuuatur aliter beneficio Velleiani: & ſic fideiuſſio ipſa firmatur dicto iuramento: ſecundum vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, fideiuſſio ipſa facta per mulierem non firmatur iuramento.*

3 *Mulier in Regno Neapolitano etiam certiorata per notarium de beneficio Velleiani, ei renuntians cum iuramento non obligatur: imò obligatio ipſa habetur tanquam irrita, nulla, meticuloſa, & contra bonos mores ciuiles, & naturales facta.*

OPI-

OPINIO DXXIX.

1 MVLIERES, quæ pro alio fideiubent, licèt regulariter non obligentur: vt toto titu.ff.& C. ad Velleian. nihilominus obligantur mediante iuramento; & ſic iuramento firmatur fideiuſsio mulieris: ſecundùm Bar. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. & ibi Caſtren. & Angel. Abb. Imol. & Fely. colum. 4. in c. ex reſcripto, extra de iureiu. & alios congeſtos per Tiraq. in l. ſi vnquam, in princ. num. 135. C. de reuocan. donatio. Francum colum. 2. & Nattam col. 3. in c. quanuis pactum, de pact. Felyn. in c. ſi diligenti, de foro competen. Alex. & Iaſ. in l. in repudianda. ff. de acquir. hæred. Roman. & Alex. num. 30. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 27. colum. 3. vol. 1. Curt. Iun. conſ. 47. col. fin. & Ant. de Burgen. in c. penul. nu. 36. de empt. & vendit. ſecundùm quem iſta eſt communis opinio, & ſecundũ Annibalem Troyſium Cauẽſem in pragmatica, Don Petrus de Toledo. col. 5. Cōis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd dictus contractus fideiuſsionis mediante iuramẽto non firmetur, inclinarunt Imol. in d. c. pen. de empt. & vendit. Bal. conſ. 47. lib. 1. qui aſſerit hãc eſſe communem opinionem, Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de renunt. & concluſio. col. 3. Imol. & Aret. colum. 11. in d. l. ſciendum, & Bart. ibi quoque, colum. 2. dicens ita conſuluiſſe, Iaſ. in d. authen. ſacramenta puberum, nu. 56. Alex. conſil. 3. vol. 1. col. 3. Marſil. in rubr. de fideiuſſo. num. 38. Grammat. deciſ. 76. num. 20. & Couarr. in d. c. quanuis pactum, par. 2. §. 3. nu. 5. in fin. Cōis opin.

2 Sed prior ſententia affirmatiua, vt is contractus fideiuſsionis per interuentum iuramenti valeat, & firmetur; verior, receptior, & ferè indubitata redditur, prout etiam Doct. tenentes contrarium hoc minimè inficiantur, cum qua tanquam tutiſsima, & indubitata tranſeundum eſt in iudicando, & conſulendo de iure communi.

3 Sed hic mirabilis interpretum conflictus, & miſerabilis controuerſi iuris perturbatio, exploſis ipſorum interpretum opinationibus, in Regno Neapolitano ſublata extat, per præmemoratam pragmaticam exordientem, Don Petrus de Toledo, vbi diſponitur apertiſsimè, quòd ſi mulier, etiam certiorata per notarium de hoc iure ac beneficio Velleiani, ei cum iuramento renunciauerit, tale iuramentum, ac renunciatio non valeat, tanquam meticuloſa, nulla, & penitus inualida, & contra bonos mores ciuiles, & naturales facta, & emanata.

SVMMARIVM.

1 *MVLIERES duæ ſe mutuò, vt viri ſubagitantes, ac actum venereum, ſeu libidinem inuicem exercentes, & inſimul corrumpentes pœna vltimi ſupplicij puniri debent: quia committunt ſodomiticum facinus.*

2 *Abuſus uxoris in ſupergrediendo uirum ſuum in coeundo, peccatum mortale non eſt: tamen tales actus, & modi illiciti ſunt reprehendendi, & penitus prohibendi per confeſſores. imò vbi adeſt periculum de mortali peccato, ſcilicèt quòd generatio ſequi non poſsit, vel periculum immineat de ſeminis effuſione extra vas, abſolui non debent, qui deſiſtere nolunt.*

OPINIO DXXX.

1 MVLIERES duæ ſe mutuò, vt viri ſubagitantes, ac actũ venereum, ſeu libidinem earum exercentes, & inſimul corrumpentes, pœna vltimi ſupplicij puniri debent. l. fœdiſsimam, in princ. ſecundũ vnam lecturam Gloſſæ, quam ſequitur ibi Salyc. C. de adulter. Cyn. Alber. & Salycet. in l. cùm vir. eod. tit. Ang. in tract. maleficiorum, in verſ. *Che hai adulterata la mia dõna*, verſ. Quæro, quę ſit pœna ſtupri, nu. 53. & Carrer. in pract. crim. in §. circa, verſ. Circa quartum itaque, quibus ex cauſis excuſetur homicidium, num. 303. & opinio iſtorum nullam habet dubitationem, & eſt communis opinio: ſecũdùm Criminaliſtas varijs in locis, & ita deciſum extitit in curia Burdegalenſi in facti contingentia, teſte Boerio, deciſ. 316. num. 14. Et huius ratio eſt: quia iſtæ mulieres ſupergrediẽtes, fœminas, ac eis abutentes, & inuicem ſe corrumpentes, committunt ſodomiticum facinus: vt per omnes Doct. pręcitatos, & per venerandũ Doctorem Fratrem Ioannem conciuem meum, in ſermonibus quadrageſimalibus, nuncupatis lima vitiorum, ſermone 31. Domine da mihi hãc aquam. q. 2. poſt prin. q. 1. col. 2. & per Bartho. Fumum in ſua ſumma Armilla in ver. Luxuriæ. §. 5. Cōis opin.

2 Sed vbicunque fœmina ſupergrederetur virũ ſuum, & prætermitteret debitũ modum à natura inſtitutum, ſeu inſitum in coeundo, non incideret quippè peccatum mortale: & conſequenter in hoc caſu per coniuges non contrahitur, ac committitur peccatum mortale, & eò magis cũ in præſenti modo coeundi generatio, atque proles ſequi poſſet: vt voluit S. Thom. in 4. ſententiarum, diſt. 31. in expoſitione literæ, & ibi Caietanus: & Albertus Magnus quoq; concludit, quòd poteſt iſto modo ſequi generatio: quia matrix non ſolùm eſt receptiua, ſed attractiua etiam. Et huic opinioni inhærent quoq; Io. Tab. in ſumma Tabiena in ver. Matrimonium, il 3. n. 11. Fumus in d. ſumma Armilla in ver. Luxuria, ſub §. 5. & in ver. Matrimonium, ſub §. 68. & copioſè Sylueſter in ſua ſumma, in ver. Debitum coniugale. §. 4. vbi congerit Doct. contrarium ſentientes, reſpondet contrarijs, admonetque quòd tales ſunt grauiter reprehendendi, imò omninò prohibendi ſunt ab huiuſmodi actibus illicitis, & modis periculoſis

coeundi,

coeundi. Et vbi eſt periculum de mortali peccato, videlicèt, quòd generatio ſequi nequeat, vel immineat periculum de effuſione ſeminis extra vas, non debent abſolui, qui nolunt abſtinere.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER iuuatur Velleiano, & ipſi renuntiare poteſt, ſed prius debet certiorari per notarium in confectione inſtrumenti, ſi tamen notarius ſciat quid ſit Velleianum, & quid ſeruetur in Regno Neapolitano.*

2 *Mulier cum iuramento renuncians, non debet certiorari de Velleiano.*

OPINIO DXXXI.

1 MVLIER fideiubens regulariter iuuatur beneficio Velleiani. l. 1. & toto tit. ad Velleia. quod quippè ponit pro regula cum quàmplurimis limitationibus Bertach. in ſuo repertorio, in ver. mulier cõtrahẽs. Et ipſi beneficio renũciare poteſt. l. pẽ. C. de pact. Sed aduerte ꝙ prius, & antequã ipſa mulier renunciet, debet certiorari de beneficio Senatuſconſ. Velleiani per notarium, & eo caſu ſtabitur tali inſtrumento: ſecundùm Glo. in l. fin. C. quando mulier offi. tutc. fung. poteſt: quam Glo. ſequitur Hoſtien. in ſua ſumma. §. & quis, verſ. idẽ eſt, Archidia. & Dominicus in cap. placuit. 38. diſtinct. Fely. in c. ſi diligenti. colum. 4. de foro competen. Doct. omnes in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. & iſta eſt communis opinio, de qua fecit mẽtionem Alciatus in tract. de præſumpt. in reg. 3. præſumpt. 13. nume. 4. & latè Tiraq. in repet. l. ſi vnquam. num. 98. in vltima impreſsione. C. de reuocan. donatio. *Cõis opin.*

¶ Hoc tamen non procedit, ſi notarius neſciret quid eſſet Velleianum. Nam ſicut teſtibus interrogatoria fieri poſſunt: vt per Bart. in l. 1. ff. ſi certum pet. quem ibi omnes ſequuntur, ita notario certi iuris eſt fieri poſſet huiuſmodi interrogatorium, quid ſit Velleianum: & ſi forte dixerit ſe neſcire, talis renunciatio nihil operabitur: ſecundùm Alberi. in l. ſi mulier. §. ſi mulier. ff. ad Velleianum, & in l. 2. C. de hæret. in princ. Dec. in 3. lectu num. 53. & Nigrum, nu. 31. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. Marſil. ſing. 661. & in rub. ff. de fideiuſſ. num. 39. & Cępol. licèt hoc non firmet, in caute. 196. Fulgoſ. & Alex. in d. §. ſi mulier. *Cõis opin.*

¶ Et quamuis hoc pluribus rationibus aliqui Doctores impugnent: tamen hodie in Regno Neapolitano eſt ſublata iſthæc ambiguitas per pragmaticam exordientem, Don Petrus de Toledo, in qua expreſsè diſponitur, mulieres non poſſe renunciare Velleiano, etiam ſi certioratæ eſsẽt per notarium de dicto Velleiano,

¶ Imò fortius diſponitur ibi, mulieres ipſas non poſſe renunciare, etiam cum interpoſitione iuramenti, & renunciando renunciatio facta dicitur ipſo iure nulla.

2 Sed de iure cõmuni mulier iurans renunciando, non debet aliter certiorari de beneficio Velleiani: ita Doct. in l. fin. C. ad Velleia. & in c. 2. & pręſertim Archid. & Ioan. And. in nouella de pact. in 6. Bar. & Alex. in l. ſi duo patroni. §. 2. ff. de iureiur. & Bal. in Mar. in verb. Mulier, verſ. 2. & in l. 1. C. ad Velleian.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER renuncians omni iuri, quod habet in bonis paternis cum iuramento, poterit (prius abſoluta ab ipſo iuramento) contrauenire ex capite enormiſsimæ læſionis: nam ex hoc præſumitur dolus etiam ſi ceſsio eſſet facta patri.*

2 *Tranſactio etiam iurata reſcinditur ratione enormiſsimæ læſionis: quia iuramentum non tollit remedium. l. 2. C. de reſcin. venditio.*

3 *Tranſactio non iurata non poteſt reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti precij.*

4 *Minori enormiter læſo ſuccurrendum eſt per relaxationem iuramenti.*

5 *Minor enormiter læſus, ſciens euidentem læſionem, ſponte, & ex certa ſcientia, & bene conſultus cedens, & cæterá, non habet beneficium relaxationis iuramenti.*

6 *Minori non conceditur reſtitutio in integrum aduerſus venditionem per eum factam de rebus ſuis, etiam ſi non eſſet certioratus de beneficio.*

7 *Ruſtico enormiter lęſo ſuccurritur non obſtante iuramento.*

8 *Mulier ſciens hæreditatis æſtimationem, ſponte, & ex certa eius ſcientia cedens, & cęterà, non poteſt venire contra pacta tanquam decepta, & pręſertim ſi iuraſſet non contrauenire ratione enormiſsimę læſionis: quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria.*

9 *Mulier tanquam lęſa enormiter non poteſt venire contra pacta, quando ſubeſſent veriſimiles coniecturæ quòd ſponte donare voluerit.*

OPINIO DXXXII.

1 MVLIER omni iuri, quod habet in bonis paternis renuncians cum iuramento, poterit prius abſoluta à dicto iuramẽto, contrauenire ex capite enormiſsimæ lęſionis: vt voluit Corne. ità conſulendo, conſil. 146. vol. 1. conſil. 139. colum. 4. & 214. volum. 3. Dec. conſ. 170. colum. 3. & Rubeus conſ. 101. Et abſolutio iſta debet de iure, & ęquitate concedi: quę quippè indulgenda eſt, ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum. c. & ſi Chriſtus, & c. quanto, de iureiu. Glo. in authen. quod eis. C. de nupt. Docto. in c. cùm contingat, de iureiur. Paul. Caſtren. conſil. 175. contra ſuperius, lib. 1. cum alijs citatis per Alex. conſ. 213. viſis

viſis vol.7.& per Curtium conſ.44.ſuper contin-
gentia,circa fin.Nam ex euidenti, & enormi læ-
ſione præſumitur dolus,etiam ſi ceſsio eſſet facta
patri.l.ſi ſuperſtite.C.de dol.cum relatis per Soc.
conſ.263.col.1.& ſeq.capio primum, & iſtorum
Cõis opinionem dicit communem Dec. conſ.203. nu.
opin. 5.& Gramma.deciſ.102. quo verò ad cauſam no
tam,num.103.

2 Et concluſio hæc ampliatur etiam habere lo-
cum in tranſactione iurata,quæ certè reſcinditur
ratione enormiſsimæ læſionis: ſecundùm Dec.
conſil.170.col.3.Vnde mulieribus enormiter læ-
ſis neceſſe eſt ſuccurri non obſtante iuramento.
Quia iuramentum nõ tollit remedium.l.2.C. de
reſcin.vend.&notant omnes Doct.ibi,Ripa in 3.
lib.reſponſorum,tit. de donatio.reuo.c.15.col.4.
Cõis vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem, &
opin. Grauet.conſ.192.nu.2.& Gram. in d. deciſ.102.
nu.54.& 104.

3 Sed vbicunque, aduerte, in tranſactione iſta
non interueniſſet iuramentum: tunc non poteſt
reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti
pretij:vt voluit Cyn.Bal.Saly.& alij Doct. in d.l.
2.C.de reſcin.vend.in l. ſi quis cũ aliter. ff.de ver
bo.oblig.in c.cum cauſam, de empt.& vendit.&
Afflict.deciſ.220.num.2.vbi refert cum iſta opi-
Cõis nione ferè omnes Doct.communiter tranſire, &
opin. Grammat.deciſ.66.nu.63.& Ioan.Cephal. cum
alijs aggregatis per eum conſ.110.Vgoniæ ſtatu
to diſponitur,nu.70.vol.2.

4 Ampliatur etiam præmiſſa concluſio in mino
re enormiter læſo, cui profectò ſuccurrendum eſt
Cõis per relaxationem iuramenti: & hoc non habet
opin. dubitationem aliquam.

5 Sed quando minor ipſe ſciens euidentem læſio
nem non excedentem dimidiam partẽ iuſti pre-
tij,ſpontè ex certa eius ſcientia, & benè cõſultus
ceſsit, &c. tunc per relaxationem iuramenti mi-
Cõis nori ſuccurri non eſt permiſſum prout communi
opin. ter teneri per omnes Docto. dicit Curt.conſ.44.
col.pen.& Bertr.conſ.135. vidi caſum mihi exhi
bitum,nu.3.& ſeq.vol.8.

6 Vbi conſuluit etiam,quòd minori non conce-
deretur reſtitutio in integrum aduerſus venditio
nem per eum factam de rebus ſuis,etiam ſi non
extitiſſet de huiuſmodi beneficio certioratus.

7 Ampliatur quoq; dicta communis habere lo-
cum ſimiliter in ruſticis enormiter læſis: quibus
neceſsè eſt ſuccurri non obſtante iuramento: vt
per Grauet.conſ.192.num.2.& per Doctor. præ-
citatos.

8 Et iſta regula,ſeu concluſio ita ampliata limi-
tatur,quotieſcunque in inſtrumento reperiretur
ſcriptum, mulier ſciens hæreditatis æſtimationẽ,
ſpontè,& ex certa ſcientia ceſsit,&c.tunc mulier
contra pacta quaſi decepta venire non poterit.
Nam ſcienti, & conſentienti non fit iniuria,neq;
dol⁹.l.cũ donationis.C.de tranſa. ita tenet Alex.
in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.col.3.ff.de ver.
oblig.per nota.per Bar.in d.l.2. præcipuè; ſi iu-
raſſet non contrauenire ratione enormiſsimæ læ-
ſionis:ſecundùm D.Antonium in d.c.cùm cõtin-
gat,& Alex.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.

9 Quæquidem limitatio,ſeu ſententia ſequenda
non foret,quando ſubeſſent veriſimiles coniectu
ræ,quòd mulier ſpontè donare voluerit: ſecundũ
communem aſſertionem omnium Doctorum,vt Cõis
patet ex dictis,relatiſq; per Dec.conſ.379. requi opin.
ſitis in fine.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER non poteſt agere ad dotis repetitionem conſtante matrimonio. ſed dotis reſtitutio matrimonio conſtante fit in caſu neceſsitatis, honeſtatis, vel vtilitatis.*

2 *Mulier conſtante matrimonio non poteſt dotem à marito petere,etiam ſi maritus ſæuiens in eam abſque cauſa à ſe repellat.*

3 *Mulier poteſt petere dotem à viro conſtante matrimonio in caſu emergentis inopiæ ipſius mariti, vel alterius obligati ad dotis reſtitutionem, uel etiam quando maritus incipit malè vti ſubſtantia ſua.*

4 *Mulier, videns maritum bona diſſipantem poteſt petere dotem ſuam ſequeſtrari. Sed utrum hoc habeat locum in marito diſsipante dotem,uel bona ſua,hic declaratur.*

5 *Adulterium non diſſoluit uinculum matrimonij conſumati,ſed thorum dumtaxat ſeparat.*

6 *Maritus quandiu uiuit uxor ſua conſtuprata,& adultera non poteſt aliquo modo alteram uxorem ducere.*

7 *Iudæus dimiſſa,ac repudiata prima uxore adultera,poteſt aliam ducere.*

8 *Maritus criminaliter poteſt accuſare uxorem de adulterio,ſed non èconuerſo uxor uirum.*

9 *Maritus, ut poteſt accuſare ciuiliter uxorem ſuam, ut ſeparato thoro dotem recipiat, aut lucretur donationẽ propter nuptias,quam fecit maritus.*

OPINIO DXXXIII.

1 MVLIER non poteſt agere ad dotis repetitionem conſtante matrimonio.l.fin.in princ.ff. de doli excep. & l. 2. ff. ſolut.matrim.niſi in caſu neceſsitatis,honeſtatis,vel vtilitatis: vt per Anchara.conſ.238. regulariter,& Glo.in §.dotes autem,in auth. de nuptijs,vbi enumerantur cauſæ in iure expreſsim conceſsæ,de quibus nunc agendum non eſt.

2 Et regula iſta interpretatur primò non procedere, etiam ſi maritus ſæuiens in vxorem, eam abſq; cauſa à ſe repellat:tunc certè tenetur vxori ſuæ vir conſtante matrimonio reddere dotem: ſecundùm Bal.in l.fin.C.de ſenten.quæ ſine cert. quantit.

¶ Sed contrarium tenent Alexan. cæterique omnes

Cōis opin. omnes communiter in d. l. 2. & Alex. conſil. 78. volum. 2.

3 Declaratur ſecundo loco non habere locum in caſu emergentis inopiæ mariti, vel alterius obligati ad dotis reſtitutionem: quia tunc actio dotis oriretur conſtante matrimonio: ſecundùm Cōis opin. communem opinionem: quam latè diſputando ſequitur, atteſtaturq; Alex. in l. ſi conſtante. §. 1. col. fin. ff. ſolu. matrim. & Neguſantius de Fano in tract. de pignor. & hypothe. in 3. membro. 8. Cōis opin. par. num. 1. Et iſta communis probatur in d. l. 2. & ita concludit Glo. communiter approbata, in l. ſed ſi alia. ff. de bonis damnat. & in l. ſi rem. §. omnes. ff. de pigno. actio. & in l. ſi cùm dotem. §. mulier. ff. ſolu. matrim.

¶ Et limitationem iſtam quòd mulier poteſt conſtante matrimonio dotem à marito petere, quando maritus vergeret ad huiuſmodi inopiā, & euidentiſsimè appareret eius facultates dedu cto ære alieno ad dotis exactionē nō ſufficere d. l. ſi cōſtāte: dic ꝓcedere de iure ffor ū. ſed de iure. C. ſatis habuit ſi conſtaret maritū ad inopiā ꝑue niſſe, & facultates eſſent idoneę ad ſatiſfaciendū vxori, & creditoribus ſuis. l. vbi adhuc. C. de iure dot. Amplius. l. nouiſsima Iuſtiniana conſtituit, vt ſtatim cùm maritus cœpit vti malè ſubſtantia ſua, ad dotem mulier liberè agere poteſt. ꝟ. illud, authen. de æqualit. doti. & ita firmat Bart. in d. l. ſi conſtante in prin. & Panor. in c. per veſtras, col. 3. de donat. inter vir. & vxo.

4 Et vlterius ſciendum eſt qualiter alia cautela, ſeu remedio conſultum, prouiſumq; fuit mulieri contra maritum bona diſsipantem, videlicèt, vt poſtulet dotem ſequeſtrari. l. ſi cùm dotē. §. ſi verò dotem. ff. ſolu. matrim. Quocirca Doct. Cōis opin. in d. l. ſi conſtante communiter interpretantur. d. §. ſi verò, loqui in marito conſumante dotem, & l. ſi conſtāte, loqui in viro cōſumāte bona ſua.

5 Declaratur vlterius regula præmiſſa, vbi ſeparatur thorus matrimonij culpa viri accuſati, & de adulterio conuicti ab vxore. c. 1. vt lit. non cōteſta. Exploratum eſt itaque propter adulteriū, matrimonij conſumati vinculum non diſſolui, ſed thorum duntaxat ſeparari. c. tuę de procura. & c. ex literis de donatio. Et hoc verificatur iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. c. quos Deus. 33. q. 2.

6 Vnde non licet viro adultera vxore repudia-Cōis opin. ta, aliā ducere: vt omnes Canoniſtæ, & Theologi ſentiunt varijs in locis, Frater Ioan. noſter non vulgaris eruditionis Theologus, in ſermonibus quadrageſimalibus in ſerm. 22. de adulterio q. 2. col. 2. Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 5. c. 10. num. 7. S. Antoninus Archiepiſ. Florent. in ſua ſumma in 1. par. tit. 5. c. 3. de adulterio ſub verſ. quantum ad ſecundum. Ioan. de Neuiz. in ſua Sylua nuptiali lib. 1. num. 106. vſque ad nu. 145. fol. par. 71. & Couarruuias latè, & expreſsè in epit. de contractus cōiugalis effectu. in 2. par. c. 7. §. 6. num. 13. fol. par. 138. vbi reſpondet contrarium aſſeuerātibus, & Bartholomęus Fumus in ſua Summa Armilla in ver. Matrimonium, n. 72. fol. par. 374. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem: & Io. Anto. Delphinus in tract. Cōis opin. de matrimonio in titu. poſsit ne coniux coniugē propter adulterium commiſſum dimittere, atq; denuò matrimonium contrahere, lib. 1. fol. 18.

¶ Et licèt quæſtio hæc agitata ſit ad vtranq; partem, per grauiſsimos, & ſanctiſsimos viros ſuperioribus temporibus: tandem Concilium Tridentinum volens in pręſentiarùm huic malò mederi tale dubium penitus ęlara, ac aperta determinatione ſub excommunicationis cenſura abſtulit, in ſeſsio. 24. canone 7. ſi quis dixerit, vt ibi clarius colligitur. Et hoc idem aliàs ſtatutum, & prouiſum reperio in Concilio Triburienſi in c. 46. vbi text. dicit, & prohibet quòd maritus quā diu viuat vxor ſua conſtuprata, & adultera, nullo modo poſsit alteram ducere.

7 Et aduerte quòd opinio hæc procedit in Chriſtianis, non autem in Iudæis, qui dimiſſa prima vxore poſſent aliam ducere: vt conſuluit Bertr. conſil. 131. etiam ſi prout ex verbis veritatis colligitur, vol. 6.

8 Ergò quantum ad facultatem criminaliter accuſandi diſpar eſt cauſa mariti, & vxoris. Siquidem maritus accuſat vxorem, ſed non ècontra vxor virum. l. 1. C. ad legem Iuliam de adult. c. apud miſericordem. §. fin. 32. q. 1.

9 Quantum verò ad accuſationem ciuiliter, eorum cauſa par videtur, & æqualis. Vnde ſicut maritus accuſat ciuiliter vxorem ſuam de adulterio, aut thoro ſeparato dotem lucratur. §. plerunque de donatio. inter vir. & vxo. & §. de adulterio, auth. vt lic. matri: & auiæ, ita mulier accuſat virum ſuum, vt ſeparato thoro dotem recipiat, & donationem propter nuptias, quam fecit maritus, ipſa lucretur: ſecundùm Roma. conſ. 167.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & tranſiens poſtmodum ad ſecunda vota ſimpliciter nulla habita mentione dotis: intelligitur tunc dare tantam dotem ſecundo marito, quantam dedit primo viro.*

2 *Dos data primo viro, ſecundo viro cenſetur tacitè repetita nulla facta mentione dotis, etiam ſi primum matrimonium fuiſſet inualidum, in quo illa dos fuit conſtituta, nihilominus in ſecundo matrimonio repetita videbitur.*

3 *Mulier ſi expreſsìm promittit dotem ſecundo viro ceſſat tacita dotis conſtitutio: quia veriſimile non eſt duplicem dotem dare voluiſſe. quod procedit quan. mulier promittit ſecundo viro dotem, ſecus ſi pater, vel alius: quia tunc maritus vltra dotem tacitam poteſt conſequi etiam promiſſam.*

4 *Dos matrimonij immediatè pręcedentis, videtur repetita in ſequenti matrimonio, ſi plura matrimonia cum*

cum diuerſis dotibus praceſſerunt,

5 *Dotem primo uiro datam eſſe, vt uideatur ſecundo viro repetita plenè probandum eſt.*

6 *Confeſſio, & legatum dotis receptæ non probat dotem datam, & preſertim ſi fiat abſente parte.*

7 *Dos data primo viro intelligitur ſecundo uiro tacitè repetita, vt ſi in quantitate data fuerat, in quantitate repetita videtur.*

8 *Mulier, quæ dotem non exegit non videtur ſecundo viro nomen dotis dare, ſed promittere quantum primo viro dedit.*

9 *Conducens domum pro certo pretio, ſi illam poſtea reconducat tacitè, vel expreſſè ſine expreſſione pretij intelligitur eodem pretio quo antea conduxerat reconducere.*

10 *Locatio, ſeu potius relocatio facta taritè ex perſeuerantia conductoris finito tempore, cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ erant in priori locatione.*

11 *Inſtrumentum locationis guarentigiatum pro tacita reconductione exequi non poteſt quò ad pœnam.*

12 *Conducens famulum pro vno anno pro certo ſalario, ſi poſtea illum reconducat nulla facta mentione de ſalario, videtur reconductus ſub eodem ſalario.*

OPINIO DXXXIV.

1 MVLIER recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & tranſiens poſtmodum ad ſecunda vota ſimpliciter, & promittens dotem, quam non expreſsit præcisè, quemadmodum expreſſerat in primo matrimonio: intelligitur tunc dare tantam dotem ſecundo marito, quantam dedit primo viro ſuo. Et ſic dos data primo viro cenſetur data ſecundo: vt voluit Bart. in l. penul. §. ſi vxor. ff. ſolu. matrim. in l. cùm de in rem verſo, ſub nu. 8. ff. de vſuris, & in diſput. ſua, Mulier, col. 3. & 6. Glo. in verſ. fortuita, in l. ſi mulier diuertit, col. 1. ff. ſolu. matrim. Cyn. & Saly. col. fin. in authen. ſed quanuis. C. de rei vxo. act. Pau. Caſtren. cõſ. 283. col. 2. ſecundùm antiquam impreſsionem, & in d. l. ſi mulier, colum. 1. Cuma. conſ. 109. col. 2. Abb. conſ. 46. vol. 1. Alex. conſ. 144. col. 2. vol. 5. & conſil. 122. col. 1. vol. 7. Bertran. conſil. 160. col. fin. volum. 2. Corne. conſil. 254. Soc. conſ. 80. præſens, num. 1. & num. 18. vol. 4. Curt. in auth. præterea, num. 13. C. vnde vir, & ux. Ruin. conſil. 53. colum. penul. vol. 3. conſil. 61. in princ. vol. 3. & conſil. 137. colum. 3. volum. 4. Soc. Iun. conſil. 29. colum. fin. volum. 1. & Pariſ. conſ. 34. colum. 1. volum. 3. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem & Salyc. in d. authen. ſed quanuis, col. fin. & Illuſtris Dominus meus Ranaldus Ridolphius primarius lector in Ciuitate Peruſij, dum eum audiebam ſuperioribus annis publicè in Gymnaſio Peruſino legentem.

Cõis opin.

2 Et iſtam communem ſententiam amplia procedere etiam ſi primum matrimonium inualidu atq; nullum extitiſſet, in quo illa dos fuit conſtituta, tamen in ſecundo matrimonio repetita videbitur: ſecundùm Ruin. conſ. 224. proſequendo, nu. 5. vol. 1. Quia ex actu nullo etiam voluntas declaratur. l. fin. ff. de reb. cor. & ibi not. & id firmat quoq; Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis, quæſt. 77.

3 Sed prælibatam communem ita ampliatam limita vtiliter, atq; declara primò, quòd ſi expreſſim promiſit mulier dotem ſecundo viro, ceſſat illa tacita dotis conſtitutio; tum quia veriſimile non eſt duplicem dotem dare voluiſſe: tum etiã, nam expreſſum facit ceſſare tacitum. l. fin. C. de pact. conuen. & ita determinat Corne. conſ. 157. licèt, volum. 1.

¶ Et hoc verum eſt, vbicunq; mulier ipſa promittit ſecundo viro; ſecus ſi eius pater, vel alius: quia tùnc vltra dotem prædictam poteſt & iſtã promiſſam conſequi: prout in facti contingentia reſponderunt Corn. conſ. 111. viſis in cauſa, vol. 2. & Soc. conſ. 100. ſuper controuerſia, vol. 3. ad fauorem mariti quòd vtrumq; debeatur, tanquàm vna dos aucta, excluſa ratione compenſandi, militantibus contra eã pluribus præſumptionibus, & coniecturis, de quibus ibi per eos; & de iſta quæſtione loquitur copioſiſsimè Signorol. de Homod. conſ. 250. ſuper dubijs nu. 16. Bocr. deciſ. 137. & Guid. Papæ in q. 375.

4 Secundo limita etiam, atq; declara, quòd dos matrimonij immediatè præcedentis repetita videtur in ſequenti matrimonio, ſi plura matrimonia non varijs, & diuerſis dotibus præceſſerũt: vt tenuit Bal. Nouellus in tract. de dote in 6. par. priuileg. 71. vbi meminit ita de facto iudicatum extitiſſe: & comprobat hoc, tum quia relàtio fit ad proxima, tum etiam quia vltimus ſtatus rei inſpicitur: vt per multa, quæ ibidem deducit, & ſequitur Ruin. conſ. 137. col. 3. vol. 4. & conſ. 56. n. 7. vol. 5. & Pariſ conſ. 34. ſtatutum, in prin. vol. 3.

5 Tertiò limita, & aduerte quòd opus eſt plenè probari dotem primo viro datam fuiſſe, vt ſecũdus vir obtineat ex iſta tacita dotis conſtitutione. Nec. n. ſufficit probare, & verificare, quòd primus maritus in ſuo teſtamento legauerit vxori dotes ſuas, quas confitetur recepiſſe; & quòd mulier poſtea aduerſus illius heredes mandauerit ei actiones ad ipſas dotes exigendum: vt in terminis conſuluit Alex. conſ. 122. col. 1. vol. 7.

6 Vbi dicit quòd legatũ, & confeſsio dotis receptæ, non probat dotem datam, & præſertim ſi fiat parte abſente: & ideo opus eſt aliter conſtare de debito. Nec releuat etiam fuiſſe expreſſam certam quantitatem, in quo caſu valet legatum, etiã cõſtito, quòd nihil deberetur: vt per Corn. cõſ. 253. viſo proceſſu, col. 3. nu. 6. vol. 3. quia id quidẽ facit, ut iure legati relictum ualeat, nõ ut inde probetur dotẽ primo uiro datã fuiſſe; & non legatũ inducit iſtam tacitam dotis conſtitutionem, ſed

ueritas

veritas facti, quòd primo viro certa dos verè fuerit data. & ita procedant leges in hac materia ſuperius allegatæ.

7 Quartò, & vltimò declara prælibatam cōem intelligi, vt eodē modo, quo erat dos data primo viro, intelligatur ſecūdo marito tacitè repetita: ita vt ſi in quātitate data fuerat, in quātitate repetita videatur: tametſi ab hæredibus primi viri ꝑdia loco quātitatis in reſtitutione dotis habuerit, niſi tñ ea dū prædia ſecundo viro dediſſet: vt voluit Corne. conſ. 172. circa, in 4. dubio, vol. 1.

8 Ad quod conſidera verſauice, ꝙ ſi mulier non dū dotē exegit ab hæredibus primi viri, videtur ſecundo nubens dare tacitè dotē, non illud nomen contra hæredes mētionatos, ei competens, ſed quantitatem eandem: ſecundùm Corn. conſ. 257. nu. 8. & conſ. 254. vol. 1. nu. 18. & Bal. Nouel. in tract. de dote in 11. par. priuileg. 71.

9 Et aduerte, ꝙ quemadmodū dos promiſſa, ſeu ſoluta in primo matrimonio, videtur tacitè repetita in ſecūdo matrimonio: ita conducens domū certo pretio, ſi recōducat illā ſine expreſſiōe ꝑtij intelligit̄ cōducere eodē ꝑtio, quo antea cōduxerat: ſecundū Bal. in l. cū quidā, in fi. C. de iur. dot.

10 Et hoc ꝓcedit non ſolū in conductione expreſſa, ſed etiam in tacita, quę per lapſum temporis fit: & non tantùm quòad penſionem, verùm etiā quò ad alias conductiones, & pœnam. & conſequenter relocatio ipſa facta tacitè ex perſeuerantia cōductoris finito tempore, cenſetur facta cū omnibus qualitatibus, quę erant in priori locatione. l. item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. l. legem. C. eo. titu. Bart. & omnes alij, & pręſertim Iaſ. in l. 1. §. & poſt. ff. de oper. nou. nunc. Bal. in d. l. legem, & in l. 1. queſt. 10. C. de his qui pœn. nomi. & Alcia. in tract. de pręſumpt. reg. 2. pręſumptio. 17. num. 15.

11 Quamquàm quò ad pœnam aliud ſentire videantur Dyn. Bal. & Imol. in l. cùm pater. §. patri certam. ff. de leg. 2. Iaſ. conſ. 49. vol. 3. & Affl. deciſ. 365. per inſtrumentum publicum, ſub n. 14. & ſeq. vbi concludit, quòd inſtrumentum locationis liquidum, & guarētigiatum pręſentari, ac exequi nequeat iuxta formam ritus magnę Curię Vicarię pro penſione debita ex tacita reconductione pro pœna occaſione contrauentionis. Et ita in facti contingentia me patrocinante obtinuit Vniuerſitas oppidi Pretorij comitatus Aquilę ſuperioribus annis cōtra ſuū Baronē, qui accuſauerat obligationē penès acta curię eiuſdē caſtri pro affictu baiulationis, ſperando ꝓ tacita relocatione conſequi vltra penſionem, & pœnā etiam: tamen excluſus remanſit à deſiderio ſuo.

12 Similiterq; cōducens famulum pro vno anno ſub certo ſalario, ſi poſtea conducat pro alio anno, nulla facta mentione de ſalario: videtur recōductus ſub eodē ſalario, vt determinat Bal. in d. l. cùm quidam, circa fin. Cremenſis in ſing. 13. ſi conduxi domum, & Alex. in addit. ad Bar. in d. l. item quęritur. §. qui impleto.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER ad ſecundas nuptias tranſiens perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri cōſequuta eſt, & ſolam poteſtatem fruendi retinebit; illaſque filijs ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur.*

2 *Pœnę ſecundo nubentiū inductæ fauore liberorū nō ſunt ſublatæ, et pœna impoſita viduæ ſecūdo nubēti militat etiā in viro, vt habetur infra ex cōi opinione ſub n. 4.*

3 *Mulier, ac vidua non tranſiens ad ſecunda vota, & in viduitate permanens conſtituitur in maiori libertate; eſt domina ſui ipſius, familiæ, & domus, oſtendit euidens ſignum continentiæ, & hoc inducit etiam non leue meritum, quia ei debetur fructus ſexageſimus, & matrimonialiter coniugatis triceſimus; & hic narrantur etiā alię complures laudes cōtinētiæ, ac viduitatis.*

4 *Mulier ad ſecunda vota tranſiens tria negligere videtur, Deum, defuncti memoriā, & filiorum charitatē.*

5 *Maritus hæres inſtitutus per eius vxorem cadit á proprietate bonorum vxoris per tranſitum ad ſecundas nuptias poſt eius mortem, & remanet duntaxat vſufructuarius ipſorum bonorum.*

6 *Aui, & auiæ, proaui, & proauiæ, & cæteri deinceps aſcendentes ad ſecunda vota tranſeuntes perdunt dominium rerum eis per coniugem relictarum, & remanent ſolummodò vſufructuarij ipſarum rerum.*

7 *Mulier, ſeu mater relicta à marito defuncto tutrix filiorū, per tranſitū ad ſecunda vota perdit tutelam: & geſta ab ea tanquam tutrice ſunt ipſo iure nulla.*

8 *Pater tranſiens ad ſecunda vota non remouetur à tutela filiorum ſuorum.*

9 *Mater ante alios poteſt ſuſcipere, ſi velit, tutelam filiorum, ſi ſecundis nuptijs Velleiano, & omni legū auxilio in eius fauorem introducto renunciauerit, alioquin iſtis non concurrentibus tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla: ſecundū vnā opinionē, licèt de conſuetudine contrariū ſeruetur, ꝙ mater tutrix, vel auia tutrix teſtamentaria non teneatur talem renunciationem facere.*

10 *Mater habet annum integrum ad petendum tutorem dari filijs, niſi velit ipſam tutelam ſuſcipere.*

11 *Mulier non habet annum integrū ad petendum tutorē dari filio, quotieſcunq; ipſe filius tempore mortis patris habebat 13. annum, & vnum menſem, & decederet penultima die pupillaris ætatis, & tunc non excuſaretur, imò priuaretur ſucceſſione filij, ex quo non purgauit moram, neque purgare poſſit.*

12 *Mater minor vigintiquinq; annis non poteſt eſſe tutrix filiorum, niſi extaret conſuetudo in contrarium, quòd minor poſſit habere tutelam.*

13 *Mater minor vigintiquinq; annis non priuatur ſucceſſione filij, licèt non petierit tutorem dari filio, etiam poſtquam effecta eſſet maior.*

14 *Mulier minor vigintiquinq; annis exiſtens, tranſiensq; ad ſecunda vota, & tutelam filiorum ſubire recuſans ſibi ex teſtamento mariti delatam, tunc legatum, purè à marito ſibi relictum conſequi poſſet.*

15 *Mater negligens petere tutorē filijs ſuis impuberibus intra annum, venit priuanda eorum ſucceſſione. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè.*

16 *Mater ad hoc, vt excludi poſsit à ſucceſsiõe filij neceſſariò deducendum, probandumq; eſſet in mora fuiſſe petendi tutores dari filijs infra annum à die mortis mariti; aliàs quælibet iuſta cauſa excuſaret matrem à priuatione ſucceſsionis.*

17 *Mater tranſacto anno petens tutorem dari filijs non auditur, nec recuperat ius eis ſuccedendi, nec poteſt purgare moram.*

18 *Mulier non petens tutorẽ infra annum dari filijs cadit ab eorũ ſucceſsione. ſed volens opponere filium, ſeu filios deceſsiſſe illo anno, ipſi incũbit onus probandi hoc.*

19 *Mater non ſolum tranſeundo ad ſecunda vota priuatur tutelæ filiorum, ſed etiam contrahendo ſponſalia de futuro: quia tunc ſtatim contractis ſponſalibus perderet tutelam ipſam: ſecundùm vnam communem opinionem. ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariã, ſimiliter communem, mater contrahendo ſponſalia, et pœnitendo poſtea, & perſeuerando in viduitate, tutelam filiorum ſuſceptam aliter non amittit. quod procedit, niſi copula ante traductionem in domo vxoris fuiſſet ſubſequuta.*

20 *Mulieribus determinantibus conuolare ad ſecundas nuptias, ne ſibi ipſis præiudicium afferant, traditur remedium, & cautela hic remiſsiuè.*

21 *Mater excluſa à ſucceſsione filiorum non petendo infra annum tutorem dari filijs, tunc excluſa non cenſetur auia, nec alius proximior.*

22 *Mulier licèt ob tranſitum ad ſecunda vota amittat dominium rei ſibi à primo viro legatæ, & vſufructuaria duntaxat eiuſdem rei remaneat: tamen hoc non procedit vbicunque vir licentiam dediſſet vxori ad ipſas ſecundas nuptias conuolandi: quia pœna ſecundo nubentibus eſt impoſita ex eo, quia videtur illata iniuria primo viro per ſecundas nuptias.*

23 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota de conſenſu filiorum non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate, ac legato primi viri: quia iniuria, quę fit filijs primi viri ob tranſitũ matris ad ſecundas nuptias, tollitur eorũ cõſenſu.*

24 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias priuatur duntaxat proprietate ſubſtantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantiæ auitæ.*

25 *Mater tranſiens ad ſecunda vota non priuatur proprietate legati à primo viro ſibi facti, filijs de hoc tranſitu non conquerentibus: quia tunc filius non conquerẽdo de matre, videtur ſibi remiſſa iniuria.*

26 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias non amittit proprietatem legati ſibi facti à primo viro ex cauſa onerosa. Et minimè donatio remuneratoria facta per virum vxori in recompenſationem nobilitatis ſuę amittitur ob tranſitum ad ſecunda vota. & l. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs, non habet locũ in donatione remuneratoria, ſecundùm deciſionem Sacri Conc. Neap.*

27 *Mulieribus, ac viris licitum, ac permiſſum eſt tranſire ad ſecundas, tertias, quartas, quintas, & deinceps nuptias. Nam multi homines, quorũ nomina ſunt deſcripta in libro vitæ, plures nuptias contraxerunt, & ſic non damnantur bigami, trigami, & octogami.*

28 *Hæreticus eſt pertinaciter aſſerens non eſſe licitas, & permiſſas ſecundas, tertias, quartas, quintas, & deinceps nuptias. Et illa conſuetudo vigens in Regno nuncupata, Ciambellaria, in qua proferebantur varia impudica, & inhoneſta verba contra mulieres tranſeuntes ad ſecundas, vel deinceps nuptias cum maxima ignominia, & cum timpanis, & cornibus; prohibetur tempore maritagij quarumuis perſonarum, pœna vnciarum auri centum contrafacientibus imminente.*

29 *Viduę, quæ perpetuam caſtitatẽ Domino vouerũt, ſunt damnandę, ſi ad ſecunda vota tranſierint, prout hìc latiſsimè diſcurrit; et ponũtur etiã duo genera uiduarũ.*

OPINIO DXXXV.

1 MVLIER ad ſecundas nuptias tranſiens perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri cõſequuta eſt: & ſolam poteſtatem fruendi retinebit, illasque filijs ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur. l. fœminę. C. de ſecun. nupt. vbi Docto. & in auth. ex teſtamento eo. tit. & Soc. Sen. conſ. 56. viſo teſtamento, lib. 3.

2 Et ratio eſt, quoniam pœnæ ſecundo nubentium inductæ fauore liberorum ſublatę non ſunt per dictum illud Apoſtoli, Mortuo marito mulier nubat in Domino. c. pen. in fi. de ſecun. nup. vbi hoc tenet Abb. Corne. conſ. 21. videtur, col. 3. vol. 1. Bar. & Dec. in l. 1. C. de ſecun. nup. & iſtorum opinio eſt communis: ſecundùm Dec. conſ. *Cõm opin.*
87. pro reſolutione, col. 2. & conſil. 230. proponitur, & in d. l. 1. & Coraſ. in miſcell. iuris ciuilis, lib. 3. nume. 6.

3 Confirmantur quoque præmiſſa alia ratione. Nam melius eſt ſecundò non nubere, quàm ad ſecundas nuptias tranſire. tum quia mulier non tranſiens ad ſecunda vota, ſed in viduitate permanens, in maiori libertate cõſtituitur. eſt enim domina ſui ipſius, familiæ, & domus, quæ redeundo ad ſecundas nuptias ſub viri poteſtate conſtituitur, nec poſtea poſſet ad libitum diſponere, ſiue de ſe, ſiue de bonis ſuis, niſi de paraphernalibus. tũ quia hoc eſt ſignum maioris continentię. Vnde Hiero. in 1. par. epiſtolarum, in epiſtola 5. c. 27. refert de quadam muliere, quæ Porcia vocabatur, apud quã cùm laudaretur quædã honeſta mulier, quæ ſecundo nuſperat, reſpondidiſse fertur, fœlix, & pudica matrona nunquàm pręter ſemel nupſit: tum quia hoc eſt maioris meriti, eo quòd viduitati debetur fructus ſexageſimus, vbi matrimonialiter coniunctis debetur tantùm triceſimus: ſecundùm Hiero. in eadem epiſtola. Vndè in huius ſignũ meminit Valerius, lib. 2. de inſtit. antiquis, ꝙ olim apud Romanas mulieres, quæ vno cõtentæ fuerãt matrimonio, coronę pudicitiæ honorabãtur: credebant enim ſignũ eſſe intẽperantiæ multis matrimonijs vti. Et hoc idẽ notat etiã Coraſ. in miſcell. iuris ciuilis, lib. 3. c. 1. nu. 1. nu. 1. vbi refert alias cõplures cõtinẽtiæ, ac viduitatis laudes, & pariter ſub n. 3. ꝓfert magnũ, & vtile quidem verbum, ꝙ ſecundũ eius conſiliũ, viduę mortuis viris in uiduitate ꝑmanẽtes

beatio-

beatiores forent, & vberius etiam Tiraquel. in in l.boues.§.hoc ſermone,nume. 141. cum alijs ſequen.ff.de verb.ſignific.

4 Et mulier ad ſecunda vota tranſiens tria negligere videtur,Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem:vt dicit text.in §.ſin autem tutelam,in authen. de nuptijs, & in §. quæ verò nunc ſequitur,eod.tit.vbi dicitur,ꝙ per ſecũdas nuptias contriſtatur anima mariti defuncti, & notat Roma.in ſing.351.tu ſcis, quòd mulier,n. 2.& conſil.219. ex themate conſultationis præmiſſæ,nu.2.Et propter huiuſmodi iniuriam mortuo marito filijs illatam multa leges ſtatuerunt contra viduas ad ſecundas nuptias tranſeuntes, de quibus abundè habetur per Doctor. in d.authen.ex teſtamento.

¶ Et pœna iſta impoſita viduæ ſecundò nubẽti,militat etiam in viro ex idẽtitate rationis: ſecundũ Glo.in l.fœminę.§.illud.C. de ſecun.nup. quã approbat ibi Bar.Bertr.cõſ.27.exhibito mihi caſu.nu.2.vol.5.Boer deciſ.187.nu.1.Tiraq.in d.l.boues.§.hoc ſermone,nu.156.& Roma.conſ. 182.nu. 1. & ſeq. & ibi doctiſsimus D. Horatius Mand.in add.in litera A.cum infinita propè catherua Doct. relata per eos in memoratis locis. Cõis opin. qui omnes prædicant iſtam eſſe communem opinionem:quam interpretatur, & vtiliter limitat Tiraquel.in d.§.hoc ſermone,nu.159.&ſequitur etiam,& citat Bertran.conſil 317.multa ſunt,de quibus quæritur,num.1.vol.8.

¶ Imò prælibata concluſio in principio poſita non ſolũ procedit de iure ciuili,ſed de iure canonico etiã:ſecundùm Canoniſt.omnes in c. fin.de Cõis opin. ſec.nup.vbi Abb.clamat iſtam eſſe cõem opinionem, & Ripa etiam cum alijs relatis per eum in l.fin.ſub nu.98.C.de reuocan.dona.

5 Et ſic ex communi opinione pręmiſſa,maritus hæres vniuerſalis inſtitutus per eius vxorẽ,cadit à proprietate bonorũ dictæ vxoris per trãſitum ad ſecunda vota poſt eius mortem, & remanet duntaxat vſufructuarius huiuſmodi bonorum.

6 Et pręmiſſa ampliantur primò non ſolùm procedere in matre,& patre,ſed etiã in alijs aſcendẽtibus tã maribus,quã fœminis, vtputà ſunt aui, & auiæ,proaui,& proauię,& cęteri deinceps aſcẽdentes:ſecundùm Doct.in l.generaliter, per illũ tex.C.de ſec.nup.Bal.in l.humanitatis, col.7.C. de impub.& alijs ſubſt.Aretin.in §.præferuntur, col.4.inſtit.de S.C.Tertul.Alex.in d.auth.ex teſtamento in add.ad Bal.in verb.conſuetudo.

7 Ampliantur etiã etiã ſecundò prędicta,vt mulier non modò perdat dominiũ rerũ ſibi per maritum relictarum ob tranſitum ad ſecunda vota, ſed etiam tutelam.Vnde mulier relicta à marito defuncto in teſtamento tutrix filiorũ,per tranſitũ ad ſecundas nuptias perdit tutelã;& geſta ab ea,tanquã tutrice videntur ipſo iure nulla: ſecundùm Saly.& alios in auth.matri, & auiæ.C.quã. mul.off.tut.fung.poſſ.Cyn.Fab.in l.omnem,per illum tex.C.ad Tertull. & Alber.ibi, ubi fundit iſtam eſſe communem opinionem,Boer.deciſio. Cõis opin. 124.num.12. & Auguſt. Berous in c.dilecti filij, num.37.de arbitris.

8 Sed hoc nempè limitatur vtiliter non ſortiri locum in patre.Nã licèt mater tranſiens ad ſecũda vota remoueatur à tutela filiorum;nihilominus tamen pater tranſiens ad ſecundas nuptias. nõ amitteret modo aliquo tutelam ipſam ſuorũ filiorum:ita Fulgoſ.nu.6.&Corn.nu.4.in l.iubemus.C.ad Trebel.Ioan.de Imol.in l.ex facto,nu. 16.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& Ant.Gomeſ.in l. 40.Tauri,nu.15.& quanuis Ang.in §.quia verò, nu.16.in auth.de non eligen.ſecun.nuben. aſſeruerit contrarium,cui aſſentitur Ripa in l.fi. nu. 97.C.de reuocan.donat.tamen diabolicũ quippe foret recedere à prima opinione Fulgo. & ſequacium tanquam ſacroſancta, & magis communi. Cõis opin. Et ratio,ad rem noſtram redeundo,videtur iſta, quare mater tutrix tranſeundo ad ſecunda vota priuetur tutela.

9 Quia mater,& auia poſſunt eſſe tutrices,ſi velint,quãuis non cogantur.d.auth.matri,& auię. Imò ante alios filiorũ tutelã poſſunt ſuſcipere,& ad eam admitti,ſi ſecundis nuptijs,Velleiano,& omni legũ auxilio in fauorẽ mulierum introducto renuntiauerint:alioquin iſtis non concurrentibus tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla: vt probatur in auth.matri,& auiæ,vbi Bar.Ang. & Salyc.notant,Natta conſ.143.n.2.vol.1.& alij quã plures Doct.congeſti per Boer.in d.deciſ.124.n. 9.vbi prorumpit iſtam eſſe veriorem opinionẽ.

¶ Tamen Petrus de Bellaper. Cyn. & Alber. in d.auth.matri,& auiæ.tenuerunt expreſſe contrariũ, & eorum opinio ſeruatur de conſuetudine,videlicèt,quod mater tutrix,vel auia teſtamẽtaria non teneatur renunciare ſecundis nuptijs, &omni iuri in fauorem mulierum introducto:& de iſta conſuetudine mentionem fecit Guido Papæ deciſ.539.Faber. in d.authen. matri, & auiæ. & Boer.in d.deciſ.124.num.13.

10 Hiſq; occurrit congruenter hoc in loco,quòd mater habet annum integrum ad petendum tutorẽ dari filijs,niſi velit ipſam tutelam ſuſcipere: ſecundũ Bal.Saly.& omnes per tex.ibi in l. ſciãt. C.de leg.hæred.Bal.in l.precibus,col.6.C. de impub.& alijs ſubſt.Abb.in c.ex parte, de appella. Corn. conſ.101.nu.9.& conſil.135.nu.8.uol.3. Aret.in §.fin.in princ.inſt.ad Tertul'.vbi clamat iſtam eſſe cõem opinionem, Dec.in c.ex parte n. Cõis opin. 33.ſuperius citato,&copioſè Iacob.Philip.Port. ſeu potius Ant.Gabriel. in concluſ.4.in.14. ampliatione.lib.5.& magis cõem Cornel.Benincaſ. in tract.de paupertate.q. 4.n.20.& Bal.cõſ.432. iſte caſus rariſsime de facto contingit, volum.2.

11 Vbi hoc limitat non procedere, vt mulier habeat annum integrum ad petendum tutorem filio, quotieſcunq; ipſe filius tempore mortis patris habebat 13.annum,& vnum menſem, & decederet pen ultima die pupillaris ætatis: tunc quippè mater non excuſaretur; imò priua-

retur ſucceſsione filij: ex quo non purgauerit moram, neque purgari poſsit.

12 Sed iſtam communem ita interpretatam aduerte, quòd vendicat ſibi locum in muliere maiore vigintiquinque annis, ſecus in minore, quæ non poteſt de iure eſſe tutrix. l. fin. C. de legit. tut. & tenet Bald. in dicta l. omnem, & in authen. ijſdem pœnis. quem ſequitur ibi Iacob. de Sancto Georgio, & Moder. C. de ſecundis nuptijs, & Dec. in dicto cap. ex parte, num. 34. niſi extaret conſuetudo in contrarium, quòd mater minor poſsit habere tutelam: ſecundùm Bald. conſil. 101. volum. 2. Et dictam ſententiam, quòd ipſa mulier minor non poſtulans, ſeu non requirens infra annum tutorem pro filio excuſetur, amplectitur etiam, ampliat vtiliter, & declarat Ant. Gabriell. cum magna catherua Docto. relata per eum in d. concluſ. 4. in 6. limitatione, & Ioan. de Neuiz. in ſylu a nupt. lib. 2. nu. 53. in 9. limitatione.

13 Et licèt mater ſi minor ſit vigintiquinq; annis non priuetur ſucceſsione filij, ſi ei tutorem infra annum non petierit: tamen ſi tempore mortis mariti eadem mulier erat minor, & poſtmodum maior effecta non petierit tutorem ipſum, ſimiliter ob hoc non priuaretur vllo modo ſucceſsione filiorum: ita Spec. in tit. de in integ. reſtit. §. 1. Bal. in auth. ſi captiui. col. 11. C. de epiſ. & cler. & cōſ. 101. quæritur vtrum domina. col. 11. vol. 2. vbi ita cōſuluit in proprijs terminis, & Roma. quoq; conſ. 279. viſis thematis narratione, Ang. Aret. in §. ſed quemadmodū. col. 11. inſtit. de S.C. Tertul. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. nu. 11. & Soc. in l. ſciendum. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Soc. Iun. conſ. 8. in præſenti. vol. 1. Grat. conſ. 83. principale, nu. 7. vol. 2. Alex. Corn. Iaſ. & alij omnes in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. vbi Iaſ. in fi. in mediū referauit iſtā eſſe cōem opinionem, ac etiam D. Horat. Mandoſ. in add. Roma. in d. conſ. 279. vbi reprehendit Neuiz. in d. ſylua nupt. lib. 2. ſub nu. 54. inutiliter hanc communem limitantem. *Cōis opin.*

14 Imò ipſa mulier minor 25. annis exiſtens, trāſiensq; ad ſecunda vota, & tutelam filiorum ſubire recuſans ſibi ex teſtamēto mariti delatam: tunc legatum purè à viro ſibi relictum conſequi poſſet: vt conſuluit Gratus conſ. 84. arbitror legatum centum ducatorum de iure præſtandum eſſe, per totum, vol. 2.

15 Sed mater negligens petere tutorem filijs ſuis impuberibus intra dictum annum, veniret vtiq; priuanda eorum ſucceſsione. caſus eſt in l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul. & in d. §. fin. inſtit. eod. titu. & ponit pro regula cum ampliationibus, & limitationibus Io. de Neuiz. in ſua ſylua nupt. lib. 2. nu. 52. & ſeq. & Ant. Gabriel. in d. concluſ. 4. per totam, & Cornel. Benincaſius in d. tract. de paupertate, quæſt. 4. ſub nu. 20. Michael Ciſuentes ſuper leges Tauri, in l. 6. nu. 3. & ſeq.

16 Vndè ad excludendum eam à ſucceſsione, neceſſariò deducendum, probandumq; eſſet in mora fuiſſe petēdi tutores dari filijs infra annum, à die mortis mariti: ſecundùm Bar. in l. 2. col. 6. C. qui petant tutores, Bald. Ang. Flo. & Salyc. in l. ſciant. C. de leg. hæred. & Alex. conſ. 185. col. fin. vol. 6. aliàs quælibet iuſta cauſa excuſaret matrem à priuatione ſuceſsionis filij: vt uoluit Soc. conſil. 153. col. fin. vol. 1. & Rubeus conſulendo conſ. 81. num. 1.

17 Sed caue ne erres, quia mater ipſa in huiuſmodi caſu tranſacto anno petēs tutorem dari filijs, non audiretur aliquo modo, nec recuperaret ius eis ſuccedēdi in pupillari ętate morientibus, nec poſſet purgare moram: ſecundùm Bartholomæū de Salyceto in tract. de mora. q. 2. nu. 16. vbi reſpondet. l. 3. §. confeſtim, verſicu. ſed ſi fortè. ff. ad Tertul. diſponenti matrem admitti ad purgandum moram, niſi præuenta extitiſſet: procedere vſq; ad annum, non autem vltra. Et hoc idem firmat D. Bartholomæus de Salyce. in eod. tract. q. 1. ſub nu. 3. & ſeq. Bal. in auth. ſacramentum, in fine. C. quando mulier tutelę offic. fungi poſſ. Salyc. in l. ſciant. C. de legit. hęred. Ang. & Alex. col. 11. in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & Aret. in §. fin. in inſtit. ad Tertul.

18 Item aduerte, quòd licèt mulier non petens tutorem infra annum filijs, cadat ab eorum ſucceſsione: tamen qui vult opponere, ſeu dicere ꝙ filij deceſſerūt illo anno, ipſe tenetᷣ probare: vt voluit Natta cōſ. 656. tria ꝗ poſita ſunt, nu. 3. vol. 4.

19 Et quatenus ſuperius poſuimus matrem per tranſitum ad ſecunda uota, tutela filiorum priuari debere: amplia hoc procedere quoq; ſi mulier ipſa contraheret ſponſalia de futuro: quia tunc ſtatim ipſis ſponſalibus contractis per matrem perderet tutelam etiam: ſecundùm Bar. in authent. ſacramentum. C. quando mul. offi. tut. fung. poteſt, Bal. conſ. 58. vol. 2. & Cæſarem Vrſillum in addit. Afflict. in deciſ. 357. nu. 1. vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem; & alios eiuſdem ſententię citat Boer. deciſ. 266. ſub num. 5. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd mater contrahendo ſponſalia, ſed pœnitendo poſtea, & perſeuerādo in uiduitate, tutelā filiorū ſuſceptā aliter non amittat, inclinarunt Specul. in tit. de tutoribus. §. nunc dicendū, ver. quid ſi tutelā, Bal. Ang. & Alber. in l. ſolet, per illū text. ff. de his, qui notan. infa. Roma. ſing. 222. Tu habes ꝙ mater, Gozad. conſ. 18. uidetur. col. 1. Faber. Saly. Bologn. & cæteri in d. auth. ſacramētū, Affl. in d. deciſ. 357. ubi intonat ita extitiſſe in ſacro Regio, Conc. Neap. iudicatū, Io. de Neuiz. in d. ſylua nupt. lib. 2. ſub nu. 50. & ſeq. ubi fatetur ita uidiſſe de facto obſeruari Mediolani; & ęquiorē, ueriorēq; ſcribit Affl. in conſt. honorē, lib. 3. rub. 20. n. 8. & Boer. in d. deciſ. 266. ſub n. 5. & ſic ex relatis authoritatib. facilè apparet iſtā eſſe magis ęquā, magis uerā, magiſq; cōem ſentētiā, & ita in deciſiuis cōſulēdū, iudicādūuè tutiſsimè ſuademus. *Cōis opin.*

¶ Quę cōmunis, ita amplexa, abſq; ſcrupulo ꝓcederet

cederet, niſi copula ante traductionem in domo vxoris fuiſſet ſubſequuta: vt voluit Io. de Imol. in l. ſi ſocer. §. Lucius, colum. 3. ff. ſolut. matrimo. & Boer. in d. deciſ. 266. ſub nu. 5.

20 Ideò iſtæ viduæ tutrices determinantes conuolare ad ſecundas nuptias, poſſunt ne ipſiſmet præiudicium afferant, vti cautelis, & remedijs traditis per Ioan. Neuiz. vbi ſupra.

21 Et dato igitur caſu, quòd mater foret excluſa à ſucceſsione filiorum: tunc non excluſa cenſeretur auia, nec alius proximior: ſecundùm Glo. Ang. & Salyc. in l. nepotibus. C. qui petant tutores, Socin. in d. conſil. 153. colum. fin. & iſtorum opinionem ad lucem adducit eſſe communé Rubeus in d. conſ. 81. nu. 2. vbi ita conſuluit. Cōis opin.

22 Et præmiſſa ita ampliata, & declarata interpretantur non procedere, quando vir licentiam daret vxori ad ſecundas nuptias conuolandi: tunc quippè non perdit per iſtum tranſitum dominium rei ſibi legatæ, ac à marito relictæ. Et ratio eſt: quia pœna ſecundò nubentibus eſt impoſita ex eo, quia videtur inferri iniuria primo viro per ſecundas nuptias. §. quia verò, in auth. de nupt. Et nulla iniuria fit volenti. l. 1. §. vſque adeò. ff. de iniur. ſecundùm Bal. in l. 1. C. de ſecun. nupt. & per Roma. conſil. 219. ex themate conſultationis, num. 5. Dec. conſ. 620. caſus, de quo quæritur, col. 2. & Coraſ in d. c. 1. num. 11. & ſeq. vbi clamat iſtā eſſe communē opinionē, & declarat per quādam diſtinctionem traditam per eū. Cōis opin.

23 Limitatur etiam ſecundò, quando filij ſecundis nuptijs conſenſum accomodauerint: tunc enim mulier non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate primi viri: ſecundùm Glo. in authen. de non eligen. ſecun. nub. in ver. Copulatur, & ibi Ang. & Bertran. conſil. 82. num. 3. vol. 8. vbi tradit cautelam aduocatis pro inſtruenda ipſa muliere pro euitanda huiuſmodi pœna: quoniam iniuria, quæ fit filijs primi viri, ſi mater conuolaret ad ſecundas nuptias, tollitur eorum conſenſu. §. ſoluto. in auhent. de ſecun. nupt. l. cùm donationis. C. de tranſact. Et hoc comprobatur ex latius dictis per Iaſ. in l. ambiguitates. C. de indic. vidu. tollen. & in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſ. colum. fin. & conſ. 53. in quæſtione, vol. 1. & per Dec. conſ. 206. quæritur, & Coraſ. in d. c. 1. num. 14. vbi uocat iſtorum ſententiam communem, & eam vtiliter interpretatur etiam, quòd non ſufficeret in hoc caſu præſtatio cōſenſus maioris partis filiorū, ſed omniū quippè cōſenſus ipſorū filiorū neceſſariò requirūtur. Cōis opin.

24 Limitatur tertiò, vt mater tranſiens ad ſecunda vota duntaxat debeat proprietate ſubſtantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantiæ auitæ priuari: ſecundùm Bartol. & alios communiter in dicta authent. ex teſtamento, & ſequitur iſtam communem, & citat Boer. deciſ. 192. nu. 5. licèt Bal. & Ang. & malè in d. auth. ex teſtamento aſſeruerint cōtrariū. Cōis opin.

25 Interpretanturq́; præmiſſa in matre, quę tranſiuit ad ſecunda vota ſuperſtite filio, vel filijs de hoc non conquęrentibus. His igitur ſtantibus ſi filius decedat, non priuatur eius hæreditate: quia filius non conquerendo de matre videtur remiſiſſe ſibi iniuriam factam per eam, per dictum tranſitum: argum. l. fin. C. de reuocan. donat. & ita per illum text. tradit, & firmat Bald. in auth. ex teſtamento. ſupra cit. col. 2. Dec. conſil. 206. col. 2. & in rub. C. de ſecun. nupt. col. fin. Ripa in l. fin. C. de reuocan. donat. in. q. 61. col. 2. & Soc. Iun. conſ. 61. nu. 2. & 11. vol. 2.

26 Limitatur etiam, vt ipſa pœna mulieri ſecundo nubenti nō vendicet ſibi locum in acquiſitis per ipſam mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota à viro ſuo ex titulo oneroſo: ſecundùm Roma. conſil. 219. ex themate nume. 4. & D. Horat. Mandoſ. cum alijs relatis per eum ibi, in addit. in litetra D. Et ſic donatio remuneratoria, vel compenſatoria facta per virum vxori ſuæ in recompenſationem conditionis, nobilitatis, pulchritudinis, & iuuentutis ſuæ, & quaſi deperditę nobilitatis non amittitur ob tranſitū ad ſecūda vota ipſius mulieris: quia cū ſit remuneratoria prędicta donatio non habet eā mulier ex titulo lucratiuo à marito, ſed ob nobilitatis meritum: quo caſu tranſitus ad ſecundas nuptias non operatur donationis antedictę deperditionē: ita Bal. in auth. in donatione. C. de ſec. nup. & in repet. c. per veſtras, de donat. inter vir. & vx. & eſt de intentione Rom. in d. conſ. 219. nu. 4. ita firmat in indiuiduo Io. de Neuiz. in ſua ſylua nuptiali, lib. 2. à nu. 22. vſq; ad n. 30. & Io. Lupi in repet. rub. de donat. fol. 26. Et conſequenter l. fœminę, & l. generaliter. C. de ſecun. nupt. non habēt locum in acquiſitis titulo oneroſo: ſecundū omnes pręallegatos Doct. Ideò recipiens propter remunerationem non dicitur hoc ex titulo lucratiuo, ſed ex debito recepiſſe: vt cōcludit Bar. in proœmio fforum. quia iſta non dicitur propriè donatio, ſed eſt quædam permutatio, vel compenſatio: vt firmat Curt. Sen. conſ. 54. col. 4. & Bal. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. Barbat. conſ. 26. col. fin. & Aret. conſ. 17. col. 6. Cōis opin.

¶ Et ꝙ diſpoſitio d. l. fœminę, nō ſortiatur locum, niſi in quęſitis ex facultatibus viri titulo lucratiuo, probat text. in d. l. fœminę, ibi, vel cuiuſlibet liberalitatis præmio.

¶ Et licèt Affl. deciſ. 61. videatur ſentire in fin. ꝙ diſpoſitio d. l. fœminę, procedat in donatione prædicta: tamen ſine lege, & ratione loquitur, & cōtra iura, & rationes prędictas; & cōtradicit authoritati tantorū patruū, à quorū opinione tanquā cōi, & ſacroſancta nō erit modo aliquo recedendū in iudicādo. Et ita iudicatū extitit in curia noſtra Aquilana in facti cōtingentia de mēſe Septēbris 1545. per D. Lactātiū de Vrſo tūc iudicē ipſius curię in fauorē Magnificę D. Portię de Manerijs, vxorem Ioānis Dominici Viuij patrui mei bonę memoriæ sūmi practici, noſtrorúq; tēporū maximi ornamenti, cōtra Ioānē Marinum

de Gigio filium ſuſceptum ex primo matrimonio, & hæredem Ioannis Baptiſtæ ſui patris donatoris: qui quidem uti hęres condemnatus extitit ad ſoluendū ducatos ducētos donatos eidē D. Portię per antedictū Ioannem Baptiſtam ſuum primum virum in recompenſationem conditionis, & nobilitatis, non obſtante quòd ipſa D. Portia tranſitum feciſſet ad ſecunda vota. Et poſtmodum introducta cauſa hac per remedium appellationis in Sacro Regio Concilio Neapo. fuit ibi confirmata præcitata ſententia, & prouiſum, quòd d.l. fœminæ non habeat locum in donatione remuneratoria, & oneroſa: referēte Illuſtri D. cauſę commiſſario, Ioanne Andrea de Curtis meritiſsimo præſidente, & protonotario, & ſydere fulgentiſsimo Sacri Concilij, & integerrimo, conſumatiſsimo, & undecunque doctiſsimo, & ſupremo uiro: & interueniente etiam pro actuario Palumba.

¶ Imò fortius quando non conſtaret ob hanc cauſam donatum fuiſſe uxori data inæqualitate ipſius uxoris, & uiri: debet præſumi animo remunerādi facta donatio, & traditio prædicta: nec requireretur tunc alia probatio de ſupradictis qualitatibus: vt firmant Bar. Bal. & Ang. in l. ſi uoluntate. C. de dot. promiſ. Iaſ. col. 4. uerſ. ſed certè, & Alex. & Moderni Papienſes in l. ſi diuortio. ff. de uerb. oblig. & Bal. Nouellus in tract. de dote in 2. par. & ſcribit Bal. in l. multū intereſt. C. de dona. ante nupt. vbi in dubio concludit data inæqualitate ob nobilitatis meritum præſumendam eſſe donationem factam, & ſoluto matrimonio poſſe repeti per uxorem ſuperſtitem.

27 Sed ego, qui aliqua uidi, audiui, & legi, in præiudicium honoris, & conſcientiæ fieri per ipſas uiduas, præſertimq; iuuenes, & pulchras, quæ ſilentio ſupprimuntur: ſuadeo non obſtantibus antedictis, melius atq; tutius eſſe aliquibus, tam uiris, quàm mulieribus ad ſecundas nuptias tranſire, quā in uiduitate permanere; & hoc propter periculum incontinentiæ: ob quod cōſuluit Apoſtolus. Timoth. 5. Iunioribus viduis vt nubant, eò quòd melius eſt nubere, quàm vri ſcilicèt ardoribus libidinis, aut igne infernali ob malum incontinētię. Cùm nullum uituperium ſit de per ſe mulieri pluries nubere, nec ſimiliter uiro: vt patet ex ſcriptis Beati Hierony. in 1. par. epiſtolarum, in epiſt. 8. dicentis, Non damno bigamos nec trigamos, nec octogamos. Vndè idem Hierony. in 3. par. dictarum epiſtolarū, epiſtola 26. ſcribens ad Geruntiam de Monogamia, refert ſe vidiſſe Romæ duos, uirum ſcilicèt, & mulierē de infima plebe, quòd uir quidā ſepelierat 20 vxores, vxor uerò 22. maritos habuerat. Hi ergò poſtremò ſibi, ut ipſi putabant matrimonio copulati ſunt ſumma omnium, tam virorum, quàm mulierum expectatione, quis quem prius ſepulturæ efferret, uicit m maritus: ob quod populo totius Ciuitatis confluēte coronatus, & palmā tenens in manu, talē comitatum habuit hilariter præcedentem feretrum uxoris multinubæ: ipſe uerò feretrū ſequebatur tanquā uictor glorioſus. quod etiam refert Boer. deciſ. 186. in fin. & Menochius conſ. 4. nu. 40. uol. 1. Præterea multi ſancti homines, quorum nomina ſunt deſcripta in libro vitę, ſecundas nuptias contraxerunt, & inter cæteros Abraham poſt mortem Sarræ primæ uxoris duxit ſecundam vxorem quendam Cethurā. Ruth mulier ſcripturæ teſtimonio ſancta, mortuo ſuo primo uiro, filio Nœmi nupſit ſecundo viro, qui dictus eſt Booz. Sarra uxor Thobiæ Iunioris, mulier ēt ſcripturæ teſtimonio probata, poſt ſeptem uiros, quos habuerat, & eos dæmon occiderat, nupſit Thobiæ Iuniori, in quo matrimonio permanſerunt Domino famulantes ita, vt accepti eſſent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra. Mulier Samaritana, quæ quinque uiros habuerat, non ob hoc reprehenſa eſt à Domino, ſed quia ille, quem tunc habebat non erat ſuus vir. Nā ex eo, quòd illos quinque appellauit uiros eius, uidetur approbaſſe eorum matrimonium cum ſecundo, tertio, quarto, ſeū quinto, nullus illorum fuiſſet uir eius; quoniam per matrimonium fit, vt vir dominetur corpore muliebri, & mulier dominetur corpore uiri. Si ergò quinque uiros habuit, ergò quinquies uerū matrimonium contraxit: & ex his ſecundas, tertias, quartas, quintas nuptias, & deinceps fore permiſſas. c. aperiant. 31. q. 1.

28 Imò aduerte quòd ſi quis pertinaciter aſſereret huiuſmodi nuptias non eſſe licitas, & permiſſas, incideret profectò in crimen hæreſis, & hæreticus eſſet, ut latè oſtendit Hieronymus Torrienſis in confeſsione Auguſtiniana, libro 3. capi. 13. de ſacramento matrimonij. c. 1. & ſeq. & aduerſus hanc hæreſim extat concilij Niceni definitio, quę habetur. c. 8. decretorum eiuſdem concilij. Ibi enim concilium præcipit, ut qui ex Nouatianis ad Eccleſiam catholicam redire uoluerit, non recipiatur, niſi prius per ſcripturam fateatur ſe communicaturum cum iis, qui ſecundas nuptias forte experti fuerint. Et demum extat ſimiliter Concilium Tridentinum ſub Eugenio Quarto huius nominis Pontifice pro vnione Gręcorum celebratum. quod de hac re per ſequentia uerba definit. Quoniam nōnullos aſſeritur quartas nuptias tanquā m condemnatas reſpuere, ne peccatum ubi non eſt eſſe putetur: cùm ſecundū Apoſtolum, mortuo uiro mulier ſit ab eius lege ſoluta, vt nubendi cui vult in Domino habeat facultatem; nec diſtinguat mortuo ſecūdo, uel tertio: declarantur non ſolùm ſecundas, & tertias, & quartas, atque vlteriores, ſi aliquod impedimentum canonicum non obſtet, licitè contrahi poſſe. commendatiores tamen dicimus, ſi ulterius à cōiugio abſtinētes in caſtitate permanſerint. Ideò Carolus Quintus piæ & fœlicis memorię meritò radicitus extirpauit illam inhoneſtam, & prauā conſuetudinem, & fatuam corruptelam vigentē in Regno Neapol. nuncupatam (ciambellariam) intro-

introductam contra mulieres tranſeuntes ad ſecundas nuptias, uel vltra. in qua quippè ciambellaria proferebantur innumera ferè opprobria, & contumelioſa, impudica, & inhoneſta verba præſertim à uicinis contra ipſas mulieres cum maxima ignominia, & cum timpanis, & cornibus, & cęteris improperioſis clamoribus. intãtùm quòd mulier ipſa, & nouus maritus tedio affecti cogebantur ſe componere, & pecunia à memoratis iniuriis eximere, & liberare. propterea mediante regia pragmatica emanata de anno 1540. & poſita in libro pragmaticarum in tit. de iniuriis, pragmatica. 1. ciambellariam fieri prohibetur tempore maritagij quarũuis perſonarum, pœna unciarum auri centũ cõtra faciẽtibus imminente.

29 Sed hoc non procederet ubicunq; vidua poſt mortem uiri emitteret uotum de ſeruanda virginitate: quia tunc ei non liceret aliquo pacto ad ſecundas nuptias conuolare: vt probatur apertiſſimè ex Beati Pauli teſtimonio, qui in priore ad Timoth. epiſtola. 5. ſic ait, Adoleſcẽtiores viduas deuita: cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere uolunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quæ quidem uerba Apoſtoli ueniunt interpretanda, ideſt quòd votum quod in viduitate emiſerant de continentia ſeruanda uiolauerunt: cùm poſt huiuſmodi votum emiſſum nupſerunt, vt teſtatur cõcilium quartum Cartaginenſe: quod in capite vltimo ſuorum decretorum ita ait. Sicut bonum caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia, & pręceptione cuſtodiendum eſt, ut ſi quæ uiduæ quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitę, & matura ætate à viro relictæ ſe deuouerunt Domino, & ueſte laicali abiecta ſub teſtimonio Epiſcopi religioſo habitu apparuerunt, poſteà uerò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundùm Apoſtolum, damnationem habebunt: quoniam fidem caſtitatis, quam domino uouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant: quę etiam nec in conuiuiis cum chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt uiris ſuis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quę religioſitatem mutauerũt, crimine adulterij notabuntur, ſi deuotionẽ, quam Deo ſponte obtulerunt libidinoſa corruperint voluptate atque ad ſecundas nuptias tranſitum fecerint? quę & ſi violentia irruẽte ab aliquo pręreptę fuerint, ac poſteà delectatione libidinis permanere in cõiugium raptori, uel uiolenti uiro conſenſerint, damnatione ſuperius cõprehenſa teneantur obnoxię. De talibus ait Apoſtolus, Cùm luxuriatæ fuerint nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritã fecerunt. Et cõcilium Toletanum quartum, cap. 55. ſic inquit, Duo ſunt genera viduarum, ſeculares viduæ ſunt, quę adhuc diſponentes nubere, laicalem habitum non depoſuerunt. Sanctimoniales ſunt, quæ iam mutato habitu ſeculari ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis, & Eccleſiæ apparuerunt: hę ſi ad nuptias tranſierint, iuxtà Apoſtolum, non ſine damnatione erunt: quia ſe primùm Deo vouentes, poſteà caſtitatis propoſitum abiecerunt. Et Concilium Auraicenſe cap. 27. ſic definit. Vt uiduitatis ſeruandæ profeſſione coram Epiſcopo in ſecretario habita, impoſitam à presbytero ueſtem vidualem non eſſe violandam, eius uerò repudiatorem, uel ipſam talis profeſsionis deſertricem meritò eſſe damnandam. Ex quorum quippè conciliorum uerbis apparet iſtam eſſe Pauli Apoſtoli ſententiam: viduas, quæ perpetuam caſtitatem domino vouerunt fore damnandas, ſi ad ſecunda uota tranſierint.

SVMMARIVM.

1 *MVTVANS pecuniam mercatori expreſſè, ſpecialiter, & nominatim pro emendis talibus mercibus cauſat, vt tunc præferantur, & præferri debeant in ipſis mercibus emptis anteriores creditores habentes ſpecialem hypothecam dicto creditori mutuanti.*

OPINIO DXXXVI.

1 MVTVANS alicui pecuniam expreſsè, ſpecialiter, & nominatim ad emendum tales merces: quę quidem licèt fuiſſent emptæ ex huiuſmodi pecunia; nihilominus præfererẽtur priores creditores habentes ſpecialem hypothecam dicto priori creditori mutuanti: ſic ſecundus creditor ipſe, ob hoc caret hypotheca in dictis mercibus emptis, atque ei præferuntur alij creditores anteriores: ſecundùm Bart. & Saly. in l. interdum. ff. qui pot. in pig. hab. Glo. in l. quod qui. ff. de priuileg. cred. Bal. in l. licèt. C. qui pot. in pigno. hab. & Neguſan. in tracta. de pignoribus in 5. par. 2. mẽbri, nu. 3. & 9. ubi deducit iſtã eſſe cõmunem opinionem contra Glo. in auth. quo iure. C. qui pot. in pig. hab. contrariũ firmantem. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS innominatus, nõ autem mutuum contrahitur, quando daretur alicui pecunia in crumena, uel ſacculo, vt tantundem redderet. & mutuum ex eo non contrahitur, quia non interceſſit numerationis actus.*

OPINIO DXXXVII.

1 MVTVVM non contrahitur, ſed contractus innominatus, vbicunque darem tibi pecuniã in crumena, uel ſacculo, vt tantundẽ redderes: ex quo non interceſsit numerationis actus mutuum ipſum non contrahitur, ſed contractus

tractus innominatus do, vt des: ſecundum Gloſ. Bar. ſub num. 14. Bal. col. 2. Alber. ſub nume. 13.
Cõis & cæteros communiter in l. 2. §. 1. ff. quib. mod.
opin re contrahitur oblig. Bolognettum, ſub nu. 40. ac alios oẽs in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cer. pe. Ozeriũ, ſub nu. 13. Bellonum. nu. 13. & Thobiam Noniũ, ſub nume. 17. in rub. ſeu principio, inſtit. quibus mod. re contrahitur oblig. ubi perhibent iſtam eſſe cõem opinionem, limitant, & approbant.

SVMMARIVM.

1 *NEGATIVA quando eſt fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret, ſiue ageret, ſiue exciperet. quod ampliatur, atque limitatur pluribus modis remißiuè.*

2 *Negatiua ubicunque eſt negantis fundamentum, uenit plenè probanda.*

3 *Negatiua cadens in plenam teſtis notitiam, ſicut negatiua facti inſtantanei debet choarctari loco, & tẽpore, quæ ita regulata poteſt probari per viſum.*

4 *Negatiua loco, & tempore choarctata probatur vbicũque teſtis aſſereret fuiſſe præſentem, & vidiſſe quòd non potuiſſet fieri quin vidiſſet.*

5 *Negatiua quomodò articulanda ſit, traditur norma.*

6 *Negatiua limitata loco, & tempore probatur vbicunque probaretur reum inquiſitum tempore quo prætenditur patratum delictum fuiſſe in alio loco.*

7 *Negatiua choarctatio requiritur de toto loco, de toto tẽpore, & de perſonę identitate. & ſic teſtis tenetur choarctare totum locum, & tempus, & identitatem perſonarum, & deponere inquiſitum tota die prætenſi criminis fuiſſe alibi, & inde non receßiſſe, nec diſcedere potuiſſe, quin viſus fuiſſet.*

8 *Negatiua choarctata loco, & tempore tantæ potentiæ, & virtutis eſt, quantæ probatio affirmatiua.*

9 *Negatiua cadens in ſenſum, & cognitionem teſtis, eſt vbicunque ea finita foret, & tunc ipſa negatiua regulata loco, & tempore, rebus, vel perſonis probatur melius per duos teſtes, quàm affirmatiua per vnum teſtem.*

10 *Teſtes ſuper negatiua non limitata loco, & tempore deponentes non probant.*

11 *Teſtes deponentes ſuper negatiua loco, & tempore non choarctata ſunt ſuſpecti de falſo, & eis nulla fides adhibetur, etiam ſi obliuio temporis, & verborum difficilis recordatio intercederet.*

12 *Negatiua non moderata loco, & tempore non cadit in notitiam teſtis, & ea improbabilis extat.*

13 *Negatiua eſt non ens: quia non poteſt directo ſenſui ſubiacere: & ſic entium ſunt ſenſus, non autem non entium.*

14 *Teſtis deponens ſuper negatiua non choarctata loco, & tempore, quamuis ſit ſuſpectus de falſo: tamen non poteſt carcerari, nec puniri pœna aliqua.*

15 *Falſi ſuſpitio non habetur pro falſo.*

16 *Negatiua ea eſt, quę cadit in præſumptam notitiam teſtis, vt negatiua facti continui, vt quia negat teſtis Titium non poſſediſſe, ex quo uiderat Mæuium ſolum intrare, & exire, & fructus percipere, & tunc præſumitur Titium ipſum non eſſe poſſeßorem.*

17 *Negatiua dicitur etiam quæ non cadit in ſenſum teſtis, ſicut illa quę non habet concomitantiam loci, & temporis.*

OPINIO DXXXVIII.

1 NEGATIVA quando eſt fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret, ſiue ageret, ſiue exciperet. Barto. in l. in illa ſtipulatione, nu. 5. quam legit cum l. hoc iure, & ibi poſt Alex. Iaſ. num. 14. latiſsimè, qui etiam fatetur opinionem Bar. communiter teneri. ff. de Cõis
uerb. obliga. Bar. in l. ſi per alium. §. docere, nu. 2. opin.
ff. ne quis eum, qui in ius uoc. c. 1. & ibi not. Gemin. de confeſſ. lib. 6. Iuno. & Ioan. And. in c. ſuper his, de accuſat. & Corn. conſ. 340. uol. 1. nume. 3. Iaſ. in l. qui ſe obtulit. §. condemnatum. nume. 7. ff. de re iud. & copioſiſsimè Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Antonius Gabriell. in concluſio. 26. lib. 5. ubi ſimiliter teſtatur de communi, & ponit eam pro regula cum mpliationibus, & limitationibus: & pleniori manu etiam Fran Herculan. in tract. quis teneatur probare negatiuam in prin. nu. 2. cum aliis ſeq.

2 Imò negatiua ipſa non ſolùm vbicunque foret negantis fundamentum probanda ueniret: ſed etiam per eum qui eidem negatiuę inniteretur plenè probanda eſſet. l. decem. ff. de uer. oblig. Doct. in l. hoc iure, & in l. in illa. ff. de verbor. oblig. Barto. & alij omnes in l. 2. C. de iur. emphy. Aug. conſ. 161. in fin. & conſ. 238. in princ. Alex. conſ. 42. col. 2. uol. 6. & conſ. 136. eod. uol. Iaſ. conſil. 34. nume. 6. uol. 1. Canoniſtæ. in c. bonæ, de electio. Innocen. in d. c. ſuper his, Dec. in c. 2. col. 6. de reſcr. & in c. licèt cauſam. colum. 17. de probatio. & conſ. 177. Alciat. conſ. 444. nu. 11. & Grauet. conſ. 112. in cauſa magiſtri Iordani, nu. 6.

3 Sed ne ignorentur termini pręſentis ſpeculationis, aduertendum eſt oportunè hoc in loco negatiuam ipſam triplicem fore, ac deſcribi à noſtratibus. Prima itaque negatiua ea eſt, quę cadit in plenam teſtis notitiam, ſicut eſt negatiua facti inſtantanei: ideſt quòd ego non ſum in tali loco, quia teſtis videt locum vacuum: & ſic tunc negatiua debet coarctari loco, & tempore: quæ ita limitata poteſt probari per viſum. ita Bart. in l. 1. C. de cano. fru. ur. ro. & notatur in l. in illa, & in l. hoc iure. C. de uerb. oblig. per Bar. & omnes alios concorditer, & per Ang. in §. hinc nobis, in Cõis
fin. in auth. de hęred. & Falcid. Bald. in Marg. in opin.
uerb. Iuramentum. & in l. 1. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. Bar. & Bald. fuſiſsimè in l. actor. C. de probatio. & Bertran. conſ. 154. etiam præſuppoſito, num. 2. uol. 6. & conſ. 45. multa ſunt, ſub nume. 1. vol. 7.

4 Quod probatur eo ipſo, quòd teſtis aſſereret fuiſſe

fuiſſe prꝑſentem,& vidiſſe quòd non potuiſſet fieri quin vidiſſet,vt ibi per Ang.& alios, & Alexã. conſ.42.uol.4.& in l.1.col.7.ff. ſi cert. pet. Deci. conſ.94.in caſu ad me tranſmiſſo,nume.5.& conſil.173.viſo proceſſu agitato,ſub num.3.Bertrã. in d.conſ.45.num.1. cum 4. aliis ſeq. & Gloſſ.& Bar.in l.1.§.hoc interdicto,il 1. ff. de iti. actuque priua.& Hugonem Celſum conſ. 82.indubitati iuris eſt,ſub nu.3.

5 Et hinc cauti aduocati articulare conſueuere ad defenſionem cauſarum, & ueritatis, quòd Titius tali die,menſe,& anno commorabatur in tali loco, & quòd ab eo diſcedere non potuiſſet, quin teſtes cum eo commorãtes illum uidiſſent: cùm ſemper eodem tempore, & loco ſimul commorati fuerint:& ita ego frequẽtiſsimè in defenſionibus clientulorum articulaui,& reperi ueritatem,& liberaui ipſos miſeros,& innocentes clientes falsò imputatos à uariis,diuerſiſque inquinationibus,& contaminationibus.

6 Et ſic negatiua choarctata loco, & tempore, probatur vbicunque oſtenderetur reum inquiſitum eodem tempore quo maleficium patratum fuerit,eum fuiſſe in alio loco: ſecundum Gloſ. & Barto.in l.Pantonius.§.1.ff.de acqui.hꝑre.Floria. in l.2.ff.de probat.Doct.omnes in c.quoniam cõtra.de probat.Bald.in d.l.actor,& Franciſ.Herculā.cum aliis aggregatis per eum in d. tract. quis teneatur probare negatiuam,nume.260.& ſeq. vbi prorumpit iſtam eſſe communem opinionẽ. Cõis opin.

7 Et ampliat poſt alios cõgeſtos per eũ, ꝙ choarctatio ipſius negatiuꝑ requiratur de toto loco, de toto tpre,& de pſonæ idẽtitate. Et ſic teſtes tenerentur choarctare nedum locum,& tempus: uerùm etiam totum locum, totumque tempus, & idẽtitatem perſonarum: & conſequenter deponere tales talem rem egiſſe tali hora, & loco. & hoc idem videtur antè eum firmaſſe Horat. Lutius.conſ.168.in cauſa Petri,ſub nume. 30. inter conſ.crimi.diuerſorum, lib.1.in folio, D.Folleri. cum aliis copioſè relatis per eum in pract.crimi. in uerb.recipiantur defenſiones reorum,ſub nume.31.dum ibi concludit, quòd teſtis deponere debeat inquiſitum tota die prꝑtenſi criminis fuiſſe alibi, & inde non receſsiſſe, nec diſcedere potuiſſe,quin viſus fuiſſet. & hoc idem cõcedit Grãmat.deciſ.56.Andreas,ſub num. 4. & eſt textus in l.non hoc.C. vndè legi. & in c.in præſentia. de probatio.

8 Et ratio præmiſſorum poſſet aſsignari iſthęc, quoniam negatiua ipſa tantę potentiæ, & uirtutis eſſe videtur, quantæ probatio affirmatiuꝑ: quia talis probatio concludit,ad not. in c. tertio loco de probatio.& ad not.per Abb.in c.bonæ de electio.& ſic ſi negatiua extaret certo loco,& tẽpore deſignata, ita quòd caderet in ſenſum teſtis, par vtique tunc eſſet uirtus teſtis deponentis affirmatiuam,ſicut negatiuam,& ècõtra. ita Bal.in l.diẽ proferre. §. ſi plures.ff.de arb.& Saly. in l.2.col.18.uerſ.Sed nũc quęro.C. de reſc. ven.

9 Vbi affirmauit conſtanter quidem, quòd negatiua cadens in cognitionem, & ſenſum teſtis eſt,quando negatiua ipſa finita eſſet:quia choarctata loco,& tempore,rebus,vel perſonis probatur melius per duos teſtes deponentes negatiuã, quàm per vnum teſtem de affirmatiua: ſecus uerò quando eſſet finita:ſecundum Saly.ibi.

10 Teſtes uerò ſuper negatiua non regulata loco, & tempore,deponentes non probant. c. cùm eccleſia Sutrina de cau.poſſ.& proprie.ubi Inno. & Moder.omnes,Bar.in d. l. 1. §. hoc interdicto, Bal.in l.cùm hi.§.1.ff.de trãſact.Alex. conſ. 136. in fin.uol.4.& conſ.114.col.fin.vol. 5. & Bart. in conſ.ſuo exordiente,Commune Licignani.

11 Imò ipſi teſtes ſunt de falſo ſuſpecti, & eis quippè nulla fides adhibetur.ita Barto. Ange. & Alex.in l.pen.§.docere.in fi.ff.ne quis eũ.Corne. conſ.105.col.pen.vol.3.& Grauet.conſ.9.nume. 7.vbi hoc ſortiri quidem locum in medium expoſuit etiam ſi temporis obliuio, atque verborum difficilis nempè recordatio interueniret.

12 Et ratio eſt,quia negatiua non moderata loco,& tempore non cadit in notitiam hominis.ex teſtimonio Cornei conſ. 299. videtur, volu. 3. & tunc,cùm ea non cadat in ſenſum teſtis,eſt improbabilis:ſecundum Bal.in l.1.in fin.C.de bon. poſſ.ſecun.tab.

13 Vtpotè quia negatiua,cùm non ens ſit,ſequitur neceſſariò ꝙ entium ſunt ſenſus, non autem nõ entium: ſecundũ Philoſophum, ſecũdo de anima, & Bal.in l.2.in fi.C.de erro.aduoc.

14 Et quamuis teſtis deponens ſuper negatiua non aliter limitata loco, & tempore ſit de falſo ſuſpectus; nihilominus tamen is teſtis nõ poteſt puniri pœna aliqua quatumuis minima, nec poſſet carcerari.ita Iaſ.in l.1.nu.13.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. & Franciſ. Hercul. in d.tracta. quis teneatur probare negatiuam, ſub nu. 129. cum duobus aliis ſeq.

15 Vbi corroborat iſtam opinionem, & tollit omnia contraria, & oſtendit ex communi ſchola Doctorum ſuſpitionem falſi non haberi pro falſo:& ita infinitis propè vicibus obtinui in variis cauſis.intantùm quòd vllo vnquàm tempore nemo ex meis clientibus, qui depoſuerit ſuper negatiua non regulata loco,& tẽpore extitit in carceribus detruſus. Hãc ob cauſam nimirum, quia ſi in hac re reperitur aliquid reprehenſione dignum,adſcribitur potius iudici,quàm teſti: cùm prꝑſenti inconuenienti obuiare potuit in reiiciẽdo tales articulos de iure non admittendos,& penitus impertinentiſsimos, & anſam facilè falſitatibus prꝑbentes, & noluit ductus ex dolo, & lata culpa: taliter quòd ex mera culpa iudicis teſtis adducitur ad delinquendum, ſi in hoc delictum conſiderari poſſet: & ſic teſtis venit excuſandus, & non culpandus: & tanto magis cùm credat deponere veritatem ſuper articulis,in quibus depoſuit,& non aliter,nec alio modo. Cõis opin.

16 Alia verò negatiua ea eſt, quæ cadit in præſumptam

ſumptam notitiam teſtis, vt negatiua facti continui, vt quia negat teſtis Sempronium nullatenus poſſediſſe: ex quo viderat Titium ſolum intrare, & exire, & fructus percipere ex tali fundo: & ſic præſumitur Sempronium ipſum non eſſe poſſeſſorem prædicti fundi.

17 Alia denique etiam negatiua eſt, vt ſupra docuimus, quæ non cadit in ſenſum teſtis, ſicut illa, quæ non habet concomitantiam loci, & temporis: ſecundùm Inno. & alios omnes in d.c.cùm eccleſia. de cau. poſſ. & propriet. Bal. in Margar. in ver. ¶Negatiua. ver. 6. & Lanfran. in c. quoniam cōtra. col. 1. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *NEPOS natus ex primogenito, patre prædefuncto excludit filium ſecundogenitum patruum ſuum à ſucceßione regni, & primogenitura, ſecundùm uiam communem. Nepos ex primo genito non præfertur filio ſecundo genito in ſucceßione regni, & quid tenendum.*

OPINIO DXXXIX.

1 NEPOS natus ex primogenito, patre prędefuncto, excludit filium ſecundogenitum patruum ſuum à ſucceſsiõe regni, & primagenitura: ſecundum Bal. in authen. ceſſante. C. de legit. hæred. & cōſil. 389. conſuetudo, uolu. 2. & hoc idem firmant nonnulli Docto. quos refert, & ſequitur Soci. rationibus per eum relatis, conſ. 252. viſis inſtrumentis. Et opinionem iſtam ſcribit expreſsè eſſe communem Barbat. conſ. 10. lib. 1. Couarruuias in tract. de varijs reſolutionibus iuris ciuilis. ca. 5. lib. 3. nu. 8. fol. 785. & Grammat. deciſ. 1. vbi refert in facti contingentia ita in Sacro Regio Concilio Neapolitano fuiſſe deciſum: & ita determinauit quoque Rota Romana, teſte Horatio Mandoſio, in add. Rom. conſ. 29. ſuper litera A. de anno 1545. & ita fuiſſe iudicatum in regno Caſtellæ, & in Regno Franciæ, refert Caſſan. in catalogo gloriæ mundi in 5. par. conſider. 44. fol. 134.

Cōis opin.

¶ In contrariam uerò ſententiam, uidelicet, quòd nepos ex primogenito, non præferatur filio ſecundogenito in ſucceſsione regni, inclinauit Ioan. And. in add. Specul. in tit. de feudis, Barto. in auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. cum alijs concordantiis relatis per Rubeum conſ. 149. nu. 6. 10. & ſeq. vbi conſuluit pro hac parte. Et opinio iſtorum videtur æquior. ſi primogenitus mortuus ſit viuo patre, & ſic nõdum ei iure quęſito: ſecundùm ueriorem, & magis communem opinionem, quam ſequitur, & audacter atteſtatur Alex. conſ. 4. ponderatis, col. 3. vol. 4. & Deci. conſ. 443. in caſu ad me tranſmiſſo, in fin. & ſententiam hanc approbat in d. auth. poſt fratres; & confirmat Ant. de Roſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in uerb. De legitimatis, & Couarruuias in loco ſuperius citato.

Cōis opin.

¶ Sed quid concludendum in hoc opinionum conflictu, & in tanta Doctorum ambiguitate? dic quòd Bal. in l. cùm antiquioribus. C. de iure deliberan. & in l. fin. C. de ſuis, & legi. arguit, ad vtrãque partem, & tandem dicit ſoluat Apollo. & Ioan. de Sylua, in tract. de primogenitura. q. 35. lib. 1. locupletiſsimè ſcribit omnia, quæ in vtranque partem poſſunt allegari, & demum recitat ſentẽtiam Othonis Imperatoris, qui aiebat quæſtionẽ iſtã eſſe gladiatorio iudicio dirimẽdam. & ipſe Ioan. in hoc opinionem conflictu diffinire nõ auſus fuit. Remanet ergò res dubia, & ob hoc mihi ſequendam fore decreui optimam, & tutiſſimam diſtinctionem ſuper hoc articulo traditã nouiſsimè per Auguſt. Beroum in c. dilecti filij, nu. 52. cum aliis ſequen. de arbitris, vbi affabrè, & doctè iſtam arduam, & confuſam quæſtionem diſtinguendo reſoluit, & Caſſan. in d. catalogo, in d. 5. par. 44. conſide. ubi etiam congerit Docto. pro vtraque parte.

SVMMARIVM.

1 *NOMINA propria imponuntur ad bene placitum.*

2 *Mutatio nominis liberis hominibus impunè eſt permiſſa, dumtamen fiat ſine fraude.*

3 *Mutans ſibi nomen proprium, pronomen, & agnomen doloſè, & in fraudem, quomodo, & quando puniatur remiſſiuè.*

4 *Notarius non poteſt ſibi mutare nomen.*

5 *Mutatur, & aſſumitur cognomen ex aliquo fœlici euentu, vt latè hic diſcurritur varijs, & diuerſis exẽplis.*

6 *Nomen bonum habere bonum eſt.*

7 *Nomen bonum inducit bonam præſumptionem, & econtra nomen turpe inducit ſiniſtram ſuſpitionem.*

8 *Nomina pulchra, & præſertim Sanctorum, & Apoſtolorum imponi debent per patres filijs. & cauendum eſt à turpi nomine; vndè damnantur, qui turpia nomina progenitorum repetunt.*

9 *Tortura incipi deberet ab habente turpe nomen, quando inter torquendos pro vno, eodemmet crimine reperiretur qui eſſet huiuſmodi nominis.*

10 *Deponens res ſuas penes turpe nomen habentem, & eas perdens, ſibi imputandum eſt, cùm de illo confidere auſus ſit.*

11 *Iudæus effectus Chriſtianus retinens nomen iudaicum, ac eo vtens poſt baptiſmum aſſumptum, uidetur approbare iudaiſmum, & arguit hoc retentionem effectus.*

12 *Inquiſitio iudicis formata contra aliquem, debet continere nomen, cognomen, & agnomen delinquentis, & rei inquiſiti, ne corruant inquiſitio ipſa, citationes, & bona ex eis prouenientia.*

13 *Nominis proprij, cognominis, & patriæ expreſſio requiritur in libello, & inſtrumento publico, ac in quolibet etiam actu priuato.*

14 Inſi-

14 *Inſignia, & arma quilibet poteſt aſſumere ad beneplacitum, & imponere rebus ſuis.*

15 *Inſignibus, & armis alienis licitum eſt vti, dumtamen non tendat in alterius præiudicium. inſignibus uerò dignitatis non, niſi ipſam habeat: aliter punitur vt falſarius. & vtens priuatus veſtibus, & ornamentis Papæ, tenetur pœna capitali.*

OPINIO DXL.

1 NOMINA propria imponuntur ad beneplacitum. l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de leg. 1.

2 Et mutari poſſunt quandocunq; nomina ipſa. Cùm nomẽ ſuum mutare cuilibet liberum quippè ſit. l. vnica. C. de mu. nom. Nihil enim mali eſt honeſti hominis nomẽ aſſumere. l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebel. ceſſante tamen fraude. & ſic iſta nominũ mutatio liberis hominibus impunè cenſetur permiſſa, dumtamen fiat ſine fraude, vt ſupra. l. prima, cum ibi not C. de mut. nom. & firmat Bal. in l. 1. C. quę res ven. non poſſ. Sebaſtianus Brant, in expoſitionibus titulorum iuris ciuilis, & canonici, ſuper titulo de mu. nom Fely. poſt alios in procemio Gregoriano, nume 35. & in procemio ſexti, Franciſcus Marci, deciſ. 211. nume. 3. in 1. par. Boſsius in practica crim. in tit. de mutatione nominis, Ripa in l. ſi quis in fundi, nume. 16. ff. de lega. 1. Gloſſ. in l. 2. C. de conſtit. pecun. & in d. l. ſi quis, vbi eam ſequuntur omnes Doct. & ſequitur quoque Alex. & intonat eſſe communem in rub. nume. 7. ff. ſolut. mat. & Bonifacius de Vitel. in tract. malefic. in rub. de pęna mutantis ſibi nomen. nu. 1. cum aliis ſeq. fol. 25. *Cõis opin.*

3 Vbi declarat quando liceat mutare ſibi nomen, & quando, & quomodo puniatur nomen proprium, pronomen, & agnomen ſibi mutans doloſè, vel in fraudem, & notant etiam Doct. per text. ibi in l. 1. C. de muta. nomi. Bal. in 1. conſtit. Cod. Bar. in 1. conſti. ff orum. §. nos uerò, & in l. falſi nominis. ff. de falſ. & ibi etiam Alex. & in d. §. nos uerò.

4 Attamen hoc limitatur non procedere in notario, qui non poteſt mutare ſibi nomen. ita Bal. & Fran. de Padua in prima conſti. Cod. col. 11. & per Fely. in c. ea quę, de ſimo.

5 Sed aliquando mutatur cognomen, ſeu potius aſſumitur illud ex aliquo fœlici euentu: vt refert Valerius Maximus, lib. 7. de Publio Valerio, quòd adeò plebem ſemper dilexit, vt merito Publicola nominatus extitit. Et narrat idem Valerius lib. 3. de Scipione Africano, vt eo accuſato de pecunia apud Senatum, reſponſum hoc ad ſui defenſionem dediſſe teſtatur. Cùm totam Africã poteſtati ueſtræ ſubiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen retinui, non me inquit Africani, neque fratrem meum Aſiatici auaros reddiderunt: nam vterque noſtrum magis inuidia nominis, quàm pecunia locuplex eſt. Et pro hac re apertum teſtimonium eſt id, quod Dominus dicit Petro Matthæi 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, &c. hic mutato nomine Simeonis, eum nomine Petri vocauit. quæ res ſine magno miſterio contingere non potuit. Nunquàm enim Deus nomẽ nouum alicui homini impoſuit: quem non magnis donaſſet beneficiis, & ad altam quãdam extuliſſet dignitatem. Sic enim in veteri Teſtamento, Gen. 17. Abrahæ, & Sarræ quos facturus erat in gentem magnam, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem propagandus erat, nomen à Deo tribuitur nouum. Sic etiam Iacob. Gen. 32. quoniam fortis fuerat contra Deum mutato nomine Iacob, uocatus eſt Iſrael. Et vt ad nouũ Teſtamentum accedamus, Marci. 3. Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius uocauit Chriſtus Boanerges, hoc eſt filios tonitrui. hos autẽ duos fratres quantum præ cæteris Apoſtolis, poſt Petrum extulerit, ipſa euangelica hiſtoria apertiſsimè docet. Nam Matthæi 17 hos duos ſimul cum Petro aſſumpſit in teſtes ſuæ glorioſæ transfigurationis. hos Lucæ 8. ſolos permiſit intrare domum Lairi archiſynagogi, cum illius filiam ſuſcitare uoluit. Et quum Matth. 26. paſsione ſua inſtante oraret, hos etiam aſſumpſit ſecum, vt uel indè conijcere poſsimus non ſine cauſa iſtis noua illum tribuiſſe nomina.

6 Ideoque bonum eſt habere bonum nomen. C. de ſumma Trini. & fide catho. l. 1. 3. hanc enim legem, & notat Neuiza. in Sylua nuptiali, libr. 4. ſub nume. 126. & uide Gloſſ. in procem. Clem. & Prouer. 22. hinc Accur. Gloſſator extollebat nomen ſuum, ex eo quod occurrit contra tenebras iuris ciuilis, vt ipſe inquit in l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebel.

7 Et hinc quoq; eſt, quòd ex bono nomine oritur bona pręſumptio, & econuerſo, ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio: ſecundum Cardin. & alios in c. grauis, extr. de depoſi. Cagnolum in procemio ff orum. in §. nos, uerò, ſub nume. 180. Fabium Monte. conem in practi. ſuper quatuor literis arbitralibus in tit. malum nomen habentes, an mereantur dictarum literarum imperiũ, nume. 2. & ſeq. fol. 50. & Clariſsimum D. Thobiã Nonium Peruſinum, v rum nuſquam ſatis laudatum, inſtit. in tit. quibus modis re contrah. oblig. nu. 41. quia nonnulli modicæ fidei credunt illud fuiſſe impoſitum ex inſpiratione diuina, & ſic ſæpè euitant tales, ſicut experientia docuit.

8 Et hinc refert Ioan. And. in c. cùm ſecundùm Apoſtolum, de præben. vxorem ſuam Milanſiam dixiſſe quod etiam ſi nomina deberent emi, deberent capi pulchra, & bona. & inter pulchra nomina, poſt nomina Apoſtolorum, poſſent poni illa, de quibus, in c. 3. & in c. tanta, de ſimo. & per Fely.

Fely.In prooemio decretalium,in ver.Gregorius, col.8.& per Ang.Aret.in tract.malefi.uerſ.Fama publica,col.26.& ſimilia. *Quali recita frà Sabba nel ſoi ricordi,nel ricordo 114. oue aduertiſce gli padri,& madri à porre à lor figliuoli nomi di Santi, & Sante, acciò nelle calamità poßano ricorrere à loro per ſoccorſo: & biaſma quelli padri, che pongono nomi di gentili, & pagani, di beſtie, & altri nomi corrotti, & ſtroppiati à lor figliuoli. Il qual capitolo mai ſi douerebbe leuare di mano di padri,et madri,à fine,che con la lettione de ſi bello, & vtile diſcorſo, non fuſsino ſcarſi di porre nomi di Santi à loro figliuoli.* Et ideò Card.in c.cùm ſecundum.de prę ben.inuehitur contra illos,qui turpia progenitorum nomina repetunt.& quòd cauere debeamus à nomine turpi tenet Glo. in l.aut facta.§.danda.ff.ad Trebel.Iaſ.in d.rub.ff.ſolu.ma. colum.4.Deci.in c.1. col. 12. de iudic. & Fabius Monteleo,in d.tit.malum nomen.nu.9.

9 Imò quòd peius eſt ſecundùm Franc. Brun. in tract.malefic.de indic.& tort.fol.15.colum.3. poſt Ioan.And.relatum ibi per eum, quando inter torquendos reperiretur unus habens turpe nomé,utpu tà *Spezzacroce,Scalabrino,Falamiſchia, Battaglino, Garbuglio,Pericolo,Fracaßo,Cane,Maſtino,Tranaglino.* & ſimilia nomina:tunc incipi deberet ab eo,qui eſſet huiuſmodi nominis.& hoc refert,approbat,& ſequitur Marſil. in pract. crimi. in §.expedita.nume.52.Cagnolus.in d.§.nos uerò,ſub num. 180. & Carrerius poſt alios quamplures congeſtos per eum.in ſua pract.crim. in l. obſeruare curabis,nume.185.Bar.in l.1.in prin. ff.de quęſt.Canoniſtæ in c.grauis,de depoſ.& Abbas in d.c.cùm ſecundum,col.2.& Afflict.in conſtitu.Si damna clandeſtina,nu.76.libr.1.rub.27.

10 Alium etiam effectum magnum impia nomina ſecum ferunt, vt ſi quis deponeret res ſuas penès turpe nomen habentem, & eas perderet, ſibi imputandum foret, qui de illo confidere auſus ſit:vt voluerunt Ioan.And.Cardin.& Imol.in d.c.grauis.

11 Et nomen turpe eſt demum tantæ infamiæ, quòd ſi Iudæus effectus Chriſtianus retineret nomen iudaicum, ac eo uteretur poſt baptiſmum aſſumptum, argueret abſque dubio retentionem effectus,& ipſe iudaiſmum approbare cenſeretur : vt voluit ita conſulendo Grauet. conſil.73.nume.13.& ſeq.

12 Et aduerte hic ultimo loco,quòd quando fit inquiſitio contra aliquem, debet poni nomen, agnomen, & cognomen delinquentis, & rei inquiſiti,ne corruant inquiſitio ipſa, citationes, & banna ex ea prouenientia:ſecundum Ang.Aret. in d.tract. malefic. in uerſ. Caium Semprouij. in princ. nu.1. cum aliis ſequen. vbi hoc limitat, & optimè declarat.

¶ Sed ſi fortè ignoraretur nomen occiſi, tunc nempè abſque dubio aliquo inquiſitio formata contra homicidam valeret,atq; teneret.ita Glo. in c.libellorum.2.q.8.Bal Ang. Imol. & alij omnes in l.quoties.§.ſi quis nomen. de hęred.inſtit. Ang.Aret.inſtit. de actio. in §. quadrupli,uerſic. Quartò inducitur,& l. ſi cú exceptione. §. in hac quod met.cau.

13 Vndè tam in libello, quàm in inſtrumento celebrando per notarium,& in aliis rebus publicis, atque priuatis requireretur expreſsio nominis proprij, cognominis, & patriæ, vt Gregorius Martini de Aquila : vt voluerunt Bal. col. 1. Caſtren.Alex.colum.1.Iaſ.colum.fin.& cæteri omnes communiter, in l. hac conſultiſsima. C. qui teſt.face.poſſ.Bal.in l.demonſtratio falſa. q.7. ff. de cond. & demon. & Cagnolus cum aliis aggregatis per eum,in d.§.nos uerò,nu. 182. cum tribus ſequen. vbi affirmat iſtam eſſe communem ſententiam. Cõis opin.

14 Et quatenus ſuperius docuimus,quòd nomina aſſumuntur ad placitum, dic etiam, quòd ſicut nomen:ita & inſignia,vel arma quis aſſumere poteſt, & imponere rebus ſuis : ſecundum Panor.& alios communiter, in c. dilectæ. de exceſſ. prę lat.& Alex.in l.1.ſub nume.2.C.vt nemo priuatus, vbi meminit de hac communi, & Frater Ang. de Clauaſio etiam in ſua ſumma Angelica in uer.Inſignia,in princ.Syluester in eius ſumma in uer.Inſignia poſt princ. & Summa Tabiena in uer.Inſignia in princ. Cõis opin.

15 Et quòd licitum ſit vti inſigniis,&armis alienis,dumtamen non tendat in alterius præiudicium:tenet etiam Barto. in tract. de inſig. & armis,& Bal.in l.1.quæ res vend.poſſunt,Ange.de Clauaſio,Syluester, & Tabienſis in locis præallegatis. Sed inſignia dignitatis ſi non habet illam dignitatem aſſumere non poſſet;aliàs eſſet falſarius.l.eos, & quod ibi not.ff. de falſ. facit c. 1. de cleric.non or.mi.Imò vtens inſignibus,ueſtibus, & ornamentis Papæ, tenetur capitali pœna. Nã ſecundum Hoſtien. in c.antiq.de priuileg. panni rubei,& frena, atque calcaria deaurata, & ornamenta ſimilia, ſunt inſignia Papæ, & ſic legati, cum vltra mare proficiſceretur. Vndè laicis licitum non eſt modo aliquo deferre huiuſmodi deaurata,nec pro perſona, nec pro equis : quia talia ſunt Principis ornamenta,quibus priuati vti non debent ſub pœna capitis. l. 2. C. de ueſtib. holob.& deaur.libr. 11. & hanc rationem ſequitur text.in l.temperent,cod.tit.

SVMMARIVM.

1 *NOTARII quotidie aliis ſtipulantur ſine iudicis authoritate,ac mandato.*

2 *Notarij poſſunt ſtipulari non ſolúm præſentibus,acceptantibus,& recipientibus, ſed abſentibus etiam,& ignorantibus.*

3 *Abſenti ignoranti notarij ſtipulatione non acquiritur actio vtilis abſque ratificatione.*

4 *Actio utilis domino ſine ceßione quæritur, & transfertur vigore iuramenti præſtiti,tam in iudicio,quam extra in inſtrumento.*

5 *Teſtis,aut notarij, aut iudicis facto,vbicunque eſſet ius*

quaſi-

quæſitum parti non foret tunc in facultate eorum dicē di aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur.

OPINIO DXLI.

1 NOTARIVS paſsim pro alio ſtipulatur. §. ſi quis alij, inſti. de inutil. ſtipul. & ibi Docto. Bar. Alex. & Iaſ. num. 14. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de uerb. oblig. Bald. in l. certi cōdictio. §. quoniam. ff. ſi certum pet. Bar. Bal. Paul. de Caſt. & alij in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iure. & de hoc latè diſputat Tiraquel. in tract. de conſt. poſſ. 3. par. limita. 30. nu. 16. cum multis ſeq.

2 Et hoc non ſolùm habet locum in præſente, & acceptante, & recipiente, ſed etiam in abſente: ſecundum Glo. in l. 2. ff. rem pupil. ſaluam fore. quam ſequitur ibi Bar. Alex. in addi. ipſius, cū infinitis aliis cōgeſtis per Tiraquel. in d. tract. in
Cõis opin. 3. par. 30. limit. nu. 23. ubi clamat iſtam eſſe communem opinionem.

3 Et hinc notant Bar. & Doct. in d. §. ſi ſtipuler, quòd propter ſtipulationem notarij quęritur vtilis actio abſenti ſine ceſsione, ſed tñ ſequuta prius ratificatione abſentis. & opinionem iſtā fatetur eſſe cōem Alex. in d. §. ſi ſtipuler, nu. 2. & Iaſo. nu. 15. quod ēt firmat Soci. conſ. 125. in fi. vol. 1. Pariſ. conſ. 88. nu. 90. lib. 3. & conſ. 69. nu. 136. eod. lib. & Couarru. in ſuo libro variarū reſolutionū ex iure Pontificio, Regio, & Ceſareo, in primo lib. c. 14. nu. 11. & ſequē. poſt alios ibi relatos per
Cõis opin. eum, vbi pulchrè declarat iſtam cōcluſionem, ſequitur, & ponit eſſe communem.

4 Imò ipſa actio vtilis ſine ceſsione trāsfertur etiā vigore iuramenti pręſtiti, ſiue in iudicio, ſiue extra. Et conſequenter illud, ꝙ dicitur in l. nam, & poſtea. §. iuſiurandum. ff. de iureiu. ꝙ ex iuramento iudiciali acquiritur vtilis actio domino ſine ceſsione, habet locū in omni iuramento: quia iuramentum omne habet vim litis conteſtationis. d. l. nam, & poſteà. §. is qui, & in iudicio vtilis actio ſine ceſsione quæritur. vt ibi dicebat Gloſſ. & dicit etiam ibi Paul. Caſtren. quòd illum text. intelligit tam in iuramento iudiciali, quàm extraiudiciali: quia vtrumque habet vim iudicij:
Cõis opin. & ita tenent communiter Doctores, vt Alex. ibi teſtatur, & ſequitur quoque Iaſ. vbi latius hoc deducit, & Romanus loquens in iuramēto appoſito in inſtrumento, conſil. 76. in cauſa nobilis viri Salomonis, poſt princ. & nu. 1. & ibi diligentiſſimus Dominus Horatius Mandoſius in addit. in litera C.

5 Et aduerte quòd quando compertum eſt ius quęſitū eſſe parti ex facto notarij, vel iudicis, vel teſtis: tunc non eſt in facultate eorum dicendi aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur: ſecū-
Cõis opin. dum Doctrinam Bart. cōiter approbatam, in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Silla.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS omittens debitas oportunas ſolemnitates in inſtrumento præſumitur falſarius, & puniri poteſt de falſo.*
2 *Notarius potius errare præſumitur, quàm falſum committere.*
3 *Notarius præſumitur erraſſe, niſi probetur contrarium.*
4 *Notarius probato errore, illum poßet ſua authoritate corrigere.*
5 *Notarius poſtquàm eſſet inſtrumentum parti conſignatum, ſi prothocollo ſuo inſpecto ſe erraſſe nouerit, errorem ſuum corrigere poßet.*
6 *Notarius integer, & bonus vir eßе præſumitur.*
7 *Notarius omittens indictionem in inſtrumento tenetur parti ad intereſſe.*
8 *Notarius errans in annis Domini præſumitur eſſe in dolo: ſecus ſi erraret in indictione.*
9 *Indictio quomodo inueniatur traditur modus remiſſiuè.*
10 *Inſtrumentum non probat, ſi in eo deſit dies, uel annus: niſi probetur annum, ſeu diem ipſum in prothocollo adeſſe.*

OPINIO DXLII.

NOTARIVS omittens debitas ſolennitates, & capitula ponere in inſtrumento, præſumeretur falſarius, teneretur q; de falſo: & ſic poteſt hoc caſu puniri pœna falſi: vt voluerunt Cyn. Alber. Angel Caſtrē. & alij omnes in l. iubemus. C. de teſta. per illum tex. Bar. in l. presbyteri. C. de epiſco. & cleric. Curt. Sen. conſilio 56. colum. 3. Grauet. conſilio 78. ſub nume. 6. Alcia. in tracta. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 13. nume. 8. Berous in cap. literis. de reſcript. & Corn. pariter in dicta l. iubemus, & Dominus Thobias Nonius in inſtitutio. de teſtamen. in fin. princip. qui affirmant iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò ſententiam inclinauit Anchara. conſilio 285. Tria principaliter, numero 1. cum aliis ſequen. vbi doctiſsimè quidem conſuluit, notarium conficientem inſtrumentum de actu, & non ſecundum formam conſuetam, ex quo clauſulas conſuetas non appoſuerat, non ob hoc incidere in pœnam falſi: cui rationabiliter quippè aſſentitur etiam Iaſo. in l. fina. colum. 9. uerſic. An autem notarius. C. de iure emphyt. Et quamuis difficilè ſit extorquere clauam de manu Herculis, & conſequenter obtinere contra communem: tamen contra receptam opinionem iſtam ſemper obtinui in deciſiuis in variis cauſis, & tribunalibus: & præſertim in cauſa notarij Galitij de Caſtro Sancti

Demetrij comitatus Aquilæ. qui annis ſuperioribus in puris terminis pręſentis ſpeculationis in regia Aprutina Audiētia extitit mediante meo patrocinio abſolutus, non obſtāte querela de falſo contra eum propoſita, exiſtente præſentis cauſæ tunc commiſſario, auditore D. Alphonſo de Hoyo, uiro omni laude, & veneratione digno.

2 Et opinio hęc Ancharani, & Iaſonis cōprobari poſſet reali ratione. Nam notarius præſumitur potius errare, quàm falſum committere. ita Bal. in l. errores. C. de erro. aduo. & per Bar. in l. quoties. §. ſed hoc. ff. de hęred. inſtit. & Alexan. in l. ſi quis obrepſerit. de falſis. ubi inquit hoc uerū eſſe, niſi ex coniecturis conſtet dolus, & per eundem Alex. in l. iubemus. C. de teſt. Bal. in l. 1. ff. de legi. & Ang. in l. iuriſgētium. §. quod ferè. de pac.

3 Et ſic pręſumit̄ notariū deniq; erraſſe, niſi ꝓbet̄ cōtrariu: ſecundū Caſt. in l. errore. C. de teſt.

4 Secundò fulcitur etiā eadē opinio. Nam eſto, quòd teneretur notarius docere de errore ſuo; nihilominus tamē hoc poſſet probare mediāte proprio iuramento, cū tractetur de dependētibus ab eius animo: & tunc ita, uel aliter probato errore ipſo per notariū, eum ſua authoritate poſſet indubitanter corrigere: ſecundū cōem opinionem Spec. & Io. And. in ti. de inſtr. editio. §. inſtru. uer. Sed nunquid confecto, Bar. & omniū aliorū in l. imperator. ff. de ſta. ho. Bar. Dec. Cagnol. & cęterorū omniū in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. & Iaſ. cōſil. 28. uol. 1.

Cõis opin.

5 Imò notarius ēt poſtquā parti foret exēplum conſignatū, ſi exemplari ſuo inſpecto ſe erraſſe animaduerterit, errorem ſuum corrigere poſſet. ita Bar. Dec. Cagnol. & alij in d. l. ſi librarius, & Iaſ. in d. conſ. 28.

6 Tertiò cōprobatur quoq; opinio pręlibata: ſi quidē notarius integer, & bonus vir eſſe pręſumitur. l. cūm precibus. C. de prob. & l. meritò. ff. pro ſocio, Dec. cōſ. 175. n. 5. & 7. Corn. cōſ. 261. col 4. uol. 4. & Pariſ. conſ. 28. nu. 49. uol. 2.

7 Eſt benè verum, ꝙ ubicunq; notarius omitteret indictionem in inſtrumento, & illud productū foret in iudicio: tunc abſq; ſcrupulo aliquo teneretur parti ad intereſſe. ita Bal. in l. ſi tut. C. de magiſt. cōuen. & in l. fi. eo. tit. & ita ex hac doctrina uidi aliàs in facti contingentia cōdemnari ad intereſſe quendā imperitiſsimū notarium, qui in inſtrumento reaſſumpto per eū, parti conſignato, & reſtituto, & producto in proceſſu aderat indictio, ſed ridiculoſa quidem: cū in eo aſſerebat, tertia indictione plus, uel minus: & tamen ueritas aliter ſe habebat.

8 Sed Bar. in d. l. ſi librarius, & in l. nominatim. de cond. & demō. & in prima cōſt. Cod. §. ſumma. videt̄ cōcludere, ꝙ notarius errans in annis Dñi præſumatur eſſe in dolo: ſecus ſi erraret in indictione. Vnde Bar. in locis præcitatis uidetur conſtanter firmare, quòd ob appoſitionem falſam in inſtrumento factam per notarium non vitietur inſtrumentum ꝑtium modo aliquo: cui innititur etiam Lanfran. in c. quoniam contra. in c. 9. de inſtrumentorum productione, nu. 18. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem.

9 Itaq; notarij neceſſariò deberent quotidie habere pr̨ manibus Doct. ponentes, & docentes modum, qualiter indictio inueniatur, & præſertim Fely. in c. inter dilectos. col. 7. in Gloſ. in ver. Indictionis, extra de fid. inſtru.

10 Et licèt Bar. in locis anteſignatis concludat notarium errantem in annis Domini cenſeri eſſe in dolo. Tamen hoc vtiliter limitatur locum ſibi non vendicare, vbicunq; dies, ſeu annus omiſſus in inſtrumento appareret in originali prothocollo, & id tunc certe probaret, nō obſtante errore commiſſo in inſtrumento trāſumpto. ita Spec. in tit. de inſtru. edit. §. inſtrumentū, uerſ. Quid ergò ſi in notula, num. 8. Glo. in §. fi. in uer. Prothocollū, in auth. de tabel. Roma. in ſing. 238. tu ſcis, quòd inſtrumentum non probat, Bar. in auth. at ſi contractus. col. 1. C. de fide inſtru. & in repeti. l. ſi quis ex argētariis. §. ſi initium. col. 2. ubi Alex. etiā. ff. de eden. & iſta eſt concors, & communis opinio: vt facilè cōſtat ex allegatis per Alex. Dec. & alios in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & per Canoniſtas, & præſertim per Fely. & Deci. in cap. cùm cauſam. de proba. & Marſil. in rub. colū. 48. C. de prob. & ita in anno ſuperiori iudicaui ad fauorem Illuſtriſsimi D. Hieronymi Marerij Romani, in cauſa mihi commiſſa, & tunc vertente inter eum, & reuerendos clericos oppidi Piczuli comitatus Aquilæ.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS quis non præſumitur etiā ſi conficiat inſtrumenta, niſi probetur uerus titulus tabellionatus, exceptis in inſtrumentis antiquis centum annorum, & non minus.*

OPINIO DXLIII.

1 NOTARIVS quis non pręſumitur etiam ſi conficiat inſtrumenta, niſi probetur uerus titulus tabellionatus: ſecūdum Innocen. in c. ueniens, de uer. ſigni. Bal. in repet. rub. de fide inſtr. col. 40. Bar. & Alex. col. pen. l. ſciendum. ff. de uer. obl. & opinionem hanc ſequitur etiam, & cōem eſſe perhibēt Alcia. in tract. de præſ. reg. 3. præſ. 13. nu. 15. Dec. in c. 1. nu. 55. de fid. inſtru. Boer. deciſ. 36. nu. 7. & ſeq. & copiosè Grauet. in tract. de antiqui. temp. in 3. par. nu. 18.

Cõis opin.

¶ Sed hoc limitatur non procedere in inſtrumentis antiquis, ſeu antiquiſsimis: in eis enim opus non eſt probare, quòd notarius, qui ſcripſit, fuerit tabellio: cæterùm propter antiquitatem temporis ille præſumitur: ſecundum Innocen. in dicto capitu. veniens. Anchara. conſilio 213. colum. 2. Bald. in l. comparationes. C. de fide inſtrumentorum. & in authen. quas actiones, in fin.

in fin.C.de ſacroſan. eccleſ. Anto. de Butr. Abb. Deci.numero 44. cum aliis ſequen. & cæteros in d.c.1. de fide inſtrumen. Alexan. conſilio 101. co lum.3. volum.7. Boer. cum aliis relatis per eum in d.deciſio.36.numer. 10. & latè etiam Grauet. in memorato tract.de antiquit. temp. in 1. part. nume.316 & latius in 3.par.nume. 18.cum aliis ſeq.vbi præſupponit iſtorum opinionem magis communem fore. Cõis opin.

¶ Sacrum verò Concilium Neapolitanum te ſte Affli&.deciſio.245.per totam,contrarium de terminare cenſetur, videlicèt, quòd inſtrumentum confectum prteritis annis circiter octuaginta, requirat notariatus probationem, aliter non probet. Sed ſi tempus centum annorum tranſactum eſſet:tunc quippè producens inſtrumentum ex huiuſmodi ſpatio decurſo cẽtum annorum,non teneretur probare notariatum:vt do ctè declarat,& reſoluit Grauet.in d.3.par.nu.18. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS faciendo mentionem in teſtamento, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, non ex hoc probatam reddit ipſam mentis ſanitatem: quia notario non adhibetur fides in his circa quę uerſatur eius laus, vel opprobrium, niſi qualitas, & conditio perſonæ aliud ſuaderet.*

2 *Mentis ſanitas non probatur ex eo, quòd notarius in teſtamento dicat, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis: nam iſtud eſt quid inuiſibile, & propriè non percipitur viſu, uel auditu, ſed potius rationis iudicio.*

3 *Mentis ſanitas à teſte probari non poteſt: quia non cadit directè in ſenſum ipſius teſtis.*

4 *Teſtatorem opponens fuiſſe furioſum, vel inſanum, uel ebrium, uel mentecaptum tempore conditi teſtamenti, tenetur hoc probare, tanquàm fundamentum ſuæ intentionis: aliàs ſuccumbit.*

5 *Notarius in teſtamento nullam mentionem faciens de homine ſanæ mentis: tunc ſi teſtator ipſe relicta omnia rectè diſpoſuerit, valebit teſtamentum tanquàm conditum ab homine ſanæ mentis.*

6 *Teſtamentum furioſi valet, & tenet, ubicunque fuerit rectè, rationabiliter, prudenterque factum.*

7 *Teſtamentum furioſi, habentis dilucida interualla factum ad pias cauſas valet, dummodò non probetur, quòd tempore teſtamenti fureret.*

8 *Furioſus habens dilucida interualla quicquid tunc agit teſtando, codicillando, uel quocunque alio modo contrahendo prſumitur tempore furoris feciſſe, niſi ex qualitate actus argueretur mentis ſanitas. quia furor, ſeu dementia ſemel probata præſumitur durare, niſi probetur ſana mens.*

9 *Teſtibus de ſana mente teſtatoris deponentibus adhibetur maior fides, quàm cæteris teſtibus contrarium aſſeuerantibus: quia deponunt ſecundùm iuris diſpoſitionem.*

OPINIO DXLIIII.

1 NOTARIVS faciendo mentionem in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis,&c.propter huiuſmodi teſtimonium non probaretur mentis ſanitas: ſecundum Bal.Ang.& Rapha.in l.2. C.de teſtam. Nam notario non adhibetur fides in his,circa quæ uerſatur eius laus,uel opprobrium:vt de proxeneta dicitur in §.penul.in auth.de teſtib.& per Alex.conſil.13.col.5. ubi aſſeuerat hanc communem opinionem eſſe,& con ſil.141.ponderatis,col.4.vol. 1.& Iaſ. in l.ſeniũ, nume.3.C.qui teſt.facere poſſ.Ioan.Bapt.Plotus conſil.168.Ieſus Rex æternæ gloriæ,nume.7.poſi to inter conſilia vltimarum voluntatum, vol. 1. & Vaſquius cum aliis ſignatis per eum, in tract. ſucceſſ.proceſſ.lib.1.§.1.nume.54.& ſequen.niſi qualitas,& cõditio perſonę aliud ſuaderet:vt per Abb.in c.dilectorum, de teſt. cog. & quia etiam hoc ſola legis præſumptione,non autem per teſti monium notarij probatur. Cõis opin.

2 Quoniam,ſecundum Scribentes in l. ſanum mente.C.de tranſact.Mentis ſanitas eſt quid inuiſibile,& propriè non percipitur viſu, vel auditu,ſed potius rationis iudicio.

¶ In contrariam uerò partem videlicèt,quòd notarius ſcribens,aſſerenſque in inſtrumento teſtamenti teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, probat ſanam mentem,inclinauit Imol.in l.in co.ff.de teſtib.& Corneus conſulendo conſ.53.nu.7.uol. 3.

3 Sed retenta,ac amplexa dicta ſententia Bal. tanquã veriſsima, ampliatur vtiliter iſthæc concluſio,vt mentis ſanitas, vel ꝙ aliquis fuiſſet ſanæ mentis,nec à teſte probari poſſe:vt per Bal.in d.l.2.nam non cadit directè hoc in ſenſum teſtis: ſecundum Doctores communiter in d. l. ſanum mente:quam quidem communem ſequitur,& citat Boerius deciſ.33.nu.73.& ſeq. Cõis opin.

4 Benè verũ eſt,quòd ſi in pſenti caſu quis opponeret aliquem extitiſſe furioſum,uel inſanum, vel ebrium, vel mente captum tempore conditi teſtamenti,ſeu codicilli, teneretur hoc probare; aliàs ſuccumberet:vt conſuluit Ioan. Bapt. Plot. in d.conſ.168.nu.7.cum aliis ſeq.& Alexan.in d. conſ.141.ſub nume.6.

5 Fallit dicta concluſio ita declarata, quando notariu, in teſtamento nullum uerbum faceret de homine ſanæ mentis. Si teſtator enim relicta omnia rectè diſpoſuerit,valebit teſtamentum,vt conditum ab homine ſanę mentis. Nam qualia quiſque facit,operatur,gerit,& loquitur,talis eſſe præſumitur.argumento.l.pen.ff.de condit.inſtit.& in l.Titia ff.de inoffic.teſta.

6 Ideoq; ſi teſtamentũ fuerit rectè,rõnabiliter, prudẽterq́, factũ, ipſe teſtator prudẽs feciſſe creditur, Valerio Maximo teſte.teſtamentũ cuiuſdã furioſi fuit olim à Senatorib' approbatũ:q̃a in eo rectè diſpoſita legebant.qđ refert ẽt Bal.in c.1. p

quos fiat inueſt.in uſib.feu.& Alex.in l.furioſum. C.qui teſta.fac.poſſ. & hodie ꝑfectò iudicaretur ualidum tale teſtamentum: vt per Io.And. & Abba.in c.cùm dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt.Caſtrē. Corn.Iaſ.& alios in d.l.furioſum,Philip.Franc.in rub.col.5.de teſta.in 6.Dec.in l.in negociis.ff.de reg.iu.cum aliis relatis per Corſet.in ſing.in ver. Teſtamentū,& Marſil. ſingul. 380. furioſus poſt prin.vbi expreſsè hanc eſſe cōem opinionē ait,& rationabilē,& deniq; ſibi plurimū placere.& iſtā ſententiā ſequitur etiam Io. de Neuiza. in Sylua nuptiali,cū alijs coacceruatis per eū lib.4. ſub nu. 31.& Barb.in c.qui ingredientibus,col.7.de teſt.

Cōis opin.

7 Vbi tenet teſtamentū furioſi valere factū ad pias cauſas,dummodò non probetur,ꝙ tempore teſtamenti fureret. Quod procedit in furioſo,qui habet dilucida interualla:aliàs teſtamentū furioſi,vt ab homine ſanę mentis non valet, etiam ad pias cauſas:argu.c.ſicut, vbi Abb.cum aliis allegatis per Iaſ.conſ.141.viſa longa,col.6.vol.2. Et quòd furioſus teſtari nequeat ēt ad pias cauſas: voluit Bar.quoq; in l.1.C.de ſacroſan.eccl.nu.16. & iſta eſt communis opinio. teſte Grato. cōſ. 30. nume.33.vol.2.

Cōis opin.

8 Sed aduerte ꝙ regulariter furioſus ipſe habens dilucida interualla, quicquid tunc ageret teſtando, codicillando, vel quocunq; alio modo contrahendo, prçſumeretur tēpore furoris feciſſe: quia probato ſemel furore ſemper durare prçſumitur:ſecundū Glo.in c.indicans.3.q.9.cōiter approbatā ab omnibus: vt patet ex congeſtis per Cardi.in Clem.1.q.1.de homicid.& per Alexan. Iaſ.nu.3.in l.furioſum.C. qui teſt.facere poſ. per Alex.in d.conſ.141.nu.4. & 7. & per Mod. ibi, in additio.in litera E. & per Io.Bapt. Ferret. conſil. 207.nu.1.uol.1.& hoc,niſi ex qualitate actus,diſpoſitioniſuè argueretur mentis ſanitas, vt quis feciſſet actum conuenientē homini ſanę mentis: vt per Iaſ.ubi ſupra,& Ferrettū in d.cōſ.207.n.1.

Cōis opin.

9 Et præmiſsis accedit vtiliter,ꝙ teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus maior fides adhibetur, quàm cęteris teſtibus contrariū aſſeuerantibus:quia reſpondent,ac deponunt ſecundum iuris diſpoſitionē: vt eleganter per Inno. in c.auditis,de præſump.cū q̃ſo ſentiunt omnes cōmuniter ibi,& in c.cū Eccleſia Vulterana.de electio.atteſtando audacter de iſta cōi,& Iaſ. cōſ.2. nu.8.& conſ.178.nu.1. vol.2.& Vrſillus in addi. Afflict.in deciſ.365.ſub nu.3.vbi fatetur ita obtinuiſſe in Sacro Regio Concilio Neap. & ſequitur etiam Ferrettus in d.conſ.207.nu. 8. & ſeq.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS, cui eſt facta commiſsio examinationis teſtium, uel receptionis iurium, non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta per iudicem: nec ei creditur ſuper hoc deponenti, ſed talis commiſsio debet per alium notarium ſcribi.*

OPINIO DXLV.

1 NOTARIVS, cui eſt facta cōmiſsio examinationis teſtium, vel receptionis iuriū, non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali cōmiſsione ſibi facta per iudices:nec ei creditur ſuper hoc deponenti.& ſic illa cōmiſsio debet per aliū notarium ſcribi,& non per ſe ipſum: ſecundū Hoſt.in c.quoniā contra, de prob. & alios cōiter oēs ibi, Io.And.in reg.cū quid vna via,de reg.iur.libr.6. in mercur.in prin.Bal.in l.iuriſiurandi. col. fi. C. de teſtib.in d.l.iudices.C.de fid.inſt.& in l.fi.§.1. de iure delib. Abb.in c.fraternitatis,in fi.de cler. non reſiden.& in d.c.quoniā contra,col.17.Ang. & Mod.in l.ſciendū,in prin.ff.de uerb.obli. Ioan. Ana.conſ.49.Alex.conſ.212. uol. 2. & conſ.104. vol.5.Iaſ.conſ.155.nu.5.vol.4.Fran.Aret.conſil. 133.Dec.conſ.42.nu.4.Nattam,conſ.143.nu.4. & Ruinū conſ.105. nu. 1. uol. 4. & iſta eſt magis cōis opinio contra Bar.contrariū aſſerentē, in l. ex ſententia.ff.de teſta. tute.ut patet ex cōgeſtis per Boer.deciſ.258.nu.4.quam quidē cōem ipſe ibi.nu.5.limitat,& declarat. Cōis opin.

¶ Saly. uerò in d. auth. apud eloquentiſsimū C.de fid.inſtr. conatur opinionē Bar.& cōem ad optimā conſonantiam, & concordiam reducere, quem omninò uidebis.

¶ Comprobatur ultra allegata per prçcitatos Doct.ꝑdicta cōis iſto medio. Nā teſtis deponens de mandato ſibi facto,nihil probat: vt uidetur eſſe tex.in l.1.C.de mand.princ.qui vult,ꝙ nō ſtatur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunq; dignitate conſtituti de mandato ſibi facto à principe: & iſtā cōem, videlicet ꝙ nō credatur notario, vel examinatori aſſerenti ſibi fuiſſe cōmiſſam receptionē teſtiū: ſequitur ēt Guid. Papę deciſ. 126. Deci.in d.c.quoniā cōtra,nu.198.& Curt.Iunior conſ.166.nu.13. in quibus locis atteſtātur de dicta communi. & ita fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo. teſte Afflict.in deciſ.317.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS rogatus ad ſcribendum teſtamentum in eo computatur, & inſeritur in numero teſtium; & ſic eſt idoneus teſtis vbicunque citatus, & productus eſſet in iudicio ad probandum per viuam vocem ipſum teſtamentū.*

2 *Notarius rogatus de teſtamento, vbicunq; ageretur de probatione actus facienda per inſtrumentum ab ipſo notario ſumptum, non connumeraretur inter teſtes teſtamentarios.*

OPINIO DXLVI.

1 NOTARIVS rogatus ad ſcribēdum teſtamentum,in eo cōputatur;& inſeritur in numero teſtium.& ſic eſſet idoneus teſtis vbicunq; citatus, & productus eſſet in iudicio ad probandū per viuā vocem

vocem ipſum teſtamentũ:tunc quippè examinatus per iudicẽ probat teſtamentũ:ſecundũ Bart. in rub.col.7.C.de fid.inſt.& Alex.conſ.147. vol. 2.aſſerentes, ꝙ ſi in teſtaměto interueniſſent ſex teſtes,& notarius, qui ſi deponerent vt teſtes notarius nẽpè tunc cõputaretur in numero teſtiũ: & ſic cùm notario forent ſeptem teſtes.

2 Sed vbicũq; ageretur, ſeu quæreretur de probatione actus facienda per inſtrumentũ à notario ipſo ſumptum: tunc nõ cõnumeraretur inter dictos teſtes aliquo modo: ſecũdũ Glo.& omnes Doct.antiquos,in l.hac conſultiſsima.C.qui teſt. fac.poſ.Bar.in l.Domitius,nu.3.ff.de teſta.& iſta
Cõis opin. eſt cõis opinio omniũ Doctorũ,teſte Afflic. in deciſ.25.in cauſa petitionis hæreditatis,nu.4. Bertran.cõſ.325.uiſo quodã prętenſo publico inſtrumento,nu.2.uol.8.Alex.conſ.152.col.fi.cõſ.146. col.2.& conſ.133.in fi.vol.2. ubi declarat iſtã cõmunem ſententiam latè, & abũdè,& Franciſcus Marci quoq; deciſ.144.in 1.par.

SVMMARIVM.

1 *NOTARIVS acta inter priuatos recipiens poteſt eſſe infamis, excepto notario Principis:quia ipſe habet dignitatem, retinetque primum locum inter notarios.*

2 *Notariatus officium dicitur uile.*

3 *Clerici regulariter officium tabellionatus exercere nequeunt tanquàm vile, & ſeculare:non erit tamen inconueniens omninò, ſi clericus ipſe honeſto quodam artificiolo occupetur ad ſui ſubſtentationem, ad euitandum ocij malignitatem,uel vt Pauli exemplo, relictis eccleſiæ ſuæ prouentibus, pauperibuſque erogatis, de labore manuum ſuarum,& in ſudore vultus ſui viuere ſtatuat.*

4 *Clericus victum,& ueſtitum ſibi procurare debet, vel artificiolo, vel agricultura ſine officij ſui detrimento.*

5 *Clerici,qui ad operandum validi ſunt,artificiola,& literas diſcere tenentur.*

6 *Nobilis exercens officium tabellionatus perdit priuilegia nobilitatis ſuæ.*

7 *Clericus exercens officium tabellionatus perdit beneficium,& aduocatus perdit nobilitatem; & decuriones etiam tenentur penitus abſtinere ab ipſo tabellionatus officio.*

OPINIO DXLVII.

1 Notarius. INFAMIS poteſt eſſe notarius, excepto notario principis.Bart.in l.1.C.de mand. princ.Ang.conſ.284.& Afflict.in conſtit. mores diſſolutè uiuentium,ſub nu.15. lib.3.rub.53. quia notarius Principis habet dignitatem, & retinet primum locum,ſeu honorem inter notarios:vt latè deducit,& probat Boer.deciſ.222.nume.13.Sed notarij regulariter acta inter priuatos recipiẽtes poſſunt eſſe infames:ſecundum Gloſ.in l. Pedius.ff. de arb.Iaſ.in rub.C.de procurato.num.6.& Bar. vbi ſupra.quorum opinionem ſequitur, & efflagitat crebriori calculo receptam per Doct.Boer.in d.deciſ.222.nu.7.& 9.& ueriorem prædicat ſimiliter complectendo Afflict.in d.conſti.mores diſſolutè uiuentium,ſub nu.15. Cõis opin.

2 Et hoc non mirum. Nam officium notariatus dicitur uile.Oldra.conſ.75.& Boer. in præcitata deciſ.222.nu.8.

3 Et ideò clerici officium tabellionatus exercere nequeunt.c.ſicut,ne clerici,vel mon.& Concilio Carthag.3.c.15.quoniã eſt vile,& ſeculare: ſecundum Abb. ibi, & hoc plenè explicat, & declarat Ioan.Bernard.Diaz.in pract. crim. can. in c.53.& Paulus Apoſtolus.2.Timoth.2.ad Timotheum ſcribens.qui ſic infirmabatur, & ualetudinarius erat,vt manibus laborare non poterat,ſic illum hortatur monet,& conſolatur.Labora, inquit,ſicut bonꝰ miles Chriſti Ieſu; & ne crederet, ꝙ per alias negociationes ſeculares poſſet ſibi victum acquirere.addidit, Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſecularibus,vt ei placeat,cui ſe probauit. Nam qui in agone contendit non coronatur, niſi legitimè certauerit. Et idem Paulus ait 1.Theſ.2. Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri,& fatigationis, nocte, & die operantes,ne quemquam ueſtrũ grauaremus, prædicauimus uobis Euangelium.ſimiliterq; ipſe D.Paulus 2.Theſ.3.inquit, Denunciamus autem uobis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecũdum traditionem, quam acceperũt à nobis. ipſi enim ſcitis quemadmodũ oporteat imitari nos; quoniam non inquieti fuimus inter uos,neque gratis panem manducauimus ab aliquo,ſed in labore,& fatigatione nocte,& die operantes, ne quem ueſtrum grauaremus. non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formã daremus vobis ad imitãdum nos. Nã, & cùm eſſemus apud vos hoc denũciabamus uobis,quia ſi quis non vult operari non manducet. audiuimus enim quoſdam ambulãtes inter vos inordinatè nihil operantes, ſed curiosè agentes, hic autem qui eiuſmodi ſunt,denũciamus,& obſecramus in Domino noſtro Ieſu Chriſto,vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent. & idem Paulus Act.20.dicit.Et nunc cõmendo uos Deo,& uerbo gratię ipſius, qui potens eſt ędificare,& dare hęreditatẽ in ſanctificatis omnibus.argentum,& aurum,aut ueſtem nullius cõccupiui, ſicut ipſi ſcitis;quoniam ad ea, quæ mihi opus erant,& his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.omnia oſtendi uobis; quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe uerbi Domini Ieſu;quoniã ipſe dixit, beatius eſt magis dare, quam accipere. Et Auguſtinus ſimiliter ait lib.de ope.mona.c.17.tom.3.Quid enim agunt, qui operari corporaliter nolunt,cui rei vacẽt,ſcire deſidero.orationibus,inquit,& pſalmis, & lectioni, & verbo Dei. Sancta ſanè vita, & in Chri-

Chriſti ſuauitate laudabilis, ſed ſi ab his auocandi non ſumus, nec manducandum eſt, nec ipſæ eſſent quotidie præparãdæ, vt poſsint apponi, & aſſumi. Si autem ad iſta vacare ſeruos Dei, cęteris interuallis temporum, & ipſius infirmitatis neceſsitas cogit, cur non & apoſtolicis præceptis obſeruandis, aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur vna obedientis oratio, quàm decẽ millia contemptoris: cãtica uerò diuina cantare etiam manibus operantes facilè poſſunt, & ipſum laborem tanquàm diuino celeumate conſolari, & poſt pauca. Quid ergò impedit ſeruum Dei manibus operantem in lege domini meditari, & pſallere nomini domini altiſsimi, ita ſanè, vt ad ea diſcenda, quę memoriter recolat, habeat ſepoſita tempora? ad hoc enim, & illa bona opera fidelium ſubſidio ſupplendorum neceſſariorum deeſſe non debent, vt horum quibus ad erudiendum animum ita vocatur, vt illa opera corporalia geri non poſsint, non opprimant egeſtate. Qui autem ſe dicunt vacare lectioni, nonnè illic inueniunt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt iſta ergò peruerſitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, vt quod bonum eſt diutius legatur, ideò facere nolle quod legitur. Et Concilium Colonienſe diſponit, quòd quibus non ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo uictum quærant, ſequuti D. Pauli exemplum: ſic tamen ne ſordidam aliquam artem ſacerdotio ignominioſam exerceant. & habetur in cap. 30. de vita clericorum. Et Hieronymus Ruſtico tom. 1. ait denique facito aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio viuere, laborant manibus ſuis, ne quem grauent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant meteri carnalia; cur tu in vſus tuos ceſſura non præpares? vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus: ſarriatur humus, areolæ ęquo limite diuidantur, in quibus cùm olerum iacta fuerunt ſemina, vel plantę per ordinem poſitę, aquæ ducantur irriguæ: vt pulcherrimorum verſuum ſpectator aſsiſtas.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: ſcatebriſque arentia temperat arua.

Inſerantur infructuoſę arbores, vel gẽmis, vel ſurculis: vt paruo poſt tempore laboris tui poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, Eccle. 11. & monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam in paruis diſce corporibus. Texantur, & lina capiendis piſcibus, ſcribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur: in deſideriis eſt omnis ocioſus.

4 Et Concilium Cartaginenſe quartum c. 52. ſtatuit dicens clericus victum, & ueſtitum ſibi vel artificiolo, vel agricultura abſque officij ſui duntaxat detrimento pręparet, & c. ſequen.

5 Iterum ait omnes clerici, qui ad operandum validi ſunt, & artificiola, & literas diſcant.

6 Imò quòd peius eſt nobilis exercens tabellionatus officium, perdit priuilegia nobilitatis ſuę: ſecundùm Guid. Papę in quęſt. 90. & ita voluit conſulendo Grauet. conſ. 163. per totum, & Caſſan. conſ. 64. nu. 34.

7 Et clericus pariter in ſacris ordinibus conſtitutus exercendo officium hoc, perdit beneficium. Et ſimiliter decuriones tenentur ab officio tabellionatus penitus abſtinere, nec aduocati poſſunt officium ipſum tabellionatus exercere aliquo pacto, ne ita agendo officium aduocationis fœdarent, & nobilitatem amitterent. l. generali, & ibi Glo. C. de tabel. libro 10. & ita firmauit etiam Angel. conſil. 283. prǽmiſſo ad euidentiam, vbi ait hoc non obſeruari Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *NOTORIVM releuat ab onere probandi, & inducit plenam probationem.*

2 *Notorium æquiparatur ſententiæ.*

3 *Notorium eſt probatio probata, vel de facili probabile.*

4 *Notorium debet allegari, & proponi, quando debens allegare eſſet præſens in iudicio; ſecus ſi abſens: licèt citatus citatione habente vitium notorium.*

5 *Citatio notoriè nulla non obligat citatum ad comparendum. & ſic citatus ad ſynodum ſi eſſet notoriè exemptus non teneretur comparere.*

6 *Notorium in notorio, quod conſtat ex actis iudex ſupplet, etiam nemine petente.*

7 *Iudex poteſt ſe informare, ac ſumere informationem an aliquid ſit notorium, etiam parte non citata.*

8 *Notoria re extante non iuratur de calumnia.*

9 *Notorium probatur per duos teſtes.*

OPINIO DXLVIII.

1 NOTORIVM quãuis releuet quem ab onere probandi, & inducat plenam probationem: ſecundùm Hoſtien. in ſumma. de probatio. §. fin. & eſt text. in l. emptorẽ. in pri. ff. de act. emp.

2 Vbi dicitur, quòd notorium ęquiparatur ſententiæ: de quo v de Bal. in l. 1. C. de curato. furio.

3 Et dixit idem Bald. in l. 1. C. de reuocan. his, quæ in fraud. aliena. ſunt, quòd notorium eſt probatio probata, uel ſaltim de facili probabile.

4 Tamen iſtud notorium debet allegari, & proponi: ſecundum Gloſſ. in Clemen. appellanti, de appellatio. in uerb. Iudicis. notat Cato Saccus in l. ſi uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan. idem tenet Barto. in l. eum qui ita. §. qui ita, col. 3. ff. de verbo. obliga. & in l. cùm quid. ff. ſi certum pet. col. fin. Ant. in c. peruenit, de cenſib. colum. 17. & Fely. iſtos referens in cap. cùm ordinem. 9. 10. & 11. colum. de reſcript. & Barba. conſil. 57. viſis, & accuratè, col. 5. & idem Bar. in l. 1. col. pen. ff. de except.

¶ Et

¶ Et hoc, quòd notorium debeat allegari, intelligitur, quando debens allegare eſſet præſens in iudicio; ſecus ſi abſens: licèt citatus citatione habente vitium notorium: ſecundum Panor. & Præpoſi. in c. ex par. tua ext. de appell.

5 Quia citatio notoriè nulla non aſtringit citatum ad comparendum: ſecundum Glo. in c. placita. 15. q. 4. idē dicit Glo. in c. ueniens, ext. de accuſ. in Glo. fi. & Inno. in c. ex parte, il 1. de uerb. ſignifi. quòd citatus ad ſynodum ſi eſt notoriè exemptus non tenetur comparere.

6 Item ſecus quando de eo conſtat ex actis: tunc enim iudex poteſt pro parte allegare: ſecundum Innocen. Deci. cumulatiſsimè in fin. & Canoniſtas omnes communiter in c. ex inſinuatione, ext. de appellat. Ang. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, col. fin. ff. de pactis, Anto. de Butr. in c. ex tenore. colum. 1. de reſcript. Specul. in tit. de off. iud. §. impendit, circa princ. Roma. conſ. 227. ſpectabilis Domine, in fin. quam opinionem communem eſſe dignoſcitur ex alijs authoritatibus relatis per Alex. in l. 2. col. 2. vt quæ deſ. aduoc. & in conſil. 186. viſis ſubtiliſsimis dubitationibus, circa fin. vol. 2. Cōis opin.

7 Imò iudex poteſt ſumere informationem etiam parte non citata an aliquid ſit notorium: ſecundùm Bal. ex mente Archid. in c. cùm inter vos, extra de conſuetu. & tenet Cato, in d. §. qui pro rei qualitate.

8 Sed Bald. ibi dicit quòd vbi aliquid eſt notorium, non iuratur de calumnia, per l. at qui natura. §. cùm me abſente, iuncta Glo. in ver. committit, circa fin. de neg. geſt.

9 Et aduerte, quia notorium probatur per duos teſtes: ſecundùm Glo. in §. fin. 2. q. 1. & Glo. & Archid. in c. item ſæpè. 4. q. 3. Bar. in l. hæredes palā. ff. de teſta. Specu. in tit. de not. crimine, in §. qualiter, Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. & Fely. in c. tertio loco, col. 5. de præſumpt. & eruditiſsimus D. Follerius in pract. crimin. in verb. item quòd eſt notorius delinquens, num. 16. 17. & 18. vbi hoc optimè declarat quomodo, & qualiter procedat.

SVMMARIVM.

1 *NOTORIVM licèt releuet ab onere probandi, allegari tamen debet.*

2 *Notorium licèt non exigat probationem de veritate ipſius, tamen debet conſtare iudici ex actis eſſe notorium.*

3 *Appellatio ab interlocutoria exigit, ac requirit expreſſionem cauſæ nominatim pro forma, nec ſufficit in genere cauſas proponere facta relatione ad acta proceſſus.*

4 *Notorium requirit ſententiam declaratoriam: quia multa dicuntur notoria, quæ non ſunt.*

5 *Citatio partis requiritur in declaratione facienda ſuper re notoria.*

6 *Notorium quod dicatur, & quotuplex ſit remiſſiuè ponitur hic.*

OPINIO DIL.

1 NOTORIVM allegandum, & opponendum eſt, ſed non probandum; & ſic notoria releuant à probando, non autē à proponendo: ſecundū Glo. in Clem. appellāti, de appell. quam dixit ſingularē Abb. ibi, Franc. in cap. 1. de appella. in 6. Barbatius in c. 1. col. 22. de offi. ordin. Natta conſil. 275. viſis motiuis formatis, num. 1. vol. 2. Iaſ. in l. ſi verò. §. qui pro rei, num. 12. ff. qui ſatiſd. cogan. & commendat Rocchus Curt. in c. fin. de conſuet. q. 3. circa fin. relectionis, & Marſil. in repet. rub. C. de probat. num. 120. & ſequuntur eam Doct. communiter: teſte eodem Marſil. in l. 1. §. ſi quis, nu. 24. ff. de queſt. & ſequitur etiam Bertr. conſ. 102. ex proceſſu cauſæ ceptæ, nu. 1. & ſeq. ſol. 8. Cōis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Glo. 1. in c. 2. vt lite non conteſt. quam ibi communiter approbarunt omnes Scriben. vt refert Iaſ. in d. §. qui pro rei, nu. 12. Cōis opin.

2 Et licèt notoriū probatione aliqua non egeat; nihilominus vbi ex actis aliquid apparet eſſe notorium, opus eſt, quòd iudici neceſſariò conſtet vt iudici notorium eſſe: nec ſufficit quòd oppoſitum fuit eſſe notorium: ſecundùm Bald. in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, colum. 2. & ſeq. Cyn. & Bal. in l. ea quidem. C. de acc. & Ang. in l. 1. C. qui, & aduerſus quos, Nattam in d. conſil. 275. & iſtorum ſententiam ſcribit eſſe cōmunem Iaſ. in d. §. qui pro rei, nu. 13. cui videtur contradicere Fely. in c. cùm ordinem, num. 2. de reſcrip. & Iaſ. in l. ait prætor. §. ſi damnetur, col. 1. ff. de iureiuran. Cōis opin.

3 Aſſerendo notorium quod conſtat ex actis, neceſſariò allegandum non fore. Cęterùm hoc non concedendum, neque admittendū eſt tanquàm falſum. Nam in appellatione ab interlocutoria expreſsio cauſæ nominatim requiritur pro forma; ideoq; non ſufficeret appellantem in genere cauſas proponere facta relatione ad acta proceſſus: & ita in ſpecie hæc interpretantur Ang. & Alex in l. vbi autem. §. illud. ff. de ver. obligatio. Franc. & Dec. in c. conſuluit, il 2. de appellat. Rota Roma. deciſ. 7. in nouis, Brunus in tract. de formæ implemento, fol. 25. & Dec. in c. vt debitus, nu. 10. cum tribus ſeq. de app. & iſta eſt cōis opinio: vt conſtat ex congeſtis per Marantā in tract. iudiciorum, in 6. parte 3. par. in 2. actu. nu. 141. Cōis opin.

4 Et aduerte hic quòd ſuper notorio ſententia eſt ferenda; & ſic notorium neceſſariò requirit ſententiam ipſam declaratoriam: ſecundū Bart. in l. emptorem. ff. de act. empt. Bal. in l. cùm fratrem. C. de his, quibus vt indignis, Angel. in l. libertas. §. fin. ff. de ſtatu hominum, & omnes Scribentes, in d. §. qui pro rei, Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 1. c. 16. num. 4. & Natta in d. conſ. 275. num. 3. & Glo. in c. euidentia, de accuſat.

ſat.quam dixit communiter approbari Marſi. in d.rub.C.de probat.num.244.in fin.d.num.Ideò inoleuit cautela vt iudex pronunciet ſactum, de quo agitur, eſſe notorium: vt not.Abb. in c.ad noſtram,de iureiu.& Cardin.in Clemen.paſtoralis,de re iud.17.not.

5 Et in huiuſmodi ſententia declaratoria requireretur citatio partis:vt cumulatiſsimè diſcurrit Aret.conſ.165.ſicut Ioannes,col.5.

6 Et quod dicatur notoriú,& quotuplex ſit,latè declarat Iaſ.in d.§.qui pro rei, Dec. conſ. 191.in cauſa,col.5.& Soc.cõſ.83.col.3.vol.4. & quãplura alia notabilia memoratu digna circa materiã notorij ponit Marſil.in d.rub.de probat.nu.216. vſque ad num.248.

SVMMARIVM.

1 *NOVATIO hodie non inducitur niſi expreſsè dicatur.*

2 *Nouatio hodie neque fieri poteſt ſaltem ope exceptionis,neque ex tacita mente contrahentiũ, & ex manifeſtis coniecturis: ſecundùm vnam communem opinionem.ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem hodie non fit nouatio ope exceptionis.*

OPINIO DL.

1 NOVATIO hodie non inducitur, niſi expreſsè dicatur,quòd id fiat animo nouandi pręcedẽtem obligationem. l.fin.C.de nouat. & notant Docto.ibi, & Soc.Iun.conſ.41. num.18. vol. 1. Mantua conſil. 135.num.18.vol.1.Iacob.Manchellus in conſil. ſeu patrocinio.55.nume.3. Bellonus conſil. 44. ſub nume.3.

2 Quod intantùm procedit etiam, quòd propter temporis adiectionem nec vlla quidem fieret hodie nouatio,nec ipſo iure, nec ope quidem exceptionis: & conſequenter ipſa nouatio non fieret ex tacita mente contrahentium,& ex manifeſtis coniecturis: vt uoluerunt Guil.de Cug. & Bal.in l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff.de pact. Cyn. Iacob Butrig.Saly. & Fulg.in d.l.fin. Caſtren. & Imol.in l.Valerianus.ff.de præto.ſtipu.Alex.cõſ. 9.col.3.conſ.12.col.3.vol.2.& conſil.58.& conſ. 72.colum.fin.vol.6.Iaſ.& Dec.in l.ſingularia. ff. ſi cert.pet.Soc.conſ.21.col.2.volum.1. & conſil. 89.colum.3.vol.3. Alex. in l. qui vſumfructum. ff.de verb.oblig.colum.penul.Dec.nume. 12. & Curt.Iun.num.9.in l.lecta.ff.ſi cer.pet.Imol.in l. delegare.ff.de nouat.Soc.Iun.conſ.41.num. 29. volum.3.Dec. in l. pecuniam quam, in fin. ff. ſi cert.pet.Grat.conſil.89.col.2.volum. 1.& Ripa in l.2.§.ex conuentione, num.8.ff. de re iud. vbi exprimit iſtorum opinionem magis communem eſſe. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem,videlicèt,quòd hodie fiat nouatio ope exceptionis, inclinauit Bart.in d.l.Valerianus,& Dec. conſulendo cum aliquibus alijs ſignatis per eum conſil. 400. nu. 1.& in fin.vbi deducit iſtam communem ſententiam fore,ſimiliterq; Bertran.conſ.338.cùm iã diu vidiſſem proceſſum,nu.1.cum alijs ſeq. vol. 3.vltimæ impreſsionis,& diuinus vates D.meus Vincentius de Franchis in deciſ.15. ſub num.1. vbi affert in facti contingentia ita extitiſſe deciſum in ſacro Concilio Neapo. ſiquidem nouatio ipſa inducitur etiam ex coniecturis, vbicunque ex eis appareret de voluntate: vt explicat idem D.Vincentius affabrè more ſuo in d.deciſ.15.ſub num.2.allegans ibi deciſionem Afflicti 44. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *NVLLITAS ſententiæ perpetuò opponi poteſt vſque ad triginta annos,licèt appellatum non fuerit, aut appellatio ipſa deſerta ſit, quoties non vertitur periculum animæ:aliàs poſſet perpetuò agi.*

2 *Nullitate oppoſita in iudicio incidenter per modum exceptionis ſummariæ non requirentis altiorem indaginem ad impediendam executionem ſententiæ, executio impeditur.*

3 *Nullitate propoſita,& lite ſuper ea pendente,attentata interim ſunt reuocanda ante omnia:ſecundùm communem opinionem, licèt aliqui Doctores aſſeruerint contrarium,videlicèt attentata ipſa pendente nullitate non eſſe ante omnia reuocanda.*

4 *Nullitas incidenter tractata, vbicunque condemnatus ſimpliciter appellauit, tunc appellatione deſerta poterit iterum cauſa nullitatis non obſtante deſertione proponi.*

5 *Nullitas propoſita principaliter dicitur,quando proponens dicit,dico ſententiam nullam eſſe,& ſi qua eſt appello.*

6 *Nullitas,quando cum appellatione principaliter proponitur,ſi deſeratur appellatio,nõ eſt ulterius locus proſequendi nullitatem, quaſi ſit vna eademq; inſtantia nullitatis,& appellationis: ſecundùm vnam communem opinionem. ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam,ſimiliter communem,in hoc caſu non eſt præcluſa via nullitatem ipſam probandi, & proſequendi.*

OPINIO DLI.

1 NVLLITAS ſententiæ perpetuò opponi poteſt vſque ad triginta annos,licèt ab ea appellatum non fuerit, aut appellatio ipſa deſerta ſit: ſecundùm Glo.in c. vndè quæritur. 35.q.9.Bal.in l.ſcire oportet.§.fin.ff.de excuſat.tut. in l.data opera.col.26.C.qui accuſ.non poſſ.&in c. ſæpè,

ſæpè,col.penul.de appell. Angel.in l.ſicut.C.de præſcript.triginta, vel quadraginta annorum, Alex. conſil.59.colum.4.vol.4.Socin.conſil.10. colum.fin.volum.4. Iaſ.in l.1. in fin. princ.ff. de ferijs, & conſil.21.col.2.vol.1.Corne.conſ.302. colum.2.volum.1.

¶ Et hoc quòd nullitas vſq; ad triginta annos poſsit proponi,& allegari & non vltra:procedit quotieſcunque non vertitur periculum animæ:aliàs poſſet perpetuò agi:vt declarat Specu. in tit.de ſenten.§.iuxta,in fi.Bal.in d.l.data opera.col.14.Saly.in l.ſi præſes.C.quomodo,& quãdo iud.Card.in Clem.1.q.14.de re iud.& Philip. in c.dilecto,col.5.de appellat.

2 Et hinc colliguntur,proueniuntq; complures vtiliſsimi effectus, qui cùm practicis non paruæ admodum vtilitatis quotidie eſſe poſsint,eos ponere conſtituimus. Primus igitur effectus hic adducitur iſte, quòd nullitate oppoſita in iudicio incidenter per modum exceptionis ſummariè non requirentis altiorem indaginem ad impediendum executionem ſententiæ, tunc quippè abſque dubio aliquo executio ipſa impeditur:vt voluerunt Bar. Alex.Iaſ.& Ripa poſt alios in l.3. §.condemnatum.ff. de re iudic. Bal.in l. ab executore,num.7.C.quorum appella.non recip.Afflict.deciſio.283. diu eſt, & Sebaſtianus Vantius cum cæteris citatis per eum, in tract. de nullitatibus in c. quot,& quibus modis nullitas proponi poſsit, num.32.vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 Secundus effectus quoque adducendus non minoris vtilitatis. Primò iudicabitur, videbitur iſte,quòd ea quæ fuerunt attentata pendente lite ſuper nullitate,ſunt reuocanda ante omnia:ſecundùm Bart.in l.1.num. 18. C. quando prouo. non eſt neceſ. quem ſunt ſequuti Paulus Caſtren.& Alex in d.§.condemnatum,Saly.in l.1.C. ne liceat tertiò prouoc. & Iaſ.in l.1.num.1.C.de bon.poſſeſſ.ſecundùm tab.

¶ Contrarium verò aſſeruerunt Innocen. & Bal.in c.cùm in iure,de offi. dele. videlicèt attentata pendente nullitate non eſſe ante omnia reuocanda:licèt nihil debeat nouari pendente nullitate.idemq́ue voluit Ang.& Imol.in d. §. condemnatum,Rota in deciſ. 280. in nouis, Vitalis in tract.clauſularum,cap.nullitate pendente, & Francus in d.c.dilecto, q. 10. vbi ait opinionem iſtam eſſe ueram;tametſi prior ſententia Bar.mihi communis videatur,ac frequentiori ſuffragio interpretantium probata; idcirco reor eam tutiorem eſſe,& ſeruandam fore.

4 Adducitur modò etiam tertius effectus. Verùm pro eius reſolutione adnotandum eſt quomodo nullitas principaliter,aut incidenter in iudicio tractetur: ſiquidem hoc paſsim practicis contingit. Nullitas igitur,vt iſte tertius effectus demonſtretur,dicitur incidenter tractata,vbicũque condemnatus ſimpliciter appellauit: tunc etenim deſerta appellatione poterit iterum cauſa nullitatis non obſtante deſertione proponi: ſecundùm Bar.num.10.& Imol.nu.16.in l.ſi expreſsim.ff.de appell. & Panor.nu.9.& Francum. q.53.in d.c.dilecto, & Soc.in d.conſ. 10.col.fin. & quoq; omnes fatentur, nec de hoc quiſquam hactenus dubitauit. Cõis. opin.

5 Principaliter verò nullitas propoſita dignoſcitur, vbicunq; dico ſententiam nullam eſſe, & ſi qua eſt appello. tunc iſtam nullitatem principaliter non incidenter deductam fore voluerunt Bart.nu.3.& Imol.col.6.in d.l.ſi expreſsim, Iacob.Butrig.in l.1.C.quando prouo. non eſt neceſ.Anchar.in Clem.1.col.4.de appell.Iaſ.in l.2. ff.de iuſt.& iure, col.3. & in l. Titię textores.§.1. ff.de leg. 1. & Franc.in d. c. dilecto, quæſt. 48.& 58.quorum opinio communis eſt: teſte Dec. ibi colum fin.Alex.conſ.2.vol.3. num. 14. & Sebaſtiano Vantio in d.c.quot modis nullitas proponi poſsit,num.12.vbi explicat alios modos,quibus nullitatis cauſa principaliter in iudicium deducitur. Cõis opin.

6 Habetq́ue hoc effectum iſtum maximi momenti,quòd quando nullitas ſimul cum appellatione principaliter proponitur, & deſeratur appellatio: tunc appellatione ipſa deſerta non eſt vlterius locus proſequendi nullitatem, quaſi ſit vna, ac eadem inſtantia nullitatis,& appellationis:ſecundùm Innoc.in d.c.ſæpè,Bal.in l.qui teſtamento.ff.de excuſat.tuto. Cuma. in d.l.ſi expreſsim,col.3.Saly.in d.l.1.C.quando prouo. nõ eſt neceſ.& ita in cauſa ſua propria conſuluit Io. de Amicis,conſ.6.num.29.cum alijs ſequen. vbi num.25.præſupponit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶ Contrariam verò ſententiam,quòd in caſu hoc non ſit præcluſa via nullitatem ipſam probandi,& proſequendi:tenuere Bar.in l.ſi expreſſim num.10.& ibi Imol.num.16 & Abb.num.9. & Franc.q.58.in d.c.dilecto,Alber.Brun. conſil. 50.num.8.vltimæ impreſsionis,Soc.in d. conſil. 10.col.fin.& Grammat.conſ.ciuili.164.vbi profert hoc magnum,& vtile uerbum,ita obtinuiſſe in ſacro Regio Concilio Neapolitano. & iſtam opinionem ſequitur quoque Natta conſil. 217. nu.3.cum alijs ſeq.& Couarru.in ſua pract.c.24. circa fin.fol.par.177. vbi inquit communem ſibi apparere, & ita his diebus in facto obtinui: ideò huic vltima ſententiæ tanquam communi inhæreo. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *NVNCIATIO fieri permittitur aduerſus abſentes etiam inuitos, & ignorantes, & eos ligat quò ad effectum patientiæ præſtandæ per eos in demolitione facienda, non tamen eorum expenſis, ſed nunciantis.*

OPINIO DLII.

1 NVNCIATIO fieri permittitur aduerſus abſentes, etiã inuitos, & ignorantes. text. eſt in l. 1. §. nunciatio, in fi. ff. de nou. oper. nuncia. Et ipſa nunciatio ſacta contra abſentes, ſeu ignorantes valet, & ligat eos quò ad effectũ patientiæ præſtandæ per eos in demolitione facienda; nihilominus ratione ignorantiæ, & abſentiæ, eis in hoc ſubuenitur, vt demoliri facere expenſis ſuis proprijs non teneantur, ſed expenſis ipſius nunciantis, ſi vellet opus demoliri: vt ſentiunt Glo. Bart. Angel. Paul. Caſtren. Rapha. Imol. Roma. Alex. & reliqui omnes, & vt ita dixerim totus mundus, in d. §. nunciatio. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *NVNCIATIO facta in loco, vbi nemo penitus reperiatur, valet: ſed dominus non teneatur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientiam.*

OPINIO DLIII.

1 NVNCIATIO, ſi fieret in loco, vbi nemo penitus reperiatur, valet, & tenet abſque dubio aliquo: & dominus non teneretur ad aliquid, niſi poſt eius ſciẽtiam: ſecundùm Gloſſ. communiter ab omnibus approbatam, in verb. factum, in l. de pupillo §. nunciationem. ff. de nou. oper. nunc. cum qua concurrunt ibi Pau. Caſtren. & Roma. in lectura, & etiam in add. ſuis nouis Paul. Caſtren. in l. 1. §. nunciatio, eodem tit. Et quamuis Alex. in d. §. nunciationem, ſatis dubitet de veritate memoratæ Glo. aſſerens paſſum eſſe dubium; nihilominus communis opinio eſt cum ipſa Glo. à qua in actu practico ſecundùm eum, tutum non foret recedere: & ſic effectualiter cum ea reſidet. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *NVNCIATIO noui operis facta authore prætore etiam iniuſta nocet, & ligat ædificantes, vt teneantur deſiſtere ab opere cœpto etiam in ſuo, & ſi obtemperent, ædificatum poſtea debet demoliri, & deſtrui ſumptibus ædificantium.*

2 *Nunciatio noui operis facta authore prætore, vt quis non ædificet, ligat ædificantem ipſum, vt teneatur deſiſtere ab opere iuſte cœpto in ſuo, etiam ſi nunciatio ſit alternatiuè facta, vt non ædifices, vel venias reſponſurus.*

3 *Nunciatio noui operis facta ſimplici verbo, tunc nuncians nouum opus amittit facultatem demoliendi ipſum opus propria authoritate ſibi à iure conceſſa. Quod non procedit quando nuncians incontinenti recuperauit poſſeſſionem propria authoritate, quam amiſerat per nunciationem verbalem; ſecus autem eſſet ſi diuerteret ad extraneos actus.*

4 *Nunciatio noui operis tollitur per ſatiſdationem præſtitam de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, & nunciatus poterit perſeuerare in operẽ. & mandatum ſuper hoc factum reo comparente reſoluitur in vim ſimplicis petitionis: ſecundùm vnam communem opinionem. ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem ſuperſederi debet per tres menſes, non obſtante fideiuſſione oblata.*

5 *Nunciatio noui operis debet cauſam continere.*

6 *Nunciatus offerens iudicium per hodie conſtat, hodie agatur, & veniat ad iudicem, & nuncians ſperneret venire ad iudicium, tunc nunciatio haberetur pro remiſſa.*

7 *Nunciatio noui operis euidenter iniqua, id eſt quando conſtaret de non iure nunciantis ſperni poſſet.*

8 *Nunciatio noui operis fieri poteſt à non poſſidente.*

OPINIO DLIIII.

1 NVNCIATIO noui operis facta authore prętore, vt non ędificet Titius, etiam ſi eſſet iniuſtè facta nocet, & ligat ædificãtes, vt teneantur deſiſtere ab opere iuſtè cępto, etiam in ſuo: & ſi obtemperat nunciationi debet poſtea ędificatum demoliri, & deſtrui ſumptibus ædificantis: ſecundùm Iaſ. in l. 1. nume. 1. vbi etiam Bart. Paul. Caſtren. & alij Docto. communiter. ff. de de nou. oper. nunc. & eſt text. in l. prætor ait, in prin. cod. titu. & in c. 1. & 2. ext. de nou. ope. nunc. vbi text. Glo. Abb. Sycul. Hermã. Decius in d. l. 1. nu. 24. *Cõis opin.*

2 Quæ quidem communis ampliatur quoque procedere ſi nunciatio, ac prohibitio prætoris eſſet alternatiuè facta, vt non ædifices, vel venias reſponſurus: ſecundũ Bart. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. oper. nunc. cum quo ſentiunt omnes ibi communiter, vt atteſtatur expreſsè Ripa ibidem, num. 19. & Ioan. de Amicis conſil. 35. nu. 1. & ſequen. vbi ita conſuluit. *Cõis opin.*

3 Sed communis præmiſſa ita ampliata fallit quotieſcunq́, eſſet nunciatum nouum opus ſimplici verbo: quia tunc nuncians nouũ opus amittit facultatem demoliendi opus propria authoritate ſibi à iure conceſſa: vt concludũt Bart. & alij in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nuncia. quod quippè ibi Bar. intelligit cum grano ſalis non habere locum, quando incontinenti nuncians recuperauit poſſeſsionẽ propria authoritate, quã amiſerat per nunciationem verbalem: ſecus uero foret, ſi diuerteret ad extraneos actus. & cum limitatione hac tranſeunt omnes Doctores communiter *Cõis opin.*

muniter ibi: teſte Ripa in memorato. §. meminiſſe, nu. 36. & ſeq.

4 Fallit etiam ſecundo loco, quando ille, cui fuit nunciatum nouum opus ne faciat etiam in ſuo, ſeu ſolo à ſe poſſeſſo, offerat ſe paratum ſatiſdare de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ: tūc certe per ipſam ſatiſdationem prꝯſtitam tollitur nunciatio; & ille, cui nunciatum eſt poterit perſeuerare in opere: text. eſt in l. prætor. §. deinde, & §. ſequitur, & in l. de pupillo. §. is cui, vbi tex. Bar. & Doct. ff. de nou. ope. nunc. tamen ille, qui nunciat poterit replicare.

¶ Sed hodie inoleuit practica, quòd ſuperſedeatur per tres menſes non obſtante ipſa fideiuſſione oblata, vel data, verùm non acceptata per nunciantem, etiam quòd nuncians interim nullum ius ſic prohibendi doceat donec de iuribus partiū cognoſcatur, ſeu infra quos nuncians poſſit iura ſua probare: quibus elapſis præſtita ipſa fideiuſſione poteſt in opere perſeuerare, vbi nunciās nihil ꝓbauerit: vt per Bar. & Doct. in d. l. prætor. §. ſi quis paratus, Glo. Saly. & Scriben. cōmuniter in l. 1. C. de nou. oper. nunc. per illum text. & in c. penul. & fin. de nou. oper. nunc. vbi text. Abb. & omnes. & iſtam opinionem demonſtrat eſſe communem Iaſ. in d. l. 1. num. 19. ff. de nou. oper. nunc. Ferrarien. in ſua pract. Papien. in forma libel. in act. nou. oper. §. ante aliquam remiſſionem, num. 3. Ruinus in repet. d. l. 1. num. 124. & Herman. Detus Florent. ibidem, nume. 23. & ſequentibus. *Cōis opin.*

¶ Contrarium verò doctiſsimè conſuluit Grāmat. conſ. ciuili 73. ſuper dubio pridie tranſmiſſo, per totum, videlicèt, quòd mandatum ſuper nūciatione noui operis reo comparente reſoluatur, & reſolui debeat in vim ſimplicis citationis: demonſtrauitq; ibidem cum opinione hac omnes Doct. communiter tranſire, & obſeruari in curia Romana. & ita ego ſæpiſsimè iudicaui, & vidimus iudicari in facti contingentia à diuerſis, & varijs iudicibus me patrocinante per iam dicta, & alia complura, quæ breuitati ſtudendo omitto. Licèt Ioan. de Amicis, & malè in d. conſ. 35. nu. 12. & ſeq. contrarium aſſeueret. *Cōis opin.*

5 Tertiò claudicat quoq; antedicta communis, vt in nunciatione noui operis neceſſariò ſit cauſa exprimenda ſi petatur à parte: aliàs nunciatio tanquàm illegitima poſſet ſperni, & procedi in opere, ſiue ædificio: vt firmant Specul. in titu. de procur. §. fin. verſ. ſed nunquid ſufficit, Practicus Papienſis in 2. libello de ſuſpe. iud. vltimo ver. in fin. & Bar. in 2. quæſt. Iaſ. nom. 9. & Soc. Iun. nu. 150. in d. l. 1. ff. de oper. nou. nunc. vbi aſſeuerat ferè omnes vnaniniiter ita tenere, referens ſolū Comenſem in contrariā ſententiam inclinare. & ita ſecundùm communem hanc opinionem ſæpè obtinui in praxi, & vidi iudicari in quamplurimis cauſis. *Cōis opin.*

6 Quartò claudicat ſimiliter eadem communis opinio in principio poſita, vbicunq; nunciatus offerret iudicium per hodie conſtat, hodie agatur, & verſa vice nuncians recuſaret, ſperneretq; venire ad iudicium: tunc quippè remitteretur nunciatio, & poſſet nunciatus ædificare quemadmodum ſi ſatiſdationem obtuliſſet: vt concludunt Bar. in l. prætor ait. §. ſi quis paratus, & Pau. Caſtren. & Iaſ. ſub num. 4. & ſeq. in Glo. in ver. ſatiſdare, in §. ſiue autem, in d. l. prætor ait. ff. de oper. uou. nunc.

7 Quintò choarctatur communis præmemorata, quod vbicunq; nunciatio foret euidenter iniqua, vt tunc abſque dubio aliquo ſperni poſſet, ideſt quando conſtaret, appareretq; de non iure nunciantis: ſecundùm Specul. in tit. de oper. nou. nunc. §. ſed nunquid in fin. & Abb. Sicul. in c. 1. de nou. oper. nunc. & Bart. in prin. & oēs alios communiter per textum ibi, in d. l. 1. ff. de oper. nou. nunc. & in §. nunciatio eiuſdem legis, & in l. de pupillo. §. ſi quis riuos, eod tit. *Cōis opin.*

8 Eſt benè verum, quòd nunciatio noui operis poſſet dubio procul fieri à nō poſsidēte. vt concedunt Glo. Bar. Alex. & cęteri omnes vnanimiter, & cōcorditer in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. ope. nunc. & Roma. Io. de Imol. Alex. & alij in d. l. 1. §. 1. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *NVNCIO publico plenè creditur in ſpectantibus ad ſuum officium, ſecus extra officium.*

2 *Nuncio publico referenti ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati plenè creditur.*

3 *Iudex ſi mandat aliquem mitti in poſſeſſionem per nuncium, mandatum non expirat morte mandantis. & conſequenter nuncius tenetur mandatum exequi non obſtante morte prius ſubſequuta.*

4 *Nuncio licentia data à iudice de capiendo, exequi poteſt poſt mortem ipſius iudicis mandantis.*

5 *Citatus per nuncium ſi eſſet perſona circumſpecta, & fide digna, & iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe ab ipſo nuncio: tunc ſibi potius quam nuncio crederetur.*

6 *Nuncio publico, & iurato non creditur in denunciando crimina. quod procedit quò ad condemnandum, non autem quò ad inquirendum: quia quò ad relationem nuncij poteſt inquiſitio formari.*

7 *Nuncij de cōſuetudine admittūtur uiles, & uiliſſimi: licèt de iure nūcius ipſe deberet eſſe idoneus, et fidelis.*

8 *Nuncio referenti ſe citaſſe non creditur, niſi conſtet de commiſſione ſibi facta ad citandum.*

OPINIO DLV.

1 NVNCIO publico ſibi duntaxat creditur in ſpectantibus ad ſuum officium, putà ſi referat ſe perſonaliter citaſſe Titium. tamen quando deponit in his, quæ ſunt extra officium ſuum non probat: ſecundùm Ioan. Andr. in tit. de cit.

de cit.§.1.in prin. quem ſequitur Abb.in c. cùm parati,de appell. Dec.in c.poſt ceſsionē de prob. Doct.omnes in §.quadrupli.inſt.de act. & in l.1. §.cura carnis.ff.de offic.præfect. vrb.Ruin.conſ. 66.col.1.vol.5.Tiraq.qui latiſsimè complura cō gerit,in tract.de retract.in tit. *De retraic linagier.* §.8.Glo.11.& iſtam recitant eſſe communē opinionem Alciat.in tract.de prę ſump.in 3.reg.prę ſump.14.num.10.& Iaſ.in l.properandum.§.& ſi quidem.nu.8.C.de iud. *Cōis opin.*

2 Quæ quippè procedit ex quadam conſuetudine: ſecundùm Guid. Papæ deciſ.628.nu.1.Hocque ampliatur intantum procedere, vt nuncio ipſi credatur etiam,&fides adhibeatur referenti ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati:vt voluerunt Bar.& Doct.in l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic.Guid.Papæ in d.deciſ.628.Alcia.in memorata præſump. 14.num 4.cum alijs quamplurimis concordantibus traditis per Iaſ.in l.in illa.§.penul.ff.de verborum obligationib.

3 Ampliatur etiam habere locum in geſtis per ipſum nuncium poſt mortem mandantis. Vnde iudex ſi mandaret aliquem mitti in poſſeſsionē per nuncium, tunc profectò morte mandantis mandatum hoc non expiraret:&ſic ipſe nuncius tenetur,& debet mandatum exequi non obſtante morte prius occurſa, ſeu ſubſecuta iudicis mādantis. vt firmauere Bar. in §. fundi venditor,in fin. & ibi Alex. col. 11. ff. de acqui. poſſ. Abb.& alij omnes in c. relatum, de offi. deleg. Bal. in l. ſi de interpretatione.ff.de legib. Bar.col.3.& Iaſ. in l. more,col.12.ff.de iuriſd. omn. iudic.vbi prodit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ Ita etiam verſa vice nuncius habens commiſsionem citandi, ſi moreretur re integra,poſſet dubio procul eius ſucceſſor exequi, & citare ſine noua commiſſione:ſecundùm Ang.in auth. vt nullatenus iud.§. ad hoc.col. 9. & Franc.Aret. in d. l. fundi.col. 11.

4 Quę quidem communis ita interpretata,ampliatur quoque habere locum ſimiliter in licentia de capiendo data nuncio à iudice, vt exequi poſſet poſt mortem ipſius iudicis mandantis: vt concludunt Ang.in d. l. fundi, & Purpuratus in d.l.more,nu.136.vbi limitat mentionatam opinionem Bar.communem in tribus caſibus.

5 Sed iſta communis ita declarata limitatur primò, vbicunque citatus per nuncium eſſet perſona circumſpecta, & fide digna,& iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe à nuncio:tunc equidem ex tali coniectura ſibi potius, quàm nuncio crederetur:ſecundùm Abb.& Moder.in d.c.cùm parati,Iaſ.in d.§.ſiquidem,in 6.not.Guid.Papæ in d. deciſ.628.num.1.poſt medium,& Maran.in loco ſupra citato, & per Afflict. in conſtit. edictorum in fin.

6 Limitatur ſecundò etiam antedicta communis non eſſe vera in denunciando crimina: quia tunc non creditur nuncio, etiam publico, & iurato:vt voluit Specu. in tit. de citatione.§.ſequitur videre. Et hoc procedit,& intelligitur verum eſſe quò ad condemnandum non autem quò ad inquirendum: quia quò ad relationem nuncij poteſt inquiſitio formari: ſecundùm Bar. in d.l.1.§.cura carnis.

7 Limitatur tertiò,quòd ipſe nuncius debet eſſe idoneus,& fidelis.§.hæc autē, in auth. de iud.

¶ Nam nuncius,ſecundùm legem debet eſſe perſona diues,& approbata. ita Fely. in c. prudētiam poſt prin.de off.deleg.

¶ Verum ſi admitteretur nuncius vilis: tunc reputaretur res malè geſta, & ei non adhiberetur fides aliqua:ſecundùm Barbatium in c.quoniam contra,nu.31. de probat. Tamen de facto obſeruatur contrarium, videlicèt, quòd admittuntur,aſſumunturque nuncij non ſolùm viles, ſed etiam viliſsimi,& infamiſsimi.teſte Bal. in l. fin.col.pen.quæſt.8.C.de edic. Diui Adr. tollen. Et de hoc vtique mirandum non eſt: quoniam nuncij officium viliſsimis perſonis congruit:ſecundùm Bald. in l.ſi vt proponis.C.de execu.rei iud.per l.fin.ff.de iudicijs,Fede.Senenſ.conſ.119. col.fin.& Afil.in conſtitu. ſequentes col.4. adeò quòd nuncius ipſe infamis eſſe poteſt. ita Hoſt. Io.And.Bal.Fely.& alij omnes in d.c.prudentiā, & Tiraq. cum alijs aggregatis per eum in tract. de vtroq; retract.de retractu conſanguineorum. §.8.duos teſtes,nu.2.

8 Quartò,& vltimò limitatur,quòd nuncio referenti ſe citaſſe nulla adhibetur fides, nec ei creditur,niſi appareat de commiſsione ſibi data ad citandum: ſecundùm communem ſcholam omnium Doct. cùm pro ipſa commiſsione nullatenus præſumatur:vt firmant Bar.& Ioan.de Plat. in l.2.C.de cur.lib.10. Ant. de But. & alij omnes in c.1.de iud.Doct.in l.ſciendū.ff.de verb.oblig. Bald.conſ.63.vol.5.Aret.conſ.33.col.4. Marſil. ſingu.235.Bar.in extrauag. ad reprimendum in verb.per nuncium,Dec.in cap.quoniam contra, nu.22.de probationibus. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *NVNCIO publico plenè creditur, eiuſque relationi ſtatur quò ad citationem.*

2 *Nuncio publico referenti citatum dixiſſe nolle venire credendum eſt: & ob tale relationem citatus cenſetur verus, & manifeſtus contumax.*

3 *Nuncij relatio quò ad reſponſionem ſibi per citatum factam debet per teſtes probari, nec ſufficit ſola ipſius nuncij relatio, vt dicatur contumacia manifeſta.*

4 *Nuncij iurati relationi in Regno Neapolitano ſtandum non eſt, niſi fieret per eum intimatio,ac notificatio citationis coram duobus teſtibus, & niſi nuncius ipſe relationem faceret ſe citaſſe citandum talibus teſtibus præſentibus, videntibus, & audientibus.*

5 *Nuncio publico quamuis credatur in ſpectantibus ad eius*

eius officiũ:tamen tũc ſi fallax appareret eius relatio, poſſet contrarium probari à parte non fuiſſe aliter cita tum.

OPINIO DLVI.

1 NVNCIO publico plenè creditur, eiusq; relationi ſtatur quò ad citationem. c. cùm parati, vbi Glo. & omnes generaliter, de appellat. Ioan. And. in add. Specul. in tit. de citatione. §. ſequitur, verſ. ſed nunquid credetur ſoli nuncio, Bart. in tract. de citatione in 9. queſt. & Gratus conſil. 85. inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum, num. 3. vol. 2. Bald. in l. vt perfectius, col. fin. C. de anna. excep. vbi prorumpit ita obſeruare generalem conſuetudinẽ, & Tiraq. in trac. de vtroq; retractu, de retractu cõſãguineorũ. §. 8. duo teſtes Glo. 9. n. 6.

2 Sed hoc non procederet, vbicunque nuncius aſſereret citatum per eum dixiſſe, nolo venire ad iudicium, nec ad iudicem accedere: tunc quippè iſte citatus ob huiuſmodi verba prolata, & ob relationem per nuncium factam cenſetur verus, & manifeſtus contumax. c. uenerabilibus. §. ſecus, de ſentẽ. excommun. in 6. & notant Cardin. & alij in Clemen. vnica, de dolo, & contumac. q. 8. & Abb. in d. cap. cùm parati, col. penul.

3 Tamen citati prædicti reſponſio debet per teſtes probari: nec ſufficit ſola ipſius nuncij relatio vt dicatur contumacia manifeſta: ſecundùm Glo. in d. §. ſecus, in uer. in iudicio. quam ſequuntur ibi Domin. & Franc. Bald. & Imol. in dicto c. cùm parati, & Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem, nume. 9. C. de iudic. & iſta eſt communis opinio. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd antedicto nuncio referenti, citatum dixiſſe nolo uenire, credendum ſit: inclinarunt Cardin. in d. Clemen. vnica. quæſt. 8. Præpoſ. Abb. & Dec. nume. 45. in dicto c. cùm parati, & Felyn. qui alios eiuſdem ſententiæ refert, in cap. ad petitionem, num. 20. de accuſa. Sed quicquid iſti Doct. ſuadeant, ob hoc non foret diſcedendum à mentionata communi, quæ veriſsima, ac tutiſsima redditur ex relatis per Iaſ. in d. §. & ſi quidem.

4 Et iſta communis opinio uidetur conformis conſtitutioni Regni Neapol. Citationis literæ. in qua diſponitur non fore ſtandum dicto nuncij iurati, niſi fiat intimatio, ſeu notificatio citationis coram duobus, vel tribus teſtibus. Vnde hoc iure vtimur in Regno ipſo, & ſeruamus hodie formam antedictæ conſtitutionis, vt per nuncium fieri debeat relatio ſe citaſſe Titium talibus teſtibus pręſentibus, videntibus, & audientibus, aliter ſibi non crederetur. & ita obſeruatur etiam in Regno Franciæ, atteſtante Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, de retractu conſanguineorum. §. duos teſtes, nu. 1. & 3.

5 Et quãtis nuncio credatur in ſpectantibus ad eius officiũ; nihilominus tamen ſi relatio nuncij re ipſa falſa foret, prout plerunq; in locis in quibus tales nuncij ſine teſtibus admittũtur, illę falſæ, fallacesq; reperiũtur, ac detegũtur: vt optimè nos Aduocati paſsim nouimus in reuolutione proceſſuum, & in exclamationibus miſerorũ cliẽtulorũ: tunc pars poſſet probare cõtrarium: & ſic admitti deberet ad probandum contrariũ eius quod relatũ extiterat, & conſequẽter nunciũ nullã tunc feciſſe intimationẽ. ita Glo. in c. propoſuiſti in ver. non probatur. 81. diſt. & in c. item teſtis in ver. in executoribus 4. q. 3. Arch. in c. venerabilibus col. 2. de ſenten. excom. lib. 6. Imol. & Alex. col. 1. in l. qui bona. ff. de dam. infec. Doct. omnes in c. quoniam contra. de prob. & in c. propoſuiſti, & ibi Imol. & Fely. col. 1. extra de prob. Guid. Papæ deciſ. 628. non debet de iure, Doct. vnanimiter omnes in c. cùm parati extra de appell. & præſertim Philip. Fran. & Card. Alex. & Bonifa. Vitel. in tract. maleficiorum in tit. de forma citat. accuſati, num. 16.

¶ Et hinc eſt, ꝙ nuncij interdũ ex proprię conſciẽtiæ morſu contradicunt eorũ relationibus: & tunc ipſi nuncij dicentes contra relationes iam factas, ſtatur certè poſterioribus depoſitionibus & aſſertionibus contrarijs primis. c. quoniam cõtra, in ver. citationes, de prob. Glo. in d. c. cùm parati, & in c. iuris, de præſumpt. & Alex. in l. 1. §. 1 de offic. præfec. urb.

¶ Et tunc nuncius ob talem relationem factã primò tenetur parti ad intereſſe paſſum: ſecundũ Cyn. Bal. & Saly. in l. fin. C. de requi. re. & Alex. in l. qui nomine. ff. de falſ. Secũdò etiã idẽ nũcius in pręſenti caſu tenetur de falſo. ita Bart. in l. qui nomine, Spec. in tit. de executore, ver. ſed quęrit.

¶ Et Bal. per text. ibi in l. 2. C. de ſpor. vbi concludit vtiliter, quòd nuncius ipſe ob hoc poſſet ſine proceſſu remoueri ab officio leuato uelo.

SVMMARIVM.

1 OBLATIO verbalis non releuat offerentem, ſed debet eſſe realis.

2 Offerre illegitimè, & nõ offerre paria sũt.

3 Oblatio ubi requiritur, non ſufficit uerbalis, ſed realis.

4 Oblatio de uolendo fideiubere non ſufficit, niſi fideiuſſor præſens ſit, & paratus fideiubere.

5 Oblatio realis non requiritur quando creditor, cui ſolo uerbo offertur, recuſaret ſe nolle ſolutionem recipere.

6 Oblatio verbalis ſufficit quò ad effectum retardandi uenditionem pignoris factam per creditorem.

7 Oblatio uerbalis ſufficit etiam cum proteſtatione ne creditor pignora venderet.

8 Oblatio uerbalis impedit pignorum alienationem faciendam, non autem iam factam.

9 Oblatio uerbalis ſufficit, niſi eſſent uendita, & tradita pignora emptori per creditorem.

10 Oblatio uerbalis, ne creditor pignora uendat, procedit ſi facta eſſet à debitore.

11 *Oblatio ſola uerbalis tantùm ſufficit in rebus immobilibus, quæ offerri non poſſunt, ut fundus; uel in rebus mobilibus, quæ facilè conſignari nequeunt, ut equus.*

12 *Oblatio ſola ſufficit, & uerbalis quando pecunia eſſet alibi ſoluenda.*

13 *Oblatio uerbalis ſufficit ad pœnam legalem euitandam, non autem conuentionalem.*

14 *Oblatio uerbalis ſufficit, ubi debitum nõ eſſet liquidum. Et ſufficit tunc, ut fiat ipſa oblatio etiam per tertium. Et poſt litem conteſtatam.*

OPINIO DLVII.

1 OBLATIO verbalis tãtùm, ideſt ſine conſignatione, nõ releuat offerentem. l. prętor. §. ſi quis paratus, vbi Bartol. & alij. ff. de oper. noui nunc. Corn. conſ. 37. memini non multis diebus allegaſſe, nu. 2. vol. 2. & Alex. conſil. 131. in cauſa inter vniuerſitatem ſtrazarolorum, num. 11. volum. 4.

2 Siquidem offerre illegitimè, & non offerre paria ſunt. l. quoties. ff. de tran. & iſtam in publicũ aſſeruit communem regulam Roma. conſ. 163. conſtitutio, ſub n. 2. & probatur etiam hoc idem. *Cõis opin.*

3 Nam vbi oblatio requiritur, verbalis quippè non ſufficit, ſed realis. l. qui decem. ff. de ſolu. cũ alijs concordantibus legibus adductis per Rom. in d. conſ. 163. ante fin. & per D. Horatium Mandoſium ibi in addit. in litera C. & per Marſilium in l. qui falſam monetam, nu. 48. ff. ad legem Corneliam de falſis.

4 Illuſtratur quoque regula præmemorata ex eo, quòd oblatio fideiuſſoris non valet, neque tenet, niſi fideiuſſor præſens ſit, atque promptus, paratuſque fideiubere. l. qui decem. §. idem reſponſum. ff. de ſolutio. aliàs. l. ſi quis. §. nunc videamus, Ioan. de Imol. in dicta l. prætor. §. ſi quis paratus, Alexan. conſ. 107. vol. 3. & in l. de pupillo. §. ſi is cui. ff. de oper. noui nunc. poſt Angel.

5 Sed hoc non habet locum quando creditor, cui ſolo verbo offertur, ſe nolle recipere ſolutionem recuſaret: tunc quippè non requiritur realis oblatio, verùm verbalis quidem ſufficeret: ſecundùm Alexan. in l. ſi mora, in 5. fallen. ff. ſolu. matrimo. & omnes communiter in l. qui Romæ. ff. de verbor. obligat. quam communem ſequuntur, & citant Moder. inibi, & Bertran. conſil. 133. etiam ſufficienter legitimè appareret, nume. 4. volum. 6. *Cõis opin.*

6 Limitatur quoque non procedere concluſio præmiſſa quò ad effectum retardandi venditionem pignoris per creditorem factam: quoniam quò ad hoc explorati iuris eſt ſufficere verbalem oblationem. l. penult. ff. de reſcin. vend. ſecundùm communem intellectum Glo. Bart. & aliorum, in l. penult. ff. de diſtrat. pign. & in l. ſi reſiduum. C. eodem titu. quem ſequitur vltra allegatos Doctores, Alexan. in dicta l. ſi mora in 2. fallent. *Cõis opin.*

7 Iſta itaque communis tantò facilius procederet, quantò oblatio ipſa verbalis fieret cum proteſtatione, ne creditor pignora venderet. l. 2. C. de deb. ven. pig. impe. non poſſ.

8 Sed hoc, quòd verbalis oblatio impediat pignorum diſtractionem, procedit primo de plano, vt impediat, & impedire poſſit venditionem ipſorum pignorum faciendam, non autem iam factam. l. ſi prius, & ibi Bal. C. de diſt. pig.

9 Itidem ſecundo loco eadem communis vera apparet, & procedit, niſi forent vendita, & tradita pignora emptori per creditorem. l. 1. & ibi Bal. C. ſi antiq. cred.

10 Similiterque tertiò iſta opinio vera extat, ſi ipſa verbalis oblatio facta eſſet à debitore: vt dicta l. ſi prius,

11 Tertio limitatur quoque regula præmemorata in principio poſita locum non obtinere in rebus immobilibus. Nam oblatio uerbalis tantùm ſufficit in rebus ipſis immobilibus, quæ offerri nequeunt. ſic ſi res talis ſit, quæ ſincerè offerri non poſſit, vt fundus, & alia immobilia, vel mobilis ſit non conſignabilis, vt equus: tunc vtique ſufficit ſola verbalis oblatio. l. dos data, & ibi Bar. C. de do. ante nup. Glo. Bar. & Bal. & alij in l. acceptam. C. de vſuris, Bar. & cæteri concorditer in d. l. ſi mora,

12 Quartò choarctatur regula prædicta, vt verbalis oblatio inutilis non reddatur, atque ſola ſufficiat, vbicunque pecunia eſſet alibi ſoluenda: ſecundùm Bal. in d. l. acceptam.

13 Quinto limitatur etiam, vt oblatio ipſa verbalis tollat pœnæ commiſſionem: & conſequenter oblatio verbalis ſatis eſt quippè ad pœnam euitandam. l. Celſus. ff. de arbitr. & d. l. ſi acceptam, & ibi Bald. in 3. oppoſitio. Glo. & omnes alij Doct. in l. cum dies. §. fin. ff. de arbit. & Alc. conſil. 393. nume. 4. *Cõis opin.* Sed hoc procedit in pœna legali, non autem in conuentionali. Vnde oblatio verbalis ſatis eſt ad euitandum pęnam legis, vel iuris municipalis, non autem à contrahentibus in cõtractu appoſitam. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & d. l. acceptam, ubi Bal. in 3. oppoſ. & in q. 21 Iaſ. conſ. 9. nu. 14. uol. 1. & Ang. & alij in d. l. ſi mora in prin.

14 Sextò limitatur vbicunq; debitum non foret liquidum: tunc nempè non requireretur certa, liquidaq; oblatio. d. l. ſi reſiduum, & ibi Bal. & in d. l. acceptam in 7. oppoſ. & Glo. in l. creditor. C. de pig. imò tunc ſufficeret, quòd fieret huiuſmodi oblatio, etiam per tertium abſq; mandato: vt efficaces teſtes ſunt Ang. & Pau. Caſtren. in l. tale pactum. §. poſt diuiſionem. ff. de pact. & Bald. in d. l. acceptam, & in l. obſignatione. C. de ſolutio. imò talis oblatio verbalis ſufficit, vt fieri poſſit etiam poſt litem conteſtatam. textus eſt in l. ſi rem. §. fina. ff. de pignoribus, & ibi Doctores notant.

SVMMARIVM.

1 OBLATIO *debiti etiam ſine conſignatione, ac depoſitione facta libera: debitorem offerentē à pœna caducitatis, ſecus in canone emphyteotico.*

OPINIO DLVIII.

1 OBLATIO debiti etiam ſine conſignatione, ac depoſitione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis, ſicut regulariter obſeruatur in alia pœna, de qua in text. in l. acceptam. C. de vſur. Sed ad conſequendam plenariam liberationem à canone emphyteotico ſecus eſt: ſiquidem ad huiuſmodi effectum requiritur, quòd emphyteota illum offerat, conſignet, atque deponat: ſecundùm commuuem intellectum l. 2. C. de iure emphyt. circa fin. traditum ibi, per Doctores præſertimq; per Glo. & Iaſ. nu. 106. & Alciat. conſ 393. nu. 4. & per Canoniſtas omnes in c. potuit de locat.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 OBLIGATVS *ad factum licèt non poßit compelli ad factum ipſum, cùm ſuccedat obligatio ad intereſſe: tamen interueniente iuramento poſſet præcisè cō pelli ad ipſum factum.*

2 *Hæres promittentis, ac obligantis ad factum non poteſt ad factum ipſum compelli, ſed liberatur ſoluendo intereſſe: quia uinculum iuramenti ex parte iurantis perſonale eſt.*

3 *Obligatus ex ſentētia ad aliquid agendū, præcisè facere tenetur: nec liberatur ſoluens intereſſe.*

OPINIO DLIX.

1 OBLIGATVS ad factum, licèt compelli ad factum ipſum nequeat, cùm ſuccedat obligatio ad intereſſe. l. ſtipul. non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. oblig. & l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic. nihilominus interueniente iuramento poſſet præcisè compeli ad factum præmiſſum: ſecundùm Glo. in l. ſi pecuniam, in verſ. quia iuraſti. ff. de cond. ob cauſam, & ibi Bald. & in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, & in prælud. feud. Innocē. Cardin. Abb. & Ant. de Butr. in cap. veniens, de iureiuran. Cardin. Hoſtien. Ioan. Andr. & Imol. in c. per tuas, de arbit. Roma. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. & in rub. colum. 19. ff. de arbitr. Doct. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & Alex. conſil. 37. vol. 2. vbi admonet iſtam eſſe communem ſentētiam, & Iaſ. conſil. 9. etiam, nu. 10. volum. 1. & Scriben. omnes hoc idem aſſeuerant in rub. de iureiur. & cumulatiſsimè Vrſillus in addit. Affict. in deciſ. 163. num. 1. & ſequen. vbi ſuadet cum iſta communi opinione in deciſiuis tranſeundum eſſe, & Bertran. conſil. 6. inter pacta, nume. 1. cum alijs ſequen. volum. 6.

Cōis opin.

2 Sed hoc non procederet in hærede iurantis; cùm ipſe non poſsit præcisè ad factum compelli, verùm liberaretur ſoluendo intereſſe: quia iuramenti vinculum ex parte iurantis perſonale eſt. c. veritat. de iureiu. idcircò non ligabit hæredem. ita notat Bal. in d. prælud. feud.

3 Et quemadmodum obligatus iureiurando ad aliquid faciendum, præcisè facere debet, vt ſupra docuimus: ita pariformiter obligatus mediante ſententia ad aliquid agendum, præcisè facere debet, neque intereſſe ſoluens liberatur. ita Glo. magna in l. qui reſtituere, & ibi Bal. & Ang. ff. de rei vendic. & Iaſ. in præcitato conſil. 9. ſub num. 10. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 OCCIDENS *ſe ipſum alicuius criminis, ſceleriſuè reus exiſtens, punitur publicatione bonorum, niſi hæredem habeat: ſecundùm aliquos Doctores tamen cōmunis ſchola Doctorum eſt in contrarium, quòd accuſatus, vel ſuſpectus de crimine, uel in crimine deprehenſus ſi mortem ſibi conſciuit hodie eius bona non veniant publicanda.*

2 *Bona delinquentis circa ſe ipſum lite ſuper eo conteſtata non publicantur ipſo iure, ſed mediante ſententia.*

3 *Occidens ſe ipſum accuſatus, vel ſuſpectus de crimine, vltra quòd eius bona publicantur cadauer eius furca ſuſpenditur, ac ſi extraneum occidiſſet.*

4 *Occidere ſe ipſum tentans tanquàm alicuius criminis reus exiſtens, licèt nō perficiat actum, tamen puniendus veniret eadem pœna, qua puniretur ſi alterum vulneraſſet.*

5 *Fiſcus, vt bona rapiat occiſoris ſui ipſius, quando non extitiſſet de crimine accuſatus, nec in eo deprehenſus, ſed de ipſo crimine ſuſpectus, teneretur probare mortem conſciuiſſe metu pœnæ, non autem impatientia doloris: ſecus autem eßet vbicunq; erat accuſatus, uel in crimine deprehenſus.*

6 *Vaſallus occidens ſe ipſum, non debet ſimul cum eius hæredibus feudo priuari: quia delictum hoc non concernit Domini offenſionem.*

7 *Mortem ſibi conſciuerunt 164. antiqui ob uarias, & diuerſas cauſas, remiſsiuè.*

8 *Occidere ſe ipſum in caſu licitum non eſt.*

9 *Hæreticus eſt aſſerens pertinaciter eos, qui ſe ipſos occidunt, fore martyres cenſendo, ex quo mortem ultro nō patiantur.*

10 *Occidens ſe ipſum debet carere eccleſiaſtica ſepultura.*

OPINIO DLX.

1 OCCIDENS ſe ipſum alicuius criminis, ſceleriſuè reus exiſtens, punitur in publicatione bonorum, niſi hæredem haberet. l. fin. & toto titu. ff. de bonis eorum, qui mortem conſci. & tenent Iacob. de Rauen. & Petr. de Bellapert. in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ioan. Igne. cum alijs relatis per eum, in l. 1. §. ſi tibi num. 109. ff. ad Syllanian.

¶ In contrariam verò partem, vt ſuſpectus de crimine, vel accuſatus, vel in crimine deprehenſus, ſi mortem ſibi conſciuit, hodie eius bona non veniant publicanda: inclinarunt Glo. in l. 1. §. 1. ver. Aduerſus. ff. de iure fiſci, & Bartol. in l. 1. §. fina. ff. de bon. damnat. & in l. 1. §. fina. ff. de bon. eorum, qui an. ſentent. mor. ſibi conſciuer. per authent. bona damnatorum. C. de bon. damna. cum ſimil.

2 Et bona iſta delinquentis circa ſe ipſum lite ſuper eo conteſtata non ipſo iure, ſed per ſententiam publicari poſſunt, & debent. l. in fraudem. §. eius bona, & §. ſequen. ff. de iure fiſci, Glo. & omnes communiter, & ibi Bolognett. in ſecundis interpretationibus, in l. 2. C. qui teſta. fac. poſſ. & Bar. in l. 3. §. fin. ff. de bonis eorum, qui mor. ſibi conſci. Cõis opin.

3 Et vltra pœnam publicationis bonorum imponendam delinquenti prædicto circa ſe ipſum, cadauer eius furca etiam ſuſpenditur, & ſic punitur quemadmodum ſi extraneum occidiſſet: ſecundùm Roma. & Iaſ. in dicta l. 2. per textum ibi, Petr. à Plaza in epitom. cauſarum crimin. lib. 1. cap. 23. ſub nume. 17. & Carrerium latè declarantem, in pract. crimin. in §. homicidij. num. 123. cum alijs ſeq. vbi hoc duobus modis ampliat.

4 Et ampliatur etiam in tentante ſibi manum inferre, qui licèt non perficiat actum, tamen puniendus eſſet: ſecundùm Bartol. in l. ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœnis, & in l. tranſigere. nume. 17. C. de tranſactionibus, & Thomã Grammat. deciſ. 44. nume. 1. & iſta eſt indubitata, & communis opinio. Et iſte profectò in hoc caſu veniret puniendus eadem pœna, qua puniretur ſi alterum vulneraſſet: ſecundùm Alber. Fulgoſ. Paul. Caſtren. & Iaſ. nume. 4. in l. 2. C. qui teſtamen. facere poſſ. Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de pœnis, Bald. in proœmio decretalium, Petr. à Plaza in dicto cap. 23. lib. 1. cauſarum crimin. num. 18. & ſeq. & Gram. in d. deciſ. 44. nu. 4. Cõis opin.

5 Sed iſte occiſor ipſiuſmet, niſi extitiſſet de crimine accuſatus, nec in eo deprehẽſus, verũ de crimine ipſo tantùm ſuſpectus: tunc fiſcus, vt bona rapiat, teneretur probare mortem conſciuiſſe metu pœnæ, non autem impatientia doloris: ſecundùm Petr. & Cyn. in l. 2. C. qui teſta. fac. poſſ. Bartol. & alios communiter, in l. fina. §. fina. ff. de bonis eorum, qui ant. ſenten. Bald. in l. fin. C. de iure fiſci lib. 10. & Ioan. Igne. in d. §. ſi tibi, num. 62. Cõis opin.

¶ Contrarium verò reſpondendum eſſet vbicunque non erat accuſatus, vel in crimine deprehenſus, & poſtea mortem ſibi conſciuit: tunc certè ob hanc præſumptionem, & veluti fictam confeſſionem, quæ eſt contra ipſum, onus probandi eius innocentiam reuertitur ad hæredes ipſius, vt bona mortui tueantur. ita voluit Platea, in d. l. fin. C. de iure fiſci, & Bartol. vbi ſupra.

¶ Sed contrarium vt etiam hoc caſu onus probationis fiſco incumbat, firmauit Ioan. Igne. in d. §. ſi tibi, nu. 62. tamen in actu practico tutum non foret diſcedere à ſententia Plat. & Bar. tanquam tutiori, & ueriori.

6 Cæterùm præmiſſa limitantur non habere locum in uaſallo occidente ſeipſum, qui ob hoc feudo priuari non debet: ſecundùm Bald. in cap. 1. quibus modis feu. amit. & Iacob. de feud. in verſic. dictique vaſalli promiſerũt, il 1. nume. 19. vbi ait cæteros Doctores tranſire cum iſta opinione: quia delictum hoc non concernit Domini offenſionem; ideò non debet, nec poteſt vaſallus ob illud, nec eius hæredes feudo priuari. Cõis opin.

7 Et ſi ſcire cuperes antiquos, qui ſibi ob varias, & diuerſas cauſas mortem conſciuerunt, vide Ioan. Rauiſium in officina Textoris in cap. 1. ponentem ibi 164. qui varijs modis eis mortem conſciuere.

8 Et ſe ipſum in caſu occidere licitum non eſſe firmat, & loculenter probat Guilielm. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ in ſermone 35. colũ. 6. ſolio paruo 285. & Alphonſus de Caſtro in tract. aduerſus hæreſes lib. 10. in ver. ſeu cap. Martyrium fol. par. 902.

9 Vbi etiam oſtendit hæreticum eſſe aſſerentem eos, qui ſe ipſos occidunt fore martyres cenſendos, eo quòd mortem vltronei patiuntur.

10 Et denique occidens ſe ipſum debet carere etiam eccleſiaſtica ſepultura. c. placuit 23. q. 5. & Glo. in c. ex parte de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *OFFICIALIS ſi durante tempore ſui officij fuit caſſus ab officio, & poſtea reaſſumptus, cum eiſdem pactis reaſſumptus intelligitur.*

2 *Conductus Doctor, ſeu famulus, & ſimilis certo ſalario pro vno anno, quo finito, & denique interpoſitis pluribus alijs annis, ſi reconducatur ſine repetitione ſalarij intelligitur reconductus ſub illo ſalario, quod prius perceperat.*

OPINIO DLXI.

1 OFFICIALIS ſi durante tempore ſui officij fuit caſſus ab officio, & poſtea reaſſumptus cum eiſdem pactis reaſſumptus intelligitur. ſecundùm Bal. in l. ſi conſtante.C.de dona. an.nup.& in l. etiam.colum.fin.C.de iure dot.quem ſequuntur Scriben. omnes communiter. in l. diem functo. ff. de offi.aſſeſſ. vbi Moder.audacter mentionem faciunt de iſta communi. Cõis opin.

2 Et concludunt etiam quòd ſi Ciuitas conduxit Doctorem cum certo ſalario pro vno anno, quo finito receſsit domum ſuam, & demum interpoſitis pluribus annis reconducatur ſine repetitione ſalarij, intelligitur reconductus ſub illo ſalario, quod prius perceperat. vbi ſubdunt etiam idem eſſe in famulo,& ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *OMNIS diſpoſitio debet intelligi rebus ſic ſtantibus.*

2 *Statutum debet intelligi rebus ſic ſtantibus.*

3 *Conſuetudo debet intelligi rebus ſic ſtantibus. Nam ſi eſt conſuetudo ab inteſtato non habet locum in teſtamento & ſi eſt conſuetudo ex teſtamento. non habet locum ab inteſtato.*

4 *Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, maximè quando eſt contra ius.*

5 *Iuramentum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

OPINIO DLXII.

1 OMNIS diſpoſitio debet intelligi rebus ſic ſtãtibus. l. quod Seruius.ff. de cond.ob cau. & ibi Glo.l.cõtinuus §.cũ quis.ff.de ver. oblig. l.quæro.§.inter locatorẽ. ff. de locat. & iſta eſt cõmunis opinio. vt per Tiraq.in l.ſi vnquam.C.de reuo.don.in præfat.num.167.Marſil.in rub.de fideiuſſ. nu. 151. Cõis opin.

2 Sic etiam ſtatutum debet intelligi rebus ſic ſtantibus:ſecundùm Ripam in tit.de conſtit. & ſtat.5.reſpon.num.9.& in c.cùm M.Ferrarienſis. de conſtit.Bal.in l.clari iuris.C.de fideicom.

3 Sic in conſuetudine. Nã ſi eſt conſuetudo ab inteſtato non habet locum in teſtamento.Si verò eſt conſuetudo ex teſtamento non habet locum ab inteſtato. Anchara.conſil.339.nume. 8. Ruin.conſil.208.vol.1.nu.2.& ſeq.vol.1.&conſ. 108.volum.2.

4 Et ratio eſt: quia conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, maximè quando eſt contra ius. Bar.in l.poſt dotem,num.30.ff.ſolu. matrimo. & in authen. qui rem.C.de ſacroſan.eccle. Alex. conſil.9. volum. 3.Bald. in l. ſi pupillorum.ff.de reb.eo.Tiraq. in tract.de iure primigen.q.16. num. 10. Ant. Gabriel. in ſuis concluſionibus in tit. de conſuetudine,concluſione vltima in fin. & in tit. de præſcrip.concluſ.2.nu.12.cum alijs ſeq.& Rota Bononienſis deciſ.65.nu.7.& ſeq.

5 Sic etiam iuramentum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus: ſecundùm Tiraq. cum magna catherua Doct. relata per eum in d. l. ſi vnquam in præfat.num.166.

SVMMARIVM.

1 *ORDO ſacer, aut promotio ad ſacros ordines ante legitimam ætatem concedenda non eſt ſub pœnis tam ſuſcipienti, quàm promouẽti.*

2 *Ordinatus, ac promotus ad ſacros ordines ante legitimam ætatem non poteſt tales ordines exercere, niſi accedente legitima ætate ipſius,qua accedente impedimentum ceſſat,& tunc poſſet in ordinibus ipſis ſuſceptis miniſtrare,ac eorum vſum exercere.*

3 *Ordinatus, ac promotus ante legitimam ætatem non eſt ſuſpenſus ipſo iure,ſed veniret ſuſpendendus.*

4 *Ordinatus ante legitimam ætatem,vel extra tempora, vel abſque ſui ordinarij licentia,& abſque literis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo eſt ipſo iure ſuſpenſus, & celebrans interim efficitur irregularis, à ſolo Pontifice abſoluendus,& beneficio priuari poteſt.*

5 *Irregularitas incurritur ob celebrationem factam contra determinationem Pontificum, & Conciliorum.*

OPINIO DLXIII.

1 ORDINARI, promoueri, ſeu inſigniri ſacris ordinibus nemo poteſt ante legitimam ætatem. Concil.Trident.ſeſſ.23.c.11.& ſeq.ac iure Põtificio diffinitã,in Clem.generalẽ.de æta.& qual.

2 Vbi Glo.inquit in ver.obſeruantiã,ſuſceptos, ac promotos ad ſacros ordines ante ætatem legitimam non poſſe ordines iſtos exercere,niſi accedente ipſius legitima ætate: qua quidem accedẽte impedimentũ ceſſat,ideò poterit iſte in ordinibus ſuſceptis miniſtrare,ac eorũ vſum exercere. & ſequit Archid. & Prępoſit. in c. placuit 77. diſt.Imol.in d.Clem.generalẽ.nu.8.Henric.in c. conſultat.col.4.de temp ord & oẽs Canon. cõiter,per illum text.in c.vel non eſt cõpoſ. eod.tit. Cõis opin.

3 Et ordinatus iſte,ſeu ante legitimã ętatẽ promotus minimè eſt ſuſpenſus ipſo iure, verũ veniret, vel foret ſuſpendendus. textus eſt clarus, & rotundus in d.cap.vel non eſt compoſ. quem ita intellexere, ac interpretati ſunt Archidiac. Cardin. & Præpoſit. in d. cap. placuit, Florent.in 3. par.

par.tit.14.c.16.§.15.Henric.in d.c. conſultationi.colum.4.Alber.Trotus,de vero,& perfecto clerico,lib.2.c. 17.quorum opinionem recitat eſſe communem Prepoſit.in d.c.pla.uit, & Cardin. in d.c.vel non eſt compoſ.in fin. Cõis opin.

4 Cæterùm hodie ordinatus ante legitimam ætatem,vel extra tempora,vel ordinatus abſque ſui ordinarij licentia,& abſque literis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo,eſt ipſo iure ſuſpenſus:& celebrans interim efficitur irregularis à ſolo Pontifice abſoluendus, & beneficio iure permittente priuari poteſt. vt habetur in extrauag.Pij 2.exordiente. Cùm ad Sacrorum ordinum. quam refert Sylu. in ſua ſumma, in ver. Irregularitas. in §.decimò quæritur,& Rebuffus,in tract.de beneficijs,in 2.par.tit. de cleric.ad ſacros ordines malè promotis,Glo.4.et extrauagan.iſtam obſeruari iuſsit Leo X.in ſuis reg.cancellariæ, in reg.23.

5 Et celebrans in hoc caſu contra determinationem Pontificum, & Conciliorum, irregularitatem incurrit: ſecundùm Abb. in c.ſi celebrat,de cler.excommu.miniſt.col.fin.& iſtam ponit eſſe communem opinionem Io. Bernar.Diaz. in practic.crim.can.cap.22.poſt medium. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *TVTOR, vel curator poſſunt facere pacem de iniuria,vel morte patris pupilli, etiam ſi mors notoria foret. imo mulier tutrix ſine conſenſu propinquorum poteſt quoque pacem facere pro pupillo.*

2 *Minor poteſt promittere,facere,ac ſtipulari pacem ſine tutoris,ac curatoris authoritate: nec ei conceditur in integrum reſtitutio aduerſus pacem,nec factus maior poteſt eam rumpere.*

3 *Pax adeò grande bonum eſt, vt in rebus humanis nil glorioſius,delectabilius,aut vtilius audiri, concupiſci,poſſiderique ſoleat. imò pro pace mala etiam toleranda ſunt.*

4 *Minor pacem faciens iuratam,promittensque non contrauenire,virtute iuramenti tenaciter obligatur.*

5 *Minor poteſt petere reſtitutionem in integrum,& ſibi concedenda eſt aduerſus pacem factam per eum, ubi tractaretur de eius intereſſe pecuniario,quod conſequi deberet ex perſecutione iniuriarum.*

6 *Pacẽ haberi à minore an ſufficiat abſq; decreto iudicis.*

7 *Tutor,vel pupillus cum eius authoritate an valeat facere pacẽ cum pœna adiectione in iſtrumento pacis.*

OPINIO DLXIV.

1 PACEM facere poteſt tutor, vel curator de iniuria,& morte patris pupilli,etiã ſi mors notoria foret:ſecũdùm Cyn. in l. 1. C. de in integrum reſtit.Bal.Alber.Saly.Pau.Caſtren.num.2.& omnes communiter. in l. pactum curatoris. C. de pactis, Ang. in l. ſi conuicij. ff de iniurijs,Bald.in rubr. de treug.& pa.& in l iuſiurandi.ff. de iureiuran. Ant.de Butr.in c.1. de treug.& pa. Abb. conſil. 39.volum.1.& ita conſuluit Ioã de Amicis conſil.88.num. 1.cum alijs ſequen. vbi ſententiam iſtam latè comprobat,& ait eſſe communem: & celebres D. Aduocati curiales Prouinciæ Marchiæ etiam conſil. 150.quoniam qui in cogitationibus, poſito inter conſilia criminalia diuerſorum in folio,num.6.cum alijs ſeq.& num. 25. & ſeq.volum.1. & Franciſcus Turzanus quoque in opinionibus communibus. Opin. 32. Tutorem, & curatorem. atque eam quotidie obſeruari admonet Boſsius in pract.criminal.in titu. de pace,num.14.vbi nume. 31. ampliat procedere in muliere tutrice pupilli,vt ea etiam tutorio nomine valeat facere pacem de morte patris ipſius pupilli abſque conſenſu propinquorum: & ait ita obſeruari Mediolani.& ſic ego conſului in facti contingentia de anno 1569. ſuper pace facta de nece Petri Antonij Roſæ de Caſtro Foſſæ comitatus Aquilæ,per tutricem ſuorum filiorum,& obtinui per rationes, & authoritates in meis conſilijs imprimendis expreſſas. Cõis opin.

2 Imò pax poteſt fieri, promitti, & ſtipulari à minore abſque tutoris, vel curatoris authoritate: nec ei conceditur aliquo pacto in integrum reſtitutio aduerſus pacem: ſecundum Dyn.in l. diuus,in apoſtill.ff.ad Syllan.Ioan.de Amicis, in d.conſil.88.num.1.& ſeq. Nicolaum Moronum in tract.de fide,treug.& pace,par.2.q.48. num. 4. cum alijs ſeq. Afflict.in conſtit. minorum iura,num.6.lib.2.rubr,38.& Paul. Caſtren.conſil. 191.vbi ponit,an pax facta per minorem rumpi poſsit per eum factum maiorem:nam læſus non dicitur ob multas rationes aſsignatas per præcitatos Doct.& hac potiſsimùm.

3 Nam pax adeo grande bonum eſt,vt in rebus humanis nihil glorioſus,nihil delectabilius, aut vtilius audiri, concupiſci, poſsideriue ſoleat. vt inquit Aug.in lib.de Ciuitate Dei, & refert Soc. Iun.conſil.60.num.41.vol.3. & Alber. in l. 1.in prin.C.de cadu. toll. vbi alia multa ſcribit de pacis laudibus, & alijs infinitis bonis quæ ex pace proueniunt,& Bal.in tit.de pace Conſtantię,col. pen. & omnium latiſsimè Roterodamus in libello de pacis quærela, & Iacobus Nouell. in pract. crim.rub.fin.nu.41.

3 Imò pro pace ipſa,mala toleranda ſunt.c.1.c. ecce.23.q.4.& c.hæc quippe.3.q.6.& hoc de plano procedit ſi ipſe minor feciſſet pacem, & iuraſſet non contrauenire:tunc quidem per iuramentum tenaciter obligatur:ſecundum Bald.in c. 1. de pace iuram. firm. ante verſ. quærit ergò Gio. nunquid ſi minor.Et licèt hoc abundè comprobatum ſit per citatos Doct. poteſt pariter confirmari per Euangelium,dicens,Si dimiſeritis peccata eorum,dimittet & vobis pater veſter peccata,& delicta veſtra, & è contra. c. qui emendat cum ſeq.45.diſtin.

5 Nihi.

5 Nihilominus intelliguntur præmiſſa cum grano ſalis in rancore, vel quod tāgatur ex remiſsione uendictæ: ſin autem propter aliquod intereſſe pecuniarum minoris, quod poſſet cōſequi ex perſecutione iniuriarum, tunc quippè reſtitutio ipſa peti poſſet, & arbitror eam concedendam fore. l. 1. & 2. C. qui aduerſus tranſ. & per And. de Iſer. in conſtit. Obſcuritatem, de reſtit. mino. & per Lucam de Pen. col. 12. C. vt publi lęt. lib. 12.

6 Sed an ſufficiat pacem haberi à minore abſque decreto iudicis, uide Bal. & Saly. declarātes, & decidentes in d. l. pactum curatoris, Bal. in l. 1. ff. de pact. & in d. rub. de treug. & pac. Spec. in tit. de homicid. & Iacobum Nouellum in ſua practi. crim. in rub. fin. incip. quoniam vt docet experiētia, nume. 48. & Nicolaum Moronum in d. q. 48. nume. 3.

7 Et quamuis tutor, vel pupillus cum ipſius tutoris authoritate ualeat pacem facere, vt ſupra ex communi opinione docuimus; nihilominus cum obligatione pœnæ facere nequit, & facta nō tenet, & conſequenter in eadem pace pœna apponi non poteſt, & ſi fortè adhibita, appoſitaque in inſtrumento pacis ea fuerit, quò ad ipſam pœnam non valeret. vt videntur concludere Bald. Saly. & Alciat. in l. pactum curatoris. C. de pact. Thobias Nonius conſ. 152. nu. 11. D. Ludouicus Senſus conſ. 155. nume. 5. & D. Ranaldus Rodulphius uir eminentis ſcientiæ præceptor meus, cōſil. 156 nume. 7. poſitis inter conſilia criminalia diuerſorum in 1. vol. in folio.

¶ Sed contrarium, & tutius iudicio meo reſponderunt pręmemorati probatiſsimi Aduocati Curiales prouinciæ Marchiæ in d. conſil. 150. nu. 32. cum alii ſequē. ubi doctiſsimè declarant prędictam doctrinam Bal. Saly. & ſequacium; inter alios intellectus traditos ad eandem doctrinam dicunt Bal. & Saly. nō loqui, quando minor promiſiſſet mediante promiſsione iurata. & credo quòd iſta ſit ueritas: aliàs pax ipſa fumum faceret, & penitus vana, otioſa, & fruſtratoria eſſet. quod equidē dicendū nō foret modo aliquo.

SVMMARIVM.

1 *PAX ſufficit, quòd à maiori parte hæredum habeatur. quæ maior pars intelligitur ſecundum cōmunem opinionem reſpectu unciarum, in quo ſi ſunt pares pro numero, & ſi in hoc etiam pares ſunt attenditur dignitas perſonarum, & cæteris paribus parti remittenti ſtatur.*

OPINIO DLXV.

1 PACEM haberi, impetrari, ac obtineri ſufficit ab interfectore, uel occiſore à maiori parte hæredum, & valet. ſecundum Glo. in l. per fundum. ff. de ſer. ruſtico. præd. Ancha. in Clem. 2. de iure patrona. Cyn. in l. 1. §. fina. ff. de uen. inſpic. Bal. in l. 2. C. de lib. & eo lib. Barto. Ange. Pau. Caſtren. Ruin. & cęteros Moder. in l. 4. §. Cato. ff. de ver. oblig. Ang. in tract. maleficiorum, in uer. Comparēt inquiſiti in termino defenſionis, Boer deciſ. 121. nume. 3. Franc. de Aret. in l. pro hærede. §. fin. ff. de acqui. hæred. ubi exprimit iſtā eſſe communem opinionem, & Marcus Mantua etiam in c. cum omnes, nume. 50. de conſtitut. & magis communem, & ęquam conſulendo ait Io. de Amicis conſ. 88. nu. 6. 7. & 8. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem, videlicèt, quòd non ſufficiat pacem haberi à maiori parte hæredum, ſed quòd requiratur conſenſus omnium hæredum in ipſa pace obtinenda, inclinarunt Ang. in d. l. pro hærede. §. fin. Saly. in l. 2. C. de lib. & eo. lib. Roma. in d. §. Cato, Ioan. de Arnono dialogo. 14. & Marcus Mantua. in d. c. cum omnes ſub nume. 50. & ibi Fely. quoque ſub nume. 16. ubi inaduertenter admonet iſtorum ſententiam communiter teneri, & Berous etiam conſil. 176. viſo ban no Ioannis, nu. 10. uol. 3. Et iſta maior pars hęredum quomodo, & qualiter intelligatur declarāt omnes pręcitati Doct. & optimè Ioan. de Amicis in d. conſil. 88. nu. 6. ex communi opinione tradita per eum. Cōis opin. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PAX ex noua cauſa ſuperueniente non cenſetur rupta.*

2 *Treuga ex noua cauſa ſuperuenienti dicitur rupta, ſecundum communem opinionem; licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, videlicet quòd treuga ex noua cauſa rupta non dicatur, ſicut nec pax.*

3 *Pax non rumpitur etiam ſi noua cauſa ſuperueniens iniuſta ſit, & friuola.*

4 *Cauſa in dubio præſumitur noua ad effectum, ne pax dicatur rupta, dummodo conſtaret de ipſa noua cauſa, & dummodo non tractaretur de his, quæ forent de ſe mala, & de genere prohibitorum.*

5 *Pax adulterio, ſeu furto non rumpitur.*

OPINIO DLXVI.

1 PAX non dicitur rumpi ex noua cauſa ſuperueniēte: & ſic pax ipſa ex noua occaſione, ſeu rixa rupta non cenſetur. l. qui ſeruum. ff. de uerb. obliga. ubi Doct. notant, Bar. quoq; Ang. & Alex. col. 1. & ſeq. in l. qui inſulam. ff. de uerbo. oblig. Bal. in c. 1, in princ de pac. tenen. Illuſtriſsimus D. Cardinalis Albanus in lucubratio. ad Bar. in l. 1. §. cùm arietes. nu. 3. ff. ſi quadr. pauper. fec. dic. Roma. Alexan. & cęteri. in l. ſemel mora. ff. ſolu. matri. Roma. conſ. 258. in caſu propoſito dicendum eſt, nume. 1. & ſeq. Anto. & Imol. in c. cùm inter P. de renun. Abb. & Fely. in c. 1. ext. de treug. & pace, Pariſ. conſ. 164. & ſeq. vol. 4. Nicolaus

laus Moronus in tract.de fide,treug.& pace,in 2. par.q.9.nume. 2. & iſtorum ſententiam deducit eſſe communem Alex.in d.l.qui inſulam. col. 1, & ſeq.Roma.conſ. 183. in caſu propoſito dicendum eſt,ſub nu. 1. & ibi D.Horat.Mandoſ. in addi.in litera A. & Petrus de Benintendis deciſ.65. nume.2.

Cōis opin.

2 Secus uerò in treuga, quę quippè ex noua cauſa rumpi videtur. ſecundum Vincentium,& Fely.col.2.in d.c.1.de treug.& pac.Ioan.And. in addit.Specul.in rub.de treug.& pac. circa fi.Archid. in c. hi qui. 24. q. 3. Iaſ. cum aliis ſignatis per eum,in d.l.qui ſeruum.col.2. & iſtam opinionem inquit de conſuetudine obſeruari Imol. in d. l. qui ſeruum,cum aliis congeſtis per Petrum de Benintendis in d.deciſ. 65.nu.3. & communē eſſe conſtat ex aſſertione Alex.in d. l. qui inſulā. nume.4. & de iure ſcribit procedere Iaſ. conſilio 70.nume.5.vol.2.

Cōis opin.

¶ Sed pro parte contraria, uidelicet, quòd ex noua cauſa treuga rupta non dicatur, ſicut pax ipſa,conſuluit Corne.conſ. 175. & ſeq. volu.1. & Rota Bononienſis per plures rationes,& authoritates ita determinauit.teſte Petro de Benintendis,in d.deciſ.65.nu.4.cum aliis ſeq.& in effectu hæc vltima opinio, quòd treuga ex noua cauſa non rumpatur, verior eſt.atteſtante Auguſt. Bero.conſ.200.viſo toto proceſſu cauſę,nu. 10. uol. 3. & magis communis ſecundum Nicolaum Moronum in tract.de treug.& pace,par.2.q.12. nume.1.cum aliis ſeq.vbi eam tuetur,aſſirmatque ita iudicem impunè, & abſque ſyndicatus timore poſſe iudicare, ac refert alios complures eiuſdem ſententię.

3 Item pax ipſa minimè rumperetur, etiam ſi noua cauſa iniuſta foret:ſecundum Bal.conſ. 57. laudare.vol.1.Iaſ.in l.qui ſeruum.col.2.ff.de verbor. oblig.Soci. Iuniorem.conſ.103.nu.10.uol. 3.Gratum.conſ.114.uol.2. D.Aduocatos curiales prouincię Marchię.conſ. 150.nu.55.& ſeq.poſito inter conſilia criminalia diuerſorum in primo tomo in folio,Beroum conſ.85.nume.14.uolu.3.Alex.conſ. 19. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter procuratorem cameræ,num.2.vol.1.& Roma.in d.conſ.183.ubi etiam ſub nu.2. cōcludit, quòd cauſa in dubio pręſumitur noua ad effectū ne pax dicatur rupta,& Bero.conſ. 198.nu. 1. & 14.vol.3.Pariſ.conſ.165.pacē.n.4.vol.4.& Iaſ.in l.qui ſeruum.in 2.not.ff.de uer.obli. Albanus in d.§.cùm arietes.num.3.Bal.in l.ſi prædium.C.de ædil. act. Cotta in memorali in ver. Offenſio, & Moronus cum aliis Doct. aggregatis per eum in tract.de fide,treug.& pace,in 2.par.queſt.44.nume.1.cum aliis ſeq.

¶ Sed Rota Romana hanc doctrinam cū grano ſalis declarauit procedere, teſte D. Horatio Mandoſio in addi.Romani in d.conſil.183. ſub litera F. dūmodò cōſtaret de noua cauſa: aliàs in dubio ex veteri cauſa delictum patratum præſumeretur,

4 Et eandem doctrinam declarauit etiam Nicolaus Moronus in tracta. de fide treug. & pace, in 2.par.quæſt.44.nume.9.non habere locum in his,quæ forent de ſe mala, & de genere prohibitorum: tunc enim noua cauſa nullatenus præſumeretur,nec excuſaret,ſed dolum argueret.

¶ Et propterea è diuerticulo in viam redeundo,ego conſului in facti contingentia, quòd ille, qui uerberauit aliquem pro expulſione ſuorum bouum non rumpat pacem; licèt cauſa uideatur friuola,& iniuſta, motus præcipuè ex prefato conſil.Alex.19.

5 Item pax etiam per adulterium commiſſum in filiam, ſeu vxorem eius cum quo pax ipſa inita reperitur, aut per furtum bonorum eiuſdem non dicitur fracta, vel rupta:cùm hæc potius explendæ libidinis,& luxurię,& lucri captandi cauſa fieri videantur,quàm occaſionem vindicandi, & retractandi inimicitiam iam ſopitam. ſecundum Bar.in l.uerum.ff.de furtis,Roma.cōſ. 258. in caſu propoſito dicendum eſt,nu.3.Corne.conſil.51.nu.3.vol.1.Alex.conſ.113.nu.3.uol.2.Angel.in tracta. maleficiorum in uer. *Che m'hai adulterata la mia donna.* verſ. Quid autem ſi pax, Marſil.conſ.2.nu.4.Nicolaum Moronum.in d. tract. de fide,treug.& pace in 2. par. queſt.34. nu. 7.& ſeq.Auguſt.Beroum conſ.185.nu.13.& 15.uol. 3.& conſultus hodie 11. Menſis Ianuarij 1574. ita de facto reſpondi ſuper pretenſo adulterio patrato per quendam de oppido Tornē partis comitatus Aquilæ cum vxore ſui reconciliati inimici. prout ita conſuluit etiam Roma. in d. conſ. 183. ſub nu.1.vbi diligentiſsimus,& cautus D. Horatius Mandoſius in add.in litera B. aduertit iſtam eſſe magis communem opinionem,& D. Aduocati curiales prouincię Marchiæ in d.conſil. 150. nume.46.

Cōis opin.

¶ Sed idem Horat. Mandoſ.vbi ſupra eam limitat poſt Gozad.conſ.31.nu.14.non procedere vbicunque aliquo veſtigio,ſigno, ſeu coniectura colligi poſſet adulterium ipſum, vel furtum commiſſum eſſe non animo explendæ luxurię,aut lucri propoſito,ſed principaliter offendendi,vindicandique occaſione:tunc quippè pax rupta omninò cenſeretur.

¶ Et limitat quoque eandem communem ſententiam Nicolaus Moronus in d.q.34.2.partis,nu. 13. & ſeq. non habere locum, ubi pax ſequuta foret à principio ex actibus laſciuis, libidinoſis,& impudicis, & ita refert reſpondiſſe in facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *TREVGA, uel pax fracta, et rupta ab una parte,terminis ſic ſtantibus non poteſt rumpi ab altera parte ſine pœna,& incurſione illius,ſecundum unam opinionem:licèt altera ſententia contraria communis ſit,& obſeruanda.*

Treuga

Treugã rumpens offendendo aliquem de comprehenſis in ipſa, treuga ipſa durante, punitur in pœnam amiſſionis manus. offendens autem ſub pace punitur vltimo ſupplicio.

OPINIO DLXVII.

1 PAX, vel treuga fracta, ac rupta ab una parte, & terminis ſic ſtãtibus alteri parti non licet illã rumpere ſine pœna, & incurſione illius; adeò quòd ipſam pacem, ſeu treugam rumpere nõ poteſt, nec debet impunè. ſecundum Archid. in c illi. 24. q. 3 Ioan. And. in addi. Specul. de treuga, & pace, Ang Pau. Caſtren. & vtrumq; Raphaelem, in l. qui ſeruum. ff. de verb. obliga. Bald. in rub. de treuga, & pace, colum. fi. Ang. & Imol. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. Io. And. Ant. & Fely. in c. peruenit, il 2. de iureiur. Marſil. conſ. 21. vol. 1, & ita in terminis conſuluit Maria. Soc. conſil. 27 Ianuenſium dux, & Soci. Iun. conſil. 162. uolum. 2.

¶ In cõtrariam uerò partem inclinauit Abb. in d. c. 1. de treug. & pac. quòd impunè ille, cui eſt fracta pax, aut treuga poſsit eandem frangere, quia illam non frangit, ſed fractam inuenit. Et licèt aliqui Doct. congeſti per Ioachimum in obſeruatione 7. hęc quæſtio. centuria. 4. inhæreant Abb. ſententię tamen, quicquid iſti ſuadeãt, opinio Archid. & ſequacium eſt communis, & de cõſuetudine potius, quàm de iure obſeruatur. *Cõis opin.* teſte Rapha. in d. l. qui ſeruum, & Deci conſil. 380. cõcluſio ſuperius firmata per clariſsimum Dominum conſultorem, nu. 2. & eam ſequendam fore in iudicando, & conſulendo tanquàm communem, & tutam hortamur. & ſecundum eandem partem tanquàm æquiorem, ſanioremq; iudicauit etiam camera Imperialis, atteſtante Ioachimo in d. obſeruatione 7. centuria 4. & conſuluit Roma. conſ. 183. in caſu propoſito dicendum eſt, ſub nume. 1. & ibi Horat. Mandoſ. cum magna caterua Docto. relata per eum in additio. in litera A.

2 Et aduerte quòd pacem iuramento firmatam frangens occidendo, vel vulnerando pœna mortis naturalis puniendus eſt. c. 1. §. ſi quis hominem. de pace tenen. & eius violatoribus.

¶ Item offendens aliquem de comprehenſis in treuga, treuga ipſa durante, puniri debet in pœnam amiſsionis manus. §. coges auth. de mandã. princip. colum. 3. ita quòd punitur in ipſo membro cum quo deliquit. auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſ. & d. §. ſi quis. & ita tenet Bonifacius de Vitellinis, in tract. maleficiorum. in rub. de treuga. nume. 5. & ſequen. circa finem dicti tractatus.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem: & ſic non parit actionem, ſed exceptionem. quia vbi non eſt cauſa, ibi non eſt cauſatum. ſed in pacto nudo non eſt cauſa, ergò nõ parit actionem, quę eſt cauſatum.*

2 *Debitor confitens, ac affirmans cum iuramento nudum pactum, non ob hoc tenetur ſoluere.*

3 *Promiſsio geminata, celebrata, ac facta nudo pacto producit actionem.*

OPINIO DLXVIII.

1 PACTVM nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem, & ſic nõ parit actionem, ſed bene exceptionem. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pactis, & iſta eſt communis opinio, vt *Cõis opin.* per Iaſ. & Moder. in d. §. ſed cùm nulla. Idem Iaſ. in l. ſi quis maior, C. de tranſac. Moder. in rub. ff. de uer oblig. Maranta in tracta. de iudiciis, in 6. par. 2. partis ſuper 9. actu. num. 24. & Berengarius Ferrandus. in repet. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. nu. 30. cum aliis ſeq. in 1. lectu. Et ratio d. communis colligitur, ex d. §. ſed cùm nulla. Nam vbi non eſt cauſa, ibi non eſt cauſatũ. l. manumiſsiones. ff. de iuſtit. & iure. ſed ratio eſt quodam cauſatum. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurato. ergò non poteſt ſine cauſa oriri. ſed pactum nudum dicitur, cui non ſubeſt cauſa, vt habetur in d. §. ſed cùm nulla. hanc rationem tradit Bal. in rub. ext. de pactis. col. 3. in fi.

2 Amplia iſtam communem procedere etiam ſi debitor ſuo iuramento confiteretur, & affirmaret nudum pactum: nam per hoc non teneretur ſoluere. ita dicit Bal in l. fin. col. 2. C. de fideicom. referens ita tenere Innoc. in c. 1. quod met. cau.

3 Limitatur iſta cõmunis ita ampliata non habere locum in promiſsione geminata, quamuis reperiatur facta, celebrataq; pacto nudo; nihilominus producit actionem. l. 1. §. debitum. ff. de conſti. pecun. & §. conſtituta. inſtit. de act. & per nonnullas optimas rationes comprobat dictam limitationem Iaſ. in l. 1. num. 11. ff. de uerb. obli. & communiter omnes Canoniſtę. in c. per tuas de arbit. & in c. cum contingat. de iureiuran. & iſtam eſſe communem ſcribit Alciat. in rub. ff. de uerb. oblig. nu. 14. & declarabimus magno cum apparatu infra in Opinione 567 n. 3. cũ aliis ſeq.

¶ Et dictam communem limitat etiam Iaſ. *Cõis opin.* in 16. aliis caſibus in d. §. ſed cùm nulla, & in vno duntaxat vtiliſsimo limitat quoque Petrus Duẽnas in regula. 16. actio ex pacto nudo, quos vide.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum tam de iure ſtricto ciuili, quàm canonico in foro contentioſo non producit actionem, ſecundum vnam communem opinionem; licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd de iure canonico omnis conuentio etiã nuda efficax ſit.*

2 *Pactum*

2 *Pactum nudum iuramento firmatum de iure ciuili producit actionem, ſecundum vnam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſecernatur, quòd de iure ciuili prædictum pactum non pariat actionem.*

3 *Fides habet vim iuramenti: & ſic conuentio, ſeu pactum nudum data fide validum, vel valida efficitur.*

4 *Fabius uoluit potius patrimoniis, quam fide inops eſſe.*

5 *Fides eſt ſanctiſſimum pectoris donum, nulla neceſsitate ad fallendum cogitur, nulloque præmio corrumpitur.*

6 *Fidem ſeruare nolens ſtultus eſt: quia non haberet loquendi cauſam, cùm ei credi non poſſet; & amiſſa fide nihil vltra procedere poſſet.*

7 *Fideiuſſor ſi ſoluit, quod pacto nudo promiſſum eſt à principali, poteſt repetere ab eo tantundem, excuſaturque, licèt exceptionem pacti nudi non oppoſuerit, ex quo erat uerecundia, ac pudor eam opponere.*

OPINIO DLXIX.

1 PACTVM nudum de iure ciuili non producit actionem. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Ang. conſil. 199. ſuper puncto, & Couarruuias, in c. cùm in officiis. nume. 10. poſt medium, de teſta. fol. paruo. 278. & Iaffredus deciſ. 290. de ſtricto iure tam ciuili, quàm canonico in foro contentioſo ex pacto nudo non datur actio, & iſta eſt communis opinio. Cõis opin.

¶ Sed alteram opinionem contrariam, quòd omnis conuentio etiam nuda efficax ſit de iure ipſo canonico, & quòd ſeruetur in terris eccleſię, ſcribit communem eſſe conſulendo Alex. conſil. 91. circa primum dubium quo quæritur. num. 4. vol. 4. & ueriſsima, ac ſacroſancta redditur ex rationibus, & ſcriptis Doct. in l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pactis. Cõis opin.

2 Sed præmiſſa communis ita, & taliter declarata vtiliter limitatur, interpretaturque non procedere, quando pactum nudum iuramento præſtito confirmatur, taliter quòd tunc etiam iure ciuili actionem producit. ſecundum communẽ opinionem apparentem ex congeſtis per Iaſ. in d. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. nu. 21. & Mod. in l. ſi quis maior. C. de trãſac. Fely. in c. 1. de pact. & ibi Fortun. nu. 25. & eiuſdem ſententiæ fuerũt Ant. & Abb. in cap. cùm contingat. nume. 31. de iureiu. Mattheſ. ſing. 36. Cuma. Rom. Alex. & Galiaula, fol. 6. in rub. ff. de uer. oblig. And. ab Exea, in tract. de pact. in 3. par. nu. 422. & ſeq. fol. par. 221. & Alciat. in d. c. cùm contingat. nu. 245. qui audacter aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem. ſed nume. 242. fatetur contrariam partem, ſaltem iure ciuili magis communem fore: & idem teſtatur Iaſ. in d. l. ſi quis maior num. 23. Saly. & Corn. in auth. ſacramenta puberum. quæſt. 13. C. ſi aduerſus vendit. Cõis opin. Cõis opin.

3 Et dato citra veri pręiudicium, quòd ampliatio hæc vera eſſet, ampliatur mirabiliter, vt habeat locum etiam ſi in pacto non interueniat iuramentum, ſed solùm fuerit data fides, iuxta c. pen. de iureiurã. & ampliationem præmiſſam poſuit Affiict. deciſ. 389. ſuper dubio tangente, vbi recenſuit ita fuiſſe iudicatum in Sacro Regio Concilio in cauſa Marini Medici, & Battimi Taurellæ.

4 Vndè ad propoſitum refert Valerius quòd Fabius receperat captiuos Romanorum ab Annibale interpoſita nummorum pactione: cùm autem à ſenatu nihil præſtaretur miſſo in vrbem filio fundum, quod vnicum poſsidebat vendidit, & pretium protinus Annibali numerauit: ſe enim potius patrimoniis, quàm fide voluit eſſe inopẽ.

5 Ideò non mirùm eſt, ſi ipſa fides data pariat actionem, quia eſt sãctiſsimum pectoris donum, nulla neceſsitate ad fallendum cogitur, nullo pręmio corrumpitur.

6 Stultus ergò eſſet nolens ipſam fidem ſeruare: nam, & ſi iure permittente cogatur ad eam obſeruandam; nihilominus in poſterum non haberet cauſam loquendi, ſtante quòd ei credi nõ poſſet; & amiſſa, perditaque fide nihil vltra perdere poſſet. quid deniq; profuit aliquibus Romanis? qui dum reperiebantur in captiuitate Annibalis iurauerunt de reditu, ſi promiſſum redemptionis pretium non darent. cumq; domum rediiſſent dixerunt ſe fallaci reditu in caſtrum iureiurãdo abſoluiſſe. quod vt innotuit Emilius Emus ſenatuſconſul. cenſuit, & rationabiliter quidem eos comprehendendos, & cuſtodibus publicis datis ad Annibalem reducendos. Et regulam, ſeu communem pręd ictam in princ. poſitam, quòd nudum pactum minimè de iure ciuili producat actionem, ampliat in quindecim caſibus Exea, in d. tracta. de pact. & in 67. aliis limitat in tertia par. num. 273. cum infinitis ſeq. fol. 150. vſque ad fin. d. tractatus.

7 Sed aduerte hic ad vnum valde vtile, quòd ſi fideiuſſor ſoluit, quod pacto nudo promiſſum eſt à principali, repetere poteſt ab eo tantundem, excuſaturque licèt exceptionem pacti nudi non oppoſuerit, ex quo erat verecundia, ac pudor eam opponere. ita Saly. in l. placuit. C. de iudic. Iaſ. in §. ſed cùm nulla, in 3. limit. & in l. fideicommiſſum. ff. de cond. indeb. Abb. conſ. 60. col. 1. & Grauet. conſ. 6. nume. 82.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum in foro mercatorum, ubi ex forma ſtatuti, uel conſuetudinis generalis totius Italiæ proceditur ex æquitate, producit actionem.*

2 *Pactum nudum exequi poteſt manu regia; & ſic per habentem talem manum regiam ab Imperatore, ac Rege noſtro, ſuoq; concilio, ſeu ab alio non recognoſcente ſuperiorem exequi tenetur pactum nudum.*

3 *Pactum*

3 *Pactum nudum geminatum ſuper eadem re parit actionem: quia cùm ſit geminata promiſſio arguit maiorem deliberationem.*

4 *Pactum nudum quodcunque propriè geminatum, eſt conſtitutum.*

5 *Pactum nudum geminatum producit actionem, ſi ex interuallo, & diuerſis temporibus geminatio fieret, non autem incontinenti.*

6 *Pactum nudum factum in iudicio producit actionem, dummodò tendat ad iudicium iuuandum, ſeu tendat ad pertinentia, atque ſpectantia ad ipſum iudicium principaliter, vel acceſſoriè.*

7 *Pactum nudum propriè eſt, quando aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat.*

8 *Pactum nudum fit pluribus modis, & præſertim cùm tacitè fit.*

OPINIO DLXX.

1 PACTVM nudum non producit actionem, vt deduximus ſupra in duabus proximis opinionibus. Quod equidem limitatur vtiliter non procedere in curia mercatorum, in qua vigore ſtatuti, vel conſuetudinis generalis totius Italiæ proceditur ex bono, & æquo: & ſic pactum nudum in foro mercatorum, vbi ex forma ſtatuti ex æquitate iudicatur, obſeruari debet; & ex eo competit actio: ſecundum Bart. in l. quintus. ff. mãd. Saly. & Alex. in l. placuit. C. de iudiciis, Bal. in l. ſi pro ea. C. mandati, Benuenutum Stracchã in tract. de mercatura, in vltima par. in tit. quomodo procedendum ſit in cauſis mercatorum. nume. 6. & eodem tit. de exceptionibus. nu. 11. fol. par. 277. Andream ab Exea in trac. de pactis. nume. 297. cum aliis ſeq. in 3. par. Iacobum Menochium de arbitrariis iudicum quæſtionibus libro 1. quæſtio. 57. nu. 5. ſubtiliſsimum D. Pontanum præceptorem meum. nume. 17 Ruinum nume. 11. Marcellum Berincutium colum. 13. uerſ. Succedit modò difficultas, Ripam nu. 40. Camillum Plautium lib. 3. cap. 1. nume. 6. & Soc. Iuniorem nu 87. in rub. ff. de verb. obli. vbi oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

2 Limitatur etiam ſecundò videlicèt, quòd dicti pacti nudi executio manu regia competat, & ſic hodie per habentem huiuſmodi Regiam manum ab Imperatore, ſeu ab alio non recognoſcẽte ſuperiorem exequi debet ipſum pactum nudum: ſecundum Anto. de But. Imol. & alios omnes in c. quę in eccleſiarum, de conſt. & in d. rub. ff. de uerb oblig. vbi D. Pontanus, nu. 16. ſequitur cum cæteris ſignatis per eum dictam opinionem, & communem vocat, & Ruinus nu. 9. cum aliis ſeq. & Soc. Iun. nume. 63. Iacob. Menochius, in d. q. 57. nu. 6. & ſequitur quoque, & ampliat, & ponit vtilitatem in practica dictæ communis And. ab Exea in d. tract. de pactis, ſub nume. 309. cum aliis ſeq. in 3. part. & Afflict. deciſ. 120. nu. 5. vbi prædicat ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo. vt D. Rex noſter, vel eius Concilium poſſit cogere aliquem ad obſeruantiam pacti nudi. Cõis opin.

3 Limitatur quoque non procedere in pacto nudo geminato. Nam pactum nudum geminatum ſuper eadem re pareret actionem: ſecundũ Alberi. de Roſa. in l. iuriſgentium. §. quinimò col 8. ff. de pact. Ant. de But. in c. cùm contingat. de iureiur. Roma. in l. 1. ff. de verb. oblig. Caſtren. in l. 1. ff. de conſtit. pecun. in prin. Bal. & Ang. in l. fin. per tex. ibi C. ad l. falcid. Cuma. Alex. & reliquos communiter, in rub. ff. de ver. oblig. Alex. & alios in l. legem in fin. C. de pact. & iſta eſt communis opinio ſecundum Alex. Iaſ. nu. 15. Soci. Iun. nu. 768. cum alijs ſeq. & reliquos in d. rub. de ver. oblig. & eundem Iaſ. in §. in perſonam. nu. 47. inſtit de act. & in l. ſi pacto quo pœnam in 2. not C. de pact. & oſtenſum eſt etiam ſupra in Opinione 565. nu. 3. & ratio propter quam ex huiuſmodi ſecundo pacto, quamuis nudo oriatur actio, aſſignatur per Doct. prædicatos communiter: quia cùm ſit geminata promiſſio arguit maiorem deliberationem. Cõis opin. Cõis opin.

4 Et quia etiam omne pactum nudum propriè geminatũ, eſt conſtitutũ: ſecundum cõmunẽ opinionẽ: vt patet ex Alex. col. fin. in fin. & Deci. col. 3. in d. l. legem, Alex. col. pen. & Iaſ. col. 3. in 6. limitat & in l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pactis, & Mattheſil. in not. 36.

5 Quæ quidem communis intelligeretur procedere, ſi geminatio fieret ex interuallo: ſecundùm communem opinionem: vt per Rapha in d. rub. ff. de verb oblig. Alex. & omnes Moder in d. l. legem, & Mattheſil. in d. not. 36. nota nouam regulam nu. 1. & ſeq. Licet Ripa in d. rub. ff. de ver. oblig. nu. 33. & ſeq. circa hoc dubitet; imò Deci. in d. l. legem. col. 3. & malè quidem concludat cõtra ipſam communem, quòd etiam pactum nudum geminatum incontinenti ſactum producat actionem, dummodò realiter diſtinctum ſit vnũ ab altero. Tamen quicquid iſti fabulentur noli aliter diſcedere in iudicijs à dicta communi tãquàm veriſsima, vt geminatio prædicta producat effectum, dummodò diuerſis temporibus facta ſit. Cõis opin.

6 Poſtremò, & vtiliter quidem limitatur, ut pactum nudum factum in iudicio producat actionem, dummodò tendat ad iuuandum iudicium, ſeu tendat ad ea, quę pertinent ad iudicũ principaliter, vel acceſſoriè: ſecundùm Alex. in 1. not. & Iaſ. col. 3. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & in d. rub. ff. de verb. oblig. col. 2. vbi etiam Ripa nu. 37. qui oſtendit iſtam eſſe communẽ opinionẽ. Cõis opin.

¶ Eſt benè verum, quòd Claud. Aquen. Butigella, & Alciat. ibi inclinant in cõtrariam partem, videlicèt, quòd dictum pactum nudum factum in iudicio non producat actionem, etiam ſi tenderet ad iudicium iuuandum, & leui quidem fundamento: cui reſpondent Moder. ibi, & reddunt

dūt tutiſſimam dictam communem in actu practico.

¶ Sed finaliter iſtud conſidera, quòd regulariter obligationes pœnes acta curiæ cum nuda pactione veſtiuntur calore iudicij; & ſic in iudicio ipſo nuda pactio facta parit actionem: ſecūdum communem opinionem, de qua mentionē faciunt Soc. Iaſ. Dec. Curt. & alij Moder. omnes in d. l. pacta nouiſſima. Caccialupus in tract. de pactis, quæſt. fin. Alex. col. 2. Aquens. col. 1. Butticella col. 3. Alciat. col. 4. cæterique omnes Moder. in d. rub. ff. de ver. oblig. Fely. & Fortū. in c. 1. de pactis, Alex. col. 3. Soc. col. 2. Iaſ. col. 5. Crot. col. 6. in 1. lectu. Galliaula col. 9. Butticella col. 5. Alciat. col. 3. Aquens. col. pen. & Ripa col. 4. in d. l. 1. ff. de uer. oblig. & Iaſ. in d. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla, fallentia 9. & in §. in perſonā, col. pen. de act. Cōis opin.

7 Et aduerte ad præmiſſorum intelligentiam, quòd propriè pactum nudum eſt quādo aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat: ſecundùm Scriben. communiter: vt per Iaſ. in d. §. ſed cùm nulla. num. 32. Cōis opin.

8 Fit tamen & aliis modis pactum nudum, præſertim cùm tacitè fit: vt tradit Bar. in l. Pomponius la 1. num. 6. ff. de neg. geſt. & in l. iuriſgentium. §. igitur nuda.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM, quòd ſcriptor ſtet in compedibus donec ſcripſerit librum, ac opus perfecerit, ualet, niſi ipſe ſcriptor promoueretur ad aliquam dignitatem.*

OPINIO DLXXI.

1 PACTVM, quòd ſcriptor ſtet in compedibus donec ſcripſerit librum, ac opus perfecerit valet: & tenet: ſecundum Glo. in l. ſtipulatio. §. opus autem factum, in ver. ſine. ff. de oper. noui. nun. & Bolog. ibi in ſecundis interpretationibus, & Specul. in tit. de renun. & concl. § 1. verſ. item eſt beneficiū & d. Glo. inquit cōmuniter approbatam Imol. in c. 2. de pig. & Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 29. in fin. ff. de uer. oblig. licèt eam reprobet ibi. Et ſic ſecundùm iſtos Doct. vbicunque ſcriptor ipſe promiſiſſet in certo loco commorari, & librum præciſè ſcribere: tunc certè pactum valebit, quòd poſſet cogi præciſè ad ſcribēdum, & poni in compedibus: nec liberaretur præſtādo intereſſe; quia videtur electa induſtria perſonę. Tamen quicquid glo. ſuadeat, contrarium explicat teneri communiter. nu. 6. in fin. ff. ſolu. matri. in l. ſtipulationes commodiſſimè. col. 1. & in d. l. ſtipulationes non diuidūtur. num. 29. poſt medium. ff. de verb. oblig. cum concor. ibidē per eum ſignatis, & Ripa in l. ſtipulatione generali. nu. 9. ff. de pignor. & iſta opinio, licèt communis ſit, & eam ſequatur Alex. in d locis; nihilominus ipſe Alex. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, dicit eam veriorem fore: prout veriſſimam reperio, & veritate ductus eam ſequor. Cōis opin.

¶ Sed dato citra veri præiudicium, quòd vera eſſet opinio d. glo. veniret profectò limitanda, niſi ſcriptor ipſe promoueretur ad aliquam dignitatē: vt not. Bal. in l. nec patronus, in 4. oppo. C. de oper. libert. & in l. vnica, col. pen. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.

SVMMARIVM.

1 *PACTORVM genera tria ſunt.*

2 *Pactum nudum cognoſcitur ex tribus, ſcilicet, quando ſecum non habet dationem, factum, vel ſtipulationem.*

3 *Pactum in dubio intelligitur de nudo.*

4 *Pactum nudum de iure canonico producit actionem, ſecundum regulam generalem fundatam in iure canonico.*

5 *Canoniſtarum ſubiectum dignius eſt ſubiecto Legiſtarum: & ideo ubi eſt concurrentia canonum, & legū, à canonibus inchoandum eſt.*

6 *Ius canonum dicitur diuinum.*

7 *Pactum nudum de iure canonico producit actionem; quia in foro canonico proceditur de æquitate, nec illud ius conſtituit differentiam inter ſimplicem loquelam, & aliam.*

8 *Pactum nudum producit actionem non tantùm in foro canonico, ſed etiam in foro ſeculari in omnibus terris ſubiectis Eccleſiæ.*

9 *Pactum nudum parit actionem non ſolùm in omnibus terris eccleſiæ, verùm etiam in terris Imperij.*

10 *Pollicitatio de iure canonico an inducat actionem.*

11 *Pactum nudum parit actionem in curia mercatorum, atque etiam vbi proceditur ſecundum æquitatem de bono, & æquo; & conſequenter mercatores, & nūmularij agunt inter ſe ex pacto nudo.*

12 *Pactum nudum etiam de iure canonico non parit actionem, vbicunque eſſet initum dolo, & metu.*

OPINIO DLXXII.

1 PACTORVM genera tria reperiuntur: ſecundùm Glo. in l. pacta conuenta. C. de pact.

2 Inter quæ connumeratur pactum nudum; & iſtud pactū dicitur nudū à cauſa, & quādo ſecum non habet dationem, factum, vel ſtipulationem, & per hęc tria cognoſcitur pactum nudum. hanc expoſitionem ſentit Glo. in l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pactis, & in l. diuiſionis. eod. tit. in l. ſolent, & in l. ſi dominus. ff. de preſcript. verbis.

3 Et nota, quòd pactum in dubio intelligitur de nudo. l. legem, ubi notant Saly. Riminal. & Dec. C. de

C. de pactis, & in rubrica eodem titulo.

4 Modò verò ex prædictis pone regulam fundatã in iure canonico, quòd ex iſto pacto nudo oriatur actio. Poteram etiam proponere aliam regulam negatiuam de iure Cæſareo, & forſan magis generalem.

5 Sed vbi eſt concurrentia canonum, & legum, à canonibus inchoandum eſt: quia Canoniſtarũ ſubiectum dignius eſt. ita dicit Abb. in cap. inter alia, de immun. eccleſi.

6 Imò ius canonicũ dicitur diuinum. c. nimis, de iuſt & iure, & c. qualiter il 2. de accuſ. Felyn. hoc latè notat in proœmio decret. in prin.

7 Redeam igitur, vnde diuerteram, ideſt ad regulã propoſitam, ꝙ pactũ nudum producat actionem de iure canonico. c. 1. & 3. ext. de pact. Glo. & Archid. in c. quocũq; ſuffragio. 12. q. 2. & ita cõiter tenẽt Canon. in d. c. 1. vt per Iaſ. in l. iuriſgẽtiũ. §. ſed cũ nulla. ff. de pact. n. 4. & in l. ſi quis maior. C. de trãſ. & in rub. ff. de pact. vbi etiam Moder. *Cõis opin.*

¶ Et ratio dictæ concluſionis videtur iſthæc: quia in foro canonico proceditur de æquitate. c. dilecti, de iud. Facit alia ratio: quia inter ſimplicem loquelam, & aliam ius canonicum non conſtituit differentiam. c. iuramenti. 22. q. 5.

8 Imò ampliatur primò loco iſta communis ita probata, quòd pactum nudum producat actionem non ſolùm in foro canonico, ſed etiam in foro ſeculari in omnibus terris ſubiectis eccleſiæ: ſecundùm Imol. in c. quæ in eccleſiarum. colum. 23. de conſtit. & Bald. in auth. ad hæc. C. de vſur. vbi ait quòd iſtud procedit non ſolùm in clericis, verùm etiam in laicis ſubiectis eccleſiæ quò ad temporalem iuriſdictionem.

9 Secundò extende iſtam concluſionem, quòd pactum nudum producat, pariatque actionem non ſolùm in omnibus terris eccleſiæ, ſed in terris etiam Imperij: ſecundùm communem opinionem omnium Doct. quam allegat Fortunius Garzia in c. 1. de pactis, num. 10. *Cõis opin.*

10 Tertio loco amplia, vt procedat non modò ex pacto nudo, ſed etiam quod eſt fortius in ſimplici pollicitatione. ita tenet Ant. de Butrio in cap. ex parte, & Abb. in c. 3. ext. de pact. Mouentur prę fati Doct. ad hoc dicendum: quia ſicut ex voto quis obligatur, & cõpellitur per eccleſiam, ita per ſimplicem pollicitationem ad ſimilitudinem voti. Sed contrariam partem tenuit expreſsè Iaſ. in d. §. ſed cùm nulla. num. 5.

11 Quartò amplia iſtam concluſionem iuris canonici in curia mercatorum, vbi proceditur de bono, & æquo. vt per Bar. notabiliter in l. qui notus, per illum tex. & in l. fideiuſſor. §. quædam. ff. mãd. Saly. & Bal. in l. ſi pro ea. C. mand. & in l. 2. de conſtitu. & in c. 1. col. pen. ext. de pact. vbi ait quòd ex pacto nudo agunt mercatores, & nummularij inter ſe, & concludit deniq; notari in §. pen. in auth. de fideiuſſ.

¶ Et hæc ampliatio poſſet extendi ad omnes caſus, vbi proceditur ſecundum æquitatem. vt per Alex. conſ. 41. uol. 2. viſo puncto. col. 2. lib. 3. Et ſic habes, quòd vbicunq; proceditur de bono, & æquo pactum nudum parit actionem.

12 Limita iſtam concluſionẽ iuris canonici, niſi pactum nudum fuiſſet initũ dolo, vel metu; quoniam tunc non produceret actionem, etiam de iure canonico: nec eo caſu haberet locum dictum c. 1. ext. de pact. & hoc latè probat Iaſ. in d. §. ſed cùm nulla num. 10.

¶ Tradit, & aliam limitationem dictæ cõi opinioni, & d. cap. 1. de pact. Præpoſitus Senenſis, in ſuis diſputationibus inſer. 4. caſu. 3. quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *PACTO, ſeu conuentioni de ſtando dicto alterius ſuper damnis, expenſis, & intereſſe ſtatur, ſi eius dictum eſt æquum; ſed ſi eſt iniquum reducitur ad arbitrium boni viri: quia ſic intelligitur conuentum.*

2 *Pactum vel conuentio facta de ſtando iuramento, ſeu dicto alicuius licèt valeat, tamen pars non debet eſſe præſens tempore declarationis faciendæ: ſiquidem non poſſet reuocare illam promiſſionem de ſtando iuramento aduerſarij.*

OPINIO DLXXIII.

1 PACTVM, ſeu conuentio facta inter partes de ſtãdo ſimplici dicto creditoris abſque iuramento de damnis, & intereſſe, & expenſis: quas peteret creditor occaſione retardatæ ſolutionis ualet, & tenet. l. iuſiurãdũ quod ex cõuentione, & ibi Iac. Butrig. Bal. & alij. ff. de iureiu. l. fin. C. de fideicom. & hoc expreſsè firmant Ant. de Butr. in c. finem litibus. col. pen. de dolo, & contum. & in c. 1. de fide inſtr. Dyn. Bar. Ang. Cuma. Caſtren. & Imol. in l. fin. ff. de pręto. ſtipul. & Bal. in auth. iubemus. col. fi. C. de iud. & cõſumatiſsimus D. Card. Albanus in lucubrationibus in Bar. in d. l. fi. ff. de pręt. ſtip.

¶ Et licèt poſt aliquos antiquos Cyn. in l. ſi quis in conſcribẽdo. q. vltima. C. de epiſc. & cler. Spec. in tit. de prob. §. vidẽdum. verſ. quid ſi ibi, & Bal. in l. 1. col. 1. C. de ſent. quę pro eo quod intereſt profe. inclinauerint in contrariam partem, videlicet tale pactum non ualere; nihilominus eorum opinio communiter improbatur. ut per Moder. in d. l. fin. ff. de præt. ſtip. *Cõis opin.*

¶ Sed hæc ſententia Cyn. poſt Petr. in dict. l. ſi quis in conſcribendo ſaluari poſſet, ut procedat in mutuo: quia licèt Albe. Papien. ſuper l. 2. ff. de in lit. iuran. teneat quòd pactum factum à debitore creditori de ſtando nudo eius uerbo ſuper damnis, intereſſe, & expenſis, ualeat: ſubdit tamen, ꝙ in mutuo hoc pactum uidetur maximè appoſitum in fraudem vſurarum. l. Iulianus, verſicu. idemque Papinianus. ff. de actio. empt.

l.cũ allegas.C.de vſur.&hoc dictũ refert Io.And. in addit.Specul.in tit.de prob. in d.§.videndum.

¶ Bene verum eſt, quòd Ioan. Andr. ibi dicit hoc procedere in eo, qui ſolitus erat fœnerari. per text.in cap.illo hos.de pignor.ſed in hoc iudicio meo redditur falſa eius opinio: quia text. ibi non probat eius intentionem;imò potius facit in oppoſitum, vtpotè quia oſtendit non eſſe neceſſariam conſuetudinem fœnerandi.

¶ Retenta igitur prima opinione Dyn. Bart. Ang.& ſequacium communi, aduerte, quòd ſtatur dicto eius,cui declaratio committitur,ſi ęquũ eſt dictum ſuum; aliàs ſi iniquum eſt non ſtatur ei aliquo modo, ſed reducitur ad boni viri arbitrium: vid tur enim ſic ei commiſſum propter ſuſpitionem proprij cõmodi.l.libertus.ff. de ope. lib. cum alijs iuribus concor. & hoc firmãt Dyn. Bartol. & alij omnes in mentionatis locis, Ioan. Andr.in addit.Specul.in tit.de probat.in dicto §. videndum,verſ.quid ſi tibi,& Bar. conſ.168.in fi.

2 Aduerte etiam quòd promittens ſtare dicto alicuius, vel ſuo iuramento: tunc pars non deberet eſſe præſens tempore declarationis faciendæ: quia non poſſet reuocare illam promiſſionem de ſtando iuramento aduerſarij. vt uoluerunt Angel.Imol.in dicta l. fin.ff.de præt. ſtipul. Bald.& Iaſ.colum.2.in d.l.iuſiurandum, quod ex conuentione,& Alex.conſil.130.difficultas huius negocij conſiſtere videtur.nu. 6. vol. 1. vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, & D.Cardinalis Albanus in lucub. in Bart. in d.l.fi. nu.2. contra Bar. ibi contrarium aſſeuerantem. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PACTVM, quòd ab arbitri ſententia appellari poßit, valet.*

2 *Pactum contra bonos mores initum eſt ipſo iure nullum.*

3 *Iuramentũ in inſtrumento appoſitum contra bonos mores non eſt obligatorium.*

4 *Pactum quando eſſe diſcernatur contra bonos mores colligitur ex exemplis traditis per Baldum remißiuè.*

5 *Pactum dicitur contra bonos mores, quando non poſſet ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ.*

6 *Pactum quando non intereſt, et nullam parit contrahentibus vtilitatem non valet: & preſertim quando conſiſteret in faciendo, ſecus quando conſiſteret in iure transferendo.*

7 *Pactum de ponendo ſe in manibus inimici eſt nullum, & fruſtratorium.*

8 *Pactum contra ius diuinum eſt penitus nullum, atque inualidum.*

9 *Peccare mortaliter videtur proſequens odia,& rancore inimicum ſuum, & recuſans, atque impediens illum redire ad patriam.*

10 *Pactum appoſitum contra naturam contractus, etiam iuramento vallatum non valet.*

11 *Contractus pacis, vel ſimilis ad fauorem alicuius celebratus non poteſt in eius odium redundare.*

12 *Pactum inhoneſtum nullam obligationem inducit.*

13 *Pactum turpe,& vergens in periculum animarum non eſt obligatorium. & dicitur pactum turpe etiam quòd res ſuper qua interponitur non ſit turpis. & pactum contra ius,dicitur turpe.*

14 *Pax ſub pacto,& conditione inita, quòd delinquens intra certum tempus,vel abſque paciſcentis,vel alterius extranei licentia ad patriam redire non poßit non valet, etiam ſi iuramento pactum vallatum ſit.*

OPINIO DLXXIIII.

1 PACTVM, q̃ ab arbitri ſentẽtia appellari poſsit,valet,& tenet.vt voluerunt Io.And.& cæteri omnes in c. cùm dilectus, de arbi. Ant.&Imol.in c.Quintauallis, de iureiur.Dyn. Bart. Bal.Ang.& Alex.cũ alijs ſignatis per eum,nu.20. & Ripa,nu.86. in l.nemo poteſt.ff.de lega. 1. vbi profitentur iſtam opinionem communem fore. *Cõis opin.*

2 Et quãuis ualeat quippè pactum hoc ex communi opinione præmemorata:nihilominus tamẽ vbicunq; appoſitũ foret pactũ in pace ex cõi partiũ conſenſu,& voluntate,q̃ delinquens ad patriã redire nequiret intra certu tẽpus, vel abſq; offenſi,vel alterius extranei licentia,tunc illud nequaquã valeret,neq; teneret.quod ſuaderi poſſet aliquibus rationibus efficaciſsimis. Et primò ſiquidẽ pactũ hoc dicitur initũ, & inductũ contra bonos mores.tũ quia id appoſitũ diſcernitur apertiſſimè contra utilitatẽ,libertatẽque priuatã ipſius delinquentis. tũ etiã contra libertatẽ publicã in priuando Principem habitatione,& incolatu ſuorũ uaſallorum in proprijs domibus. Vnde pactũ hoc contra bonos mores initum, cenſetur ipſo iure nullum. ita Franc. de Aretio in l. maritum. §. eleganter.ff.ſolu. matrim.

3 Imò iuramentũ in inſtrumẽto pacis aut edictę appoſitũ,cũ videatur quippè cõtra bonos mores, nõ eſt obligatoriũ. vt in reg.nõ eſt obligatoriũ,de reg.iur.lib.6.& firmat Bar.in l.ſi quis pro eo, ſub nu.6.ff.de fideiuſſo.& mandatorib.

4 Et q̃ pręlibatũ pactũ cõtra bonos nẽpe mores eſſe videatur, planè colligitur ex Bal. exemplisq; ſuis traditis in l.pactũ. q.19.de collat.

5 Dicitur q; etiã deniq; pactũ contra bonos mores,quando id nõ poſſet ſeruari ſine diſpẽdio ſalutis æternę: ſecundũ Corn.conſ.212.placet,vol.2.

6 Secundò præſens pactũ nullã parit contrahẽtibus vtilitatẽ,nec tantulã quidẽ. & cũ illud pactũ non interſit,nõ valet,neq; tenet modo aliquo: & potiſsimũ quãdo cõſiſteret in faciendo,prout colligitur in pręſenti caſu.ita Bal.in l.fi.C.de pact.inter emp. & vend. vbi lepidè concludit ſecus eſſe quando conſiſteret in iure transferendo.

7 Tertiò cùm ipſe delinquẽs poſuerit ſe in manibus inimici: & ſic totam ſpem ſui regreſſus ad patriã in aduerſario,inimicoq; locatã habere decreuerit: non mirandum, ergò erit ſi pactum hoc

de po-

de ponendo ſe in manibus inimici irritum, va-
Cõis num, & fruſtratorium ſit: ſecundùm Bart. Alex.
opin. & alios omnes vniuerſaliter in l. 1. §. vſque. ff. de iniur.

8 Quartò pactum præmemoratum tanquam cõtra ius diuinum emanatum ſuſtineri nequiret vllo modo. Nam dicitur Matthæi 5. Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. ſuper quo Chriſoſtomus ſcribit: qualem vis erga te Deum eſſe: cùm delictorum ſuorum veniam poſcis: talem te exhibere debes in corde tuo: ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper eum peccatũ, non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ſed diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Imò pactum hoc de diametro aduerſari videtur textui ſacræ Scripturæ Lucæ 12. in fin. diſponenti, quòd accedens cum aduerſario ſuo ad Principem, in uia dare operam debet ab eo liberari: prout hoc idẽ diſponitur Matthæi. c. 5.

9 Vnde cùm ipſe offenſus recuſet, impediatque expreſſè, & pertinaciter eius aduerſarium redire ad patriam debere: ſequitur neceſſariò proſecutum eſſe, & proſequi odio, & rancore inimicum ſuum ob iniuriam ſibi illatam: & conſequenter peccauiſſe, atque peccare: vt oſtendit, & concedit conſumatiſſimus in legali ſcientia, & in theologia D. Nauarrus in ſuo Manuali Confeſſorum, cap. 14. §. 6. nume. 19. & Abb. in c. 1. de male. in fin. & eſt textus etiam in c. ſi quis contriſtatus 90. diſt. proinde parum, aut nihil eſt curandũ de pertinacia ipſius offenſi, qui cùm reperiatur in peccato mortali diſtrahens conſueta beneficia conferre, & pietatis opera exhibere ſuo aduerſario, exẽplo Chriſti qui Iudęis illũ perſequentibus prędicationis, curationisq; beneficia non ſubtraxit: ſed delinquens ipſe ex gratia per Principẽ ſibi cõceſſa poſſet vtiq; ad patriam reduci, non obſtante huiuſmodi atrociſsimo pacto omnibus legibus exoſo, firma tamen remanente pace.

10 Quoniã cũ præſens pactum ſit contra naturã contractus ipſius pacis, etiam ꝙ iuramento vallatũ ſit, minimè valet, neq; tenet. ita Bal. in l. etiam. C. ad Velle. & Bar. in l. 2. col. 2. C. de iure emphyt.

11 Et ſic contractus antedictus pacis cùm ad fauorem celebratus ſit ipſius delinquentis, non poteſt ob tale diabolicum pactum in eius odium redundare. l. quod fauore. C. de legib. & Bartol. in l. quamuis. ff. de pig. actio.

12 Quare tale pactum, ſeu conuentio de facto appoſita tanquã inhoneſta nullam profectò obligationem inducit: ſecundùm Abb. in c. fin. de pac.

13 Et cõſequenter huiuſmodi pactũ tanquã turpe, & vergẽs in periculũ animarũ nõ eſt obligatoriũ. Et id quippè turpe dicitur, licèt res ſup qua interponit, nõ ſit turpis: & deniq; hęc pactio cũ contra ius ſit, turpis dicitur. vt in c. faciat homo. 22. q. 2.

14 Et ita in proprijs terminis conſuluit Ancha. in conſ. 75. viſo diligẽter inſtrumẽto procurationis, & Alcia. conſ. 134. tomo 2. lib. 5. & ſequitur etiam cũ quodam moderamine, & temperamento Octauianus Vulpellus in tract. de pace. q. 55. ꝙ talis conuentio tanquã laborans contra publicam vtilitatem non valeat, nec poſsit iuramẽto firmari. teſte etiã Bar. in d. l. ſi quis pro eo in prin. ff. de fideiuſſ. & in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar de pac. in l. Seius, ad leg. Falcid. & in l. ius publicũ, de pac. & ita deciſum vidi ſuperioribus annis in Sacro Concilio Neapo. & in duchali audientia Sereniſsimæ D. Margaritæ de Auſtria, me patrocinante, in cauſa Hiſpani Stalloni, & fratrum de villa Maſſonij comitatus Terræ Montis Regalis, aſsidente ibi tunc Auditore meritiſsimo, integerrimoq;, & vndiq; eruditiſsimo D. Alphonſo de Hoyo Hyſpano. & ſic etiã aliàs vidi conſultũ in proprijs terminis per excellentem D. Paſchalẽ Turcanicũ conciuẽ meum, & ſecundũ eius conſ. fuit obtentũ in d. Sacro Regio Conc. in cauſa cuiuſdam ſimiliter de Monte Regali.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM initũ inter partes, quòd ſolutio probari non poſsit, niſi mediante inſtrumento, vel ſcriptura non valet.*

OPINIO DLXXV.

1 PACTVM initum inter partes, ꝙ ſolutio probari non poſſit, niſi mediante inſtrumento valet, & tenet: ſecundùm Bal. cõſ. 33. col. 1. vol. 1. Albe. poſt alios quamplures, in l. ſi quis in conſcribendo, nu. 12. C. de epiſc. & cler. & Ful. conſ. 120. col. 2. & conſ. 208. & Auguſt. Berou in c. ſicut, nu. 80. de probationib.

¶ In cõtrariam verò partem, videlicet quòd pactum hoc, ut ſolutio probari nequeat, niſi per ſcripturã non valeat; inclinarũt Glo. & ibi Ang. in §. propterea, in auth. vt ſine prohib. ma. debit. Specul. in tit. de proba. §. videndum, uerſ. ſed pone, Hoſtien. in ſumma de renunc. §. quę poſſunt, verſ. quid de pacto. Io. And. Anto. Imol. col. 3. & Abb. col. 5. in c. ſi diligenti, de foro comp. et. ſuper Glo. 1. Bar. & Ang. in auth. iubemus. C. de iud. Cyn. in l. pen. C. de pact. & Afflict. in proœ. cõſtit. q. 12. col. 5. & iſta eſt communis opinio. teſte Anto. de Canar. in tract. de exec. inſtru. q. 36. nu. 75. Imol. in d. c. ſi diligenti. Marſil. in repet. rub. C. de prob. n. 44. cum alijs ſeq. & D. Follerio in pragmatica de cenſibus in uer. quæ quidẽm exequutio nullo falſitatis. n. 57. & ſeq. fol. 265. in quibus locis congerũt alios Doct. eiuſdem ſententiæ, & ego eam tanquàm veriorem, & cõiorem ſequor.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM expreſſum factum ab ingrediente monaſterium in profeſſione ipſa regulæ monachalis, ꝙ liceat ſibi retinere proprietatẽ aliquorum bonorũ, vitiat in totũ religionis ingreſſũ: ſecũdũ vnã cõem opinionẽ: licèt altera ſententia contraria appareat ſimiliter cõis, ꝙ huiuſmodi pactum non valeat, ſed ingreſſus, & profeſſio valida remaneat.*

OPINIO DLXXVI.

1 PACTVM expreſſum factum ab ingrediente monaſterium in profeſsione ipſa regulę monachalis, ꝙ liceat ſibi retinere proprietatem aliquorum bonorum uitiat in totum religionis ingreſſum:& ſic profeſsionem emittens reſeruata ſibi proprietate bonorum nihil agit, & ex hoc denique vitiatur in totum actus: ſecundùm Glo. in c.cùm ad monaſterium de ſtat. mona. & alios congeſtos per Iaſ.in auth.ingreſsi.nu.33.C.de ſacroſan.eccl.quorũ opinionem ſequitur Dec. in c. cùm M.Ferrarien.nu.68.de conſtit.& Alciat.in l. 1.§.ſed ſi mihi Pamphilum.nu.19.ff.de ver.oblig. vbi pariter ait iſtam eſſe cõem ſententiam;& totũ mundum ita tenere fatetur Ant.de Butr.in d. c.cũ M.col.18.& magis communem præſupponit Barba.conſ.3.uol.1.& eandem amplectitur,tuetur,fulciturque, & ſcribit cõem And. ab Exea in tract.de pact.in 3.par.nu.150.fol.par.306. Cõis opin.

¶ Contrariã verò opinionem, videlicet,quòd pactũ,ob quod monachus reſeruauit tempore ingreſſus ſibi bona non ualeat; ſed tamẽ ingreſſus, & profeſsio valida remaneat: tenuerũt Glo.in d. auth.ingreſsi,& alij innumeri relati per Iaſ.ibi.n. 30.& 37.vbi tranſit cum iſtorũ opinione,& exprimit communem eſſe.& ſequitur quoq; Ripa in d. c.cùm M. col.47. Tamẽ quicquid Docto. iſti ſuadeant, & teneãt,ob hoc difficile foret obtinere in actu practico contra primam opinionem relatã: quam tanquàm communiorem, & ſuſtẽtabiliorẽ ſequẽdandã eſſe in iudicãdo, cõſulẽdoq; ſuadeo. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM, conuentio, ſeù promiſsio facta ſub futuro fortunæ, vel conditionis euentu, quales ſunt,* le ſcommeſſe, *valent; quoniam dubius fortunæ euentus non facit contractũ illicitũ, & obligati ſoluere tenetur. & quæſita ex tali pacto per victores; etiam in foro conſcientię non ueniũt reſtituẽda.*

2 *Ludis prohibitis aßiſtentes ſcommittendo inter ſe, ac obligando ſe mutuò ad aliquam pecuniam, quòd Titius lucrabitur, uel non lucrabitur, facerent quippè pecuniam ſuam, nec tenerentur ad reſtitutionem ex aliqua lege, ſed peccarent utique mortaliter.*

OPINIO DLXXVII.

1 PACTVM, conuentio,ſeu ꝓmiſsio facta ſub futuro fortunæ,vel conditionis euentu,videlicet ſi nauis ex Aſia venerit,ſi Martinus creatus fuerit Pontifex hoc anno,vel ſi Gregorius nõ moriatur intra mẽſem promitto dare centũ,ſiue aliæ ſimiles conuẽtiones,quas nos Itali appellamus *Scommeſſe*:teſte Stracca,in trac.de mercatura in fi. . par.in tit.de ſpontion.in prin.nu. .& ſeq.& Neuiz.in ſilua nuptiali lib.4.ſub nu.174.& Hyſpani *Apueſtas*,ſunt validę.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit.ff.de ver.obli. Nã dubius euentus non facit cõtractũ illicitum. tex.eſt,& ibi Paul.de Caſt.in l.in naue.ff. locat.& Alex.ac Iaſ.in l.à Titio.ff.de ver.oblig.vbi ſcripſerunt tales conuentiones à futuro fortunę euentu pendentes omninò eſſe licitas,& validas.& ſequitur Io.de Ana.in c.nauiganti,de vſu.Marian.in c. inter dilectos.q.6.de exceſ.prçlat.& Felyn.in c.ſi cautio ſub nu.16.de fide inſtr.& ita deciſum,ac determinatũ extit Florentię in facti contingẽtia:ſecundùm Pau.de Caſt.in d.l.à Titio.& ſic cõſuluit quoq; Dec.conſ.115.nu.2.& ſeq.vbi ponit iſtam eſſe cõem opinionem, & idem fatetur,ſequiturq; Paris de Puteo in tract.de ludo,nu.35.& ſeq. Cõis opin.

¶ Quãuis Pau.Caſtren.in l.ſi quis cũ debitore. ff.de iureiur.aſſeuerauerit, ꝙ euenerat Florentiæ quæſtio de uno,qui decẽ promiſerat ſi die ſequẽti plueret,& ob hoc requiſitus in ea quæſtione cõſulere noluit, & penitus recuſauit.& Caccial. in tracta.de ludo.q.4.nu.23.cũ alijs ſeq. minimè auſus fuit dictã quæſtionẽ terminare,aſſerẽdo ibi, ꝙ in hoc intelligere cuperet opinionẽ prudentiũ laicorum.quia intellexit in ſcholis publicis à quodam clariſsimo iureconſulto,ꝙ opiniones illæ tenendę ſunt,quas prudentes commendarunt.

¶ Sanctus verò Thom.de Aquino in 2.2.q.32. art.7.ſequutus eſt cõem prędictã, ubi cõcludit ꝙ poſſum promittere centũ ſi plura puncta à fortuna habueris, quam ego. & dictũ hoc referunt, & amplectuntur Imol.& omnes Canoniſ.cõiter, in c.pen.de vita,& honeſ.cler.Barba.conſ.65.lib.3. & Affl.deciſ.389.ſuper dubio.nu.3.& ſeq. Licèt malè Stracca,in d.tit.de ſponſion.in ver.quęritur an ex ſponſione,nu.1.& ſeq.ſenſerit contrarium. caſus enim incertus,ac dubius licitũ reddit, & facit ꝙ aliàs reprobatur.d.c.nauigãti.& facit quòd notat Cyn.Bal.& alij in l.ſi ab actione.C.de uſur. & iſta eſt uera, & cõis opinio Legiſt. Theolog. & Canoniſt. & ab ea in iudicãdo, & cõſulendo recedendum non eſt:ſecundũ Dec.in d.conſ.115. nu. 4. Et obligati ſecundùm tenorem dictarum conuentionum tenaciter ſoluere tenentur abſq; dubio aliquo:vt firmarunt omnes Docto. pręcitati.

¶ Imò in foro conſcientię quęſita ex pacto, & contractu prædicto,neceſſariò non ſunt reſtituenda in foro, ac in iudicio conſcientiæ:ſecundũ oẽs Theologos cõiter tractantes caſũ iſtũ, quos recẽſuimus ſupra in uer.Ludũ inter alia crimina poſt medium,& S.Antonin.Archiep.Floren.in 2.par. ſuę.ſummæ.2.tit. 1.c.23.de turpi lucro.§.9. Cõis opin.

2 Imò aſsiſtentes ludo alearum, aut taxillorum, alijſuè ludis prohibitis,ſi mutuò ſe obligarẽt ad aliquã pecuniam, ſeu committerent inter ſe,aſſerẽdo vnus ex his quòd Titius lucrabitur in huiuſmodi ludo,alter verò altercando contrariũ ꝙ Plato lucrabitur:tunc uincens faceret iſtam pecuniã ſuam,nec aliqua lege tam ciuili,& canonica, quã

diuina teneretur ad ipſius pecuniæ reſtitutionẽ: ſed abſque dubio peccaret mortaliter: ſecundùm Guil. Pepin. in opuſculo ſuo ſuper Confiteor in 2. tractatu 3. part. c. 6. de manu luſoria, in litera R.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM inter aliquos initũ de futura ſucceſſione quærẽda nõ ualet ſine cõſenſu eius, de cuius ſucceſſione agitur: quia turpe eſt, ac moribus contrarium pactum fieri ſuper viuentis hæreditate abſq; eius conſenſu.*

2 *Hæreditas ſolo teſtamento per hominem datur.*

3 *Pactum, quòd vltra dotem poſt mortem parentum mulier habere poſſit hæreditatem non valet. nec ualet pactum de futura ſucceſſione viuentis quærenda, ſi fieret ſub nomine quotæ hæreditatis.*

4 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda, non valet, etiã ſi fuerit iuramento firmatum: quia tale pactum eſt contra bonos mores.*

5 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, quando ille de cuius ſucceſſione agitur conſentiat, & in tali cõſenſu perſeueret vſque ad mortem.*

6 *Conſenſus ſuperueniens ex poſt facto ſufficit.*

7 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda efficax redditur, quando fieret in certis bonis ſingulariter expreſſis, vel ſub nomine quotæ bonorum, non autem ſub nomine quotæ hæreditatis. & hoc procedit dummodò nõ fiat pactũ de omnibus bonis præſentibus, et futuris.*

8 *Pactum de futura ſucceſſione incerti hominis in genere valet.*

9 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, quando veniret ex neceſſitate contractus præambuli.*

10 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, ſi eſſet reciprocum.*

11 *Pactum de futura ſucceſſione viuentis quærenda, tanquam plena triſtiſſimi euentus nõ valet. Quod ampliatur in 7. caſibus, & in 7. alijs limitatur remiſſiuè.*

OPINIO DLXXVIII.

1 PACTVM per alios conditum de futura ſucceſsione quærẽda nõ valet ſine conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur. l. pactum quod dotali. C. de collat. & l. ex eo. C. de inut. ſtip. & l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. & iſtud tenent ibi Bar. Bal. Saly. cæteriq; cõiter, & in l. priuatos. C. de pactis, Canoniſ. omnes in c. cùm contingat, ext. de iureiur. & in c. quãuis, de pactis in 6. Cyn. & alij in l. fin. & in d. l. pactũ quod dotali, Alex. conſ. 28. vol. 3. vbi deducit iſtã eſſe cõem opinionẽ, Iaſ. conſ. 8. n. 34. poſito inter cõſilia feudalia Alberti Bruni, & in conſ. 9. nu. 10. Bertr. cõſ. 175. appellatione bonorũ mobiliũ. n. 3. & ſeq. vol. 8. & conſ. 165. viſo, ac conſiderato caſu mihi exhibito exordiẽte matrimoniũ. nu. 1. vol. 6. Cur. Iun. conſ. 15. nu. 2. Ruin. conſ. 16. nu. 16. uol. 2. & Hugo Celſus cõſ. 100. ex multis dubijs, nu. 5. Et ratio diuerſitatis quæ cõis approbatæ ab omnibus Doct. utriusq; cẽſuræ videtur iſta: quia turpe eſt, ac moribus cõtrariũ, pactũ fieri ſuper viuẽtis hæreditate abſq; eius cõſenſu: nã hæc pactio turpis cenſetur. d. l. fi. & d. l. pactũ quod dotali. Nec tamẽ ea ſola ratio turpẽ efficit hanc conuentionẽ, quod detur uotũ captandæ mortis, quãuis hæc in d. l. fi. expreſſa ſit; ſiquidem ob hanc ſolã rationem non efficitur pactũ turpe, quod patet: quia ex conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur hæc pactio licita eſt, & tamẽ occaſio captandæ mortis nõ tollitur per conſenſum iſtũ. atque ita intelligendus eſt tex. in d. l. fin.

Cõis opin.

2 Aliaq; ratio ad hoc corroborandum allegari poteſt: quia hæreditas ſolo teſtamento per hominem datur. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. pactum, vbi Doct. C. de pact.

3 Vbi inter cætera dicunt decipi eos, qui filias diuitum in uxorẽ accipiũt cũ pacto, quod vltra dotem poſt mortẽ parentum ipſæ mulieres habeant etiã hæreditatem: nec enim valet hoc pactũ, nec firmatur iuramento; & ſi fieret pactũ de quota hæreditatis: ſecũdùm Glo. in l. ſi quando. §. illud in uerſ. grauari. C. de inoff. teſtam. cum allegatis per Iaſ. in d. l. pactum, & per Doct. in d. l. fin. & in præallegata. l. pactum quod dotali.

4 Et amplia iſtam cõmunem procedere etiam ſi appareat dictum pactum fuiſſe cum iuramento firmatum: ſecundùm Glo. in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. Legiſtæ omnes indifferenter in locis præallegatis, & Canoniſ. in d. c. cùm contingat, & in d. c. quamuis, Bar. conſ. 165. quidam nomine Thobaldutius, Corn. conſ. 61. nu. 11. lib. 1. Bertran. in d. conſ. 275. nu. 4. Alex. in d. conſil. 28. & in d. l. pactum. nu. 2. in quibus locis aſſerit hãc eſſe communem opinionem, & Curt. Iun. conſ. 15. nu. 3. & conſ. 25. nu. 7. & conſ. 98. nu. 3. & Hugo Celſus in d. conſ. 100. ſub nu. 5. & 7. & ita conſuluit Bertran. in d. cõſ. 165. nu. 2. & ſeq. Et ratio eſt quare dictum iuramentum non habet iſto caſu ligare: quia cenſetur cõtra bonos mores: ut in c. non eſt obligatoriũ, de reg. iur. lib. 6. & ita in terminis tenet Bar. & alij in d. l. pactũ quod dotali.

Cõis opin.

5 Sed limitatur primo loco dicta cõmunis, quòd dictum pactum de futura ſucceſsione quærenda valeat, & teneat, quando ille, de cuius ſucceſsione agitur, conſentiat; & in huiuſmodi conſenſu perſeueret vſque ad mortẽ. d. l. fin. ubi Doct. hoc tenent, & Iaſ. ibi nu. 7. in 7. limitatio. Soc. Iũ. cõſ. 50. nu. 4. lib. 2. & Curt. Iun. conſ. 98. nu. 3. & ſeq.

6 Qui quidem conſenſus etiam ex poſt ſuperueniens videtur ſufficere: ſecundùm Bal. in d. l. fin. circa fin. quem ſequitur Dec. cõſ. 31. col. 3. & Grauett. conſ. 19. nu. 3.

7 Limitatur ſecundò, ut dictum pactum, & conuentio de ſuccedendo ualeat, & ſit efficax, quando fieret iſta pactio de ſuccedendo in certis bonis ſingulariter expreſsis, uel ſub nomine quotæ bonorum, non autem ſub nomine quotæ hæreditatis. l. ſi quis argentum. §. ſed, & ſi quis. C. de donat. Gloſſ. in l. fin. in verſic. accommodaue-

Cõis opin, dauerit, quam ibi communiter ſequuntur Bar. & Doct. C. de pactis. & idem Bart. conſil. 72. ex facto proponitur, Oldra. conſ. 139. cum alijs allegatis per Dec. cõſ. 235. & in d. l. pactum. C. de pact. Grauet. conſ. 19. num. 7. & Curt. Iun. conſ. 1. nu. 4. & 16. & conſ. 81. nu. 2. vbi ſupponit iſtam eſſe cõmunem opinionem, & conſ. 15. nu. 1. vbi etiã nu. 4. latiſsimè declarat qualiter differant pactum de futura ſucceſsione, & promiſsio bonorum poſt mortem.

¶ Et limitatio hæc procedit, & habet locum dummodò non fiat pactum de omnibus bonis præſentibus, & futuris: quia tunc iſta verba vniuerſalia tanquam Scyllã ſunt fugienda: vt per Socin. conſ. 136. viſum fuit col. fin. lib. 3. & per Dec. in d. l. fin. col. 6. Curt. Iun. in d. conſ. 15. num. 1. & Grauet. conſ. 19. num. 7.

8 Limitatur tertiò, quando alij paciſcerentur de hæreditate certi hominis in ſpecie: ſecus incerti in genere. l. 2. §. de illo. ff. pro ſocio, & tenet Glo. Bar. & Iaſ. nu. 7. in quinta limita. in d. l. fin. & Capicius deciſ. Neap. 159. nu. 10.

9 Limitatur quartò, quando talis pactio, ſiue cõuentio veniret ex neceſsitate contractus præambuli. & tunc ratione iſtius contractus præambuli valet, & tenet: vt in l. ſi cùm dotem. §. ſi vir, qui legitur cum. §. ſiue autẽ. ff. ſolu. mat. & ibi ita tenet Alex. Glo. & Iaſ. nu. 7. in 6. limitatiò. in d. l. fin. Raphael Fulgoſ. conſ. 59. in propoſita quæſtione, nu. 21. poſito inter conſilia vltimarum uoluntatum diuerſorum, vol. 1. & Boer. conſ. 50. nu. 8.

10 Limitatur quintò, quando pactum de futura ſucceſsione eſſet reciprocũ, ſeu viciſsitudinariũ: veluti ſi aliqui paciſcuntur non de hæreditate tertij quærenda, ſed inter ſe hoc modo, ꝙ altero corũ præmoriente ſine liberis, bona eorum ad ſuperſtitem, uel eius liberos deferantur: tunc ualet talis pactio, ſeu conuentio, & nõ cenſetur improbata: ſecundùm Io. And. in add. ad Spec. in tit. de inſtr. edi. in §. porrò. col. fin. Ang. in l. hæreditariũ. ff. de bonis authorit. iud poſsid. in l. ſancimus. C. de dona. & conſ. 179. Oldr. conſ. 139. ad habendum aliquam notitiam, Iaſ. in d. l. fin. nu. 7. in 4. limitatio. & conſ. 9. poſito inter conſilia feudalia Brun. Aſtẽſis. nu. 10. circa mediũ, & Marſil. in ſing. 331. poſt alios quamplures ibi per eum relatos. & per iſtas allegationes, & authoritates conſtat iſtam eſſe cõmunem opinionẽ: licèt aliqui, quos refert Marſil. ibi, & malè tenuerint contrarium. Cõis opin.

11 Et dicta regula cõis, ꝙ pactio de futura ſucceſſione uiuẽtis quærenda nõ valeat: quia eſt plena triſtiſsimi euentus, ampliatur in ſeptẽ caſibus, & in 7. alijs limitatur p Iaſ. in l. fi. C. de pac. n. 5. & 7.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM de retrouendendo factum infra certum tempus, vel abſq; aliqua tẽporis præfinitione; et ſic quandocunq;, ſeu in perpetuũ, et in infinitum: cenſetur triginta annorum ſpatio terminatum. & venditor rem venditam reſtituto precio uenditionis, poteſt infra premiſſũ tẽpus redimere, ſed trãſactis triginta annis preſcriptio dicti tẽporis obſtaret agẽti ex pacto allegato de retrouendendo, etiam ſi tale pactũ eſſet iuratum, & adiectum non obſtante quacũq; preſcriptione: quia facultati preſcribendi renunciari nõ poteſt, quin præſcribi poſſit ſpatio triginta annorum.*

2 *Pactum de retrouendendo poteſt exerceri contra tertiũ poſſeſſorem: ſecundùm unam communem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam cõtrariam ſimiliter communem uenditor primus à ſecundo emptore, ſeu ſingulari ſucceſſore rem uenditam auocare nequit.*

OPINIO DLXXIX.

1 PACTVM de retrouendẽdo factum infra certum tẽpus, vel abſq; aliqua tẽporis prẽfinitione; & ſic quãdocunque, ſeu in perpetuum, & in infinitũ, cẽſetur triginta annorum ſpatio terminatum: & venditor rem venditã reſtituto precio uenditionis pòt infra præmiſſum tẽpus redimere: vt voluit Ang. conſ. 55. Signo. conſ. 139. Faber in l. cùm nouiſsimi. nu. 14. per illum tex. C. de præſcrip. 30. uel 40. anno. Alex. conſ. 228. col. fin. vol. 6. Zaſius conſil. 12. n. 75. Affl. in tract. de iure protomiſeos, in ver. licèt autem ſupra diximus, nu. 20. & ſeq. fol. par. 64. Ruin. conſ. 84. nu. 14. vol. 1. Balb. in tract. prẽſcrip. in 3. q. 4. par. 5. par. princ. & Boer. deciſ. 182. nu. 1. 2. & 3. inquiens ibi opinionem iſtam fore ue riorem, & communiter obſeruari, & ſequitur etiã in deciſ. 351. nu. 6. & commemorat quoq; communem Purpur. in l. petens. nu. 40. C. de pact. ſimul cum alijs Scribentibus ibi, Couarru. in libro variarum reſolutionum, lib. 1. c. 9. nu. 1. poſt alios multos relatos ibi per eum, & Follerius in pragm. de cenſibus, in ver. inſtrumento gratiæ pro conſimili precio, nu. 16. & ſeq. fol. 392. & copioſè etiã Cephal. conſ. 40. nu. 2 vol. 1. Sed tranſacti, 30. annis præſcriptio dicti temporis obſtaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo: ſecundùm omnes Doct. præcitatos. Cõis opin. Cõis opin.

¶ Et opinio hæc procedit pariter, ſi huiuſmodi pactum redimendi eſſet iuratum, ac dictum expreſsè, vt venditor ſemper, & non obſtante quacunq; præſcriptione &c. quia facultati præſcribẽdi renunciari nõ poteſt, quin prẽſcribi poſsit 30. annorũ curriculo: vt in ſpecie uoluit Ang. in d cõſil. 55. quẽ ſequitur Felyn. in c cũ acceſsiſſent. nu. 27. extra de conſt. Iaſ. nu. 10. Dec. nu. 7. Iacobinus col. 2. Claud. Aquen. nu. 5. & Curt. Iun. nu. 13. in d. l. petens, & Dec. conſ. 164. non fuiſſet propoſiti mei. col. fin. & Boer. in d. deciſ. 182. nu. 7. vbi in publicum aſſeruit iſtam opinionem eſſe magis communem, & Tiraq. etiam in lib. 2. de retractu. §. 1. Glo. 2. nu. 1. & 7. fol. 253. vbi congerit alios quãplures eiuſdem ſentẽtiæ, & Couarr. ſimiliter in d. c. 9. nu. 7. & Cephalus, conſ. 43. ſub nu. 19. vol. 1. Cõis opin.

2 Et

2 Et hinc ſubdeducitur ex his, quòd pactū de re trouendendo tribuit ius actori agēdi, & uēdicandi rem uēditā à tertio poſſeſſore. l. ſi cum venderet, vbi Paul. Caſtren. ff. de pign. act. vbi etiam Raph. Cuma. & idem Paul. Caſtren. in l. 1. ff. de donat. Bal. in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. Ioan. Ana. in c. conqueſtus col. 3. de vſur. Corne. cōſ. 90. col. 2. vol. 4. Alex. i l. qui abſēti. §. 1. ff. de acq. poſſeſſ. Soc. conſ. 80. vol. 3. Iaſ. conſ. 128. colu. 5. vol. 4. Dec. conſ. 88. col. fin. & conſ. 614. col. 2. Bertran. conſ. 86. ponitur in facto, vol. 1. Grauet. cōſ. 201. num. 1. Boer. dec. 182. col. 2. Ant. Rub. Alexandrin. conſ. 166. col. 3. & Apoſtilla ad Alex. in conſ. 10. vol. 1. in litera B. & iſta eſt concors, communiſque opinio, vt facilè exprimunt plerique ex memoratis Doct. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd præſens pactum de retrouendendo exerceri nequeat contra ſingularem ſucceſſorem, inclinarūt titubanter idem Pau. Caſt. conſ. 339. col. 3. vol. 1. & conſ. 305. vol. 2. Bal. cōſ. 482. col. 2. vol. 1. Alex. cōſ. 10. videtur fortaſſe, vol. 1. Dec. in l. traditionib. col. 3. C. de pact. Iaſ. in l. 1. §. ſi heres. ff. ad Trebell. & cōſ. 149. col. fi. vol. 4. & in l. ab emptione, col. 3. ff. de pact. & conſ. 149. col. fi. vol. 4. & ita cōſuluit Franc. Curt. cōſ. 12. Lucius Titius, & Hugo Celſus cōſ. 58. ſuper nuptialibus capitulis, ſub n. 11. vbi poſt Alex. in d. conſ. 10. cōmemorat iſtā eſſe communem opinionem contra Paul. Caſtren. & ſequaces, quòd venditor primus à ſecundo emptore, ſeu ſingulare ſucceſſore rem venditā auocare nequeat, videtur vera, & ſacroſancta, ut lex ipſa. pro qua ita in facti contingentia religioſè quidem iudicari vidimus in anno 1577. per D. Ioſuè Scorpionē de Ciuitate Pinnarū præclaræ ſciētiæ iuriſconſultum, & meritiſſimum tunc iudicē, aſſidentem in curia noſtra Aquilana ad fauorē Nicolai Sanutij contra magnificum Ioannē Baptiſtām Viuium in cauſa inibi inter eos vertēte. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PAPA ex conſenſu vtriuſque ſponſi poteſt diſpenſare circa matrimonium nondum conſumatum copula carnali, ſubſiſtente cauſa legitima, vt quis aliam accipiat vxorem.*

2 *Papa nō poteſt diſpenſare ſuper matrimonio cōſumato.*

3 *Papa poteſt ſeparare ſtatum monachalem, & diſpenſare cū monacho, ut accipere vxorem queat, cundatque ſimiliter ſecularis.*

OPINIO DLXXX.

1 PAPA poteſt diſpenſare ſuper matrimonio rato non conſumato: & diſpenſati tunc poſſūnt tranſire ad ſecundas nuptias ex iuſta, rationabilique cauſa ad petitionem amborū coniugum: ſecundum Archid. in c. quapropter 27. q. 2. Glo. in Inno. And. Vincen. Hoſtien. Abb. Benedict. & alios in c. ex publico, de conuer. coniug. Bal. in l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cle. & Ancha. conſ. 240. & iſta eſt communis opinio Canoniſtarum: quam luculenter approbat, citat, tuetur que Dec. in conſ. 112. in preſenti conſultatione, ſub num. 2. & ſeq. Prepo. in c. fin. extra de ſpōſa duorum, Ioan. de Imol. in c. fin. extra de tranſact. Natta conſ. 290. quidam nobilis non admodum acuti ingenij. num. 1. & ſeq. vol. 2. & ſequitur etiam Caieta. in quolibet. tomo. 1. q. 13. & tomo 2. q. 25. Frater Ang. de Clauaſ. in ſua ſumma Angelica in ver. Matrimonium. il 2. §. 3. in 13. impedimento, Frater Hieronymus, de obligatione Papali. 2. q. fol. pen. Maleretus in tract. de elect. fol. 34. col. 4. Bartholomæus Fumus in ſua ſumma Armilla in ver. Diſpenſatio. §. 8. & S. Antoninus in ſua ſumma. 3. par. tit. 1. c. 22. vbi ait ſe legiſſe bullas Martini Quinti, & Eugenij Quarti, in quibus diſpenſatum eſt circa hoc. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinauit Pet. de Palud. in 4. ſenten. diſtin. 27. q. 1. art. 2. S. Thomas in 4. ſenten. diſtin. 33. q. 11. art. 11. quol. 1. ad 3. Frater Io. Tabienſis in ſua ſumma Tabiena in ver. Diſpenſatio. §. 4. vbi admonet iſtam eſſe cōmunem opinionem Theologorum, & reſpondet omnibus fundamētis contrarijs Canoniſtarum. *Cōis opin.*

¶ Quæ quidem communis opinio ſubſtineri poſſet non leuibus rationibus. Nam Paulus inquit 1. Corinth. 7. hic autem qui matrimonio coniuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non recedere. & Matthei. 19. quos Deus coniunxit homo non ſeparet. & cum Chriſtus dixerit ibidem, quòd non licet vxorem dimittere, niſi propter fornicationem; iam inueniretur alia exceptio, ſcilicet diſpēſatio Papæ. Vndè non uulgari anchora innititur iſta vltima opinio Theologorum. ſed interim vides pernicioſā, miſerādamque Doctorum varietatem. ideò gratia Sanctiſpiritus deuotè inuocata, in hoc tenebroſo, diſputabilique articulo mihi videtur in puncto iuris prima pars verior, tutior, & ſubſtentabilior: nec volo, quòd admiremini, ſi in hac iuris Philoſophia ſint controuerſiæ, & opiniones, quia veriſſimum eſt illud, quod in publicum aſſeruit Ang. in l. 2. alias 3. C. de vſucap. pro empt. quòd nunquam fuit aliquis perfectus in iſta ſciētia. & mouetur ex eo, quòd fecerunt iureconſulti, quia vnus reprehendit alterum, & de hoc vtique mirandum non eſt: ſiquidem natura comparatum eſt, vt homines propter inſitam ſibi celerem mentis agilitatem faciles, pronique ſint ad diſſentiendum. l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. Et ideò meritò ſolus Deus eſt verax, & omnem habet perfectionem, & Dominus eſt ſcientiarum. primo Regum. c. 11.

2 Sed retenta mentionata prima opinione Canoniſtarum, pro qua etiam religioſiſſimè, atque doctiſſimè conſuluit tollendo omnia obſtacula cōtraria, Oldradus in facti contingentia in conſ. 1. poſito

poſito inter conſilia matrimonialia diuerſorum in primo vol. per textum expreſſum in c. ex publico.§.ſanè de conuerſ.coniug. & Celſus Hugo in conſ.105.Iuuencula quædam, ſub num.11. & ſeq. eam amplia: vt Papa ex vrgentiſſima cauſa poſſit etiam de plenitudine poteſtatis diſpenſare ſuper matrimonio iam conſumato: vt firmat Marſil. cũ alijs coaceruatis per eum in ſing.165. ſcriptum eſt, & Io. de Neuiz. in ſua ſylua nuptia. lib.1.ſub nu.152.cum alijs ſeq. ¶ Sed in hoc *Cõis opin.* Canoniſ. cõmuniter in c. ex parte il 2.de cõuer. coniuga. Panor.& alij in c.propoſuit de conceſſ. præben.& Tabienſis in d. ver. Diſpenſatio ſub.§. 4.in fin.ipſius. §. Prępoſ.in c. fin.de ſponſ. duorũ & Bal.in l.Deo nobis.col.3.C.de Epiſc.& cleric. concludunt contrarium, videlicet quòd Papa in matrimonio conſumato diſpenſare nequeat modo aliquo.

3 Et quemadmodum Papa poteſt dubio procul diſpenſare in pręſenti caſu: ita etiam idem Papa pariformiter ex cauſa poſſet cũ monacho diſpenſare, vt contra votum ſolenne accipere vxorem queat, atque pariter laicus efficiatur. ita Inno.Ioan.And.Henri.Boich.Abb. & cæteri omnes vniuerſaliter in c. cùm ad monaſterium de ſtat.monach. Bal.in l.ſi filius.ff.de adoptio.Præpoſit.in c.ſicut ex literis de ſponſal.Anchara. in c.1.de conſt.Soc.conſ.13.vol.1.Pariſi.cõſ 68.dubium exoritur, num.148.vol.4.Natta conſ.33. maximi ponderis, num.4.vol.1.& Iaſ.in l.fin.C. de tranſact.& in l.ſi arrogator.ff de adop. vbi ad *Cõis opin.* lucem adducit iſtam eſſe communem opinionẽ, & Fely.in c.ſi quãdo extra de reſcrip. & Ang. de Clauaſio in ſua ſumma in ver.Impedimentum 18.cui conſtanter inhęrẽt etiã Sanctus Thom.de Aquin.in ſecunda ſecundę quæſt.88.art.xi.& Caietanus quoque ibi concludens, Papam poſſe ſtatum monachalem ſeparare ab homine, faciendo de monacho non monachum, mentionemq́ue faciens Cæleſtinũ Tertiũ in hoc diſpẽſaſſe. & huic eidem cõmuni ſententiæ accedunt ſimiliter Pet. de Pal.in 4.ſentẽtiarum diſt.38.q.4. concluſ. xi. & Ric.& alij omnes concorditer.

SVMMARIVM.

1 *PAPA in beneficialibus obtinet pleniſſimam poteſtatem tam in conferendo, quàm in auferendo etiam poſtquam contulit.*

2 *Papa non poteſt priuare clericum beneficio eccleſiaſtico ſine iuſta cauſa, ſecundum communem recitatam infra ſub num.4. licèt magna cohors Doct. inhæreat opinioni contrariæ.*

3 *Papa poteſt priuare clericum beneficio, ratione, imminentis ſcandali, ſecundum communem opinionem: quia potius expedit reipublicæ, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd ſcandalum oriatur: ut dicetur infra ſub 4.*

4 *Electio iuſtè facta irrita fit, & reuocatur ad euitandũ ſcandalum.*

5 *Iuſta cauſa ob quam mouetur Papa ad priuandum clericum beneficio eccleſiaſtico, eſt bonum pacis, & cõcordiæ.*

6 *Papa de plenitudine poteſtatis priuans clericum beneficio eccleſiaſtico cum cauſa, uel ſine cauſa, cuius titulum canonicum habeat, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono, vel de compenſatione totius læſionis & damni paſſi.*

7 *Papa licèt poſſit de plenitudine poteſtatis ad libitũ clericum priuare beneficio eccleſiaſtico: tamen hoc non procedit in bonis patrimonialibus ipſius clerici.*

8 *Papa non poteſt priuare Epiſcopum ſuo epiſcopatu ſine cauſa.*

9 *Papa poteſt minuere, imò penitus tollere penſionem de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa.*

OPINIO DLXXXI.

1 PAPA in beneficialibus obtinet pleniſsimam poteſtatem Clem.1.vt lite penden. c.2.de pręben. lib.6. & notat Marſil. ſin 634.Credo te ſcire, in prin. & Mantua.in c. quæ in eccleſiarum num.53.de conſtit. & Hierony. Gabriel. conſ. 186.hæc traſlatio penſionis.nu.1 vol.1. Et iſtud nõ ſolùm procedit in conferendo, ſed in auferendo etiam poſtquam contulit.

2 Vndè ipſe Põtifex ad libitum poteſt priuare clericum beneficio, etiam ſine cauſa: ſecundùm Gemin.in c.ſi gratioſè, col.3.poſt Glo.ibi de reſcript.lib.6.idem voluit Gemin. cõſ.8.col.3. in cõſ. 88.col.1.conſ.99.col.2.& conſ.141.col.1. Feder. de Senis conſ.200.col.1.Pau.de Caſt.conſ. 153. col.2.& conſ.287.col.1.& ſeq.& conſ 414.lib. 1. per tex.in c.per principalem. q. 9.fin.Roma.cõſ. 359.in 5. dubio, vbi dixit quòd Papa poteſt in totum tollere ius quęſitum uni eccleſię, etiã ex contractu aduerſus aliam eccleſiam. Soc. conſ. 13.col.6.& ſeq.lib.1.Alex.conſ.2.col. fin. vol. 1. Corn.conſ.90.col.fin.vol.4.Calcan.conſ.7.Dec. in c.quæ in eccleſiarum, col. 11. de conſtit. in c. fin.col.3.de confirma.vti. vel inuti. cõſ.14:.circa fin.conſ.157.col.2.Iaſ.in l.Barbarius, col.3.ff. de officio præt.in l. quoties col.3.C.de rei uendic. cõſ. 19.col.7.vol.3.quamuis in d.l.quoties, dicat ſe non ponere pro conſ[illegible]nti, & in l.fin. col. fin. ff. de pact. vbi examinat quęſtionẽ iſtam ab vtraque parte. nec aliter determinat. Cæterùm Ripa in 2.lib.reſpõſorum, de reſcrip.in c.19. col. 3.affirmat Papam poſſe abſoluta poteſtate priuare quem beneficio abſq́ue cauſa, & Ioãnes de Sylua, in tract.de beneficijs, in 3.par.q.8.& Marſil.in d. ſingulari 6[illegible].poſt principiũ, & Mantua. in d.c. quę in eccleſiarum nu.53. & ita conſuluit Soc. conſil. 156. pro fundamento deciſionis, & conſil. 164.viſa bulla Bonifacij volum.2.& Hieronym.Gigas in tract.de penſionibus quæſt.10. num.4. cum alijs ſeq.

¶ In contrariam uerò ſententiam inclinauit

Roma.

Roma.ſibi contrarius, videlicèt, Pontificem nõ poſſe clericum, ſeu prælatum priuare beneficio abſque iuſta, & probabili cauſa,conſ.345.nu.5. conſ.467 nu.5. & ſeq. & conſ. 369. nu. 2. 3.4. & 27.per tex.in c.conquerente, de reſtit. ſpol. & in c.quamuis. 7.q.1.Barbat.in c.quòd tranſactionẽ nu.121.de officio deleg.& conſ.13.col. 5. vol. 3. Iaſ.titubanter, & ſibi parùm conſtans,in d.l.fin. ff.de pactis col.2 conſ.145 col.2.& ſeq.conſ.213 col.5.lib.7.& cõſ.46.col.4.lib.3.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum nu.40.cum tribus alijs ſeq. Ripa in primo libro reſponſorum,de legibus.c.14.col. pen.Ioan.de Sylua,in memorato tract. de beneficijs,in 3.par.q.60.Rebuffus, in tract.de beneficijs,in 21.q.princ. nu. 55. Franciſcus Marci latiſſimè deciſ. ſeu q. 1220. per totam, & Abb. in c.quæſitum, de rerum permutatione.

3 Vbi expreſsè voluit clericum poſſe priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis ſcandali. Cõis opin. & iſta eſt communis opinio: vt aſſerit Dec.in c. cũ teneamur.nu.13.de præben.& dignit.& Marſil.ſing.633.aliàs poſt princ.

4 Facit optimè Glo. in c.2. 63. diſtin. quæ probat electionem alioqui iuſtè factam irritam fieri, & reuocari ob euitandum ſcandalum, notat Abb in c.1.col.2.de elect. & Fely. in c.nihil cum ſcãdalo,de præſcrip.col.2.quibus ſtipulatur tex. ſing.in c.niſi cùm pridem.§.pro graui quoq;ſcandalo,de renunciat.& in d. c.quęſitum,ubi Panor. Potius quidem expedit reipublicę, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd ſcandalum oriatur:cùm id aliter vitari nequeat, nec ex malitia procedat. Ideo gratia Sancti Spiritus deuotè inuocata videtur mihi in puncto iuris quòd hæc pars vltima ſit verior, & tutior tam in foro fori, quàm poli rationibus,& iuribus ſupra allegatis; imò eſt communis: teſte Felyn. in d. c. quæ in eccleſiarũ, ſub nu.43.Benè tamen verũ eſt quòd Berous ibi nu.167. cùm alijs ſeq. videtur prædictas opiniones ad optimam concordiam, & cõſonantiam reducere.

5 Et iuſta cauſa,ob quam mouetur Papa ad priuandum clericum beneficio eſt, veluti propter Cõis opin. bonum pacis, & concordiæ: ut per Ant.Corſet. in tract.de priuil.pac.ver.49.& in ſingu. in uer. Pax,uer.propter pacem habendam.

6 Et dato quòd Papa de plenitudine poteſtatis cum cauſa,vel ſine cauſa priuaret aliquem beneficio eccleſiaſtico, cuius titulum canonicum habebat, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono beneficio,& idoneo,vel de compenſatione totius læſionis, & damni paſsi; ut tradunt Marſil. copioſiſsimè in d ſing.634.poſt prin.uerſ.an autem prædicta ſint diſtinctè uera. Glo. in c.epiſcopus de loco.7.q.1.& ibi Archid.Innocen.in c.niſi cum pridem,de renunc.Cardin. in Clemen. prima, quæſt.4. de rerum permut. & Federicus de permut.benefic. quęſt.25.

7 Et dato etiam quod Papa poſsit clericum priuare ſine cauſa de plenitudine poteſtatis; nihilominus hoc non procedit in bonis patrimonialibus ipſius clerici: ſecundũ Ant.de But.& Abb. in c.cùm dilecti,in 3. not.per illũ tex. ex de iure pat. & Doct. omnes in d. c.quæ in eccleſiarum, & prĕſertim ibi Mantuam nu.54.qui demoſtrat iſtã eſſe communem opinionem. & circa hoc vide aliam cõcluſionem ſimilem, poſitam infra in ver.Princeps. Cõis opin.

8 Itẽ præmemorata opinio minimè iudicio meo procederet in epiſcopo, qui ſine cauſa epiſcopatu ſuo per Papam priuari nequiret: ſecũdùm Domin. in d. c.ſi gratioſè,Paul. de Leazar. & Imol. in d.Clemen.1.vt lit.penden.Butrium in c.conſtitutus.de relig.domi.& Hierony.Gigantem cũ alijs aggregatis per eũ in tract.de penſionibus, quæſt.6.ſub nu.10.vbi reiecta opinione Abb. cõtraria,ait iſtam partem tutiorem,& ueriorẽ eſſe.

9 Et quemadmodum Papa poteſt tollere in beneficialibus ius quęſitum:ita etiam poteſt minuere & ex toto tollere penſionem, etiam ſine cauſa:vt in c. prohibemus, de cenſibus, & ibi per Doct. Sed intellige de plenitudine poteſtatis, & abſolutè,qua vti videtur: cùm dicit ex certa, vel ſpecificè exprimit: ut tradit Caccialupus in tract. de penſion.quæſt.24.

SVMMARIVM.

1 *PAPA cùm mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium quod vacauat tempore datæ.*

OPINIO DLXXXII.

1 PAPA, cùm mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium,quod vacabat tẽpore datę:ſecundũ Glo. in Clemen. 1. de conceſſ.præbe.in verſ.Notitia.Nam beneficiũ ipſum,quod tempore datæ vacabat, uacauit quoque in futurum antequàm eſſet alteri collatum; & hoc verũ eſt abſque diſtinctione aliqua; & per conſequens ſiue Pontifex ſciuerit beneficiũ uacare, ſiue nõ.& cùm d.Glo. ſentiunt ſimpliciter, & indiſtinctè Canoniſtę omnes, & idem voluit Glo.in c.ſi poſt quàm,de electio.lib.6. communiter approbata, cùm qua etiam tranſit Imol. in l. ſi ita legatum eſſet, de cond.& demonſtr. & in l. hoc articulo,de hæred.inſtit.Lap.& Dominic. in c.ſi propter,de reſcrip.in 6.& Soc. in l.hęc conditio.§.fin.de cõdit.& demonſt. vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem: quamuis aliqui aliter ſenſerint,de quibus ibi per eũ, & Alex. in l.Titius.§.Lucius, de liber.& poſthu. Cõis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 PAPA in terris Regis non habet iuriſdictionē quò ad temporalia.

2 Papa in terris Imperij legitimare non poteſt.

3 Imperator in terris Pontificis legitimare nequit.

OPINIO DLXXXIII.

1 PAPA in terris Regis non habet iuriſdictioné quò ad tēporalia: vt in c. per venerabilem. §. rationibus, & ibi Inno. & cæteri, qui filij ſint leg. & Hoſtien. Io. And. & alij in c. cauſam, il 2. eodem tit.

2 Et hinc eſt, quòd Pōtifex in terris Imperij quò ad profana legitimare non poſſet.

3 Nec Imperator in terris eccleſiæ: ſecundū præcitatos Doct. & Alex. conſ. 67. conſideratis his, quæ in primo themate narrantur. nu. 8. col. 1. & Michaelem Ciſuentes ſuper leges Tauri in l. 12. nu. 9. Ideò ad hoc, vt teneat legitimatio hæc, neceſſariò requiritur perſonā, bonaque eſſe in territorio legitimātis: ſecundum opinionem Bal. in l. eam quam. C. de iure aureorum anul. Abb. col. 6. & omnium communiter, in d. c. per uenerabilem, Anchar. in c. 1. de ſponſal. & conſ. 320. quā ſequitur, & limitat Aegidius Boſſius in pract. crimi. in tit. de Principe, & priuilegijs eius, nu. 183. Caſſan. conſ. 31. nu. 15. & ſeq. & Corn. cum ſignatis per eum conſ. 9. nu. 4. vol. 4. & cōſ. 1. nu 9. vol. 3. vbi oſtendit iſtam eſſe communem ſentētiam. & Aegidius pariter vbi ſupra, & copioſius cū alijs congeſtis per eum Couarruuias in epitom. de teſtamen. in 2. par. c. 8. §. 8. nu. 14. & ſeq. vbi refert alios Doct. omnes in contrariam partem inclinātes. & magis communem conſulendo ait Alex. in d. cōſ. 67. nu. 8. & ibi Natta in addit. nu. 5. Alciat. conſ. 17. nu. 1. & ſeq. tomo. 1. lib. 4. fol. 63. & Rolan. à Valle copioſiſsimè etiam cōſ. 88. in cauſa magnifici domini Antonij de Burgo. nu. 12. cū omnibus alijs ſeq. vol. 1. vbi reſpōdet doctiſſimè omnibus contrarijs, & concordat opiniones inter ſe fœdere diſtinctionis. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 PAPA non poteſt de aliquo crimine accuſari, conuinci, ac damnari, etiam ſi delictum notorium, & ſcandaloſum foret, & ipſe incorrigibilis eſſet, niſi de crimine hæreſis ueræ, & propriæ, & vbicunque eſſet dubius in fide, ac in uno articulo fidei etiam erraret.

OPINIO DLXXXIIII.

1 PAPA nō pōt de aliquo crimine accuſari, conuinci, ac damnari, etiam ſi delictum notorium, & ſcandaloſū foret, & ipſe incorrigibilis eſſet, niſi de crimine hæreſis veræ, & propriæ; & vbicunque dubius eſſet in fide, ac in tenui articulo fidei etiā erraret: iuxta c. 1. de hæret. cum l. 2. C. eo. tit. & hoc tenuerunt Glo. in c. ſiquis pecunia. 78. diſt. & in c. non nos. 40. diſtin. aſſeuerans iſtam eſſe communē opinionem omnium Theologorū. & idem profitentur Moder. in c. at ſi clerici de iudi. & Io. Nicolaus Arelatanus, in tract. de hæreticis, in duodecimo notabili. nu. 1. & ſeq. Cōis opin.

¶ Cōtrarium verò voluit audacter, & expreſſè Glo. in d. c. ſi Papa, quando Pontifex in crimine notorio, & ſcandaloſo eſſet conſtitutus: quam inquit ſingularem Barbac. in d. c. & ſi clerici. nu. 151. & ſequitur Panor. in tract. de concilio Baſilien. Roma. conſ. 523. & Bellamc. in d. c. ſi Papa, Zaba. in tract. de ſciſmate, ver. quintus modus, in fi. & Panor. in ſua diſputa. exordiente: Epiſcopus colum. 14. vbi ait quòd totus mundus approbat dictam Gloſſam.

¶ Sed quæſtionem iſtam diffinire, ac determinare ob varietatem Doct. non auſus fuit Io. Nicolaus Arelatanus in loco præcitato. ipſe verò ne permaneam, vt pecus ante tonſorem, ſequor primam opinionem omnium Theologorum communem omiſſo omni multiloquio, & eam comprobarem veriſſimis rationibus: tamen certè antiquorum ingenia ita fuerunt illuſtria, quòd nullum nobis relictum eſt ocium dicendi noua. Vndè curioſi poterunt videre rationes, & fundamēta vrgentiſſima, veriſſimaque citata per dictos Doct. hanc partem amplectentes.

SVMMARIVM.

1 PAPA non cenſetur, nec præſumitur in dubio præiudicare iuripatronatus laicorum, niſi illi expreſſè derogauerit.

2 Papa in dubio non præſumitur uelle uti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſsè conſtet: nam ipſe magis cauere debet ab iniuſtitia, quàm alius, & ſic debet conſtare de eius voluntate, quòd uti uelit plenitudine poteſtatis: quia in dubio non præſumitur, ſed potius præſumitur circumuentus.

3 Papa in dubio præſumitur uti noluiſſe clauſula de plenitudine poteſtatis.

OPINIO DLXXXV.

1 PAPA iuripatronatus laicorum in dubio non cenſetur, ac præſumitur præiudicare, niſi expreſsè derogauerit illi: vt notat Glo. in Clemētina 2. de preben. quam ſequitur Abbas in c. dilectus de officio deleg. vbi aſſeuerat cum hac Glo. omnes Doct. communiter ſentire in c. dilectus de iurepat. & in c. quoniam eod. tit.

2 Et cōis iſta probatur ex eo, quod voluit Innocentius in c. innotuit, de electio. q. in dubio Papa nō præſumitur uelle vti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſsè conſtet: nam ſiquidem ipſe magis

gis ſe cauere debet ab iniuſtitia, quàm alius: argumēto c. ex ore, de priuileg. & hoc idem notat Alex.conſ.87.vol.1.& ſic explorati iuris eſt conſtare debere de volūtate Papæ, quòd uti velit plenitudine poteſtatis: nam in dubio non preſumitur, ſed potius cenſetur circumuētus: ut per Soc. conſ.260.col.15.vol.2.

2 Et i dubio quoque neque preſumitur Papa uti voluiſſe clauſula de plenitudine poteſtatis: ſecūdùm P. ul.Caſt č. & Moder in l.in teſtamēto. C.de teſtamen.milit.& conſ.317.col.1.lib.2.& Iaſ.conſ.1.col.pen.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *PARTICIPIVM de ſui natura non denotat, neque importat neceßitatem, niſi ratione ſubiectæ materiæ, aut ubi appoſitum fuit uerbum, eſt, aut ſunt.*

2 *Notarius ſcribens in inſtrumento aliquem fuiſſe confeſſum habuiſſe centum dando, & numerando, ex quo videtur atteſtari de reali numeratione, ideò non poteſt puniri de falſo, ſi non numerauerit, ſecus ſi diceret, dante, & numerante.*

OPINIO DLXXXVI.

1 PARTICIPIVM de ſui natura non importat, ſeu denotat neceſsitatē: ſecūdùm Glo. Bal. Ang. in rub.ff.de lib. & poſth. & Glo.in rub.inſtit. de hæred. inſtit.cum qua aſſerit ibi Ozerius ſub nu.3.omnes Doct. communiter trāſire. quod verum eſt, niſi ratione ſubiectæ materię: vt per Ozerium vbi ſupra poſt Alex. in d.rub. ff. de liber.& poſth.vel vbi appoſitū fuit verbum, eſt, aut ſunt, vt per Riminal.Aquē. & Ripam ſub n. 6.in rub.C.de eden. *Cōis opin.*

2 Et hoc reducit ad practicam ponendo vnā vtilem & communem quæſtionem, ſeu opinionem Cagnolus ibi, nu.53. de notario ſcribente in inſtrumento aliquē fuiſſe confeſſum habuiſſe 100. dando, & numerando, quòd tunc cenſeretur atteſtari de reali numeratione, ideo nō poſſet puniri de falſo, ſi non numerauerit; ſecus ſi diceret dante, & numerante: quia participia iſta non tātum importat. De gerundio verò diximus ſupra in opinione Gerundia.

SVMMARIVM.

1 *PATER tenetur dare dotē, aut alimenta filię, ac filijs diuitibus, & habētibus vnde ſe alere, & dotare queant, ſecundum cōmunem opinionem, licèt magna caterua Doctorum contrariā ſententiam amplectatur.*

2 *Pater vt tenetur filiam nuptam dotare, ita filiam etiā monaſterium, ac religionem ingreſſam.*

OPINIO DLXXXVII.

1 PATER non tenetur dotem, aut alimenta dare filię, filijſue diuitibus, & qui haberent vnde ſe alere, aut dotare poſſent: ſecūdùm Bar.in l. ſi quis liberis. ff. de liber. agnoſcē. & in l.mulier. §. cū proponeretur. ff.ad Trebel.Dec.Cagnol.& alios in l. iura ſanguinis.ff.de reg.iur. Bar Caſtrē.& reliquos in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demon.Soc.in l.1.ff.ſol.ma.Iaſ.in §.fuerat, nu.108. inſtit de act.Corali in repet.l.qui liberos.nu.53. ff.de ritu.nup.Io.Lupi in c.per veſtras.3.no.§.14. de don.inter vir.& vxo.& Alciat.in tract. de præſump.reg.1.præſump.26.nu.3.

¶ In contrariam verò partem, quòd pater teneatur aſsignare dotem filię etiam diuiti, inclinarunt Glo.& communiter omnes in l.1.C. de dotis promiſſ.& in d.l.1.ff. ſolu.matr.vbi Ruin.nu. 48.cum alijs ſeq.Herculanus nu. 31 & Ripa nu. 54.tuentur, & ſequuntur iſtam opinionē, & aiūt communem eſſe aduerſus Bar. & in effectu cum ipſa communi tāquam veriſsima ſentiēdum eſt, & in actu practico ab ea diſcedere fatuum, & periculoſum eſſet. *Cōis opin.*

2 Et aduerte, quòd ſicut pater filiam nuptā dotare tenetur: ita filiam etiam monaſterium, & religionem ingreſſam: ſecundùm Bar.in l.1.§.ſi parens.ff.ſi quis à paren.fuer.manumiſ.& Alex. cū alijs relatis per eum conſ.139.vol.2.nu.7.

SVMMARIVM.

1 *PATER tenetur iure actionis dotare filiam, ſecundum communem opinionem, licèt altera ſententia contraria appareat ſimiliter cōmunis, videlicèt quòd pater iudicis officio cogatur dotare filiā.*

2 *Dotis nō facta mentione ſi quis vxorem duxerit, poteſt petere dotem: nam pater nō liberatur ex eo, quòd maritata eſt filia non promiſſa dote.*

3 *Maritus qui vxorem duxit ſine dote mortuo patre uxoris non poteſt eam compellere ad dotem conſtituendā.*

4 *Filia ualens petere ſe dotari, & hoc non agens ex pura negligentia, non præiudicat propterea ſuis filijs, & heredibus, ut hoc petere non ualeant.*

OPINIO DLXXXVIII.

1 PATER cogitur iure actionis dotare filiam: ſecūdùm magis communem opinionem: quam ſequūtur, & citāt Curt. in auth. res quę nu.25. C.cōmunia de leg. Iaſ. in aut. præterea.nu. 8. C.ūde vir, & uxor, Soc. in tract.fallentiarum in reg.282.in 4.fallen. Ri- *Cōis opin.*

pa in

pa in l. 1. num. 55. ff ſol. matrimo. & Couarruuias in epit. de ma..n 4. par. 2. partis c. 3. §. 8. n. 7. ſol. par. 60.

¶ Cõtrariã verò opinionẽ, videlicèt, quòd pater iudicis officio teneatur dotare filiam: ſequuti fuere Glo in l. ſi ſocer. ff. ſo . ma. & Paul. Caſtren. & Alex. ibi, Alberic. in l. fin. C. de dotis promiſſ. & Illuſtris D. Afflict. in conſtit. in aliquibus nu. 73. lib. 3. rub. 23. & iſta eſt communis ſententia, ſecundum Benedic. in c. Raynutius in uer. dotẽ quam ei dederat. nu. 24. de teſta. & Coraſi. in repet. l. qui liberos. nu. 95. ff. de ritu nup. & in effectu iſta eſt ueritas. Cõis opin.

2 Quæ quidẽ ampliatur etiam, vt filia ipſa quantumcunque nupta ſit ſine dote, poſsit tamen implorare officium iudicis, ut à patre congruè dotetur: ſecũdùm Glo. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & oblig. & in c. in raptoribus. 36. q. 1. Bal. Imol. Raph. Roma. & alios omnes in d. l. 1. ff ſol. ma. & Soc. conſ. 57. in cauſa reſtitutionis. col. 2. vol. 4. vbi docet iſtam eſſe communem opinionẽ. & ſequitur etiam Alex. conſ. 56. nu. 5. vol. 4. Soc. conſ. 80. præſens. col. fin. vol. 4. & Ioan. Lupi in c. per veſtras. 3. not. §. 11 de donat. inter virum, & vx. quoniam pater non liberatur ex eo, quòd maritata eſt filia non promiſſa dote ab illa obligatione dãdi dotẽ, de qua per l qui liberos. ff. de ritu nupt. & d. l. obligamur: ut per Alex. conſ. 169. viſis inſtrumentis. num. 3. vol 7. Iaſ. in. §. fuerat num. 97. inſtit. de act. & in addit. ad decıſ. Tholoſan. 289. Cõis opin.

3 Et quãuis prælibata communis opinio habeat locum, atque procedat, quando mulier maritata ſit viuente eius patre, nulla habita mentione dotis; nihilominus hoc ampliat etiam Soc. in d. cõſ. 80. & Ioan. Lupi vbi ſupra, procedere quoq; e in marito vxorem ducente abſque dote mortuo patre ipſius vxoris. ſed talis opinio mihi nõ placet, præſertim in muliere, quæ patrem non habeat, à quo ſibi dos debeatur. Nam eo, quòd ſit decens, & honeſtum matrimonium habere dotem, non competit actio, vel ius dotem petendi nec tacitè videtur ſenſum de dote inter partes: quia imò videtur placu ſſe contrarium, ex quo matrimoniũ contraxerunt ſine dote, de qua certè conueniſſẽt, ſi cum dote matrimonium eſſe voluiſſent. & poſsibile eſt, quod maritus libenter eam duxerit abſq; vllius dotis ſpe. Et conſtitutio dotis eſt cõditio extrinſeca matrimonij. ſed conditiones extrinſecæ non intelliguntur, niſi exprimantur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de ver. obli. ideo teneo contra Soc. in d. conſ. 80. quòd maritus nõ poſsit vxorem compellere ad conſtituendã dotẽ.

4 Ampliatur etiam ſecundo prælibata communis in principio poſita, quòd ſi filia quæ poterat petere ſe dotari, & hoc non fecit; nihilominus hæres ipſius filiæ poterit hoc petere: ſecũdùm Alex. conſ. 169. nu. 4. vol. 7. & allegat Bal. in d auth. res quę, qui pro hoc allegat Glo. & licèt Ruin. videatur determinare contrarium tamen in deciſiuis no-

li aliter recedere ab ipſa opinione Alex. tanquã tutiſsima, & in iure veriſsima.

SVMMARIVM.

1 *PATER acquirens, ſtipulans, paciſcens, emẽſque rem pro ſe, ſuiſque filijs, & hęredibus, non videtur ſimul acquirere, ſed ordine ſucceſsiuo, & conſequenter poſt mortem patris admittuntur filij in poteſtate: quia in dubio pater paciſcendo ſibi, & filiis, cenſetur illis ut hęredibus paciſci.*

2 *Pater licèt ſemper uideatur ſtipulari filijs, ut hæredibus, tamen hoc nõ procedit ſi pater emphyteoſim pro ſe & filijs ſuis acquireret, non tanquam hęredibus, ſed vti filijs acquiſiuiſſe uideretur, & pro virilibus, non autem hæreditarijs portionibus admitterentur.*

OPINIO DLXXXIX.

1 PATER paciſcens, ſtipulans, acquirens, ſeu emens rem pro ſe, ſuiſque filijs, & hęredibus, videtur non ſimul acquirere, ſed ordine ſucceſsiuo; & ſic ſucceſſiuè poſt mortem patris filij admittuntur, prætertim filij in poteſtate: quia ſemper in dubio pater paciſcendo ſibi & filijs, cenſetur illis vt hęredibus paciſci: ſecundùm Glo. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff de pactis, Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu 8. ff. de liber. & poſthu quorum opinio communis eſt: vt per Galiau. nu. 24. & Fortun. nu. 48. & 55. ibi, & Ferou m in c. Rainutius de teſta. nu. 106. cum alijs ſeq. vbi iſtam tuetur, & copioſè declarat. Cõis opin.

2 Et licèt pater ſemper videatur ſtipulari filijs, vt hæredibus; nihilominus hoc non procederet ſi pater emphyteoſim pro ſe, & filijs ſuis acquireret, non tanquam hæredibus, ſed vti filijs acquiſiuiſſe cenſeretur; & ſic pro virilibus, non autem pro hæreditarijs portionibus admitterentur: ſecundùm Bar. in d. §. cùm quidem. nu. 9. cuius opinionem communem præſupponunt ibi Galiaul. nu. 24. & Fortun. nu 53. cũ alijs relatis per eos, & eam ſequitur, ac declarat Berous in d. c. Raynutius. nu. 107. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *PATER prius condito teſtamento filio impuberi non poteſt in codicillis directam pupillarem ſubſtitutionem facere, ſed per fideicommiſſum ſubſtituere poteſt.*

2 *Legitima nõ poteſt per fideicommiſſarium deduci ab hæredibus pupilli, quãdo non filius, ſed eius ſucceſſores rogentur hæreditatem reſtituere.*

3 *Legitima non debetur eis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt.*

4 *Fideicommiſſum in re, caſuque dubio non filio, ſed eius hęredi iniunctum præſumitur.*

OPI-

OPINIO DXC.

1 PATER prius condito teſtamento filio impuberi, nõ poteſt in codicillis directã pupillarem ſubſtitutionem facere, ſed per fideicõmiſſum ſubſtituere poteſt.l.hęreditaté.C.de codicill. & iſto caſu poterunt hæredes eius legitimam deducere.l.ex tribus.C.de inoffic. teſtam.

2 Cæterùm hoc limitatur, ac interpretatur eleganter non habere locum, quando per teſtatoré non filius, ſed eius ſucceſſores rogentur hęreditatem reſtituere:tũc quippè fideicommiſſarius ab hęredibus pupilli legitimã deducere nequit.tex. eſt in l.ſi fundũ.§.fi.ff.de leg.1.&ibi latè Iaſ. poſt Bar.& p Bal.cõſ.39.teſtator relinquit,lib.1.Caſt. cõſ.187.in caſu pręſenti.col.fi.& p Corn.cõſ.138. nulli dubiũ lib.4.& conſ.158. viſo ſupraſcripto. col.pen.vol.3.& Beroũ in c.Raynutius. nu.244. de teſta. & iſta eſt communis opinio: vt per Iaſ. in d.l.ex tribus. Cõis opin.

3 Et ratio huiuſmodi cõis videtur iſthæc:quia legitima nõ debetur eis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt:ſecundùm Bal.conſ.329 circa primum dubium. lib.3. & conſ.49.ſtatuto cauetur, ꝙ mater lib.5. cuius opinionem audacter aſſeuerat eſſe communem Grauet.conſ.2.num.13. Cõis opin.

4 Ita nen præmiſſa cõis ita firmata ampliatur nõ ſolùm procedere in caſu claro, verùm in caſu dubio etiam. Vndè audacter, & explicitè concludeꝙ, in re dubia intelligitur fideicõmiſſum iniũctũ non filio, ſed eius hæredi:arg.l.quoties ff. de reb.dub.& per Pau.Caſtr. & Iaſ.in d.l.ex tribus, & Alex.conſ.67.conſideratis. col.2.& ſeq.lib.3. & Iaſ.in l.cohæredi.§.cùm filię ff.de vulg.& pup. ſubſtit.& cõſ.99.Dominus.vol.2.ubi ſcribit, affirmatq; iſtam eſſe cõem opinionem contra Bar. contrarium concludenté in d.§.cũ filiæ.& de cõi prædicta facit mentioné etiã Berous in d.c.Raynutius.nu.244 circa medium, vbi deducit iſtam eſſe veriorem, & magis communem ſententiã. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER filię ſuę nubenti impari, & indigno ſine eius cõſenſu nõ teneĩ dare dotẽ, ſeu legitimã: quia iſta eſt iuſta cauſa exhæredationis, et denegandi dotẽ.*

OPINIO DXCI.

1 PATER non tenetur dare dotem filię ſuę nubenti indigno ſine eius cõſenſu: quia hoc iuſta cauſa eſt exhęredationis.l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bon. poſſ.cõtra tabul. & debet dici quoq; iuſta cauſa denegandi dotem:& ſic filię indigno nubenti, & ſine conſenſu patris non eſt dãda aliter dos: vt voluerunt Glo.in c.raptoribus. 36.q.1.Bar.in l.libertum, per text.ibi.C.de nup. Bal.& Claud.& Ruin.nu.116.in l.1.ff.ſolu. mat. Ant.de But.in c.accedens, de procur. Alex.cum cæteris ſignatis per eum conſ.97.col.6.vol.1. Iaſ. in l.2.§.quod ſi in patris.col.6.ff.ſol.matr.Soc.in tract.fallen.in reg.281.in 4.limit.Curt.Sen. cõſ. 27.ſub nu.34.& ſeq. & Natta conſ.290.quidam nobilis non admodum acuti ingenij, ſub nu.2.& ſeq vol.1.& iſta eſt cõmunis opinio, & veriſsima. Cõis opin.

¶ Et licèt Alex.titubanter in d.l.1.ff.ſol.mat. & conſ.209.ponderatis his, quę in themate narrantur, vol.6.& Iaſ.in auth.ſed ſi poteſt, in fin.C. de inoff.teſtam.Imol.in d.c.accedens de procur. Soc.conſ.57.vol.4.Dec.conſ.231.nu.5.&in l.nuptias.ff.de reg.iur.& Lauren. Syluanus cum aliquibus alijs relatis per eum, conſ.2.nu.24.& ſeq. & nu.71.Neuiz.in ſylua nuptiali, lib.2.nu.36.aſſerant contrarium, videlicet, quòd filia ipſa nubẽs ex ſemetipſa uiro impari reſpectu natalium, quòd ſibi debeatur dos, ſeu legitima; nihilominus in deciſiuis noli aliter recedere à dicta cõi, quæ veriſsima, & tutiſsima redditur ex rationibus præcitatorũ Scriben. pro qua conſuluit etiã Pariſ. conſ. 29. Eſto quòd de iure ciuili filiafamilias, n.60.cum alijs ſeq.vol.3.vbi lepidè dedicit iſtam eſſe magis communem opinionem, tollitq; omnia obſtacula, & ſuadet eam in practica amplecti debere, & deniq; aſsignat ibi nu.33. & ſeq.efficaciſsimam rationem, patrem acerbiſsima quidem affici iniuria, quando filia nuberet indigno. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER in teſtamento ſuo diuidens omnia bona, vel maiorem partem inter filios, eo caſu appellatione hæreditatis uenirent etiam prælegata: quia talia prælegata ſuccedunt in locum portionis hæreditariæ.*

OPINIO DXCII.

1 PATER diuidens in teſtamento ſuo omnia bona, vel maioré partem inter filios: tunc appellatione hęreditatis venirent etiam prælegata: quia huiuſmodi pręlegata vtiq; ſuccederent in locum portionis hæreditariæ:ſecundũ Bart.in l.quod ergo, per illum tex.ff.de lega.1.in l.ex parte.§.inteſtato.ff. famil. erciſ.& in l. Marcellus.§. quidam liberis.ff.ad Trebel.& ibi Alex. in 4.fallen.& idem ſequitur Bal.in l.cùm virum, in 4. oppoſit.C.de fideicom.& iſta eſt communis opinio: vt per Dec.conſil.254. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER procuratorem ualet conſtituere abſq; conſenſu filij in aduẽtitijs ante litem conteſtatã.*

OPINIO DXCIII.

1 PATER poteſt procuratorem conſtituere ſine filij conſenſu in aduentitiis ante litem cõteſtatam:& ſic ipſe pater aliter non prohibetur etiam citra filij cõſenſum procuratorem conſtituere, etiam quò ad proprietatem aduentitiorũ, ante tamen litem conteſtatam : ſecundùm Cyn. Albe.Bar.Bal.Ang.Saly.Fulgo.Caſtren.Corn. & cæteros omnes in l.1.C. de bonis mater. Ang. in §. ſin autem.inſtit.de ſatiſd.Bal.in l.fi.§.vbi autẽ. C.de bon.quæ liber.Alex.nu.6.& Iaſ. in l.neque. nu.4.C.de procur.Curt.in l.præſes.num.4.& ibi. alii.C. de tranſact. Roma conſ. 241. ſpectabiles domini collaterales,ſub.nu.10.& Tiraq.in l.ſi vnquam,in prin.nu.29.C.de reuocan.don.& iſta eſt communis opinio : prout referunt Doct.in d.l.1. & Roma.in d.conſ.241. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER in bonis maternis,& quò ad proprietatem bonorum aduentitiorũ agere nõ poteſt citra conſenſum filij,dummodò non infans,& abſens ſit:ſecundùm vnam communem opinionem; licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſecernatur, videlicèt, quòd pater habeat ius agendi, & defendendi ſine filij conſenſu in bonis aduentitijs, & proprietate bonorum.*

2 *Pater agere poteſt in aduentitijs citra conſenſum filij, vbicunque filius requiſitus ſit, & conſenſum patri in tali caſu præſtare nollet, dummodò non adſit, & urgeat iuſta cauſa contradicendi.*

3 *Pater tanquam legitimus adminiſtrator poteſt agere,et defendere filium ſine conſenſu ipſius filij quò ad vſum fructum bonorum aduentitiorum : In alijs autẽ bonis, in quibus non habet uſumfructum pater ipſe, non eſt legitimus adminiſtrator.*

4 *Pater agens ad aduentitia ſine filio tenetur cauere de rato reſpectu proprietatis.*

OPINIO DXCIIII.

1 PATER* in bonis maternis non põt agere ſaltem abſque filij conſenſu requiſito:& per conſequens citra ipſius filij conſenſũ agere nequiret quò ad proprietatem bonorũ aduentitiorum,dummodò non ſit infans,vel abſens: vt voluerũt Cyn.Ang.Saly. Caſtren.Fulgo nu.4.Corn.& alij omnes cõiter in l.fi.§.ubi aũt.C.de bonis,quę liber.per tex.ibi,Inno.in c.accedens.col.1.de procur.Alber. in l.ſi lõgius.§.ſi filius.n.4.ff.de iud.Ang.in §.actiones autẽ. nu.4.inſtit.de act.Roma.cõſ.241.ſub n.10. Cappella Toloſ.in deciſ.105.& Pinel. de bonis mat.l.1.2.par.n.66.ubi oſtẽdit iſtã eſſe cõem opinionẽ. Cõis. opin.

¶ In cõtrariã uerò partẽ, uidelicèt,ꝙ pater habeat ius agendi, & defendendi abſq; filij cõſenſu in aduentitijs,& ꝙ ei cõpetat exercitiũ dictarum actionũ abſq; conſenſu filij:inclinarunt Mar.in d. §.ubi aũt.idẽ Bar.col.1.Bal.nu.8.& Caſtren.col.1. in d.l.1.C.de bonis mat.Aret.nu.5.& Imol.col.2. in l.fi.§.pupillus.ff.de uer.oblig.ubi fatetur iſtam eſſe cõem opioionẽ Legiſt. Tamen re uera prior ſententia cõior,& verior apparet:ut deducũt Scriben.in d.§.vbi aũt,& Cagnol. etiã eam amplectẽdo in l.frater à fratre,nu.164.ff.de cond.indeb. Cõis opin.

2 Sed retẽta dicta priori ſententia tanquã cõiori, ſi filius requiſit* in huiuſmodi caſu cõſenſũ patri prębere nollet:tũc quippè pater agere poſſet non aliter quã ſi filius cõ enſiſſet,dũmodò nõ ſit iuſta cauſa cõtradicendi:ſecundũ Ang.Caſtren.Fulgo. & alios in d.§.vbi autem,& Pinel.vbi ſupra.

3 Cæterũ quò ad uſumfructũ,pater agere,& defendere non prohibetur tanquàm legitimus adminiſtrator: vt tradunt Ang.Fulgoſ. nu.5. Corn. col.3.& cæteri omnes in l.1. C. de bonis quę lib. Aufrer.in add.d.Capp.q.105.& Pinel. vbi ſupra. & iſta eſt cõis opinio : vt oſtendunt apertiſsimè Doct.præcitati,& Cagnol.in d.l.frater à fratre.n. 160. cum alijs ſeq. ubi meminit de cõi, & eã latè declarat. Sed in alijs bonis , in quibus pater non haberet uſum fructum,utiq; in eis non eſſet legitimus adminiſtrator:ita Doct.omnes in l.cũ oportet.C.de bon. quæ lib.& in d.l.1.C. de bon. mat. Capicius deciſ.56.nu.4.& deciſ.73.nu.10.& Pariſ.conſ.157.nu.15.32.& 244.uol.4. Cõis opin.

4 Et eſto ꝙ pater agere queat,ut ſupra docuimus ſine filij cõſenſu etiam quò ad proprietatem aduentitiorum:tamen aduerte, quòd vbicunq; pater ageret ad ipſa aduentitia ſine filio, teneretur nempè cauere de rato reſpectu proprietatis, quæ eſt ipſius filij.ita Iaſ.in l.ſoluto matrimonio.§. voluntatem.n.11.ff.ſolu.matr.ubi nu.14. hoc lepidè interpretatur, & limitat.

SVMMARIVM.

1 *DOS recepta á patre,& filio ex confeſſione in eodẽ inſtrumento facta obligat quẽlibet pro dimidia, & ad eam quilibet ipſorum pro rata tenetur.*

2 *Maritus , & uxor confitentes habuiſſe pretium rei dotalis vẽditæ,no ob hoc ſibi inducit præiudiciũ uxor, ſed totum pretium ad manus ipſius mariti perueniſſe preſumitur.*

OPINIO DXCV.

1 PATER, & filius confitentes in eodem inſtrumento recepiſſe dotem : vnuſquiſque tunc tenetur pro dimidia : & ſic ad quemlibet pro dimidia præſens dos inteligitur perueniſſe , & quilibet ipſorum pro rata tenetur : ſecundùm Dyn.

Dyn.Bal.Bar.Imol. & Alex.in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in ſeuiſsimo.ff.ſol.matr.Bal. in prin. & Imol.col.2.in l.ſi conſtante,eod.tit. Roma. Imol. & Alex.in l.reos.§.cùm in tabulis,per text.ibi.ff. de duobus reis.& iſtorum opinionem profert eſſe communem idem Alex.in addit.ad Bar. in l. duo bus.§.1.eod. tit. & approbat, & communem inquit quoque Boer.deciſ.23.num.10. & ſequitur. Ruin.conſ.53.nu.17.poſt medium,vol.2.& ita ſu perioribus annis iudicari vidimus in facti contingentia, me patrocinante in curia noſtra Aquilana per D.Iulium Furnium tunc iudicem meritiſſimum ipſius curiæ ad fauorem Magnifici Ioannis Marini de Don Lupo mei clientis contra Antonium Franciſcum eius filium in cauſa tunc inter eos vertente. *Cōis opin.*

2 Sed vbicunque maritus,& vxor confiterentur habuiſſe pretium rei dotalis venditę:tunc totum pretium ad manus ipſius mariti perueniſſe præſumeretur:vt per Bal.in auth.ſi qua mulier.C.ad Velleian.Bal.Nouel.in tract.de dote,in 7.par.priuileg.1.& Grauet.conſ.91.nu.11.in quibus quidem locis iſtā opinionem cōem eſſe perhibent. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PATER poteſt vendere filium, vel pignori dare etiam inuitum propter neceſsitatem, & oppreſsionem famis.*

2 *Pater non poteſt vendere filium presbyterum ob oppreſsionem, ac neceſsitatem famis.*

3 *Pater filium venditum per eum ex neceſsitate famis perueniens ad pinguiorem fortunam cogitur illum redimere.*

4 *Pater captiuus non poteſt dare loco ſui filium obſidem.*

5 *Filius tempore oppreſsionis famis habens patrem, & filium fame morientes, ſi vnum ſolum panem habeat, debet prius ſubuenire patri, quàm filio, & panem illi dare, & ſinere potius fame mori filium, quàm patrē.*

OPINIO DXCVI.

1 PATER poteſt vendere filiū, vel pignori dare etiam inuitum propter neceſsitatē, & oppreſsionē famis.l. 2. & ibi Glo.Bal.& omnes. C. de patribus, qui fil. diſtr. & voluit quoq; Gl.in c.3 aliàs,ſi quis, ext.de furtis,Inno.& Abb.col.fin.in c. non nē.de præſump.Bar.in l. qui filios.C.quę res pign.oblig. poſſ.Bal.nu.4.& Abb.nu.7.in c.ex reſcripto. ext. de iureiu.Io de Amic.conſ.105.nu.3.Imol.in l.1. nu.6.ff.de vulg.Card.Albanus in lucubr.ad Bar. in l.item in poteſtate. nu 2.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.Bal.in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. vbi inquit Glo.in d.l.2.eſſe ſingularem, & cōiter approbatam, & receptam aſſeuerat Couarr. in lib. 3.variarū reſolut.c.14.nu.4.in 2.not.& Ripa in l. obligatione.ff. de pign. nu. 13. & ſic hoc caſu dūtaxat patri licitum,permiſſumq; eſt proprium filium vendere, ſeu pignori dare, ne mendicitatis prætextu fame pereat.quoniā legitur Nehemiæ. c.5.ꝙ populus fame oppreſsus ait: Filij noſtri, & filię noſtræ multę ſunt nimis,accipiamus pro pretio eorum frumentū,& comedamus,& viuamus: vt refert Tiraq. de retract. conſang. §. 26. Glo.1. nu.15.& 26. *Cōis opin.*

2 Sed hoc non procedit in filio presbytero: quia ob famem cum vendere non poſſet pater: ſecundùm Hoſtien.& Io.Andr.in c.Iudæorū,de ętat. & qualit. quos ſequuntur omnes cōiter ibi,Ioan.de Ana.in d. c.3.col.2.Marſil.ſing.101.Gerar.ſingul. vltimo,n.16.& Rimin.in rub.inſtit.quibus alien. non licet,nu.158.& Couarr.in d.c.14.nu.4. in 5. nota. vbi ponit iſtam eſſe communem opinionē, & Marſil.in repet.rub.C.de fideiuſſ.nu.143. *Cōis opin.*

3 Et iſte ſic uenditus à patre, poteſt agere contra patrem,vt eum redimat,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit; & per conſequēs ceſſante paupertate:ſecundùm Bal.in d.c. ex reſcripto, in fin. quē ſequitur Fely.in c.cū dilecta.col.27.de reſcri. Dec.in l.quæ propter.ff.de reg.iu.Marſ.in d.ſing. 101.in fi.in l.vnica,nu.32.C.de rap.virg.Gerar.in ſing.100.nu.16. Cagnol.in l.non debet, n.4.ff de reg.iur.& Tiraq.in d.§.26.Glo.1.n.17.Nā emens ipſum filium, illum reſtituere tunc tenetur oblato ſibi pretio,uel æquè bono mancipio.d.l.2. vbi Bart.Bald.& cæteri omnes,Gloſſ.in d.c.ſi quis, & Abb.in c.ex literis,nu.7.extra de diuortijs.

4 Item limitatur non habere locum pręmiſſa cōmunis ſententia in patre captiuo:cui loco ſui permiſſum nō eſt filios obſides dare:ſecundùm Cyn. Saly.& cæteros communiter,in d.l.2.&Ripam in d.l.obligatione.nu. 14.& ſeq. vbi ait opinionem iſtam communem fore, & ſequitur, & declarat, Fely.etiam in c.ex reſcripto,ſub nu.4. de iureiur. *Cōis opin.*

5 Sed ſi filius,aduerte hic vtiliter, haberet vnum ſolum panem tempore oppreſsionis famis,haberetq; filium, & patrem vtroſq; morientes ob neceſsitatem:tunc debet prius, & potius ſubuenire patri,quàm filio;& ſic illum panem dare tenetur patri,vt fame prius filius,quàm pater pereat: ſecundùm Cyn.Alber.& Salyc.& Ang.in l.2.C. de patr.qui fil.diſtra.Illuſtriſſ.D.Card.Alban.in d.l. item in poteſtate.nūm.4.ubi reddit rationem,& Io.de Amicis,in d.conſ.105.num.1.& ſeq.ubi explicat iſtam eſſe communem opinionem, & ita circa hoc ſemel interrogatum fuiſſe. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PATER ſi quid legat filiæ,cenſetur etiam eo nomine non expreſſò pro dote legare.quod limitatur in fine remiſſiuè duobus modis.*

2 *Pater legans filię,et eius uita durante ei dotem tradens, dos ipſa tunc abſque dubio imputatur in legatum.*

3 *Filius,ac frater poſt mortem patris tradens, ſoluens que dotem ſorori ſuæ, cui reperiebatur legatum factum à patre:tunc dos ipſa imputatur in ipſum legatum.*

OPINIO DXCVII.

1 PATER legãs filiæ aliquid, etiã non expreſſo dotis nomine, intelligitur pro dote legaſſe: ſecũdùm Bal. in l. quod autem in ſtipulatione, per illum tex. & l. tali. §. fin. ff. de iur. dot. Alex. in l. huiuſmodi. §. cùm pater. nu. 3. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 3. quæritur. vol. 3. vbi dicit id verum eſſe, vbicunq; pater dotare ipſam filiã teneretur. l. qui liberos. ff. de rit. nup. & ſequitur etiã Iaſ. in l. filię legatorũ. nu. 3. C. de leg. & Pepus in auth. præterea. col. 43. C. vnde vir, & vx. ideoq; præſumitur in eã dotis cauſam neceſſariam legare: ſecũdùm Doct. communiter in d. §. cùm pater. Cōis opin.

2 Vndè ſi pater legaret prius, & demũ antequã moriatur, ipſi filię traderet dotem: in dubio certè cenſeretur ad cõputũ legati dediſſe; adeo ꝙ illud legatũ amplius non deberetur: vt firmauere Cor. conſ. 230. viſo puncto. nu. 2. vol. 4. Ruin. conſ. 38. proponitur. uol. 4. Soc. Iun. conſ. 79. nu. 18. vol. 3. & probatur hoc in l. Lucius. la. 1. ff. de leg. 2. & iſta eſt communis opinio omnium Doct. in d. l. filia legatorum. C. de legat. Cōis opin.

3 Et prælibata opinio in principio poſita ampliatur vtiliter etiã, quando non pater ipſe dotẽ dediſſet, uel promiſiſſet pro filia, ſed eius filius; nihilominus legatũ ſolutum cenſebitur, vtpotè: quia factum filii ſoluentis, promittentiſuè, reputatur patris, qui ad eam dotandã tenebatur, & cenſetur ꝑ filium à patre profecta, & conſtituta: vt determinat copioſiſsimè Rui. cõſ. 38. ſuperius citato. n. 3.

¶ Sed iſtam opinionem ita ampliatã limitat in duobus caſibus Soc. Iun. in d. cõſ. 79. n. 48. & 112.

SVMMARIVM.

1 *PATER dotans filiam, ac ſtipulans ei dotẽ profectitiã reddi, ipſi filię ſine filiis decedenti omnibus excluſis ſuccedit, nec nõ in aliis bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna prouenientibus. Nã in bonis á linea materna quæſitis pater ipſe præferendus eſt omnibus in ſucceſſione ab inteſtato.*

OPINIO DXCVIII.

1 PATER dotans filiã, ac ſtipulans ei dotem profectitiã reddi, ſi abſq; filijs decederet, relicto dicto patre, matre, fratribus, & ſororibus: tũc ſolus pater ſuccederet excluſa matre, fratribus ipſis, & ſororibus; & ſic ſolus pater admittitur in dote prædicta ſimul ac in alijs bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna prouenientibus: ſecundũ Bar. nu. 36. Io. de Imol. in fi. Roma. Iaſ. nu. 105. cũ aliis ſeq. & Herc. in fi. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. Bar. in auth. itaq; nu. 2. C. cõia de ſucceſſ. & conſ. 18. in fi. Bal. & Ang. in l. qđ ſcitis. §. ſin aũt. C. de bonis quæ lib. Roma. conſ. 40. Abb. conſ. 75. in fi. vol. 2. Anchar. conſ. 349. Guid. Papæ. conſ. 50. Bal. conſ. 36. & 106. vol. 2. Alex. conſil. 150. col. 2. uolum. 2. vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem, & Grauet. conſ. 176. nu. 1. cum alijs ſeq. idemq; firmat Boer. deciſ. 192. ſub num. 5. Rubeus conſ. 79. qui pro iſta parte conſuluit, & Tiraq. in tract. de retract. conſang. §. 14. num. 12. fol. 170. dixit opinionem præmiſſam receptam eſſe apud Gallos. Et ratio aſsignatur iſthæc. Nam in bonis à linea paterna quæſitis pater ipſe præferendus eſt omnibus in ſucceſsione ab inteſtato: vt eſt text. ſecundùm vnam lecturam, ſeu intellectum in d. §. ſin autem. quem approbat ibi Glo. Bart. Ang. Paul. Caſtren. Alex. in add. Bal. & Pariſi. in addit. Bar. ubi exprimit magis communem fore. idemque aſſeuerat Alex. in d. conſ. 150. col. 2. Sed quãdo bona proueniunt à matre, vel latere materno: tunc mater ipſa, ſeu parentes ex parte matris in bonis filij præferuntur: vt Doct. omnes voluerũt. Cōit opin. Cōis opin.

¶ In contrariam verò ſententiã, ſcilicet, quòd pater, & mater debeant æqualiter ſuccedere, inclinauerunt Cyn. Rayn. Bal. ſibi contrarius, Saly. Fulgoſ. & Corn. per text. ibi, in auth. defuncto. C. ad Tertul. Dyn. in d. auth. itaq;. Cuma. conſ. 122. conſulendo, Capra etiam conſil. 34. & Corn. conſ. 94. vol. 1. & conſ. 165. vol. 4. eiuſdemq; opinionis fuerunt Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 2. par. col. 3. & alij congeſti per Tiraq. in d. §. 14. nu. 13. & Couarru. in epitom. in 4. lib. decretalium, in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 2. fol. par. 397. poſito poſt tit. de teſt. & partem hanc fatetur ex ſe ipſo, iudicio meo, cõem eſſe Bald. in d. cõſ. 31. vel. 36. vol. 1. & retulit Couarr. ubi ſupra. Cōis opin.

¶ Tamen quicquid iſti Doct. ſuadeant tutum foret in actu practico recedere ab opinione præmiſſa Bar. & ſequacium, quę quippè vera, rationabilis, & ęqua apparet ex ſupra relatis, ac eã limitat Couarr. in d. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 2. in fi.

SVMMARIVM.

1 *PATER & filius hodie in aduentitijs inter ſe efficaciter obligantur.*

OPINIO DIC.

1 PATER hodie in aduentitijs filio ſuo efficaciter obligatur: & ſimiliter filius põt patri obligari: cùm materna, & aduentitia quęrere valeat, & ſic inter ſe tenaciter, atq; efficaciter obligãtur: ſecũdũ Bal. Saly. Pau. Caſt. & Corn. in l. iubemus. §. in ſupradictis. C. ad Trebel. Glo. Bar. Caccialup. n. 39. & Iaſ. nu. 37. in 1. lect. in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb. vbi oſtendit iſtam communem opinionem fore, & ei inhæret quoq; Alex. conſ. 186. nu. 6. lib. 6. & Crotus, in l. ſi conſtante, in 2. repet. nu. 120. ff. ſolu. matrimo. Cōis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PATER habens filios, ingrediens religionem non perdit vſumfructum aduentitiorum, & maternorum, ſed acquirit illum manaſterio pro toto tempore vitæ ſuę: ſecundùm unam communẽ opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, uidelicet ipſum uſumfructum ſtatim reuerti ad filium.*

OPINIO DC.

1 PATER habens filios, ingrediensq; religionem non perdit vſumfructũ aduẽtitiorũ, & maternorum; & ſic vſusfructus acquiritur monaſterio per totũ tẽpus vitæ ipſius patris: ſecũdũ Glo. Cyn. Bar. n. 42. Alber. & Roſel. in auth. ingreſsi. C. de ſacroſá. eccleſ. Glo. Bal. Fulgoſ. Pau. Caſt. & Corn. in auth. idem eſt. C. de bonis quæ lib. Inno. Dec. n. 256. & ſeq. & Auguſt. Beroũ, nu. 129. & ſeq. in c. in pręſentia, de prob. Spec. in tit. de ſta. mo. §. 1. q. 47. Imol. in l. cũ filio. ff. de leg. 1. Cæpol. conſ. 22. nu. 4. & cũ opinione hac pariter cõcurrunt profitendo eam
Cõis opin. cõem eſſe. Alex. conſ. 129. vol. 2. nu. 5. Soc. cõſ. 10. vol. 1. nu. 20. Gomeſ. in l. 48. Tauri. nu. 8. Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 49. C. de bo. mater. & Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. nu. 30. ff. de libe. & poſth. & ita iudicatum extitit in curia parl. Delph. teſte Guid. Papę deciſ. 595. ſi vſufructuarius.

¶ Cum contraria vero opinione, videlicet vſũfructum ipſum ſtatim conſolidari cum ſua proprietate, reuertiq; ad filiũ, atq; in totũ extingui: tranſiuere Martinus Silimanus, Cyn. & Dyn. in d. auth. idẽ eſt. & ibi etiã Saly. & Iaſ. nu. 48. in d. auth. ingreſsi, Marſil. ſing. 668. Rimin. in §. 1. nu. 128. inſtit. per quas perſ. ius nob. acquir. & Couarr. in c. 2. nu. 8. de teſt. vbi cum alijs relatis per eũ oſten
Cõis opin. dit iſtam eſſe communem opinionem. quam, tanquam æquam, atq; optimis rationibus vallatam, per memoratos Doct. ſequi non erubeſcam.

SVMMARIVM.

1 *PATER vſumfructum bonorum, quem in filij ſui bonis habet non perdit per monachiſmum, vel clericatum.*

OPINIO DCI.

1 PATER vſumfructũ bonorũ, quẽ in filii ſui bonis habet, non perdit aliquo pacto per monachiſmũ, vel clericatũ ipſius filij. & ſic vſufructus bonorũ, quæ filio familias clerico, ſeu monacho effecto acquiruntur, ipſi patri cõpetit: ſecundùm Spec. in tit. de ſta. mo. §. 1. verſ. quęritur, Abb. in c. conſtitutus, de in integ reſt. Saly. Fab. & Iaſ. n. 48. in auth. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccl. Imol. in c. quia ingredientibus. col. 6. de teſt. Dec. nu. 246. & ſeq. & Beroũ, nu. 525. cũ aliis ſeq. in c. in præſentia, de prob. & iſtorũ opinionẽ ſequuntur etiã cum aliis ſignatis per eos, atq; cõem eſſe perhibẽt Couarr. Cõis
in c. quia nos, nu. 2. de teſt. & Vaſq. in tract. de ſuc opin.
ceſſ. proceſſ. tit. qui teſtari nõ poſſ. lib. 1. §. 1. n. 41.

SVMMARIVM.

1 *PATER iure hodierno eſt legitimus adminiſtrator in dote profectitia filiæ, licèt cum ea nullam communionem habeat, & ipſi patri in huiuſmodi dote quæritur vſusfructus.*

OPINIO DCII.

1 PATER eſt legitimus adminiſtrator iure hodierno in dote profectitia filiæ: licèt cũ ea nullã cõionẽ habeat. & quæritur in huiuſmodi dote patri vſusfructus, & ſic dicitᷓ vſufructuarius: ſecũdũ Glo. cõiter receptã ab omnibus Doc. Cõis
in l. cũ dos. ff. de pact. dot. Soc. & Moder. in l. 2. §. ꝙ opin.
ſi in patris. ff. ſol. matr. & iſta eſt cõis, & vera concluſio: ſecundùm Curt. Iun. conſ. 152. nu. 3.

¶ Sed hoc limitatur ſupra in Opinio. Filusfamilias, ſub 2. limitatione.

SVMMARIVM.

1 *PATER habẽs duodecim filios excuſatur tam à muneribus perſonalibus, ſeu collectis quibuſcunq;, quàm etiam à patrimonialibus: nec perdit conſecutam immunitatem, etiam ſi poſt aliquis ex duodecim moriatur.*

2 *Pater habens duodecim filios non excuſatur à contribuendo in refectione murorum.*

3 *Pater 12. habẽs filios tenetur contribuere in ſubſidijs regijs, non obſtãte immunitate cõſecuta ex ipſis filijs.*

4 *Numerus duodecim filiorum non prebet immunitatem ab oneribus, & penſionibus feudorum, uel emphyteoſis: quia non ſunt publica munera, ſed priuata.*

OPINIO DCIII.

1 PATER habens duodecim filios excuſatur tã à muneribus perſonalibus, ſeu à collectis quibuſcũq; quã etiam à patrimonialibus. l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10. vbi hoc tenet Glo. Bar. And. de Barul. & Io. de Plat. & Bar. in l. ſemper. §. demonſtratur. de iure immun. Et iſta eſt magis com- Cõis
munis opinio omnium Doct. in præcitatis locis: opin.
vt meminit Ana. conſil. fin. col. 1. & ſeq. & Bologninus. in add. ibi. Couaruuias in epito. de teſta. in 2. par. c. 8. num. 1. fol. par. 146. & Rolan. à Valle conſ. 52. requiſitus vt dicam quid ſentiã, nu. 3.

cum alijs ſeq.vol. 2. vbi dictam communem ampliat,citat, & ſequitur conſulendo in proprijs terminis,&Natta in add.Alex.conſ.123.nu.2.vol.5.

¶ Et ampliatur hoc in tãtũ procedere, ꝙ pater qui habuit dictos duodecim filios, & cõſequutus fuit immunitatẽ,ſi poſtmodum moriatur aliquis ex iſtis filijs durat priuilegiũ: ſecundùm Io. And. in c.decet indultũ,in mercu.de reg.iuris in 6.quẽ ſequitur Alberi.in l.2.§.1.ff. de excuſ. tut. dicens ibi ita de facto obtinuiſſe, & in l.decet. ff. de reg. iur.Fulg.conſ.52.Pau.Caſtren.in l.ſi cùm dotem. §.ſi maritus.ff.ſol.mat.Dec.conſ.24.col.2.in l. in omnibus cauſis.col.fin.ff.de reg.iur.in auth.præterea,in fi.C.vnde vir,& vxor,& in c.cũ ceſſante. col.1. de appel.&ita cõſuluit Imol.cõſ.77.in 3.dubio.& ita tenet Iaſ.l.ſciẽdũ.§. fi. ff. qui ſatiſd.cog.

¶ Et licèt contrariũ ſentiat Alex.in d.§.ſi maritus,tamen iſtam præcedentẽ opinionẽ dicit eſſe cõem Alciat.in tract.de præſ.in 1.reg.præſ.36.n. 2.à qua dicit non eſſe recedendum propter ſantaſiam Alex. in iudicando, & conſulendo. Barthol. Soc.in d.l.ſciendum.§.fin.& ſequitur,tuetur,& citat cum alijs aggregatis per eum Rolan. à Valle conſ.52. requiſitus vt dicã quid ſentiam,ſub nu. 38.cum alijs ſeq.vol.2.& Vrſillus in add. Afflicti in deciſ. 172.num.2. *Cõis opin.*

2 Sed limitatur primùm memorata cõis opinio ita ampliata utiliter non procedere,vbicunq; ageretur de refectione murorum:tunc equidem habens 12.filios non excuſaretur à contribuendo in ipſa refectione:ſecundũ Bal.conſ.312.vol.3.& tãgit articulum iſtum Io.de Ana.d.conſ.ultimo.

3 Secundò limitatur non habere locum in ſubſidijs regijs,in quibus tenentur contribuere etiam habentes 12.filios:ſecundùm Guid. Papæ quæſt. 401.ſed quòd de homine habente 12.liberos,vbi docet ita obſeruari de conſuetudine.

4 Tertiò limitatur,ꝙ licèt numerus 12.filiorum excuſet à muneribus, & alijs ſupra in principio narratis;nihilominus non præberet,ac daret immunitatem ab oneribus, & penſionibus feudorum,vel emphyteoſis: quia non ſunt munera publica,ſed priuata: vt conſuluit Alex. in d.conſil. 123.nu.5.cum alijs ſeq.vol.5.

SVMMARIVM.

1 *PATER habet vſumfructũ in omnibus bonis aduentitijs filij eo uiuente; ſcilicet in quæſitis per filiũ tempore emancipationis, ſecus in poſtea querendis,in quibus nullum vſumfructum habet, nec in illis pater poteſt ſibi reſeruare uſumfructum.*

OPINIO DCIIII.

1 PATER habet vſumfructũ in omnibus bonis aduentitijs filij eo viuẽte. l.cùm oportet.C. de bonis quę liber. & §.hoc quoq; inſtit. per quas perſ. nob.ius acq. Quod quippè venit intelligendũ cũ grano ſalis,uidelicet,in quęſitis per filiũ tempore emancipationis:ſecus verò in poſtea quærẽdis, in quibus nullũ vſumfructũ habet.l.1.& ibi Pau. de Caſt.C. de bonis quę lib. & idẽ Pau.de Caſt.in d. l. cũ oportet.& iſtã opinionẽ ſcribit eſſe cõem Aldobrã.in pręcitato.§.hoc quoq;. *Cõis opin.*

¶ Imò plus dic,ꝙ nec expreſsè pater põt ſibi reſeruare vſumfructũ in bonis poſtea quærẽdis per emancipatũ:ſecundũ Io.And.in add. Spec.in tit. de nat.ex lib. ven.in fi.motus ea potiſsimũ rõne: quia in acquiſitis poſt emancipationẽ ꝑ filium, pater nullũ ius habet.l.ſi filius.ff.de uer.oblig. & & in l.fi.ff.de ſtip.ſeruorum.meritò huiuſcemodi retentio nil operatur.& hoc idẽ ante Io. Andr.in loco ſuperius citato poſuit Oldra.conſ.24.vt not. Iaſ.idem tenens,in l.fin.nu.28.C. de pact. & Gerar.in ſing.76.circa fin.

SVMMARIVM.

1 *PATER naturalis tenetur duntaxat alere filiam,non autem dotare. Quod procedit de iure canonico,& ciuili,& ſeruatur vbiq; ut explicatur infra ſub num. 2.*

2 *Pater naturalis poteſt dotare filiã ſuã naturalẽ ſi vult.*

3 *Clericus de iure canonico,& ciuili poteſt filiam dotare.*

OPINIO DCV.

1 PATER naturalis tenetur dũtaxat alere filiam,non aũt dotare:ſecũdũ Bar.in rub.ff.ſol. mat.& Doct.omnes cõiter in c. cũ haberet,de eo qui duxit in vx.quã poll.per adult.quorũ opinionẽ tanquã cõem ſequitur,& citat Alex.in l.1.ff.ſol.ma.Alc.in rub.ff. de ver.obli.Ripa,& Ruin.n.60.in rub.ff.ſol. mat. Paleot in trac.de notis,& ſpurijs.q.54.&Boer.deciſ.127.n.13.cũ multis ſeq.Affl.in cõſt.quãpluriũ, ſub nu.23.& ſeq.lib.3 rub.17.& Petrus de Benintendis deciſ. 22. n. 1.& ſeq.vbi refert abundè caſum not. ob hoc deciſum in Rota Bononienſi. *Cõis opin.*

2 Et licèt pater ipſe naturalis filiam tantùm naturalem dotare non cogatur:tamen poſſet ſi vellet.l.vxorẽ.§.pater naturalis.ff.de leg.3. & notat Ang.conſ.209.Petr.de Saona,in prin.Et cõis iſta procedit de iure canonico, & nõ de iure ciuili; & iſtud ius ſeruatur hoc caſu vbiq;: ſecundùm Dec. in c.eccleſia Sanctę Mariæ de conſtit.& Affl.in d. conſtit.quamplurium,nu.24. vbi ait etiam ſeruari in Regno, & ita conſuluiſſe. & ſequitur etiam Petrus Duennas in reg. 367. Filius ſpurius,in prima ampl.vbi cum alijs Doct.aggregatis per eum prædicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Et hoc quòd pater de iure canonico teneatur præſtare alimenta ſpurijs, ponit pro regula cum nonnullis limitationibus, & ampliationibus Petrus Duennas in præmentionata reg.367 Filius ſpurius, & declarat taliter Petrus de Beninten-

nintendis, in d. deciſione. 22. vt ibi circa hoc nihil intactum derelinquat, & Michael Ciſuentes in commentarijs ſuper leges Tauri, in l. 9. num. 1. cum alijs omnibus ſeq. ubi etiam num. 9. firmat
Cōis opin. ex communi opinione omnium Scribentium clericum poſſe tam de iure canonico, quàm ciuili filiam dotare, & præſertim de obuentionibus, & redditibus beneficiorum, vbicunque careret bonis patrimonialibus: vt concludit Guliel. Redoan. in tract. de ſpolijs eccleſiaſt. q. 3. ſub num. 22. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *PATER interueniens, ſeu promittens quouis modo pro filio, non poteſt petere prius excuti filium principalem, ſed ipſe pater tenetur ſoluere utì principalis.*

OPINIO DCVI.

1 PATER interueniens, ſeu promittēs quouis modo pro filio, non poteſt petere prius excuti filium principalem, ſed ipſe pater tenetur ſoluere vti principalis: & per conſequens non poteſt gaudere beneficio, & fauore auth. præſente. C. de fideiuſſ. quòd pater ante principalem cōueniri nō poſsit. vt eſt tex. ſingularis in l. 3. §. ſed utrum, & ibi Bal. ff. de minoribus. & ita per illū tex. tenet Barbac. in c. peruenit, de fideiuſſ. num. 7. & in l. ſtipulationum, la. 2. §. ſatis acceptio, col. 5. ff. de ver. oblig. Steſa. Aufre. in add. ad deciſiones Cappellę Tholoſanę, in deciſ. 196. Boer. deciſ.
Cōis opin. 221. n. 6. & 14. & opinionem iſtam firmat etiam & aſſeuerat eſſe communem poſt alios iam relatos Doct. Pirrhus Englebermeus in l. 2. C. de decurionibus. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *PATER poteſt remittere iniuriam factam filio, etiam ex lege Cornelia deſcendentem, eo inuito, nec alius amplius agere poteſt.*

2 *Mater ſtante pace, ſeu remiſſione facta per patrem de iniuria, ſiue nece communis filij, non poteſt amplius accuſare, ſeu querelare.*

3 *Pax, ſeu remiſſio hodie in Regno debet neceſſariò obtineri ab omnibus offenſis, qui accuſare poſſunt.*

OPINIO DCVII.

1 PATER poteſt remittere iniuriam factā filio, etiam ex l. Cornelia deſcendentem eo inuito: & ſic patri competit actio iniuriarum, & remiſſa per eū iniuria filio facta, nō datur amplius actio eidem filio; imò ea remiſsio præiudicat ſibi, & fratribus, qui pro tali offenſa amplius agere nequeunt: vt voluerunt Gloſſ. Iacob. de Aret. Bar. Ang. & Alberi. in l. ſed & ſi vnius. §. filio familias. ff. de iniurijs, per illum tex. & Cardinalis Albanus, vir pręclaris animi dotibus mirificè ornatus, in lucubratio ad Bar. in l. item in poteſtate. ſub nu. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Vrſillus in add. Afflict. in deciſ. 180. ſub nu. 7. vbi deducit ita extitiſſe iudicatū in ſacro Regio Concilio Neap. Et iſtorum opinionem approbat, dicit eſſe cōmunem, & limitat in quatuor caſibus Cōis opin. Boer. deciſ. 120. nu. 1. 2. 3. & 6. Paris de Puteo, in tract. ſyndicatus, in uer. Compoſitio. c. fin. nu. 6. & ſeq. fol. par. 115. Io. de Amicis conſ. 88. Hieronimus Gabriell. conſ. 172. ex facto propoſito plures quęſtiones oriūtur. nu. 44. & ſeq. vol. 1. & Pet. Plaza in epit. cauſarum criminaliū lib. 1. c. 6. nu. 19. cum alijs ſeq. & Marant. in tract. iudiciorum in 6. par. prin. in tit. de inquiſit num. 67. adeò ꝙ pax, & concordia facta per pactum cum iniuriātibus filiū, ritè dicitur facta, & nocet filio, ac alijs conſanguineis, à quibus omnibus rata haberi debet. pro quo facit tex. in c. Quintauallis, ibi pro offenſa, quam filiæ ipſius. & inquit Bal. in prin. de iureiuran. & Iaſ. in l. in perſona. ff. de pactis. & facit optimè deciſio Cappellę Tholoſa. 241. cum ibi congeſtis.

2 Sed aduerte, quòd ſi pater remiſiſſet iniuriam factam filio: mater tunc poſſet accuſare abſque dubio aliquo: ſecundùm Saly. in l. vxor. C. qui accuſ. non poſſ. & Afflict. in conſtit. Neap. exordiente, Summo periculo, in 9. not. & D. Follerium iuris peritiſsimum, & ſūmo ingenio præditū in pract. crim. in 2. par. 2. partis, in uerſ. audiantur exceptiones proponendæ per eos. nu. 20. vbi aſſerit ſe ita vidiſſe iudicari.

¶ In cōtrariam verò partem videlicèt, quòd mater etiam vidua ſtante remiſsione antedicta facta per patrem de nece, ſeu iniuria filij communis accuſare nequeat, inclinauit Vrſillus in add. Afflict. in d. deciſ. 180. nu. 9. vbi meminit ita deciſum fuiſſe in Sacro Concilio Neapo.

3 Sed hodie aduertit ibidem promulgatam, emanatamq́ue extitiſſe ad tollendum hanc difficultatem, omneuè dubium, regiam pragmaticam in Regno Neap. ſuper hoc, vt pax, & remiſsio obtineri debeat ab omnibus offenſis, qui accuſare poſſent.

SVMMARIVM.

1 *PATRONI dicuntur non ſolùm qui fundāt, conſtruunt, uel dotant, ſed etiam qui præſcripſerunt iuſpatronatus.*

2 *Iuſpatronatus poteſt præſcribi etiam per laicum cōtra alium laicum ſpatio 40. annorum.*

3 *Præſcribens iuſpatronatus debet eſſe in bona fide.*

4 *Patronus etiam dici poteſt is, qui reperitur in quaſi poſſeſsione præſētationis, ac etiam ex vnica præſētatione vltima. & dicta quaſi poſſeſsio acquiritur ex tribus ut explicatur infra in fine.*

Iuriſ-

5 *Iuriſpatronatus titulus neceſſariò eſſe debet ex fundatione, vel dotatione, qui oſtendatur ex authentico documento, & alijs à iure requiſitis, ſiue ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſsimum tẽporis curſum, qui hominum memoriam excedat.*

6 *Poſſeſsio, uel quaſi, præſentandi acquiritur ex tribus, primò quòd præſentatio fuerit facta bona fide. ſecundò quòd fuerit admiſſa. & tertiò quòd per eam fuerit ſequuta inſtitutio.*

7 *Ius præſentandi & ſuccedendi in iure patronatus eſt cõmune inter mares, & fœminas, & in eo tantum uocis habent fœminæ, quantum maſculi. quod declaratur fuſiſsimè.*

OPINIO DCVIII.

1 PATRONI dicuntur nedum qui fundant, cõſtruunt, uel dotant eccleſiam, vel altare, uel cappellam, uel aliũ piũ locum. c. piæ mentis. 16 q. 7. & per Doct. in rub. & in cap. 1. eod. tit. ſed etiam illi qui pręſcribunt ius patronatus, quod pręſcribi poteſt: ut firmant Ioan. And. in c. quod alicui, de reg. iur. in 6. Federi. de Senis conſ. 234. Cardin. in Clemẽ 2. de iurepat. & cõſ. 79. Alex. cõſ. 74. nu. 25. volu. 4. Abb. & omnes alij Canoniſtæ. in c. quærelam, de elect. & in conſ. 124. & conſ. 126. ubi admonet iſtam opinionem communem eſſe, & Dec. quoque conſ. 134. nu. 3. & ſeq. *Cõis opin.*

2 Vbi etiã adiicit, quòd laici quoq; poſſunt præſcribere huiuſcemodi ius pręſcriptione. 40. annorum contra alios laicos. & ſequitur etiam Cæſar Lambertinus in tract. de iurepatronatus in vndecima principali quæſtione, & vltima ſecundæ partis primi libri, vbi admittit iſtam fore communem opinionem, & aduertit ab ea non eſſe vllo modo recedendum in praxi. *Cõis opin.*

3 Sed aduerte, quòd præſcribens antedictũ iuſpatronatus debet eſſe in bona fide: vt latè tenet, & probat Lambertinus in d. tract. de iurepat. in 3. artic. ſecundæ quęſtionis principalis, ſecundæ partis primi libri.

4 Poteſt etiã dici patronus is, qui eſt in quaſi poſſeſsione pręſentandi, & ex vnica præſentatione vltima. c. cõſultationibus, & ibi Doct. de iurepat. & in d. c. quęrelam, & Dec. in d. conſ. 134. conſ. 126. & conſ. 127.

5 Cæterùm Concilium Tridentinũ ſeſſ. 25. ca. 9. poſt prin. diſponit, vt titulus iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requiſitis oſtendatur, ſiue ex multiplicatis pręſẽtationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſuè ſecundũ iuris diſpoſitionẽ.

6 Vnde ex his aduerte, ſecũdũ Calde. in conſ. 12. tit. de iurepat. quòd acquiritur prædicta quaſi poſſeſsio ex tribus. primò quòd præſentatio fuerit facta bona fide. Secũdò quòd fuerit admiſſa. Tertiò quòd per eam fuerit ſequuta inſtitutio: ut voluit etiam Dec. conſ. 129.

7 Cęterùm aduerte hic vtiliter, & neceſſariò, quòd fœminę tantum uocis habere uidentur in pręſentado clericum in eccleſia, ſeu cappella patronata, quantum maſculi: & ſic mares, & fœminæ æquale ius habere cenſentur ſuccedendi in iurepatronatus pro rata vocis. ita Barbac. in c. quãto, extra de iud. qui ibi affirmat, quòd tãtum habet vocis in præſentando vna paupercula vidua, quantum vnus magnus Rex.

¶ Et conſequenter in præſenti caſu iurispat. nullum etiam minimum diſcrimẽ quippè eſt inter mares, & fœminas. c. fin. de conceſ. pręben. & not. in c. 1. de iurepat. & cumulatiſsimè per Roch. Curt. in tract. de iurepat. quęſt. 1. Calder. cõſ. 4. de iurepat. Clemẽ. 2. eod. tit. & refert, ſequiturque Ioan. Bapt. Ferrett. conſ. 131. vol. 1.

¶ Nam ſi iuſpatronatus cõpeteret alicui Vniuerſitati, in præſentando deberent profectò tũc vocari virgines, maritatę, & viduæ. ita Anchara. conſ. 81.

¶ Sed Gaiet. & Capra in c. fi. de elect. firmãt, quòd ſi fundator iuriſpatronatus velit ipſum iuſpatronatus tranſire in hęredes, & ſucceſſores ſãguinis, tranſibit ad eos etiam quòd non ſint hęredes: & ſi repudiauerit filius, uel filia hæreditatem patris: tamẽ haberet tunc iuſpatronatus. & hoc tangit Glo. in c. conſiderandum. 16. q. 7. inquiens, quòd quamuis filius, uel filia renunciaret hęreditati, haberet, & cõſequi poſſet iuſpatronatus patris, vel matris, allegat. l. filij. ff. de iurepat. quod firmat, & ſtrenuè tuetur Saly. in l. 2. C. de iure emphyt. & iſta eſt communis opinio, teſte ibi Iaſ. nu. 188. *Cõis opin.*

¶ Et eo magis cũ iuſpatronatus hoc ſit quodam ius de per ſe, & non dicatur modo aliquo eſſe in bonis, & minimè ueniat appellatione iuriũ & reguletur vt ius eccleſiaſticum. ita Abb. in c. quia in fin. de iurepat. Bal. cõſ. 285. quædam mulier, vol. 3. & ſit alterius naturæ, quàm alia iura.

¶ Et Canoniſtę in d. c. quãto, arg. c. ſedes de reſcrip. & Gram. conſ. ciuili. 62. num. 8. diſcutiunt, quis ſit præferendus præſentatus à mare, uel præſentatus à fœmina, & idem Gram. concludit, ꝙ cæteris paribus præfertur pręſentatus à mare.

¶ Eſt benè uerum, quòd iuſpatronatus tranſit in fœminam hæredem. ita Abb. in c. cùm ſeculum de iurepat. & Deci. conſ. 127. col. fin.

¶ Vnde iuſpatronatus patris, in quo licèt filij veniant vt filij, non vt hęredes, pater poſſet vni ſoli aſsignare, & omnibus alijs pręiudicare, alios excludẽdo. ita Mar. Soc. in cõſ. 25. D. Frãvol. 1.

¶ Imò etiam iuſpatronatus tranſit ad hæredes fœminas, & tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. ſecundum Glo. & Card. in Clemen. fin. de iurepat. & ſic doctiſsimè, atque fuſiſsimè vidi conſultum per nouas, & raras rationes per no-

ſtræ

ſtrę Ciuitatis Aquilanæ fulgentiſsimum lumen & ornamentum, D. Terentium Turcanicum mihi vti fratrem colendiſsimum, in cauſa non leuis momenti, quæ in pręſentiarùm exagitatur.

¶ Imò denique iuſpatronatus tranſit quoque ad hæredes extraneos. ita Glo. in l. ſi operarum. ff. de oper. lib. Glo. & Archi. in c. conſiderandum. 16. q. 7. Glo. & Card. in d. Clemen. fin. de iurepat. Bal. in c. decedenti. qui feud. da poſſ. & in l. venia. C. de in ius vocan. & Inno. in cap. 1. de iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *PAVPERTAS, uel diuitiæ quando sūt fundamenta agentium, tenentur fundantes ſe in eis illas probare tāquā cauſę eorū intētionis.*

2 *Paupertas probatur ſufficienter per duos teſtes ad finē & effectum, ut expenſę reſeruentur in fine litis.*

3 *Paupertas probatur per uicinos.*

4 *Paupertas probatur per famam publicam, ubi agitur de paruo præiudicio; ſecus de magno: tunc enim hoc remittitur arbitrio iudicis.*

OPINIO DCIX.

1 PAVPERTAS, vel diuitiæ, vbicunque ſunt cauſæ intentionis agētis, teneretur eas agens probare. & ſic fundans ſe in paupertate ipſa, ſeu diuitijs, obnoxius eſſet illas verificare: ſecūdùm Glo. & omnes Scribentes communiter in l. ſi verò. §. quod pro rei. ff. qui ſatisd. cogan. Alber. num. 8. & Florianum. col. 2. in l. ei incumbit. ff. de probat. Glo. in uer. Quęro, in c. in præſentia, de probat. & ibi Bal. & in c. fin. de pręſump. Bar. Alberic. & Iaſ. in d. §. qui pro rei, & Francum in c. ſemel malus, circa medium de reg. iur. lib. 6. Bal. in l. non prius, in prin. C. quando fiſ. vel priuat. & conſ. 404. non eſt nouum. col. 2. vol. 2. Caſtrē. Soci. & Alberi. in l. ſi creditores. ff. de priuileg. credit. Dec. cōſ. 120. & pro tenui facultate, ſub n. 3. & Afflict. deciſ. 377. Princeps conceſsit. col. fin. & ibi in add. Vrſillus cum alijs aggregatis per eum nu. 1. cum alijs ſeq. & iſta eſt communis, & indubitata opinio, atteſtāte Alciat. in tract. de præſūp. in reg. 2. pręſump. 27. ſub nu. 4. & Cornel. Benincaſ. in tract. de paupertate. q. 6. num. 2. *Cōis opin.*

2 Et paupertas ipſa ſufficiēter probatur per duos teſtes ad effectum, ut reſeruētur expenſæ in fine litis: ſecundum D. meum Oradinum in deciſ. Rotę Rom. 271. & ita in proprijs terminis, quòd paupertas poſsit probari per duos teſtes, conſuluit Alex. conſ. 37. conſultus ſum. vol. 7.

3 Quę quidē deciſio Rotę de plano, & abſq; ſcrupulo aliquo procederet, iudicio meo, vbicunque paupertas probaretur per teſtes veriſimiliter de ea informatos. Vndè tunc ipſi duo teſtes deberēt ſuper pręſenti re inſtructi recipi, & admitti; & ſic hoc caſu paupertas tutè, ſi denterq́ue probaretur per vicinos. ita Ang. in auth. in §. hinc nobis in 1. colum. in authen. de hæred. & Falcid. & Alex. in l. 1. colum. 9. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimo.

4 Sed quotieſcunque paupertas nō poſſet probari per teſtes de uiſu: tunc mihi ſuaderē verificari, probariq́ue eam facilè poſſe per famam publicā: ſecundùm Glo. in l. 2. C. quando fiſ. uel priuat. & Bal. in auth. quod locum. col. fin. C. de coll. Sed Nicol. de Neap. in l. paupertas in prin. ff. de excus. tut. videtur de diametro cōtrarium affirmare. Vnde Bar. in d. l. ſi conſtante. tutius ſuper hoc procedendo in 2. quæſt. conſtanter concludit, quod vbicunque ageretur de modico præiudicio, tunc paupertatem ipſam probari poſſe per famā publicam; ſecus autem quando de magno præiudicio: tunc enim hoc reſideret, atque remitteretur arbitrio iudicis: cui accedunt ibi Imol. Alex. & alij omnes, & præſertim Iaſ. num. 148. deducens etiam iſtam eſſe communem opinionem, Deci. in d. conſ. 120. ſub num. 3. & Cornel. Benincaſ. quoque in d. tract. de paupertate quęſt. 6. nu. 9. & 11. & 17. *Cōis. opin.*

SVMMARIVM.

1 *PECVLIVM quaſi caſtrenſe dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magiſtri liberalium artium de publico acquirunt.*

2 *Aduocati illud etiam, quod recipiunt pro eorum ſtipendio, & laboribus ſuis priuatim à perſonis priuatis, & ſic à clientulis adhuc dicitur quaſi caſtrenſe peculiū.*

3 *Aſſeſſores non recipiunt ſalarium de publico, & tamē habent quaſi caſtrenſe peculium.*

4 *Clerici beneficia, & eorum fructus non percipiunt ex publico, & tamen in eis dicuntur habere quaſi caſtrenſe peculium.*

5 *Clerici etiam in minoribus conſtituti ordinibus habent peculium quaſi caſtrenſe, & conſequenter acquiſita per eos poſt ordinem ſuſceptum cenſentur caſtrenſia, uel quaſi.*

6 *Pater percipiendo fructus beneficiorum filij clerici tenetur ad reſtitutionem eorum ſi extant, ſi uerò non extant, cogitur ad pretium eorundem fructuum: quia tales fructus ſunt peculium quaſi caſtrēſe filij, in quo patri nullum ius competit.*

7 *Pater præſtans filio clerico alimenta dum percipit fructus beneficiorum ipſius filij, alimenta præſtita poteſt repetere, & compenſare in fructibus antedictis beneficiorum.*

8 *Pater filio clerico, qui uiuere poteſt ex fructibus beneficiorum, non tenetur præſtare alimenta.*

OPI-

OPINIO DCX.

1 PECVLIVM quaſi caſtrenſe dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magiſtri liberalium artium de publico acquirũt.l.fin.C. de inoff.
2 teſt. Vndè ſi aduocati prędicti non ex publico, ſed à priuatis perſonis, veluti cliẽtulis aliquid recipiãt pro eorũ laboribus, & ſtipẽdio, adhuc dicitur eſſe quaſi caſtrenſe peculium: ſecundùm Glo.in.§.1.inſtit.per quas perſ. nob.acquir.quam ſequuntur Faber, Aret. Chriſtoph.& alij cõmuniter inibi, Cyn.Bar.Bal Ang. Saly.& omnes in l.fori.C.de aduoc. diuerſ. iudiciorũ.hoc idẽ tenet Bal.& Iaſ.in d.l.fi.& Bar.in l. fi.per illũ tex.C.de ſilẽt.lib.12.& D.Carauita in ritu 201. Itẽ ſeruat ipſa curia quòd quando venit aliquis, ſub nu.3.& ſeq. Cõis opin.

¶ Et licèt Specul.& malè ſuadere conetur cõtrarium in.§.1.nu.23.verſ.item cum agit, in tit. de actore: tamẽ quicquid ipſe fabuletur ibi, noli aliter recedere à communi opinione in iudicando, & conſulendo. & probatur iſthæc communis ex deciſione tex.in l.fori, vbi tex. appellat quaſi caſtrenſe nedum, quod ex profeſsione, ſeu ſalarijs acquiritur, imò quicquid eius occaſione quęritur, & ſic priuatim.

3 Corroboraturque ſecundo loco per mentionatos Doct.quia aſſeſſores non recipiunt ſalarium de publico.c.ſtatutum.§.pen.de reſcrip. lib.6. & nihilominus habent quaſi caſtrenſe peculium.l. velut.C.de aſſeſſorib.

4 Et quatenus ſuperius docuimus, quòd perceptum ex fructibus beneficiorum per clericos dicatur quaſi caſtrenſe peculium; dic quòd clerici beneficia, & eorum fructus ex publico non percipiunt, ſed procul dubio in eis dicuntur habere quaſi caſtrenſe peculiũ.l.ſacroſanctæ. C. de epiſ. & cler.vbi Paul.& cæteri, Inno.Hoſti.Card.Ant. Imol.Ancha. Abb.Barbatius, & Couarruuias nu.1.in c.quia nos, de teſtamẽ.Affliċt.deciſ. 241. quidam notarius Iacobus, nu.1.cum alijs ſeq.

5 Et hoc procedit quoque in clericis in minoribus ordinibus cõſtitutis, quorum acquiſita poſt ordinem ſuſceptum cẽſentur caſtrẽſia, vel quaſi: ſecũdùm Doct.omnes, & ibi Couarruuias, num. 3.in d.c.quia nos, Deci. in c. in præſentia de proba.num.64.& Io.Lupi in repet.c.per veſtras, ſuper rub.§.42. num.13. de don. inter vir.& uxo. Cõis opin.

6 Vndè pater percipiendo fructus dictorum beneficiorum tenetur ad reſtitutionem eorũ ſi extant, ſi uerò non extant cogitur ad pretium eorundem fructum: vt per Abb. & Cardin. Zabar. in d.c. quia nos cũ alijs plenius deductis per Affliċt.deciſ.241.col.1.

7 Sed ſi pater pręſtitiſſet filio clerico alimẽta de ſuo dũ percipiebat fructus beneficiorum ipſius filij, poſſet vtique alimenta memorata repetere & compenſare in fructibus prædictis receptis beneficiorum: ſecundùm Pau. Caſtren.conſ.416. q.2.vol.2. Io. Lupi in repet. c. per veſtras.§.42. col. 3. de donat. inter virum, & vxorem, Bertrã. conſ.34.vol.2.& Alex.cõſ.110.videtur prima cõſideratione dicendum alimẽta, ſub num.3.licèt additionator ibi in litera A. & malè aſſerat contrarium.

8 Et hoc nõ mirum, quia pater filio clerico, qui ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum viuere poteſt, non tenetur alimẽta præſtare: ut not. Deci. conſ.576. pro reſolutione caſus propoſiti ſub num.3.

SVMMARIVM.

1 *INTERPELLATIO, ſeu monitio requiritur quando imponitur pœna pro facto negatiuo, ſeu in non faciendo: ut quia dicatur quicunque non fecerit reſidentiam in beneficio, uel collectas non ſoluerit, ſit excommunicatus, uel duplum ſoluat, vel quid ſimile; ſecus uerò quando imponeretur pœna pro facto affirmatiuo, ut quia dicit: quicunque intrabit talem locum, uel furtum fecerit puniatur tali pœna: tunc enim ſtatim contraueniens ex ſua contrauẽtione pœnam incurreret.*

OPINIO DCXI.

1 POENA, vbicũque ponitur pro facto affirmatiuo, vt quia lex, ſtatutum, ſeu bannum dicit, diſponituè: quicunque intrabit talem locum, uel furtum fecerit, puniatur tali pœna tũc quippe ſtatim, & ipſo facto cõtraueniẽs ex ſua cõtrauẽtione pœnã ipſam incurreret.c. de mulcta, de præben. c.ſi quis ſuadente.17.q.4.& l.1.C.de ſecund.nup.

¶ Tamen quando imponeretur pœna pro facto negatiuo, ſeu in non faciendo conſiſtente, vt quia diſponeretur, quòd quicunque non faceret reſidentiam in beneficio, vel collectas non ſolueret, ſit excommunicatus, vel duplum ſoluat, vel quid ſimile, ſemper intelligeretur ſi monitio præceſſerit: vt voluit Inno.in c.extirpandæ.§.qui uerò de pręben.ubi aſsignat rationem diuerſitatis, quem ſequũtur ibi Io.And.Hoſtien.Ant.Ancha. Imol.& cęteri omnes, & iſta eſt communis opinio: ut dignoſcitur ex allegatis per Alex.in l. ita ſtipulatus. *la grande*, nu.13.cũ alijs ſeq.ff. de ver. oblig.vbi ſequitur cumulatiſsimè iſtam communem ſententiam, & ait idem fuiſſe de mente Bar. in l.in faciendo.§.infans.ff.de furt.quãuis Doct. in d.c.extirpandę non rectè referant. & limitat eam vtiliter etiam in aliquibus caſibus, & antedictam communem citat expreſsè Abb. in d. §. qui uerò in.2.lect.ſub nu.2.ac ei inhæret etiã Fely.cum cæteris aggregatis per eum, & limitat in nonnullis caſibus in c.2.nu.4. ext.de magiſtris. Cõis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 POENA committitur ſemel tantùm regulariter, etiam quòd offendens ſemel offenderet iterum, niſi dictum ſit in promiſſione ſeruandæ pacis, uel in compromiſſo, quòd toties pœna committatur, quoties fuerit contrafactum.

2 Pœna promiſſa in contractu cum clauſula toties, quoties, uerificatur in bina contrafactione, uel bis ſolummodò pœna ipſa exigatur ſi contrafieret.

3 Pœna adiecta in promiſſione, ſeu contractu, committitur ex ſola facti contrauentione, uel contradictione licèt contrauentio, uel cōtradictio non habuerit effectū.

4 Pœnas conuentionales, contrahentes, etiam quòd clerici ſint, ultra damna, & intereſſe petere nequeunt.

5 Pœna legalis peti poteſt etiam in eo, quod excedit damnum, & intereſſe.

OPINIO DCXII.

1 POENA adiecta in promiſſione ſeruandæ pacis, ſeu non faciendæ offenſæ, uel in compromiſſo, niſi aliud expreſſum ſit, ſemel tantùm cōmittitur, & ſic de prima offenſa, non autē de cæteris intelligitur, niſi expreſsè dictum fuerit, quòd pœna ipſa toties committeretur, quoties contrafactum fuerit: ſecundùm Io. And. in add. Specul. in rub. de treug. & pace in fin. quem ſequitur Roma. conſ. 155. col. fin.

¶ Sed Alex. conſ. 115. nu. 9. vol. 4 ait contrarię opinioni tanquam magis ueræ, magiſque cōmuni inheſiſſe ſemper legendo, conſulendoque. & in effectu prędicta ſententia Io. And. communiter reprobatur, & videtur periculoſa nimis, ideò in actu practico noli diſcedere à dicta communi opinione contra Io. And. tanquam tutiſsima, & veriſsima. *Cōis opin.*

2 Sed vbicunque in cōtractu eſſet promiſſa pœna toties, quoties contrauentum fuerit: tūc promiſsio hæc verificaretur in bina contrafactione, vt bis duntaxat pœna ipſa exigatur ſi cōtrafieret: vt voluit Cyn. & Bal. in l. ſi duo. §. ſemel. ff. de arbi. & Marſil. cū alijs relatis per eum in rub. nu. 159. ff. de fideiuſſorib. & Lauren. Syluanus conſ. 34. num. 6.

3 Et aduerte quòd pœna hæc adiecta in promiſſione, eſt tanti momenti, quòd ſi pœna iſta appoſita foret in contractu, tunc committeretur abſque dubio aliquo ex ſola facti contrauentione, ſeu contradictione, quamuis contrauentio ipſa, vel contradictio nō habuerit effectum: ſecundū Corſet. cū relatis per eum in ſing. ſuo in uer. Pœna appoſita in contrauentione.

4 Sed partes, etiam quòd clerici forent, petere nequirent pœnas in inſtrumento conuentionis appoſitas vltra damna, & intereſſe, & conſequenter in eo, quod excederent extimationem damni, & intereſſe. & ita iudicauit Rota Rom. ſub die 3. Martij 1570. teſte D. meo Oradino in dec. 241.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Bar. in l. Lucius Titius, in fin. ff. de act. emp. vbi concludit, quòd pœna conuentionalis, etiam ſi excederet intereſſe petitum, peti nihilominus poſſet. Et hoc idem videtur firmare etiam Innoc. in c. ſuam in fin. de pœnis, aſſerens ibi, quòd licitè petitur tota pœna, etiam ſi excedat intereſſe: cui accedit ibi Abb. in 11. not. & alij omnes. & ſic appoſita in conuentione ipſa pœna non eſt ſpectandum an tanti interſit, ſed etiam ſi non tāti interſit, quod conuenerat inter partes factum fuiſſe: cùm tam ciuili, quàm etiam canonico peti iure poſsit. l. 2. §. fin. iuncta l. ſeq. vbi Glo. Bar. & alij in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. oblig. Glo. in. §. alteri. inſtit. de inut. ſtip. c. dilecti, ubi Abb. in 5. not. de arbit. & Iaſ. cōſ. 49. in prin. vol. 3. Sed ego in tam tenebroſo, & diſputabili articulo inhæreo opinioni prędictæ Rotę Roma. tanquā humaniori, & æquiori.

5 Cęterùm vbicunque peteretur pœna legalis in eo quod excederet damnum, & intereſſe: tunc dubio procul quis petere poſſet pœnas ipſas legales vltra dāna, & intereſſe. ita Canoniſtę omnes cōcorditer in c. cùm dilecti, de arbitr. & illuſt. D. Oradinus pręceptor meus deciſ. 283. vbi planū facit iſtam eſſe communem ſentētiam, ac ita Rotam Rom. iudicaſſe ſub die 11. Decembris 1570. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 POENA capitalis in exilium perpetuum interpretatur: quia appellatio pœnę capitis in dubio de pęna mortis nō intelligitur. quare ſi iudex condemnaret reum in ſententia ad mortis pœnā, non ueniret quippè plectendus pœna mortis, ſed pœna exilij perpetui.

2 Iudex in ſententijs capitalibus ultimi ſupplicij proferendis debet in eis neceſſariò, & cautè apponere, amputetur reo caput á ſpatulis, uel totaliter moriatur, itá quòd anima ſeparetur á corpore.

OPINIO DCXIII.

1 POENA capitis appellatione in dubio de pœna mortis nō intelligitur; & ſic ſi iudex aſſereret in ſententia diffinitiua cōdēnatoria, Titiū condemnamus in pœna capitis, ſeu pœna capitali, nō ueniret plectendus pœna mortis iſte reus, ſed alia mitiori, ac minori pœna; & conſequenter exilij perpetui: quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur: ſecundùm Glo. in l. vnica. C. ne Chriſt. mancip. poſt Azonem ibi in ſumma: quam Glo. dicit ſingularem Imol. in l. 2. col. 3. ff. de pub. iudic. Iaſ. in l. tranſigere. C. de tranſact. nume. 9. Anan. & Fely.

Fely.in c.qualiter.il 2.§.licèt,num. 52.de accuſa. & Marſil.cum aliis ſignatis per eum in pract. cri. §.oportunè. num.40.ubi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem:quam ſequitur etiam,ci tat,& latè comprobat Marcus Mantua in d.l. trã ſigere.in 2.lect.ſub nu.108.cum nouem aliis numeris ſequentibus.Alex. conſ. 104.ſtatutum loquens,ſub num.2.uol. 1. & ibi Natta in add. Iaſ in l.3.§.hæc pœna. ff.quod quiſque iur. Alciat. in tract.de pręſump.circa fi.nu.9. *Cõis opin.*

2 Vndè meritò practica inoleuit, vt in ſententiis capitalibus vltimi ſupplicij proferendis dicatur:amputetur ſibi caput à ſpatulis, uel totaliter moriatur, ita quòd anima ſeparetur à corpore: quam docet Alex.conſ.121.col.2.uol.7.Fulgo.in l.pręſenti.C.de his,qui ad eccle. confu. & Marſil. in d.§.oportunè.nu.40.

SVMMARIVM.

1 *PERMVTATIO beneficij eccleſiaſtici exiſtentis de iurepatronatus laicorum facta abſque conſenſu patronorum, & eis non vocatis, non eſt ipſo iure nulla,ſed ualet; licèt poſtea annullari poſſit agentibus ipſis patronis ſuper contemptu infra quatuor menſes: ſecundùm vnam communem opinionem; licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, quòd permutatio ipſa ſit ipſo iure nulla.*

2 *Vnio facta de beneficio patronato ſine conſenſu patroni eſt nulla.*

3 *Permutatio beneficiorum ex patronis laicis facta in curia Romana nullatenus valet non facta mentione patronatus.*

4 *Epiſcopus reſtituere nequit clericum aliás depoſitum in eccleſia patronata ſine patroni conſenſu.*

5 *Conſenſus patroni,qui habet interuenire in permutatione beneficij patronati facienda, poteſt interuenire poſt permutationem,infra tamen tempus datum ad præſentandum, & ſufficit conſenſum iſtum tacitè, vel expreſſè pręſtari.*

OPINIO DCXIV.

1 PERMVTATIO beneficij eccleſiaſtici exiſtentis de iurepatronatus laicali, facta inſciis & non vocatis patronis, ipſo iure non redditur nulla,ſed valeret, & teneret, quamuis poſtea per ſententiam caſſari, reſcindi, & annullari poſſet agentibus patronis laicis ſuper contemptu infra quatuor menſes: ſecundum Paulum de Leaz. in Clemen. 1. de rerũ permut. Federic. de Senis in tract. permut.q.30. Rota Rom.deciſ.5.Item quòd permutatio facta per ordinarium, tit.de rerum permut. Panorm. in c.cùm dilectus circa medium de iurepatr.Philip. Franc.in c.1.uerſ.ex quo infertur, quòd licèt permutatio, de rerum permut.in 6.Fely.in c. cũ Bertholdus uer.5. in permutatione,de re iud. Io. de Imol.in c.exhibita,uerſ.3.quęritur, de rerum permut.& Rocchum de Cur. in tract.de iurepatronat. ſuper ver. Honorificum.q. 3. verſ. tertiò quæro,& Bertran. conſulendo conſ.9.viſo,& conſiderato caſu.nu.1.& ſeq. vbi perhibet iſtam fore magis communem opinionem, nec ab ea diſcedendum eſſe refert Couarruuias etiam in ſua practica, c.36. ſub nu.9. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem,uidelicèt quòd huiuſmodi permutatio facta abſque conſenſu patroni eccleſiaſtici, uel laici ſit ipſo iure nulla: inclinauerunt Calderi.in conſ. 2.tit. de rerum permut. Paulus de Citadinis in tract. de iurepat. in 6.par.art.9.q.52.Bellamera deciſ.181. Steph.Caietan.in repet.c.fin.de elect.in 6. Pet. de Vbal.in tract.de rerum permu.benef.ver. An permutatio facta per epiſcopum,Collec.in c.cùm olim.col.1. verſ.ſed nũquid de permut.& Domin.in c. nemo deinceps. col.4.de elect.in 6.ubi concludit quòd ſi laicus patronus huiuſmodi permutationem impugnet ſine eius conſenſu factam; poterit etiam illa permutatione nõ caſſata, uel reuocata alium pręſentare. Id tamen procedere ait, quando permutantes fuerint in culpa ſcientes eccleſiam eſſe patronatam. & Lapus allegatione 96. beneficia vacãtia in curia Romana,& ibi cõſumatiſsimus, & doctiſsimus D. Quintil. Mandoſ.in add.in litera N. vbi ex allegatis authoritatibus per eum, & ex alijs præcitatis videtur quaſi iſthæc eſſe cõis opinio. quam ſequitur etiam cum aliis ſignatis per eum Bertran. ſibi contrarius conſ. 18. multa ſunt de quibus quæritur,ſub num.3.& ſeq.vol.8. licèt ibi inuitis dentibus fateatur primam ſentẽtiam eſſe magis communem, & Cæſar Lambert. in tract.de iure pat.lib.2. artic. 6.q.6.part.2. ſub nu.6. cum aliis omnibus ſeq. vbi per diſtinctiones reſoluit præſentem quæſtionem fuſiſsimè, prout dicta prima pars magis uera, magis tuta, & magis communis apparet, & cum ea concurro in deciſiuis:ac eandem primam ſententiam ſequitur, & ait magis communem reuocando iudicium in melius idem Bertran.conſ.322.ex proceſſu dudum cepto.nu.15.vol.8. *Cõis opin.*

2 Item vnio facta de huiuſmodi beneficiis ſine conſenſu patroni minimè ualet: vt voluit Thomas Faſtol.in ſuis dubiis in 2. cauſa. in 6. dubio, vbi ita ait deciſiſſe Rotã Roma.cui conſentit Fely.in ſuo tract. quando lit. apoſt.noc.patr.eccl.in prin.& Rocch.Curt.in d.tract.de iure pat.in ver. Honorificum.q.3.verſ.In quantum etiam.

3 Nec etiam permutatio eccleſiarum,ad quas competit ius patronatus,facta in Romana Curia ſine mentione iuris præſentandi laicorum valet: ſecundùm Lapum in d.alleg.96.in fi.vbi memorat ita vidiſſe ſeruari.& idem firmat Bellame.deciſ.179.& 181.& Calder.conſ.2.in rub.de rerum permut.Couarruuias in ſua pract.c.36.ſub nu.9. & D.

& D.Quintil.Mand in add.Lapi in d.alleg.96.in litera O. vbi affirmat iſtorũ opinionẽ cõem eſſe.

4 Nec deniq; Epiſcopus clericũ depoſitũ ab eccleſia patronata reſtituere poteſt ſine conſenſu patroni: vt uoluit Gemi.affirmans iſtam fore cõ- Cõis opin. munem opinionẽ in c.quãuis de reſcrip.lib.6. ſuper Gloſſa pen.cũ qua concurrunt etiam Barbatius conſ.23.ſcripſit Propheta.col.7.vol.1.& Anto.de But.Ab.& alij in c. trãſmiſſa in fi. de renũ.

5 Ideò ſtante, quòd ipſa permutatio beneficij Cõis opin. ſubſiſtit,nec irritatur,ac annullatur ipſo iure, ſequitur vtiliter iſte effectus ex hoc, vt eadem permutatio ita,& taliter facta poſſet roborari, ac ualidari vbicunq; interueniſſet ratificatio,aut conſenſus ex poſt facto:& ſic ipſa permutatio validatur ex ſubſequenti conſenſu dicti patroni: vt uoluit per aliquas non ſpernendas rõnes conſulendo Ro.conſ.356. circa primum conſultationis articulum,ſub nu.7.cum aliis ſeq.& ibi D.Hor. Mãdoſ.in add.in litera Q.& ſeq. & Cæſar Lambert. in tract.de iurepat.lib.2.arti.6.q.6.prin. part. 2. nu.24.& 46.ubi hoc admittit,& de plano procedere inquit poſt Caiet.Paul.& Rotam ibi allegatos per eum:dummodò cõſenſus ipſe interueniat infra tempus datum ad præſentandũ, ideſt infra ſemeſtre,ſi ſunt patroni eccleſiaſtici, ſi verò patroni ſunt ſeculares infra quadrimeſtre. & dũmodò etiam poſt permutationem factam interueniat conſenſus tacitus, ſiue expreſſus ſufficere cõcludit,& optimis quidem rationibus,& profectò iſta eſt ueritas.

SVMMARIVM.

1 *PIGNVS prætorium, quod in contumaciam rei non comparentis capitur,infra quantũ tempus uendi poſsit relinquitur iudicis arbitrio: cùm non reperiatur in iure ſtatutum tempus quando vendi debeat.*

2 *Pignus prætorium illud dicitur,quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto ſequuta tamen immiſsione.*

3 *Pignus prætorium non conſtituitur nudo uerbo iudicis: ſed requiritur immiſsio in poſſeſsionem: niſi quando caſu,uel facto potentioris fieri nequeat.*

OPINIO DCXV.

1 PIGNVS prętoriũ,qđ capitur ob rei non cõparentis contumaciam: cùm nõ reperiatur tempus præfixũ in iure quando uendi debeat, & poſsit, ideò relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus tale pignus vendi poſsit: ſecundùm Doct.omnes, in l.cùm proponas.C.de bo.auth.iud.poſ.Bart.& alios in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dã.infec. Alex. &Iaſ.in l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud. Cõis opin. & Iaſ.in l.debitoribus.nu.4.in fi.eod.tit.vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem, & Neguſan.in tract.de pignor.& hypo.in 6.par. primi membri.nu.8.

2 Et aduerte q̃ pignus prætorium illud dicitur, quod datur per iudicẽ in cõtumaciam rei ex primo decreto,ſequuta tamẽ immiſsione:vt eſt tex. & ibi not.Bar.in l.non eſt mirum.ff.de pig.actio. quo nempè caſu locus eſt primo,& ſecũdo decreto:vt in d.l.ſi finita.§.Iulianus,cum ſimilibus,&l. cùm unus.ff. de bonis auth. iud. poſſ.& habetur per Paul.de Caſt.in d.l.ſi finita.§. ſi plures.col. 4. uerſ.Secundo quia non fit adiudicatio.

3 Sed pignus hoc prætoriũ non conſtituitur nudo, ſimpliciq; iudicis uerbo: uerùmtñ requiritur immiſsio in poſſeſsionẽ: niſi quando per caſum, uel de facto potentioris fieri nõ poſsit:tunc enim miſsio habetur pro facto.ita Bar.in l.ſi finita.§. illud quæritur.ff.de dã.infect.& Bal.in l.3. in prin. C.vt in poſſ.leg.

SVMMARIVM.

1 *PIGNVS cõuentionale creditor poteſt uendere elapſo biennio à tẽpore moræ debitoris, niſi aliud conuentum ſit inter partes.*

2 *Pignoris conuentionalis, & prætorij ponuntur decem differentiæ remiſsiuè.*

3 *Pignus conuentionale conſtituitur inter abſentes,& de nocte,& multis aliis modis, & contrahitur etiam quibuſcunque uerbis,& ſine ſcriptura.*

OPINIO DCXVI.

1 PIGNVS cõuentionale, quãdo aliud non conuenitur inter partes, creditor debet expectare bienniũ à tẽpore moræ numerãdum prius quã illud alienet: & ſic elapſo biennio illud uendere poteſt. textus eſt in l.fi.§.ſancimus.C.de iu.do.impe.& hoc firmat Glo.& omnes cõiter, in l. Cõis debitoribus.ff.de re iud. & iſtorum opinionẽ ſe- opin. quuntur,tuentur,& dicunt eſſe cõmunem ibi Alex.nu.6,& 27.& Iaſ.nu.5.& ſeq.Et licèt in aliquibus caſibus inter ſe conueniant pignus cõuentionale,& prætoriũ: ut latè explicat, & interpretatur Neguſ.in tract. de pig. & hyp.in 3.par.2.mẽbri,nu.29.cum multis ſeq.

2 Tamen ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale,& prætoriũ vtiles, ueras, & neceſſarias.Et potiſsimũ,ſecundũ Bar.Glo.& alios in l.1.ff.de pig.act.pignus prętoriũ,& conuẽtionale differunt in modo cõſtituendi: ſiquidem conuẽtionale contrahitur ſolo cõſenſu partium: prętoriũ uerò trãſitione,niſi caſu.l.unius.§. fi. cũ l.ſeq.ff.de bo.auth.iud.poſ.& Alex.in d.l.1.ubi ſimiliter adijcit alteram nempè differentiam, ſcilicet,quòd requiritur diſcuſsio in petitorio, quę aliàs requiritur in conuentionali hypotheca. Nec non tradit poſtremò etiam aliam differentiam: quia creditor accipiens pignus prætorium liberatur in totum,licèt pignus nõ ſit idoneum.l.à Diuo Pio.§.ſi pignore.ff.de re iud. ſecus uerò in conuentionali.l.creditor, qui nõ idoneũ.ff.ſi cer.pet. & l.ſi pro mutua.C.eod.tit.

3 Et pignus hoc conuentionale conſtituitur inter abſentes, contrahitur quoq; quibuſcunq; uerbis, etiã abſq; ſcriptura. Item conſtitui poteſt de nocte, & in multis aliis caſibus relatis, & fuſiſsimè probatis, per Negul. in d. tract. de pig. & hyp. in 3. par. 1. membri, nu. 2. cum aliis ſeq. & Glo. in l. more. ff. de feriis.

SVMMARIVM.

1 POLLICITATIO *de iure canonico non inducit actionem.*

2 *Pollicitus repetere non poteſt in ſeptem caſibus illud quod ſoluit, etiam ſi poſt ſolutionem pœniteat.*

OPINIO DCXVII.

1 POLLICITATIO, quę eſt vnius ꝓmiſsio, abſenti nõ præſenti facta. l. pactũ. ff. de pollic. de iure canonico actionem, & obligationẽ inducit: & ſic iure iſto actio oritur, & conceditur ex pollicitatione. tex. eſt in c. iuramenti. 22. q. 5. Et concluſio hęc probatur ſecundũ Abb. ibi in c. qualiter de pact. quam latè tuetur Fortun. in l. 1. col. 2. & ſeq. ff. de pact.

¶ Sed Panor. titubanter, & parũ ſibi conſtãs, in c. cùm inter uniuerſas. col. fi. de elect. ſoluit cõtrariũ, ꝙ iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur. cuius opinionem ſequuntur Iaſ. in l. iuriſgentium. §. ſed cũ nulla. ff. de pac. & in rub. ff. de uer. obl. col. 3. & ſeq. ibi Galliaula. fol. 12. & Alciat. nu. 7. & Excellentiſs. D. Io. Iac. Leonardus conſ. 116. ſuccinctè. nu. 4. poſito inter conſilia Alberti Bruni cũ opinione hac tranſeunt, & explicant eã eſſe cõem; & ego ſequor tanquã ueriſsimã, pro vt in eandem ſentẽtiam inclinaui ſupra in Opinione 572. Pactorũ genera. nu. 10. Cõis opin.

2 Sed aduerte, ꝙ ſi quis ſoluiſſet illud, quod mediante pollicitatione promiſiſſet, repetere quippè tanquã indebitè ſolutũ per condictionem indebiti nequiret modo aliquo in ſeptem caſibus limpidè, diſtinctè, & utiliter poſitis, atque reſolutis per Andream ab Exea in tract. de pactis, ſub nu. 110. cũ aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 POLLVTIO *nocturna de per ſe ſola non eſt peccatum mortale, nec veniale, etiam quòd procedat ab ingluuie: ſed quando haberet ortũ à culpa, ratione ipſius culpę eſſet peccatũ mortale, uel ueniale: vt dicitur infra ſub nu. 2.*

2 *Eccleſia conſecrata in qua opus carnale commiſsum ſit, eget reconciliatione, ad hoc vt poſsint in ea poſtea diuina celebrari. Quod quippè intelligitur de emiſsione ſeminis per fornicationem, aut adulterium, & non per ſomnium, vel per coitum cum propria vxore.*

3 *Sacerdos de concilio ea die debet abſtinere a celebratione miſſæ ob pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem. Sed ubi culpa foret mortalis de precepto teneretur ab ipſa celebratione abſtinere propter reuerentiam ſacramenti.*

OPINIO DCXVIII.

1 POLLVTIO nocturna dormiẽtis, & ſomniãtis ſola & de ꝑ ſe, non eſt peccatũ mortale, nec veniale, ẽt ꝙ ꝓcedat à crapula, & ingluuie, uel à ſuperfluitate naturę, uel ab infirmitate: ſcd̃m Tho. de Aqui. in 2. 2. q. 154. art. 5. S. Ant. Archiep. Flor. in 2. par. eius ſũmæ ti. 6. c. 5. d̃ pollutione in ſomnis.

¶ Quod facilè probatur. Nam licèt committens opus carnale in eccleſia, etiam cuiuſcunque conditionis eſſet, magnum ſacrilegium perpetraret, adeo ꝙ ſi eccleſia erat prius conſecrata indigeret reconciliatione, ad hoc ſcilicet ꝙ poſsint poſtmodũ in ea diuina celebrari: vt habetur in c. eccleſiis de conſec. diſt. 1. Nihilominus hoc intelligitur ſecũdum Glo. ibi, de emiſsione ſeminis per adulterium, aut fornicationẽ, & non per ſomniũ, aut per coitum cum propria vxore. Et eandẽ opinionẽ approbat etiã nonnullis aliis rõnibus, & ſequitur etiã copioſè Pet. à Plaza in epit. delic. cau. crim. lib. 1. c. 31. nu. 7.

2 Sed vbicunq; pollutio hęc dormientis haberet ortũ à cauſa, occaſione, à præuia turpi cogitatione, & culpa ipſius: tunc rõne culpæ eſſet peccatũ mortale, uel veniale: ſecundũ Tho. de Aquino. in d. arti. 5. S. Ant. in d. c. 5. poſt prin. Io. Maiorẽ in 4. ſent. diſt. 9. q. 3. & Tho. de Aquino ibi q. 4. S. Anto. in d. ſumma in 3. par. tit. 15. c. 6. §. 10. & Theologos oẽs cõiter, & Canoniſtas in c. teſtamentũ. 6. diſt. & Caiet. 2. ſecundæ. q. 154. vbi ait ꝙ nocturna pollutio eſt peccatũ, ubi quis data opera ita, & taliter dormit, ꝙ polluatur. & ſequitur etiã Pet. à Plaza in d. epit. delict. cau. crim. lib. 1. c. 31. ſub nume. 7. vbi teſtatur de communi. Cõis opin.

3 Et hinc eſt, ꝙ ob hanc pollutionẽ nocturnam à culpa veniali ꝓcedentẽ, ſacerdos debet eo die à celebratiõe miſſarũ de cõſilio abſtinere. Sed vbi culpa eſſet mortalis, tũc neceſſariò, & de p̄cepto deberet ab ipſa celebratione abſtinere: vt voluerũt Tho. in 3. par. q. 80. art. 7. & in aliis locis p̄cit. Beatus Ant. in d. §. 10. Palu. in d. q. 3. & ibi Tho. q. 4. Silueſt. in ver. Euchariſtia, il 3. q. 10. & eſt text. & ibi Glo. in uer. Humiliter, in d. c. teſtamentum.

¶ Cæterũ Palud. in d. q. 3. declarat hoc ꝓcedere cũ grano ſalis, & firmat, ſacerdotẽ non incurrere peccatũ mortale celebrãdo, ac ſe cõicãdo poſt pollutionẽ nocturnã; ortũ, ſeu principiũ habentẽ à culpa mortali, ẽt intra decẽ horas: præmiſſa tñ prius debita, & requiſita contritione, & confeſſione dictæ culpę. & opinionẽ iſtã Palud. ſequitur Silueſt. in loco pręmiſſo, & Ioãn. Maior, in d. q. 2. Ego; uerò in pręſenti caſu admonerẽ ſacerdotes omnes, vt ſi commodè fieri poſſet, abſtinerent eo die à communione propter maximum honorem præſtandum ſacramento Euchariſtię.

SVMMARIVM.

1 POSSESSIO *transfertur per traditionem clauium, ſi tradantur in re pręſenti iuſta horrea, ita quòd determinatè ſciatur, vbi res, & merces reperiantur.*

2 *Spo-*

2 *Spoliatus reſtituitur ante omnia, probata tamen prius poſſeſsione per eũ per traditionẽ clauium ſolummodo.*
3 *Poſſeſſio non transfertur per ſolam traditionem clauium, titulo non præcedente.*
4 *Claues in dubio præſumuntur traditę cauſa cuſtodiæ, ſi titulus non præcedat.*
5 *Poſſeſsio transfertur per contraſignum, & tunc non eſt neceſſe, ut ipſum contraſignum detur iuxta caſtrum, ſeu fortilitium: quia illud adulterari nequit.*
6 *Poſſeſſio beneficij acquiritur per traditionem clauium, vel anuli portæ eccleſiæ clauſę.*
7 *Poſſeſſio rei emptæ tradita uidetur per traditionem inſtrumentorum ipſius emptionis.*
8 *Poſſeſſio domus horrei transfertur traditis clauibus, etiam extra conſpectum ipſius horrei.*
9 *Poſſeſſio transfertur per traditionem clauium, etiam ſi illę tradantur per alium nomine domini.*
10 *Poſſeſſio non transfertur non pręcedente aliquo titulo.*
11 *Poſſeſſionem non habens, non poteſt illã alteri tradere.*
12 *Poſſeſſio non transfertur per traditionẽ clauiũ, quã nõ fuerunt traditę principales claues principalis portæ.*
13 *Poſſeſſio nõ trãsfertur per traditionem clauium, ubicunq; claues ipſæ traderentur ab eo, qui non poſſet de re ſolus diſponere.*
14 *Poſſeſſio non transfertur columbarij, vbi eſſent aues, ob traditionem factam clauium illius.*
15 *Poſſeſſio non transfertur ex traditione rei, non cohęrentis rei traditę; & ſic ex traditione anuli, ſeu bireti.*
16 *Poſſeſſio beneficij non transfertur per traditionem bireti, ſeu anuli extra eccleſiæ, uel ipſius beneficij conſpectum.*
17 *Poſſeſſio rei abſentis licèt non transferatur per traditionem anuli, tamen tunc uidetur tradita facultas intrandi poſſeſſionem propria authoritate.*
18 *Poſſeſsio beneficij propria authoritate capi non poteſt.*
19 *Poſſeſſio actualis transfertur ob traditionem factam bireti, uel anuli portæ eccleſię in conſpectu ipſius eccleſię, uel beneficij, dũmodò tradatur anulus, ſeu biretum ab habente poteſtatẽ; & dũmodo poſſeſſio uacua eſſet.*
20 *Poſſeſſio non transfert anulus, ſicut claues: quia quædam ſunt nomina poſſeſſiua, ut claues, & quędam ſignificatiua, vt anulus.*
21 *Poſſeſſio non transfertur per traditionem clauium, quãdo non eſſent traditæ uera claues.*
22 *Poſſeſſionis translatio non impeditur quando erratur in corpore.*
23 *Poſſeſſio rerum exiſtentium in horreo per traditionem clauium non transfertur: quia ante menſurationem, & ponderationem ipſarum rerũ non dicitur perfectus contractus: ſecus autem ſi uenditio eſſet facta indeterminata: ſiquidem tunc non requiritur ponderatio, ſeu menſuratio.*

OPINIO DCXIX.

1 POSSESSIO per traditionem clauium portæ domus, uel ſolarij, uel ſcrinij, in quo res recondita eſt, transfertur ita demum, ſi claues ipſæ traditæ, & conſignatæ forent in re pręſenti iuxta horrea, ita quòd determinatè ſciatur, vbi res, & merces eſſent: vt voluit Bart. & cæteri omnes in l. 1. q. 1. ff. de acquir. poſ. præſertimq; Iaſ. Claud. Aquę. & Ripa. nu. 53. & ſeq. qui proferunt opinionem iſtam Bar. communem eſſe. *Cõis opin.*

¶ Et quamuis Alex. ibidem, & Bartholomęus Romuleus nu. 175. cum alijs ſeq. diſcrepent à dicta communi; nihilominus fatuum eſſet in deciſiuis recedere à communi præmiſſa, tanquàm ſacroſancta: quam ſequitur etiam Michael Ciſuen. ſuper leges Tauri in l. 17. ſub nu. 2. vbi refert nonnullos alios caſus, in quibus ficto modo transfertur poſſeſſio abſque traditione.

2 Vndè per traditionem ipſam clauium probaretur poſſeſſio, & huiuſmodi probatio abſq; dubio aliquo ſufficeret, vt ſpoliatus reſtitueretur: ſecũdùm Glo. & omnes in d. l. 1. & præſertim Alex. ibi nu. 78. & Rotam Ro. in antiquis deciſ. 717.

3 Cæterùm hæc omnia intellige uera eſſe, ubicunque titulus pręceſſit traditioni clauium; aliàs titulo non præcedente per ſolam traditionem clauium poſſeſſio non transfertur: vt per Iaſ. qui ita hoc explanat, & interpretatur in d. l. 1. §. ſi iuſſerim. nu. 16 ff. de acq. poſ.

4 Et ſi titulus non pręcedit, quòd in dubio cenſeantur claues traditæ cauſa cuſtodię: firmat Bar. in l. cùm pater. §. pater pluribus, in princ. ff. de leg. 2. Dec. in d. l. 1. & ibi Illuſtris D. Pontanus pręceptor meus, nu. 68. & Alex. nu. 28. & 34. & Alber. in ead. l. §. ſi iuſſerim, qui diſcurrunt, & determinant caſum etiam, in quo non forẽt traditæ uerę claues: prout reſoluitur quoque alter caſus, quando traditę non eſſent claues principales, per Old. conſ. 209. in cauſa hoſpitalis Sancti Aegidij, & per Rot. Ro. deciſ. 153. Nota pone, quòd aliquis eſt inductus, & deciſ. 302. Nota quòd per traditionem anuli portæ beneficij, in antiquis.

5 Iſta itaque communis ita illuſtrata ampliatur primò intantum procedere, ut transferatur poſſeſſio etiam per cõtraſignum ita Afflic. deciſ. 299. in fin. Et tunc vtique non eſt de neceſsitate, ꝙ hoc contraſignum detur iuxta caſtrum, ſeu fortilitium. Et ratio poteſt eſſe, quia contraſignũ adulterari non poteſt, vt faciliter poſſunt claues.

6 Secundò amplificatur etiam eadem communis locum quoque obtinere in beneficialibus: tunc enim per traditionem clauium, uel anuli, uel catorſiæ ipſius eccleſię acquiritur poſſeſsio beneficij: vt uoluit Iaſ. in l. clauibus, numero 92. ff. de contrahen. empt. Rota Roma. in d. deciſ. 153. & deciſ. 302. & 717. dic ſi aliquis expectans acceptat, in antiquis, & Biſsignet. deciſ. 8. de reſtit. ſpol.

7 Tertiò ampliatur ſimiliter procedere cõmunis iſthęc in inſtrumentis emptionis: quia eis traditis videtur tradita poſſeſsio rei emptę. l. 1. C. de donat. & non requiritur pręſentia illius rei, vt ſecuorũ. in d. l. 1. ſicut requiritur in d. l. clauibus. Et ratio eſt, quia claues non afferunt ſecũ totale fundamentũ rei, & poſſeſsionis, ueluti inſtrumenta. ita Alber. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poſſ.

8 Quartò ampliatur etiam vtiliter cõis prælibata, ꝙ traditis clauibus trãsferatur poſſeſſio domus horrei, ubicunq; hoc ageretur etiã nõ apud domum, & horreũ: quia ſi hoc propè ipſa horrea ageretur, clauiũ traditio nihil operaretur: nã ſufficeret quippè aſpectus horreorũ: vt d.l.1.§.ſi iuſſerim, & l.quod meo.§.ſi uenditorẽ.ff.de acq.poſ. ergò vt aliquid addat traditio clauium habet locum d.l.etiam non iuxta horrea.

9 Quintò ampliatur eadẽmet cõis, vt locũ obtineat etiã ſi tradantur claues per alium eo nomine.d.l.1.§.ſi iuſſerim, & l.1.C. de expil. hæred.

10 Sed opinionem hanc ita ampliatã limita primò, ꝙ non transferatur poſſeſſio non præcedente aliquo titulo: vt planè colligitur ex d.l. clauibus, & in §.antepen.inſtit.de rer.diuiſ.& in l.2.C. de peric. & cõmo. rei vend. vt explanaui ſupra, per d.l. cùm pater. §. pater pluribus, vbi Bart.ff. de legatis 2.

11 Secundò limita etiam, ꝙ minimè locum habeat, niſi in uero poſſeſſore: quia qui poſſeſſionẽ non habet, non poteſt eam alteri tradere, ſeu trãſferre: arg.l.traditio.ff.de acq.rer.dom.& eſt text. in l.1.§.Sceuola.ff.ſi quis teſta. lib.eſſ. iuſ. fuer.& Rota Rom.in prçcitatis deciſ.& Alber. in d.l.1.§. ſi iuſſerim, & Oldra in d.conſ. 209.

12 Tertiò limita itidem, quando non forent traditę principales claues principalis portæ. ita Alber.in d.l.1.§.ſi iuſſerim.

13 Quartò limita ſimiliter quoque, qñ eſſent plures poſſeſſores, & vnus ſolũmodò traderet claues, & ſic vbicunq; claues traderentur ab eo, qui non poſſet de ſe ſolus diſponere: tũc quippè poſſeſſio non transfereretur. ita Alber.in d.l. 1. §. ſi iuſſerim, & Oldr.in d.conſ.209.& facit tex.in l.in concedenda.ff.de aq.plu.arcen.

14 Quintò limita, vbicunq; in illa domo, cuius ſunt traditę claues, eſſent aliquę res uacantes; qa non transfertur tũc carũ poſſeſ.& facit ad hoc l.3. §.Neratius.ff.de acq.poſ.& poſſet vtiq; exemplificari in columbario, ubi eſſent aliquæ aues.

15 Sextò limita ẽt non intẽpeſtiuè, minimè procedere in traditione rei non cohærentis rei uenditę, putà ſi traderetur anulus aureus, uel biretũ, uel quid ſimile. ita Faber in d.§.antepen.inſtit.de rer.diuiſ.Guid.Papæ deciſ.92.& 81.

16 Quodq; ꝓcedit in rebus ſpiritualibus etiam: Nã poſſeſſio beneficij nõ trãsfertur ullo modo ꝑ traditionẽ ipſius bireti, ſeu anuli extra rei, & ſic eccleſię cõſpectũ.c.trãſmiſſã.ď elec.& ibi Io. An.

17 Sed benè tunc videt̃ tradita poteſtas intrandi poſſeſſionẽ propria authoritate.tex.eſt in l.ꝑdia.ff.de acq.poſ.& ibi Bar.& alij oẽs, Inno. in c.2. de conſue.Roma.ſing.137. conſuetudo eſt, & conſ. 337.quoad primũ cõſultationis articulũ, ſub nu. 6. Alex.cũ aliis aggregatis per eũ in l.3.ff.de acq. poſ.Dy.in c.1.de reg.iur.lib.6.& Iaſ.in l. quoties, nu.31.C.de rei uend.

18 Quãuis in beneficialibus regulariter, quis ꝓpria authoritate apprehẽdere poſſeſſionẽ beneficij nequeat.c.eũ qui de præb.lib.6.& Lapus in alleg.127.Anaſtaſius canonicus, ſub nu. 3.& ſeq.

19 Et quanquã poſſeſſio beneficij non transferatur ullo modo per traditionẽ anuli, vel bireti, eccleſia & re non pręſenti: tn vbicunq; traditio bireti, uel anuli portæ loci beneficialis fieret in cõſpectu beneficij, & ſic re præſenti, operaretur nẽpè actualẽ poſſeſſionẽ.arg.d.l.clauibus.C.de cõtrahen.emp. & ita concludit Ro. in d. conſ. 337. nu.6.& conſ.482.in caſu propoſito, nu. 3. & ſeq. Alex.in d.l.3. ff.de acq.poſ.Abb.& Fely.col.pen. in c.cum aliquibus de re iud.& Tiraq in tract. de iur.conſtit.in 3.par.limit.17.nu.2.

¶ Cęterũ hoc intellige ſanè procedere duobus modis. Primò quidẽ, vbicunq, traderetur anulus, ſeu biretũ ab habente poteſtatẽ tradendi: vt cõcedit Ro.in d.cõſ.382.ſub nu.3.& Pet. Rebuf. in ſua pract.benefi.in tit.de miſſ.in poſ. num.35.

¶ Secũdò hoc intellige de plano ꝓcedere, dũmodò poſſeſſio uacua foret, & non reperiretur in ea impedimentũ. ita Ripa in trac.de peſte de priuileg.cõtract.cau.peſt.n.188.& Abb.Fely. & alij in d.c.cũ aliquibus; & conſequẽter poſſeſſio per receptionẽ clauiũ ita probat̃, niſi alius poſſideat: quia duo non poſſunt inſolidum poſſidere: ſecundũ Bartho.Soc.conſ.131. & in l.poſſiden. nu. 24. ff.de acquir.poſſ.

20 Et quare anulus, ſicut claues nõ transferat poſſeſſionẽ, dicas vt per Bal.in l.1.C.de dona. qa quędam ſunt nomina poſſeſſiua, vt claues, & ſimilia, & quędã ſignificatiua, ut anulus, & ſimilia.

21 Septimò limita, ut ſupra docuimus, ſi non eſſent traditę ueræ claues: vt concedit cõſumatiſſimus in legali ſcientia præceptor meus D. Guliel. Pontanus in d.l.1.nu.68.ff.de acq. poſ. ex mente Bal. Nouell. & colligitur (vt ipſe ibi explanat) ex verbis text.in d.l.clauibus.

¶ Ipſe tñ concludit eſſe circa hoc diſtinguendũ, ꝙ aut hoc fuit dolo factu, & tunc nullo modo transfertur poſſeſſio: quia non concurrit animus tradentis, & accipientis. Aut errore, & eo quippè caſu vr̃ trãſlata poſſeſſio.& diſtinctio iſthęc ultra eũ ꝓbatur in l.ſi me in vacuã, in pri.ff.ď acq. poſ.

22 Nã qñ non erratur in corpore haudquaquã impeditur trãſlatio poſſeſſionis. ita Glo.in l.quę extrinſecus.ff.de uer.obl.& limitationẽ hãc uberius declarat, atq; interpretat̃ Rota Ro. in d.dec.302. & 353.in antiquis, & Biſſig.in d.dec.8.de re.ſpo.

23 Poſtremò limita in rebus cõſiſtentibus numero, pondere, vel menſura: qa ante menſurationẽ, & ponderationẽ non dicitur perfectus cõtractus; & ſic non uidetur tranſlata tunc poſſeſſio per traditionẽ clauiũ rerũ exiſtentiũ in horreis.l.2.C.de peri.& cõm.rei uen.ubi Caſt.& l. qď ſæpè.§.in iis. ff.de contrah.empt.& eſt deciſ.Affli. 280.& 399.

¶ Sed hoc nõ procedit, vbicunq; uenditio iſtarũ rerũ extitiſſet facta indeterminata, in qua quidẽ tũc non requireret̃ aliqua ponderatio, uel mẽſuratio, vt in d.§.in iis.& in his caſibus videtur ficta poſſeſſio, nõ aũt uera.ita Glo.in l.3.in fi.ff.eo.

SVMMARIVM.

1 POSSESSIO unius ex pluribus fundis apprehenſa non arguit apprehenſionem aliorum fundorum, preſertim in rebus hæreditariis, etiam concurrente animo acquirere uolentis, nedum ſi plures res forent diſtinctæ, & ſeparatæ, ſed etiam ſi eſſent plures ſub uniuerſitate iuris.

2 Poſſeſſio non capitur, niſi coloni eiiciantur. Et hoc procedit etiã in inquilino: nec ſufficit illos de domo eijcere, niſi de fundo eijciantur.

OPINIO DCXX.

Poſſeſſio. Cõis opin.

1 IN pluribus fundis poſſeſſio vnius apprehenſa aliorũ fundorũ poſſeſſio apprehenſa, nõ dicitur: ſecundũ Glo. in uer. quã liber, cõiter receptã ab oĩbus, in l. 3. de acq. poſ. quod, & in rebus hæreditariis, pſertim procedit, in quibus ſi apprehenſa reperiatur aliquarũ rerũ poſſeſſio, cæteræ res nondum apprehenſæ abſq; dubio aliquo poſſideri non dicuntur: vt voluerunt Dy. & Anch. in c. 1. de reg. iu. Alex. poſt alios in d. l. 3. qđ & Iaſ. inibi pulchrè tradidit, dicens apprehenſione poſſeſſionis vnius prædij nequaquã acquiri poſſeſſionẽ aliorũ prædiorũ, etiã concurrente animo acquirere uolentis. l. prædia, de acq. poſſ. allegans Bal. in l. 2. C. de ſeruit. & aq. & Ang. in l. licet. C. de acq. poſ. ſubiungendo hæc pcedere non ſolũ, qñ plures res diſtinctæ, ſeparatæque forent, uerũ etiã ſi plures ſub vniuerſitate iuris, puta hæreditatis continerẽtur; nã, & eo pariter caſu, p apprehenſionẽ poſſeſſionis unius rei hæreditariæ, aliarũ rerũ poſſeſſionẽ nõ contineri.

¶ In contrariã verò ſententiã inclinarũt Doct. antiqui, quos recitat Andr. de Iſer. qui tenuere in caſu, quo plures res titulo vniuerſali quæſitæ eſſent, unius rei apprehenſione, etiã aliarũ rerũ poſſeſſionẽ apprehenſam dici, exemplificando de rebus hęreditariis, per Gloſ. in l. reſtituta. ad Treb. & ita iudicatũ eſſe, ſicut Aluar. in c. 1. uerſ. quæro ab extra in tit. quid ſit inueſtit. ex d. And. de Iſer. latius tract. ſup. & opinioni huic inhæret quoque Tiraq. in tract. de retract. cõſang. §. 36. Glo. 3. nu. 2. 3. & 11. in tit. ſeu rub. iuriſdictionis in cuius territorio bonũ acquiſitũ ſit. Sed parũ aut nihil obſtant ea, quæ Alua. & And. de Iſer. ſuper antiquorũ opinione tradiderũt: qa ipſemet And. eã opinionẽ reprobat, & ait malè ſecundũ eã eſſe iudicatũ, allegãdo l. qui abſẽti. §. fi. de acq. poſ. quã antiquorum doctrinã, etiã Dy. & Anch. in d. c. 1. reprobarũt. ideoq; remoto omni dubio, tutè, & libẽter poſſumus ſequi cõem pręmiſſam, ꝙ ex apprehẽſione aliquarũ rerũ hæreditariarũ, aliæ res, quæ non eſſent apprehenſæ, poſſideri non cenſeãtur.

2 Nec itidẽ capitur poſſeſſio, niſi coloni eijciantur. ita Card. Put. deciſ. 17. de cau. poſ. Et hoc idẽ pcedit quoq; in inquilino, etiã finita locatione: ſecđm Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 214. & Put. deciſ. 6. de cauſ. poſſ. Nec ſufficit illos de domo eijcere, niſi de fundo eijciant. teſte Put. deciſ. 2. đ cau. poſ.

SVMMARIVM.

1 POSSESSIONIS probatio non ſufficit in deciſoriis petitorij iudicij, ſed tituli quoque probatio requiritur.

2 Titulus probatur per inſtrumentum.

3 Titulus vbicunq; non apparet, ſeu reperitur, inſtrumentum probari poteſt per teſtes deponentes ſe interfuiſſe contractui.

4 Titulus non probatur per inſtrumentum, in quo conceſſum alicui ſit omne ius, quod habet concedens, niſi probetur de iure concedentis.

5 Bona fides probanda non eſt, probato titulo, cùm ea in dubio præſumatur.

6 Bona fides præſumitur etiam ſine titulo, ſi quis diu poſſederit: quia bona fide dicitur poſſidere ille qui fuit in longa poſſeſſione.

7 Poſſeſſio non probatur per reſponſionẽ de fructibus: cũ illa nõ probetur ex ſola fructuũ perceptione, ſtante ꝗ iure familiaritatis quis fructus percipere cenſetur.

8 Poſſeſſio nõ arguitur, neq; continuatur ex prohibitione, ne vicinus ſtercora, & feces proijciat in loco uicino.

9 Poſſeſſio non dicitur probata, ubicunque teſtis deponat laboratores poſſediſſe nomine Titij, niſi deponat de eius mandato, uel ratificatione.

10 Teſtes deponentes ſe nomine meo poſſediſſe non probant poſſeſſionem, niſi illud addant, me id ratũ habuiſſe.

11 Poſſeſſio non probatur, neque dominium per æſtimum, ſeu cataſtrum.

12 Poſſeſſio p ſolutionẽ collectarũ, ſeu tributi nõ pbatur.

13 Teſtes deponentes uidiſſe aliquem tenere, & poſſidere probant poſſeſſionem.

14 Poſſeſſio pbatur ex multis actibus poſitis remiſſiuè.

OPINIO DCXXI.

1 POSSESSIONIS probatio non ſufficit in deciſoriis petitorij iudicij, ſed tituli quoq; pbatio requiritur: vt uoluerũt Pet. Cy. Bal. Alber. & Saly. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. Bar. Cy. & Bal. per tex. ibi in l. nõ nudis. C. de pb. & Iaſ. in l. neq; poſſeſſio. C. de teſta. & iſtorũ opinio cõis eſt. licèt, & malè Deci. conſ. 54. & Felyn. in c per tuas. extra de probat. teneant oppoſitũ.

2 Sed titulus tunc facilè probari poſſet: nã ipſe titulus probaretur dubio procul per inſtrumentũ: vt not. per Glo. & omnes alios in §. ſunt & aliæ. inſtit. de uſucapionib. & longi temp. præſcript.

3 Et ſi fortè tunc non appareret inſtrumentũ ad hoc probandum, probaretur vtique titulus ipſe per teſtes aſſerentes, deponenteſq; ſe interfuiſſe contractui: cùm iſtud ſit tale, quod obiiciatur ſenſui viſus: ſecundùm Doct. præmemoratos.

4 Cęterũ titulus iſte probaretur p inſtrumentũ, in quo cõceſſum ſit alicui omne ius, qđ haberet concedens: niſi aliter probaretur de iure concedẽtis: cũ in conceſſione ſubaudiatur clauſula, ſi quod habet. ita Bar. in l. cùm res. C. de probat. & Dyn. & Bal. in l. ſi ſic. §. ſi mihi. in fi. ff. de leg. 2.

5 Vndè probato titulo non veris aliter probã

da bona fides: cùm ea tunc in dubio præſumatur. l. pen. & ibi Doct. C. de euictionibus.

6 Quod equidem de plano procedit, ſi quis haberet titulũ, & diu poſſediſſet ēt ſine titulo: quia tunc bona fides ipſa abſque dubio aliquo præſumeretur. ita Innocen. in c. cũ veniſſet, de in integ. rẽſtit. Bar. & alij omnes in l. Celſus. C. de uſucap. & Ang. in l. præſcriptione. C. quib. non obſt. longi temporis præſcriptio. Quia bona fide dicitur poſſidere ille qui fuit in longa poſſeſſione: ex quo tunc adſunt probabiles coniecturæ iuſtæ poſſeſſionis. ita Illuſtris, & Reuer. D. Oradinus præceptor meus, lumen, & decus iuris ciuilis, & canonici, in deciſ. 303.

7 Veruntamen poſſeſſio non ita facilè probaretur, quemadmodum & titulus: nam in omnibus caſibus infraſcriptis non probatur modo aliquo poſſeſſio ipſa. Et primo reſpõſio de fructibus, quę poteſt contingere ex variis, diuerſiſq; cauſis non arguit neceſſariò poſſeſſionis recognitionem: vt concedit Bal. conſ. 130. uol. 3. Quia poſſeſſio non probatur ex ſola fructuum perceptione: cum poſſit ſcitè replicari, atq; reſponderi perceptorem ipſorum fructuũ, illos familiaritatis cauſa percepiſſe. Verbi gratia, ſi uxor iuſtũ titulũ habuit, & vir fructus percepit, non propterea eũ poſſediſſe ſequitur. l. qui iure. ff. de acq. poſſ. Bal. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marit. Soc. conſ. 131. vol. 1. & Alciat. conſ. 294. num. 7.

8 Secundò ſimiliter nec ex prohibitione, ne vicinus ſtercora, & feces proijciat, nec pro jcere debeat in loco vicino, arguitur poſſeſſio, nec cõtinuatı̃. ita Pariſ. cõſ. 99 Adriano agenti. n. 6. vol. 4.

9 Tertiò teſtis deponens laboratores poſſediſſe nomine Titij, nec ꝓbet, & preciſè deponat de eius mandato: non dicitur tũc probata poſſeſſio. ita Gozad. cõſ. 42. in caſu. nu. 5. & Soc. Iun. cõſ. 135. non obſtantibus his. nu. 23. uol. 2.

10 Siquidẽ poſſeſſio nullatenus probatur, teſtibus deponentibus, ſe nomine meo poſſediſſe, niſi & illud addant, me id ratũ habuiſſe. §. ex his itaq; inſtit. per quas perſo. l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & l. 1. §. per ꝓcuratorẽ. ff. de acq. poſ. Alex. cõſ. 100 vol. 1. Cor. cõſ. 190. & conſ. 199. col. 4. uol. 1. & cõſ. 46. col. 3. uol. 3. Iaſ. conſ. 185. col. 4. uol. 2. Goza. in d. cõſ. 42. n. 5. & ſeq. Soc. Iun. in d. conſ. 135. n. 23. & Grauet. cõſ. 5. tria ſunt. num. 16.

11 Quartò per æſtimũ, qđ quis haberet in cõi, nõ probaretur minimè poſſeſſio, neq; dnium. ita Bal. in l. ſi pater. C. de act. emp. Lanfrã. in c. quoniã contra de prob. in tit. de teſt. ſub n. 93. Fran. Arc. in l. in illa in fi. ff. de uer. oblig. & in l. decem, eo. tit. Bar. Bal. & cęteri omnes in l. ſi poteſt. C. de act. emp. & vend.

12 Quintò per ſolutionẽ collectarum, ſeu tributi, nequaquã probatur etiã poſſeſſio. l. pater tuus, & ibi Bar. ff. de act. empt.

13 Vndè poſſeſſio probaret̃ utiq; per teſtes, qui deponerent vidiſſe Titiũ tenere, & poſſidere. ita Corn. conſ. 6. vol. 3. & Dec. conſ. 252. agitur cauſa magni ponderis, ſub nu. 3. & conſ. 302. et pro tenui facultate mea. n. 17. & Glo. in l. ſtipulatio iſta. §. hęc quoq; in uer. Stipuletur. ff. de uer. obl. & iſta eſt cõis opi. teſte Dec. in d. cõſ. 302. ſub nu. 17. Cõis opin.

14 Imò probatur ēt ipſa poſſeſſio ex nonnullis aliis actibus deductis, atq; poſitis per Afflict. in deciſ. 167. Gabriel, & per Vrſillũ ibi in add. Spec. in tit. de peti. & poſ. §. 1. Bald. in l. fi. col. 12. C. de edic. Diui Adri. & in l. indicia ad fi. C. de rei ven. Bar. & alios omnes in d. l. Celſus. col. pen.

SVMMARIVM.

1 *POSSESSOR bonæ fidei fructus ſuos faciẽs, eos cum expenſis meliorament orum compenſare tenetur, etiam ſi quis bonę fidei poſſeſſor eſſet uirtute tituli iniuſti, & nulli.*

2 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur fructus reſtituere quatenus effectus eſt locupletior.*

3 *Bona fides præſumitur ex longa poſſeſſione, vel ex coniecturis probabilibus iuſtæ poſſeſſionis.*

OPINIO DCXXII.

1 POSSESSOR bonæ fidei fructus ſuos faciens, eos cũ expenſis melioramentorũ cõpenſare tenetur uſq; ad quantitatẽ cõcurrentẽ ipſorũ fructuũ. c. ad noſtrã. de reb. eccle. non alie. l. ſumptus. ff. de rei uend. & l. inſulã. §. fructus. ff. ſolu. ma. & per Glo. Bar. Ang. Bal. & alios in l. in fundo. ff. de rei uend. Caſt. cõſ. 316. viſo puncto, Ang. & Bal. in d. §. fructus, Io. de Imo. cõſ. 112. col. pen. & ſeq. Bal. in l. ſuper. C. de euict. & Cor. conſ. 240. col. 3. uol. 2. ideoq; ſi colligeret, ſeu pciperet tot fructus, qui melioramẽtis ipſis æquiualerẽt: vtiq; tunc rẽ reſtituere teneretur abſq; aliquorũ melioramẽtorũ ſolutione: ſcdm̃ iura memorata, & no. & limitat Berous, in c. 1. n. 41. & ſeq. de inte. reſt.

¶ Quod quippè in tantũ procedit ſecundùm cõiter Doc. ut ſi quis bonę fidei poſſeſſor eſſet uirtute tituli iniuſti, & nulli, adhuc haberet locũ diſpoſitio d. l. ſumptus, cũ aliis ll. pręcitatis, uidelicet, ꝙ melioramenta ipſa cũ fructibus cõpenſarẽtur. ita declarat Fely. cũ cæteris congeſtis per eũ, in c. cũ cauſa. col. fi. extra de re iud. & Ant. Neguſ. in tra ꝟ. de pignoribus in 4. mẽb. 5. par. nu. 12. & ita deciſum extitit in Sacro Cõcilio Neapo. teſte Afflict. in deciſ. 87. nu. 3. cũ aliis ſeq. & ibi Cæſare Vrſil. in add. n. 8. q cumulatiſsimè hoc diſcurrit. Cõis opin.

2 Et quãuis bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos; nihilominus eos tenetur reſtituere, & pręſertim fructus induſtriales, quatenus locupletior effectus eſſet: vt uoluit Bar. in l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei uend. Alex. conſ. 21. repetito in cauſa Merici. nu. 10. & ſeq. uol. 4. & Vrſillus cũ aliis aggregatis per eum in add. Afflict. in deciſ. 240. n. 4. cũ aliis ſeq. vbi deducit iſtã eſſe cõem opin. & declarat etiam vtiliter materiam in practica. Cõis opin.

3 Et

3 Et aduerte quòd tunc præſumitur bona fides, & de ea conſtare videtur, vbicunq; interueniret longa poſſeſſio, vel adeſſent probabiles coniecturæ iuſtæ poſſeſſionis ita Innoc.in c.2. colum. 3.de reſtit.in integrum, Abb.in c.conſultationibus, de iurepat. Rolan.à Valle conſil.3.Deuenio, num.94.uol.1.& iſta eſt communis opinio: vt in medium reſerauit Balbus in l.Celſus, poſt 2.par. num.2.& Ripa in c.cùm eccleſia. num.90. cum alijs ſeq.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.& ita iudicauit etiã Rota Roma. ſub die 23.Februarij.1568. atteſtante Illuſtri D. Oradino præceptore meo, deciſione 150. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *POSSIDENS prior per conſtitutum, præfertur ſecundo habẽti actualem poſſeſſionem: quia poſſeſſio eſt vera, licèt modus ſit fictus.*

2 *Conſtitutum transfert naturalem, & ciuilem poſſeſſionem, non autem actualem.*

3 *Conſtitutum allegans, ſeu fundans ſe in eo, tenetur probare conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe.*

OPINIO DCXXIII.

1 POSSIDENS prior per cõſtitutum præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem: quia poſſeſſio eſt vera, licèt modus ſit fictus: ſecundùm Bart. & cæteros omnes communiter, in l.ab emptione.col.fin.de pact.Iaſ.in l.quoties.C.de rei uendic.Dec.in l.contractus.ff.de reg.iur.& Iaſ.conſ. 6.ſub num 2.vol.3. *Cõis opin.*

2 Et tantò magis, cùm pactum conſtituti transferat naturalem, & ciuilem, nõ autem actualem poſſeſsionem.ita Cardin.Puteus deciſ.2. de empt.& vendit.

¶Nam poſſeſsio actualis non transfertur per clauſulam conſtituti, nec per clauſulam vendit, tradit, ceſsit, & conceſsit, quæ eſt eiuſdẽ naturæ, & virtutis cum clauſula prælibata conſtituti, ſed illa clauſula ſola licẽtia apprehẽdẽdi poſſeſsionẽ importatur.l.prędia, & ibi Bar.Alex. & alij in fi. ff.de acq.poſſ.Abb.in c.2.de conſue.Bald.in c.1. colum.pen.quid ſit inueſt.& in l.iudicia.colum. 2.C.de rei vend.& Alex.conſ.10.uol.4.

¶ Quod equidẽ procedit vbicunq; res immobilis quę alienatur eſſet abſens tẽpore cõtractus: ſecus uerò ſi eſſet præſens, & in conſpectu cõtrahẽtiũ: tũc enim trãsfertur etiã poſſeſsio realis, & actualis.ita Bar.&Iac.de Aret.in d.l.prædia, Cy. Bar.& Bal.in l.2.eod.tit.& idem Bald.in l.1.col. 1.C.de ſuffra.& Lanfran.in cap. quoniam contra in ver.Teſtes, de probat.

3 Sed fundans ſe in clauſula conſtituti, teneretur quippè tunc probare conſtituentem tempore ipſius conſtituti poſſediſſe: ſecundum Anton. Auguſt.deciſ.3.& 549.Glo. & alios omnes in l. quamuis.§.ſi conductor. ff.de acquir.poſſ. Bart. Ang.& cæteros omnes in l.quędã. ff.de rei vend. Oldra.conſ.114.factum eſt tale, ſub num.2.Gozad.conſ.42.num.8.& 16.Dec.nume.14.& Cagnol.in l.contractus.ff.de reg.iur.Neuiz.cõſ.79. num.16.Grat.conſ.117.num.13.& ſeq. volum. 1.Lanfran.in repet.c.quoniam contra in ver.Teſtes de probat.& Alex.conſ.10.volum 4. Tiraq. in tract.conſtituti poſſ.in 3.par.in 1.limit.num. 1.& Bertran.conſ.30.lecto proceſſu. num. 10. & ſeq.volum.1.primæ par.& conſ.238. contra donationem.nu.2. volum. 3.primæ par. & Marſil. in ſingul. 521. ille qui, vbi cum alijs aggregatis per eum hoc utiliter limitat locum nõ ſortiri in antiquo inſtrumento cõtinenti conſtitutum, in quo propter temporis antiquitatem pręſumitur poſſeſsionem fuiſſe penès conſtituentem. Vnde aduerte amantiſsimè lector ne deciparis in confidendo in conſtitutione precarii, quæ fruſtratoria quippè redditur, & nullius momenti, niſi articuletur, & probetur conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe. Et hiſce oculis vide aliquos aduocatos nonnullis vicibus amiſiſſe cauſas, & lites ex mera, & pura eorum incuria.

SVMMARIVM.

1 *POSITIO impertinens, quæ aliàs reijcienda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur pertinens, & admitti deberet.*

2 *Poſitio pertinens quando dicatur, ponitur remiſsiuè.*

OPINIO DCXXIIII.

1 POSITIO impertinens, quæ aliàs reijcienda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur abſque dubio aliquo pertinens, & admitti deberet: ſecundùm Ioan.And.& omnes in c.fin.de confeſſ. in 6.Bald.in l.2.§.quod obſeruari.colum.4.C.de iur.cal.Alber.Iaſ.num. 19.& Rip.nume.22. in l. quominus.ff.de flumin.vbi explicat iſtorum opinionem communem eſſe. *Cõis opin.*

2 Et poſitio quæ dicatur pertinens, latè diſcurrit Dec.conſ.162.in cauſa, quæ agitatur inter venerabiles fratres.num.2.

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIBI, vel vſucapi non poſſunt res minorum.*

2 *Præſcriptio iudicialis currit aduerſus minorem, eccleſiam, & alios: ſed conceditur eis reſtitutio in integrum.*

3 *Præſcriptio legalis, licèt non currat contra minorem, tamen contra eum currit præſcriptio ſtatutaria, & conſuetudinaria.*

4 *Præſcriptiones ſtatutariæ currunt ipſo iure contra minores poſt pupillarem ætatem.*

OPI-

OPINIO DCXXV.

1 PRAESCRIBI, ſeu vſucapi non poſſunt res minorum: ſecundùm Glo.& Doct. communiter in l. vbi lex ff.de vſucap. l.alienationis,& ibi Gloſſ.ff.de verb. ſignific. l. in bonæ fidei. cum Glo.ff.de acquir.rer.domin.& Laurent.Syluan.conſ.49.conſultationibus noſtris,ſub n.68. notatur etiam in l.etiam ſi.ff.de minor. & l. 1.2. 3.& fin.C.ſi quis ignor.rem min. *Cōis opin.*

2 Sed huiuſmodi communis opinio procedit in præſcriptionibus extraiudicialibus, non autem in præſcriptionibus iudicialibus, quæ indiſtinctè currũt aduerſus omnes, & præſertim eccleſiam, & minorem: vt voluit Balbus cum alijs aggregatis per eum in tract.de pręſcriptionibus in 1.par. 5.par.principalis.q.6.num.2. & ſeq. vbi utiliter firmat poſt Bar. & alios recitatos per eum, quòd datur, concediturq; in tali caſu minori, & eccleſiæ reſtitutio in integrum.

3 Item declaratur etiam antedicta communis ſententia, quòd licèt præſcriptio legalis non currat contra minorem; curreret tamen præſcriptio ſtatutaria, & conſuetudinaria aduerſus ipſum minorem: vt firmat cum quodam temperamento cumulatiſsimè Tiraq.in tract.de præſcriptionibus.§.1.Glo.9.Minores,per totam. quę opinio redditur non nihil dubia ex authoritatibus contrarijs ſignatis per eundem Tiraq.ibi.

4 Sed benè verum eſt, quòd præſcriptio ipſa ſtatutaria cõtra minores currit ipſo iure poſt pupillarem ętatem: ſecundùm Roma.& Claud.Seyſel. in princ.l.naturaliter.ff.de vſucap. & Syluanum in d.conſ.49. ſub nu. 68. vbi perhibet illam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIPTIO pacto tolli non poteſt, ſecundùm unam communem opinionem; licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd per pactum præſcriptio tolli valeat.*

2 *Pactum de non præſcribendo confirmatur per iuramentum.*

3 *Præſcriptio prorogari poteſt per pactum.*

4 *Præſcriptioni pacto renunciari poteſt, vbi lex, vel ſtatutum approbaret pactum de non præſcribendo.*

OPINIO DCXXVI.

1 PRAESCRIPTIO non poteſt per pactum tolli, ac impediri: ſecundùm Oldrad. Cyn.& Bal.in l.Centurio, in fin.ff.de vulg.& pupill.Bart. col pen. Cuma. Aret. Alex. num.25.Iaſ.in prima lectura.num.80.& in 2.lect. num.3. Crotum. nu.45. Rip.num.104.& Hannib.nu.686.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. vbi aiunt iſtam eſſe communem opinionem. Et eam ſequitur quoq; Abb.col.fin. & Fely.col.3.in rub.de pręſcrip.Roma.in conſil. 201.& in repet.rub.ff.de arbitris.col.20.Balb.in tract.de præſcript.in 5. part.5.partis princ.q.6. num.1.& ſeq. vbi teſtatur de communi, & Præpoſit.in c.1.§.præterea de capit. Corra. in vſib. feud.Alciat.in d.rub.de præſcrip.nu.58. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partẽ inclinarunt Bal. Dyn.titubanter, Angel.Imol.& Florianus in d.l. nemo poteſt, Ant.in d.c.cùm non liceat, de præſcript. Ioan. Andr.in add.Specul.in titu.de præſcript. ſuper rub. Et iſtorum ſententiam inquit communẽ eſſe Bal.in d.l. nemo poteſt, & Barbatius conſ.51.ſe ſcripſit, lib.1.conſ.53.lib.2.& cõſil.22.clementiſsimum.lib.4.colum.fin.& Ioan. Dilectus, de arte teſtãdi. tit.6 in cautela 31.ſub nu.3.& cum ea ſentit etiam Alciat.in d.rubr.de præſcript.num.58.vbi meminit, quòd ante tempora Bar opinio hęc tenebatur ab omnibus. Tamen in actu practico noli recedere à prima opinione negatiua, quam ſequitur etiam cum alijs relatis per eum, & magis communem, magisq; ueram dicit Io.Baptiſta Bouius in tract. de ſtatutaria vrbis præſcriptione, Glo.29.nume.19.cum
2 ſeq.vbi illam etiam ampliat. *Cōis opin.*

Quę quidem communis ita retenta limitatur primùm non procedere, vbicunque in huiuſmodi pacto interueniret iuramentum: ſiquidem pactum ipſum de non præſcribendo per interuentum iuramenti confirmatur ſecundùm communem opinionẽ omnium Scriben. vt copioſè concludunt Alex.Rip.num.3.Hannib.num.760. in d.l.nemo poteſt, Fely.nume.15.& Alciat.nu 69. in d. rub.de præſcript. & Balb.in d.q.6.nu.3. Et licèt Bouius vbi ſupra cum alijs relatis per eum, num.29.& ſeq.dicat contrariam opinionem veriorem eſſe; nihilominus à dicta prima ſententia communi tanquam ſacroſancta ſatuum eſſet in deciſiuis diſcedere. *Cōis opin.*

3 Secundò limitatur ſimiliter præcedens communis, quòd licet per pactum præſcriptio tolli nequeat; nihilominus per pactum ipſum prorogari poſſet pręſcriptio: ſecundùm Gloſſ. in auth. quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.Ang. conſil. 54.Bal.in rubr. de conſt.colum.3.Fely.num.12. & Alciat.num.69.in d.rub. de præſcript. & Rip. in d.l. nemo poteſt.num.112.& iſta eſt communis opinio, licèt, & ruditer Crotus ibi num.45.& ſeq.ſenſerit contrarium. *Cōis opin.*

4 Limitatur tertiò loco dicta communis, vt nõ procedat in caſibus, quibus lex, vel ſtatutum approbaret pactum de nõ pręſcribendo. Nam per ſtatutum fieri poſſet, vt præſcriptioni pacto renunciari valeret: ſecundùm Bald.Saly.in l.2.per text.ibi.C.de conſtit.pecun.Ant.& Imol.in c.cũ nobis, de pręſcrip.quos ſequitur, & refert Fely.in d.rub.de pręſcript. & iſta eſt communis opinio: ſecundùm Moder. & omnes in d.l. nemo poteſt. *Cōis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *SERVITVTES aquæducendæ, viæ, ac aliæ ſimiles ſeruitutes continuæ uſucapiuntur, ſeu præſcribuntur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam ſine titulo ſeruitute continua.*

2 *Titulum ſeruitutis diſcontinuæ allegans, & probans de vſu, uel quaſi poſſeſsione ſeruitutis decem annorum inter præſentes, & uiginti inter abſentes, ſciente, & patiente aduerſario: præſumitur tunc titulus allegatus, etiam ſi non probetur; & ſeruitus ipſa præſcribitur ex circulo, & ſpatio prædicto.*

3 *Præſcriptio ſeruitutis incipit currere à tempore quo præſcribens incipit uti iure ipſius ſeruitutis aduerſario ſciente, & incipit poßidere per primum, & unicum actum.*

OPINIO DCXXVII.

1 PRAESCRIPTIO ſeruitutis aquæ ducendæ, uiæ, & aliarum ſimilium ſeruitutum cõtinuarum impletur annis decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam ſine titulo in ſeruitute continua: & ſic ſeruitutes ipſæ continuæ vſucapiuntur decennio inter præſentes, & 20. inter abſentes. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeru. uend. & ita voluerunt Ang. Aret. colum. 7. verſ. quæro quanto tẽpore, & Io. Faber. n 17. in §. æquè. inſtit de act. Fely. & alij col. 15. in c. de quarta ex tr. de præſcr. & notatur etiam in l. ſi aquam. C. de ſeruit. & aqua, & iſta eſt communis opinio: ſecundùm Coraſium in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 5. c. 5. num. 1. cum alijs ſeq. Cõis opin.

2 Imò ampliatur hoc, quòd etiam in ſeruitute diſcontinua ſufficiat allegare titulum, cùm de præiudicio agatur: & ſic allegans titulum ipſum ſeruitutis diſcontinuæ, atq; probans de vſu, vel quaſi poſſeſsione ſeruitutis decem annorum inter pſentes, & 20. inter abſentes, ſciente, & patiẽte aduerſario: quia tunc titulus allegatus præſumitur etiam ſi non probetur, & ſeruitus ipſa diſcontinua præſciberetur ex curriculo prædicto: ſecundùm Glo. & Bar. Flor. Caſt. & alios in l. ſeruitutes. C. de ſeruit. Gloſſ. Pet. Butr. Bar. Bald. Fulg. & Floria. in l. cùm de in rẽ verſo. ff. de vſur. Saly. Alex. & Dec. in l. ſi certis annis. C. de pact. Alber. in l. 2. C. de ſeru. & aqua, Tiraq. cum alijs aggregatis per eum in tract. de præſcript. §. 1. Glo. 4 verſ. & hæc quidem ſatis, ſol. par. 24. vbi etiam refert Doct. contrariæ ſententiæ, Mart. Carrat. conſ. 1. nu. 9. vbi Franc. Maria Plotus in add. ſuper litera F. Balbus in tract. de præſcript. par. 2. 4. par. princ. num. 3. & Grauet. conſ. 226. num. 1. cum alijs ſeq. vbi iſtam opinionem latè probat, & omnes memorati Moder. perhibent eſſe communem tam Legiſtarum, quàm Canoniſtarum, & obſeruari in practica, & ab ea non fore recedendum, aduertit Mart. Carratus in dicto conſil. 1. nume. 9.

3 Et aduerte, quòd præſcriptio ipſa ſeruitutis incipit currere à tempore quo præſcribens incipit vti iure ipſius ſeruitutis aduerſario ſciente; & incipit poſsidere per primũ, ac vnicum actũ: ſecundùm Ang. Aret. colum. 7. verſ. quæro quando dicatur, & Ioan. Fabri, nu. 19. in d. §. æque.

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIBI non poßunt modo aliquo ſpatio decennij vſuræ: quæ debentur tanquàm intereſſe ob moram dotis non ſolutæ.*

OPINIO DCXXVIII.

1 PRAESCRIBI nõ poteſt ſpatio decennij ius petendi alimenta, vſuras, ſeu intereſſe decurſas ob non ſolutionem dotis; & ſic vſuræ ipſius dotis, quæ debentur tã quàm intereſſe ratione ſubſtinendorũ matrimonij onerum ob moram dotis prædictæ non ſolutæ aliter non præſcribuntur decennio, quo minus vſuræ ipſæ poſsint peti poſt decennium: ſecundùm Aret. colum. 5. & Iaſ. num. 20 in §. fuerat. inſtit. de act. Roma. in l. inſulam. §. uſuras. colum. 5. ff. ſol. matr. & conſulendo conſ. 5 7. Alex. col. 5. & Iaſ. n. 19. & ſeq. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. & iſta eſt magis communis opinio: vt perhibet Corn. conſ. 164 vol. 3. & ſecudum eam iudicauit Sacrum Regium Concilium Neap. teſte Gram. deciſ. 70. & conſuluit Corn. in d. conſil. 164. Cõis opin.

¶ In contrariam vero ſententiam, videlicèt, quòd vſuræ, ſeu alimenta prædicta pro dote non ſoluta ſpatio decennali præſcribantur, & quòd ex huiuſmodi diuturnitate temporis cenſeãtur remiſſa: inclinauit Bald. conſulendo, conſil. 474. poſt biennium. vol. 3. per text. in l. cùm quidam. §. Diuus. ff. de vſur. cui inhæret Corn conſ. 206. colum. fin. vol. 2. Alex. conſil. 74. volum. 5. & Alc. in tract. de præſumpt. lib. 3. reg. 1. præſump. 32. & Tiraq. in tract. de præſcriptionibus. §. 1. Gloſſ. 4. verſ. octauo iſtis annectẽdus eſt tex. fol. par. 31.

¶ Sed ob authoritatem iſtorum noli aliquo modo diſcedere in practica à dicta cõmuni, quæ veriſsima redditur ex ſcriptis memoratorũ Scriben. atque tutiſsima ex deciſione Rotæ Neapolitanæ, & ex conſil. Nattæ conſil. 495. de duobus, à num. 1. vſque ad num. 12. volum. 3. vbi doctiſsime conſuluit pro iſta parte communi, tollendo omnia contraria. Nec ei obſtat text. in d. l. cum quidam. §. Diuus, quia ad illum tex. reſpondent præcitati Doct. & Roma. in d. l. quæ dotis. colum. 4. Alex. conſ. 56. colum. pen. & conſil. 63. volum. 4. num. 16. & conſ. 108. num. 10. volum. 7. Corn. conſil.

conſil.250.num.13. & ſeq.vol.2.d.conſ.164.col. pen.Dec.conſ.571.& Natta.d.conſ.495.num.4. & vide ad materiam,quę poſuimus ſupra in Opinione.479.Marito cui eſſet dos promiſſa.

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIBENS, ſi poſt completā præſcriptionem ſuperuenerit mala fides,non tenetur rem domino reſtituere;imò redditur tutus in foro tam ſeculari,quàm etiam conſcientia.*

OPINIO DCXXIX.

1 PRAESCRIBENS, ſi poſt completam pręſcriptionem mala fides ſuperuenerit,non tenetur rem domino reſtituere; & iſta eſt opinio magis communis. teſte Sancto Bernardino protectore noſtro in ſuis ſermonibus de Euangelio ęterno in ſerm.32.art. 2.ſub c.3. verſ.Sed quęri pôt an ille qui completa pręſcriptione, Abb.in c. vigilanti. de pręſc.poſt Io.Vinc.Tāc.Goff.Hoſt. & Io. And. in reg.poſſeſſor,de reg.iu.in 6.in mercu.& Inno. in c.cura,in fin. de iurepat. & in c. pleriq;,de immu.eccl. ¶ Quæ quidē cõis debet etiā obſeruari in foro conſcientiæ: ſecundùm præcitatos Doct. & iſta eſt pura veritas. Eſt benè uerum,quòd Frater Gerardus de Senis,vt idem Ioan.And.refert, in d.reg. poſſeſſor in 6.q. fortè Io. Scoti ęmulus qui primam tenuit partem in 4.ſenten.diſt. 15. ſentit contrarium,quòd imò pręſcribens non ſit tutus in foro cõſcientiæ:quam etiam neſcio,quo ſpiritus ductus ſequutus eſt Abb.conſ.3.colum. 18.vol.2.ideò in deciſiuis noli aliter recedere à dicta communi tanquam ſacroſancta, & tutiſsima etiā in foro poli:quam ſequitur, & tuetur etiā cū cæteris aggregatis per cū S. Bernard. vbi ſupra. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIPTIO currit contra creditorem habentem hypothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis.*

OPINIO DCXXX.

1 PRAESCRIPTIO currit contra creditorem habētem hypothecariam intentandā aduerſus tertium poſſeſſorem,etiam nondum diſcuſſis bonis principalis: vt per Dec. in c. cū inter.nu. 23. de excep. & Soc.Iun.conſil.17.num.13. & conſil.117. per totum.volum.1. ubi admonet communiter reprobari Alex.conſ.58.vol.5.aſſerentem contrarium:quoniam,cùm quis impedimentum remouere poteſt,& non remouet,nō excuſatur aliquo modo.& cum hac opinione communi concurrit quoq; Alex. ſibi contrarius cōſ.220.vol.6. Nam (vt ipſe inquit) creditor eſt in culpa, cū non egerit ad diſcuſſionem principalis. Sed pro prima parte multa accumulauit Tiraq.in tract.de pręſcript. §. 1. Gloſſ. 7. Ipſe verò inhęreo ſententiæ communi tanquàm veriori,per ea quæ ſcribunt Soc.in dictis conſilijs, & Dec.vbi ſupra. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *IVRIS error impedit præſcriptionem triginta,vel quadraginta annorum, ſecūdum vnam communem opinionem;licet altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis, quòd error iuris non impedit præſcriptionem longiſſimi temporis.*

2 *Error iuris non obeſt præſcribenti, quando præſcribens tractaret de damno vitando, & eccleſia,minor, mulier,miles,vel ruſticus de lucro captando.*

3 *Error iuris non nocet, quando pręſcriptio habet in ſe naturalem æquitatem ; veluti quando quis pręſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni.*

OPINIO DCXXXI.

1 PRAESCRIPTIONEM triginta vel 40. annorū error iuris impedit:ſecūdū Glo.iunct. tex. in c. apoſtolicæ, de donat. quā ſequitur Abb.cōſ.34. col. 1.volum.1.& conſil.19.col.11. volum.2.Paul. de Caſtr.conſil. 70.colum. fin. & conſil.429.volum.1.Ancha.conſ. vltimo colum. pen.in quo conſilio ſubſcripſit ſe Card.vt ibi clarè conſtat,& huiuſcemodi opinionem fatetur eſſe communem Fely. in c. de quarta.colum.8.de præſcrip.quem ſequitur,referēq; Curt.Iun.conſ. vltimo.col.3.& eandem ſententiam tenet Alex. conſil.73.colum.fin.vol.2.&conſ. 46.in 2.dubio lib.3.Soc.conſil.29.colum.7.lib.1. & Bellamera conſil.7.colum.pen.& conſil.10.colum.9. & Balbus in repet.l.Celſus in princ.num.17.ff.de vſucap.vbi in d.num. 17. cum alijs ſequen. limitat communem pręmiſſam in quinq; caſibus, & d. repet.poſita reperitur in fin. tract. de pręſcript. eiuſdem Balbi. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem,quòd error iuris non impediat pręſcriptionem longiſsimi tēporis,inclinauit titubanter Paul.de Caſt.conſil. 406.colum.3.vol.1.conſil.3.circa finem,conſil. 44.col.11.& conſ.81.col 4.vol.2.& idem firmat Bal.conſ.221.circa fin.lib.1.& conſil.52. in fine lib.5.Roma.conſ.123.col.3. idemq; videtur velle Abb.conſil.37. in 3. dubio lib. 1. idem ſentit Calca. conſil.68.col.2.Rota Rom.in deciſ. 310. nota

nota quòd ex minus,in antiquis, Calder.conſil. 2.vol. 2. in titu. de conſtit. Feder. de Senis conſ. 247.Guido Papę q.159.vbi ait quòd prælati alienatio abſq; capituli conſenſu præbet iuſtam præſcribendi cauſam.Idem concludit, & ſequitur Ripa in l.1.colum.3.ff. quorum bonorum, & Grauet.conſil.166.num.13.in quibus locis ambo aſſerunt,quòd ſpurius hęreditatem paternam pręſcribit triginta annorum curriculo; licèt in iure erret, credens ſe capacem eſſe cùm non ſit, poſt Bal.in l.nullo. C. de rei vend. & quòd iuris error non impediat longiſsimi temporis præſcriptionem,tenet Imol.in l.nũquam.ff. de uſucap.Soc. conſ.33.colum.3.volum.4.nonnulliq; alij relati per Felyn.in præcitato c. de quarta.col.11.hanc opinionem fatetur audacter eſſe communẽ Alexandrinus conſil.75.colum.2.& conſil.154.circa finem,quamuis pręmemoratos Doct. omnes non referat. *Cõis opin.*

2 Retenta itaque iſta vltima opinione negatiua,tanquam frequentiori calculo approbata, & magis iuri, & ęquitati conſona, dic procedere in multis caſibus,præſertimq; quando pręſcribens tractaret de damno vitando, & eccleſia, uel minor de lucro captando: tunc quippè error iuris nullo pacto uideretur obeſſe præſcribenti.l.iuris la 2.in fin & l.error.C. de iur. & fact.iguor. facit text.in l.qui teſtamento,in fin.ff. de excuſat.tut. ubi ſententię inualidę error, quę putabatur ualere excuſat à damno. & abſq; dubio iſte caſus procedere videtur in minore, muliere,milite, & ruſtico,in quibus magis toleratur error iuris,quando agatur de damno vitando,per ea quę habentur per Moder.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdict. omnium iudicum,& in l.iuris ignorantia.C.qui admitti.

3 Procedit ſimiliter dicta communis, quando præſcriptio haberet in ſe naturalem ęquitatem: hoc enim caſu iuris error non noceret, puta ſi quis pręſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni. & ita in hoc caſu tenet Bald.conſil. 179. circa finem volum.4.

SVMMARIVM.

1 IVS adeundi hæreditatem, quod competit extraneis, & ius immiſcendi, quod competit ſuis, triginta annorum ſpatio durat.

2 *Ius adeundi, quod præſcribitur triginta annis, currit etiam ignoranti.*

3 *Reſtitutio in integrum ex clauſula (ſi qua mihi cauſa, &c.) competit ignoranti hæreditatem ſibi delatam aduerſus præſcriptionem triginta annorũ, vltra quos non datur ius adeundi, vel ſe immiſcendi.*

4 *Reſtitutio in integrum non conceditur contra præſcriptionem quadraginta annorum: quia illa pleniſſimam ſecuritatem parit.*

5 *Reſtitutionis in integrum beneficium eſt vtile à principio, & non currit niſi à die ſcientiæ: quia tempus quadriennij conceſſum ad petendum reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio.*

6 *Reſtitutio in integrum contra præſcriptionem quadraginta annorum concedenda eſt ex iuſta, probabilique ignorantia: ſecundùm unam communem opinionem; licèt altera opinio contraria, videlicèt quòd reſtitutio in integrum non concedatur ex capite iuſtæ ignorantiæ aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum ſimiliter communis ſit.*

7 *Filius ſuccedere poteſt ex capite unde liberi, & ex capite vnde legitimi: & à primo excluſus præſcriptione triginta annorum, poteſt intra alios triginta annos admitti ex ſecundo.*

OPINIO DCXXXII.

1 HAEREDITATEM adeũdi ius, ſeu poteſtas, quę competit extraneis, ac ſe immiſcendi, quę ſuis competit, triginta annorum ſpatio durat.l.fi.C.de edic. Diui Adr. toll.Glo.not.in l.3.ff. de acquir. hęred.Bart.& Angel.Paul.Caſtren.in l.filio pręterito.ff.de iniuſto teſtam.Gloſſ. Alex. & Iaſ. num.1.& 5.in l.licèt.C.de iure deliber. & in l. 1. C.quando non peten.partes,& opinio iſta cõmuniter approbatur: vt per Alex.in d.l.licèt, Bolognet. in d.l.1.num.30. vbi omnes Modern. hoc idem atteſtantur,Hippol. Riminal.in §.1. num. 210.inſtit. de donat. Gram.in deciſ.103.nu.46. Alex.conſ.163.viſo proceſſu.colum.2.volum.2. Iaſ. conſil.19.pręſentis.uolum.1.Ruin.conſ.62. num.8.& 19 lib.3.Coraſ. in miſcell. iuris ciuilis lib.6.c.21.num.1.cum alijs ſeq.&Gozad.conſil. 56.nu.1.& ſeq.& ſub nu.13.& conſ.80.nu.6.vbi iſtam communem latiſsimè declarat. *Præſcriptio. Cõis opin.*

2 Et hoc quippè ampliatur non ſolùm procedere in hęredibus ſcientibus ipſis delatam eſſe hęreditatem, verùm etiam in ignorantibus,qui,caſu quo ab obitu defuncti triginta anni fluxerint, profecto ab hęreditaria petitione caderent.tex. eſt in l.hęreditas.C.de pet. hæred. & ita hoc notant. & firmant Doct. in d.l.licèt, & in d. l. filio pręterito. & iſta eſt communis opinio:ut meminit Alex.in d.l. licèt, & Gozad. conſ.68.videtur prima facie dicendum ſub nu.13. *Cõis opin.*

3 Interpretatur uerò iſtud non procedere,quãdo iſti ignorantes per huiuſmodi ignorantiã ex clauſula (ſi qua mihi iuſta cauſa,&c.) aduerſus pręſcriptionem in integrum reſtitutionem peterent, quę abſq; dubio aliquo concedenda foret: vt per Fulgoſ.conſil.64.in fin.& Bertran.conſ.1. num.6.vol.6.per doctrinam Bart.in l.1.§.ſi quis propter.ff.de itin.actuque priuat. Et comprobatur melius hoc ex his,quæ tradit Specul.in titu. de pręſcrip.§.1.verſ.pone colonus,Fulgoſ. conſil. 63.Fraucus.circa finem, & Alex.conſ.89.col.3. uolum.2.& ita ſe habet communis opinio:vt aſſerit *Cõis opin.*

ſerit Soc.in l.cùm filius.§.1.ff.de uerb.oblig.col. 1.& Dec.conſ.303.in caſu.col.2.

4 Sed aduertendum eſt hic,quòd iſtud remediũ non prodeſſet contra pręſcriptionem quadraginta annorum;quoniam illa pleniſsimam ſecuritatem parit.l.omnes.C.de pręſcrip.30.ann. & hoc tenet Alex.conſ.172.colum.3.volum.2. & Soc. in l.cùm filius.§.in hac.ff.de verb.oblig.in fi. Gozad.in d.conſil.68.ſub nume.14.Dec.conſil.29. & pro tenui,& conſil.375.viſa bulla, ante fin. & conſ.36.diligenter conſideratis in fi. faciunt ſcripta per Soc.conſ.299.circa fin.

5 Et ſciendum eſt ad præmiſſorum vtilem intelligentiam,quòd beneficium hoc reſtitutionis in integrum eſt vtile à principio, & non currit niſi à die ſcientiæ: quia tempus quadrienni datum, conceſſumq́; ad petendam reſtitutionem in integrum eſt utile à principio. l.fin. C. de temp.in integ.reſtit.vt per Bald.conſ.226.quæſtio.vol.2. quod putat eſſe memoriæ cõmendandum Alex. conſ.110.perſpectis.lib.5.Et tempus vtile nõ currit ignorãti.l.vtile.ff. quis ordo in bon.poſſ. ſeru.

6 Et ita remedium hoc ſecundùm Doct. allegatos,dabitur etiam contra præſcriptionem 40.annorum,ſi is qui petit reſtitutionem iuſtè ignorauerit hęreditatem ſibi delatam eſſe,& iſta eſt cõmunis opinio. teſte Gozad. cum alijs relatis per eum in conſ.56.num.11.quam ſequuntur,& citant Balbus in tract.de pręſcrip.in 4.par.4.part. princ. q.29.nu.1. cum alijs ſeq.Io.Bapt. Bouius in tract. de ſtatutaria Vrbis præſcriptione,Glo. 19.num.1.cum alijs ſeq.fol.par.45. Horat.Mandoſius in add.Rom.conſ.123.in litera N.vbi admonet ita deciſum extitiſſe in Rota Rom.& Afflict.deciſ.37.nu.1. & deciſ.329. nu.5. cum alijs ſeq. in quibus locis refert ſic bis votatum fuiſſe in Sacro Regio Concilio Neapolitano. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinarũt aliqui Doct. mentionati in locis præmiſsis, videlicet, quòd reſtitutio in integrum non concedatur etiam ex capite iuſtæ ignorantiæ aduerſus præſcriptionem triginta,vel quadraginta annorum, & ſequitur Soc.Iun.conſil.54.& 145.vol.1. & conſil.6.volum.3.vbi prædicat iſtam eſſe magis communem opinionem,& ita iudicauit D. Alex.Trentacinque compatriota meus, uir ſemper honoris cauſa nominandus,de præſenti menſe Aprilis 1573. contra aliquos meos clientulos in cauſa vertente inter quoſdam de Oppido Cambiani,& Labareti.

¶ Tamen aduerte quòd in deciſiuis fatuum foret diſcedere à dicta prima ſententia, tãquam realiter magis communi,& pręſertim in Regno, in quo reperitur caſus deciſus per mentionatas deciſiones Afflict. quæ in caſibus dubijs ſuccedunt,& habentur loco legis; & ſic habes ꝙ quadriennium non currit,niſi à die ſcientiæ ſecundũ Alex.conſ.71.num.7.volum.1. Dec.conſil.303. Tholomeus conſ.76.Iaſ.in §.rurſus inſtit.de act. in quibus locis atteſtantur iſtam eſſe communẽ opinionem, & Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus quoque dum publicè audiebam Peruſij, qui pleniſsimè more ſuo declarabat omnia prædicta. *Cõis opin.*

7 Interpretatur etiam præcitata cõcluſio,quòd ſui, vel extranei hæredes excluduntur à ſucceſſione lapſu triginta annorum, quando filij agnoſcunt hæreditatem ex capite vnde legitimi. Nã filij poſſunt ſuccedere ex capite unde liberi, à quo triginta annorum præſcriptione excluſi,admitti poſſunt intra alios triginta annos ex capite legitimorum: argum.l.1.§. ſed uidendum.ff. de ſucceſ. edic.vt per Alex. aliosq́; Doct. in d. l. licet,Bart.conſ.128.quidam habuit,Corn.conſ. 70.ueniunt.colum.pen. & fin.lib.4. cum relatis per Iaſ.conſil.34.uol.2. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Alex.conſil.89.uiſo puncto. colum.2.uol.2. & Gozad. in d.conſil.56.num.5. & ſub num.13. qui limitat ibi huiuſmodi communem cum alijs aggregatis per eum de plano procedere,niſi extarent alij filij, qui uenirent ex dicto primo capite: quia ubicunq; haberet locũ antedictum primum caput, ſemper ſecundum ceſſaret.tex.eſt in §.admonendi. inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.ut uoluit Gloſſ.in l.1.§. ſed uidendum.ff. de ſucceſ. edic. communiter approbata à Scriben.in d.l.licèt. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

8 *TITVLI allegatio non eſſet neceſſaria in præſcriptione tanti temporis cuius initij memoria non eſſet in contrarium.*

OPINIO DCXXXIII.

1 IN præſcriptione tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, allegatio tituli non foret neceſſaria:ſecundùm Gloſſ. in c.ſuper quibuſdam.§. pręterea in uer.non extat,de uer. ſignif. quam ſequitur Abb. conſ.7.colum.4.lib. 2.Feder. de Senis conſ.234.colum.2. Ioan.Fab. in §.æquè.inſtit.de act.Calder. conſil.1.in tit. de libell.obl.Gozad.conſ.8.colum.8.Soc.conſ.127. colum. pen.uol.1. quod eſt repetitum in conſil. 181.uol.2.Iaſ.in l.ſi certis annis.colum.fin.C.de pactis,& Canoniſtæ omnes communiter in c. 1. de pręſcript.lib.6. de qua quidem communi atteſtantur Moder.ibidem. *Pręſcriptio.* *Cõis opin.*

¶ Sed tamen contrarium uidetur tenere, & concludere expreſsè Alex.conſ.74.colum.3.propè fin.uol.4.Felyn.in c.accedentes. colum.5. de pręſcript.& Curt.Iun.conſ.158.colum.4.uidelicèt, quòd tituli allegatio in huiuſmodi pręſcriptione ſit neceſſaria : ſiquidem ſecundùm eum non uidetur prodeſſe pręſumptio tituli,niſi allegatur,l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.

¶ Ce-

¶ Cæterùm parùm obſtat authoritas Alex. Felyn. aliorumque ſuperius relata: utpotè quia præfati Doct. loquuntur in his, quæ non ſunt pręſcriptibilia etiam per tempus cuius initij memoria in contrarium non extet. Verbi gratia, data præſcribentis incapacitate circa beneficiorum collationem, uel circa decimas, iux. text. in cap. quanto de conſuetud. ſeu quando lex præſcriptioni expreſsè reſiſtit: vt in caſu cap. accedentes de pręſcrip. vel in materia procurationis: quibus caſibus temporis curſus nil operari poteſt, ut capacem reddat eum, qui ſit incapax: quapropter neceſſe eſt, ut titulus exemptionis, ſeu priuilegij allegetur; & ad probationem huiuſmodi tituli, probare opus foret temporis curſum, cuius initij memoria in contrarium non extaret. ſecus uerò ſi eſſemus in materia præſcriptibili, & abſque titulo: tunc profectò non eſſet neceſſaria allegatio tituli, & multo minus in huiuſmodi caſu neceſſe eſſet probare quid factū eſſe, tanquam ex cauſa alicuius tituli non neceſſarij: ut notat Fely. in c. cauſam quæ, de præſcript. col. 4.

SVMMARIVM.

1 *IMMVNITAS, & exemptio poſſunt pręſcribi concurrente titulo, & bona fide quadraginta annorum ſpatio: & ſic præſcripta tolli non poteſt.*

OPINIO DCXXXIIII.

1 PRAESCRIBI poteſt immunitas, & exemptio concurrente titulo & bona fide quadraginta annorum ſpatio. Vnde ciues omnes ſi ſoluunt gabellam, ſeu vectigal impoſitū excepto vno, qui non ſoluit per quadraginta annos, erit quippè in huiuſmodi caſu præſcripta immunitas non ſoluendi: ſecundùm Bart. Angel. Paul. Caſtren. & alios in l. licitatio. §. eorum. ff. de publican. Bald. conſil. 125. quæſtio vertens. volum. 1. Alex. conſ. 30. ponderatis. colum. 4. volum. 5. & conſil. 126. in cauſa colum. pen. volum. 2. Corn. conſil. 44. in hac conſultatione. colum. pen. vol. 2. & conſ. 12. in præſenti. colum. 5. volum. 3. & conſ. 199. vol. 1. & iſta eſt communis opinio: ut per Balbum in tract. de præſcript. nume. 19. & ſequen. ſol. 53. & Gram. in deciſ. 100. num. 15. Et talis immunitas, & exemptio præſcripta tolli non poteſt: ſecundùm Bal. in l. quod ſemel ff. de decret. ab ord. fac. & in l. ſi qui, in fin. ff. de iur. immun. & per Bertach. in tract. de gabellis in 9. q. 1 part. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PRINCEPS de plenitudine poteſtatis non poteſt auferre ius perfectè alteri quæſitum miniſterio iuris ciuilis ſine cauſa.*

2 *Princeps poteſt reſcribere contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & auferre dominium alterì acquiſitum mediante tali ſententia.*

3 *Princeps poteſt legitimare ſpurium poſt aditam hæreditatem per agnatos, dummodò poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit.*

4 *Papa eximendo monaſterium à decimis, in conſequentiam præiudicat laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in conſequentiam.*

5 *Princeps tollens ius quæſitum de iure gentium ex cauſa, requiritur quòd ſit eiuſmodi cauſa, quę principaliter reſpiciat vtilitatem publicam.*

6 *Princeps poteſt ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferre dominium alterius de iure gentium quęſitū; & remuneratio ipſa eſt ſufficiens cauſa Principi ad tollendum dominium alienum.*

OPINIO DCXXXV.

1 PRINCEPS de plenitudine poteſtatis non poteſt auferre ius perfectè acquiſitum aiij miniſterio iuris ciuilis ſine cauſa, veluti per ſententiam, pręſcriptionem, aut aditionem hęreditatis; quoniam licet modus acquirendi ſit de iure ciuili, nihilominus ipſum dominum eſt de iure gentium: ſecundùm Doctores communiter, in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. in l fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut. quam communiter ſequitur Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. colum. 54. & colum. 65. ff. de vſucap. & in dicto. §. quid ſi tantum. num. 125. & in dicta l. fin. C. ſi contra ius, vel util. publ. in 7. limitatione. Fely. in dicto cap. quæ in eccleſiarum. nu. 33. Alexan. Soc. Galiaul. & Moder. Hiſpani in dicto. §. & quid ſi tantùm, Iacob. Nigri. in rubr. ff. ſi certum petatur. num. 15. & Ruin. conſil. 95. nume. 1. & 9. volum. 1. & Bellonus conſil. 2. nume. 2. & ſequent. & iſta eſt magis communis opinio: quam ſequitur, & citat Pariſ. conſil. 101. nume. 70. volum. 1. Socin. Iunior conſil. 120. nume. 32. volum. 3. Aymon Grauet. conſil. 172. nume. 3. conſil. 103. volum. 1. conſil. 135. num. 20. & ſequen. conſil. 172. col. 2. & conſ. 7. num. 10. *Cōis opin.*

¶ Contrariam verò partem quòd Princeps poſsit auferre ius perfectè alteri acquiſitum ſine cauſa: tenuit Angel. in l. Lucius. ff. de euict. Abb. in c. ex parte, il 2. de offic. delega. Bertran. conſil. 302. num. 5. vol. 3. & Iaſ. ſibi contrarius in conſulendo tenet hoc idem in conſil. 1. col. 7. lib. 1. vbi ſequitur Bald. in l. fin. C. ſentent. reſcin. non poſſ. vbi ait.

2 Quòd Princeps poteſt reſcribere contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam: dicens illud

illud dictum Bald. eſſe ſingulare; & auferre dominium acquiſitum mediante tali ſententia.

4 Similiter idem Iaſ.conſ.127.colum.3.lib.4. arguit pro opinione Pauli de Caſtro.in l.cùm hæredes,in prin.ff.de acq.poſſ.&in l.3.ff.de teſtam. quòd Princeps poſsit legitimare ſpurium poſt aditam hæreditatem per agnatos, dummodò poſſeſsio bonorum nondum apprehenſa ſit. Eandemque opinionem firmat idem Iaſ. conſil.93. lib.1.ubi uoluit, quòd Pontifex eximendo monaſterium à decimis, in conſequentiam præiudicat laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicicium, quod venit in conſequentiam.

¶ His igitur nõ obſtantibus, prima opinio, quod ius quæſitum per aditionem hæreditatis,aut per ſententiam,uidetur magis communis,& ſequenda: vt audacter aſſerunt Moder. in d. l. fin. C. ſi contra ius,vel util.publ.Capic.deciſ. 166. num. 4. & 10.Grauet. in d.conſil.172.nume. 3. & alij quamplurimi ſupra relati.

5 Quæ quidem communis interpretatur non procedere quotieſcunque Princeps tolleret ius quæſitum de iure gentium ex cauſa: & ut illud ex cauſa auferri poſsit requiritur,quòd ſit huiuſmodi cauſa, quæ principaliter reſpiciat vtilitatem publicam: ſecundùm Bart. in l. quęcunque in fin.C. de fide inſtrum. & iure haſt.fiſc.lib. 10. Oldra.conſil.224. iſtæ ſunt allegationes.colum. 7.Paul.Caſtren.conſil.177 conſil.229.colum.2. conſil.287.colum.1.lib.1. Dec.conſil. 361.col. penul.& conſil.188.colum.3.poſt Fely.in d.cap. quæ in eccleſiarum,Iaſ.in l. Barbarius.colum.6. ff.de offic.præt.& conſil.233.colum.7.lib.2.& & iſtam ſcribit eſſe magis communem opinionem Alex.conſ.[illegible]1.nu.10.uol.2. Cõis opin.

6 Limita ſecundo loco dictam communem opinionem non procedere,quando Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferret dominium alterius de iure gentium quæſitum: tunc enim certum eſt Principem poſſe id auferre. l. item ſi uerberatum, vbi Bartol. & Angel. ff. de rei uend.& alij Scribẽ.in l. Antiochenſium.ff.de priuileg.cred. & quod remuneratio ſit ſufficiens cauſa Principi ad tollendem dominium alienum,conſuluit Dec.conſ.498. viſo caſu propoſito.colum.7.& conſil.588.viſo puncto. colum.5. poſtalios relatos per Gramma. deciſ.66.nume. 2.& ſequen.

SVMMARIVM.

1 *PRINCEPS reuocans facultates ſub quibuſuis formis, & clauſulis, non reuocat ob hoc conceſſas recepto precio, & in vim pacti: nam reuocaret conuentionem, quod non poteſt.*

2 *Princeps in contractibus vtitur iure priuati.*

3 *Princeps motu proprio reuocans ea, quæ tenetur obſeruare, præſumitur circumuentus, adeò quòd contrarium probari non poteſt, quaſi hæc ſit præſumptio iuris, & de iure.*

4 *Princeps concedens aliquid motu proprio alicui non poteſt regulariter conceſsio ipſa in eum retorqueri.*

OPINIO DCXXXVI.

1 PRINCEPS reuocans facultates ſub quibuſuis formis,& clauſulis, non reuocat ob hoc cõceſſas recepto pretio,& in uim pacti: nam reuocaret conuentionem, quod non poſſet: ſecundùm Bal.in l.qui ſe patris.col.7.C.vnd.lib.Rom.conſil.252.num.3.Anchara.in c.1.nume.8. de conſtit.lib.6.Abb.in c.nouit.num.25.ibi,quia illud tranſiuit in quaſi contractum, quo etiam Princeps obligatur, de iud.Fely.in c.quæ in eccleſiarum num.51.de conſtit.Dec.conſ.286.nume.6. conſ.292.num.7.& conſ.689.num.5.& ſequen. & Curt.Iun.conſ.174.nu.24.& 33.vbi commemorat iſtam opinionem eſſe communem, & Pariſ.quoque conſil.82.nume.48.& ſequent.& nume.52.volum.1. Cõis opin.

2 Et ratio aſsignatur iſta. Siquidem Princeps in cõtractibus videtur uti iure priuati: ut per Paul. Caſtren. in l.digna uox.C. de legib.Rom.conſil. 436.num.17.& ſequent.Iaſ.poſt alios in l.traditionibus.C.de pact.& Dec.in d.conſil.286.

3 Imò ſi Princeps ipſe motu proprio reuocat ea, quæ tenetur obſeruare fingitur circumuentus, adeo quòd contrarium probari non poſsit, quaſi ſit præſumptio iuris, & de iure: ut per Dec. conſil.588.num.19.

4 Et prædictæ communi ita comprobatæ accedit hæc altera opinio communis ſimilis, videlicèt,quod in illis rebus, quæ motu proprio Principis apparent alicui conceſſa abſque dubio aliquo in eum retorqueri non debent; & ſic retorcutio fieri nequit,quando conceſsio eſt facta motu proprio: ſecundùm Glo. communiter approbatam,in l.1.in verb.decernetur.ff. quod quiſq; iuris.quam ſequitur, & recitat eſſe communem Iaffred. Lanfran. in deciſ. 368. in his quæ motu proprio. Cõis opin.

¶ Sed hoc limitat, & declarat Felyn. in cap. 2.de mut.pet. vbi ponit multos caſus,in quibus ſit retorquutio etiam, quando conceſsio motu proprio eſſet facta; & unum caſum poſuit quoque Iaſ.in l.fin.nu.13.C.de indic.viduit.toll.

SVMMARIVM.

1 *PRINCEPS vaſallos ſuos alienare nequit eis inuitis: & per conſequens alienatio alicuius Oppidi, Terræ, vel Ciuitatis per ipſum Principem fieri non debet contra voluntatem ſuorum ſubditorum; licèt de facto, & de plenitudine poteſtatis quotidie obſeruetur contrarium.*

2 Pri-

2 *Princeps poteſt de iure alienare vaſallos eis reluctantibus cum vniuerſitate, ideſt cum alijs caſtris, in quibus ſunt; & conſequenter facere alienationem plurium rerum feudalium, & totius curiæ.*

OPINIO DCXXXVII.

1 PRINCEPS nõ poteſt alienare vaſallos eis inuitis, ac reluctantibus; & ſic fieri nequit alienatio alicuius oppidi, caſtri, ſeu Ciuitatis in alium per Principem contra voluntatẽ ipſorum ſubditorum: vt uoluerunt expreſsè Glo. in l. inuitus. ff. de fideicom. lib. Specul. in tit. de feud. §. quoniam. verſ. 29. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. dilecti filij, de maiorit. & obed. Bald. Saly. Paul. Caſtren. Rom. Iaſ. & Claud. in l. debitorum. C. de pact. Oldrad. conſ. 231. in fin. And. de Iſer. nume. 8. & Aluar. col. 11. in c. 1. §. prætereà ducatus de prohib. feud. alien. per Fed. Afflict. in prælud. conſtit. q. 24. in fin. Bald. in cap. generali, ſi de feud. fuer. cont. inter dom. & agn. vaſal. Papienſ. in ſua practica in for. libel. ad reuo. feud. in verſ. nec ſuperſtitibus. nume. 21. Abb. in c. auditis. num. 20. de præſcript. Fab. de Monte in tract. de emp. & vendit. in 3. q. princ. num. 17. Dec. conſil. 564. num. 9. & conſil. 689. in fin. Capicius in inueſtitura feudali incip. feudum dant. fol. 150. concluſ. 24. quarta declaratione, & deciſ. 162. nume. 1. Rolan. à Valle conſil. 1. num. 34. cum alijs ſequent. vol. 1. Boſsius in pract. crimin. in tit. de Principe, & priuilegijs eius. nume. 290. & Iaſ. in 1. lect. nu. 45. Crot. col. 11. & Soc. Iun. num. 77. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1. Alexan. in l. 2. num. 29. ff. ſolut. matrim. vbi etiam Franc. Ripa. num. 46. qui fatetur iſtam eſſe communem opinionem, (Cõis opin.) prout teſtatur etiam inhærendo eidem ſententiæ Curt. Iun. conſil. 174. num. 17. Alciat. conſil. 7. nume. 1. & cum alijs ſequent. incip. quia caſus prȩſentis controuerſiæ, tomo 3. lib. 1. fol. 44. qui hoc probat, & ait non habere difficultatem, D. Horatius Mandoſius in ſcholijs ad Rom. in conſil. 26. ſuper litera Q. & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. in concluſ. 21. lib. 5. & Cæſar Vrſillus in add. Afflict. in deciſ. 265. num. 36. qui hoc limitat cum alijs relatis per eum in caſu neceſsitatis domini. Et huic opinioni accedit etiam D. Vincentius de Franchis, ingenio, doctrina, ac probitate illuſtris, & profunda memoria, & integritate laudatiſsimus, in deciſ. 17. ſub nu. 2. ubi planum facit aliàs obtinuiſſe in facti contingentia, facta alienatione per vtiles Dominos feudorum, ſeu terrarum cum vaſallis fuiſſe vaſallos admiſſos, etiam in contradictorio iudicio ad demanium, ſoluto pretio emptori vnà cum intereſſe, compenſatis in eo fructibus ex terra perceptis pro concurrenti ſumma. refertq́ue etiam inibi, ſub num. 3. aliàs Regiam Cameram iudicaſſe in Sacro Regio Collaterali Concilio, uniuerſitates poſſe admitti ad emptionem iuris ponderum, & menſurarum, & cognitionis ſecundarum cauſarum, non obſtante venditione facta per Regem vniuerſitatibus præmemoratis de ipſis iuribus.

¶ Sed contrarium videlicet, quòd alienatio uaſallorum fieri poſsit, etiam eis renitentibus: voluit Philip. Dec. in d. l. debitorum, vbi audacter aſſerit ita conſuetudine ſeruari, ac iſtam eſſe generalem conſuetudinem aiunt Guid. Papæ deciſ. 485. Pariſ. conſil. 22. nume. 77. volum. 1. & Soc. Iunior. conſ. 94. colum. fin. vol. 2. & in d. §. Diui, ſub num. 77. & Cȩſar Vrſillus in d. add. Affl. in deciſ. 265. ſub nume. 36. & in effectu fatentur ueritatem ipſam, & ita obſeruatur quotidie, ſed de facto, & de plenitudine poteſtatis potius, quã de iure: ut per Boſsiũ in dicto tit. de Principe, & priuilegijs eius, ſub num. 290. Sed tetenta dicta communi tanquàm veriſsima approbatur pluribus efficaciſsimis rationibus per Capic. in dicta inueſtit. feud. cap. feudum dant. concluſ. 24. declaratione 4.

2 Quæ quidem communis ſententia limitatur non procedere vbicunq; alienatio vaſallorum eſſet facta cũ vniuerſitate, ideſt cum aliis caſtris in quibus ſunt; & ſic fieret alienatio plurium rerum feudalium, ac totius curiȩ: tunc enim inuitis ipſis uaſallis ualeret, & teneret de iure: ſecundùm Bald. colum. fin. & Martin. Lauden. colum. 1. in cap. 1. §. prætereà, de prohib. feud. alien. per Feder. Abb. in cap. auditis. nume. 31. de præſcript. Fabianum in d. 3. princ. quæſt. ſui tract. de empt. ſub nume. 18. Alexan. in l. 2. nume. 29. ff. ſolut. matrim. & Anto. Gabriel. in dicta concluſ. 21. in 1. limitatione. Roman. d. conſil. 26. ſub nu. 11. vbi in add. in fin. doctiſsimus Dominus Horatius Mandoſius cum alijs relatis per eum, qui affirmat ibi iſtam eſſe communem opinionem, (Cõis opin.) & Roland. à Valle in conſil. 1. nume 88. volum. 1. & ſequitur Capicius in d. inueſtitu. c. feudum dant. concluſ. 24. in 1. ampliatio. ubi tradit quinque alias utiliſsimas limitationes, & duas alias limitationes adducit etiam Rolan. à Valle in dicto conſ. 1. num. 81. & 90.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX vſque ad triginta dies tenetur differre, ac ſuperſedere in exequendo mandatum, uel reſcriptum Principis de decapitando, uel furca ſuſpendendo aliquem ſine proceſſu, & illegitimè.*

2 *Piſo adeò iracũdus, et crudelis tyrannus fuit, ut ob innocentiam vnius hominis tres homines innocentiſſimos iuſſit occidi, & neci tradi.*

3 *Ira valde aduerſatur, & inimicatur proximo.*

4 *Iudex exiſtens in ira neminem tunc debet iudicare, eo quòd iudicium rationis in eo eſt obſcuratum: ſed tene*

tur expectare quòd mens prius per iram concitata ad tranquillitatem redierit. & ita obſeruauit Imperator quidam dum condemnauerat aliquem ad ultimi ſupplicij pœnã in ira, qui appellauit; & eo interrogato ad quem appellaret, reſpondiſſe legitur, appello de Cæſare irato ad Cæſarẽ trãquillũ & pacatum. & Imperator ob hoc iuſsit reſeruari in craſtinũ, & interim ſedata ira eius fuit reuocata cõdẽnatio: ut ponit ſub n. 5.

5 *Iratus homo commotionis tempore iuſtum putat omne quod facit.*

6 *Ira eſt refrenanda, & vitanda.*

7 *Iudices, ſeu officiales aſſentientes, & cõplacentes Principibus contra veritatem & iuſtitiam, incurrunt irã Dei: & Deus poſſit omnes tales diſſipare.*

8 *Princeps mandans Iudici aliquem torqueri poteſtate abſoluta, & abſq; cauſa, & non præcedentibus legitimis indicijs mortaliter peccat: & Iudex ipſe huiuſmodi reſcripto non debet aſſentire.*

9 *Cõſiliarij Sacri Regij Cõcilij Neap. officiales Regię Cameræ Summariæ, & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ obtinent in practica primum locum inter cæteros officiales totius orbis, & conſueuere plus obedire Deo, et eius iuſtitiæ, quàm hominibus, & Principibus.*

10 *Iudex fieri noli, niſi valeas veritate irrumpere iniquitates; & ne forte extimeſcas faciem potentis, & propterea lenies á recto iudicij tramite.*

11 *Iudex bonus non debet timere homines, ſed Deum, cuius miniſter eſt magis, quàm Principis terreni: vt probatur exemplo.*

12 *Iudex tenetur cuncta rimari: quia non exercet hominis iudicium, ſed Dei; & quicquid iudicat in eum redundat: & probatur exemplo cuiuſdam iudicis mortui ſine cognitione veræ fidei, qui in vita ſua nunquam protulerat iniquam ſententiam. ob quod Deus miſericordia motus poſt eius mortem reſeruauit animam in lingua eius quouſq; baptiſmum reciperet.*

13 *Principis geminatum reſcriptum, & iuſsio facta iudici vt quis vltimo ſupplicio afficiatur, non patitur moram in exequutione.*

OPINIO DCXXXVIII.

1 PRINCEPS reſcribens, pręcipienſq; aliquem decapitari, puniri, uel ſuſpendi, & nõ appareat cauſa: tunc iudex debet superſedere per triginta dies in exequendo ipſius Principis uoluntatem, inſpiciendi tamen cauſa ſi Princeps pœnam relaxaret, vel perſeueraret in eadem uoluntate: & ſic iudex uſq; ad triginta dies debet differre exequutionem in huiuſmodi caſu, ac ſecundam iuſſionem expectare. text. eſt in l. ſi vindicari. C. de pœnis. cui concordat c. ſi quando. ext. de reſcrip. & c. cùm apud 11. q. 3. Et d. l. ſi vindicari pingendam eſſe auro ſcribit Iaſ. in l. debitoribus. nu. 15. ff. de de re iudic. & vnicam dicit Marſil. in l. 1. §. fin. nume. 52. ff de quæſtionibus. & multum extollit Dec. in d. cap. ſi quando. nume. 5. ubi ſimiliter aduertit iſtam ſanctiſsimam. l. conditam extitiſſe à Theodoſio ad requiſitionem Diui Ambroſij: prout latè, & vtiliter etiam ponit Petrus Meſsias in uitis Imperatorum traductis per Alfonſum Vlloam, in uita Theodoſij circa finem. quam ſimul cum not. per Barbat. in dicto cap. ſi quando. nume. 1. cum alijs ſequent. & per Ioan. de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali lib. 6. nume. 49. cum alijs ſequen. in hoc propoſito non ſolùm quotidie inſpicere, & præ manibus habere deberent omnes iudices, tam ſeculares, quàm etiã eccleſiaſtici pro eorum animæ ſalute, ſed memoriæ demandare, etiam ipſis, & toto uniuerſo ſatis atque ſatis profiguum foret: quia diſcerent ipſi iudices non errare, nec peccare, nec alteri præiudicium inferre in rebus, & in vita in exequendo iniuſta reſcripta Principis. Et iſtorum opinionem, quòd Iudex debeat ſuperſedere in exequendo mandatum Principis de decapitando, vel furca ſuſpendendo aliquem abſque proceſſu, & illegitimè, ſequitur etiam, & communem vocat Carrerius in pract. crimin. in §. circa. nume. 110. & Ioan. de Neuiz. cum alijs glomeratis per eum in loco præcitato num. 49. Cõis opin.

2 Sed Iulius Clarus in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. ſub verſ. Solet dubitari. non deguſtando, ſeu olfaciendo aliter deciſionem d. l. ſi uindicari, & referendo opinionem Cyn. contrariam, iniquam. & contra caſum legis, ac denique perorreſcendo maximoperè Principis indignationem, fatetur, quòd hoc nunquam ſuaderet, ſeu conſuleret amicis ſuis, quando Princeps ipſe reperiretur iratus, forſitan quòd viderat Senecam in lib. 2. de ira ad Nouacium, ſcribentem ac referentem ibi de Piſone homine iracundo ſupra humanum modum, dicentemque quòd in impetu animi iuſſerit quendam de ſeruis ſuis occidi, eo quòd redierat de foris ſine ſocio ſibi dato: imputabat enim illi quòd ipſum occidiſſet, cumque plectendus eſſet morte, & lictor iam euaginatum teneret gladium, ſuperuenit tunc ſocius eius ſanus, quo viſo lictor dimiſit eum intactũ. quo audito crudelis tyrannus Piſo iuſsit utroſque occidi. Te (inquit ad primum) iam ad mortem condemnaui, ideò morieris. deinde ad ſecundum ait, te etiã iubeo mori: quia cauſa mortis ſocij tui tu es. poſtremò tertio ait, te ſimiliter neceſſe eſt nunc mori: quia voci meæ non paruiſti, ſed à me condemnatum morti liberare uoluiſti. Ecce quomodò ob innocentiam vnius hominis tres neci traditi ſunt.

3 Ex quo patet ꝙ ira valde inimicatur, & aduerſatur proximo.

4 Propterea diſponitur in c. illa. 11. q. 3. ꝙ cùm rector eſt in ira, neminẽ tunc debeat iudicare, eo ꝙ iudicium rationis in eo eſt obſcuratum, ſed habet expectare quòd mens prius per iram cõcitata ad tranquillitatem redierit*.

5 Sed ſi animaduertiſſet text. in c. ira. 11. q. 3. aliter ſuaſiſſet, ubi recitatur ꝙ homo iratus commotionis tempore

iuſtum

iuſtum putat omne quòd facit. Vnde legitur quòd cùm quidam Imperator condemnaſſet in iram quédam ad mortem, ait reus: appello. cumque interrogaretur ad quem appellaret, reſpondit dicens: appello de Cæſare irato ad Cæſarem tranquillum, & pacatum: hunc ergo iuſsit Imperator vſq; in craſtinum reſeruari: ſed interim ſedata ira eius, ipſi reo donata vita eſt, ſi tamen reus dici merebatur. Ideò ſecundùm Gregorium magnum lib. 8. Epiſtola 51. ad Leontium.

6 Quoties ira animũ inuadit, mentem edoma, vince te ipſum, differ tempus furoris: cùm tranquilla mẽs fuerit, quod placet vindica. ira enim in vindicta malorum ſequi debet rationem animi, non præire, vt quaſi ancilla iuſtitiæ poſt tergum veniat, & non laſciua ante faciem prorumpat. aliquando verò oſtendenda eſt, & non exhibenda. aliquando exhibenda eſt, & nunquam ſequenda: quando enim in exequutione iuſtitiæ placata mente iraſcimur, iracundiam non ſequimur, & exhibemus. Ira enim quæ animum perturbat, quanta conſideratione cauenda eſt, moſtratur; de qua ſcriptum eſt Iacob. 1. Sit omnis homo velox ad audiendũ, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur. Hinc rurſum ſcriptum eſt Prouer. 18. Quis poteſt habitare cũ homine, cuius ſpiritus eſt facilis ad iraſcendum? melius eſt aũt, ſecũdum Salomonem Prouer. 16. qui iracundiam continet, quàm qui orbem capit: quia ira etiam fortes decipit. cauere igitur debemus, ſecundùm Ambroſium lib. 1. officiorum cap. 21. ne in perturbationes prius incidamus, quàm animos noſtros ratio componat. exanimat enim mentem plerumque aut ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiſo percellit ictu. ideò præuenire pulchrum eſt cogitatione, quæ voluendo mentem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, ſed iugo quodam rationis, & habitus constricta miteſcat.

7 Sed cõtra applaudentes iniuſtis reſcriptis, mãdatiſq; Principũ obijci poſſent omnia, quę ſcribit Neuiz. vbi ſupra. nu. 49. & ſequen. & illud etiam quòd ſcribit Andr. de Iſer. in cap. 1. de capit. qui cur. uend. in additione fin. videlicèt, vt Deus omnipotens diſsipare poſſet omnes iſtos iudices, & officiales aſſentientes, ac complacentes Principi contra veritatem & iuſtitiam.

¶ Et hoc nimirum vendicat ſibi locum, non ſolùm in Principe ſeculari: ſed etiam in Papa aliquid irrationabile mandante, cui iudex reſcribere debet, atq; tenetur de iuris cenſura. c. ſi quando de reſcrip. Anchara conſ. 213. niſi legibus, & canonibus, ſub n. 1. & eſt tex. in §. deinde in auth. de manda. princ. vbi Glo. inuehit non immeritò contra miſeros prælatos, qui intantum timent literas Papæ, vt non audeant illi contradicere, & ſequitur etiam Gramm. conſ. crim. 45. nu. 39.

8 Ideò retenta dicta communi tanquàm ſacroſancta ampliatur ſimiliter ubi Princeps reſcriberet, ſeu mandaret iudici, vt aliquem apponeret torturæ non præcedentibus legitimis indicijs: quia tunc Princeps mandare non poſſet quem torqueri abſque indicijs, ac uti poteſtate abſoluta abſque cauſa; & ſi aliter ageret vtique mortaliter peccaret: vt uoluerunt And. de Iſer. & Grãmat. nu. 19. in conſtit. proſequentes. lib. 2. Andr. de Iſer. & Afflict. in conſt. diram. & duram, & profert magnum, & vtile quidem verbum ſemel reſpondiſſe Regi Federico Aragoneo cum interroganti, quòd neq; etiam de authoritate regia poterat mandare hominem torqueri contra quem non extabant indicia ſufficientia. quem refert, & ſequitur Gramm. in d. conſtit. proſequentes. nu. 19. in conſ. crim. 45. ſub nu. 32. cum alijs ſequen. & in voto 33. in quibus locis dicit idem reſpondiſſe in contingentia facti Cardinali Columnæ tunc proregi Neapol. prout aſsiſtendo Iudex eo tempore Magnę Curiæ Vicariæ, atque recipiendo mandatũ à dicto Cardinali Columnæ, vt abſque indicijs apponere deberet quæſtionibus, & tormentis Paulum Pudericum, ex quo habebat conſcientiam informatam ipſum Paulum cõmiſiſſe homidiciũ, replicauit ſemel, & bis audacter hoc non poſſe fieri, ac agi de iure; & oſtenſis dictis iuribus, & rationibus dicto Cardinali acquieuit non abſq; excreſcentia amoris erga eundem Gram. atq; prædictum Paulum liberauit à carceribus, in quibus detinebatur, aſſociarique fecit per Ciuitatem Neapolis per Illuſtriſs DD. Principem Salerni, & Marchionem Vallis Sicilianæ, ac reduci ad eius domum ita, & taliter honorificè vt nihil ſupra. Et eandem ſententiam ſequitur cum alijs aggregatis per eum, lateq; probat Io. Ant. de Nigris ſuper capitulis Regni in c. ſub ditorum noſtrorum. num. 128. cum alijs ſeq. vbi eam vocat, appellatq; communem, ac veriorem, Cõis
tutioremq; in foro fori, & conſcientiæ. opin.

9 Et ſic Illuſtres Doct. regnicolę, ideſt Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, & conſiliarij Sacri Cõcilij, & Regię Camerę Summariæ, ſi vera loqui fas eſt, viros ſolertiſsimos, & integerrimos, opere, & ſermone potẽtiſsimos, charos, & magnę authoritatis apud Catholicũ Regem noſtrum, & maximæ practicę, & ſcientię toti orbi terrarũ apparere nemo eſt qui ignoret. Imò in ipſa practica primum locũ obtinent inter cæteros officiales, & iureconſultos totius uniuerſi, qui ubi agitur de vita hominis remoto, ſpretoq; omni timore, optimo zelo cõſcientiæ, & honoris proprij adducti ſemper conſueuere plus obedire Deo, & eius iuſtitiæ, quã hominibus, ſeu Principibus. quique etiam non faciunt, vt Pilatus, qui ob timorem Chriſtum iniuſtè damnauit: & per hoc inſtruuntur poſtponere omnem humanum timorem, ubi eſt quæſtio de honore Dei, & optimè quidem agunt. Nam vt habetur. C. unde ui. l. ſi quis in tantam, audacia circa licita approbatur, quæ uerò circa illicita eſt, reprobatur.

10 Et ad ꝓpoſitũ faciũt aurea uerba Grego. metu

potestatis alicuius loqui pertimeſcimus? propter quod ſalubriter conſuluit Sapiens Eccle. 7. dicens: Noli quærere fieri iudex, niſi ualeas ueritate irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & propter hoc ſupple, deuies à
11 recto tramite iudicij*. Debet ergò bonus Iudex non homines timere, ſed Deum, cuius miniſter eſt magis, quàm Principis terreni. exẽplo illius preſidis ſupremę Curię parlamenti Pariſ. ad quẽ cùm mandaſſet Rex, ꝙ ſub pœna priuationis ab officio ſuo ſententiam proferret ad eius voluntatem circa aliquam materiam, cui inordinatè afficiebatur, reſpondiſſe fertur: malo officium perdere, quàm ſcienter Deum offendere; ſicque officio, & regno priuatus extitit, ſed poſtmodum
12 reuocatus, & honoratus*. Propterea legitur 2. paralip. 19. quòd Ioſaphat Rex Iuda conſtituẽs Iudices in cunctis Ciuitatibus Iuda, dixit illis: videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei; & quodcunque iudicaueritis in uos redundabit, ſit timor Domini vobiſcũ, & cum diligentia cuncta facite. Ad hoc autem propoſitum multum facit hoc exemplum. Legitur enim quòd cùm in Francia quidam agricola foderet in agro ſuo inuenit humanam linguam uiuam, & loquentem, ſuper qua nouitate ille admiratus interrogauit quis eſſet, tunc reſpondit ſe fuiſſe linguam hominis pagani, qui iudex fuerat proximæ Ciuitatis; & quamuis mortuus fuiſſet ſine uera fide: quia tamen nunquam protulerat iniquam ſententiam: ideò Deus reſeruauerat animam eius in lingua eius quouſque baptiſmum reciperet. propter quod rogauit dictum agricolam, vt hoc ſignificaret Epiſcopo Ciuitatis, rogans ut ueniret ad baptizandum eum: & hoc (inquit) erit ſignum, quia uera dico, ſi percepto ſacro baptiſmate lingua mea in puluerẽ conuertatur. factum eſt ergo vt poſtulauit, & ſtatim prædicta lingua cunctis videntibus qui aderant, in puluerem redacta eſt.

13 Et hoc de plano procederet, & verum eſſet, niſi interueniret ſecundum reſcriptum, & iuſsio ipſius Principis. d.c. ſi quando, ubi omnes Canoniſtæ, præſertimque Barbat. nume. 1. cum alijs ſequen. Felyn. colum. fin. Dec. num. 9. & ſequen. & Ripa ſub num. 17. Cępolla in tract. cautelarum in cautela ſecunda. nume. 5. Iaſ. in l. puniri in fin. C. ſi contra ius, vel utilit. pub. & ſic geminata Principis iuſsio, vt quis ultimo ſupplicio afficiatur, non patitur moram in exequutione; & iſta eſt communis opinio: vt per Doctor. in d.c. ſi quando, vbi Dec num. 9. & ſeq. reddit rationem huius dicti communis. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PRINCIPIS aſſertio, atque narratio eſt ſufficiens probatio delicti: nam verbis Narratiuis Principis credendum eſt, vbicunque in eis ſe fundat.*

2 *Principis verbis, ſeu literis narrantibus factum proprium regulariter creditur: ſed regula hæc ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſsiuè.*

3 *Narratiua rebellionis in magnum præiudicium tertij non probat.*

4 *Narratiua Papæ alicuius delicti in præiudicium tertij non probat, niſi in antiquis, & cum adminiculis.*

5 *Papæ verbis aſſertiuis in materia beneficiali ſtandum non eſt, & ipſa verba nemini præiudicium inferrent.*

OPINIO DCXXXIX.

1 PRINCIPIS literis, ac priuilegijs continentibus, ſeu atteſtantibus aliquem commiſiſſe delictum, ſuper quibus ſe fundat, poſtea donando bona illius, ſtandum eſt, & ſic iſta aſſertio, atq; narratio Principis eſt ſufficiens probatio delicti: ſecundùm Tancred. Io. And. & Abb. in c. cũ oporteat, ext. de accuſ. & in add. Specul. in tit. de inquiſitione. §. nunc tractemus, ver. hoc autem notandum, & Barbat. conſ. 46. col. 23. vol. 1.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd aſſertioni Principis non ſtetur, ſiue fides adhibeatur ſuper crimine commiſſo: inclinauit conſulendo Dec. cum alijs ſignatis per eum conſil. 410. ſub nu. 8. cum alijs ſeq. & conſ. 544. & Curt. Senior conſ. 49. ſub nu. 9 }. Grauet. conſ. 48. Gigas in tract. de crim. læſæ maieſtatis lib. 2. quęſt. 19. & lib. 3. quęſt. 14. præclariſsimus D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus in tract. de Imperatore. quæſt. 110. caſu 248. & Cardin. Put. deciſ. 130. vbi concludit, quòd narratiuæ Papę, etiam quòd in ea ſe fundet non ſtatur ad probandum crimen, & confeſsionem.

¶ Sed primã opinionem mihi ſequendã fore cõſtitui, cui inhęret quoq; Boſsius in pract. crim. in tit. de Principe, & priuilegijs eius. n. 80. & ſeq. fol. 248. vbi oſtendit iſtam opinionem Tancr. & aliorum ueriſsimã, & cõem fore; quoniã verbis narratiuis ipſius Principis credendum eſt, vbicũque in eis Princeps ſe fundat. Clemẽ. 1. de prob. Alex. conſ. 15. vol. 5. Aret. conſ. antepen. col. 3. & ſeq. & Fely. in c. cùm in iure, de off. deleg. & in c. nonnulli. §. 1. de reſcr. col. 4. & hoc caſu ſtatur nẽpè verbis Imperatoris, vt Papæ. ita Moheda. deciſ. 278. & deciſ. 280. & Gomeſ. in d. deciſ. 38. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte ꝙ Imperatori, Papę, vel Principi, ſeu eorũ verbis in literis narrantibus factũ propriũ regulariter creditur: vt tradit pro regula cũ ampliationibus, & limitationibus D. meus Reſtaurus in d. q. 110. caſu 248.

3 Attamen pręmiſſa autumarem non procedere in pręiudiciũ tertij: vt explicat amplè cũ alijs congeſtis per eũ Ferretus. conſ. 249. ſub n. 8. vol. 2. Nam narratiua rebellionis in magnũ præiudicium tertij nullatenus probaret. ita Creſcen. deciſ. 49. & Gomeſ. deciſ. 38.

4 Imò tunc ipſa narratiua minimè probaret etiam ſi illa eſſet Papæ, niſi eſſemus in antiquis, & cum adminiculis: ſecundum Creſcent. deciſ. 89.Moheda.deciſ.271.& ſeq.Gomeſ. in d. deciſ. 38.Ant.Auguſt.deciſ.410.& Io.Bapt.Ferret. cõ ſil.249.in facto.nu.3.uol.2. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem: tunc enim etiam in præiudicium tertij ſtatur aſſertioni principis: vt tradit quoque Grauet. in tract.de antiq. tem poris. in 1.par.num.33. *Cõis opin.*

5 Poſtremò choarctantur prędicta itidem pro cedere, iudicio meo, de iure ciuili; ſecus uerò de iure canonico:quia vt ſupra oſtenſum extitit nõ ſolùm uerbis aſſertiuis Papæ ſuper rebellione, homicidio, vel aliquo alio delicto ſtandum non eſſet: ſed in materia beneficiali etiam minimè ſtaretur uerbis narratiuis ipſius Papæ; imò illa verba in præſenti caſu nemini præiudicarent:cæ terùm ueritas narratorum per teſtes, ſeu aliundè legitimè per publica inſtrumenta probari deberet:vt deciſum fuit in concilio Baſilien. in c. fi.23.ſeſsio.licèt in apoſtolicis, & in concilio nouiſsimo Lateranen. per Leonem Papam X. in 11.ſeſsi.

SVMMARIVM.

1 *PRIVILEGIVM conceſſum alicui, & ſuis deſcendentibus tam maſculis, quàm fœminis, non extenditur ad fœminas maritatas: quia mutant ſtatum, & ſequuntur forum viri.*

OPINIO DCXL.

1 PRIVILEGIVM conceſſum alicui ſimul ac omnibus ſuis deſcendentibus, tam maſculis, quàm fœminis, nõ extenditur ad fœminas maritatas:& ſic filiæ poſſunt gaudere huiuſmodi priuilegio ſi ſunt virgines, aut viduę; ſecus ſi eſſent maritatæ: quoniam mutant ſtatum, & ſequuntur forum uiri: vt tradit Bar.in l.quoties.C.de priuileg.ſcholar. lib.12. & latè Iaſ.in l.1.num.18.ff. de conſt. Princ.Marſil.in rub.de fideiuſſ.num.113.& in l. 1.nume.200.C.de rapt.virg.& Ripa in lib.2.reſponſorum.c.3.nu.2. & iſta eſt communis opinio.teſte Hierony.Chucalon,in add.ad Dec.in l. fœminæ.nu.95.in litera L. ff. de reg. iur. quamuis Dec.& malè in c.nouit.num.4.extra de iudiciis, affirmauerit contrarium, quòd mulier nupta retinet omnia priuilegia,& omnes prærogatiuas, ex quibus non diſtrahitur à ſeruitio mariti.& hoc idem tenet Alex.in l.cùm quædam.nume.14.ff.de iuriſd.omn.iud. & dicam aliquid in fra in Opinione 643. Priuilegium conceſſum patri. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PAPA poteſt concedere priuilegium, vt religioſi eximantur à decimarum pręſtatione.*

2 *Papa per priuilegium poteſt eximere religioſos à prąſtatione decimarum.*

3 *Priuilegium ne ad decimas, tributa, ſeu collectas teneatur quis pro prædiis, extenditur etiam ad prædia futura, & ſic poſt priuilegium, & immunitatem con ceſſam quæſita.*

4 *Clauſula, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, & gratijs in contrarium facientibus, etiam ſi de eis eſſet facta mentio ſpecialis, non operatur ad reuocationem priuilegij conceſſi religioſis, ne teneantur ad collectas aliquas: licèt poſteà Papa deſtinet legatum pro collectis cum bullis habentibus dictam clauſulam.*

5 *Priuilegium tollitur, & perditur per actum, vſum, & conſuetudinem contrariam.*

6 *Priuilegium quando actum reiterabilem continet, ei nullo pacto præiudicari poteſt, niſi ſpatio triginta, vel quadraginta annorum.*

OPINIO DCXLI.

1 PRIVILEGIVM poteſt concedere Pontifex, per quod religioſi à decimarum pręſtatione eximantur.text. eſt in c. ad audiẽtiam. c.ex parte, *il primo, & il ſecondo.* c. ex multiplici. c. dilecti,& c.ſuper.de decim.Et cõſequenter ſummus ipſe Pontifex poteſt concedere aliquibus locis priuilegium immunitatis à decimis.ita Deci.in c.cùm ordinem in prin. de reſcript. & Grauet.conſ.21.num.11.& Io. Bapt. Ferret. conſil. 249.in facto. nu. 2. vol. 2. & docuimus ſupra in Opinione. Conſuetudo non ſoluendi decimas. circa fin.

2 Et poteſt Pontifex per huiuſmodi priuilegia eximere eos, liberareque à pręſtatione ipſa decimarum, etiam ab aliis poſſeſſarum, dummodò de hoc mentionem faciat.tex.eſt clarus,& apertus.in c.dudum.de priuil.& ibi Inno.Cardi.Ant. Abb.& alij,& Oldrad. conſ.268.

3 Imò priuilegium hoc ne quis teneatur ad decimas, tributa, vel collectas pro prædiis, extenditur etiam ad prędia futura: & ſic ad prædia poſt priuilegium,& immunitatem conceſſam quæſita.ita Bar.in l.damni.§. ſi is, qui ædes uicinas. ff. de dam.infect.in vlti. queſt. dum allegat c. quia circa de priuileg. & eſt text. etiam in c. ex parte,& in c.pen.de decim.& firmant Doct. omnes in l.1.ff.de leg.1.Imol.& alij in d.l.damni.§.ſi is, qui ædes, Alex. conſ.178.vol.2. & Iaſ.conſ.170. nu.6.uol.2.& in l.ſi ſtipulatus fuero.§.cùm ſtipulamur.ff.de ver.oblig.

4 Imò etiam priuilegium conceſſum religioſis ne teneantur ad vllas collectas, minimè intelligitur reuocari per poteſtatem conceſſam legato de

to de latere de collectis imponendis cõtra quoſ-
cunque, non obſtantibus quibuſcunque priuile
giis,& gratiis contrariis, etiam ſi de eis eſſet fa-
cta mentio ſpecialis: ſecundùm Cyn. in l. 1. quan
do Imper. inter pupil. & Alex. conſ. 91. vol. 1. &
conſ. 103. uol. 4. & ita vidi iudicatum in Regia
Camera Summariæ ad fauorem Vniuerſitatis,
& hominum oppidi Prætorij olim comitatus Ci
uitatis noſtræ Aquilæ ſub die 27. Ianuarij 1575.
mediante patrocinio D. Terentij Turcanici ci-
uis mei, uirtute, memoria, & integritate laudatiſ
ſimi. qui quidem homines licèt reperirentur im
munes à ſolutione regię fidæ, ſeu doghanellę pro
ouibus ſuis ex decreto aliàs promulgato ad eo-
rundem fauorem per Illuſtriſsimum D. Dogha-
nerium Regiæ Doghanę: & dum eodem anno ex
titiſſet deſtinatus Commiſſarius ab ipſomet D.
Doghanerio in prouincia noſtra Aprutina cum
authoritate, & commiſsione, ut exigere deberet
regiam fidam ex ouibus, etiam non accedenti-
bus ad Apuleam à quibuſuis hominibus, & per-
ſonis, non obſtantibus quibuſcũque priuilegiis,
exemptionibus, & decretis; & coegiſſet homines
præmemoratos ad ſoluẽdum regiam fidam pro
ſuis pecudibus: nihilominus tamen eadem Re-
gia Camera vigore ipſius decreti prolati ſub
die, & anno mentionatis ordinauit, ut per prædi
ctum Commiſſarium reſtitueretur quicquid
pro tali cauſa exactũ fuerat, prout re ipſa ipſam
pecuniam reſtitutam vidi.

5 Sed ſi priuilegium hoc per 30. vel 40. annos
continuè, pacificè, & abſque litè aliqua ſerua-
tum non ſit; & ſic decimę poſt impetrationem
priuilegij huius ſolutæ ſint in dicto tempore, &
ſpatio: tunc per actum, conſuetudinem, ac vſum
contrarium perditur, & omninò extinguitur
prædictum priuilegium conceſſum. tex. eſt in c.
accedentibus. de priuileg. & ibi Gloſ. quæ alias
opiniones contrarias, tanquàm erroneas repro-
bat, & Glo. ipſam ſequuntur Inno. Card. Ant. &
Cõis alij communiter ibi in c. cùm acceſsiſſent. de cõ-
opin. ſtit. vbi Fely. col. 15. multa congerit.

6 Et hoc idem uoluit Alex. conſ. 33. in princ.
vol. 5. qui ex mente And. de Barulo. in l. 2. C. de
his qui mu. ſpon. ſub lib. 10. determinat, quòd
quando priuilegium actum reiterabilem conti
net, ei nullo pacto præiudicari poteſt, niſi ſpatio
triginta, uel quadraginta annorum: & ſic opinio
Cõis iſta communis eſt, & indubitata quidem, tam
opin. ex relatis authoritatibus, quàm ex omnibus Do
cto. vtriuſque iuris conſulentibus, & iudicanti-
bus variis in locis, & ita fuit concluſum, licèt in
alio propoſito in Rota Bononienſi. atteſtante Pe
tro de Benintendis deciſ. 13. ſub nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *IMMVNITAS conceſſa propter paupertatem ceſſat ſuperuenientibus diuitijs.*

2 *Vſusfructus vxori legatus, donec filius in furore permanſerit, finitur eo tempore, quo filius reſipuerit.*

3 *Prohibitum ad tempus, poſt illud tempus permiſſum videtur, & econtra.*

4 *Immunitas conceſſa alicui quandiu reipublicæ cauſa abfuerit, ceſſat illicò ceſſante abſentia.*

5 *Mulieres radijs virorum ſuorum corruſcãt, etiam poſt illorum mortem, donec alijs non nupſerint.*

6 *Dictio donec, quouſque, quandiu, quoad, & ſimilia ſunt determinatiua temporis, & ſignificant diſpoſitionem fieri poſteà.*

7 *Dictio quoad, donec, quandiu, quouſque, & ſimilia denotant tempus, non autem conditionem.*

OPINIO DCXLII.

1 PRIVILEGIVM, ſeu im
munitas conceſſa, aut con-
ceſſum propter paupertatem,
ceſſat ſuperuenienti-
bus diuitiis: & ſic ceſſante
cauſa paupertatis: ſecun-
dũ cõplures Docto. relatos
per Iaſ. in l. ſciẽdum. §. ſi fundum. n. 6. ff. qui ſat.
cog. qui quidem Scrib. mouentur ad ita decidẽ
dum per tex. in l. cura. §. deficientium. ff. de mun.
& hon. vbi deficientium facultatibus ad mune
ra, quæ indicuntur excuſatio non perpetua eſt,
ſed temporalis: nam ſi ex uoto honeſtis rationi-
bus patrimonium auctum fuerit, ceſſabit excu-
ſatio munerum. cuius l. hęc uerba ſunt, auctis
poſt appellationem medio tẽpore facultatibus
paupertatis obtentu non excuſantur: vt per tex.
expreſſum in l. non tantum. §. eos qui. ff. de excu.
tut. vbi immunitas conceſſa ob paupertatem
ceſſat auctis facultatibus. & hoc idem notant, &
firmant per illum tex. ibi Iacob. Aret. Nicol. de
Mata. in lect. Bar. Bal. Alber. & Alex. in l. ſi cum
dotem. §. ſi maritus. nu. 6. ff. ſolut. mat. Tiraq. in
tract. de cauſa ceſſante in 1. par. prin. num. 193.
Rom. conſ. 404. in caſu propoſitæ conſultatio-
nis. nu. 5. Rolan. à Valle. conſ. 52. requiſitus, vt di
cam quid ſentiam. nu. 41. vol. 2. & iſtam ſcribit
eſſe communem opinionem Iaſ. in d. §. ſi fundũ. Cõis
nu. 6. & ſeq. vbi eam ab omnibus ferè contrariis opin.
efficaciſsimis reſponſionibus, & rationibus tue-
tur. & probatur etiam in l. his oneribus. §. 1. ff.
de uaca. mune.

2 Ita etiam, ſi uxori teſtator vſumfructum le-
gauerit, donec filius ſuus in furore permanſerit:
vſusfructus ipſe nempè finitur eo tempore, quo
filius reſipuerit. l. ambiguitatem. C. de vſufruct.

3 Nec non interdictum ad tempus, illo finito
cenſetur quippè permiſſum. l. Imperator. ff. de
poſtulan. & l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3.
& tradunt Gozad. conſ. 37. num. 7. & Tiraq. de
retractu conſang. §. 1. Gloſ. 10. nume. 19. Sicut
econtra permiſſum ad tempus, poſt illud dicitur
prohibitum. l. ſtatu liberum. §. ſtichum. ff. de leg.
2. & ibi Bar. & l. 3. in prin. vbi Glo. ff. de ſeruit. &
Bal.

Bal.in l.ſi auus.C.de liber.præter.c.1.de eo qui ſibi,& hæred.& c.1.de duob.fratr.à capit.inue ſti.vbi per dictionem quandiu, id quod erat inſra certum tempus permiſsibile, poſteà fit permiſsibile.

4 Similiterque ſi immunitas alicui conceſſa ſit, quandiu cauſa reipublicę abfuerit, illicò ea ceſſat,quando abeſſe deſierit.l.1.C.de profeſſ.& med. lib.10.

5 Et facit quoque text.in l. fœminæ.ff.de ſena tor.ubi mulieres coruſcant radiis maritorum, etiam poſt illorum mortem, donec & quandiu alij inferioris conditionis, & gradus non nupſerint;& ſtatim quòd inferiori nuptæ fuerunt, dignitatem priorem amittunt.

6 Nam uerba hęc donęc, quouſque, quandiu, quoad & ſimilia, non ſunt perpetuò excluſiua, ſed ſuſpenſiua ad tempus incertum: & conſequenter ſunt determinatiua temporis, & ſignifi cant diſpoſitionem fieri poſteà.ita Bar.in l.ſi.cir ca princ.ff.ad Tertul.& Fran.de Aret.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.ff.de lib.& poſthu.

7 Et ſic illa uerba donec & ſimilia,ſolùm deno tant tempus,non autem conditionem,quæ ex di ctione.Si.ſignificari ſolet.vt ita conſuluit Natta conſ.459.num.14.& ſeq.uol.2.poſt Bal.ab eo re latum. & ita uoluit etiam Bart.in l.1.nu.15.de condit.& demonſt.

SVMMARIVM.

1 *PRIVILEGIVM conceſſum patri pro ſe,& ſuis filijs & filiabus, non competit filię nuptæ.*

OPINIO DCXLIII.

1 PRIVILEGIVM conceſſum patri pro ſe ſuiſque filiis, & filiabus non competit filiæ nuptę; & ſic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit: ſecundum Bar.Ang.Ioan.de Platea, & cæteros in l.quoties. C. de priuileg. ſchol. lib. 12.Fely.in c.nouit.col.1.de iud.Corſetum,in ſin gu.in verb.Priuilegium,Barba in c. propoſuiſti. col. fin. de foro comp.Roma.& Iaſ.in l.cum quæ dam puella.ff.de iuriſd.om.iud & Ripam in reſpon.2.lib.2.de reſ.nu.2.vbi perhibet iſtorum ſententiam communem eſſe. idemque firmat Hierony.Cuchalon.in add ad Dec.in l.fœminę. ff.de reg.iur.quamuis ibi Deci.& malè.nu.83.& ſeq.contrariam partem ſuſtineat. vt latius docuimus ſupra in Opinione. Priuilegium conceſſum alicui.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PRIVILEGIVM conceſſum militibus occa ſione benemeritorum,& prærogatiuæ,extenditur ad Doctores,& aduocatos. Et conſequenter priuilegium militibus elargitum,vt non teneantur vltra quàm facere poſſint,competit etiam aduocatis.*

2 *Aduocati ſtrenuè militant, & non minus prouident humano generi, quàm ſi patriam armis defenderent.*

3 *Teſtamenta aduocatorum,& Doctorum ratione præteritionis non poſſunt contratabulari, ſicut teſtamenta militum armatæ militiæ.*

4 *Priuilegium conceſſum militibus gratia ſimplicitatis, & præſumptæ iuris ignorantiæ, uel anguſtiæ temporis,non extenditur ad Doctores,& aduocatos.*

OPINIO DCXLIV.

1 PRIVILEGIA conceſſa militibus ratione,& occaſione benemeritorum, & prærogatiuæ, trahuntur & extenduntur ad Doctores, & aduocatos. Et conſequenter priuilegium conceſſum militibus, vt non teneantur vltra quàm facere poſsint, competit etiam aduocatis: ſecundùm Glo.Bar.Ang.Alex.Iaſ. Ripam, & alios omnes, præſertimque Zaſi.nu.8.in l.miles.ff.de re iudic. Alex.num.6.cum aliis ſeq.& Galliaul.nu.42.in l.Centurio.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.Cyn.& Sa ly in l.1.C.de iur.& fact.ignor.And.Sicul.in c. Odoardus.col.2.de ſolu.& Coraſi.in l.precibus. nu.20.C.de impub.& aliis ſubſt.qui omnes pręдicant iſtam eſſe communem opinionem: quæ comprobatur. Cōis opin.

2 Nam non minus prouident aduocati huma no generi, quàm ſi patriam armis defenderent. l.aduocati.C.de aduoc.diuerſ.iud.Glo.in c.ex multa.de voto,& Guid.Papæ deci.88.ſed quæro. numero 2.

3 Et hinc dixit Glo.in l.1.§.eſt & alius.ff.de his qui à parent.ma.quòd teſtamenta aduocato rum, & Doctorum ratione præteritionis non poſ ſunt contratabulari, ſicut teſtamenta militum armatæ militiæ.quod ſequitur Cyn.in l.1.C.de iur.& fact.ignor.& Ioan.Lupi in rub.de dona.in ter uir.& vx.§.37.nu.15.

4 Sed iſta opinio cōmunis ita approbata,quippè non procederet,nec aliquo modo haberet locum in priuilegiis cōceſsis militibus gratia ſim plicitatis,ſeu pręſumptæ iuris ignorantiæ,ſeu an guſtię temporis: tunc enim huiuſmodi priuilegia non extenderentur ad ipſos Doctores, & aduocatos,& non habet difficultatem aliquam, & admictunt omnes vno ore abſque ſcrupulo, & præcipuè Barth.Soc.in d.l.miles.nu.9.& Alex. in d.l.Centurio.nu.7.& omnes alij inibi. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR conſtitutus ad recipiendum pecuniam mutuo, & confitens habuiſſe,& rece-*

recepiſſe in inſtrumento, nec apparendo aliter realem numerationem eſſe factam, non obligat dominum.

2 *Procurator habens ſimplex mandatum à domino ad aliquid vendendum, transferre non poteſt poſſeßionem per conſtitutum, precarium, aliumque fictum actũ: ſecus autem quando ille procurator haberet ad conſtituendum ſpeciale mandatum.*

OPINIO DCXLV.

1 PROCVRATOR conſtitutus ad recipiendum pecuniam mutuo confitendo habuiſſe, & recepiſſe in inſtrumẽto, nec aliter apparendo realem numerationem eſſe factam, non obligaret ob hoc dominum; & ſic eius confeſsio non grauaret dominum, vt teneretur mutuum ipſum reſtituere, & ex huiuſmodi confeſſione durante biennio, & poſt biennium conueniri non poſſet aliquo modo: ſecundùm Bartol. in l. 2. §. mutui autem datione. num. 6. ff. ſi cert. pet. Iaſ. nu. 20. Deci. nume. 14. & Bolognettum. nume. 44. cum aliis ſeq. in §. creditum, eiuſdem l. 2. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionẽ: quam latè tuetur Bolognettus ibi, & ita conſuluit Mart. Lauden. conſ. 50. cui ſe ſubſcripſerunt nonnulli Illuſtres Doctores, & ſequitur etiam ibi, in add. Ioan. Maria de Plotis. nu. 26. & communem dicit. Cõis opin.

2 Nec non procurator habens etiam mandatum ſimpliciter à domino ad aliquid uendendũ, tunc profectò per conſtitutum, precarium, vel per alium actum fictum poſſeſsionem transferre nequiret modo aliquo: vt concedit Bar. in l. 1. ff. de acq. poſſeſ. cui ibi omnes alij inhęrent vnanimiter, & concorditer. ſecus uerò ubicunque ille procurator haberet quippè ad cõſtituendum ſpeciale mandatum; vt amplè explicat, atq; declarat Tiraq. in tract. couſtit. poſſ. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR, accedens de partibus valdè remotis in aliquod iudicium cum inſtrumento mandati, petenſque creditum ſui principalis, atque exhibens mandatum ipſum, admittitur: licèt aduerſarius excipiendo opponeret de procuratore incognito, ac non eſſe illum in mandato deſcriptum.*

OPINIO DCXLVI.

1 PROCVRATOR accendens de partibus ualdè remotis in aliquod iudicium cum inſtrumento mandati, petenſq; creditum ſui principalis, atque exhibens mandatum ipſum in iudicio prędicto; licèt aduerſarius excipiendo opponeret de procuratore incognito, ac non eſſe illum in mandato deſcriptum, nihilominus præſumitur: ſecundùm Cyn. Bal. & Salyc. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cleri. Ang. in l. comparationes in fi. C. de proba. Abb. in c. coram. de offic. deleg. Imol. in Clem. 1. col. 7. de procur. Fely. in c. 2. col. 8. de teſtib. Alciat. in tract. de pręſump. reg. 1. præſumpt. 33. nu. 2. & Marſil. cum aliis accumulatis per eum. in l. ſi quis ne quęſtio. num. 143. ff. de quęſt. & iſta eſt communis opinio, præcipueque ad præſumptionem inducendam pro producente, vt onus probandi transferatur in aduerſarium opponentem non eſſe illum, de quo in mandaro fit aſſertio; quamuis Fely. in d. c. coram. col. fin. ab hac communi ſententia, & veriſsima recedere non erubeſcat. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATORIS, vel notarij officium viliſſimum eſt, & ſimiliter non publicum, ſed priuatum eſt.*

2 *Procurator Principis eſt in dignitate conſtitutus, & eius officium nobile cenſetur.*

3 *Procurator ſeu notarius quod acquirit mediante officio ſuo procuratoris non dicitur peculium quaſi caſtrenſe, ſed aduentitium. ſed concluditur contrarium.*

4 *Notarij, & procuratores hodie in Regno inter nobiles connumerantur: cùm in eo officium tabellionatus vile non ſit, ſed nobile.*

5 *Notarius in Regno non poteſt creari villanus, angarius, baſtardus, & ſpurius.*

6 *Notarius hodie in Regno nõ creatur, niſi ſit idoneus in officio notariatus, fidelis Regis, abſq; crimine aliquo, boniſque ornatus moribus, & ex legitimo matrimonio natus.*

7 *Notarius ante quàm incipiat exercere officium tabellionatus tenetur iurare fideliter officium ſuum exercere.*

8 *Notariatus non eſt dignitas, ſed quodam munus.*

9 *Notarius poteſt eſſe infamis: cùm ſpurij poßint creari tabelliones, & conficere inſtrumenta.*

10 *Clericus, vel monachus poteſt eſſe notarius in cauſa hæreſis, qui tenetur iurare fideliter ſe gerere; & poteſt etiam recipere mercedem ab inquiſito.*

11 *Notarius dicitur iudex, habetque voluntariam iuriſdictionem, & præcipit guarentigiam.*

12 *Notarius eſt nobilis.*

13 *Laudes collegij notariorum Ciuitatis Aquilæ, & infra etiam ſub num. 14*

14 *Notarius exercens officium actuariatus ad banchum iuris habet dignitatem.*

OPINIO DCXLVII.

1 PROCVRATORIS, ac notarij officium viliſsimũ eſt, & ſimiliter non publicum, ſed priuatum diſcernitur. §. fi. & ibi latè Aret. inſt. de except. & Caſſane. conſ. 64. nu. 34.

nu.34.& probatur expreſsè in l. ſi quis procuratorem,& ibi Bar.C.de decur.lib.10.

2 Sed hoc fallit in procuratore Principis: quia eſſe procuratorem Principis eſt dignitas, & officium nobile.l.nemo præfectus.C. de dignit. lib. 12.per quem tex.ita concludit Roma.ſing.814. tu habes quod officium procuratoris, & Nicolaus Pignola. cum aliis ſignatis ibi per eum in additionibus.

3 Meritò procurator ipſe illud quod acquirit mediante officio ſuo procurationis non dicitur, nec dici poteſt peculium quaſi caſtrenſe,ſed aduentitium.ita voluit Bal.& Aret. in l. fori. C. de aduoc.diuerſ.iud.& Bal.in l.cùm oportet.col. penult.C.de bon.quæ lib.quorum opinio communem aſſerunt eſſe Doct. paſsim, præſertimque Riminal.in §.1.inſtit.per quas perſ. ius nobis acquir.num.61. & ſeq. licèt ipſe ibi per pulcherrima fundamenta conetur ſuadere contrarium,& ante eum ibi Port.num.4.& Ioan.Fabr.num. 1. & ſeq.& Ang.Aret.in §.fin.num.4.inſtit.de mil. teſtam. Et quòd notarij habeant peculium quaſi caſtrenſe.tex.eſt iuncta Glo.in l.fin.C.de inof. teſta.n.Franc.in c.licèt.§.quamuis de ſepult. in 6.Guid.Papę deciſ.90. ſimiliter & Capell. Tholoſ.deciſ.10.& ibi Aufrer.in addit. qui ad lucem adducit iſtam ſententiā magis cōmunem fore.

Cōis opin.

Cōis opin.

4 Sed autumarem huiuſcemodi opinionem poſſe facilè ſuſtineri in Regno:cùm officium procuratoris, & notarij uile in ipſo Regno nullatenus quidem ſit: ſed ipſi procuratores, & notarij inter nobiles connumerari conſueuere: vt hoc enodatè,aperteque probatur in prag.1.exordiēte.Officium notariatus,in antiquis in tit. de notariis, ibi quandoque pro rebus, quę Præpoſito per notarios electo tractandæ uidentur pro honore eorum officij congregentur ſemel ſingulo ſemeſtri in Ciuitate Neapolis, & in præſentia vnius ex iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & in aliis locis in præſentia Capitanei, uel Aſſeſſoris, & inter eos præponant de eis, quæ ad honeſtatē eorum officij pertinent.

5 Et eò magis dicuntur notarij nobiles in Regno:cùm in eo per conſtit.incip.præſenti. in fin. in 3.lib.in tit.de honore militari, notarius creari nequeat modo aliquo,qui villanus, angarius, baſtardus,aut denique ſpurius ſit.

6 Imò notarius non creatur in Regno, niſi vti que ſit idoneus in ſua facultate, & officio notariatus,fidelis Regis,& bonis moribus ornatus.

¶ Imò etiam in approbatione notarij in Regno coram iudice delegato interuenire conſueuere Doctores,qui tanquàm teſtes deponere ſolēt,atque tenentur, ueritate duce, Titium repertum fuiſſe idoneum,& peritum in his omnibus, quæ pertinent ad officium notarij;aliàs non cōſtito de bona fama, qualitate, & conditione, de ætate legitima,de peritia, & fidelitate erga Regem ipſius notarij, & quòd ſit immunis à quolibet etiam minimo crimine, & quòd ortus ſit ex legitimo matrimonio, non conceduntur per Illuſtrem D.Protonotarium,Præſidentemque Sacri Concilij priuilegia notariatus.

7 Et poſtremò notarius in Regno antequàm incipiat exercere officium tabellionatus tenetur pro forma, & neceſſariò iurare exercere fideliter officium ſuum: prout de iure huiuſmodi iuramentum in principio ſui officij notarius præſtare tenetur. c. ad audientiam, & ibi Doct. de pręſcript.& c.ego N.de iureiurā.& Spec. de fide inſtru.§.3.

8 Et quamuis regulariter notariatus dignitas nimirum non ſit, ſed quodam munus. l. fin. in prin.& ibi Glo.C.qui milit.non poſſ.lib. 13. & l. vniuerſas.C.de dignit.lib.12.& Bart. notat in l. 1.C.de man.princip. & in conſ. incip. Ser Ioannes de Caſtro Diruti, Abb.in c.uenerabilem.colum. 2.de elec.Bart.& Alex.in l.eadem.ff. ad legem Iul.rep.

9 Et de hoc certè mirandum non eſt: vtpote quia notarius regulariter poteſt eſſe infamis: vt inſtit.de excep.in fi.& Ang. conſ.284. præmitto ad euidentiam,ubi firmat ſpurios creari poſſe tabelliones,& inſtrumenta conficere;nihilominus tamen cùm in Regno infames, & ſpurij notarij creari nequeant: ſequitur vt notariatus dubio procul dignitas ſit.

10 Nam clericus, uel monachus quamuis in dignitate conſtituti dicantur, & nobiles meritò nuncupentur:tamen poſſunt eſſe notarij inquiſitoris, & ſic in cauſa hæreſis, & tenentur iurare fideliter ſe gerere, poſſuntque etiam licitè recipere mercedem ab inquiſito. Clem.1.§.notarij, & ibi Card. de hæret. & c. vt officium. de hęret. lib.6.Bart.in l.ſeruus.ff.de teſt.& Bal.in l. ſi quis col.1.C.de teſtib.

11 Et hinc eſt,quòd notarius dicitur fieri iudex ordinarius ſtatim, quòd creatur notarius: ita Glo.& Pau.Caſtren.in l.1.ff.de iud.Grauet.conſil.196.& ſi abundè. nume. 7. & Mantua etiam conſ.25.in facto proponitur.nu.11.& Inno.in c. cùm à nobis.de teſtib.vbi concludit, quòd de iure communi notarij dicuntur iudices; & quòd ſimiliter habent voluntariam iuriſdictionem, cuius vigore præcipiunt quarentigiam.

12 Vndè non mirum eſt ſi notarios ipſos meritò,& rationabiliter nobiles appellarunt Alciat. in l.mercis appellatione.ff.de ver.ſignifi. Tiraq. in tract.de nobilitate.cap.30.ſub num.9.& Illuſtris D. Iacob Menoch. cum aliis ſignatis per eum.in cōſ.18.propoſita iuris conſultatio. n.17.

13 Prout etiam nobiles reputantur notarij ipſi in patria mea Aquilana. Nā in ea reperitē uenerabile, antiquiſsimum, & celeberrimum collegium notariorū uerè patriæ inter alia decus perpetuum;in quo collegialiter, continueque reſident ferè quadraginta notarij magna quidem virtute prædíti, & defenſores cauſarum: adeò quòd exclamari poteſt ò fœlix, & pluſquam fœlix Aquilana Ciuitas præclariſsima, & tuorum ciuium

ciuium ſplendore, rerum vſu, & omni uirtutum genere illuſtrata. Vndè in ipſo nunquàm ſatis laudato, incōtaminatoque collegio creatur quo libet ſemeſtri Rector; in eoque reperitur etiam, atque conſeruatur ſcripturarum omnium ciuilium Curiæ ipſius Ciuitatis archiuium per duos deputatos notarios: intantùm quòd proceſſus ciuiles in illo archiuio vti theſaurus cuſtodiuntur. Necnon in eodem collegio eliguntur tres Actuarij ſingulis ſex menſibus, qui aſsidere debeant in Curia Aquilana in officio actuariatus ciuilium cauſarum, ſpectante ab immemorabili tẽpore ad illudmet collegium.

14 Vndè cùm notarij de ipſo collegio tanquàm idonei, & periti aſsideant ad banchum iuris, uidentur ſine ſcrupulo aliquo habere dignitatem: vt conſtanter firmauit Alex. conſ. 80. ſub. nu. 2. & ſeq. vol. 2. Marſil. ſing. 273. in fi. & D. Menoch. cum cæteris aggregatis per eum in d. conſ. 18. numero 18.

¶ Et denique in eodem collegio viuitur tali nobilitate, ſinceritate & exemplo, vt plerique ex ipſis notariis non ſolùm uerſentur in officio notariatus maxima cum fidelitate, ſed in tuendis cauſis ciuilibus & criminalibus etiam, tãquàm ſtrenui defenſores in iudiciis ſeſe quotidie oſtendunt. taliter quòd in celebratione inſtrumentorum, in actitando, & in defendendo inter primarios notarios, & procuratores Regni meritò connumerari poſſent. Et eo magis cùm hac noſtra tempeſtate nouerim quamplures propè notarios in ipſomet collegio inſignis quippè eruditionis, & potiſsimum Ioannem Baptiſtam Philaurum, qui ita præclaris animi dotibus mirificè ornatus apparebat, ut in arte poetica fons eloquẽtiæ uberrimus nuncupabatur: prout teſtantur ſua complurima carmina admiranda in variis, diuerſiſque materiis edita, & aliæ etiam ſuæ lucubrationes elatè in ſoluta oratione compoſitæ. ac etiam Marcum Antonium Stellam, qui non modò in tuendis clientibus erat potens opere, & ſermone, ſed etiam tempore belli armis vacabat: prout ductorem militum aliàs creatum per Catholicam Maieſtatem fuiſſe exploratiſsima res extat. Et denique noui, & hiſçe oculis vidi Ioannem Dominicum Viuium patruum meum recolendæ memoriæ, Veſpeſianum Graſsiam, Ioannem Chriſoſtomum de Labareto, Paulum Foſſam, & Paulum Verterium accuratiſsimos defenſores cauſarum ciuilium, & criminalium erga ſuos clientes.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR fines mandati diligenter cuſtodire tenetur.*

2 *Procurator, tutor, vel curator promittentes nomine proprio tantùm, & vltra nomen officij, obligantur & perpetuò tenentur ex huiuſmodi obligatione.*

OPINIO DCXLVIII.

1 PROCVRATOR diligenter fines mandati cuſtodire tenetur. l. diligenter. ff. mand. quod latè declarat Iaſ. in l. 1. nu. 37. ff. de offic. eius. in l. ſi mora. nume. 25. ff. ſolu. matri. in l. 1. §. ſi procurator. nu. 3. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽp. & l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid. ff. de acq. hære.

2 Sed quotieſcunque procurator, tutor, uel curator promitterent nomine proprio tantùm, & vltra nomen officij, indubitanter obligarentur; quoniam præſumũtur egreſsi officij naturam, proinde ex huiuſmodi obligatione perpetuò tenentur. l. procurator qui de euictione. ff. de procur. vbi Bar. fatetur eſſe vnum ex caſibus in quibus ſtamus certo, & cum eo ſentiunt cęteri communiter ibi: vt omnes Doct. teſtantur in dicto loco, & Soc. conſ. 2. uol. 2. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR in capitalibus cauſis non auditur, nec admittitur; & ſi reus vocatus nõ compareat per ſe, ſed per procuratorem inſtructum in ipſis cauſis; nihilominus reputandus eſt contumax.*

2 *Procurator admittitur in cauſis capitalibus ad allegandum iniuſtitiam ſeu nullitatem banni, quę ventilatur ſeorſum à negocio, ſeu a delicto principali, & ſuper informatione.*

3 *Procurator in cauſa capitali admitti poteſt, quando ſententia contra abſentem ferri poſſet.*

4 *Procurator in cauſa criminali, in qua venit imponenda pœna relegationis, vel minor, interuenire poteſt.*

5 *Procurator vbicunque in cauſa criminali admittitur, ſi dubitatur de mandato, habet caueri de rato per ipſum procuratorem, tam rei, quàm actoris.*

6 *Procurator licèt in capitalibus cauſis non admittatur: tamen ſi admiſſus ſit, & ei nullatenus oppoſitum, ſententia valet.*

OPINIO DCXLIX.

1 PROCVRATOR in capitalibus cauſis nõ auditur, nec admittitur. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. & l. ſeruum quoq; §. publicè. ff. de procur. & dato quòd non compareat per ſe delinquens, ſed per procuratorem in cauſis prædictis ſpecialiter conſtitutum, & plenariè inſtructum, reputandus eſt contumax: ſecundùm Ioã. And. in c. fi. de iur. cal. Ang. in l. ſi actor. ff. de procur. & in l. fin. eod. tit. vbi ait quòd in palatiis ita ſeruatur. & hoc idem teſtatur Auguſt. in add. ad Aret. in tract. malef. in ver. qui iudex uidens ꝙ inquiſiti. col. 8. & ita iudicaui reputando infinitos delinquentes contumaces caſibus euenientibus

ſtbus dum eram Iudex criminalis in Ciuitate Te
rami, anno Domini 1560.

2 Tamen limita prędicta ꝙ admittẽdus eſt ꝓcurator ad allegandũ iniuſtitiã, ſeu nullitatẽ bãni, quæ ventilatur ſeorſum à negocio, ſeu delicto principali. ita not. Ang. ibi. & idẽ uidetur conclu dere Io. de Imol. in c. veniẽs. extra de accuſ. & Io.
Cõis de Ana. ibi. col. 7. vbi aiunt omnes Doct. cõiter
opin. hoc tenere ibidem, ꝙ procurator ſeu informator de defenſionibus abſentis poteſt in cauſa criminali audiri: & ad hoc ſubdit Imol. loco de quo ſupra ſe aliàs feciſſe porrigi capitula iudici per procuratorem, ac nominari teſtes, qui ſupra eis poſſent iudicem informare cũ proteſtatione ꝙ vellet ſuper eis ueritatẽ inueſtigare: cũ ad id nemine petente, & ex ſe ipſo teneatur; aliter imputandus foret in ſyndicatu. Et propter hoc aſſerit idẽ Imol. magnum uerbũ, uidelicet, ſe euaſiſſe vnum delinquentẽ à ſententia banni, & refert Ana. in d. c. veniens. col. 7. & ſequit. cõſulẽdo Marſi. cõſ. 6. nu. 24. & iſtorum opinionẽ ſequitur quoq;, approbat, & inquit cõem Grãm. conſ. ciuili 37. nume. 10. cum aliis ſeq. & ita conſuluit Alex. de Neuo. conſ. 90. per totum.

3 Item limita 2. quòd procurator admittitur quoq; in cauſa capitali, quando ſententia contra abſentem ferri poſſet. text. eſt in d. §. publicè, & not. Butr. & Abb. in d. c. ueniens, & iſta eſt com-
Cõis munis opinio Doct. utiuſque cenſurę. teſte Alex.
opin. de Neuo. in d. conſ. 90. nu. 3.

4 Et quamuis, vt ſuperius docuimus, procurator in capitalibus interuenire nequeat: tamen poteſt interuenire in cauſa criminali, in qua uenit imponenda pœna relegationis, vel minor: vt ſentit Glo. in d. §. publicè, & in d. §. ad crimen, &
Cõis in c. ueniens, & iſtã opinionẽ recitant eſſe cõmu-
opin. nem, & obſeruari in practica Moder. in §. ad crimen, & Berous. in d. c. ueniens. nu. 35. & 39.

¶ In contrariam verò ſententiã præcipitanter inclinauit Glo. in auth. hoc ius. C. de procur. Bar. in d. §. ad crimen, & Saly. in l. reos. C. de pub. iud. Quicquid ob hoc iſti celebres Doct. ſuadeãt non diſcedo à prædicta communi; quam ſequitur, & tuetur ab omnibus contrariis Berous in d. c. veniens.

5 Et his vtiliter accedit ad præmiſſorum declarationem, quòd vbicunq; in cauſa criminali admittitur procurator, ſi dubitatur de mandato, debet caueri de rato per procuratorem rei: ſecundum Bal. in l. non ſolùm. §. fi. ff. de procur. Et hoc idem dicendum eſt in procuratore accuſatoris per eandem, & fortiorem rationem, per not. per Bar. in d. §. ad crimẽ. Et alios caſus ferè infinitos, in quibus procurator in cauſis criminalibus admittatur, ponit plenè, ac diſtinctè Bertachi. in 2. part. ſui repertorij, in uerb. Procurator in criminalibus cauſis. ſub nu. 40. cum aliis ſeq.

6 Et quanquàm denique procurator in criminibus capitalibus admittendus nõ ſit, vt in principio oſtendimus: nihilominus tamen ſi admiſſus extitiſſet, atque ei nullatenus oppoſitum foret ſententia utique, & abſque dubio aliquo ualeret, & teneret. ita Gloſſ. in l. quamuis dubitati de adulter. Ioan. And. in c. 1. de iud. in 6. Bald. in l. ita demum. C. de procura. & in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. Iaſ. conſil. 168. in princ. vol. 2. Dec. conſ. 469. col. fin. & Grauet. conſ. 220. nume. 4. & iſta eſt concors, communis ſententia, Cõis
contra Bartol. in d. l. penult. §. ad crimen. ff. de opin.
pub. iud.

SVMMARIVM.

1 *SYNDICVS, uel procurator Vniuerſitatis tenetur accuſare proprio nomine ad vtilitatem ſuæ dominæ principalis cõſtituentis, & non nomine Vniuerſitatis.*

2 *Mandatum Vniuerſitatis de querulando, vel accuſando debet continere omnes ſolennitates, quas debet continere querela; & ſic in mandato ad accuſandum requiritur ſpecificatio criminum.*

3 *Mandatum procurationis in cauſa criminali non debet continere ſpecificationem criminum, & perſonas contra quas accuſandum ſit.*

OPINIO DCL.

1 PROCVRATOR, ſeu ſyndicus Vniuerſitatis tenetur, & debet accuſare, vel querelas proponere contra offenſores ſuę dominę, & principalis ꝓprio nomine ad utilitatẽ Vniuerſitatis, & nõ nomine Vniuerſitatis: ſecdm Bar. in l. 2. §. 1. ff. de acc. & Doc. oẽs in l. 1. C. q accu. nõ poſ. & Ang. Aret. in tract. maleſi. in uer. Et ad querelã Titij infraſcripti. nume. 20. & iſta eſt cõis opinio. atteſtante ibi Auguſt. in add. & Io. And. in c. dilectus. de ſimo.

2 Sed aduerte ꝙ quãdo Vniuerſitas uellet querelare, vel accuſare criminaliter, requireretur neceſſario, ꝙ tunc in mandato forent expreſſa omnia ea, de quibus intenderetur querelare cũ omnibus ſolennitatibus legis libellorũ. ff. de accu. & cũ omnibus, & ſingulis ſolẽnitatibus, quæ requirerentur in libello criminali; aliàs mandatũ non valeret: vt conſuluit Ro. cõſ. 60. mãdatũ mihi oſtenſum inſufficiẽs. cui inhæret eruditiſsimus, & grauiſsimus D. Pet. Follerius in pract. cri. in ver. Audiantur exceptiones proponẽdę ꝑ reos. n. 63.

3 Cæterùm arbitror quòd opinio hæc falſiſsima ſit. Nam procurator habens generale mandatum ad opponendum crimina, & defectus, poteſt illa opponere, quamuis in mandato ſpecificata non fuerint: & conſequenter in procuratore conſtituto in cauſis criminalibus, & in eius mandato non requiritur expreſsio perſonarum contra quas veniat querulandum, & proponendum querelas: nec requiritur expreſsio cauſæ, ſeu cau

ſarum ſuper quibus accuſandum ſit; vt firmauere Specul. in tit. de procuratore. in §. 1. ſub nu. 14. & ſeq. verſ. Sed nunquid ſufficit habere mandatum. Bal. in l. vnica. C. etiam per procur. Rota Roma. deciſ. 254. procurator habens mandatum in nouis, & Imol. in Clem. 2. de procur. ubi admonet iſtam eſſe communem opinionē: Et mediante huiuſmodi cōmuni ſuperioribus annis iudicaui vti conſultor aſſumptus in cauſa Excellentis D. Petri de Santillano Hiſpano, uertente coram Magnificis Dominis ſyndicatoribus Ciuitatis noſtræ, cōtra doctrinam Romani præmemoratā, Et ſic etiam iudicaui contra eandē doctrinā Romani de menſe Nouēbris 1574. in cauſa Excell. D. Ioſue Scorpionis mihi cōmiſſa per Magnificos Dominos ſyndicatores Ciuitatis Ducalis.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATORIS excommunicati conſtitutio non valet ipſo iure.*

2 *Procuratorem conſtituens excommunicatum ſcienter ſibi imputandum eſt: ſed ſi ignoranter eligeret procuratorem, poſſet agere ad intereſſe contra procuratorem ipſum: cùm ingeſſerit ſe officio ſibi interdicto á iure.*

3 *Ignoranti parcitur, non autem ſcienti.*

4 *Procurator ſi euaderet excommunicatus poſt mandatum, valent geſta per eum, ſi non opponeretur de ipſius procuratoris excommunicatione.*

5 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.*

6 *Ignorantiam allegans non tenetur eam probare.*

7 *Procurator excommunicatus, ſeu laborans aliqua alia inhabilitate, habenſque in mandato poteſtatem ſubſtituendi & ſubſtituens, non valet eius ſubſtitutio.*

8 *Procurator nulliter conſtitutus agendo in iudicio, licèt haberet aliud mandatum validum nihil ageret: & ita etiam ſi ſubſtitueret vigore mandati nulli, licèt habeat mandatum bonum fruſtra ageret.*

9 *Excommunicatus conſtituere poteſt ad negocia ſua procuratorem.*

OPINIO DCLI.

1 PROCVRATORIS excommunicati conſtitutio nō valet ipſo iure à principio: ita quòd opus tunc aliter non eſt, quòd procurator iſte reiiciatur exceptione aliqua: vt ſuadet communis ſchola omnium in iure Scribentium, pro cuius veritate, & teſtimonio plura effundit Abb. Fely. & Dec. in c. poſt ceſsionem. num. 50. cum aliis ſeq. de probat.

Cōis opin.

2 Et de hoc utique mirandum nō eſt. Nam procuratorem conſtituēs, ſi ſciebat eum excommunicatum, ſibi imputandum eſſet, qui talem elegiſſet incapacē, & legibus exoſum: vt in d. c. poſt ceſsionem. ſed ſi ignorabat, poſſet certè agere cōtra procuratorem ad intereſſe, cùm ingeſsiſſet ſe officio ſibi interdicto à iure. ita Abb. in c. conſuluit. de procurat.

3 Et ratio eſt, quia parcitur ignoranti, & non ſciēti. l. fideiuſſor. ff. mād. & l. ſi fundū. C. de euict.

4 Et quanquàm geſta per procuratorem excōmunicatū à principio tempore mandati non ualeant etiam parte nō opponente, vt firmant omnes indifferenter. in d. c. poſt ceſsionem, & præſertim ibi Dec. nu. 60. tamē ſi procurator poſteà excōicatus ſit, & pars de excōmunicatione hac ita ſubſecuta nullatenus opponeret, geſta per ipſum procuratorē tunc abſque dubio aliquo valerent, atq; tenerēt. ita Creſcē. deciſ. 223. Maranta in trac. de iud. in 4. par. principali. 16. diſ. n. 24. Cōis opin.

5 Et eo ſanè caſu ignorantia præſumeretur, iudicio meo, niſi ſcientia probaretur. l. uerius, cum ibi not. ff. de prob. & in c. ad audientiam noſtrā. extra de reſcript.

6 Et ſic ignorantiā allegans non tenetur eam vtique probare. l. fi. C. de ſponſa. & not. Alex. in l. 2. col. 6. ff. ſolut. matri.

7 Cæterū vbicunq; procurator ipſe excōicatus habens poteſtatē in mandato ſubſtituendi, eo caſu, quo ualeret eius conſtitutio, poſſet indubitanter facere ſubſtitutionē: ſi verò ipſo iure inhabilis foret, ſubſtitutio nequaquā ualeret, & vana, inutilis, & fruſtratoria redderetur: vt per Gloſ. in Clem. ſi religioſus de proc. Bar. Alex. & alios oēs in l. 1. §. itē acquirimus. ff. de acq. poſ. & Canoniſtas communiter in d. c. poſt ceſsionem, & potiſſimum ibi Dec. num. 62. Cōis opin.

8 Imò nulliter conſtitutus ſi ageret vt talis, licèt haberet aliud validū, bonumq; mandatū, nihil ageret. ita Moheda. deciſ. 101. Prout hoc idē procederet ēt vbicunq; ſubſtitueret idē procurator vigore mandati nulli: tunc enim uigore iſtius inualidi mandati, cū bonū haberet mandatū, penitus incaſſum, & inaniter ageret: ſecundū Mohēda. deciſ. 204. Ant. Auguſt. deciſ. 3. & 349. & Card. Put. deciſ. 9. de procur.

9 Et licèt excōicatus procurator conſtitui nequeat ex allegatis; nihilominus tñ excōicatus ipſe poteſt ad negocia ſua procuratorē cōſtituere: vt cōcedunt Inno. in c. cum dilectus. in Glo. ſua, in ver. ſuſpenſis de conſue. Bal. in Marg. in ver. excommunicatus uerſ. 9. & Doct. in c. cùm dilecti de dolo, & contum.

SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR litem conteſtando, ipſe tūc citandus eſt, & non dominus, & ſi aliter fieret proceſſus non ualeret.*

2 *Procurator poſt lit. conteſt. tenetur cauſam proſequi.*

3 *Procurator poſt litem conteſtatam cum ipſo poteſt contradicere domino, ne liti ſe immiſceat: ſecus ſi patiatur dominum comparere ad litem, & non contradicat, & tunc valet proceſſus.*

4 *Procuratore abſente, vel impedito poſt litis conteſtationem poteſt citari dominus.*

5 Pro-

5 *Procurator, & dominus, quando ambo eorum ſunt domini inſtantię: quia cum vtroque proceſſus formatus eſt, poteſt vterque, vel alter tantùm citari ad ſententiam.*

6 *Procurator poſt litis conteſtationem citandus eſt, non autem dominus. & ſi citatur tunc dominus nequaquam valet actus factus cum ipſo domino.*

OPINIO DCLII.

1 PROCVRATOR litem conteſtando, cùm dominus litis effectus ſit, ipſe tunc non autem dominus citãdus eſſet: & ſi aliter fieret proceſſus non ualeret. ſecundùm Abb. Fely. & alios in c. 2. de teſt. Bart. in l. procuratoribus. C. de procurat. Bal. in l. ſi quando. in 7. quæſt. C. de teſtib. Soc. in cap. ueniens. in 2. quęſt. princ. de accuſ. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 83. deducitur prima nullitas. num. 3 vol. 1. & Boer. cum magna Doctorum catherua relata per eum in deciſ. 285. num. 1. cum aliis ſeq. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem: cui accedit etiam Marant. in tract. de iudiciis. in 4. part. princ. 16. diſtin. ſub num. 35. licèt contrarium obſeruetur de iure canonico, atteſtante Vant. in tract. de nullitatib. in tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, ac quibus modis regulariter proueniat, ſub nu. 85. & ſeq. vbi planè deducit ita obſeruari in Curia Romana, præterquàm in foro Capitolino, quamuis tutius fore aſſerat ibi ad euitandum Doctorũ controuerſias, vt ambo citarentur procurator, & dominus, & ita ſemper obſeruaui in cauſis meorũ clientulorũ, taliter ꝙ nunquàm (Deo annuente) audiui exceptionem aliquam propoſitam contra ſententias promulgatas, in quibus dominus, & procurator fuerint citati. *Cõis opin.*

2 Nam procurator poſt litẽ conteſtatam cogitur pręciſe cauſam proſequi. ita Bar. & Pau. Caſt. in l. mutari. ff. de procu.

3 Imò procurator poſt lit. conteſt. cũ ipſo poſſet cõtradicere domino, ne liti ſe immiſceret: ſecundũ Bar. in l. ꝓcuratoribus. C. de procu. vbi concludit contrariũ, ſi dominũ patiatur procurator cõparere ad litẽ, & nullatenus contradicat: tunc nempè valeret proceſſus. teſte Bar. & Alexã. in l. furioſo. ff. de re iud. & Abb. in c. in nomine Domini. col. fi. de teſt. & eſt tex. expreſſus, & ibi Glo. in ver. poſt litem in c. ſiquidem. de procurat. in 6.

4 Sed hoc non procederet, vbicunq; procurator conſtitutus reperiretur abſens: nã procuratore à loco iudicij abſente, vel impedito, poſt litis conteſtationẽ, poſſet & deberet tunc abſque dubio aliquo citari dominus, ita Gemi. in c. ſiquidẽ. §. ſecus. de procurat. in 6. Marant. in d. diſ. 16. ſub nu. 35. & Vant. in d. tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, & quibus modis regulariter proueniat. ſub num. 85.

5 Claudicatq; hoc etiam quotieſcunq; dominus, & procurator eſſent effecti domini inſtantię, ex quo cũ vtroq; eorum extitiſſet formatus proceſſus, tunc enim vterq;, vel alter tantũ arbitrio iudicis citari ad ſententiã poſſet: ſecundũ Bal. in l. 1. col. 3. C. de ſen. & interlo. om. iud. cui conſulendo inhæret Ioã. Bapt. Ferret. in d. cõſ. 83. n. 5.

6 Benè tamen uerum eſt, ꝙ regulariter poſt lit. conteſtationẽ factam cũ procuratore, ipſe tanquàm dominus litis deberet citari non autẽ dominus: & ſi citaretur fortè tunc ipſe dominus, minimè gentiũ valeret actus factus cũ domino contumace: vt firmarunt Bar. in d. l. procuratoribus. C. de procur. Bal. in l. 1. C. de ſen. col. 2. & Alex. in l. furioſo. col. 3. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *PRODIGO etiam notorio non eſt ipſo iure per legem bonis interdictum, ſed requiritur ſententia iudicis declaratoria.*

OPINIO DCLIII.

1 PRODIGO etiam notorio nõ eſt ipſo iure per legem bonis interdictum, ſed requiritur interdictio, vel ſententia iudicis declaratoria: ſecundùm Glo. Bar. Bal. & Paul. de Caſt. in l. is cui bonis. ff. de uer. obl. Imol. in l. is cui. ff. de teſtam. & Bar. in l. tutores, per illum tex. in fi. de adminiſ. tut. & iſtam opinionem ſcribit eſſe cõmunẽ Boer. deciſ. 33. nu. 37. Alex. Paul. Caſtr. Aret. in d. l. is cui bonis, quos refert Iaſ. ibi col. 4. Et de dicta communi audacter mentionẽ fecit etiã Hieron. Butigella ibidẽ nu. 2. & 15. vbi latè eam declarat, & Fabianus de Monte in tract. de emp. & vend. in 4. q. princ. 22. ſeu fin. q. nu. 30. & ſeq. ubi ſequitur atque tuetur, & Ripa etiam. in d. l. is cui bonis. nu. 4. & ſeq. ff. de uerb. oblig. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PRODIGVS, & furioſus in omnibus, & per omnia non conueniunt: quia furioſo ſtatim per legem eſt interdicta adminiſtratio, ſed prodigo mediante ſententia iudicis declaratoria fit interdictio.*

2 *Prodigus, & furioſus æquiparantur pupillo.*

OPINIO DCLIV.

1 PRODIGVS, & furioſus in omnibus, & per omnia non cõueniunt: quia furioſo ſtatim per legem eſt interdicta adminiſtratio, ſed prodigo etiã notoriè, & manifeſtè non interdicitur adminiſtratio per legem, ſed per iudicem: ſecun-

ſecundùm Glo.in l.1.de cur.fur.& Glo.Bar. Ange.& Paul.Caſtr.in l.is cui bonis.ff.de uerb. obl. Dyn.Bar.Bal.Ang.& Imol.in l.is cui, de teſtam. & iſta eſt communis opinio: vt per Moder. in dictis locis,& Boer.deciſ.33.num.35.& ſeq.& diximus ſupra.

Cõis opin.

2 Benè verum eſt, quòd prodigus, & furioſus æquiparãtur pupillo:ſecundùm Bar.in l.Imperatores.ff.de re iud.& Fely.in c.cùm non liceat.nume.9.de præſcript.vbi hoc latè probat.

SVMMARIVM.

1 *PRODIGVS citandus eſt in datione curatoris.*

OPINIO DCLV.

1 PRODIGVS citandus eſt in datione curatoris: ſecundùm Ang. Paul.de Caſtr.Alexan. Imol. & Moder. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & iſta opinio eſt cõmunis: vt audacter aſſerit Claud. Aquen. ibidem.col.4.& Cagnolus.in l.furioſi.circa fi. ff. de reg.iur.& in praxi obſeruari aſſeuerat inibi in add.ad Dec.apoſtillator.

Cõis opin.

¶ In contrariam uerò ſententiam inclinauit Deci.conſ.274.col.fi.& in d.l.furioſi,& Hierony. Cuchalon,ibi in add.& Ruin.conſ 89.nume. 13. & ſeq.vol.5.& Vaſqui.in tract.de ſucceſſ.proceſ. lib.1.§.1.num.71.

¶ Quicquid iſti tamen dicant, ſuadeantque non ob hoc diſcedendum arbitror ab opinione affirmatiua,quæ videtur communis, obſeruatur que in practica, vt ſupra docuimus, & oĩbus ferè fundamentis Dec. & aliorum, quàm optimè reſpondet Aquen. in d. l. is cui bonis,& Cagnolus vbi ſupra,& ei inhæret quoque Tiraq. in tracta.res inter alios ac.limit.41.fol.par. 24. & Ripa.in d.l.is cui bonis.nu.26.& ſeq.Et ita vidi iudicari in facti contingentia in Sacro Concilio in anno 1559.in cauſa Magnifici Alexandri Iacobi Antonij Saluati ciuis mei cum aliquibus de oppido Luculi Comitatus Aquilæ me patrocinãte.

SVMMARIVM.

1 *PRODIGVS notoriè ad ſanos rediens mores ipſo iure deſinit eſſe ſub cura abſque facto iudicis; aliàs opus eſt ſententia.*

2 *Furioſus rediens ad ſanos mores ipſo iure deſinit eſſe furioſus.*

3 *Prodigus, vel furioſus, qui per biennium, ſeu triennium non fecerit aliquem actum prodigalitatis, præſumitur emendatus.*

OPINIO DCLVI.

1 PRODIGVS notoriè rediens ad ſanos mores, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura abſque iudicis facto:& præſertim vbicunque notorium ſit eum priſtinam ſanitatem recuperaſſe;aliàs opus eſt ſententia declaratoria: ſecundùm Iacob.de Aret.& Bar.in l. is cui bonis. ff. de uer. oblig.& Fely.in c.Rodulphus.num.37.de reſcri. quorum opinionem ſequuntur aſſeuerantes eſſe magis communem,Iaſ.ibidem.nume.16. & Hierony.Butigella.nume.33.& Ripa.num.41. Dec. conſil.274.viſo decreto baliæ ſupremi magiſtratus Senarum.ſub nume.1.& Iaffred.deciſ.62.& Doct.poſt Bald. in l. 1. C. de curato. furioſi. per textum ibi.

Cõis opin.

2 Et hoc idem dicendum eſt in furioſo qui ipſo iure deſinit eſſe furioſus poſtquàm ad bonam frugem,& ad ſanos peruenerit mores.d.l.1.C.de cur.fur.& ibi Bal.poſt Pet.de Bellaper.& in l.humanitatis, & ibi Doct. C. de impube. & Guido. Papæ.deciſ.260.

3 Hoc intelligens procedere,quando biennio, aut triennio poſt ſtetit prudens,& diſcretus:quicquid voluerit Bart.in d.l.is cui bonis,quem plures Doct.ibidem ſequuntur,& Dec.cõſ. 274.col. 2.nihilominus dicta Bart. opinio verior& cõmunis videtur per d.l.1.C.de cur.fur.vt referũt Scriben. in d. l. is cui bonis, & præſertim. ibi Ripa. numero 43.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PRODIGVS notorius, & manifeſtus ante interdictam bonorum adminiſtrationem per iudicem, poteſt contrahere, obligare, & alienare: ideò traditur cautela ad impediendam diſsipationem ipſorum bonorum.*

2 *Prodigi exemplum vtile, & ſaluti animæ neceſſarium traditur hic.*

OPINIO DCLVII.

1 PRODIGVS notorius,& manifeſtus poteſt cõtrahere,obligare, & alienare antequàm ſibi expreſsè interdicatur à iudice adminiſtratio bonorũ; & ſic prodigus ipſe notoriè ante interdictã bonorũ adminiſtrationẽ contrahere valet:ſecundũ Glo.Bar.Bal. Ang. Paul. Caſtrẽ.& Rom.in l.is cui bonis.ff.de uer.obl. Bal.in c.ex parte.col.2.de cõſuet.Imol.Anch.& cęteros oẽs Canoniſtas.in c.2.đ teſt.Bar.Bal.Ang.Imol. & Aret. in l.is cui lege. ff. de teſtam. & iſta eſt communis opinio: vt referunt Paul. Caſtren. Alex.Are.& Iaſ.in d.l.is cui bonis.nu.9.& mag.s communẽ inquit Boer. in conſuet. Bitur.§. 8.in fin.&

Cõis opin.

ſin. & Aufrer. in addit. ad queſt. Tholoſ. 362. & apoſtilla ad Dec. in l. furioſi ſuper litera E. ff. de reg. iur. & ipſam communem opinionem tanquàm ſacroſanctam ſequuntur etiam, citant, & limitant Iaſ. nume. 9. & ſequen. & Ripa. num. 4. cum aliis ſeq. in dicta l. is cui bonis. Ideò optimè, atque tutiſsimè quidem agerent conſanguinei ipſius prodigi, ſi ſtatim poſt incurſam prodigalitatem recurrerent ad iudicem impetrando in fauorem dicti prodigi prohibitionem adminiſtrationis bonorum per ipſum aliter non faciendæ, ne in paruo tempore totam eius ſubſtantiam diſſipet diu congregatam, & poſtmodum ad magnam miſeriam, & inconuenientiam deueniat in ſui, & totius familiæ præiudicium.

2 Vndè ad propoſitum noſtrum nullatenus tradas obliuioni: quia non poſſet eſſe vtilius, pulchriuſque, quod legitur de miraculis Virginis Mariæ, de quodam milite & diuite, qui cùm bona ſua prodigè in conuiuiis, & muneribus, aliiſque vanitatibus ſua omnia bona conſumpſiſſet cœpit egere, nec potens aliter ſubſtinere pompam illam, & expenſas ſolitas ſuperfluas: quod reputans ſibi ad maximam uerecundiam, deſperatione ductus iuit in deſertum inuocans apertè diabolum, vt adiuuaret eum, & ſubſtineret. cui dæmon apparens quæſiuit quid uellet, qui reſpondidit, quòd pecuniam, & diuitias ſibi procuraret vt ſolitus erat, & ipſe daret ſibi, ſeu faceret quicquid vellet. qui duo tantùm petiit, abnegationem fidei, ſecundò, vt duceret inde ad annum vxorem ſuam ad eum in illum locum: quod totum promiſit, & docuit modum habendi diuitias, ſcilicet, vt foderet in certo loco domus ſuæ, & inueniret theſaurum: quod totum euenit, & tunc incœpit ſimiliter expendere prodigè, & uiuere more ſolito. ſed inde ad annum dixit vxori quòd oportebat eam ſecum ad certum locum proficiſci ſub ſpecie alicuius deuotionis. Surgens ergò manè æquitauit cum ea, (erat autem deuotiſsima mulier iſta Beatæ Virginis) & in via inueniens eccleſiam rogauit maritum, vt permitteret loco miſſæ introire in eam, & aliquantulum orare, quod & fecit; & cùm oraret ante imaginem Virginis Mariæ, vt eam iuuaret ab omni malo euentu, incipiebat enim timere, dormitauit in oratione, & Beata Virgo Maria ſumpta forma eius egreſſa eſt eccleſiam, & dixit viro expectanti: proſequamur iter, & aſcendens equum ſecuta eſt eum, qui credebat eam eſſe vxorem ſuam: cùm autem applicuiſſet ad locum deſtinatum, deſignatumuè, cœpit uocare diabolum, qui ſtatim apparuit, & uidens mulierem, quam cognouit eſſe Virginem Mariam, cœpit fremere, & totus contribulatus conturbari, & clamare contra militem dicens: ò proditor maledicte quare decepiſti me? miratur ille dicens quo decepi, non ne duxi ad te vxorem meam vt promiſi, ecce adeſt, iſta eſt vxor mea; reſpondit diabolus non eſt hæc vxor tua, ſed illa quam maximè odi, quæ maximè perſequitur me, & deſtruit toto conamine opera mea; hæc eſt mater illius IESV NAZARENI, qui per crucem ſuam cum ſociis meis me debellauit, & de manibus noſtris genus humanum eripuit: hæc eſt quæ Maria vocatur. ad quem ſermonem miles exterritus, & tremebundus ſubitò proiecit ſe ad pedes Virginis veniam petens. Verùm illa terribiliter arguit diabolum dicens: ò maledicte Dei, non ſufficit tibi perditio tua, niſi & tecum quæras habere ſocios pœnarum? quo auſus es petere, & nocere velle mihi deuotis, vade ſathana, nunquàm alicui ex mihi deuotis amplius nociturus. qui in continenti cum magno ululatu diſparuit, & militem Virgo reprehendit dicens: ò miſer quare ob modicum pecuniæ, ita permiſiſti te decipi, & ad huiuſmodi ſcelus deduci, vt fidem abnegares, & vxorem tuam diabolo exponeres, age pœnitentiam de peccato tuo, & Deus tibi ignoſcet tantum crimen, reuertere ad illam Eccleſiam, ubi uxor tua deſcendit ad adorandum, & ibi eam inuenies. domum autem reuertens illum theſaurum repone, vbi inueniſti, & Deo cum vxore tua fideliter ſeruias in futurum confeſſus peccatum tuum, & ſic diſparuit, & miles reuerſus inuenit vxorem ſuam in illa Eccleſia, & omnia relinquentes pro Deo laudabiliter vixerũt deuotiſsimi facti Virginis Mariæ.

SVMMARIVM.

1 *PRODIGVS delinquens poſtquàm ei bonis interdictum eſt, non obligatur delinquendo: ſecundùm vnam communem opinionem: ſed altera ſententia contraria ſimiliter communis eſt, vt prodigus ipſe delinquendo condemnari poſſit, ſicut quilibet alius delinquens.*

2 *Prodigus delinquens poteſt etiam condemnari ad mortis pœnam.*

3 *Prodigum quem eſſe quomodo probetur, & quomodo formandi ueniant articuli ad hoc probandum, ponitur remiſſiuè.*

4 *Prodigus quis dicatur, & quotuplex ſit prodigalitas remiſſiuè.*

OPINIO DCLVIII.

PRODIGVS delinquẽs poſtquàm ei bonis interdictum fuit, puniri ob tale delictum commiſſum non poteſt; & ſic ad mortem naturalem propter facinus commiſſum damnari nequit aliquo pacto poſt bonorum interdictionem: ſecundùm communem opinionem relatam per apoſtillam ad Dec. in l. furioſi. ſuper litera A. ff. de reg. iur. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò ſententiã videlicet, ut prodigus ipſe delinquendo habeat pœnas à lege definitas, ſicut quilibet alius delinquens: inclinauere Glo. Bar. n. 14. Bald. nu. 7. & Saly. num. 5.

in l.ſi quis in tātam.C.unde vi.Tiraq.poſt leges connub.Glo.3.num.147.Bart.num.6.Ripa nume.53.& ſeq.& Iaſ.nu.17.in l. is cui bonis.ff. de verb.oblig. vbi firmat iſtorum opinionem communem fore. *Cōis opin.*

2 Adeò quòd prodigus ipſe,etiam ad mortem condemnari poſſet: vt voluerunt Bald.in l.furioſum.circa finem.C.qui teſtam. facere poſſ. Ang. in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. cauſ. maior. Aret.in d.l.is cui bonis.in fin.Dec.num.6.& Cagnolus.nu.13.in d l.furioſi,vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

3 Et quomodo probetur quem eſſe prodigum, & de modo articulandi quòd quis dicatur prodigus,docet Dec.conſ.274. viſo decreto baliæ.nume.4. & Guido. Papæ. in ſing. 869. ſi non fuerit appellatum.

4 Et quis dicatur prodigus, & quotuplex ſit prodigalitas,oſtendit Iaſ.nu.2. & Ripa. nu. 1. & ſeq.in d.l.is cui bonis,& Dec.in d.conſ. 274.n.2.

SVMMARIVM.

1 PRODIGI *contractus non firmatur iuramento modo aliquo.*

OPINIO DCLIX.

1 PRODIGVS, qui contractum iurauit in foro contentioſo,non obſtante tali iuramento aliter nō obligatur; & ſic huiuſmodi contractus non firmatur iuramento: ſecundum communem opinionem.quam quidem communem aiunt Alex. & Iaſ.in l.is cui bonis.ff de uerb.oblig. & Alciat. in c.cùm contingat. de iureiur. licèt ibi, & malè Ant.& Imol.ſentiant contrarium,& Roma.etiā, & Arc.in d.l.is cui bonis,eodem ſpiritu ducti,ſed ipſam communem cum aliis relatis per eum atteſtatur,ſequitur,& tuetur doctiſsimè Ripa.in d. l.is cui bonis.nu.57.& ſeq. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 PRAESCRIPTIO *non currit contra prodigum,& furioſum; & ſic eorum res præſcribi non poſſunt.*

OPINIO DCLX.

1 PRODIGI, ac furioſi res præſcribi non poſſunt;& ſic ſeruātur illæſi,& contra eos non currit præſcriptio aliquo modo:ſecundùm Glo.in l. 2. C. de cur. fur. quę concludit quòd l. fin. C. in quib. cau. in integrum reſt. non eſt neceſſ. diſponens quòd hodie res minorum non præſcribuntur,procedat quoque in furioſis, & prodigis.

& illam Glo.ſequitur Bar.in l. 1.ff.de bon.poſſ.in ſan.Bal.in l.infantis.q.3.C.qui admitti,& in d.l. fin.in 1.q.& ibi Caſtren.in princ.& Bal.in d.l. 2. vbi dicta Glo. extendit ad omnia beneficia minoribus competentia,& cùm ea concurrunt cæteri omnes ibi, & in effectu huiuſmodi opinio non habet contradictorem,& eſt communis. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 PROHIBITIO *alienationis per patrem facta filiis non extenditur ad nepotes,ſed procedit ſolummodò in ipſis filijs.*

OPINIO DCLXI.

1 PROHIBITIO facta filiis de non alienando, non debet extendi ad nepotes; & ſic prohibitio alienationis per patrem facta filiis duntaxat in ipſo filio procedit,& non trahitur ad nepotes:ſecundum tex.in §.nos igitur,& ibi Glo.in auth.de reſtit.fideicommiſſ.Bart.colum. fin. Alex. & Iaſ. num. 106.in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.1. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Dec.cum relatis per eum conſil.218.num.13.& conſ.377.num.5.& Dilectus in tract. de arte teſtandi tit. 8. de variis teſtatorum pręceptis.cautela 2.vbi meminit de prædicta communi, Cur. Iun.conſ.3.nu.1.Alciat.conſ.35.nu.3. 18. & 20. tomo.3.lib.9.& Laurē.Syluanus.conſ.6. nu. 25. Mantua conſ.194.nu.18.uol.1.& Soc. Iun. conſ. 13.num.10.vol.4. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 PROHIBITIO *alienandi extra familiam, cauſata etiam ex cauſa ſonante in perpetuū, & graduale fideicommiſſum, non inducit fideicommiſſum ſucceſſiuum de vno ad aliud gradatim, ſed fideicommiſſum caſuale in euentum contrauentionis. Et hoc procedit etiam ſi teſtator addidiſſet expreſſam rationem:quia uolebat ſemper remanere in maſculos deſcendentes.*

OPINIO DCLXII.

1 PROHIBITIO alienandi res extra familiam quantumcunq; caſuata, etiam cauſa ſonante in perpetuū, & graduale fideicommiſſum,nō inducit fideicommiſſum,niſi in caſum contrauentionis,ideſt non inducit fideicōmiſſum ſucceſsiuū de vno ad aliud gradatim, ſed fideicommiſſum caſuale in euentum conditionis dictæ contrauentionis duntaxat:ſecúndùm Glo.Dyn. Iacob. de Aret.

de Aret.& Bar.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.Bal. Ang.Imol.Caſtren.& Franc.Aret.in l.ſi ita quis. §.ea lege.ff. de verb. oblig. Imol. & Cuma. cum alijs ſignatis per eos in l.cùm pater.§.cùm inter. Cõis opin. ff.de leg. 2.Alex. & alios communiter in l.filiuſfam.§.Diui.ff.de leg.1.& in l.qui Romæ.§.cohæredes.colum.3.vbi etiam Soc.de uerb.oblig Ripam in d.§.Diui. num.119.cum alijs ſeq. & Albanus.num.137.Iaſ.col.3.& ſeq. & Dec. conſil. 218.num.14.& ſeq.conſ.322.num.6.& ſequen. conſ.422.num.7.& conſ.613.num.5.Soc. in l.ſi cognatis de reb.dub.Curt.Iun.conſ.22.Iaſ.conſ. 96.vol.4.& Dilectus in tract.de arte teſtandi tit. 8.de uarijs teſtatorum præceptis. caut.6.nume. 1.vbi meminit de huiuſmodi communi,& Iaco. Mandellus.conſ.54.num.1.& ſeq.

¶ Et hoc procedit etiam ſi teſtator addiderit expreſſam rationem,quia volebat ſemper rema nere in maſculos deſcendentes: ſecundùm Soc. conſ.257.col.1.vol.2.Ruin.conſ.227.nu.12.uol. 1.conſ.96.num.14.conſ.190.nu.20.&conſ.134. num..3& 16.vol.2.& Dec.d.conſ.327.num.7.& Lauren. Syluanus d.conſ.6. vbi ſub nu. 6. refert Cõis opin. iſtam eſſe communem opinionem,& Lauren.Syl uanus cum alijs infinitis relatis per eum conſil. 6.nu.26.ubi ita conſuluit, & expreſsit iſtam eſſe magis communem opinionem, ac obſeruari in practica.

SVMMARIVM.

1 *PROHIBITIO facta per contractum alienandi in caſibus, in quibus impeditur dominij tranſlatio, eſt adeò efficax, vt res ipſa prohibita minimè pro dote alienari queat.*

OPINIO DCLXIII.

1 PROHIBITIO facta per contractum alienãdi in caſibus, quibus impedit̃ dominij tranſlatio, eſt adeò efficax, vt res ipſa prohibita nec etiã pro dote alienari poſſet: vt eſt Glo. in l.nulla, circa finem. C.de iur. dot. quæ communiter ibi approbatur, & ſecundùm Alex. in l.filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg.1.non reperitur alibi. & ſecundùm Boer. deciſ.129.ſub num.4. & ſequen.non habet con- Cõis opin. tradictorem.& ſecundùm Moder. omnes expreſſius in d.§.Diui.communis eſt.

SVMMARIVM.

1 *PROHIBITIO alienationis non impedit rem prohibitam dari in cauſam dotis, & donationis propter nuptias pro matrimonio carnali.*

2 *Grauatus de reſtituendo, poteſt bona fideicommiſſi pro eius redemptione ab hoſtibus alienari in præiudicium ſubſtitutorum.*

3 *Prohibita res alienari; ſicut pro matrimonio carnali in cauſam dotis dari poteſt, ita etiam pro matrimonio ſpirituali, & pro ingreſſu monaſterij.*

OPINIO DCLXIV.

1 PROHIBITIO alienationis, licèt ualidè facta ſit,nihilominus non impedit rem prohibitã dari in cauſam dotis, & donationis ꝓpter nuptias: & ſic res ipſa prohibita alienari vt ſupra, in cauſam dotis pro matrimonio carnali dari poteſt:ſecundùm Cyn.Bal.& Salyc.in l. voluntas.C.de fideicom.& Bar.num.10.in l. filiuſfamilias.§.Diui.ff.de leg.1.cum quibus tranſeũt omnes Scriben.magis communiter: ut ſcribunt Cõis opin. ibi Iaſ.Crot.& omnes Moder.& Boer.deciſ.129. num.4. & Couarr. cum alijs ſignatis per eum in ſuis reſolutionibus lib.3.c.6.nu.10.in 2. caſu, & Capra.conſ.92.nu.12.

2 Vbi tenet hoc idem procedere in alienatione facta rei prohibitę pro redemptione ab hoſtibus perſonæ prohibitæ alienare.& idem firmat Bellonus.conſ.29.num.8.qui hoc limitat ibi.

3 Quam quidem communem ampliant Doct. etiam procedere in matrimonio ſpirituali, ſcilicet ſi mulier uellet dare dotem religioni, in quã ingrederetur :tunc quippè res prohibita alienari,ſicut pro matrimonio carnali in cauſam dotis dari poteſt: ita pro matrimonio ſpirituali,ſcilicet ſi mulier velit dare dotem monaſterio:vt cõcludunt Bar.Saly. & alij omnes in auth. res quæ. C. communia de leg.Crot. & cęteri Moder. in d. §.Diui. qui exclamant iſtam eſſe communem Cõis opin. opinionem,prout communis eſt,& veriſsima.

SVMMARIVM.

1 *PROHIBITA res alienari non poteſt publicari, & confiſcari; & ſic publicatis bonis hæredis prohibiti alienare, res ipſa prohibita alienari non tranſit in fiſcum, etiam durante vita prohibiti: ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd ob alienationem prohibitam non cenſeatur prohibita confiſcatio.*

OPINIO DCLXV.

1 PROHIBITA res aliqua alienari, vtiq; non poteſt, nec debet publicari, nec venit in generali publicatione, ſeu confiſcatione bonorum, etiam durante vita prohibiti alienare:& ſic publicatis bonis hæredis prohibiti alienare, res ipſa alienari prohibita non tranſit

tranſit in fiſcum etiam durante vita prohibiti: vt voluerunt Bartol. & cæteri per illum textum, in l. Imperator. ff. de fideicom. liber. Bal. in l. Papinianus. §. meminiſſe, per illum tex. in 2. not. ff. de inoff. teſtam. Iaſ. in l. ſi duobus. §. ſed quia noſtra in 1. not. C. communia de leg. Roma. & alij omnes in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infect. Alex. conſ. 23. volum. 1. Soc. conſ. 121. col. 4. vol. 4. Dec. cum alijs ſignatis per eum, conſil. 442. in cauſa, in qua. colum. 5. & Curt. Iun. conſ. 120. præſupponitur in facto. col. 4. qui docet iſtã

Cõis opin.

eſſe communem opinionem, & ſequitur etiam cum allegatis per eum, & citat quoque Cotta in memorali in uer. Teſtamentum in quo pater, il 2. colum. 2. & Ruin. etiam conſulendo. conſ. 129. num. 4. & ſeq. volum. 2. & conſ. 25. num. 10. uol. 5. Boer. deciſ. 268. num. 6. & Soc. Iun. conſil. 49. num. 8. vol. 3. Pro qua faciunt multæ rationes adductæ per Alexan. in d. conſ. 23. Et facit quoque; quoniam qui non poteſt alienare, non poteſt ſimiliter delinquendo facere, vt ſequatur alienatio: prout ita firmando arguit Cepoll. conſil. 55. caſus qui oritur in 2. dubio. inter ciuilia.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd ob prohibitionem alienationis cõfiſcatio bonorum non impediatur; & ſic quòd prohibitio alienationis fiſco non videatur nocere: inclinauit Alciat. conſuleudo per aliquas leuiſsimas, & frigidiſsimas rationes. conſ. 211. in teſtamento Magnifici Ioannis Franciſci. tomo 3. lib. 9. nume. 3. vbi affirmat ex ſemetipſo, & falsò quidem

Cõis opin.

iſtam eſſe magis communem opinionem. qua reiecta, tanquàm in aere fundata, noli autem in deciſiuis recedere à dicta prima ſententia communi tanquàm in iure veriſsima, & optimis quidem fundamentis roborata.

SVMMARIVM.

1 *PROHIBITVS alienare extra familiam ſi non foret de liberis teſtatoris, filias dotare nequiret: ſed quando filius ſit, poſſet bona prohibita alienare ex cauſa neceſſaria non ſolùm in dote propriæ filiæ, verùm in dote neptis etiam.*

2 *Alienari non poſſunt pro dote bona feudalia, ſeu bona prohibita alienari per teſtatorem pro dotibus: quia prohibitio ipſa teſtatoris de non alienando præiudicat fœminæ dotandæ, etiam ſi illæ eſſent de liberis, & de deſcendentibus eiuſdem teſtatoris.*

3 *Vaſallus non poteſt dare feudum in dotem filiæ.*

4 *Frater in Regno Neapolitano non habens bona mobilia, vel hæreditaria ſufficientia ad dotem competentẽ, poteſt dare feudum in dotem ſorori.*

5 *Pater in Regno Neapolitano carens bonis ſufficientibus ad dotem competentem, poteſt dare feudum in dotem filiæ ſuæ.*

6 *Prohibitus alienare extra familiam, poteſt inſtituere filias, ac eis ab inteſtato relinquere.*

7 *Prohibitus alienare nõ impeditur alienare pro alimẽtis.*

OPINIO DCLXVI.

1 PROHIBITVS extra familiam alienare, ſi non eſſet de teſtatoris liberis, vtiq; filias dotare nõ poſſet; & ſic ex neceſſaria cauſa dotis nedum in dote propriæ filiæ, ſed etiã in dote nepotis poſſent ipſa bona prohibita alienari: ſecundùm Bar. Bal. col. 3. Caſtren. & omnes communiter in authen. res quæ. C. cõmunia de leg. Fabian. de Monte in tracta. de empt. & vend. in 4. q. prin. nu. 41. Couarr. cum alijs ſignatis per eum, vbi meminit etiam de communi in ſuis reſolutionibus lib. 3. cap. 6. nu. 10. in 1. caſu. Crot. nu. 66. & Rip. nu. 75. in l. filiusfa. §. Diui. ff. de leg. 1.

Cõis opin.

2 Sed hoc non procedit in re feudali, vel quando ex expreſſa teſtatoris diſpoſitione res illa eſſet prohibita alienari, etiam pro dote: tunc enim alienari, ſeu in dotem dari res ipſæ prohibitæ in huiuſmodi caſibus non poſſunt: ſecundùm Bald. in c. 1. §. donare. 1. not. per illum tex. in tit. qualiter feud. alien. poſſ. & ſequitur Alex. in d. authen. res quæ. & conſ. 56. col. 1. volum. 1. Soc. in l. 3. §. res quæ. colum. 4. ff. ad Trebell. & conſil. 49. col. fin. volum. 1. & col. penul. fallen. 6. & Boer. deciſ. 129. ſub nu. 4. & Couuarru. cum relatis per eum in ſuis reſolutionibus lib. 3. cap. 6. num. 10. in 3. caſu. in quibus apparet iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

¶ In cõtrariam verò partem, videlicèt, quòd bona prohibita alienari poſsint contra mentem teſtatoris expreſſam alienari, & obligari pro dote; & ſic dicta expreſſa teſtatoris prohibitio de non alienando non præiudicaret fœminæ dotandæ, ſi illę eſſent de liberis, & de deſcendẽtibus ipſius teſtatoris: iuit Caſtr. conſil. 80. vol. 1. quem ſequitur Iaſ. in d. auth. res quæ circa finem, & latè diſputando tuetur hanc ſententiam, & ei inhęret quoq; Berous in ſuis quæſt. q. 110. Verùm bona ſubiecta fideicommiſſo.

3 Et licèt Iaſ. in d. auth. res quæ. num. 26. communem eſſe opinionem aſſerat, quòd vaſallus feudũ non poſsit dare in dotem filię, & in ſecundo caſu quando teſtator prohibeat expreſsè, & ſpecificè alienationem etiam ex cauſa dotis non valere; nihilominus idem Iaſ. ſibi contrarius in l. filiusfamilias. §. Diui. col. 9. & 11. ff. de leg. 1. inhęſit dictæ primæ opinioni communi, etiam in ſecundo caſu, quòd res prohibitæ ex expreſſa mente teſtatoris alienari pro dotibus non poſsint aliter alienari, nec in dotem conſignari: & ſecundum iſtam communem opinionem tanquàm tutiſsimam, atque veriſsimam in deciſiuis tranſeundum eſt.

Cõis opin.

4 Sed benè verùm eſt, quòd in Regno Neapolitano frater poteſt, non habens bona mobilia, vel hæreditaria ſufficientia ad dotem competentem, feudum dare in dotem ſorori: ſecundùm

conſtitu-

conſtitutionem Fratribus lib. 3. rubrica 14. vbi Affliƈ. & alij Scrib.

5 Quam conſtitutionem conſulendo vtiliter ampliat procedere etiam in patre, Loffr. conſ. fi. ideſt 52. num. 61.

6 Item prohibitus alienare extra familiam, poſſet inſtituere filias, ac eis ab inteſtato relinquere; & ſic iſte prohibitus non impeditur inſtituere ſibi uenientes ab inteſtato; licèt non ſint de familia, ſicut ipſa ſucceſsio ab inteſtato non prohibetur: ſecundùm Glo. communiter receptam in l. pater filiam. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. cui inhærent Bar. & alij in l. cum pater. §. cùm inter. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 56. volum. 1. colum. fin. & conſ. 23. volum. 2. ubi perhibent iſtam eſſe communem ſententiam, & Dilectus quoq; cum alijs citatis per eum in tract. de arte teſtandi tit. 8. de varijs teſtatorum præceptis. cautel. 6. num. 2. & ſeq. Soc. Iun. conſ. 30 num. 11. volum. 4. & Ruin. conſ. 143. nu. 2. & ſeq. volum. 3. & conſ. 203. nu. 3. 15. & 17. volum. 2. *Cōis opin.*

¶ Pro contraria uerò parte, videlicèt prohibitum de non alienando non poſſe relinquere eiſdem filiabus ex teſtamento uel ab inteſtato, cõſuluit Raph. Fulg. conſil. 117. & Dec. conſil. 23. vbi conſuluit contra matrem, & Crotus in d. §. Diui, ait hanc opinionem uerißimam eſſe in pũcto iuris, & quòd ita conſuleret & iudicaret, & ibi quoque Rip. num. 96. & ſeq. dicit hanc. q. eſſe pro amico. Tamẽ reor non fore tutum in iudicãdo recedere à communi prædicta, ob rationes memoratorum conſulentium, quorum rationibus, & fundamentis uolens ſequi communem facilè reſponſum accomodare poſſet.

7 Item pro alimentis quoque: vt conſuluit Bal. conſil. 50. uiſo teſtamento. col. fin. uol. ultimo.

SVMMARIVM.

1 *OFFICIALIS, ac Iudex prohibitus exigere, & accipere aliquid in officio, durante ipſo officio non poteſt quicquam capere etiam à ſponte ſoluentibus, & tradentibus.*

2 *Officiales in Regno Neapolitano non poſſunt recipere munera cuiuſcunque generis nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas, nec etiam res comeſtibiles magnas, nec paruas, etiam à ſponte dantibus.*

3 *Officiales non ſolùm manus à lucro pecuniæ, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes habere debent.*

4 *Auari ſimilitudo.*

5 *Auaritia, & amor pecuniarum peior eſt omni peccato.*

6 *Cupiditas omnium criminum materia eſt, & omnium malorum radix, & ipſa cupiditas Chriſtum vendidit.*

7 *Officiales impij magis alienum panem manducant, quàm ſuum.*

8 *Theſauri iniuſti nihil proſunt.*

9 *Cupiditatis dæmoniacç, ferreum, & intolerandum imperium.*

OPINIO DCLXVII.

1 PROHIBITVS officialis principaliter ob bonum publicum, ac fauore reipublicæ exigere, vel accipere, nõ poteſt quicquam capere etiam à ſponte ſoluentibus, tradentibus, vel præſtantibus: ſecundùm Glo. in c. exigit de cenſib. in 6. in ver. volente. per text. ibi, Bartol. Dec. & Cagnol. nu. 2. cum alijs ſignatis per eum in l. inuitus nemo. §. fi. ff. de reg. iur. Glo. in l. 2. in ver. ſed pręſtari. ff. de orig. iur. & Couarru. copioſè in c. quamuis paƈtum de pactis in 2 parte. §. 3. in fin. & iſta eſt communis opinio, quam latè, & vtiliter declarat Couarruuias ibi. *Cōis opin.*

2 Et ita in Regno Neapolitano determinat pragmatica Caroli Quinti, inchoãte, Quis neſcit munera, & pragmatica ſequen. Gubernatores, in quibus mandatur expreſsè, ut officiales recipere nequeant munera cuiuſcunque generis, nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas, nec res comeſtibiles magnas, nec paruas etiam à ſpontedantibus.

3 Imò officiales non tantùm manus à lucro pecuniæ, uerùm oculos etiam à libidinoſo aſpectu continentes habere debent: atteſtante Boerio cum alijs aggregatis per eum deciſ. 153. nu. 1. & ſeq. ſed quis eſt hic, & laudabimus illum?

4 Ideò ò officiales, & iudices omnes cauete ſicut ab igne, & peſte ab omni auaritia: quia ut dicitur Lucæ 12. Non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis huberes fructus ager attulit: & cogitabat intra ſe dicens, quid faciam: quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciã, Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autẽ illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autẽ paraſti, cuius erunt? ſic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.

5 Et ut ait Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 41. omni peccato peior eſt auaritia, & amor pecuniarum. Vnde & per Salomonẽ dicitur Eccle. 10. Nihil eſt ſceleſtius, quàm amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem facit: quoniam in vita ſua proiecit intima ſua.

6 Cupiditas omnium criminũ materia eſt. Vnde Apoſtolus 1. Timot. 6. Radix omniũ malorũ cupiditas eſt: quam quidam appetentes, errauerunt à fide: ſi ergò ſucciditur radix criminum, non pullulant cęterę ſoboles peccatorum. Multi cauſa cupiditatis terrenæ, etiam ipſam fidem abnegauerunt. Cupiditas enim Chriſtum vendidit. nam & pleriſq; tãtùm in rebus alienis eſt de-

eſt deſiderium, vt etiam homicidium perpetrare non vereantur, ſicut Achab, qui appetitu cupiditatis ſuæ, ſanguinis expleuit effuſionem. Sępe iniqui mala quę concupiſcunt aſſequuntur, quatenus de affectu mali deſiderij fortius puniantur.

7 Et ex quo uidi aliquos officiales, qui magis alienum panem manducant, quàm ſuum, & raptu uiuunt, & rapinis ſumptum exercent ſuum: ideò hoc ſcribo, vt cognoſcatis uindicem eſſe Dei iuſtitiam, quæ lachrymas pauperum ueſtro ulciſcatur ieiunio.

8 Et aduertite quòd nihil proſunt theſauri iniuſti, iuſtitia autem liberat à morte: meritò clamat Propheta Pſal. 62. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. quid enim mihi proſunt, ſi me à morte liberare nó poſsũt? quid mihi proſunt, ſi mecũ poſt mortẽ eſſe non poſſunt? hic acquirũtur ſomniũ igitur loquimur, non patrimoniũ, ideò fit iuſto Dei iudicio: ſecundùm Proſperum lib. 2. de vita contemplatiua. c. 15. vt qui cupiditati reſiſtere noluimus ingreſſuræ, iam reſiſtere nequeamus ingreſſæ.

9 O intolerandum dæmoniacæ cupiditatis imperium, vt ex hoſtibus ſuis, quos poteſt vincere, victores faciat ſuos. promittit ingẽtia, & bonorũ temporalium pollicitatione deceptos, impellit iam miſeros, & miſerandos in turpia. tenet nos lucrorum pœnaliter dulcium catenis addictos, & in ſua ditione captiuos: nec trahit inuitos, ſed quod eſt deterius quocunque voluerit, uolentes ducit. vaſtat in nobis quicquid verecundiæ, aut pudoris inuenerit; & quos ſuis triumphis addixit, adhuc tanquam reſipiſcendi ſuſpectos omnibus uiribus honeſtatis exarmat, ne quando contra eam, qui bellare noluimus rebellemus, rapit nos, ac paſsim per omnia acquiſitionum genera cupidos acquirendi diſpergit.

SVMMARIVM.

1 PROMISSIO *facta per verba generalia, & adulatoria non inducit aliquam obligationem.*

2 *Promiſsionibus Magnatum conſueuere Aduocati nullam adhibere fidem.*

3 *Confidendum non eſt in Principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.*

4 *Prouerbium triuiale,* Corteſia di bocca, molto vale, & poco coſta.

5 *Simplices ſunt illi, qui ſuaſionibus credunt.*

6 *Iurans iocosè obligatur ſaltem ad veniale peccatum.*

7 *Iurans temerariè an obligetur ad veniale, vel mortale peccatum remiſsiuè*

8 *Verba adulatoria ad honoratum relata diſpoſitionem inducunt fauore libertatis, & illa met verba habent vim etiam diſpoſitionis in omnibus pijs cauſis.*

OPINIO DCLXVIII.

1 PROMISSIO facta per verba generalia, & adulatoria non inducit obligationem aliquam: ſecũdùm Io. And. Cardin. Ant. Ioan. de Imol. Abb. & cęteros omnes, in c. cùm veniſſent, per text. ibi de inſtit. & Bauerium in §. planè, circa fin. inſtit. de teſt. milit. per illum tex. & Tiraq. cum alijs aggregatis per eum in tract. de priuilegijs piæ cauſę. priuilegio 51. quia uerba hęc non ſunt appicicatoria. Cùm licitum ſit ſeruire de uento: ut per præcitatos Doct. & Alexan. in l. ita ſtipulatus. *la grande.* ff. de uerb. oblig. nu. 5. & ſeq. Iaſ. in l. Titia. num. 33. eod. tit. & Affl. in tract. de iure protomiſeos. §. 1. nu. 9. fol. par. 85. Et hinc eſt, quod ſi poſtulo à Titio, uis dare, ſeu donare mihi talẽ rem, & ipſe reſpondeat non modò rem iſtam, ſed etiam quęcunque habeo, & quicquid tibi placebit: tunc profectò ex iſtis uerbis generalibus nõ naſcitur obligatio; & petens ex huiuſmodi reſpõſione non poſſet ſe fundare aliquo pacto, etiam ad petendam illam rem ſolam: cùm promiſsio prædicta per illa uerba nulla reddatur. d. c. cùm ueniſſent. per quem text. ita uoluit Bald. in concluſionibus iuris. Rom. in rub. ff. de arb. & Alex. in d. l. ita ſtipulatus nu. 5. cum alijs ſignatis ibi per eum, & Franc. Curt. Iun. in l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. empt. & And. ab Exea, in tract. de pactis in 1. par. nume. 271. fol. par. 228. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Et quòd hæc communis ſit, conſtat pariter apertiſsimè ex congeſtis per Alexan. in d. l. ita ſtipulatus. num. 5. *Cõis opin.*

2 Ideò ob hoc cautè agunt aduocati, qui nullam fidem adhibẽt promiſsionibus Magnatum: ut eis ſuadent Io. And. in add. Spec. in tit. de Aduoc. §. hic dicendum.

3 Et refert Afflict. in d. §. 5. nume. 9. & Pſalmus 147. dicens: Nolite cõfidere in Principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus, exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam, in die illa peribunt omnes cogitationes eorum.

4 Et illud quoq; quod uulgari prouerbio dicitur. *Corteſia di bocca, molto vale, & poco coſta.* & deniq; ſcripta per Neuiz. profuſius in Sylua nupt. lib. 4. ſub num. 41. & Guil. Pepin. in ſermonib. quadrageſ. ſuper Epiſtola: Hæc dicit Dominus Deus, Maledictus homo, qui confidit in homine. feria 5. poſt 2. Dominicam quadrageſimæ. fol. par. 36.

5 Quoniam pluſquam ſimplices cenſentur illi, qui ſuaſionibus credunt: ſecundùm Bald. in l. 1. in prin. C. ne filius pro patre.

6 Et licèt uerba animo iocandi prolata, nõ ſint in conſideratione, nec obligent; nihilominus iuramentum iocosè prolatum obligat, ſaltem ad veniale peccatum. Glo. in c. nam. 3. fin. 25. diſtin.

7 An autem iuramentum temerarium obliget venia-

venialiter, vel mortaliter. Et dic vt per Glo. Archid. in c. Archidiaconum Florentinum. 85. diſt. & per Abb. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori part. capit.

8 Fallit etiam antedicta communis ſecundò locum non obtinere, ubicunque adulatoria verba relata reperirentur ad honoratum: tunc quippè fauore libertatis diſpoſitionem inducerent. Et ſic ſi teſtator diceret ſeruo ſuo: ſcio, quòd filius meus tibi gratiam conſeret. hæc quidem verba abſque dubio aliquo uim relictæ libertatis haberent, inducerentq; libertatem ipſam, teneretur que filius ſeruum prædictum manumittere: vt firmant Bal. & Benedict. Plum. per text. ibi in l. Paulus reſpondit. §. Paulus. ff. de fideicom. liber. quem promit propagare radices ſuas, & conſequenter extendere etiam propriam uim, & virtutem ad omnem piam cauſam, Rom. in rub. ff. de arbit. in 26. ſpeciali, & Tiraq. in tract. de priuilegijs piæ cauſæ priuilegio 51. in fin.

SVMMARIVM.

9 *PROMITTENS dare ſcacchum mattũ cum pedina, non cenſetur ſatisfeciſſe ſuæ promiſſioni ſi daret ipſum ſcacchum cum pedina facta Regina: ſecundùm vnam communem opinionẽ, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd promiſſor iſte videatur ſuæ promiſſioni adimpleuiſſe, & viciſſe dando ſcacchum mattum cum pedina effecta Regina.*

OPINIO DCLXIX.

1 PROMITTENS dare ſcacchum mattum cũ pedina, ſi tunc daret cũ pedina facta Regina, non impleretur, ſeu verificaretur eius promiſſio: & ſic non cenſeretur ſatisfeciſſe eius promiſſioni: cùm aliter de ducatur pedina, quàm Regina: ſecundùm Bar. in l. legatis. §. ſi ex officio in fin ff. de leg. 3. Cyn. in l. 2. de ſuſpect. tut. Bald. Imol. Caſtren. Soc. in l. falſa. §. 1. ff. de cond. & demoſt. Ang. in l. ſi longius. §. fin. ff. de iud Alber. in l. clam poſsidere. ff. de acquir. poſſ. eundem Bar. in l pen. ff. de ſenat. num. 2. Lauren. Fauen. de cap. di. in prin. Puteũ in tracta. de ludo. ſub n. 60. Dec. in c. quoniã, ubi Abb. num. 70. & ſeq. de offic. deleg. vbi ait iſtam opinionem eſſe ueriorem, & Card. Albanus, illuſtris doctrina, & ſanctitate in lucubrat. ad Bart. in d. l. pen. num. 2. & ſeq. ff. de ſenat. & ita extitit Paduę determinatum: teſte Steph. Coſta in tract. de ludo. in §. ſuccedit modo uidere. num. 31. & ſeq. ex quibus quidem patet iſtam eſſe magis communem opinionem, & ita etiam meminit expreſsiſſimè de huiuſmodi magis communi ſententia, eiq; ſimiliter inhærendo Franc. Marzarius conſ. 25. ſuper controuerſias inter Illuſtriſsimos, & Excellentiſsimos Alfonſum Ferrariæ, & Coſmum Florentiæ Duces. fol. 244. verſ. Sed nec omittenda eſt deciſio notabilis ad propoſitum.

Cõis opin.

¶ In contrariã verò partem inclinauit Iacob. de Aret. in d. l. pen. ff. de ſenat. & Imol. in d. l. falſa. §. 1. ff. de cond. & demonſt. ubi perhibet iſtam eſſe communem, & ſequitur etiam Abb. in d. c. quoniam, cum quadam diſtinctione, videlicèt, quòd ſi promiſiſſet quis dare ſcacchũ mattum de aliqua certa pedina: tunc cenſeretur ſatisfeciſſe eius promiſsioni: ſi verò ſimpliciter, & indefinitè cum pedina, non diceretur adimpleuiſſe conuenta. Nihilominus reiecta opinione Iacobi de Aret. Abb. & aliorum, in deciſiuis noli recedere à dicta ſententia Bar. & ſequacium, tanquam realiter receptiori & ueriori, quòd indiſtinctè promittens dare ſcacchum mattum cũ pedina non videatur eius promiſsionem adimpleuiſſe, & viciſſe ſi dederit cum pedina effecta Regina: prout & hoc firmat etiam in caſu ſimili Portius in §. ſingulorum ſub num. 9. inſtitut. de rerum diuiſ. Cõis opin

SVMMARIVM.

1 *PROMITTENS ſe facturum, & curaturum factum alienum, ſi fecerit quicquid potuit, non tenetur ad principale factum, nec ad intereſſe, dato etiam ſi promiſerit ſe facturum, & curaturum cum effectu.*

2 *Promittens factum alienum ſub pœna, non tenetur ad pœnam vbi fecit quicquid potuit, vt impleretur factum.*

3 *Promittens factum alienum cum iuramento non tenetur de periurio, ſi fecerit quantum potuit.*

4 *Promittens ſe facturum & curaturum, ſi non fecit id ad quod tenetur quamprimum potuit, conſtituitur in mora abſque interpellatione aliqua.*

5 *Promittens factum alienum & intereſſe, & quòd non vult poſſe excuſari feciſſe omnem ſuum conatũ, quòd principalis obſeruabit, ſed vult teneri de ſuo proprio ſoluere, & obſeruare promiſſa, tenetur ad intereſſe promiſſum, etiam quòd fecerit poſſe ſuum.*

OPINIO DCLXX.

1 REDDITVS, ſeu cenſus annui ſi perpetui ſint, computãtur & connumerantur inter bona immobilia: ſecundùm Bal. in l. hac edictali. §. his illud. col. 2. C. de ſecund. nup. & in auth. ingreſsi. num. 19. & in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. per l. fin. ff. quorum bonorum, Afflict. in tract. de iur. prothomiſ. in prin. nu. 6. & Rolan. à Valle conſ. 54. num 6. & 28. uol. 2. Bellonũ cõſ. 23. proponitur in facto quòd anno 1513. num. 9. & Menochium conſ. 29. non parùm ſubſtiti in hac cauſa. nume. 16. uol. 1. quia de huiuſmodi redditu perpetuo, ſeu ad longum tempus ſuper re immobili, non iudicatur tanquàm de pecunia, ſed vtì de re immobili. d. l. hac edictali. §. his illud in uer. Immobilium. & l. iubemus nulli. in uer. Annuas ciuiles. C. de ſacroſan. eccle. & ibi Doct. Et ita intelligitur etiam Clem. exiui de paradiſo. §. cumque annui redditus. de uer. ſignific. vt per Feder. de Senis. conſ. 12. Fratres prædica-
Cõis opin. tores. & iſta eſt concors, & communis Doct. ſententia: vt per Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 1. Gloſ. 6. num. 3. Ant. Gabriel. in ſuis concluſionibus in tit. de verb. ſignif. concluſ. 8. & Benedictum Bouium in tract. de cenſib. art. 5.

2 Si uerò ipſi annui redditus eſſent temporales ad modicum tempus duraturi: tunc profectò connumerarentur inter bona mobilia, & uenirent appellatione mobilium: vt firmauere Bal. in d. §. his illud, Tiraq. in d. tracta. de retract. §. 1. Glo. 6. nu. 7. & in Gloſ. 14. nu. 119. Ant. Gabriel. in d. concluſ. 8. limit. 2. num. 3. Barbat. conſ. 22. col. 3. lib. 3. Caſſan. ſuper conſuetud Burgundiæ. fol. 203. rub. 5. §. 1. ſub nu. 4. Iacob. Menoch. de arbitrariis lib. 2. centuria 3. caſu 233. & inſignis Dominus meus Follerius in tract. de cenſib. fol. 163. num. 32. & Afflict. in d. tract. de iur. prothomiſ. in prin. ſub num. 6. & iſta eſt communis opi Cõis
nio: vt per Benedict. Boui. artic. 15. in fin. d. tract. opin.
de cenſibus. & ita conſuluit Boer. in conſ. 2. & vltimo. col. 3. & ſeq. ver. Venio ad tertium, an præfata mater, poſito poſt lecturam Dyn. de reg. iur. in fi. Et ita vidi ſimiliter conſultum in iſtis propriis terminis de pręſenti menſe Aprilis 1573. et doctiſsimè, & copioſiſsimè quidem per diſertum, & doctum D. Valẽtem Carlutium de Ciuitate Ducali vtì fratrem colendiſsimum, ſuper quadam controuerſia uertẽte inter monaſterium, ſeu hoſpitale Sancti Hieronymi de eadem Ciuitate Ducali, & Magnificam D. Martham, olim uxorem Capitanei Pandulphi, cui cõſilio à partibus ipſis requiſitus tanquàm optimis iuribus, & realiſsimis fundamentis vallato me ſubſcripſi, vnà cum præclariſsimo D. March Antonio Burghenſi Senenſi Sacræ Aulæ conciſtorialis aduocato decano, & ita iudex præſentis cauſæ Reuerẽdiſsimus D. Pamphilius Pyrotta Epiſcopus Ciuitatis Ducalis iudicauit, mediante diffinitiua ſententia promulgata ſub die 13. menſis Nouẽbris 1574. ad fauorem prædictæ Dominæ Marthæ, quòd cẽſus ſuper quibus controuertebatur, pertinebant ad ipſam D. Martham, cui omnia bona mobilia donata fuerant.

3 Item pecunię quę ponuntur in montibus cõnumerantur etiam inter prędicta bona mobilia: vt per Ruin. conſ. 82. vol. 2. & Ant. Gabriel. in d. concluſ. 8. in fi.

4 Nec non pecuniæ deſtinatę ad emẽdum fundum vel redditum, computantur quoque inter bona mobilia: ſecundùm magis communem opi Cõis
nionem citatam, & relatam per Boer. deciſ. 209. opin.
Tiraq. in tract. de retract. §. 1. Glo. 7. num. 103. & 106. & Ant. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de præſumpt. concluſ. 12. nu. 19. per Illuſtrem D. Hippolytum Riminal. conſ. 56. num. 81. vol. 1. Soc. Iun. conſ. 120. nu. 18. vol. 1. & Pinel. in l. 1. part. 2. num. 44. C. de bon. mat. & per Ang. de Clauaſio in ſua Summa Angelica in uer. Alienatio. nu. 5. uerſ. Vtrum pecunia, ubi limitat cõem iſtam.

5 Similiterque in legato mobilium ueniunt etiam pecunię. Specul. in tit. de fruct. & inter. uerſic. Sed pone pręlatos. Dec. conſ. 381. & Tiraq. teſtatur iſtam eſſe communem opinionẽ in d. tra- Cõis
cta. de retract. §. 1. Gloſ. 7. nu. 105. per tex. in au- opin.
then. de nuptiis. §. & quia parum, & Doct. in l. eademum. C. de collat.

6 Itidem animalia ſunt etiam mobilia. l. 1. & ſeq. C. de uer. ſignifi. Tiraq. in d. §. 1. Gloſ. 7. nume. 118. & Dec. in d. conſ. 381.

7 Et licèt boues aratorij ſimiliter inter mobilia bo-

lia bona computentur: vt per Bal.& Saly.in l.1. C. de ſer.fug.nihilominus cenſentur inſtrumenta fundi.

8 Et ideò fundo legato veniunt ipſi boues, tanquàm inſtrumentum, ſi in fundo erant & ad eũ cultiuandum parati.l. item ſi fundus. §. ſeminarios.ff.de vſufruct.ubi Ang.& Flo. & not. Barth. Cepol.in tract.de ſeruit.in tit.de vſufruct. & Bertachi.in ſuo repert.in uer.Bos.

9 Et hinc ego dicebam in facti contingentia, quòd ſi reſignanti epiſcopatum in manibus Papæ fuerint donata ſpolia, & bona &c. quòd non poterit amouere de epiſcopatu boues aratorios, qui cenſentur inſtrumentum fundorum, pro quibus cultiuandis empti fuerant:argumen.d.§.ſeminarios, & quod ibi notatur. Nam beneficiatus,& epiſcopus æquiparantur vſufructuario: vt per Gloſ.in c. præſenti. de offic. ord. in 6. in ver. Reſeruari.Et ſicuti vſufructuarius præfertur hæredi in bobus aratoriis: ita & in caſu propoſito ſucceſſor præfertur illi,qui renũciauit. Et ad hoc benè facit text. in c. nulli liceat. 12. q. 2. in uer. Reſeruari.cum ibi notatis per Archid. Nam animal deputatum ad vtilitatem eccleſiæ ſanctum ſanctorum efficitur.

10 Sed in ſpecie præmiſſa cenſus, de quibus ſupra longo ſermone pertractauimus,& multiplici contentione diſputauimus,concludendum eſt non comprehendi ſub donatione,de qua agitur: nam tunc dubitatur, vtrum ſub mobilibus, an ſub immobilibus contineantur, quando neceſſe eſt cẽſus, & annuos redditus huiuſmodi ſpeciei, vel mobilium, vel immobilium applicari. quo nempè caſu vera, & communis diſtinctio eſt, ut quãdo ſunt impoſiti ſuper aliqua re ſtabili, tametſi redimi poſsint à domino rei,cui inhærent,applicentur ſpecies immobilium: quia cohærentia facit, vt habeantur in omnibus pro immobilibus.Bal.in c.1.col.2.num.5. de contr. int. vaſal. & epiſ.& in c.1.§.ſciendum. de feud. cogno. vbi etiam Aluar.num.5.Alber.Alex.& Soc.in l. ſciẽdum.in prin.qui ſatiſd. cogã. & proptereà datur pro eis remedium,etiam poſſeſſoriũ: vt ait Bald. & alij Doct.prædicti,quamuis pro iuribus incorporalibus non detur.l.fin.ff.quor. bonor. Quando autem non ſunt ſuper aliqua re ſtabili impoſiti,ſed debentur ſolùm ratione obligationis perſonalis:tũc ſi ſint duraturi ad modicum tempus, applicantur ſpeciei mobilium : & in his poteſt procedere conſ. Boerij.3. & notatur à Caſſan. in conſuet.Burgund.rub.5.§.1.*Des rentes viduës*, qui loquuntur in diſpoſitionibus, in quibus neceſſe eſt,cenſus ſpeciei mobilium,vel immobilium applicare, non autem in eis, quę ſubſiſtunt per ſe abſque eo,quòd cenſus comprehendant.Si uerò ſint perpetui, vel ad longum tempus, applicantur ſpeciei mobilium.Clemen.exiui de paradiſo. de ver.ſignifi.& §.hæc ergò.auth. de non alie. Feder.de Senis conſ.12.Abb.in c.nulli.de reb.ecc. non alien.nume.9.Marian.Soc.Sen.in tracta. de

Cõis opin.

oblat.in 8.libell.nume. 5.Sed ſi diſpoſitio ſit huiuſmodi,quæ per ſe ſubſiſtat abſque eo, quòd cõprehendat cenſus,& iura:tunc vtique diſpoſitio loquens de mobilibus,clarum eſt, quòd nunquã comprehendit annuos redditus cuiuſcunque generis ſint:quia tangi nequeunt,nec uideri, & cõſequenter,nec moueri . Cæterùm ſi loquatur de immobilibus,& mobilibus, uel de immobilibus tantùm:tunc de eo controuertunt Doctores, vtrùm contineantur appellatione immobilium, vel potius intelligantur non comprehendi, ſed manere extra diſpoſitionem in tertia ſpecie iurium,& actionum.& eo caſu, quo concluditur, eos non contineri ſub immobilibus, receptiſsimum eſt non uenire in diſpoſitionem, at ceſſare diſpoſitionem in ipſis, tanquàm in tertia ſpecie. Et ita intelligendi ſunt omnes,qui in diſpoſitione,quæ per ſe ſubſiſtit, ſcribunt cenſus appellatione immobilium non contineri, uidelicet, quòd non contineantur ſub immobilibus, ſed neque etiam ſub mobilibus, verùm remaneant ſub tertia ſpecie extra diſpoſitionem : nam aſſerere hoc caſu illos comprehendi ſub ſpecie mobilium eſt abſurdiſsimum,& contra leges ipſas,& omnium Doctorum mentem in d.c.nulli.& in d.c.1.§.ſciẽdum, & in d.l.ſciendum in prin.qui ſatiſd cogã. & aliis in locis ſignatis per Tiraq.de retract. con ſan.§.1.Glo.6.nu.3.& ſeq.

¶ Et licèt aliqui Doctores per tranſcurſum in eis caſibus, in quibus diſpoſitio per ſe ſubſiſtebat abſque eo,quòd comprehenderet cenſus, & de eo dubitabatur, vtrum continerentur ſub immobilibus, ſcripſerint contineri ſub mobilibus: vt Barbat. conſ. 22. uolu.3. tamen eorum mens fuit oſtendere,quòd non continebantur ſub immobilibus:quia de hoc quærebatur, non autem decidere, quid comprehenderetur ſub mobilibus,quod iuri repugnat . Nec enim refert, quòd pecunia,etiam emptioni parata,cõtineatur ſub mobilibus:quoniam hęc pecunia tangi,& uideri poteſt,ſed cenſus longè diſtant à pecunia,uidelique,& tangi nequeunt. Idcircò quando diſpoſitio ſubſiſtit abſque eo,quòd cenſus comprehendat,faciunt tertiam ſpeciem, ſi qua ratio perſuadet,ne ſub immobilibus contineantur

SVMMARIVM.

1 RELEGATIO *non eſt pœna capitalis, & tam ipſa relegatio,quàm omnis pœna, qua corpus acriter affligitur dicitur de mero imperio paruo, & minimo.*

2 *Fur pro leuibus furtis non eſt torquendus.*

3 *Furtum ubi excedit auguſtalem, poſſet torqueri in Regno Neapolitano fur , & puniri pœna abſciſsionis manus.*

4 *Pœna mutilationis alicuius membri æquiparatur pœnæ mortis.*

5 *Pœna abſciſsionis membri eſt de mero imperio maiori.*

6 *Pœna abſciſsionis membri ex diſpoſitione iuris municipalis*

cipalis commutari poteſt, ſtante, & concurrente pace, & remiſsione offenſi.

OPINIO DCLXXXIV.

1 RELEGATIO non eſt pœna capitalis; & relegatio ipſa, ac omnis pœna, qua mediante corpus acriter affligitur, dicitur de mero imperio paruo, & minimo; ſecundùm Bar. num. 10. & alios omnes in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. cuius opinionem ſequuntur etiam Iaſ. ſub nu. 24. Dec. & Bolognet. num. 78. & Cagnolus cum aliis aggregatis per eum. nume. 131. cum aliis ſeq. & Ioã. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 10. Ad hoc vt noſtrorum bona fidelium. nu. 140. vbi fatetur poſt Mod. in d. l. Imperium, iſtorum opinionem etiam communem. Cõis opin.

2 Et hinc prædicti Doct. in locis pmiſsis cõcludunt pro leuibus furtis furem non fore torquendum: prout ita tenet copioſè Io. Ant. de Nigris in loco ſuperius citato, vbi doctiſsimè more ſuo reſpondet omnibus contrariis; & ita aliàs conſului, & obtinui, per rationes, & authoritates hic non poſitas.

3 Sed ubicunque furtum excederet auguſtalem, eo caſu quippè fur ſecundùm diſpoſitionẽ dicti capituli Regni ad hoc, ueniret puniendus pœna abſciſsionis manus, & poſſet torqueri: prout ita ſemper iudicaui, & obſeruaui.

4 Et hoc non mirùm eſt: quia pœna mutilationis alicuius mẽbri æquiparatur pœnæ mortis. §. prohibemus. in auth. de collato. Alexã. conſ. 55. ante fin. vol. 7.

5 Et iſta pœna abſciſsionis membri cenſetur de mero imperio maiori: ſecundùm Bart. col. 3. & alios omnes in d. l. imperium, & D. Follerium in pract. crim. in 4. par. in uer. Pœnis debitis feriantur. nume. 46. ubi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & in uer. Si confitebuntur. nume. 79. Cõis opin.

6 Sed in caſu præmiſſo legis municipalis, ſtatuti, ſeu d. c. Ad hoc, pœna ipſa abſciſsionis manus per concordiam, & pacem offenſi commutatur; & ſic fauore concordiæ dicta pœna commutari poteſt. ut conſuluit Cyn. de Piſtorio. conſil. 13. nu. 6. poſito inter conſilia diuerſorum collecta per Zilettum. in primo vol. ipſorum conſ.

SVMMARIVM.

1 *REGNVM alteri vnitum, uel prouincia, ſeu territorium incorporatum Regno, ſiue caſtrum unitum Comitatui regulatur ſecundùm regulas primi cui accedit.*

OPINIO DCLXXXV.

1 REGNVM alteri vnitum, uel prouincia vnita Regno, uel caſtrum vnitum Comitatui, regulatur ſecundùm regulas primi cui accedit; & ſic prouincia aucta, & augmentata acceſſoriè Comitatui vel Regno, ita vt ſit vnum Regnum cum primo, vel vnus Comitatus, regulatur ſecundùm ſtatuta, & regulas ipſius Regni vel Comitatus, cui incorporatur, & eiſdem ſtatutis, legibus, & priuilegiis eſt gubernanda, quibus gubernatur Regnum ipſum, & Comitatus: ſecundùm Bar. in l. ſi conuenerit. la 2. §. ſi nuda. ff. de pigno. act. quem ſequuntur omnes inibi, & Roma. conſ. 275. quoad primum. col. 2. Alex. conſ. 151. num. 5. uol. 2. & conſ. 114. col. fin. vol. 4. & conſ. 47. volum. 6. Afflic in c. 1. §. & ſi clericus col 10. de capit. Corra. Cale. conſ. 2. col. 19. Barbat. in c. tranſlato. col. 7. & Fely. col. 3. de conſtit. Iaſ. in §. in perſonam. col. 4. inſtit. de actionibus, Bertran. conſ. 67. vt oportunè conſulerem. num. 6. uol. 8. Ripa in 1. par. reſponſorum, reſpon. 21. Cur. Sen. conſ. 56. col. 6. vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem, & Moder. in d. §. ſi nuda, Natta conſ. 636. multa ſunt, ſub num. 88. & ſeq. uol. 3. & Ioan. Baptiſta Ferrettus conſ. 242. ſuper puncto quæſtionis de quo queritur. num. 5. cum aliis omnibus ſequen. vol. 2. vbi ita conſuluit in caſu ſimili, deditque diligentiſsimè reſponſiones contrariis quibuſcunque.

SVMMARIVM.

1 *RENVNCIANS liti, uidetur renunciare liti, cauſæ, & iuri.*

2 *Renunciare cauſæ eſt renunciare liti.*

3 *Renuncians liti non poteſt amplius pœnitere, & ad litem redire.*

4 *Renuncians liti cenſetur renunciare liti, cauſæ, & iuri in profanis, non autem in beneficialibus.*

5 *Renunciatio liti, & iuri differt. Nam renuncians liti, et cauſæ, non dicitur renunciare iuri.*

6 *Renuncians liti, cauſæ, & beneficio: niſi de facto dimiſerit poſſeſsionem, tenetur ad fructus perceptos.*

7 *Renunciatio litis ſine cauſa expreſſa valet: quia ſufficit præſumpta.*

8 *Renunciatio litis facta per adminiſtratorem, tutorem, vel curatorem nulla expreſſa cauſa in ea, non valet: quia in ipſa renunciatione debet inſeri cauſa.*

9 *Renunciatio litis, & cauſæ facta abſenti non prodeſt, niſi ſecuta ratificatione.*

10 *Renunciatio litis facta ſuper beneficiali cauſa, recepta pecunia non ualet.*

11 *Renunciatio non videtur facta iuri, quod quis ignorat ſibi competere, etiam quod de tali iure in genere cogitare potuerit.*

12 *Renunciatio litis non inducitur per ceſsionem inualidam.*

13 *Renuncians liti ſtatim cogi non poteſt per iudicem ad ſatisfaciendum aduerſario.*

OPINIO DCLXXXVI.

1 RENVNCIANS liti cenſetur renunciare liti, cauſæ, & iuri. iuxtà communem aſſertionē Glo. Bar. & aliorū omnium Scribētium. in l. poſtquàm liti.C.de pactis. quam accuratiſsimè in pluribus caſibus ampliat,& ſimul limitat Dec. ibi numer. 1. cum aliis ſequen. & Rip. in l. naturaliter.§. nihil commune.num. 106.& ſeq.ff.de acq.poſ. *Cōis opin*

2 Nam renunciare cauſæ eſt renunciare liti. ita Inno.in c.in noſtra.in Glo.ſua.in uer.Recepti de reſcrip.Bal.in Marg. in ver. Renuncians,uerſ. 3.Bar.Bal.colum. 1. & cæteri omnes in d.l.poſtquàm liti.

3 Taliter quòd renuncians liti non poteſt amplius in poſterum pœnitere, & ad litem redire, d.l.poſtquàm liti,& ibi Bal. in 3. not. & alij omnes,& Barto. in l. ſi maritus. §. ſi negauerit.ff.de adult.& Rebuf.in pract. benefi.Gloſ. 7. de commenda.num. 13.

4 Quę quidem communis opinio procedit abſque ſcrupulo in profanis; ſecus verò in beneficialibus: vt firmat Caſſad.deciſ. 2. ſub num.6. & ſeq.de appel.& Rebuf.in pract.benefic. Gloſſ. 7. de commenda.num. 13. & Rota deciſ. 306. ſi actor in nouis.

5 Vbi conſtituit differentiam inter renunciationem factam liti, & inter renunciationem factam iuri. Et ſic concludit, quòd renunciare liti, & iuri differant. Nam renūcians liti & cauſæ, nō dicitur renunciare iuri: ſecundùm Rotam ibi.

6 Vndè renuncians liti, cauſæ, & beneficio in præſenti caſu, niſi de facto dimiſerit poſſeſsionem, teneretur vtique ad fructus perceptos. ita Rota determinat deciſ. 158. licèt reus,in nouis, & Inno.in c.quod in dubiis,extra de renun. & in c.ſuper.hoc eod.tit.

7 Et quamuis renunciatio litis ſine cauſa expreſſa ualeat: quia ſufficeret pręſumpta. teſte Bal.in d.l.poſtquàm liti.col.5. ver. Extra quæritur, vtrum renunciatio.

8 Tamen hoc nullatenus procederet in renunciatione litis facta ab aliquo adminiſtratore, tutore, vel curatore: quoniam tunc deberet neceſſariò inſeri cauſa; aliàs illa renunciatio non teneret: quia adminiſtrator ipſe, tutor, ſeu curator ſine cauſā renunciare, refutareq́ue non poteſt. ita Bar.& Ang.in l. 1.C. de apochis pub. libr. 10. & Iaſ.in d.l.poſtquàm liti.in fin.

9 Cæterùm hæc omnia ita explanata claudicant primò non procedere in renunciatione litis,& cauſæ facta abſenti: nam licèt talis renunciatio litis fieri queat abſente parte: ſecundùm Inno.in c.cùm pridem de pact.in Glo. ſua in uerſic.Reſignauit,Bar. col.2. uerſ. quæro utrum, & Bal.col.4.verſ.Tertiò quæro in d. l. poſtquàm liti: tamen ipſa renunciatio non prodeſt abſenti, niſi ſecuta ratificatione: vt firmant Bart. Bal. & alij omnes ibi,& Bero.in c.in præſentia.num.77. de probationibus.

10 Secundò claudicat etiam eadem communis ſibi locum non uendicare, ubicunque renunciatio litis facta foret ſuper beneficiali cauſa recepta pecunia: tunc enim ea non ualeret vllo modò.ita Bero.in c.non ſine multa de arbit.nu.31.

11 Tertiò choarctatur communis pręlibata, ꝙ iuri, quod quis ignorat ſibi competere non cenſetur renunciare, etiam quòd de huiuſmodi iure in genere cogitare potuerit: ſecūdum Card.Put. deciſ.73.& Peregri.deciſ.323.

12 Quartò itidem limitatur, vt renunciatio litis minimè inducatur per ceſsionem inualidā.l. lite.2.reſpon.& ibi Bal.C.de litig.

13 Poſtremò reſtringitur etiam ipſa communis, vt renunciās liti ſtatim cogi per iudicem ad ſatisfaciendum aduerſario nequeat: vt concedūt Innoc.in c. accepta de reſtit.ſpoliat. & Ang.in l. deſtitiſſe de iud.

SVMMARIVM.

1 REPRESALIAE conceſsa, putà Bononiæ contra Peruſinos, non poſſunt exequi contra Peruſinum habitantem Bononię, qui non ſubeat munera Peruſina per ſe, vel per alium: quoniam tunc non poteſt appellari.

2 *Repreſaliæ inductæ contra Aquilanos extendi non debent ad Aquilanos habentes alibi domicilium.*

3 *Repreſaliæ ſunt odioſiſsimę.*

4 *Repreſaliæ, cùm odioſæ ſint, debent ſtrictè quantum poteſt intelligi.*

OPINIO DCLXXXVII.

1 REPRESALIAE conceſſę, putà Bononiæ contra Peruſinos, non poſſunt exequi contra Peruſinum habitātem Bononiæ, qui non ſubeat munera Peruſina per ſe, vel per alium; quoniam tunc non poteſt appellari municeps; & conſequenter non ſequitur, talis vocatur Peruſinus, ergò eſt de Peruſio.l.1.ff.ad municip. & per Bar. cum quo ſentiunt omnes,in rub.ff.ſolut.matr.& Alex.pariter.ibi.num.9.cum aliis ſeq.ubi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem,&Illuſtris D.Pontanus Peruſinus præceptor meus. nu. 35. cum aliis ſeq. *Cōis opin.*

2 Nec non vbicunque repreſaliæ forent inductæ contra Aquilanos non deberent vtique extendi ad Aquilanos habentes alibi incolatum, & domicilium, puta Capuę: quia licèt ſint de populo

popnlo Aquilano ratione domicilij, ſeu originis: nihilominus cùm materia repreſaliarum penitus odioſa ſit, deberet ea neceſſariò intelligi de populo Aquilano duntaxat. ita Bar. in l. prouinciales. ff. de uer. ſig. & in tract. repreſaliarum, Ripa in rubri. ff. ſolut. mat. n. 13. & Abb. in c. quoniam. col. 1. de offi. ord.

¶ Et hinc eſt, ꝙ ſi concederentur repreſaliæ cōtra Aquilanos, poſſent tunc capi etiā & Hiſpani, Florentini, & alij ſimiles ibi habitantes: vt firmat Ripa cum aliis aggregatis per eum in d. rubr. ff. ſolut. matr. num. 12.

3 Imò non ſolū repreſaliæ odioſæ quippè ſunt, ſed etiam odioſiſsimæ: ſecundùm Bal. in l. ciues. C. de appel. in uer. & facit.

4 Et ideò hac ratione, cùm odioſæ ſint apertiſſimè ipſę repreſaliæ, meritò intelligūtur, & intelligi debent ſtrictè quantum poteſt. ita Bal. in authen. & omninò. col. 6. uerſ. In iſta ergo materia. C. ne vxor pro ma.

SVMMARIVM.

1 *RESCRIPTVM ſecundum debet facere ſpecialiter mentionem de primo reſcripto, aliter redditur ſubreptitium, & ſubreptionis uitio annullatur.*

2 *Reſcriptum primum quotieſcunque nullum, uel non nullum foret, ſed poſſet per exceptionem elidi, valeret ſecundum reſcriptum non faciens mentionem de primo reſcripto.*

3 *Reſcriptum ſecundum ad lites ſubreptitium, uel obreptitium non faciens mentionem de primo, & uitio ſubreptionis, uel obreptionis laborans, non foret ipſo iure nullum, ſed veniret annullandum, & deberet opponi exceptio.*

4 *Reſcripta gratiæ ob uitium obreptionis, & ſubreptionis, ipſo iure irritantur, & uitiantur.*

OPINIO DCLXXXVIII.

1 RESCRIPTVM ſecundum debet ſpecialiter facere mentionem de primo reſcripto; aliter ſubreptitiū redditur, & ſubreptionis uitio annullatur: ut uoluerūt Abb. Fely. Dec. nu. 9. & ſeq. & omnes in c. cæterum, & in c. ex tenore de reſcrip. & in c. inter monaſterium de re iud.

2 Tamen vbicunq; primum reſcriptū eſſet nullum, uel non eſſet nullum, ſed poſſet per exceptionē elidi, ualeret ſecundū reſcriptum non faciens mentionē de primo reſcripto: ſecundū Gloſ. pen. in c. ex tenore de reſcrip. per tex. ibi. Gloſſ. in c. cū in noſtris, ubi Fely. ext. de conceſ. præb. Rota Ro. dec. 178. in antiq. in ti. de reſ. ri. Ab. conſ. 38. n. 5. vol. 1. in c. ſugeſtū. nu. 2. de iurepat. & in c. oblatæ. nu. 8. de appel. Barb. n. 22. Dec. n. 12 & alios in d. c. cæterùm, & Dec. in d. c. ex tenore. ubi. num. 15. perhibet iſtam eſſe cōem opi. & latè eam tuetur. Cōis opin. Et ita obtinui coram Epiſcopo Aquilano de præſenti anno 1568. in facti contingentia.

3 Sed reſcriptum ipſum ſecundū ad lites ſubreptitium, uel obreptitium, non faciens mentionē de primo, & uitio ſubreptionis, & obreptionis laborans, non foret ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis veniret annullandum; & ſic deberet opponi exceptio: ſecundū Gloſ. & omnes in c. ad audientiam. de reſcrip. Ant. de But. Abb. nu. 5. Barbat. cum aliis relatis per eum. ſub nu. 10. cū aliis ſeq. Fely. col. 6. in d. c. cæterùm, & Caſſad. in deciſ. 1. nu. 1. in tit. de reſcript. ubi eam utiliter limitat, & communē aiunt Abb. & Barba. ubi ſupra, & ſe- Cōis opin. quitur quoque, cōmunem dicit, atq; tuetur Dec. in d. c. cæterùm. nu. 24. cum aliis ſeq. Iaſ. in l. præſcriptione. nu. 3. C. ſi contra ius, uel util. publ. Pariſ. conſ. 51. nu. 27. vol. 4. & Vantius in tract. nullitatum. in tit. de nullitate ex defectu iuriſd. deleg. nume. 60.

4 Reſcripta uerò gratiæ ob uitium obreptionis, & ſubreptionis ipſo iure irritantur, ac uitiantur: ſecundùm Soci. cum aliis glomeratis per eum cōſil. 13. col. 3. & conſ. 169. in prin. vol. 1. Soc. Iun. cōſil. 77. nu. 83. & 84. uol. 1. Pariſ. conſ. 31. nu. 22. & Grauet. conſ. 68. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *RESCRIPTVM Principis quando fiſco dānoſum eſt non ualet.*

2 *Reſcriptum Principis geminatum, vbicunque fiſco damnoſum ſit, valet & tenet.*

OPINIO DCLXXXIX.

1 RESCRIPTVM Principis vbicūque fiſco damnoſum eſt, non ualet. l. neq; damnoſa. C. de precib. imper. offer.

2 Tamē ſi reſcriptum hoc geminatum ſit: vtiq; valeret, vt probatur in auth. ut nulli iudicum. §. & hoc uerò iubemus. ſecundùm Bal. in d. l. neque damnoſa, & iſta eſt cōis opi. vt per Doc. uariis in locis iuris noſtri. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *RESTITVTIO in integrum ex ignorantia probabili nedum minoribus, ſed etiam maioribus concedenda eſt.*

OPINIO DCXC.

1 RESTITVTIO in integrum ex ignorantia probabili, etiam maioribus concedenda eſt: ſecundùm Gloſ. fina. & cęteros, præſertimque Iaſ. in lege ſecunda. C. de iu. emphy. Spec. in tit. de lo-

de locat.§.nunc aliqua.q.15.& ſeq.Bar.in l.Aemilius.col.2.de minoribus.Dec.cõſ.564.n.19.Fely. in c.uigilanti.col.2.de pręſcri.Afflic.deciſ. 37.in prin.& 329.per totã,Bar.cæteroſq; cõiter,in l.cũ filius.§.in hac.col.1.ff.de uer.oblig. Grauet. cõſ. 204.nu.22.& cõſ.225.nu.7.Ruin.cõſ.139.n. 14. & 17.vol.2.conſ.26.n.19.& 32.uol.3. & Balb. in tract.de præſcri.in 4.par.5.par.prin.q. 29. vbi cũ aliis copioſè relatis per eum perhibet iſtã cõem opinionem fore;& Grãmat.quoq; deciſ.52.nu.5. & ſeq.Et ſic non tantùm minoribus,ex iuſta ignorantia, uerùm etiam maioribus, vt ſupra docuimus,ipſa in integrum reſtitutio ex clauſula generali uenit concedenda. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *REX non recognoſcens ſuperiorem in ſuo Regno eſt Imperator in ſuo Regno, & poteſt quicquid Imperator in ſuo Imperio.*

2 *Rex in ſuo Regno non habet minorem poteſtatem,quàm Imperator in ſuo Imperio.*

3 *Rex eſt monarcha in ſuo Regno, & habet plus iuris, quàm Imperator in ſuo Imperio.*

4 *Rex,& Imperator æquiparantur.*

5 *Rex,& Dominus noſter Siciliæ eſt liber ab Imperio,& eſt monarcha in Regno.*

6 *Regis perſona intelligitur exempta in iuramento fidelitatis,ſicuti perſona Imperatoris.*

7 *Donatio per Imperatorem facta priuato ſine inſinuatione ultra 500. aureos valet, & non eget inſinuatione: quia inſinuatum dicitur,quod agitur coram ipſo Imperatore.*

8 *Donatio facta priuato per Regem, vel alium Dominum non recognoſcentem ſuperiorem vltra quingentos aureos,non requirit inſinuationem.*

9 *Regis in ſuo Regno, & Imperatoris in ſuo Imperio par eſt poteſtas in multis caſibus poſitis remiſſiuè.*

10 *Emens rem etiam alienam à fiſco,ſtatim redditur ſecurus,& dominus rei contra fiſcum habet regreſſum intra quadriennium,quo elapſo amplius non auditur.*

11 *L. benè à Zenone.C.de quadrien.præſcrip.habet locum non ſolùm in Imperatore,ſed etiam in quocunq; Principe ſuperiorem non recognoſcente.*

12 *L. Benè à Zenone procedit etiam in Duce Mediolani,et Ciuitate qualibet ſuperiorem non recognoſcente.*

13 *L. benè á Zenone habet locum in quocunque Principe non recognoſcente ſuperiorem.*

14 *L. benè à Zenone procedit in quolibet Duce, Marchione,Comite,& hiſce ſimilibus.*

15 *Publicatis bonis ob crimen læſæ maieſtatis in pręſenti Regno Neap. conceditur annus ad agendum, & abſenti biennium;aliàs de cętero non audiuntur:& ſic in Regno ipſo uidetur cohartatum tempus pręfixum in l. benè à Zenone.*

16 *L. benè à Zenone non obſeruatur Mediolani, & eius dominio.*

17 *Lex benè à Zenone ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè.*

18 *Dux Mediolani habet eandem poteſtatem in ſuo Ducatu,quàm Imperator in ſuo Imperio.*

19 *Marchio Mantuæ habet eandem poteſtatem in ſuo Marchionatu,quam Imperator in ſuo Imperio.*

20 *Dux Vrbini non habet in ſuo Ducatu eandem poteſtatem, quam habet Imperator in ſuo Imperio.*

21 *Dux Ferrariæ non habet eandem poteſtatem in ſuo Ducatu,quàm Imperator in ſuo Imperio.*

OPINIO DCXCI.

1 REX & Dominus non recognoſcẽs ſuperiorem in ſuo Regno, eſt Imperator in ſuo Regno,uel Principatu; & poteſt quicquid Imperator in ſuo Imperio: ſecũdùm cõem opinionẽ, ac ſcholã omniũ Scriben.citatã per Curt.Iun.conſ.61.nu. 9.& conſ.100.nu.3.& per Bertran.conſ.38. ex caſu,ſeu conſultationis themate.nu.3.uol.6. & cõſ. 227.prout dicit Oldra.nu.2.uol.3. & ita concludit Oldra.conſ.79.& conſ.231.& plures cumulat Ripa in rub.de conſt.ponit Abb.in rub.de appel. & Ruin.conſ.32.nu.5.uol.1.Affli.ſuper conſtitutionibus in pręludijs,ſeu prin.q.1.ſub n.5.Bertrã. conſ.181.proceſſum cauſæ.nu.11.& ſeq.uol.3. *Cõis opin.*

2 Et Dec.conſ.390.nu.10. ubi inquit,ꝙ Rex in ſuo Regno non habet minorem poteſtatem,quã Imperator in ſuo Imperio.& idem dicit conſ.221. & 229.nu.3.& ſub nu.6.& idem firmat Alex.conſil.20.vol.1.

3 Et Soci.dicit conſ.67. & conſ. 169.ꝙ Rex eſt monarcha in ſuo Regno,& habet plus iuris, quã Imperator in ſuo Imperio;& firmat etiã Afflic.in dictis pręludiis conſtitutionũ.q.13.nu.1.ubi reddit efficaciſsimas rõnes,& Curt.Iun.conſ.1.n.30.

4 Rexque,& Imperator ęquiparantur. c. ſuper quibuſdam.§.1.de uer.ſignif.

5 Et not. Afflic.in d.q.1.ſub n.5.& ſeq. ubi hoc ait procedere in Rege libero ab Imperio. prout eſt Dominus Rex noſter Siciliæ, qui eſt liber, & monarcha in Regno:ſecundũ Afflict.ibi,& in deciſ.128.fuit dubitatum.ſub nu.4.& Ioan. de Amicis.conſ.22.nu.10.

6 Et quẽadmodum in iuramẽto fidelitatis Imperatoris perſona intelligitur exẽpta, ita & Regis: vt tradit Iaſ. cũ cæteris ſignatis per eũ in vſi. feu.n.107.Barba.in l.cũ accutiſsimi.col.49.& 97. C.de fideic.& in tract. de p̄ſtant.Card.1.q.1.par. col. 9.& Cotta in memoralibus ſuis,in memorali in uer.Imperator orbis Princeps eſt,poſt prin.

7 Et ſic donatio per Imperatorẽ alicui priuato facta ſine inſinuatione vltra 500.aureos ualet, & tenet:nec eget inſinuatione.l.ſancimus. §. exceptis.C.de dona.vbi Bal. & hoc quoq; ante eũ uoluit Oldra.in d.cõſ.231.col 1.Mar.Laud. in trac. de prin.q.14.Imperator,& Tiraq. cum cæteris ſignatis per eũ in tract. de nobilit. c.37.nu.53. Et ratio eſt ſecundũ Bal.in d.l.ſancimus.qa nihil occultè fieri poteſt coram Principe,qui ſemper multos habet nobiles pręſentes. l.omniũ,& ibi, Gloſ. & Iaſ. C. de teſtam. Et quia inſinuatum dicitur

quod

quòd agitur coram tãto Principe: ſecundùm Saly.in l.illud.C. de ſacroſan.eccleſ.

8 Ita donatio priuato facta per Regem, uel alium dominũ non recognoſcentem ſuperiorem, ultra 500.aureos,minimè requirit inſinuationẽ: ſecundùm Io.And.in add.Specul. de inſtr. ed. §. porrò,uerſ.Subſcribebat in fi.Oldr.in d.cõſ.231. Roma.in l.Modeſtinus.ff.de donat.Imol.in c.cũ contingat.col.pen.de iureiur.Alber.in d.l. illud, Fely.in c.cùm non liceat.ſub nu.10.de pręſcript. & Corſet.in tract.de poteſta.ac excell.reg. q.59. & Soc.Iun.conſ.92.nu.10.uol.4.

9 Alius uerò caſus,& omnes quidem utiles,in quibus appareat par poteſtas Imperatoris in ſuo Imperio,& Regis in ſuo Regno, ponit Afflic. in d.q.13.nu. 1. cum aliis ſeq. in prelud. conſtit.

10 Et ſicut emens rem aliquã à fiſco ſtatim redditur ſecurus,etiam ſi res aliena appareat,ſed dominus rei habet regreſſum contra fiſcum intra quadrienniũ,quo elapſo amplius non auditur. l. benè à Zenone.C.de quadrien.pręſcrip.

11 Ita lex iſta non ſolùm habet locum in Imperatore,ſed etiam in quocunque Principe ſuperiorem non recognoſcente:ſecundùm Bal.cõſ. 127. circa fi.vol.3.Ruin.conſ.31.ſub nu.18.vol.5.qui loquitur de Rege Galliæ. Bal.conſ.363.uol. 1. & conſ.359.vol.3.& Corn.conſ.299.nu.6.uol.1. & Beroum in c.quę in eccleſiarum.nu.158.de cõſt.

12 Qui dicunt ꝓcedere quoq; in Duce Mediolani,ac ꝓcedere ſimiliter in Ciuitate ſuperiorẽ nõ recognoſcẽte:uoluit Rom.cõſ.310.Soc.conſ.121. nu.25.uol.4.Curt.Iun.in l.hęres habens. n.17.ff. de iud.& Mart.Lauden.in d.tract.de Princ.q.11.

13 Et ꝙ dicta lex extendatur ad Principes quoſcunque non recognoſcentes ſuperiorem, tenuerunt Ro.ſing.618.Pariſ.conſ.1.nu. 122. uol. 1.& Ruin.conſ.48.in fin.uol.4.

14 Vbi etiam dicit iſtam legẽ benè à Zenone procedere etiã in quolibet Duce, Marchione, Comite,& ſimilibus.& eandem opinionẽ ſequitur etiam Bellonus.conſ.51.nu.2.& ſeq.vbi peribet communem eſſe,& citat Doct. contrariũ ſentientes;& pluſquã communẽ appellat eã ſimiliter amplectẽdo Pet.Duẽ. in reg. 238.Emẽs.n.5. *Cõm opin.*

15 Et ſequitur etiam Afflict.in d.q. 13.ſub nu. 4.& ſeq.vbi ait hoc procedere abſque aliqua controuerſia in Regno, ob capitulum eiuſdẽ Regni 17.Et ſi frequenter.§.ſi quem verò,ubi Ioan.Anto.de Nigris.num.23.in quo diſponitur,quòd in bonis publicatis propter crimẽ læſæ maieſtatis, præſenti detur concedaturq; annus ad agendũ, abſenti uerò biennium;& ſic in Regno in bonis, quę deuenerunt ad fiſcum ob crimen læſæ maieſtatis, videtur coharctatum tempus pręfixum in d.l.benè à Zenone,vt concedatur curriculum anni pręſenti, abſentique biennium; aliàs de cætero non audiuntur.

16 Mediolani verò,ac eius dominio non obſeruatur d.l.benè à Zenone, ob decretũ dicti dominij Mediolanẽſis,in quo reſeruatur ius tertij, præſertim in cõceſsionibus,& geſtis per Principem : vt refert Boſsius in pract.crim.in tit.de Principe, & priuilegijs eius.n.86.Et d.l.benè à Zenone diſponẽs,ꝙ priuatus recipiẽs rẽ ab Imperatore,ſeu fiſco,licẽt alienã,titulo donationis,emptionis, vel alio titulo,nõ põt moleſtari ab eo, q dñium eius dẽ rei ꝑtẽderet,ſed debet ad Principẽ recurrere.

17 Limitatur vtiliter non ꝓcedere in vndecim caſibus,quos ponit Balb.in tract.de præſcript.in 2.par.5.par.prin.q.8.nu.1.cũ alijs ſeq.& Io.Ant. de Nigris in d.c. & ſi frequenter.nu.24.& ſeq. & ſex alios caſus refert Berous in d.c. quæ in eccleſiarũ.nu.152.cũ alijs ſeq.& 14.copioſè ponit, & reſoluit Rim.in §.1.n.56.cũ alijs ſeq.inſtit.quib. alien.lice.vel non,& vnũ aliũ caſum refert Rom. in d.ſing.608.quẽ cõem ait Nicol.Pign.in addit. 161.& Affl.deciſ.361.monaſteriũ Sanctę Marię, ſub nu.17.& 42.& in prælud.conſtitutionum.q. 14.n.1.cũ alijs ſeq.& alterũ caſũ ponit idẽ Rom. ſing.744.anno præterito, cũ alijs ſignatis per Nicol.Pignol.in add.ibi. Et d.l.benè à Zenone ampliat in 2.caſibus, & in 20. alijs limitat Iac.Philip. Port.ſeu potius Ant.Gabriel. in concluſ. 42. habes cauſam lib.2.& limitat in 13. caſibus Petrus Duennas in d.reg.238. *Cõm opin.*

18 Quæ omnia amplientur vtiliter procedere etiã in Duce Mediolani,qui habet eandẽ poteſtatẽ in ſuo Ducatu,quã Imperator in ſuo Imperio: ſecũdũ Affl.cũ alijs multis Doc.Illuſt.ſignatis ꝑ eũ in d.q.13.n. 11. vbi refert ita aliàs cõſuluiſſe.

19 Ampliatur quoq; & fortius habere locũ in Marchione Mantuæ, etiã ꝙ nulli dubiũ ſit eũ Imperatorem recognoſcere:ſecũdũ Bal.in d.l.ſancimus, Alex.conſ.156.col.2.vol.2.Curt.Iun.conſ.61. ſub nu.8.& ſeq.& Barbat.in add.ad Bal.in d.l.ſancimus,qui aſſerit ibi ita conſuluiſſe.

20 Eſt benè verum,quòd contrarium in Duce Vrbini tradit Soc.Iun. conſ. 69.nu.41. vol.1. cùm Papam recognoſcat.

21 Et contrariũ quoq; firmat conſulendo in Duce Ferrariæ idem Soc. Iun.in conſ.92. nu.7. cum alijs ſequen.cùm in ſuperiorem ſimiliter Sedem Apoſtolicam recognoſcat.

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIBI poßunt regalia ſeu Principi reſeruata, ſicuti vectigalia, legitimare ſpurios, creare notarios, famæ reſtituere, & cætera huiuſmodi per præſcriptionem tanti tẽporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

2 *Pręſcriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium habetur pro veritate.*

3 *Præſcriptio cuius memoria non extat in contrarium æquipollet veritati.*

4 *Præſcribuntur tanto tẽpore, cuius memoria non exiſtit in contrariũ, etiã impræſcriptibilia: cũ tanti temporis uetuſtas tantum poßit, quantũ Imperator cum cauſa.*

5 *Præſumitur bona fides ex vſu longißimi temporis excedentis uiuentium memoriam.*

6 *Scientia Principis non requiritur in præſcriptione regalium, & Principi reſeruatarum rerum ex communi opinione: licèt aliqui ſentiant contrarium.*

7 *Præſcribitur merum imperium, etiam ignorante ſuperiore, præſcriptione tanti temporis, cuius memoria in contrarium non exiſtit.*

8 *Reſtitutioni in integrum locus non eſt in præſcriptione centum annorum.*

9 *Conſuetudo tanti temporis, cuius memoria non extat, habet vim priuilegij, etiam in his quę Principi ſunt reſeruata.*

10 *Conſuetudo antiquiſsima habet effectum publici inſtrumenti.*

11 *Præſcriptio ordinaria 30. uel 40. annorum in regalibus, uel Principi reſeruatis ſufficeret, ubicunque ea competerent alicui priuato.*

12 *Præſcribitur 40. annorum ſpatio ius non præſtandi iuramentum fidelitatis domino.*

13 *Præſcribi poteſt 40. annorum ſpatio ius non ſoluendi cenſum, etiam eccleſiæ.*

OPINIO DCXCII.

1 REGALIA, ſeu Principi reſeruata, puta vectigalia, legitimare ſpurios, creare notarios, famęq; reſtituere & cętera huiuſmodi poſſunt acquiri per præſcriptionē tanti tēporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. c. ſuper quibuſdam. §. prætereà, & ibi Abb. de verb. ſig. & in c. cùm nobis. col. 1. de præſcrip. poſt Bar. in l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publicia. Bal. conſ. 340. colum. 2. uol. 5. Aret. conſ. 30. in 3. dubio, Alex. in l. more. col. 2. ff. de acq. hæred. & conſ. 6. col. 2. vol. 1. Iaſ. in l. de quibus. col. 12. ff. de legib. in l. imperium. col. 9. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. is qui putat. col. 2. ff. de acq. hæred. & Dec. conſ. 341. col. pen. conſ. 403. col. 2. conſ. 468. conſ. 496. col. 2. in 2. dubio. conſil. 534. conſ. 586. & conſil. 638. in principio.

2 Nam præſcriptio ipſa tanti temporis cuius initij in cōtrarium memoria non extaret, pro ueritate vtiq; haberetur: ſecundū Glo. in l. 1. C. de ſeruit. Bal. in c. cùm cauſam. col. 3. de prob. Bello. conſ. 55. in propoſito caſu, ſub nu. 5. & Curt. Iun. conſ. 158. nu. 12. uol. 1.

3 Imò præſcriptio ipſa ęquipolleret tunc ueritati. l. 1. vbi Glo. de ſer. & Alex. in d. conſ. 6.

4 Vndè non mirum quippè eſt, ſi per tantum tempus, cuius memoria non extet in contrariū, præſcriberentur etiam impræſcriptibilia. c. 1. §. fin. de præſcrip. in 6.

¶ Eſto quòd uetuſtas tanti temporis tantum poteſt, quantū Imperator cum cauſa. ita And. de Iſer. in c. 1 in uer. Flumina publica. col. 3. quę ſint regalia, & Iaſ. in l. quominus. col. 8. uer. 2. ratio. ff. de flumi. & bonus tex. in l. ſi. ff. de aqua plu. arcē. ibi quibus uetuſtas authoritatem daret, quamuis ius non probaret.

5 Siquidem ex uſu ipſo longiſsimi temporis excedentis viuentium omnium memoriam præſumeretur bona fides. teſte Dec. conſ. 85. col. 2.

6 Imò in præſcriptione huiuſmodi regalium, aut Principi reſeruatorum non eſſet neceſſaria ipſius Principis ſcientia: vt per Alex. in d. conſ. 6. col. 3. uol. 1. & conſ. 24. colum. 5. uol. 5. Iaſ. in d. l. imperium. col. 9. Fely. in c. de quarta, & in d. c. cū nobis. col. 2. de præſcrip. Dec. conſ. 85. col. 2. conſil. 271. col. pen. & conſ. 496. col. 2. Cur. Iun. cōſ. 61. col. 2. & Ant. Rub. Alex. conſ. 21. col. 3. Rolan. à Valle conſ. 59. quia articulus. nume. 23. & ſequen. vol. 4.

7 Et iſta eſt cōmunis opinio, quòd præſcriptione tanti temporis, cuius in cōtrarium memoria nō extat, etiā ignorante ſuperiore, merum quoq; imperium præſcribatur. ita Glo. 1. & ibi Ang. in l. 1. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & æſti. Bal. in §. 1. quæ ſint regal. Ant. But. in c. peruenit. col. 23. de cenſib. Alex. d. conſ. 6. vol. 1. Fely. in d. c. cùm nobis. col. 2. in c. cùm ex officio. col. 3. in c. ſi diligenti. col. pen. & in c. de quarta. col. pen. de præſcrip. & Cur. Iun. in d. conſ. 61. nu. 3. & Natta cōſ. 636. multa ſunt. nu. 5. uol. 3. prout iſtam fore communē ſententiā apertiſsimè oſtendūt pleriq; ex memoratis Doct. Et ratio eſt, quia authoritate Principis hoc introductū reperitur. ita Bal. conſ. 439. col. 4. vol. 3. & Grauet. conſ. 10. nu. 11. Cōis opin.

¶ In contrariā uerò partē inclinauit Bal. cōſ. 401. uol. 5. vbi planè deducit, quòd cōmunis opinio eſt, quòd in feudis Principum præſcribendis requiratur eorum ſcientia, & Bal. inibi loquitur generaliter: adeò quod eius uerba uidentur trahi facilè poſſe etiam ad præſcriptionē tanti tēporis, cuius initij memoria non extat in cōtrarium, necnon Oldra. in conſil. 254. quia tota colum. 3. requirit. & exigit ſcientiam ſuperioris in conſuetudine iuri contraria. Et quòd in hac præſcriptione reſeruatorum Principi exigatur eius ſcientia, uel eius procuratorum, ſeu officialium, uoluit Boer. deciſ. 264. nume. 19. ubi tamen ſimpliciter loquitur, nulla aliter facta mentione Doct. aſſerentium contrarium, & ſcientiam ipſam ſuperioris requirit denique etiam Abb. in d. c. cùm nobis. Cęterùm quicquid fabulentur præmemorati Doct. noli aliter à priori opinione in actu practico recedere. Cōis opin.

8 Cùm præſcriptione ipſa centum annorum non ſolùm feuda præſcribuntur, ſed etiam aduerſus eam reſtitutioni in integrum nullus eſt locus: ſecundùm Gloſ. in §. de cæterò in auth. vt de cæterò com. Bald. in l. 1. C. de annal. except. Curt. conſilio pen. & Alciat. conſilio 199. numero 55.

9 Et opinio iſta ita explanata procedit etiam in conſuetudine: cùm exploratum quippè ſit, quòd conſuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, habeat & habere abſque dubio aliquo uideatur vim priuilegij, etiam in his, quæ Principi ſunt reſeruata. cap. ſuper quibuſdam.

buſdam.§.preterea.de uerb. ſignifi. & ibi not.& habetur in c.1.de reſcript. in 6. & firmat Bellon.in d.conſ.55. nume.3. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

10 Nec non conſuetudo hęc habet etiam effectum publici inſtrumenti.ita Afflict.deciſ.239. In uſu autem tanti temporis non procedit regula.l.quod in initio.ff.de reg.iur. prout Dec. exprimit ibi in 1.fallent.

11 Sed omnia præmemorata limitantur utiliter quidem non ſortiri aliter locum, ubicunque huiuſmodi Principi reſeruata competerent alicui priuato:tunc enim contra eum ſufficeret pręſcriptio ordinaria 30.uel 40. annorum: ſecundū Bal.conſ.370.col.2.uol.3.& in c.1.quę ſint rega. & Fely.in d.c.cùm nobis.col.2.de præſcrip.

12 Similiterque pręſcribitur triginta annorum curriculo ius non iurandi,præſtandiq́; dño iuramentum fidelitatis:vt per Grauet.eleganter. cōſil.27.nu.6.Neuiz.conſ.11.nu.8.& 16.

13 Itidem pręſcribi 40.annorum circulo poteſt etiam ius non ſoluendi cenſum, etiam eccleſiæ. teſte Paul.Caſtren.conſ.213.col.1.uol.2.& Grauet.conſ.57.num.8.

SVMMARIVM.

1 *REVS poteſt iuramentum deferre accuſatori contra ſe, & ſi is iuraret,ob tale iuramentum confiteretur eſſe uerum.*

2 *Reus pati poteſt ſe cōueniri ſine actione.*

3 *Periculum amans peribit in eo.*

4 *Reus in caſu dubio eſt abſoluendus.*

5 *Reus abſoluendus eſt,ubicunque actor minus plenè probauerit.*

6 *Reus dicitur á re,quæ petitur: qui etſi conſcius ſceleris non ſit, adhuc dicitur tamen reus quandiu in iudicio pro re ipſa uexatur.*

7 *Reus excipiens non uidetur ad probandum ſe aſtringere,niſi actor probaret: ex quo actori incumbit onus probandi.*

8 *Reus in deciſione cauſæ magis fauēdus eſt, quàm actor; ſecus uerò in ordinatione, & formatione proceſſus: tunc enim magis actori, quàm reo fauendum eſt.*

OPINIO DCXCIII.

1 REVS poteſt iuramentū accuſatori deferre,& ſi inſtigator tunc iuraret, ob tale iuramentum crimen confiteretur eſſe verum: iuxta magis communem omnium in iure Scribentium ſententiā variis in locis iuris noſtri.cum qua concordat, & concurrit Iaſ.in l.ait prætor.col.fi.ff.de iureiu. & Boer.in deciſ.86.ſub nu. 7. vbi meminit de præſenti communi opinione. Cōis opin.

2 Quæ quidem confirmari poſſet vltra alias rationes adductas per pręcitatos Doct. hac etiam rōne. Nam reus ipſe ſimiliter pati poteſt ſe cōueniri ſine actione:vt uoluit Bar.& Alex.in l. ſi Titius de uer.oblig.& in l.ſi quis, aliàs Iulianus. §. quantum.ad exhibendum, & l. ubi pactum. ff. ff.de tranſaction.Cyn. & Bartol. in l. cùm mota. C. eodem titu.

3 Sed reus hoc caſu maximo, euidentiſsimoq́ue periculo ſe exponit:& ſic cantari poſſet contra eum illud Eccleſiaſtici 3. Qui amat periculum perhibit in eo.

4 Eſtò quòd indiſcriminatim abſque delatione iuramenti accuſatori,reus in caſu dubio foret abſoluendus.l.Arrianus.ff.de act. & oblig. c. ex literis.de probat.l.qui accuſare.C.de eden.& Io. Cephal.conſil. 218. numero 4. & conſ. 298. numer.18.uol.2.

5 Vndè caueat reus tanquàm ab igne à tali oblatione iuramenti : cùm ipſe abſoluendus quippè ueniat, cùm actor minus plenè probauerit.§.commodum inſtit.de interdi.d. c.ex literis, & d.l.qui accuſare,& idem Cephal.conſ.250. nume.1.uol.2.

6 Et quamuis reus dicatur à re, quę petitur, qui licèt conſcius ſceleris non ſit: tamen dicitur reus quandiu in iudicio pro re aliqua petitur. c. forus.de uer.ſig.

7 Nihilominus etiam reus excipiens non uidetur ad probandum ſe aſtringere, niſi actor probaret.ita Bald.in l.alia.colum. 1. uerſ. Quæro nunquid.C.de his qui.vt indig.& in l. exceptionem. colum.pen.verſ.Modo ſequitur videre.C.de probat.quia actori incumbit onus probandi.d.l.qui accuſare.

8 Quare ex his reus tanquàm prudens non debet ullo periculo ſe exponere,quantumuis minimo:cùm in deciſione cauſæ interpretatio fieri cōſueuerit potius ad fauorem rei, quàm actoris: prout in ordinatione,& formatione proceſſus,& iudicij magis fauendum ſit ipſi actori, quàm reo:ſecundùm Glo.Bart.nume.2.& alios in l. de die.ff. qui ſatiſd. cogan. & Claud. de Battandier in pract.crim. in reg. 152. vbi ad lucem adducit iſtam diſtinctionem communem fore omnium in iure Scribentium. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *VASALLVS ſciens maleficium committi contra perſonam Principis ſui,uel contra patriam, & non propalans, ſeu reuelans, incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur ut rebellis. Quia ſcientia ſola in crimine læſæ maieſtatis ob delicti atrocitatem, & immanitatem non ſequuto aliquo conſenſu, & conſilio,eſt punibilis.*

2 *Filius ſciens aliquem occiſurum patrem ſuum, & non reuelans,licèt non ſit delicti particeps,punitur vt parricida.*

OPINIO DCXCIV.

1 SCIENTIA ſola in crimine læſę maieſtatis ob delicti atrocitatem, & immanitatem non ſequuto aliquo conſenſu, conſilio, & facto, eſt punibilis. Ideo vaſallus ſciēs maleficium committi contra perſonam Principis ſui, vel contra patriam, & id nō propalans, incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur vti rebellis: ſecundùm Bar. in l. vtrum. nu. 3. ff. ad leg. Pomp. de Parric. Ang. & ibi Auguſt. in add. in tracta. malefic. in uer. *Tu hai tradito la tua patria.* in uerſ. Quod crimen. num. 10. Salyc. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Ang. in §. publica. in fi. inſt. de publ. iud. Afflict. in c. 1. §. & bona committentium. nu. 1■3. in tit. quæ ſint regal. in vſibus feudorum, Calca. conſ. 2. quòd autem. col. 4. Dec. in l. culpa caret. nu. 9. ff. de reg. iur. Marti. Lauden. in tract. de crim. læſ. maieſt. q. 13. Abb. & Fely. in c. 1. de offic. deleg. Et in practica opinionem iſtā ſeruari dicit ibi Fely. & Ang. in locis præcitatis, & ſequitur Bertachi. in ſuo reper. in uer. Scire. in ver. 14. vbi meminit ſe feciſſe decapitari quoſdā ex ſola ſcientia tractatus non reuelati contra Sūmum Pontificem, & Augu. in d. add. ad Ang. refert quoq; aliàs ſe feciſſe vnum potentem Dominum decapitari hac de cauſa, & Deç. in d. c. 1. nu. 35. aſſeuerat quòd ita obſeruatū extitit Florentiæ, dum ipſe legebat Piſis contra Renatum de Patiis, qui ob non reuelationem ſactam coniurationis contra rempublicā fuit decapitatus; & infinitos decapitari vidit Bononiæ Barbat. per iſtam Bar. ſententiā, & ipſe teſtatur in d. c. 1. nu. 26. Et eandē opinionē declarat Ioā. Cephal. conſil. 75. nu. 6. 28. cum aliis ſeq. & conſ. ſeq. nu. 60. cum cæteris ſeq. vol. 1.

¶ Sed contrariā partem tenuerunt nonnulli Doct. congeſti per Fely. in c. quanto, de ſent. excom. & in c. de cętero. col. fi. de re iud. vbi titubāter fatetur opinionem Bar. in praxi non obſeruari, & nimis rigoroſam eſſe ait Gigas, in trac. læſæ maieſt. lib. 3. in tit. de pluribus & variis quęſtionibus. q. 2. & Caſſane. in conſuet. Burgūdiæ. rub. 1. nu. 32. & iniquiſsimā appellat Marſil. in ſing. 164. nemo debet ſe ſubmictere. & crudelē cōmemorat Barbat. in d. c. 1. nu. 26. & Bal. conſ. ſuo incip. cùm quædā allegata ſint. qui originaliter reprobauit cōſulendo Bart. & protulit ibi quędam fatua verba, quòd iudices ſequentes Bar. doctrinam omnes ſunt homicidæ, & quòd anima Bar. ob hoc ſepulta eſt in inferno.

¶ Nihilominus ſpretis uerbis. Bal. tanquàm vanis, & mordacibus, ipſe ſequor opinionē. Bart. quem tueri non poſſe ob temporis anguſtiā multum crucior. Cęterùm, iudicio meo, eius fœlix, benedictaque anima ob huiuſmodi opinionem nō patitur detrimentum, nec afflictionem aliquam apud inferos, at quieſcit in pace, & quieſcet in æterna ſæcula: prout in hoc propoſito atteſtatur, & cōmemorat Franc. Coſcius Decanus Senenſis in c. 1. n. 39. de offi. deleg. Et opiniones iſtas conatur concordare diſtinguendo Auguſt. Berous in d. c. 1. & Claud. Aquen. & Bolog. in l. vt vim, ſub nu. 85. ff. de iuſt. & iur. ſed opinio ipſa Bar. eſt cōmunis. teſte Alciat. licèt ſub dubiis uerbis, in l. bona fides. nu. 20. ff. depoſiti, & in l. 4. §. Cato. nu. 25. ff. de uer. oblig. & in effectu communis, & veriſsima eſt, obſeruaturque in practica: vt patet ex relatis apertiſsimè. *Cõis opin.*

2 Quæ quidem cōmunis procedit quoque in filio, qui ſciens aliquem occiſurū patrem ſuum, & non reuelans, licèt non ſit delicti particeps, punitur vt parricida: ſecundùm Bar. in d. l. vtrum.

¶ Et quare anima Bar. crucietur apud inferos, non video rationem: cùm ex ſententia Philoſophi. Diis, & parentibus non poſſumus reddere ęquiualens; imò in fundamentis naturę Deus per potentiam ſuā non poſſet producere Socratem, vel Platonem non cōcurrentibus patre, & matre: vt habetur 2. phiſicorū tex. cōmen. 26. quāuis Theologi putent Deum glorioſum ſupplere vices cauſarū particulariū, vt patuit in Adam. Nec obſtat ratio Bal. in d. conſ. ꝙ non reperitur lex, quæ dicat quòd quis propter ſolā ſcientiam mori debeat: quia reſpondeo, quòd tranſcendūtur fines legū criminis atrocitate, ex deductis per Bar. in d. l. utrū, & hoc in terminis tenent Ab. in c. 1. de reſt. ſpo. & Dom. in c. negligere. 11. q. 7.

SVMMARIVM.

1 *SCIENTIA, cognitio, & notitia eorum, quę publicè fiunt pręſumitur apud eos, qui in loco conuerſantur.*

2 *Præſumitur quis ſcire omnia quæ communiter ſciuntur: & ſic id, de quo eſt publica uox, & fama.*

3 *Ignorantia non probatur iuramento, vbicunque extaret publica uox, & fama de re ignorata.*

4 *Receptans famoſum malefactorē per iuramentum prætendendo ignorantiam, id non excuſat dolum ſuum.*

5 *Præſumitur ſciri quod publicè fit: ſed poteſt probari contrarium.*

6 *Bannū publicè emanatū præſumitur ſciri ab omnibus.*

7 *Bannū præſumitur ad omniū notitiā perueniſſe, vbicunque illud publicatū fuerit in locis ſolitis, & conſuetis.*

8 *Bannum licèt non comprehendat alienigenas: tamen comprehendit ſubditos loci, ubi illud publicatum fuit.*

9 *Scientia præſumitur, ubicunque aliquid publicatum eſt in ualuis eccleſiæ, uel in alio loco publico: & allegans tunc ignorantiam non auditur.*

OPINIO DCXCV.

1 SCIENTIA ſeu cognitio eorum, quę publicè fiunt de iure præſumitur, & ſic notitia apud eos, qui loco conuerſantur facilè, & abſq; dubio aliquo præſumeretur: vt uoluerūt Glo. in c. 1. de poſtul. pręlat.

prę̄la.in verb. Allegans,& ibi omnes,Glo.in uer. Cognouerūt, in.§. qui autem excuſare ſe uolunt. inſtit.de excuſ.tut vbi Ang.Aret.& Port.num.7. Glo.in ver.Oſtenderis in l. ſi tutor petitus.C. de petic.tut.vbi Bart.Bald.Ang.Saly. & omnes alij communiter,Soc.Iun.etiam conſ. 31.nu. 36.& ſeq.uol.2.vbi iſtorum opinionem approbat,& aſ firmat eſſe communem. *Cõis opin.*

2 Vnde præſumitur ſcire quis omnia, quæ communiter ſciuntur,& conſequenter id, de quo extat publica uox & fama,publicum notorium, & manifeſtum:ſecundùm Glo. in d. l. ſi tutor petitus in uer.Oſtenderis.

3 Et tunc ſi extaret publica uox & fama de re ignorata,ignorantia utiq; non probaretur iuramento.ita Glo.in c.nulli de elect.in 6.Glo.&Bal. in c.conuenticulas.col.1. de pace iuram.firman.

4 Qui loquitur de receptāte famoſū malefactorē, vt etiam per iuramentum non excuſet dolū ſuū.

5 Et quanquam præſumatur ſciri,quod publicè fieret;nihilominus tamen poſſet probari contrarium : vt firmauit Card.in Clemen.1.in 13.not. de foro competen.

6 Et hinc eſt, quòd proclama publicè emanatum,omnes ſcire illud præſumuntur.c.1.de poſtulat.prælat.c.fin.qui.matrim.accuſ.poſſ.c.1.§. fin.de conceſſ.præben.l.ſed & ſi pupillus.§. proſcribere.ff.de inſtitor.actio.l.ſi tutor: vbi Glo. & Bart. C. depericul.tutor.Gloſſ. & Bartol. in l.1. ff.de recept.arbit. & Gloſſ.in c.exceptionem. §. fin.de exceptionibus.

7 Et eo magis bannum ipſum præſumitur perueniſſe ad omnium notitiam, vbicunque illud promulgatum,publicatumque fuerit in locis ſolitis,& conſuetis : vt explicat,& demonſtrat Vrſill.in add. Affl.in deciſ.200.nu.7.

8 Et licèt bannum hoc non comprehendat alienigenas extra territorium iudicis bannientis cōmorantes,illudque edictum ignorantes : tamen dubio procul comprehenderet ſubditos loci, vbi bannum extitiſſet publicatum.l.fin.ff.de decret. ab ord.facien.Bar.in l.cunctos populos.num.21. C.de ſumma Trin.& fid.catho.Bald.in l.1.col.3. C.de hæred.inſtit.Alex.conſ.90.vol.7.Iaſ.conſil. 183.col.2.vol.1.Marſil. conſ.121.& Pariſ.conſ. 171.ſub num.6.& ſeq.vol.4.

9 Itaq; publicatum in valuis eccleſię,vel in alio loco publico, illud,quod ignorari allegatur, non excuſat allegantem ignorantiam,ſed ſibi imputatur,ſi non ſciuerit : quia hoc caſu facilè præſumitur ſcientia . Clement. vnica de conceſſ. præben.& ibi Glo. & Dec. conſil. 160. in cauſa monaſterij, ſub num. 5.

SVMMARIVM.

1 *SCRIPTVRAM producens minus ſolennem in iudicio contra aliquem, non poteſt acceptare in parte,& in parte non, etiam ſi capitula ſint ſeparata : ſed ipſe contra quem producitur debet eam in totum acceptare,aut in totum repudiare.quod equidem vtiliter,& ſuſiſſimè declaratur.*

OPINIO DCXCVI.

1 SCRIPTVRAM minus ſolennem contra Titium productam per Semproniū,non poteſt ipſe Titius acceptare in parte,& in parte nō,etiam quando capitula ſint ſeparata:ſecundùm Corn.conſ.81, col.penul.vol.4. ſed debet fieri acceptatio in totum,aut in totum repudiari.

¶ Contrarium verò ſentit Bar.in l.quædam. §.nummularios.ff.de edendo,& l.Aurelius.§. itē quæſijt in fin.ff.de lib.leg.& in l.publica.§. fin.ff. depoſiti. vbi ipſe docet modum quando ſit vnū capitulum,&quando diuerſa. Et iſtam opinionē Bar.ſequitur Abb.in c.2.de fide inſtrum.&conſ. 36.colum.fin.vol.2.Ant.de Butr.& Imol.in c.bonæ il 2.extr.de poſtul.prælat. & in c.ex parte decani extr.de reſcrip.Roma.conſil.346.colum.1. Iaſ.in repet.l.admonendi. colum.50. ff. de iureiur.&ibidem Ripa.num.123. idem Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.colum.14. ff. de oper.nou.nunc. vbi rationem adducit: quia approbatio ſcripturæ dependet à poteſtate approbantis, ſeu acceptantis. Et huiuſmodi ſententiam ſequitur etiā Guido Papæ.q.503.&pleriq; ex pręcitatis Doct. aſſerunt eam eſſe communem, & Bellon. conſil. 46.num.11.& ſequen. *Cõis opin.*

¶ Quæ communis ita retenta tanquam veriſsima limitatur nō habere locū in ſcriptura alicuius adminiſtrationis, vt putà in libro rationis tutoris : nam ſi aduerſarius vellet acceptare in parte, tenebitur ſtare in toto propter vnitatem officij ſui.l. cùm quæritur.ff. de admin. tut. & in iſtis terminis loquuntur Corn. in d.conſil.81. & Ang.in l.ſumptus.C.de admin.tut.vbi ait quòd excepto libro rationum adminiſtratoris, & in alijs ſcripturis poteſt fieri acceptatio in parte tātùm,quando capitula reperiuntur ſeparata.

¶ Choarctatur ſimiliter iſthæc communis non procedere in priuata ſcriptura facta manu alicuius tertij: illa quippè non poteſt in parte acceptatri, etiam in capitulis ſeparatis:ſecundùm Iaſ.in d.l.admonendi.col.50.

¶ Limitatur poſtremò iſta communis non procedere quando iudici aliud cauſa cognita uideretur,& ex veriſimilitudine,ac qualitate perſonæ ſcribentis, quòd etiam contineat in alijs partibus liber veritatem. Verbi gratia, ſi ageretur de modica ſumma, & ſcribens ipſe ſit bonæ famæ. ita Bald.conſil.156.colum.2.volum.3. & ſic ſecundùm Bald. hoc videtur reſidere in iudicis arbitrio : & ſequitur Dec. in cap.2.colum.6. de fid.inſtr.& in l.1.colum.2.C.de eden. Et circa materiam ſcripturæ aliqua ſcripſimus infra in verb. Teſtes in ſcriptura priuata &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DOCTORES veniunt appellatione ſcholarium,& profeſſorum.*

2 *Scriptores non ueniunt appellatione ſcholarium, aut ſtudentium.*

3 *Scholares comprehendunt etiam iura loquentia de ſocijs;& ſic iura de ſocijs loquentia poſſent adaptari ad ſcholares, et alios ſocios in eodem cœnaculo habitātes.*

4 *Scholares ſtantes in eadem domo poſſunt dici ſocij; nec unus eorum poteſt eſſe iudex in cauſa alterius.*

OPINIO DCXCVII.

1 SCHOLARIVM, vel profeſſorū appellatione veniunt Doctores: vt latè per Abb. col. 2. & ſeq.& Fely.in proœ. Gregor. Barbat. in c.ex literis. num. 9. de conſtit. & Iacob. Mandell. conſ.27.num.6.

2 Sed appellatione ipſorum ſcholarium,aut ſtudentium, vtique non veniunt ſcriptores aliquo modo:ſecundùm Glo.ſingul.in Clem.1.de elect. Ant.cæterosq; omnes, & præſertim Barbat.nu. 13.in c.ex reſcripto.de locat. vbi iſtam eſſe communem opinionem exiſtimat. Cōis opin.

3 Vnde iura loquētia de ſocijs adaptari poſſent ad ſcholares, & alios etiam in eodem cœnaculo habitantes.ita Abb.in c inter dilectos in fin.ſub num.18.de fide inſtrum. vbi allegat Azonem in l.præſcriptione.ff. de his, qui deiec. vel effud. & Specul.in tit.de iud.in §.2.in ver.circa hoc quæritur. & explanat hoc procedere in fauorabilibus,non autem in odioſis.

4 Nam ſcholares commorantes in eadem domo poſſunt dici ſocij:nec vnus eorum poteſt eſſe iudex in cauſa alterius: ſecundùm Abb. in c. cùm R. canonicus de offic.deleg.

SVMMARIVM.

1 *SENEX ætatis decrepitæ torqueri non poteſt;& ſi tortus confiteatur, & ratificet etiam ad banchum iuris,non ei præiudicat confeſſio.*

2 *Senex dicitur ab ætate quinquaginta annorum vſque ad ſeptuaginta, & conſequenter ſenes dicuntur, qui ſunt ſeptuaginta annorum.*

OPINIO DCXCVIII.

1 SENEX ætatis decrepitæ torqueri non pōt.l.3.§.ignoſcitur.ff. ad Syllan. vbi Bar. hoc expreſsè firmat, & in l. de minore.ff.de queſtion.in princip. Brunus in tract.de indic.& tort. in 4.q.nu. 18. poſt Odofred.& Gozadin.ibi relatos per eum, & Grammat.deciſ.34.num.5. vbi tenet, quòd ſenex non excuſatur à tortura,ſed decrepitus, qui eſt poſt annos ſenectutis,& iſta eſt cōmunis opinio:ut aſſerit Pau.Grilan.in trac.de queſt.& tor. in quæſt.incip. Sextò quæro, an omnes pœnæ in diſtinctè. nu.2.fol. 407. licèt ibi teneat expreſsè contrarium. Quicquid ipſe dicat, ac ſuadeat ob hoc à præfata communi non eſſe recedendū duxi: quam approbat per plures rationes Tiraq. in tract. de pœnis remictendis, aut temperandis. cauſa.8.num.1.cum ſeq. Cōis opin.

¶ Imò retenta communi opinione,dic fortius, quòd confeſsio emanata à prædicto ſene,ac etiā ratificata,nulla videtur,nec eidem in aliquo præiudicat:ut uoluit Glo.Bar.& alij in l.penul.ff. de quæſt.Gandin.in tract.maleficiorum,in rubr.de quæſt.Marſil.in l.1.ff.de quæſt. num. 24. & conſ. 14.colum.2.Alex.conſ.5.uolum.1.Gram.conſil. crim.37.colum.2.& ſeq.voto 6.colum. 2. & Capicius deciſ.145.Et iſtam Bart. opinionem in d. l.pen.communiter intelligunt Docto. paſsim in confeſsione expreſsè ratificata etiam ad banchum iuris,&in expreſſa perſeueratione dictę cōfeſsionis. ita tenet Alex. conſil.52.colum.2.uol. 3.Marſil.in d.l.1.Ang.Aret.& ibi latius Auguſt. de Arim.in tract.de malefic.in verb.fama publica.num.36. & Marſil. in d.l.pen. quia quouſque perſonaliter detinetur,idem metus durare præſumitur,& ibi latius per eum,qui dicit plures liberaſſe à pœna mortis;& plures alios citat Grāmat.conſil.crim.37.nume.8.Iaſ.conſil.78.verb. pari ratione,lib.6.nec confeſsio.idem tenet Alciat.in c.1.nume.52.de offic.ordin.& Pariſ.conſ. 63.in fin.uolum.4. ex quibus apparet iſtam eſſe communem opinionem,vt Doct.ſupra relati audacter atteſtantur,& alij paſsim. Cōis opin.

2 Et his accedit,quòd ſenex dicitur ab ętate quinquaginta annorum uſque ad ſeptuaginta:& conſequenter ſenes dicuntur, qui ſunt ſeptuaginta annorum:vt per Glo.magiſtram in proœm.6.& ibi plenè Ioan.And. & Grammat.in allegata deciſ.34.& Lallus de Tuſcia in conſtitut.Regni,In pecuniarijs.num.10.lib.2.

¶ Sed Aſtrologi,ſecundùm aſtra,quæ corpora noſtra regunt,& tanquam periti in arte,procedendo ſenſiunt contrariū,videlicèt, quòd homo non dicitur ſenex, niſi ab anno quinquageſimo ſeptimo;&ſic ſenectus venit inchoāte ipſo anno quinqnaſimo ſeptimo:vt reſoluit, & egregiè diſcurrit Vincētius Maxilla in conſuetudinibus ciuitatis Bari in conſuet.Inter milites.num.56.in tit.de immun.no.ciui.fol.29.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA iudicis,quæ tranſiuit in rem iudicatam habet præſumptionem pro ſe,ſiue lata fuerit in præſentem,ſiue in abſentem, & contumacem verum uel fictum. Nā ſententia cuiuſcunque iudicis poſtquam tranſiuit in rem iudicatam habetur*

betur pro veritate, & ex ea reſultat præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis, maximè ſi eſſet lata de antiquo.

2 *Sententia ad hoc vt dicatur lata de antiquo, vt pro ea pręſumatur, etiam in ea non facta mentione ſolenniũ, & actorũ, relinquitur iudicis arbitrio, attenta qualitate eius qui ipſam ſententiam tulit.*

3 *Præſumitur in dubio magis pro ſententia vnius iudicis maioris, quàm inferioris.*

4 *Laudum arbitratoris habet præſumptionem pro ſe, pendente etiam reductione ad arbitrium boni viri.*

5 *Decretum iudicis habet præſumptionem pro ſe, vt præſumatur adhibitum cauſa cognita, etiam quòd in ſpecie non exprimantur ſolennia requiſita ad ipſum actum ſuper quo decretum interponitur.*

6 *Sententia habet præſumptionem pro ſe poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, etiam ſi pœna iuris alterata reperiretur.*

7 *Proceſſus habet præſumptionem pro ſe, & ſic præſumitur pro rectitudine ipſius proceſſus, ſiue fabricatus ſit contra pręſentem, & non reluctantem, ſiue etiam contumacem verum, vel fictum.*

8 *Proceſſus non habet pręſumptionem pro ſe vbicunque fabricatus foret contra abſentem, de cuius contumacia non appareat, utputà quia nõ conſtet de citatione, & alijs ad contumaciam neceſſarijs.*

9 *Executio rei iudicatæ pertinet ad eundem iudicem, qui ſententiam promulgauit, & ſic ad primum iudicem à quo, ubicunq; infra legitima tempora non appellatur, vel interpoſita appellatio non proſequatur.*

OPINIO DCIC.

1 SENTENTIA iudicis, quæ tranſiuit in rem iudicatam habet pręſumptionem pro ſe, ſiue lata fuerit in præſentem, ſiue in abſentem, & contumacem verum, vel fictum: ſecundùm Specul. Io. And in §. vt autem de ſentent. prol. Ioan. Cald. & Abb. in c. quoniam contra, de prob. & alios communiter ibi, Marcum Antonium Blanchum in tract. de compromiſsis. q. 9. de effectu ſententiæ. num. 10. Imol. & Ant. de Butr. in c. in præſentia, de renunc. vbi ſubdit ipſe Imol. hanc eſſe communem opinionem, & in c. in iure, de off. delega. colum. 12. & in c. in præſentia, de remiſſ. & latiſſimè Roma. in l. ſciendum. colum. 24. ff. de verb. oblig. Grammat. deciſ. 24. num. 5. & 13. & Moder. in d. c. quoniam contra. Et ratio eſt: quia ſententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam cuiuſcunque iudicis fuerit, habetur pro veritate. l. res iudicata. ff. de re iud. c. cùm inter, de re iud. & ex ea reſultat præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrariũ, niſi propter confeſsionem partis. vt not. Bart. in l. Iulianus verum debitorem, ff. de condic. indeb. & Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. erciſ. & in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignor. & Cępol. in caut. 23.

Cõis opin.

¶ Et præſertim hoc procedit vbicunque ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, lata eſſet non de recenti, ſed antiquo, vel longinquo; & tũc præſumitur pro ſententia etiam ſi in ea non eſſet facta mentio ſolennium, aut actorum: ſecundùm Hoſtien. in c. cùm inter, de re iud. Inno. in c. cùm in iure de offic. deleg. Bart. & Curt. Iun. in l. admonendi. num. 250. ff. de iureiuran. & Aret. conſ. 36. colum. fin.

¶ Paul. verò Caſtr. ſibi parùm conſtans. conſ. 76. colum. 2. lib. 2. tenuit contrarium, vbi ait, ꝙ non præſumitur pro ſententia in antiquis, etiam quò ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſententia. idem uoluit Bal. conſ. 204. col. 2. vol. 3. idemque videtur tenere Alex. conſil. 123. col. 2. vol. 2. Sed prima opinio Innoc. videtur magis communis: vt ſcribit Curt. Iun. in d. l. admonendi. nu. 250. *Cõis opin.*

2 Et prædictis accedit vtiliter, quòd antiquum tempus, quò ad hoc, dicitur viginti annorum: argumento. c. cùm venerabilis, de except. & facit tot. tit. C. de præſcript. long. temp. 10. vel. 20. annorum, & ita tenet Calder. in d. c. quoniam contra. quem ſequitur Abb. conſ. 61. col. pen. lib. 1. & Calca. conſ. 8. col. 4.

¶ Sed opinio iſtorum mihi parùm ſatisfacit, ex quo alteram ſententiam huic de directo contrariam reperio, & forſan veriorem, quòd in pręmiſsis tempus dicitur antiquum, quando poſt latam ſententiam eſſet lapſum biennium: vt tradit Bal. in l. vnica. C. ne lit. in vna, eademq; cauſa ter. prouoc. poſt Hoſtien. in d. c. in præſentia, idemque voluit Ioan. Andr. in nouella, Ang. in l. quæcunque. §. fin. ff. de public. Bal. in c. 1. de milite vaſa. qui contumax eſt, Bertach. in 3. part. ſui repert. in verſ. Sententia præſumitur, ante fi. Alexan. in l. fi. §. illud. ff. quando appellan. ſit, in add. ad Bar. ante fin. & Gramm. poſt alios relatos ibi per eum, in deciſ. 24. nume. 7. & ſeq. ſubdens ibi iſtam eſſe veriſsimam opinionem.

¶ In contrariam uerò partem videtur inclinare Bal. in d. c. 1. citans Inno. in cap. Albericus, extr. de teſtib. & idem Bald. in c. 1. quo tempore miles, ꝙ imò requiratur, vt ſit lata ſententia ipſa multum de antiquo. Cæterùm neutram ex iſtis duabus opinionibus ſequor: cùm ambæ erroneæ appareant: vt infra apertiſsimè oſtenditur.

¶ Tertiam opinionem circa pręmiſsa reperio quòd ad hoc, vt dicatur ſententia antiqua, ſufficit tempus decem annorum: ſecundũ Hoſt. in d. c. Albericus. quẽ ſequitur Ang. in d. c. quoniam contra. Alexan. conſ. 123. colum. 2. lib. 2. Gozadin. conſil. 130. vel 137. colum. fin. & Veronen. conſ. 26. colum. 4.

¶ Quarta etiam affertur ſentẽtia, quòd antiquum tempus circa hoc tunc dicatur, quando fluxi, elapſiq; diſcernantur centum anni: quæ cõmuniter per Doct. approbatur, atteſtante Dec. conſ. 321. colum. 3. Alex. in l. cum aliquibus. C. *Cõis opin.*

de iure

de iure deliber. & Marco Antonio Biancho in dicto tract. de compromiſsis in 9. quæſt. de effectu ſententiæ, ſub nume. 11. verſic. primo caſu.

¶ Quintam vltimo loco reperio opinionem, iudicio meo, magis tutam & æquam, & ſequendam fore ſuadeo. quæ quidem eſt iſta, quòd totũ hoc committi, & relinqui debeat iudicis arbitrio, quando ſententia ipſa dicatur lata de antiquo, vt pro ea pręſumatur, etiam in ea non facta mentione ſolennium, & actorum: & iſtam opinionem ſequitur, & tenet Ioan. Calder. in d. c. in præſentia, Alex. conſ. 219. colum. 4. lib. 6. conſil. 17. colum. 3. lib. 4. Aret. conſ. 36. col. fin. & iſtam ponit eſſe communem opinionem Auguſt. Ber. in d. c. quoniam contra num. 252. & alij Moder. ibi, qui quidem iudex variè arbitrari poſſet ſecundùm qualitates iudicũ, qui pronunciarunt. Cõis opin.

3 Quia magis abſque dubio præſumeretur pro ſententia vnius iudicis maioris, quàm inferioris in dubio. l. 1. ff. de offi. pręfe. præto. not. Bald. in l. tutores. ff. de confirm. tut. Iaſ. in l. pacta nouiſsima, in 3. notab. C. de pactis, & in rub. C. qui admitt. colum. 2.

¶ Et hoc procedit, quando iudicis maioris qualitas non eſſet nota iudici arbitranti: ſi enim manifeſta eſſet, & iudicem ſciret imperitum, pręcipitem, aut minus integrè, arbitrium eius conſiderabit tempus longius, quàm in iudice recto, integro, perito æquè, & inculpato. Vbi verò tempus exactum eſſet annorum 30. illud ſine dubio videtur ſufficere: ſecundùm Veronen. conſil. 63. colum. 2.

4 Ampliatur prædicta communis, quòd ſicut pro ſententia præſumitur, ita pro laudo præſumendum eſt: ſecundùm Alex. in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. Bald. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbitr. & Doctor. in cap. quoniam contra falſam, de probationibus.

¶ Quod procedit de plano in laudo arbitratoris, vt habeat præſumptionem pro ſe: ſecundũ communem opinionem omnium. Scriben. quã celebrat, & citat Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 184. Lanfranc. de Oriano, Pariſ. & Berous ibid. Cõis opin.

¶ Similiter hoc procedit in laudo, quod in dubio pro eo præſumitur etiam pendente reductione ad arbitrium boni viri: vt concludunt omnes indifferenter in cap. quoniam contra, præſertim que Dec. ibi nu. 186. Cõis opin.

5 Ampliatur quoque iſta communis, quæ habet, quòd præſumatur pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, nõ ſolùm procedere in ſententia, verùm etiam in quolibet decreto iudicis; imò Doct. in d. c. quoniam, communiter conueniunt quòd præſumatur adhibitum cauſa cognita, etiam quòd in ſpecie non exprimãtur ſolennia requiſita ad ipſum actum, ſuper quo decretum interponitur. & loquuntur Doct. etiam in actu, in quo tales ſolennitates remitti non poterant, vt in alienatione bonorum eccleſiæ, vel minoris, & iſta exempla, & alia ſimilia ponunt Doctor. in l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſaction. vbi Bald. & Paul. de Caſt. Cõis opin.

6 Itidem antedicta communis, quòd præſumatur pro ſententia, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, ampliatur etiam, ſi pœnam iuris alteratam eſſe reperiremus: vt tradit Dec. in c. conſuluit ad fin. de appel.. poſt Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior, de infam. col. 11. Cõis opin.

7 Sic etiam præſumitur pro rectitudine proceſſus, ſiue ſit fabricatus contra præſentem, & non reluctantem, ſiue etiam cõtumacem verum, vel fictum: vt per Felyn. copiosè, qui hanc dicit eſſe communem opinionem in d. c. quoniam contra. colum. 16. verſ. quarta concluſio, vbi quoque ꝙ qui vult dicere ſolennitates non fuiſſe ſeruatas, producat acta &c.

8 Quod tamen limita, vt non procedat, quando fuiſſet lata ſententia, & fabricatus proceſſus contra abſentem, de cuius contumacia non appareat, vt quia non conſtet de citatione, uel alijs ad contumaciã neceſſarijs. ita in terminis Cor. conſ. 17. vol. 1. litera L. & ſeq. Et ita habui in facto in curia noſtra ſeculari, & obtinui de anno 1570. exiſtente iudice D. Thoma de Sicę de Ciuitate Cãpanię, viro ſummi ingenij, & ita etiam obtinui ſuperioribus annis in Regia Aprutina Audientia, dum erat ibi Auditor digniſsimus, & celebratiſsimus D. Leonardus Anſantus Neapolitanus.

9 Et aduerte, quòd executio rei iudicatæ; & ſic poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſpectat, & pertinet ad eundem iudicem qui ſententiam promulgauit; & ſic ad primum iudicem à quo, vbicunq; infra legitima ſtatuta tempora non appelletur, vel interpoſita appellatio non proſequatur: ſecundùm Bart. Bald. & alios in l. ſi contra. C. de appell. & l. præcipimus. §. officijs. C. de iudic. & Marant. qui ponit hoc pro regula cum 4. limitat. in tract. iudic. in 6. part. actu 3. & vltimo. num. 2. cum alijs ſeq. fol. par. 193. & ſequitur etiam, nonnihilq; declarat Octau. Veſtr. in ſua pract. lib. 8. titu. ſeu rub. de executione rei iudicatæ, expenſarum taxatione, & fructuum liquidatione, ver. Si dices, fol. par. 153. vbi prædicat iſtam eſſe communem theoricam. opin. Cõis

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA lata per iudicem finita inſtantia eſt nulla.

2 Sententia lata pro mortuo non valet.

3 Inſtantia litis non finitæ non tranſit in hæredem ipſo iure, ſed debet citari ad uidendum tranſlationem iudicij in ipſum faciendam.

OPINIO DCC.

1 SENTENTIA lata per iudicẽ, finita inſtantia, eſt nulla: ſecundum Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci, in 3. q. ff. de offic. procon. & in c. 1. ſi de inueſt. inter domi. & vaſal. lis ori. in vſib. feud. & in l. properandum. col. 3. C.

3.C.de iudicijs,Abb.in cap.venerabilis, de iud. Fely.poſt eundem Abb.in c.de cauſis de off.deleg.Rom.conſil.425.& 427.Paul.de Caſt.conſil. 324.videtur dicendum.Facit tex.in auth.ei qui. C.de temp. appell.Grammat. conſil.ciuili 165. num.4. & firmat Paris de Put. in tract.ſyndic.in ver.Sententia in prin.vbi dicit inſtantiæ lapſum non ſuppleri per c.deteſtantes in Regno, & iſta eſt communis opinio: vt per Moder.in dicto cap. de cauſis. *Cōis opin.*

2 Nec ſententia lata pro mortuo valet: vt ex cō muni opinione tradit Ioachimus in obſeru.85. nu.1.cent.1.Imò tunc ſententia ipſa etiam contra hæredem, & contra procuratorem defuncti nihil operabitur: ideo talis ſententia exequi nequiret modo aliquo contra hæredem.l. in ſumma.§.fin.ff.de re iudic.& ibi Doct.

3 Sed vt inſtantia ipſa cœpta cū defuncto transferatur in hæredem, debet neceſſariò de nouo citari hæres, vt compareat ad declarandum ſi ſit filius, & hæres, & ad videndum tranſlationem, & transfuſionem iudicij in eum faciendam: qua citatione expedita, & notificata hæredi, iudex profert decretum, quòd iudicium in eum transferatur, & ita proceditur ad ulteriora in cauſa vſque ad ſententiam vno verbo repetendo omnia acta, & actitata ſuperioris agitati iudicij. nec inſtituitur nouus proceſſus cum hærede: ſecūdùm Bar.in l.Lucius.§.rogatus.ff.ad Trebell.& ita ſeruatur in magna Curia Vicariæ, & in omnibus alijs curijs: atteſtante Carauita in ritu 234. nu. 6.& ſic multoties vidi obſeruari, & practicari, in curia noſtra Aquilana. Sed contrarium ait obſeruari in Camera Imperiali Ioachimus d.obſeruatione 85.num.2.quòd ſententia lata pro mortuo non ſit nulla, verùm pro ualida habeatur, & conſtito de morte principalis poſt latam ſententiam transfertur iudicium, & inſtantia in hæredem, & ſubſtinetur ſententia ipſa.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA transfert dominium in rei vendicatione, & conſequenter agens rei vendicatione, & per iniuriam iudicis dominus declaratus ſit, tranſiret dominium in eum tunc eius rei de qua ageretur.*

OPINIO DCCI.

1 SENTENTIA transfert dominium in rei vēdicatione: & ſic Titius agens rei vendicatione contra Mœuium, & per iniuriam iudicis dominus declaratus ſit: tunc vtique in eum tanſiret dominium eius rei, de qua ageretur: ſecundùm Gloſſ. Dyn.Iacob.de Arena, Guil.Rayner.Oldrad.Iaſ. num.43.& alios in l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur. Cyn.& Iac.de Arena in l.1.C.communia vtriuſque iud.Glo.Bar.Imol.Alex.Ang. & reliquos cōmuniter in l.Pomponius.§.ſi inſtit.ff. de acquir. poſſ.Glo.in §.fi.inſtit.de offic.iud.Calder. & Cardin.in c. propoſuit per text.ibi, de conceſs.præb. & iſta eſt communis opinio: ſecundùm pleroſq; ex citatis Scrib. & venit amplectenda tanquàm veriſsima, non obſtante quòd aliqui tenuerint contrarium. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *LAVDVM, ſeu ſententia nulla, licèt regulariter non valeat, nihilominus poteſt confirmari conſenſu partium, & ipſa ſententia non valeret in vim ſententiæ, ſed in vim pacti.*

OPINIO DCCII.

1 LAVDVM, ſeu ſententia lata à iudice in competente, & ſic nulla, quomodocunq; ſit: licèt regulariter non ualeat, poteſt tamen partium conſenſu confirmari. Sed aduerte quòd hoc caſu non ualeret ſententia ipſa in vim ſententiæ, cæterùm in vim pacti: ut eſt tex.cum Glo. communiter approbata in l.2.C.comm.vtr.iud. quam ſequitur Roma.conſ.173.in fin.& conſ.175.nu.4.Afflict. deciſ. 117.promiſsio in fin. & Cæſar Vrſillus in add.ibi.nu.1.& Dec.conſ.475. in cauſa. colum. penul.& in c.ex parte, il 2.nu.72. de offic.deleg. & in cap.ſignificante ſub num.17. & ſequen. de appellat. & Soc. conſil. 220. viſis compromiſſo, num.3.volum.2. *Sententia. Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata de nocte, quaſi extra tēpus ſtatutum à lege prolata, & quando poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur, non valet, niſi ambæ partes eſſent præſētes, & non contradicerent, niſi vltima dies inſtantiæ, & iurisdictionis eſſet inſpiratura; & niſi expreſſus partiū conſenſus accederet; & niſi quando iudex multitudine negotiorum impeditus de die promuntiare non potuiſſet; & niſi conſuetudo in loco vigeret, vt nocturno tempore ſententia feratur, quo caſu debent eſſe tria luminaria accenſa.*

2 *Laudum prolatum per arbitros de nocte non valet.*

3 *Sententia arbitratoris aſſumpti de iure, & de facto prolata de nocte non valet, neque tenet.*

4 *Nox dicitur quando tenebræ ſunt ſuper terram, et quādo quis de facili non cognoſcitur.*

5 *Indices, ſeu officiales, cauſas audientes, matutino, mox, meridie, & demum veſpere, ideſt ante noctem ſedere debent de iure cōmuni, et de iure Regni Neapolitani.*

6 *Appellari ita poteſt noctu à ſententia, quēadmodū etiā permiſsū eſt die feriata appellationē ipſā interponi.*

OPI-

OPINIO DCCIII.

1 SENTENTIA lata de nocte, quaſi extra tempus ſtatutũ à lege prolata, & quãdo poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur, non valet: ſecũdùm Glo. Bart. Abb. Bald. Ang. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. qui aſſeruit opinionem iſtam eſſe communem, in l. non minorem C. de tranſact. & in l. more, vbi Gloſſ. & alij ff. de fer. & Iaffredus in deciſ. 412. vbi ſcribit quoque iſtorũ ſententiam eſſe communem: & ſequitur Ferrar. in ſua pract. Papienſ. in forma ſententiæ diffinitiuæ. §. 1. num. 37. Glo. Ang. & omnes in §. omnis inſtit. de uerb. oblig. vbi ipſe Ang. inquit opinionem præmiſſam Bart. ſeruandam fore, & quòd recedens ab ea litem ſuam faceret; & inquit cõmunem, declarat, & ſequitur pariter ſubtiliſſimus, & celeberrimus in legendo, & conſulendo hac tempeſtate D. Thobias Nonius Peruſinus in d. §. omnis num. 22. & ſeq. Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. 3. & vltimæ partis, in 1. actu. n. 92. fol. par. 158. & Cauenſ. in pragmat. 20. odia, quæ inter coniunctos. nu. 60.

Cõis opin.

2 Vbi cum alijs citatis per eum ampliat hoc procedere etiam in laudo per arbitros prolato de nocte.

3 Sed vtique non procederet in ſententia arbitratoris aſſumpti de iure, & de facto: quæ cùm ſit quædam tranſactio, prolata de nocte valet, & tenet: ſecundùm Ferrarien. in d. pract. Papien. in forma ſententiæ diffinitiuæ. §. 1. ſub num. 37. Paul. Caſtren. in d. l. more in fin. & Marcum Antonium Blanchum in tract. de compromiſſis quæſt. 1. num. 26.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Hoſtien. in ſumma de iud. §. qualiter, & Glo. & Butr. in c. conſuluit ext. de offic. delega. Quorum opinio procederet abſque dubio, quando ambæ partes eſſent præſentes, & non contradicerent, quãdo vltima dies inſtantię, & iuriſdictionis expiratura eſſet, aut quando accederet expreſſus partium conſenſus, ſiue quando negociorum multitudine iudex impeditus de die pronunciare non potuiſſet, aut quando conſuetudo in loco vigeret, vt nocturno tempore ſententia feratur; & ſic in omnibus iſtis caſibus prædicta Hoſtien. opinio procederet, & ſententia lata de nocte valeret, & teneret: prout communiter declarant Doctores in locis præcitatis, & Canoniſ. in d. c. cõſuluit, vbi Fely. Ioan. And. in add. Specul. de ſenten. §. iuſta. colum. 4. in ver. de nocte, Iaſ. in d. l. non minor. m, & Iaffred. in d. deciſ. 412. vbi meminit de iſta communi. Et prædictas limitationes, ſeu declarationes, & alias quamplures poſuit vberius, vtilius, ac diſtinctius, quàm alius quem hucuſque uiderim D. Thobias, in d. §. omnis.

Cõis opin.

Et aduerte ad præmiſſorum declarationem, ꝙ nox dicitur quando tenebræ ſunt ſuper terram: adeò quòd homo de facili non cognoſcitur. c. ſi perfodiens, extr. de homic. quem text. ad hoc citat Ang. in l. 1. C. de cuſt. reor. declarat Bal. in d. l. more, in prin. & refert Dec. conſ. 354. in caſu, in fi. Et aduerte etiã, quòd qñ ſententia ipſa fertur de nocte in dictis caſibus, tria luminaria adeſſe debent: ſecundùm Bar. Ang. & omnes in d. §. omnis. & ego tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus multoties in Regno dum eram in iudicandi poteſtate conſtitutus, impeditus de die, nocte protuli ſententias, tribus tamen luminaribus accenſis. & ita vidi obſeruari multis uicibus me patrocinante.

5 Quãuis iudices non teneantur, nec cogi aliquo modo poſſint ad pronunciandũ de nocte de iure communi. Nam magiſtratibus, temporibus veſpertinis in publicum eſſe non conuenit. l. 2. §. deinde cùm eſſet. ff. de orig. iur. ſed cauſas audiẽtes matutino, mox meridie, & demum ueſpere, ideſt ante noctem, ſedere debent. §. ſedebunt in auth. de iudic. & hoc idem in Regno ſancitum reperio in conſtitutione, Baiulos, diſponente, quòd omnes iudices à mane vſque ad veſperas præter neceſſarias horas comeſtionis, & ſomni, ſui copiam omnibus præſtare teneantur.

6 Et quanquam ſententia noctu ferri nequeat: nihilominus tamen ab ea benè noctu poſſet appellari: ſecundùm Bal. in auth. hodie, colum. fin. C. de appell. ſicut etiam die feriata poteſt ſimiliter appellatio interponi. l. 1. & ibi Bart. C. de ferijs, & l. Diuus circa fin. ff. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA expertorum, & peritorum in arte, qui de credulitate iurant, & non de veritate, nunquam tranſit in rem iudicatam: ita quòd perpetuò ab ea poteſt appellari, & poteſt retractari poſt tempus datum ad appellandum ſi ſuperueniret dictum aliorum magis peritorum, qui contrarium dicerent, quàm primi periti æſtimauerunt, & iudicauerunt.

2 Sententia expertorum, vel peritorum à qua extitit appellatum, perempta inſtantia appellationis per anni curſum, prout in cæteris cauſis mandatur executioni.

3 Sententia peritorum, & expertorum accedente ambarum partium conſenſu aſſumptorum non poteſt retractari.

OPINIO DCCIIII.

1 SENTENTIA expertorũ, peritorumq; in arte, vt ſunt medici, obſtetrices, æſtimatores & ſimiles, qui de credulitate iurãt, & nõ de veritate, nũquã tranſit in rẽ iudicatã: ita ꝙ perpetuò ab ea poteſt appellari, ac poteſt retractari, reuocarique ipſa ſenten-

ſententia poſt tempus datum ad appellandum ſi ſuperueniret dictum aliorum magis peritorũ, qui contrarium dicerent, q̃ prædicti imperitè æſtimauerunt, & iudicauerunt: ſecũdùm Io. And. in add Specul. in tit. de homic. §. fin. verſ. ſed pone, Bald. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolut. matr. Ang. in l. quòd ſi mancipium. ff. de ędil. edic. Anton. & omnes in c. propoſuiſti, de probat. Iaſ. in l. admonendi ff. de iureiur. Barbar. & Dec. nume. 42. cum alijs ſeq. in d. c. propoſuiſti. Maranta in tract. iudiciorum, in 6. par. in 1. actu. nume. 131. fol. par. 159. & Marſil. in l. 1. §. fin. aliàs, ſi quis vltro. ff. de quæſtionibus nu. 55. vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem: & ita conſuluit Io. de Amicis, conſil. 102. vbi, nume. 5. pariter dixit iſtam communem ſententiam fore: prout aſſeruit quoque Grammat conſil. ciuili 118. num. 2. & Cagnol. in reg. conſilij. ff. de reg. iur. nume. 32. Cõis opin. Et ſic ſecundùm memoratam communem opinionem ſi iudex tuliſſet ſententiam ſuam, ſecundùm dicta aliquorum peritorum aſſerentium aliquod vulnus eſſe lætale, ob quod iudex condemnaſſet vulnerantem ad mortem, & alij poſtea peritiores recognito vulnere deponerent cõtrarium eius, quod depoſuerant primi, ſcilicet, uulnus non eſſe mortale: tunc quippè, vt ſupra oſtendimus, deberet retractari, & annullari.

2 Sed ſi appellatio interpoſita ab hac ſententia expertorum vtique curreret, & periret inſtantia appellationis unius anni circulo, quemadmodũ in cæteris iudicijs, & poſſet ipſa ſentẽtia exequi: ut in cap. ex ratione de appellat. & ita conſuluit Grammat. in d. conſ. ciuili 118.

3 Item interpretatur dicta communis non habere locum vbicunque experti aſſumpti forent accedente ambarum partium conſenſu: tunc quippè ſententia iſtorum retractari nequit: ſecundùm Iaſ. in d. l. admonendi. colum. 22. & Maranta vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA qua iudex ſimpliciter pronunciauit, prout in conſilio ſapientis, ſeu conſultoris continetur, valet & tenet propter relationem factam ad illud conſilium.*

2 *Sententia in qua iudex dicit pronuncio in omnibus, & per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa non valet: quia certificatio nulla fit per relationem ad acta eiuſdem inſtantiæ.*

3 *Sententia in qua iudex formaliter aſſerit, pronuncio abſolutionem vt in conſilio, non valet: quia futuri temporis verbis vtitur. & ſic ſententia non poteſt ferri per verbum gerundium, vt dicimus talem abſoluendum: ex quo illud verbum habet tractum de futuro, quod non eſt in poteſtate iudicis.*

4 *Sententia in qua iudex dicit, condemno ſi eſt probatum, aliter abſolue, valet.*

OPINIO DCCV.

1 SENTENTIA, qua iudex ſimpliciter pronunciauit, prout in conſilio ſapiẽtis, ſeu conſultoris continetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum, valet & tenet propter relationem factam ad illud conſilium: ſecundùm Petr. Cyn. & Bald. in l. 1. C. ſi aduer. lib. Ang. in l. qui ſe dicit. ff. de iudic. Abb. & Dec. in c. cùm venerabilis, de except. num. 142. & Maranta in tract. de iud. in 6. par. 3. part. num. 126. ſuper primo actu, in quibus locis recitãt iſtã eſſe communem opinionem. Cõis opin.

2 Hoc verò limitatur non procedere vbicunque iudex diceret in ſentẽtia, pronuncio in omnibus, & per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa: tunc profectò huiuſmodi ſententia nõ valeret aliquo pacto: ſiquidem certificatio nulla fit per relationem ad acta eiuſdem inſtantiæ: ſecundùm Ang. & Imol in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. Specul. in tit. de ſentent. prol. §. qualiter. ver. ſed ſi iudex, vbi pariter Ioan. And. in add. hoc firmat. Ang. & Iaſ. in §. curare nu. 37. inſtit. de act. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 Fallitq́; ſimiliter pręmiſſa communis non habere locum, quando iudex formaliter aſſereret pronuncio abſolutionem vt in conſilio: hoc enim caſu, cùm iudex ipſe futuri temporis verbis vtatur, non ualet ſententia: ſecundùm Bart. in d. l. 1. C. ſi aduer. lib. & Dec in d. c. cùm venerabilis. vbi nu. 144. præſupponit iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur cum alijs relatis per eũ, Cõis opin. & limitat Vantius in tract. de nullitatibus in tit. de nullitate ex defectu proceſſus. num. 91.

4 Sed ſi iudex diceret in ſententia condemno, ſi eſt probatum, aliter abſoluo. hoc caſu abſque dubio valet ſententia iſta: ſecundum Ang. in d. §. curare, & ibi Iaſ. num. 39. qui explicat opinionem hanc communem fore. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata ex probationibus priuilegiatis, ſicuti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ in ſupplementũ ſemiplenæ probationis, et ſimilibus, nunquam tranſit in rẽ iudicatã: ita q̃ perpetuò, ſẽperq́; apparẽtib. veris ꝓbationib. reuocari põt.*

2 *Sententia non tranſit in rem iudicatam in vigintiquatuor caſibus remiſſiuè.*

OPINIO DCCVI.

1 SENTENTIA lata ex probationibus priuilegiatis, ſicuti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & in multis alijs caſibus, quod eſt contra. l. omnibus. C. de teſtibus, nunquam tranſit in rem iudic. intãtum q̃ perpetuò,

ſemperq; apparentibus veris probationibus reuocari poteſt: ſecundùm Innoc. in c. tua nos, ext. de cohab. cleric. & mul. Bart. Roma. Alex. Iaſ. & omnes, in l. admonendi. ff. de iureiu. Ang. in l. ſub ſpecie. C. de re iudic. Ant. Imol. cæteroſq; Cano. in c. propoſuiſti, de probat. Panor. in c. ex tuarum de purg. cano. Dec. in d. c. propoſuiſti. num. 44. & Ioan. de Amicis. conſil. 102. num. 4. vbi exprimit iſtam eſſe communem ſententiam. *Cõis opin.*

2 Et ſequitur, ac limitat Maranta in tract. iudicior. in 6. par. in 1. actu. nume. 146. fol. par. 159. vbi nu. 130. cum alijs ſeq. refert 24. caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA ex præſumptionibus prolata non tranſit in rem iudicatam ullo modo.*

OPINIO DCCVII.

1 SENTENTIA lata ex præſumptionibus nunquã tranſit in rem iudicatam, quin poſſit ex contrarijs probationibus, vel præſũptionibus melioribus retractari, vt eſt text. ſingularis in l. ſi qui adulterij. C. de adult. ſecundùm communem intellectum, de quo per Fely. poſt alios in c. propoſuiſti extra de probat. quem quidem intellectum approbat etiam Iacob. Butr. Bart. Ang. & alij in dicta l. qui adulterij. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA arbitri prolata non citata parte non tenet, nec valet: etiam ſi in compromiſſo dictum fuerit, quòd arbiter ferre ſententiam ipſam poſſit abſentibus partibus.*

2 *Sententia arbitri prolata partibus abſentibus & non citatis, vbicunque in compromiſſo adſit clauſula, quòd arbitri poſſint laudare, ferreque ſententiam partibus abſentibus & non citatis, valet & tenet: nec citatio, vel partis præſentia requiritur, ſi partes ipſæ auditæ fuerint plenè ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo.*

OPINIO DCCVIII.

1 SENTENTIA arbitri prolata non citata parte nõ tenet, nec valet, etiam ſi in cõpromiſſo dictum ſit quòd arbiter ferre ſententiam ipſam poſſit abſentibus partibus: ſecundùm Spec. in tit. de arbitr. in §. excipitur in fin. quem ſequitur Imol. in c. cùm dilectus ext. de arb. Alex. in l. ſi quis arbitratu. col. 5. ff. de ver. oblig. & Fely. in c. olim col. 9. de iud. & iſtorum opinionẽ ſcribit Boer. deciſ. 283. nu. 38. non habere dubitationem aliquam. *Cõis opin.*

2 Sed hoc limitatur, ſeu interpretatur non procedere, ſi in compromiſſo eſſent adiecta illa verba, quòd arbitri poſſent laudare, ferreque ſententiam partibus abſentibus, & non citatis: tunc enim benè valebit ſententia non citatis aliter partibus: ſecundùm Guil. Cu. in l. epiſcopale. vltima quæſt. C. de epiſcop. audien. quem ſequitur Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. colum. 11. eodem titu. Paul. de Caſt. Alexan. Soc. & Iaſ. in 3. q. in d. l. ſi quis arbitratu. Et opinionem iſtam Boer. fatetur eſſe communem in d. deciſ. 283. nume. 34. cum quatuor ſeq. contra Bart. in d. l. ſi quis arbitratu contrarium aſſeuerantem. nume. 7. Et in practica refert obſeruari Marſ. in ſing. 173. fiunt quotidie compromiſſa. & hanc partem ſequitur etiam conſulendo Bald. conſil. 262. in Chriſti nomine. nunquid arbiter. volum. 1. Barbat. conſil. 18. num. 17. volum. 1. Ioan. de Imol. conſil. vltimo, Ioan. de Anan. conſil. 83. viſis his. colum. 11. Anchar. conſil. 270. & Roma. conſil. 61. vbi concludit quòd Piſis ſeruatur antedicta opinio Guiliel. de Cu. & ſequacium. *Cõis opin.*

¶ Et ipſam communem intelligunt mentionati Doct. procedere, ſi partes auditæ fuerint plenè ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo. tunc certè in prolatione ſententiæ non requireretur præſentia partis, nec alia citatio: ſecus ſi partes auditæ non fuerint.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA non poteſt ferri parte non citata, & lata non præiudicat: quia citatio eſt fundamẽtũ iudicij: nec valet etiã lata in fauorẽ abſentis non citati.*

2 *Sententia lata contra abſentem non citatum non ualet, etiam quãdo eſſet lata in fauorem abſentis non citati. Et nedum procedit hoc in diffinitiua, ſed etiam in interlocutoria requirente cauſæ cognitionem.*

3 *Sententia lata à Principe ſine citatione dicitur nulla.*

4 *Citationem negans, videtur negare defenſionem.*

5 *Citatio eſt de iure diuino inuenta.*

6 *Citatio requiritur nedum in diffinitiua, ſed etiam in interlocutoria exigente cauſæ cognitionem.*

7 *Cauſæ cognitio eſt de iure diuino.*

8 *Citatio non ſolùm requiritur in interlocutoria ſentẽtia, ſed etiam peremptorium.*

9 *Sententia diffinitiua nulla redditur ſi pars citetur ad audiendum iudicis voluntatem: quia debet citari ad audiendam ſententiam, etiam in ſummarijs.*

10 *Sententia lata ſuper citatione facta de domino, cùm iudicium non fuerit agitatum cum ipſo, ſed cum procuratore, licèt ipſe non compareat, non valet.*

11 *Sententia lata ſexta die poſt citationem facta de reo ad fauorem actoris ſine alia noua citatione non valet.*

12 *Statutum non valet diſponens, quòd ſententia poſſit ferri parte non citata.*

OPI-

OPINIO DCCIX.

1 SENTENTIA nō poteſt ferri parte non citata, & per conſequens lata non præiudicat: ſecundùm Doctores in l. de unoquoq;. ff. de re iud. vbi Marſil. & Doctores in l. nec quiquam, vbi Iaſ. num. 20. ff. de offic. procon. & legati, & Bernar. de Luco, in reg. 673. per tex. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. quia citatio eſt fundamentum iudicij: vt inquit Specul. in tit. de citat. in princ. Abb. & a ij in cap. quoniam contra falſam, in ver. Citationes, de probat. & ibi tradit Philip. Dec. colum. 10. Et dicit Bart. in l. prolatam. C. de ſententijs, & interloc. omnium iudicum poſt antiquos per eum relatos, quòd citatio dicitur de ſubſtantia iudicij, ſaltem eo reſpectu: quia omiſſa ſententia contra abſentem non citatum erit nullius momenti, & cum Bar. tranſeunt omnes communiter ibi. Cōis opin.

2 Ampliatur primò iſta concluſio, vt in tantum procedat, quòd ſi ſententia fuerit lata contra abſentem non citatum, non ualeat, nec teneat, etiā quando eſſet lata in fauorem abſentis non citati: vt uoluit Salyc. Glo. & Bart. in l. eos qui. C. quo modo, & quando iudex, & in l. furioſo. ff. de re iudic. vbi Alex. nume. 3. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem: & Iaſ. in d. l. nec quicquam. nu. 48. quam ipſe limitat non procedere in ſententia diffinitiua, ſecus in interlocutoria lata in fauorem abſentis non citati. Cōis opin.

3 Ampliatur ſecundo loco, quòd ſententia omiſſa citatione etiam à Principe lata dicitur nulla: vt in l. fin. in princ. cum Gloſſ. 2. C. de legibus, & tenet Bald. ibi. Alexan. conſil. 11. aliàs conſului. colum. 1. lib. 7. Socin. in tract. de citat. in 7. artic. prin. Marſil. in d. l. de vnoquoque, vbi hoc plurimum declarat. nu. 13. cum alijs multis ſeq. & Iaſ. in d. l. nec quicquam, nu. 29. vbi refert Doct. contrarium aſſerentes.

4 Et ratio iſtius ampliationis videtur iſta: quia negās citationem videtur negare defenſionem, quæ cùm naturalis ſit, ſiue iure naturali conceditur. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. auferri nemini debet; ut eſt text. in Clemen. paſtoralis. §. ceterū, de re iudic. & ita tenet Bald. in l. cùm fratrem. in fin. C. de his quibus vt indignis. Alexan. conſ. 5. volum. 2. nume. 2. Iaſ. in l. 2. quam legit cum l. 1. C. quando libellus Principi datus, & in l. reſcriptum, in 2. not. ff. de pact.

5 Imo citatio ipſa dicitur adinuenta de iure diuino. Nam etiam Deus omnipotens cui omnia ſecreta ſunt clara, non prius Adam damnauit quàm citaſſet, quando dixit Adam vbi es? vt legitur Geneſis. c. 3. & ita dixit Bart. in extrauag. ad reprim. in ver. & figura. Socin. in præallegato tract. de cit. in 2. art. Abb. in c. cùm olim. colum. pen. de re iud. & Cur. Sen conſil. 49. num. 92. vbi alios allegat.

6 Ampliatur tertiò hoc habere locum non ſolū in ſententia diffinitiua, verum etiam in interlocutoria requirente cauſæ cognitionem, & afferēte parti non modicum præiudicium; in qua quidem ſententia requiritur, vt fateatur partibus preſentibus, & legitimè citatis: ſecus autem ſi ſit parui præiudicij. l. à procedente. C. de dilat. tenet, & declarat Bart. in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum, Ang. Imol. Paul. de Caſt. & Marſil. nu. 4. & ſeq. in d. l. de vno quoque. Bar. Imol. & Alex. in d. l. ſi opus. ff. de no. ope. nunc. & Iaſ. in d. l. nec quicquam, vbi nu. 23. ait iſtam eſſe communem opinionem, & Ruin. conſ. 69. nu. 6. vol. 5. Cōis opin.

7 Quia cauſæ cognitio eſt de iure diuino: ſecundùm Abb. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſt. col. 9. & ſeq. & Dec. conſ. 264. reuocatur. col. 2.

8 Et aduerte quòd in interlocutoria ſententia nō ſolùm requiritur citatio, verùm etiam peremptorium: ſecundùm Hieronym. Tortum in quodam ſuo conſilio, quod refert & citat Marſil. in d. l. de vno quoque. num. 6.

9 Ampliatur quartò, quòd etiam ſententia diffinitiua videtur nulla ſi pars citetur ad audiēdū iudicis voluntatē: quia requiritur citatio ad audiendā ſententiam: ſecundum Rot. Rom. in deciſ. 342. in nouis. Et iſtud procedit etiam in cauſis ſummariis: ut per Glo. & Doct. in Clem. ſæpè de verb. ſignif. & Ferrettum conſ. 59. nu. 3. vol. 1.

10 Ampliatur quinto loco, quòd quando domino fuit facta citatio ad audiendam ſentētiam in caſu, quo iudicium fuerit agitatum cū eius procuratore: tunc ſententia ipſa domino non comparente non ualet: vt per Bart. in l. mutari, circa fin. ff. de procurat. & in l. procurator. C. eod. titu. Canoniſ. omnes in c. in nomine Domini de teſtibus, & Alex. in l. furioſo. nu. 7. ff. de re iud.

11 Ampliatur ſextò, ꝙ ſi reo fuerit citatio facta ſeptima die menſis Aprilis, & lata fuerit per iudicem ſententia die 13. eiuſdem menſis in fauorem actoris ſine alia citatione rei condemnati: tunc ex defectu iſtius citationis omiſſæ ſententia redditur nulla non obſtante præcedenti citatione facta pro alio die. l. fin. §. fin. cum ibi not. ff. quod ui, aut clam. & notat, & declarat Ruinus conſ. 137. nu. 1. vol. 5. Ideo meritò ad euitandum talem nullitatem, & huiuſmodi Scyllam, inoleuit ſtylus, & practica in omnibus tribunalibus Regni Neapolitani, vt in citationibus ad ſententiam apponatur clauſula: citetur Mœuius ad audiendum diffinitiuam ſententiam proferendam ſequenti die, cum continuatione dierum, & horarum ſequentium &c.

12 Ampliatur prædicta concluſio vltimo loco, quòd non valet ſtatutū, ꝙ ſententia poſſit ferri parte non citata: ſecundū Bal. in l. 1. col. 2. C. quo modo, & quando iudex, per d. Clem. paſtoralis. & idem tenet Soc. conſil. 164. viſa bulla Bonifacij. col. antepen. vol. 2. Ant. & Ioan. de Imol. in d. Clem.

Clem.paſtoralis,& Barthol.Soc.conſ.7.nu.14.po ſito & inſerto inter conſ.feudalia Albert. Bruni, & Curt.Iun.conſ. 170.num.21.

¶ Et iſtam concluſionem ita, & taliter ampliatam limitat in alijs 19.caſibus Iaſ.in d.l.nec quicquam,num. 23.

¶ Eandemq́; regulam limitat in alijs 19. modis Franc.Niconitius, in c. quoniam contra falſam,de probat.in ver.citationes.num.54. vſque ad num.97. Et in 115. alijs caſibus limitat Ant. Nicell. in concordantijs gloſſarum, concordant. 52.nu.224.vſq; ad nu.371.&in repet.c.teſtium, & in c.2.de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata à Principe abſque citatione non valet de iure canonico, ſecus de iure ciuili.*

2 *Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam parte non citata, & ferre ſententiam ſine citatione, quando apparet eum omninò voluiſſe alicui præiudicare, ex quo actum eo inuito poteſt explicare.*

3 *Proceſſus Principis etiam de plenitudine poteſtatis fabricatus contra non citatum, licèt non valeat, tamen valet in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio.*

4 *Sententiæ in Sacro Regio Concilio Neapolitano, & in camera Imperiali proferuntur poſt concluſionem in cauſa abſque citatione: quia tunc nulla eſt allegãda defenſio, & ideo citatio omitti poteſt, & penitus tolli, cùm ea iuris poſitiui ſit, & humani non autem naturalis.*

5 *Princeps poteſt tollere citationem in illis actibus, quos ipſe poteſt liberè abſque iniuria, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium: nec citatio tunc poteſt impedire liberam ipſius Principis voluntatem.*

6 *Sententia Principis exigit citationem, niſi in caſu quo profertur ſententia contra rebelles Eccleſiæ.*

7 *Nullitates non ſubſiſtentes opponi non poſſunt contra ſententiam Principis, & Sacri Concilij Neapolitani.*

OPINIO DCCX.

1 SENTENTIA Principis abſque citatione non valet de iure canonico. textus in Clemen. paſtoralis, in uerb. Cæterùm, de re iud. quia citatio ipſa à iure naturali prouenit, & eſt uera ſpecies defenſionis: itaque nullo pacto etiam per Principem ea omitti poteſt: ut per Abb. in capit.1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Petr. Philipp. Corn. in cap.cùm olim de re iudic. Aret.conſil.165. ſicut Ioannes, Socin.conſil.ſuo incipien.ſæpenumero, quod eſt poſitum inter conſilia Franc. de Curt. & eſt 20. in ordine.colum.9.& ſequent. ubi uult poſt alios relatos per eum, ſententiam declaratoriam non adhibita citatione eſſe nullam.& huiuſmodi opinionem ſequitur etiam tanquam cō- *Cōis*
munem Maranta in tracta. de iudic. in 7. part. *opin.*
princ.nume. 3.Socin. conſil. 12.columna 2. nume. 1.& Sebaſtian. Vant.in tract.de nullitat. in titu. quis poſsit dicere &c. & Fortunius in l. Gallus. §. quid. colum. 137. & latiſsimè And. Tiraquel. cum alijs ferè innumeris ſignatis per eum, in tracta. res inter alios acta, limitat.6. folio paruo 14. & Octauianus Veſtrius in ſua pract.lib.3. in rubr.ſeu ti. iudicium noſtrum multiplex in ſpecie,& plures eius defenſiones.col.3.fol.par.31.

¶ Iſta uerò communis limitatur non procedere de iure ciuili.l.fin.C. de legibus, vbi apparet ſententiam Principis abſque citatione valere,& not.Lud.Roma.conſil.349.in 2 dubio, circa finem,allegans.l.Lucius.ff.de euict. & l. item ſi verberatum.ff.de rei vendic. Et ideò Alexàn. conſil.87.uiſis codicillis col.9.lib.2.dicit quòd quando apparet Principem omnino voluiſſe alicui præiudicare,non oportet citare illum,ex quo actus eo inuito poterat expediri.quod etiam tenet Lud.Roma.conſil. 212. quò ad primum, & Moder.Canoniſtæ in d.c.cùm olim. colum.5. ſequitur etiam Philip.Dec conſil.191.in cauſa.nu. 6.& 8.& conſ. 259. conſultus ab illuſtri. colum. fin.& Soc.conſ.4.lib. 3 nu.14.

2 Et confirmatur prædicta concluſio.Nam Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiã parte non citata: ſecundùm Io.And.in add.Specul.in tit.de ſenten.§.iuſto. ver. eſt etiam nulla. & in c.1 de cauſ.poſſeſſ.& prop.& in c.inter quatuor,vbi Inno Imol.& Abb.de maiorit. & obed. cum alijs cumulatis per Alex. in l. de vnoquoq; ff.de re iud.colum.pen.& per Soc.in d.conſil.20. colum.3.& conſ.21.col.10.& per Fely.in d. cùm olim. col.10.& ſeq.

3 Et licèt ibi videatur concludere, quòd proceſsus factus etiam de plenitudine poteſtatis contra non citatum non valeat: tamen in verſicu. recipiunt iſta, concludit, & tenet valere in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio: qui ponuntur per Alexandrum in d. l. de vnoquoque, & per Marian. Socin. in tract. de citat. fol.24. Et opinionem iſtam, quòd Princeps de plenitudine poteſtatis poſsit procedere,& facere actũ validum abſque partis citatione, firmauit quoque per plura argumenta, & rationes diſputando Marſil.in repet.l.de vnoquoque. num.12. vſque ad num. 23. ff.de re iud.

4 Ego verò concludo poſſe à Principe citationem tolli, quæ iure humano poſt concluſionem cauſæ neceſſaria eſt ad ſententiam pronunciandam:& iſto quippè primo caſu nulla eſt allegãda defenſio;& ideò potius ea citatio eſt iuris poſitiui & humani, quàm naturalis: quemadmodum in ſpecie tradit elegantiſsimè Affl.in deci.283. & Maranta in tract.iudiciorum in 6. par.nu. 10. folio paruo 107.vbi explicant, quòd omnes ſententiæ Sacri Regij Concilij Neapolitani proferuntur poſt concluſionem ipſam in cauſa abſq; cita-

citatione, & tenent tanquàm latæ ſub nomine Regis, & Principis. & ita ſeruatur etiam in camera Imperiali, atteſtante Ioachimo in obſeru. 71. centuria 3. vbi ait ipſam cameram conſuetam eſſe proferre ſententiam ſine præuia citatione, vbi interuenerit prima citatio generalis ad omnes, & ſingulos actus, & ad totam cauſam.

5 Secundo caſu ſimiliter conſtat Principem poſſe tollere citationem in his actibus, quos ipſe agere poteſt liberè abſque iniuria, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium: nec enim citatio tunc impedire poteſt liberam uoluntatem Principis, quod expreſsè tenuerunt Soc. conſil. 164. volum. 2. & alij, quos refert, & ſequitur Grauett. conſil. 5. colum. 11.

6 Coharctatur enim ſecundo loco præmiſſa cõmunis opinio, quòd ſententia Principis requirat citationem regulariter locum obtinere, niſi in caſu in quo profereretur ſententia contra rebelles eccleſiæ: tunc quippè non requiritur citatio in promulgatione ipſius ſententiæ: ſecundùm Io. And. in c. cùm olim de re iudic. in nouel. argum. illius tex. & de hoc tripudiat, & facit feſtum Bal. in procemio feud. in prin. fol. 4.

7 Sed aduerte vtiliter, ne erres, quòd ex authoritate, & teſtimonio Innoc. in c. 1. de lit. conteſt. de nullitate proceſſus facti, & fabricatique coram Principe, non ſeruato iuris ordine, opponi non poteſt: quia permittens coram ſe aliter procedi, videtur diſpenſare. & idem notat Ioan. in c. inſtitutus. 25. quæſt. 11. ad quod optimè facit quod notat Specul. in titu. de ſenten. §. iuxta propoſitiones. verſic. non valet etiam ſi eſſet lata, & quod notatur in l. omnium. C. de teſt. Et ita ſtabilitum quoq; reperio in Regno, quòd à ſententia Sacri Regij Concilij Neapolitani tanquam à ſupremo tribunali emiſſa dici de nullitate nequeat modo aliquo: prout ita ſancitum extat in pragmatica quinta, emanata in anno 1545. incipiente, quamplurimùm in titu. de officio Sacri Regij Concilij, vbi diſponitur, quòd allegantes, proponentesque nullitates non ſubſiſtentes aduerſus ipſius Sacri Concilij ſententiam incurrere pœnam duarum vnciarum, ſi cauſa citra mille ducatos dignoſcitur. Si verò vltra mille ducatos pœnam quindecim vnciarum, & pragmatica iſthæc reperitur interpretata, explanata, & declarata tempore illuſtriſsimi Don Peraſanni Viceregis, vt inibi ubertim indicatur.

¶ Et hinc haud oblitus ſum vidiſſe hiſce oculis ſæpenumerò aliquos Doctores regnicolas intelligentiſsimos, atque doctiſsimos accedentes aliquando ad Ciuitatem Neapolis patrocinium præſtitiſſe in cauſis arduis exagitatis in ipſo Sacro Concilio, & ſuccubuiſſe, & incognitam habentes præſentem regiam pragmaticam improuidè, inſipidè, & negligenter dixiſſe de nullitate ſententiæ eiuſdem Sacri Concilij, & ſtatim mediante arreſtatione perſonæ ſoluiſſe integram pœnam ipſius pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata de conſilio ſapientis nunquam tranſit in rem iudicatã, & poteſt ſemper retractari, vbicunque appareret conſilium alterius iuriſperiti æquius, & rectius ſentientis. & hoc procedit etiam ſi ab ipſa ſententia fuiſſet appellatum, & appellatio deſerta reperiretur.*

2 *Statutum diſponens, quòd ſentẽtia debeat ferri cum conſilio iuriſperiti valet, ſed ſententia probata de conſilio ipſius ſapientis nunquam tranſiret in rem iudicatã, immò quandocunque poſſet retractari, ſi appareret conſilium alterius Doctoris peritioris in cõtrarium factũ.*

3 *Sententia non tranſit in rem iudicatam in vigintitribus caſibus remiſsiuè.*

4 *Cauſa exprimi non debet in conſilio, & voto conſultoris, ſed ſatis eſt conſultori proferre votum ſuum ſine allegationibus, & ita practicatur in Regno Neapolitano, vt diſcurritur infra ſub num. 6.*

5 *Iudex non tenetur præciſè ſequi conſilium ſapientis.*

6 *Iudex non excuſatur in ſyndicatu propter conſilium ſapientis, niſi ſtatutum, vel commiſsio expreſsè diſponat debere iudicari ſecundùm huiuſmodi conſilium.*

7 *Barones Regni Neapolitani tenentur in eorum iuriſdictionibus deputare capitaneos, aſſeſſores, & iudices ſecundarum cauſarum.*

8 *Conſultores Baronum in Regno Neapolitano tenentur fideiubere de reddendo rationem votorum per eos proferendorum in cauſis ciuilibus, & criminalibus. Et increpantur, reprehendunturque vaſalli Baronum non petentes talem cautionem ad eorum iniuriam damnum, & iacturam euitandam.*

OPINIO DCCXI.

1 SENTENTIA lata de conſilio alicuius Doctoris, vel ſapientis ſeu iuriſperiti, nunquam tranſit in rem iudicatam, & poteſt ſemper retractari ubicunq; appareret cõſilium alterius iuriſperiti æquius, ac rectius ſentientis: ſecundùm Ant. Butr. Abb. & alios, in c. propoſuiſti de probat. Bal. in c. pen. eod. tit. Ang. in l. quòd ſi nolit. §. mãcipium. ff. de ædil. edic. Rom. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. & conſ. 228. pro plena diſcuſsione. nu. 16. Alex. in l. ab hoſtibus. col. 3. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in rub. ff. de iureiur. in fin. & in l. ſi conuenerit. nu. 21. ff. de re iud. Ruin. conſ. 34. num. 1. vol. 5. ubi hoc ampliat procedere etiamſi à dicta ſententia fuiſſet appellatum, & appellatio poſtmodum deſerta fuiſſet ob non proſequutionem factam infra legitima tempora. Et eandem opinionem Ant. Butr. & aliorum ſequitur quoque Marſil. in ſing. 427. plures ſunt caſus, & in pract. crim. §. ordine. num. 4. Maranta in tract. iudiciorum, in ultima parte 6. par. incipien. deciſoria iudicij tribus membris diſtincta ſententia,

appellatione, & exequutione.n.130.fol.par.159. Dec.etiam conſ.278.nu.7.& Corſet. in reper. Panor.in uer.ſententia lata per dicta peritorũ, qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

2 Et ſic, ſi extaret ſtatutum, quòd ſententia deberet ferri cum conſilio, relatione, ſeu dicto conſultoris, uel ſapientis, ut reperitur ferè vbiq; uel etiam ſi de partium voluntate extitiſſet commiſſa cauſa conſilio alicuius iuriſperiti: tunc ab huiuſmodi ſententia non tantùm appellari poſſet, verùm etiam ſi appellatum foret ſententia hæc nunquam tranſiret in rem iudicatam; imò quandocunq; ſi appareret conſilium alterius Doctoris peritioris in contrarium factum, ſecundùm communem opinionem præmiſſam, poſſet abſq; dubio aliquo retractari.

3 Alios verò caſus circiter 23.& omnes quidem vtiliſsimos, in quibus ſententia non tranſeat in rẽ iudicatã, ponit Maran.in d.6.par.vltimæ par. ſui tract.de iudicijs.nu.130.cum alijs multis ſeq.

4 Sed aduerte, quòd cauſa debet exprimi in cõſilio prædicto ſapientis, & conſultoris: ut uoluit Abb.in c.ſicut nobis extra de re iud.in fi.qui mouetur hac concludenti ratione.

5 Nam iudex non tenetur præcisè ſequi conſilium ſapiẽtis: vt tradit Bar.in l.1.§.ſi plures. col. 3.& ſeq.ff.de exercit.& latè Fely.in c.ex parte de conſtit. Lucas de Penna in l. omnes iudices. col. 7.cum alijs ſeq.C.de decur.lib.10.Dec.cum alijs ſignatis per eum in c.ſi pro debilitate.n.9.de off. deleg.& Bar.in l.ſi conuenerit.ff.de re iud.

6 Vbi etiam ait ꝙ non excuſatur iudex in ſyndicatu propter conſilium ſapientis, & ibi Alex.col. pen.& ſeq.& Iaſ.col.pen.& ſeq.niſi ſtatutum, uel commiſsio expreſsè dicat debere iudicari ſecundùm tale conſilium: vt ibi per ipſos Bart.Alex.& Iaſ.& per Comen.conſ.55.duo habentes, & Dec. in d.c.pro debilitate. Ideò vt iudex benè diſcernat, an conſilium ſit iuri conſonum, videtur neceſſarium exprimere iura, & rationes, quibus mouetur conſultor. Et hanc opinionem ſequitur Felyn.in d.c.ſicut nobis.nu.12.

¶In contrariam verò partẽ, ꝙ in conſilio ſapientis non ſit exprimenda cauſa, & ꝙ ſatis ſit cõſultori referre votũ ſuum ſine allegationibus, inclinauit Spec.in tit. de requiſ.conſilij.n.11.& idẽ eſſe de iure aſſerit Corn.cõſ.323.in prin.vol.4.& idem videtur cõcludere Io. Andr.in d.c.ſicut nobis.diſtinguens tamen vtrũ conſiliũ ſapientis petitũ fuerit per Iudicẽ, an verò per litigatores, & ita ſeruatur hodiernis temporibus, ꝙ conſiliũ ſapientis non debeat continere cauſas, idest allegationes & facti & iuris. & hoc nõ ab re, cũ paſsim extent ſtatuta diſponentia, quòd Iudex teneatur preciſè ſequi conſiliũ cõſultoris: vt per Bar. Alex. & Iaſ.in d.l.ſi conuenerit, & ita obſeruatur in Regno Neapol.cũ omnes iudices, ſeu gubernatores Regij habeant aſſeſſores, quorum votum, & conſilium ſequi neceſſariò, ſecundùm formam eorum commiſsionis tenentur.

7 Imò Barones eiuſdẽ Regni debent, & tenẽtur in eorum iuriſdictionibus deputare capitaneos, aſſeſſores, & iudices ſecundarũ cauſarum, vt aliàs in Sacro Regio Concilio Neap.deciſum extitit: teſte Marino Freccia ſuper feudis fol.223.nu. 3. & ſic de ſtylo, & conſuetudine, ſeu potius de iure Regni, aſſeſſores & cõſultores in Regno ipſo non exprimunt aliter cauſam in eorũ votis, ſeu cõſilijs, nec ex neceſsitate, nec ex vrbanitate, & ita obſeruaui quindecim annis continuis in cauſis ferè infinitis mihi commiſsis per varios, & diuerſos Barones Regni, ſeu per eorum officiales.

8 Et hinc penitus fatuos, & infœlices vocare audeo plerosq; ex vaſallis Baronum Regni, qui cõmittendo ſe beneficio naturæ, & non cogendo cõſultores eis deſtinatos, & deputatos ad pręſtandũ cautionẽ de parendo ſyndicatui, & de reddendo rationẽ votorum in cauſis ciuilibus, & criminalibus per eos ꝓferendorũ, in maxima quippè ęgeſtate viuunt; & conſultores ipſi æqualiter triumphant, ſiue retractentur, & annullentur ex eiſdẽ actis eorũ vota, ſiue confirmentur. ideò excandeſco quodãmodo aliquando in iſtos vaſallos, vidẽtes, quòd Regij aſſeſores pręſtant iuramentũ, & idoneã cautionem de parẽdo ſyndicatui in fine officij; & nihilominus dormientes, & nil curãtes de ꝓpria pernicie, & iactura ſinunt cõſultores ipſos in libertate perſeuerare, abſq; ſpe aliqua reddendi rationẽ, niſi in die iudicij, à quo igitur dignetur mediãte ſua pietate, & infinita miſericordia pręſeruare, & liberare nos Agnus immaculatus, & mundus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula, ſeculorum.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata in cauſa matrimonij nunquam tranſit in rem iudicatam quò ad veritatem, et merita cauſæ, quando ageretur de eius fœdere, & ſubſtantia.*

2 *Sententia lata in fauorem matrimonij facit tranſitum in rem iudicatam.*

OPINIO DCCXII.

1 SENTENTIA lata in cauſa matrimonij, quando ageretur de eius fœdere, & ſubſtantia, licẽt nunquã tranſeat in rẽ iudicatã quò ad veritatẽ, & merita cauſę, ſecũdum cõem opinionẽ Glo.& omnium Scrib.vt in c.lator de re iud.citatam per Curt.Iun.conſ.170.habita diligenti. n. 26.& per Mantuam ſub nu.26.in c. ex literis de in integ.reſtit.& Beroum ſub nu.27. Cõis opin.

2 Nihilominus communis iſta non procederet aliter in ſententia prolata in fauorẽ matrimonij, quæ vtique faceret tranſitum in rem iudicatã: vt per Hoſt.Zabbar.in d.c.literis, in 5.not.Ang.cõſ. 310.in

310.in quæſtione propoſita.circa fin.Fely.in d. c. lator.col.3.Marſil.in pract.crim.in §. Ordine.numero 8.& Mantuam.in d.c.ex literis.nu.28.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA iniqua lata ab ordinario valet,& tranſit in rem iudicatam:& talis tranſitus facit iuſtum,quod forſan erat iniuſtum.*
2 *Res iudicata falſum mutat in uerum.*
3 *Sententiæ tranſitum facientis in rem iudicatam effectus ponuntur remiſsiuè.*
4 *Reſcriptum Principis non ualet contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,niſi conſtet de expreſſa mẽte reſcribentis.*
5 *Sententia iniqua lata à delegato valet,& tranſit in rem iudicatam, vt diſcurritur,& concluditur infra ſub numero 6.*
6 *Clauſula in reſcripto appoſita, iuſtitiam facias, uel ſimilis,ſi tibi conſtiterit;an vtilis ſit contra iniquam ſententiam.*
7 *Sententia tranſiens in rem iudicatam habet præſumtionem pro ſe, & tranſitum in rem iudicatam facere dicitur vbicunque non fuit appellatum, vel appellatio deſerta foret.*
8 *Sententia non tranſit in rem iudicatam in aliquibus caſibus remiſſiuè.*

OPINIO DCCXIII.

1 SENTENTIA iniqua lata ab ordinario ualet, & tranſit in rem iudicatam:vt per Doc.omnes in l. qui Romæ. §.duo fratres.ff. de uer. oblig. & huiuſmodi tranſitus facit iuſtum quod forſan erat iniuſtum. l. res indicata.ff.de re iud.& l.ingenuum. ff.de ſtat.ho.

2 Et dicit Bal.in c. in præſentia de probat.quòd res indicata falſum mutat in uerum. & ſequitur profusè Neuiz.in Sylua nuptiali.lib.5.nu.110.

3 Et Curt.Iun.conſ.23.ſub num.8.ubi ponit alios effectus dictæ ſententiæ quę tranſitum facit in rem iudicatam.

4 Imò non ualet reſcriptum Principis contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi conſtet de expreſſa mente reſcribentis: ſecundũ Dec.num.3.& Cagnolum ſub.nu.6.in l. res iudicata.ff.de reg.iur.& tractat Iaſ. in l. iuſtitia. ff. de iu.& iur. conſ.47.uol.3.& Cæſar Vrſil. in add. Afflict.in deciſ.79.nu.5.

5 Sed ſententia iniqua lata à delegato cũ clauſula,iuſtitiam facias,non ualet,nec tranſit in rem iudicatam:ſecundùm Hoſtien.& Odoſ. Car. Portuen.qui dicunt,quòd Gaſpar,& Ioan.de Cald.& Ioan.de Lignano fuerunt huius ſententiæ.vt ponunt Bal.& Caſtren. in l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur.Nam,vt inquit Bal.in l.1.C.de appel. actus factus aduerſus ordinem hominis, ipſo iure non valet;ſecus ſi ordo erat à iure: ponit Iaſ. in d. §. duo fratres,& Barba. uidetur ſequi in c. prudentiam.col.12.de offi.deleg. & Gomeſ. in §. item ſi quis in fraudem nu.7.inſtit.de action. Vndè Domini de Rota deciſ.26.ſub rub.de re iud.& deciſ. 8.& deciſ.22. ſub rub. de ſenten. excom.in nouis, volunt,quòd licet ſententia lata ab homine contra iuris diſpoſitionem ualeat,ſecundùm Gloſ. in c.in ſumma. 2.q.1.nihilominus illud uerum eſt ſi ab ordinario: nam ſi à delegato non valet, & ſequitur Barba.in c. literis de offi. deleg. & fuit de intentione Innoc. & Imol. in cap. Piſanis de reſtit.ſpol.

6 Sequitur ergò quòd talis clauſula in reſcripto, iuſtitiam facias, utilis eſt contra iniquam ſententiam.

¶ In contrariam uerò partem, quòd iniqua ſententia lata à delegato valeat; inclinarunt Cardin.& Abb.in c. fi. de præben. & dicunt fuiſſe de mente Innoc.in d.c.prudentiam, qui non loquitur de hac clauſula, ſed de ſimili, ſi tibi conſtiterit, Fely. in d. c. literis,ait iſtam eſſe communem opinionem,& in c.cauſam quę de re iud. dicit idẽ damnando Hoſtien.& Dominos de Rota. Cõis opin.

7 Et aduerte ad intelligentiam præmiſſorum, quòd præſumitur pro ſententia ipſa quæ tranſiuit in rem iudicatam. Et quòd in rem iudicatam tranſitum facere dicitur,ubicunque non foret appellatum,vel appellatio deſerta eſſet:vt tradit cũ aliis relatis per eum Dec. in c. quoniam contra. num.138. de probat. & in d.l.res iudicata. nu.1. ff.de reg.iur.Grat.conſ.40.nu.24.& conſ.77. nu. 12.uol.2.& Ioan.Baptiſta Ferret.conſ.51.numero.23.vol.1.

8 Sed prædictam concluſionem,quòd pręſumatur pro ſententia,quę tranſiuit in rem iudicatam, limitat atq; declarat pluribus modis idem Dec. in d.c.quoniam contra.nu. 172. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA ſuper executione ſententię latę eſt interlocutoria.*
2 *Sententia excommunicationis dicitur interlocutoria.*
3 *Sententia excommunicationis non tranſit in rem iudicatam,niſi ad præſumptionem iuſtitiæ: cùm poſt decem dies præſumatur pro ea, vt ſic excommunicato incumbat onus probandi de iniuſtitia.*
4 *Sententia in rem iudicatam tranſire dicitur quando appellatum non eſt à die notitię ipſius ſententiæ infra decem dies: & tunc, & non ante habet effectum ſententiæ.*
5 *Sententia ſuper exceptione peremptoria prolata eſt interlocutoria,ſed habet vim diffinitiuæ.*
6 *Sententia ſuper incidenti,vel emergenti prolata, eſt interlocutoria.*
7 *Sententia ſuper uno articulo ſubſtantiali, quò ad negocium principale videtur habere vim diffinitiuæ.*

8 *Sententia*

8 *Sententia ſuper appellatione ab interlocutoria dicitur etiam interlocutoria habito reſpectu ad partes: ſed habito reſpectu ad perſonam iudicis dicitur diffinitiua.*

9 *Sententia primi, uel ſecundi decreti dicitur interlocutoria: ſed habet vim diffinitiuę: & ſic dicitur mixta.*

10 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, ut diffinitiua iudicatur, & venit appellatione diffinitiuæ, & ab utraque appellatur.*

11 *Pręceptum de ſoluendo dicitur interlocutoria, & poteſt ad beneplacitum retractari.*

12 *Præceptum de ſoluendo habet vim diffinitiuæ, ſi fieret cauſa cognita: ſecus ſi fieret de facto.*

13 *Sententia lata ſuper ſolutione expenſarum dicitur interlocutoria, ſi fieret condemnatio ante ſententiam diffinitiuam: ſecus ſi fieret vnà cum ſententia diffinitiua: quia tunc cenſeretur pars ipſius ſententię.*

14 *Sententia ab obſeruatione iudicij eſt interlocutoria: ſed non merè interlocutoria, & licet ab ea appellare.*

15 *Sententia qua pronunciatur non poſſe tertiò prouocare interlocutoria eſt, uim habens diffinitiuè, ſed in appellatione debet exprimi cauſa, vt teneat appellatio.*

16 *Sententiæ omnes proceſſum impedientes interlocutoriæ ſunt.*

17 *Appellaee ab interlocutoria ſicut quis non poteſt ſine cauſa grauaminis: ita nec de nouo poſſet ſuam appellationem iuſtificare.*

OPINIO DCCIV.

1 SENTENTIA lata ſuper executione ſententię eſt interlocutoria: ſecundũ communẽ ſcholam omniũ in iure Scribentium in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. Bal. in l. actori. ff. de reb. cred. Paul. Caſtren. conſ. 335. Ang. & Alex. in l. 5. in prin. ff. de uerb. oblig. & eundem Alex. conſ. 50. uol. 2. & Marantam in tract. iudiciorũ in 6. par. in 1. actu de deciſoriis iudicij tribus membris diſtinctis, ſententia, appellatione, & executione. nu. 25. Ripam in l. quod iuſsit. num. 44. ff. de re iud. & Iaffred. deciſ. 422. Sententia lata, in prin. ubi meminit de communi opinione: licèt Iac. Butri. in d. l. ab executione, & Roma, in rub. ff. de re iud. & malè quidem aſſeruerint diffinitiuam eſſe. *Cõis opin.*

2 Nec non ſententia excommunicationis dicitur etiam interlocutoria: vt firmarũt Spec. in tit. de ſenten. §. ſpecies, uer. Sententia autem excommunicationis, Glo. Ant. de But. & Abb. in c. ſacro, de ſent. excom. Roma. & Nicell. in rub. ff. de re iudic. Iaſ. num. 8. & Ripa, ſub num. 14. in 7. ampliat. in d. l. quod iuſsit, Maranta in d. 1. actu, numero 40. & Fely. in rub. colũ. 9. extra de re iud. & iſta eſt communis omnium opinio. *Cõis opin.*

4 Sed ſententia ipſa excommunicationis nunquàm profectò tranſiret in rem iudicatam. c. ad reprimendam. de offi. ord. & ibi Glo. in uer. Suſpẽdatur, & Philip. in c. qua fronte, de appell. niſi ad præſumptionem iuſtitiæ: cùm poſt decem dies præſumatur pro ea, vt ſic excommunicato incumbat onus probandi de iniuſtitia. d. c. ad reprimendam, & c. de ſacro de ſenten. excom. & Doct. præſertimq; Sicul. col. pen. in c. conſanguinei de iud.

4 Et ſententia tunc in rem iudicatam tranſiuiſſe dicitur, ubicunque appellatum non foret à die notitiæ ipſius ſententiæ infra decem dies: tũc ſiquidem, & non ante haberet effectum ſententiæ. c. ad conſultationem, & ibi Doct. de re iudic. auth. hodie, ubi Cyn. & alij. C. de appel. & c. concertationi de appel. in 6. Ang. conſ. 302. num. 4. Guid. Papæ in tract. de appel. num. 69. & Cephal. conſ. 135. nu. 33. uol. 2.

5 Similiterque ſententia ſuper exceptione peremptoria prolata, cenſetur etiam interlocutoria: ſecundum anteſignatos Doct. licèt habeat vim diffinitiuæ: vt concludit quoque Bal. in l. pen. C. de ſenten. ex breui. recitan.

6 Idemque uidemus in ſentẽtia ſuper incidenti, vel emergenti promulgata, ut ea interlocutoria quippè ſit: ſecundùm eoſdem Doct. in locis præcitatis, Io. Bapt. Ferret. conſ. 273. uol. 2. nu. 1. Spec. in d. §. ſpecies in prin. & Ripam in d. l. quod iuſsit, num. 14. in 5. ampliat. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

7 Sed quotieſcunque lata foret ſententia ſuper vno articulo ſubſtantiali quò ad negocium principale, diceretur indubitanter habere vim diffinitiuæ. textus eſt ſing. cum Gloſ. in c. intra vtile de min. Bal. in l. 1. C. quãdo prouo. nõ eſt neceſ. Glo. in Clem. fi. de app. & Alex. in d. l. 5. ff. de uer. obl.

8 Itidem ſententia ſuper appellatione ab interlocutoria, dicitur etiam interlocutoria. vt uoluit Paul. Caſtrẽ. conſ. 26. cuius opinio procederet indiſcriminatim habito reſpectu ad partes: ſed habito reſpectu ad perſonam iudicis, dicitur diffinitiua: ſecundùm Bal. in auth. hoc ſacramentum, aliàs hodie, in uerſic. Iſta opinio pręſupponit. C. de iur. calum.

9 Item ſententia etiam primi, uel ſecundi decreti interlocutoria dicitur. ut firmauere Bart. in l. ſi finita. §. ſi fortè. ff. de dã. infect. Iaſ. in d. l. quod iuſsit. num. 7. Roma. & Nicell. in d. rub. ff. de re iu. ubi allegat Glo. in l. pręſenti. §. ſi hoc facere. C. de his qui ad eccle. confug. licèt ipſa ſententia ſecundi decreti habeat certè vim diffinitiuę, & facilè mixta dici poſſet. teſte Bal. in l. per hanc in fin. C. de temp. appel. & Præpoſ. in c. cùm ceſſante, extra de appel. col. 9.

10 Vndè quotieſcunque interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, vt diffinitiua iudicaretur, haberetque eius naturam. ita Alex. in d. l. 5. ff. de uer. oblig. col. 2. Dec. in c. peruenit. il 2. col. fin. de appel. & Grauet. conſ. 273. num. 2. & 4. & ueniret tunc abſque dubio aliquo appellatione diffinitiuę, vt ab utraque eodem modo appelletur: ſecundùm Ant. de But. Abb. Ioan. And. & alios in c. peruenit de appell.

11 Poſtremò præceptum de ſoluẽdo dicitur quoque interlocutoria, & poteſt indubitanter ad beneplacitum reuocari. ita Ang. Pet. de Suz. & alij in l. ſi debitori. ff. de iudic. & Roma. in d. rubr. ff. de re iudic.

12 Et quamuis præceptum hoc vim diffinitiuæ habeat: tamen ſi id cauſa non cognita, & abſque ulla iuris ſolennitate fieret, retractari facilè, & cõtrario imperio poſſet: ut concedit Ang. in d. l. ſi debitori, Dec. in c. cùm ceſſante. col. 3. de appell. Maranta in d. 1. actu, nu. 27. & Grauet. conſ. 273. numero 4.

13 Vltimo loco condemnatio expenſarum, ſeu ſententia lata ſuper eis dicitur quoque interlocutoria, ſi ea fieret in progreſſu cauſę ante ſententiam: eo enim caſu poſſet iudex illas expenſas taxare in ipſa cauſę progreſsione: vt firmat, & probat Iaſ. in d. l. quod iuſsit, num. 4. ſecus verò ſi fieret condemnatio hęc unà cum ſententia diffinitiua: tunc nempè cenſeretur pars ipſius ſententię. ſecundùm Ang. in l. qui agnitis. ff. de excep. Philip. in d. c. cùm ceſſante. col. antepen. Fely. in d. rubric. de re iud. col. 7. & Marantam in d. 1. actu. numero. 36. ubi prorumpit iſtam eſſe communem diſtinctionem. *Cõis opin.*

14 Demum etiam ſententia ab obſeruatione iudicij eſt ſimiliter interlocutoria: ut determinat affabrè Maranta in d. 1. actu, cum aliis aggregatis per eum ibi. ſed re ipſa nõ dicitũ merè interlocutoria, & licet ab ea appellare. ita Creſcẽ. deciſ. 132. & Gomeſ. deciſ. 83. & ſic in cauſis variorum clientulorũ infinitis ꝓpè vicibus obtinui in practica.

15 Cæterùm ſententia etiam, qua pronunciatur non poſſe tertiò appellari, interlocutoria eſt, diffinitiuæ vim habens: ut tradit Ioan. Monachus in c. cupientes. in Glo. magna. incip. & ita eſt canon. de elec. lib. 6. licèt autẽ diffinitiuæ vim habeat: & ad hoc vt valeat appellatio debet in appellatione exprimi cauſa: ſecundùm eũ notabiliter quod menti tenendum eſſe dicit Bal. in l. vnica. col. 3. in princ. nu. 6. C. ne liceat tertio prouoc.

16 Vbi Salyc. col. 2. num. 11. uerſ. Quæro an ſententia, Fely. in c. quoad conſultationem col. 13. de re iud. vbi exprimit iſtam opinionem veriorem eſſe, & Capicius etiam deciſ. 1. num. 20. & ſequẽ. & in d. c. cupientes Jo. Monach. ſubdebat, omnes ſententias proceſſum impedientes interlocutorias eſſe, & quòd ab interlocutoria non appellatur, niſi ratione grauaminis.

17 Et ideò non grauatus à iudice nõ appellat, undè nec de nouo iuſtificare poteſt ſuam appellationem, quem referendo ſequitur Bald. in d. l. vnica. poſt nu 6. verſic. Ibidem ait.

SVMMARIVM.

1 *APPELLARI poteſt à ſententia lata de conſilio electi de partium uoluntate.*

2 *Sententia ſecundùm ſapientis conſiliũ prolata nunquã tranſit in rem iudicatam.*

3 *Sententia ſecundùm conſilium ſapientis prolata ex forma ſtatuti, uel de partium uoluntate: cùm illa non trãſeat in rem iudicatam, poteſt quandocunque retractari, ſi ſuperueniret Doctor magis peritus, qui contrarium conſuleret.*

4 *Supplicans Principi, vt retractetur ſententia, quæ non tranſiuit in rem iudicatam, non caret impetratis, nec incurrit infamiam.*

5 *Princeps poteſt derogare ſententiæ, etiam quòd ea tranſitum feciſſet in rem iudicatam: cùm hoc ius quæſitũ ſit de iure ciuili.*

6 *Princeps non cenſetur in dubio derogare ſententiæ, niſi de eius mente præcisè conſtaret.*

7 *Princeps aſſerens in reſcripto non obſtante ſententia, nõ intelligitur de ſententia, quæ nondum tranſitum feciſſet in rem iudicatam, ſed opus eſſet vt mentionem feciſſet de tranſitu in rem iudicatam: quia tunc ſententia trahit ad ſe executionem ſine aliquo alio nouo facto iudicis.*

8 *Sententiæ quæ tranſierit in rem iudicatam ſtandum eſt donec contrarium probetur.*

9 *Sententiam nullam allegans ad impediendum eius executionem tenetur ad exhibendum acta, & ad iuſtificandum ipſas nullitates: aliás præſumeretur pro ſententia non ſolùm quò ad rectitudinem, ſed etiam quò ad rititudinem: & non modò ſi lata ſit in præſentem, ſed etiam in contumacem. Et docetur practica quæ obſeruatur circa executionem ſententiæ in Regno.*

10 *Sententia poſtquàm tranſiuit in rem iudicatam, omnia in ea acta ſolenniter præſumuntur.*

11 *Sententia tranſiens in rem iudicatam inducit notorium.*

12 *Sententia tranſiens in rem iudicatam inducit præſumptionem iuris & de iure; adeò quòd contraria probatio non admittitur: & ſententia contra eam lata redditur nulla.*

13 *Clem. Vt calumnijs. de ſenten. & re iudic. reſpuens á tribus ſententijs conformibus nullitatis exceptionem, procedit etiam in duabus ſententijs conformibus, quarum vltima tranſitum fecit in rem iudicatam.*

14 *Ioſephus de Ruſticis I.C. Aquilanus laudatur.*

OPINIO DCCXV.

1 A SENTENTIA lata de cõſilio electi de partiũ voluntate poteſt appellari: ſecundũ Bar. & alios omnes cõmuniter in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. & in l. 1. §. quæſitum. ff. de appellat. Panor. Fely. & cæteros omnes in c. cauſam quæ, in prin. extra de re iud. *Sententia.* *Cõis opin.*

2 Imò iſthæc ſententia ſecundùm conſilium ſapientis promulgata nunquàm utique tranſiret in rem iudicatam. c. biduum. 2. q. 6. Ant. de But. & Imol. in rub. de homicid. idẽ Butrius. in c. propoſuiſti. ext. de probat. Bar. in l. ab arbitro. et ibi Alberic. de Roſ. col. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Alex. in l. ſi ab hoſtibus. col. 14. ff. ſolut. matr. Franc. Aret. conſ. 110. Clariſsime. col. fin. Roma. conſulendo conſ. 128. pro plena diſcuſsione. num. 16. & in l.

cùm quidam.§.quod dicitur.ff. de acquir. hęred. Ruin.conſ.34.viſis.num.1.uol.5. Iaſ. in l. admonendi.in 3.lect. num.47.& in 2.lect.num. 41.ff. de iureiur.Marſil. in ſing.427. plures ſunt caſus, Maranta in tract.iudiciorum in vlt.par.6. partis iudic.num.130.& in 2.actu princ.vlt.partis iud. num.103.Mantua conſ.125.viſis.nu.11. Afflict. deciſ.33.poſtquàm.num.6.& in conſtit.iuriſperitorum.in fi.Dec.conſ.278.non leuis,in fi.vbi cō- Cōis opin. memorat iſtam eſſe communem opinionem, & Corſet.etiam in repert. Panor. in verſ. Sententia lata per dicta peritorum.

3 Et hinc eſt, quòd ſententia prolata ſecundū conſilium ſapientis ex forma ſtatuti, uel de partium voluntate, poſſet nimirum retractari, & reuocari quandocūque, ſi ſuperueniret Doctor magis peritus,qui contrarium conſuleret: cùm talis ſententia nunquàm tranſiret in rem iudicatam: ſecundùm Alex.in d.l.ſi ab hoſtibus.col.3. cui inhęret extollendo pręſentem eius aſſertionem Gerard.in ſing.20.Sicut non valet.

4 Subdens ibi,num.5.quòd in huiuſmodi caſu ſupplicans Principi,vt retractetur ſententia,quæ non tranſiuerit in rem iudicatam,non careret impetratis, nec incurreret infamiam.

5 Imò Princeps derogare poſſet etiam ſententiæ,quæ trāſitum feciſſet in rem iudicatam: cùm illud ius quæſitū uerè ſit de iure ciuili, teſte Bal. in l.fin.col.2.C.ſent.reſcin.non poſ. Paul. Caſtrē. in l.cùm hęredes. ff.de acq. poſſ. & Ang. in l. Lucius.ff.de euict.

6 Et tunc conſtare deberet præciſè de eius mēte; aliàs non intelligeretur illi derogare uoluiſſe. d l.fi.& ibi Glo.C.ſenten.reſcin.non poſſ. l. 2. in fi.C.de lit.pend.& c.expoſita.de arb.

7 Nec ſufficeret quòd Princeps diceret non obſtante ſententia: nam potuiſſet intelligere de ſententia, quæ nondum tranſitum feciſſet in rem iudicatam:ſed opus fuiſſet,quòd mentionem feciſſet de ipſo tranſitu in rem iudicatam:pręſertimq́; ſi ſententia eſſet interlocutoria: ſiquidem tunc huiuſmodi ſententia traheret ad ſe executionem ſine aliquo alio nouo iudicis facto: ſecūdùm Glo. & alios in c.paſtoralis.de appel.& Alex.conſ. 94. in cauſa,& lite uertente.uol.2.

8 Sed ipſi ſententiæ,quæ tranſiret in rem iudicatam, primò ſtandum foret, donec contrarium probaretur.ita Sicul.in c tenor. col.fi. de re iud. & Natta conſ.540.ex pluribus,num.17.uol.3.

9 Vbi concludit allegantem ſententiam nullam,teneri ad exhibendum acta,& pariter oſtendendum nullitatem propoſitam;aliàs non apparentibus nullitatibus ex eiſdem actis, ſecundùm eum,alioſq́ue congeſtos inibi per eum præſumeretur pro ſententia,non tantùm quò ad rectitudinem, verùm & quo ad rititudinem etiam: & non modò ſi ea lata ſit in præſentem,ſed in contumacem etiam .& ſequitur quoque Rolan. cum alijs Cōis opin. aggregatis per eum conſ.83.uidetur prima facie dicendum,ſub nu. 14.vol.1. & eſt communis opinio de qua teſtantur Imol.in c.cùm in iure. colū. 12.de offic.deleg.Fely.in c. quoniam contra col. 15.de prob.Aegid.conclu. 86. ſententia Sebaſt. Vantius poſt iſtos de communi etiam atteſtans in tract. de nullit. ſent. in tit.à quo & quib.mod. ante num. 8. ubi alios allegat.Et de obſeruantia in curia Romana teſtatur Io. And.in c. in præſentia.de renun. prout idem obſeruatur in Sacro Cōcilio,in magna Curia Vicariæ,in cæteriſq́ue omnibus ſupremis tribunalibus Regni, in quibus facta inſtantia pro executione ſententię poſt præſentationem proceſſus, tum ratione ſententiæ habentis ex ſui natura executionem paratam : tum etiam alterius cuiuſcunque ſententiæ tranſitum facientis in rem iudicatam , alleganti nullitates in ipſis Regiis tribunalibus conſueuerit concedi aliqua breuis dilatio ad proponendum nullitates:& illis propoſitis,& non releuantibus,militātibuſq́ue in iure & in facto,executioni demandatur ſententia.

10 Vtpote quia ſententia poſtquàm tranſiuiſſet in rem iudicatam,omnia in ea acta ſolēniter præſumerentur.teſte Innoc.in c. cùm in iure. de offi. deleg.& in c.quoniam contra de probat.Pau. Caſtren.conſ.202.col.pen.uol.2. & Cephal. conſilio 241.num.2.uol.2.

11 Imò ſententia ipſa tranſitum faciens in rem iudicatam induceret dubio procul notorium. l. emptorem,& ibi Glo.ff.de act. emp. & in c. fi. de cohab.cler.& mulierum.

12 Imò etiam ſententia hæc, quæ in rē iudicatā trāſiuerit,induceret quoq; pręſumptionē iuris,& de iure : adeò quòd contraria probatio nullatenus admitteretur. Afflictus referens plura Alexandri conſilia,deciſ.13.Vertitur dubium. num. 28.& ſententia contra eam lata,eſſet indubitanter quidem nulla,& inualida.l.1.C. quando prouoc.non eſt neceſſ. & toto tit. C. ſenten. reſcind. non poſſ.c.in præſentia de renunc.& c.ſicut, & c. inter monaſterium de re iud.

13 Tanti denique eſt roboris res iudicata,ne ſingulare hoc dictum prætermittam, quòd & ſi per Clem.ut calumniis,de re iud.conſtitutum ſit,cōtra tres ſententias conformes nullitatis exceptionem opponi non poſſe quin executioni demandentur:tamen ſi reus bina ſententia ſuccubuerit in cauſa, quæ in rem iudicatam tranſierit : tunc non audietur ulterius ſententię nullitatem obijciens:vt egregiè admodùm tradit Petrus de Ferrar.in forma executionis ſententiæ diffinitiuę.colum.1.fol.56.dicens eſſe valdè no.Sicut enim pro tribus illis iudicibus qui tres ſententias tulerūt, præſumitur.c.in præſentia,de renunciat.l.1.C. de iuriſd.om.iud.ita pro duabus, quarum ultima in rem iudicatam tranſiuit ob iudicati præſumptionem,& efficaciam . Et ſecundùm iſtam ſingularē doctrinam iudicatum fuit in ardua cauſa Vniuerſitatis Collis Brinconij intus Ciuitatem Aquilæ ex vna,& Francum de Toſtis ex altera , ſuper paſculatione defenſæ Collis prædicti.Et ſentētia ad fauorem

fauorem Vniuerſitatis prolata extitit per Magnificum & Excellentem D. Hieronymum de Pace de Neapoli, tunc iudicem, & aſſeſſorem in dicta Ciuitate, de anno 1568. negocio benè, ac maturè diſcuſſo.

24 Aduocatus autem, qui ſententiam ipſam pro Vniuerſitate reportauit, fuit D. Ioſephus de Ruſticis de Aquila, I.C, ingenij ſubtilitate, maximaq; eruditione clariſsimus, vt eius inſignia monumenta teſtantur, fundatiori doctrina, nitidoque dicendi genere conſcripta; adeoque illuſtria, quòd alterius Papiniani aut Sceuolæ reſponſa exiſtimes; eiuſque redditum celeberrimum conſilium inſpexi, incipiens: Executioni rei iudicatæ, ubi inter cętera Alexandro de Imola conſ. 77. in cauſa. col. 5. poſt num. 12. lib. 2. reſponſum affert, & in uerſ. Et ſententias dictas, quando ſententiæ cõformes dicantur, magiſtraliter declarat.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA contra mortuum prolata eſt ipſo iure nulla.*

2 *Sententia lata, etiam ad fauorem mortui nõ valet.*

3 *Sententia lata pro mortuo in cauſa beneficiali eſt nulla, etiam quòd detur ignorantia iuris.*

4 *Sententia pro defuncto ualet, ubicunque lata extitiſſet à iudice ignorante mortem ipſius.*

OPINIO DCCXVI.

1 SENTENTIA contra mortuũ prolata tempore ipſius ſententiæ, eſt ipſo iure nulla, licèt poſtmodùm illa per viuum tueatur, atque defendatur. textus eſt in l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudic. & ibi Doct. & in l. pen. ff quæ ſenten. ſine appell. reſcin. Capicius deciſ. 1. ſub numero. 26. Vantius in tract. de nullitatib. in rub. ſeu tit. de nullit. ſen. ex defectu iuriſd. & vnde, ac quib. modis proueniat, tam in iudice ordinario, quàm delegato. nu. 106. & Sebaſt. Medices cum aliis aggregatis per eum in tract. mors omnia ſoluit, in 2. par. concluſ. 101. num. 285.

2 Imò intantum procedit, veraque apparet iſthęc concluſio, vt ſi ſentẽtia ipſa lata pro mortuo ad eius fauorem promulgata eſſet, minimè ualeret, neq; teneret: vt efficax teſtimonium eſt Bar. in d. l. in ſumma. § fi. Alex. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogan. num. 5. Vant. in loco præcitato, Hugo Celſus conſ. 73. Titius, ſub num. 41. Marant. in tract. iudiciorum. in 6. par. 3. partis, num. 103. & Iaffred. deciſ. 27. ſententia lata, ubi planum facit Cõis opin. iſtam eſſe communem opinionem contra Glo. in d. l. in ſumma. §. fin.

3 Imò ſimiliter ſententia lata pro mortuo in cauſa beneficiali eſſet nulla, etiam quòd daretur ignorantia iuris. ita Card. Put. deciſ. 186.

4 Sed ſententia hæc ita amplificata non procederet, ubicunque ſententia pro defuncto lata extitiſſet publicata, atque prolata à iudice ignorante mortem: tunc enim illa prodeſſet ſubrogato in locum mortui. ita Bal. eleganter in l. 1. §. 1. in fi. C. de cad. tollen.

¶ Alias uerò duas limitationes, in quibus ſententia lata in fauorem, uel contra defunctum ualeat, recenſuit Vant. in d. tract. de nullit. in tit. de nullit. ſenten. ex defectu iuriſd. & vnde, ſub numero 106.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata cõtra citatum extra territorium citantis exiſtentem, eſt ipſo iure nulla.*

2 *Princeps defenſionem tollere nõ poteſt: licèt quis eſſet excommunicatus, ſeu crimino ſus.*

3 *Hæretico etiam traditur copia indiciorum cum competenti termino ad ſe defendendum.*

4 *Defenſiones conceduntur etiam reo in crimine notorio.*

5 *Defenſiones inquiſitor hæretico tollere non poteſt.*

6 *Reus quomodocunque ſe tueri uelit admittitur ad defenſiones.*

7 *Defenſiones nemini tolli debent.*

8 *Defenſiones tolli non poſſunt, etiam quòd iudex haberet arbitrium ex forma ſtatuti, & poſſet procedere ſine iuris ſolennitate.*

9 *Iudex etiam quòd habeat arbitrium, tenetur reo tradere copiam inquiſitionis cum competenti termino ad purgandum indicia.*

10 *Hæreticus citatus ad informandum ſuper crimine hæreſis, & recuſando comparere incurrit contumaciam, de betque excommunicari; & ſi per anni circulum in excommunicatione perſeueret, uelut hæreticus eſt puniendus.*

11 *Defenſiones conceduntur cum copia indiciorum in crimine læſæ maieſtatis humanæ.*

12 *Copia indiciorum cum competenti termino ad illa purganda tradenda eſt reo inquiſito.*

13 *Appellari poteſt, vbicunque non dantur defenſiones, & copia inquiſitionis reo.*

14 *Copia inquiſitionis, & defenſiones conceduntur reo, completa prius ipſa inquiſitione, & ſubſecuta ſua reſponſione ſuper inquiſitione ipſa.*

15 *Copia indiciorum reo danda eſt, etiam quòd immineat timor ſubornationis, & ipſa copia traditur magnis, & paruis, & omni generi perſonarum.*

16 *Defenſiones, & copia indiciorum, etiam ſponte confeſſo conceduntur.*

17 *Defenſiones fieri poſſunt uſque ad ſententiam per inquiſitum.*

18 *Reo confitenti in tortura, & ratificanti eius confeſſionem datur terminus dierum duorum ad producendas omnes defenſiones competentes aduerſus ſuam confeſſionem.*

19 *Defenſiones, & copia indiciorum non conceduntur in inſigni, & notorio maleficio. & quis ſit inſignis latro diſcurritur remiſſiuè.*

20 *Defenſiones non conceduntur in flagranti crimine: cùm contra notorium delinquentem non cadat defenſio.*

21 *Capere unuſquiſque poteſt, etiam priuatus publicum delinquentem, uti repertum in flagranti crimine, & illum ducere ad iudicem competentem,*

22 *Capi poteſt debitor fugam arripiens à creditore propria authoritate, & adduci ad carcerem.*

23 *Clericus debitor fugiens pro debito, capi poteſt ſine metu excommunicationis, & duci ad iudicem ſuum.*

24 *Stylus, & conſuetudo curiarum obſeruari debet circa denegationem copiæ indiciorum reo.*

25 *Iudex deuenire poteſt ad torturam contra reum, etiam non petita per eum indiciorum copia.*

OPINIO DCCXVII.

1 SENTENTIA lata contra citatum extra territoriũ citantis exiſtentem, nulla eſt ipſo iure: cùm defenſio auferri de iure non debeat. Clemen. paſtoralis de re iudic. Bal. in l. omnes. §. ſin uerò. col. 2. C. de epiſc. & cleric. Lanfran. in c. quoniam contra, in uer. Citationes. num. 25. & ibi apoſtil. in litera A. de probat. & Arerin. conſ. 165. ſicut Ioannes ſcripſit. col. 12.

2 Nam defenſionem Princeps tollere non poteſt. d. Clemen. paſtoralis, Grammat. uoto 30. numero 9. cum aliis ſeq. Marſil. in ſing. 288. Abb. in c. 1. in princ. de reſcrip. & in c. in cauſis, de re iud. vbi concludit, quòd nec per legem, nec per Principẽ defenſio ipſa tolli poſſet in criminalibus, quã tumcunque quis eſſet excommunicatus, ſeu criminoſus. per c. cũ inter de excep. ubi idem Abb. & in c. dilecti. eod. tit. col. pen.

3 Hocque amplificatur vtiliter primùm procedere, etiam in cauſa hæreticæ prauitatis, vt ipſi hæretico tunc tradenda profectò ſit copia indiciorum contra eum exiſtentium ad finem ſe purgandi, & defendendi. ita Pariſ. conſ. 2. num. 155. uolumine 4.

4 Imò reo etiam in facto notorio defenſiones iuris minimè tollũtur: ut uoluit Inno. in c. ſtatuimus. de offi. deleg.

5 Vndè inquiſitor ullatenus defenſiones, & exceptiones reo competentes tollere nequiret: ſecundum Archid. & alios omnes in c. exhibita. de iud. Spec. de notorio crimine. §. 1. & Carrer. in tractatu de hæreticis. nu. 82.

6 Et ſic quomodocunque reus ſe tueri, defendereque uoluerit admittetur: vt firmat Bar. in extrauag. ad reprimendum in uer. Sequentia.

7 Nam defenſio non debet alicui tolli. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. l. pen. C. de temp. in integ. reſtit. pet. & c. cùm inter de excep.

8 Quod uendicat quidem ſibi locum, & uerum eſt, etiam ſi procedi poſſet ſine iuris ſolennitate: & ſic quantumcunque iudex haberet arbitrium ex forma ſtatuti in huiuſmodi caſu, non tamẽ poſſet denegare defenſiones. teſte Bart. in l. filius. ff. de donat. & in l. 1. ff. de teſta. milit. Gandi. in trac. maleficiorum, uerſ. Item quarto nunquid poteſtas, qui habet arbitrium, & Alex. conſ. 55. habita ſuper contentis. col. 1. & ſeq. uol. 1.

9 Siquidem ſi iudex haberet arbitrium in procedendo, quod regulari abſque dubio aliquo deberet ſecundùm iuris regulas: adhuc teneretur tradere in præſenti caſu copiam inquiſitionis reo cum competenti termino ad purgandum indicia, & ad ſe defendendum: vt uoluit Alex. in d. cõſil. 65. & Natta ibi in add. & eſt textus in Regno in cap. incip. Ab illo inchoãdum fore penitus prouidentes, ubi diſponitur, poſitos in carceribus in ſuis defenſionibus plenè audiendos.

10 Sed ſi hæreticus uocaretur ad informandum per inquiſitorem ſuper crimine hæreſis patrato per eum: tunc nempè deberet excommunicari; & ſi per anni circulum in excõmunicatione perſiſteret, uelut hæreticus puniendus foret. c. cum contumacia de hæret. in 6. & notat Gundiſſal. in tract. de hæreticis q. 12. num. 3. & ſeq. ubi vtiliter hoc explicat, & declarat.

11 Secundò ampliatur quoque præmiſſa concluſio, procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis humanę. Nam in hoc crimine non ſolùm defenſiones auferri nequeunt, ſed vnicuique etiam debet dari terminus ad ſe defendendum, & indiciorum copia: vt per Alex. num. 4. Iaſ. nu. 1. & Dec. num. 14. in l. is apud quem. C. de eden. Afflict. deciſ. 391. Boſſ. in pract. crim. tit. de indic. & conſid. ant. tort. num. 74. cum aliis ſeq. Pariſ. in d. conſ. 2. vol. 4. & Rip. in d. l. is apud quem. num. 8. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionẽ. *Cõis opin.*

12 Ampliatur itidem eadem concluſio tertio loco intantùm ſortiri locum, ut nõ ſolùm copia cõcedenda eſſet indiciorum, ſed etiam competens terminus ad illa purganda: vt concedit Boſſ. in loco præcitato, Bal. Alex. & Cagnol. num. 18. cum aliis congeſtis per eum in d. l. is apud quẽ, Guid. de Suza. in tract. de indiciis & tortura. num. 62. & ſeq. Paul. de Eleaz. in commento. c. grauis. col. fin. extra de depoſ. & Gand. in d. tract. maleficiorum. in uerſ. Nunquid torquendus, ſit audiendus. & ita obſeruatur, & practicatur in Regno.

13 Et ſi tunc non concederetur defenſio, ſeu copia inquiſitionis appellandum eſſet. teſte Ripa in d. l. is apud quem, ſub nu. 8.

14 Iſtaque inquiſitionis copia reo tradenda uenit completa inquiſitione, & emanata prius reſponſione, & depoſitione eiuſdem rei ſuper inquiſitione formata contra eum: ſecundùm Ruin. cõſil. 7. col. 2. uol. 5. prout ita hodie de conſuetudine obſeruatur in practica.

15 Ampliatur quartò ſimiliter anteſignata concluſio, vt dari debeat reo copia indiciorũ, & repertorum contra eum, etiam quòd immineat periculum ſubornationis: ſicut quando admittuntur teſtes poſt didicita teſtificata: iuxta c. fraternitatis extra de teſtib. & illa copia traditur magnis, & paruis, & omni generi perſonarum: vt firmat Boſſ. in loco præcit. num. 75.

16 Poſtre-

16 Poſtremò amplificatur etiam prememorata concluſio, quòd ſponte confeſſo minimè eſſet deneganda ad probandum defenſio de iure ſuo, ſuaque innocentia. ita Gand. in tract. maleficiorum. in tit. de quæſt. in uerſ. Si confeſſus dicat ſe errasse, per tex. in l. 1. §. ſi quis ultrò. ff. de quæſt.

17 Siquidem defenſio, & probatio fieri poſſet uſque ad ſententiam. l. ſi quis iureiur. C. de reb. credit. & l. indicia. C. de probat. Bald. in l. bonæ fidei. colum. 3. C. de reb. cred. & in l. fin. col. 1. C. de probat. & Ancha. conſ. 22. vtrum confeſsio contra iniuſtum. col. 3. quamuis, & malè quidem Lallus de Tuſcia in conſtit. Hij qui de leuibus. numero 13. per textum. in c. poſtquàm lib. 6. aſſeueret contrarium, uidelicet confeſſum crimen coram inquiſitore puniri, condemnarique poſſe, non aliter ei tradita copia capitulorum & inquiſitionis.

18 Et hinc eſt, quòd ſi reus in tormentis fateretur crimen, & illud poſtmodù ultrò ſolutus uinculis & catenis, & in ſua libertate poſitus ratificaret die ſequenti extra tormenta in bancho iuris: tunc iudex teneretur ei ſtabilire terminum, ſaltem duorum dierum ad producendas omnes, & quaſcunque defenſiones competentes aduerſus ſuam confeſsionē, ut undiq; ſcaturire queat eius innocentia, caſu quo innocens ſit: vt per Afflict. & alios Regnicolas in conſtit. Si damna, & Marant. in tract. iudiciorum. in 6. par. in 14. actu de quæſtione, quæ duplici nomine admittitur, in quibus locum illa habeat, & quo ordine ad illam perueniatur. num. 15.

19 Cæterùm iſthæc concluſio ita explanata, amplificataque, limitatur primò locum non obtinere in inſigni maleficio, & hoc quando adeo inſignè eſſet, quod redactum eſſet ad notorium, & manifeſtum: vt exprimit Boſſ. in loco præcitato. nu. 76. & de inſigni latrone uide per Afflict. in d. deciſ. 391. num. 10.

20 Limitatur etiam ſecundò locum non ſortiri in reperto in flagranti crimine: cùm contra notorium criminoſum, delinquentemque nulla defenſio cadere poſsit. d. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. Abb. & Fely. in c. cauſam. el 1. num. 5. de iudic. Grammat. deciſ. 36. num. 50. cum aliis ſeq. & num. 80. & Foller. in pract. crim. in uer. Item ꝙ fuit captus in flagranti crimine. num. 1. & ſeq. Et ita obſeruari uidi in patria mea, in anno 1578. dum quidam aſſaſsinus incognitus & aduena, cù duobus ſcoppettis paruulis, tunc impiè degraſſatus, aggreſſuſq; eſſet Paſchalem Marianum Aquilanum, qui cùm euaſiſſet tam maximum uitæ ſuæ diſcrimen Dei benignitate, cœpit ſtrenuè quidem ipſum aſſaſsinum fugam arripientem, duxitque ſtatim ad publicum carcerem, eoque ſine cunctatione torto, atque tormētato, vt negocium atrociſsimum, & notorium quidē exigebat, faſſoque crimine cum ſuis circumſtantiis extitit in ipſa Ciuitate Aquilæ ſuſpenſus.

21 Et licuit quippè ipſi Paſchali hoc agere, ac prędictum aſſaſsinum capere: cùm quilibet, ad quem ſpectat, repertum in flagranti crimine capere poſsit, illumque pariter ducere ad iudicem loci commiſsi criminis. textus eſt in l. raptores. C. de epiſ. & cler. And. de Iſer. in 4. not. & cæteri Regnicolæ in conſtit. Iuſtitiarij non per calendas. Bar. in l. ſi quis in ſeruitute. col. 2. per illum textum. ff. de furtis. Bernar. de Plotis conſ. 133. Hercules. num. 21. inter conſ. crim. in folio. lib. 1. & Foller. in d. uerſ. Item quòd fuit captus in flagranti. nu. 3. vbi hoc ampliat locum ſortiri etiā in quolibet extraneo, ut is, quamuis ad eum non ſpectet pręſens captura, ualeat ipſum reum capere in flagranti crimine repertum, atque poſtmodum ita captum ad publicum carcerem adducere. & eſt tex. in cap. Regni exordiente. Amplius nulli priuato liceat. ubi diſponitur licere cuicunque priuato capere publicum delinquentem, & eum præſentare in carceribus, uel tranſmittere ad ſuperiores infra duos dies; aliàs incurreret priuati carceris pœnam.

22 Imò hoc procedit quoque in debitore, vt is capi queat à priuato ſi fugam arriperet, & non haberet in loco vndè poſſet ſibi ſatisfieri. arg. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. Et ſic captura propria authoritate creditoris fieri poſſet, ubicunque debitor eſſet in fuga. d. l. ait prętor. §. ſi debitorem, & ibi Bart. & Pet. à Plaza cum magna catherua Doctorum relata per eum in epito. cauſarū criminaliū, cap. 34. ſub nu. 14.

23 Quodque adeò uerum eſt, vt uendicet ſibi locum non ſolùm in debitore laico, ſed etiam in clerico, vt is fugiendo pro debito capi poſsit ſine metu excommunicationis: ſecundùm Abb. col. 2. & 5. & alios oēs in c. cù non ab homine, de iud. Io. And. & Abb. in c. 2. de pig. Inno. in Glo. ſua in uer. Prælatorum. & cæteros oēs. in c. ut famę. de ſen. excō. Glo in c. ius gentiū 1. diſt. & Doct. in c. nullus. C. de iud. & in c. olim. el 1. de reſt. ſpol.

¶ Sed debitor ita captus per creditorē debet ſtatim duci ad iudicem. teſte Bar. in l. 2. ff. de fer. & in d. §. ſi debitorem, & Bal. in add. Specul. de re nunc. uerſ. pen.

24 Limitatur tertiò eadē concluſio ēt locum nō obtinere modo aliquo, ubicunq; extaret ſtylus, vel cōſuetudo contraria, vt inquiſito copia indiciorum, & terminus ad defendendum dari non debeat. ita Rot. deciſ. 11. col. fi. Afflic. d. dec. 391. num. 5. & deciſ. 135. Quidam Venetus. nu. 3. & Pariſ. conſ. 44. uol. r.

25 Claudicatque poſtremò antedicta cōcluſio, quando copia indiciorum petita non foret: tunc enim iudex poſſet indubitanter deuenire ad torturam nulla data copia: ſecundùm Rip. in d. l. is apud quem n. 9. quod declarat ibi utiliter Dec. cum aliis Moder.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA *lata contra minorem indefenſum, carentemq; tutore, uel curatore in ciuilibus nō ualet, ſecus ſi pro eo lata eſſet.*

2 *Sententia lata contra pupillum habentem tutorem, qui non adimpleuerit ſolennia à iure requiſita non ualet.*

3 *Sententia lata per falſos teſtes contra minorem, & contra eccleſiam non ualet.*

4 *Sententia lata in prima inſtantia contra minores indefenſos non ualet: ſecus in ſententia lata in cauſa appellationis.*

5 *Sententia pro, vel contra minorem promulgata, poteſt per eum ratificari.*

OPINIO DCCXVIII.

1 SENTENTIA lata contra minorem indefenſum, tutorem uel curatorem legitimum non habentem, non ualet in ciuilibus; ſecus uerò ſi ea prolata eſſet ad eius fauorem: tunc nempè abſque controuerſia aliqua ualeret, & teneret: ſecundùm Glo. & omnes alios in l. 1. C. qui legit. perſon. Specul. de arbitr. §. fin. uerſ pen. Bal. in l. cùm & minorem. quęſt. 5. C. ſi aduer. rem iudi Gloſſ. Bartol. & cæteros omnes in l. non eo minus. C. de procur. Gloſ. Bal. & reliquos in l. ſi tutor. C. in quibus cau in integ. reſtit. non eſt neceſſ. Nattam conſ. 541. ſcripſi aliàs num. 18. uolum. 3. Bero. conſilio 102. num. 1. uol. 3 Iaffred. deciſ. 343. ſententia lata pro pupillo, ubi planum facit iſtam eſſe communem opinionem, & Marant. etiam in tract. iudiciorum in 6. par. 3. uel ultimæ par. num. 105. & ſequen. ubi eam limitat non procedere in furioſo: nam ſententia etiam ad eius fauorem promulgata minimè ualet. *Cōis opin.*

2 Imò iſthæc communis intantùm procedit, & amplificatur, quòd ſi minor haberet tutorem, & ille non adimpleuiſſet ſolennia requiſita, & ſic de iure adimplenda: tunc ſi profereretur ſententia contra pupillum, eſſet utique nulla: ſecus autem ſi in fauorem. ita Glo. in d. l. ſi tutor, & ibi Bal. & Pau. Caſtren.

3 Ampliatur ſecundò eadem communis obtinere locum etiam in ſententia lata per falſos teſtes contra minorem: tunc ea cenſetur nempè ipſo iure nulla fauore minoris ætatis. l. 1. C. ſi ex falſ. inſtrumen. Canoniſtę communiter hoc firmant in cap. ab excommunicato de reſcript. & Legiſtæ in l. Diuus Adrianus. ff. de re iudic. ubi Iaſ. numero. 5. meminit de communi. & similiter affirmat idem eſſe ſi huiuſmodi ſententia eſſet lata contra eccleſiam. *Cōis opin.*

4 Et licèt ſententia lata contra minores indefenſos non ualeat: nihilominus tamen hoc de plano, & ſine ſcrupulo aliquo procederet in prima inſtantia: ſecus uerò in ſententia lata in cauſa appellationis: vt per Bar. in l. alienã. C. de procur. Bal. in l. prędes. C. quomodo, & quando, & Alex. in l. contra pupillum. num. 6. ff. de re iud.

5 Claudicatq; etiam ſecundo loco eadem communis, ubicunque ſententia hæc ratificata foret. Nam ſententia pro, uel contra minorem promulgata poſſet indubitanter per eum ratificari. ita Fely. in cap. cauſam, el 1. ſub num. 6. cum aliis ſequen. de iudic. & Bertran. conſil. 30. ex themate mihi traditæ conſultationis. num. 1. uol. 1. 2. partis, ubi planè deducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIAE appellatione, uenit omnis ſententia, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit.*

2 *Sententiæ appellatione intelligitur de diffinitiua, niſi ſequatur abſurditas.*

3 *Statutum prohibens appellare à ſententia, intelligitur à diffinitiua.*

4 *Statutum arctans arbitrum ad finiendam cauſam intra menſem, intelligitur per ſententiam diffinitiuam: & non ſufficit tunc abſoluere partes ab obſeruatione iudicij.*

5 *Statutum diſponens, quòd ſententia proferri nequeat ſine conſilio ſapientis, intelligitur tantũ de diffinitiua.*

6 *Statutũ diſponens, quòd de ſententijs debeat ſolui gabella, intelligitur de ſententijs ſolummodò diffinitiuis.*

7 *Statutum iubens a ſententijs non poſſe appellari, intelligitur à diffinitiuis tantùm.*

8 *Sententiæ appellatione venit etiam interlocutoria in materia fauorabili.*

9 *Sententiæ appellatione uenit etiam interlocutoria, vbi concurrit eadẽ ratio, vel maior in interlocutoria, quæ concurrat in diffinitiua.*

OPINIO DCCXIX.

1 SENTENTIAE appellatione uenit de proprio ſignificatu omnis ſententia, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit: ut diſcurrunt, & firmant cõmuniter Doct. in rubr. ff. de re iud. *Cōis opin.*

2 Cæterùm appellatione ſententiæ intelligitur profectò in dubio de diffinitiua, & non de interlocutoria: & ſic in potiori ſignificatu, niſi ſequatur abſurditas. ita Gloſ. in ver. Sententiæ. in l. 1. §. biduum. ff. quando appel. ſit, & in Clemen. 1. de re iudic. & in capitulo, cùm olim de teſtib. & in l. quod iuſsit, per textum ibi. ff. de re iudic. Card. in capitu. cum olim de cauſ. poſſ. & propriet. & in cap. uenientes, de iureiuran. Dominicus in c. cùm appellationibus friuolis. §. ſi uerò de appell. in 6. & in c. adeò in 2. reſponſ. in fin. eod. tit. Abb. in c. ſi. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & in cap. cauſam matrimonij, ubi alij omnes unanimiter, & concorditer de offic. deleg. & Barbat. in cap. cùm dilectus colũ. 18. de ord. cogn. & facit etiã text. in l. quid ergò. §. quæſitum, & ibi Bal. & alij. ff. de his q no. in fa. *Cōis opin.*

3 Et

3 Et hinc non ab re inferebat primò Card. in cap. vt debitus in fin. de appellat. ſtatutum prohibens appellare à ſententia, intelligi à diffinitiua, non autem ab interlocutoria, ubi refert quoque ita conſuluiſſe Bald. in Ciuitate Piſtorij, & ſequitur etiam Philip. de Peruſio poſt Abb. in capit. paſtoralis in 6. quæſt. de appell. & Præpoſ. ibi in ſecunda colum. Fely. in cap. cauſam quæ, numero 27. de reſcript. Dec. in l. fin. numero 25. C. de pact. & Rip. in rubr. numero 4. de re iudicata. Siquidem uerbum hoc, Sententia, propriè conuenit diffinitiuæ, non autem interlocutoriæ: ſecundùm Roma. in l. ſtipulationum, numero 10. ff. de uerb. oblig.

4 Inferebatque ex his etiam ſecundò utiliter equidem Bartol. in l. dicere. ff. de arbit. ſtatutum arctans arbitrum ad finiendum cauſam intra menſem, intelligi debere per ſententiam diffinitiuam: & ideò non ſufficeret tunc abſoluere partes ab obſeruatione iudicij: vt per Bartol. in l. generali. C. de decurio. lib. 10. & Bal. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. fi. ff. de iureiur.

5 Tertiò inferebat quoque Bald. in l. prima. C. ne lice. ter. prouoc. ſtatutum diſponẽs ſententiã proferri non debere ſine conſilio ſapientis, intelligi de diffinitiua, non autem de interlocutoria; cui inhæret Roma. in l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acq. hęred.

6 Quartò inferebat etiam ex allegatis Bald. in add. Specul. in tit. de ſentent. prolat. colum. 2. ſtatutum diſponens de ſententiis debere ſolui gabellam, intelligi de ſententiis diffinitiuis: vt de eis debeat ſolui gabella, non autem de interlocutoriis.

7 Quintò itidem infertur per Guil. de Cun. & Bald. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minori. eundemque Bald. in l. 1. ff. de offic. pręto. & in l. poſt ſententia. col. 2. C de ſenten. ſtatutum iubens à ſententiis non poſſe appellari, intelligi à diffinitiuis tantùm.

8 Sed iſthęc opinio, quòd appellatione ſententiæ ueniat diffinitiua tantùm, ita illuſtrata limitatur primo loco, ſi materia fauorabilis quippè ſit: tunc enim ſententiæ appellatione veniret etiam ſententia interlocutoria: ſecundùm Iaſonem. in l. ſi conſtante, numero. 79. ff. ſoluto matrimonio.

9 Claudicatque ſecundo loco etiam eadem opinio, ubicũque militaret, concurreretque maior ratio, uel eadem in interlocutoria, quę militaret in diffinitiua: tunc vtique intelligeretur etiam de interlocutoria: præſertimque ubi materia indifferens foret ad interlocutoriam, & diffinitiuam. ita Alex. conſil. 50. uiſis actis cauſæ agitatæ, numero 12. uol. 2. Card. Put. deciſ. 21. & Corn. conſil. 204. num. 2. uol. 2. ubi innuere uidetur iſtam eſſe approbatam opinionem vniuerſaliter ab omnibus.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA diffinitiua in ſcriptis recitari debet: interlocutoria uerò ſine ſcriptis, ſed poſteà debet in ſcriptis redigi.*

2 *Sententiæ diffinitiuæ prius debent ſcribi, & poſteà publicari, & recitari & ſi præuerteretur ordo ſententiæ ipſæ ſuſtineri non poſſent.*

3 *Sententia diffinitiua de partium conſenſu proferri poſſet etiam ſine ſcriptis.*

4 *Sententia merè interlocutoria non requirit aliter ſcripturam.*

5 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ requirit in eius recitatione ſcripturam, quemadmodum & diffinitiua.*

6 *Sententia non ualet ſi de ea notarius rogatus non ſit.*

7 *Sententia diffinitiua ſufficit, vt lecta ſit in ſcriptis: & parum, aut nihil refert ſi omittatur illa dictio, & in his ſcriptis &c.*

8 *Appellatio, ſeu libellus appellatorius ualet, etiam ſi in eo appoſitum non ſit per appellantem. Et in his ſcriptis prouocat, &c.*

9 *Sententia in qua non adeſt, Lecta, lata, & recitata &c. eſt nulla.*

10 *Sententiam fuiſſe latam probatur per uerba lecta, & publicata, appoſita per notarium in fine ſententiæ.*

11 *Sententia dicitur lata quando in ea reperitur verbum publicata.*

12 *Sententia, in qua notarius appoſuit lectam, latam & cætera, & re ipſa non fuiſſet recitata non valet ſi probaretur contrarium per negatiuam cobarctatam loco, & tempore: cùm hoc per ipſam negatiuam probari poſſet.*

OPINIO DCCXX.

1 SENTENTIA diffinitiua in ſcriptis proferri, recitarique debet: interlocutoria uerò ualet ſine ſcriptis, ſed poſteà debet in ſcriptis redigi: vt per Gloſſ. & alios omnes, & præſertim Beroũ, numero 206. in cap. quoniam contra de probat. & per Legiſtas in l. fin. C. de ſenten. ex pericu. recitan. & in l. 2. ff. de appell. Ant. Corſet. in ſing. in ver. Sententia, *il decimo* Alexand. in l. iuſtè poſsidet, num. 12. ff. de acquir. poſſ. ubi in medium reſeruauit iſtam eſſe communem opinionem, Iaſ. Cõm
etiam in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colũ. opin.
14. ff. de offic. proconſ. & Marant. in tract. de iudic. in 6. par. 3. partis, num. 12. ſuper 1. actu. Et hoc idem ſancitũ reperitur in Regno, quòd ſententiæ diffinitiuæ in ſcriptis redigi debeant: vt habetur in conſtit. incip. Ab omnibus Regni noſtri, ubi Afflict. num. 5.

2 Vndè neceſſariò prius ſcribi debent ſententiæ diffinitiuæ, & poſtmodum publicari, legi, & recitari. cap. fin. de re iudic. in 6. & l. 2. C. de ſen-

ten.ex breuic. recitan. Et ſi fortè ordo iſte præuerteretur:& ſic ſi uerbotenus ſententiæ diffinitiuę proferenentur,& poſteà ſcriberētur:illę tunc non ualerent,nec ſuſtineri poſſent modo aliquo. teſte Spec.in tit.de ſent.§. iuxta, uer.Non ualet. num. 12.& D. Carauit. cum aliis aggregatis per eum in ritu 37.num.2. ubi videtur innuere etiā, ſub numero 5. ſententias quoque interlocutorias in ſcriptis recitandas eſſe: prout ita ſemper uidi in practica obſeruari.

3 Sed de partium conſenſu iſta ſolennitas remitti quidem poſſet,& conſequenter fieri, paciſcique inter eas, vt ſententia etiam diffinitiua ſine ſcriptis proferatur. l. quotiens, vbi Gloſſ. C.de priuileg.ſchol.lib.10.Bar. & alij.& Ant.Corſet. in d.ſing. in uer. Sententia.el 10.poſt prin.

4 Et licèt ſententia merè interlocutoria non requirat aliter ſcripturam, ex communi opinione recitata per Alex. in d. l. iuſtè poſsidet, num. 12.& Bero.in d.c.quoniam contra, ſub nu. 206. cui inhæret etiam Afflict. d.conſtit.ab omnibus Regni noſtri,ſub nu.5.& Rom.ſing.5. quòd ſententia,vbi concludit ſententiam ſuper incidenti ſine ſcriptis proferri poſſe.

Cōis opin.

5 Tamen in interlocutoria habente vim diffinitiuæ indubitanter profectò requiruntur ſolennitates ſcripturæ:ſecundùm Gloſ.in cap. fin. de elect.in 6.& Alex. in d.l.iuſtè poſsidet, num.14.

6 Vndè ſententia nullatenus valeret ſi de ea notarius rogatus non fuiſſet. l. cùm ſententiam. C.de ſenten.vbi Doct.omnes,Bar.& Bald.in l.1. C.de ſenten.ex peri.recitan.& Spec.in tit. de ſenten.§.vt autem.col.8.uerſ.Notarius.

7 Et hinc eſt, quòd ſi in ſententia diffinitiua nō forent appoſita illa uerba,In his ſcriptis pronunciamus:tunc ea, vtique non ualeret: quia illud pro forma requireretur:ſecundùm Ang. in l. error.C.de teſtam.& in l.fin. C.de ſenten. ex peric. recitan. & aliquos alios Doct. variis in locis iuris noſtri, per text. in authen. hoc inter. §. niſi fortè.C. de teſtam. & in l. contractus. C. de fide inſtrum. qui affirmauere ſententiam aliter latam non ualere. arg. text.in l. ſecunda & vlt. C. de ſenten. ex breuic. recitan. Sed in contrarium extat ueritas: ſufficit enim ſi ſententia ipſa in ſcriptis proferatur. per textum in l. cùm antiquitas. §. fin. C. de teſtam.& ita firmat Gloſſ. in capit. fin. in uer. Illuſtrium de re iudic. in 6. ad quam ſe remittit Bartol. tangens hanc quæſtionem.in §. ſit tibi quoque, numero 5. in authen. de mand. Princ. & ſequitur etiam Specul. in tit. de ſenten. §. iuxta, uerſ. non ualet etiam, & D. Carauit.in d. ritu, ſub num. 8.Et dum ſuperioribus annis per hanc doctrinam ſic iudicatum religioſè quidem extitiſſet per doctiſsimum, & iuſtiſsimum D. Perſium Circium iureconſultum Terræ Montis Regalis, dum tunc reperiebatur meritiſsimus Gubernator in Ciuitate Ducali,& appellatū eſſet à tali ſententia ita,& taliter promulgata,ea non obſtantibus iſtis friuolis, & nullius momenti exceptionibus fuit eo tempore per iudicem ad quem approbata,& meritò confirmata.

8 Et de hoc ſyncerè mirandum non eſt: Nam appellatio, ſeu libellus appellatorius ualet, & tenet, ſuſtineturque etiam ſi in eo dictum, expreſſumque non ſit per appellantem, & in his ſcriptis prouocat &c. ſecundùm Spec.de appell.§.1. uerſ.Et notabiliter.

9 Et quanquàm notarius debeat neceſſariò eſſe rogatus de ſententia:nihilominus tamē, vbicunque in ſententia nō adeſſet lecta,lata,& recitata fuit,ipſa ſententia tunc foret nulla, & penitus inualida: ſiquidem actuarius tenetur de neceſsitate aſſerere in calce ipſius ſententiæ, lecta, lata,& recitata fuit tali die, menſe, & anno, curia ſedente pro tribunali &c. aliàs ſi aſſereret lata fuit ſententia,ex quo non appareret fuiſſe lectam, nequaquàm ualeret, neque ſuſtineri poſſet:vt concedit Bartol.in l.tertia.in fin.C. de ſenten.ex breuic. recit. & Carauit. in dicto ritu 37. numero 8.vbi aſsignat rationem,plurimumque exornat præſentem materiam,illam extricando, & explanando. Et ita uidi in cauſa maximi momenti annullatam ſententiam in anno 1574. candidè quidem per D. Capitaneum Regiæ Terræ Ciuitæ Regalis prouinciæ Aprutij, de conſilio Excellentis D. Perſij Circij ex defectu lectæ latæ,quæ non reperiebatur in ipſa ſententia.

10 Benè tamen uerum eſt, ſententiam fuiſſe latam probari per uerba. Lecta,& publicata, appoſita per notarium in fine ſententię.ita Card.Puc. deciſ.356.

11 Nam ſententia dicitur lata abſque dubio aliquo,quando in ea reperiretur uerbum publicata:ſecundùm Chriſant.deciſ.167.

12 Cæterùm ubicunque notarius ſcripſiſſet, appoſuiſſetque in calce ſententiæ lectam latam, & re ipſa non extitiſſet ea recitata, & lecta: poſſet vtique tunc probari contrarium per negatiuam coharctatam loco, & tempore: ut uoluit Bartol. in l.2.C.de erro. aduoc. & Carauit. in d.ritu 37. ſub num.8.

SVMMARIVM.

1 *SEQVESTRVM abſque conſenſu vtriuſque partis poſitum penès aliquem mercatorem, non priuat poſſeſſorem poſſeſsione, præcipuè ſi per iudicem incompetentem appoſitum fuit.*

2 *Sequeſtrum non poteſt fieri per iudicem ſi vnus poſsidet,& alter non: neque inhiberi vtrique parti ne uadant ad poſſeſsionem, etiam quòd uideat partes proceſſuras ad arma, & ſcandala, ſed iudex debet parti non poſsidenti præcipere ſub pœna,ne poſsidentem moleſtet.*

3 *Sequeſtrum conceſſum à iudice ex abrupto ſine partis citatione, & cauſæ cognitione tanquàm de facto datum debet de facto reuocari.*

Se-

4 *Sequeſtrum non reuocatur etiam ſi poſſeßor poſt ſequeſtrum reportet ſententiam ad ſui fauorẽ, cuius occaſione fuit prouiſum per aliam ſententiam infirmari, ſed eſſet expectanda finalis cauſæ uictoria. Quod intantùm uerum eſt, vt ſi iudex, qui primam ſententiam latam contra poſſeſſorem reuocauit, ſequeſtrationem etiam reuocaſſet, ueniret omninò reintegranda.*

OPINIO DCCXXI.

1 SEQVESTRVM abſque cõſenſu utriuſque partis poſitũ penès aliquem mercatorem non priuat poſſeſſorem poſſeſſione, præcipueque ſi per iudicem incompetentẽ appoſitum fuit: iuxta com-
Cõis opin. munem opinionem omnium Scriben. quam ſequitur, & declarat Fely. & alij ibi in c. illud. num. 16. de præſcript. Caſtaneus conſ. 48. per totum, Gomeſ. in reg. cancellar. in reg. de annali poſſeſſore. q. 6. ante fin. & Bertran. conſ. 115. etiam ſi poſſeſsio alicui ablata. num. 2. uol. 6. vbi mentionẽ facit de iſta communi ſententia. Et ſic ſecundùm communem præmemoratam, per ſequeſtrum iudiciale non perditur modo aliquo poſſeſsio. l. interesſe, cùm ibi notatis per Iac. de Aret. & per Canoniſtas in Clemen. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruc. per Bar. Bal. & alios in l. licèt. ff. depoſi. & per Cyn. Bar. & cęteros omnes communiter in l. 1. C. de prohib. ſequeſ. pec.

2 Et hoc mirum non eſt, quia ſi vnus poſsidet, & alter non, ſequeſtrum fieri nequit per iudicẽ, atque inhiberi utrique parti minimè debet, ne vadant ad poſſeſsionem, etiam quòd uideat partes proceſſuras ad arma, & ſcandala. Iaſ. in l. quidam extimauerunt. ff. ſi cert. pet. poſt Bal. ibi col. 2. Franciſcus Marci deciſ. 198. num 3. & ſeq. in 1. par. & Ferrarien. in ſua pract. Papien. ſuper for. ſequeſtri in prin. nu. 3. ſol. paruo 114. vbi inquit, ꝙ quando certum eſt aliquem poſsidere fundum, ſuper quo quæſtio mouetur, timeturque ne ad arma, ac rixam partes ueniant: iudex tenetur præcipere ſub determinata pœna parti non poſsidenti, vt poſſeſſorem nõ impediat in ſua pacifica poſſeſsione, nec ipſum quoquo modo turbare præſumat: aliàs inconueniens ſequeretur, quòd quilibet ex cogitata malitia rixam mouere fingeret, vt eius aduerſarius priuaretur commoditate fructuum, & poſſeſsionis. Sed quotieſcunque duo cõtenderent ſe poſsidere propter timorem armorum, rixę, ſeu ſcandali, quod leui inſurgere poteſt: ſequeſtratio tunc fieri poſſet: cùm ad iudicis officium ſpectet ſcandalis obuiare, etiam vtraque parte contradicente rem ipſam, uel poſſeſsionem apud tertium ſequeſtrare, & ſecundùm exitũ probationis procedere: vt per Bar. Bal. Flor. Alexã. & cæteros in l. æquiſsimum. ff. de uſufruc. & Curt. Sen. conſ. 61.

¶ Et hoc procedit, intelligiturque, quando eſt dubium inter partes, quis poſsideat: ſecundùm Pau. Caſt. conſ. 111. per totum. uol. 2. & Ferrariẽ. in d. forma ſequeſtri. §. 1. nu. 1. & ſeq.

3 Ideò aduerte, vt ſequeſtratio hęc in caſibus permiſsis fieri ualeat per iudicem, ſaltem ſummariè conſtare prius ipſi iudici debet de timore armorum, & de ſcandalo proueniente; & in hoc diſcutiendo partis citatio requiritur: nec creditur iudici aſſerẽti ita eſſe, niſi ex actis appareat. quapropter ſi ſequeſtratio ex abrupto procederet abſque partis citatione, & cauſa cognita, de facto reuocari deberet: ſecundùm Ang. conſ. 103. in fin. Curt. in repet. l. vnicæ. C. de prohibit. ſequeſtr. in 2. not. 7. fallen. cum ſeq. col. 3. & Dec. cõſil. 366. pro declaratione. nu. 13.

4 Aduerte etiam, quòd non reuocaretur ſequeſtrum ipſum, etiam ſi poſſeſſor poſt ſequeſtrum reportaret ſententiam in ſui fauorem, cuius occaſione extitit decretum per aliam ſententiam infirmatũ: cæterùm eſſet expectanda finalis cauſæ victoria. tex. eſt & ibi Gloſ. in Clem. unica de ſequeſtra. poſ. & Milis in ſuo repert. in uerb. Sequeſtrum. num. 1.

¶ Et hoc intantùm verum eſt, vt ſi iudex. qui primam ſententiam latam contra poſſeſſorem reuocauit, ſequeſtrationem etiam reuocaſſet, ueniret omninò reintegranda: ſecundùm Specul. in d. tit. de ſequeſtr. poſſ. num. 5. uerſ. Sed pone, lata eſt ſententia.

SVMMARIVM.

1 *SEQVESTRVM regulariter eſt illicitum.*
2 *Sequeſtrum regulariter tollitur per ſatiſdationẽ: quia fideiußio ipſa eſt medicina ſequeſtri.*
3 *Sequeſtratio fieri poteſt in aliquibus caſibus remiſsiuè.*
4 *Citatio partis, vel alius ordo iudiciarius ad conceſsionẽ ſequeſtri non requiritur ob ſuſpitionem fugę, & exportationis rei, ſed exigitur ſolummodò ſummaria cognitio.*

OPINIO DCCXXII.

1 SEQVESTRVM regulariter eſt illicitum. tot. tit. de prohi. ſequeſtr. pec. & extra de ſequeſtra. poſſ. & fruct.

2 Vndè regulariter etiam ipſum ſequeſtrum tollitur per ſatiſdationem. l. fin. C. de ordi. cogni. & ſecundùm
Cõis opin. Cyn. & communiter Doct. in l. 1. C. de prohi. ſequeſt. pecun. dummodò in ſatiſdatione promittatur de reſtituendo ſine procraſtinatione: ſecundùm Bartol. in l. litibus. C. de agri. & cenſi. niſi in caſu. Clemen. 1. de ſequeſt. poſſ. & in quibuſdã aliis caſibus, de quibus per Panor. in cap. 2. ext. eo. colum. 4. Item contumacia, uel abſentia impetrãtis ſequeſtrum non curantis litem proſequi. l. ſi oleum. ff. de dolo.

3 Similiterq́ue nota, quòd multi ſunt caſus, in quibus ſequeſtratio fieri permittitur, de quibus per Glo. in c. dilectus. extr. de ſequeſt. poſ. & fruc. & per Bal. in l. fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. 1. C. de prohib. ſequeſt. pecun. per Abb. in d. c. dilectus, & per Ferrarien. in ſua pract. Papiẽ. in forma ſequeſtri. nu. 1. cum aliis ſeq. Et inter alios caſus reperitur caſus iſte, quando uocatus diſceſsit re infecta: iuxta. c. ex literis de dolo, & contu. & ibi per Glo. ſed tunc non erit propriè ſequeſtrum, cęterùm data cautione reuocabitur: vt ibi per Abb. & ita in facti contingentia obtinuimus in curia noſtra epiſcopali de anno 1570.

4 Et licèt ad conceſsionem ſequeſtri exigatur ſummaria cognitio: non tamen citatio partis, uel alius ordo iudiciarius propter ſuſpitionem fugæ, & exportationis rei requiritur: vt per Bal. in præcitato. §. fi. & Panor. in d. c. 1. circa fi.

SVMMARIVM.

1 *SERVITVTIS titulum à domino habens, licèt non poſsit probare per inſtrumenta, ac teſtes: poteſt tamen illum titulum probare ex longa poſſeſsione, quo caſu allegans ad probandum titulum pro coniectura tituli, ſe vſum fuiſſe illa ſeruitute domino ſciente, & patiente decem, uel uiginti annis, debet obtinere in cauſa.*

OPINIO DCCXXIII.

1 SERVITVTIS titulũ à domino habens, licèt non poſsit probare per inſtrumenta, ac teſtes: poteſt tamen illum titulũ probare ex longa poſſeſsione. undè in caſu iſto allegans ad probandũ titulum pro coniectura tituli ſe vſum fuiſſe illa ſeruitute domino ſciente, & patiente decem, uel 20. annis, debet obtinere in cauſa: ſecũdùm Gloſ. Bar. & Floria. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. Innoc. & Abb. col. 5. in c. ſi diligenti. de pręſcript. Innocẽ. Ant. & Abb. in fi. in c. peruenit, de cẽſib. Glo. Bar. Fulg. & Floria. in l. cùm de in rẽ uerſo. ff. de uſuris, Bar. in ſua diſput. exordiente, quędã mulier, Ang. Aret. in §. æquè, inſtit. de act. Barto. & Imol. in l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. & Pau. Caſtr. in d. l. ſeruitutes. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarum: quos omnes refert Fely. in c. de quarta. colum. pen. de pręſcrip. & idem firmat Cępol. in cautela. 108. incip. in præſcribenda ſeruitute.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *SIMONIA commiſſa in ordine ſuſcepto non dat aliquo modo executionem ordinis ſuſcepti, imò impedit executionem omnium aliorum. Et ſic ſimoniacus eſt ſuſpenſus ab ordine per ſimoniam ſuſcepto, & ab aliis ordinibus.*

2 *Simoniacus eſt ipſo iure priuatus beneficio, & non facit fructus ſuos, ſed tenetur ad illorum reſtitutionem, & dans & accipiens ſimoniacè ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrit, etiam ſi Pontificali, aut Cardinalatus refulget dignitate.*

3 *Simonia eſt contra legem diuinam.*

4 *Papa eſt ſubditus legi naturali, & diuinæ vt cæteri homines, & in eum cadit ſimonia, & peccat um ſimonia quò ad Deum, & non incurrit pœnas iuris poſitiui, cui non ſubeſt.*

5 *Papa ſi ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia confert beneficia, non incurrit ſimoniam: quia in dubio præſumitur, quòd non animo vendendi eccleſiaſtica beneficia munera receperit.*

6 *Simoniaci in ordine, & beneficio, & omnes mediatores, procuratores, & conſentientes ſunt excommunicati: quia qui talia agunt digni ſunt morte.*

7 *Simoniacus per extrauag. Cùm deteſtabile Eugenii, ſeu Pauli 2. in tit. de ſimonia, eſt excommunicatus ipſo iure, & ipſo facto. Et ſic uerba ibi poſita contra ſimoniacũ inducunt canonẽ latæ, non autem ferendæ ſentẽtiæ.*

8 *Simoniacus incurrit ob ſimoniam in crimen hæreſis.*

9 *Simonia eſt, ſi aliqua pactio interuenerit de ſoluendo aliquid pro ingreſſu religionis, etiam ſi monaſterium eſſet tenue. Et etiam ſi reciperetur aliqua monialis vltra numerum ordinarium.*

10 *Alexandri Arguli de Tagliacotio Epiſcopi Terracinæ laudes.*

11 *Moniales, ſeu Abbatiſſa ſuper recipiendo monialem, mediante pacto, licèt aliquid recipere nequeant abſque labe ſimoniæ: tamen ſponte oblata remota corrupta intentione recipere poſſunt.*

12 *Simonia non committitur ſi ingrediens monaſterium bona ſua ſecum deferat in toto, uel in parte, dummodò hoc non fiat in fraudem.*

13 *Monialis ubicunque eſſet recepta gratis ad religionẽ, et poſt receptionẽ pater eius nil uellet ſoluere monaſterio, poſſet agere contra patrẽ pro alimẽtis: & ſi pater mortuus eſſet, poteſt agere ad partem ſuæ hæreditatis.*

OPINIO DCCXXIV.

1 SIMONIA commiſſa in ordine ſuſcepto, non dat, neque præbet aliquo modo executionem huius ordinis, imò impedit executionem omnium aliorum; & ſic ſimoniacus iſte eſt ſuſpenſus ab ordine per ſimoniam ſuſcepto, & ab aliis ordinibus: ſecundùm textum. in c. præter. §. uerum. 32. diſtinct. Innocen. & omnes in cap. tanta, de ſimo. Hoſtien. in ſumma. tit. de ſimo. §. qua pœna. Syluest. in uer. Suſpenſio. q. 7. Archid. in c. ordinationes. 1. q. 1. Innoc. & Abb. in c. per tuas. il 2. nu. 5. de ſimo. & S. Ant. in ſua ſumma. in 3. par. tit. 27. c. 11. quorum opinio communis eſt: vt per Scriben. in c. ſi quis. eod. tit. & in d. c. tanta.

2 Et

2 Et hoc procedit quoque in ſimonia commiſſa in beneficio, videlicet, quòd ſim niacus iſte eſt ipſo iure priuatus beneficio: ſecundùm Præpo. in c. presbyter. colum. fin. 1. q. 1. & in c. ſtatuimus in 1. & 2. colum. in ead. quæſt. Et licèt opinio hæc olim per aliquos Doct. dubia redderetur: hodie tamen per conſtitutiones modernorum Pontificum ſimoniacus ipſo iure beneficio eſt priuatus, teſte Fely. in c. in noſtra de reſcrip. & in c. 2. eod. tit. & Couarr. in regula, peccatum in 2. part. §. 8. nu. 8. verſ. apud veteres. fol. par. 192. de reg. iur. in 6. Imò in Cõcilio Coſtantienſi ſeſſ. 43. fuit facta determinatio ita clara, perſpicua, & aperta, vt non accidat amplius vllo pacto circa hæc dubitare: vt conſtat in extrauag. exordiente, Multæ, vbi Martinus Papa ita inquit: Sacro approbãte Concilio declaramus, quòd ordinati ſimoniacè ab executione ſuorum ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi, electiones aut poſtulationes, confirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacè eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatũ, perſonatuum, officiorum, & beneficiorum quorumcunq; deinceps factæ, nullæ ſint ipſo iure, nullumque per illas ius cuicunque acquiratur, nec promoti confirmati, aut prouiſi faciant fructus ſuos: ſed ad illorum reſtitutionem, tanquam iniuſtè ablatorum teneantur. ſtatuentes inſuper, quòd dans, & recipiens ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, etiam ſi Pontificali, aut Cardinalatus refulgeat dignitate.

3 Et hoc mirum non eſt, ſi in ſummum Pontificem cadat ſimonia: quia ipſa ſimonia eſt contra legem diuinam, de qua Matthei 10. ſuper quo dicit Glo. ordina. quòd Chriſtus per illa uerba condemnat perfidiam ſimoniacæ hæreſeos. De iure ergò diuino eſt, quòd pro ſpiritualibus actibus, & pro adminiſtratione ſacramentorum, & prædicatione, atq; conſimilibus nihil accipiatur quaſi pretium. Vnde Petrus Simoni mago (à quo ſimonia dicta eſt) dixit act. 8. pecunia tua tecum ſit in perditionem; quoniam donum Dei (ſcilicet gratiam ſanitatum, & miraculorum) exiſtimaſti pecunia poſsideri.

4 Et quia Papa eſt ſubditus legi naturali, & diuinæ, vt cæteri homines: ideò illa opinio eſt erronea, quæ dicit, quòd in ſummum Pontificem nõ cadit ſimonia: vt firmat Beatus Thomas in 4. ſententiarum diſt. 25. ſi ergò Papa pro aliquo ſpirituali munus accipit, ſimoniam committit, ſicut
Cõis opin & cæteri homines, & iſta eſt communis opinio: vt prędicat Couarr. in d. reg. peccatum in 2. par. §. 8. num. 9. verſ. ex eadem fol. 197. & Card. Albanus in lucub. ad Bar. in l. Barbarius. num. 2. ff. de offic. prætor. Et quamuis res eccleſiæ ſint aliquo modo Papæ: non tamen ſunt omnibus modis habendi, ſicut illud, quod habet ad manum; Vnde ſi recipiat pecuniam pro aliqua re ſpirituali, ſiue talis pecunia ſit de redditibus eccleſiæ, ſiue offeratur ab aliquo laico de bonis ſuis, non caret uitio ſimoniæ; in Papam ergò poteſt cadere peccatum ſimoniæ quò ad Deum. Benè tamen verum eſt, quòd non incurrit pœnas iuris poſitiui, cui non ſubeſt: vt poteſt dari exemplum de excommunicatione, quam non incurrit percutiendo clericum, quamuis peccet mortaliter, ſi maliticsè ipſum percutiat, & quamuis ſedens in ſede Petri poſsit cõuinci de ſimonia per malitiam, & cum infidelitate commiſſam.

5 Tamen ſi idem Papa ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia conferret beneficia: tunc vtique non incurreret ſimoniam, ſi quidem in dubio præſumendum eſt quòd non animo vendendi eccleſiaſtica beneficia munera receperit: ſecundùm Glo. Ant. de Butr. Imol. & Felyn. in c. ex parte, il 1. de offic. deleg. & Gaſparem de Peruſio in tract. de reſeruationibus beneficiorum in princ. nu. 24. cum alijs ſeq. & Card. Albanum in d. l. Barbarius. num. 3. cum alijs ſeq. ubi demõſtrat iſtam eſſe communem opinionem; licèt cõ- Cõis opin. trariam ſententiam veriorem eſſe aſſeueret Couarr. in d. reg. peccatum in 2. part. §. 8. nu. 9. verſ. & licèt quibuſdam viſum fuerit.

¶ Item in alia extrauaganti facta in anno ſecundo ſui Pontificatus, incip. Damnabilem, confirmat omnes excommunicationes, ſuſpenſiones, priuationes, & interdicta, & alias cenſuras latas à ſummis Põtificibus contra ſimoniacos, quas incurrere vult ipſo facto o nem ſimoniacum occultum, vel manifeſtum, vbicunque ſimoniam commiſerit, cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi Epiſcopatus, aut Cardinalatus aut quauis alia eccleſiaſtica, vel temporali refulgeat dignitate, dictarum excommunicationum, ſuſpenſionum, & pœnarum abſolutionem ſibi reſeruans, niſi in mortis articulo. nec vult, quòd virtute conceſsionis, indulti, aut cuiuſcunque facultatis abſoluendi conceſſæ, vel concedendæ à Sede Apoſtolica poſsint abſolui, niſi ſpecialiter de peccato ſimoniæ authoritatem abſoluendi contineant. Hoc idem ſtatuit Eugenius in alia extrauag. incip. Cùm deteſtabile, vbi excommunicat omnes ſimoniacos, tam in ordine, quàm etiam in beneficio, & abſolutionem reſeruat ſibi, & ſucceſſoribus ſuis præterquam in morte: nec uult (ſicut & Martinus) quòd poſsint abſolui niſi mentionem faciat de ſimonia.

6 Et ſic omnes ſimoniaci in ordine, & beneficio, & omnes mediatores, & procuratores, & conſentientes ſunt excommunicati: quoniam vt ait Paul. ad Rom. Qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolùm, qui faciũt, ſed etiam qui conſenſiunt facientibus. Et ideo ſcriptum eſt: Nemo aſſumat ſibi honorem, niſi uocatus à Deo tanquã Aron.

7 Et ſimoniacus per dictam extrauag. Cùm deteſtabile, Eugenij, ſeu Pauli 2. in tit. de ſimonia, eſt excommunicatus ipſo iure, & ipſo facto. Vndè hæc verba poſita ibi contra ſimoniacum, canonem inducunt latæ, non autem ferendæ ſententiæ: ſecundum Glo. in c. in pœnis de reg. iur. in 6. & in c. quemcunq; de hæret. in 6. Iaſ. in L. 2. col. 4.

colum.4.C de iur.emphyt. & Abb.in c. 2. circa finem de foro comp. vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem. idemq; fatetur Caſſadorus in deciſ. 1.num.2.4.& 5.in tit.de ſimonia, proferendo quoque hoc utile, & magnum verbum, ꝙ ita in curia Romana tempore ſuo interpretata fuit dicta extrauag. Cùm deteſtabile.

Cōis opin.

8 Imò aduerte, quòd obtinere beneficium per ſimoniam eſſet crimen hæreſis: ut eſt text. apertus in d.c.presbyter.& per iſtum tex. quòd emere, vel uendere ordinem, & eccleſiam, ſeu altare, ideſt executionem altaris, decimas, & ipſum ſanctum, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus ignorat.

9 Poſtremò aduerte ſimiliter, quòd ſimonia eſſet, ſi aliqua pactio interueniret de ſoluendo aliquid pro ingreſſu religionis; etiam dato, quòd monaſterium ſit tenue. Et ſic monachi, ſeu moniales facientes pactum ſuper recipiendo, exigẽdo, ac accipiendo aliquid quaſi pretium pro ingreſſu religionis, incurrerent certè in crimen ſimoniæ: ſecundùm Glo. Abb.num. 2. & 6. Felyn. ſub nume. 1. & ſeq. & alios omnes in c. non ſatis de ſimonia, & Beatum Thomam in 2.2. q. 100. artic. 3. in ſolu. ad quartum, & ibi Caiet. & S. Antoninum in 2.par. ſuæ ſummæ tit. 1. c. 5. §. 18. & iſta eſt communior & tutior opinio.

10 Et ita reperio reſpõdiſſe in facti contingẽtia Reuerendiſs. D. Alexandrũ Argulũ de Tagliacotio, Epiſcopum Terracinæ, uere uas ſummi ingenij, & maturi iudicij plenum, & fontem legum vberrimum & indeficientem: qui à Paulo Tertio conſultus ſuper contractu celebrato per Comitẽ Pitiliani cum monaſterio monialium Vrbis Veteris de recipiendo quandam ſuam neptẽ in ipſo monaſterio ſub promiſsione certæ quantitatis pecuniarum, num ipſe contractus valeret. inſpexi hiſce oculis in ſuis ſcriptis conſuluiſſe, reſpondiſſeque prædicto Sanctiſsimo Pontifici maximo huiuſmodi contractum vanum, fruſtratorium, ſimoniacumque fuiſſe. & huic opinioni acquieſcunt etiam Raymundus in eius ſummula in tract. 11. de ſimonia, in tit. Nunc accedamus ad textum ante finem, Ioannes Tabienſis in ſua ſumma Tabiena in ver. Simonia. §. 63. & Bartholomæus Fumus in ſumma Armilla in verb. Simonia. §. 50.

¶ Imò etiam prętextu paupertatis, aut cuiuſcunque alterius cauſæ non licet facere pactum pro ingreſſu cuiuſcunque religionis. ſic enim expreſsè cauetur in c. quàm pio. 1. q. 11. ubi dicitur: Ceſſet omnis pactio, ceſſet omnis conuentio, accedat gratis &c. & ita firmat Abb. in c. quoniam ſub num. 5. verſ. ad propoſitum dic, de ſimonia, & Diuus Dionyſius Carthuſianus in ſumma fidei Orthodoxæ lib. 1. art. 7. & lib. 2. art. 2. de ſimonia, id agentes nullo modo excuſari à labe ſimoniæ. Et licèt Angel. de Clauaſio poſt Rodo. relatum per eum in ſua ſumma in verbo, Simonia 11 4. ſub. §. 4. aliquibus rationibus ſophiſticis, & in ſua ceruice fundatis audeat aſſeuerare contrarium in foro conſcientiæ, videlicèt, quòd vbicunque monaſterium foret tenue, liceret quippè monialibus paciſci cum ingrediente religionem, ac ab ea recipere quantitatem muneris determinatam, etiam ex pacto conuentam, & promiſſam inter partes. Et quamuis etiam Caietanus in 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. uideatur inhærere opinioni huic, aſſerendo, quòd vbicunque taxatus foret numerus monialium in monaſterio, quę poſſent abſque penuria ſuſtentari, quòd tunc ſupra huiuſmodi numerũ nulla recipi poſſet, niſi ea quæ ſolueret mille aureos, vel aliquid ſimile pro ſuſtẽtatione, potius quàm pro ingreſſu monaſterij. Et ſi etiam Nauarrus in tract. de redditibus beneficiorum eccleſiaſticorum in quæſt. 1. corollario 39. ſub num. 99 & ſeq. fol. par. 150. & ſeq. ad rationes iſtorũ videatur ſe adiungere: tamen quicquid aſſerant memorati Theologi ſine lege, vanum foret recedere à prima ſententia tanquàm ſacroſancta, & in anima legis radicata. Quo circa ad euitandum omnem notam ſimoniæ, iure cautum eſt, ne in monaſterijs redditũarum monialium aliquæ recipiantur vltra facultatem locorum: prout habetur de ſtatu regularium, cap. periculoſo lib. 6. vbi diſponitur, diſtinctius inhibemus, ne in monaſterijs ordinum non mendicantium mulierum de cęterò aliquę recipiantur in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis, vel prouentibus abſque penuria ſuſtẽtari: quod ſi ſecus factum fuerit irritum decernimus. Et ita præcipit Concilium Tridentinum etiam ſeſſ. 25. cap. 3. ne plures moniales admittantur in monaſteria, quàm ex eorum redditibus, abſq; penuria earum ſuſtentari poſsint. Et ſic denique perſtringendo præſentem materiam, ſi monaſterium ſit abundans, vllus ſimpliciter minimè debet eſſe tractatus, ac peccatum de temporalibus in receptione monialium: ſecũdùm S. Antoninum vbi ſupra. ſed hoc videtur cõtra communem hodiernum abuſum: quia quantò monaſteria ſunt abundantiora, tantò moniales volunt habere maiores dotes: ideò non abſque iuſtiſsima cauſa dicunt parentes frequẽter, quòd habuiſſent meliorem forum, ſi tradidiſſent filias ſuas nuptui, quàm in ponendo eas in monaſterio. Vndè abſtinendum eſt omninò ab huiuſmodi ſimonia, cùm puniatur ſpiritualiter, corporaliter, & æternaliter, & temporaliter etiam: vt demonſtrat Beatus Cyrillus Epiſcopus Hieroſolimytanus in fine epiſtolarum Beati Auguſtini, ibi referens, quòd in quodam monaſterio monialium talis erat conſuetudo, ut nulla ibi reciperetur, niſi ſecum afferret certam pecuniæ ſummam. Erat autem in monaſterio hoc quædã ſanctimonialis annoſa, & virtutibus prædita, quę huiuſmodi uitium, & labem peccati plurimum abhorrebat. cumq; hæc quadam nocte orationi uacaret, illi apparuit, affuitque Beatus Hieronymus, præcipiens eidem, vt ad Abbatiſſam iret, & eam admoneret, vt à mentionata

ſimonia

ſimonia abſtineret cum cęteris monialibus ſuis, ſin aliàs grauis ira Dei ſuper monaſterium citò deſcenderet. his itaque dictis, & narratis diſparuit uiſio. Manè igitur facto antedicta ſanctimonialis, hæc nota fecit Abbatiſſæ, & toti monaſterio: non ſolùm ſemel, ſed bis, & ter etiam uerū ſemper fatua reputabatur, & deridebatur quoque. poſt dies igitur decem iterum ea orante affuit Beatus Hieronymus præcipiens, vt iterum rediret ad ſorores ſuas, & illis nunciaret ex parte Domini, vt abſtinerent ab ipſa labe, prout egit quod iuſſit uir ſanctus, qui paulò ante diem clauſerat extremū. ſed neq; ſic ſæpè admonitæ pœnitere uoluerūt, quinimò eam minis, & cachinnis repulerunt. poſt hæc igitur illa admonita diuinitus limites monaſterij prędicti egreſſa, ecce mox totum ipſum monaſterium corruit opprimendo, perimendo, ac occidendo omnes antedictas moniales.

¶ Et de hoc mirandum non eſt: quoniam nō valet modo aliquo conſuetudo ipſa permittens ſimoniam. c. non ſatis, & c. ſeq. c. Iacobus, & cap. ueniens de ſimon. & extrauag. Vrbani Quinti, poſita inter extrauagantes communes lib. 5. tit. de ſimon. incip. Sanè ne in uinea Domini. quam Antoninus ille ſanctiſsimus in ſua ſumma in tit. de cenſuris, & Fely. in c. de ſimoniacè ante fin. & in c. quoniam. circa finem, ver. item ad intellectū de ſimon. aſſerunt aſſertiuè potius, quàm diſpoſitiuè eundem Vrbanum Quintum declaraſſe nō extendi ad moniales pauperes, nec eas comprehendere, quæ aliquid accipere conſueuere uigore conſuetudinis. Sed quicquid iſti Doct. aſſeuerent aſſertiuè, vt ſupra, ſine lege, & abſq; authentico teſtimonio, vanum atq; hæreticum foret recedere à determinatione prædictorum canonū.

11 Et licèt ex pacto Abbatiſſæ, ſeu moniales ſuper recipiendo moniales aliquid recipere nequeant abſque labe ſimoniæ; nihilominus ſponte poſſunt oblata quantacunque ſint recipere, dummodò non interueniat aliqua corrupta intentio, & in hoh concordant, & concurrunt communiter, & concorditer omnes Doct. tam Theologi quàm Canoniſtæ. & hoc idem expreſsè continetur in cap. ſicut Epiſcopum 1. q. 1 1. & in d. c. quàm pio. *Cōis opin.*

12 Sed ſi qua puella vellet ingredi aliquod monaſterium reddituatum, quod haberet ſuum numerum monialium, quem quidem numerum ſubſtentare præcisè poſſet, & non ultra: tunc circa hoc tradunt optimam cautelam, ſeu conſilium potius Ray. Hoſtien. & Ioan. And. in c. tua de ſimonia, dicentes, quòd iſtæ moniales reddituatæ poſſent hęc verba, vel ſimilia reſpondere, ſeu proferre volenti monaſterium earum intrare: Nos libenter, & gratis reciperemus te ad conſortium noſtrum ſpirituale: veruntamen, cùm bona noſtra exigua ſint, nec ſufficiant nobis & tibi, aufer tecum vnde poſsis uiuere, vel ſic prouideas tibi vnde viuas, ne cogamur mendicare propter te, & tunc, ſecundū memoratos Doct. ſi ingrediens tale monaſterium bona ſua ſecum afferat, ſiue in toto, ſiue in parte: quia fortè magna forent, & multa, non committeretur ſimonia: dummodò hoc non dicatur in fraudem, ſicut plerique faciunt.

¶ Sed aduerte, quòd licèt hæc remedia tradātur ad euitandam ſimoniam, quòd per viam proteſtationis, ſiue intimationis dici debeat per moniales pauperes volenti intrare monaſterium, vt ſecum aliquid apportet vnde poſsit viuere: prout ita diſcurrit Abb. in dicto cap. non ſatis ſub nu. 6. & in d. cap. quoniam ſub nu. 5. tamen ibi profert vnum magnum, vtileq;, & fauorabile quippè verbum animæ: cautius, tutiusq; fore abſtineri ab iſtis remedi s, & cautelis tanquam conſcientiæ perniciosis. & hoc idem firmat, & aduertit etiam ibidem Ant. de Butr. Sed ſi pater relinqueret monaſterio in ſuo teſtamento pro alimentis filiæ ſuæ monachandæ, ualeret quippè, & dubio procul legatum ipſum ſi redditus monaſterij ſufficientes non forent: vt firmat Bart. in l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonſt. & Alex. in l. 2. ſub nu. 4. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi admittit iſtam eſſe magis communem opinionem, & illuſtriſsimus, & omni laude digniſsimus D. Cardin. Alban. etiam in lucub. in Bar. in l. Barbarius. nu. 18. ff. de offic. pręt. *Cōis opin.*

13 Cæterùm ſecundùm Hoſtien. vbi ſupra, caſu quo aliqua puella eſſet gratis recepta ad religionem, cuius parentes poſt receptionem tanquam ingrati nihil vellent dare, ac ſoluere monaſterio, cùm tamen tenue ſit, poſſent moniales agere cōtra patrem pro alimētis filiæ. & ſi pater mortuus eſſet, poſſent agere ad partem ſuæ hæreditatis, non enim poſſet priuari portione ſiue legitima ob ingreſſum religionis, niſi ipſa ſponte iuri ſuo renunciaſſet: ut patet in cap. ſi qua mulier. 19. q. 3. Et ſic, quòd filia poſt ingreſſum monaſterij poſsit à patre petere dotem ſuam: firmauit etiam Bal. in l. fin. col. 2. C. de dot. promiſ. Georg. Natta in repet. c. quamuis. colum. 32. de pact. in 6. Barthol. Soc. conſ. 81. colum. 4. verſ. ſed reſtat, conſil. 230. colum. fina. & conſil. 141. colum. 1. & ſequent. volum. 2. & Petrus de Anchar. conſil. 208. vbi concludit ſtatutum excludentem fœminas extantibus maſculis non excludere monialem profeſſam.

SVMMARIVM.

1 *SODOMIA præbet iuſtam cauſam ſeparandi matrimoniū quò ad thorū. & ſic vxor poteſt petere coniugij diuortiū, ac ſeparationē ipſam, ſi à viro ad vſum cōtra naturā tentata fuerit.*

2 *Vxor poteſt petere coniugij diuortium, & ſeparationem quò ad thorum, vbicunque maritus vitium nefandiſſimum contra naturam cum maſculis exerceret.*

3 Mari-

8 *Maritus polluens vxorem extra clauſtrum pudoris, vel ſe ipſum polluens proprijs manibus non poteſt dimitti ab vxore, nec ipſa vxor ob hoc valet petere ſeparationem quò ad thorum.*

OPINIO DCCXXV.

1 SODOMIAE crimen iuſtã, & legitimam cauſam prębet diſſoluẽdi matrimoniũ quò ad thorum: vnde ob hoc nefandum ſcelus contra naturam peti põt ſeparatio thori abſque aliquo dubio, & maritus dimitti debet c. omnes accuſationes. 32. q. 7. & not. Cald. Ant. Abb. & Ana. in c. maritis de adulter. Sylueſt. in c. diuortium. q. 7. Afflict. in cõſtit. repudium. num. 2. rubr. 44. lib. 3. eruditiſsimus Frater Ioannes conciuis meus in ſermonibus quadrageſimalibus, nuncupatis lima vitiorum, in ſerm. 31. Domine da mihi hanc aquam. q. 3. in 6. quæſt. & Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 7. §. 3. nu. 6. & opinionem iſtorum communem dicit Barbat. conſil. 64. volum. 1. Abb. in d. c. maritis, Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 262. vt ſine, ſub num. 42. & Lambert. in tractat. de iurepatron. in 1. parte 2. lib. quæſt. 9. articulo 18. in fine. *Cõis opin.*

¶ Sed Glo. in d. c. omnes, in verbo Sodomita, & Inno. in c. 1. de adult. diſſentiunt ab iſta communi abſque aliqua ratione militante in iure: ideò ſequor communem, tanquam ueriſsimam: cui videtur inhærere Hierony. in epiſtola ad Damaſum, vel ad Amandum presbyterum 3. epiſtol. tomo, & apertiſsimè Amb. 1. ad Corint. c. 7. dum aſſerit, aut quærat uſum vxoris interuertere. quibus profectò verbis innuere videtur vxorem poſſe petere coniugij diuortium, ac ſeparationem quò ad thorum, ſi à viro ad uſum contra naturam tentata fuerit: quod etiam Barba. aſſerit in d. conſ. 64. quem ſequitur Dec. in l. 1. nu. 8. C. de ſec. nup. & Io. Ant. de Nigris in d. c. 262. vt ſine, ſub num. 42.

2 Imò Barbat. vbi ſupra, doctiſsimè conſuluit. colum. 6. & 10. vxorem poſſe ſimiliter à viro ſeparari ubicunq; maritus cum alijs uitium hoc nefandiſsimum exerceret.

3 Et firmat etiam S. Bernardinus protector noſter in ſuis ſermonibus de euangelio æterno, in ſerm. 15. art. 2. c. 2. vbi limitat præmiſſam communem non procedere in duobus caſibus, uidelicet, vbicunque maritus pollueret vxorem extra clauſtrum pudoris, vel ſe ipſum pollueret proprijs manibus: tunc enim in iſtis caſibus concludit, quòd uix crederet poſſe dimitti ab vxore.

SVMMARIVM.

1 *SODOMIA eſt delictum contra triplicem naturam.*

2 *Sodomia offendit Deum, Sanctos, Angelos, & preſertim deputatos in cuſtodiam pædiconũ, omnes Sanctos, & Sanctas in cœlo cum Deo regnantes & dæmones, qui inſpiciendo talem turpitudinem oculos claudunt, & creaturas ſenſibiles, & inſenſibiles.*

3 *Sodomia eſt vitium neſandiſsimum, fœtidiſsimum, ſpurciſsimum, ſceleratiſsimum, & ribaldiſsimum contra naturam, contra rationem, contra gratiam, & contra gloriam: & ob tale peccatum, fames, peſtilentiæ, & terremotus ſiunt.*

4 *Sodomita dormiens cum maſculo coitu fœmineo vterq; punitur pœna mortis.*

5 *Sodomitæ regnum Dei non poſsidebunt.*

6 *Sodomitæ ſunt impij, & parricidæ.*

7 *Sodomitæ ſunt aduerſarij legis diuinæ, & totius curiæ cœleſtis, & deſtructores humani generis.*

8 *Sodomitæ infœliciſsimi ſunt.*

9 *Sodomia grauiſsimum crimen eſt omnium aliorum criminum carnalium, & ſuperat ſimplicem fornicationem, adulterum, inceſtum cum propria matre, & ſtuprum, & ſacrilegium carnale commiſſum cum monialibus per clericum in ſacris conſtitutum, ſeu per monachum.*

10 *Sodomia eſt delictum grauius homicidio, & grauius, quàm proſtituere proprias filias.*

11 *Sodomia eſt adeo vitium abhominabile, vt contra ſodomitas dignè congruat illa deprecatio, diſperdat, & ex toto pereat de terra memoria eorum. nam ſpiritus ſanctus, qui nouit grauitatem ſodomitarum, nominat hoc vitio irretitos peſsimos in ſuperlatiuo gradu, quòd peius dici nequit.*

12 *Sodomia excedit beſtialem conditionem: quia nulla beſtia reperitur hoc agere, non enim commiſcetur animal maſculum cum maſculo, nec fœmina cum fœmina; & ſic ſodomita efficitur inferior omni beſtia.*

13 *Sodomitæ priuantur aliquando generatione filiorum, vt traditur exemplum.*

14 *Sodomia dicitur muta: quia facit hominem mutum, ut excuſare ſe non ualeat.*

15 *Sodomia induxit Deum ad ſubuertendum Sodomam, & Gomorram, & omnem circa regionem quatuor perſonis exceptis. imò Deus nunquam fecit tantam vltionem de quocunque alio peccato, quantam de iſto. nam fecit ob iſtud facinus inundare diluuium ſuper terram, in quo nõ ſolùm perdidit homines prę̨ter octo, ſed etiam aues cœli, & beſtias terræ, demptis illis, quę introierunt in archam.*

16 *Vxor ex nimia libidine ſupergrediens virum vtendo tali monſtruoſe, & beſtiali modo in coeundo ambo inciderent in peccatum mortale.*

17 *Sodomia dedit cauſam Deo, ut tanto tempore diſtuliſſet ſe incarnari: cùm vidiſſet tantam abhominationem regnare in natura, quam aſſumpturus erat.*

18 *Sodomitæ omnes extincti fuerunt in nocte illa ſanctiſsima*

ctiſsime benedictæ natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

19 *Sodomiæ crimen, quod patrarunt filij Belial in Ciuitate Gabaa, quę erat in tribu Beniamin prębuit anſam, vt eſſent interfecti de ipſa tribu à cæteris tribubus viginti quinque millia hominum.*

20 *Sodomorum ſummam immunditiam, ſcelus appellat Auguſtinus, ab ea enim Angeli fugiunt, & dæmones videntes oculos claudunt: quia membrum Chriſti non ſolùm fornicatur, ſed etiam meretrix efficitur.*

21 *Sodomitæ peſſimi peccatores coram Domino filij diſperationis, & iræ dicuntur.*

22 *Scelus nefandum Deus non dimittit impunitum, ſed gladium furoris ſui extendet, non ſecus ac fecit Sodomitis et Gomorenſibus, quos non ſolũ abſumpſit igne, ſed nec terra quidem ſuperſtes remanſit: nam omnis illa regio abſorta eſt in Aſphaltitem lacum.*

23 *Lacus Aſphaltitis in regia Gomorrenſium nil præter bitumen gignit, & nullum corpus animalium recipit; imo tauri, camellique fluitant, & nil in eo mergitur.*

24 *Sodomitæ ſunt expellendi ab hominum conſuetudine, & communione. ſunt enim peſſima membra diaboli, & ſunt fetores & peſtes in ciuitate, & patres quidẽ deberet omnia negocia derelinquere, & habere mille oculos ad cuſtodiendum filios.*

25 *Sodomia propriè loquendo dicitur ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fœmina, & punitur vltimo ſupplicio, ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fœmina; & in Regno Neapolit. comburendus eſt ſiue huiuſmodi crimen committat cum maſculo, ſiue cum fœmina.*

26 *Sodomitæ non poſſunt aſſecurari, nec componi, nec guidari in Regno Neapol. tam per officiales regios, quàm etiam Baronum.*

27 *Sodomitarum bona confiſcantur,*

28 *Sodomitæ fiunt infames apud Deum, apud Angelos, & apud mortales, & traduntur exempla.*

29 *Sodomitæ teſtari non poſſunt, & teſtando antequam eſſent damnati, eorum teſtamenta annullarentur.*

30 *Sodomitas liberare, & defenſare impia, et crudelis res eſt; & iſti peſſimi iuſtitiæ ſubuerſores puniendi ſunt in hoc ſeculo, & in alio futuro.*

31 *Sodomitas filios, ſeu ſibi ſubditos non corrigens de iſto peſtifero vitio, dignus eſt morte, et traditur exemplũ.*

OPINIO DCCXXVI.

1 SODOMIAE delictum videtur cõtra ipſam naturam naturantem, quæ eſt Deus; & contra naturam naturantem naturatam, quæ eſt cœlum; & contra naturam naturatam, & generationem, quæ eſt homo.

2 Et ſic per hoc peſsimum, & nefandum ſcelus offenditur Deus; offenduntur ſancti Angeli Dei, & præſertim deputati in cuſtodiam laborantiũ tali vitio; offenduntur omnes Sancti, & Sanctæ in cœlo cum Deo regnantes; offenduntur dæmones, qui in inſpiciendo talem turpitudinem oculos claudunt: vt dicitur in compẽdio Theologiæ; offenduntur creaturæ ſenſibiles, vt ſunt piſces, & aues: & denique offenduntur creaturæ inſenſibiles: vt concludit, & luculenter probat Frater Guilielm. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ, ſermone. 35. colum. 18. cum alijs ſequen. fol. paruo. 238.

3 Et denique ſecundũ Albertum Magnum in 2. ſent. diſtin. 35. nefandiſsimum, fœtidiſsimum, ſpurciſsimum, ſceleratiſsimum, & ribaldiſsimũ vitium hoc eſt, contra naturam, contra rationẽ, contra gratiam, & ex conſequenti contra gloriã; & propter huiuſmodi delictum, ac peccatum, & fames, peſtilentiæ, & terremotus fiunt.

4 Et ſodomitæ tenentur pœna vltimi ſupplicij, ideſt mortis: vt habetur in auth. vt non luxurientur contra natu. & in l. cùm vir nubit in fœminã. C. de adulter. & §. item lex Iulia inſtitu. de adult. Legitur enim leuit. 20. c. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriatur, ſit ſanguis eorum ſuper eos. & ſic de iure ciuili vterque in hoc caſu mortis pœna puniri debent. d. l. cùm vir, vbi Doct. omnes notant. & Soc. Iun. conſ. 7. nume. 3. uolum. 3. ubi prę ſupponit iſtam eſſe communem concluſionẽ. *Cõis opin.* Eſt etiam peſsimum huiuſmodi crimẽ. teſte Auguſt. de adulter. coniug. & habetur 32. quæſt. 2. cap. adulterij.

5 Et inquit Paul. 1. ad Corin. c. 6. neque maſculorum concubitores regnum Dei poſsidebunt.

6 Tales enim Lactantius Firmianus lib. 6. cap. 23. diuinarum inſtitutionum appellat impios, & parricidas.

7 Et Frater Ioannes conciuis meus decus, & ſplendor totius mundi, & Chriſtianæ religionis, in ſermonibus quadrageſimalibus nuncupatis vitiorum lima, & ſerm. 31. Domine da mihi hanc aquam. colum. 7. appellat etiam iſtos ſodomitas aduerſarios legis diuinæ, & totius curiæ cęleſtis, & deſtructores humani generis.

8 Ideò infœlices, infœliciſsimiq; nuncupari poſſunt huius criminis practicã diſcentes, ſeu exercentes: vt refert Afflict. in conſtit. Legum aſperitatem. nu. 13. & ſequen. lib. 3. rubr. 42. ubi plura alia ſcribit ſuper deteſtatione iſtius criminis, & Aegidius Boſsius etiam in pract. crimin. in titu. de ſtupro deteſtabili in maſculos. nume. 1. cum alijs ſequentibus.

9 Et hoc peccatum contra naturam, omnium aliorum criminum carnalium grauiſsimum reperio, & ſic ſuperat ſimplicem fornicationem, & adulterium, & inceſtum etiam cum propria matre, & ſtuprum, & ſacrilegium carnale cõmiſsum cum monialibus, etiam per clericum in ſacris conſtitutum, ſeu per monachum; & denique excedit quoque in malitia, & grauitate quęcunque alia peccata carnalia: vt hoc profusè firmat, & doctè probat authoritatibus, iuribus, & rationibus, Frater Guil. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ in ſerm. 30. de deſtructione ſexti

vici

vici proſtibuli Ciuitatis Niniuæ.colum.26. cum alijs ſeq.D. Follerius in pragmatica, Nos Ferdinandus,& Eliſabet.num.2. & Frater Ioannes in d.ſerm.31.col.8.& ſeq.

10 Vbi addit, quòd hoc facinus contra naturam ſit grauius homicidio,&grauius quàm proſtituere proprias filias.

11 Eſt autem ita abhominabile vitium hoc,vt dignè congruat eis illa precatio, diſperdat, ideſt ex toto pereat de terra memoria eorum. Nam ſpiritus ſanctus, qui optimè nouit grauitaté peccatorum,nominat hoc uitio irretitos peſsimos: quod eſt ſuperlatiuum mali,& peius dici non poteſt.Geneſ.13. Erãt autem homines Sodomorũ peſsimi,& peccatores nimis.

12 Et vitium hoc excedit beſtialem cõditionem: quia nulla beſtia reperitur hoc agere. Non enim commiſcetur animal maſculum cum maſculo: nec fœmina cum fęmina: non equus cum equo: nec equa cum equa: nec equus cum vitula: nec equa cum boue, ſed maſculus cum fœmina eiuſdé ſpeciei. Et licèt ob alia vitia efficiatur homo ſimilis beſtijs: tamen ob iſtud vitium efficitur inferior omni beſtia:cùm nulla tantam turpitudinem agat.

13 Vndè non mirũ,ſi tales pœdicones priuentur aliquando generatione filiorũ.Nã Futifar,qui emit Ioſeph,legitur fuiſſe eunuchum,ideſt ineptũ ad generationem, ſeu ad generandum, & hoc, quia: vt ait Nicol.de Lyra.glo.1.q.1. ſicut eunuchus, Dominus exiccauerat genitalia eius, eo quòd ad turpem vſum eius emerat Ioſeph: ideo Dominus impediuit eum.

14 Idcircò ſodomia interpretatur muta:quia facit hominem mutum, vt excuſare ſe non poſsit, ſicut de aliquibus al js malis.

15 Et Deus Optimus Maximus licèt ſit miſericors,& ipſa pietas ac miſericordia: pro tali tamẽ delicto atrociſsimo fecit funditus ſubuerti Sodomam,& Gomorram,& omnem circa regionẽ quatuor perſonis exceptis, videlicet, Lot cum vxore,& duabus filiabus,& alia de quibus in teſtamento veteri ſacræ ſcripturæ.Imò Deus nunquam fecit tantam vitioſem de quocunq; alio peccato,quantam de iſto. Nam ob iſtud fecit ſimiliter inundare diluuium ſuper terram,in quo non ſolùm perdidit homines præter octo, verùm etiam aues cœli, & beſtias terræ demptis illis, quę introierũt in archam. Omnis enim caro corruperat uiam ſuam,Geneſ.6.

16 Quia,vt ait Methodius Martyr,fœminæ ex libidine nimia ſupergrediebantur viros,& uiri in alterutrum exardeſcebant coeuntes, & tunc ſi vxor ſupergrederetur uirum utendo huiuſmodi beſtiali, & monſtruoſo modo in coeundo, ambo inciderent in peccatum mortale: ſecundùm S. Anton.in ſua ſumma in 2.part.c.4. de uitio contra naturam poſt prin.

17 Imò etiam Deus tantum deteſtatur vitium hoc, quòd teſte Beato Auguſtino, & Hieronym. multo tempore diſtulit incarnari: cùm videret tantam abhominationem regnare in natura, quam aſſumpturus erat.

18 Vndè & in nocte illa ſancta ſuæ benedictæ Natiuitatis extincti extitere omnes, qui huic uitio operã dabant:ſecundùm eundem Auguſt. & D. Follerium non uulgaris eruditionis iuriſconſultum in dicta pragm.Nos Ferdinandus, & Eliſabet nume 9.

19 Imò legitur etiam in lib.iudicum.c.20. quòd propter hoc nefandiſsimum ſcelus, quod patrarunt filij Belial,ideſt abſque iugo in Ciuitate Gabaa,quæ erat in tribu Beniamin, fuerunt interfecti de dicta Tribu à cæteris Tribubus vigintiquinque millia homines, nec ſuperfuerunt niſi ſexcenti uiri: prout diffuſius diſcurritur in dicto cap. 20.

20 Ideò non immeritò ſummam immunditiam Sodomorum,ſcelus appellat Auguſt.ad heremitas ſerm.49.Ab ea enim Angeli fugiunt, dæmones videntes oculos claudunt: quia membrum Chriſti non ſolùm fornicatur, ſed etiam meretrix efficitur.

21 O quàm abhominabile vitiũ, ò q̃ deteſtabile crimen,ò quàm inaudibile malum,ò quàm mortiferum damnum, ò quàm peſsimum ſcelus. ò peſsimi ſodomitæ peccatores coram Domino, filij deſperationis & iræ, non erubeſcitis hæc tam fœda, & turpia operari?

22 Sed tale nefandum ſcelus ueſtrum Deus non dimittit impunitum, verùm gladium furoris ſui extendet, nõ ſecus ac fecit Sodomitis,& Gomorrenſibus, quos non ſolùm abſumpſit igne,ſed ne terra quidem ſuperſtes remanſit.nam omnia illa regio abſorpta eſt in Aſphaltitẽ Lacum Iudæę. teſte Solino in ſua Geogra.& Strabone lib.16.

23 Et vt perpetua memoria tanti fœtoris remaneret,effectum eſt,ut talis lacus nihil præter bitumen gignat,nullumq; corpus animalium recipiat;imò tauri,camelliq; fluitent:inde fama nihil in eo mergi:vt Plin.teſtatur lib.5.c.15.& 16. & ob id ipſe à Iuſtino appellatur mare mortuum lib.36.

24 Sunt itaq; expellendi tales talia operantes ab hominum conſuetudine, & communione: ſunt enim peſsima membra diaboli.

25 Ex quo propriè loquẽdo,tam ſodomia, quàm peccatum contra naturam dicitur, ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fœmina: ut firmat Abb. in c. in Archiepiſcopat.nume.1.de rapt.& Dec.in l.ſi qua mulier.nu.9.C.de ſecund.nup.& idem Dec. ibidem,in fin.vbi reprobat Soc.qui voluit ſolùm propriè dici ſodomiam, quando fit cum maſculo,& ſi fiat cum fœmina,dici pollutionem extraordinariam. quæ quidem opinio Dec. quicquid dicat Socin.videtur verior,& communior,quòd *Cõis opin.* propriè loquendo ſodomia dicatur: & eam latè probat Hieronym.Paul.in pract.cancellariæ,fol. 40. Et tanto verior apparebit huiuſce ſententia, quanto tollantur argumẽta ſophiſtica Iudæorũ, qui

qui fuere quidem authores erroris prædicti. Dicunt enim Iudæi improbi, ac ſcelerati, quòd ſi quis coitum Venereum contra humanum vſum cum vxore ſua loco, uel uaſe non congruo exercuerit, nullum ſcelus committere, uel peccatum. Obſcenitas iſta, ſeu turpitudo ſcribitur apud ipſos in libro Calla, qui apud nos dicitur Sponſa, ubi ſcribitur, quòd uxor cuiuſdam coram ſenioribus legis conquæſta uirum ſuum accuſauerit matrimonij pudicitiam in uaſe non conceſſo, & ordine naturæ non ſeruato ſæpius euertiſſe. qua re more ſuo diſcuſſa, mulieri dixerunt: Lege cautum non eſt, quin tecum illud ab eo fieri poſsit. habemus nanque Leuitici capit. 20. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, uterque operatus eſt nefas, morte moriatur. ò facinus Thalmuthica ſapientia dignum; ò ignorantiam beſtialem, atque beſtijs deteriorem: quæ quidem contra ordinem naturæ non pergunt. Aiunt enim Iudæi contra ius naturæ non eſſe à lege prohibitum agere cum vxore: & quoniam ſceleſtiſsimi ſunt, ſceleſtam doctrinam docent. Sed quæro ab eis, agere cum vxore in vaſe non congruo, & euerſo an ſit contra naturam an non? ſcio equidem eorum nullum tam fatuum, tam beſtialem eſſe. qui non dicat, non affirmet naturæ officio repugnare, quicquid naturæ ordine prætermiſſo efficitur. Sed illud ipsũ quod naturę non cõgruit, naturæ ordine omiſſo, diuinæ legi repugnat: igitur illud prohibitũ eſt atq; peccatũ. Legitur enim Iudicum c. 19. ꝙ vir quidam Leuites nomine, cùm nonnulli ciuitatis Gabaa filij Belial eo abuti cuperent, hoc tantũ, vt euitaret ſcelus, vxorẽ ſuã eis illudendã dedit: qua cum tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eã mane: vt ſcribitur ibidem. Aut enim ſecundùm ordinẽ, & viam naturæ cũ muliere ipſa obſecuti ſunt animo ſuo, aut euerſo ordine, & in vaſe non congruo, uterq; autem coitus abuſus dicitur, id circo prohibitum eſt, atque peccatum. Alter enim, quoniam mulier illa nullius eorum vxor erat, alter verò quia vaſe mutato, & officio naturæ non adhibito coijerunt. De primo nanque ſcribitur Geneſis cap. 19. de filiabus Loth: Habeo duas filias inquit ipſe, quæ nedum cognouerunt uirum, educam eas ad vos, abutimini eis ſicut vobis placuerit. Nemo ſibi iure perſuadere poteſt, quòd uir bonus, & amicus Dei, filias abutendas alicui extra vas, & in loco non congruo dediſſet. De ſecundo, quòd ſit abuſus, neminem latet, cum magis profanum ſit, atq; maius peccatum: quãdoquidem ſemen humanũ quod producendæ prolis gratia Deus hominibus conceſsit, eiectum extra locum, operari nequeat finem ſuum: ob quem errorem, atq; malitiam uoluit Deus Her, & Onan Iudæ filios uita priuare: vt legitur Geneſis cap. 38. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nèquam in conſpectu Domini, & ideò ab eo occiſus eſt, & ſequitur Deonam. idcircò percuſsit eum Dominus, eò quòd rem deteſtabilem faceret. In quo autem Her nèquã fuerit, dicunt Iudæi in eo quo fuit frater eius Onan, qui cum vxore obſequens animo ſuo emittebat ſemen extra locum ne conciperet. Igitur iſti, licèt lege naturæ cum vxoribus ſuis coijerint: quoniam ſemen in terram ex loco idoneo emiſerunt, morte digni a Domino iudicati ſunt. diuinæ iuſtitię congruit etiam, vt qui in uaſe non debito rem habuerit, vbi recipi ad finem ſuum ſemen non poſsit, multo magis mortis pœnam, vel interitum ſubire debeat.

¶ Quæro inſuper à Iudæis, cur Deus pluit ſuper Sodomam, & Gomorram: vt legitur Gen. c. 19. Sulphur, & ignem de cęlo, & ſubuertit ciuitates illas, & vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terrę uirentia. Cur etiam ſententiam in eum tulit Deus: ut habetur Leuitici cap. 20. qui cum maſculo concubitum habuerit? puto equidem Iudęos non fore adeò inſanos, adeoq; rationis expertes, qui veritatem iſtam nõ euomant, Deum inter viros coitum deteſtari: quandoquidem in re ipſa ordo naturę euertatur, & natura ipſa finẽ ſuum aſſequi non poſsit. Nam lege diuina ſancitum eſt, ut homo hominem generet. Creſcite (inquit, Geneſ. cap 1.) & multiplicamini, & replete terram. Necnon eiuſdem cap. 5. Vos autem creſcite, & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & complete eam. Conſtat proculdubio huic præcepto repugnare plurimùm regulã generandi euertere, quãdo ſubuerſione ipſa Deus, quòd decreuerit finem ſuum ſortiri nequeat. Et quemadmodũ Dei præcepto maſculinus coitus obſtat, ſic itidem cum muliere agere regula naturę omiſſa & ordine, modus tollitur generandi, atque concipiendi uia: cùm proficiſcatur eadem vir cum uiro, qua proficiſcitur uir cum muliere ordine non ſeruato, & in uaſe non congruo. quod quidem facinus iure atque meritò dici poteſt execrabile peccatum, atque profanum.

¶ Pręterea ſi Iudęorũ quis vlterius inſanire uoluerit, ab eo dici poſſet, ꝙ qui cũ maſculo in die coierit, ſcelus nullũ, vel peccatũ admitteret: quoniã ibi dicitur: Qui dormierit cũ maſculo coitu fœmineo, hoc eſt in nocte non in die. ò rẽ impiã, & Deo infeſtam. nõne & qui cũ muliere agit prætermiſſo loco, atque lege naturæ, tanquam cum maſculo agere videatur? at dicere auſus fuerim agere cum muliere in uaſe non conceſſo, naturã atque Deum magis offendi, quàm coitum cum viro agere: mulier etenim ſaturandæ libidinis viam habet, atque uas opportunum, quod viro natura non præſtitit. cur alia progreditur prauus ille, ac impius? niſi vt penitus naturæ obſtet, atque mandato Dei repugnet? quis enim hunc ſanum dixerit, qui recto tramite derelicto, ſciens deuio itinere pergat? Iudæi hi ſoli ſunt, qui miſeri ſunt, & Deo, atque hominibus infeſti. & quoniam genere vitiorum omnium, atque ſcelerum ſunt infecti, hanc ſuos diſciplinam edocent, hanc viuendi regulam ſui diſcunt. Non eſt

igitur mirandum, ſi contra huiuſcemodi homines Prophetæ omnes inuehant, atque inſurgant: cùm eorum neminem fugeret Iudæorum tunc deteſtabilis vita, & futura improbitas, pariter atque ſcelus. Vndè contra eos meritò adduci poſſet illud Eſaiæ 11. vbi habitabit lupus cum agno &cæt. quod abſque ſcrupulo aliquo intelligitur de ipſis iudæis, qui ſunt tanquam lupi rapaces, & tanquam leones ſuperbi. Geneſ. 49. Beniamin lupus rapax, & catulus leonis Iudas. Et ſic pari modo punitur, ſiue cum maſculo, ſiue cum fœmina fiat: vt uoluit Cardinalis in Clementina 1. quæſt. 13. de conſanguin. & affin. Cotta lib. memoralium in verb. Pœdicones, Afflict. in Conſtitutio. Regni, Legum aſperitate. numero 13. Ioannes Baptiſta Plotus in l. ſi quando, ſecundùm antiquam impreſsionem numero 311. C. vnde ui, & probatur in capit. vſus. 32. quæſt. 7. vbi in maſculis. & in fœminis, & in cap. adulterij malum eadem cauſ. & quæſt. ex authoritate Pauli Apoſtoli Romanorum. 1. de gentibus loquẽtis ait: Propter hoc tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ: nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem uſum in eum vſum, qui eſt contra naturam: ſimiliter autem & maſculi relicto naturali uſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Et voco hic coitum cum maſculo, etiam ſi cum fœmina coeat tanquam cum maſculo: nam coitus ille contra naturam etiam eſt, & ideò damnatus. Licèt & malè And. Alciat. lib. 10. Parerg. cap. 11. aſſeruerit contrarium: tamen in Regno Neapolit. obſeruatur dicta communis opinio ob memoratam pragm. Nos Ferdinandus, & Eliſabeth, vbi diſponitur committentem huiuſmodi crimen, ſiue cum maſculo, ſiue cum fœmina, igne comburendum eſſe.

26 Et inibi diſponitur etiam, quòd iudices quantumcunque maiores ſodomitas ipſos, & inquiſitos de tam immaniſsimo crimine, aſſecurare & guidare, & componere, & indultare nequeant pro quauis ratione, uel cauſa.

¶ Et præmemorata pragmatica extenditur etiam ad Barones, & ad eorum officiales, vt indulta, & gratias concedere non ualeant, nec ſaluum conductum, nec compoſitiones, & commutationes pœnæ ordinariæ ignis facere in huiuſmodi peſtifero crimine: prout ſancitum extitit de anno 1571. per pragmaticam incipientẽ. *Con grandiſsima ragione la Maeſtà del Rè Cattolico per ſua pragmatica fatta nell' anno 1504.*

27 Et his accedit vtiliter, quòd ſodomitarum bona confiſcãtur: ſecundùm d. prag. Nos Ferdinandus, & ſecundùm Glo. in c. cùm ſecundùm de hæret. in 6. Bal. in auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Bar. in l. poſt contractum. ff. de donat. Glo. in §. 1. in auth. de inceſtis nup. Bar. in l. Imperator. ff. de iure fiſci.

28 Et ipſi fiunt infames: ſecundùm Glo. in l. cùm vir. C. de adult. Iacob. de Belui. in auth. ut non luxur. contra naturam, & Fratrem Ioannem in d. ſerm. 31. quæſt. 3. colum. 1. & ſequen. vbi firmat etiam, quòd ſodomitæ ipſi efficiuntur infames apud Deum, & Angelos, & apud mortales. Nonnè Vergilius maximus Poetarum narratur ab Hiſtoriographis extitiſſe tandem mirabiliter inter homines deiectus propter tale crimen? Nonnè etiã Iulio Cæſari eruditiſsimo uiro, cùm triũpho potiretur ex victoria habita de hoſtibus, fuit publicè improperatum hoc nefandũ ſodomię uitiũ? propter quam cauſam à multis militibus ſuis ſpretui habitus, tandem derelictus fuit. teſte Sancto Antonino Archiep. Florent. in ſua ſumma in 1. par. tit. 5. c. 4. ſub verſ. quantum ad primum.

29 Et teſtari non poſſunt ipſi ſodomitæ, & caſu quo teſtamentum conderent ante, quàm eſſent condemnati, utique, & abſque dubio aliquo annullaretur: vt latè conſuluit Anaſtaſius Platus. conſil. fin. volum. 1. inter conſil. Barbatiæ, & nouiſsimè Nicol. Bello. conſil. 69. Circa teſtamentum. colum. 5. Dec. in d. l. ſi qua mulier. numc. 7. Bal. in auth. inceſtas. C. de inceſtis nup. & Cotta in lib. memoralium, in verb. Pœdicones. Marſil. ſing. 597. Contra naturam, Plotus in d. l. ſi quando. numc. 311. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verb. reuertantur. num. 384. C. de reuocan. donat. Alciatus in l. inter ſtuprum. num. 4. ff. de verborum ſignif. Boſsius in d. titu. ſuæ pract. de ſtupro deteſtabili. num. 2. Follerius in d. prag. Nos Ferdinandus, & Eliſabeth ſub nu. 7. Frater Ioã. in d. ſerm. 31. q. 3. poſt princ.

30 Et denique liberare, vel defenſare iſtos pœdicones peſtilentes, incorrigibiles, & obſtinatos uiros, impium, & crudele foret: vt cumulatiſsimè firmat, & probat ſeptem rationibus S. Bernardinus noſter in ſuis ſermonibus de euangelio ęterno, in ſerm. 16. art. 3. cap. 3. per totum. Ideò puniendi ſunt, qui dictorum obſtinatorum iuſtitiã faciendam eſſe denegant, tanquam iuſtitiæ peſſimi ſubuerſores, & tanquam impedientes iuſtitiã fieri; & ex quo tanta ſcelera impediuntur, & corriguntur: quos tandem eadem iuſtitia, quam impiè perſecuti ſunt, futuro in ſæculo ſæuiſsimè perſequetur.

31 Imò aduerte, quòd illi qui filiosfamiliàs, & ſubditos ſibi non corrigunt de iſto uitio, digni ſunt morte: vt ait Apoſtolus Rom. 1. Non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Ioſeph igitur, & ſi puer, noluit tacere, cùm uidit tantum abhominabile crimen in fratribus ſuis. Sed dicitur Geneſ. 37. accuſauit fratres ſuos de huiuſmodi delicto, ſcilicet, quòd cum iumentis, vel cum maribus coirent, vt ſic punirentur à patre: nec dimiſit reprehenſionem propter odium fraternum, ſiue fratrum, qui oderunt eum, ita ut uellent eum occidere. Vndè Deus Iudex iuſtus, fortis, & patiens, & circumſpectus poterit cognoſcere in hoc ſceleratos, cùm impunitati ſcelerum fauent, & ſic à vera iuſtitia minimè flecti poterit ob iuſtitiam vigo-

vigoroſam: quoniam iuſtus Dominus, neque flecti valet propter iuſtitiam amoroſam: iuſtitiam enim dilexit, nec flecti etiam propter iuſtitiam radioſam: quia æquitatem vidit uultus eius. quare qui habent aures audiēdi audiant, abſtineāt, & ſimul caueant tanquàm ab igne ab huiuſmodi crimine, & in poſterū conuertātur ad Chriſtū Ieſum, continuè agendo pœnitentiam, vt ipſe pater miſericordiarum dignetur in die iudicij iſtis delinquentibus omnibus miſericordiam largiri.

SVMMARIVM.

1 *SODOMITA occultus, quas pœnas incurrat, & à quo poſſit abſolui.*

2 *Sodomitæ clerici poſſint degradari, & tradi puniendi curiæ ſeculari: quia crimen hoc ſodomitæ eſt grauius hæreſi, crimine læſæ maieſtatis, & ſimonia.*

3 *Epiſcopis in ſua diœceſi licitum eſt diſpenſare ſuper omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto prouenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur: & ſic quoſcunque delinquentes ipſis ſubditos per ſe ipſos, aut ſuos vicarios in foro conſcientiæ gratis abſoluere poſſunt in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis impoſita pœnitentia ſalutari.*

OPINIO DCCXXVII.

1 SODOMITA occultus, etiā peracta pœnitētia eſt ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinis, & celebrādo interim ante Pontificis diſpenſationem, irregularitatem incurrit, ac irregularis efficitur ea quidem irregularitate, quæ à ſolo Papa fit delebilis: ſecundùm Spec. in tit. de diſpenſatione. §. iuxta propoſitionis. nu. 17. Hoſtien. & Io. And. in c. niſi cùm pridem. §. 1. de renunc. Archid. Dom. & Præpoſ. in c. de his in 2.50. diſt. Aret. & omnes in d. c. niſi cùm pridem. §. 1. & in c. fin. de tempor. ordin. & Soc. in c. ad audientiam. nu. 27. de homicid. & Bertach. in tract. de epiſ. in 1. part. 2. lib. q. 30. & Lambert. in tract. de iurepat. in 1. par. lib. 2. q. 9. art. 18. n. 4. vbi iſtorū opinionē tuetur ab omnibus ferè contrarijs, & fatetur eſſe communem.

Cōis opin. Et huiuſmodi nefandum crimen commitentibus, pœna etiam ſtatuta eſt, quòd deponantur, & in monaſterium detrudantur: vt in cap. clerici, de exceſſ. prælat. Ideoque eccleſiaſtici iudices tales ſodomitas poſt depoſitionem, & priuationem omnium bonorum, & beneficiorum ob huiuſmodi canonis diſpoſitionem perpetuis carceribus, & obſcuris includere conſueuerunt, in quibus miſerrimam mortem ipſam exoptando vitam agunt, niſi fuga eos liberaret: vt not. Abb. in dicto cap. clerici, & Bernardin. Diaz in pract. crimin. canoni. cap. 80. Frater Guilielm. Pepin. in ſermonibus de deſtructione Niniuæ in ſerm. 30. colum. antepenult. folio paruo 241. & Frater Ioan. conterraneus meus, certè tempeſtate ſua prædicantium Princeps, in ſermonibus quadrageſimalibus in ſermone 31. Domine da mihi hanc aquam q. 3. col. 3.

2 Vbi firmat etiam quòd clerici ipſi hoc vitio laborantes poſſint degradari, ac tradi puniendi curiæ ſeculari, eſtò ꝙ crimen hoc grauius appareat hæreſi, crimine læſæ maieſtatis, & ſimonia. & nonnulla alia tractantia de huius nefandi criminis grauitate traduntur per Afflict. in Conſtitut. Neapolit. lib. 3. rubrica 42. numero 10. Lucam de Penna, in l. 3. colum. 3. C. de exactoribus, & exceptoribus lib. 12. Pariſ. conſilio 163. lib. 4. & per Cæſarem Lambert. in d. artic. 18.

3 Sed hodie Epiſcopis licitum, permiſſumque eſt diſpenare ſuper omnibus irregularitatibus & ſuſpenſionibus ex delicto prouenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur. Et ſic quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi per delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos per ſe, aut Vicarium ſuum in foro conſcientiæ gratis abſoluere poteſt in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, impoſita pœnitentia ſalutari: vt expreſsè videtur ſtatutum in Concilio Tridentino in ſeſsione 24. capit. 6. folio paruo 261.

SVMMARIVM.

1 *SOCIETAS omnium bonorum inter fratres tacitè contracta videtur ex longa eorum habitatione, ſimul cum hæreditate indiuiſa poſt mortem patris, & ex lucris communicatis inter eos, & ex ratione adinuicem non reddita.*

2 *Frater emens communi nomine aliorum fratrum, præſumitur ſoluiſſe pretium de pecunia propria, niſi ex coniecturis contrarium appareat.*

3 *Frater emens aliqua bona proprio nomine, & deſcribēs illa poſtea faciēs in cataſtro communis tanquam communia cæteris fratribus, præſumitur ex hoc dominiū pro parte tranſlatum in alios fratres.*

OPINIO DCCXXVIII.

1 SOCIETAS omnium bonorum inter fratres tacitè contracta præſumitur ex diuturna eorum habitatione ſimul cū hæreditate indiuiſa poſt mortem patris, & lucris communicatis inter eos, & ex ratione ad inuicē non reddita: ut uoluerunt Bar. in l. Titium. §. altero. n. 5. ff. de admin. tut. Caſt. cōſ. 349. vol. 1. Pet. de Vbal. in trac. de duob' fratrib', & alijs ſocijs in 3. par. prin. nu. 20. fol. par. 10. Corn. conſ. 24. vol. 4. Cęp. cōſ. ciuili 40. Iaſ. in l. 1. C. qui teſt. fac. poſſ. Dec. conſil. 21. conſ. 66. & conſ. 86. Grauet. conſ. 159. nu. 1. & 3. Gerar. ſing. 99. nu. 2. Alciat. in tract. de præſum. in regul. 1. præſumpt. 25. vbi prædicat iſtam eſſe com-

Cõis opin. communem opinionem, & Petrus Duennas quoque in regula 3. Lud. Roma. conſil. 191. nume. 4. & ibi D. Horat. Mandoſ. in addit. in litera D. & Martinus Carratus. conſil. 34. nume. 1. cum alijs ſeq. & Franc. Maria de Plotis in add. ibi num. 10. & conſil. 59. num. 1.

2 Sed ubicunque frater commorando in communione (ut ſupra) emeret fundum pro ſe & fratribus, & ſolueret pretium: tunc quippè præſumeretur in dubio emiſſe de ſua pecunia; & ſic ſi alter frater uellet partem ipſius prædij empti, poſset repetere partem pretij: ſecundùm Bart. in l. ſi patruus. colum. 2. C. communia utriuſque iud. eundemque Bar. Bald. Angel. Fulg. Caſtren. & Saly. in l. cùm proponas. C. pro ſocio. per textum ibi, Lud. Rom. in ſingul. 400. conſil. 3. & conſil. 291. colum. 2. Abb. Panorm. conſil. 46. in fin. uolum. 1. Alexan. conſ. 78. uolum. 2. Philip. Dec. conſil. 21. colum. penul. & conſ. 348. colum. 2. & conſil. 442. in fin. Boer. deciſ. 214. Auguſtinum Beroum in quæſtionibus ſuis, quæſt. 46. num. 3. Nattam conſil. 94. num. 10. uolum. 1. And. Tiraquel. in tract. de utroque retract. in fi. totius operis. num. 87. Laurentium Syluanum. conſil. 86. contra fratres de Muſſa facit. nume. 1. uolum. 2. Martinum Carratum. conſil. 33. per totum, & Cõis opin. Petr. Duennas in d. regu. 3. & iſta eſt ueritas, & communis opinio.

¶ In contrariam uerò partem, videlicèt, quòd frater emens nomine ſuo & fratrum, emiſſe pręſumatur de bonis communibus, communique pecunia: inclinarunt Specul. in tit. de iudic. §. ſequitur. uerſic. ut autem. Cyn. in l. cùm duobus. §. ſi frater. ff. pro ſocio. Ancharan. conſil. 149. plura dubia, in fine. & conſil. 302. materia de qua quæritur in 4. dubio, & Bald. titubanter in l. cùm oportet. colum. 3. C. de bonis quæ lib. & Laurent. Syluan. in d. conſil. 86. ſub nume. 5. cum alijs ſequen. ubi ita conſuluit, admonuit iſtam ſententiam veriorem eſſe, reſponſumque dedit contrarijs: ſed eius ſuaſiones parùm me mouent ad diſcedendum à pręditcta communi, quæ veriſsima, & ſacroſancta apparet.

3 Cæterum quotieſcunque frater emeret aliqua bona proprio nomine, & poſtea in cataſtro communis illa deſcribi faceret tanquam communia cæteris fratribus, ſibi præiudicium inferret, & præſumeretur ex hoc dominium pro parte tranſlatum in alteros fratres, præcipuèque ſi alij fratres pro eorum rata ſoluerent collectas: ſecundùm Lud. Roma. conſil. 291. num. 7. & ſing. 433. Paul. Caſtren. in l. ſcriniarios. C. de teſtam. milit. Alexan. conſil. 147. in fin. uolum. 5. & conſil. 182. colum. 2. uolum. 7. Iaſ. in l. decem. colum. 8. ff. de verborum obligationib. Philip. Dec conſil. 146. colum. 6. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 17. num. 3. Ioan. Anton. de Nigris in capitulis Regni, in cap. Porrecta culmini. nu. 35. & ſeq. & Horat. Mandoſ. in add. Rom. in d. conſil. 291. in litera I.

SVMMARIVM.

1 *SOLITVM verbũ uerificatur in vno actu tãtũ.*
2 *Conſuetũ verbũ verificatur in pluribus actibus.*
3 *Conſuetum fieri non dicitur eſſe arbitrarium iudici, ſed neceſſarium.*

OPINIO DCCXXIX.

1 SOLITVM inducitur ex vnico actu, & ex vnica vice. l. Mella. §. ſed & ſi alimenta, de alim. & cib. leg. & ibi Bartol. Curt. Iun. conſil. 19. num. 4. Ang. & Paul. Caſtren. in l. cõſentaneum. C. quomodò, & quando iudex. Lauren. Syluan. conſil. 83. num. 3. vol. 2. Cotta in memorali in verb. Iuramentũ eſt quid indiuiduum, ante fin. & Gozad. cum alijs ſignatis per eum conſ. 53. nu. 5. vbi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam, Aret. etiam in §. ex Cõis opin. non ſcripto in fin. inſtit. de iure nat. gen. & ciuil. Alex. conſ. 5. nu. 23. lib. 5. & Corn. conſil. 28. col. fin. vol. 3. & ita ſeruatur teſte Marco Ant. Bardo in tract. de tempore vtili, & continuo. c. 14. ſub nu. 8. vbi refert pluribus vicibus ſic iudicatum extitiſſe in officio ædilium curulium magiſtrorũ ſtratarum Vrbis, eo aſsidente in ipſo officio.

2 Conſuetum uerò exigit ſaltem binos actus: ut tradit Dec. conſ. 222, nu. 10. & conſ. 441. nu. 11. cũ alijs ſeq. in l. vt liberos. nu. 11. C. de coll. & in c. 1. de cõſuet. Creſcent. deciſ. 10. & Bero. conſ. 142. illuſtriſsime Domine. n. 1. vol. 3. & iſta eſt cõis opinio, ac nullã habet dubitationẽ: ut meminit Deci. in locis mẽtionatis. & Mandoſ. in reg. cancellariæ, in reg. 3. de reſeruat. q. 2. num. 4. Cõis opin.

3 Sed aduerte, ꝙ tale conſuetũ fieri, non cenſetur modo aliquo arbitrariũ eſſe iudici, ſed potius neceſſariũ; & conſequenter conſuetum ipſum nunquam cadit ſub iudicis arbitrio: vt voluit Bal. in l. quicunque. colum. 4. C. de ſeruis fugitiuis, & faciunt ſcripta per Fely. in cap. inter cæteras. col. 5. verſ. quinta reſtrictio, de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *SOLVTVM indebitè repetitur, et eo ipſo ꝙ oſtẽditur illud, quod ſolutum eſt fuiſſe indebitum, præſumeretur per errorem ſolutum.*
2 *Promiſſum indebitè per errorem non atenditur, ſed reuocari, & retractari debet.*
3 *Pactum per errorem interpoſitum, ſeu diuiſio inter fratres facta per errorem retractari debet.*

OPINIO DCCXXX.

1 SOLVTVM indebitè repetitur, & eo ipſo ꝙ oſtẽditur illud, quod ſolutũ eſt fuiſſe indebitũ, præſumeretur per errorẽ ſolutũ: ut uoluit Glo. in l. cũ de indebito, in uer. Ignorantia. ff. de pb. & Alex. cõſ. 164. pręſuppono primò circa cõ

ſulta-

ſultationē præmiſsā,ſub n.3.vol.5. vbi etiā adijcit.d.Glo.cōmuniter approbari. & ſequitur Dec. conſ.600.inſpecto diligenter tenore dicti inſtrumenti,ſub nu.4.cum alijs ſequen. vbi reddit rationem optimam. *Cōis opin.*

2 Et quemadmodum ſolutū indebitè repetitur, ac reuocatur condictione indebiti,uel ſine cauſa.toto tit.ff. & C.de cond. indeb. ita etiam promiſſum indebitè per errorem nō attenditur, ſed reuocari, ac retractari debet. l. is qui plus. eod. tit.& not.Dec. conſil.547.num.5. & in d. conſil. 600.num.4. & ſeq.

3 Ad quod benè facit etiam,quod not. Caſtren. in l.fin.§.idem quæſiuit.ff.de cond.indeb.ubi aſſerit ſe reſpondiſſe,conſuluiſſeq; per illum tex.ꝙ cùm quidā fratres diuiſiſſent bona paterna, materna,& fraterna æqualiter,& promiſiſſent ad inuicem non contrauenire, & poſtea apparuit, ꝙ bona fratris præmortui pertinere tantum ad alterum fratrem,qui erat vtroq; latere cōiunctus, concludit,quod illud pactum per errorem interpoſitum,& ſic ipſa diuiſio retractari debet.& ſequitur Dec.conſ.475.in cauſa, quæ Mantuæ agitatur.num.29.& ſeq.

¶ Sed hoc non procederet in ſolutione indebitè facta ex cauſa tranſactionis: quia ſolutum tunc indebitè non repeteretur,etiam ſi extitiſſet per errorē ſolutū.l.2.C.de trāſact.& firmat Dec. conſ.351.in caſu ꝓpoſito,primò vidēdū eſt.n.2.

SVMMARIVM.

1 *SPOLIATVS beneficio nō eſt reſtituendus,ſi contra eum obijciatur notorius tituli defectus.*

2 *Prædo ſpoliatus beneficio eccleſiaſtico reſtituendus eſt ante omnia,dummodò non conſtet in iudicio ſpoliatum eſſe prædonem.*

3 *Spoliatus non reſtituitur ante omnia quando ex huiuſmodi reſtitutione irreparabile damnum ſequi Poſſit.*

OPINIO DCCXXXI.

1 SPOLIATVS beneficio non eſt aliquo modo reſtituendus, ſi contra eum obijciatur notorius tituli defectus. c. ad decimas de reſt.ſpol.in 6. tenet, & firmat Innoc. in c. conſtitutus de filijs præsbyt. Præpoſit.in c. 2. 3.q.1. Domin. in d.c.ad decimas.col. 3.Henric.in c.cum veniſſent,de inſtit.Ant.col.pen.& Franc.in 7.differentia,in c.bonę,de appell.in 6.Imol.& Abb.in c.in literis.n.1.& 28.de reſt.ſpol.idem Abb. & Aret. in c.ſi conſtiterit, de accuſat. & Caſſad. in deciſ. 3.num.4.& ſeq.in titu. de reſtit.ſpol.qui fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & Gomeſ.in reg.de annal.poſſeſſ.q.58.Sed ipſemet in reg. de non iudican.iuxta formam.q.5.meminit quandoque in Rotæ prætorio prædictam Innocentij ſententiam communem reprobatam fuiſſe. Ipſe uerò ſpreta aſſertione iſta friuola non diſcederem à prænominata communi, tanquam in iure veriſsima; imò eam totis viribus ſequendam fore in iudicando,conſulendoque ſuadeo. *Cōis opin.*

2 Et huic opinioni Inno.& ſequacium inter alia vnū fundamentum obſtare videtur, videlicèt, ꝙ prædo in beneficio eccleſiaſtico reſtituendus foret ante omnia.d.c.in literis. Cui quidem fundamento realiter reſponderi poteſt non habere locum hoc,quando conſtaret in iudicio ſpoliatum eſſe prædonem: tunc certè negari ei debet omninò reſtitutio:ſecūdùm Inno.& Imol.ibi & Corſet.in tract.de excellentia Regis. q.72.

3 Item ſpoliatus minimè reſtitueretur ante omnia,quando ex huiuſmodi reſtitutione irreparabile damnum ſequi poſſet: ſecundùm Paul. Caſtren.Alexan.& Iaſ. in l. 2. C. de edic. Diui Adr. tollen. Legiſtas omnes, præſertimque Alexan. & Franc.Ripam in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ.& Iacobus Menochius cum alijs per eum congeſtis,in tract.recuperan. poſſeſſ.in 1.remedio.nu. 279.& ſeq. ubi fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & optimè eā explicat,& declarat. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SPOLIATVS ſua poſſeſſione, vel in ea turbatus ante omnia eſt manutenendus,& reſtituendus.*

2 *Spoliatus etiam ſi iniuſtiſsimè poſſideret, venit reſtituendus ante omnia vſque ad minimum quadrantem.*

3 *Remedium canonis reintegranda 3.q.1. competit ſpoliato,dato quòd non probet vim, & violentiam fuiſſe illatam;& ſic ſufficit quòd ſola clandeſtinitas interuenerit in ſpolio facto. Nam contra clandeſtinum poſſeſſorem poteſt agi remedio recuperandæ: nec poſſet excipere de ſuo dominio: ſpoliatus enim quomodocunque poteſt agere ſibi dominij exceptione non obſtante.*

4 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nedum ad rem, & poſſeſſionem, ſed etiam ad fructus, quos ſpolians percepit, vel percipere potuit.*

5 *Spoliatus inprimis,& ante omnia debet reſtitui non ſolùm ad poſſeſſionem,ſed etiam ad expenſas,damna,et intereſſe per ipſum paſſa.*

6 *Prædo iniuſtus poſſeſſor nullum habens in re titulum ſpoliatus ante omnia reſtitui debet,niſi concurreret in poſſeſſorio cū domino;vel niſi notoriè conſtaret,quòd prædo eſſet in poſſeſſione:nam tunc appareret de peccato,& ideò deberet ſtatim amoueri.*

7 *Spoliatus authoritate iudicis debet ante omnia reſtitui.*

8 *Spoliatus non reſtituitur ſi obijciatur de reſeruatione, & reſeruatio impedit ſpoliatum reſtitui, dummodò ſpoliato eſſet facta ante litem motam, non autem lite pendente,& quando reſeruatio eſſet facta ad beneficium vacaturum,ſecus ad vacans.*

9 *Remedium.c.reintegranda. 3.q.1.limitatur in quinquaginta caſibus remiſsiuè.*

OPINIO DCCXXXII.

1 SPOLIATVS ſua poſſeſſione, uel in ea turbat' ante omnia eſt reſtituẽdus, & manu tenendus. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui. publ. & can. reintegranda. 3. q. 1. Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 2. Subditorum noſtrorum. num. 26. Alex. & Doct. not. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poſſ. & iſta eſt vulgaris, & communis regula. *Cõm. opin.*

2 Quam quidem regulã amplia intantum procedere, ut ſpoliatus debeat reſtitui vſque ad minimum, & ultimum quadrantem, etiam ſi iniuſtiſsimè poſsideret. c. ſollicitè, de reſt. ſpol. [3] ita tenet Bal. conſ. 135. vol. 2. & conſ. 139. nu. 1. uol. 3. & Cæpol. conſ. 19. num. 4. & Hieron. Cuccalon. in repertorio 2. vol. tractatuũ, in verb. Spoliatus il 1. & refert ita in facti contingentia obtinuiſſe.

3 Ampliatur ſecundo iſta regula, quòd ſpoliatus intentans remedium dicti canonis reintegranda, eſſet reſtituendus, datò quòd non probet vim, ac violentiam fuiſſe illatam; & ſic ſufficit, quòd ſola clandeſtinitas interuenerit in ſpolio facto. Nam contra clandeſtinum poſſeſſorem poteſt agi remedio recuperandæ: nec poſſet excipere clandeſtinus poſſeſſor exceptionem ſui dominij: ut per Imol. & Alex. in d. §. nihil commune, vbi referunt idem ſentire Inno. Io. And. & Ant. de Butr. quòd quomodocunque quis fuerit ſpoliatus poteſt agere nõ obſtante ſibi exceptione dominij. Et hanc opinionem latè diſputat Socin. in d. §. nihil commune, vbi eam num. 32. dicit ueriſsimã Fabius Corambonus, & communẽ aſſerit Ripa. nume. 73. & in c. ſæpè de reſtit. ſpol. *Cõm. opin.*

¶ Contrarium uerò, & malè ſenſerunt Dyn. in regula, qui ad agendum, de reg. iur. in 6. Bald. in l. ſi quis emptionis. §. ſed hoc ſuper illis. C. de præſcrip. 30. annorum. Ang. in l. uitia. C. de acq. poſſeſ. & Lud. Rom. in d. §. nihil commune. Quicquid tamen iſti Doct. ſuadeant ob hoc non eſt diſcedendum à prædicta communi: quam approbãt, tuentur pariter, & atteſtantur ferè omnes Moder. in d. c. ſæpè, & in d. §. nihil commune.

4 Ampliatur tertiò dicta regula, quòd non ſolùm ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus ad rẽ, ſeu poſſeſsionem ſpoliatam, verùm etiam ad fructus, quos ſpoliatus percepit, ſeu percipere potuit ex re ipſa, vel poſſeſsione. tex. eſt in c. grauis, & ibi Doct. not. de reſtitut. ſpol. Rota deciſ. 25. in rub. de reſtitu. ſpol. in nouis, & Ripa in d. §. nihil commune. num. 48.

5 Et nõ ſolùm ad poſſeſsionem, & fructus ipſos, ſed etiam ad expenſas, damna, & intereſſe paſſa per ſpoliatum debet ſpoliatus in primis, & ante omnia reſtitui. c. accedens, il 2. & ibi Abb. in pen. not. & in d. c. grauis, vbi Doct. & Ripa in d. §. nihil commune. num. 50. & Cæſar Vrſillus in add. Afflict. in deciſ. 98. nu. 1. ubi profert magnũ verbum ita obtinuiſſe in facti contingentia in Sacro Concilio Neap.

6 Ampliatur etiam regula præmiſſa, quòd prædo quoque & iniuſtus poſſeſſor nullum habens in re titulum ſpoliatus reſtitui deberet. l. 1. §. qui à me. ff. de ui, & ui arm. & c. in literis de reſtitutione ſpoliatorum.

¶ Qui quidem textus non procederet ſecundùm Gloſſ. fin. ibi communiter approbatam ab omnibus, vbicunq; ipſe prædo cõcurreret in poſſeſſorio cum domino.

¶ Nec procederet etiam dictũ cap. in literis, quando notoriè conſtaret quòd prædo eſſet in poſſeſsione: vt tenet ibi Abb. colum. 3. 4. & 10. Nam tunc appareret de peccato, ideò deberet ſtatim amoueri. Aliquas alias verò ampliationes recenſuit Vrſillus in annotationibus Affl. in d. deciſ. 98. ſub nu. 1. & ſeq.

7 Item ampliatur antedicta regula, ut ſpoliatus etiam à athoritate Iudicis debeat ante omnia reſtitui. cap. conquerente, de reſtitutione ſpoliatorum, Lud. Roma. in l. ſi finita in princ. de damno infect. Ancharanus. conſil. 249. ad prædicta dubia., & Dec. in l. fina. col. 10. C. de edict. Diui Adr. tollen.

8 Sed iſta hæc regula ita declarata fallit non procedere in exceptione reſeruationis Papalis, ſpecialis, vel generalis: nam agenti ſpolio, ſeu remedio dicti can. reintegranda obſtat dicta exceptio reſeruationis Papalis in beneficialibus, & oppoſita concernit defectum proprietatis & poſſeſsionis: vt firmat Rota deciſ. 56. & 371. in antiquis, Biſsignetus deciſ. 4. de reſtitutione ſpoliatorum, Doctores in d. §. nihil commune, & Iacobus Nouellus in ſua pract. criminali. in rubr. Vulgaris eſt regula & cæt. nume. 41. fol. 563. Et ita ſe habet communis opinio, & practica obſeruat: vt meminit, & teſtatur Gomeſ. in regul. cancellariæ, regula de triennali poſſeſsore. quæſt. 35. Aeneas de Falconibus, in tract. de reſeruat. in 4. quæſt. prin. 11. effectu, & 41. Auguſt. Berous, quæſt. 80. Franc. Ripa in dicto §. nihil commune, Caſſadorus deciſ. 1. in titu. de reſtitutione ſpoliatorum, & Socin. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. poſſeſſ. num. 19. *Cõm. opin.*

¶ Quam communem ſententiam intellige veram eſſe, ſi ſpoliatio eſſet facta ante litem motam, non autem lite pendente: vt conſtat in præcitata deciſ. 56. & notat Aeneas de Falconibus in d. effectu 11. ſub num. 2.

¶ Similiterq; eam intellige procedere, quãdo reſeruatio eſſet facta ad beneficiũ vacaturũ, ſecus ſi ad vacans: vt per Caſſad. deciſ. 2. de reſt. ſpol.

9 Alias verò declarationes, & limitationes ad d. regulam c. reintegranda circiter 50. ponit Iac. Nou. in præcit. pract. crim. Octo verò limitationes refert Fab. Corãbo. in d. §. nihil cõe. n. 32. cũ alijs ſeq. Et 33. limitat. ponit Bal. Nouel. ibi nu. 46. vſq; ad finẽ Et 55. recenſuit Corſett. in tract.

tallen-

fallentiarum ad reg. quòd ſpoliatus ante omnia. q. 72. num. 1. cum aliis ſeq. in 2. vol. diuerſorum poſito. Et duas alias limitationes addit Corali. in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 2. c. 2. num. 3. cũ aliis ſeq. Et materiam d. Cano. reintegranda uſque ad ſatietatem, & vtiliſsimè quidem explicauit Iacob. Menoch. in tract. recuper. poſſeſ. in remedio 15. num. 5. cum aliis numeris ſeq.

SVMMARIVM.

1 *REMEDIVM canonis reintegranda. 3. q. 1. competit nedum poſſeſſori, ſed etiam conductori, & mandatario, commodatario, & ſimilibus.*

OPINIO DCCXXXIII.

1 REMEDIVM. c. reintegranda. 3. q. 1. diſponens quòd ſpoliato, ſeu deiecto à ſua poſſeſſione fiat reintegratio ipſius poſſeſsionis ante omnia competit nedum poſſeſſori, ſed etiã conductori, et mandatario: ſecundùm Specul. in tit. de poſſeſſ. & petit. §. 1. uer. Sed nunquid depoſitarius, ubi etiam Ioan. And. & Soc. conſ. 17. num. 15. uol. 3. Similiterque competit commodatario, depoſitario, & ſimilibus, quibus res depoſita, uel commodata aufertur: ſecundum omnes Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 6. Subditorum noſtrorum. ſub num. 43. in 3. ampliatione. S. Anton. in ſua ſumma in 2. par. c. 5. cui ſienda ſit reſtitutio. col. 5. ſub uerſ. De acquiſito per ludos, & Soc. in l. rem quæ nobis. num. 6. eod. tit. & ibi Rip. nu. 21. ait hanc eſſe communem opinionem, & Iacob. Menoch. in tract. recuper. poſſeſsionis. remedio. 15. nu. 49. & ſeq. ubi citat alios Doct. contrariæ ſententię.

Spoliatus. — *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *REMEDIVM canonis reintegranda. 3. q. 1. eſt pleniſsimum remedium, & magis generale, ac utile inter alia remedia poſſeſſoria, curritque cũ omnibus alijs remedijs.*

2 *Remedium. c. reintegranda datur clericis non ſolùm pro rebus Eccleſiæ, ſeu proprijs, ſed etiam pro rebus laicorum, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus: ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter cõmunis ſit, quòd d. c. reintegranda competat ſolummodò in rebus eccleſiæ, & in perſonis eccleſiaſticis, non autem inter laicos pro rebus profanis.*

3 *Remedium. c. reintegranda conceditur pro feudis, & iuribus incorporalibus, & bonis etiam ſtabilibus.*

4 *Poſſeſſorium iudicium, & remedium. c. reintegranda utrum competat in iuribus perſonalibus, & pro penſionibus denegatis, ponitur communis opinio pro vtraque parte.*

5 *Debitor qui tenetur dare unum par caponum, non liberatur ſi dederit mortuos.*

6 *Debitor obligatus dare cuilibet canonico vnum par caponum non tenetur ſi augeatur numerus canonicorum.*

OPINIO DCCXXXIV.

1 REMEDIVM. c. reintegranda. 3. q. 1. exploratum eſt eſſe pleniſsimum remedium, & magis generale, ac vtile inter alia remedia poſſeſſoria, curritq; cum omnibus aliis remediis: ſecundùm Doct. in l. naturali ter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ. & Lanfran. de Oriano, in repet. rub. colũ. 3. in 3. concluſione, de cauſa poſ. & propriet.

Spoliatus

2 Et datur illud remedium, non ſolùm clericis pro rebus eccleſiæ, ſeu propriis, uerum etiam cõceditur pro rebus laicorum generaliter, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus: ſecundùm Doctrinã Innoc. in c. cùm ad ſedem. num. 6. extr. de reſtit. ſpoliat. communiter approbatam: vt atteſtatur eam ſequendo Ioan. de Imol. Alex. col. 5. & Soc. num. 4. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. & idem Alex. conſ. 94. col. fin. uol. 5. & Maranta in tract. iudiciorum. in 4 par. princ. in 7. diſtin. nu. 50. ubi dicit quòd iſta eſt communis opinio, & quòd obſeruatur in practica, & Ioan. Ant. de Nigris etiam in capitulis Regni in c. 6. ſubditorum noſtrorum. num. 43. & Quintil. Mandoſ. cum cæteris aggregatis per eum in add Lapi. in alleg. 51. Lætatus ſum, in litera P. ubi teſtatur hanc ſententiam ſemper uidiſſe ſeruari Romæ, atque copioſè ibidem in prin. refert contrariam opinionem, uidelicet, quòd d. c. reintegranda competat duntaxat in rebus eccleſiæ, & in perſonis eccleſiaſticis, non autem procedat inter laicos pro rebus profanis eſſe ſimiliter communem, cũ aliis ſignatis per eum. Sed reiecta iſta ſententia, inhæreo primæ opinioni tanquàm ſacroſanctæ, & in iure ueriſsimæ, & fundatiſsimæ, & ea obſeruatur in practica in foro canonico, & ciuili.

Cõis opin. — *Cõis opin.*

3 Ampliatur hoc ſcilicet, quòd d. c. reintegranda, remedium datur, & conceditur etiam pro feudis, & iuribus incorporalibus, & bonis etiam ſtabilibus: ſecundùm Bart. in l. 3. §. vnde ui. ff. de vi arm. Ant. de But. in c. cùm eccleſia Sutrina, numero 38. vbi etiam Abb. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Iaſ. conſ. 173. uol 4. Soc. d. l. rem quæ nobis in 5. q. & Ripa in d. c. cùm eccleſia, num. 101. & iſta eſt communis opinio. teſte eodem Ripa in c. ſæpè, numero 22. de cauſa poſſ. & propriet. Soc. & Iaſ. num. 19. in d. l. rem quæ nobis.

Cõis opin.

4 Et iſtud remedium. c. reintegranda competit pariter pro penſionibus denegatis, & pro iuribus perſonalibus. Vndè debitor obligatus ſingulis annis ſoluere unum par caponum occaſione alicuius rei, hoc caſu certum eſt poſſe conueniri

niri officio iudicis, vel interdicto poſſeſſorio; & ſic pro annua preſtatione competunt, ſeu conceduntur remedia poſſeſſoria: ſecundùm Canoniſtas communiter in c. querelam. de elect. per illum tex. Et ita in facti contingentia iudicatum fuit in Sacro Regio Concilio Neap. atteſtante Afflict. deciſ. 395. num. 3. 4. 6. cum duobus aliis ſequen. & in Rota Bononienſi: ut meminit Pet. de Benintendis deciſ. 27. Quamuis Legiſtæ omnes affirment cõtrarium in l. ſi certis annis. C. de pactis, prę́ſertimque ibi Iacob. de Aret. Pet. Cy. Bal. & Alberi. de Roſa. Bar. in l. fin. per illum text. ff. quorum bonorum, & Iacob. Menoch. cum aliis ſignatis per eum in tract. recuperandæ poſſeſſionis, in primo remedio nume. 87. ubi oſtendit iſtam ſecundam opinionem crebriorem fore. quam ſequitur etiam, aitque ueriorem, communioremque eſſe Alciat. conſ. 8. exactè uiſo proceſſu cauſæ. nu. 25. tomo. 2. uol. 6. fol. 116. Sed ueritatem iſtius concluſionis planè abundeque demo ſtrat Afflict. in præcitata deciſ. 395. Ripa. in l. fin. nu. 3. & ſeq. ff. quorum bonorum, & Tiraq. in tract. de vtroq; retractu, in §. 1. Glo. 6. & in §. 6. Gloſ. 1. nu. 10. & ſeq.

Cõis opin.

Cõis opin.

5 Et hic notandum, ſeu docendum eſt unum congruenter, utrum iſte debitor, qui tenetur dare unum par caponum liberetur ſoluendo, ac cõſignando eos mortuos? Bar. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. in ult. q. tenet, quòd nõ liberatur aliquo modo. quem ſequuntur Doct. & eius opinionem latè ſequitur ibi Bolognet. nu. 83.

6 Item aduertendum eſt, quòd promittens dare cuilibet canonico omni anno vnũ par caponũ, non tenebitur ſi numerus canonicorum augeretur: ſecundum Petr. & Cyn. in l. non modus. C. de ſeruit.

SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIPTIO triginta annorum non obeſt remedio reintegrandæ: ſecundùm unam communem opinionem, et ſtylum Rotæ Romanæ: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, remedium c. reintegrandæ præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

OPINIO DCCXXXV.

1 SPOLIATVS quandocũque poteſt petere, ſeu agere ad reſtitutionem ſibi faciendam: cùm remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. ſit perpetuum, & imprę́ſcriptibile, & competat etiam poſt mille annos, & in perpetuum: vt ſuadent omnes Canoniſt. communiter, in c. ſollicitè de reſtit. ſpol. Soc. in l. rem quæ nobis. 8. q. ff. de acquir. poſſ. Ioan. de Amicis. conſilio 61. num. 18. & Caſſador. deciſ. 6. in tit. de reſtit. ſpol. in prin. ubi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & communiorem uocat Ioachimus in obſeruatione 86. valdè controuertitur. centuria 3.

Cõis opin.

¶ Sed Claudius de Seyſſell. in d. l. rem quę nobis, col. fin. Maranta in tract. de iudiciis, in 4. par. 7. diſtin. num. 40. Bertran. conſ. 247. Gratus conſil. 70. vol. 2. num. 18 Dec. conſ. 303. colum. fin. nume. 24. & Anton. Galleſius in tract. de exercit iuris peritorum. lib. 3. num. 50. audacter affirmant contrariam opinionem, uidelicet, quòd remedium d. c. reintegranda. præſcribatur 30. annorum curriculo eſſe, magis communem. Et ita fuit deciſum in Rota Bononienſi, teſte Petro de Benintendis deciſ. 10. ubi caſu hoc eueniẽte pro eius matura reſolutione, tãquàm ad portum claræ veritatis recurrere poſsis. & ita quoque iudicauit Ioſephus Ludouici, concurrente præſertim bona fide, & titulo pręſcribentis, in deciſ. 59. n. 9. & ſeq. in prima par.

Cõis opin.

¶ In iſto uerò conflictu opinionum ſequor primam partem omiſſo omni multiloquio: quá quidem tanquàm ueriorem tenuit maior pars Dominorum de Rota: vt recenſuit Caſſadorus, in pręcitata deciſ. 6. num. 1. eamque ſequebatur Illuſtris D. Ranaldus Ridolphius Peruſinus pręceptor meus in Gymnaſio Peruſino, viuis, & ueriſsimis rationibus, interpretans l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. & ita tenuit etiam Rota in Placen. caſtrorum, coram Ioan. Paulo de menſe Martij, Aprilis, & Maij 1545. ſecundum Gomeſ. deciſ. 41. & Simon. deciſ. 83.

SVMMARIVM.

1 *REMEDIVM. c. reintegranda. 3. q. 1. licèt non detur contra titulo poſſidentem: ſecundùm communem opinionem; nihilominus ſecundùm alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem d. c. reintegranda conceditur contra ipſum bonæ fidei poſſeſſorem cum titulo.*

OPINIO DCCXXXVI.

1 REMEDIVM. c. reintegranda. 3. q. 1. non cõceditur, nec datur contra bonæ fidei poſſeſſorem cum titulo: uerbi gratia. quando poſſeſsio nullo modo eſt uitioſa, nec poſſeſſor habet cauſam ab authore uitioſo: vt uoluit Bart. in l. rem quæ nobis. ff. de acqu. poſſ. & Soc. poſt alios quàmplures ibi per eum congeſtos num. 12. & iſtam opinionem communem eſſe aſſerit Soc. conſ. 39. in quæſtione quæ uertitur. col. 2. & ſeq. uol. 3. Gozad. conſil. 28. Pariſ. conſ. 1. uol. 1. & cõſ. 28. uol. 2. & Soc. Iu. conſ. 47. & ſeq. uol. 2. & Rubeus. conſ. 4. n. 6. 10. & ſeq. ubi pro hac parte cõſuluit, & cõſ. 167. nu. 9. Spoliatus

¶ Con

¶ Contraria uerò ſententia uidetur magis communis, & practicabilis: vt per Alexan. Iaſ. & Ripam in d.l. rem quæ nobis, Dec. conſ. 57. colū. fin. & conſ. 252. colum. 3. Ioan. de Amicis conſil. 97. colum. 2. Boeri. deciſ. 239. Marant. in tract. de iudiciis in 4. par. 7. diſtin. num. 50. Afflict. deciſ. 361. col. penult. & Caſſadorum deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat. Et ita conſuluit Bertran. conſ. 44. negare non poſſum. num. 1. uol. 5. & Ruinus conſ. 46. numero 6. uol. 1. uidelicet, quòd ſpoliatus debeat reſtitui etiam contra titulo, & bona fide poſsidentem. quam opinionem ſequitur quoque Ioan. Baptiſta Plotus poſt alios quàmplures relatos per eum. in repet. l. ſi quando. C. unde ui. nu. 65. poſt medium, & ita iudicauit Sacrum Cōcilium Neapol. ut refert Afflict. in alleg. deciſ. 361. num. 33. & Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis in deciſ. 33. ſub num. 1. & ita obſeruatur in curia Romana: ſecundùm Ioan. Baptiſtam Bouium in tract. de ſtatut. Vrbis præſcriptione, tit. cont. om. creditores. gloſ. 19. num. 237. & ſeq. Et iſtam partem tanquàm ueriſsimam amplector: ex quo deciſiones Sacri Concilij Neapol. quæ ſub nomine Regis proferuntur hodie in Regno ſuccedunt in caſibus dubiis loco Imperialis interpretationis, de qua in l. fin. C. de legibus; vt per Afflict. deciſ. 169. colum. fin. in fine. Et iſtam ultimam opinionem ſequitur quoque tanquàm magis communem Maranta in tract. de iudic. in 4. par. princ. in 7. diſt. nu. 50. poſt medium, ubi refert, quòd iſta eſt ueritas, & magis communis opinio. Io. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 6. Subditorum noſtrorum. num. 43. Ruinus conſ. 44. num. 1. uol. 4. Petrus de Benintendis in d. deciſ. 33. num. 1. & D. Quintil. Mandoſ. in add. Lapi. in alleg. 51. Lætatus ſum in litera L. & Ioachimus in obſeruatione 85. diſcrepant, centuria 3. ubi meminit ita iudicaſſe cameram Imperialem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CANON reintegranda. 3. q. 1. inducit nouum remedium poſſeſſorium aliàs non competens, & pinguius prouidet, & ſubuenit, quàm lex ſi coloni. C. de agricol. et cenſi. lib. 11. Nam ea lex prouidet quando res fuit uitio affecta: nec poſſeſſio fuit aliquo tempore uitiosè quæſita, & ſic ille canon prouidet ſpoliatis, & eiectis de poſſeſſione quomodocunque, & qualitercunque.*

OPINIO DCCXXXVII.

1 *Spoliatus.* CANON reintegranda. 3. q. 1. inducit nouum remediū poſſeſſorium, & ſic prouidet de nouo remedio competēte etiā ubi alia remedia deficiebant: intantū ꝙ pinguius prouidet, ac ſubuenit, quàm l. ſi coloni. C. de agri. & cenſit. lib. 11. quę prouidet, quando res fuit uitio affecta, & d. c. reintegranda loquitur generaliter, etiam ubi res nō fuit uitio affecta, nec poſſeſsio fuit aliquo tempore uitiosè quæſita; & per conſequens ille canon prouidet ſpoliatis, & eiectis de poſſeſſione iniuſtè quomodocunque, & qualitercunque. Ideò non ab re cōcludunt Doct. quòd ille canon indicat nouum remedium, aliàs nō competens, & pręcipuè Archid. in d. c. reintegranda. Glo. Hoſtien. Ioan. And. Calder. Io. de Ligna. & omnes in c. ad ſedem. extr. de reſtitut. ſpol. ubi Panor. dicit hoc in practica obſeruari quotidie, & ita ſe conſuluiſſe, & iſta eſt cōis opin. teſte Soc. in l. rē quæ nobis. nu. 3. ff. de acq. poſ. Mod. in c. ſæpè de reſti. ſpol. & hoc idem uoluit Lapus, in allegat. 51. ubi ait ita ſemper ſe obſeruaſſe, & practicaſſe, & Corneus Peruſin. conſ. 329. num. 29. uol. 1. ubi aſſeuerat, & recitat hanc eſſe communem opinionem, & deduximus latè ſupra, & idem Corneus conſ. 56. nu. 18. uol. 2. & copiosè Iacob. Menoch. in tract. recup. poſſeſ. remedio. 15. nu. 5. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *AGENS poſſeſſorio recuperandæ, quid debeat narrare in libello, & probare.*

2 *Remedium canonis reintegranda. 3. q. 1. non conceditur amittētibus poſſeſſionem culpa, negligentia, uel iuſta cauſa.*

3 *Officium iudicis competit eccleſiis, minoribus, & abſentibus, qui eorum negligentia ceciderunt à poſſeſſione pro ipſa poſſeſſione recuperanda.*

4 *Remedium reintegrandæ intentatum non requirit, vt in eo deducatur aduerſarium clam poſsidere reſpectu poſſeſsionis.*

OPINIO DCCXXXVIII.

1 POSSESSORIO recuperandæ agens, debet narrare, & producere in libello ſe poſſediſſe, ac propter iniuſtas cauſas cecidiſſe à poſſeſsione, & per illum contra quem agitur res poſsideri, & denique cōcludere ſe debere reintegrari ad ſuam poſſeſsionem, ſeu aduerſarium ſuum condemnari ad reſtitutionem poſſeſsionis: vt per Inno. in c. querelam de elec. in c. ad ſedem, & in c. ſæpè de reſtit. ſpoliat. cum quo ibi omnes communiter ſentiunt, & Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni in c. 6. Subditorum noſtrorum, num. 49. & ita conſuluit Bertrā. conſ. 105. uidi caſum quem mihi exhibuit probus uir. uol. 8. ubi ſimiliter mentionem facit de dicta communi, & non immeritò Doct. hoc tenuerunt. Nam intentanti remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. ſufficit probare antiquiorem poſſeſsionem, quæ poſteà ad ſuum aduerſarium reum conuentum ſine eius facto peruenerit, quòd præſumitur, vt ex dicta cauſa iniuſta poſſeſsio peruenerit ad reum: ſecundùm Bertran. *Spoliatus* *Cōis opin.*

tran.in d.conſil.105.num.2.& tunc probata antiquiori poſſeſsione dicitur ſpoliatio re ipſa probata, & præſumitur nouus poſſeſſor clãdeſtinus, & inuaſor; adeò quòd poteſt condemnari ad relaxandum dictam poſſeſsionem: ſecundùm Bal. in l.pen.colum.fin.C.ſi à non competen. iudice, Innoc.& Doct.in d.c.ſæpè, Lapum in alleg.51.incip.Lætatus ſum, Abb.in d.c.ad ſedem.& in c. ſi diligenti.col. 4. de præſcript. Afflict. deciſ. 317. num.3.& Alciat.in tract.de preſump.reg.2. præſump. 21.& iſta eſt communis opinio.teſte Cur. Iun.conſ.165.num.5. Alciat.in d.præſumpt. 21. & Afflict.in conſtit.Regni incip.circa uiolentiã. num.29.in fin.lib.1. Cõis opin.

2 Nec ab re,ut ſuperius deduximus, libellans ſuper poſſeſſorio in libello debet ponere ſe cecidiſſe à ſua poſſeſsione ob iniuſtam cauſam: quoniam remedium.d.c.reintegrandæ,non conceditur amittentibus poſſeſsionem culpa,negligentia,uel iuſta cauſa: vt tenent Doct. communiter in d.c.ad ſedem, & alij relati per Ioan. Anto. de Nigris in d.c.6.Subditorum noſtrorum. nu. 45. & per Soc.in l.rem quæ nobis.num.8. ff. de acq. poſſ.ubi aſsignant tria exempla, in quibus iſta communis uerificari poſsit, & dictam communem atteſtantur Ripa in d.c.ſæpè num.27.Alex. conſil.6.uol.3.Abb.& alij in c. accedens, ut lite non conteſt.& D. Quintil. Mandoſ. cum cæteris aggregatis per eum in add.Lapi in d.allegat 51. in litera O. ubi eam ſequitur, & meminit ita uidiſſe aliquibus uicibus iudicari. Cõis opin.

3 Sed eccleſiis, minoribus, & abſentibus, qui eorum negligentia ceciderunt à poſſeſsione,cõpetit pro recuperanda poſſeſsione amiſſa eorum negligentia officium iudicis:ſecundùm Hoſtien. & alios communiter in d.c.accedens.Soc. in d. l. rem quæ nobis.numero 9. & Alex. conſ.92. colum.3.uol.1. Cõis opin.

4 Et aduerte,quòd non eſt neceſſe,ut deducatur in remedio ipſo reintegrandæ aduerſarium clam poſsidere reſpectu poſſeſsionis: ſecundùm pulchram deciſionem Rotæ Bononienſis, poſitam in deciſionibus Petri de Belinten.deciſ.33.

SVMMARIVM.

1 *SPOLIATVS non tenetur reſpõdere in cauſis criminalibus contra ipſum motis ante reſtitutionem ſibi factam: quoniam exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum: quia eſt dilatoria non ſolùm ſi accuſetur,ſed etiam ſi inquiratur: ut diſcurritur infra ſub num. 2.*

2 *Exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.*

OPINIO DCCXXXIX.

1 SPOLIATVS non tenetur reſpondere in cauſis criminalibus contra ipſum motis ante reſtitutionem ſibi factam.c.1.3.q.1.quoniam exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum:cùm debeat ſpoliatus ante omnia reſtitui. l. ſi quis ad ſe fundum.C.ad legem Iuliam de ui.pub.& ibi Glo. in c.1.de reſtit.ſpol.Et dicit Ang.in l.ſi maritus. ff. de donat.inter uir.& vxor.quòd ſpoliatus omnibus bonis ſuis, uel maiori parte à tertio: tunc à nemine inquietari poteſt,neque ciuiliter, neque criminaliter, niſi prius & ante omnia reſtituatur,ut ſupra docuimus.Et Bar. in l. naturaliter. §.nihil commune, ait dictam exceptionem eſſe dilatoriam, ideoque impedire debet litem conteſtari:quem ſequuntur omnes Doct.ibi.ff.de acquir.poſſ.Ang.in §.æquè in 39.except. inſtit. de act.& Francus in c.1.in fallen. 22.de lit. conteſt. libro 6. Cõis opin.

2 Sed huiuſmodi exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam: ſecundùm Bar.in d.§.nihil commune,quem omnes ibi communiter ſequuntur:ut referunt Moder. ibi, licèt nonnulli ſenſerint contrarium relati per præcitatos Moder.& per Fulgoſ.in d. §. nihil commune. Cõis opin.

¶ Amplia præfatam concluſionem ita declaratam, ut habeat locum non ſolùm ſi ſpoliatus tradatur in cauſam criminalem per viam accuſationis, ſed etiam per uiam inquiſitionis: ſecundùm Gemin.in c.frequens,de reſtit. ſpol.libr. 6. cuius opinionem atteſtatur eſſe communem poſt alios per eos relatos.Ripa in d. §. nihil commune.numero 55.

SVMMARIVM.

1 *SPORTVLAE non debent ſolui de iure canonico in foro eccleſiaſtico.*

2 *Iudex eccleſiaſticus ordinarius habens beneficia ſufficientia non poteſt à litigantibus petere ſportulas.*

3 *Sportulæ non debentur iudicibus ordinarijs de iure ciuili.*

4 *Sportulas prohibiti recipere, eas recipiendo incidunt in pœnam concuſsionis.*

5 *Iudex delegatus habens ſufficientes redditus non poteſt petere ſportulas à litigantibus.quod procedit in delegatis Papę,non autem in aliis delegatis.*

6 *Conſuetudo diſponens,quòd ſportulæ ſoluantur, ualet & tenet:ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd talis conſuetudo nullatenus ualeat.*

7 *Sportulæ de iure ciuili in foro ſeculari recipi poſſunt per iudices.*

8 *Sportulæ,ſi plures libelli producti ſint in iudicio,utique pro pluribus libellis ſoluuntur,& ſolui debent.*

9 *Sportulę pro libello cumulato reſpiciente unicum intereſſe, non cumulatę & iterata debentur, ſed unica tantùm.*

10 *Sportulæ ſolui debent etiam arbitris.*

11 *Sportulæ arbitro,ſeu iudici per pauperes litigantes ſolui non debent.*

12 *Sportulę non debentur in cauſis ſummarijs:quia debent terminari abſque ſolutione ipſarum ſportularum.*

OPI-

OPINIO DCCXL.

1 SPORTVLAE ſolui non debent de iure canonico in foro eccleſiaſtico: & ſic hoc iure clerici ad ſolutionem ſportularum non tenentur.c.cùm ab omni.de vita & honeſt.cleric. & notat Lallus de Tuſcia in cõſtit.Regni,Cõſtitutionum.num.4. lib.4. ubi hoc ampliat habere locum etiam in pupillis, uiduis, & orphanis.

2 Et hinc eſt,quòd iudex eccleſiaſticus ordinarius habens beneficia ſufficientia,non poteſt à litigantibus petere ipſas ſportulas:ſecundùm Ioã. And.Panor.& cæteros communiter, in d. c. cùm ab omni.per tex.ibi. Cõis opin.

3 Et hoc procedit quoque de iure ciuili,vt ſportulæ non debeantur iudicibus ordinariis:ut probat Ioan. de Graſsis in tract. de ſubſtantialibus procuratorij in rub.ſportulas quaſcunque ſoluẽtes.num.2.& ante eum Anchar.conſil.201. numero 1.& ſeq.

4 Et iſti tales prohibiti ſportulas recipere, eas accipiendo,vtique inciderent in crimen concuſſionis:vt uoluit Specul.in tit.de ſalariis.§. 1. uer. Sed quid ſi delegatus.

5 Similiterque iudex delegatus habens ſufficientes redditus minimè ſportulas recipere poſſet:ſecundùm Abb.in d. c. cùm ab omni. colum. pen.Corſet.in ſing.in uerſ.Sportulæ,& Io. à Graſſis loco de quo ſupra, ubi declarat hoc habere locum in delegatis Papæ, non autem in aliis delegatis: ut affirmat uidiſſe in pract. obſeruari Zaſius in §.tripli. num. 6. inſtit. de act.& Schola de concilio Sapientis lib.3. c.11. poſt princ.

6 Sed ſtante conſuetudine in cõtrarium, tunc profectò de neceſsitate huiuſmodi ſportulæ ſoluendæ forent: ut uoluerunt Specul. in tit. de ſalar.§.1.uer.Si uerò ordinarius,Imol. in l. Pantonius,aliàs ſi uni.de re iud.Glo.& Bar.in auth.offeratur,in uerſ.Sportulis.C.de litis conteſt. Glo. Ioan.Fabr.& omnes in §.tripli.inſtit.de act.&ibi etiam Iaſ.num.46. qui oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionem.Et licet Rom. ſing.180. aſſeueret ſententiam Glo.& Ioan.And.in Clem. ſtatutum de elect.contrariam,uidelicet,quòd talis conſuetudo non ualeat eſſe communem:nihilominus eum reprehendit Corſe.in d.ſing. in uerſic.Sportulæ, & in effectu præmiſſa opinio Spec. cenſetur magis cõmunis,obſeruaturque in practica.teſte Ioan.Ant de Nigris in extrauag. Clementis VII.de uita,& honeſt.cleric. nu. 32. quæ reperitur in fin.ſui repertorij ſuper capitulis Regni,& Rolan.à Valle.conſ. 87. num. 2. cum aliis ſeq.uol.2.ubi hoc latiſsimè diſcurrit. Cõis opin. Cõis opin.

7 De iure uerò ciuili in foro ſeculari, ſportulæ recipi poſſunt per iudicem.l.cùm clericis, & authẽ. ibi poſita,ubi omnes Scriben.no. C.de epiſ. & cleric.& §.ſportularum.auth.de ſan.epiſc.

8 Ideò ſi plures libelli producti in iudicio eſſent,tunc tanquàm pro pluribus ſportulæ ſoluerentur:ſecundùm Bal.in l.edita,in repet.Paduana.colum.15.uer.15.Quæritur quomodo cognoſcimus.C.de eden.

9 Cæterùm aduerte,quòd pro libello cumulato non ſoluerẽtur niſi vnicæ ſportulæ: vt per Bal. eleganter in c.ad ultimum,in fin. arg.illius text. de cauſa poſſeſ. & propriet.ſubdentem ibi,quòd abſque dubio aliquo uerum foret, ſi reſpiceret unicum intereſſe.

10 Debentque ipſæ ſportulę ſolui etiam arbitris:ſecundùm Bart.in l.fin.num. 2 per text. ibi. C.de princ.agen.in rebus,lib.12.Specul.in tit.de arbitr.in §.ſequitur.Flor.in l.ſed,& loci.§. in iudicio.ff.fin.regun. Albet.per text.ibi,in l.Labeo. §. ait prętor.ff.de arbitr.Marc.Ant. Blanc. in tract. de compromiſsis.q.8.num.22.& Ioan.de Arnono in cõmẽtario 104. Nota uenales ſentẽtias, & in comentario ſeq.ubi oſtendit hoc procedere quoque de iure Regni Neap.

11 Sed tales ſportulæ ipſi iudici, ſeu arbitro per pauperes litigantes ſolui non debent:ſecundùm Gloſ.Henric.Boic.& cæteros in d.c. cùm ab omni,in uer.Pręter.Bal.in auth.generaliter.colũ.1. C.de epiſc.& cleric.Gerar.in ſing.73.Iaſ. in d. §. tripli.col.pen.Marc.Ant.Blanc.in d.q.8. nu. 22. Io.Ant. de Nigris in d.extrauag. Clemẽtis. VII. num. 33. ubi luculenter, & doctè more ſuo hoc interpretatur,& Io.de Arnono in cõmẽtario 30.

12 Et ita conſuluit Rolan. in d.conſil.87.numero 16.cum cæteris ſeq.ubi num.21. cum aliis ſignatis per eum,firmat hoc habere locum etiam in cauſis ſummariis,quę terminari debent abſq, ſolutione ſportularum, & ait iſtam eſſe communem theoricam. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTA contra uenditorem,etiam in pœnalibus cenſentur facta, & condita contra emptorem ratione correlationis:licèt de eo in ſtatuto non fiat mentio, & econtra quando eſſet eadem ratio.*

2 *Statutum deuetus bladorum non ligat clericos pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum.*

3 *Statutum deuetus bladorum non obligat,nec ligat emptores, & uenditores,& conductores forenſes non diu commorantes in loco ſtatuti: quia forenſes ipſi prǽſumuntur ignorare ſtatuta loci.*

OPINIO DCCXLI

1 STATVTA contra uenditorem etiam in pœnalibus cenſentur facta, ac condita contra emptorem ratione correlationis ubi eſt eadem ratio:ſecundùm Bart.& Doct.in l.1. C. de cupreſſ.lib.11.tex.eſt in l.fin. ubi Iaſ.& Scriben. omnes,

omnes.C.de ind.uid. toll. Euerardus in ſua centuria.num.76.in loco à correlatiuis. Et ratio pręfati ſtatuti uidetur iſta: quia ſtatutum puniens uenditorem, cenſetur punire etiam emptorem, eſto, quòd in ſtatuto de emptore nullum uerbũ factum fuiſſet; & econuerſo ſtatutum puniens emptorem bladorum, uidetur punire etiam uenditorem, eſto quòd de uenditore nulla mentio fuiſſet facta, quando eſſet eadem ratio: ſecundũ Euerardum in præallegato tract. de centũ mod. argum. ubi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & Fabian. de Monte Sancti Sauini in tract. contractuum. in 2.q. princ. circa fin. & iſtam cõmunem ſequitur, & tenet Abb. & omnes Canoniſtæ in procemio decret. Bart. Io. de Platea. cæterique Legiſtæ, in d.l.1.C. de cupreſ. Bar. Ang. Iaſ. & Doct. in d.l. fin. C. de indi. uid. toll. Curt. Sen. conſ. 11. Statuto, &c. nu.7. Dec. in l. ſicut bonis. num.7.C. de in ius uoc. Dom. de Sancto Gemin. in c. eos. §. clericis. colum. fin. de temp. ordi. in 6. *Cõis opin.*

2 Limitatur iſthæc opinio communis, quòd ex dicto ſtatuto deuetus bladorum non ligantur clerici pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum: ſecundùm Ripam in tract. de peſte, in tit. de pręſ. remed. contra peſtem, in parte incip. Deuenio nunc ad modum, & normam ubertatis conſeruãdæ. num.122. & in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. q.40.

3 Limitatur ſecundo loco, quòd nec ligatur emptor, uel uenditor, aut conductor forenſis ex diſpoſitione præfati ſtatuti, ubi probabiliter ignorabant diſpoſitionem iſtius ſtatuti, putà quia non diu commorati fuiſſent in loco ſtatuti: quo caſu forenſis præſumitur ignorare ſtatuta loci: ſecundùm Ripam in d. parte. Deuenio, numero 120. & ſeq. & Gandinum, in tit. de reb. non portandis contra deuetum, uer. Sed ſtatutum eſt l. fin. ff. de decre. ab ordi. facien. &c.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM potius intelligi debet ſuperfluum, & nihil operari, quàm quod quis indebitè damnum patiatur.*

2 *Statutum, quòd executio inſtrumenti fiat contra hæredem, ſicut fieri poterat contra defunctum, non habet locum in hęrede cum beneficio legis, & inuentarij, ne indebitè damnum patiatur.*

OPINIO DCCXLII.

1 STATVTA potius intelliguntur ſuperflua, & nihil operari, quàm quòd quis indebitè dãnum patiatur: ſecundùm Gloſ. communiter ab omnibus Scriben. approbatam, in l. fi. quam ibi Bar. ſummè extollit. C. de iur. deliber. ubi Bartol. poſt Glo. ibi. *Cõis opin.*

3 Quòd ſi ſtat ſtatutum, quòd executio inſtrumenti fiat contra hęredem, ſicut fieri poterat cõtra defunctum, huiuſmodi ſtatutum profectò non habebit locum in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, nè ille indebitè damnum patiatur; licèt & ipſe propriè ſit hęres, & conſequenter uerba ſtatuti illum comprehendant. & de prædicta communi atteſtantur Moder. in d.l. fi. & Doct. in tract. de ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM condere, & conſuetudinem inducere poteſt quilibet populus iuriſdictione carens: & omnes aliæ Ciuitates Principum dominio ſuppoſitæ habent facultatem legis condendæ ex poteſtate ipſis à lege conceſſa.*

2 *Statutum, quamuis collegia, & vniuerſitates iuriſdictione carentes condere valeant ſuper rebus ſuis: tamen pœnam adijcere, imponereque in ipſo ſtatuto nequeunt, ſecus ſi iuriſdictionem haberent.*

3 *Statutum fieri poteſt à capitulo, & canonicis abſque epiſcopo, dummodò ſit licitum, & non concernat uniuerſalem ſtatum eccleſię, nec iura epiſcopalia, ſed de ſe ipſis, & diſtributionibus, uel capitulo certo modo faciendo.*

OPINIO DCCXLIII.

1 STATVTA condere, & conſuetudinem inducere poteſt quilibet populus, ſeu collegium iuriſdictione carens, & omnes aliæ Ciuitates Principũ dominio ſuppoſitæ, legis condendę habent facultatem ex poteſtate ipſis à lege conceſſa circa negocia ſpectantia ad ipſas vniuerſitates, & collegia: ſecundùm Alberi. Bal. & omnes Legiſtas, tam antiquos, quàm etiam Modernos, in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. quorum opinionem dicit eſſe communem ibi Iaſ. in 2. lect. num.2. & 26. contra Bart. contrarium inibi aſſeuerantem. ſequitur Ang. conſ. 139. uiſis omnibus ſtatutis. col. 2. Aret. conſ. 8. abundè ſatis, & ſufficienter, in fin. Canoniſtæ omnes in c. quod clericis, de foro competen. Alex. conſ. 177. viſo themate. col. 11. num. 2. & Natta, qui ait hanc eſſe communem ſententiam, conſ. 12. contra ea, quæ aliàs allegaui. num. 1. uol. 1. & Moder. in c. fin. de conſuetud. & Sigiſmun. Loffredus cõſ. 14. num. 25. & Lallus de Tuſcia in conſtitutione Regni prima, Poſt mundi machinam. nu. 12. lib. 1. *Cõis opin.*

2 Vbi firmat etiam quòd ipſa collegia, ac Vniuerſitates nullam iuriſdictionem habentes, quãuis poſsint facere ſtatuta ſuper rebus ſuis: tamẽ pœnam adijcere, ſeu imponere in eiſdem ſtatutis non poſſent aliquo modo; ſecus uerò ſi iuriſdictionem haberent: ſiquidem tũc eis licitum, permiſſumq́ue foret pœnas imponere in mentionatis ſtatutis.

3 Et ſi

3 Et ſimiliter quoque poteſt fieri ſtatutum à capitulo,& canonicis abſque epiſcopo,dummodò aliàs ſit licitum, & non concernat vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, nec iura epiſcopalia, ſed de ſe ipſis,putà de diſtributionibus, uel capitulo certo modo faciendo. ita eſt Gloſ. in c. conſtitutionem.§.1.de uer.ſig.in 6.& uide etiam in c. cũ aliquibus de reſcrip.eod. lib.

SVMMARIVM.

1 *DEBITOR non poteſt renunciare præſcriptioni ſtatutariæ decurſuræ in merum odium creditoris negligentis petere debitum:ſecundùm unam cõmunem opinionem,licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

2 *Debitor renunciare poteſt preſcriptioni decurſæ; quia iura redire non patiuntur ad ius ſemel renunciatum.*

OPINIO DCCXLIV.

1 STATVTARIAE præſcriptioni, & ſic inductæ à ſtatuto debitor renunciare non poteſt in merum odium creditoris negligẽtis petere debitum, per ea quæ ponunt Barto. & alij Doct.maximeque Iaſon & Crotus in l nemo poteſt. ff. de leg. 1. & alij quos citat Pariſ.conſilio 92.num.6.vol.3.& iſtam opinionem Bartol. atteſtatur eſſe communem Bal. in tract.de præſcrip.in 6.part.princ.q.6.Paul. de Caſtr.in l.1.§.ſi uia.ff.de uſucap.& Pariſ. in rubr. de preſcript.nu.32. poſt alios in dictis locis congeſtos per eos. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò opinionem inclinauit Dyn.Bal.Florian.Imol.Ioan.And. Ant. de Butr. & alij Docto. citati à Iaſ. in dicta l. nemo poteſt, nume.83.& à Fely.in rubr.de præſcript.& à Pari.in præcitato conſilio 92. nume. 43. volum. 3. vbi citat Fabian.& Moder.atteſtantes hanc ſententiam eſſe communem. *Cõis opin.* Sed tamen in tam uariis iuris noſtri interpretum ſententiis quid concludendum? Ego caſu eueniente indubitanter, tam in conſulendo, quàm in iudicando ſemper amplecterer primam opinionem Bartol. tanquam ueriorem, communiorem, & frequentiorem.

2 Hæcque tamen opinio Bartol. ita retenta procederet, quando quis renunciaret preſcriptioni ſtatutariæ decurſuræ: preſcriptioni uerò iam decurſæ itaque renunciare quilibet poteſt: vt per Bartol. & alios in dicta l. nemo poteſt, & maximè per Crotum n.113. in 6.fallentia, & ponit Roma.conſ.201.num.5. quia ad ius ſemel renunciatum iura redire non patiuntur.l. quæritur.§.ſi uenditor.ff.de ædil.edict.ponit Pariſ. conſil.65.num.20.uol.3.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM in rubrica diſponens, uel præmittens quòd filia dotata non ſuccedat in bonis aſcendentium,ſi nigrum non diſponat niſi de bonis maternis,uel auiæ,nullum uerbum addendo de bonis paternis, cenſetur excludere filiam à bonis paternis, vt diſcurritur infra nume. 2. cum aliis ſequentibus.*

2 *Rubrica generalis habens rubricam perfectam non reſtringitur per nigrum.*

3 *Rubrica generalior nigro poteſt allegari ad deciſionem cauſarum,quando rubrica habet orationem perfectã.*

4 *Statutum diſponens, vt filia fœmina non ſuccedat,intelligitur in bonis dotantis, licèt de eo ad quem ius dotandi ſpectat nigrum ſtatuti nihil dicat.*

5 *Succeſſio patris comprehenditur per extenſionem ex mente ſtatuentium collectam;quia ſi ſtatuentes extitiſſent interrogati de ſucceſſione patris idem æquè diſpoſuiſſent, ſed omiſerunt tanquàm rem claram.*

OPINIO DCCXLV.

1 STATVTI rubrica diſponens,vel præmittens quòd filia dotata non ſuccedat in bonis aſcẽdentium, nigrum verò prædictæ rubricæ, ſeu ſtatuti non diſponens niſi de bonis matris, uel auiæ, nullum uerbum addendo, ac faciẽdo de bonis paternis, hoc caſu filia non poteſt ſuccedere in bonis paternis:ſecundùm Pau.de Caſt.conſ.83.uol.2 preſens caſus modicam &c.in nouis,& Ioã. Cephalum cum aliis relatis per eum conſ.146.nu.1.uolu.1.Io.Bapt.Bouium,in tract. de ſtat. urb. præſcrip.tit.cont.om.cred. Gloſ. 19.nume.61. cum aliis ſequen.

2 Et ratio allegatæ doctrinæ uidetur iſta: quia rubrica generalis habens rubricam perfectam non reſtringitur per nigrum : vt omnes Moder. pleno ore fatentur, in dicta lege prima. ff. ſi certum petatur. *Cõis opin.*

3 Imò dic fortius, quòd prædicta rubrica generalior nigro poteſt allegari ad deciſionem cauſarum,& pro textu,& lege:ſecundùm Barto.in d.l. 1.Quod intelligunt omnes Scriben.ibi communiter, quando rubrica habet orationem perfectam,vt ſupra docuimus, & tenet etiã Alex.cõſ. 13.in prin.uol.3.cõſ. 180.maturè digeſtis.col.1. uolum.2.Corn.conſil.67.planè quidem.colũ. 2. lib.1.& conſ.104.col.3. eod. uol. & conſ.182.& hac conſultatione.col.2.uol.2.quam quidem cõmunem ultra alios iam congeſtos ſequuntur, & atteſtantur Alex.& Dec.in 2.lect.in d.l. 1. & Io. Cephalus,in d.cõſ.146.nu.1.& omnes Mod. corroborant ſimiliter dictã doctrinam Pau.de Caſ. per deciſionem Pet.Gerar.in ſing.7. *Cõis opin.*

4 Quòd ſi ſtatutum diſponat, ut filia fœmina non ſuccedat, debet intelligi in bonis dotantis, & per

& per Iaſ.in l.quoniam nouella.col.fin. C. de inoffi.teſt.licèt de eo,ad quem ius dotandi ſpectat, nigrum nihil dicat.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit,per ſeptem fundamenta Iaſ. in d. l. 1. quibus omnibus reſpondet Dec.Niger, & Mantua ibi, & quã optimè reſpondebat reſidendo cũ doctrina Pau. Caſt.fortiſsimis,& nouis fundamentis,quæ omitto breuitati ſtudendo, Illuſtris D. Ranaldus Ridolphius Peruſinus, ſingularis præceptor meus Iureconſultorum eloquentiſsimus, & acutiſsimus hac tempeſtate, dum cum Peruſij ſuperioribus annis publicè audiebam.& cum dicta doctrina Pau.de Caſt.tranſeunt omnes Doct.communiter in locis mentionatis. Cōis opin.

5 Corroboratur vlterius præfata opinio Pau. Caſt. quòd per extenſionem ex mente ſtatuentium collectam comprehenditur ſucceſsio patris:quoniam inficiari nequit aliquo modo, ꝙ ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati de ſucceſsione patris,quod idem æquè diſpoſuiſſent, ſed omiſerũt tanquàm clarum: utpote quia maior erat dubitatio de ſucceſsione matris,cùm bona non deſcedãt à familia agnatorum,& iſta eſt cõmunis opinio:vt per Soci.conſ.128. Alex.conſ. 83. & 122. uol.3.& Alciat.in d.l.1. col. 2. & mihi videtur ꝙ ſit probabilis iuri conſona & æqua ſententia: quia hoc ſtatutũ eſt fauorabile,ſecundùm Bal.in l.maximum uitium.C.de liber.præteritis. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM imponens pœnam nouam in dubio uidetur recedere à pœna iuris communis.*

2 *Statutum,ſeu conſuetudo, vt ultra pœnam iuris imponatur pœna pecuniaria,ualet.*

3 *Epiſcopus poteſt adiuuando canonem imponere nouam pœnam, dummodò non procedat ex radice cupiditatis.*

OPINIO DCCXLVI.

1 STATVTVM imponens nouam pœnam, in dubio propter impoſitionem huiuſmodi pœnę,uidetur procuIdubio receſſum, præcipueque in dubio à pœna iuris communis,& duntaxat ſtatuti pœna attenditur:vt per Bar.in l.data opera.col.5.C.qui accuſa.&c. & in l. 2. circa fin. C.de rebus creditis, & in l. qui ſepulchra propè fin.C.de ſepul.viol.ubi Saly.col.4.cum aliis latè congeſtis per Marſil.in pract. crimi. in §. quæritur.num.5.& ſeq. vbi hoc idem tenet, & firmat, & ita totus mundus,& practica obſeruat: vt aſſeuerant omnes Doct. paſsim, & in c. de cauſis de of.deleg.præſertimq; Dec.ibi n.86.& Alb.in tractatu de ſtatu.in 8.q.primæ partis: licèt Abb. in d.c.de cauſis aſſeueret contrarium,quem non nihil taxant Moder.inibi,& iſta opinio uidetur magis communis.teſte Marſilio in pract.crim. in §. quęritur,nu.5.& 6. Cõis opin.

2 Cęterùm vbicunque ſtatutum,ſeu conſuetudo diſponeret,vt ultra pœnam iuris imponatur etiam pœna pecuniaria, indubitanter quidem ualeret, & teneret, & utraque pœna exigi poſſet:dũmodò ſtatutum hoc nõ emanet,ſcaturiatque ex radice cupiditatis,& auaritiæ.

3 Poteſt enim epiſcopus adiuuando canonem nouam imponere pœnam.vt in Clemen.ne Romani iuncta Gloſ.in uer. Tolli. de elect. Abb. in cap.licèt col.2.de pœnis,& Ioan.And.in c.fin.de offic.archipresby.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM requirens,exigenſque pro forma tres citationes non ſufficit ſeruari per æquipollens, & ſic non ſufficit una citatio pro omnibus,ſed quis debet in præſenti caſu neceſſariò ter citari.*

2 *Citatus ſemel reſpondens nolo uenire,etiam quòd ter citari debeat,non exiguntur aliæ citationes.*

OPINIO DCCXLVII.

1 STATVTVM diſponẽs, quòd quis debeat ter citari, & ſic ſtatutum requirens tres citationes pro forma:tunc quippè nõ ſufficeret una citatio pro omnibus: quia non ſufficit ſtatutum ipſum ſeruari per æquipollens: ſecundùm Glo.communiter approbatam in Clemen. 1. de vita,& honeſt.cler.Bald. in c. ex literis in fin. de conſtit.& in c.ex inſinuatione.de reſcrip.in l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu hom.& in l.2.C.quomodo, & quando iudex,Alex.conſ.137. in cauſa, & lite uol.2.Fely.in c. cùm dilecta. numero 9.de reſcri. & Dec.in cap.conſuluit de offi.deleg. nume. 88. Soc.conſilio 24.column.7.& conſ.33.col.3.& conſil.59.uol.1.& Iaſ.in l.1.num.24.ff.de liber.& poſthu. ubi ponit iſtam eſſe communem opinionem,& dicit etiam mirabilem Barbat.licèt eam non ſequatur in d.c.ex literis. num. 16.cum aliis ſequentibus. Cõis opin.

2 Sed iſta communis opinio limitatur nõ procedere,vbicunque citatus ſemel reſponderet nolo uenire:tunc enim aliæ citationes non requirerentur, etiam ſi alioqui trina citatio exigeretur; & ſic ſi quis deberet ter citari, ſufficeret ſemel ſi diceret ſe nolle uenire: vt uoluit Ab.in c.cũ parati de app.& in d.c.cõſuluit,& ibi Fel.col.4. & Alex.cõſ.81.ſtantibus his,quæ in ſuperiori themate proponuntur.n.4.vol.4.ubi perhibet iſtam eſſe magis cõem opinionem,& ſequitur Bertr.cõſ. 182.poſtquàm conſtat & apparet.numer. 2. fol. 232.uol.3.ultimæ impreſsionis. Cõis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 CITATVS præſumitur præſens in iudicio etiam quocunque modo in iudicio reperiatur: & conſequenter ſtatutum exigens pro forma citationem alicuius in aliquo caſu non cenſetur forma tunc prætermiſſa, ſi ille fuit præſens in iudicio, & intelligebat ea, quæ agebantur, quia citatio ipſa pro forma requiſita æquipollenter impleri poteſt.

OPINIO DCCXLVIII.

1 STATVTVM requirés pro forma citationem alicuius in aliquo caſu: non uidetur forma tunc prętermiſſa, ſi ille fuit præſens in iudicio, & intelligebat ea, quæ agebantur; & ſic citatio pro forma requiſita æquipollenter impleri poteſt, & ſtatutum uerificatur in æquipollenti, ſi citandus fuerit præſens in iudicio, licèt non citatus: ſecundũ Ioan. And. in c. fi. de elect. in 6. in nouell. Iacob. But. & Bal. in auth. ſi omnes. col. 2. C. ſi minor ab hęreditate abſtineat, Ang. Imol. & reliquos communiter in l. de uno quoque. ff. de re iud. Roma. in l. 1. col. 5. ff. de arbitris, Fely. in c. cùm dilecta ſub nu. 11. de reſcrip. & Iaſ. in l. 1. ff. de in ius uoc. & in l. 1. nu. 15. ff. de liber. & poſthu. & iſta eſt cõmunis opinio: ut per Doct. in d. l. de unoquoque, & in locis præcitatis, & per Barbat. in c. in pręſentia. nu. 4. de probat. ubi eam vtiliter explicat, & ampliat. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 NOMEN propriũ expreſſũ in inſtrumento ſi ſit ſingulare, et de ſe notũ ita validat inſtrumẽtum ipſum, quemadmodũ ſi expreſſum in eo extitiſſet nomen, pronomẽ, & cognomen. Et ſic ſi ſtatutum diſponeret, ut non ualeret inſtrumentum, in quo expreſſum non foret per notarium nomen proprium, & pronomen, & cognomen contrahentis, ualeret nempè, & ſi per expreſſionem ſolius nominis ſatis certi eſſe poſſemus, inſtrumentum non valeret non aliter, quàm ſi expreſſum eſſet nomen, pronomen, & cognomen.

OPINIO DCCXLIX.

1 STATVTVM diſponens ut non ualeat inſtrumentum, in quo expreſſum nõ ſit, ac appareat per notarium nomen proprium, pronomen, & cognomen contrahentis, ualet & tenet: & tunc ſi per expreſſionem ſolius nominis ipſius contrahentis ſatis certi eſſe poſſemus, & ſic ſi nomen proprium expreſſum, & poſitum in inſtrumento eſſet ſingulare & de ſe notum, inſtrumentum utique valeret non aliter, quàm ſi expreſſum extitiſſet nomen, pronomen, & cognomen: ſecundùm ueram, & communem opinionem: quam latè ſequitur, & ſimul tuetur Bal. Caſtren. Imol. Cuma. Aret. Alex. col. 2. & Dec. in l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. fac. poſſ. Anchar. in reg. ea quæ fiunt, de reg. iur. in 6. Domin. & Imol. in cap. 2. de præſcrip. Bal. & Saly. in l. fin. C. de ſenten. quę ex breuic. Abb. conſ. 93. in quęſtione quæ ad præſens uertitur, ſub num. 4. uol. 2. Dec. in cap. 2. de teſtib. Fely. in c. cùm dilecta. num. 10. de reſcript. Alex. nu. 8. Iaſ. nu. 5. cum aliis ſeq. Soc. nu. 8. & Alciat. nu. 10. in l. 1. ff. de lib. & poſth. qui oſtendunt iſtam eſſe communem ſententiam. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 MVLIER prohibita per ſtatutum ſe obligare ſine conſenſu conſanguineorum, non poteſt etiam facere pactum de non petendo, & liberare debitorem mediante quietatione. & ſic ſtatutum hoc obtinet locum etiam in quietatione ipſa.

2 Mulier prohibita per ſtatutum contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, cenſetur etiam prohibita liberare debitorem.

OPINIO DCCL.

1 STATVTVM diſponens, quòd mulier nõ poſsit ſe obligare ſine conſenſu, & licentia duorum cõſanguineorũ: hoc caſu certè non poſſet facere pactum de non petendo, & ſic liberare debitorẽ mediante quietatione. Vndè ſtatutum hoc obtinet locum etiam in quietatione abſque conſenſu ipſorum conſanguineorum: ſecundùm Bar. & omnes communiter in l. Męuia. §. 1. ff. ſolu. mat. Fulgoſ. conſ. 39. col. fin. Soc. conſ. 86. præſens conſultatio. nu. 26. uol. 4. Roma. conſ. 394. Bened. Vad. in add. Fely. in c. fin. num. 17. in fin. de foro compet. Tiraq. in legis connub. Glo. 5. nu. 4. & ſequẽ. Bar. Caſtren. col. pen. Fulgoſ. & Iaſ. num. 21. in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ubi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

2 Quæ ꝓcederet qñ mulier ipſa per ſtatutum prohiberetur ſe obligare; ſecus uerò ſi ꝓhiberetur cõtrahere abſq; cõſenſu dictorũ conſanguineorũ: tũc enim ſcdm Ang. & Alex. in d. §. pact⁹ ne peteret, mulier non intelligeret prohibita liberare debitorẽ. ſed cõtrariũ tenet, & benè Iaſ. ibi n. 25. cum aliis relatis per eum, & iſta eſt magis communis opinio contra Ang. & Alex. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, ſeu conſuetudo diſponens, ꝙ villa teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinę, uel alterius delicti in ſuo territorio commiſſi, non obligat uillam ipſam, niſi damno legitimè per ueras probationes uerificato, nec iuramentum ſufficeret, & conſequenter iuramentum ſuper amiſſione rerum deferri nequit contra uillã, & homines ipſius.*

OPINIO DCCLI.

1 STATVTVM, ſeu conſuetudo diſponens, ꝙ uilla teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinæ, uel alterius delicti in ſuo territorio commiſsi, prout uiget in Regno Neapolitano huiuſmodi ſtatutum, vt in conſtitutione. Si damna clandeſtina lib. 1. tit. de homicidiis, & dãnis clandeſtinis, & ibi copioſè Grãmat. tunc non obligatur Villa, nec tenetur emendare damnũ, niſi dãno ipſo legitimè per veras probationes demonſtrato: nec iuramẽtum ſufficeret. Et ſic in iſto caſu, in quo agitur de dolo alieno, & ficto ſuper amiſsione rerum prædictarũ, iuramentum deferri non poteſt contra Villam, ſeu homines Villæ: ſecundùm Ioan. And. in add. Specul. in tit. de rapto. Io. de Imol. Henric. Boic. & cęteros omnes in c. fi. ext, de iis quæ ui, Cæpol. conſ. 18. n. 12. & 23. Alber. de Roſa. in tract. ſtatut. in 2. par. q. 64. Itẽ retento. Bal. & Saly. in l. ſi quando. C. vnde ui, ubi etiam Io. Bapt. Plot. nu. 757. & Iaſ. nu. 37. qui ſcribit iſtam eſſe communẽ opinionẽ. quam cõmunem ſequuntur quoq; idem Iaſ. Duaren. nu. 51. Zaſi. & cæteri Mod. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Faber. col. pen. Ant. Petrut. nu. 345. & Cagnolus nu. 127. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, & Pariſi. conſ. 158. num. 27. uol. 4. ubi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & Gram. in d. conſtitut. Si damna clandeſtina. num. 16. & Bertrã. conſ. 298. Dixi in aliis allegationibus meis, ſub num. 2. uol. 8. *Cõis opin.*

¶ Sed hodie in Regno ita uſu receptum eſt, vt Vniuerſitates non teneantur ſarcire dãna illata in ſuis territoriis per fures, & alios prędones, & pręſertim illę quæ ſoluere conſueuere pro cuſtodiendis ipſis territoriis ſalarium de regio praecepto Circitori, ſeu ut vulgò uocant Bariſello campeſtrię. Et ita uidi ſuperioribus annis iudicari in Sacro Concilio in cauſa magnifici Petri Pezzitti, & Ludouici Dominici meorum ciuium, qui dum prętendiſſent cõſequi à Ciuitate Therami, & ab Vniuerſitate, & oppido Pelegræ, bona eorum furto ſubtracta in ſuis territoriis; ab eodem Sacro Concilio extitere penitus excluſi ab eorum petitione, & deſiderio: ex quo oſtenſum apparebat ipſas Vniuerſitates ſoluiſſe, & ſoluere antedicta ſalaria Bariſello.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd inſtrumentum publicum habeat executionem paratam contra debitorem ſcriptum in inſtrumẽto, extenditur ad hęredem etiã, qui in inſtrumento deſcriptus non ſit; quia ex mente ſtatuti virtualiter, & mentaliter hęredis quoque perſona in ipſo inſtrumento comprehenſa uidetur.*

2 *Statutum diſponens inſtrumenta publica habere executionem paratam, interpretatur ſi forent liquida, aliàs non haberent executionem ipſam.*

3 *Statutum de inſtrumentis exequendis intelligitur de ueris, non de ſimulatis, & falſis.*

OPINIO DCCLII.

1 STATVTVM diſponens inſtrumentum publicum habere executionem paratã contra debitorem ſcriptũ in ipſo inſtrumento ualet, & tenet: & tunc licèt hęres re uera in inſtrumento deſcriptus non ſit; nihilominus ex mente ſtatuti ipſe hæres comprehenderetur, & ſic virtualiter, & mentaliter hæredis quoque perſona compræhenſa in ſtatuto ipſo intelligeretur: ſecundũ Ang. & Imol. in l. 1. in prin. ff. de his quę in teſt. delen. Bal. in l. 1. C. quor. leg. per tex. ibi, Alex. conſ. 18. n. 16. uol. 5. Ang. Imol. Caſtr. & Alex. in l. poſtulante. ff. ad Treb. Dec. ſub nu. 4. & Cagnol. nu. 1. & ſeq. in l. hæredem. ff. de reg. iur. & iſta eſt cõmunis opinio: ſecundùm pleroſque ex citatis Doct. *Cõis opin.*

2 Et aduerte ꝙ dicta ſtatuta, quę reperiuntur ferè in omnibus ciuitatibus Italię, diſponentia inſtrumenta habere executionem paratam, intelliguntur, ac interpretantur ſi eſſent liquida; aliàs non haberent executionẽ ipſam: vt per Barba. in c. ſignificantibus. nu. 132. cum aliis ſeq. de libelli oblat. Alex. conſ. 95. nu. 1. uol. 1. & ita cõſuluit Bertrã. conſ. 33. uol. 3. ac ita firmat etiam cũ aliis quãplurimis relatis per eum Marinus Freccia in tract. de repreſentatione inſtrumentorũ ſecundum formã ritus, par. 7. in prin. nu. 15. fol. 17. & D. Carauita etiam, uir quidẽ acutiſsimi ingenij, in ritu 166. nu. 7. & in ritu ſequenti. nu. 4.

3 Necnon ſtatutum hoc de inſtrumentis exequendis intelligi deberet etiam de ueris, non autẽ de ſimulatis, & falſis. ita Bar. in l. 1. §. parui. colũ. 1. ff. quod ui, aut clam, Bal. in l. fi. §. in cõputatione. col. fi. C. de iu. deli. & in auth. ex cauſa. col. fi. C. de libe. præter. Ang. in l. 2. §. teſtamentum, quemad. teſt. aper. & Alex. conſ. 82.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM præter legem inferior à Principe condere poteſt, ſed ſtatutum contra legem ſuperioris facere nequit.*

OPI-

OPINIO DCCLIII.

1 STATVTVM præter legem, licèt inferior à Principe condere poſsit: ut in l. ius ciuile, ubi Doc. & Iaſ. ff. de iuſt. & iur. nihilominus regulariter inferior ipſe à Principe ſtatutum contra legem ſuperioris facere nequiret: ſecundùm Ant. & Imol. in c. fin. ext. de tranſact. Doct. omnes in l. ſi. per tex. ibi. C. de teſta. Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. ubi Iaſ. poſt alios, Bal. & Imol. in l. ex duobus. §. ſin. ff. de vulg. & iſta eſt communis opinio. quã ſequuntur quoque, & citant Alex. num. 4. Iaſ. in 2. lect. nu. 13. & Annibal. nu. 44. cum aliis ſeq. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM iubens, quòd ſcholares tractentur in omnibus ut ciues, interpretatur, vt ipſi ſcholares non perdant priuilegia ſcholariũ, quę ante habebant ultra ciues.*

2 *Honor ſuperueniens non mutat conditionem priorem, quamuis augeat ſtatum.*

3 *Tabellio factus Doctor non deſinit eſſe tabellio.*

4 *Dignitas maior ſuperueniens non tollit priuilegium minorum dignitatum pręcedentium.*

5 *Epiſcopus liberatur à patria poteſtate ob dignitatem epiſcopalem. quod intelligitur quoad cõmodum ſuũ, non autem quoad incommodum.*

OPINIO DCCLIV.

1 STATVTVM diſponens, iubensq́ue, ꝙ ſcholares tractẽtur vt ciues in omnibus: interpretatur, vt ob hoc ipſi ſcholares non perdant priuilegia ſcholarium, quæ ante habebant ultra ciues: ſecundùm Ang. & Imol. in l. talem. §. 1. per illum tex. ff. de hær. inſt. Bar. Bal. Ang. Fulg. Caſtren. Roma. Alex. Corn. Franc. Aret. Iaſ. & cæteros omnes cõmuniter in l. ſi Rufinus, per illum tex. C. de teſt. mil. Bertach. in tract. de gabel. in 7. par. q. 19. Fely. in c. dilectus. il 2. col. 5. de reſcri. & Iaſ. qui hoc limitat in l. eum qui, in 1. not. ff. de iureiu. & cõſ. 59. col. 3. uol. 3 Dec. conſ. 457. & Ripa in lib. 1. interpret. 1. in reſpon. defuncto. num. 44. *Cõis opin.*

2 Et hoc cõprobatur per tex. in l. falſa. §. ſed ſi cui. ff. de cond. & dem. ubi honor ſuperueniẽs nõ mutat conditionẽ priorẽ, quãuis augeat ſtatũ.

3 Ex quo not. Bal. ibi quòd tabellio factus Doctor non deſinit eſſe tabellio.

4 Cõprobatur etiã per tex. in l. cos. C. de excu. mun. lib. 10. ubi maior dignitas ſuperueniens nõ tollit priuilegiũ minorũ dignitatũ pręcedentiũ: vt & ibi not. Io. Plat. qui adducit concord. Vndè qui reputatur dignus in vna dignitate, ſi poſteà eligatur ad alterã, etiã tunc dignus debet reputari. c. accipimus, de æta. & qua. & c. geſta. 74. diſt.

5 Cõprobatur quoq; poſtremò ꝑ tex. in auth. ſed epiſcopalis, & per not. per Doct. ibi. C. de epi. & cler. ꝙ licèt epiſcopus liberetur à patria poteſtate ob talẽ dignitatẽ, ut ſcripſimus ſupra in Opinione Filium. n. 1. id tñ intelligitur ad ſuũ cõmodũ, non autẽ incõmodum: vt voluere Guil. de Cun. Cy. & Bal. in l. item in poteſtate, & in l. nepotes. ff. de his qui ſunt ſui, uel alien. iuris.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM prohibens alienationem fieri in forenſes rerum immobilium ualet, & tenet.*

2 *Statutum prohibens alienationem fieri in eccleſiam, uel clericos, etiam in minoribus ordinibus conſtitutos non valet.*

3 *Statutum prohibens tacitè, uel expreſsè alienationem bonorum immobilium fieri in eccleſiam, eccleſiaſticaſque perſonas minimè ualet.*

4 *Statutũ prohibens alienationẽ fieri in eccleſiã, & eccleſiaſticas perſonas procedit in alienatione uoluntaria, non autẽ in alienatione neceſſaria, & ſic in datione in ſolutũ facta à debitore coacto per iudicem in iudicio.*

OPINIO DCCLV.

1 PER ſtatutũ fieri poteſt prohibitio alienationis, ſcilicet, ꝙ non valeat alienatio rei immobilis in non ſubditũ: ſecundùm Bart. in l. filiusfa. §. Diui. ff. de leg. 1. Barb. in rub. de reb. eccl. nõ alie. nu. 8. Cagnolum in l. ſi. nu. 179. C. de pact. Dec. conſ. 661. nu. 1. & iſta eſt cõis opinio: vt deducunt Scriben. oẽs in d. §. Diui, præſertimq́; Soc. Iun. nu. 161. & ſeq. & alij Mod. & ponemus copioſè infra in Opinio. Statutum prohibens alienationem. *Statutum.* *Cõis opin.*

2 Quę quidem cõis limitatur non procedere in eccleſia. Nã ſtatutũ ipſum prohibens alienationẽ in forenſes non includit eccleſias, monaſteria, uel eccleſiaſticas perſonas, licèt iuriſdictioni ſtatuentis non ſubiaceant: eis igitur facta alienatio ualebit non obſtante ſtatuto ipſo: vt uoluit Bar. in d. §. Diui. cum quo tranſeunt oẽs Doct. cõmuniter: vt per Alex. Iaſ. Crot. Soc. Iun. nu. 166. cum aliis ſeq. & cæteros ibi per Barb. in c. ꝙ clericis. nu. 15. cum aliis ſeq. de foro comp. per Caſtr. in l. iubemus. nu. 3. C. de ſacroſan. eccle. & in l. vt inter diuinum, ſub nu. 6. Iacobum Mandellum. conſ. 8. nu 9. Dec. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 245. de conſt & Crot. col. 23. & Ferdi. Loazes. colum. 81. in d. §. Diui, ubi ampliant etiam in clericis in minoribus conſtitutis ordinibus. *Cõis opin.*

3 Eſt benè uerũ, quòd ubicunque non tacitè, ſed expreſsè prohiberet per ſtatutũ alienatio. bonorũ immobiliũ faciẽda in perſonã eccleſiaſticã: tunc teneret, & ualeret, nec conditum cenſeretur contra libertatem eccleſiæ: ſecundùm Bal. in

c clerici, de iudiciis, poſt Signorolum de Homodeis in conſ. 18. vbi Barba. nu. 71. cũ aliis ſeq. refutat, & benè iſtorũ opinionem, & in d. c. ꝙ clericis, nu. 15. cum aliis ſeq. poſt Anch. relatum ibi per eũ. Et ſic indiſtinctè, ſeu prohiberetur alienationẽ fieri expreſſe in perſonã eccleſiaſticã, ſeu tacitè, & generaliter, procedit dicta cõis opin. ꝙ dictum ſtatutum non comprehendat eccleſias, eccleſiaſticaſq; perſonas: vt uoluit etiam Bar. poſt Oldr. in d. l. inter diuinũ, & Natta cum quadam modificatione, & utili declaratione. conſ. 280. de iure communi ſub nu. 3. & ſeq. uol. 2.

4 Limitatur ſecũdò eadem communis opinio non habere locum in alienatione neceſſaria, ſed uoluntaria, & ſic in datione in ſolutum facta à debitore per iudicem coacto in iudicio: ſecundũ Albe. de Roſa. in 2. par. ſtatut. in 2. q. uerſ. Ex prædictis, ubi deducit iſtã eſſe cõmunem opinionẽ: cui inhæret Alex. in caſu ſimili. conſ. 52. uiſo themate, & ſtatutis duobus. nu. 4. uol. 1. & Capic. deciſ. 99. in cauſa Michaelis. nu. 3. cũ aliis ſeq. Alias uero multas limitationes, & oẽs quidẽ vtiles refert, ac ponit Barba. in rub. de reb. eccl. alien. uel non. 1. q. & Crot. in d. §. Diui. — *Cõis opin.*

S V M M A R I V M.

1 *STATVTVM loquens de contractu non cõprehendit aliter contractum ſtipulationis: & per conſequens ſtipulatio non comprehenditur ſub ſtatuto loquente de contractu.*

2 *Statutũ loquens de contractu cõprehendit contractũ ſtipulationis quotieſcunq; in eo contractu procederet ratio ſtatuti, ſcilicet, uel expreſſa in ſtatuto, uel quæ poſſet unica aſſignari.*

3 *Statuta debent ampliari, & reſtringi ſecundùm eorum rationem.*

OPINIO DCCLVI.

1 STATVTVM loquens de contractu, non comprehendit aliter contractum ſtipulationis: & ſic ſtipulatio ipſa non cõprehenditur ſub ſtatuto loquente de contractu: ſecundũ Bart. in l. Labeo. in 2. ff. de uer. ſig. Io. de Imol. & Alex. in l. 5. in prin. ff. de uer. oblig. Ang. Aret. inſtit. de oblig. ex quaſi contract. Iaſ. in l. 1. ff. de pact. Alciat. in d. l. Labeo, & Soc. Iun. in rub. ff. de uer. oblig. nu. 312. & Cagnolum in l. 1. nu. 146. cũ aliis ſeq. ff. ſi cer. pet. qui oſtendunt iſtam eſſe cõmunem opinionẽ, licèt & malè Dec. cõſ. 379. uideatur aſſerere contrarium, ac ponere pro expedito quòd ſtipulatio comprehendatur ſub ſtatuto. — *Cõis opin.*

2 Eſt benè uerum, ꝙ iſta cõis limitari poſſet, vt ſtatutum ipſum loquens de contractu cõprehẽdat etiam contractum ſtipulationis, ubicunq; in eo contractu procederet ẽt ratio ſtatuti ſcilicet, uel expreſſa in ſtatuto, uel quę poſſet vnica aſsignari: ſecundùm Doct. communiter, vt tradit Iaſ. in d. l. 1. ff. de pact. in 5. not. & in d. l. 5. ff. de uer. oblig. col. 2. & Alciat. in d. l. Labeo.

3 Et licèt de huiuſmodi limitatione Iaſ. in d. l. 5. dubitet; nihilominus de ea aliter non eſt dubitandum: cùm hoc in ſtatutis potiſsimum ſit, vt debeant ampliari, uel reſtringi ſecundùm eorũ rationem. l. libertum. la 2. §. ſenatuſcõſultum. ff. de ritu nup. Bar. in l. iura. la 1. in fin. ff. de iuſt. & iur. & Doct. hoc paſsim tradunt.

S V M M A R I V M.

1 *STATVTVM diſponens, ꝙ qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus, amplius petere non poſsit, non ualet, nec tenet tanquàm nutritiuum peccati.*

2 *Statutum permittens expreſſè præſcriptionem cum mala fide non ualet.*

OPINIO DCCLVII.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus, utputà intra decenniũ, amplius petere nõ poſſit, valet & tenet: ſecundùm Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam. nu. 4. ff. de uſucap. & in l. cùm notiſsimi, in prin. C. de præſcr. 30. uel 40. annorũ. in l. ambitioſa. n. 14. ff. de decret. ab ord. facien. in l. legaui. ff. de liber. leg. in l. cùm mulier. ff. ſol. mat. & in l. nemo poteſt. nu. 22. ff. de leg. 1. ubi concludit in fortioribus terminis, ꝙ intantùm uerũ eſt de ualiditate præſati ſtatuti, ꝙ non poteſt pacto renunciari: vtpote, quia eſt introductum in fauorem publicum, & in odium negligentis. & iſtam Bar. ſententiam ſequitur Iaſ. in prin. inſtit. de act. num. 100.

¶ In contrariam uerò partẽ inclinauit ipſemet Bar. reuocando ſententiã, iudiciumq; in melius, in rep. l. omnes populi. nu. 24. ff. de iuſt. & iure, ꝙ dictũ ſtatutũ non ualeat tanquã nutritiuũ peccati. cui opinioni inhæret Imol. in d. §. ſi viã, ubi concludit ueriorẽ eſſe opinionem Bar. in d. l. omnes populi, & idẽ Imol. aſſerit eam eſſe cõem conſ. 16. nu. 1. & in conſ. 46. nu. 2. Afflic. in conſt. Neap. lib. 3. rub 31. nu. 4. Bertran. conſ. 84. nu. 5. uol. 2. Crotus in d. l. nemo põt. col. 30. & ibi Rip. nu. 116. Alciat. in l. quinq; pedũ, col. 6. C. fin. reg. Thom. Ferrat. poſt alios quãplures congeſtos ibi per eum, in cautela 38. nu. 2. Frã. Balbus in tract. de præſcrip. in 2. par. 3. par. prin. q. 13. & ſeq. Gomeſ. in prin. inſt. de act. nu. 67. Gozad. cõſ. 56. nu. 13. Gabriel Saraynæ in add. Mattheſ. in ſing. 23. & nouiſsimè Ant. Galleſius. in tract. de formulis cameralis obligat. ſuper form. came. oblig. 3. q. nu. 11. fol. 123. licèt dicat ibi prædictum ſtatutũ non ſeruari in Vrbæ Romæ. Et ſic ex allegatis mihi ſequendam fore cõſtitui opinionẽ cõmunem, — *Cõis opin.*

pro

pro qua ſententia eſt text.in c.ſi virgo,in verſ. ſi autem ſciuerit.34.q.2.& in c.fin.cum ſimilibus, de præſcrip. Et dato quòd præcitatum ſtatutum valeret;nihilominus deberet interpretari quando adeſſet bona fides in præſcribente: quia exiſtens in mala fide non præſcribit.

2 Et ſi dictum ſtatutum permitteret expreſsè præſcriptionem cum mala fide, utique non valeret:ſecundùm Ioan.And.Bart.Bal.Ancha.Imol. & Ant. de de Butr. in locis citatis à Franco in c. poſſeſſor de reg.iur.in 6.num.5.vbi refert Imol. dicentem hanc opinionem eſſe communem, & ſequitur etiam cum magna caterua Doct.relata per eum, & ſcribit eſſe magis communem, & limitat Gabriel Saraynæ in d. ſing. Mattheſil. 23. licèt Bart.in d.§.ſi viam, aliud voluerit, & malè: ſecundùm Imol.ibi relatum à Franco,& Alexan. conſil.99.num.9.volum.4. Et licèt aſſerat Ferrarien.in ſua pract. Papienſ. in for.reſponſionis rei conuen.in Glo. in uer.præſcriptionis, quòd ipſa opinio Bart.obſeruetur in practica, & Mar. Soc. conſil.203.ſimiliter perhibeat communem eſſe; nihilominus in deciſiuis noli aliter recedere à dicta prima ſententia tanquam ſacroſancta,ac magis tuta,magis communi,& uera. Cōis opin.

¶ Interpretatur, ac limitatur etiam antedicta cōmunis in principio poſita in duobus alijs caſibus relatis per Gabrielem Saraynæ in addit. Mattheſil.in d.ſing.23.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM ſecundum licèt imponat minorem pœnam primo in pecunia pro eodem delicto,non ob id cenſetur tollere pœnam primi, etiam ſi in ſecundo ſint uerba geminata.*

OPINIO DCCLVIII.

1 STATVTVM vnum ſi pro maleficio imponeret pœnam mille librarum, aliud verò ſtatutum pro eodem maleficio imponeret pœnam quingentarum librarum tātùm,per hoc non cenſetur correctū aliud ſtatutum imponens mille librarum pœnā: ſecundùm Bart.eleganter in l.3.§. cùm Titio. ff. de adimen.leg.quem ſequitur Alex.in l.1. C. de bon.poſſ.contra tab.Aret.conſil.27.colum.pen. Corn.conſil.172.colum.3.lib.4. Dec. in l.1. col. 28.uerſ.vltimo non obſtat.ff.de offic.eius,& in l. 1.col.3.C. de bon.poſſ. contra tab. vbi ait quòd hoc procedit,licèt verba ſint geminata:quia adhuc per ea non inducitur correctio. quod etiam voluit idem Dec.conſ.281.in fin. allegans Alex. conſil. 130. colum. 2.lib. 4. ſed contrarium, & malè videtur uelle idem Dec.conſ.2.col.pen.

¶ Et quòd per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris:uoluit Rom.conſil.456. colum.1.Dec.conſ.87.colum.fin.Iaſ.in d.l.1. C. de bon.poſſ.contra tab.colum.fin. Veruntamen contra iſtam partem arguit idem Iaſ.in d.l.1. ff. de off.eius.colum.2.& in d.l.1.colum.3.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.& in l. ſi conſtante.ff. ſol. matr.colum.15.verſ.quartò adde, ubi ait,quòd imò induci debet correctio iuris, ex quo aliàs diſpoſitio taxatiua nihil operaretur: quia ſumitur argumentum à contrario ſenſu, & ad correctionem iuris communis, quando aliàs in ſenſu dicto nihil operaretur.tandem audacter fatetur ipſe Iaſ.quòd in practica difficilè eſſet obtinere cōtra Bart.ex quo non habemus contradicentem; & ſic iſta Bart.opinio eſt communis: vt per Doctores ſupra citatos. Cōis opni.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM vltimum debet diſtingui,& interpretari ſecundùm ſtatutum antecedens, cùm vnum ſtatutum declaret aliud.non enim præſumitur correctio anterioris ſtatuti, niſi conſtet de mente ſecundi ſtatuentis.*

2 *Alternatiua,vel de iure,aut ex forma ſtatutorum reſoluitur quandoque in coniunctam ex mente ſtatuentium,ut euitetur correctio,& contrarietas.*

3 *Statutum præcedens,& ſubſequens ad inuicem contraria inter ſe reperta, per ſecundum tollitur primum, ſi verò aliqua limitatione, vel diſtinctione adiuuari, & concordari poſſint,nunquam primum ſtatutum tolleretur per ſecundum.*

OPINIO DCCLIX.

1 STATVTVM vltimū debet diſtingui, & interpretari ſecūdùm ſtatutum antecedens: cū vnum ſtatutum declaretur per aliud.l. non eſt nouum.ff. de legib.l.ſi ſeruus plurium.§. fi.ff.de leg.1.Bart.in l.1.§.1.ff.quod ui,aut clam, Pariſ.conſil.54.num.10.volum.2.Nec præſumitur correctio antecedentis ſtatuti, quando non conſtet de mente ſtatuentium voluiſſe corrigere antecedens ſtatutum: ſecundùm Io.de Imol. in l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolu.matr.quem ſequitur Alex.conſil.107.num.6.vol.5.& Iaſ. poſt Gloſſ. communiter approbatam,& alios Doct.in l.ſciēdum.ff.qui ſatiſd.cogan. vbi Iaſ.nume.4.qui dicunt, quòd quando non conſtat de mente condentis legem nouam, quòd uoluit corrigere legem antiquam,quòd lex noua tunc etiam generaliter loquens diſtingui,& intelligi debet per iura antiqua. allegant iura,de quibus ibi per eos. Cōis opin.

2 Hinc Pariſ.conſil.44.nume.9.cum tribus ſeq. volum.1.in terminis ſtatuti Bononiēſis ſub rub. de præcep.facien. &cæt.ne illud contrarietur ſtatuto

tuto ſub rub. de cauſa reductionis laudi ad arbitrium, &cæt. dixit alternatiuam, vel, in ſtatutis reſolui in copulatiuam, ne unum ſtatutum contrarietur alteri.

3 Prædictiſque accedunt aurea dicta per Bart. in tract. de reprimen. in uer. non obſtantibus, vbi dicit, quòd ſi ſtatutum præcedens, & ſubſequens eſſet omninò contrarium per ſecundum tollitur primum: ſi verò alia limitatione, vel diſtinctione adiuuari, & concordari poſſunt, nunquam primũ ſtatutum tollitur per ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM triplex concurrens in impoſitione eiuſdem pænæ pecuniariæ contra portantem arma, inſultantem, & percutientem exeuente caſu percuſſionis non habet locum, niſi pro vna pœna tãtùm impoſita contra percutientem: quia aliæ pænæ confunduntur cum iſta.*

OPINIO DCCLX.

1 STATVTVM puniẽs in aliqua Ciuitate arma ferentem pœna cẽtum: aliud ſtatutũ puniens inſultantem aliquem eadem pœna cẽtum, & aliud ſtatutum in eademmet Ciuitate puniens vulnerantem aliquem pœna centum, quomodò intelligantur iſta tria ſtatuta, & interpretentur, dic, quòd ſtantibus dictis ſtatutis ſi euenerit caſus, quòd Titius vulnerauit Mœuium cum armis, non punitur pœna 300. videlicèt, pœna centum pro armis, pœna centum pro inſulto, & pœna centum pro uulnere: quia portatio armorum, & inſultus confunditur: vt per Glo. notabilem, & ſingularẽ, in l. qui de crimine. C. de accuſ. quam ſequuntur omnes Scriben. communiter ibi: vt de iſta communi atteſtatur Iaffredus in deciſ. 95. Idem tenet Bar. in l. quemadmodum. §. illud. ff. ad l. Aquiliam, & in l. inficiando. §. illud. ff. de furt. circa fi. Ioan. And. in add. Spec. in titu. de homicid. ſuper rub. ubi uulgata eſt quæſtio, Bal. in l. quicunque. C. de ſeruis fug. colum. 1. in l. diuortio. colum. 2. ff. ſol. matr. & in l. aduerſus, in fin. C. de furt. Anchar. conſ. 272. de titulis &c. colum. pen. Gand. in tract. maleficiorum, ſub rubr. de pœnis reorũ. colum. 10. ver. pone inſuper &c. Abb. & alij in c. 1. de pœnis ext. & Alber. de Roſa in tract. ſtatutorum in 2. par. q. 29. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM prohibens alienationem in forenſem ualet.*

2 *Statutum prohibens vendere extraneo, forenſi fauorabile eſt tanquam principaliter conditum ob publicam vtilitatem, vt ipſi poſſidentes bona immobilia ad onera grauari poſſint, & exactio illorum facilior ſit.*

OPINIO DCCLXI.

1 STATVTVM prohibens alienationem in forẽſem, valet & tenet: ſecundùm Bart. in l. fin. colum. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Bald. & Ang. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam. Bart. Angel. Imol. Alex. Iaſ. & cæteros omnes communiter, in l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de leg. 1. Alex. conſil. 56. colum. fin. vol. 1. conſil. 154. volum. 3. conſil. 53. volum. 3. & conſ. 126. colum. 1. volum. 5. Ioan. And. Anch. Domin. & Francum, in c. fin. de immun. eccleſ. lib. 6. Ruinum conſil. 49. circa fin. volum. 3. & Tiraq. cum alijs copiosè ſignatis per eum in tract. de vtroq; retract. in præfatione. num 14. & Dec. conſ. 661. num. 1. & Rip. num. 79. in d. §. Diui. vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõm opin*

2 Et huiuſmodi ſtatutum prohibens vendere extraneo, aut forenſi, non ſolùm tenet, vt ſupra, ſed fauorabile eſt etiam tanquam principaliter conditum ob publicam utilitatem, vt poſſidentes ipſi bona immobilia ad onera grauari poſſint, atque exactio illorum facilior ſit: ſecundùm Alex. conſil. 116. colum. pen. uolum. 6. Paul. Caſtren. conſil. 342. colum. 2. Signorolum conſil. 31. num. 3. & 5. & Ripam in reſponſo. 2. nume. 11. & in d. §. Diui num. 79. 80. & 102. Et cùm ſtatutum hoc varijs, diuerſiſque interpretationibus neceſſarijs quippè egeat: ideò vide Io. Cephal. conſil. 161. vol. 2. illud ibi fuſiſsimè declarantem.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM imponens pœnam vendentibus rem immobilem forenſibus, non excuſat hæredem damnatum à teſtatore in teſtamento vendere: quia ob præceptum teſtatoris de vendendo forenſibus non excuſandus eſt ipſe hæres à pœna præfati ſtatuti.*

OPINIO DCCLXII.

1 STATVTVM imponens pœnam uendentibus rem immobilem forenſibns, non excuſat aliquo pacto hæredem damnatum à teſtatore in teſtamento vendere: quia ob præceptum teſtatoris de vendendo forenſibus non excuſandus eſt ipſe hæres à pœna præfati ſtatuti. l. ſenatus. ff. de leg. 1. & ita tenent omnes Scriben. communiter, in l. cætera. §. fi. eod. tit. vbi Doct. de iſta com- *Cõis opin.*

communi audacter atteſtantur, & Iaſ. in l. iuſtè poſsidet. num. 18. & ſequen. ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ In contrariam verò partem inclinauit con ſulendo cum alijs relatis per eum Lauren. Sylu. conſ. 26. nu. 17. tamen quicquid ipſe ſuadeat, ſequor communem præmemoratam.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM diſponens, quòd inuentus de nocte cum armis puniatur tanta pœna, intelligitur ſi apprœhendatur, non autem ſi teſtibus conuincatur.

2 Statutum præcipiens, quòd nullus proficiſcatur de nocte ſine lumine, vel cum armis ſub tali pœna, comprehendit etiam fœminas.

3 Statutum dictans, quòd nullus audiatur volens exceptionem opponere, quòd pactum ſit nullum compre hendit etiam fœminas.

4 Statutū prohibens veſtes, vel alia portare ſub aliqua pœna, non punit niſi apprehenſos cum rebus ueſtitis.

5 Statutum puniens portantes veſtes vetitas certi valoris, non punit, nec comprehendit mulierem, quæ fecit veſtem ipſam fieri, ſed non portauit.

6 Statutum cauens, quòd ſi quis inuenerit bannitum con ſequatur centum florenos, non habet locum vt prēmiū conſequi poſsit, ſi inueniret ſimpliciter, niſi apprehenderet bannitum ipſum.

7 Statutum præcipiens, vt inuentus in ludo teſſerarum puniatur aliqua pœna, non punit teſtibus conuictum, ſed apprehenſum tantum.

8 Statutum puniens aliquem ſi de nocte reperiatur in alterius ædibus, non punit viſum in ipſis domibus, ſed ſolummodò apprehenſum.

9 Statutum puniēs adulterantes artem lanæ non punit inuentum adulterare, ſed ſolummodò apprehenſum.

10 Statutum puniens portantes arma non habet locum in paruis cultellis idoneis ad ſcindendum pennas, vel panem.

OPINIO DCCLXIII.

1 STATVTVM diſponens, quòd inuētus de nocte cum armis puniatur tanta pœna: tale ſtatutū intelligitur dūtaxat punire apprehēſos, nō autem teſtibus conuictos: & ſic in caſu præſenti teſtibus conuictus non incideret aliquo modo in pœnam ſtatuti huius: ut per Bart. col. 7. Ang. Imol. Caſtren. Rom. Alex. Aret. & alios magis communiter in l. 1. ff. de acquir. poſſ. Marſil. in l. qui falſam monetam. nu. 33. ff. ad l. Cornel. de fal. in l. is qui cum telo. nu. 45. C. ad leg. Corn. de ſicar. & in ſua practica crim. in §. pro complemento. num. 24. & in ſing. 395. dubitarunt Doct. &c. in quibus quidē locis ipſe refert omnes Doct. in contrariam ſententiam inclinantes: tamen opinio Bar. & ſequacium videtur communis: vt atteſtatur Iaſ. & Ripa nu. 53. & ſeq. in d. l. 1. & Soc. & Moder. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poſſ. Ang. de Aret. in trac. maleſ. in uer. dictus Andreas armatus. n. 7. & Caſsā. in cōſuet. Burgūdiæ in tit. 1. §. 1. in ver. *Aduenues, & trouees*, ubi meminit ita extitiſſe iudicatū Mediolani, dum ipſe aſſeſſor ibi reperiebatur. Et licet cōtrariam partem ſuſtinere conetur Bartholomæus Romuleus in d. l. 1. de acquir. poſſ. num. 162. cum alijs ſequen. aſſerens ibi eam veriorem fore; nihilominus in deciſiuis noli aliter recedere à præmemorata communi, tanquam tutiſsima, quam intonant obſeruari in practica Io. de Imola, & Rom. in d. l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. poſſ. & facit. l. nunquam. §. theſaurus. ff. de acq. re. domin. & l. ſi Barſatoram, & ibi Bal. Ang. & alij omnes. C. de fideiuſſ.

Cōis opin.

2 Imò amplia iſtud ſtatutum præcipiens, quòd nullus proficiſcatur de nocte ſine lumine, uel cū armis ſub tali pœna, comprehendere etiam fœminam: ſecundùm Cyn. & Bald. in l. quicunque. C. de ſer. fugit. colum. 5. Marſil. in repet. l. vnicæ. nume. 266. C. de raptu virg. & Socin. nepotem conſil. 1. nu. 91. lib. 1. & in conſ. 3. nu. 19. eod. lib.

3 Idemque videmus in ſtatuto diſponente, ꝙ nullus audiatur uolens exceptionem opponere, quòd pactum ſit nullum, iſtud ſtatutum comprehendere etiam fœminam: vt uoluit Bald. in l. in multis. ff. de ſta. hom. quia ſtatutum loquitur in materia, quæ eſt par maribus, & fœminis, in qua uiget eadem ratio. l. fin. C. de indic. vid. tollen.

4 Et idem videmus in ſtatuto prohibente mulieres portare ſub aliqua pœna veſtes precioſas, gemmas, margaritas ac alia, niſi eſſet nobilis, uel illuſtris mariti vxor, prout extat pragmatica etiam in Regno Neap. promulgata de anno 1559. ſuper ueſtium & caligarum permiſsione, refrenatione, aut moderatione, ſub pœna in ea expreſſa, & poſita in libro pragmaticarum titu. de ueſtium, & caligarum moderatione, & prohibitione. pragmatica .cum 4. ſeq. & tunc portans ueſtes prohibitas uigore prædicti ſtatuti, & pragmaticæ non incidit quippè in ipſam pœnam, niſi apprehendatur cū rebus uetitis: ſecundùm Angel. in auth. de ſanc. epiſc. §. reuerendiſsimis. col. 9. Bald. in §. item lapilli, inſtit. de rerum diuiſ. & Alber. poſt Iacobum de Aret. in l. quod ait lex. de adult. per illum tex. & iſta eſt communis opinio: atteſtante Ant. Gomeſ. in l. Tauri. 45. nume. 50. & Iulio Claro in pract. crim. receptarum ſententiarum. §. fin. q. 82. ſub ſtatuto 6. *Cōis opin.*

5 Et ſimiliter hoc ſtatutum puniens portantes ueſtes uetitas certi ualoris, non punit, nec cōprehendit mulierem, quæ fecit ueſtem ipſam fieri, ſed non portauit, & ſic non cadit in pœnam ſtatuti: ſecundùm Felyn. in tract. de conatu, poſt Dominicum in c. auaritiæ. colum. fin. de elect. in 6. & ſequitur Marſil. in l. qui falſam monetam. nu. 29.

num.29.ff.ad leg.Cornel.de fal.vbi ponit alium caſum ſimilem.

6 Idemque concludendum eſt in altero ſtatuto cauente, quòd ſi quis inueniret bannitum cõſequatur centum florenos: tunc profectò non ſufficeret inueniſſe bannitum ipſum,niſi apprehenderet, ad hoc vt præmium propoſitum conſequatur: ut uoluit Alber.in l. licet. C. de acquiren. poſſeſſ.

7 Idem etiam dicendum eſt in ſtatuto præcipiente,vt inuentus in ludo teſſerarum aliqua pœna puniretur, hoc caſu ſi non foret apprehenſus quantumuis teſtibus conuictus reperiretur, nulla pœna coerceri poſſet:ut firmauit Alber.in d.l. quod ait lex,& in 2.par.ſtatutorum.q.118.

8 Idem cenſendum quoque eſt in ſtatuto puniente aliquem, ſi noctu in alterius ædibus reperiretur:eo quippè caſu quamuis uiſus eſſet,ſi tamen apprehenſus non foret, pœna mulctandus non ueniret aliquo modo:vt plenè cõſuluit Alexan.conſil.24.animaduerſis.col.9.uol.2.

9 Item Veronenſis conſil.23. Spectabiles domini prætores.colum.1.meminit defendiſſe quẽdam, qui adulterauerat lanæ artem contra ſtatuti ipſius artis prohibitionem, quòd iſte reus non erat puniendus, etiam quòd inuentus eſſet artificia lanæ adulterans: quia hoc caſu neceſſariò dicti adulterãtis apprehenſio requirebatur.

10 Poſtremò ſtatutum puniens portantes arma: interpretatur etiam non habere locum in paruis cultellis idoneis ad ſcindendum pennas, uel panem; & ſic de illis non intelligitur aliquo pacto:ſecundùm Glo. in verſ.Cultellis,in auth. de arm.quam ſequũtur,dicuntq; ſingularem Aret. in tract. maleficiorum.in uer.Vno ſtocco ferreo, poſt princ.Ioan.de Platea in l.1.C. vt uſus arm. lib.11.Ang.in l.1.ff.ad leg.Iul. de ui pub. Alex. in l.fin.eod.tit.Ioan.de Anan.in c.lator in princ. de homicid.Rom.in l.1.§. occiſorum. ff. ad Syllan.Corn.conſil.77.colum.fina.volum.2.Cotta in memorali in uer. Armorum offendibilium appellatione, & Ioan. de Arnono in ſoliloq.71.Regni conſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM imponens pœnam pecuniariam, vel corporalem percutienti aliquem,non multiplicat pœnam contra percutientem cum bidente,vel tridente.*

2 *Statutum ſi dicat,quicunque dederit alapam puniatur in centum. ſi quidam tunc in eodem impetu inferat tres alapas,non punitur pro pluribus alapis,ſed vna pœna tantum:ſecus ſi ex interuallo.*

OPINIO DCCLXIIII.

1 STATVTVM imponens pœnam centum ducatorum, uel aliam pœnam minorem, ſeu maiorem pecuniariam,ſeu corporalem percutienti aliquem:quomodò eſt intelligendum, vbicunque Titius vulneraret, aut percuteret Sempronium vno ictu cum bidente, vel tridente? dic ꝙ hoc caſu uigore prædicti ſtatuti non debet puniri niſi de vno vulnere:ſecundùm communẽ opinionem,quæ ſeruatur in practica quotidie:vt meminit Ang.Aret. in tract. maleficiorum, in uer. & ipſum Titium,num.111.& ibi Auguſt.in add. & Marſil.in l.ſi in rixa.nume.15.ff.de ſicarijs, & in pract.crim.in §. pro complemento. nu.19. in quibus locis nonnihil aperit mentẽ dicti ſtatuti. Cõis opin.

2 Et quemadmodum ſtatutum hoc non multiplicat pœnam contra percutientem: ita etiam ſtatuto diſponente,quòd quicunque dederit,intuleritque alapam alicui puniatur in centum. ſi quidam tunc in eodem impetu,&ſic ſimul & ſemel intulerit tres alapas, non puniretur vtique pro pluribus alapis,ſed vnica tantùm pœna:ſecus verò ex interuallo:ſecundùm Abb.in c.1.de pœn.& Barbat.in c.1.quod met.cauſ.in c.fin.de raptor.& in c. in præſentia de probat. & eſt text. & ibi Bart. in l.illud.§. ſi idem.ff.ad leg.Aquil.& Bald.in l.quoties.§.ſi quis poſtea.ff.de hæred.inſtit.vbi allegat Gloſſ. in l. qui de crimine in uer. Plurima.C.de accuſ.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM prohibens, quòd non poſſit extrahi frumentum extra ciuitatem,habet locum in extrahente farinam.*

1 *Statutum vetans exportari vinum extra territorium ſub pœna, comprehendit etiam extrahentem vnum bucale tantùm.*

3 *Statutum puniens amouentem pecuniam vniuerſitatis,procedit etiam in amouente vnum tantum denarium.*

4 *Contrauentio minima, vbi adeſt iuramentum maximè præiudicat.*

5 *Teſtium audientia in ciuilibus,licèt vltra dictam committi nequeat: tamen hoc non procedit ſi quis modicum vltra trahatur.*

6 *Dieta dicitur duplex, vulgaris, & legalis. vulgaris intelligitur ſecundum conſuetudinem regionis. legalis uerò intelligitur de viginti miliaribus. Et aliquando dieta accipitur pro itinere vnius diei.*

7 *Statutum puniens inuentum exportare frumentum extra territorium,punit non ſolùm perſonaliter apprehenſum,ſed etiam teſtibus conuictum, ſecundùm ſingularem opinionem aliquorum Doctorum.*

8 *Statutum ius commune inſequitur, & ſecundùm ius commune interpretandum eſt.*

9 *Statutum puniens apprehenſum frumentum exportantem extra territorium, punit etiam teſtibus conuictum: quia paria ſunt apprehendere, & teſtibus conuincere.*

10 *Statutum prohibens ſub pœna extrahi frumentum ſuper equo,aſino,vel curru extra territorium,habet locum etiam contra portantem frumentum ſuper humeris proprijs, vel collo bouum: quia ſtatutum con-*

ſidera

ſiderauit factum exportationis, non autem modum exportandi.

11 *Statutum puniens extrahentem frumentum extra territorium non comprehendit illum, qui ante conditum ſtatutum incœpit exportare, & ſic in actu extrahendi reperiebatur tempore publicati ſtatuti: quia tunc initium ſpectatur, non autem illud quod poſtea ſuperuenit.*

12 *Statutum prohibens, & puniens extrahi frumentum extra territorium non habet locum in extrahente ſui vſus cauſa, & occaſione.*

13 *Iuramento portantis res extra territorium ſui vſus cauſa, & pro neceſſitate ſtatur de iure, dummodò hoc veriſimile ſit, aliàs ſecus.*

14 *Iuramento probatur clericum ferre res cauſa vſus ſui, ſuæq; familiæ, niſi rerum, & perſonarum qualitas aliud ſuadeat.*

15 *Vectigal, ſeu datium ſoluendum non eſt pro rebus, quæ pro vſu ſuo proprio, & familiæ vehuntur.*

16 *Conſuetudo, quòd datium ſoluatur pro rebus, quæ ſui vſus gratia vehuntur non valet.*

17 *Statutum prohibens deferri annonam extra territorium non ligat eccleſias, & clericos quin poſſint extrahere annonam, quam colligunt ex prædijs ſuis.*

18 *Statutum prohibens extrahi frumentum extra territorium ſub pœna, habet locum in extrahente originaliter de ſuo territorio, ſecus ſi aliunde portaretur per tranſitum.*

19 *Statutum prohibens non portari, adduciq; vinum in ciuitatem collectum extra illius fines, non comprehendit eccleſias, & clericos.*

20 *Statutum puniens emptores, vel extractores bladorum extra territorium non ligat ignorantes: quia forenſis præſumitur ignorare ſtatuta illius territorij, niſi diu morati ſint in dominio ſtatuentium.*

21 *Statutum in dubio ita eſt interpretandum, ut non comprehendat forenſes.*

22 *Conſuetudo immediatè compulſiua, & prohibitiua, aut pœnalis non extenditur ad forenſes, ſed mediante aliquo facto, vel delicto intra territorium commiſſo eos ligat: quia delinquendo conſentire videntur.*

23 *Statutum penale prohibens extractionem frumenti de territorio non ligat minorem.*

OPINIO DCCLXV.

1 STATVTVM prohibens, quòd non poſsit extrahi frumentum extra ciuitatem: amplia ac intellige habere locū etiam in extrahentibus farinam: ſecūdùm Bart. in l. quæſitum. §. illud. ff. de legat. 3. & in l. Cæſar la 2. num. 16. ff. de publi. & uectig. Iaſ. in l. non dubium. nume. 40. & 45. C. de legib. Boniſa. in tract. maleficiorum, in rub. quid ſit accuſatio. colum. 16. uerſ. quidam. Maranta in tract. de iudicijs, in princ. num. 20. & Ripa, in tract. de peſte, in titu. de remedijs ad conſer. ubertatem. nu. 75. vbi atteſtatur hāc eſſe communem opinionem, *Cōis*
& Gandinus in tract. malef. in rub. de rebus non *opin*
portandis contra deuetum. nu. 4.

2 Amplia ſecundò ſtatutum diſponens, quòd non poſsit exportari uinum extra territoriū ſub pœna, quòd minimè poſsit vigore iſtius ſtatuti extrahi unum buchale uini: vt uoluit eleganter Bald. in l. Barbarium. C. quæ res exper. non poſſ. Afflict. conſtit. magiſtros ſyndicatores in 6. nota. Barbat. conſil. 57. volum. 1. in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obligationib.

¶ In contrariam uerò partem, malè inclinauit Iaſ. in l. 2. num. 26. ff. de iuriſdict. omn. iud. & Tiraq. in tract. de iudic. in rebus exig. ferendo, in limit. 32. fol. par. 53.

¶ Et ſic ſtatutū hoc prohibēs extrahi vinum, comprehendit etiam vnam metredam, ſeu amphoram, ut ſupra, cauſa guſtus. & huic opinioni videntur accedere Doct. omnes, & præſertim Iaſ. reuocando ſententiam in melius in l. non dubiū colum. 11. C. de legib. & incertus author in trac. de crim. læſæ maieſtatis, quæſt. 8. num. 3.

3 Quæ quidem opinio Bal. & ſequacium ita retenta, & amplexa comprobatur primò. Nam ſtatutum puniens amouentem pecuniam communis, obtinet etiam locum in amouente vnum tātùm denarium: ſecundùm Ang. in l. ſi quis dederit. §. prætor in fin. commen. ff. de acq. hered.

4 Secundò ſimiliter comprobatur, ſiquidem modica, ſeu minima contrauentio maximè præiudicat, vbi adeſt iuramentum. ut per Fulgoſ. conſil. 213. & facto. & Cuma. conſ. 179. facta fuit, & Parpaliam in repet. l. ſi quis maior. colum. pen. q. 11. C. de tranſact.

5 Tertiò fulcitur etiam per id quod dicitur, quòd licèt quis trahi non poſsit vltra dietam. c. ſtatutum. §. cùm autem de reſcript. in 6. & ritu Regni 141. item quòd Curiæ, & altera ipſarum, ubi prohibet expreſsè audientiam teſtium infra vnam dietam committi poſſe, & ibi D. Carauita, nume. 1. ut procedat, habeatque locum etiam ſi modicum vltra trahatur: ſecundùm Gloſſ. in verbo Remotus.

6 Et aduerte ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, quòd dieta duplex eſt, videlicèt vulgaris, & legalis. uulgaris etenim habetur, intelligiturque ſecundùm conſuetudinem regionis. legalis uerò dieta continet viginti miliaria: & ſic illa intelligitur de uiginti miliaribus. l. 1. & ibi Doct. omnes. ff. ſi quis caut. Glo. in c. nonnulli de reſcrip. in uerſic. ultra duas dietas, & ibi alij Doct. Bart. Cæp. in l. in itinere quæſt. 8. ff. de verb. ſignific. & D. Carauita in d. ritu 141. ſub num. 1. ubi planè deducit iſtam eſſe communem opinio *Cōis*
nem. Sed aliquando dieta ipſa accipitur pro iti- *opin.*
nere vnius diei: ut explicat Dec. in notabili quæſtione in c. cum olim. nume. 6. cum alijs ſequent. de except.

7 Amplia tertio loco ſtatutum puniens inuentum exportare frumentum extra territorium,

vel

uel ciuitatem interpretari ac extendi, ut puniat non ſolùm perſonaliter apprehenſum, ſed etiam teſtibus conuictum: ſecundum aliquos Doctores in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & præſertim Iaſ. ibi numero 88.

8 Et quòd hoc caſu locus ſit pœnę apparet: quia ius commune punit habentem ſeu ferentem arma, extrahentemq́ue victualia, & ſecundùm ius commune ſtatutum hoc interpretandum eſt: cũ ius ipſum commune inſequatur. l. 2. C. de noxal. act. vbi Scriben. Pariſ. conſil. 98. num. 43. volum. 1. Gomeſ. in §. in perſonam. nu. 25. inſtit. de act. Grauet. conſil. 236. nume. 9. & Soc Iun. conſ. 39. num. 8. volum. 1. & iſtam ait eſſe ueram opinionem Franciſcus Ripa in tracta. de peſte, in titu. de remedijs ad conſer. vbertatem. nu. 104. ubi eam ſequitur, commendat, celebrat, ac ab omnibus ferè cõtrarijs tuetur. Eſt benè verum, quòd Illuſtris D. Iulius Clarus in pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 82. ſtatuto. 7. num. 43. & ſeq. citando hunc locum, & animo conſiliũ meũ improbandi, affirmat cõem ſententiam apparere in contrarium, prout de ea ad ſaturitatem mentionem fecimus ſupra fuſiſsimè in Opinio. Statutum diſponens quòd inuentus de nocte. quem locum ſupprimere voluit ipſe Clarus, forſan credens afferre rem nouam.

9 Imò vbi ſupra, idem Ripa ampliat hoc dictũ etiam procedere ſi ſtatutum puniret apprehenſum frumentum exportare: quia hoc caſu comprehenderet etiam teſtibus conuictum: ut per Glo. in l. 1. ubi ſena. uel clariſſ. & iſta Glo ab omnibus Scriben. communiter approbatur: ut refert Franc. Ripa ubi ſupra. nume. 105. quia in caſu ſtatuti huius paria ſunt apprehendere, vel conuincere. *Cõis opin.*

10 Amplia quartò, quòd ſtatutum inhibens, ſub pœna extrahi frumentum ſuper equo, aſino, uel curru extra territorium, habere locum etiam: ſecundùm Saly. in l. ſi ſerui. num. 24 & ſeq. C. de noxal. ſi portet dictum frumentum ſuper humeris proprijs, uel collo bouum. & rationem ibi aſsignat: quia ſtatutum conſiderauit factum exportationis, non autem modum exportandi: & expreſsio facta de equo, aſino, & curru fuerit facta cauſa exempli.

11 Limita primo loco præfatum ſtatutũ puniens extrahentem frumentum extra territorium nó comprehendere illum, qui ante conditum, & factum ſtatutum incępit exportare, ſed antequam exiret firmauit ſe: & tunc ſtatutum factum, ſeu publicatum fuit, & illud ſciuit, & prout incœperat, frumẽtum extraxit. Et ratio eſt, quare extrahens hoc caſu non puniatur aliqua pœna: quia initium ſpectatur in iſto caſu, non autem illud quod poſtea ſuperuenit: ut uoluit Ioan. And. Anchar, Ant. Bal. & cæteri omnes, in cap. cognoſcentes, de conſt. & iſtorũ doctrinam dicit eſſe cõem Berous ibi n. 2. & ſeq. licèt de ea nonnihil dubitet nonnulla in contrarium adducendo: tamen eſſet *Cõis opin.* ponere os in cœlum ſi uellem recedere ab ipſa communi ſententia, quę re ipſa reperitur adeò uera, ut eius ratio, ſeu veritas tanquam fundata in l. Cæſar. ff. de public. tergiuerſari non poſsit modo aliquo: prout eãdem opinionem ſequitur etiam Alex. conſil. 7. uiſo themate, & ſtatuto ſupra ſcriptis. num. 2. lib. 3. vbi ponit poſt Imol. in d. capit. cognoſcentes intellectum communem dictę l. Cæſar. *Cõis opin.*

12 Limita ſecundò dictum ſtatutum prohibens, & puniens extrahi frumentum extra territoriũ non habere locum in extrahente ſui uſus cauſa: ſecũdùm Bal. in l. cùm proponas. C. de naut. fœn. Imol. in l. cætera. §. ſiu. ff. de leg. 1. Marſil. in ſing. 86. ſtatutum ſit à Principe, & Iaſ. in d. l. cætera. §. ſed ſi quis ad opus. ff. de leg. 1. nume. 7. vbi hanc eſſe communem opinionem affirmat. *Cõis opin.*

13 Sed caſu eueniente, ut facilè te poſsis extricare à præſenti labyrintho, ſeu diſcrimine; aduerte, quòd probatur res ferri cauſa ſui vſus, & pro neceſsitate, mediante iuramento ferentis res ipſas: & ſic tunc ſtaretur eius iuramento, ſi hoc quippè uériſimile foret; aliàs verò non: ſecundùm Bal. in l. 3. C. de naut. fœno.

14 Et facit Glo. in Clem. fin. de cenſib. dum concludit, iuramento probari clericum ferre res cauſa ſui uſus, ſuæque familiæ, niſi rerum, & perſonarum qualitas aliud ſuaderet: ſecundùm Cardin. ibi in 4. quæſt.

15 Et quemadmodum ferens res pro uſo ſuo, eiuſque familiæ extra territorium pęnam ſtatuti euitare ſolet: ita etiam portans res ipſas pro uſu proprio, & familiæ de iure ciuili minimè tenetur ad ſoluendum vectigal, pedagium, ſeu datium. l. vniuerſi. C. de vectigalibus, & comiſſ.

16 Imo etiam de iure canonico ſolui non debet modo aliquo pedagium, nec uectigal, nec datiũ ipſum pro rebus, quę portantur ſeu uehuntur ſui uſus gratia. Et ſi fortè conſuetudo in cõtrarium extaret, minimè valeret: quia irrationabilis nempè foret. ita Hoſtien. in ſumma tit. de cenſib. §. ex quibus cauſis, uerſ. quid ſi quis faceret portari.

17 Limita tertiò dictum ſtatutum prohibens annonam extra territorium deferri non obligare, nec ligare eccleſias, quin poſsint extrahere annonam, quam colligunt ex prædijs ſuis: ſecundũ Ripam in tract. de peſte, in titu. ſuperius citato. num. 122. per c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt.

¶ Et hoc ampliatur procedere non ſolùm in eccleſia, uerum etiam in clericis: ut uoluit idem Ripa in memorato tract. de peſte, poſt Bal. conſ. 198. vol. 2. & iſta omnia ſequitur, & refert Grammat. deciſ. 100. num. 15.

18 Limita quartò iſtud ſtatutum inhibens ſub pœna extrahi frumentum, ut interpretetur, ac intelligatur de diſtrahente originaliter de ſuo territorio: ſecus ſi aliunde portaretur per tranſitum illius territorii: ut uoluit Alexan. conſil. 86. uiſa inquiſitione. num. 2. & ſeq. volum. 4. Bartol. Ang. & Ioan. de Imol. in l. ſi quis poſt hanc. C. de ædific.

ædiſiçiis priuatis. cum qua ſentiunt omnes Doctores communiter ibi, & in l. cætera. §. ſed ſi quis ad opus. ff. de leg. 1. præſertimq́; Iaſ. ibi nu. 21. ubi aſsignat rationem iſtius concluſionis, & teſtatur de communi: prout ita meminit de eadē communi etiam Barth. Ghitius conſ. 160. Quāuis in cauſa magiſtri Auguſtini, ſub nu. 14. & ſeq. poſito inter conſilia crim. diuerſorum libr. 1. in folio, ubi ita conſuluit, & Alex. quoque conſ. 86. viſa inquiſitione, ſub numer. 1. cum aliis ſequen. uol. 4.

Cōis opin.

19 Limitatur quintò, quòd ſtatutum prohibēs non portari, ſeu adduci vinum in ciuitatem collectum extra illius fines, & territorium non comprehēdere clericos, & eccleſias: vt per Fely. Dec. & alios, in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſt. & ita fuit deciſum, ac diffinitū in Sacro Regio Concilio Neap. caſu, ac lite eueniente inter Ciuitatē Salerni & Abbatem Sancti Benedicti: ut refert Grammat. in d. deciſ. 100. n. 16. cum aliis ſeq. Et hoc idem refert, & ſequitur Couarruuias, in repetitio. c. quamuis pactum, de pactis, in §. 4. numero 8.

20 Limitatur ſextò dictum ſtatutum puniens emptores, vel extractores bladorum extra territorium, non ligare forenſes ignorantes: utputà, quia non diu morati ſunt in dominio ſtatuentium, quo caſu forenſis preſumitur ignorare ſtatuta illius loci: ut voluit Ripa in tract. de peſte in tit. de preſeṛ. remed. cont. peſtem, in parte, quæ incipit, Deuenio nūc ad modum, & normam ubertatis conſeruandæ. num. 120. & ſeq. & Gandinus in tract. maleficiorum, in tit. de rebus non portandis cōtra deuetum uer. Sed ſtatutum eſt &c. quia ſtatutum dictos forenſes ligare non poteſt. l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. l. neque. C. qui dare tut. poſſ. & c. animarum. §. ſtatutum, de conſt in 6.

21 Et animaduerte, quòd ſtatutum in dubio eſt ita interpretandum, vt non comprehendat forenſes: ſecundùm Cy. in l. 1. queſt. ult. C. quæ ſit longa conſ. Ioan. Cephal. conſ. 341. in cauſa illuſtrium, nume. 68. uol. 2. & Guido. de Suza. in quadam diſputatione incip. Sed pone ſtatutum, & in alia quæſt. Quæſtio talis eſt, Bononienſis &c. dicentem, quòd ſtatutum ſemper ita debet arctari, vt extraneus non contineatur. allegat. l. 1. §. fi. ff. quod quiſque iuris.

22 Et dicit Bal. in repet. l. de quibus. ff. de legib. uer. Quartò quæritur, an conſuetudo, & c. quòd conſuetudo immediatè compulſiua, & prohibitiua, aut pœnalis non extenditur ad forenſem, ſed mediante aliquo facto, vel delicto intra territorium commiſſo benè ligat: quia conſentire tunc uidetur, qui deliquit. & idem tenet Specul. in tit. de conſtit. §. 1. Ioan. Andr. in rub. de conſuet. & Alex. latè conſ. 44. uol. 5.

23 Septimò interpretatur dictum ſtatutum pœnale prohibens extrahere frumentum de comitatu, quòd non liget minorem: ſecundùm Rom. in ſing. ſuo ultimo.

S V M M A R I V M.

1 *STATVTVM inhibens portare frumentum extra territorium, ligat etiam ferentes, ſeu extrahentes farinam.*

2 *Statutum, ſeu lex pœnalis, vel odioſa non extenditur de vno caſu ad alium.*

3 *Statutum odioſum extenditur vbicunque tendit ad fauorem Reipublicæ.*

4 *Statutum concedens premium accuſanti delinquentem extenditur etiam ad denunciantem.*

5 *Statutum prohibens portare frumentum extra territorium extenditur etiam ad extrahentem panem.*

6 *Statutum prohibens extractionem auri, vel ſimilium rerum de territorio, tunc ſi reperiuntur aliæ monetæ non prohibitæ inter alias prohibitas, omnes indiſtinctè cenſentur confiſcatæ.*

7 *Statutum prohibens extractionem mercium extra territorium, tunc ſi reperiantur mercaturæ non prohibitæ cum prohibitis, videntur omnes merces prohibitæ & non prohibitæ publicatæ & confiſcatæ. quod declaratur.*

8 *Statutum puniens retinentem merces in platea, habet locum etiam in retinente ipſas merces in manibus, ſeu in bancho, vel in terra, vel ſi eas ſecum per plateam portaret.*

9 *Statutum prohibens extrahere frumentum de territorio ſub pœna amiſsionis, comprehendit etiam extraneum, vt perdat rem extractam.*

10 *Statutum inhibens extractionem bladi de dominio non ligat forenſes ignorantes veriſimiliter ipſum ſtatutū.*

11 *Ignorantia preſumitur in extero, vbicunque non diu moram traxit in territorio ſtatuentium: vt præſumatur tunc ignorare ſtatuta loci: ſecus ſi commoratus ſit in territorio: tunc enim non excuſaretur.*

12 *Ciuis nouellus, qui nouiter eſſet factus ſubditus, & habitator ſtatuentium ſimiliter poſſet prætendere, ac allegare iuſtam ignorantiam ipſius ſtatuti.*

13 *Statutum diſponens, quòd extrahens bladum extra territorium puniatur, & animalia ſuper quibus bladum fertur publicentur, non ligaret dominos ipſorū animalium ignorantes talē extractionē, ac delictū: & ſic ipſa animalia nec publicarentur, ſed extrahens teneretur fiſco ad eſtimationem huiuſmodi animalium.*

14 *Ignorantiam probabilem allegans ſtatuti ad euitandū pœnam auditur in delictis ſolummodò; & an ſtatuta pœnalia in delictis comprehendat forenſes.*

15 *Statutum ſuper gabellis ſoluendis, ac iure daghanarū, ac ſuper non extractione frumenti, auri, equorū, aliarumq; rerum extra Regnum, uel territorium ligat etiam forenſes, nec poſſunt proponere ignorantiam.*

16 *Ignorans non ligatur conſtitutionibus nouis, nec decretis, nec bannis, ubicunque probabiliter ignoraſſet; ſecus ſi eſſet craſſa, uel ſupina ignorantia.*

17 *Statutum prohibens extrahere frumentum extra territorium ligat non ſolùm apprehenſos, ſed etiam teſtibus, aut aliis legitimis indiciis conuictos.*

18 *Preſumitur ſiniſtra ſuſpitio contra repertum extra uiā publicam, qui portaret victualia contra deuetum, & contra etiam illum qui ingreditur, & egreditur ciuitate aliundè, quàm per portam conſuetam.*

19 *Repertus cum rebus prohibitis in via ſuſpecta intantùm habet contra ſe ſuſpitionem, ut arbitrio iudicis puniri poſſit.*

20 *Statutum diſponens, quòd extrahens triticum de territorio puniatur ad truncationem manus, tunc ſi accuſans, ſeu libellans in libello poneret aliquem extraxiſſe frumentum, & peteret puniri ſecundùm ius commune ſuſtineretur libellus, & accuſatio.*

21 *Statutum, & ius commune idem ſunt.*

22 *Commiſſum aliquid de iure intelligitur ſecundùm ius municipale.*

OPINIO DCCLXVI.

1 STATVTVM prohibens portare frumentum extra territorium obtinet locū, amplificaturque procedere primo loco etiam in extrahente farinam, qui indubitáter puniri debet pœna iſtius ſtatuti, quemadmodum ſi extraxiſſet frumentum ipſum: ut concedunt Rayn. & Bartol. in l. quæſitum. §. illud. ff. de legatis. 3. Bald. & Iaſ. nume. 40. & 45. in l. non dubium. C. de legibus, Felyn. in capit. ad liberandum. nume. 5. de Iudæis, Guido Papæ deciſ. 373. Vtrum uetitum de bladis poſt princip. Franciſ. Ripa in tract. de peſte in titu. de remedijs ad conſeruandam vbertatem, ſub num. 43. cum alijs ſequen. & num. 51. & ſeq. & alij allegati in ſuperiori Opinione in princ.

2 Et iſthæc opinio eſt adeò verá, ut corroborari facilè poſſit per doctrinam Bart. in l. quemadmodum. C. de agricolis, & cenſitis lib. 11. ubi concludit, quòd ſtatutum, ſeu lex pœnalis, vel odioſa, licèt non extendatur de vno caſu ad aliū, ſed potius reſtringatur ad caſum ſuum: vt in regula odia de regulis iuris in 6. & in l. cùm quidem. ff. de liberis & poſthumis, & per alias authoritates aggregatas per Annib. Cauenſem in ritu Magnæ Curiæ Vicariç 276. Item ꝙ nullus. numero 25. & ponit pro regula Philip. Dec. cum aliquibus vtilibus limitationibus in l. factum cuique ſuum. §. in pœnalibus. nume. 9. cum alijs ſequen. ff. de regulis iuris, & Aymon Grauetta in tracta de antiquitate temporis, in 4. part. nume. 22. cū innumeris ferè alijs ſequentibus; & eſt Cōis opin. communis opinio, quòd ſtatutum, ſeu lex pœnalis non extendatur: ut firmant Gloſſ. Bartol. Bal. Fulgoſ. Roma. & cæteri omnes in l. fina. ff. de in ius uocan. & Annib. Cauenſ. cum alijs ſignatis per eum in d. ritu 276. num. 25. ubi meminit de communi prædicta.

3 Nihilominus vbicunque extenſio tenderet ad fauorem Reipubilcę, ita foret lex, ſtatutumue extendendum ſicut lex, vel ſtatutum fauorabile: & hoc idem firmant ipſemet Bartol. Bald. Ang. & Lud. Roma. in l. ſi quis in graui. §. hi quoque. ff. ad Sillanian. Ioan. de Imol. in l. cætera. §. ſi quis ff. de leg. 1. Alexan. conſil. 116. nume. 3. volum. 2. conſil. 34. num. 9. volum. 5. & conſil. 171. num. 8. volum. 7. & in d. l. quemadmodum, Auguſtin. in add. Aret. in tract. maleficiorum in verſ. *Che hai tradito la tua patria.* col. 3. & in uerſ. Sempronium mandatorem in addit. magna, Felyn. in cap. nonnulli de reſcrip. & Annib. Cauenſ. in d. ritu 276. nu. 25. & ſequen. & Dec. in d. §. in pœnalibus. nu. 12. vbi prædicat iſtam eſſe claram deciſionem, & Cōis opin. Curt. in cap. fin. de conſuet. ſectio. 4. nu. 21. Rum. conſ. 60. nu. 5. uol. 5. & Dec. conſ. 372. nu. 8. conſ. 661. nu. 3. & conſ. 65. num. 3.

4 Inquiens facere pro doctrina hac, quòd notat Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de denunciatione. §. 1. ubi terminat, ſtatutum loquens, concedensque præmium accuſanti delinquentem fauore publico, ne delicta impunita remaneant, ad denunciantē quoq; extendi. & hoc approbant Bal. Alex. & cæteri in l. ſi filiusfamilias. ff. ſi certum pet. Franc. de Aret. in cap. 2. extra de accuſat. Ang. in l. Diuus. ff. de cuſt. reor. & Roma. in d. §. hi quoque.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd antedictum ſtatutum prohibens extractionem tritici non puniat, nec punire poſſit extrahētem farinam: inclinauit Gandinus in tract. de maleficijs in tit. de rebus non portandis contra deuetum. num. 4. & ſequen. & Dyn. in d. l. quæſitum. §. illud, cuius ſententiam ſcribit ibi Bart. communem eſſe nu. 16. licèt contrarium ſentiat; & ſequitur etiam Alber. cum quodam temperamēto in tract. de ſtatu. in 2. part. q. 5. & 206. ubi ſimiliter atteſtatur de communi pręmiſſa; & re ipſa ſentētia iſthęc apparuit communis, & concors vſque ad tempora Bar. ſed poſtquàm Bart. ipſe aſſeruit contrarium, vt vigore ſtatuti præmemorati etiā ferens farinam puniri debeat, eius opinio eualit, effectaq; extitit magis cōis: vt conſtat ex pręcitatis authoritatibus; imò eſt adeò cōis, vt non habeat contradictorem aliquem: & conſequenter eam tanquam rationabilē, & ſacroſanctiſsimam meritò obſeruat, amplectiturq; totus mundus. Cæterùm illuſtris D. Iul. Clar. in pract. cri. lib. 5. §. fin. q. 82. ſtatuto. 7. verſ. Præterea quęro utrùm quid ſtante hoc ſtatuto, quem comperi citaſſe antedictum locū in Opi. mea 286. lib. 1. auſus eſt teſtari Ripā in d. tit. de remediis ad cōſeruandā ubertatem, n. 43. & ſeq. & citatū per me inibi non definire huiuſmodi caſum, uerū in alio ꝓpoſito loqui, forſan autumando Viuiū non uiuere, & tamen, Deo annuente, viuit, & ſcripſit, & ſcribit purā ueritatē, tā in hoc Cōium Opinionū, quàm in alio quocūq; genere. Ideò ſi quis cuperet uidere Ripā, reperireq; ueritatē ipſam in loco ſuperius citato, inueniet dubio procul pręlibatū D. Iuliū Clarū non uidiſſe Ripā. vtpotè ſi uir ille non mediocris equidē authoritatis, cuius doctrinā ſingularem, pręſtanſq; ingenium ſummoperè admiror, & laudo; ex quo multa doctè, ingenioſè, & pleniſsimè ſcripſit, & ex toto iure, omnibuſq; ueterūm, ac iuniorum ſcriptis excerpta cumulauit,

Cōis opin. Cōis opin.

recò-

reuoluiſſet ſcripta Franc. Ripę, inueniſſet vtique, prout inuenire poteſt quotidie eundem Franciſ. Ripam tranſire cum Bartol. per nonnullas rationes ibi, & vberius quàm alium, qui hucuſq; ſcripſerit ſuper hac noſtra literaria, ciuiliq; paleſtra tractaſſe præmiſſum caſum.

¶ Verùm aduerte utiliter, quòd præmiſſa non procederét, ubicunque quis hoſtiũ metu, vel ex maris impetu non ſeruaret locum nauigij: tunc enim quanquam reperiretur in loco prohibito: nihilominus tamen tunc non puniretur modo aliquo. l. 2. §. ſi quis autem. ff. ſi quis caut. l. imò deliте cau. & l. Cæſar. ff. de publ. vectigal. Bald. Salycet. & alij in l. cùm proponas. C. de nau. fœno. in fine.

¶ Et hinc eſt, quòd neceſsitas excuſat nos ſi eius cauſa formam à ſtatuto traditam non ſeruauerimus. l. fin. vbi Bald. Nicol. de Matarell. & & Salycet. C. de teſtamentis, Socin. conſilio 85. nume. 5. & 9. volum. 4. Alexan. Socin. Iaſ. & alij omnes in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Petr. Gerar. ſing. 100. Neceſsitas. num. 28. & Pariſ. conſi. 46. num. 23. & ſeq. volum. 3.

¶ Nam neceſsitas non habet legem. l. unica. ff. de offic. conſul. & ibi Bald. colum. 3. & l. non ſolùm. §. fin. ff. de excu. tut. l. aliquando. ff. de offic. proconſul. & cano. ſicut non alij de conſe. diſtinct. 1. & l. 1. C. de oper. lib. & ibi Bart. & Doct. in l. 2. ff. ſi cert. petatur, & Petr. Gerard. in d. ſing. 100. in princip.

¶ Imo neceſsitatis cauſa quæ fiunt nũquam prohibita intelliguntur, etiam ſi latiſsimè pateat prohibitio generalis, & vniuerſalis. l. pater filium, in princ. ff. de leg. 3. & l. aliæ rationes. ff. fam. herciſc. Doctores in l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de leg. 1. Lud. Rom. conſil. 219. ex themate conſultationis præmiſſæ, & D. Horatius Mandoſius ibi in addit. in litera F. Paul. Caſtren. conſil. 83. colum. 2. & conſil. 405. colum. 2. volnm. 1. Alexan. conſilio 205. colum. 2. uolum. 6. Afflict. in tract. de iure prothomiſeos. §. 3. nume. 26. Socin. conſ. 80. colum. fin. uolum. 4. & Aymon Grauet. conſil. 6. num. 91.

¶ Et alios quàmplurimos neceſsitatis effectus refert Felyn. in cap. querelam colum. pen. verſiculo in Gloſſ. in uerb. neceſsitate de iureiuran. & Petr. Gerar. in d. ſing. 100.

5 Cæterùm, vt redeat ſermo noſter unde fluxit, prædictum ſtatutum ampliatur itidem ſecundò, ut puniat quoque extrahentes panem: & ſic locum ſortitur non ſolùm in extrahente farinam, verùm in portante farinam, & panem etiã extra territorium: ſecundum Franciſ. Marci deciſ. 162. nume. 5. & ſequen. in 2. parte, & Guid. Pap. deciſ. 373. in fi. ubi ad lucem adducit ita in curia Parlamenti Delphinalis deciſum fuiſſe.

6 Amplificatur tertiò ſimiliter ſtatutum hoc, vt ſi inter pecunias auri, uel ſimiles extrahi prohibitas reperiantur aliæ monetæ non vetitæ, ſeu prohibitę, omnes nimirum tunc indiſtinctè confiſcatæ abſque dubio aliquo cenſentur: ut efficax teſtimonium eſt Guido Papæ in deci. 572. Si fuerit introductum extrahere blada, poſt princ. vbi in medium reſerauit ita aliàs uidiſſe determinari, & iudicari.

7 Ampliatur etiam quartò ſtatutum præmemoratum obtinere quoque locum, quòd ſi inter merces prohibitas extrahi extra territorium reperiantur mercaturæ non prohibitæ cum prohibitis, uidentur omnes merces prohibitæ & non prohibitæ publicatæ & confiſcatæ, taliter quòd ratione illicitorum publicantur licita etiam: ſecundùm Bar. nu. 2. & Paul. Caſtren. in l. cùm proponas per text. ibi. C. de naut. fœno.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Cynus ibi, Bartol. titubanter in l. ſi publicanus. §. 1. nume. 2. & in l. cotem ferro. §. dominus. num. 1. ff. de publicanis & uectigalibus, Bald. in d. l. cùm proponas, & Felyn. in cap. ſignificauit. nume. 6. de Iudæis, Alexan. uerò in addit. Bartol. in dicta l. cùm proponas, nume. 4. poſt Iacobum de Aret. uidetur affabrè diſtinguendo reſoluere præſentem difficultatem, quòd ſi merces ipſæ forent mulionis, & tunc omnes publicarentur abſque dubio aliquo: ſed ſi merces eſſent alterius, & eo caſu confiſcarentur ſolummodò prohibitæ, & Felyn. num. 6. de Iudæis. Sed caſu eueniente ſemper iudicarem, & conſulerem ſecundùm opinionem Guid. Papæ in dicta deciſ. 572. poſt princ. conſtanter aſſeuerantis, quòd portans extra territorium aliquas merces prohibitas, & aliquas alias non prohibitas ſcienter, atque doloſè: perderet vtique tunc omnes merces ipſas prohibitas, & non prohibitas: ſed ceſſante dolo ipſo, & fraude, amitteret profectò prohibitas tantum.

8 Ampliatur quintò antedictum ſtatutum, uel aliud ſimile puniens retinentem merces in platea, vt vendicet ſibi locum etiam in retinente ipſas merces in manibus, ſeu in banco, uel in terra, aut ſi eas per plateam portaret: ſecundùm Bartol. & Fio. in l. qui ſellam de ſer. ruſti. prædio. & Ioan. Bertach. in tract. de gabellis in 7. parte quæſt. 24.

9 Amplificatur ſextò anteſignatum ſtatutum, vt procedat etiam contra forenſes extrahentes bladum. Nam ſtante ſtatuto hoc, quòd nemo extrahere debeat frumentum de territorio ſub pœna amiſsionis: tunc forenſis ipſe extrahens vtique perderet rem, nec per hoc ſtatutum dicitur ligare perſonam, ſed rem, quod poteſt. l. an totum. C. de ædific. priuat. & ita voluit Ioan. Andr. in addit. Specul. in titu. de conſtitut. §. 1. uerſic. Pone ergò, cuius opinio communiter, & vniuer- Cõis
ſaliter tenetur, & approbatur: vt conſtat ex con- opin
geſtis authoritatibus per Ioan. Baptiſt. de Sancto Seue. in l. cunctos populos folio 20. C. de ſumma Trinitate, & fide cathol. & ex aſſertione Cornei conſil. 64. in fin. uolum. 3. & Imol. in l. fina. §. licèt quis. ff. de publ. & proſequitur Bruu. in trac. de ſtat. exclu. fem. 6. art. princ. quæſt. 1.

10 Tamen opinio iſta non procederet quidem iudicio meo contra forenſes ignorantes uerisimiliter ipſum ſtatutum, ut amplè concluſum eſt in ſuperiori opinione circa finem: & firmat Afflict.in conſtitut. homines per illum textum. numero 1.lib.1. rubrica 10. de intrantibus Regnum, vt arma portarent, Bertr.conſil.219. non eſt dubium quin ſententia. nume. 3. volum. 8. Ioan.Cephal.conſil.241.in cauſa illuſtrium, nume.67.uolum.2.& Lud.Roma.in dicto conſ.64. in fin.quia ſcientem, & non ignorantem ſtatutum ipſum intendit obligari debere: ut in notabili caſu conſuluit Franciſcus Beccius conſil.60. proponitur volum.1.& etiam Lud.Rom.conſil. 473.circa etiam conſultationem, & Alex.conſil. 86. viſa inquiſitione. nume. 6. uolum. 4. vbi in
Cōis opin. medium affert iſtam eſſe communem opinionem, cui inhærent Socin.conſil.188.colum.pen. volum.1.Frater Ioannes Tabiena in ſua ſumma Tabiena in ver.Ignorantia.§.4.in 2. part. Pariſ. conſil.152.in princ.volum.4.Felyn.in cap.1.colum.antepen.de offic.deleg. & Grammat.deciſ. 25.num.3.

11 Et eo magis hoc procedit vbicunque probabiliter ipſe forenſis ignorabat diſpoſitionem ſtatuti: utputa quia non diu moratus fuiſſet in territorio ſtatuentium: quo quidem caſu forenſis in dubio præſumeretur ignorare ſtatuta loci. vt per Gandinum in d. tract.crimin. in titu. de rebus non portandis contra deuetum, verſic.præterea circa materiam quæro.nume.6. Alexand. in dicto conſil.86.ſub num. 6. cum alijs ſequen. volum.4.& Franc. Ripam in d. tract. de peſte in titu. de præſer. remedij contra peſtem in parte exordiente, deuenio nunc ad modum, & normā vbertatis conſeruandæ.num.120. & ſequent. Et allegans ſtatuti ignorantiam excuſatur de ęquitate: ſecundùm Andr.de Iſer. in cap. 1.colum.4. quæ ſint regalia, & Lud. Roma. conſil. 491. ſub num.1.Grammat.conſil.crimin.25.vbi planum facit ita fuiſſe deciſum in Regia camera Summariæ, & Cæſarem Vrſillum cum alijs aggregatis per eum in ſcholijs ad Afflict. in deciſ. 290. nume.5. & ſeq. vbi ponit quomodò ignorantia debeat articulari, & probari.

¶ Si verò forenſis magnam moram in territorio ipſo traxiſſet, tunc proponendo, allegandoque ignorantiam ſtatuti, certè non excuſaretur: ſecundùm Petr. Bald. Cyn. in l. 1. C. de ſumma Trinit. Martinum Garratum conſil. 15. præſupponitur in facto circa finem, & Afflict. cum alijs congeſtis per eum in d.conſtit.homines. nume. 6.& Marcum Ant.Nattam conſ.251.ſuper nono dubio.num.3.uol.2.

12 Imò amplia hoc intantùm procedere, vt non ſolùm forenſis ipſe, ut ſupra oſtenſum eſt, ſed ciuis etiam nouellus qui de nouo eſſet factus habitator, ſeu nouus ſubditus ſtatuentium iuſtam ignorantiam ipſius ſtatuti allegare poſſet, ac ei parceretur, & non eſſet locus aliter pœnis ſtatuti mentionati contra eum: ſecundùm Ludo.Roma.conſil. 228. ſub nume. 8. poſt Bald. & idem voluit idem Lud.Rom.conſil.251.nume.3. & in ſingul.73.Curt.Senior conſil.27.num.18.& Curtius Iunior conſil.19.num.5.Felyn.in cap.2.poſt princ.de except. Iaſ. in l. 1. poſt nume. 70.C. de ſumma Trinitate, & Marſil.in l.qui ignorans.nume.25.& in l.qui falſam, nume.83.ff.de falſis, & Cæſar Vrſillus in dicta deciſ.290.ſub nume.5.& ſic iſta eſt communis regula, quòd conſtitutio, Cōis
ſeu ſtatutum ignorantes non liget, atteſtante opin.
Roma.in d.conſil.228.nu.7.

13 Et facit ad corroborationem regulæ huius doctrina Iacob.Butr.Salyc.Alexan. & aliorum in l. 1.C.vt nemo priuatus, & Gandini in dicto tract. maleficiorum in titu. de rebus non portandis contra deuetum. nume. 2. concludentium ibi, quòd vbicunque ſtatutum diſponeret, quòd extrahens triticum extra territorium puniatur, & animalia ſuper quibus frumentum ipſum fertur publicentur: tunc ſi animalia ipſa eſſent alicuius ignorantis huiuſmodi extractionem, ſeu delictum, vtique non publicarentur, ſed teneretur quippè fiſco extrahens ipſe ad æſtimationem talium animalium. & huic opinioni accedit etiā Felyn.in dicto cap. ſignificauit, ſub nume. 6. de Iudæis.

14 Cæterùm hoc procederet in delictis, idest ut pœna euitetur allegare probabilem ignorantiam ſtatuti, Bartol.in l.cunctos populos.nume. 21.C. de ſumma Trinitate, & Iaſ.ibi, nume.67. & alij Doctores.

¶ Et iſta ſtatuta pœnalia in delictis, an forenſes complectantur ac ſi eſſent ſubditi ſtatuentium, profusè, & enodatè etiam reſoluit referendo utramque opinionem Corn.conſil. 199. nume.5.volum.1.

15 Ideò ad inſtitutum noſtrum redeundo concluditur itaque quòd ſtatuta ipſa ſuper gabellis ſoluendis, ac iure doghanarum, ac ſuper non extractione frumenti, auri, equorum, aliarumque rerum extra Regnum, uel territorium, ligant etiam forēſes, nec poſſunt allegare ignorantiam, ut ſupra concluſum eſt ex communi opinione: & ita firmat etiam Afflict.in d.conſtit.homines. nume.7.ubi teſtatur ſic fuiſſe deciſum, & iudicatum in Regia camera Summariæ, dum ipſe ibi erat præſidens contra aliquos exteros, qui fraudauerant doghanam, qui non obſtante allegata ignorantia extiterunt ad pœnam amiſsionis rerum condemnati.

16 Hocque hac ratione ſaltem iuſtificari poſſet. Nam licèt ignorans non ligetur conſtitutionibus nouis: vt in cap.fin.de conſtitutionibus in 6. nec decretis, vel bannis.l. fina. C. de decretis ab ord.fac. nihilominus intellige ignorantem probabiliter: ſecus autem ſi craſſa, ſupinaque eſſet ignorantia: ut ibidem. Non enim eſt neceſſe ſingulorum inculcare auribus: vt in cap.1. de poſtulation. prælator. Nec eſt uerisimile, nec excu-

ſabile

ſabile publicatum edictum non fuiſſe lectum. ut in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtit. licèt & malè Bertrandus in dicto conſ. 719. ſub nume. 3. volum. 8. videatur concludere, reſpondereque contrarium.

17 Ampliatur ſeptimò quoque prælibatum ſtatutum prohibens extrahere frumentum extra dominium, quòd ſi quis inuentus non ſit portare ipſum frumentum, ſi tamen per teſtes probari poſſit, aut per alia huiuſmodi indicia illud voluiſſe portare, vtique & abſque dubio incideret etiam in eiuſdem ſtatuti pœnam: vt concedit Bald. in l. ſi fugitiuus. C. de ſeruis fug. & Bartol. in l. cùm præparas. C. de nau. fœno. & ita diſponitur etiam in Regno mediante pragmatica, ſeu banno in anno 1571. promulgato, ac emanato, incipien. *Bando da parte dell'Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinal Gran Vela luogotenente, & Capitan Generale per ſua Maeſtà nel preſente Regno: Ben che per bandi, prouiſioni, & ordini ſia ſtato prohibito, & impoſto pœna, che dalle prouincie d'Apruzzo non ſi poteſſe per terra eſtrare grani fuor di Regno.* Iubenteq; quòd extrahentes frumentum extra Regnum puniantur ad triremes regias per quinquennium uiles perſonæ: nobiles verò ad relegationem per decennium, etiam in itinere reperti; & quòd ſimiliter contra eos recipi, admittique debeant etiam teſtes ſingulares.

¶ Et licèt ex diſpoſitione ipſius regiæ pragmaticæ inuentus in uia portare vetita extra territorium puniendus ſit: tamen hoc intellige cum grano ſalis, vbicunque inuentus confitetur delictum: ſecus verò ſi negaret, & res illas cum quibus in itinere repertus fuerit ferre ad molendinum triturandi gratia affirmaret: tunc quippè ſi hoc ueriſimile foret puniendus non veniret: ſecundùm Gandinum in dicto tracta. maleficiorum in tit. de rebus non portandis contra deuetum. num. 10.

18 Et hoc idem uidetur obtinere etiam locum contra repertum extra viam publicam. Nam ſecundùm Bartol. in l. 2. C. de curſ. publ. lib. 12. repertus extra viam publicam habet ſiniſtram, malamque contra ſe ſuſpitionem, vt eſt in portante contra deuetum. per textum in l. ſi quis. eodem titu. quod ſequitur Ioan. de Plat. aſſerens, quòd euntes per viam non publicam, nec conſuetam habẽt contra ſe præſumptionem. Et idẽ eſſe in eo qui ingreditur, & egreditur ciuitate aliunde quàm per portam publicam, & conſuetam.

19 Et intantùm habet contra ſe ſuſpitionem repertus in uia ſuſpecta cum rebus prohibitis, ut tali caſu arbitrio iudicis puniri poſſit: vt firmat Ioan. de Anania in c. ſignificauit extra de Iudęis, & Marſil. cum alijs coaceruatis per eum in l. qui falſam monetam, ſub num. 27. ff. ad legem Corneliam de falſ.

¶ Imò non tranſiens per iter conſuetum occaſione fraudandi pedagium, uideretur fregiſſe pedagium ipſum: ſecundùm Guid. Pap. in d. deciſ. 572. ſub num. 2.

20 Sed ſi ſtatutum hoc diſponeret, quòd extrahens frumentum de ciuitate, ſeu eius territorio puniatur pœna manus: tunc libellans, ſeu accuſans ſi in libello accuſatorio aliquem extraxiſſe frumentum poneret, peteretque puniri ſecundum ius commune, militaret quippè libellus ipſe non obſtante, quòd extrahens ipſe de iure communi non puniatur, ſed ſecundùm ſtatuti diſpoſitionem: vt uoluit Bal. in l. vnica. C. de confeſsis.

21 Quia ſtatutum, & ius commune idem ſunt. l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure & l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate, & fide cat. c. ius ciuile. 1. diſtinct. & cap. 1. de conſtitutionibus lib. 6. ſiquidem ille libellus ſuſtentatur, cùm ius municipale dicatur ius ipſius populi.

22 Et ſuſtentatur etiam per doctrinam Abbatis Panormit. in cap. in præſentia de probationib. vbi determinat, quòd ſi quid committeretur de iure, intelligeretur quoque ſecundum ius municipale.

SVMMARIVM.

1 *INGREDIENS poſſeſsionem vigore decreti inualidi incurrit pœnas ſtatuti punientis turbãtẽ poſſeſsionem alterius.*

2 *Miſſus in poſſeſsione vigore decreti iniuſti poſſet accuſari de vi turbatiua.*

3 *Immiſsio in poſſeſsionem nulliter facta per iudicem, eſt ante omnia reuocanda.*

4 *Fructus percepti iudicis authoritate, & decreto non reſtituuntur, etiam quòd poſtea appareat decretum ipſum iniquum. Quod non procedit vbicunque decretum eſſet nullum, vel in cauſa non fuiſſet ritè proceſſum.*

OPINIO DCCLXVII.

1 STATVTVM diſponens, ſeu puniens ingredientes, vel turbantes alienas poſſeſsiones, non excuſat Mœuium introeuntem poſſeſsionem alienam ex decreto iudicis inualido: huiuſmodi enim decretum certi iuris eſt non excuſare Mœuium à pœna prędicti ſtatuti ſimpliciter loquẽtis: vt per Bartol. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum quo ſentiunt omnes communiter ibi: vt aſſeuerant Moder. inibi audacter, præſertimq; Socin. & Iaſ. num. 24. & ſequen. & Doctores apoſtillantes Bartol. *Cõis opin.*

2 Ideò miſſus in poſſeſsionem vigore antedicti decreti iniuſti, poſſet meritò accuſari de ui turbatiua: ſecundùm Bart.conſil.91.nume.3. & Soc.conſil.18.

3 Imò immiſsio ipſa in poſſeſsionem nulliter facta per iudicem eſt ante omnia reuocanda, nec peti poteſt modo aliquo confirmari, ſed ut de facto proceſsit, ita contrario imperio de facto etiã reuocari debet: ut firmauere Bald.in l.fin.nume. 22.C.de edic.Diui Adr.tollen. Ancharan. conſ. 192. Alex.conſil.5.num.4.volum.2.Roma. ſing. 773. Poſſeſsio, & ibi Nicolaus Pignola in addit. Grammat.conſil.ciuili.150.num.17.Lud.Rom. conſil.158. circa articulum propoſitæ conſultationis.nume.2. cum alijs ſequen. & ibi D.Horatius Mandoſius fuſiſsimè cum alijs aggregatis per eum in addit. in litera B. vbi etiam reſpondet contrarijs omnibus, & admittit iſtam eſſe magis communem opinionem, & Petr.Ant.Anguſola quoque conſil.3.nume.32. & ſequen.lib. 4.de poſſeſſorio. *Cõis opin.*

4 Sed aduerte quòd fructus percepti authoritate iudicis, puta decreto interpoſito, licèt poſtea appareat iniquum, non reſtituuntur: ut eſt Glo.in l.fin.C.de Carbo. edic.

¶ Quam equidem limita, ut non procedat, vbicunque non fuiſſet ritè proceſſum, uel decretum eſſet nullum, tanquam interpoſitum adiudicando bona non obligata, per l. non putauit. §. non quæuis.ff.de contra tab. vt notant Doctores in d.l.fin.& Affiict.deciſ.218.petita fuit aſsiſtentia num. 5.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem, niſi habuerit pacem ab hæredibus defuncti, non comprehendit mulieres hæredes occiſi: ideò in omnem euentum ſufficeret bannito habere pacem à maiori parte hæredum, ſed contrarium concluditur infra nu.4.*

2 *Statutum quo cauetur licitum eſſe alicui vindictam ſumere de eo, qui ipſum offendit, valet: quia tendit ad refrenandum malitiam, & priuatum facit miniſtrum reipublicæ.*

3 *Statutum diſponens quòd occidens occidatur à conſanguineis occiſi, extenditur vt tunc ſit licitum ad hoc peragendum congregare amicos etiam extraneos, qui adiuuent ad interficiendum; & iſti conuocati nullatenus puniuntur, ſicut non punitur principalis.*

4 *Statutum diſponens quòd bannitus reuerti non valeat ad ciuitatem, vel qui occidit occidatur, niſi habuerit pacem cum hæredibus occiſi, comprehendit tam maſculos, quàm fœminas hæredes.*

5 *Statutum, quòd occidens occidatur, interpretatur non habere locum niſi contra occidentem ex animo, & dolosè. Nã ſtatutum cùm ſimpliciter loquatur, debet interpretari ſecundùm ius commune.*

OPINIO DCCLXVIII.

1 STATVTVM diſponẽs, quòd bannitus non poſsit reuerti ad ciuitatẽ, vel q. occidit occidatur, niſi habuerit pacẽ ab hæredibus defuncti: tũc in iſto ſtatuto non comprehenduntur mulieres hæredes occiſi: ideo ſecundùm Doct. ſufficeret in omnem euentum bannito habere pacem à maiori parte hæredum. ita voluit Bart. Marian. Socin. nume.270.& alij Doct.in l.4.§.Cato. ff.de verb. oblig. quorum quidem opinio communiter approbatur ab omnibus: vt per Pau.de Caſt. in l.2. §.ex his.ff.de verb.oblig. Boer.in deciſ.121.nu.2. & ſeq.& Moder.in d.§.Cato, ubi reprobant cæteras quinq; opiniones, quæ in hoc art. reperiũtur. *Cõis opin.*

2 Et nota, quòd præfatum ſtatutum, quo cauetur licitum eſſe alicui vindictam ſumere de eo, qui ipſum offendit, valet & tenet: ſecundùm Iacob.Butrig.& Pau.Caſt.in l.refectionis, per illum text.ff.commun.præd. quia tendit ad refrenandum maleficia, & quia priuatum facit miniſtrũ Reipublicæ.l.1.C.quomodò lice.ſine iud.ſe vẽd.

3 Imò Doct.in dicta l. refectionis, extendunt hoc dictum, quòd in iſto caſu licitum ſit congregare amicos etiam extraneos, qui illũ adiuuent; & iſti conuocati non puniuntur, ſicut nec principalis. & allegãt Glo.in l.cùm fundus. ff. de ui, & ui arm.& idem tenuit Bald.in cap. fin.colum. 2. de iura.calum.qui ſecundùm eum, quando conceditur, quòd aliquid impunè fiat, videtur ſemper conceſsũ, ut illud fieri poſsit conuocatis amicis & familiaribus.l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de uerbor.obliga. & idem tenet Cæpol.in tract.de ſeruit.urban.prædio.fol.23. ubi aſſerit, quòd ita obtinuit in Ciuitate Veronæ: & ſequitur Iaſ.in l.1.§.fin.ff.de noui oper.nunc.

4 Fallit, ac claudicat dictum ſtatutum, quando loqueretur in numero plurali, ut puta: dicit ſtatutum bannitum non poſſe reuerti ad ciuitatem, niſi pacem habuerit cum hæredibus occiſi: tunc enim comprehendit tam maſculos hæredes, quàm fœminas: ſecundùm Bart. in l. ſi filius qui patri, in vltima q.ff.de vulg.& pupill.ſubſt.

¶ Et hoc non ſolùm procedit de iure ſtatutario & municipali, ſed etiam de iure cõmuni omnibus hæredibus etiam fœminis competit ius vindicandi defuncti necem.l.ſororem. C. de his quib.ut indig.& l.fœmina.C.ad Turp.& not.omnes Doct.in d.§.Cato, preſertimq; Iaſ nu.59.vbi ait hanc eſſe cõem opinionem, & Ruinus ibid.n. 20.in 2.lect.& Pontanus Peruſinus, nu.70.& ſeq. *Cõis opin.*

¶ Sed iſta eſt potius cõtraria opinio primę ſententiæ relatę, quàm aliter limitatio, atq; eidẽ inhæret approbando, & citando communem Fely. in c.cùm omnes in 7.fallen.de conſt.Cagn in l.1. nu.10.cum duobus ſeq.ff.de reg.iur. & Vaſq. in tract.de ſucceſſ.reſolut.lib.1.§.3.nu.49.& ſeq.

5 Et

5 Et præſatum ſtatutum ſimpliciter diſponens, quòd occidens occidatur, interpretatur & limitatur ſecundo loco non incurrere pœnam ſtatuti, niſi qui ex animo, & doloſè occiderit; & ſic ſtatutum, licèt ſimpliciter loquatur, debet declarari ſecundùm ius commune: vt in c. cùm dilectus, de conſuet. & ibi Doct. & tradit Cald. conſ. 9. in tit. de conſtit. quicquid diſputetur. Corne. conſ. 1. pro deciſione, in conſ. 10. conſideratis. col. 2. uol. 3. & Bal. hoc latè declarat, in l. data opera. colum. 3. uerſ. Item ſi ſtatutum. C. qui accuſare non poſſunt. Et dicit magnum uerbum Paul. de Caſt. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſis infa. irroga. quòd per hoc liberauit quēdam, qui proijciendo ſaxum hominem interfecerat caſu, & pręter propoſitum ſuum: licèt in loco extaret ſtatutum, de quo ſupra. & determinat idem Paulus de Caſt. conſ. 377. in cauſa incarceratorum, in princ. uol. 2. ſecundùm nouam impreſsionem, & Dec. conſ. 9. per totum, ubi plurima ad propoſitum reperies. idem uoluit Cardi. in c. lator, ubi idem dicit Fely. ext. de homicid. Barba. conſ. 40. illud adduco col. fin. uol. 2. Alex. conſil. 140. videtur in caſu ꝓpoſito. col. 2. lib. 2. & Iaſ. in l. prima. ff. de legib.

SVMMARIVM.

8 *STATVTVM diſponens, quòd tertia pars bonorum occidentis applicetur hęredibus occiſi, tūc ſi monachus occidatur filij ſui legitimi, & naturales, quos ante ingreſſum procreauerat, deberent illam tertiam partem habere, non autem monaſterium.*

OPINIO DCCLXIX.

8 STATVTVM diſponens tertiam partem bonorum homicidæ ad hæredes interfecti peruenire, & monachus fuerit occiſus, tertia pars ipſa bonorū, ſecundùm communem opinio- Cõis opin. nem peruenit ad filios monachi legitimos ante monaſterij ingreſſum ſuſceptos, non ad monaſterium: vt firmauerunt Ant. But. Aret. Andr. Barb. Fely. Pariſ. & Marcus Mantua num. 60. in c. in pręſentia de probat. Ioan. Palagarcñ. conſ. 174. inter conſilia Federici de Senis, & Boer. deciſ. 121. in quibus quidem locis omnes prælibati Doct. admittunt iſtam fore communem ſcholam, & deciſionem Scribentium.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet monaſterio, non autem filio naturali in ſæculo nato, & relicto antedicta bona uigore ipſius ſtatuti acquiri debere, inclinauerunt Feder. de Senis conſ. 34. Ro. ſing. 456. ſtatutū Vrbis veteris, Auguſt. Berous in d. c. in præſentia. nu. 473. & Alcia. Cõis opin. in l. 4. §. Cato. col. fi. ff. de uer. obli. ubi inaduertenter admonet iſtorum opinionem cõmunem eſſe.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd bannitus poſsit impunè occidi ualet.*

2 *Statutum, quòd bannitus ualeat impunè occidi, dicitur fauorabile, quia ob bonum publicum uidetur inductum.*

3 *Statutum, quòd bannitus poſsit impunè occidi ualet etiam in foro animæ.*

4 *Statutum diſponens quòd bannitus ualeat impunè occidi, poteſt pręmiare occidentem bannitum ipſum, quamuis de ſe homicidium ſit malum: & ſic cum bona conſcientia, & licitè occidens poteſt pręmium conſequi promiſſum, dummodò bannitus occidatur in territorio ſtatuentis.*

5 *Occidens bannitum ſtatuto permittente, licèt non teneatur, nec puniatur aliqua pœna corporali, vel pecuniaria: tamen efficitur infamis, adeò quòd in facto graui non poteſt eſſe teſtis ſine tortura.*

6 *Statutum diſponens, quòd bannitus poſsit impunè offendi, vtrum poſsit impunè occidi remiſsiuè.*

7 *Occidens bannitum uigore ſtatuti non tenetur de pace aliàs facta, & conuenta cum eo, etiam ſi fuerit iurata.*

8 *Filius poteſt patrem bannitum occidere impunè uigore ſtatuti: & ſimiliter pater occidens filium bannitum, & vaſallus dominum non debet puniri. Nam bannitus eſt transfuga, & hoſtis Ciuitatis.*

9 *Bannitus licèt proteſtetur volenti ipſum occidere, vt nullam ſibi inferat contumeliam, vel iniuriam, ex quo fuit abſolutus, niſi ſtatim faceret fidem de reſtitutione, uel abſolutione ſibi facta á ſuo iudice, poſſet impunè offendi.*

10 *Statutum permittens aliquem impunè ocidi, intelligitur permittere illum uerberari, & iniuria affici.*

11 *Statutum diſponens, quò d bannitus poſsit impunè occidi generaliter intelligitur, ſiue quis occidat per ſe, ſiue per alium data pecunia.*

12 *Statutum de bannitis occidendis intelligitur ſolùm ex ueris probationibus delicti, non autem de bannitis per contumaciam. Nam bannitus propter contumaciam non intelligitur bannitus ex maleficio.*

13 *Bannitum ex forma ſtatuti unuſquiſque de populo in iudicio poteſt defendere, & opponere nullitates, ac alia defenſionis genera, & comparenti obijci nequit, quòd ſua non intereſt.*

14 *Statutum, quòd bannitus in centum poſsit impunè occidi, non comprehendit bannitum ex duabus cauſis in quinquaginta pro qualibet: quia cùm materia ſit odioſa non debet fieri cumulatio ad hoc vt dicatur bannitus in centum.*

15 *Statutum de occidendis bannitis non comprehendit bannitos carceratos, & captos per iudicem in manibus ipſius iudicis.*

16 *Statutum permittens bannitum poſſe impunè occidi habet locum in legitimè riteque bannito. Nam occidens non ritè bannitum non iuuaretur dicto ſtatuto.*

17 *Occidens non ritè bannitum punitur ordinariè ſi haberet notitiam huius nullitatis; aliàs tanquám culpabilis eſt puniendus arbitrio iudicantis.*

18 *Statutum*

18 *Statutum dans premium occidenti bannitum non comprehendit occidentem eum ſe defendendo: quia hoc non facit principaliter, vt occideret bannitum, ſed vt ſe defenderet.*

19 *Statutum loquens de bannito non procedit in bannita, & ſic in muliere prægnante; & illam occidens, licèt ignoret prægnantem eſſe, tenetur de homicidio: quia hoc cogitare debuit, etiam ſi partus ſit adulterinus, vel in carcere conceptus: & licèt ſit prægnans decem, uel viginti dierum tantùm, quia licèt non ſit anima, tamen eſt ſpes.*

20 *Statutum, quòd bannitus poſſit impunè occidi, nõ habet locum in uxore interficiente maritum, quę puniri debet non obſtante tali ſtatuto: quia mulier eum non debet offendere, quem tenetur alere, atque defendere.*

21 *Statutum de bannitis occidendis non habet locum extra territorium ſtatuentium; & occidens non iuuatur tali ſtatuto, nec eſt immunis à pœna homicidij, ſed à Principe illius territorij debet pro huiuſmodi homicidio capitaliter puniri.*

22 *Bannitus extra territorium ſtatuentis capi non poteſt, & captus debet relaxari tanquàm illegitimè captus.*

23 *Statutum ſtatuens pręmium occidenti bannitum, ſeu rebellem ubique, & conſequenter extra territorium ſtatuentis non excuſat occiſorem à pœna mortis: & tale ſtatutum reputatur iniuſtum, & ſtatuentes mortaliter peccant.*

24 *Bannitus ob homicidium ab una ciuitate eccleſiæ cenſetur bannitus ab vniuerſo territorio eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecto.*

25 *Occidens bannitum extra territorium ſtatuentium, licèt non euitet pœnam homicidij, & peccatum mortale: tamen conſequi poteſt præmium ſibi in banno pollicitum.*

26 *Statutum, quòd bannitus impunè occidi poſſit, extenditur vt habeat locum etiam extra territorium ſtatuentis in locis cum Principe banniente confederatis durãte confederatione, ſecus uerò ſi interficeretur bannitus in ipſis locis confederatis expirata confederatione.*

27 *Statutum, ſeu bannum, quòd bannitus pro crimine leſæ maieſtatis poſſit occidi extra territorium bannientis ualet, & tenet.*

28 *Bannitus ſicut offendi poteſt uigore ſtatuti in perſona, ita etiam in rebus ſuis vexatio, ſeu moleſtia per vim, & uiolentiam permiſſa eſt inferri.*

29 *Bannitum interficiens uigore ſtatuti, ſtatim & inconti nenti eum ſpoliare poſſet.*

OPINIO DCCLXX.

1 STATVTVM diſponens, quòd bannitus poſsit impunè occidi ualet & tenet de iure: ut per Io. And. in addit. Specul. in tit. de conſtit. §. 1. col. penult. Hoſt. in c. 1. eod. ti. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & in l. ex hoc iure, in 2. q. 3. q. prin. ff. de iuſt. & iu. & in l. vt vim eod. tit. & Canoniſtæ omnes cõiter, in c. q in eccleſiarũ, de cõſt. Marſil. in l. 1. col. 8. uerſ. Et tale ſtatutũ. ff. de ſicar. conſ. 73. num. 75. & conſ. 32. num. 2. & in ſua pract. crimi. in §. aggredior. num. 1. Gozad. cõſ. 61. & Dec. conſ. 327. ſub num. 3. ubi affirmat iſtam eſſe cõmunem opinionem. *Cõis opin.*

2 Et ratio iſtius ſtatuti uidetur iſta: quia dicitur fauorabile ex eo, quòd ob bonum publicum uidetur inductum. l. 2. vbi Bar. & alij. C. quando liceat ſine iud. ſe uind. Bar. in d. l. omnes populi. q. 2. 3. q. princ. Iaſ. conſ. 133. colum. pen. lib. 1. & in l. ubi pactum. colum. 5. C. de tranſact. Bal. conſil. 491. poſt medium lib. 3. & Moder. in d. c. quæ in eccleſiarum, & Dec. d. conſil. 327. numero 3. in fine.

3 Et intantùm hoc ſtatutum ualet, vt etiam in foro animæ, & apud Deum ualeat: vt dicit Alex. in l. ſi plagij in princ. ff. de uerb. obliga. & Petrus Duennas, in regula. 68. limit. 2. cum aliis per eũ ibi latè congeſtis, per ea quæ uoluit Alberic. in tract. ſtatut. 4. par. q. 19.

4 Imò huiuſmodi ſtatutum poteſt præmiare occidẽtem bannitum, quamuis de ſe homicidiũ ſit malum; & conſequenter occidens ipſe licitè, & cùm bona conſcientia poſſet præmium promiſſum per ſtatutum accipere, dummodò bannitus occidatur in territorio Principis ſtatuentis: ſecundùm Hoſt. & alios omnes in c. fin. de conſuet. Soc. conſ. 157. pręſens conſultatio in princ. uol. 2. cum aliis congeſtis per Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 54. & ſeq. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & in d. conſil. quoque. 327. ſub num. 3. & Ioan. Baptiſta Ferrettus etiam conſ. 330. Princeps. num. 1. vol. 2. Et ratio iſtius concluſionis uidetur iſta: quia non poteſt extimari quantùm interſit liberam eſſe prouinciam à malis hominibus. l. congruit. ff. de offic. præſidis. *Cõis opin.*

5 Et licèt occidens bannitum (ad inſtitutum redeundo) ſtatuto permittente non puniatur aliqua pœna corporali uel pecuniaria; nihilominus eſt infamis: vt per Bal. in l. decuriones, circa fin. C. quibus ex cauſis infami. irrog. quem ſequitur & refert Marſil. conſ. 9. nu. 39. & in l. lege Cornelia. num. 74. ff. de ſicar. adeò quòd in facto graui non poteſt eſſe teſtis abſque tortura: ſecundùm Bal. in auth. ſi dicatur. colum. fin. C. de teſtib.

6 Et caſu quo dictum ſtatutum loqueretur, ꝙ bannitus poſsit impunè offendi, utrùm poſsit impunè occidi. hanc quæſtionem latè diſputat, & reſoluit Nellus in tract. de bannitis, in 2. part. numero 1. & 8.

7 Sed præfatum ſtatutum ſic declaratum, ampliatur primò habere locum ſi occidens promiſiſſet ſub pœna vallata iuramento ante bannum non offendere: vtputa Titius erat Mœuio inimicus, fecit pacem cum eo cum promiſsione, & iuramento de non offendendo; nihilominus vigore iſtius ſtatuti de occidendo, non obſtante promiſsione

promiſsione Titius poterit Mœuium impunè occidere: nec tenetur pœna conuenta. vt per Bald. in l. 2. C. quando liceat unicui. ſine iud. ſe vind. vbi Alex. in apoſtil. in l. qui ſeruum. ff. de uerbor. oblig. Ancha. & Barba. nume. 162. in c. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit. & Ripa in repet. l. fin. C. de reuoc. dona. num. 86. ubi ait hanc eſſe cómunem opinionem. & Alex. in l. qui inſulam. num. 2. poſt medium. ff. de uerb. oblig. Berous uerò, in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 123. & ſeq. per pulcherrimas, & ſubtiles rationes conatur ſuadere contrarium: tamen quicquid ipſe dicat non ob hoc diſcedo à communi opinione. Cõis opin.

8 Ampliatur ſecundò præfatum ſtatutum, ꝙ occidens patrem, filium, fratrem, uel dominum bannitum non debet puniri, uel aliqua pœna affici: vt uoluit Bart. & Alex. ibi in add. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. de adult. Saly. in l. unica. C. de his qui paren. uel lib. & arg. eorum Abb. conſ. 104. lib. 1. Imol. in l. triticum, propè fi. ff. de uerb. oblig. Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 5. Petrus Duennas in reg. 68. num. 8. cum aliis latè ibi congeſtis per eum, & nouiſsimè Auguſt. Berous, in memorato c. quæ in eccleſiarum. num. 14. ubi reſpondet contrariis, & audacter aſſeuerat hanc eſſe magis communem opinionem. Cõis opin.

¶ Et ratio dictæ communis opinionis uidetur iſta, quia bannitus eſt transfuga, & hoſtis ciuitatis. l. amiſsione. §. 1. ff. de capit. dimin. & in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſica. & not. Bar. in l. vt vim, & in l. omnes populi. col. 13. ff. de iuſt. & iure, Florian. in l. binas ædes. ff. de ſeru. ruſt. præd. & Mod. in d. c. quæ in eccleſiarum. quamuis contrariũ teneat Ruinus poſt alios ibi relatos per eum, conſ. 4. num. 7. uol. 5. uidelicet, quòd filius patrem bãnitum propter reuerentiam occidere non poſsit vigore dicti ſtatuti, & Follerius in ſuis commentariis ad pragmaticam editam per Illuſtriſs. & Reueren. Card. Paceccum de contumacibus nõ comparentibus infra decem dies &c. num. 13. & Marſil. in repet. l. unicæ. num. 232. C. de rapt. uirg. & Franciſcus Marci deciſ. 426. numero 1. in 1. par.

9 Ampliatur tertiò præfatum ſtatutum intantùm procedere, quòd ſi quis uellet interficere bãnitum uigore ſtatuti, & bannitus proteſtatur inſultanti, uel ſe offendere uolenti, vt nulla ſibi inferatur contumelia uel iniuria, ex quo fuit abſolutus: tunc proteſtans, niſi ſtatim faceret fidem de reſtitutione vel abſolutione ſibi facta à ſuo iudice, poſſet impunè offendi: ſecundùm theoricã Bar. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de noui. op. nunc. communiter approbatam ibi à Scriben. & in c. cùm M. de conſtit. vt atteſtatur Ripa ibi nu. 176. Cõis opin.

10 Ampliatur quartò allegatum ſtatutum permittens aliquem impunè occidi, quòd intelligatur permittere illum uerberari ac iniuria affici: ſecundùm Bar. in l. nec in ea. ff. de adult. Bal. in l. 2. C. de exhi. reis, in l. ſi quis nõ dicam rapere. in princ. C. de epiſc. & cler. in l. pen. C. de priu. carc. in l. 3. ff. de adimen. leg. & in l. in ſuis, & ibi Ang. & Imol. ff. de lib. & poſth. Io. And. in add. Specul. in tit. de conſuet. §. 1. in fin. Ant. in cap. fin. de conſuet. in 1. fallen. & Imol. in l ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. matr. quos ſequitur & refert Alex. in d. l. nec in ea'.

¶ Hinc eſt, quòd dicebat Gloſ. in l. 2. C. de patrib. qui fil. diſt. quòd ſi pater poteſt filium uendere, à fortiori illum pignori dare poterit: quam ibidem ſequitur Azo. in ſumma.

11 Ampliatur quintò hoc ſtatutum permittẽs generaliter bannitum occidi, quod generaliter debet intelligi ſiue quis occidat per ſe, ſiue per alium, etiam data pecunia: ut uoluit Bal. conſil. 401. ad euidentiam dicendorum, col. fi. uol. 1. & Deci. in d. conſ. 327. num. 5.

¶ Imò concludit etiam Bald. in l. Gracchus. C. de adulter. per textum ibi, quòd ſtante ſtatuto, quòd bannitus pro certo crimine non poſsit occidi, niſi à ſuo inimico, quòd tũc inimicus poſſet utique alteri mandare ſimiliter, quòd illum aſſaſsinaret, & mandatarius nempè non puniretur: quia quod licitum fuit in perſona mandantis, reputatur itidem licitũ in pſona mãdatarij.

12 Limitatur primum iſtud ſtatutum ita, & taliter ampliatum, intelligi ſolummodò de bannitis ex ueris probationibus delicti, non autem de bannitis per contumaciam: ſecundùm Bal. Ioã. de Imol. & l. ſi mora. ff. ſol. matr. Alberi. in tract. ſtatut. in 1. par. q. 52. Sed hic quæro &c. & dictũ ſequitur etiam Alexã. in l. omne delictum, circa princ. ff. de re iud. Marſil. conſ. 82. num. 11. conſ. 10. num. 8. & 12. & in l. infans. num. 24. ff. ad leg. Corn. de ſicar. poſt nonnullos alios Doct. ibi per eum relatos, & Berous, in d. c. quę in eccleſiarũ. num. 117. & Alex. per pulcherrimas rationes in d. l. ſi mora. num. 13. inquiens ibi hanc eſſe magis communem opinionem, quòd bãnitus propter contumaciam non intelligatur ex maleficio bãnitus. & ſequitur etiam conſulendo, & citat Hierony. Albanus. conſ. 8. doleo quòd cauſa uiduæ mortalis. num. 27. quia contumacia non eſt maleficium ac delictum: vt ſcripſimus in Opin. Teſtis uocatus & citatus, in fin. Cõis opin.

13 Hiſq́ue occurrit pro maiori declaratione pręcitati ſtatuti, quòd unuſquiſque de populo in iudicio poſſet cõparere, & dictum bannitum etiam defendere, ac tueri per remedium nullitatis; huicq́ue taliter comparẽti obiici non poſſet, quòd ſua non intereſſet, per doctrinam ſingularem Bart. num. 10. quam ibi ſequitur Ang. Saly. Fulgo. & Paul. de Caſt. num. 9. in l. ubi pactũ. C. de tranſact. Bal. in l. decurionum. C. de infa. Ab. in c. illa, de accuſat. cum aliis de quibus per Fely. in c. cùm ſuper. col. 5. uerſ. Non ſolùm pro intereſſe. & c. num. 14. de ſent. & re iud. & Marſil. in l. ſi quis, ne quęſtio. uerſic. Reperio etiam. num. 125. ff. de quæſt.

14 Limitatur ſecundò, quòd ſi ſtatuto caueturbanni-

bannitum in centum poſſe impunè occidi: tunc ſi quis reperiatur bannitus in vna cauſa in quinquaginta, & in alia cauſa in aliis quinquaginta, non debet fieri hoc caſu cumulatio, ut dicatur bannitus in centum: quoniam iſta eſt materia odioſa.l.ubi fideiuſſor, ubi hoc omnes Doct. tenent, & firmant.ff.de ſolut.Barba.in c. licèt. numero 45.& ſeq.de foro compet.& Iaſ.in l.ſi idem cùm eodem.ff.de iuriſd. omn.iud. ubi planè deducunt hanc eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

15 Limitatur tertiò præfatum ſtatutum, quòd carcerati, ſeu capti per iudicem in manibus ipſius iudicis occidi non poſſunt, ſtante iſto ſtatuto, quòd poſsint impunè occidi: ſecundùm Bart. in l.in laqueum.ff.de acq. rer. do. & probatur in l.fin.C.de cuſt. reorum, & firmat Marſil. ſingul. 150.acceſſus ad meretrices,& in l.1.num.8.circa fin.ff.de ſicar.& Michael Cifuentes in commentariis ſuper leges Tauri in l.76.col.1.uerſ.Septimò dubitatur.

16 Limitatur quartò premiſſum ſtatutum permittens bannitum poſſe impunè occidi, habere locum in legitimè, ac ritè bannito, non autem in bannitis contra normam, formamuè à iure traditam.l.non putauit. §. non quæuis, & ibi Bar.ff.de contratab.& l.4.§. condemnatum. ff.de re iudic. & ita conſuluit Hierony. Albanus in d.conſ.8. nu.22.cum aliis ſeq. Et iſte occidẽs non ritè bannitum non tuuaretur dicto ſtatuto: ſecundùm Canoniſtas, in dicto. capitulo, quę in eccleſiarum, & Legiſtas omnes communiter poſt Bar.in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acquir. poſſ. & in d.§.non quęuis, cum aliis abundè congeſtis per Marſil.conſil.110.num.10.15.cum aliis ſeq.vbi ait hanc eſſe communem opinionem. & Alexã. conſ.77.viſis dubitationibus.num. 5.6.7.& 10. uol.3.& D.Iulius Clarus in pract. crim.in §.Homicidium.uerſ.Maior eſt dubitatio,quando bannum eſt nullum.colum.antepen.fol.31. ubi citat hunc locum,& opinionèm meam, & aſſerit animo contennendi, Marſilium per me ubi ſupra conſ.110.allegatum non dicere hoc in libro ſuo: tamen eum rogo ad excutiendum puluerem de ipſo libro: quia Marſilius citatus quippè per me fideliter, dicet hoc ſibi literis arcus triumphalis.

Cõis opin.

17 Imò occidens bannitum, qui fuerat nulliter bannitus, non excuſabitur quominùs puniatur ordinariè: uidelicet ſi taliter occidens haberet notitiam huiuſmodi nullitatis; aliàs cum diligẽtia perquirere,& ſe informare debuiſſet, tanquã culpabilis iudicantis arbitrio plectendus erit: iuxta communem theoricam Scriben. de qua, per Alex.conſ.77.uiſis,colum. 1.lib.3. poſt Bart. Bal.& alios,in l.non putauit.§.quæuis.ff.de contratab.& in l.fin.ff.de adult.& Bal.in l.ex morte. ad leg.Aquil.Doct.maximè Iaſ.in l.4.§. condemnatum.col.fin.ff. de re iud.cum aliis, de quibus per Dec.conſ.482.num.10. per Bald. in l.1.C. de pœn.& in add.Specul in tit.de cita.col.4.uerſic. Non ualet,Alexan.conſ.114.num.4.lib.1.& conſilio 160.lib.7.& Fely.in d.c.quę in eccleſiarum. columna 2.

Cõis opin.

18 Limitatur quintò dictum ſtatutum dans premium occidenti bannitum non comprehendere occidentem eum ſe defendendo ac tuendo: quoniam non facit principaliter vt occideret bãnitum,uerùm ut ſe defenderet: vt voluit Bar.per illum tex.in argumentum,in l.ſi quis in graui.§. vtrùm.ff.ad Syllan. & in l.nulla macula, ſimiliter per illum tex.C.de delatorib.lib.10. ubi hoc idem tenet Alex.ſequendo Bart.& Roma.in d §. vtrum.& Michael Cifuẽtes in d.l.Tauri. 76.poſt principium.

19 Choarctatur iſtud ſtatutum ſexto loco loquens de bannito non procedere in bannita, & ſic in muliere: ſecundùm Ioan.de Ana.in c.intelleximus de his qui fil.occid. Bal. in l. Imperator. la 2.ff.de ſtat.hom.Ang.conſ.67.primum, Alex. conſ.28.præclarè.uol.3.& Dec.in l.fœminæ.numero 83. de reg. iu. Quod procedit in fœmina dum eſt prægnans: ſecundùm Marſil.in pract.crimi.in §.nunc uidendum.num.50.& Petrũ Duenas,in reg.68.num.7. cum aliis ibi per eum congeſtis. Et animaduerte, quòd ſi quis interficiat mulierem bannitam, quæ ex præallegati ſtatuti diſpoſitione impunè interfici potuiſſet,& ea prægnans fuiſſet,ille de homicidio tenetur, & punitur, licèt prægnantem fore ignorauerit: quia de hoc cogitare debuit: ſecundùm Bal.in l.Imperatores,in 1.lect.ff.de ſtat.hom.quem ſequitur Saly.in l. quoniã.C. ad leg.Iul. de vi pub. & Nellus de Sancto Gemin.in tract.de bannitis, in 2. par. 2.temp.q.45.

¶ Et illud, quod ſupra docuimus, mulierem bannitam prægnantem non poſſe occidi, probatur iſta ratione: ſecundùm Bal.& Ioã.de Ana. in locis ſupra relatis: quia grauiſsimum facinus cõmittit,qui prægnantem occidit.Et prædicta procedunt, ſecundum eos,etiam ſi partus ſit adulterinus, uel in carcere conceptus. Et procedunt etiam ſi eſſet mulier prægnans decem,uel viginti dierum tantum: quia licèt non ſit anima, tamen eſt ſpes.

¶ Sed aduerte,quòd ſi mulier bannita poſſet occidi: à fortiori tunc valeret adulterari etiam: cùm homicidium ſit maius, quàm adulterium. c.ſi quid uerius. 33.q. 2. & ita firmauit Nellus in tract. ſuo bannitorum in 2.part. 2. temporis quæſtio.46.

¶ In contrariam uerò ſententiam inclinauit Bal.in l.fin.C.ſi contra ius, uel util.pub. & Dec. in c.quę in eccleſiarum.col.7.uer.Et ideò refert. de conſtit.ubi dilucidè admonet iſtam opinionẽ contra Nellum communem eſſe: quam ſequitur etiam, & citat Iulius Clarus in pract.crim. in §. homicidium.lib.5.fol.30.uerſ.Sed an ſtante huiuſmodi ſtatuto, ſi mulier bannita.

Cõis opin.

20 Interpretatur ſeptimò antedictum ſtatutũ in vxore interficiente maritum, quæ puniri deberet, non obſtante ſtatuto ipſo prębente licentiam

tiam cuicunque occidendi bannitum impunè: quia mulier eum non debet offendere, quem tenetur alere, & defendere: ſecundùm Cępol. conſil. 5. caſus talis eſt.

21 Limitatur octauò prędictum ſtatutum non habere locum, nec extendere uires ſuas extra territorium ſtatuentium; & ſic occidens bannitum extra territorium eorum, non iuuabitur tali ſtatuto, nec erit immunis à pœna homicidij, ſed à Principe illius territorij deberet pro tali homicidio capitaliter puniri: ſecundùm Io. Bapt. Ferret. in d. conſ. 330. num. 3. & ſeq. uol. 2. & Iaſ. in l. fin. col. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. poſt Ioan. de Imol. in Clemen. paſtoralis, col. 4. de iureiur. & Ancha. in c. canonum ſtatuta, de conſtit. char. 17. uer. Tertiò principaliter. & hoc tenet & optimè probat Ruinus conſ 84. num. 1. 4. & 6. vol. 4. Marſil. conſ. 121. num. 2. & ſeq. licèt ipſe in ſing. 294. Odia reſtringi, & conſ. 32. & in pract. crim. in §. aggredior. num. 21. & in l. eiuſdem. §. transfugas. numero 3 ff. ad leg. Corn. de ſicar. in præmemoratis locis dicat poſt Bal. conſ. 434. præmittendum eſt ad euidentiam &c. lib. 5. & in multis aliis locis, quòd ſtatutum prębens occidenti bannitum præmium, comprehendat etiam interficientem talē bannitum extra ſtatuentis territoriū. & huic ſententię inhęret etiam Thobias Nonius conſ. 98. ſub num. 7. & ſeq.

22 Mihi verò magis placet prima opinio, tanquàm melioribus rationibus, & pluribus, ac ferè grauioribus authoritatibus uallata; quam quidem hac potiſsimum ratione comprobo, quòd bannitus non ſolùm extra territorium impunè occidi nequit, uerùm etiam nec capi poteſt: quia bannitus extra territorium ſtatuentis captus debet relaxari, cū ſit illegitimè captus: vt per Bal. in auth. Item nulla communitas, in fin. C. de epiſco. & cler. Nellum in tract. de bannitis, in 2. par. 2. temporis, in q. 30. & Iaſ. in l. ubi pactum, col. 5. C. de pactis.

23 Comprobo etiam altera ratione; quia ſi ſtatutum ipſum in fortioribus terminis, ſtatueret præmium occidenti rebellem bannitum, uel hoſtem ciuitatis ubique, & ſic extra territorium ſtatuentis: tunc non excuſaret ipſum occiſorem, vt ſi occiſor ex huiuſmodi ſtatuto, ſeu publico edicto caperetur extra territorium ſtatuentis, & in loco cōmiſsi homicidij, iuſtè puniri poſſet vt homicida: vt optimè firmat S. Ant. Archiepiſ. Floren. in ſua ſumma in 1. par. tit. 7. c. 8. de homicidio. col. 7. & ſeq. uerſ. Sed nunquid licet cuilibet occidere, ubi appellat etiam tale ſtatutum iniuſtum, & ait quòd illud ſtatuētes mortaliter peccarent.

24 Benè uerum tamen eſt, quòd bannitus ob homicidium ab una ciuitate eccleſiæ, cenſetur ex bullis Pontif. bannitus ab uniuerſo territorio eccleſiæ mediatè, uel immediatè ſubiecto. & ita conſuluit in terminis Thobias Nonius in d. conſ. 98. num. 6. & ſeq.

25 Et quamuis occidens bannitum in territorio alieno non euitet pœnam homicidij, nec peccatum; nihilominùs mereretur præmium ſtatutum, & pollicitum in banno: vt uoluit Bal. conſ. 434 præmittendum eſt uol. 5.

26 Sed vbicunque bannitus occideretur in locis, ſeu ciuitatibus cum Principe banniente confœderatis durante confœderatione: tunc hoc ſtatutum extenderet quippè uires ſuas extra territorium bannientium, & conſequenter in mentionatis locis confœderatis: ſecus autem ſi interficeretur bannitus in ipſis locis confœderatis expirata confœderatione: vt ita diſtinguēdo uoluerunt Bar. Alberi. & alij in l. non dubito, per illum text. ff. de capt. & Ioan. Bapt. Ferrettus in d. cōſil. 330. num. 2. vol. 2. vbi deducit iſtam eſſe communem diſtinctionem, & opinionem. Cōis opin.

27 Et ibi reſpondendo concludit etiam num. 5. & ſeq. quòd in crimine læſę maieſtatis ualeat bānum, ſeu ſtatutum, quòd extra territorium bannientis occidi poſsit reus bannitus.

28 Limitatur nonò memoratum ſtatutum, q̄ licèt bannitus ipſe in perſona offendi poſsit; nihilominùs in rebus ſuis aliqua moleſtia quantumuis minima inferri nequiret, & conſequenter in bonis offendi non poſſet: ut doctiſsimè firmauit, & probauit Illuſtriſsimus D. Hierony. Albanus Cardinalis in d. conſ. 8. num. 29. cum aliis ſeq. cōtra Iaſ. & ſequaces in l. 1. C. de hæred. inſtit. contrarium aſſeuerantes.

¶ Sed tamen in contrariam ſententiam reperio inclinaſſe communem ſcholam omniū Doctorum, ut ſi ſtatutum permittat impunè bannitum offendi, eius etiam res auferri poſsint. l. 1. §. quod prætor. ff. de aleatorib. Bar. in l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adult. Ang. Pau. de Caſt. & Alex. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Ant. Trigo. ſingul. 42. Bald. in c. in literis. col. 1. de reſtit. ſpol. & in l. fin. C. ſi contra ius, uel vtil. public. & in l. 3. C. ſi penden. appel. mors inter. & Iaſ. & Dec. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. Cōis opin.

29 Imò etiam ſi ſtatutum impunè bannitum offendi permittat, eum interficiens ſtatim, & cōtinenter ſpoliare poterit: ſecundùm Auguſt. Arimi. in add. ad Ang. in tract. maleſi. in uer. Et ueſtem cœleſtem add. 1 Hierony. Butig. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. Marſil. conſ. 90. Albert. Brun. in repert. ſuo in uer. Stante ſtatuto, quòd bānitus poſſit impunè offendi, Ant. Trigo. in d. ſing. 42. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. col. 3. de conſtit. & Dec. in d. l. vt uim.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, quòd pater teneatur ſoluere pro filio condēnationē uſq; ad legitimā. uel quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij ualet, et tenet.*

2 *Pater de iure communi, ſtante condemnatione filij ad pœnam pecuniariam, non tenetur ad pœnam ipſam ratione*

tione legitimæ: quia filius non habet ius in legitima uiuente patre.

3 *Statutum diſponens, quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, non habet locum in nepote: quia ſtatutum hoc continet odium irrationale; Vndè ſequitur, quòd appellatione filiorum non ueniunt nepotes, vt diſcurritur, & concluditur etiam infra ſub numero 6.*

4 *Extenſio non fit in pœnalibus per identitatem rationis, quando conſtitutio pœnalis odium irrationale contineret.*

5 *L. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. ubi filij puniuntur ob delictum parentis, non extenditur ad filias: quia continet odium irrationale.*

6 *Pater punitur ob crimen læſæ maieſtatis commiſſum per filium.*

7 *Statutum, quòd pater pro delicto filij teneatur ſoluere legitimam, habet locum quando delictum foret commiſſum in territorio ſtatuentium, aliàs ſecus.*

8 *Statutum, quòd pater teneatur ſoluere pro crimine filij legitimam, non procedit in filio pupillo committente delictum.*

9 *Statutum, quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delictis filij, non habet locum quando filius eſſet condemnatus propter contumaciam.*

10 *Statutum, quòd pater teneatur aſſignare legitimam fiſco pro filio delinquente procedit quò ad patres ciues, non autem quò ad patres forenſes.*

11 *Statutum imponens patri, uel auo pœnam pecuniariam pro delicto filij, uel nepotis ualet, & ſuſtinetur.*

12 *Statutum, quòd unus teneatur pro alio tenet.*

13 *Statutum, quòd unus teneatur pro alio ita demum ualet, ſi ſupereſſet cauſa legitima, ſicut quando pater obligatur pro delicto filij, vt quis retrahatur à delicto, quamuis non ſubſit culpa patris.*

14 *Statutum diſponens, quòd unus teneatur pro alio non procederet, quando diſponeret, quòd quis corporaliter puniatur pro alio.*

15 *Pater ſoluens pro redemptione filij legitimam fiſco ex forma ſtatuti ipſum obligãtis, non cogeretur illam in teſtamento relinquere, nec per conſequens tenetur ad aſſignandum aliam, ſecus ſi uoluntariè.*

16 *Pater ſoluens condemnationem pro delicto filij præſumitur in dubio ſoluere de bonis filij, & non de ſuis, quotieſcunque habet bona aduentitia & materna, & illud computabitur in partem ipſi filio.*

OPINIO DCCLXXI.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ pater teneatur ſoluere pro filio condemnationem uſque ad legitimam, uel pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij ualet & tenet: ſecundùm Alex. in l. lex Cornel. num. 8. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. &
Cõis opin. iſta eſt communis opinio, & obſeruatur in practica: vt atteſtatur Marſil. ſing. 362. Statutum ualens, & ſing. 481. Communis opinio.

¶ Bal. uerò in d. l. lex Cornelia, inclinauit in contrariam ſententiam, uidelicet, quòd non ualeat, nec teneat aliquo pacto ſtatutum diſponẽs, quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij: quia tyrannidem ſapit, quę nullitatis cauſa eſſe debet, ex quo non habet legis requiſita. c. erit autem lex. 3. diſt. & l. 1. & 2. ff. de legib. Et ꝙ ſapiat tyrannidem, facit: quia diſpoſitum eſt alibi, ne pater pro filio teneatur, ſicuti nec filius pro patre, nec uxor pro marito. l. 1. & tot. ti. C. ne filius pro patre. nec vxor pro marito, cum ſimilibus. & not. in l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. pet.

¶ Secundò ad idem eſt bonus text. in l. ſi filius. C. de bonis proſcrip. vbi pro delicto filij peculium eius caſtrenſe, uel quaſi non publicatur, & ibi Bal. ergò quantò minùs legitima patre uiuente, quæ eſt ipſius. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de coll. bonorum. ergò ſtatutum iniquum ualere non debet. & ita etiam dicit per l. ſi filius, Bar. in l. ſi finita. §. ſi de uectig. col. 3. ff. de damno infect. & latius Ang. in l. ſi filius, in prin. ff. de inof. teſt.

¶ His tamen non obſtantibus contrarium uerius uidetur, quod etiam communiter tenetur, vt ſupra recenſui, per text. in c. 2. de delictis pueror. ubi hoc Anchar. & poſt eum Ioan. de Ana. not. & tenẽt, & Glo. in rub. C. de decretis decurionum, lib. 10. Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre, Iaſ. in auth. nouiſsima. C. de inoffic. teſt. Ruinus conſil. 149. num. 13. vol. 3. Pomates in add. ad Bart. in l. Stichus, in litera A. circa fin. ff. de peculio. leg. & Mantua in d. auth. nouiſsima, ubi uſque ad ſaturitatem reſpondet argumentis ſuperius relatis, & aliis infinitis, quæ pro contraria parte per Doctor. adducuntur. Et quòd iſta opinio ſit communis, & ita ſeruetur in practica, teſtatur Alex. in d. l. lex Cornelia colum. 2. Altobrandinus in §. præterea. num. 56. inſtit. quibus mod. ius patriæ poteſt. ſol. & Caſſan. in conſuet. in tit. de ſucceſ. rub. 7. §. 2. num. 5. fol. 320.

2 Sed limitatur hoc ſtatutum non habere locum de iure communi: quia ſi condemnatus ſit ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ non tenetur. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi Bar. in fin. tradit Abb. quoque in c. 2. de delictis pueror. col. 3. & hanc opinionem tenet etiam Specul. in tit. de executione ſententiæ num. 2. Bald. conſ. 257. per totum, uol. 3. Doct. omnes in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. Guil. de Cu. Bart. Alberi. & Bal. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iuris. & hanc ſententiam ait eſſe communem Bertran. conſ. 33. ponitur in facto, poſt medium, uol. Cõis opin. 5. Soci. Iun. conſ. 51. nu. 5. lib. 1. & Petrus Duennas in reg. 357. in ſecunda ampl. poſt alios ibi relatos per eum, & Ruinus conſ. 149. uol. 3. & Ioachimus in obſeruatione, 25. centuria. 4. ubi refert ita obſeruari in iudicãdo in Camera Imperiali, quòd filius non habeat ius in legitima uiuente patre.

3 Li-

3 Limitatur ſecundò præallegatum ſtatutum non habere locum in nepote:ſecundùm Bal.in l. ſi qua pœna,in pen. quæſt.quem refert,& ſequitur Ruinus conſ.8.num.6.lib. 5.licèt nepos largè ueniat appellatione filij:quia huiuſmodi ſtatutum continet odium irrationale:ſecundũ Rayner.de Forl.in l.Iulia.§.1.ff.de ritu nup. & Crotũ in l.omnes populi.col.35.ff.de iuſt.& iure.

4 Vndè in pœnalibus non fit extenſio per idẽtitatem rationis. c.ſtatutum, & c. licèt de elect. lib.6.quem tex.ad hoc citat Calder.conſ.1.in ti. de hęret.Quod ſine dubio procedit, quando conſtitutio pœnalis contineret odium irrationale, vt ſupra docuimus.

5 Prout etiam apparet in l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maieſt. ubi filij puniuntur propter delictũ parentis.Ideoq; illa lex loquens in filiis non extenditur ad filias:vt ibi habetur,& not. Bar. in l. 1.ff.de uer.ſig.Ang.in l.quicũq;.C.de ſeruis fug. Iaſ.in l.ſi quis id quod.col.4.in 6.limit. ff.de iur. om.iud.quia continet odium irrationale.

6 Similiter non habet locum econtra, ſi filius committat crimen læſę maieſtatis: quia propter id punietur pater:ſecundũ Saly. in d. l. quiſquis, quẽ ſequitur Dec.conſ.64.colũ. 1. & 2. Et illud, quod ſuperius retulimus, ꝙ appellatione filiorũ non ueniunt nepotes,ſequitur etiam Bar.in l.patri.ff.de adult.

7 Limitatur tertio loco præfatum ſtatutũ procedere quando delictum per filiũ eſſet commiſſum in territorio ſtatuentium, aliàs ſecus:vt per Bar.in tract.repreſal.in 1.q.& Iaſ. in §. actiones, num.88.inſtit.de act.

8 Limitatur quartò hoc ſtatutum per Marſil. in ſing.ſupra citatis, non habere locum in filio pupillo committente delictum.

9 Quintò limitat idem Marſil. dictũ ſtatutum non procedere quando filius eſſet condemnatus propter contumaciã.l.infans. nu. 20. ff. de ſicariis,& in l.de unoquoq;.num.173.ff.de re iud. & Corn.poſt Bal.& alios ibi ꝑ cũ cõſ.97.n.5.lib.4.

10 Sextò fallit præallegatũ ſtatutũ, ꝙ pater teneatur aſsignare legitimam fiſco pro filio delinquente,procedere quò ad patres ciues,non autẽ quò ad patres forenſes:ſecũdùm Bal. in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui,uel alien.iur.

11 Et queadmodũ valet præcitatũ ſtatutũ: ita ẽt ualet aliud ſtatutũ patri, uel auo pecuniariã pœnam imponens pro delicto filij, uel nepotis: vt per Bal.in l.1.C.ne filius pro patre,& in l.ſancimus.C.de pœ.poſt Guid. de Suza.in l. ſi quis in tantã,poſt Glo.ibi.C.vndè ui,& Barba.in c.cognoſcentes,de cõſt.nu. 7. circa fi.& alios quàmplures relatos per Ruin. conſ.8.nume.1.libr. 5. ubi hoc optimis rationibus probat, limitat, & declarat.

12 Et iſtud ſtatutũ,ꝙ vnus teneatur pro alio tenet,ut ſupra docuimus,& iſta eſt uera,& cõis opinio. teſte Dec.in d.c. cognoſcẽtes, de cõſt.n.8. *Cõis opin.*

13 Et dic,ꝙ iſtud ſtatutũ demũ ualet, qñ ſubeſt cauſa legitima:ſicut qñ pater obligatur pro delicto filij:quia ineſt cauſa, vt quis retrahatur à delicto,quãuis nõ ſubſit culpa patris:ſecundũ Bal. in l.ſancimus.C.de pœn.Imol.in l.cùm filius, in prin.ff.de uer.oblig.& Alex.in l.ſæpè, char. 2.ff. de re iud.

14 Limitaturq; dictũ ſtatutum quãdo diſponeret,ꝙ quis corporaliter puniatur pro alio: tunc enim nõ ualet:ſecundũ Bal.in l. 1.C.ne filius pro patre,& Saly.in l.ſi filius,eo.tit. & Bal. & Saly.in rub.C.res inter alios acta.Ancha.in d.c. canonũ ſtatuta,de conſtit.uerſ. Quęro ulterius,ſcriptum eſt &c. & Alex.in d.l.ſæpè.

15 Et nota ex prædictis, ꝙ ſi pater ſoluiſſet pro redemptione filij legitimã fiſco ex forma ſtatuti ſupra relati, non cogeretur illam in teſtamento relinquere,nec per conſequens teneretur ammodò ſibi ad aſsignandã aliã:ſecundùm Bald.in l.ſi cùm dotem.§ ſi poſt ſolutum.ff.ſol.mat.& in d.l. lex Cornelia.col.1.& Guido Papæ ſing.568.poſt medium. Sed ſuper hoc Bar. diſtinguit in d. l. ſi Stichus.nu.2.in fine, ꝙ ſi pater ſolueret emendã pro condemnatione filij uoluntarie: tunc ſoluta non ſunt imputãda in legitimam; ſecus uerò ex neceſsitate,fortè per ſtatutũ : tunc proculdubio imputanda eſſent.quã diſtinctionẽ ſequitur Bal. in l.omnimodò.§.imputari.C.de inoffic.teſt.Sed eam reprobat Fabianus de Mõte in repet. auth. nouiſsima.C.de inof.teſt.q.8. eandem reprobat Ripa in l.in quartam,num. 185.ff.ad leg.Fal.vbi dicit ita cõiter teneri. Et pro iſta cõi facit textus in l.relegatorũ.§.fi.ff.de interdi.& releg. ubi dicitur, ꝙ ex delicto quis non debet habere beneficiũ.& multo minùs ſi pater filio utendo liberalitate adhuc legitimam dono dediſſet. Et hoc caſu quando filius præfatam legitimã aſsignatã diſsipauerit, non tenetur pater rurſus legitimã aſsignare.ita tenet Bar.& ibi Pau.de Caſt.& Docto.in d.l.ſi cùm dotem.§. poſt ſolutum.ff.ſoluto matrimonio.Paul. de Caſtr. conſil.80.nume.3. uol.1.& Bal.in l.data.C.de don.Et dato ꝙ pater ſoluat legitimã pro filij delicto nullo iure,nec ſtatuto cogente, ſi eo prætextu ipſam ſibi aſsignaret,non tenetur aliquo modo ad aliam: vt uoluit expreſsè Bal.in d.§.ſi poſt ſolutũ. Et ſic pater ab initio quando ſoluit dictam legitimã integram vel partem eius,debet proteſtari, quòd ſoluit animo compenſandi, & repetendi. l. at ſi quis. §. plerique. ff.de relig.& ſump.fun. & not.Gloſ. & Doct.in l. 1.C.de neg.geſt.& in l. alimẽta eo.tit. *Cõis opin.*

16 Similiter his occurrit,ꝙ pater generaliter ſoluendo cõdemnationẽ pro delicto per filiũ perpetrato,&cõfeſſatũ,habentẽ peculiũ aduentitiũ,id eſt bona materna,vt ac pręſumitur ſoluere in dubio nulla facta mẽtione de una cauſa, magiſquã de alia de bonis filij,& non de ſuis, & illud computabitur in partem ipſi filio:ſecundùm Bart.in l.Stichus.ff.de pecul.leg.num. 2. circa medium. per l. Neſennius.ff. de negocijs geſt.quem ſequitur Bald. in authen. ex teſtamento. C. de collat.

Cõis opin. in 5.q. & iſtam Bar.opinionem ait eſſe magis cõmunem Alex.in d.l. in quartam, nu. 13. ff. ad l. Falcid.& Ruinus conſ.149.num.14.uol.3.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM in partibus Tuſciæ loquens de inteſtato habet locum in pupillo propter communem vſum loquendi in Tuſcia. Vndè ſtatutum diſponens, quòd mater filijs inteſtatis, uel ab inteſtato non ſuccedat, de uerbi proprietate in pupillo, qui propriè inteſtatus non decedit, locum habet; & per conſequens mater ad hereditatem ipſius pupilli defuncti nõ admittitur: ſecundùm communem opinionem, licet nonnulli Doctores contrariam ſententiam ſimiliter exiſtiment communem.*

OPINIO DCCLXXII.

1 STATVTVM in partibus Tuſcię loquens de inteſtato, habet locum in pupillo propter communem uſum loquendi in Tuſcia: & ſic ſtatutum hoc diſponens, quòd mater filiis inteſtatis, uel ab inteſtato non ſuccedat, de uerbi proprietate in pupillo, qui propriè inteſtatus non decedit, locũ habet, & per conſequens mater ad hereditatem ipſius pupilli defuncti non admittitur: ſecundũ Barto.in l.1.ff.de ſuis,& legit.per text.ibi.quem ait interpretationem huiuſmodi, ſeu extenſionem facere ex communi vſu loquendi.

¶ Et licèt magna altercatio ſit ſuper hoc dicto Bart.per ea, quæ latè tradit Alex.in l. generaliter, colum.2.C. de inſtitut.& ſubſtit. ubi ponit duas opiniones principales, & latiſsimè per Deci.conſ.466.vbi refert & ponit duas cões, & cõſ. Cõis opin. 563.nu.2. vbi inquit magis communem opinionem Bar.in d.l.1.& vberius per Curt.Iun.conſil. 134.per totum,& nu.5.& Io.Cephal. conſ. 210. Vgoniæ ſtatuto diſponitur, nu.13. uſque ad nu. 66.uol.2.ubi conſuluit pro iſta parte contra Bartol.aſſerendo eam magis communem eſſe.

¶ Tamen quicquid ſit, quandò Deci. & alij inferunt contra Bar.uidentur ſe fundare ex diuerſitate rationis unius caſus ab altero: ſed ratio diuerſitatis aſsignari non poteſt; & ideò Corn. conſ.318.ex pluribus uidetur.nu.7.uol.1.firmat, quòd omnes fatentur, quòd apparenter communi vſu loquendi talia ſtatuta, etiam correctiua extendantur, & quòd communis uſus loquendi ampliet, & reſtringat diſpoſitionem. Et ſic opinio Bar.ex rationibus, & authoritatibus congeſtis per præcitatos Doct.in locis præmiſsis uidetur uerior, & communior, & eam ſequor: prout eã quoque ſequitur, fulcitur, & ab omnibus contrariis tuetur Ruinus conſ.50.nu.2.7.& 12.uol. 3.ubi profert hoc magnum, & utile uerbũ, quòd re uera communis opinio non eſt in contrariũ, vt præſupponit inaduertenter Alex.in d.l. generaliter, & ei inhæret etiam Boer.conſ.34.nu.1.& Georg.Natta in tract. quod ſtantibus maſculis, q.4.principali.num.6.& Fely.in rub.de fid.inſtr. ſub nu.3. & D. Brunorus à Sole ibi in addit.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM excludens fœminas à ſucceſſione ab inteſtato propter agnatos, an eis tollat ius ueniendi contra teſtamentum? latè diſcurritur, & reſoluitur.*

2 *Statutum quantumcunque exorbitans, & odioſum ex parte fœminarum loquens ab inteſtato, extenditur ad cauſam etiam teſtati. Et ſic filia ab inteſtato excluſa à legitima, quando ſtatutum præfert maſculos, multo magis ab ea debet excludi condito teſtamento vltra id quod ei relictum eſt.*

3 *Conſuetudo excludens matrem à ſucceßione, & à legitima, quamuis loquatur in ſucceſione ab inteſtato, procedit nihilominùs in cauſa teſtati, adeò vt ſi a filio mater inſtituta grauata foret poſt mortem teſtatoris, fratri hæreditatẽ reſtituere, reputaretur tunc extranea.*

4 *Filia ab inteſtato excluſa in teſtamento ex forma ſtatuti, in inteſtati etiam cauſa militat ipſum ſtatutum, vt ipſa filia petere non poſſit ſupplementum legitimę.*

5 *Statutum auferens teſtandi facultatem fauorabilis reputatur, & ideò extendendum eſt.*

6 *Extenſio fit in exorbitantibus de caſu ad caſum in materia fauorabili, etiam ſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quã in alio, & quãuis nõ adſit omninò eadẽ rõ.*

7 *Statutum diſponens matrem excludi à filij ſucceſſione etiam reſpectu legitimæ ualet.*

8 *Conſuetudo poteſt prohibere teſtamenti factionem mulieri, & inſtitutionem extraneorum: quia fundatur in ratione conſeruandę agnationis.*

9 *Statutum inducere poteſt, quòd filia non ſuccedat ex teſtamento, & valet, & tenet.*

OPINIO DCCLXXIII.

1 STATVTVM excludens fœminas propter agnatos à ſucceſsione ab inteſtato, an tollat eis ius ueniendi contra teſtamentũ? & dic quòd ſi extraneus reperiatur hæres inſtitutus, non intelligi certè tunc ſtatutum uelle, quòd mulier aliquo iuris remedio teſtamentum infringere nequeat, nec poteſtate impugnandi cenſeatur in eo caſu priuata à ſtatuto, ubicunq; agnatus aliquis non eſſet inſtitutus hæres, cùm in fauorem agnatorũ illud ſtatutum editũ fuerit: ut ita pleniſsimè conſulendo tradit Pau.Caſtr.conſ.196.in puncto quæritur de quadruplici, uol.1.& Deci.conſ.296.in caſu, num. 4. & conſ.378.viſo motiuo, & conſ.383.viſo pũcto, Soci.conſ.150.n. 26. vbi exprimit iſtã eſſe cõem opin.& per multos vidiſſe conſultum, & Alexã. Cõis opin.

idem

idem atteſtando quàmplurimos congerit conſ. 47. abundè, nu. 9. & vbi apoſtil. vol. 2. & Alber. Brun. in tract. de ſtat. exc ud. fœm. propter maſculos, in 10. artic. qualiter. & quando in q. 4. in prin. in 2. membro, & Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſthum.

2 Et retenta ipſa, communi in deciſiuis, facit etiam, quòd ſtatutum quantumcunq; exorbitans, & odioſum ex parte fœminarum loquens ab inteſtato, extendatur quoque ad cauſam teſtati, & ſic filia ab inteſtato excluſa à legitima, quando ſtatutum præfert maſculos, multo magis ab ea debet excludi cõdito teſtamento, ultra id quod ei relictum eſt: quia tunc cõcurreret duplex ꝓhibitio, ſcilicèt legis, & hominis, quæ plus ſolet operari, quàm ſimplex legis prohibitio. §. ſanctiſsimas in auth. de ſanctiſ. epiſc. & l. 2. C. de vſucap. pro empt. ſecundùm intellectum Bar. in l. filiusfam. §. Diui. ff. de leg. 1. cum quo tranſeūt alijcõiter, & not. Glo. in c. uerùm de condit. appoſit. & in c. licèt de iureiur. in 6. & per Imol. & alios in c. dilecto de preben. cum aliis concordantibus per Alex. in d. §. Diui. in prin. Cõis opin.

3 Congruit etiam præmiſsis, quòd ſi conſuetudo excluderet matrem à ſucceſsione, & à legitima, quamuis loqueretur in ſucceſsione ab inteſtato, procederet nihilominùs & in cauſa teſtati, adeò, vt ſi à filio mater inſtituta, grauata foret poſt mortem teſtatoris fratri hęreditatem reſtituerere, putaretur quippè tunc extranea, ita vt nec allegare poſſet legitimam ſibi deberi in reſtitutione fideicõmiſsi; quoniã ſatis eſſet, ut mater excluſa eſſet à ſucceſsione inteſtati, & ſic etiã à legitima. Nam eodẽ modo in cauſa teſtati excluſa cenſeretur, propterea ꝙ legitimã ita in cauſa teſtati metimur, ſicut in cauſa inteſtati, à qua ſumit initium, & regulam. l. Papinianus. §. ſi quis mortis, & §. quoniã autẽ quarta. ff. de inof. teſta. Portius in §. ſed hęc quidẽ, nu. 9. inſt. de exhæ. lib. Afflic. deciſ. 158. nu. 6. & Bru. in d. tract. art. 9. q. 1. Mater itaque cùm ſit excluſa ab inteſtato, exiſtente fratre filij defuncti, non poſſet in aliqua cauſa teſtati legitimæ ſibi debitæ facere menſurationem.

4 Adducitur quoque, ꝙ filia ab inteſtato excluſa, tunc in teſtati etiam cauſa militet ſtatutum: ita vt ſupplementum legitimæ nequaquam debeatur; & ſic in hoc caſu filia ab inteſtato excluſa in teſtamento non poſsit petere ſupplementũ legitimæ: ſecundùm magis communem opinionem, quã ſequuntur Alex. & Aret. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, ubi etiã Ruin. col. 71. Barba. cõſ. 50. col. 8. & ſeq. uol. 3. Alex. in l. ſi emãcipati. col. 3. C. de collat. Ruin. conſ. 17. in prin. uol. 2. & Brun. in d. tract. artic. 9. q. 1. ubi reſpondet omnibus contrariis. Cõis opin.

5 Quibus quidem omnibus accedat ſimiliter, ꝙ conſuetudo auferens teſtandi facultatẽ, fauorabilis cenſeatur, & ideò extendenda eſt: vt conſuluit Grauet. conſ. 118. in hac cauſa non mediocriter graui. nu. 7. cum aliis ſeq. & Rolan. à Valle conſ. 72. ſtatuto ciuitatis Caſalis uol. 1. nimirum ergò eſt ſi iſta conſuetudo extendatur.

6 Quoniã in exorbitantibus fit extenſio de caſu ad caſum in materia fauorabili, ẽt ſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quã in alio, & ſic quamuis non adſit omninò eadẽ ratio: vt probatur ex notatis per Glo. in l. 1. C. de his, qui antè apertas tabulas, dum vult ꝙ illa lex exorbitans, quæ diſponit, ꝙ hęreditas delata deſcendenti ex teſtamento non adita tranſmittatur ad deſcendẽtes, locũ ẽt habeat in hęreditate delata ab inteſtato, & tamen potentior eſt ratio qũ defertur ex teſtamento propter uoluntatem teſtatoris expreſsã, quàm ab inteſtato ob uoluntatẽ tacitã. l. conficiuntur. ff. de iur. codicil. & ita etiã declarat Imo. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. matr. dum tractat de extenſione facienda in exorbitantibus. & Natta conſ. 210. legatũ factum per nobilẽ quondã Matthęum. n. 5. uol. 1. & Albert. Bru. in d. tract. ꝙ ſtãtibus maſculis, artic. 8. num. 13.

7 Conſiderandũ eſt itidẽ, ꝙ ſi ſtatutũ tenet, diſponens matrẽ excludi à filij ſucceſsione, & quidẽ illud ualet ẽt reſpectu legitimę, Ang conſ. 32. n. 10. ubi ait hoc dubietatẽ non habere quantũuis minimã, Alex. conſ. 3. vol. 7. Cor. conſ. 276. uolu. 4. Soc. conſ. 166. nu. 1. & Pariſ. conſ. 20. uol. 2.

8 Tanto fortius poſſet conſuetudo prohibere teſtamenti factionẽ mulieri, & inſtitutionem extraneorum: quia fundatur ipſa conſuetudo in ratione conſeruandæ agnationis: iuxta Bar. in l. fi. ff. de hæred. inſt. l. cùm hi, in prin. ff. de tranſact. & Dec. conſ. 10. nu. 11. & conſ. 683. nu. 7.

9 Facit ẽt ad hoc, ꝙ ſi ſtatutũ inducere poteſt, ꝙ filia non ſuccedat ex teſtamento, quod quidẽ ſtatutũ ualet & tenet: vt preſupponit Bart. & oẽs in l. fi. C. de pact. & uoluit Bal. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. uer. Dixi de ſtatutis, & Ancha. in c. canonũ ſtatuta de conſt. quare nõ poſſet inducere idẽ ſtatutũ, vt non ſuccedat extraneus ex teſtamento?

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, ꝙ delinquens in feſto Beatę Marię Virginis debeat duplici pœna puniri, non cõprehẽdit delinquentem, ſeu uulnerantẽ in nocte, quę ſubſequitur feſtum: quia nox quæ ſequitur, non comprehenditur ſub die pręcedenti.*

OPINIO DCCLXXIV.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ delinquens in feſto Beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non cõprehẽdit delinquentẽ, ſeu vulnerantẽ in nocte, q̃ ſubſequitur feſtũ Beatę Virginis: quia nox ipſa, quę ſequitur huiuſmodi feſtiuitatẽ non comprehenditur ſub die præcedenti. & ſic delinquẽs nõ uenit puniendus aliquo modo duplici pœna, nec ſub

diſpoſitione huius ſtatuti cōprehenditur: vt tenet per optimas opiniones conſulendo Federici de Senis cōſ.44. factum tale eſt. quē ſequuntur omnes Scrib.in l.more Romano.ff.de feriis,Fely.cū aliis citatis per eum, in c. eccleſia Sanctæ Mariȩ de conſtit.in c.ſi perfodiens,in 2. notabili.de homicid.& in c.conſuluit.de offic. deleg.in quibus quidem locis ipſe fatetur iſtam eſſe communem opinionem,& idem teſtatur Cotta, in memorarali,in uer. Diem,circa finem.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM vbi requirit ad probationem alicuius negocij teſtes optimos, vel optimæ famæ,& conditionis: tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari, & probari.*

OPINIO DCCLXXV.

1 STATVTVM, requirens ad probationem alicuius negocij teſtes optimos,uel optimæ famæ,& conditionis:tūc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari,atque probari: vt uoluit Ang. in l. 2. §. diem. ff. quemad.teſta. aperi.Marſil. ſing. 187. Qualitas appoſita, poſt medium,Petrus de Monchada, cum aliis ſignatis per eum in tract.de teſtibus,nume. 392.cum aliis ſeq. quem fecit ad perficiendum tractatum Io.Croti. qui morte præuentus ſuum tractatum de teſtibus perficere nequiuit:ideò iſte tract.Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti. & eandem opinionem ſequitur, tuetur, & magis communem ac ueram eſſe refert Alciat.in trac. de præſump.in 3.reg.præſump.2.nu.10.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM factum, conditumq́; in odium, ſeu præiudicium certȩ perſonæ,nō poteſt dici nullum,licèt ab eo poſſit appellari.*

OPINIO DCCLXXVI.

1 STATVTVM factum,conditumque in odium, ſeu præiudicium certæ perſonæ, nō poteſt dici nullum:ſecundùm Dec.in c.cùm omnes,in 1.lect.nu.15. cum aliis ſeq.de conſt.in c.conſuluit.el 3.num.32.de appell.ubi atteſtatur hāc eſſe communem contra Abb.ibi contrarium aſſeuerantem;& de eadem communi contra Abb. facit mentionem Curt.Iun.etiam in l.2.num.7. ff quod quiſque iuris,& in l.fi.nu. 25.C, de edic. Diui Adr.tollen.

Cōis opin.

¶ Cæterùm opiniones iſtas ad realem cōcordiam reducere nititur Aret.in rub.nu.7.de cōſt. ¶ Et licèt de nullitate ſtatuti huius conditi in præiudicium particularis perſonȩ dici nequeat: tamen ab eo appellari poteſt,atque permittitur:ſecundùm Bar.in repet.l.omnes populi,num.53.ff.de iuſt.& iure,Iaſ.in l.1.num. 3. & ſeq.ff.de legibus,Ripam in 1.lib.reſponſorum.c. 22.n.4.& Dec.in d. c. cùm oēs,in 1. lect.nu. 15. in quibus locis ponunt hoc pro regula cum ampliationibus,limitationibuſque quàmplurimis.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM de compromiſsis faciendis inter coniunctos ualet, eſtque fauorabile, & ob publicam vtilitatem inductum.*

OPINIO DCCLXXVII.

1 STATVTVM de compromiſsis faciendis inter coniunctos ualet & tenet, atque fauorabile eſt, & ob publicam vtilitatem inductum: ſecundùm Bar. Bal. col.fin.& Pau.Caſtr.col.1. in 1.cōſt.Codicis,Bar.in l. ambitioſa, col. 5.& Alex.in add.ibi.ff. de decre. ab ord.fac.Afflic.deciſ.46.Tiraquel.in tract. ceſſante cauſa,in 1.par.in princ.nu.34. Beroum cōſil.26.nu.4.uol.3. & Annibalē Cauenſem in pragmatica,Odia quæ inter coniunctos,nu.8. quorum vtique opinionem approbat, limitat, & à contrariis quibuſcunq; tutam relinquit, & denique communem eſſe, atque contradictorem habere nullum fatetur Marcus Ant.Blancus in tractā.de compromiſsis,in prima quæſt. num. 1. & ſeq.& Rolan.à Valle etiam conſ.57.nu.12. & ſequen.uol.2.ubi dictam communem extendit,& ampliat in tribus caſibus. & in 12. aliis caſibus limitat Marſ.ſing.467.Viget ſtatutū,& in 7. ampliat,& in 18.limitat Pet.Duen.in reg. 36. Affines ad compromittendum per totam.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponēs, ꝙ cauſæ inter affines compromitti debeant, fauorabile reputatur.*

2 *Statutum, quòd cauſȩ inter affines debeant compromitti,tanquàm fauorabile eſt ampliandum,vt cōprehendat etiam filios emancipatos, & nepotes ex vis conceptos poſt emancipationem.*

OPINIO DCCLXXVIII.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ cauſȩ inter affines compromitti debeant,vltra ꝙ valeat,ac publicæ vtilitatis occaſione inductū ſit, vt in pcedenti Opin. docuimus, nihilominùs eſt ēt fauorabile: vt uoluerunt Bal. in l.affinitatis.C.communia,de ſucceſ.Fulg.in l. 45.prætor.ff.de in ius uocan.Bal.Pau.Caſtrē Roma.

ma.& Salyc.Cor.Dec. & cæteri in l.qui ſe patris. C.unde lib.Roma.& Saly.in l.1. C. vndè uir, & vxor,Iaſ.in l.de quibus.ff. de leg. Ancha. conſulendo conſ. 158. Alex.conſ.207.in prin.uol.6. Soci.conſ.4.in fin.vol.1.Cuma. conſ. 50. Annibal. Cauenſ.in pragmati.20.Odia quę inter coniunctos,ſub num.8.& Marcus Ant.Blancus in tract. de compromiſsis,in 1.q. num. 3. & ſeq. ubi citat complures alios eiuſdem ſententiæ, reſpondet contrariis ferè omnibus, eam limitat, ac ſimul magis communem fore inquit, & ei pariter inhęret, atque profitetur communem Petrus de Benintendis deciſ.21. ſub nu. 23. & Rolan. à Valle etiam conſ.57.nu.13.uol.2. *Cõis opin.*

2 Et effectus, qui oritur ex hac communi inter cæteros unus eſt iſte, quod antedictum ſtatutum,tanquàm fauorabile ampliandum ſit,ut cõprehendat etiam filios emancipatos,& nepotes ex eis conceptos poſt emancipationem : ſecundùm Bald.Roma.Caſtren. Alexã. & Moder.in l. qui ſe patris.C.vndè liberi.

¶ Et licèt Dec.conſulendo firmauerit contrarium conſ.13. & pro tenui facultate mea, nu. 3. cum aliis ſeq.Tamen in deciſiuis tutum non foret à prima ſententia tanquàm ueriori recedere.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM concedens creditori deſcripto in inſtrumento executionem paratam perſonalem, prodeſt quoque ceſſionario ipſius creditoris, vt ipſe etiam poſſit uigore dicti ſtatuti petere executionem inſtrumenti contra debitorem obligatum: ſecundùm communem opinionem,ſed contrarium obſeruatur in Regno Neapolitano, uidelicet,quòd ceſſionarius executionem petere non poſſit,ſicut poterat creditor principalis inſtrumenti quarentigiati.*

2 *Ceſsionarius non poteſt ita petere executionem inſtrumenti contra debitorem,quemadmodum petere poterat creditor ex forma ſtatuti, uel inſtrumenti, niſi in primis,& ante omnia conſtet de ceſſione, & eius iuribus.*

OPINIO DCCLXXIX.

1 STATVTVM executionẽ paratam perſonalem inſtrumento quarentigiati concedẽs,ſeu permittens creditori principali mentionato,ac in inſtrumento deſcripto, prodeſt quoq; ceſſionario creditoris prædicti, vt ipſe etiam poſsit vigore iſtius ſtatuti petere executionem inſtrumenti contra debitorẽ obligatũ:ſecundũ Io.An. in add.Specul.in tit.de ceſsio.act. ſub rub.Iaco. But.Bal.Saly.Ro.& Dec.in fi.in l.1.ff. ſi cer. pet. Ang.conſ.38.Cy.Bal.& Alex.nu. 24.in l.ſi ſic. ff. de leg.1.Saly.in l.ſi à creditore.C.de act.& oblig. Benedict.de Blaſ.in tract. de inſtrum. quarentigiato,in 1.par.principali.q.9.Pau. Caſt.col. 2. & Alex.nu.9.in l.poſtulante.ff.ad Senatuſcon.Trebel.ubi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionẽ,&ſimiliter Bartho.de Capua in c.Regni incip.Item,ꝙ ſi debitores,nu.11. atq; artificioſiſsimus D.Carauita in ritu 286.ſub nu.4.& Io.Bap. Bouius etiam in tract.de ſtat.vrb.pręſcr.tit. contra om.cred.Glo.19.nu.48.fol.par.53.& ita conſuluit Roma.conſ.142.Et ſic petere poſſet executionem dicti inſtrumenti ceſsionarius,ſicut poſſet creditor principalis: ſiquidem tranſit ius in ceſsionarium cum priuilegio ſuo inſtrumẽto coherente:ſecundùm præmiſſam communem ſententiam.Et ob hoc certè in Regno Neapo.ceſsionarius inſtrumentum undiq; liquidũ poſſet pręſentare ſecundùm formam ritus Magnę Curiæ Vicarię,incip. Item ꝙ ſi debitores, aut debitrices,in ti.de inſtrum. & eorum pręſentationibus: vt voluit Gloſſator ibi,& Maranta ſub dubiis, & irreſolutis uerbis,in tract. de iudiciis, in 6. part. prin.in uer. Propoſui in principio huius ſeptimæ par.n.9.fol.107.nihilominus practica contrariũ obſeruat in Regno,uidelicet,ꝙ ceſsionarius præſentare nequeat inſtrumentũ ſecundũ formã ritus,teſte Bolognetto.in d.l.1.ff. ſi cer. pet. n.59. per rõnem ibi aſsignatã per eum, & expreſsè firmat,ac optimè probat Afflic. in conſtit. eos qui ſcienter.nu.14.rub.55.lib.3.& D.Carauita in d. ritu 286.per totum.ubi ſub nu. 4. explanat opinionẽ hanc ueriorẽ eſſe, & in practica ſeruari in toto Regno;& ita uidiſſe iudicari aliquando meminit Abbas Paulus Fuſcus in ſcholiis ad Marinũ Frecciã in tract.de præſen.inſtru. ſecundũ formã ritus in 11.par.q.10.& ita uidi etiã obſeruari, iudicari, & practicari in magna Curia Vicariæ, in Regia Aprutina audientia, & in curia noſtra Aquilana quamplurimis uicibus. *Cõis opin.*

2 Et ꝙ hoc fieri,& admitti nequeat,uidetur colligi planè ex deductis,ac notatis per Bal.& Saly. in l.p diuerſas.q.10.C.man.ubi, tenet ꝙ vbicũq; ex ſtatuti,uel inſtrumenti forma, ac diſpoſitione capi,& excõicari poſsit debitor ad inſtantiã creditoris nulla citatione interueniente:tunc equidẽ hoc fieri,ac peti nõ poſſet per ceſsionariũ, ſicut creditor poterat uigore inſtrumenti prędicti,niſi in primis,& ante omnia conſtet de ceſsione,& eius iuribꝰ;& ſic neceſſario apparere debet ante executionẽ faciendã audito, & citato prius debitore,iſtum eſſe uerũ ceſsionariũ. & ſequitur Ang.in d.l.poſtulãte,Ro.in d.cõſ.142.in fi.Alex. conſ.95.col.4.& conſ.443.col.2.uol.1.Barb. cõſ. 15.lib.1.& iſta eſt cõis opinio, ut conſtat ex citatis per Boer.deciſ.10. ubi meminit ita fuiſſe uotatũ, ac deciſum in Sacro Burdegalenſi Senatu, & ſequitur Marſil.in l.ſi quis ne queſtio,nu. 8.ff. de queſt.& in ſing.26. ubi inquit hoc in actu practico pluries obtinuiſſe:ideò non mirandũ eſt de aſſertione facta per Bolog.in d.l.1.Sed contrariũ obſeruari vidiſſe teſtat Cotta in memor. in uer. Heres cẽſetur eadẽ ꝑſona cũ defuncto,poſt med. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM conditum per ciuitatem de præſtanda eleemoſyna eccleſiæ quolibet anno, poteſt reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſię.*

OPINIO DCCLXXX.

1 STATVTVM conditum per ciuitatem de præſtanda eleemoſyna eccleſiæ quolibet anno, poteſt reuocari per eandem ciuitatem etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſiæ: ſecundùm Cy.Imol.Alex. num.5.& Iaſ.num.9.cum aliis ſeq. in l.non amplius.§.1.ff.de leg.1.Fulgoſ.& Paul.Caſt.in l. priuilegia.C.de ſacroſan.eccleſ. Saly.in auth. caſſa, in 5.q.eod.tit. Dec.in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.num.231.& ſeq.ubi etiam Fely. in q. 12. oſtendens iſtam eſſe communem opinionē. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò partē, uidelicet, ꝙ ciuitas eleemoſynam, quæ uigore huiuſmodi ſtatuti religioſis dari conſueuit, reuocare nequeat, inclinarunt Bar.in d.l.priuilegia,n.3.Gemi.in c.quæ in eccleſiarum,col.3.de conſtit.& in c.1.col.7.de conſtit.in 6.Roma.in auth.ſimiliter.in q.ſpeciali.C.ad leg.Falc.Caccialupus,in repet.l.admonēdi.fol.14.ff.de iureiur.& Ant.Franc.de Doctoribus in ſcholiis ad Alex.in d. l. non amplius. §. 1. in litera C. ubi fronte aperta atteſtatur iſtorum ſententiam ueriorē fore, atq; ſecundùm eam cōſuluiſſe apud partes Germaniæ Collegium Paduanum: tamen ſpreta hac opinione concurro cum prima Cy. & ſequacium aſſertione communi, cui uidetur inhærere Iaſ.etiam cū aliquo moderamine conſ.1.col.6.vol. 1. prout facit in d. l. non amplius.§.1.num.15.Alex.conſ.260.uol.2. col.5.& ſeq.Calcan.conſ. 12.col. 4. & Aegidius Boſsius,in pract.crim.in tit.de Principe,& priuilegiis eius,nu.222.fol.255. ubi pariter meminit de communi opinione.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDINE, uel ſtatuto induci poteſt, quòd ualeat captatoria uoluntas, ideſt ut alter pro altero teſtetur: & conſequenter captatoria uoluntas per ſtatutum approbari poteſt.*

OPINIO DCCLXXXI.

1 *Statutum.* CONSVETVDINE, uel ſtatuto induci poteſt, quòd ualeat captatoria uoluntas, vt alter pro altero teſtetur; & ſic captatoria uoluntas ultima per ſtatutum ipſum approbari poſſet: ſecundùm Ang.in l.captatorias.ff. de hæred. inſtit. Alex.Soc.Ripam,& alios in l.2.ff. de uulg. in princ. qui cum Iaſ. perhibēt iſtam communē opinionem fore. & ſequitur Alex. in l. captatorias.C.de teſt.milit.& Couarruuias in c. cùm tibi.nu.13.de teſta. & eruditiſsimus D. Cardinalis Albanus in lucub.in Bar.in l. 1.num.12.C.de ſacroſan. eccleſ. & Proſper Carauita ſuper pragmatica Filiorumfamiliàs.in §.8. numero 24. & ſequen. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM puniens maleficium, an extendatur ad mandantem?*

OPINIO DCCLXXXII.

1 STATVTVM puniens maleficium, an extendatur ad mandantem? dic quòd ſtatutum diſponens per uerba in rem concepta, vtputà pro homicidio perpetrato, uel pro furto ſit pęna mortis: tunc etiam mandās tenebitur ea pœna: ſed ſi in perſonam loqueretur ſtatutum ipſum, putà ſi quis homicidium commiſerit: tunc mandans non propriè homicidium feciſſe uidetur, ſicque pœnam ordinariam non ſubiret, uerùm aliam mitiorem: ſecundùm Bar.in l.aut qui aliter.§.fin.num.3.ff.quod vi, aut clam, Dec.numero 3.& ſeq.& Cagnolum,num.2. in l. is. damnum dat.ff.de regul.iur. Iaſ. cum aliis congeſtis per eum, in l.ſi is qui pro emptore, num.82. ff.de uſucap.& Carrer.copioſè in ſua pract.crim.in §. circa igitur tertium de homicidio commiſſo, numero 59. in quibus locis audacter firmat iſtam communem opinionem fore. Sed huiuſmodi diſtinctio, tanquàm uerbalis à pleriſque reiecta eſt, & ſic, vt utroque caſu pœna ordinaria teneatur, firmat eſſe communem ſententiam Gandinus, in rub.C.de tranſact.colum.10.& in rub. de pœnis colum.4. Ipſe uerò primæ ſententiæ Bart. & ſequacium, tanquàm mitiori, ueriori in puncto iuris, & communiori inhæreo. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd per iudicem in certis cauſis nulla iuris ſolennitate ſeruata procedi poſſit, extendit iudicis facultates, vt etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere poſſit.*

OPINIO DCCLXXXIII.

1 STATVTVM diſponens, vt per iudicem in certis cauſis nulla iuris ſolēnitate ſeruata procedi poſsit: tunc quippè etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere poſſet ipſe iudex: ſecundū

Bar.

Bart.num.3.Bal.& Ang.in l.milites.C. de teſta. militis,Roma.in rub.de arbitr.q.17. Bar. & Bal. in l.1.ff.de milit.teſt.Bart.in l. prouinciatum.C. de feriis,& Anchar.in Clemen.ſæpè,de uerb.ſig. quia hæc feriarum obſeruatio induƈta iure humano cenſetur.

¶ Contrariam uerò partem firmauerè Imol. & Roma in l.ſi cum filiusfamil.ff.de dona.per d. Clemen.ſæpè,cum ibi not.Alex.num.4.& ſeq.in d.l.milites, & Tiraquel. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio 156.Tamen quicquid Doƈt. iſti ſuadeant,ob hoc igitur in aƈtu praƈtico nullo modo recedẽdum foret à prima opinione Bar.& ſequacium,quæ uera, communiſq; ex relatis apparet. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DOTIS cauſa non comprehenditur ſub ſtatuto requirente conſenſum propinquorum generaliter loquente.*

OPINIO DCCLXXXIV.

1 STATVTVM, ſeu lex generaliter loquens non uidetur cõprehendere dotem, ac bona dotalia: & conſequenter cauſa dotis in ſtatuto ipſo generaliter diſponente non continetur.l.fin.C.de iure dot.ubi Saly.Iaſ.in l.1.3.notab.ff.ſolu.mat.& in l. quod dicitur, col. 2. ff. de uer.oblig.Bal.Nouellus,in traƈt.dotis,in 6. part. priuilég.47.Gozad. conſ.43.nu.11.& ſeq. Ruin. conſ. 61. num.3.uol.3. & Neguſantius in traƈt. de pignoribus,in 8.par.primo membro, ſub numero 23. ubi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam,atque Decio contrarium aſſeueranti reſpondet.idemque teſtatur Illuſtriſsimus,& cõſumatiſsimus in legali ſcientia D. Cardinalis Albanus in lucubratio.ad Bar.in d.l. 1. ff. ſol. mat. num. 3. & comprobat latiſsimè Tiraq. in traƈt. de retraƈtu conſanguineorum.§.1.Gloſ.14. numero 91.cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM loquens de creditore comprehendit etiam creditorem ex legato, & creditorem ius hypothecæ habentem.*

OPINIO DCCLXXXV.

1 STATVTVM loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & ſic procedit quoque in ipſo creditore ex legato:vt per Dec.num.26.Curt.Iu. nu.69.& Iaſ.nu.46.in l.1.ff.ſi cer. pet. ubi docet iſtam eſſe communem opinionem fore, attento communi uſu loquendi,& Alex.inibi,num.37.& 40.& Socinus.nume. 43.& Ripa nume. 89. cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

¶ Prætereà ſtatutum hoc extenditur quoque ad creditores ius hypothecæ habentes; ideoque debet etiam legatarium comprehendere,qui habet tres aƈtiones ex teſtamento, rei vendicatione,& hypothecæ: ut not.Guid. Papæ deciſ.487. & ſcripſimus de hac materia vberius ſupra in primo libr. in Opinione. Appellatione cuiuſlibet rei,num.3.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd credatur iuramẽto damnum paſsi,vel creditoris, non procedit in fauorem forenſis, etiam ſi forenſis ſolueret onera merè realia.*

2 *Statutum diſponens, quòd iuramento alicuius fides adhibeatur,intelligitur,niſi contrarium probetur.*

OPINIO DCCLXXXVI.

1 STATVTVM diſponens, q̃ credatur iuramento damnum paſsi,uel creditoris,nõ procedit in fauorem forenſis:vt per Dec.conſ.550.nu. 8.& Pariſ.conſ.12.num.26. uol.3.ubi docet iſtam communem opinionem fore. *Cõis opin.*

¶ Quod ſtatutum equidem procedit etiam ſi ipſe forenſis ſolueret onera merè realia: ut per Alex.conſ.3.aliàs 41.uol.7. Sed ſtatutum hoc latius,& utilius interpretabimur infra in Opinio. ſequenti. Statutum diſponens, quòd de damno dato.

2 Itidem hoc ſtatutum, quòd credatur iuramento alicuius,intelligitur, ſcilicet,niſi contrarium probetur:vt firmauere Ang.& Io. de Imol. in l.qui bona.§. qui damni de dam. infeƈt. Abb. in c.propoſuiſti in prin.de prob. Anchar.in c.canonu ſtatuta de conſt.Pau.de Caſt.in l.ſi.de pret. ſtipul. Saly.in l. 1.C.de reb. cred. Pau.de Caſt. & Alex.in l.2.§.ſi abſens, ſi ex noxa. cauſa agatur.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd teſtamenta inſinuentur, aliàs non habeant firmitatem aliquam, procedit etiam ſi teſtator inſinuationem fieri prohiberet.*

OPINIO DCCLXXXVII.

1 STATVTVM diſponens, quòd teſtamenta inſinuentur,aliàs nõ habeant firmitatem aliquam: tunc ſi teſtator prohiberet in ſuo teſtamento illud inſinuari debere, profeƈtò ex defeƈtu huiuſmodi inſinuationis teſta-

teſtamentum ipſum non ualeret: quia teſtator prohibere nequit inſinuationem à lege municipali requiſitam:ſecundùm Bar.num.8.& omnes
Cõis in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. cuius opinionem cõ
opin. munem eſſe ſcribunt ibi Iaſ.in 2.lect.nu.41.Ioã. Annib.nu.272.& Ripa nu.57.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens,quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,non habet locum in furto, cùm furtum ſit merè criminale, licèt in furto inſit damnum.*

2 *Statutum,quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, non procedit quando accuſatus inſtat, vt Iudex vadat ad inſpiciendum locum,ex quo ex inſpectione propriorum oculorum nullum damnum illatũ apparebit, & tunc iudex requiſitus proficiſci poterit ad ipſum locum damni,non obſtante ſtatuto, et pronunciare illud, quod ex aſpectu apparebit: quia nulla lex prohibet probationem per euidentiam.*

3 *Statutum,quòd de damno datọ ſtetur iuramento damnum paſſi,non habet locum, quando accuſatus petat exprimi diem per damnum paſſum:quia vult eum redarguere de falſo: tunc neceſſariò debet exprimi dies per damnum paſſum,alioquin eius iuramento non creditur.*

OPINIO DCCLXXXVIII.

1 STATVTVM diſponens, quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,iſto caſu ſi alicui ſit cõmiſſũ furtũ non ſtabitur eius iuramẽto: cùm furtum ſit merè criminale, licèt in furto inſit damnum.ita voluit eleganter Bald.in l.nauta.§.quæcũq; .ff.nau.caup. & ſtabul.in l.ait prętor,in principio.ff.de iureiur. & in l. ſi ſeruus ſeruum. §. oliuam.ff.ad legem Aquil.Hoſtien. in ſumma in tit. de damno dato.§.locum habeat,in princ. Alber. in l.1.§.occiſorum.ff.ad Syllan.in 2.par. ſtatutorum.q.63.item quæro aliam &c. Alex. & Roma. in l.2.ff.de damn.infecto,& idem Alex.conſ.167. requiſitus.colum.1.volum.2.& Marſil. poſt alios ibi relatos per eum,in l.de minore.§.tormenta.n. 3.ff. de quæſtio.& in ſua pract.crim.in §. expedita.nu.75.& Ioan.Bapt.Plotus,in repet.l.ſi quando.C.vnde vi.num.823.circa fin.ubi aſſerit hanc
Cõis eſſe communem opinionem; & Ripa in d.l.2. ff.
opin. de dam.infect.num. 2. licèt ibi de ea nonnihil dubitet complura ſatis vrgẽtia in contrarium adducendo.

2 Interpretatur ſecundò prefatum ſtatutum, ac limitatur,quòd accuſatoris iuramento de damno illato fides exhibeatur,non procedere quotieſcunque accuſatus contra quem iuratum fuit inſtantiam faceret iudici, ut ad inſpiciendum locum accederet: quia ex euidentia,& inſpectione propriorum oculorum nullum damnum illatum apparebit: eo caſu iudex requiſitus à parte, non obſtante prealIegato ſtatuto proficiſci poterit ad locum damni,& pronunciare illud,quod ex aſpectu conſtabit:ſecundùm Bald.& Saly.in l. contra negantem.C.ad legem Aquil.& in l.1.C.ſi aduer. liber.& Marſil.poſt alios relatos per eum,in l.1.§. ſi ſerui quaſi.num.4.& ſequen.ff.de quæſt.& Barbat.in c.pernicioſam.num.105.de offic.ordin.& Cotta in memorali, in uer. Statuto Ciuitatis Mediolani &c.& in uer. Damnum, & ita refert ſe uidiſſe in practica obſeruari Curt.Iun.in repet.l.admonendi,nu.91.ff.de iureiur.

¶ Et ratio dictæ concluſionis videtur iſthæc: quia nulla lex prohibet, ac excludit probationẽ per rei euidentiam: vt uoluit Azo. in ſumma.C. ad legem Aquiliam,& Bald.in l.Deo nobis.C. de epiſc.& cler.& in rub.C.de probat.& in d.l. contra negantem, ubi Salyc. & Cæpolla in cautela 103.nume.1. licèt titubanter,& parùm ſibi conſtans ipſemet Bald.in l.2.ff.de iureiur. teneat ex- 1
preſſè contrarium reſpondendo dictæ rationi.Ex ploſa tamen iſta Bald. ſententia tanquam in nube fundata,amplector primam opinionem, quæ
quidem videtur communis:vt meminit, & atte- Cõis
ſtatur Curt.in d.l.admonendi.nu.352. opin.

3 Interpretatur, ac coharctatur tertiò dictum ſtatutum, quòd non credatur iuramento damnũ paſſi, ſi reus accuſatus petat exprimi diem per damnum paſſum:quia intendit illum redarguere de falſo, & probare ipſum damnum paſſum, vel accuſatorem fuiſſe alibi:tunc neceſſariò debet exprimi dies per damnum paſſum, alioquin eius iuramenro non creditur:ſecundùm Bal. in l.1. in
fin.C.de iud.& iſta eſt communis opinio, de qua Cõis
per Doct.in l.arbitraria.§.ſi quis Epheſi. ff. de eo opin.
quod certo loco,& in l. libellorum.ff. de accuſat. Et dictum ſtatutum volens credi iuramento damnum paſſi,limitat in d.l. ſi quando,Ioan. Bapt. Plotus in 61. caſibus & in 55. alijs caſibus ampliat.nu.251.vſque ad nu.755.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM in fauorem viduarum inductum non habet locum in viduis meretricibus, ſeu luxurioſè viuentibus: quia illę non poſſunt gaudere viduarum priuilegijs.*

2 *Statutum excludens mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota á ſucceſſione filiorum primi matrimonij, habet locum in vidua luxurioſè viuente: quia pœnæ ſecundo nubentibus inſtitutę militant in ipſis viduis inhoneſtis.*

3 *Mulier comitatiua nupta ciui gaudet priuilegio ciuis mortuo viro,donec vidua manet,& non aliter.*

OPI-

OPINIO DCCLXXXIX.

1 STATVTVM in fauorem viduarum inductum nõ procedit, nec habet locum in viduis meretricibus,ſeu luxurioſè viuentibus: ſecundùm communem opinionem omnium Doct. quia illæ nõ gaudent,nec gaudere poſſunt uiduarum priuilegijs: vt per Fely.in c.ſignificantibus.colum.penul. de offic.deleg.Maria.Soc.& Doct.in c.ex tenore, circa fin.de foro competen.Alciat.in l.malum.§.viduam.ff.de uerb.ſignif. facit text. vbi Doct. in §. quę verò,ubi Doct.in auth.de nupt Glo.& Doct. omnes,in authen.ſacramentum.C. quando mulier tut.off.fung.pot.& auth.eiſdem pœnis.C. de ſecun.nupt.

Cõis opin.

¶ Et hoc optimè nota ad intellectum ſtatutorum,quæ in cauſis uiduarum volũt procedi ſummariè, vel uolunt earum iuramento credi ſuper intereſſe dotis, uel taxant intereſſe ſuper earum dotibus: quia non procedunt in viduis inhoneſtè viuentibus ipſa ſtatuta: ſecundùm Fely. in d. c.ſignificantibus.colum.pen.& Soc.in d.c.ex tenore, & in d.auth.eiſdem pœnis.

¶ Idẽ videmus in ſtatuto Mediolani cõcedente terminũ ſex menſiũ uiduis p̄ſentibus pro dotibus,uel rebus paraſernalibus ad contradicendũ [illegible]: quod quidẽ ſtatutũ nõ habet locum in vidua meretrice, ſeu inhoneſtè,luxurioſeq; viuente: quia illa gaudere nequit aliquo modo uiduarum priuilegio, & per conſequens nec debet, & [illegible] contradicere pro ipſis dotibus,& paraſernalibus ipſis cridis in termino trium menſium, vbi eſſet præſens,ſicut alij præſentes tenentur cõtradicere:ſecundùm Fely.in d.c.ſignificantibus. colum.pen.Alciat.in d.§.viduam, Soc.in d. c. ex tenore,Bart.& Saly.per text.ibi, in l. his ſolis. C. de reuocan.donat.& iſta eſt communis opinio,& hoc omnes tenent:vt aſſeuerat Fely.in præcitato c.ſignificantibus.col.pen.

Cõis opin.

2 Idem concludendum eſt etiam in ſtatuto excludente mulierem tranſeuntem ad ſecunda uota à ſucceſsione filiorum primi matrimonij:vt habeat locum etiam in vidua luxurioſè,inhoneſteque viuente: ſiquidem pœnæ ſecundò nubentibus inſtitutæ militant in ipſis uiduis inhoneſtis, & conſequenter omnes pœnas de quibus in l. fœminæ.C.de ſecun.nup.quas patitur mulier ſecundò nubens,patitur etiam vidua inhoneſtè viuẽs: vt voluerunt Bart. Bald. cæterique communiter in d.l.his ſolis, per illum text.etiam Brunus, qui hoc latè probat in tract. quòd ſtantibus maſculis.q.5.art.6.nu.304.cum alijs ſeq.

Cõis opin.

3 Facit etiam ad præmiſſa illud,quod firmat Bal. in l. cùm te. C. de nupt. videlicèt, quòd mulier comitatiua nupta ciui gaudeat priuilegio ciuis mortuo viro,donec vidua manet.quod tamen uerum intellige ſi honeſtè uiuat: quia ſi inhoneſtè non gaudet priuilegio mariti: ſecundùm Bald. & Angel.in l.cùm quædam puella.ff.de iuriſdict. omnium iudicum.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, ꝙ mater nõ poſſit diſponere de bonis ſuis, niſi de vna quarta, reliquas verò tres partes teneatur relinquere ſuis liberis valet, & tenet.*

2 *Statutum, quòd mater diſponere non valeat de bonis ſuis, niſi de quarta parte eorum, intantùm procedit ꝙ lucrum delatum ipſius ſtatuti vigore poſſit ad hæredes ipſorum filiorum tranſmitti.*

3 *Statutum prohibens mulierem liberos habens teſtari prꝫterquàm de quarta parte dotis, extenditur habere locum ad uiduam filios habentem quæ dotem recuperauerit.*

4 *Statutum, quòd mulier decedens ſine liberis teneatur relinquere certam partem dotis fratribus, ſi non habet fratres, tenetur vigore huius ſtatuti relinquere iſtam partem ſororibus, & ſi non reliquerit, poterunt ipſæ ſorores petere dictam partem.*

5 *Statutum prohibens mulierem filios habentem vltra quartam partem alienare ſuæ dotis, limitatur non procedere in bonis relictis mulieri cum licentia, & poteſtate alienandi.*

OPINIO DCCXC.

1 STATVTVM diſponens. ꝙ mater non poſſit diſponere de bonis ſuis,niſi de una quarta, reliquas verò tres partes teneatur relinquere ſuis liberis,ualet & tenet: ſecundùm Bartol. Ang. Imol. cæteroſque Doct.cõiter poſt Gloſſ. in l. ſi ita quis.§. ea lege. ff.de verb.oblig.& quamuis dictum ſtatutum ſit durum,& odioſum, ac contra æquitatem naturalem & ciuilẽ,obſeruandum uenit: ut per Ancha. conſil.380.col.2.Soc.conſil.48.col.2.volum.1.& conſil.93.col.7.eodem vol.

Cõis opin.

¶ Et eo magis, cùm illud ordinatum quippè ſit pro familia conſeruanda.& hinc eſt,quòd mulieres non debent admirari propter talia ſtatuta: atteſtante Ang. Aret. in §.hæc quidem, inſtit. de exhæred.lib.

2 Imò amplia hoc ſtatutum intantùm procedere, quòd lucrum delatum vigore ipſius poſſit ad hæredes ipſorum filiorum tranſmitti:ſecundũ communem opinionem omnium Scriben.quam citat,& ſequitur Alex.in l.cùm antiquioribus.C. de iure deliber.Soc.conſil.296.lib.2.& conſil.67. colum.1.lib.4.Dec.conſil.331.colum.4.& in l.ſi maritus.C.de collat. & Grauet. conſil. 185. licèt contrarium,& malè tenuerit Ang. conſ.81. Domina Maria,& in duobus alijs conſilijs ſeq.

Cõis opin.

3 Amplia-

3 Ampliatur præfatum ſtatutum, quo mulier liberos habens prohibetur teſtari, præterquàm de quarta parte dotis, ſecundo loco extendere ui res ſuas etiam ad viduam filios habentem, quæ dotem recuperauerit,ſeu non recuperauerit: ſecundùm Bal.aliosque Doct.communiter, in l. 1. C. vnde vir, & vxor, & in l. qui liberos.ff. de ritu nuptiar. vbi iſtam communem atteſtatur, declarat; & optimis rationibus comprobat Coraſius in 2. lect. nu. 86. & ſeq. & Laurentius Syluanus conſil.49.num.83. vbi declarat qualiter intelligendum ſit ſtatutum hoc. Cõis opin.

4 Ampliatur tertiò itidem ſtatutum anteſignatum,vel aliud ſimile diſponens, quòd mulier decedens abſque liberis relinquere teneatur certã dotis partem fratribus,vt ſi careret fratribus,teneatur abſque ſcrupulo aliquo vigore iſtius ſtatuti relinquere huiuſmodi partem ſororibus, poſſent ipſæ ſorores petere prædictam partem. quod utiq; eſt perpetuò menti tenendum: vt per Marſil. ſing.39. Capias vnum de pane lucrando.

5 Sed ſtatutum præmemoratum prohibens mulierem habentem filios vltra quartam partem bonorum alienare, ita amplificatum, limitatur utiliter quidem locum non obtinere in bonis acquiſitis,relictiſque mulieri cum licentia,poteſtateque alienandi: & ita iudicauit pluribus quippè vicibus religioſè more ſuo Rota Neap. teſte illuſtri D.Vincẽtio de Franchis,de quo,vt de Alexandro dici poteſt, *Maximus ingenio, corpore paruus eras.* deciſ.4.ſub num.8.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM mulierem, vel minorem prohibens non poſſe contrahere ſine conſenſu propinquorum non obſtante iuramento non valet aliquo modo: quia per ſtatutum non poteſt tolli vis iuramenti, quod ſeruari debet, quando poteſt ſine interitu ſalutis æternæ; imò per tale ſtatutum daretur occaſio peccandi.*

2 *Statutum laicorum poteſt tollere vires iuramenti præſupponendo dolum.*

OPINIO DCCXCI.

1 STATVTVM mulierem,vel minorem prohibens non poſſe contrahere ſine conſenſu propinquorum non obſtante iuramento, non ualet aliquo modo: quia per ſtatutũ non poteſt tolli vis iuramenti,quod ſeruari debet, quando poteſt ſine interitu ſalutis æternæ;imò propter huiuſmodi ſtatutum daretur occaſio peccandi: quia iuramẽtum eſt res ſpiritualis, nec laicali prouiſioni ſubiacet. c.cum contingat,de iureiur. & hanc concluſionẽ tenuit Bar. & alij in auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus uenditionem, Abb. in d.c.cùm contingat, verſ.3.de iureiur.Roma.& Iaſ.in l.fina.ff. qui ſatiſda.cogan.Franc Aret.conſil.8. Alex.conſil.59.volum.1.& conſil.126.num.4.volum.4.& Ferratius in caute.16. vbi ſcribit opinionem iſtorum communem fore,& cęteri quàmplures Doctores congeſti per Moder.inibi,& per Bolognettum in repetitio.l.omnes populi.nume.97. ff. de iuſtit.& iure,ubi prorumpit hanc eſſe communẽ ſentẽtiam omnium Doct. quam quidem ibidem limitat,& declarat in nu.98. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem,quòd vires iuramenti poſsint ſtatuto infringi,inclinauit Bald. in d.l.omnes populi, cuius opinio communiter ſeruatur:ſecundùm Fulgoſ. & Paul.de Caſt. in d. auth.ſacramẽta puberum. Et pro iſta communi obſeruantia, & opinione Bald. per pulcherrimas rationes conſuluit Corneus conſil.252.volum.4. vbi præſuppouit iſtam eſſe communem opinionem,& eam titubanter, & nihil ſibi conſtans ſequitur quoque conſil. 135.uolum.1.& uidetur ſe qui pariter D. Follerius in pragmatica de cenſibus in rubr.Nicolaus Epiſcopus.num.90.& 102. tamen in hoc conflictu nunquam in actu practico diſcederem à prima opinione Bart. magis cõmuni,quam ci tat etiam,& limitat Curt.Iun.conſil.118.num.3.& 6. Cõis opin.

2 Imò limitatur etiam, quòd iuramentum indirectè per ſtatutum laicorum tolli poteſt, & ſic conclude, ſtatutum laicorum poſſe tollere uires iuramenti præſumendo dolum: ſecundùm Abb. conſil.72.quinque dubia,& Roma.conſil.12.ſub num.2.vbi Horatius Mandoſius in add. ibi in litera A. alios eiuſdem ſententiæ referendo affert iſtam fore magis communem opinionem, idemque clamat Iaſ.in d. auth. ſacramenta puberum colum. fin. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PRIVILEGIVM derogans ſtatuto intelligitur etiam de futuro.*

2 *Priuilegium conceſſum,ne quis teneatur ad tributa,decimas,vel collectas, extenditur etiam ad prædia futura poſt priuilegium, & immunitatem queſita.*

3 *Priuilegium monaſterio, vel eius cappellis conceſſum non extenditur ad cappellas poſtea conditas.*

4 *Clauſula motu proprio non operatur derogationem ſtatutorum, vel priuilegiorum: niſi de illis ſtatutis fiat ſpecialis mentio.*

5 *Statuto petens derogari, quid debeat in ſupplicatione exprimere.*

6 *Conſuetudini immemorabili cenſetur etiã derogatum per clauſulam non obſtantibus conſtitutionibus, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quorum tenores & cæt.*

OPI-

OPINIO DCCXCII.

1 Statutū. PRIVILEGIVM conceſſum Comiti creandi tabelliones, non obſtantibus ſtatutis, intelligitur mediante huiuſmodi priuilegio derogatum etiam ſtatutis fiendis: teſte Ray. de For. in l.ſi ita eſſet.ff.de auro,& argen.leg.Flor.in l.ſi ſeruus in prin.ff.de ſeru.vrb.præd.Dyn.& Bar.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis,aliàs.§.fi.ff.de leg.1.quorū Cōis opin. opinio approbatur ibi communiter,& vniuerſaliter per omnes: ut non obſcurè explicat ibi quoque Alex.nu.7.& Iaſ.in 1.lect.circa fin.

2 Necnon priuilegium conceſſum,ne quis teneatur ad decimas,tributa vel collectas,extenditur etiam abſque ſcrupulo aliquo ad prædia futura,& ſic poſt priuilegium ipſum, & immunitatem quæſita.ita Bart.in l.damni.§.is qui ædes uicinas in ult.q.ff.de dam.infect. per tex.in c.quia circa,de priuil.& eſt tex.etiā in c.ex parte,& in c.pen.de decim.& ſic firmant Doct. omnes quoq; in l.1.ff.de leg.1.Imol.& alij in d.§.is qui ædes, Alex.conſil.178.in occurrenti caſu,volum.2.& conſil.193.ex themate præmiſſo.nume.8.& ſeq.eodem volum.& Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuero.§.cū ſtipulamur.ff.de verb.oblig.& conſil.170.num.6.uolum.2.Pariſ.conſil.68.Quęritur primò,vol.1.& Guid.Papę deciſ.489.Princeps,num.1.&3. vbi hanc opinionem obſeruari in curia Delphinali de conſuetudine expreſsè teſtatur.uerùm illam uidetur nimis coharctare Bald.conſil.112. Quæritur qui intelligantur laboratores.num.4.& ſeq.volum.1.ubi concludit rigidè quidem immunitatem ipſam extendi ad bona poſteà quæſita, ſi illa ſuccedanea veterum bonorum extarent, ideſt empta ex pecunia redacta de rebus antiquis,vel permutatione.

3 Sed hoc claudicat re ipſa non procedere ubicunque priuilegium monaſterio,& eius cappellis conceſſum foret:tunc enim ad cappellas poſtea conditas illud extendendum non eſſet: ſecundùm Glo.& cæteros omnes in c.cùm cappella de priuileg.Alex.in d.conſil.178.nu.5.& Alc.conſil.22.nume.5.Dec.conſil.523.aliàs ſcripſi. Cōis opin. nu.4.ubi planè deducit iſtam eſſe communem regulam.

4 Et quamuis,redeundo ad inſtitutum noſtrū, priuilegium derogans ſtatuto intelligatur etiā de futuro:tamē vbicunq; hęc clauſula derogatoria in priuilegijs apposita non ſit, ſed ſolùmodò in eis inter alias clauſulas reperiatur clauſula motu proprio:tunc enim illa nullatenus operatur derogationem ſtatutorum, uel priuilegiorū, niſi de illis ſtatutis fieret ſpecialis mentio.c.conſtitutus de reſcrip.vbi Imol.colum.10.& Felyn.col.4.& alij,& Glo.in c.ſi motu proprio,de præb.& dignit.in 6.

5 Vndè petens ſtatuto derogari per Principē, tenetur neceſſariò in eius ſupplicatione non ſolum de ſtatuto ipſo facere mētionem, ſed etiam de eius tenore.c.ſuper literis de reſcrip.vbi Glo.& omnes alij.

¶ Necnon debet de confirmatione ſtatutorum à Principe facta idem ſupplicans facere etiam expreſſam mentionem. ita Alex.conſ.122.viſo puncto.& accuratè penſato.nu.6.& ſeq.vol.4.Rom.conſ.327.iſtæ ſunt rationes ſub nu.6.& ſeq.Fely.in d.cap.conſtitutus de reſcrip.& Pariſ.conſ.140.inſpectis indultis,nu.6.vol.4.

¶ Itidem quoque non modò de ipſius Principis confirmatione, verum etiam de iuramento præſtito per tertium ſuper eodem ſtatuto mentio fieri deberet. text. eſt in d.c.conſtitutus, & ibi Abb.Fely.& cæteri.

6 Et hinc eſt, quòd in omnibus ferè Pontificiis bullis huiuſcemodi clauſula opponi conſueuerit,uidelicèt, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ eccleſiæ iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,cæteriſque contrarijs quibuſcunque;& per hanc clauſulam conſuetudini etiam immemorabili cenſetur derogatum: ſecundùm Miſ.deciſione 34.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM diſponens,quòd naturales,& ſpurij poſſint ſuccedere patri quemadmodum legitimi,non valet: quia præbet fornicandi occaſionem.

2 Filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus ad ſucceſſionem matris admittitur,niſi mater ſit illuſtris.

OPINIO DCCXCIII.

1 STATVTVM diſponens, quòd naturales & ſpurij poſſint ſuccedere patri,quemadmodum legitimi, non valet,nec tenet:ſecūdùm Bart.& alios omnes in l.3.ff.de teſta. Bald. in l.1.C. de iure aur. an. colum.2. quia ſtatutum præberet fornicandi occaſionem.l. conuenire. ff. de pact.dot. & ita per iſtam rationem tenet Feder. de Senis conſ.225.& conſil.227.colum.17.Bald.in l.eam quam.C.de fideicō.& Imol.in l.3.ff.de teſta.& iſta eſt cōmunis opinio: quam ſequitur & citat Io. Bapt. Cōis opin. de Sancto Seuer.in repetit.l. omnes populi, col.41.ff.de iuſt. & iure, Ang.Aret. in tract. de teſt. colum.40.circa medium, Dec.in c.2.colum.2.in 2.lect.de conſtit.& in c.in præſentia, nu.123.& ſeq.de prob.& Ruin.conſil.189.nume.7.uol.1.conſil.202.colum.1.uolum.2.& conſil.138.colum.5.uolum.5.licèt ipſemet Dec.parùm ſibi conſtans

conſtans conſuluerit contrarium, conſil, 271. & iſtam partem contra communem efficaciſsimis fundamentis ſequitur, & ſuſtinet Palcottus in tract. de notis, & ſpurijs in q. 54. tamẽ quicquid iſti ſuadeant ob hoc non diſcedo à dicta communi ſententia, tanquàm magis æqua, ac melioribus rationibus uallata.

2 Sed limita prædicta, quòd quamuis filius illegitimus uigore ſtatuti præfati patri ſuccedere non poſsit: tamen de iure communi omnis filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus, ad ſucceſsionem matris admittitur, niſi mater ſit illuſtris. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. & uoluit Corn. conſil. 25. in præſenti, in fin. lib. 1. & per conſequens ante obitum matris filij habebunt alimẽta: quia mater locuplex tenetur alere filium ſpurium. vt notat Bart. in auth. ex complexu. C. de inceſ. nup. ideoque pater ſciens filium naturalẽ ei ſuccedere non poſſe ex diſpoſitione huius ſtatuti, poteſt facere hæredem matrẽ ſpurij, ad hoc vt poſt matris mortem ſpurius poſsit conſequi omnia. Et ſcias quòd etiam concubinæ donare, ac in teſtamento relinquere poſſunt. l. donationes. ff. de dona. & l. qui cõcubinam, & l. uxorem. §. concubinæ. ff. de leg, 3.

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM ab Imperatore, vel alio Principe, ſeu conciſtorio relaxari poteſt.*

OPINIO DCCXCIIII.

2 STATVTVM, lex, uel Princeps poteſt prohibere, quòd non iuretur ſuper contractibus, & ſic relaxare poteſt iuramentum Imperator ſeu Princeps: ſecundùm Bald. in l. non dubium, in fin. C. de legibus, per text. in l. fina. ff. qui ſatiſd. cog. & Doct. omnes communiter in c. laicus de foro compet. in 6. quam communem præcitati Doct. ibidem ſequuntur, & pleno ore atteſtantur, Follerius copioſiſsimè, in pragmatica de cenſibus, in rub. Nicolaus Epiſcopus, num. 90. & 102. & alij paſsim in iure noſtro, & Ioachimus in obſeruatione 99. Imperator, centuria 3. vbi deducit ita iudicatum extitiſſe in camera Imperiali. Et uide alteram etiam concluſionem conſimilem ſupra in Opinio. Statutum mulierem, vel minorem prohibens & cæt. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM excludens ſororem à ſucceſſione patris non excludit fratrem à ſucceſsione ſororis.*

2 *Dato vno inconuenienti aliud dari non debet, etiam conſeruandæ agnationis cauſa.*

3 *Cauſa agnationis conſeruandæ in ſtatuto non expreſſa habetur pro expreſſa.*

4 *Statutum excludens ſororem à ſucceſsione fratris non excludit ſororem à ſucceſsione ſororis.*

5 *Maſculinum reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt, nõ continet fœmininum.*

OPINIO DCCXCV.

1 STATVTVM excludẽs ſororem à ſucceſsione fratris, nõ propter hoc cenſetur excluſus frater à ſucceſsione ſororis: ut not. uoluit Bald. per illum text. in l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. quem ſequitur ibi Paul. Alex. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & cumulatiſsimè Laurus de Palatijs in tract. quòd ſtantibus maſculis nume. 110. cum alijs ſeq. & iſta eſt communis opinio: vt per Moder. in rubr. ff. de acq. poſſ. & in l. ſecundùm naturã. ff. de reg. iur. *Cõis opin.*

2 Quæ comprobatur iſta potiſsimum ratione per Bald. in d. l. lege duodecim tabularum: quia dato vno incõuenienti aliud dari non debet. Et hoc procedit etiam cõſeruandę agnationis cauſa: ſecundùm Soc. in d. rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 12. & ſequen. & Dec. in d. l. ſecundùm naturam, num. 5.

3 Sed ſi hæc cauſa agnationis conſeruandę non eſſet in iſto ſtatuto expreſſa: quia ſimpliciter loquatur, vt ſupra, haberetur pro expreſſa: ſecundùm communem opinionem Doct. quam celebrat, & allegat Albert. Brunus in tract. ſtatutorum in 3. par. uel quæſtione princ. *Cõis opin.*

¶ Contrarium verò tenet per pulcherrima fundamenta Soc. in d. rub. circa fin. ff. de acquir. poſſ. Iaſ. tamen ibi audacter aſſerit communem opinionem eſſe contra Soc. quam ſequitur etiã, citat, comprobat, & tuetur ab omnibus contrarijs Bartholomæus Romuleus ff. de acquir. poſſ. num. 18. cum aliis ſeq.

4 Et licèt dicto ſtatuto caueatur, quòd ſoror non ſuccedat fratri, non ob hoc erit excluſa à ſucceſsione ſororis.

5 Eo enim caſu maſculinum reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt non continet fœmininũ. ita per nõnullas, & ferè optimas rationes determinat Paul. de Caſtr. conſil. 340. hæreditas prædicta, aliàs ſecundùm aliam impreſsionem eſt. numo. 119. volum. 1. idem concludit Capra conſil. 62. in 4. dubio, Corneus conſil. 11. colum. 1. uolum. 1. & conſil. 94. col. 1. volum. 2. & Iaſ. in d. rub. de acquir. poſſ. col. fin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd mulier, & minor, non poſſint contrahere ſine conſenſu conſanguineorum poterint non obſtante dicto ſtatuto bona ſua offerre eccleſiæ.*

2 *Laicus ſuper actu ſpirituali ſtatuere non poteſt.*
3 *Mulier per ſtatutũ prohibita contrahere abſq; cõſenſu conſanguineorũ non prohibetur donare cauſa mortis,*
4 *Probibitus teſtari non intelligitur probibitus donare cauſa mortis.*
5 *Conſenſus propinquorũ requiſitus ex forma ſtatuti ac commodatus ad propriũ commodũ non validat actũ.*
6 *Actus ualet celebratus cum conſenſu propinquorũ in eorũ proprium commodũ, quando conſenſus preſtatur in genere ante actum celebratum, & ex interuallo.*
7 *Propinqui ſine cauſa renuentes præſtare conſenſum, coguntur à ſuperiore.*
8 *Statutũ expoſtulãs in cõtractib⁹ mulierũ, et minorũ ꝓpīquorũ cõsẽsũ nõ habet locũ īter maritũ, et uxorẽ.*
9 *Conſenſus vnius conſanguineorum non ſufficit quando requiritur conſenſus plurium.*
10 *Licentia patris, & poſt eius mortem ſolius matris, & poſt matris mortem agnatorũ ſufficit, quando per ſtatutum requiritur licẽtia patris, et matris agnatorũ.*
11 *Hermafroditus non prohibetur contrahere abſq; conſenſu conſanguineorum, ſtante ſtatuto, quòd mulier abſque eo contrahere non poßit.*
12 *Vxor poteſt contrahere abſque conſenſu mariti ſtante ſtatuto, quòd abſque eius conſenſu contrahere non poſſit, quando maritus eſt furioſus.*
13 *Iudex poteſt ſupplere defectum conſenſus propinquorum requiſiti per ſtatutum, quando propinqui, qui conſentire debent, ſunt inhabiles ad conſentiendum.*
14 *Conſenſus tacitus, vel fictus propinquorum inductus ex ſola præſentia, ac taciturnitate non ſufficit quando ſtatutum requirit conſenſum, & maximè quando requirit præſentiam, & conſenſum.*
15 *Mulier in contractibus ſibi lucroſis poteſt contrahere abſque conſenſu propinquorum, non obſtante ſtatuto, quòd debeant contrahere cum eorum conſenſu.*
16 *Mulier poteſt contrahere abſq; conſenſu conſanguineorum, quando conſanguinei, quorum conſenſus requiritur ſunt abſentes nec haberi poteſt.*
17 *Actus celebratus per mulierem abſq; præſentia conſanguineorum requiſita per ſtatutum non conualidatur per ratificationem factam per conſanguineos.*
18 *Ratificatio repſentat cõſenſũ, nõ tñ pſentiã corporalẽ.*
19 *Mulier ſtãte ſtatuto qđ cõtrahere nõ poßit abſq; cõſenſu cõſanguineorũ põt abſq; eorũ conſenſu extra territoriũ condere teſtamẽtum, etiam de bonis ubiq; ſitis.*
20 *Mulier ſtante ſtatuto, quòd contrahere non poßit abſq; conſenſu conſanguineorum non poteſt abſq; huiuſmodi conſenſu facere compromiſſum.*
21 *Mulier ꝓhibita cõtrahere ꝑ ſtatutũ abſq; cõſenſu conſanguineorũ non cenſetur ꝓhibita acceptare tutelã.*
22 *Mulier non poteſt renunciare conſtitutioni ꝓhibitoriæ ſtatuti, diſponentis, ꝙ ſi mulier contraxerit abſq; conſenſu conſanguineorum cõtractus decernatur nullus.*
23 *Mulier poteſt contrahere cum patre omiſſa ſolennitate ſtatuti renuncians in manibus ipſius patris.*
24 *Statutũ diſponẽs nullã eſſe obligationẽ factã ꝑ mulierẽ abſq; pſentia cõſanguineorũ, recipit interptationẽ iuris cõis, & non habet locũ in obligatione neceſſaria.*
25 *Minor ꝓhibitus per ſtatutũ contrahere abſq; conſenſu conſanguineorũ etiam ſi iurauit ſe maiorẽ poteſt dicere contractum factum abſq; tali conſenſu nullum.*
26 *Minor iurans ſe maiorem, & dicens mendacium, per mendacium excluditur á reſtitutione in integrum; ſecus á remedio ordinario nullitatis actus, & poteſt ex capite minoris ætatis infringere actum.*
27 *Minor dolo aduerſarij inductus ad iurandum ſe maiorẽ ſtante ſtatuto, quòd contrahere nõ poſſit abſq; conſenſu conſanguineorum poteſt dicere actum nullum.*
28 *Mulier contrahens procuratorio, tutorio, & ſimili nomine abſque conſenſu conſanguineorum requiſito per ſtatutum in contractibus mulierum contrahere põt.*
29 *Mulier poteſt contrahere per ſuum procuratorem abſque conſenſu cõſanguineorum requiſito per ſtatutũ.*

OPINIO DCCXCVI.

4 Et ſic relatiuum, quis, uel qui, concipit ſimiliter quoque fœmininum: vt vltra Barto. in d. l. ſi quis in tantam, firmat itidem Alex. in l. 2. nu. 16. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & alij Doct. omnes unanimiter, & concorditer in l. quicunque. ff. de ſer. fugit. & in l. 1. ff. de uerb. ſignif. & Dec. conſ. 339. conſului alias reſpectu legitimationis, ſub nu. 1. vbi prędicat iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Et ratio uidetur iſthæc, quoniam relatiuum ipſum quis, vel qui, declaratiuum eſt. ut l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & l. cunctos populos, & ibi Bar. C. de ſum. Trinit. & fid. cath.

6 Imo ipſummet relatiuum, quis, vel qui, generale eſt ad maſculum, & fœminam, maiores, & minores, liberos, & in poteſtate conſtitutos. l. 1. §. de pupillo, & ibi Bar. ff. de conſtit. pecu. & Dec. in d. conſ. 339. ſub num. 1.

7 Sed hoc utique vendicat ſibi locum in materia indifferenti: vt explicat affabrè quidem Bart. in l. 1. col. 1. ff. de pecul. & in l. iura. ff. de legi. Cyn. & Bal. in d. l. quicunque. ff. de ſer. fugit. ubi determinant, quòd ſi ſtatutum diſponeret, quòd nullus proficiſceretur de noctè ſub tali pœna, compręhenderet abſque dubio aliquo etiam fœminam, & ſequitur etiam Dec. in d. conſ. 339. nu. 2.

8 Et hinc non ab re firmat Bal. in l. in multis. ff. de ſtatu hominum, ſtatutum diſponens, quòd nullus audiatur volens opponere exceptionem, quod pactum ſit nullum, compręhendere etiam non immeritò fœminam ipſam: cùm in ſtatutis exploratum ſit maſculinum concipere fœmininum: quia ſtatutū loquitur in materia, quæ par eſt maribus, & fœminis, in qua profectò uiget eadem ratio. l. ſi. C. de indic. vid. tollen.

9 Et facit ſimiliter doctrina Alex. in conſ. 115. circa dubitationem. num. 10. uol. 2. vbi explicat adiectiuum coniunctè prolatum abſque alio termino compræhendere ſimiliter ex proprio ſignificatu tam maſculinum, quàm fœmininum, ubi allegat Bar. in l. 1. per illum text. ff. de uer. ſign. & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quis id quod, col. 2.

10 Vbi concedit in materia ſtatutaria indubitanter maſculinum concipere fœmininum in ſe. & Dec. etiam conſ. 213. in caſu propoſito tria occurrebant. num. 2. & ſeq.

11 Vbi huius rei ſummam excuſſam tradit, ſub nomine coniunctorum venire tam fœminas, quā maſculos. & idem quoque appellatione proximorum, & appellatione propinquorum, & idē vult ipſemet Dec. in d. l. fœminæ. num. 125. ff. de regulis iuris.

12 Concludens, quòd in materia fauorabili maſculinum compræhendit etiam fœmininum. & hæc fuit doctrina originaliter tradita per Hoſtiē. in c. Rainaldus de teſta. & Archid. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. quòd præmemoratum ſtatutū loquens duntaxat in maſculino compræhenderet abſque dubio alio effectualiter, & uirtualiter quoque fœminam ſi ageretur de fauore: ſecus verò ſi ageretur de odio. per l. 15. ſed ſi. ff. de uentre in poſſ. mitten. & in l. cùm quidam. ff. de liber. & poſthu. & ita demum intelligunt ſanè. l. 1. cum ſimilibus. ff. de uer. ſignif.

13 Et facit etiam Glo. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu. in uer. Neptis ſecundum Alex. in d. conſil. 125. quæ probat, atque in medium adducit, quòd diſpoſitio legis correctoriæ, vt eſt diſpoſitio illius legis, ſi loqueretur in maſculino, conciperet fœmininum etiam ex identitate rationis, ſaltem in materia fauorabili. & ad hoc illā Gloſ. ponderat ibi Raph. Cuma. potiſsimùm: quia loquitur ſtatutū per adiectiuum, non autē per ſubſtantiuum in maſculino genere, & etiam loquitur per terminum communem. ex quo concludit, quòd compræhendatur fœmina: prout ſe habet magis communis omnium Scribentium ſententia, ſaltem quando concurreret, atque militaret eadem ratio indifferenter. & ſic firma remanet concors omnium opinio, quòd ſtante eo, ꝙ prælibatum ſtatutum fauorabile ſit, fœmina ſidenter ſub eo compręhendatur. *Cõis opin.*

14 Et de hoc mirandum quippè nullatenus foret. Nam ſub propria hominis ſignificatione cōprehenditur etiam fœmina. l. hominis. ff. de uerborum ſignific.

15 Et iſthæc communis eſt adeò uera, vt ea extendat uires ſuas, procedatque etiam in fœmina nupta, vt & ipſamet cum ſuis propinquis teneatur compromittere. vt concedit Alex. in d. conſil. 125. uol. 7.

16 Cæterùm eadem communis ita explanata, & amplificata claudicat locum non obtinere, ſi extaret ſtatutum, quòd mulier contrahere nequeat, niſi ſub certa forma, vtputà cum præſentia duorum propinquorum, uel cum decreto iudicis: nam tunc abſque illa ſolennitate non poſſet compromiſſum facere. ut efficax teſtimoniū eſt Ang. in l. fin. §. neceſsitatem. C. de bonis, quæ lib. cui innititur Lanfranc. in tract. de arbitris in §. iuxta, quæſt. 4.

17 Vndè ſtatutum hoc de compromiſsis faciendis inter affines, & coniunctos tanquàm fauorabile finaliter haberet locum etiam, vbicunque impropriè foret contracta affinitas, ad finem, vt inter eos, & eorum affines eſſet locus compromiſſo: ut firmat Iaſ. cum aliis ſignatis per eum, in l. quod Seruius. ff. de condi. ob cau. Sed iſthæc opinio erronea, & falſa diſcernitur: prout contrarium aſſeuerauit Couarruuias in epito. de teſta. ſeu ſponſal. in 2. par. cap. 6. §. 7. de affinitatis impedimento, in fine.

18 Quare ſi ſponſalia eſſent contracta per pueros, nulla cenſeretur tunc inter eos contracta affinitas. c. 1. de ſponſal. in prin. in 6. & firmat Glo. in uer. Affinitas, Bart. col. 2. & alij uniuerſaliter in d. l. quod Seruius.

19 Quo-

19 Quoniam diſpoſitio in affine loquens nō habet vtique locum in ſponſo, & ſponſa. ita amplè Caſſan. in commen. conſuet. Burg. *Des droitz, & appar des gens maries*. §. 5. in princ.

20 Imò eatenus hoc amplio, vt ſi extitiſſet contractum matrimonium per uerba de præſenti, & illud non appareret conſumatum per carnis copulam, non uideretur contracta modo aliquo affinitas inter virum, & vxorem, & eorum affines. ita Couar. cum aliis congeſtis per eum in d. §. 7. ſub num. 3. & ſeq.

21 Licèt enim matrimonium perfectum quidē ſit quò ad uinculum, & ſanctitatem ſacramenti, vt fuit inter Mariam, & Ioſeph. c. Beata. c. coniux, & c. omne 27. q. 11. Imò illud tanto ſanctius eſt, quanto à carnali coniunctione alienius. teſte Auguſt. ad Aeditiam, & Magiſtro in 4. ſentent. diſ. 26. & Tabieſe in ſua ſumma Tabiena, in uer. Matrimonium, il 2. §. 6. nihilominùs tamen ipſum matrimonium imperfectum extat quò ad ſignificationem: non enim illa omnia ſignificat, quæ ſignificaret carnali copula conſumatum: ſecundùm Concilium Colonienſe, in tit. de ſacramento matrimonij, cap. ſed dices, Hoſtiē. in ſumma in tit. de matrimonio. §. quid ſit matrimonium, Tabienſ. in d. ſumma Tabiena in uer. Matrimonium, el 3. §. 1. & Ang. de Clauaſio in ſua Sum. in ver. Matrimonium, il 1. q. 3.

22 Nam affinitas ipſa per ſolum coitum, & commiſtionem carnalem contrahitur, & non aliter, nec alio modo. textus eſt apertus in c. diſcretionem, in c. ſuper eodem, & in c. pen. de eo qui cogno. conſangui. vxor. ſuæ, & not. in regula non præſtat impedimentum de reg. iur. in 6. in c. ſpōſum. de ſponſal. in c. literas. de deſponſa. impub. & in c. de inceſtis. 35. q. 3.

23 Quia affinitas ipſa eſt vinculum cauſatum ex carnis copula conſanguineorum: ſecundùm Beatum Thom. in 4. ſen. diſt. 12. art. 1.

24 Et ideò non immeritò diffiniebant ipſam affinitatem Hoſtien. & Rayn. in ſumma, eſſe proximitatem perſonarum ex coitu prouenientē omni carentem parentela. quibus accedit Ioa. And. in commento arboris de affinitatē, & ibi etiam Iac. de Zochiis, & Præpoſitus Papienſis, Bartholomeus Fumus in ſua Summa Armilla, in uer. Matrimonium. §. 26. & Couar. in d. §. 7. nume. 1. & ſeq. & non intempeſtiuè quidem adiciunt de coitu: vtpotè quia nunquàm affinitas hæc ſine coitu contrahitur. c. lex diuina. 27. q. 2.

25 Vndè inibi arbitrantur, quod ſi interueniret oſculū tantùm, ꝙ nō ſufficeret modo aliquo.

26 Et eodem modo ſi fieret pollutio extra clauſtra pudoris, & uaſa naturæ: vt not. Glo. in c. extraordinaria. 35. q. 3. & Card. in Clem. 1. in 3. q. de conſang. & affinit. vbi refert tres pollutionis extraordinariæ ſpecies, & conſtanter firmat non induci aliter affinitatem, ſi uir non fregerit clauſtra ipſa pudoris: ceſſante enim commiſtione ſanguinis, ceſſat quoque affinitas.

27 Nec ipſa affinitas contrahitur ex uitio ſodomitico: & ſic vir coiens contra ordinem naturæ cum eius vxore, non inducit affinitatem: ſecundùm Card. in d. Clem. 1. in 3. q. de conſang. & affinit. nam non fit tunc commiſtio ſanguinis. d. c. lex diuina. 27. q. 2.

28 Eſt benè uerum, quòd affinitas ipſa contrahitur ex illicito coitu: ſecundùm Ioan. And. in arbore affinitatis, Abb. & Aret. per text. ibi, in c. in literis de teſtib. Glo. Abb. Henric. & alios in d. c. diſcretionem, Syluest. in eius ſumma in uer. Matrimoniū, *l'ottauo*, impedimento. 15. ubi nō obſcurè deducit iſtam eſſe communem opinionem, & Couarr. in d. §. 7. ſub num. 3. *Cōis opin.*

29 Contrahiturque etiam affinitas ipſa per concubinatum, aliumque illicitum coitum. l. liberi, & ibi Bal. C. de nup. l. 1. §. fin. & ibi Glo. ff. de concubinis, Glo. Inno. Sicul. & alij oēs in d. c. diſcretionē, & Bal. in Marg. in uer. Affinitas, & in l. cū acutiſsimi. col. 1. C. de fideicom. licèt, & malè cōtrarium aſſeueret Coraſ. in miſcell. lib. 1. cap. 3. quem refert Couar. in d. §. 7. ſub nu. 3.

30 Eſt ergò coitus de ſubſtantia, ſiue interueniat ſpontè, ſiue coactè, & p vim. ut in d. c. diſcretionē, ſiue interueniat cū dormiēte: vt not. Hoſt. in ſumma de ſponſalib. §. & qualiter, & ſequitur Io. And. in cōmento ſuper arbore affinitatis, & Couar. in d. §. 7. ſub num. 2. 2

31 Et quanquàm ſtatutum affines cogens ad compromittendum ſortiatur etiam locum inter maritum, & vxorē, qui etſi affines non ſint, ſunt tamen principium, & cauſa affinitatis. ita Bal. & Saly. in l. affinitatis, nu. 1. C. communia de ſucceſſionib. Paul. Caſtren. & Alex. in l. 1. C. und. uir, & uxor, Iaſ. in d. l. quod Seruius. col. 2. & iſta eſt cōmunis opinio. atteſtante Curt. Iun. in d. l. qui ſe patris. num. 79. & Annib. Troyſio Cauenſe in pragmat. Odia quæ inter coniunctos, ſub num. 36. Nihilominus iſta communis intelligēda quippè foret cum grano ſalis, ubicunque, ut ſupra concluſum extat, matrimonium ipſum per carnis copulam inter uirum, & uxorem conſumatū eſſet. *Cōis opin.*

32 Et quemadmodum ſponſus, & ſponſa cogi nequeunt ad compromittendum uigore ſtatuti præmemorati ceſſante copula: ita pariformiter cautione data de non offendendo cōſanguineos, affines, & attinentes tam actiuè, quàm paſsiuè vſque in tertium gradum: illa tunc non comprehenderet modo aliquo ſponſum, & ſponſam, & conſequenter eorum agnatos, & cognatos.

33 Nam inter ſponſos non dicitur propriè affinitas, ſed impropriè: vt not. Glo. in d. l. quod Seruius. in ver. Affinitas, quæ communiter approbatur. atteſtante ibi expreſsè apoſtilla à latere poſita, & hoc idem firmat Ang. Aret. in §. affinitatis, num. 6. inſtit. de nupt. & facit Gloſ. in l. Labeo in uer. Continentur. ff. de grad. affinit. & eſt bonus tex. in l. ſi qua, & ibi Glo. in uer. Non propriè. ff. de rit. nupt. *Cōis opin.*

34 Et ratio poteſt aſsignari iſthæc: Nā affinitas con-

cõtrahitur per matrimoniũ conſumatũ, nõ autẽ per ſponſalia, ex iuribus, & authoritatibus ante ſignatis, & eſt text. in c. nõ debet, de cõſan. & affi.

35 Quia affines propriè ſunt, qñ duæ agnationes, ſeu cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt, p nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationẽ accedit. iuxta notata in d. §. affinitatis, inſt. de nupt. & in l. non facilè. §. affines. ff. de gra. affi. & ita firmat Franc. Hercul. in tract. de cautio. de non offendendo, in cap. 32. num. 8.

36 Et ad præmiſſorum corroborationem facit etiam altera viuax ratio, ſiquidem text. in c. in publico, de cõuer. cõiug. interpretatur l. diuinã, quòd non licet viro dimittere vxorem, vt intelligatur de matrimonio copula carnali conſumato: quod non habet locum in ſponſa: ex eo quia non prohibetur vxor nondum cognita ingredi religionem. c. verum, & c. ex publico, de conuerſ. cõiug. & ſic patet, quòd copula ad perfectionem matrimonij requiritur.

37 Et notatur per Dec. in l. nuptias, nu. 6. ff. de reg. iur. quòd coniugium vocatur, vbicunque mulier eſt tradita viro, ita quòd ea vtatur, ex iuribus per eum allegatis. Et Abb. in d. c. ex publico infert ad quæſtionem, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd maritus lucretur dotem muliere decedente ſine liberis, an ſi decederet ante copulã lucraretur dotem?

38 Quinimò etiam ſi cognita ſit ſponſa per vim à ſponſo, nihilominùs poteſt contra voluntatem ſponſi religionem introire: vt firmat Ang. in l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. cui innititur non vulgari anchora Marſil. in l. 1. §. prætereà. num. 15. ff. de quæſt. & Hier. Cuchalon in add. Decij in d. l. nuptias, & Cagnol. ibi, num. 111.

Et ideò ſtante ſtatuto faciente mentionem de affinibus, in eo nullatenus includuntur ſponſi. teſte Bar. in d. l. quod Seruius, vbi ſubdit ſe hoc habuiſſe in facti contingentia in quodam ſtatuto Peruſino.

40 Quia ſtante differentia inter matrimonium ratum, & inter matrimonium conſumatum, & ſic inter ſponſalia, & matrimonium, uerba in ſtatutis propriè intelligenda forent: vt concedit Glo. in ver. Non continebuntur, in l. librorum. §. quod autem, & ibi Bar. ff. de leg. 3. & in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg.

41 Imò cautio ipſa de non offendendo dicitur odioſa, & ideò meritò reſtringenda venit: vt explanat Frã. Herc. in d. tract. de cau. de nõ offendẽdo, in c. 19. nu. 9. Nam odia ſemper reſtringenda ſunt: vt habet in l. cũ quidã. ff. de lib. & poſth. in l. fi. in fi. C. de edic. Diui Adr. tol. in inſt. de uſuca. in prin. & in regula, odia. de reg. iur. in 6.

¶ Et dũ cuenit præſens caſus in Ciuitate Ducali in facto, in anno 1577. quòd frater carnalis ſponſæ Curtij Falconij de villa Sanctæ Ruſinæ comitatus eiuſdẽ Ciuitatis offenſus fuerit per Syluiũ Giraldũ germanũ fratrem Paridis Giraldi, inter quos, id eſt inter ipſos fratres ex una, & ipſum Curtium ex altera parte præſtita extiterat cautio de ſe inuicem non offendendo, tam pro ſe, quàm pro eorum conſanguineis, affinibus, & attinentibus actiuè, & paſsiuè vſque in tertium gradum, ſecundum ius canonicum incluſiuè computandum, fuerunt fideiuſſores ipſis bis condẽnati ad ſolutionem pœnæ vnciarũ 25. promiſſæ in ipſa cautione, tanquàm ſi illa incurſa fuiſſet ex memorata offenſione: & introducta eadẽ cauſa in Magna Curia Vicariæ per remediũ appellationis, ex eiſdem actis ipſi fideiuſſores, in ea me patrocinante, in anno 1578. extitere abſoluti: cũ cautio pdicta rupta nullatenus extiterat per offenſionẽ factã in perſonã fratris ſponſæ: qui appellatione affiniũ nõ fuit aliter cõprehenſus.

42 Vndè vt ſcias te extricare in præſenti negocio, illud ſignanter aduertendũ eſt, ꝙ matrimonium dupliciter probari poſſet, uno modo quidẽ probatur verè, vbicunq; teſtes perhibent per verba de præſenti in faciẽ eccleſiæ fuiſſe cõtractum: quo nẽpè caſu eſt ad fauorẽ matrimonij ferenda ſententia. Altero uerò modo verificatur matrimoniũ ipſum iuris cõiectura: & tunc præſumptiuè illud probatur, qñ quatuor requiſita copulatiuè concurrerent, videlicet diutina in eadẽ domo cohabitatio. Tractatus recipiens ad inuicẽ. Specialis mentio tractatus, vt iudex qualis fuerit arbitretur. Et vltimo loco eos ita notos extitiſſe in vicinia, in qua cõmorabãtur: ſecundũ cõem omnium in iure Scriben. opin. de qua expreſsè meminit Soc. conſ. 39. uol. 1. Alex. cõſ. 150. in cauſa, & lite inter dominã Lucretiã, vol. 5. Dec. in c in præſentia. n. 75. & ſeq. de prob. & Io. Bap. Ferret. cõſ. 346. pro aſſerto matrimonio. nu. 7. vol. 2. *Cõis opin.*

43 Et ideò nõ ab re concludebat Inno. in c. atteſtationes, de deſponſatio. impub. oſcula, & ſimul cohabitationẽ non inducere aliter matrimonij pſumptionẽ, niſi ſequatur cognitio, & copula carnalis: licèt & malè conſuluerit contrariũ Marti. Garrat. Laudenſ. conſ. 30. cõtracta ſunt ſpõſalia.

44 Quia de iure canonico ex cohabitatione maſculi, & fœminæ nõ pſumitur matrimoniũ, ſed fornicatio. c. aliter. 30. q. 5. & Glo. in c. illud de præſ. in vir. vxorẽ, & Ab ibi i fi. & in c. eccleſia, de cõſt.

¶ Itaq; aduerte in articulando ò Aduocate ne erres: quia vidi nõnullos ex illis aduocatis, qui cõſueuere ſedere ad Eurotã amiſiſſe, pcipitaſſeq; varias, diuerſaſq; cauſas non abſq; leui aliena iactura. Vndè hæc oĩa non didici quidẽ ſpatiando frequenter per Ciuitatẽ, ſed potius aſsiduè ſedẽdo, & reuoluendo diu, noctuq; libros. Nam qui ſedendo aſsiduè ſtudet, cõtinuò ſeſſu bracas teret, & ſoleas conſeruat. Singulare itaque remedium eſt. *Hauer le brache rotte, & le ſcarpe ſane.*

SVMMARIVM.

1 COMPROMISSVM *fieri non debet inter nouercam, & priuignum poſt mortem patris ſtante ſtatuto diſponente, quod coniuncti, & affines teneantur ad compromittendum.*

notata p Glo.& Bar.in l.1.ff.de auth.tut.& Bar. in l.frater à fratre.ff.de cõd.indeb.cũ allegatis p Soc.cõſ.172.& p Corn.cõſ.294.elegãter,lib.1. & Cõis opin. ita ſe habet communis opinio:ut aſſerit Dec.cõſil.612,concluſionem,circa fin.contra Bald. qui in oppoſitam opinionem inclinauit in conſil. 6. hæc eſt copia,lib.2.& in l.1 C.vnde uir, & uxor.

6 Limitatur hoc quotieſcũq; p ꝓpinquos ante teſtm̃ mulieri accõmodaret̃ conſenſus in genere ad faciẽdũ teſtm̃ arbitrio ſuo,nõ aũt in ipſo teſtamẽto:ut ꝓbat̃ p Alex.in l.1.§.fuit qſitũ.ff.ad Trebel.&p Corn.conſ.242.uol.2.Eſt tñ neceſſe poſt huiuſmodi conſenſum præſtitũ,teſtamentũ fieri eſi interuallo: vt per Dec.conſ.245. in cauſa.

7 Interp̃tat̃ 4. dictũ ſtatutũ diſponẽs, ꝙ mulier nõ obliget̃ ſine cõsẽſu ꝓpinquorũ,ꝙ ſi ipſi ꝓpinqui ſine cauſa recuſent, cogũt̃ à ſuperiore cõsẽtire:ſm̃ not. doctrinã An. de But.in c.cũ cõſuetudinis,de cõſue.q̃ ſequit̃ Ab. p illũ tex.in c.null',de iurepatr.in c.ꝙ Dei timorẽ,circa fi.de ſtat.mon. de quo Bar.& Alex.in l.ſi cũ dotẽ.§.eo tp̃e.ff.ſol. Cõis opin. mat.& iſta eſt cõis opin.vt inquit Plot.poſt alios ibi p eũ cõgeſtos in rep.l ſi qñ.n.352.C.vnde ui.

8 Interpretat̃ 5. dictũ ſtatutũ expoſtolãs in cõtractib' minorũ & mulierũ,ꝓpinquorũ cõſenſũ, nõ habere locũ in donatione viri, & uxoris: vt cõſuluit Caſt.conſ.82.in iſta donatione,in 2 dubio lib.2.quem refert,& ſequitur Tiraq.in repet.l.ſi vnquã.C.de reuoc.don.in uerſ.libertis,nu.113.

9 Limitat̃ 6.huiuſmodi ſtatutũ exigẽs, ac requirẽs cõſenſũ ꝓpinquorũ nõ verificari in vno: q2 plures ꝓ firmiori iudicio requirũt̃:ſm̃ Ancha.cõſil.35.col.2.niſa quidẽ petione.quẽ refert,& ſequtur Dec.in c.prudẽtiã.nu.17.extra de off. deleg.

10 Sed hoc nõ habet locũ vbicunq; ſtatutũ ꝓhiberet,ꝙ cõtractus uel actus nõ poſsit fieri abſq; patris,& matris,vel duorũ agnatorũ licẽtia: tũc eñ ſola patris licẽtia ſufficeret dũ uiuit,& eo defuncto ſola licẽtia matris ſufficit abſq; licẽtia patris prædefuncti,& ſine etiã licẽtia agnatorũ: ſm̃ Glo.in l.Gallus.§.quidã rectè,in uerſ.non exprimat.q̃ ſequũt̃ ibi Bar.n.4.Ray.Bal.Alber.Nic.de Cõis opin. Neap.Ang.Cum. Caſt.& Alex.&iſta eſt cõis opinio.teſte Iaſ.ibi n.12.& 29.Ripa ĩn c.ex parte, il 1.n.54.de reſcrip.& Ploto,in d.repet.l.ſi quãdo, nu.342.& ſeq.cum alijs ibi per eum relatis.

11 Fallit ulterius præcitatũ ſtatutũ,ꝙ mulier cõtrahere nõ poſsit abſq; cõſanguineorũ cõſenſu, nõ cõprehendere hermafroditũ:ſm̃ Bal.in l. oẽs populi.col.9.verſ.quid ſi ſtatutũ dicat.ff.de iuſt. iur. quia hermafroditus eſt homo mixt', nõ aũt ꝓpriè mulier. Idẽ tenuit Ancha.in repet.c.canonũ ſtatuta,in uer.venio ad 4.mẽbrũ,de conſt.de quo uide ſolemnẽ Doct.Præceptorẽ meum,Pontanum Peruſinum,in l.ſtipulationum,col.8.uer. quid firmat Bal.&c ff.de uerb.oblig.

12 Interpretat̃ 8.hoc ſtatutũ,uel huic ſimile,uide licẽt, qđ eo mediãte cõſenſus uiri in cõtractib' uxoris requiratur non habere locũ in uiro furioſo: ideo contract' ualet ſine conſenſu mariti.l.cũ hæres.ff.de acq. hæred. & ita per illũ text. tenet ibi Imol.& Aret.ut refert Ruin.conſ.145.nu.4.

13 Fallit 9. qñ iudex ſuppleret defectũ cõſenſus ꝓpinquorũ ſua p̃ſentia,& authoritate:qđ põt facere iudex,ubicunq; aliquorũ conſenſus ad actũ requirit̃,ſi illi ſint inhabiles ad cõſentiẽdũ : ut p Bal.in l.ſi furioſi,p illũ tex.C.de nup.& in l.bonorũ,vbi alij Doct.cõiter.C.qui admitti,& p Alex. Cõis opin. in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb. & ſequitur Socin.conſ.87.in præſenti col.2.uol.1.

14 Fallit 10.dictũ ſtatutũ requirẽs ꝓpinquorũ cõſenſũ,nõ uerificari in tacito,uel ficto,q ex ſola p̃ſentia,& taciturnitate inducit̃: qm̃ debet intelligi in caſu uero,& nõ in ficto.l.3. §. hæc uerba.ff. de neg.geſt.ubi Bart. & ita in hoc caſu cõcludit Cõis opin. Bal.in l.2.§.uolũtatẽ.ff.ſo.ma.cũ quo ſentiũt cõiter oẽs Doc.ut meminit Dec.in c.at ſi clerici,de iud.n.77.Plot.in repet.l.ſi qñ,n.366.C.unde ui, Ruin.cõſ.62.n.1. uol.3. ubi dicit hoc p̃ſertim ꝓcedere,qñ ſtatutũ copulatiuè uult adeſſe p̃sẽtiã, & cõsensũ in aliquo actu declarãdo p mulierẽ.

15 Fallit 11.p̃allegatũ ſtatutũ requirẽs ꝓpinquorũ cõsẽsũ in cõtractu mulierũ,habere locũ in cõtractib' dãnoſis mulierib',ſec' in cõtractib' lucroſis:ut uoluit Bal.in l.neq;.C.de cõtrahẽ.& cõmi. ſtip.Ang.& Imol.in l.mutuũ.§.fin.ff.de acq.her.

16 Interp̃tat̃ 12.p̃ſatũ ſtatutũ,qñ cõſanguinei eſſent p̃ſentes,quorũ cõſenſus haberi poſſet; ſec' ſi abſunt in lõginquo, nec eius cõsẽſus haberi poſſet : nã ualebit cõtractus ſine cõſanguineorũ cõſenſu.ita Bal. cõſ.488. ſequens quæſtio, vol.1. & cõſ.394. ſtatuto communis,uol.5.Grauet.cõſ.12. nu.5.& Io.Cephalus conſ.85.nu. 11.uol.1.

17 Hiſq; occurrit,ſiue addẽdũ eſt unũ ualde notabile,ꝙ ſi ſtatuto cauet̃ mulierẽ nõ poſſe cõtrahere ſine præſentia cõſanguineorum: tunc ſi actus fiat ſine conſenſu conſanguineorum, non poteſt ratificari poſtea per conſanguineos.

18 Quia licẽt ratificatio repræſentet cõſenſũ,nõ tñ repræſentat p̃ſentiã corporalẽ:ut uoluit elegãter Bal.in l.1.in uerb.extra quærit̃.C.qui admitti.

19 Fallit 13.qñ mulier faceret teſtm̃ extra territoriũ,ubi nõ extet huiuſmodi ſtatutum.arg.l.2.C. quẽad.teſt.aper.Bar.in l.2.col.6.C.de ſum.Trin. & tradit̃ tũc teſtm̃ ad bõa ubiq; ſita:ut ibi p Bar. & alios Doc. q̃uis titubãter,& ſibimet cõtrarius aliud ſenſerit in l.ſi arrogator.col.6.ff. de adopt.

20 Interp̃tat̃ ulterius dictũ ſtatutũ, ꝙ mulier nõ poſsit cõtrahere ſine duorũ ꝓpinquorũ cõſenſu, uel decreto iudicis,habere etiã locũ,ut nõ poſsit compromiſsũ facere abſq; dicta ſolennitate, ſeu cõſenſu conſanguineorũ:ut per Ang.l.fi.§.neceſſitatẽ.C.de bonis quæ lib.quẽ ſequitur Lanfrancus in tract.de arbitris,in §.iuſta,quæſt.4.

21 Fallit 15.hoc ſtatutum prohibens mulierẽ cõtrahere abſq; propinquorum conſenſu,ꝙ uideat̃ ex hoc eã prohibere acceptare tutelã:ut p Bart. & alios in l.2.ff.de leg.1.licẽt hoc relinquat cogitandũ Alc.in tract.de præſ.in reg.1.præſ.52.n.7.

22 Decimoſextò interpretatur quotieſcunq; ſtatuto cauetur,ꝙ ſi mulier cõtraxerit ſine propinquorum conſenſu,cõtractus decernatur nullus: tunc

tunc ſecundùm doctrinam Bal.in l. 1. C. qui ad-
mitti,partes non poſſunt huic conſtitutioni pro
hibitoriæ renuntiare.& facit text. in c.deniq; 4.
diſtin. in finalibus uerbis.

23 Fallit decimoſeptimò iſtud ſtatutum requi-
rens ſolennitatem in contractibus mulierũ non
habere locum quando mulier contrahit cum pa
tre, & omiſſa ſolennitate ſtatuti, id eſt conſenſu
propinquorum in manibus ipſius patris renun-
tiat:ut uoluit Bal.in l.pactum,q. 21.C.de collat.
quem ſequitur Alex.conſil. 106.quò ad preſens,
circa fi.vol. 1.in conſ. 29.cuius exordiũ eſt,pręcla
rè,ſubtiliter.col.penul.uol. 3.& in l. ſi quis mihi
bona.§.fi.ff.de acq.hæred.poſt Rom.ibi,&Tiraq.
cum alijs compluribus ibi per eum congeſtis,in
d.l.ſi vnquam,in præfatione,num. 26.

24 Limitatur decimooctauò hoc ſtatutum diſpo
nens nullam eſſe obligationẽ factam per mulie-
rem abſq; præſentia propinquorum, ꝙ recipiat
interpretationẽ à iure cõi, vt nõ habeat locũ in
obligatione neceſſaria.ita in terminis conſuluit
Rom.conſ. 394.per l.1.C.quando decre.opus nõ
eſt.quẽ ſequitur Alex.conſ. 215.col. 2.vol.6.Iaſ.
in l. ſi vnus.§.pactus ne peteret,n. 29.ff.de pact.
& Soc.conſ.80.col.fin.volum.4.

25 Et hoc ſtatutũ,ꝙ minor,ſeu mulier cõtrahere
nequeat abſq; cõſenſu cõſanguineorũ,interpre-
tatur decimononò, ꝙ ſi minor ſe maiorẽ iuraue
rit,& per cõſequens ſine propinquorum conſen
ſu cõtraxerit,non obſtante huiuſmodi iuramen
to, vtique poſſet dicere contractum nullum, &
admitteretur ad probandum minorem ætatẽ,
etiã per teſtes:ſm Io. Andr.in add.Spec.in tit. de
ſent.§.vt aũt,in add.in ver. ꝓcedendũ.quẽ ſequi
tur Rom.conſ. 12.col.fi.Ang.conſ.160. Cremen.
ſing.162. Statuto cauetur,Soc.conſ.6.n.5.vol.1.
Curt.conſ. 118.& ſeq.& Pet.de Benint.deciſ.47.
Cõis vbi ait ita cõcluſum extitiſſe in Rota Bononien-
opin. ſi,ac pariter iſtam eſſe magis cõem opinionem.

26 Et nõ obſtat cõi præmiſſę.l.3.in fi.C.ſi minor
ſe maiorẽ dixerit, diſponens, ꝙ ſi quis iuraret ſe
eſſe maiorẽ 25.annis manu tactis ſcripturis, &
in veritate diceret mendaciũ,cõtra tale iuramẽ-
tũ,nullũ cenſeretur habere remediũ,nec reſtitue
retur in integrũ ex capite minoris ætatis:quia lo
quitur vbicunq; minor ipſe venire uellet mediã
te beneficio reſtitutionis in integrũ, à qua quip
pè excluderetur ꝑ mẽdaciũ:ſecus verò ſi ex capi
pite minoris ętatis infringere vellet actũ iuratũ
deducendo remediũ ordinariũ nullitatis actus:
prout ita reſpondẽt Io. And.& Rom.in locis prę-
citatis,& d.l.3.C.ſi minor ſe maiorem dixerit.

27 Limitatur ſimiliter nõ habere locũ vbicunq;
minor dolo aduerſarij inductus foret ad iurãdũ
ſe maiorẽ:ſecundùm Doct.omnes in d.l.3.& ita
fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neap. te-
ſte Afflicto deciſ.393.Hyeronimus,n. 12. & ſeq.

28 Fallit ſimiliter antedictũ ſtatutũ,ꝙ mulier cõ
trahere nõ poſsit ſine ꝓpinquorũ cõſenſu proce
dere,ubicunq; contraheret nomine proprio:ſe-
cus ſi alieno, putà tutorio,curatoriouè nomine:
ut uoluit Caſt.in l.quicunq;.§.ſi ab alio.ff.de in-
ſtito.& Alex. in l.quæ filiũ.col. 2.ff.de in ius uoc.

29 Limitatur etiã poſtremò mẽtionatũ ſtatutũ,
ꝙ mulier contrahere nõ poſsit ſine conſenſu ꝓ-
pinquorũ, vt tũc ꝓcurator ipſius mulieris ſolus
cõtrahere poſsit nõ ſeruata forma ſtatuti antedi
cti,&ſic mulier ꝑ ꝓcuratorẽ contrahere põt nul
la forma ſtatuti ſeruata.Bar.Ang.& Cuma. in l.
apud Iulianũ.§.fi. ff. ex quibus cauſis in poſ. eat.
& Ruin.in l. 1.§.item acquirimus,nu. 1.& 5.ff.de
acquir.poſſeſ.vbi ait iſtam eſſe veriorem opinio
nem,& latè tuetur reſpondendo contrarijs.

¶ Alios verò caſus cõplures, in quibus mulier
poteſt agere,& contrahere abſq; mariti, ſeu con
ſanguineorum licentia, ponit Michael Ciſuẽtes
in cõmentarijs ſuper leges Tauri in l.55.ꝑ totã.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM Florentinum diſponens patrem habentem domicilium Florentiæ, ſcientem quo filium negociari,& exercere mercaturam teneri, & obligatum eſſe,niſi prohibeat, intelligitur in contractibus celebratis ob cauſam mercaturę, quã exercet, & non aliter.

2 Filius prohibitus obligari, uel contrahere per ſtatutũ, niſi ſit artifex, uel mercator,poteſt ſe obligare,uel cõtrahere ratione artis, uel mercaturę quam exercet.

3 Pater non obligatur ex contractibus filij celebratis extra territorium ſtante Statuto Florentino,quòd pater obligetur, & teneatur ex contractibus filij.

4 Statutum Florentinum, quòd pater permittens filium negotiari, & non contradicens pro filio obligetur,non trahitur ad negocia extra territorium geſta.

OPINIO DCCXCVII.

STATVTVM Florẽtinũ diſpo
nens patrẽ habentẽ domiciliũ
Florentię,ſcientẽq; ipſius filiũ
negotiari,exercereq;mercãtiã
in ipſa Ciuitate,teneri, ac obli
gari, niſi à dicta negociatione
filiũ expreſsè prohiberet:ſm Glo.in rub.C.de de
cret.decur.lib. 10.quã ſequũtur oẽs Scrib.cõiter *Cõis*
in l.filiusfa.ff.de ver.obl.& in d.rub.& Boer.dec. *opin,*
221.n.15.vbi expſsè atteſtat̃ de d.cõi opin.Glo.

1 Interpretat̃ primò huiuſmodi ſtatutũ, ꝙ pa-
ter teneaur pro contractibus filij mercatoris re-
ſtringi ad contractus filij,qui fierent,& celebra-
rentur ob cauſam mercaturæ,nõ aũt ex alia cau
ſa:vt tradit Alex.conſ.113.col. 2.vol. 3.Grauett.
conſ. 3.nu.25.& conſ.171.col. 3.in fin.

2 Idẽ uidimus in alio ſimili ſtatuto diſponente,ꝙ
filius non poſsit ſe obligare,vel contrahere, niſi
ſit artifex,vel mercator:nã valet contractus,vel
obligatio,ſi fiat tũc obligatione artis, vel merca
turę alias:ſm Bal.Saly.in l.fi.C.ad Maced.Bal.in
l. 3.§.ex hoc edicto.ff.nau.caup.&ſtabul.Iaſ.in l.
age.C. de tranſact. Dec. in c. poſt ceſsionem, de
prob.& Marſil.in rub.ff.de fideiuſſ.nu.210.

3 Interpretatur ſecundo loco dicta cōis opinio, quòd pater vigore præallegati ſtatuti ex cōtracti bus filij celebratis extra territoriū nō teneatur, nec obligetur: ſecundū Dec. conſil. 359. in cauſa Domini Marci, & ita conſuluit, vt refert Soc. in l. Modeſtinus. ff. de excep. genitor ſuus, & Aret.

4 Quod ſtatutū Florentinum quòad patrem, qui permiſerat filium negociari, & nō contradixerit pro filio obligatum iubet non trahi ad negocia, quę extra territorium filius geſſerit.

SVMMARIVM.

1 *FRVCTVS in ſtatutis, ſeu lege expreſſi, intelliguntur deductis expenſis.*

2 *Aeſtimatio fructuū bonorū beneficialiū, quę fit pro imponēdo penſionē debet fieri deductis expenſis factis ratione quęrendorū fructuū.*

3 *Expēſę factę cauſa q̄rēdorū fructuū deducūt ex fructib.*

OPINIO DCCXCVIII.

1 STATVTVM, ſeu lex faciēs mentionem de fructibus intelliguntur deductis impenſis: ſecundùm Bart. in l. fructus, per illum tex. ff. ſol. mat. Bal. Ang. & omnes Moder. in l. non amplius, in prin. ff. de lega. 1. & idem tenet Bal. met. in l. 1. col. 2. per illū tex. C. de fruct. & lit. expenſ. cum alijs latè congeſtis per Alex. in d. l. fructus in 4. not. & per Fely. in c. ad noſtrā, in 1. & 2. col. ext. de iureiur. & in c. ad aures, col. pē. de reſcrip.

2 Et Dec. conſ. 159. ſtatutū col. 1. vbi idem conſuluit de penſione, quæ ex fructibus detrahi debet in æſtimando ualore beneficij. & opinio præcitatorum Doct. videtur cōi calculo approbata ab omnib⁹: ut aſſerūt Moder. in d. l. non amplius, & alij Scrib. paſsim, & ſequitur eā, ampliatq́; poſt alios relatos per eū, Tiraq. in trac. de retract. lib. 1. §. 15. in Glo. 1. n. 1. & ſeq. Et ad hoc facit tex. in l. ſi à nō domino. §. fi. ff. de petit. hæred. vbi ad literā dicit Iureconſultus, ꝙ fructus intelligūtur deductis impenſis, quę quęrendorū, colligēdorūq́; fructuum gratia fiunt. quem quidem text. dicit vnicum ad hoc, & ſingularem Rom. in ſing. 334. Malæfidei poſſeſſori l. 1. *Cōis opin.*

3 Et ob hoc tenēt Bal. & Ang. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. quòd poterunt deduci expenſę factæ propter cuſtodiendos fructus, & operas factas: licèt Bar. & Alex. in l. cū quæritur. §. prędijs. ff. de leg. 3. uelint contrarium, videlicèt, ꝙ expenſæ factæ cuſtodiæ cauſa repeti nō poſsint, nec repetuntur aliquo pacto, etiam ſi ſint maiores, quàm fructus rei cuſtoditæ: ſecundùm Bertach. in ſuo repert. in 1. par. in verb. Expenſæ, ſub ver. ſeu nu. 40. & cæteros ſignatos per eum ibi.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM prohibitio, uel ordinatio facta p laicos in pręiudiciū Eccleſię, aut eidē ſubditorū, factū, uel facta, etiā per indirectū nō ualet, nec tenet.*

OPINIO DCCXCIX.

1 STATVTVM, prohibitio, vel ordinatio in præiudiciū eccleſiæ, aut laicorū, etiā ſubditorū molēdina habētiu, ſeu de nouo cōſtructiū facta, vel factū, etiā p indirectū nō ualet, nec tenet aliquo modo: vt cōſuluit Collegiū Bononiēſe: vt cōſtat in conſ. 13. inter cōſ. Anch. in eodēq́; caſu cōſuluit Calder. ut eſt uidere inter conſ. Anch. conſil. 155. quæ conſ. refert, & ſequitur Alex. conſ. 21. col. fi. vol. 2. Soc. cōſ. 172. col. 4. lib. 2. Iaſ. in l. ciuitas, col. 4. ff. ſi cer. pet. in l. quominus, q. 25. ff. de flum. in l. 1. ff. de leg. & Boer. deciſ. 125. Sed tamē contrariā partē, ꝙ imò tale ſtatutū valeat etiam in præiudiciū eccleſię: tenet Bal. inter cōſ. Anch. in conſ. 11. Calder. titubanter, & ſibi contrarius, conſ. 21. tit. de conſt. cui cōſilio ſe ſubſcripſit Ancha. ſibi parū conſtans. & præcitatū conſ. Bal. 11. ſequitur Iaſ. ſibi contrarius, conſ. 236. col. 3. uol. 2. & conſ. 39. in fi. lib. 3. Curt. Iu. conſ. 147. circa fi. Dec. in c. eccleſia Sanctę Marię, de cōſt. col. 24. verſ. tertiò, concluſio ſupra facta, in cōſ. 269. col. 4. & conſ. 271. col. 4. & conſ. 293. col. pen. & Iaſ. in l. filiusfam. §. Diui, col. 11. uerſ. tu ultra alios. ff. de lega. 1. Tamen in iſtis tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententijs quid dicēdum? profectò caſu eueniente intrepidè ſemper cōſulerem pro prima opinione tanquam magis communi, & in iure veriſsima: & quod ſit magis cōis, atteſtatur Iaſ. in d. l. quominus, in q. 25. & Boer. deciſ. 125. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *RESPONSIO poſitionibus nō ſit ſimpliciter per debitorē cōuentū ſi negat recepiſſe cētū, vel quid ſimile petitū, ſi addatur, ꝙ ſi appareret iſta cētū habuiſſe, affirmat, & fatetur expendiſſe in negocijs petentis, vel reſtituiſſe, habetur pro confeſſo ſtante ſtatuto, quòd poſitionibus ſimpliciter, & præcisè reſpondeat.*

2 *Reſponſio ſimpliciter facienda ex forma ſtatuti poſitionibus debet eſſe ſine plica.*

3 *Reſponſio ex forma ſtatuti ſimpliciter facienda poſitionibus poteſt modificari.*

4 *Reſpondens poſitioni mentionē facienti de aliquo inſtrumento, ſi dicit credo prout apparet in inſtrumento, valida eſt iſta reſponſio ex communi opinione Doctorū.*

OPINIO DCCC.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ poſitionibus ſimpliciter, & p̄cisè reſponderi debeat, alias habeatur pro cōfeſſo. ſi cōtingerit in caſu prædicti ſtatuti, ꝙ Titius negaret ſe recepiſſe centū a Mæuio, quæ ab eo in iudicio petebantur hoc etiā ſupplendo, ꝙ ſi appareret in aliquē euētū ipſum Titiū iſta centū habuiſſe, affirmat, & fatetur in negocijs dicti Mæuij petētis, ſeu agētis expendiſſe uel ei reſtituiſſe, hoc caſu animaduerte,

q

ꝙ non videtur eſſe dicto ſtatuto ſimpliciter reſponſũ, & reſpondens ipſe habetur pro confeſſo: ſiñ Bar. Rom. Alex. Frãc. de Aret. & Iaſ. col. 4. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ubi ſimul cũ Alc. n. 30. ait
Cõis opin. iſtã eſſe cõem opin. ff. de uer. blig. Bar. & alios in l. 1. ff. de vulg. & pup. Annib. Cauenſẽ, in prag. 8. quinta die dilationũ prædictarũ n. 41. Boer. poſt alios cõplures congeſtos per eum, deciſ. 339. n. 4. & Vrſillum in add. Affl. in deciſ. 189. nu. 2.

2 Vbi refert ita extitiſſe deciſum in Sacro Concilio Neap. ſtante dicto ſtatuto, ꝙ quis debeat reſpondere ſimpliciter, ꝙ reſponſio ipſa deberet eſſe ſine plica. & eſt text. in d. pragmatica. 8. decidens, quòd omnis poſitio, cui non fuerit ſimpliciter reſpõſum per verbũ credit, uel nõ credit, ipſo iure habeatur pro confeſſata. & tradit Natta, cõſil. 59. num. 12. volum. 1. vbi ait, quòd vbicunq; ſtatutũ mandat reſponderi per uerbũ credit, vel non credit, dat formã, quæ omnino eſt ſeruanda.

3 Sed ſtante dicto ſtatuto, poſſet tunc reſponſio modificari, & ſic ſi mutuũ, & reſtitutio in ſecreto facta extiterit, poſſet poſitioni reſpõderi modificatè; ſi mutuaſti, reſtitui. & admitteretur talis reſponſio: ut latè probat Neuiz. in ſylua nuptiali lib. 3. nu. 54. Eſt igitur reſpondendum tutius in pręſẽti caſu: vt aduertit Cępol. in cau. 60. ſcilicet ego nihil habeo de tuo ad quod tenear.

4 Fallit etiã ſecũdò antedicta cõis opinio non procedere quotieſcunq; in poſitione mentio fieret de inſtrumento: tunc quippè per partem reſponderi poſſet: credo prout in inſtrumento continetur, & valida ſatis, & ſufficiens erit talis reſpõſio: vt firmauere Spec. in tit. de teſtibus. §. qualiter. nu. 5. Guid. Pap. deciſ. 334. Annibal Cauẽſis in d. pragm. 8. nu. 43. Bal. in l. de ætate. §. nihil. ff. de interrog. act. Dec. conſ. 118. viſo inſtrumento promiſsionis factæ. num. 6. & Ioſephus Ludouici cum alijs aggregatis per eũ, in deciſ. Vmbriæ. 8.
Cõis opin. nu. 11. vbi admonet iſtam eſſe cõem opinionem.

¶ Fallit quoque præmemorata ſententia cõmunis Doct. in duobus alijs caſibus, traditis per Annibalem Cauenſem in d. prag. 8. n. 49. & ſeq.

¶ Et fallit eadem cõis opinio in altero caſu deciſo per Ioſeph. Lud. in d. deciſ. 8. per totam.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM põt facere, ꝙ poſſeßio defuncti cõtinuei in hæredẽ abſq; alia apprehẽſione.*

2 *Iura poſſeſſoria vigore ſtatuti diſponentis, quòd poſſeßio defuncti continuetur in hæredem abſq; alia apprehenſione, non competunt, nec conceduntur hæredi ante adeptam corporalem poſſeßionem.*

3 *Hæres in quẽ cõtinuat poſſeßio abſq; alia apprehenſione vigore ſtatuti, uolens ingredi poſſeßionẽ bonorũ hęreditariorũ debet citare poſſeſſorem etiam iniuſtum.*

4 *Poſſeßio defuncti non continuat in hęredẽ vigore ſtatuti diſponentis poſſeßionem defuncti abſq; alia appreſione continuari in hæredem, quando ante aditam hæreditatem poſſeßio per alium fuit apprehenſa.*

OPINIO DCCCI.

1 STATVTVM poteſt facere, quòd poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem abſq; alia apprehenſione. l. raptores. C. de epiſ. & cler. & ibi not. Bar. & Bal. in l. fi. C. de ſacroſan. eccl. per c. ex literis de cõſue. Ang. in l. qui uniuerſas. §. fin. ff. de acq. poſſeſ. & in l. 1. de diſtract. pigno. Alexan. & Moder. omnes communiter in l. 1. in princ. & in l. cum hæredes in prin. ff. de acq. poſſ. Cõis opin.

2 Sed remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. & iura poſſeſſoria uigore iſtius ſtatuti hæredi non competunt, nec conceduntur ante adeptam corporalem poſſeſsionem: & ſic hæredi ſpoliato huiuſmodi ciuiliſsima poſſeſsione conceditur poſſeſſorium adipiſcendæ: ut in l. 1. C. quorum bonorum. non autem interdictum recuperandę poſſeſsionis: ſecundùm Bal. in auth. defuncto. q. 3. C. ad Tertul. Alex. in l. in ſuis. col. 3. ff. de lib. & poſthu. & conſ. 37. vol. 1. Doct. omnes, præcipueq; Curt. Iun. in l. fi. nu. 25. C. de edic. Diui Adr. tollen. Iaſ. in l. ſi ſorori. C. de iure delib. & latè Ruin. conſil. 27. nu. 6. lib. 5. & conſ. 25. num. 5. vol. 4. & iſta eſt cõis opinio. teſte Ripa, in l. 1. n. 37. ff. de acq. poſſ. Cõis opin. & in rub. ext. de cauſa poſſ. & propriet. n. 24. Alc. in tract. de præſ. in 3. par. præſ. in princ. & Pariſ. conſil. 1. n. 159. vol. 1. quamuis Dec. & malè in conſ. 84. & conſil. 487. & Soc. in l. rem quæ nobis, n. 13. ff. de acq. poſſ. tenuerint contrarium.

3 Retenta tamen dicta cõi ſententia tanquã ueriſsima, dic vlterius, ꝙ hæres debet citare poſſeſſorẽ, etiam iniuſtũ, qui bona hæreditaria occupauit, & aliter non põt poſſeſsionem dictorũ bonorũ ingredi, vbi eſt occupata, ſtante etiã iſto ſtatuto, ꝙ poſſeſsio defuncti cõtinuetur in hęredẽ. ita conſuluit Alex. conſ. 83. viſa facti. nu. 8. & 10. vol. 2. & Bal. in rub. de cauſ. poſſ. & propr. col. fi. per l. 1. §. neceſſariò. ff. ſi uent. nom. mul. in poſſ. mitt.

4 Interpretatur ulterius hoc ſtatutũ, ꝙ poſſeſsio defuncti continuetur in hæredẽ nõ habere locũ quando medio tẽpore poſſeſsio fuit apprehenſa, videlicet ante aditã hęreditatẽ defuncti, ſeu poſt aditã, prius tamen quã hæres poſſeſsionẽ ipſam realiter apprehẽdat tertius occupaſſet defuncti poſſeſsionẽ: tunc enimuerò huiuſmodi cõtinuatio nõ eſſet facienda: nec hæres poſſet petere ex forma talis ſtatuti poſſeſsionẽ in eũ continuari: ſiñ Raph. Cum. & Raymũ. in l. Pomponius. §. quæſitũ, & ibi Iaſ. per illũ tex. ff. de acq. poſſ. & in d. l. ſi ſorori. col. 1. & cõſ. 147. col. 8. uol. 2. Alex. in d. conſ. 83. col. 1. & ſeq. & Natta conſ. 237. circa motiuũ tranſmiſsũ de ſaluaguardia. ſub nu. 4. vol. 2. & iſtã aiunt eſſe cõem opinionẽ pręcitati Doct. Cõis opin. & Io. Bapt. Plotus, poſt alios quamplures ibi per eum relatos, in repet. l. ſi quando. C. unde ui. nu. 8. ubi etiam nu. 13. 14. 15. 30. 31. & 32. limitat, & declarat dictam communem.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTA habentia exequutionem vigore ſtatuti poſſunt exequi etiam ſi ſint obſcura, & illiquida, & liquidatio feri poteſt in proceſſu.*

2 *Inſtrumentum illiquidum regulariter nullam meretur executionem.*

OPINIO. DCCCII.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ inſtrumenta executioni mãdetur, quod quidem ſtatutũ reperiť in omnibus ferè Italię partibus, ſi aliquod inſtrumentum eſſet obſcurum, & nõ liquidum, ut quia cõtineret promiſsionem refectionis damnorum, & intereſſe, hoc caſu abſque dubio poteſt peti executio, & ſatis eſt, ꝙ in proceſſu fiat liquidatio damnorum, & intereſſe: ſecundùm Bar. in l. 1. ff. de eden. nu. 8. per tex. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. proferuntur: quem ſequuti fuere Bal. Fulgo. Caſt. & Ro. in d. l. 1. & hoc idem repetit ipſemet Bar. quem ſequitur ibi Alex. in l. 1. nu. 17. ff. de leg. 2. & Bar. refert, & ſequitur conſulendo Roma. conſ. 76. nu. 5. qui quidem Doct. vno ore omnes concludunt inſtrumenti nondum liquidati executionem peti poſſe, cuius tamen liquidatio in proceſſu fieri poſſet. Idem ſentit Caſtren. cõſ. 165. nu. 2. vol. 2. vbi ait, quòd ſaltem poſt petitã executionem debet conuentum in inſtrumento liquidari: & hanc opinionem communẽ eſſe atteſtatur Iaſ. in d. l. 1. nu. 31. ff. de eden. licèt ibi Iaſ. contrarium ſentiat, & Rom. cõſ. 211. nu. 5. allegationes, conetur diſtinguendo reſoluere iſtã materiam: tamen à prædicta cõi fatuum eſſet recedere &c. quã ſequitur, declarat, ait eſſe cõem, & in practica obſeruari Couarr. in tract. de varijs reſolutionibus iuris Pontificij, & Cæſarei, in 2. lib. c. 11. ubi refert omnes contrarium aſſeuerãtes. *Cõis opin.*

2 Et nota hic, ꝙ inſtrumentũ non liquidũ regulariter nullã mereť executionẽ: vt latè ponit Dec. conſ. 107. nu. 2. poſt infinitos Doct. ab eo citatos.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, vel conſuetudo diſponens teſtamentum fieri poſſe coram quinq;, aut paucioribus teſtibus, tam circa leuia, quàm circa grauia valet, et tenet.*

2 *Lex municipalis, vel cõſuetudo poteſt addere formam teſtandi ultra ſolemnitatem traditam á iure ciuili.*

3 *Conſuetudo Venetorum, diſponens teſtamentum fieri poſſe coram presbytero parrochiali, valida eſt.*

4 *Forenses poſſunt teſtari coram quinq;, aut paucioribus teſtibus vigore ſtatuti, aut conſuetudinis localis diſponentis teſtm̃ valere corã quinq;, aut paucioribus teſtib.*

5 *Teſtamentum factum coram quinque, aut paucioribus teſtibus vigore ſtatuti, aut conſuetudinis, extenditur etiam ad bona alibi ſita.*

6 *Teſtm̃ factũ corã quinq;, aut paucioribus teſtib. ex forma & vigore ſtatuti, corã totidẽ etiã reuocari põt.*

7 *Statutum, aut conſuetudo diſponens teſtamentum valere coram quinq;, aut paucioribus teſtibus, non extenditur ad codicillos, vt fieri poſſint coram tribus.*

8 *Teſtamentum factum coram quinq;, aut paucioribus teſtibus à vaſallo extra locum vbi viget ſtatutum teſtamentum fieri poſſe coram quinq;, aut paucioribus teſtibus, in loco vbi ſeruatur ius commune non valet, ſed ſeruari debet ius commune.*

9 *Chriſtianus exiſtẽs in territorio Saracenorũ põt teſtari ſm̃ formã iuris gentium ſeruari ſolitã à Saracenis.*

10 *Peregrini poſſunt teſtari non ſeruata ſolemnitate iuris ciuilis.*

OPINIO DCCCIII.

1 STATVTVM, vel conſuetudo diſponens, quòd teſtamentum poſſit fieri coram quinq;, aut paucioribus teſtibus, tam circa leuia, quã circa grauia valet, & tenet, ac integerrimè ſeruatur: ſecundũ Cyn. Bar. Bal. & omnes Doc. in l. 1. C. de ſum. Trin. in l. cunctos populos, eo. tit. in l. 3. ff. de teſta. & in l. ſi non ſpeciali. C. eod. tit. Cifuentes in cõmentarijs ſuper leges Tauri, in l. 3. nu. 20. & iſta eſt cõis opinio. teſte Iaſ. in d. l. 1. nu. 33. cũ 7. alijs ſeq. Dec. in c. ſicut, de prob. nu. 71. vbi, n. 69. & ſeq. retulit oẽs ferè Doct. in cõtrariã partem inclinantes, licèt ipſe demum reſideat cum communi, & Boer. deciſ. 228. num. 6. & ſeq. *Cõis opni.*

2 Et ſic manifeſtè apparet legẽ municipalẽ, vel cõſuetudinẽ poſſe addere formam teſtãdi vltra ſolẽnitatẽ traditã à iure ciuili. d. l. ſi nõ ſpeciali, vbi per illũ tex. ita cõiter not. Doct. vt cõſtat ex congeſtis per Alex. ibi, & ꝑ alia ſuperius relata.

3 Imò cõſuetudo Venetorũ introducẽs, ſeu diſponẽs, ꝙ teſtamẽtũ fieri poſsit corã preſbytero parrochiali tm̃, ualida eſt: ſm̃ Bal. i d. l. ſi nõ ſpeciali.

4 Ampliatur primò dictũ ſtatutũ, ꝙ cõprehẽdat non ſolùm ciues, verũ etiã forenſes ibidem teſtãtes: ſecũdũ Bar. in pręallegata. l. 1. cũ quo ſentiũt omnes Doct. cõiter: vt meminit ibi Iaſ. num. 40. *Cõis opin.*

5 Ampliatur ſecundò loco pręfata cõcluſio, ꝙ teſtamentũ ſm̃ formã dicti ſtatuti cõditũ, ubiq; poteſt effectũ ſortiri, etiã quò ad bona alibi exiſtentia: ut uolunt oẽs Scrib. in d. l. 1. pręſertimq; Iaſ. ibi. n. 44. vbi aſſerit hanc eſſe cõem opinio. quam ſequũtur etiã Cyn. Bar. Bal. Faber. Saly. & Iaſ. in d. l. cũctos populos, & Cifuen. in d. l. 3. Tauri, n. 21. *Cõis opin.*

6 Interpretatur tertio loco dictum ſtatutum, ꝙ licèt quinq; teſtes ſufficiunt in confectione teſtamenti, dic ꝙ ſufficiant etiã ijdem in reuocatione ipſius: ſecundũ Dec. & alios ibi relatos, per eũ, in c. cognoſcentes in 2. lect. nu. 16. de conſt.

7 Fallit primũ præfata cõcluſio habere locũ dũtaxat in teſtamẽto, nõ aũt in codicillis: quia ſtatutũ noſtrũ diſponẽs in teſtamẽto ſufficere quinque teſtes, nõ ob hoc præſumitur, ꝙ in codicillis ſuffi-

ſufficiãt tres teſtes: ſiſi notabilẽ doctrinam Bar. in l.2.circa fin. ff.de leg.1.cõiter ibi ab omnibus Scribentibus approbatam: ut referunt Moder. inibi,& Ripa in tract.de peſte,in tit.de priuileg. ultimarum voluntatum cauſa peſtis,nu.47. *Cõis opin.*

8 Limitatur ſecundò dicta communis concluſio, quando aliquis ſubditus, vel uaſallus conderet teſtamentum extra territorium ſtatuentiũ, & in loco,ubi ſeruatur ius commune:tunc enim ualet teſtamentum factum ſecundùm formam iuris communi:.arg.l.ſi fundus.ff.de euict. cum aliis relatis per Corneum conſ.232.circa primũ, col.:.lib.4.& per Ciſuentes in d.l.3.Tauri,n.22. vtpotè:quia ſeruanda eſt forma,quæ ſeruari conſueuit in loco ubi ſit teſtamentum.

9 Adeò quòd Chriſtianus teſtator exiſtens in territorio Saracenorũ poteſt condere teſtamentum ſeruata ſolennitate iuriſgentium,quam ſeruant hoſtes Chiſtianæ fidei in ſuis teſtamentis: ſecundùm Pau.de Caſt.eleganter,& Ang.in l.2. C.quemad.teſta.aperian.quos refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.cunctos populos,col.8.licèt Bart. contrarium aſſeueret in l. qui à latronibus.ff. de teſta.& Barba.in rub.de teſtam.fol.14.ubi poteris uidere multa congeſta per eum.

10 Et uide Ang. in auth.omnes peregrini. C. communia de ſucceſsionibus. vbi per illum textum tenet peregrinos poſſe facere teſtamentum non ſeruata ſolennitate iuris ciuilis, cuius piam opinionem impugnare nititur Barb.in d.rub.de teſta.fol.15.Ego uerò inhæreo dictæ Ang.ſententiæ ne uerba.d authen. omnes peregrini non aliquid operentur,arg.l.ſi quando.ff.de leg. 1. & c. ſi Papa,de priuilegiis lib.6.& l.1.ff.de mil. teſta.

SVMMARIVM.

1 *NATVS tranſeundo, vel caſu extra ciuitatem,in qua extat ſtatutum diſponens neminem admitti ad ipſius collegium,niſi natum ibi, uel originarium,poteſt admitti ad collegium non obſtante, quòd natus ſit extra ciuitatem.*

2 *Originarius non dicitur quis loci in quo natus eſt caſu, uel tranſeundo: ſecundùm communem opinionem,licèt,& alia contraria ſententia ſit etiam cõis,vt nu.4.*

3 *Natus extra ciuitatem ſuorum maiorum non obligatur oneribus ciuitatis, vel loci vbi uerè natus eſt.*

5 *Doctor eminentis ſcientiæ poteſt admitti ad collegium, non obſtante ſtatuto diſponente neminem admitti ad collegium, niſi ſit natus in ciuitate, vel niſi ſit originarius.*

OPINIO DCCCIV.

1 STATVTVM alicuius Ciuitatis diſponens,quòd nemo debeat ad collegium ipſius admitti, niſi ſit natus ibi,uel niſi ſit ciuis originarius, non habet locum quoties quis eſſet natus alibi,& ſic extra dictam Ciuitatem tranſeundo,uel caſu:poteſt enim tunc ille eſſe de collegio, etiam quòd ſit natus in alio loco, & Ciuitate per tranſitum, vt per Ioan.de Plate.in l.filias.C.ad municip.Tamen huiuſmodi opinionem non auſus eſt firmare Bar. ibi, ſed caſu eueniente ſemper conſulerẽ, & iudicarem pro opinione Ioan.de Plate.tanquã in iure ueriſsima.

2 Quia originarius nõ dicitur quis loci,in quo natus eſt caſu,& tranſeundo: ut per Canoniſtas omnes in c.Rodulphus de reſcr.& ita ſe habet cõmunis opinio, de qua reſtantur Moder. inibi, & Boer. deciſ.13.nu.52.& ita fuit deciſum in Concilio Salmanticenſi Diui Iacobi.teſte Vaſquio in tract.de ſucceſſ.proceſſu.lib.1.§.2.num.9.ubi ſequitur opinionem hanc, ac demonſtrat ueriorem,equioremq́ue fore. *Cõis opin.*

3 Cõprobatur alia rõne iſthæc ſentẽtia Ioã.de Plat. Nam per hanc natiuitatem filius in Ciuitate,ubi uerè natus fuit, oneribus nõ obligatur,cũ ibi parens fuerit ad tempus.l.1. ubi Bartol.ff. de capt.& poſt lim. reuer.quem ſequitur Abb.& Fely. in d.c. Rodulphus. & iſtam opinionem ait eſſe communem Auguſt.de Arimi.in l.huiuſmodi.§.legatum.ff. de leg. 1. Ripa in tract.de peſte, in 2.par.uerſ.18. *Cõis opin.*

4 In contrariam uerò partem inclinarunt nõnulli Doct. quòd natus caſu in loco, ubi mater non habebat permanere, dicatur ibi, ubi natus fuit,ſortiri originem, quorum opinionem docet communem eſſe Iaſ.in l. huiuſmodi. §. legatum, num.14.ff.de leg.1. *Cõis opin.*

5 Item hoc ſtatutum non admittens in collegium Doctorem forenſem limitatur,ut non habeat locum in aliquo eminentis ſcientiæ:ſecundùm Barba.in rub.de reb.eccleſ.non alie. col.3.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM loquens in uno ex æquiparatis per modum regulæ,habet locum & in alio.*

2 *Statutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de literis cambij,habet locum in ſcriptis priuatis.*

OPINIO DCCCV.

1 QVANDO duo per modum regulæ æquiparata ſunt à iure,ſtatutum loquens in uno ex æquiparatis habet locum & in alio: ſecundùm Gloſſ. communiter approbatam,in l. ſi quis ſeruo, in princ.C.de fur.& tradit Soci.in l.1.col.2 ff.de lega.1.Curt.Iun. cõſil.150.num.4.& Auguſt.Berous in quæſt.ſua 105.num.6. *Statutũ. Cõis opin.*

2 Vbi arguit de literis cambij ad ſcriptum priuatum,dicens ſtatutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de literis cãbij habet locũ in ſcriptis priuati vti per regulã æquiparatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM iubens libris mercatorum, ſeu cāpſorum adhiberi plenam fidem ualet, & tenet, quaſi publica authoritate nitatur.*

2 *Liber mercatorum ex forma ſtatuti faciens plenam fidem vbique, etiam extra territorium plenè probat, licèt in iudicio vbi producitur non adſit tale ſtatutum.*

3 *Fides ſcripturæ conſideratur iuxtà legem loci ubi ſcriptura celebratur.*

4 *Statutum indiſcretum, vtputà diſponens, quòd omni ſcriptura mercatoris pro ſe credatur, non tenet nec ualet, & eſt pronum ad falſum.*

5 *Statutum iubens libris campſorum, ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem non extenditur ad negocia non pertinentia ad mercaturam, & ad eorum officium.*

6 *Liber mercatorum pannorum, uel alterius mercaturæ non probat depoſitum, vel mutuum in eo deſcriptum ſi non ſpectet ad eorum artem, ſtante ſtatuto, quòd eorum libris plena adhibeatur fides.*

7 *Statutum diſponens, quòd poteſtas teneatur pro ſua familia, non extenditur ad geſta extra officium.*

8 *Liber mercatorum infamium non probat ſicut liber aliorum mercatorum, ſtante ſtatuto, quòd libris mercatorum adhibeatur plena fides.*

9 *Liber rationum deſcriptus à mercatoribus alibi commorantium extra territorium ubi viget ſtatutum nō probat in loco ſtatuti, diſponentis eorum libris plenam adhiberi fidem.*

OPINIO DCCCVI.

1 STATVTVM iubens libris campſorum, ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem ualet, & tenet, quaſi tunc publica authoritate nitatur: ſecundùm Ioan. And. in add. Specul. in tit. de inſtru. edit. §. nunc dicēdum, Bal. & Ang. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. Innoc. in c. cùm P. tabellio. de fid. inſtrum. eundem Bal. in l. cunctos populos. col. 14. C. de ſumma Trinit. Ancha. in c. canonum ſtatuta, ext. de conſtit. Benue. Stracca, in tract. de mercatura, in tit. quomodò in cauſa mercatoris procedendum ſit, nu. 31. cum aliis abundè cōgeſtis per Grauet. in tract. de antiq. temporū, in 1. part. nu. 27. ubi ait huic cōcluſioni neminem ex Scribentibus aduerſari. Et iſta communis ſententia probatur in c. cùm dilectus, de fide inſtrum. ut latè Moder. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in c. 2. de fide inſtrum. *Cõis opin.*

2 Ampliatur hoc ſtatutū extendere uires ſuas extra territorium ſtatuentium: & liber, ſeu ſcriptura mercatoris ſic roborata à ſtatuto vbique probat, licèt in iudicio, in quo producitur, nō adſit huiuſmodi ſtatutum: ſecundùm Ioan. And. in d. §. nunc dicendum. Bar. & Doct. in l. 1. in 7. quæſtio. princ. C. de ſumma Trinit. & fide cath. Bald. in l. exemplo. C. de prob. & in l. ſi non ſpeciali. nume. 4. per illum tex. C. de teſta. Ant. de But. colū. 3. cæteroſque Canoniſtas in d. c. 2. de fide inſtru. Rocchum Curt. in repet. c. fin. num. 46. de conſuet. Dec. in c. 1. col. 17. de prob. Benuenu. Stracca, in d. tract. de mercatura, in titu. quomodò in cauſa mercatoris procedendum ſit, num. 31. & Iaſ. in l. ſi arrogator. col. 16. ff. de adopt. ubi aſſerit huic ampliationi nunquàm inueniſſe contra dicentem, & Grauet. in tract. de antiq. temp. in 1. part. nume. 9. atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

3 Et ratio iſtius communis videtur iſta: quoniam circa ſcripturæ fidem inſpicitur locus, ubi celebrata eſt, ubicunque poſtmodum producatur: vt voluit Bal. conſil. 79. libr. 3. per text. in l. ſi fundus. ff. de euict. Guido Papę, in quęſt. 272. & Iaſ. in l. ius autem ciuile. col. fi. ff. de iuſt. & iure.

4 Limitatur primùm ſtatutum non procedere, ſi eſſet indiſcretum, uidelicet, ꝙ omni ſcripturæ mercatoris pro ſe crederetur: quia tunc careret ratione, imò eſſet pronum ad falſum committendum: vt per Bald. in l. vnica, nu. 13. C. de confeſſ. cuius dictū reputat ſingulare, & ſequitur Panor. in cap. bonæ, il 2. circa finem extra de poſtu. prælat. Iaſ. in repet. d. l. admonendi, nu. 102. vbi omnes Moder. hoc idem tenēt, Marſil. in ſing. 458. Liber mercatoris, circa medium, & Benuen. Strac. in pręcitato tract. de mercatura. in tit. quomodo in cauſa mercatoris procedēdū ſit. nu. 37. & ſeq.

5 Dictumq; ſtatutum, ꝙ libris mercatorū detur plena fides, interpretatur ſecūdo loco in pertinentibus ad mercationem, & eorum officium, non autem in alijs: prout tradit Rom. conſ. 204. col. 2. poſt Io. And. in d. §. nunc dicēdum in addit. magnis, Aret. conſ. 33. col. 1. & conſ. 44. Alex. & Iaſ. in d. l. admonendi. idem Iaſ. in l. age. nu. 4. C. de tranſac. Deci. in c. poſt ceſsionē, de ꝓbat. nu. 39. & conſil. 30. col. 2. Grauet. conſil. 3. nu. 15. Riminal. conſil. 35. nu. 12. & conſil. 279. nu. 1. conſil. 297. & 301. nu. 3. Marſil. in repet. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 109. & in repet. l. fin. nu. 168. ff. de iuriſd. omniū iud. & Benuenu. Stracca, in allegato tract. de mercatura, in tit. quomodo procedendū ſit in cauſa mercatorum, nu. 40. fol. 254.

6 Licèt idem Dec. titubanter, & parū ſibi conſtans contrarium teneat in d. l. age. nu. 5. quem taxat Alciatus ibi, & primam opinionem dicit eſſe communem, puta ſi ſit mercator pannorū, & in libro ſit ſcriptum aliquid de mercatura pānorum: ſecus ſi ſcriberet de aliquo depoſito, vel mutuo, quod non eſſet de arte ſua. argumen. l. tertię. §. eodem modo. ff. nau. caup. ſtabu. *Cõis opin.*

7 Idem videmus in alio ſimili ſtatuto diſponente, ꝙ poteſtas teneatur pro ſua familia: quod quidem ſtatutum reſtringitur ad ea, quæ pertinent ad officium, puta ſi familia delinqueret in officio, nō ſi extra cauſam officij: ſecundùm Roman.

ma.conſil.11.& conſil.25.Grauet.in d.conſi.3.& Alciat.in d.l.age.col.pen.poſt Ang.in l.1.C. ſi rector prouin.

8 Tertiò limitatur præfatum ſtatutum, quòd credatur libris mercatorum,ut intelligatur procedere,niſi talis mercator ſit infamis,uel aliàs incurreret infamiā.ita uoluit Bal.in d. l.cunctos populos,col.41.quem refert,& ſequitur Iaſ.in §.ſed iſte,col.24.inſtit.de act.& in repet.d.l. admonendi,num.102.& Stracca in d.tract. de mercatura, in tit.quomodò in cauſa mercatorum procedendum ſit.ſub nu.30.fol.253.

9 Limitatur quartò mentionatum ſtatutum intelligēdum,ac interpretandum eſſe,quatenus liber mercatoris conſcriptus ſit in territorio ſtatuentium,& non alibi; vndè ſi Aquilanus Romæ commorans,& ibi in libro ſuo annotaret ſe ſoluiſſe centum, quæ Martino Aquilano debebat, ſeu ſoluere tenebatur: tunc virtute prædicti ſtatuti nō probaretur ſolutio: vt uoluit Seuer.in d. l. omnes populi.nu. 164.poſt Bal.in c.cū dilectus. extra de fide inſtru.& Iaſ.in d. l. cunctos populos. Sed cōtra iſtam limitationē complura ſcribit, & refert,pretermiſſaque authoritate Bal.Corn.cōſil.319.circa primum,in ultima dubitatione,uolu.3.ubi dictam quæſtionē inſolutam reliquit.

SVMMARIVM.

1 COMPROMISSVM fieri non debet inter ſocerum,& generum,poſt mortem eius uxoris ſtante ſtatuto,quòd cauſæ uertentes inter affines compromittantur.

2 Affinitas diſſoluitur morte alterius coniugum.

3 Compromiſſum fieri non debet inter liberos naturales, & alios de agnatione paterna,ſtante ſtatuto,quòd cauſæ inter affines debeant compromitti.

4 Filij naturales non dicuntur agnati, ſiue coniuncti cognatis ex linea paterna.

5 Compromiſſum fieri debet inter filios naturales,& coniunctos ex linea materna ſtante ſtatuto, quòd cauſæ inter affines compromittantur.

6 Cognatio,coniunctio, & proximitas eſt inter filios naturales,& coniunctos ex linea materna.

OPINIO DCCCVII.

1 STATVTVM diſponens, quòd cauſæ uertentes inter affines debeant compromitti, nō habet locū,nec procedit ſi cauſa uertatur inter quondā ſocerum, & generum.

2 Quoniam eſt diſſoluta affinitas propter mortem alterius coniugum:ſecūdùm Bar.Bal.Ang.in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtulan. hoc idem firmat, ac tenet idem Bal.in l.ſi.C.de uerb.ſignif.& in l.rei iudicatæ. ff. ſol.mat.& Saly.Pau.Caſt.& Alex.inibi, & Iaſ. in l.non tantùm.ff.de re iud.ubi Alex.audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, num. Cōm opin. 27. & Crotus in tract. de teſtibus, in 2. quæſt.6. queſtionis princ.

¶ Salyc. uerò præcipitanter uidetur tenere contrarium,in d.l. fin. cuius fundamentis optimè reſpondet Alex. in præcitata. l. non tantum, & conſil. 207.uol.7. ubi conſuluit pro dicta communi, quam diſputando ſequitur etiam, declarat, & citat Marcus Antonius Blancus in tract. de compromiſſis.q.3.numero 23. & ſequen.fol. paruo 62.

3 Item ſub hoc ſtatuto minimè comprehenderentur filij illegitimi.

4 Quod quippè non habet difficultatem aliquam, ſed intelligitur in filiis naturalibus de agnatione paterna.

5 Quia quò ad eos non dicerentur coniuncti: tamen quo ad matrem, & coniunctos per matrem,benè comprehenderentur.

6 Cùm inter eos benè ſit coniunctio, cognatio,& proximitas.l.ſi ſuſpecta.§.de inofficioſo.ff. de inof.teſtam.& §.vulgò,inſtit.de ſucceſ.cog. & not.Cy.in auth.itaque.C.communia de ſucceſſ.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM, quòd compromiſſum fieri debeat inter coniunctos,& affines dicitur fauorabile.

2 Statutum,quòd lites,& controuerſiæ debeant compromitti inter coniunctos,& affines comprehendit etiam fœminas.

3 Dictio quiſquis,vel quicunque comprehēdit ex propria ſignificatione etiam fœminam.

4 Relatiuum quis,uel qui concipit etiam fœmininum.

5 Relatiuum quis,uel qui declaratiuum eſt.

6 Relatiuum quis,vel qui generale eſt ad maſculum, & fœminam,maiores,& minores,liberos, & in poteſtate conſtitutos.

7 Statutum, quòd nullus proficiſcatur de nocte ſub tali pœna comprehendit etiam fœminam.

8 Statutum diſponens, quòd nullus audiatur uolens opponere exceptionem, quòd pactum ſit nullum,comprehendit etiam fœminam:quia ſtatutum loquitur in materia,quæ par eſt maribus,& fœminis.

9 Adiectiuum coniuncti prolatum ſinè termino comprehendit etiam ex proprio ſignificatu,tam maſculinum, quàm fœmininum.

10 Maſculinum in materia ſtatutaria concipit fœmininum.

11 Coniunctorum,proximorum, & propinquorum appellatione ueniunt,tam fœminę,quàm maſculi.

12 Statutum loquens in maſculo comprehendit etiam fœminam,ſi agatur de fauore, ſecus uerò de odio.

13 Maſculinum in diſpoſitione legis correctoria in materia fauorabili concipit fœmininum, vbi militat eadem ratio.

14 Fœmina comprehenditur etiam ſub propria hominis ſignificatione.

15 *Statu-*

15 *Statutum, quòd compromiſſum fieri debeat inter coniunctos, et affines comprehendit et fœminam nuptam.*

16 *Mulier non poteſt compromittere ex ſemetipſa præter miſſa forma ſtatuti, diſponentis, quòd mulier contrahere non poſſit ſine præſentia duorum conſanguineorum, vel cum decreto iudicis.*

17 *Statutum ad compromittendum de litibus inter affines non procedit inter ſponſum, & ſponſam: quia inter eos non videtur contracta affinitas.*

18 *Affinitas non contrahitur per ſponſalia puerorum.*

19 *Diſpoſitio loquens de affine, non habet locum in ſponſo, & ſponſa.*

20 *Affinitas non dicitur contracta inter virum, & vxorem, & eorum affines, etiam per matrimonium, ſeu ſponſalia per verba de præſenti cõtracta: niſi illud matrimonium conſumatum ſit per carnis copulam.*

21 *Matrimonium ratum licèt perfectum ſit quò ad vinculum ſacramenti, & illud tanto ſanctius ſit, quanto à carnis coniunctione alienius: tamen ipſum matrimonium imperfectum remanet quò ad ſignificationem: cùm illud non illa omnia ſignificet, quę ſignificaret carnali copula conſumatum.*

22 *Affinitas per ſolum coitum, & commiſtionem carnalem contrahitur.*

23 *Affinitas eſt vinculum cauſatum ex carnis copula conſanguineorum.*

24 *Affinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu proueniens, omni carens parentela: quia illa affinitas nunquàm contrahitur ſine coitu.*

25 *Affinitas non inducitur, nec contrahitur, etiam ſi interueniret oſculum.*

26 *Affinitas non contrahitur, etiam ſi fieret pollutio extra clauſtra pudoris, & vaſa naturæ. Nam non inducitur affinitas ipſa, ſi vir non fregerit clauſtra pudoris: quia ceſſante commiſtione ſanguinis, ceſſat etiam affinitas.*

27 *Affinitas non contrahitur ex vitio ſodomitico. Vndè vir coiens contra naturam cum eius vxore non inducit affinitatem.*

28 *Affinitas contrahitur ex illicito coitu.*

29 *Affinitas contrahitur per concubinatum.*

30 *Coitus eſt de ſubſtantia ad inducendam affinitatem, ſiue illa interueniat ſponte, ſiue coactè, & per vim, ſiue interueniat cum dormiente.*

31 *Statutum cogens affines ad compromittendum habet locum etiam inter virum, & vxorem: qui etſi affines non ſint, ſunt tamen principium, & cauſa affinitatis, dummodo interueniat matrimonium conſumatũ per carnis copulam.*

32 *Cautio pręſtita inter inimicos de non offendendo affines, & attinentes, tam actiuè, quàm paſſiuè vſque ad tertium gradum, ſecundùm ius canonicum incluſiuè cõputandum, non comprehendit ſponſum, & ſponſam, & conſequenter eorum conſanguineos, & affines: & ſic ſi offenſio inter eos interuenerit non diceretur fracta, & rupta ipſa cautio: & ita aliàs fuit iudicatum in facto in magna Curia Vicariæ: vt habetur infra etiam ſub num. 41.*

33 *Affinitas inter ſponſos non dicitur propriè affinitas, ſed impropriè.*

34 *Affinitas contrahitur per matrimonium conſumatum, non autem per ſponſalia.*

35 *Affines propriè ſunt quando duæ agnationes, ſeu cognationes, quę inter ſe diuerſæ ſunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationem accedit.*

36 *Viro non licet dimittere vxorem cum qua conſumauit matrimonium per copulam carnalem, ſecus verò ſponſam: cùm vxor nondum cognita poſſit ingredi religionem.*

37 *Matrimonium uocatur vbicunque mulier eſt tradita viro ita, vt ea vtatur.*

38 *Sponſa etiam per vim cognita à ſponſo poteſt contra voluntatem ipſius ſponſi religionem introire.*

39 *Statutum faciens mentionem de affinibus non comprehendit ſponſos.*

40 *Verba in ſtatutis propriè intelligenda ſunt.*

41 *Cautio de non offendendo dicitur odioſa, & ideò reſtringenda eſt.*

42 *Matrimonium dupliciter probari poteſt, uerè, & præſumptiuè: & vbicunque illud verificatur præſumptiuè quatuor requiſita neceſſariò copulatiuè debent concurrere.*

43 *Matrimonij præſumptio non inducitur propter oſcula, & cohabitationem inſimul maſculi, & fœminę.*

44 *Matrimonium non probatur probata copula, ſeu cohabitatione maſculi, & fœminæ.*

OPINIO DCCCVIII.

1 STATVTVM, quòd fieri debeat compromiſſum inter coniunctos, & affines dicitur fauorabile: ſecundùm Bal. col. fin. Pau. Caſtren. Saly. Roma. Alex. Corne. Iaſ. Dec. & cæteros omnes uniuerſaliter, in l. qui ſe patris. C. undè liber. Dec. cõſil. 13. & pro tenui facultate mea, ſub num. 6. & ſeq. & conſ. 44. & diligenter, ſub num. 2. Anchar. conſ. 187. apud me quæſtio iſta, Fulgoſ. conſ. 15. in fin. Alex. conſ. 125. uiſo proceſſu cauſę. nu. 11. & ſeq. uol. 7. & in l. 1. col. antepen. ff. ſolut. mat. & Marc. Ant. Blanc. in tract. de compromiſ. in 2. q. princ. num. 3. vbi tollit omnia obſtacula, & intonat iſtam eſſe communem opinionem: prout explicauimus etiam ſupra in Opinio. 778. Cõis opin.

2 Itaque ſtatutum hoc tanquàm fauorabile non ſolùm comprehendit maſculos, verùm etiã fœminas. teſte Alex. in d. conſ. 125. nume. 4. 13. 14. & 16. vbi planè demonſtrat iſtam eſſe magis communem, ubi mouetur etiam ad hoc corroborandum, quòd ſtatutum memoratum loquitur per adiectiuum, ſeu terminum communem: vt apertiſsimè diſcernitur in illa dictione, Cõiunctos. ideò ex propria ſignificatione comprehenditur fœmina etiam in ſtatutis. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud. & l. 1. cũ ibi not. per Bar. ff. de uer. ſignif. etiam non obſtante relatiuo, qui. ut in d. l. 1. & ibi Bart. Cõis opin.

3 Dum prorumpit hanc dictionem, quiſquis, vel

vel quicunque comprehendere ex propria ſignificatione fœminam.& not.Bar.in l.ſi quis in tãtam C.unde ui,& Dec.in l.fœminæ,ſub nu. 100. ff.de reg.iur.

4 Et ſic relatiuum,quis,uel qui,concipit ſimiliter quoque fœmininum: vt vltra Barto.in d.l. ſi quis in tantam,firmat itidem Alex.in l.2.nu.16. ff.de vulg.& pupil.ſubſt. & alij Doct.omnes unanimiter,& concorditer in l.quicunque. ff. de ſer. fugit.& in l.1.ff.de uerb.ſignif.& Dec.conſ.339. conſului alias reſpectu legitimationis,ſub nu. 1. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

5 Et ratio uidetur iſthæc, quoniam relatiuum ipſum quis,vel qui,declaratiuum eſt,ut l. omnes populi.ff.de iuſt.& iu.& l.cunctos populos,& ibi Bar.C.de ſum.Trinit.& fid.cath.

6 Imò ipſummet relatiuum,quis,vel qui,generale eſt ad maſculum, & fœminam, maiores, & minores,liberos,& in poteſtate conſtitutos. l. 1. §.de pupillo,& ibi Bar.ff.de conſtit.pecu.& Dec. in d.conſ.339.ſub num.1.

7 Sed hoc utique vendicat ſibi locum in materia indifferenti: vt explicat affabrè quidem Bart. in l.1.col.1.ff.de pecul.& in l.iura.ff.de legi.Cyn. & Bal.in d.l.quicunque.ff.de ſer. fugit.ubi determinant,quòd ſi ſtatutum diſponeret, quòd nullus proficiſceretur de noctè ſub tali pœna, comprehenderet abſque dubio aliquo etiam fœminam,& ſequitur etiam Dec.in d.conſ.339.nu.2.

8 Et hinc non ab re firmat Bal. in l. in multis. ff.de ſtatu hominum,ſtatutum diſponens, quòd nullus audiatur volens opponere exceptionem, quod pactum ſit nullum,comprehendere etiam non immeritò fœminam ipſam: cùm in ſtatutis exploratum ſit maſculinum concipere fœmininum: quia ſtatutũ loquitur in materia, quæ par eſt maribus,& fœminis,in qua profectò uiget eadem ratio.l.ſi.C.de indic.vid.tollen.

9 Et facit ſimiliter doctrina Alex.in conſ.115. circa dubitationem num. 10.uol.2. vbi explicat adiectiuum coniunctè prolatum abſque alio termino comprahendere ſimiliter ex proprio ſignificatu tam maſculinum,quàm fœmininum,ubi allegat Bar.in l.1.per illum text.ff.de uer.ſign. & ſequitur Iaſ.in d.l.ſi quis id quod,col.2.

10 Vbi concedit in materia ſtatutaria indubitanter maſculinum concipere fœmininum in ſe. & Dec.etiam conſ.223.in caſu propoſito triaoc currebant num.2.& ſeq.

11 Vbi huius rei ſummam excuſſam tradit,ſub nomine coiunctorum venire tam fœminas, quã maſculos, & idem quoque appellatione proximorum, & appellatione propinquorum, & idẽ vult ipſemet Dec.in d.l.fœminę.num.125.ff. de regulis iuris.

12 Concludens,quòd in materia fauorabili maſculinum comprahendit etiam fœmininum. & hæc fuit doctrina originaliter tradita per Hoſtiẽ. in c.Rainaldus de teſta.& Archid. in c. ſi quis ſuadente 17.q.4. quòd præmemoratum ſtatutũ loquens duntaxat in maſculino compræhenderet abſque dubio alio effectualiter,& uirtualiter quoque fœminam ſi ageretur de fauore:ſecus vero ſi ageretur de odio.per l.15.ſed ſi.ff.de uentre in poſſ.mitten.& in l.cùm quidam.ff.de liber. & poſthu.& ita demum intelligunt ſanè.l.1.cum ſimilibus.ff.de uer.ſignif.

13 Et facit etiam Glo.in l.Gallus.ff. de liber. & poſthu.in uer.Neptis ſecundùm Alex.in d.conſil.125.quæ probat, atque in medium adducit, quòd diſpoſitio legis correctoriæ, vt eſt diſpoſitio illius legis,ſi loqueretur in maſculino, conciperet fœmininum etiam ex id. ntitate rationis, ſaltem in materia fauorabili.& ad hoc illã Gloſ. ponderat ibi Raph.Cuma.potiſsimùm: quia loquitur ſtatutũ per adiectiuum, non autẽ per ſubſtantiuum in maſculino genere, & etiam loquitur per terminum communem. ex quo concludit,quòd compræhendatur fœmina: prout ſe habet magis communis omnium Scribentium ſententia,ſaltem quando concurreret, atque militaret eadem ratio indifferenter. & ſic firma remanet concors omnium opinio, quòd ſtante eo, ꝙ prælibatum ſtatutum fauorabile ſit, fœmina fidenter ſub eo comprehendatur. Cõis opin.

14 Et de hoc mirandum quippè nullatenus foret.Nam ſub propria hominis ſignificatione cõprehenditur etiam fœmina.l.hominis.ff.de uerborum ſignific.

15 Et iſthæc communis eſt adeò uera, vt ea extendat uires ſuas,procedatque etiam in fœmina nupta,vt & ipſamet cum ſuis propinquis teneatur compromittere.vt concedit Alex. in d. conſil.125.uol.7.

16 Cæterùm eadem communis ita explanata, & amplificata claudicat locum non obtinere, ſi extaret ſtatutum, quòd mulier contrahere nequeat,niſi ſub certa forma, vtputà cum præſentia duorum propinquorum,uel cùm decreto iudicis:nam tunc abſque illa ſolennitate non poſſet compromiſſum facere. ut efficax teſtimoniũ eſt Ang.in l.fin.§.neceſsitatem.C.de bonis, quæ lib.cui innititur Lanfranc.in tract. de arbitris in §.iuxta,quæſt.4.

17 Vndè ſtatutum hoc de compromiſsis faciendis inter affines,& coniunctos tanquàm fauorabile finaliter haberet locum etiam, vbicunque impropriè foret contracta affinitas,ad finem, vt inter eos, & eorum affines eſſet locus compromiſſo:ut firmat Iaſ.cum aliis ſignatis per eum,in l.quod Seruius.ff.de condi.ob cau. Sed iſthæc opinio erronea,& falſa diſcernitur: prout contrarium aſſeuerauit Couarruuias in epito. de teſta. ſeu ſponſal.in 2.par.cap.6.§.7. de affinitatis impedimento,in fine.

18 Quare ſi ſponſalia eſſent contracta per pueros,nulla cenſeretur tunc inter eos contracta affinitas.c.1.de ſponſal.in prin.in 6.& firmat Glo. in uer.Affinitas, Bart. col.2.& alij uniuerſaliter in d.l.quod Seruius.

19 Quo-

cõtrahitur per matrimoniũ conſumatũ, nõ autẽ per ſponſalia, ex iuribus, & authoritatibus ante ſignatis, & eſt text. in c. nõ debet, de cõſan. & affi.

35 Quia affines propriè ſunt, qñ duæ agnationes, ſeu cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt, ꝑ nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationẽ accedit. iuxta notata in d. §. affinitatis, inſt. de nupt. & in l. non facilè. §. affines. ff. de gra. affi. & ita firmat Franc. Hercul. in tract. de cautio. de non offendendo, in cap. 32. num. 8.

36 Et ad præmiſſorum corroborationem facit etiam altera viuax ratio, ſiquidem text. in c. in publico, de cõuer. cõiug. interpretatur l. diuinã, quòd non licet viro dimittere vxorem, vt intelligatur de matrimonio copula carnali conſumato: quod non habet locum in ſponſa: ex eo quia non prohibetur vxor nondum cognita ingredi religionem. c. verum, & c. ex publico, de conuerſ. cõiug. & ſic patet, quòd copula ad perfectionem matrimonij requiritur.

37 Et notatur per Dec. in l. nuptias, nu. 6. ff. de reg. iur. quòd coniugium vocatur, vbicunque mulier eſt tradita viro, ita quòd ea vtatur, ex iuribus per eum allegatis. Et Abb. in d. c. ex publico infert ad quæſtionem, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd maritus lucretur dotem muliere decedente ſine liberis, an ſi decederet ante copulã lucraretur dotem?

38 Quinimò etiam ſi cognita ſit ſponſa per vim à ſponſo, nihilominùs poteſt contra voluntatem ſponſi religionem introire: vt firmat Ang. in l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. cui innititur non vulgari anchora Marſil. in l. 1. §. prętereà. num. 15. ff. de quæſt. & Hier. Cuchalon in add. Decij in d. l. nuptias, & Cagnol. ibi, num. 111.

Et ideò ſtante ſtatuto faciente mentionem de affinibus, in eo nullatenus includuntur ſponſi. teſte Bar. in d. l. quod Seruius, vbi ſubdit ſe hoc habuiſſe in facti contingentia in quodam ſtatuto Peruſino.

40 Quia ſtante differentia inter matrimonium ratum, & inter matrimonium conſumatum, & ſic inter ſponſalia, & matrimonium, uerba in ſtatutis propriè intelligenda forent: vt concedit Glo. in ver. Non continebuntur, in l. librorum. §. quod autem, & ibi Bar. ff. de leg. 3. & in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg.

41 Imò cautio ipſa de non offendendo dicitur odioſa, & ideò meritò reſtringenda venit: vt explanat Frã. Herc. in d. tract. de cau. de nõ offendẽdo, in c. 19 nu. 9. Nam odia ſemper reſtringenda ſunt: vt habet in l. cũ quidã ff. de lib. & poſth. in l. fi. in fi. C. de edic. Diui Adr. tol in inſt. de uſuca. in prin. & in regula, odia. de reg. iur. in 6.

¶ Et dũ euenit præſens caſus in Ciuitate Ducali in facto, in anno 1577. quòd frater carnalis ſponſæ Curtij Falconij de villa Sanctæ Rufinæ comitatus eiuſdẽ Ciuitatis offenſus fuerit per Syluiũ Giraldũ germanũ fratrem Paridis Giraldi, inter quos, id eſt inter ipſos fratres ex una, & ipſum Curtium ex altera parte præſtita extiterat cautio de ſe inuicem non offendendo, tam pro ſe, quàm pro eorum conſanguineis, affinibus, & attinentibus actiuè, & paſsiuè vſque in tertium gradum, ſecundum ius canonicum incluſiuè computandum, fuerunt fideiuſſores ipſi bis condẽnati ad ſolutionem pœnæ vnciarũ 25. promiſſæ in ipſa cautione, tanquàm ſi illa incurſa fuiſſet ex memorata offenſione: & introducta eadẽ cauſa in Magna Curia Vicariæ per remediũ appellationis, ex eiſdem actis ipſi fideiuſſores, in ea me patrocinante, in anno 1578. extitere abſoluti: cũ cautio ꝑdicta rupta nullatenus extiterat per offenſionẽ factã in perſonã fratris ſponſę: qui appellatione affiniũ nõ fuit aliter cõprehenſus.

42 Vndè vt ſcias te extricare in pręſenti negocio, illud ſignanter aduertendũ eſt, ꝙ matrimonium dupliciter probari poſſet, uno modo quidẽ probatur verè, vbicunq; teſtes perhibent per verba de præſenti in faciẽ eccleſię fuiſſe cõtractum: quo nẽpè caſu eſt ad fauorẽ matrimonij ferenda ſententia. Altero uerò modo verificatur matrimoniũ ipſum iuris cõiectura: & tunc præſumptiuè illud probatur, qn quatuor requiſita copulatiuè concurrerent, videlicet diutina in eadẽ domo cohabitatio. Tractatus recipiens ad inuicẽ. Specialis mentio tractatus, vt iudex qualis fuerit arbitretur. Et vltimo loco eos ita notos extitiſſe in vicinia, in qua cõmorabãtur: ſecundũ cõem omnium in iure Scriben. opin. de qua expreſsè meminit Soc. conſ. 39. uol. 1. Alex. cõſ. 150. in cauſa, & lite inter dominã Lucretiã, vol. 5. Dec. in c. in præſentia. n. 75. & ſeq. de prob. & Io. Bap. Ferret. cõſ. 346. pro aſſerto matrimonio. nu. 7. vol. 2. *Cõis opin.*

43 Et ideò nõ ab re concludebat Inno. in c. atteſtationes, de deſponſatio. impub. oſcula, & ſimul cohabitationẽ non inducere aliter matrimonij ꝑſumptionẽ, niſi ſequatur cognitio, & copula carnalis: licèt & malè conſuluerit contrariũ Marti. Garrat. Laudenſ. conſ. 30. cõtracta ſunt ſpõſalia.

44 Quia de iure canonico ex cohabitatione maſculi, & fœminæ nõ ꝑſumitur matrimoniũ, ſed fornicatio. c. aliter. 30. q. 5. & Glo. in c. illud de præſ. in vir. vxorẽ, & Ab ibi i fi. & in c. eccleſia, de cõſt.

¶ Itaq; aduerte in articulando ò Aduocate ne erres: quia vidi nõnullos ex illis aduocatis, qui cõſueuere ſedere ad Eurotã amiſiſſe, ꝑcipitaſſeq; varias, diuerſaſq; cauſas non abſq; leui aliena iactura. Vndè hæc oĩa non didici quidẽ ſpatiando frequenter per Ciuitatẽ, ſed potius aſsiduè ſedẽdo, & reuoluendo diu, noctuq; libros. Nam qui ſedendo aſsiduè ſtudet, cõtinuo ſeſſu bracas teret, & ſoleas conſeruat. Singulare itaque remedium eſt. *Hauer le brache rotte, & le ſcarpe ſane.*

SVMMARIVM.

1 *COMPROMISSVM fieri non debet inter nouercam, & priuignum poſt mortem patris ſtante ſtatuto diſponente, quod coniuncti, & affines teneantur ad compromittendum.*

2 *Aſſinitas extinguitur inter nouercam, & priuignum per mortem patris.*

3 *Statutum de cauſis compromittendis inter coniunctos non procedit, quando opponeretur exceptio litis ingreſſum impediēs: quia illa exceptio cōpromiſſū impedit.*

4 *Statutum de litibus, & cauſis compromittendis inter affines, & coniunctos, non comprehendit clericos, etiā in minoribus ordinibus conſtitutos.*

5 *Statutum diſponens, vt cauſæ inter coniunctos compromitti debeant, non obtinet locum contra habentem ſententiam, uel inſtrumentū, paratam executionē habēs.*

6 *Compromiſſum in Regno non poteſt fieri inter coniunctos in cauſis feudalibus, & in caſibus, in quibus reperirentur inſtrumenta, ſententiæ, vel obligationes liquidæ.*

7 *Statutum diſponens compromiſſum fieri non habet locum, quando actor fundaret intentionem ſuam in inſtrumento promiſſionis iuratę: quia tunc ratione periurij compromiſſum fieri prohibetur.*

OPINIO DCCCIX.

1 *Statutum.* SVB ſtatuto diſponente coniunctos, & affines teneri ad compromittēdum, non cōprehenduntur nouerca, & priuignus: nec aliquo pacto habent beneficium iſtius ſtatuti, ut alter alterum poſſit ad compromittendum compellere.

2 Et ſic ſtatutum hoc ceſſat inter priuignum, & nouercam mortuo patre, ſtante affinitate ſopita: ſecundū Bal. in l. affinitatis. C. com. de ſucceſ. & Alex. conſ. 207. circa fi. uol. 2. vbi aſſeuerat hāc *Cōis opin.* eſſe communem opinionem omniū Doct. & Moder. apoſtillantes Alex. inibi, Annib. Cauenſ. in pragmatica. 20. Odia, quæ inter coniunctos, & Marcum Antonium Blancum in tract. de compromiſſis. q. 3. nu. 20. fol. par. 67.

3 Nec non ipſum ſtatutū minimè haberet locum, vbicunque opponeretur aliqua exceptio litis ingreſſum impediens: tunc enim illa indubitanter impediret compromiſſum. ita Bal. Salyc. Fulgoſ. & Alex. in l. fratris, per text. ibi. C. de tranſact. Bal. in l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iu. & idem Alex. in l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbit. Roma. in repet. rub. col. 18. ff. de arbit. & Marſil. in ſing. 467. Viget ſtatutum, poſt princ.

4 Similiterque præſens ſtatutum limitatur, vt nullatenus comprehendat clericos ad compro- *Cōis opin.* mittendum: ſecundùm Doct. omnes communiter, & uniuerſaliter in c. 1. de oper. nou. nunciat. & in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fid. cath. & Alex. conſil. 210. conſideratis his omnib. & cōſ. ſeq. uol. 2.

¶ Imò hoc eatenus uerum eſt, ut procedat etiam in clericis in minoribus ordinibus conſtitutis, vt nec ſtatutum ipſum illos vllo pacto arctare queat ad compromittēdum: vt voluit Bal. in c. cùm ueniſſent, de eo qui mit. in poſſ. Alex. in d. conſ. 210. & ſeq. & Soc. conſ. 71. & conſ. 57. in cauſa filiorum, col. 7. uol. 3.

5 Itidem etiam ſtatutum memoratum nō ſortiretur vtique locum contra eum, qui haberet ſententiam, uel inſtrumentum, habens executionem paratam ex forma ſtatuti: ſecundùm Bart. & Ang. in l. poſt rem. ff. de tranſact. Bart. Bald. & Iaſ. in l. eleganter. ff. de condict. indeb. Pau. Caſt. conſ. 79. ſuper primo dubio, Ang. in l. poſt rem. ff. de tranſact. Lanfranc. in tract. de arbit. in 7. par. quæſt. 45. in fin. Roma. in d. repet. rub. col. 17. ff. de arbit. Franc. Aret. conſ. 95. & conſil. 129. Marſil. cum aliis coaceruatis per eum in d. ſing. 467. col. 1. & Capicium deciſ. 48.

6 Et eſt textus in Regno apertiſsimus in dicta pragmatica, Odia quæ inter coniunctos, diſponens compromiſſum fieri non poſſe inter coniunctos ipſos in cauſis feudalibus, & in caſibus etiā, in quibus vigerent, atque concurrerent inſtrumenta, ſententiæ, & obligationes liquidæ: vbi Annibal Troyſius Cauenſis in ſuo commento, num. 77. & ſeq. amplè explicat, quæ dicantur inſtrumēta, & ſententiæ liquidæ.

7 Imò vbicunque ſtatutum ſimiliter pręciperet, quòd ad inſtantiam rei conuenti fieret compromiſſum, minimè gentium illud locum obtineret, quando actor agens fundaret intentionē ſuam in inſtrumento promiſsionis iuratę: quia tunc ratione periurij compromiſſum fieri prohibetur: vt firmat Pau. Caſtren. conſ. 13. uiſis, & cōſideratis omnibus, uol. 2. Soc. conſ. 117. Lanfran. in d. tract. de arbit. quæſt. 50. Marc. Anto. Bauer. in tract. de virtute iuramenti. 24. caſu, Iaſ. in dicta. l. eleganter, col. 2. ff. de cond. indebit. Marſil. in d. ſingul. 467. in princ. & Alex. conſ. 37. viſo, & opportunè diſcuſſo proceſſu, numero 29. uolum. 2. vbi recenſuit ita aliàs apud Parmam fuiſſe iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens monaſterium, vel religionem ingredientes patri, vel matri ſuccedere non poſſe, validum eſt.*

2 *Statutum excludens ingredientes monaſterium, vel religionem à ſucceſsione patris, vel matris, conceptum uerbis futuri temporis vel veluti ſi ingreſſa fuerit, non valet.*

3 *Statutum præcipiens, non petentes creditum ſuum infra certum tempus, illud amplius petere non poſſe, nō valet, nec tenet.*

OPINIO DCCCX.

1 STATVTVM diſponens, quòd monaſterium, uel religionem ingredientes patri, uel matri ſuccedere non poſsint, valet & tenet: ſecundùm Bart. in l. fin. C. de pact. cùm iniiciat vinculum ante ingreſſum.

2 Secus

2 Secus autem eſſet, ſi dictum ſtatutum uteretur uerbo futuri temporis, veluti ſi ingreſſa fuerit &c. tunc enim ſecundùm eundem Bart. valeret ſtatutum. Sed Docto. omnes unanimiter tenent hoc ſtatutum indiſtinctè non ualere, præcipuéque Ange. Imol. Roma. & Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligat. & idem Iaſ. cum aliis latè ibi congeſtis per eum in d. l. fin. vbi hoc idem tenet Deci. Claud. Aquen. Riminal. aliique Moder. Soc. in l. fin. ff. de his, quę pœnæ nomine, & Georg. Natta in tract. quòd ſtãtibus maſculis. q. 2. princ. num. 58. & iſta eſt uera, indubitata, & communis opinio contra Bar. vt aſſerit Alexan. conſ. 139. viſo themate, col. penult. vol. 2. Dec. in cap. in præſentia, ext. de prob. nu. 197. Ioan. Bapt. Caſtell. in addit. ad Matthesil. in ſing. 145. Nota dictum &c. Ruinus conſil. 205. num. 2. uol. 1. Bolognettus in dicta l. fin. numero 105. & Mantua ibi num. 78. cum aliis ſeq. & idem Dec. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. numero 188. de conſtit. & Fely. in d. cap. in præſentia num. 38. & ibi D. Brunorus à Sole in addit. & Campegius in tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 12. nu. 60. cum aliis ſeq. *Cõis opin.*

3 Item nec ualet ſtatutum præcipiens, quòd qui non petierit creditum ſuum infra tale tempus, vtputà infra decennium, amplius petere nõ poſsit: ſecundùm Bar. in l. omnes populi. in 3. q. princ. ff. de iuſt. & iure, & alios quamplures congeſtos per Thom. Ferrat. in caut. 38. num. 2. vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & nouiſsimè Antonius Galleſius in tract. de formulis cameralis obligationis ſuper form. cam. obli. 3. q. nu. 11. fol. 123. quamuis ibi dicat iſtud ſtatutum non ſeruari in urbe Romæ. & de hac communi diximus ſupra in uer. Statutum diſponẽs, ꝙ qui nõ petierit creditum ſuum à debitore &c. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *DOS conſtituenda filiabus per propinquos, ſtante ſtatuto illam excludente à ſucceſſione patris, & præcipiente dotari arbitrio propinquorum, non poteſt arbitrari in minus legitima, in plus autem ſic, quando legitima non ſufficeret.*

2 *Legitima eſt pars minuſcula.*

3 *Bonus vir non poteſt arbitrari, quòd legitima filię ſit auferenda.*

4 *Legitima cenſetur æs alienum, & eſt debita iure naturæ.*

5 *Legitima ſuccedit loco alimentorum.*

6 *Subſtantia contractus regulariter conferri non poteſt in voluntatem alterius contrahentium.*

7 *Subſtantia dotis, ſeu contractus dotalis conferri poteſt in voluntatem alterius contrahentium, non ſolùm per verba importantia arbitrium boni viri, ſed etiam liberam voluntatem.*

8 *Arbitrium boni viri ſemper videtur ſtipulationi inſertum eſſe.*

OPINIO DCCCXI.

1 STATVTVM excludens filias à ſucceſsione patris, pręcipienſque eas dotari arbitrio propinquorum: tũc nõ poſſent propinqui minùs legitima arbitrari: ſecundùm communem opinionẽ omnium Doct. quam allegat Grammat. in deciſ. 101. num. 20. Et quamuis alleget quòd propinqui in caſu præallegato minùs legitima arbitrari nequeant; nihilominùs poterunt arbitrari in plus, quando legitima non ſufficeret: ſecundùm Saly. & Fulgoſium in authẽ. res quæ, in 2. notab. C. comm. de lega. Alex. conſ. 69. vol. 1. dicentem, quòd ita conſuluit Ang. conſilio incip. Dominus Gregorius Fagoni &c. *Cõis opin.*

2 Quia ſecundùm eum, legitima eſt pars minuſcula. l. ſi quis plures filios. C. de inoff. teſtam. & Bal. conſ. exordiente, Antonius plures filios.

3 Vtpotè, quia bonus uir non poteſt arbitrari, quòd legitima filiæ ſit auferenda.

4 Quæ cenſet̃ æs alienũ, & debita iure naturali. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſt.

5 Et ſuccedit in locum alimentorũ, & legitimę per not. per Cyn. in l. ſancimus. C. de ſec. nupt. & idem per eaſdem rationes tenet Alex. cõſ. 7. vol. 2. conſ. 8. uol. 4. & iſtam opinionem approbare videtur Soci. in l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. colum. pen. dicens quòd iſtam ſententiam tenet, & firmat Salyc. in diſputatione inchoante, Statuto cauetur &c. & Bal. conſil. incip. materia diuiditur, & conſil. exordiente, Statutum tria capita, ſubdenſque ibi, ꝙ ſecundùm hanc opinionem ſæpius Moder. Peruſini conſuluerunt habẽtes iſtam opinionem pro canonizata, & quòd aliàs fuit iudicatum in ardua cauſa in Ciuitate Florentiæ, in qua vtrinque erant conſilia Docto. totius Italiæ. Et dictam ſententiam tenet etiam, ſequiturque Corn. conſ. 197. uol. 1. conſ. 91. 107. 162. colum. fin. uol. 2. & conſil. 111. in conſil. 115. vol. 3. & conſ. 1. & cõſ. 258. volu. 4. & Curt. conſ. 27. 38. & ſeq. & 78. col. 32.

6 Et ſi quis opponeret præfatæ communi concluſioni hoc fundamento, uidelicet, quòd regulariter ſubſtantia contractus in alterius ex contrahentibus uoluntatem cõferri non poteſt. l. quod ſæpè. §. 1. ff. de contrahen. empt.

7 Reſponde breuiter, ꝙ dotis ſubſtãtia poteſt. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iu. dot. & non ſolùm per uerba reſonantia, ſeu importantia arbitriũ boni uiri, vt ꝓmitto dotẽ arbitrio meo, & quã æſtima uero, ſeu arbitratus fuero. l. ſi ſic. ff. de leg. 1. ſed etiam per uerba liberam voluntatem importantia, vt promitto dotem, quam voluero. l. ſi fideicom. §. quanquàm. ff. de leg. 3.

8 Idcircò ſemper uidetur boni uiri arbitrium ſtipulationi inſertum eſſe. l. 3. C. de dot. promiſſ. ubi omnes not. & in l. 1. ff. ſol. matr.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM excludēs fœminas propter maſculos principaliter eſt fauorabile, & eſt introductum pro conſeruatione agnationis, & familiarum: ſecundū unā opinionem communem licèt, ſecundùm alteram magis communem ſit odioſum. vt num. 2.

3 Statutum in totum legitimam tollere non poteſt, ſed diminuere.

4 Statutum excludens fœminas tranſuerſales, eſt fauorabile, excludens uerò filias, uel aſcendētes eſt odioſum.

5 Nepos ex filio excludit fœminas ſtante ſtatuto, quòd fœminæ propter maſculos excludantur.

6 Nepotes continentur appellatione filiorum.

7 Conſuetudo extenditur ad caſus comprehenſos ſub caſu in ea expreſſo ſaltim ex lata vocabuli ſignificatione, & contra ius, & á iure exorbitans.

8 Nepos in ſucceſſione tenet locum patris.

9 Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, & vtitur eiſdem priuilegijs quibus ille cuius loco ſubrogatur.

10 Clerici excludunt fœminas ſtante ſtatuto, quòd maſculi excludant fœminas.

11 Statutum inter laicos eſt ſeruandū inter clericos, quando ſtatutum iniecit vinculum ante clericatum.

12 Iudicare contra communem opinionem, eſt contra ſtimulum calcitrare.

13 Legitimati per ſubſequēs matrimoniū excludūt fœminas ſtante ſtatuto, q̀ fœminæ excludantur p maſculos.

14 Statutum excludens fœminas propter maſculos ligat etiam fœminas ingredientes religionem, & profeſſas.

15 Iudæi maſculi conuerſi ad fidem Chriſti ſimul cum eis, de cuius ſucceſſione agitur, excludunt fœminas ſimiliter conuerſas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur propter maſculos.

16 Vnus maſculus excludit fœminas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur ſtantibus maſculis.

17 Maſculi excludentes fœminas uigore ſtatuti à ſucceſſione, excludunt etiam venientes ex earum perſona.

18 Arrogatus in filium ab auo materno excludit fœminas, ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ excludantur.

19 Arrogatus per omnia eſt ſimilis filijs legitimis, & naturalibus, tam ratione patriæ poteſtatis, quā etiā quò ad effectū ſuitatis, et reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato.

20 Arrogatus continetur appellatione filiorum.

21 Arrogatus dicitur filius legitimus, & naturalis.

22 Statutum excludens fœminas ſtantibus maſculis eſt de iure licitum.

23 Maſculi carentes virilibus, uel quomodocunque, & qualitercunque incapaces, ac inhabiles ad ſobolem procreandā, & conſeruandā familiā, excludunt fœminas ſtante ſtatuto illas excludente extātibus maſculis.

24 Impedimentū accidentale non attenditur, ſed naturale.

25 Maſculi non excludunt fœminas à ſucceſſione bonorum exiſtentium extra territorium ſtatuti, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur ſtantibus maſculis, & quò ad bona prędicta ſtatutum non extenditur.

26 Filia ſimpliciter á ſtatuto excluſa, in teſtamento patris prçterita, poteſt illud rumpere, ſi pater extraneos vel filios inſtituerit.

27 Pater tenetur neceſſariò vocare filiam in ſuo teſtamento, vel eius filios, etiam ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminę excludantur.

28 Filij legitimati per reſcriptum Comitis Palatini non excludūt fœminas ſtante ſtatuto, illas excludente ſtantibus maſculis.

29 Filius ſpurius legitimatus per Principem excludit fœminas ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminę excludantur.

30 Filius ſpurius legitimatus per Principem, uerè, ac propriè legitimus, & naturalis cenſetur.

31 Maſculi incapaces ſucceſſione, vt deportati, vel fratres ſancti Franciſci, & ſimiles, vigore & ex forma ſtatuti excludentis fœminas ſtantibus maſculis illas non excludunt.

32 Deportati, & profeſſi religionem ſancti Franciſci habentur pro mortuis.

33 Maſculi non excludunt fœminas uigore ſtatuti illas excludentis ſi ſuccedere nolunt.

34 Fœminæ excluſæ per ſtatutum propter maſculos, maſculis non exiſtentibus ſuccedere non prohibentur.

35 Rex in Regno filiabus minoribus, filijs non extantibus in feudalibus dat Balium, & cum perueniunt ad ætatem nubilem 14. vel 15. annorum procurare ſolet illas maritare ſecundum paragium.

36 Fœminę excluſæ á ſucceſſione per ſtatutum ſtantibus maſculis non cenſentur excluſæ à bonis emphyteoticis, & eorum ſucceſſione.

37 Adoptiuus non excludit fœminas vigore, & ex forma ſtatuti illas excludente.

38 Fœminæ excluſæ à ſucceſſione per ſtatutum non cenſentur excluſæ à ſupplemento legitimę.

39 Fœminæ excluſa à ſucceſſione per ſtatutum, & iuſſæ ſtare dote contentæ, non poſſunt petere ſupplementum legitimę.

40 Legitima non debetur ei, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt.

41 Statutum probibens ſupplementum dotis, uel legitimæ, non extenditur ad magnum exceſſum.

42 Dos etiam ſtante ſtatuto fœminas à ſucceſſione excludente, & iubente eſſe ſua dote contentas, ſuccedit loco legitimæ: ſecundùm vnam communem opinionem, licèt ſecundùm alteram magis communem eius loco non ſuccedat.

43 Fœminę excluſę per ſtatutum quouſque vixerint maſculi, maſculis deficientibus etiam poſt quadraginta annos admittuntur ad ſucceſſionem, ſecus ſi ſimpliciter ſint excluſæ.

44 Fœminę momēto á ſucceſſione excluſæ per ſtatutū illas ſimpliciter excludēs, perpetuò cenſentur excluſæ.

45 Fœminę, quibus dos eſt promiſſa, cenſentur excluſę per ſtatutum diſponens fœminas dotatas ſuccedere non poſſe ſtantibus maſculis, ſecus ſi ſtatutum exigeret dotem eſſe datam.

46 Maſculus moriens antequā portionē ſibi debitā adeat, ſimiliter excludit fœminam à ſucceſſione ſtante ſtatuto ipſam excludente. & ſufficit maſculum momento viuere, vt perpetuò fœminam excludat.

47 In-

47 *Infans filius ſi horam vixerit tantùm poſt mortem patris, hæreditatem patris ſui non aditam tranſmittit ex potentia ſuitatis ad quoſcunque hæredes, etiam quòd fœminæ ſuperſint, ſtante ſtatuto fœminas excludente.*

48 *Fœminæ per ſtatutum excluſæ à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis computantur in numero filiorum ad faciendum partem in legitima: ſecundùm vnã communẽ opinionẽ, licèt et altera contraria ſimiliter ſit cõis.*

49 *Soror dotata à ſtatuto excluſa ſtantibus maſculis, non cenſetur excluſa à ſucceſſione fratris morientis ab inteſtato poſt mortem patris.*

50 *Soror excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis dotata per fratres poſt mortem communis patris, cenſetur etiam excluſa à ſucceſſione fratris morientis poſt mortem patris, & ei ſuccedere nequit in bonis quę frater habebat tempore dotationis, ſtantibus alijs fratribus, de quo etiam nu. 52.*

51 *Dos conſtituta à fratribus ſorori de paragio ſtante ſtatuto pręcipiente fœminas ſtantibus maſculis de paragio dotari, & illas excludente à ſucceſſione paterna, dicitur profectitia de bonis paternis, & non fraternis.*

52 *Soror excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis dotata per fratrem poſt mortem patris, non cenſetur excluſa à ſucceſſione bonorum fratris quæſitorum poſt dotationem.*

53 *Hæreditas adita per fratrem non dicitur amplius hęreditas patris, ſed fratris.*

54 *Mulier vt repellatur à ſucceſſione alicuius, requiritur, ꝙ ſit dotata de bonis eius, de cuius hęreditate agitur.*

55 *Feudum paternum poſtquàm peruenit ad filium non dicitur amplius paternum, ſed filij.*

56 *Statutũ, ſeu cõſtitutio Regni In aliquib⁹ eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi in caſu dũtaxat de quo loquit.*

57 *Statutum ſimpliciter excludens fœminam dotatam à ſucceſſione intelligitur, vt excludatur à ſucceſſione dotantis, & non vlterius.*

58 *Statutum excluſiuum fœminarum an porrigatur ad bona exiſtentia extra territorium, conſiderantur ſex caſus vtiles, & neceſſarij. Et materia hæc quomodò, & quibus caſibus forenſes ſtatutis ſubijciatur fuſiſsimè tractatur, & reſoluitur.*

OPINIO DCCCXII.

1 STATVTVM excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile: ut per Bal. in l. maximum vitiũ. C. de lib. præt. & per Alex. cõſ. 89. & cõſ. 132. uol. 6. & conſ. 141. uol. 7. & per And. de Iſer. & Affflic. in conſt. In aliquibus, lib. 3. rub. 23. nu. 11. & ſeq. & Grammat. ibi, & Ioan. de Neuiz. in ſua Sylua nuptiali. lib. 1. nume. 169. quia pro conſeruatione agnationis, & familiarum eſt introductum: ut uolunt Bal. & cęteri in d. l. maximum vitium, Coraſius in ſuis miſcellaneis iuris ciuilis. lib. 5. c. 16. num. 2. Afflict. in d. conſt. In aliquibus, ſub nu. 71. & alij quãplures eiuſdem ſententiæ relati per Curt. Iun. conſ. 87. nu. 5. vbi aſſerit hanc eſſe cõem opinionem, & per Loffredum conſ. 14. ſub nu. 13. & ſeq. & luculenter Georg. Nattã, in tract. ꝙ ſtantibus maſculis. in 1. q. principali, n. 16. cum aliis omnibus ſeq. ubi nonnihil corroborat dictam communẽ. *Cõis opin.*

2 Soc. Iun. uerò conſ. 1. nu. 46. & 108. lib. 1. circa iſtam materiam refert quatuor opiniones, & denique ſecundam opinionẽ, uidelicèt, quòd dictum ſtatutũ ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis cõmunem. Sed quid concludendum in tam uariis iuris noſtri interpretum ſententiis? Ego pro nũc inhæreo primę opinioni, hac potiſsimum ratione omiſsis aliis. *Cõis opin.*

3 Quia huiuſmodi ſtatutum in totum legitimã tollere non poteſt, ſed diminuere, ex quo legitimã reduxit ad dotẽ datam, uel promiſſam, quæ dicitur eſſe loco legitimę: vt tenent Bal. & Saly. in 2. no. p illũ tex. in l. qm̃ nouella. C. de inof. teſt.

4 Sed opinio hæc de plano procederet, & ſtatutum hoc fauorabile reputaretur, vbicunque excluderet fœminas tranſuerſales: ſecus uerò ſi excluderet deſcendentes, ut filiam, vel aſcendentes, vt matrem: tunc quippè odioſum diceretur. ita Corn. conſ. 90. ſcrupuloſè videtur. nu. 11. uol. 3. Curt. Iun. cõnſ. 9. circa præmiſſam, & Rubeus conſ. 45. uiſo ſtatuto, nu. 3.

5 Ampliatur primùm hoc ſtatutũ diſponens, ꝙ filius maſculus excludere poſsit fœminam, vt ꝓcedat ẽt in nepote ex filio, qui quidẽ poteſt dictã fœminã excludere: ſecundũ Bal. Alex. & alios Doct. in l. venia. C. de in ius voc. Anch. in c. canonũ ſtatuta, de conſt. Ruinum conſ. 141. nu. 3. uol. 2. & conſ. 58. nu. 5. poſt alios ibi per eum congeſtos, uol. 5. Nattã in d. tract. ꝙ ſtantibus maſculis, in 3. q. princ. nu. 63. cum aliis ſeq. & Laurum de Palatiis in tract. quòd ſtantibus maſculis nume. 25. Afflic. in d. conſt. In aliquibus. nu. 64.

6 Quoniã appellatione filij nepos comprehenditur. l. liberorũ. vbi Bar. ff. de uer. ſig. & Mod. in d. l. venia. Ro. conſ. 129. Rocchus de Curte in rep. c. fi. de conſuet. Gozad. conſ. 90. col. 4. Marſil. cõſ. 85. nu. 14. & latius in ſing. 303. Filiorũ appellatione, & Iaſ. in l. de quibus. n. 16. ff. de leg. ubi atteſtatur hanc eſſe cõem opi. & Soc. Nepos, cõſ. 144. n. 83. lib. 3. poſt Dec. in l. 2. col. 3. C. de in ius uoc. *Cõis opin.*

7 Cõprobatur ẽt iſta cõis: quia conſuetudo extenditur qñ caſus, ad quẽ fit extenſio, cõprehenditur ſub caſu expreſſo, ſaltẽ ex lata vocabuli ſignificatione: nã ad talẽ caſum extenditur cõſuetudo etiam contra ius, aut à iure exorbitans. l. filium habeo. ff. ad Maced.

8 Cõprobatur poſtremò iſthęc cõcluſio: qm̃ nepos in caſu noſtro locũ patris tenet: ſcđm Paul. Caſt. cõſ. 154. pñs caſus, & Frã. de Aret. cõſ. 64.

9 Subrogatum etenim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. 1. §. hæc actio, ubi Bar. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus fuerit. Et perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis, quibus ille, cuius loco ſubrogatur. l. decernimus, & ibi per Bart. C. de aqueduct. libr. 11. & l. comperimus, ubi etiam Bar. C. de proximis ſacr. ſcrin.

 10 Am-

10 Amplia ſecundò prȩfatum ſtatutum, vt non ſolùm habeat locum in laicis, uerùm etiam in clericis, qui abſque dubio poſſunt gaudere beneficio dicti ſtatuti contra fœminas, eaſque excludere: ſecundùm Sand. in c. eccleſia ſanctæ Mariȩ. col. 27. verſ. Septimò quæro &c. de conſtit. Bald. in l. cunctos populos, in 2. lect. col. 2. uerſ. Sed hic vlterius quæritur, & conſil. 30. uol. 1. Abb. in c. cõſtitutus. de in integ. reſt. in 5. not. Lapus in alleg. 100. & ſeq. in quæſtione propoſita, Barba. conſil. 54. in fin. Soc. Iun. conſ. 10. nume. 23. vol. 1. & alios quamplures relatos per Ioan. Bapt. Caſtellionei, in add. ad Roma. in ſing. 441. Habeo caſum in facto, ubi atteſtatur hanc eſſe com- *Cõis opin.* munem opinionem, Pariſ. quoque conſil. 47. nume. 62. uol. 3. Brun. in tract. quòd ſtãtib. maſcul. in 12. art. princ. q. 11. & Dec. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 217. & ſequitur etiam, aduertit que ab ea non eſſe recedendum, ac tollit omnia obſtacula Natta in d. tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 3. principali, nu. 82. cum aliis ſeq.

11 Quoniam ſtatutum inter laicos eſt obſeruandum etiam inter clericos, qñ ſtatutũ iniecit uinculum ante clericatum. c. reſtitutus de in integ. reſt. & notãt Canoniſtȩ in d. c. eccleſia S. Mariæ.

¶ Contrariam verò ſententiam ſequutus eſt, Laurus de Palatiis in dicto tractatu, ꝙ ſtantibus maſculis. nu. 106. & Soc. Iun. in d. conſ. 1. nu. 63. uol. 1. ubi dixit hanc opinionem eſſe ueriorẽ: tamen quicquid ipſe Soc. ſuadeat, ob hoc in iudicãdo, & conſulendo ſemper ſequeret communem.

12 Quia iudicare contra cõmunem, eſſet cõtra ſtimulũ calcitare: ut per Grauet. cõſ. 91. nu. 11.

13 Ampliatur tertiò iſtud ſtatutum excludens fœminas ꝓpter maſculos, ꝙ excludat etiam per legitimatos per ſubſequens matrimoniũ: ſecundùm Anch. cõſ. 242. ex tenore, & Dec. conſ. 155. & diligenter pro tenui. col. pen. & fi. & in c. cùm in cunctis. nu. 29. de elect. But. in c. innotuit. col. 2. eod. tit. Pau. Caſt. in l. fi. C. de his, qui ven. ætat. impet. Cãpegium in trac. de dote. in 1. par. 5. par. prin. q. 59. in fi. Crot. in rep. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. n. 82. & 169. ff. de lib. & poſth. & Pariſ. conſil. 13. uol. 2.

14 Ampliat̃ quartò dictũ ſtatutũ excludens fœminas extantibus maſculis, ligare ẽt fœminas ingrediẽtes religionẽ, & ſic operat̃ cõtra fœminas profeſſas religionẽ, ſeu moniales: vt per Io. And. in reg. ſine culpa. de reg. iur. in 6. in mercurialib. Pau. Caſt. cõſ. 339. primũ dubiũ, de quo quæritur col. 2. & 3. Rom. i l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. Abb. & alios in c. quod clericis. de foro cõp. Ab. & Fely. col. 18. in d. c. eccleſia S. Mariæ, & Ripã in ſuis reſpõ. in tit. de longa conſuetudine. c. 6. n. 11. vbi audacter atteſtatur hanc eſſe *Cõis opin.* cõem opi. & Soc. Iu. cõſ. 25. n. 11. volu. 3. & Io. Cephal. conſ. 146. n. 26. uol. 1. ac ei inhæret quoq; cõſulendo, Iacob. Mandel. oſtenditq; magis cõem fore, cõſ. 98. n. 1. & Aſtic. in d. cõſ. In aliquibus. nu. 17. qui ait in hoc non dubitare, pſertimq; ſi ſtatutum conditum eſſet ab Imperatore, ſeu Rege. Nonnulli uerò Doct. & malè fuerunt in contraria ſententia. quos refert Ruinus cõſ. 200. nu. 8. lib. 2. & Laurentius Syluanus. conſ. 49 nu. 4.

15 Amplia quintò hoc ſtatutũ, ꝙ fœminæ excludantur propter maſculos, extendi ẽt ad Iudæos, & ſic inter Iudæos hoc caſu à filiis maſculis fœminæ excluduntur: vt uoluit Ana. in c. Iudæi. il 2. col. 5. de Iudȩis, & Fely, ibi n. 4. Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 5. c. 16. ſub nu. 8. Laurus de Palatiis in tract. ꝙ ſtantibus maſculis, num. 258. cũ aliis ſeq. Natta in d. tract. ꝙ ſtantibus maſculis. q. 2. prin. nu. 105. cũ aliis ſeq. Cãpegius in tracta. ꝙ ſtãtibus maſculis. q. 60. n. 239. cũ aliis ſeq. vbi refert cõſulentes, ꝓ hac parte, tollit obſtacula. & meminit ita extitiſſe iudicatũ, & obſeruatũ Mantuæ in facti cõtingẽtia, & nouiſsimè Marq. de Suſan. in tract. de Iudæis, & infidelib. in 2. par. c. 2. n. 4. & ſeq. poſt alios ibi relatos per eũ, vbi audacter aſſeuerat hanc eſſe cõem opi. Quã arbitra- *Cõis opin.* tur de plano ꝓcedere Brun. in trac. ꝙ ſtantibus maſculis. q. 5. art. 6. n. 55. cũ aliis multis ſeq. vbicunq; maſculi eſſent cõuerſi & Chriſtiani, ac fœminæ ſimul cũ eis, de quorũ ſucceſsione ageret̃ Iudæi forẽt, ut tũc haberet locũ antedictũ ſtatutũ.

16 Amplia ſexto loco, ꝙ dictũ ſtatutũ, ꝙ ſtantibus filiis maſculis fœmina excludatur, habet locũ, & procedit ẽt ſtante vno: ſecũdũ Bal. in l. 1. C. de cond. inſer. per illum tex. quem refert, & ſequitur Dec. in c. prudẽtiã. §. adiicim⁹. n. 8. đ of. deleg.

17 Prȩallegatũq; ſtatutũ, ꝙ fœmina excludatur ſuperſtitibus maſculis amplia ſeptimò, vt procedat, vt tam filia, quã uenientes ex perſona eius à ſucceſsione repellant̃: vt per Bar. in l. 2. §. uidendũ. in fi. ff. ad Tertul. & in d. l. liberorũ, col. pen. p illã legẽ. C. de colla. Ruin. cõſ. 120. nu. 2. uol. 1. & cõſ. 151. n. 6. uol. 2. cũ aliis cõgeſtis per Dec. cõſ. 656. iuridicã, Laur. Sylua. cõſ. 1. n. 65. & Rui. cõſ. 8. nu. 9. uol. 3. & iſta eſt uera, & indubitata cõcluſio.

18 Amplia ulterius, ꝙ ſub huiuſmodi ſtatuto excluſiuo fœminarum comprehenditur non ſolùm filius legitimus, & naturalis, ſed etiam arrogatus in filium ab auo materno.

19 Quia per omnia ſimilis eſt filio uero legitimo, & naturali, tã rõne patriȩ poteſtatis, quã quò ad effectũ ſuitatis, ac ẽt reſpectu ſucceſsionis ab inteſtato: vt §. in nr̃a. inſt. de act. §. pẽ. inſt. de hȩr. quæ ab inteſt. iuncta l. cũ in adoptiuis. circa fi. ff. adop. & l. ſi te parẽs, & ibi Bar. C. de ſuis, & legit.

20 Imò dic, quòd arrogatus filij appellatione cõtinetur. l. filij appellatione. l. iuſta, & d. l. liberorum. ff. de uerb. ſignific.

21 Ergò ſequuta arrogatione, cũ in eo concurrant vinculũ ciuile, & naturale. d. §. in noſtra, filius legitimus, & naturalis dicetur, & eadẽ rõne, qua filius legitimus, & naturalis fœminam excludit, eadẽmet ipſe arrogatus excludere videt̃.

22 Ampliatur, ſeu interpretatur nonò dictum ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, ꝙ eſt de iure licitum, & conſequenter, ꝙ ualeat,

& te-

& teneat: ſecundùm Bal. in l. cùm lege. C. de epiſ. & cler. Ioan. And. Ant. de Butr. & cæteros omnes in c. Raynutius de teſta. vbi deducunt iſtam eſſe communem opinionē: quā ſequitur etiam, & citat Bruuus in tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 1. art. 1. n. 12. Georg. Natta, in d. tract. quòd ſtantibus maſculis, in 1. quæſt. principali. nu. 1. cum alijs ſequen. Cōis opin.

23 Ampliatur decimò mentionatū ſtatutū excludēs fœminas extantibus maſculis, habere ēt locum in maſculo virilia ſua non habente, vel quo modocunque, & qualitercunque incapaci, ac inhabili ad ſobolem procreandam, & conſeruandā familiā: ut uoluit Bal. notabiliter conſil. 68. Martinus Ioannis de Florentia. colum. 2. verſ. non obſtat, quòd quidam ſunt agnati, poſito inter conſilia Angeli.

24 Cùm iſtud ſit impedimentum accidentale & non naturale, attendi non debet, & ideò natura communis hominum, & non alicuius ſpeciale vitium attendi debet. l. nam ad ea. ff. de legibus. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap. cum alijs concordantibus.

25 Fallit primò loco iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, non habere locum extra territorium ſtatuentium, & ſic non propagatur, nec extendit radices, & uires ſuas quò ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentium: ſecundùm Bart. in l. cunctos populos. q. 6. C. de ſumma Trinit. & fide cath. Alex. conſ. 128. conſideratis uerbis inſtrumenti. uolum. 1. ubi latiſſimè reſpondet omnibus ferè rationibus Salyc. contrarium aſſeuerantis, in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & iſta videtur communis opinio: vt teſtatur Alexan. in allegato conſ. 48. num. 1. circa medium, vol. 3. vbi ait ab iſta ſententia communi non eſſe recedendum, & Rolan. à Valle poſt alios relatos per eum in tract. de lucro dotis, in quæſt. 20. num. 14. Cōis opin.

26 Interpretatur ſecundò dictum ſtatutum excludens filiam à ſucceſsione patris, qꝫ ipſo mediante non excluditur ad inualidandum teſtamentum inter liberos conditum. Et ſic filia ſimpliciter à ſtatuto excluſa, ſi in teſtamento patris fuerit præterita, poteſt illud rumpere, ſi pater extraneos, vel filios inſtituerit: quia in hoc filia extranea perſona non reputatur: ſecudū Corn. in l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto, col. 3. verſ. prædicta faciunt. C. de teſta. Cuma. conſil. 119. circa fin. cum alij relatis per Boer. deciſ. 241. nume. 9. vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & Berous poſt alios relatos per eum, in repet. c. Raynutius, nume. 234. cum alijs ſeq. de teſta. ubi ad vtranque partem doctè, ſubtiliter, ac latè hanc quæſtionem diſputat. Cōis opin.

27 Et ratio dictæ communis opinionis videtur iſta: quia pater tenetur neceſſariò uocare filiam in ſuo teſtamento, uel eius filios: ut decidūt Bar. Iaſ. cæterique Doct. communiter in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & de dicta communi atteſtantur Moder. inibi, & Guil. Benedic. in repet. d. c. Raynutius de teſta. num. 81. Cōis opin.

28 Fallit tertiò præfatum ſtatutum diſponens, quòd ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, non habere locum in filijs legitimatis per reſcriptum Comitis Palatini, vel alterius habentis poteſtatem legitimandi, cùm non excludant fœminam: ſecundùm Nattam in d. tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 3. num. 1. cum quatuor ſequen. Dec. in l. liberos, circa fin. C. de collat. in c. in præſentia. n. 40. ext. de prob. & latè cōſuluit conſ. 52. & Curt. Senior conſil. 16. nu. 5. & ſeq. & conſ. 35. num. 16. cuius conſilio complures Excellentes, & Illuſtres Doctores ſe ſubſcripſerunt, & ita in opulenta hæreditate ſuit Mediolani iudicatum, & iſta eſt communis opinio: ſecundùm eundemmet Dec. in d. l. liberos, & de dicta communi atteſtatur etiam Franc. Curt. in prꝿallegatis conſilijs, & D. Cardinalis Albanus in lucub. in Bar. in l. filium, nume. 2. & ſeq. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & Gozad. conſil. 6. nume. 9. vbi ſequitur etiam, & dicit ab ea non eſſe diſcedendum in iudicando & conſulendo. Et de veritate ultius concluſionis cōmunis plura ſcribit Iaſ. in l. ſi is, qui emptore. ff. de vſucap. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantū. ff. de lib. & poſthu. Brunus in tract. quòd ſtantibus filijs maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedant. q. 12. art. 4. Cōis opin.

29 Declaratur hoc non procedere in filio ſpurio legitimato per Principem, qui quidem ſub ſtatuto prædicto ad excluſionem fœminarum comprehenditur.

30 Quia ipſe verè ac propriè legitimus, & naturalis cenſetur: ut concludunt Bart. & alij omnes communiter, in d. l. ſi is, qui pro emptore, & latè per Alex. conſil. 52. uol. 1. ergò filius iſte dicetur excludere fœminas, ſicut legitimus & naturalis. & hoc voluit idem Alex. in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius uocan. qui atteſtatur iſtud Doctores cōmuniter tenere. & in d. conſ. 11. col. 5. & conſil. 87. colum. 5. uol. 2. Cōis opin. Cōis opin.

31 Limitatur quartò, quòd dictum ſtatutum excluſiuum fœminarum ceſſat ſi maſculi ſint incapaces, vt putà ſi ſint deportati, uel fratres Sancti Franciſci.

32 Quia tunc habentur pro mortuis, & pro non ſtantibus: ut per Bart. in l. 1. §. penul. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tab. quem ſequitur Bald. in auth ingreſsi, circa fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Ruinus conſil. 154. num. 5. vol. 2. & Afflict. in d. conſtit. In aliquibus, num. 10.

33 Interpretatur ſimiliter hoc ſtatutum habere etiam locū ſi maſculi extarent, & ſuccedere nollent. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. ff. ad Tertul. & ibi notat Bart. quia huic ſtatuto poteſt maſculus renunciare: vt per Bal. in l. maximum uitium. colum. 7. uerſ. ſed pone frater. C. de lib. præt. & Afflict. cum alijs aggregatis per eum in d. conſtit. In aliquibus. nume. 9. & hoc non habet difficultatem aliquam.

34 Fallit

34 Fallit ſextò hoc ſtatutum, quòd ſtantibus filijs maſculis fœminę non ſuccedant, quòd ſi maſculi non ſuperſint, ſed ſolùm fœminæ, ipſæ admittentur: ut per Bart. in l. fin. in q. 1. ff. ad Tertul. Bald. in l. in quibus. C. de ſecun. nupt. & iſta eſt communis ſententia omnium Scribentium, & lõgo, & diutino tempore obſeruata: vt refert, & atteſtatur Soc. Nepos, conſil. 80. nume. 6. uol. 2. & eſt text. in Regno, in d. conſtit. In aliquibus, vbi diſponitur quòd pater non habens filios maſculos, nec nepotes maſculos, ſed duntaxat filias fœminas, tunc ipſæ filiæ fœminæ ſuccedunt patri in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus, excluſis agnatis tranſuerſalibus. Cõis opin.

35 Cæterùm ſi antedictæ filiæ minores reperirẽtur, Rex daret eis balium in feudalibus, & cùm peruenerint ad ætatem nubilem 14. vel 15. annorum prouideret eis dare uirum, atque maritare ſecundùm paragium earum. & ex hoc text. in d. conſtit. In aliquibus, decidit tres utiles, & quotidianas quęſtiones ibi Afflict. nu. 5. & ſeq.

36 Limitatur ſeptimò hoc ſtatutum excludens fœminam dotatam à ſucceſsione dotantis, non excludere eam à bonis emphyteoticis, cùm de ipſis non fiat mentio: prout uoluit Bal. in l. liberti, libert ęque. C. de oper. liber. & alij Doct. communiter in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. Imol. & alij omnes, in c. potuit, de loca. & conducto, & Ruinus conſil. 4. nume. 5. volum. 1. vbi hoc declarat; & limitat. Cõis opin.

37 Interpretatur octauò loco dictum ſtatutum pręferens maſculos fœminis, non habere locum in adoptiuis: vt uoluit eleganter Ioan. de Ana. conſ. 37. viſo caſu. cuius dictum refert, comprobat, & ſequitur Dec. in d. c. in præſentia. nu. 117. & ſeq. & Tiraquel. cum alijs infinitis ibi relatis per eum, in repet. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. in uerb. ſuſceperit liberos. nu. 11. fol. 146.

38 Interpretatur nonò prææallegatũ ſtatutũ, ꝙ licèt excludat fœminas à ſucceſsione, non ꝓpter hoc excludit à ſupplemento legitimę: ut per multa concludit Saly. in auth. nouiſsima. C. de inoff. teſta. in l. ſerui noſtri, propè fin. ff. de noxal. in l. ſancimus. C. de nupt. & in auth. res quæ. C. communia de lega. ubi etiam Raph. Cuma. Hoc idẽ tenet Alex. conſil. 7. colum. 2. lib. 2. conſil. 49. uel 69. uolum. 1. & conſil. 78. uolum. 4. Et hoc idem tenuit Soc. Iunior in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. & ita conſuluit, conſil. 30. & 150. uolum. 1. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita. colum. fin. ff. ad Trebel. & Grammat. ultra alios per eum congeſtos, deciſ. 101. num. 46. & in d. conſtit. In aliquibus, num. 22. & ſeq. Et iſtam quæſtionem latè diſputat ad vtranq; partem Aug. Berous, in repet. d. c. Raynutius, nu. 230. Cõis opin.

39 Moderatur, & coharctatur hoc ſtatutum non procedere, quando ex diſpoſitione ſtatuti, fœmina nõ poſſet ſuccedere, ſed deberet ſtare dote cõtenta: tunc filia non poſſet petere ſupplementum legitimæ: ſecundùm Bart. & alios in d. §. & quid ſi tantùm, Ang. conſil. 105. in fin. & iſta eſt communis opinio ex allegatis per Alex. in d. §. & quid ſi tantum, & Iaſ. in d. authen. nouiſsima, Soc. conſ. 150. primò igitur radix, Iaſ. conſil. 82. ſtatuto ciuitatis, lib. 2. Dec. conſ. 26. diligenter, in conſ. 89. viſo puncto, in fin. & conſil. 207. in caſu, & cæt. Curt. conſil. 37. conſiderato themate, Brun. in conſil. ſuo poſito in fin. dicti tract. quòd ſtantibus maſculis num. 8. Calca. conſil. 11. col. penul. & fin. Cõis opin.

40 Quia legitima non debetur illi, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſet, vt filiæ ipſi dotatę, quæ ſtante hoc ſtatuto non ſuccederet: ſecundùm Ang. in d. conſil. 105. ſtatuto cauetur, quòd ſi aliquis deceſſerit ab inteſtato, & Alber. Brunum cũ magna catherua Doctorum relata per eum in memorato conſil. ſuo poſito in fin. d. tract. quòd ſtantibus maſculis, num. 9. vbi prædicat iſtam eſſe comumenm opinionem. Cõis opin.

41 Et quamuis iſtud ſtatutum prohibeat ſupplementum dotis, uel legitimę; nihilominus non habet locum in magno exceſſu, ex quo detegitur patris dolus. l. undè ſi Nerua. ff. pro ſocio, & tenet, ac declarat Pau. Caſtren. conſil. 110. colum. penult. quod refert Ruinus conſil. 98. nu. 4. poſt princ. volum. 2.

42 Et quia etiam dos ipſa in caſu mentionati ſtatuti ſuccedit loco legitimæ: ſecundùm Bal. in authen. res quę. colum. penul. C. communia de leg. Cyn. & Bart. in l. ſancimus. C. de nupt. Andr. de Iſer. & Afflict. cum magna catherua Doctorum relata per eum in d. conſtit. In aliquibus, ſub nu. 42. & ſeq. Alex. conſil. 209. nume. 201. vol. 5. Iaſ. in l. 1. §. ueteres, ſub num. 26. ff. de acquir. poſſeſſ. & Curt. Sen. conſil. 5. nu. 3. vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur Laurus de Palatijs in tract. quòd ſtantibus maſculis ſub num. 36. Cõis opin.

¶ Et quamuis Brunus in tract. præcitato, ꝙ ſtantibus filijs maſculis. q. 5. ſub n 34. aſſerat cõtrariam partem, uidelicet, quòd dos non ſubrogetur, ſeu ſuccedat loco legitimæ, eſſe magis cõmunem; nihilominus ſpreta huiuſmodi aſſertione vti falſa, concurrendum eſt in practica cum prima opinione, tanquam realiter communi, & ſacroſancta, cum qua concurrit etiam Corn. conſil. 107 nu. 3. vol. 2. Dec. conſ. 260. n. 3. Afflict. deciſ. 111. nu. 11. Capic. deciſ. 176. nu. 9. Pariſ. conſil. 63. num. 51. volum. 2. & conſil. 26. nume. 83. volum. 3. Afflict. cum cæteris aggregatis per eũ ſub num. 42. & ſeq. & Grammat. in d. conſtit. In aliquibus, num. 18. ubi pariter concludit, quòd iſta legitima portio debetur filiabus ipſis ex rebus, & bonis hæreditarijs, & ita aſſerit vidiſſe de facto ſeruari: prout latius ſcripſimus ſupra in Opin. 455. Legitima non debetur, poſt prin.

43 Fallit decimò, quòd filia excluſa à ſtatuto donec ſuperſunt maſculi poſsit aliquando ſuccedere. Vnde ſcias, quòd filia, quam ſtatutum à ſucceſsio-

ceſsione donec ſuperſunt maſculi excludit, etiã ſi poſt quadraginta annos deficerent maſculi ad ſucceſsionem admittetur: vt per Bart. in l. fin. ff. ad Tertul. cuius opinionem fatetur eſſe commu nem Soc. conſil. 63. in cauſa vertente, col. 1. lib. 1. Dec. conſil. 607. num. 16. Io. Dilectus, in tract. de arte teſtandi, caut. 6. nu. 5. tit. 11. & Soc. Nepos conſil. 110. num. 4. & 16. uolum. 2. & conſil. 1. num. 1. lib. 1. & conſil. 31. nume. 1. eodem uol. quam quidem Bart. doctrinam communem ſequuntur Bal. Pau. de Caſt. Saly. Corn. cæterique omnes in l. 2. C. de liber. præt. poſt alios quamplures relatos per Soc. conſil. 1. nu. 1. lib. 1. Et intelligit procedere vltra præallegatos Doct. ipſemet Soc. Iunior in d. conſil. 110. nu. 16. & conſil. 114. num. 1. 2. & 3. eodem uolum. quando fœmina nõ ſimpliciter excluditur, ſed temporaliter, ueluti donec, & quandiu maſculi ſuperſint; ſecus autem eſſet ſi fœminæ excluderentur ſimpliciter per ſtatutum extantibus maſculis: quia hoc caſu excluſio earum eſſet perpetua. Cõis opin.

¶ Et hoc idem procedit etiam in feudo: ut conſtitutio Regni, In aliquibus amplificetur, atque locum ſortiatur ſimiliter, ubicunque tractaretur de ſucceſsione in feudo plano, & de tabula: adeò quòd deficientibus maſculis, fęminæ in eo ſuccedant: ut extitit religioſè quidem deciſum in facti contingentia in Sacro Concilio Neapol. atteſtante intelligentiſsimo Dño Vincentio de Franchis in deciſ. 7. in cauſa Angelæ, ſub nu. 1.

44 Interpretatur vndecimò loco dictum ſtatutum, quòd filius maſculus excludat fœminam ſimpliciter, locum habere etiam in ea, quæ momento fuit excluſa, ut in perpetuum excludatur, & ſic ſufficit tunc, quòd momento maſculus fœminam excluſerit, ut ſit excluſa in perpetuũ: ſecundùm Bald. in l. ſi quis poſthumus. §. 1. col. fin. ff. de lib. & poſthu. quam ſequitur Dec. conſ. 623. colum. 1. & Alex. conſil. 43. lib. 3. repetito in conſil. 53. conſideratis his, quæ in themate, num. 4. uolum. 6.

45 Interpretatur duodecimò prædictum ſtatutum excludens fœminas dotatas à ſucceſsione, verificari etiam in ea fœmina, cui dos promiſſa fuit: ut per Bal. in l. non ſine. C. de bonis quæ liber. Affl. deciſ. 61. & Iaſ. conſ. 11. col. 2. lib. 1.

¶ In contrariam uerò ſententiam videntur inclinare Iacob. de Arct. Pet. Cyn. & Fulgoſ. in d. l. non ſine, Cuma. & Imol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſt. Alex. cõſ. 13. colum. 4. uolum. 3. & Soc. conſil. 207. colum. 2. uolum. 2. Sed in iſto conflictu opinionum caſu eueniente ſemper conſulerem pro prima opinione, quæ uidetur verior, ubi ſtatutum ſimpliciter excluderet fœminam dotatam; ſecus ubicunque exigeret dotem eſſe datam: ut per Soc. conſil. 92. colum. 3. volum. 1. quem ſequitur Brunus in tract. excluſ. fœminarum, in 7. quæſt. colum. penult.

46 Limitatur decimotertiò hoc ſtatutum, vbicunque filius maſculus moreretur antequàm portionem ſibi debitam ex forma dicti ſtatuti adiret, & agnoſceret: quia tunc portio, ad quam ipſe filius admittitur ex diſpoſitione ſtatuti excludentis fœminam non tranſmittitur ad quoſcunque hæredes: ut voluit Saly. in l. 1. colum. 2. & ſeq. C. de adult. ſed Salyceto noli adhibere fidem, ne te decipiat: quia contra eum eſt cõmunis opinio: ut per Alex. conſil. 20. uolum. 1. Soc. conſil. 143. uol. 1. & conſil. 296. uolum. 2. & per Brun. in ſuo tract. excluſ. fœm. in 13. art. prin. q. 6. Tiraquel. in tract. res inter alios acta, in limit. 42. & ſequen. fol. par. 54. & Nattam in add. Alexan. in d. conſ. 20. num. 1. Cõis opin.

47 Quia ſecundùm præcitatos Doct. ſufficit, ꝙ filius maſculus fuerit momento tẽporis, ut perpetuò excludat fœminam, & ſic ex potentia ſuitatis ipſe filius infans, ſi horam vixerit tantùm poſt mortem patris, hæreditatem patris ſui non aditam tranſmittit ad quoſcunq; hæredes.

48 Limitatur decimoquartò mentionatum ſtatutum, quòd filiæ iſtæ excluſæ per ipſum ſtatutum à ſucceſsione patris, computentur in numero filiorum ad faciendum partem in legitima: quia non excluduntur in totum, ſed uocantur ad dotem ipſam, quæ loco legitimæ ſuccedit. Vndè ſi extarent quatuor filiæ fœminæ, & unus maſculus: tũc legitima dicti maſculi non eſſet triẽs, tanquam fœminæ haberentur pro non exiſtentibus, ſed eſſet ſemis, tanquàm filiæ ipſæ excluſæ facerent partem cum maſculo, & in numero filiorum computarentur ad calculandum candẽ legitimam: ut uoluit Curt. Sen. cum magna catherua Doct. relata per eum conſil. 5. ubi ſub nu. 1. & ſeq. iſtam opinionem communem uocat, quam, ut ueriorem ſequitur Illuſtris Afflict. in d. conſtit. In aliquibus, nume. 54 & ſeq. ubi profert utile, & magnum quippè uerbum, ſe intelle xiſſe ita ſemper iudicatum extitiſſe in Sacro Regio Concilio Neap. Cõis opin.

¶ Et licèt contrariam partem, uidelicèt, ꝙ ipſæ filiæ excluſæ aliter non numerentur in filiorũ numero in minuenda legitima, firmauerit Brunus cum alijs Doct. aggregatis per eum in dict. tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 5. art. 13. num. 19. cum cæteris multis ſeq. aſſerendo eam uerio rem, & communem, ac ita fuiſſe in facti contingentia iudicatum in patria ſua; nihilominus à prima opinione, uti ſacroſancta, & continuò obſeruata in ipſo Sacro Regio Concilio, & realiter & re uera magis communi, fatuum foret in deciſiuis diſcedere. Et iſta opinio ita retẽta aduerte, quòd eſt utilis ad multa in practica: vt oſtendit Brunus in d. art. 13. nu. 43.

49 Limitatur decimoquintò antedictum ſtatutum, vbicunque filia vigore eiuſdem ſtatuti dotata eſſet à patre, & poſt mortem ipſius moreretur unus ex fratribus ſuis ab inteſtato: quia tũc repelli non deberet à ſucceſsione ſui fratris pręmortui ipſa ſoror, eſto quòd amplius non ſunt

bona

bona patris à quibus per ſtatutum filia excludebatur, ſed patrimonium ipſius fratris effectũ apparet,& conſequenter ſoror ipſa poſſet ſuccedere cum alijs fratribus in bonis quondam patris,quę reperirentur in hęreditate ipſius fratris ultimo loco mortui:ut uoluit Bal.& Paul.Caſtr. in l.1.C.de leg.hæred. Bal. in c.1.§. quin etiam, num.3.in tit.Epiſcopum, uel Abbatem,in vſib. feud Ang.conſil.126.teſtamenti factio,Io.Campeg.in tract.de dote,par.5.queſt.67.Rom.conſ. 40.viſis,ac diſcuſsis puncto,&conſtitutionibus, & conſil.442.vt deciſionem accipiat, ſub num. 1.cum alijs ſeq.& in d.l.1.§.ueteres.ff.de acquir. poſſeſſ. vbi iſtam opinionem ſequuntur Alex. n. 8.& ſeq.& Iaſ.num.10.cum cæteris ſeq.ubi adijcit communem eſſe,& in l.ſicut maior,nume.3. C.de repud.hæred.& in l.lecta. §. quod ſi ſtipulatus,ſub nu.8.ff.ſi cert petat.Curtius Iun.conſil. 65.num.1.& Afflict.etiam in d.conſtit.In aliquibus,num.21.& ſeq.

Cōis opin.

50 Sed ubicunque ſoror eſſet maritata,& dotata à fratre poſt mortem cõmunis patris,ei ſuccedere nequiret ſtantibus alijs fratribus, & præſertim in bonis, quę habebat tempore dotationis ipſius ſororis:deberet enim remanere contenta dote recepta,ſm̃ formã allegati ſtatuti:vt uoluit Glo.in cõſtit.Regni,vt de ſucceſsionibus,in uer. coniugatæ,Afflict.in d.conſtit.In aliquibus, nu. 16. & in deciſ.248.nume.5.& ſeq.& eſt text.expreſſus in d conſtitut. ut de ſucceſsionibus, ubi apertiſsimè diſponitur,quòd coniugatę & dotatæ à fratrum ſucceſsione repellantur. Semper enim in excludendo feminam à ſucceſsione per exiſtentiam maſculorum conſideratur an de bonis illius, de cuius ſucceſsione agitur,dotem receperit.l.quoniam nouella,in fin.C.de inoff. teſta.& l.ut liberis.C.de collat.And.de Iſer in c.1. de nat.ſucceſſ.feud.& in d.conſtit. In aliquibus, num 32. & in d.conſtitut. vt de ſucceſsionibus, num.18.& communiter Doct.in l.1.§.ueteres.ff. de acquir.poſſeſſ.

Cōis opin.

51 Nec obſtabit ſororem extitiſſe nuptam, ac dotem recepiſſe poſt mortem patris, vt ſic dicatur dotata de bonis fraternis,& non paternis,iuxta. l. ſed ſi plures. §. 2.ff. de uulgari & pupil. & per Afflict. in dicta conſtit.ut de ſucceſsionibus,10. not. quia, cùm hęreditas peruenerit ad filios cũ onere dandi paragium ſorori, & ſic ex neceſsitate, non diceretur de bonis fraternis, ſed de hæreditate patris, & erit dos profectitia à bonis paternis non autem aduentitia de bonis fratris.

52 Vndè ex his concluditur excludi ab omnibus bonis,quæ de hæreditate paterna fuerunt:à bonis autem poſtea quæſitis per fratrem ſuccederet fratri vna cum alijs fratribus:quia de illis bonis nouiter acquiſitis per fratrem non eſt dotata,ſed tantùm de bonis fratris, quæ fuerunt paterna,& tranſiuerunt cum onere prædicto, uidelicèt dandi dotem ſorori,& ab illis excluſa reperitur per dotationem: vt eleganter determinauit Afflict.in d.conſtit.In aliquibus,num.23.Et ita in facto uidimus conſultum,&reſponſum,ob tentumq; in anno 1563. per D. Ioannẽ Franciſcum de Nobilibus de Ciuitate Ducali compatrem meum,& Iuriſconſultum equidem e[?] unctæ naris, & inſignis eruditionis, in quo quippè conſilio apparet elegantiſsima, & profundiſsima ſubſcriptio illuſtris D. Alexandri Oliuæ con ciuis mei, aduocati conciſtorialis, & præclaris animi dotibus mirificè ornati.

53 Et cùm præſens res non careat difficultate: ideò inuento alto mari neceſſariò nauigandum arbitror,ne poſt terga diſcrimina,obſtaculaque obſcura remaneant, & lectores in labyrinthum erroris facilè incidere poſsint. Diſcurro itaq; , ꝙ hæreditas adita per fratrem nõ dicatur amplius hęreditas patris, nec bona paterna, ſed fraterna:ſecundùm Bal.in c.1.§. quin etiã,in tit. epiſ. uel abbat.Iaſ. in l.1.§.veteres,colum.3.ff.de acquir. poſſ. & in l. eius qui in prouincia col. 5. ff. ſi cer.pet.Ioan.de Neuiz.in ſylua nupt.lib.2.nu. 82.Grammat.conſil.ciuili.53.in cauſa hæreditatis,num.9.& ſequen.& Cęſarem Vrſill.in addit. Afflict.in deciſ.178.nume.3. ubi explodit,derid etque diſtinctionem Afflicti, & ſequacium ſupra relatam in d. conſtit.In aliquibus, ſub num. 16.& refert etiam ita obtinuiſſe in facti contingentia in magna Curia Vicarię.

54 Et ratio eſt. Nam mutata perſona mutatur quidem conditio rei. l. per procuratorem, aliàs Paulus.ff.de acquir.hęred.& firmat And.de Iſer. in c.1.in tit.de nat.ſucceſſ.feud.ſub nu.14.cum alijs ſeq.quòd ad hoc, vt repellatur mulier dotata à ſucceſsione alicuius,requiritur, quòd ſit dotata de bonis eius, de cuius hęreditate agitur.& refert,ſequiturque Afflict.in conſtit.ob filiorum culpas,num.9.in tit.ut pater foriudicati nihil ex delicto filij poſsit condemnari,in 2. par. rub.9.& idem Andr.de Iſer.& Afflict. in d. conſtitut.In aliquibus,nume.20.& ſequen.& Grammat.conſil.ciuili 31.Vincentius,ſub nume. 25. & ſequen.

55 Et hinc meritò concludebat And.de Iſern.in dicto cap. 1. de nat.ſucceſſ. feud. in uſibus feudorum, quòd feudum paternum poſtquàm peruenerit ad filium non dicatur amplius paternum,ſed ipſius filii.

56 Et ad hoc ut ab hęreditate patris excludatur filia,neceſſe eſt,ut ſit dotata de bonis patris, antequã tranſeant ad filium:ſtante maximè,quòd pręmemorata cõſtitutio,In aliquibus,eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi,& ſolummodò in caſu,de quo loquitur,& non dilatatur. Alex cõſ. 151.num.3.uolum.2.& conſil.29.uolum.1. ubi propriè loquitur de antedicta conſtit. Regni,In aliquibus. Et inter alia ponderat accuratè quidem conſtit.illam continere illud uerbum,debere (quod neceſsitatem importat) intelligi, ꝙ dotata excludatur ſolùm, & duntaxat ab hæreditate

ditate dotantis. Et licèt ibi loquatur in materia feudali: tamen quantum ad intellectum ipſius conſtit.concordat cum aliis. Vndè Afflict. in d. conſtit.vt de ſucceſsionibus,num. 23.determinat non obſtare,quòd filia habuerit dotē de bonis paternis,& frater teneat,& poſsideat per ſucceſsionem bona paterna:quia non dicuntur amplius ea bona paterna, ſed fraterna: ea ratione potiſsimùm,mutata perſona &c. vt d.l. per procuratorem,aliàs Paulus.

57 Et ſic denique ſtatutum excludens ſimpliciter fœminam à ſucceſsione, intelligendum vtique foret à ſucceſsione dotantis,& non ulterius: ſecundùm communem opinionem omnium in iure Scribentium,trutinatam, diſcuſſam, atque citatam per Curt.Iuniorem,conſ. 65. caſus talis eſt,ſub num. 1. Et hanc partem audiui aliàs uerbotenus,& in ſcriptis fulcitā ſubtiliſsimis & nouis argumentis,& realiſsimis rationibus per accuratiſsimum, peritiſsimumq́ue D. Terentium Turcanicum V. I. D. cōciuem meū: quem in cōſulendo, atque diſceptando ſemper noui in fractione panis veritatis ſtrenuum defenſorem. Cùm itaque ego infœlix peccator videam quæſtionem hanc controuerſiſsimam,atque pleniſsimam ſentibus, & ſpinis, in qua certatim omnes variant,difficulter quidem eius exitum, & veritatem inuenire poſſum. Vndè in tam dubitabili,& tenebroſo paſſu expectarem uidere deciſionem Sacri Regij Concilij Neap.pro reſolutione, & extricatione præſentis quæſtionis:& tanto magis,cùm Vrſillus in add.Afflict.in d.deciſ.178.numero 3.recenſeat præſentem caſum in eo pendere,& controuerti per remedium appellationis in deciſum. Attamē fateor aliàs præſtitiſſe patrocinium in anno 1573. ad fauorem Reuerendi D. Marij de Altonatis, contra Magnificam D. Violantem eius ſororem ciues meos, penès grauiſsimum D. Alphonſum de Hoyo, tunc meritiſsimum,& laudatiſsimum auditorem Sereniſsimæ D.Margaritæ de Auſtria,in Ciuitate noſtra. quæ quidē D.Violantes, cùm prætenderet ſuccedere in bonis Pōpeij ſui fratris ab inteſtato mortui ſimul cum prędicto D. Mario, conſului ex diſtinctione memorata Afflicti, & ſequacium prælibatam ſororem non potuiſſe ſuccedere in bonis antedicti Pompeij ſui fratris.& cùm partes ipſæ vidiſſent tam magnum torrentem controuerſiarum,non aliter expectato dubio litis euentu, & ſententia,inter ſe ad concordiam deuenerunt.

Cōis opin.

58 Sed ſtatutum hoc excludens fœminas dotatas,an excludat eas ab hæreditate patris decedentis ab inteſtato à bonis vbique exiſtentibus, vel à bonis ſolummodò in loco ſtatuti ſituatis? Et quia materia hæc quomodò, & quibus caſibus forenſis ſtatutis ſubiiciatur, confuſè admodum tractatur, conſiderandi vtique neceſſariò forent complures caſus.

¶ Et primus eſt, quando defunctus de cuius ſucceſsione agitur,& fœmina, quæ prætenditur excluſa ab hęreditate, & is, qui vult ſuccedere, omnes ſubſunt iuriſdictioni alicuius loci,in quo viget ſtatutum excludens fœminas: defunctus vero alia bona habebat in alieno territorio, in quo huiuſmodi ſtatutum uiget; & quæritur an vires ipſius ſtatuti porrigantur ad iſta bona; ita quòd fœmina excluſa à bonis in territorio ſtatuti exiſtentibus, cenſeatur ab aliis,quæ alibi reperiuntur excluſa. Et Alexā. conſilio 16. & conſilio 128. uolum. 1. Lap. in allegat. 91. numero 7.& ibi Quintil. Mandoſ.in add.in litera,P.Card. conſ.2.Corn.conſ.202.num. 11. vol.2.& conſil. 162.num.6.vol.3.Iaſ.conſil.163.per totum.vol. 2.& in l.re coniuncti,num.215.ff. de leg. 3. Gozad.conſ.49.num.8.Curt.Iun.conſil.110. nu. 7. Pariſ.conſil.68.num.9.vol. 2. omnes indiſtinctè firmauerunt ſtatutum non extendi ad bona in alieno territorio ſita, & plerique ex eis planum faciunt iſtam eſſe communem opinionem: cui inhęret Rota Rom. atteſtante Puteo,deciſ. 357. lib.1.& hæc eſt quæſtio Bar.in l. cūctos populos, num.42.C.de ſum.Trinit. & fide cath.qui in ſua diſtinctione eſt communiter reprobatus: vt in medium reſerauit Cur.Iun.conſil.5.nu. 42.

Cōis opin.

Cōis opin.

¶ Secundus verò caſus eſt,quando defunctus ſtatuto erat quidē ſubditus, ſed tam is, qui vult ſuccedere,quàm fœmina excluſa, ſunt forenſes. Et in his terminis Brun.de ſtat.fœm.& cogn.lin. à ſucceſsione excludi.artic.6. prima.q. num. 26. uerſ.In hoc difficili,Soc.Iun.conſil.25.num. 15. vol.3.& Ruin.conſ.48.num.4.vol. 3. tenuerunt, quòd fœmina non excludatur. Mens enim ſtatuentium non eſt ſtatuere in commodum illorū, quibus incommodum,& damnum præſtare non poſſunt.Natta,conſ.148.num. 1. uol. 1. Nam in huiuſmodi ſucceſsione,quæ ab inteſtato per ſtatutum defertur, habenda eſt ratio vocatorum, non autem defuncti:vt concedit Alex.conſ.100. num.2.uol.3. Et vt idem Alex.inquit cōſ.44.nu. 15.vol.5.requiritur,quòd & perſona defuncti,& is qui vult ſuccedere ſint ſubditæ ſtatuto. & Alexandrum ſequitur Pariſ.conſ.12.nu.26.vol.3.

¶ Tertius caſus eſt, quando & defunctus, & fœmina,& is, qui vult excludere, ſunt forenſes. Et iſte eſt caſus,in quo conſuluit Ruin.in d.conſ. 48.uol.3.qui firmat fœminam non excludi: cuius opinio adiuuatur, & optima ratione. Quia forenſes non debent gaudere beneficio ſtatutorū. Brun.in d.artic.6.Pariſ.vbi ſupra,& Tiraquel. in tract.de primigen.quæſt. 44.num. 4. & etiam ex his,quæ ſupra adducta fuerunt;& in hoc caſu loquitur etiam Bart.in d.quæſt.

¶ Quartus caſus eſt, quando perſona,quæ uenit excludenda,eſt ſubdita ſtatuto, forenſis autem ille,qui pretendit ſuccedere,& excludere. Et hoc caſu Alex.conſil.111.num.3.& 14.vol.7.cōcedit, quòd forenſis ſuccedit de iure communi: cùm per ſtatutum ſit remotum obſtaculum fœminę:ſed contrarium firmauit conſ. 41.per totū, eod.vol.& hoc caſu Rota Roma. tenuit in cauſa

Par-

Parmen. de Valentibus, forenſem non excludere perſonam excluſam à ſtatuto, cuius tamen præcipua intentio fuit excludere nubentes extra territorium, non autem includere conſanguineos.

¶ Quintus caſus eſt, quando is, qui vult excludere, & fœminæ ſunt ſubditæ ſtatuto, defunctus autem forenſis. Et hoc caſu conſuluit Ruin. conſ. 195. num. 5. uol. 2. fœminam non excludi, licèt malè: ſecundùm aliquos ex præcitatis Doct.

¶ Sextus igitur, & vltimus caſus eſt, quando is, de cuius hęreditate agitur, eſt forenſis: perſona autem, quæ uult excludere eſt ſubdita & incola, & fœminæ ſunt forenſes. Qui caſus cùm in ſpecie diſcuſſus, & deciſus non reperiatur, authoritatibus decidi non poteſt, ſed rationibus in quibus Doct. inter ſe diſcordes reperio, qui enim aſſeuerant ſubditum, & incolam poſſe excludere forenſes, mouentur primò.

¶ Quia cùm ſubditus tanquàm incola debet gaudere beneficio ſtatuti, & intentio ſtatuti ſit non tantùm excludere fœminas, quàm includere maſculos: cùm excluſio oriatur propter incluſionem; undè ipſe poteſt ſui incluſionem tanquã id quod fuit principium in mentem ſtatuentium allegare contra forenſem dicentem excluſionem ſibi non obſtare.

¶ Secundò, ſi quando vterque eſſet ciuis maſculus excluderet fœminam, multò magis dicẽdum eſt, quòd ex tacita ſtatuentium mente excludat forenſem non agnitam a ſtatuto, & ideò malè conſuluit Alexan. conſilio 44. uol. 5. vt ibi in additione.

¶ Tertiò cùm Bart. diſtinctio in d. l. cunctos populos, num. 42. quòd ſi ſtatutum loquatur in perſonam, ſi defunctus erat forenſis, ſtatutum non liget: ſi autem ſubditus ſtatuto, ſecus, ſit cõmuniter reprobata; neceſſe eſt, quòd Doct. noluerint conſiderari perſonam defuncti, & reprobẽt Bar. etiam quando defunctus eſſet forenſis. Doctores enim vt plurimùm generaliter loquendo reprobant diſtinctionem Bart. & conſequenter intelligunt ſtatutum habere locum, ſiue defunctus ſit forenſis, ſiue ſubditus. Cyn. in d. l. cunctos populos. col. fin. & Bald. num. 17. cum ſeq. Alex. conſ. 19. num. 7. vol. 6. vbi apoſt. & eădem
Cõis conſ. 44. volu. 5. quòd iſta eſt communis, & uera
opin. opinio, Soc. Iun. conſ. 25. num. 8. cum ſeq. vol. 3. Brun. cumulatiſsimè in loco præcitato, Ioan. Le cirier, de primogeni. lib. 2. quæſt. 7. num. 6. Pariſ. conſ. 84. num. 42. & ſeq. vol. 1. Tiraquel de primigeni. quæſt. 46. num. 2. qui in fine. d. quæſtionis planum facit ita ſeruari in Gallia, & Natta conſ. 138. num. 1. vol. 1. & conſ. ſeq. nume. 13. & conſ. 14. vol. 3. Et opinio hæc adiuuatur ex eo, ꝙ perſona defuncti non uideatur habenda in conſideratione, cùm ſtatuentes prouideant non defunctis, ſed ſuperſtitibus. Reſpectu eñ defuncti ſtatutum non poteſt diſponere, niſi de rebus: cũ enim poſt obitum perſonæ tractetur de ſucceſſione ipſius, ipſa perſona non eſt habenda in conſideratione, ſed perſona potius, cui ſtatuentes prouidere voluerunt, alioquin nullus daretur caſus in quo procederet antiquorum Doct. opinio, & eorum, qui illos ſequuntur, qui conſtituunt cõmunem opinionem, vt ex eorum numero ſupra allegato, vt ex authoritatibus eorum, qui teſtantur de communi, apparet, niſi detur iſte.

¶ Quartò, quia Doct. antiqui ea moti ſunt ratione, ſiquidem, ſtatutum quomodocũque ſit cõceptum, ſemper de bonis dicitur diſponere. Cyn. in d. l. cunctos populos, cum aliis præcitatis, & quamplures refert d. apoſt. ad Alex. in d. cõſ. 44. volum. 5. & in conſ. 16. vol. 1. quæ dicit, & explanat hanc rationem veram, & diſtinctionem Bar. verbalem.

¶ Nec illos mouebat maximus numerus, & catherua Doc. quos refert Rolan. conſ. 24. vol. 3. Alex. enim conſ. 41. in fi. vol. 7. quærit, an ſtatutũ comprehendat clericum. idem conſil. 111. nu. 3. & 14. eo. vol. loquitur iuxta quartũ caſum, cuius contrarium tenuit in d. conſ. 41. in prin. & in his terminis procedit conſ. Bald. 460. vol. 1. & Sign. 168. loquitur in longè diuerſa materia, Abb. etiã conſ. 52. num. 2. vol. 2. quęrit an ſtatutum reſpiciens ſolennitatem actus liget forenſem. Soc. cõſil. 97. vol. 1. loquitur in ſtatuto habilitante notarium, & ſequitur opinionem Bart. quod ſtatutũ loquens in rem, afficiat forenſem. idem cõſ. 132. vol. 2. loquitur de ſtatuto habilitante minorem. Corn. conſ. 45. lib. 1. ne verbum quidem, & conſ. 152. eod. lib. loquitur etiam in aliis terminis, Iaſ. conſ. 59. col. 2. vol. 3. agit de ſtatuto, quòd minor habeatur pro maiori, Aret. conſ. 54. col. 2, loquitur de ſolennitate adhibenda per mulierem, Tiraquel. de leg. connub. Gloſſ. 1. num. 225. Marſil. in l. ſi. num. 9. de iuriſd. om. iud. Brun. conſ. 20. Alciat. conſ. 84. num. 2. Franc. Marci deciſ. 155. in fine, & Natta, conſ. 47. omnes tractant longè diuerſas materias ab iſta, de qua agitur, & Dec. conſ. 276. col. 3. uerſ. 2. refert doctrinam Bart. ſed aſſerit, quòd requirit altiorem indaginẽ, qui omnes ſi deducantur ex his, quos refert Rolan. non admodum multi pro ſua opinione remanebunt.

¶ Prætereà omnes ſequi videntur Bar. quando tam is, qui uult ſuccedere, quàm is qui vult excludere ſunt forẽſes. quorum opinio conuenit his, quæ primo, & ſecundo caſui ex ſupra diſtinctis dicta fuerunt, qui nihil habent commune cum propoſito: cùm is qui vult excludere ſit ſubditus ſtatuto, & conſequenter ab eo vocatus.

¶ Qui verò contrariam opinionem tenebãt, mouebantur, quòd veniens ab inteſtato, venire dicitur ex tacita defuncti voluntate. l. ſi quis cũ nullum, & l. conficiuntur. ff. de iure codicill. & illa voluntas defuncti cenſetur conformis ſtatuentium menti. Bar. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. quod nempè intelligendum eſt ſecundùm legem ſuę patriæ. Georg. Natta, in tract. de ſtat. queſt. 2. num. 36. verſ. 7. & 8. Si igitur pater in propria patria potuit ſecundùm legem ipſius

patriæ

patriæ vocare filias unà cum filio: ita & tacitè. quod argumentum fuit Iacob. Butrig. in dicta l. cunctos populos, in 3. col. verſ. Quidam dicunt. & Saly. ibidem, n. 13. & ſeq. & Puteus deciſ. 31. lib. 2. licèt non ſit deciſio, ſed votũ particulare ipſius datum Ioanni Aloyſio Aragoniæ, qui ſequutus fuit opinionem Putei, & vidi in voto ſuo iiſdemmet rationibus, quæ leguntur in d. deciſ.

¶ Secundò arguebant à cauſa teſtati ad cauſam inteſtati, Bald. in l. precibus. C. de inoff. dot. & Euerar. in loco à cauſa teſtati. Sicut enim ſtatutum excluſiuum fœminarum ceſſat ſtante teſtamento. Alex. conſilio 131. num. 2. in fin. & nume. ſeq. volum. 1. Iaſ. in l. ſi emancipati. numero 34. C. de collat. & Ruin. conſ. 144. nume. 15. & conſil. 152. num. 3. uol. 2. cum aliis, de quibus per Tiraquel. in l. ſi unquàm, in ver. Suſceperit liberos, num. 123. ne filiæ fœminę ſint deterioris cõditionis, quàm extraneus. Et quia ſtatutum diſponit in cauſa inteſtati, cui diſpoſitio ex teſtamento refragatur: ita etiam debet ceſſare in cauſa inteſtati. Voluntas enim tacita teſtatoris habetur pro expreſſa: vt in d. l. ſi quis cùm teſtamẽtum nullum, ponderanda ex ratione text. in illis verbis: Intelligitur enim is quoque hęres ſcriptus.

¶ Quibus in contrariam partem inclinantes reſpondebant, quòd opinio Salyc. reprobatur per Doct. & Bald. in d. l. cunctos populos, numero 17. & Alexandrum. conſilio 128. columna 3. volum. 1. & Corne. conſilio 162. propè finem. volu. 3. et quòd in caſu Putei defunctus erat ciuis & inter forenſes de ipſius ſucceſsione agebatur, ſecundùm terminos ſecundi caſus ſupra conſtituti: hìc uerò verſamur in caſu, in quo ciuis vult excludere forenſes à ſucceſsione bonorum illius, qui non erat ſubditus ſtatuto, ſed habebat bona in territorio ſtatuentium, & allegabatur ad hoc præmemorata deciſio Putei. 357. libr. 1. incip. Dubitaui ego ſecundo Octobris, & in Rota fuiſſe reſolutum teſtatur, quòd ſtatutum Parmen. excluſiuum fœminarum non porrigitur ad bona exiſtentia extra territorium, quæ Rotæ deciſio unà cum opinione omnium, qui firmant ſtatutum non extendere uires ſuas vltra ſuum territorium neceſſe eſſet concludere, quòd ſit falſa, ſi præſumendum eſt mentem teſtatoris decedentis ab inteſtato fuiſſe conformem ſtatuto patriæ ſuæ, & ita indirectè ſtatutum habebit locum extra ſuum territorium.

¶ Quò uerò ad argumentum à cauſa teſtati ad cauſam inteſtati, aſſerebant Docto. ipſi, quòd ex eo ſequeretur, quòd nunquam daretur caſus, in quo ſtatutum excluſiuum fœminarum locum haberet. Nam ſi ex præſumpta mente teſtatoris deberet ceſſare diſpoſitio ſtatuti, ſicut per expreſſam, certè daretur præſumptio, quòd ex æqualitate affectionis erga filios utriuſque ſexus defunctus ab inteſtato ex æquis portionibus ſemper uocaſſet maſculos, & fœminas, & eò magis, cùm mens ipſius adiuuetur ex diſpoſitione legis maximum vitium. C. de lib. præter. quæ cùm ſit clara adiuuat dubiam defuncti mentem, ex quo ſtatutum redderetur eluſorium, quod eſt abſurdum. Ruin. conſ. 160. nume. 4. uol. 4. cum mille ſi milibus.

¶ In hac igitur quæſtione plena ſentibus, & ſpinis, in qua certatim omnes ita uariant, vt difficulter eius rei exitum inuenire poſsim, uidendum eſſe duxi de veritate opinionis Salyc. in d. l. cunctos populos, nume. 14. verſ. Si verò bona. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. an ſit uera, uel pro ipſa, & an contra ipſam ſit communis opinio: & infiniti propè Doct. trutinantes hunc tenebroſum, diſputabilemque articulum in medium reſerauerunt illam eſſe communiter reprobatam, & præſertim Tiraquel. de primogenit. quæſt. 46. numero 15. & 23. & contra illam uigent duæ concluſiones pariter communi calculo receptę, uidelicet, quòd ſtatutum non porrigit uires ſuas extra ſuum territorium, magis cõmunem patefacit Grauet. conſilio 30. nume. 3. *Cõis*
qui plures refert, Rub. Alexand. conſilio 71. in *opin.*
ulti. dub. & Tiraquel. in loco allegato, numero 1. & ſequen. & hanc opinionem ſequuta fuit Rota Roma. in deciſ. Putei 355. lib. 1.

¶ Altera etiam eſt, quod ſtatutum, ſiue ſit conceptum in perſonam, ſiue in rem, ſemper afficiat bona contra, diſtinctionem Bart. quam opinionem eſſe communem teſtantur allegati in diſcurſu in 3. fundamento Doctorum aſſeuerantium, ſtatutum excluſiuum fœminarum habere locum, etiam quando teſtator, & perſona excluſa ſunt forenſes: quæ quippe opinio vix poteſt habere locum in alio caſu, pręterquàm in hoc, in quo uerſamur: vt ex diſtinctione caſuum, quæ habetur in diſcurſu uideri poteſt. *Cõis opin.*

¶ Quò uerò ad ueritatem rationis, quæ per Salycet. allegatur, pariter explanauerunt Doct. illam non ſubſiſtere: nititur enim in diſpoſitione. l. conficiuntur. ff. de iur. codicill. vbi hæredes venientes ab inteſtato, ideò intelliguntur inſtituti ex teſtamento, quia creditur, quòd teſtator relinquendo ab illis fideicommiſſum, illos hæredes inſtituerit: quæ ratio Baldo, Corneo, & aliis allegatis in diſcurſu non placet: quia hæc eſt præſumptio, & ſupra præſumptionem diſpoſitio: & ideò Gloſſ. ibi in uerſic. Creditur, dicit, quòd non admittit probationem in contrarium. ex quo Bald. ibi colligit, quòd ſi defunctus reputauerit hæredem ab inteſtato indignum, & inteſtatus deceſſerit, ipſe hęres ſuccedet perindè ac ſi fuiſſet inſtitutus, non obſtante reputatione defuncti. Lex enim eſt, quæ defert hæreditatem decedentium ab inteſtato. l. ſecunda. §. hæc autem bonorum. ff. vnde legit. & §. primo, inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtato defer. ibi in illis uerbis: ex lege duodecim tabularum, quæ denotant eam immediatam. Vndè licet perſona defuncti ſit cauſa me-

me diata, tamen immediata debet attendi. Sarn.in reg. de iur. quęſt. non tollen. quæſtio. 3. propè fin. verſic. Et hoc plurimùm, cum aliis congeſtis per Tiraquel. in tract. ceſſan. cauſa, limit. 20. num. 6 Et ideò non à teſtatore, ſed à lege dicuntur habere titulum. Bald. in l. ſi emancipati, num. 11. C. de collat. Ioan. de Garron. in repet. auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. num. 7. & ſeq. Non enim poteſt dici inſtitutus, licèt veniat ex tacita mente defuncti. Mar. Salom. in repet. l. Gallus in princ. num. 39. ff. de lib. & poſth.

¶ Præterea ſicut ex præſumpta mente defuncti non poteſt argui, quòd in bonis in alieno territorio exiſtentibus ſuccedatur, ſecundum ſtatutum ſuæ patriæ, & originis: quia cenſetur conformare ſe cum diſpoſitione iuris communis, quòd ſtatuta non porrigunt vires ſuas extra territorium: ita iſte forenſis cenſebitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis volẽtis, quòd ſuccedatur ſecundum ſtatuta locorum, in quibus ſita ſunt bona, cùm præſumatur quodammodò hæc ſtatuta ſciuiſſe: quia de illis ſaltem in genere potuit cogitare. Aretinus conſ. 11. numero 4. Alex. conſ. 33. n. 29. & ſeq. vol. 2. Ex alio ẽt tollebant Doct. diſpoſitionem. d. l. conficiuntur, ut non mirùm ſit, ſi ibi ex fideicommiſſo iniuncto hæredibus ab inteſtato iiſdem ex teſtamẽto cenſetur inſtituti: quia cùm aliter grauari non poſſunt. l. ab eo. C. de fideicõ. in neceſſarium antecedens cenſetur eos teſtator honoraſſe. Sicut dicitur de ſeruo ſimpliciter hærede inſtituto, cui in neceſſarium eſt relicta libertas, de qua nulla fuit habita mentio. l. quidem. C. de neceſſ. ſeru. hære. inſt. §. 1. inſt. quibus ex cau. manumi. non licet. Non quippè obſtant authoritates, quæ allegantur ad probandum, quòd quãdo teſtator eſt forenſis. ſtatutum loci, in quo ſita ſunt bona, non debet attendi: quia Ruin. conſil. 48. uol. 3. reſpondet in caſu, quo & defunctus, & is qui volebat excludere, & fœmina excluſa erant forenſes. Idem conſilio 49. num. 5. eod. uol. recedit ab opinione pro qua allegatur, num. 7. idem conſilio 39. numero 16. uerſ. Nec prædictis, uolu. 1. loquitur in caſu, quo teſtator erat ſubditus, & bona erant in territorio ſtatuentium. Iaſ. conſilio 80. numero 3. uolum. 3. uidetur facere in contrarium, dum vult in ſucceſsione habentis bona in diuerſis locis attendi debere ſtatuta vniuſcuiuſque loci. Grat. conſilio 21. numero 30. volum. 1. fuit potius in contrarium, dum firmat, quòd attendatur perſona filij ſubditi ſtatuto excludente matrem, non autem matris forenſis. & hanc opinionem dicit magis communem, *Cõis opin.* Alexand. conſilio 19. numero 7. uolum. 1. proponit caſum, quando defunctus ratione incolatus erat ſubditus ſtatuto: nos autem verſamur in defuncto forenſe.

¶ Præterea ipſe teſtatur de communi, quòd ſtatutum ſiue ſit conceptum in rem, ſiue in perſonam, ſemper afficiat ipſas res. idem conſil. 44. volum. 5. reprobatur per add. Curt. Iun. conſilio 5. num. 42. uerſ. Ad ſeptimum, meminit de communi cõcluſione diſtinctionis Bar. Et licèt aſſeueret, quòd debet attendi domiciliũ uiri: tamen adiicit copulatiuè, & ubi bona ſunt ſita, nam ſi ſimpliciter attendi deberet locum domicilij, ſequeretur, quòd adhæreret opinioni, quam ipſemet reprobatam communiter teſtatur, & Butrigarij, qui pariter communi voto Doctorum omnium reiicitur. Bero. conſilio 60. numero 30. & ſequẽ. loquitur in diuerſo ſtatuto, videlicet prohibente aliquid relinqui. Et mouetur, quòd ſtatutum loquens in perſonam, non afficiat forenſem, & non ex ratione Salycet. Soc. conſilio 36. num. 4. ſequitur opinionem Salyceti, ꝙ ſtatutum loci originis porrigat uires ſuas extra territorium, quæ eſt damnata. Natta conſil. 581. num. 24. vol. 3. eſt merus relator opinionum, & de ueritate illarum nihil affirmat, ſed unamquãque earum ſupra quo conſuluit dicit applicari, & ita Cephal. conſ. 309. num. 68. uol. 3. Riminal. conſil. 268. num. 14. vol. 2. nititur ea ratione, ꝙ defunctus cenſetur relinquere bona uenientibus ab inteſtato, quibus contra ſuam uoluntatem non poteſt adimere hæreditatem: quę ratio falſa vtique eſt. Cùm diſponendo de rebus ſtatuta ligent etiam forenſes: vt inquiunt Doct. omnes. Pariſ. conſilio 53. nume. 84. ſequitur diſtinctionem Bart. quæ ut pluries dictum fuit, diſcernitur apertiſsimè communiter reprobata. Grauet. conſilio 271. numero 4. conſuluit in ſtatuto dante formam actui. Votum Putei inter ſuas deciſiones 31. libro 2. continet diuerſum caſum à propoſito, uidelicet, quando defunctus erat ſubditus ſtatuto. Et nõ ſequitur, quòd rõnes, quas ipſe ſequutus extitit, fuiſſet etiam amplexus quando defunctus eſt forenſis, & is qui vult excludere eſt ſubditus. Ex quibus reducendo omnia, quàm ſimpliciſsimè ad ueras, & genuinas ſententias concurro cum regula, quòd quando defunctus, & perſona ſunt forenſes, is uerò qui agit ad excluſionem ſubiacet ſtatuto excluſiuo fœminarum, excludat ſorores uigore l. maximũ uitium. C. de lib. prętérit. prætendentes ex æquis portionibus cum fratre ſuccedere. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *FILIVS faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſsis tenetur parentes in aliquo hæredes inſtituere; aliàs teſtamentum eſt nullum.*

2 *Legitima debetur parentibus in bonis filij propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos prȩſtare tenentur.*

3 *Teſtamentum filij in quo mater ſine cauſa reperitur præterita eſt ipſo iure nullum.*

4 *Legitima matri debita in bonis filiorum poteſt per ſtatutum tolli: cùm debita ſit tantùm iure poſitiuo, non iure naturȩ.*

5 *Legi-*

5 *Legitima filiorum poteſt in totum tolli per ſtatutum: ſecundùm unam magis communem ſententiā, licèt ſecundùm alteram illi contrariam ſimiliter communē penitus tolli non poſſit.*

6 *Legitima filiorum per ſtatutum rationabile ex ęqua, & iuſta cauſa introductum, in totum tolli poteſt, & ſtatutum ualet.*

7 *Legitima filiorum per ſtatutum introductum abſque ratione, & abſque cauſa tolli non poteſt, & ſtatutum eſt inualidum.*

OPINIO DCCCXIII.

1 INSTITVTIO patris, & matris eſt neceſſaria de iure communi in teſtamento filiorum: vndè filius faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſsis, tenetur parentes in aliquo inſtituere hęredes: quia illis præteritis teſtamentum uiribus caret. §. ſiue igitur, & §. hæc autem diſpoſuimus, in auth. vt cùm de app. cognoſ. notat Calder. conſ. 5. an ſi teſtator, in tit. de teſta. Bal. conſ. 84. ueritas, lib. 4. & hæc eſt communis opinio: vt conſtat ex congeſtis per Scriben. in auth. nouiſsima. C. de inoff. teſta. & per Barba. in cap. Raynutius, col. 67. de teſta. contra Bartol. in d. authen. nouiſsima. *Statutum.* *Cōis opin.*

2 Quia legitima debetur parentibus propter honorem & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenentur. d. §. hoc autem. Et præcipuè debetur matri, ne à luctuoſa filii hæreditate dicatur excludi. l. fin. C. de inſtit. & ſubſti. ſub cond. factis, & l. liberi. §. 1. C. de inoffi. teſt. & hoc latè docuimus ſupra in uerb. Filius, in concluſione incip. Inſtitutio parentum &c.

3 Imò ipſa matre ſine cauſa præterita teſtamētum iure communi eſt ipſo iure nullū: vt not. in §. exhęredatos, in auth. de hæred. & Falcid. Azo. in ſumma de lib. præter. circa fi. & Bar. in l. filio præterito. col. 10. ff. de iniuſt. teſtam. Cagnol. in l. 1. num. 5. ff. de inoff. teſta. & Doct. in §. fi. inſti. de exhæred. liberor.

4 Limitatur iſthęc communis opinio, ſeu limitari poteſt per ſtatutum contrarium diſponens: undè legitima matri debita, cùm ſit de iure poſitiuo, poteſt per ſtatutū tolli, ſicut legitima debita patrono: ſecundùm Bal. in l. 1. §. ius naturale, col. fi. ff. de iuſt. & iure, Alex. conſ. 3. circa præmiſſa, col. 3. uol. 7. & Corn. conſ. 150. circa præſentē, col. 2. & ſeq. vol. 2. & iſtam eſſe communem opinionem aſſeuerant audacter Io. de Imo. in l. qđ de bonis. §. fi. ff. ad leg. Fal. Alex. conſ. 168. col. 1. uolu. 7. Dec. conſ. 372. col. 2. & Pariſ. conſ. 23. col. 2. vol. 2. & ſequitur Alciat. in tract. de præſump. regula prima, præſump. 8. ſub nu. 3. *Cōis opin.*

¶ Et licèt hoc nullam in ſe dubitationem habeat, vt meminit Georg. Natta in tract. ꝙ ſtantibus maſculis in 1. q. princ. nu. 7. & ſeq. nihilominus ſi ſtatutum tolleret in totum legitimā filiorum, iſta nēpè eſſet quęſtio difficilior difficultate ipſa, & ſic difficillima omnium quęſtionum, quę inter Doct. hactenus diſcuſſæ appareant.

5 Sed quòd ſtatutum ipſum penitus legitimā filiorum auferre poſsit, voluerunt, Dy. in c. indultum de reg. iu. in 6. & Io. And. ibi, in mercur. Bar. & Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. Bal. in l. 1. n. 17. C. de ſum. Trini. Oldra. conſ. 107. Ang. in auth. de hæred. & falc. in princ. Signorol. de Homodeis conſ. 37. Alexā. conſ. 75. col. 4. uol. 1. Corn. conſ. 210. colum. pen. uol. 1. Auguſt. Berous in c. Raynutius, nu. 209. de teſta. & Dec. conſil. 19. in quibus locis iſtam cōmunem opinionem eſſe perhibent: pro vt hoc idem fatentur Nicolaus Arelatanus in ſcholiis ad Alciat. in d. præſump. 8. & Ripa, in 1. reſponſorum. c. 7. & magis cōem affirmat Loffred. conſ. 14. num. 21. & ſeq. & Natta in d. q. 1. nu. 1. & 6. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, ꝙ legitima liberorum per ſtatutum prorſus tolli nō poſsit, ſed tantummodò diminui, inclinauerē Cyn. & Bal. in l. ſancimus. C. de nuptiis, Salyc. in authen. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. q. 2. Alber. in l. quoniam in priorib⁹. C. eodem titu. col. pen. Iacob. de Belui. in d. authen. de hæred. & falc. in princ. & Alex. cum aliis concordan. ſignatis per eum conſ. 55. col. fin. vol. 2. & iſtam prēſupponūt eſſe communem Canoniſtarum ſententiam Stepha. Aufrerij in deciſ. Cap. Tholoſ. 437. Barba. in cap. Raynutius, colum. 45. de teſtam. & Arelata. in loco præcitato. *Cōis opin.*

6 Cæterùm in huiuſmodi uarietate, atque opinionum conflictu pro reſolutione admittenda veniret iſta uerìſsima diſtinctio, uidelicet. quòd aut ſtatutum inductum eſt ex cauſa æqua, iuſta, & rationabili, & tunc valet & tenet, poteſtque legitimam penitus tollere.

7 Aut ſtatutum caret ratione (& ut apertius loquar) abſque cauſa conditum ac inductum ſit, eo caſu tanquàm irrationale non tenet. & diſtinctionem hanc tradit Curt. Iun. conſilio 10. colum. 2. vbi recitat iſtam communem opinionem fore, & Dec. conſilio 525. viſis his, quæ accuratè, & eleganter ſcripta ſunt, num. 5. & ei inhærent pariter Arelatanus, in d. addit. ad Alciat. circa finem, & Couarruuias in epit. tit. de ſponſalibus in 2. part. cap. 8. §. 6. num. 5. fol. par. 175. in quibus locis faciunt mentionem de huiuſmodi communi. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM habilitans, ne l inhabilitās perſonam alicuius aliás inhabilē, ſeu habilē de iure cōi, non extenditur modo aliquo ad forenſem.*

2 *Filius familiàs forenſis teſtari non poteſt in loco ubi extat ſtatutum diſponens filiumfamiliàs teſtamentum condere poſſe, uigore dicti ſtatuti.*

3 *Statutum legitimare nequit perſonam ſibi non ſubditā, nec circa illam aliquid diſponere poteſt.*

OPINIO DCCCXIV.

1 STATVTVM habilitans, uel inhabilitãs perſonam alicuius, aliàs inhabilem, ſeu habilẽ de iure communi, non extenditur aliquo modo ad forenſes: ſecundùm Bar. in l. 1. ff. de tut. uel cura. datis ab iis, vbi aſſerit eleganter quòd ſtatutum Ciuitatis, quod diſponit circa perſonam legitimãdam ad aliquẽ actum, nõ extenditur, nec porrigitur ad oẽs, qui non ſunt ſuę iuriſdictionis.

2 Hoc idem uidetur intrepidè tenere ipſemet Bar. in l. cunctos populos. col. 6. in 3. q. C. de ſum. Trinit. vbi cõcludit quòd ſi ſtatutum diſponeret, filiumfamiliàs poſſe condere teſtamentum, tunc filiusfamiliàs forenſis in Ciuitate, in qua reperitur huiuſmodi ſtatutum, non poterit teſtari.

3 Nam ſtatutum legitimare nequit perſonam ſibi non ſubditam, nec circa ipſam diſponere aliquid. & cùm Bar. tranſeunt oẽs Doct. in pręcitatis locis, & pſertim Iaſ. inibi, in 1. lect. col. 5. & in 2. lect. col. antep. Marſ. in l. fi. col. 30. verſ. Hanc tñ concluſionem. ff. de iuriſd. om. iud. Alex. conſ. 45. col. 3. uol. 5. Corn. conſ. 45. colum. pen. vol. 1. & conſ. 94. col. 2. uol. 2. & Ruinus conſ. 120. col. fin. vol. 1. & conſ. 201. col. 1. eod. uol. vbi ait hanc eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM ſimpliciter diſponens maritum lucrari dotem, aut bona mobilia mortua vxore in matrimonio, recipit interpretationem, niſi ſuperſint filij.*

2 *Maritus etiam exiſtentibus filiis primi matrimonij lucratur dotem ex forma ſtatuti ſimpliciter diſponentis maritum lucrari dotem mortua vxore in matrimonio, quando coniecturis, ſeu uerbis ſtatuti colligi poteſt mentem ſtatuentium id uoluiſſe, & derogatur l. hac edictali.*

3 *Statutum diſponens maritum vxore pręmortua lucrari totam dotem, vel partem, aut bona mobilia in pręiudicium primi matrimonij valet, & tenet.*

4 *Statutum diſponens maritum vxore præmortua lucrari dotem, uel bona mobilia in præiudicium filiorum primi matrimonij, eſt fauorabile et introductũ fauore matrimonij, & publicæ utilitatis.*

5 *Statutum diſponens uxore præmortua lucrari totam dotem vel partem, non habet locum in matrimonio putatiuo, ſed in uero tantùm.*

6 *Statutum diſponens maritum lucrari dotem uxore præmortua non habet locum in dote promiſſa.*

7 *Dare, & promittere paria ſunt.*

8 *Mulier ex ſola promiſſione dotis dicitur habere dotem.*

9 *Maritus ſtante ſtatuto, quòd pręmortua vxore lucretur dotem, illam lucratur etiam quòd momento matrimonium carnali copula conſumatum duraſſet.*

10 *Maritus etiam dotẽ ex forma ſtatuti lucratur, ſi vxor moriatur antequàm ducatur ad ipſius domum.*

11 *Maritus etiam ex diſpoſitione ſtatuti dotem lucratur ſi poſt contractum matrimonium per uerba de præſenti ante copulam conſecutam vxor ingreſſa fuerit monaſterium mendicantium.*

12 *Lucrum dotis habitum per maritum uigore ſtatuti uxore præmortua non communicatur per maritum cum eius fratribus, ſed eſt præcipuum mariti.*

13 *Maritus ſtante ſtatuto, quòd uxore præmortua lucretur dotem, illam non lucratur, ſed perdit ſi tranſeat ad ſecundas nuptias.*

14 *Maritus ſtante ſtatuto in domicilio uxoris, quòd vxore pręmortua vir lucretur dotem, vigore talis ſtatuti illam non lucratur, ſed attenditur ſtatutum domicilij mariti, etiam quòd vxor duxerit maritum ad eius domum, & num. 15.*

OPINIO DCCCXV.

1 STATVTVM ſimpliciter diſponens, ſeu loquens de marito lucrante dotem, aut bona mobilia mortua vxore in matrimonio, recipit interpretationem per l. hac edictali. C. de ſecun. nup. id eſt, niſi ſuperſint filij prioris matrimonij: ut per Bart. Bal. Sal. & alios communiter, in d. l. hac edictali in 6. q. & ſic filij primi matrimonij non obſtante dicto ſtatuto poſſunt totam dotem, & bona mobilia petere: iuxta diſpoſitionem tex. in d. l. hac edictali. & iſtã opinionẽ ſequuntur omnes Doct. in l. unica. C. de inoff. dot. & dicunt eſſe magis cõem Iaſ. & Curt. Iun. in auth. præterea. n. 14. C. vnde vir & vx. & Auguſt. Berous in ſuis quęſt. familiaribus. q. 119. nu. 2. & iſtam ſententiã cõmunẽ ſequebatur ſimiliter publicè legendo Peruſij D. Ranaldus Ridolphius pręceptor meus. interpretans annis præteritis cum non modica vtilitate ſuorum ſcholariũ. d. auth. præterea, qui quidem optimis fundamentis reſpondebat Bar. & ſequacibus in l. ea lege, in 4. q. C. de condic. ob cauſam, contrarium aſſeuerantibus. *Cõis opin.*

2 Nota tamen quòd vbicunque ſtatutum non faceret mentionem expreſsè, & ſpecificè, quòd maritus etiam exiſtentibus filiis primi matrimonij lucretur dotem, ſed ex coniecturis, ac verbis ipſius ſtatuti, menteque ſtatuentium colligi poſſit facillimè, quòd vellet derogare d. l. hac edictali, & ſic præiudicare filiis prioris matrimonij, uidetur derogatum. d. l. hac edictali abſque aliquo dubio, licèt expreſsè ſtatuentes non fecerint mẽtionem de ipſa derogatione, & maritus tunc lucrabitur dotem etiam exiſtentibus filiis primi matrimonii: ſecundùm Baldum, conſilio 495. colum. 2. uolum. 5. Salycet. in dicta l. hac edictali in 6. quęſt. Paul. de Caſtr. conſilio 192. colum. ſecunda. uol. 2. vel. 1. Roma. conſilio 44. colum. 3. & iſtam aſſeuerat eſſe communem opinionẽ omnium Doct. Pariſ. conſ. 91. col. 4. lib. 3. *Cõis opin.*

¶ In

¶ In contrariam uerò partem præcipitanter inclinauit Soc.conſil.35.colum.2.uol.4. & Curtius Senior conſ. 78. colum. 5. videlicet quòd ſi ſtatutum ſpecificè d.legis hac edictali non derogget,non cenſeatur aliquo modo derogatum. Tamen quicquid iſti Doct.ſuadeant, temerarium, & fatuum eſſet in iudicando, & conſulendo recedere à præallegata communi opinione: quã declarat,ſequitur, & tuetur Rolan. à Valle poſt alios ibi per eum relatos,in tract. de ſtatuto de lucro dotis,in q.25.nu.1.& 3.

3 Sed hoc dubium ceſſat,quotieſcunque ſtatutum diſponeret,quòd uxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur totam dotem, aut partẽ dotis,vel bona mobilia in præiudicium filiorum primi matrimonij: tunc ualet dictum ſtatutum, & præiudicat filiis primi matrimonij:ſecundùm Bal.in l.1.col.3.C.de inoffic.dotibus,& Paul.Caſtren.ibidem.colum.2.idem tenet Bal.in d.conſil.495.& in d.l.hac edictali,col.2.& ibi Salyc.in 6.q.Pau.de Caſt.in d.cõſ.192.col.2.&conſ.448. *Cõis opin.* colum.2.vol.2.& ita ſe habet communis opinio omnium Doc.de qua teſtatur Boerius deciſ.113. num.4 Berous in d.q.119. num. 1. Ruinus cõſil.58.colum.6.& conſ.59.vol.3.Pariſ.conſ.91. col.2.vol.3.& Rolan.à Valle cõſ.72. Statuto Ciuitatis Caſalis,num.2.vol.1.Brun.in trac.quòd ſtantibus maſculis,artic.1.num.15.& Hipoly. Riminal.conſ.166. Magnifica D.Ioanna,nu.2.& ſeq. poſito inter cõſilia ultimarum uoluntatũ,vol.1.

4 Et iſtud ſtatutum fuit inductum rationabili, & iuſta cauſa,& dicitur fauorabile, ac inductum fauore matrimonij, & publicæ utilitatis, vt viduæ citius,& facilius virum reperire poſsint: vt per Bal.in d.conſ.495.colum.4.& Dec. conſ. 19. colum.2. Alcia in trac.de præſump.in 1.reg. præſumpt.8.nu.6.Pariſ.d.conſ.91. colũ.3.Et ita per iſtam rõnem, & alias quamplures concludebat acutiſsimus præceptor meus D.Ranaldus Ridolphius Peruſinus,dum erã ſub eius diſciplina Peruſij,interpretãs d.auth.præterea.

5 Interpretatur ſecundo loco prædictum ſtatutum, quòd procedat in matrimonio vero, ſecus in matrimonio putatiuo. Ideò ſtatutum de lucrando dotem per maritum, non habet locum in marito putatiuo: ſecundùm Baldum,Salyce. in l. prima. C. de condictio.ob cauſam,Alexan.in l ſi cùm dotem.§.fin.ff. ſolut. matrimo. & Ripam in rubri.eod.titu.colum.16. *Cõis opin.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Rolandus,in tract.de ſtatuto de lucro dotis,in q.97.numero 1.6.7.& 13.

6 Interpretatur tertiò dictum ſtatutum diſponens maritum lucrari debere dimidiam partem dotis,& aliam partem reſtituat, quòd tunc maritus non lucrabitur dotem promiſſam, ſed tantum ſolutum: ſecundùm Bartol. conſilio 133. ſtatuto Ciuitatis Augulinæ cauetur, & iſta eſt *Cõis opin.* magis communis opinio Doctor. de qua meminit Boerius deciſ.22.nu.7.9.13.

¶ In contrariam uerò ſententiam idem Bartol.in l.iubemus §.ſanè.C. de ſacroſanct. eccleſ. Angel.ſibi contrarius conſilio 158. Iaſ. ſibi contrarius,in l.ſi donaturus.§.fina.colum.penult.ff. de condit.cauſ.dat.Alexan.in l.non tantùm.colum.6.ff.de re iud.Soc. in l. de diuiſione, colum. 2.ff.ſolut.matrimo.Crotus,in rubric.eodem tit. & ibi Parpal. colum. 7. Ruinus ſibi contrarius conſilio 197.uolum. 1. Tiraquel. in tract. de retract.conuentionali, in §. fin. numero 33. & ſequen.circa finem dicti tractatus, videlicet,quòd maritus ex forma huiuſmodi ſtatuti lucretur dotem nõ ſolùm ſolutam,ſed etiam promiſſam. Tamen quicquid iſti Doctores dicant, videtur prima pars tutior, & magis communis: ſecundùm Salyc.in l.ſi conſtante, colum. 2.C.de donat. ante nupt.& Iaſ.in rub.ff.ſolut.mat.col.6.

7 Et ratio eſt, quia dare, & promittere paria ſunt l.fin.C.ad legem Falc.

8 Et quia mulier ex ſola promiſsione dicitur habere dotẽ: vt not.in l.cùm poſt.§.1.ff. de admi.tut.& in l.1.§.accedit.C.de rei vxo.act.& ita reiiciebat, cũ prædicta cõi præcitatus D. meus Ranaldus Ridolphius,quẽ immitantẽ veſtigia Bar. & omniũ Illuſtriũ Doctorũ de habendo veritatẽ præ occulis,per ſeptẽ annos audiui defenſorẽ cõmuniũ opinionũ:ideò non eſt mirũ ſi Peruſij hac tẽpeſtate in eum virũ euaſit, quem totus orbis prędicat.& iſtam partem ſequitur etiam,& tuetur Illuſtriſsimus D.Cardinalis Albanus in lucubra.in Bar.in d.§.ſanè.nu.3.& ſeq.

9 Interpretatur quarto loco dictũ ſtatutũ deferens lucru dotis marito mortua vxore,ꝙ habeat locũ etiam ſi vno momento matrimoniũ carnali copula cõſumatũ duraſſet,ac vna nocte concubuiſſet uxor cũ marito:ſecundũ Bal. in l.nõ tantũ.C.de lega.& cũ Bal ſentiunt Aug.Coru.& alij Doctores cõiter ibi, licèt ibi Iaſ.contradicat opinioni Bal.& malè,vt p Mod. in d. auth.præterea, *Cõis opin.* & per Tiraq.qui ſequitur cõem etiam in repe.l.ſi vnquã,in ver.Donatione largitus.C.de reuo.do. & in tract.res inter al.ac.in limit.44.fol.par.54.

10 Imo dic in fortioribus terminis, ꝙ ſi ſtatutũ in Ciuitate viſi diſponeret ſimpliciter, ꝙ vxore præmoriente maritus lucretur dotẽ, habet locũ etſi mulier præmoriatur ante, quã ad domũ ſui mariti ducta fuerit, & tunc maritus lucrũ dotis poteſt cõſequi: vt per Bar.eleganter,in l.nihil. ff. rer.amo.& iſtam ait eſſe cõem opin.Rolan.à Valle in tract.de lucr.dotis,in q.16.nu.9. *Cõis opin.*

11 Interpretatur vlterius hoc ſtatutum de lucro dotis locum etiam habere, ſi uxor poſt matrimonium per uerba de pręſenti, ante tamen copulam conſequutam, ingreſſa fuerit monaſterium mendicantium, & in ea profeſſa fuerit: quia tunc maritus poteſt conſequi & lucrari dotem:ſecundùm Bartol.& Paul.Caſt. in l.Deo nobis,in princ.C.de ſacroſan. eccle, Fely. in rubic. de ſponſal.colum.4.Iaſ.in authen. ſi qua mulier. colum.2.C.de ſacroſan.eccleſ.& in l.ſi deceſſerit

colum.2.ff.qui ſatiſd.cogan.& in l.ex ea.§.in inſulam.col.2.ff.de uerb.oblig. & ita conſuluit ipſemet Iaſ.conſ.135.colũ. 1. uol.2.in quibus locis
Cõis opin. ait hanc eſſe ueram, & communem opinionem Doct.quam ſequitur etiam Alciat. in 2.libro de verb.ſignifi.

12. Et animaduerte circa præmiſſa vtiliter, ꝙ dictum lucrum dotis non uenit communicandum per maritum cum fratribus: quia tanquam aduentitium pręcipuum eſt mariti: ſecundùm Bart.in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur. ff. ſol. mat.l.1. C. de bonis quę lib. cum quo tranſeunt Bal.in l.ſi donaturus.§.fin.col.1. & in l. in actione.§.fin.ff.pro ſocio. Floria.Saly.Angel. Corn.& Fulgoſ.ibi,& Alexan.in addi.ad Bar.inibi,Corn. cõſ.149.colum.2.vol.1.Aret.in §.fuerat col. 19.
Cõis opin. inſtit.de act. & iſta opinio communi calculo ab omnibus Scriben.eſt approbata: ſecundùm Florian. in l.filia. §.ſi filius.colum.4. ff.famil. erciſc. Crotum in d.l.frater à fratre. ff. de cond. indeb. colum 24.& omnes Moder.Baldũ Nouellum in tract.de dote,in 6.parte,ſpeciali.37.Campeg.in cod.tract.de dot.in 5.par.q.7. & Moder. in c. in pręſentia,de probat.

¶ Sed in iſta quæſtione reperiuntur tres aliæ opiniones contrariæ,quæ communiter reprobantur per Moder.in d.l.frater à fratre, & per Doc. ſupra citatos.

13 Interpretatur vlterius præmiſſum ſtatutum diſponens,quòd maritus per mortem vxoris cũ liberis lucretur dotem,non habere locum vbicũque maritus tranſiret ad ſecunda vota,& ſic propter tranſitum ad ſecundas nuptias maritus perdit huiuſmodi lucrum quò ad proprietatem: ſecundùm Bal.in authen.uxore.C.de ſecun.nupt. in auth.ex teſtamento.C.cod.tit.& in l.pro hæreditariis,col.2.C. de hęred. act. idem uoluit Saly. in leg. fœminæ. §.illud.C.de ſecun. nup. Roma. in l.ſi cùm dotem.colum.10.ff.ſolut.mat. & conſil.190.col.fin.Alex.in l.1.§.hoc autem.col.2.ff. ad Trebel.Corn.conſ.269.colum.fin.vol.4. & in d.authen.ex teſtamento,Paul.de Caſt.in l.fin.C. de bonis mat.& in l.2.ff.ſol. matr. & iſtam fate-
Cõis opin. tur eſſe magis communem opinionem Boerius deciſio.185.num. 7. cum aliis ſeq.,Ruinus conſ. 101.uol.1.& Ripa in d.l.fœminę.

¶ In contrariam uerò partem titubanter inclinarunt Bal.& Corn.in l. fin. C. de bonis mat. per illum text. Tamen reperio Cremen. in ſing. vltimo,aſſeuerantem ſe conſuluiſſe contra Bal.in d.l.fin.ubi admonet,quòd Ant.de But.idem cõſuluit,conſ.exordiente,Circa examinationem,& reperio ſimiliter fuiſſe iudicatum in Curia Burdegalenſi contra dictum Bal. in d.l.fin.vt atteſtatum apparet per Boer.in d.deciſ.185.num.7. cũ aliis ſeq. Vnde reprobata communiter per Scriben.iſta ſecunda opinione Bal.quæ de iure optimis fundamẽtis, & rationibus reprobari poſſet, inhæreo primę opinioni communi, ſecũdũ meũ ſolitum,& conuentũ inſtitutũ, ſtylum,& morẽ.

14 Interpretantur prædicta ſeptimo loco ſimiliter,quòd ſi ſtatutum loci vxoris, ea præmortua abſque liberis, diſponeret deferendum eſſe lucrum totius dotis: tunc attendendum eſſet ſtatutum loci mariti,non autem vxoris: ſecundum Archid.in c.illud.12.diſt.Bar. & omnes communiter in l.cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide cath.& in l. exigere dotem. ff. de re iudic. Bal.conſ.32.col.1.& conſ. 208. uol. 3. conſ. 53. colum.fin.vol.5.Alex.conſ.100.col.1.uolu. 1. & conſil.129.colum.2.vol.7.Cuma.conſ.25. col.1. & conſ.109.col. 2. ubi aſſerit hanc eſſe commu- Cõis
nem opinionem,& Curt.Iun.conſ.129. opin.

¶ Et quamuis nonnulli Doctor. & pręſertim Ang.in d.l.exigere dotem,aduerſentur, ac contradicant mentionatæ communi ſententiæ,tenẽdo,quòd ſtatutum loci uxoris inſpiciendum ſit, vbi celebratus fuit contractus dotis:attamẽ propter hoc non diſcedo à dicta communi,à qua diſcedere hæreticum eſſet in iudicando, & conſulendo: vt aſſeuerat Soc.Iunior,conſ.14. uol.1. ſequendo communem opinionem,& Iaſ.in l.1 numero 24. cum aliis ſequentibus. C. de ſumma Trinit. & fide catho. ubi iſtam communem opinionem limitat in ſeptem caſibus.

15 Et intantum hoc procedit,quòd ſi vxor duxerit maritum ad eius domum, attendatur ſtatutum domicilij ipſius mariti in lucro dotis, & non ſtatutum loci uxoris: vt per Bald. in l. cùm quædam puella,colum.1.ff.de iuriſd.om.iud.cui conſentit Ioan.Bapt.de Sancto Seueri. aliàs Caccialupus,in repet. l. cunctos populos, ſol.19. C. de ſumma Trinit.& fid.cath.

¶ Sed contrarium tenuit idem Bal. reuocando ſententiam in melius,in l.fin.C.ſi à non compet.iud.iudic. fuer. colum.1. videlicet, quòd in iſto caſu attendatur domicilium vxoris, & non viri.& hoc idem uoluit ſequendo Bald.in d.l. fin. Alex.in addit. ad Bart. in d. l. exigere dotem in princ.& Curtius Iunior ibi,& Cagnolus colũ. 4. Dec. conſ.283.col.5.Fely.in c.1.col.14.de ſponſal.& Iaſ.in d l.cum quædam puella.colum.1.& iſta eſt communis opinio: ſecundùm Purpuratum.in d.l. cunctos populos,nu.120.quam qui- Cõis
dem communem declara,& intellige procedere, opin.
vt per Fely.in d.c.1.in 3. limit.

SVMMARIVM.

1 *STATVTA inferiorum appellationem prohibentia nullam firmitatem habent.*

2 *Statutum condere poteſt Ciuitas, & in cauſis ſummarijs procedatur appellatione remota.*

3 *Statutum conditum à Ciuitate, primam, atque ſecundam appellationem habente, poteſt prohibere appellationem.*

4 *Appellationem ſolus Princeps poteſt prohibere, & committere*

mittere in reſcripto, ut procedatur in cauſis appellatione remota.

5 *Appellatione prohibita non cenſetur prohibitus recurſus ad ſuperiorem per uiam ſupplicationis, & querelæ: quia ſi non poteſt appellari, poteſt querelari.*

6 *Appellare licèt non poſſit officialis in ſyndicatu condemnatus: tamen poteſt ſupplicare in terris eccleſiæ, ſed in Regno obſeruatur contrarium: cùm in eo nullatenus retardetur executio ſententiæ promulgatæ in ſyndicatu contra officialem per appellationem, & querelam.*

7 *Statutum, ob quod prohibetur appellatio, Princeps confirmare poteſt.*

8 *Statutum diſponens, quòd exceptio nullitatis opponi non poſſit contra ſtatuta non ualet.*

9 *Statutum licèt prohibeat appellationem, & querelam; tamen tunc poteſt proponi nullitas.*

10 *Nullitas proponi poteſt, etiam quando appellatio ſublata ſit per quærelam appellatione remota.*

11 *Statutum tollens facultatem proponendi nullitates licèt ualeat: tamen non procedit ſi nullitas euidens, & manifeſta ſit: tunc enim non obſtante tali ſtatuto opponi poteſt de nullitate ipſa.*

12 *Manifeſtum habet vim quaſi ſententiæ.*

13 *Manifeſtum non indiget probatione, nec expreſſione aliqua.*

14 *Notorium notorietate iuris, inducunt acta iudicij.*

15 *Notorium eſſe, debet conſtare ex actis.*

16 *Nullitas notoria impedit executionem ſententiæ: & tunc idem iudex etiam poteſt retardare executionem ipſam.*

17 *Nullitatis notorium induci poteſt, etiam ſi adhuc notorium non ſit, ſed fieri poſſit notorium ipſius nullitatis ob paratas probationes.*

18 *Notorium reſultans ex actis non indiget allegatione, & propoſitione.*

19 *Notorium ex facto iuris reſultans, non eſt opus, vt à parte allegetur: quia aliundè elicitur.*

20 *Statutum tollens facultatem proponendi nullitates non procedit, quando proceſſus eſſet nullus ex defectu iuriſdictionis iudicis iudicantis: tunc enim nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis nunquam ſublata intelligitur.*

21 *Statutum tollens exceptionem non intelligitur tollere exceptionem notoriam.*

22 *Statuto non obſtante, quòd non poſſit appellari, poſſet tunc appellari à ſententia, à qua quis pronunciaret ſe iudicem incompetentem eſſe.*

23 *Statutum, quod à ſententia arbitri non poſſit appellari, nec ſupplicari, nec de nullitate opponi, nec aliquo modo excipi, non tollit ſingulare remedium reſtitutionis in integrum.*

24 *Statutum prohibens appellari, uel officium iudicis implorari, non tollit remedium reſtitutionis in integrum.*

25 *Statutum prohibens facultatem appellandi, ac de nullitate opponendi non impedit, nec ligat manus iudici, vt ipſe officium ſuum exercere nequeat, & minorem in integrum reſtituere.*

26 *Statutum tollens iudicis officium non cenſetur tollere officium, quod iudex à ſeipſo interponit.*

27 *Statutum tollens omnia remedia, non videtur tollere remedium extraordinarium, & ſic officium iudicis.*

28 *Statutum excludens omne remedium, intelligitur excludere duntaxat remedium ordinarium, non autem extraordinarium.*

29 *Officium iudicis non videtur excluſum, etiam quando remotum ſit omne remedium.*

30 *Statutum prohibens appellari, petique reductionem laudi ad arbitrium boni viri, non impedit tunc quin poſſit peti reductio ex enormi, & enormiſſima læſione.*

31 *Laudum latum ad fauorem alicuius per arbitros, approbatum, & confirmatum per iudicem reclamationis, mandatur executioni in Regno, nec auditur appellans: niſi prius facta reali executione.*

32 *Statutum diſponens, quòd à ſententia lata ſuper reductione, ſiue ſit confirmatoria, ſiue infirmatoria primæ non poſſit appellari, ſi primò fuerit petita reductio ab vna parte, & in ſententia ſuper reductione lata, fuerit læſa altera pars: tunc ipſa pars læſa non obſtante dicto ſtatuto poterit ab illa ſententia appellare.*

OPINIO DCCCXVI.

1 STATVTA inferiorũ prohibentia appellationem, nullam profectò firmitatem habent: ſecundũ Bar. in l. omnes populi. 3. quæſt. principali. ff. de iuſt. & iur. cuius doctrinam ſequuti ſunt omnes Legiſtæ uniuerſaliter ibi, & Canoniſtæ in c. ſicut Romana, de reſcrip. vbi Ripa, num. 19. intonat iſtam eſſe cõmunem opinionem Doctorum vtriuſque claſſis, cui innititur etiam Bal. conſ. 86. vol. 3. & Rolan. à Valle conſ. 29. Quæritur an à ſententia lata, num. 5. cum aliis ſeq. uol. 1. Cõis opin.

2 Sed iſthæc communis claudicat primò, quòd licèt ſtatutum conditum à Ciuitate appellationem prohibere, tollereque nequeat: tamen ſtatutum condi vtique poſſet à Ciuitate, quòd in cauſis ſummariè procedatur appellatione remota. ita Bal. in l. fi. C. quorum appel. non reci. Alex. poſt Bar. in 1. conſti. Digeſtorum. §. omnem.

3 Secundò claudicat etiam communis memorata, vbicunque Ciuitas haberet cognitionem primarum, ſecundarum, & tertiarum cauſarum: tunc enim ſtatutum conditum à Ciuitate primam, atque ſecundam appellationem habente, poſſet indubitanter prohibere appellationem: ſecundùm Raph. Cuma. conſ. 136. col. 3. & Rolan. in d. conſ. 29. ſub num. 5.

4 Tertiò limitatur quoque eadem communis locum non obtinere in ſupremo Principe, qui ſolus poſſet prohibere appellationem, & committere mediante reſcripto, vt procedat in cauſis appellatione remota, & tũc appellari nequit modo aliquo. l. 1. in fi. & ibi Glo. & Bar. ff. à quib. appel. non lic. & c. paſtoralis, ubi Dec. & alij de appella.

5 Quar

5 Quartò cohar&atur ſimiliter preſens communis opinio, quòd ubicunque eſſemus in caſibus in quibus eſſet prohibita appellatio à ſentẽtia: non tamen tunc foret modo aliquo prohibitus recurſus ad ſuperiorem per viam ſupplicationis, & quærelæ: quia etſi non ualet appellari, poteſt vtique quærelari. l. 1. & auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer. & eſt Glo. in c. quærelam, de procurat. communiter approbata ibi ab omnibus, & in Clemen. conſtitutionem. §. inſuper, de ele&. cui inhærent etiam Corſet. in ſingu in uerb. Quærela, el 2. & Rolan. à Valle conſ. 38. de duobus quæritur. num. 7. cum aliis ſeq. uolum. 2. qui ambo iſti Do&. aiunt iſtam eſſe communem ſententiam, & obſeruandam in conſulẽdo, & iudicando, & ſequitur etiam Ioan. Cephal. conſilio 163. Dominus Philippus Giordanus, numero 6. uol. 2.

Cõis opin.

Cõis opin.

6 Et infert ex his vtiliter quidem Amod. Iuſtinus in tra&. ſyndicatus, fol 15 & 35. ad quæſtionem officialis condemnati in ſyndicatu, quòd ſi certò ſciret iniuſtè ſe condemnatum, poſſet vtique recurrere ad ſupplicationis remedium: nam non eſſet ſibi aliter prohibita ſupplicatio, per d. auth. quæ ſupplicatio, & ita obſeruatur in pra&ica in terris eccleſiæ: vt meminit Grammat. cum aliis congeſtis per eum, deciſ. 35. num. 4. Sed in Regno etiam per querelam, & appellationem interpoſitam non retardatur modo aliquo executio ſententiæ prolatæ per ſyndicatores contra officiales: vt apertiſsimè diſponitur in pragmatica 38. Regiæ dignitati, aute fin.

7 Quintò reſtringitur quoque prelibata communis, quòd Princeps ſtatutum ipſum, ob quod prohibetur appellatio, confirmat. poſsit: vt efficax extat teſtimonium Saly. in l. fin. C. de ſent. & interloc. om. iud. Bald. in d. conſilio 86. & Marſil. in ſing. 71.

8 Sextò itidem interpretatur hæc eadem communis ſententia, quòd quemadmodum non ualet ſtatutum appellationem prohibens: ita pariformiter ſtatutum diſponens, quòd exceptio nullitatis opponi nequeat contra ſtatuta, minimè valeret, neque teneret. ita Bal. in l. 2. colum. 2. C. de his quæ pœn. no. Barth. Cæpol. in rub. de uer. ſignif. in vltima par. princ. & Alexan. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam.

9 Septimò interpretatur etiam utiliter antedi&a communis, quòd quamuis valeret ſtatutũ appellationem admitti prohibens: tamen nullitas proponi poſſet tunc, etiam quòd ſtatutum ipſum tolleret appellationem, uel quærelam: ſecũdùm Papienſ. in ſua pra&. in forma execut. ſent. diffi. num. 8. & ſeq.

10 Necnon nullitas ipſa proponi poſſet etiam, vbicunque appellatio ſublata foret per clauſulam appellatione remota: ut voluit Glo. in c. cõquæſtione de reſtit. ſpoliat. Bal. & Ang. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdi&. Do&o. omnes in c. licet de ſent. excommu. in 6. & Bald. in addit. Specul. in tit. de appel. uerſ. Dicit ſtatutum.

Cõis opin.

11 Et eſto quòd ualeret etiam ſtatutum tollens facultatem opponendi nullitates aduerſus ſententiam: nihilominus tamen hoc ſtatutum non procederet primò, ubicunque nullitas eſſet euidens, & manifeſta, eaque ſcaturiret ex a&is, & proceſſu: tunc quippè non obſtante huiuſmodi ſtatuto opponi liceret de nullitate. teſte Ant. de Butr. in c. cùm Bertoldus de re iudic. colum. pen. Ang. in l. tale pa&ũ. §. qui prouocauit. ff. de pa&. Ruin. conſ. 74. clariſsimè, nume. 2. & conſ. 144. viſis iis, num. 5. uol. 4. & conſ. 62. diſcuſſo laborioſo, in fin. uol. 5. Dec conſ. 8. viſo pun&o, col. fin. Pariſ. conſ. 97. vt præſentis, num. 20. & 23. uol. 1. & conſ. 98. aſſerta, num. 23. uolu. 5. Boſs. in ſua pra&. in tit. de proclam. quod fit bon. publi. nume. 15. & Corn. conſ. 4. diu poſt conſilium redditum, num. 8. & ſeq. uol. 2.

12 Et ratio eſt. Nam manifeſtũ habet vim quaſi ſententiæ. ita Bart. Alex. colum. pen. & alij omnes in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matri.

¶ Et conſequenter nullitas euidens ex a&is nunquam excluſa cenſetur. Alex. conſ. 200. uiſo, & diſcuſſo, in fin. vol. 2. & conſ. 47. perſpe&is iis, num. 9. vol. 5. Oldrad. conſ. 106. quod litera, num. 4. Curt. Sen. conſ. 59. Dux Philippus, numero 10. Barbac. conſ. 38. exordior, num. 2. uol. 2. Riminal. conſ. 180. uiſa fa&i, nu. 8. & Ruin. in d. cõſil. 74. ſub num. 2.

13 Imò etiam manifeſtum ipſum, redeundo ad propoſitum noſtrum, nec indiget probatione, nec expreſsione aliqua. l. 1. & ibi Bart. ff. de reſti. in integ. & l. 1. ff. de exercitoria, & Spec. in tit. de a&ore. verſ. Quid ſi iſte.

14 Vndè cùm a&a ipſa iudicij reddant notoriũ notorietate iuris. c. ueſtra, & cap. fina. de cohab. cle. & mul.

15 Et tanto magis, cùm notorium eſſe, debeat conſtare iudici ex a&is: ſecundùm Bal. poſt Cyn. in l. ea quidem. colum. pen. C. de accuſa. & Alex. conſ. 98. vol. 4. Ideò non mirandum quippè eſt, ſi nullitas prææallegata tanquàm manifeſta, & patẽs opponi queat, ſtatuto prælibato non obſtãte.

16 Quia vbicunque appareret notoriè de nullitate, ipſemet iudex poſſet dubio procul retardare, & impedire executionem ſententiæ: & tunc ex eodem officio prouideretur: ex quo ipſum officiũ ſubeſt: vt notatur in c. ex literis in fin. de reſt. ſpo. & in c. alieni. 2. q. 7. & per Archid. in c. ſi co tẽpore de reſcrip. in 6. per Innoc. in c. ſi fortè de ele&io. & in c. conſtitutus de filiis presbyter. & per Papienſ. in d. tit. ſeu forma execut. ſent. diffi. ſub num. 5. & per apoſtill. ibi poſt literam B.

17 Imò Card. in Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruc. in fin. idem arbitratur dicendum ſi non eſſet adhuc notorium, ſed fieri, & induci poſſe notorium ipſius nullitatis propter probationes paratas, & ſequitur etiam Oldra. conſ. 12. quæſtio eſt prima in fi. primi numeri.

18 Et denique notorium ipſum reſultans ex

actis eſt tam maximæ efficaciæ, vt illud nullatenus indigeat allegatione, ſeu propoſitione. ita Spec.de iud.deleg.§.7. uerſ. Item ſi eſt ſuffraganeus,& de cita.§.1.uerſ.Sed quid ſi citatus,Rota Rom.deciſ.2.de appel in nouis.& Fely.in c. cùm ordinem.num.11.& ſeq. de reſcript. vbi hoc interpretatur, atque limitat in duobus caſibus nõ procedere.

19 Nam notorium prædictum reſultans, ut ſupra oſtenſum eſt ex facto iuris,nõ eſt opus aliter, quòd id à parte allegetur: quia aliundè elicitur. Abb.in c.afferte.colum.2.de præſump. & l. 1. & ibi Doct.C.qui,& aduer.quos,& eſt text.ſecundũ Innoc.in c.Rainaldus.§.fin.de teſtam.& facit ad hoc etiam text.in c.uenerabilis.§.quia uerò conſtitit, de except. & ibi Bal.in poſitione caſus, & Abb.vltimo notabili.

20 Secundò ſtatutum hoc auferens occaſionẽ proponendi nullitates claudicat etiam non ſortiri locum,ubicunque proceſſus eſſet nullus ex defectu iuriſdictionis iudicis iudicantis:tunc enim nullitas proueniens ex defectu ipſius iuriſdictionis nunquàm ſublata intelligitur:ſecũdùm Glo. vniuerſaliter ab omnibus receptam,in Clem. 1. de ſequeſt.poſſ.& fruct. & Corn.conſ.203.in hac conſultatione uidetur prima facie dicendum,numero 8.uol. 2. ubi mentionem facit expreſsè de ipſa communi. *Cõis opin.*

21 Et ſicut ſtatutum auferens facultatem proponendi nullitatem non procedit,quando nullitas eſſet manifeſta:ita etiam ſtatutum tollens exceptionem,non intelligeretur vtique tollere exceptionẽ notoriam:ut concedit Bal.in rub.C.de probat.poſt princ.Fely.in cap.ex parte.el 2. fallen.5.de offic.deleg.& Abb.conſ.44.in præſenti quęſtione duo ſunt,uol. 1. per Gloſ. in c. ex conqueſtione,in uer.Poſt appellationem. de reſtitu. ſpoliatorum.

¶ Cęterùm aduerte ne decipiaris amantiſsimè lector:quia dicentes de nullitate in Regno à ſententiis,ſiue decretis diffinitiuis magnę Curię Vicariæ,ſeu uim diffinitiui habentibus, quæ ex natura cauſarum,vel ex forma ritus, aut regiarum pragmaticarum haberent executionem paratam,non obſtante appellatione, ſi ſuccumbuerint,tunc ſi ſententia, ſeu decretum fuerit à ducatis ſeptuagintaquinque infra,procurator, ſeu principalis,qui ipſas nullitates propoſuerit, ſoluere tenetur pœnam ducatorum ſex.Si uerò fuerit ſumma ſupra ducatos ſeptuagintaquinque, proponens nullitates,ſeu nullitatem, ſoluere obnoxius eſt pro pœna ducatos duodecim, abſque dilatione aliqua;& actuarius,& ſcriba cauſę tenentur ſtatim interpoſito decreto,per quod fuerit declaratum nullitates non ſubſiſtere, id denuntiare magnifico Perceptori prouẽtuum magnę Curię Vicarię, aliàs ipſi ex huiuſmodi incuria de propria eorum pecunia inſolidum debent ipſam pœnam ſoluere. Vndè ſi cauſa per procuratorem agitaretur, iſque compareret coram eodem cauſæ actuario proponendo nullitates, ſeu nullitatem,& ſuccumbendo poſtmodum,teneretur vtique ad ſolutionem pœnæ antedictę,à cliẽte non repetendę, niſi haberet mandatum ſpeciale à ſuo principali. Sed ſi cauſa per principalem agitaretur, & ipſe proponeret nullitatem, ſeu nullitates memoratas, teneretur quippè ad ſolutionem anteſignatę pœnę.Dicentes uerò de nullitate à decretis interlocutoriis ſimiliter ad finem differendi,ſi decreta ipſa fuerint interpoſita per magnam Curiam facto uerbo in banca, ſuccumbentes tunc ſoluere tenerentur pœnam ducatorum trium:ſi uerò per iudicem domi prouidentem,ſoluere debent carolenos quindecim, exigendos eadem forma ſupra ſeruata. vt ſancitum extitit in anno 1574. die ultimo menſis Martij per regiam pragmaticam, exordientem, Quotidie apud nos multi cõqueruntur actores.

22 Octauo interpretatur ſimiliter pręmemorata communis opinio, quòd licèt ualeret ſtatutũ prohibens,quòd appellare non liceret: attamen tunc ipſo ſtatuto non obſtante poſſet indubitanter appellari à ſententia,qua quis pronunciaſſet ſe iudicem incompetentem:vt determinat Ang. conſ.195.in fin.cui innititur Dec.conſ.49.col.2. & conſil.360.col.1.& Curt.Iun.conſilio 124. numero 13.

23 Nonò coercetur quoque mentionata communis,quòd uigore ſtatuti diſponentis,vt à ſententia arbitri non poſsit appellari, nec ſupplicari,nec de nullitate opponi,nec aliquo modo excipi,non impediatur quis petere reſtitutionem in integrum: quoniam per ſtatutum ipſum, nunquam uidetur tolli ſingulare beneficium reſtitutionis in integrum:vt conſuluit Bald. conſ.208. præmiſsis tribus,& conſ.236. ſtatuto Ciuitatis, volu. 1. Roma.conſ. 90. uiſo themate quęſtionis materiæ propoſitæ,& Soc. Iun. cum aliis congeſtis per eum conſ. 48. uiſo puncto ſupraſcripto, ſub num.55.uol.1.ubi expreſsè deducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

24 Nec utique diſsimilè videtur huic communi ſententiæ Bal. quod notat Alex. in l. ab arbitro,num.11.qui ſatiſd.cogan. quòd licet per ſtatutum prohibeatur appellari, vel iudicis officiũ implorari: tamen poterit peti tunc reſtitutio in integrum. & ſequitur Alciat.in l. poſtquam liti, in fi.C.de pact.

25 Decimò cohibetur etiam anteſignata communis,quòd ſtatutum prohibens remedium appellandi,ac de nullitate opponendi, minimè impediatur iudex officium ſuum exercere,& minorem in integrum reſtituere.ita Barbac.conſ. 80. duo ſunt,nu.8.uol. 3.

26 Imò ſecundum eum inibi ſi ſtatuto foret iudicis officium ſublatum, minimè intelligeretur ſublatum officium,quod iudex à ſeipſo interponeret. & ſequitur Dec. conſilio 524. viſis iis,colum.fin.

27 Vndecimò non extendit communis præmiſſa ui-

ſa uires ſuas, vbicunque ſtatutum tolleret omnia remedia: tunc enim illud non videretur tollere remedium extraordinarium, & ſic officium iudicis: ſecundùm Calc. conſil. 28. illud aſſeram, num. 36.

28 Et hoc idem uidetur concludere Barbac. cõſilio 9. uiſo. num. 5. & ſeq. volum. 1. ibi aſſerendo, quòd ſtatutum excludens omne remedium, intelligatur tantùm excludere remedium ordinarium, non autem extraordinarium.

29 Nam quotieſcunque remotum foret omne remedium, non cenſeretur modo aliquo excluſum officium iudicis: ſecundùm Bar. in d. l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam, Alexã. conſ. 113. viſo themate, num. 12. vol. 5. & ibi apoſtill. Barbac. in d. conſil. 80. num. 8. vol. 3. Bar. & Ang. in l. planè. ff. de pet. hæred. Dec. in dicto conſil. 524. col. fin. & Iaſ. conſil. 133. prima conſideratione, num. 1. vol. 1. & iſta eſt concors, communiſque opinio, vt planè conſtat ex allegatis authoritatibus. *Cõis opin.*

30 Duodecimò claudicat præcitata communis, vbicunque ſtatutum prohiberet appellari, petique reductionem laudi ad boni viri arbitrium: tunc etenim ſtante enormi, enormiſsimaque læſione, poſſet abſque dubio aliquo peti huiuſmodi reductio: vt conſuluit Soc. Iun. cum aliis aggregatis per eum, in d. conſ. 48. numero 49. & 51. uolum. 1.

31 Sed in Regno ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ 21. Et ſi aliqua partium ſe grauatam ſenſerit, tit. de reclamatione laudi, ſeu ſententiæ arbitrorum. Laudum latum ad fauorem alicuius per arbitros, ſeu compromiſſum fuerit neceſſarium, ſeu voluntarium, approbatum per iudicem loci, poſt reclamationem factam mandatur executioni, nec auditur modo aliquo appellans: niſi prius facta reali executione.

32 Cæterùm ipſa Regia pragmatica non uendicaret ſibi locum, vbicunque ſuper reductione, reclamationeque laudi ad boni viri arbitrium, laudum hoc improbatum eſſet: tunc non obſtante d. Regia prag. ſeu ſtatuto, pars læſa appellare poſſet ab illa ſententia: vt voluit Alex. conſ. 106. uiſo themate antepoſito, colum. 3. uolum. 3. & Soc. Iun. conſilio 15. duplex inſpectio, ſub num. 12. & ſeq. & 32. uol. 1.

SVMMARIVM.

1 *GABELLA ſolui non debet de contractu nullo, ſtante ſtatuto diſponente, quòd de contractibus, uel qualibet negociatione ſoluatur gabella.*

2 *Gabella non ſoluitur, niſi quando ex contractu agi poteſt.*

3 *Gabella quæ ſoluenda eſt ex forma ſtatuti de libello, nõ uenit ſoluenda tunc de libello nullo.*

4 *Libellus nullus non eſt libellus.*

5 *Libellus nullus, ſeu ineptus à iudice lacerandus eſt.*

6 *Statutum diſponens, quòd de contractibus, vel qualibet negociatione ſoluatur gabella, non comprehendit legatum.*

7 *Legatum non eſt propriè negociatio.*

8 *Statutum diſponens, quòd de contractu ſoluatur gabelle, non intelligitur de contractu ſuper re ineſtimabili: & ſic ſuper re, quę nullatenus æſtimari queat.*

9 *Gabella ſoluenda de qualibet inſtrumento vigore ſtatuti, non debet iterum ſolui de eodem inſtrumento refecto. Quod non procedit in inſtrumento, cui aliquid additum ſit, nec in inſtrumento omninò refecto: cùm is nouus cenſeatur, & de eo tunc gabella ſoluenda venit.*

10 *Gabella quãuis ſoluenda ſit de negociatione vini, olei, & ſimilium rerum: tamen ea tunc ſoluenda non eſt ab iis, qui vendunt tales fructus in prędiis ſuis recollectos, ſed ab iis, qui emunt, & vendunt.*

11 *Gabella quamuis de contractu ſoluenda ſit: tamen illa tunc ſoluenda non eſt de contractu per reſtitutionem in integrum reſciſſo.*

12 *Gabella non eſt ſoluenda per fideiuſſorem de fideiuſsione, ſtante ſtatuto, quòd de contractu ſoluatur gabella: quia non debet ille duplici onere grauari.*

13 *Statutum ſanciens, quòd de pretio cuiuſcunque rei in contractu deducte ſoluatur gabella, intelligitur de emptione ſolummodo; propter uerbum pretij appoſitum in ipſo ſtatuto.*

OPINIO DCCCXVII.

1 STATVTVM diſponens, quòd de contractibus, vel de qualibet negociatione ſoluatur gabella, non habet locum in cõtractibus nullis: ideoque de contractu nullo non erit ſoluenda gabella aliquo modo vigore dicti ſtatuti: ſecundùm Aluarot. in c. 2. quo tempore miles, in uſib. feud. Bal. in l. non dubiũ. C. de legib. & in l. fin. §. ſed quia. C. commun. de leg. Guliel de Cu. in l. ab emptione. ff. de pact. Bar. in l. ſi conſtante. C. de donat. ant. nupt. Ang. & alios omnes vniuerſaliter, & communiter in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. Marſil. conſilio 117. num. 54. conſ. 120. num. 4. & conſ. 131. num. 25. col. 2. Iaſ. in l. poſsideri. §. Nerua filius, num. 7. ff. de acq. poſſ. Riminal. conſ. 86. numero 13. vol. 1. & ita conſuluit Roma. conſ. 78. licèt communi iure, quo vtimur, vbi copioſus D. Horatius Mandoſius in add. in litera A, congerit alios Doct. complures eiuſdem ſententiæ. *Cõis opin.*

2 Et ratio viuax huiuſcemodi communis aſsignari poſſet iſthæc. Nã gabella nullatenus ſoluitur, niſi quando ex contractu agi poteſt. ita Bar. & Alex. in l. lege Falcidia non habetur. in fi. ff. ad leg. Falcid. Ruin. conſil. 34. num. 9. vol. 4. & Mar. a Soc. conſ. 130. nu. 5. uol. 3.

3 Et quemadmodum gabella non ſoluitur de contractu nullo: ita pariformiter gabella ipſa

cùm

cùm de libello eſt ſoluenda ex forma ſtatuti, de libello nullo tunc ſoluenda non eſt: ſecundùm Iaſ. Claud. Seyſel. Dec. Rip. Cagnol. nume. 117. Bolognet. num. 69. & alios Moder. omnes communiter in l. edita. C. de eden. quo in loco aliud videtur innuere Bart. & malè quidem, contra quem ſtare communem omnium Scribentium ſcholam non obſcurè explanat Cagnol. vbi ſupra, num. 117. & ſeq. *Cōis opin.*

4 Quia libellus nullus non eſt aliter libellus. l. filiusfamiliàs. ff. de teſtam.

5 Et eo magis cùm libellus nullus, uel ineptus, eſt à iudice ſcindendus. ita Gloſſ. Barto. & cæteri omnes vniuerſaliter in l. 1. ff. de offic. aſſeſ. Spec. in tit. de aſſeſ. §. officium, in princ. & in tit. de libelli conceptio. §. ſequitur, verſ. Iudex autem ſi viderit, Bal. conſil. 54. colum. 2. vol. 1. Abb. conſ. 88. colum. 2. vol. 1. in cap. cùm inter, in fin. de cõſuet. in c. ſi clericus laicum, de foro compet. & in c. fin. de libel. oblat. & Curt. Iun. conſ. 163. numero 2. uol. 2. *Cōis opin.*

6 Interpretatur ſimiliter antedictum ſtatutũ, quòd in illo non comprehendatur legatum: vt per Ioan. Lupi in rep. rub. de donat. inter uir. & vxor. §. 68. num. 13. & per Ioan. Berthach. in tracta. de gabell. in 8. part. de gabel. contractuum. 3. quæſt.

7 Ex quo legatum ipſum non eſt propriè negociatio: ſecundùm Barto. in l. cætera. §. ſed & ſi quis ad opus. ff. de leg. 1. quem ſequuntur omnes Doct. communiter ibi, & paſsim in iure noſtro, teſte inibi Iaſ. nu. 16. *Cōis opin.*

8 Tertiò non intempeſtiuè declaratur ſtatutum hoc, quòd de contractu ſoluatur gabella, vt non intelligatur de contractu ſuper re inæſtimabili: vt voluit Bart. in l. 4. §. toties. in fin. quem legit cum §. prætor ait. ff. de dam. infect. & in l. ita tamen, in princ. ff. de adminiſt. tut. Bartho. Cæpol. in rub. colum. 14. ff. de uer. ſignif. Paul. Caſt. in l. benignius, de legi. Cagnol. in l. 1. ff. ſi certum pet. num. 61. Ang. Imol. Alex. & alij omnes communiter in d. §. prætor ait. ubi Roma. explanat hoc procedere ſi res nullo modo poſſet æſtimari; aliàs ſecus. *Cōis opin.*

9 Quartò interpretatur quoque ſtatutum memoratum, quòd gabella ſoluenda de quolibet inſtrumento per ſtatutum, vt non debeat ſolui iterum gabella ipſa de eodem inſtrumẽto refecto. ita Anto. de Butr. in cap. 3. in Gloſſ. de iudic. & Alex. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uerb. obligat. & in l. 1. §. ſi quis ædificium. ff. de oper. nou. nuncia. in lect. & in add.

¶ Sed hoc non ſortitur quippè locum, vbicunque huic inſtrumento refecto aliquid adderetur: vt firmat Alex. in d. §. ſi quis ſimpliciter, per notata ibi in Glo.

¶ Nec itidem procederet ſtatutum prædictũ quotieſcunque contractus foret omninò refectus: tunc enim cùm is nouus cenſeatur, gabella ſoluenda nempè uenit. teſte Ant. Butr. in c. 3. column. pen. de iure patro. & Iaſ. in l. ius ciuile, num. 19. ff. de iuſt. & iur.

10 Quintò prædicta interpretantur etiam, quòd licèt gabella ſoluenda ſit de negociatione vini, olei, & ſimilium rerum: tamen ea ſoluenda non eſſet ab iis, qui vendunt huiuſmodi res in prædiis ſuis perceptas, ſed ab iis qui emunt, & uendunt. c. eiiciens, diſt. 88. Abb. conſil. 6. in fin. uol. 2. Dec. in c. eccleſia ſanctę Mariæ, col. fi. de conſt. & Iaſ. in dicta l. cætera. §. ſed & ſi quis ad opus, colum. 2. ff. de leg. 1. & Grauet. conſilio 6. numero 116.

11 Sextò interpretandum neceſſariò venit quoque prælibatum ſtatutum, quòd quamuis gabella de contractu ſoluenda ſit: nihilominus tamen gabella ipſa ſoluenda aliter non eſt de contractu per reſtitutionem in integrum reſciſſo. ita Riminald. conſ. 306. preſens articulus. uol. 1.

12 Septimò ſimiliter hoc ſtatutum de ſoluenda gabella pro contractu claudicat etiam, vt locum ſibi non uendicet modo aliquo in fideiuſſore propter rationis diuerſitatem: ne ille grauetur duplici onere: ſecundùm Ripam, col. 10. & alios Moder. omnes in l. 1. ff. ſi cer. pet.

13 Octauò ſtatutum diſponens, quòd de pretio cuiuſcunque rei in contractu deductæ ſoluatur, ſoluique debeat gabella, intelligitur abſque dubio aliquo de emptione duntaxat, ob uerbum pretij in ſtatuto appoſitum. teſte Bald. per Gloſ. ibi, in l. cùm dotem. C. de iure dot. cui non vulgari quidem anchora innititur Iaſ. in l. 1. col. 7. C. de iur. emphy.

SVMMARIVM.

1 *IVRA limitatoria, ſeu ſpecialia non tolluntur per ſtatutum, vel per nouam legem, etiam, quòd in eo, uel in ea reperiatur clauſula non obſtantibus ſtatutis, & legibus.*

2 *Ius ſpecialiter competens nunquàm videtur ſublatum per generalem diſpoſitionem ſtatuti, ſeu legis.*

OPINIO DCCCXVIII.

1 PER ſtatutum, uel legem nouam iura limitatoria, ſeu ſpecialia non uidentur ſublata, etiam ſi in ea, uel in eo reperiretur clauſula, non obſtantibus ſtatutis, & legibus. auth. de hęred. quæ ab inteſt. ubi Glo. in ver. Vacantibus, & ibi Scribẽ. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan. ubi Glo. in uerſ. non compelli, & omnes Doct. communiter, Roma. conſ. 40. viſis, conſil. 322. in caſu, & cõſ. 399. vt præſens, col. 3. *Statutum.* *Cōis opin.*

2 Quia ius ſpecialiter competens nunquàm videtur ſublatum. & iſta eſt communis opinio. l. decurionibus, ubi text. Gloſ. & Docto. C. de ſilen-

Cōis opin. ſilentiar.lib. 12. & Gloſſ. communiter approbata in §.prætereà ſi quis infeudatus, & ubi Bald. Iſer. Aluarot. Præpoſ.& alij Doct.de prohib.feu. alien. per Federi.Feiy.in cap.1.col.6.uer. Declara, de reſcrip. Iaſ. in l. ſicut certi.colum.fin.C.de reſcrip. Iaſ.in l.quod dicitur, in ſecundo not. ff. de uerb.oblig.& in l.1.3.nota.ff.ſol.matr.& Cotta,in memorali,in uer. Dos habet &c.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM imponens pœnam corporalem pro homicidio, vel alio delicto, intelligitur ſi dolus adſit, nec lata culpa ſufficit.*

2 *Homicidium commiſſum culpa abſque dolo punitur pœna capitali ſtante ſtatuto imponenti pœnam corporalem pro homicidio qualitercunque commiſſo, etiam quòd fiat ad defenſionem: ſecundùm aliquos, ſed concluditur contrarium.*

3 *Homicida committens homicidium ad neceſſariam defenſionem non incurrit peccatum mortale.*

4 *Homicida ob homicidium per eum patratum ad defenſionem perſonæ pro neceßitate ineuitabili non incurrit irregularitatem.*

5 *Clericus ſicut & laicus poteſt vim ui repellere defendendo ſe, ſuaque bona.*

6 *Clericus ita aggreſſus, vt mortem euitare non poßit, poteſt aggreſſorem mutilare, occidereque, & non incurrit aliter irregularitatem.*

7 *Clericus actualiter celebrans aggreſſus poteſt dimittere celebrationem miſſæ, & ſi ſe tuendo aggreſſorem occideret, poſſet illicò reuerti ad altare, & ſacrificium perficere.*

8 *Homicidium eſt hominis occiſio indebita, atque iniuſta.*

9 *Statutum excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem innocentiæ.*

OPINIO DCCCXIX.

1 STATVTVM imponens pœnam corporalem pro homicidio, uel pro alio delicto interpretatur, & intelligitur ſi dolus adſit, nec lata culpa ſufficit: vt per Barto. in l.1.§.nō autem. ff ſi quis teſt.lib.eſſe. Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. Cyn.Bald.Ang.& Pau.Caſtren.in l. 1. ff.de legib.& per eandem doctrinam idem Pau. de Caſtro in l.etſi ſeuerior.C.de his,qui not. infa. refert ſe euaſiſſe quendam à morte, ubi etiā Alexan.colum.2.ſequitur quoque Dec. alios citans legendo in cap.2.de conſtit. & conſulendo conſil.9.& Marſil.in l.lege Cornelia. num. 3. ff. *Cōis opin.* ad leg. Cornel. de ſicar. & opinionem hanc admittit communem eſſe Claud.Aquenſ.in d.l.1. ff.de legib.num.33.& Iaſ.in l.in actionibus,numero26.ff.de in lit.iur.ubi Dec.& alij reſpondēt omnibus fundamentis pro contraria parte allegatis. Et circa hoc ſcripſimus ſupra latè in Opi. Statutum diſponens,quòd bannitus non poſsit reuerti ad Ciuitatem,circa fin.

2 Sed coarctatur mentionatum ſtatutum nō procedere, quando diſponeret quem corporaliter puniri pro homicidio qualitercunque commiſſo: tunc enim quamuis culpa homicidium committatur, debet reus decapitari: ſecundum Saly.in l.2.colum.3.C.de noxa.& huiuſmodi caſu, ut uoluit ipſe Saly. fortè non diſtingueretur vtrum homicidium factum ſit ad defenſionem; & hoc dictum Salyc.ſequitur Alex. in l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cau.infam.irrog.& Fely.in c. teſtes,col.9. de reſcrip. Licèt hoc firmare non auſus ſit ob contraria relata per eum Caſſaneus in conſuetud.Burgundiæ rub.1.nu.4.

¶ Nam opinio hæc Saly.& ſequacium uidetur nimis ſcrupuloſa,& penitus cæca, & inutilis,& quò tendat neſcio.labitur enim à ueritate omnino in maximam fallaciam, atque inſaniā: & ideò meritò contra ipſam Salyc. opinionem doctiſsimè, religioſiſsimeque conſuluit Franc. Beccius conſil. 51. in caſu propoſito prima fronte dicendum uidebatur,uolu. 1. quem comperi ibi hunc locum præſentis meæ opinionis citaſſe.

3 Et ratio aſsignari poſſet iſthæc ultrà alias quamplurimas allegatas per Bec.ubi ſupra contra Salyc. Nam ob homicidium commiſſum ad neceſſariam defenſionem non incurritur peccatum mortale: vt firmat S. Thom. in ſecunda ſecundæ, quæſt.64.art.5.ad cuius ſententiæ corroborationem multa fundit Ioan. Tabienſis in ſua ſumma Tabiena,in uer.Homicidium.§. 8. & Bartho.Fumus in ſua ſumma Armilla,in uer.Homicidium,ſub §. 2.

4 Quia homicidium patratum ad defenſionē perſonæ pro neceſsitate ineuitabili eſt excuſabile,& ex eo minimè incurritur irregularitas.Clemen.1.de homicid.& firmat Barth.Brix. in c. de his in quæſt. exordiente aliquis repellendo violentiam, quòd in præſenti caſu nulla incurritur irregularitas.cui accedit Hoſtien.in c.2.de homicid.& in c. ſicut, vbi protulit magnum, & vtile quippè verbum,Clementem 4. ita aliàs pronunciaſſe,& ſic etiam Curiam tenere, & obſeruare.

5 Imò hoc amplificatur vtiliter procedere etiā in clerico, qui quidem poteſt ſicut & laicus vim vi repellere defendendo ſe,bonaque ſua.arg.c.ſignificaſti extra de homicid.& c.dilecto, de ſent. excommu.lib.6.vbi diſponitur etiam, quòd quilibet tenetur propulſare iniuriam à vicino, & proximo.

6 Quare ſi clericus ita aggrediatur, vt aliter mortem euitare nequeat,niſi occidat,vel inuaſorem mutilet,hoc agendo non euadit,neque efficitur irregularis: vt in Clem.ſi furioſus, extra de homicid.Nam potius aggreſſor videtur ſeipſum occidere, quàm ab aggreſſo occidi: & ideò ille nullum quippè tunc peccatum incurreret.

7 Et

7 Et hinc eſt, quòd ſi clericus, ſeu presbyter dum actualiter celebraret inuaderetur, rectè profectò, iuſteque dimittere poſſet eo caſu celebrationem: & ſi ſe tuendo occideret aggreſſorem ipſum, poſſet incontinenti reuerti ad altare, & ſacrificium, remque diuinam perficere, etiã alieno ſanguine pollutus: ſecundùm Ioan. de Lignano in tract. de iuſto bello, & Panor. in c. clerici arma portantes, extra de uit. & honeſt. cler. & Dec. in l. vt uim, nu. 8. ff. de iuſt. & iur.

8 Vndè ceſſante peccato, doloque malo in pręſenti caſu, neceſſariò debet ſimiliter ceſſare pœna. Et eo magis cùm opinio Saly. præmemorata penitus diffinitionem ipſius homicidij deſtruere videatur. Nam homicidiũ, ſecũdùm S. Thom. in ſecunda ſecundæ, quæſt. 100. art. 8. ad tertiũ, & in quæſt. de ma. quæſt. 13. art. 4. ad vndecimũ, eſt occiſio hominis iniuſta. cui quidem diffinitioni innituntur omnes Theologi, & Canoniſtę cõmuniter variis in locis, & Bartho. Fumus in d. ſum. Armilla, in uer. Homicidium. §. 1. *Cõis opin.*

9 Vndè ſtante innocentia, puritateque animi ipſius homicidæ, non mirandum ergò eſt ſi innocentibus iura ſubueniũt, ut in præſenti caſu nulla pœna imponi debeat. Quia ſtante ſtatuto excludente omnes exceptiones, non excluderet illud tunc modo aliquo exceptionem innocentiæ. ita Bal. in l. edita, in repet. Paduana, col. pen. uer. Ex tribus autem conſtat. C. de eden. & Ioan. de Ana. conſ. 59. viſa inquiſitione, col. 1. & Marſil. cum aliis aggregatis per eum in ſing. 59. Innocentibus.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, pactum, uel cõſuetudo introducta ad dandum, & ad tradendum aliquid publicę vtilitatis cauſa, ueluti pro fabrica conſtituẽda, vel faciendis paramentis pro cõſequendo ſpiritualia, non eſt obſeruandum.*

2 *Pactum, uel ſtatutum factum poſt traditionem rerum ſpiritualium ad dandum aliquid vel tradendum publicę utilitatis cauſa, ueluti pro fabrica cõſtruenda & ſimilibus pro conſequendo ſpiritualia eſt obſeruandum.*

3 *Statutum, uel conſuetudo diſponens ſimpliciter ſoluendum eſſe aliquid pro lampada ardente ante ſacrã Euchariſtiam eſt rationabilis, & ualet, & tenet.*

4 *Conſuetudo ſoluendi aliquid pro lampada ardente ante ſacram Euchariſtiam non inducitur ex eo, quòd aliqui ex deuotione faciant tales ſumptus, ſed neceſſe eſt, quòd animo inducendi conſuetudinem id ſoluatur, & ſciente, & conſentiente populo uel maiori parte, & nume. 5.*

6 *Conſuetudo ſoluendi aliquid pro lampada ardente ante ſacram Euchariſtiam introducta ab hominibus particularibus de Vniuerſitate animo illam inducendi ſciente & conſentiente populo vel eius maiori parte obligat totum populum & Vniuerſitatem.*

OPINIO DCCCXX.

1 STATVTVM, pactum, vel cõſuetudo diſponens ad dandũ, & tradendum aliquid publicæ vtilitatis cauſa, ueluti pro fabrica conſtruenda, uel pro paramentis faciendis pro conſequendo ſpiritualia, non ualet, nec tenet: ſecundũ Doct. omnes in c. veniens, ext. de teſtib. Panor. & alios communiter in c. cùm M. Ferrariẽ. de conſtit. vbi Ripa, nu. 174. *Cõis opin.*

2 Sed hoc non procedit in pacto facto poſt traditionẽ rerũ ſpiritualiũ: tunc profectò obſeruandum eſſet huiuſmodi pactum, uel ſtatutum: ſecundũ Io. And. & Panor. in d. c. veniens, & iſta eſt cõis opinio, teſte Ripa, & aliis Mod. in d. c. cũ M. Ferrarien. num. 176. *Cõis opin.*

3 Nec habet locum antedicta concluſio, vbicunq; conſuetudo ipſa diſponeret aliquod ſoluẽdũ eſſe ſimpliciter pro lampada ardente ante ſacram Euchariſtiam: tunc enim dicta conſuetudo dicitur rõnabilis. c. ad apoſtolicam, de ſimo.

4 Et animaduerte, ꝙ hęc conſuetudo non dicitur inducta ex hoc duntaxat, ꝙ aliqui homines Vniuerſitatis particulariter ex deuotione fecerunt ſumptus pro ipſa lãpada: quia opus eſt, ꝙ prædicti homines particulares feciſſent impenſas intentione inducendi cõſuetudinẽ, non autẽ ex particulari deuotione: vt per Abb. in c. fin. col. 4. de conſuetudine.

5 Imò requiritur neceſſariò, quòd tales impẽſæ ſciente, conſentienteque vniuerſo populo, vel ſaltem maiori parte eiuſdem fuerint factæ.

6 Et hoc caſu dicta cõſuetudo obligat Vniuerſitatẽ, & totum populũ ad ſoluendũ pro eadem lãpada: ſecundũ Canoniſtas cõiter in d. c. fi. & Legiſtas, in l. de quibus. ff. de legi. quã quidẽ cõem ſequitur, & atteſtatur Rocchus Curt. in d. c. fi. & Ripa in ſuis ſingularibus reſponſis, in tit. de legibus, & conſuetudinibus, cap. 10. nu. 7. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *MVTVS, cæcus, fœmina, & alię perſonę ſimiles de iure inhabiles, vel aliter imperfectę, ad tenendum feudalia, admittuntur ad feudũ, ſtatuto, vel proclamate diſponente, ꝙ qui cœperit bannitum, ſeu aliquem malefactorem habeat tale caſtrũ in feudum.*

OPINIO DCCCXXI.

1 STATVTVM, uel proclama diſponens, ꝙ qui cœperit bannitum, ſeu aliquẽ malefactorẽ habeat tale caſtrum in feudũ: tunc mutus, cœcus, fœmina, & aliæ ſimiles pſonæ de iure inhabiles, vt in c. 1. an mutus, uel aliter imperfect⁹ in uſib. feu. ad feudũ admittũtur: ſecundùm Gui. de Cu. Bal. Saly. Ro. & Alex. in l. filiusfamiliàs. ff. ſi cer. pet.

Cōis opin. pet. & Iaſo. ibi nu. 3. cum aliis ſequen. dicit iſtā doctrinam Gui. ab omnibus cōmuniter approbari, & hoc idem tenet ipſemet Iaſ. in l. 1. nu. 14. in 2. lect. C. de ſacroſan. eccle. & l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. non. nun. Alex. conſ. 35. nu. 5. lib. 6. Alber. in tract. de ſtat. in prima par. q. 181. Bald. in tract. de ſtat. in uer. Capere, ver. Caſtrum, & Alciat. de uer. ſignif. lib. 1. fol. 8.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM puniens delicta intelligitur de conſumatis, non de attentatis.*

2 *Verba ſtatutorum ſunt propriè, & non impropriè intelligen da.*

3 *Conſuetudo generalis, quæ uiget per vniuerſum mundum, derogauit omnibus legibus diſponentibus conatum puniri, etiam non ſequuto effectu.*

4 *Affectus etiam non ſequuto effectu punitur in crimine læſę maieſtatis, & proditę, & expugnatæ patriæ.*

5 *Expugnans patriam committit crimen læſę maieſtatis.*

OPINIO DCCCXXII.

1 STATVTVM puniens delicta, intelligitur de cōſumatis, & non de attentatis. vndè ſi ſtatutum diſponeret, quòd ſi quis doloſè occiderit hominem pœna mortis puniatur, intelligitur ſecuta morte effectualiter tantùm, & non aliter: ſecundùm Bartol. & omnes communiter, in l. is qui cum telo. C. ad legem Corn. de ſicar. Bartol. in l. 1. §. Diuus. ff. eod. titu. Bald. & omnes in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & in authen. ſed nouo iure eodem tit. Ioan. de Imol. in c. 1. de præſump. & hoc latè probat, & confirmat per nonnulla alia ſimilia exempla Marſil. in l. qui falſam monetam, nu. 23. cum multis ſeq. ff. de falſis, & Grammat. deciſ. 2. per totam, vbi refert ita in contingentia facti fuiſſe iudicatum in Sacro Regio Concilio Neapolitano.

2 Nam ſtatutorum uerba neceſſariò debent propriè intelligi, non autem impropriè, & fictè, ubi abſonus intellectus non ſequitur: & ſic ſtatuta ipſa requirunt caſum uerum, & non fictum. l. 3. §. hęc uerba, ubi Bart. no. ff. de negociis geſtis, & alij Doct. in l. 1. ad leg. Corn. de ſicar. & iſtam Cōis opin. aiunt eſſe communem opinionem Dec. in l. non vult hæres, nu. 4. cum aliis ſeq. ff. de regu. iur. & Auguſt. Berous in c. ſi quis epiſcopus, num. 6. de accuſat. Et circa hoc diffuſius ſcripſimus ſupra in Opinio. Statutum diſponens, quòd mulier, & minor non poſſint contrahere, in decima limitatione.

3 Et eo maximè prædicta uera ſunt: cùm hodie per conſuetudinem generalem totius mundi derogatū ſit omnibus legibus diſponentib. us conatum puniri, & conſequenter per talem conſuetudinem conatus non punitur, niſi ſequatur effectus: ſecundùm Spec. in tit. de accuſa. §. 1. cū quo ſentiunt Ang. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & cæteri in l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quiſque iur. Fely. in tract. quādo conatus puniatur, in 3. col. cum aliis abundè congeſtis per Marſil. in d. l. qui falſam monetam, nu. 24. & hoc idē tenet Boer. deciſ. 306. num. 3. & Hieronymus Chucalon, in add. ad Dec. in d. l. non vult hæres, ubi admonet hanc eſſe cōem opin. & Grāmat. quoque in d. deciſ. 2. num. 19. Cōis opin.

4 Sed hoc declarāt non procedere Ang. Paul. Caſt. & Iaſ. in d. §. hæc autē uerba, in crimine proditæ ac expugnatæ patriæ: quorū quippè opinionē in iſtis duobus caſibus dicit cōem Boerius, in tract. de ſeditioſis, circa fi. nu. 41. & ſeq.

5 Et iſte vltimus caſus cōprobat̄ ex eo, quod ſcripſit Soci. conſ. 121. prætermittenda eſt diſputatio, col. 2. uol. 4. ubi dixit, ꝙ ille, qui uenit ad expugnandū patriā cōmittit crimen læſæ maieſtatis: ut habetur per Bart. in extrauag. qui ſint rebelles, in uer. Tenore, & in uer. Rebellādo, & per Doct. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.

SVMMARIVM.

1 *IMMVNITAS alicui conceſſa ab omnibus, & quibuſcunque oneribus cum clauſula non obſtantibus quibuſcunque non includit onera taxarum, equorum, & hoſpitationis militum ſtante ſtatuto diſponente, quòd ad onera taxarum, equorum, & hoſpitationis militum etiam exempti teneantur. exceptis his qui à Principe literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione habuerint, niſi in ſpecie nominentur.*

2 *Statutum circa onera dicitur tranſire in contractum, & non poteſt reuocari abſque ſpecialiſſima derogatione.*

3 *Onera taxarum equorum, & hoſpitationis militum ſunt onera realia.*

4 *Nemo poteſt ſe excuſare ab oneribus realibus etiam ſi eſſet exemptus & priuilegiatus.*

5 *Status pacificus, & publica quies conſeruatur armorum intuitu.*

OPINIO DCCCXXIII.

1 STATVTVM diſponens, ꝙ ad onera taxarum, equorū, & hoſpitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis his, qui à Principe literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione illius ſanctionis habuerint, quo caſu non ſufficit clauſula immuniatis omnibus, & quibuſcunque oneribus, cùm

cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq;,etiā ſi de uerbo ad uerbum deberet fieri mentio in ſpecie, quibus omnibus derogetur niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate, etiam reſpectu taxarum equorum, & onerum belli cum derogatione iſtius ſtatuti:ſecundùm communem opinionem omnium Doct. quam citat,& ſequitur Deci.conſ.165.viſo,col.2.& ſeq.conſ.168.uerecundè,col.pen.Iaſ.conſ.121.uol.4.Fely.in c. accedētes.col.3.de reſcrip.& Gomeſi. in prooemi. reg. cancel.95.& iſta eſt communis opinio. Cōis opin.

2 Et comprobatur. Nam ſtatutum ipſum circa onera dicitur tranſire in contractum, adeò quod non poſſet reuocari ſaltem abſque eius ſpecialiſſima derogatione:ſecundùm Ludo.Bolog. conſ. 4.viſo,col.fi.& Rube.Alex.conſ.9.in cauſa,col.2.

3 Onera enim taxarum, equorum & hoſpitationis militum,ſunt onera realia,à quibus nemo poteſt ſe excuſare.

4 Etiam ſi eſſet aliàs priuilegiatus, & exemptus:vt per Pariſ.conſ.52. tenetur,uol. 1.Rube. Alex.in præcitato conſ.9.num.6 per tex.in l. 3. §.munus,& in l.reſcripto.§. ſciendum, ubi Bart. num.3.ff.de muner.& hon.

5 Et quia etiam ſtatus pacificus, & publica quies conſeruatur armorum intuitu: ut uoluit Signorol.de Homod.conſ.82.n.6.in quæſtionib.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens ſuper gradibus, uel de gradibus loquens,interpretari, & intelligi debet de gradibus iuris ciuilis, & computatio fieri debet ſecundùm ius ciuile.*

2 *Computatio graduum,ſecundùm ius canonicum,dicitur impropria.*

3 *Computatio graduum fieri debet ſecundùm diſpoſitionem, & computationem iuris ciuilis non autem canonici,etiam in terris eccleſiæ:ſiquidem computatio graduum,quæ fit de iure canonico,ſolummodò locum habet quò ad matrimonia,non tamen quò ad alia.*

OPINIO DCCCXXIIII.

1 STATVTVM diſponens ſuper gradibus, uel de gradibus loquens,debet interpretari, & intelligi de gradibus iuris ciuilis,& fieri computatio graduum ſecundùm ius ciuile.ita tenent,& concludunt per quamplures rationes Iacob.Butrig. & Bal.in l.fin.C de ſucceſ.edict.& inter alias rationes aſsignant iſtam.

2 Quia computatio graduum ſecundùm ius canonicum eſt impropria.ſequitur ibi Alex.nu. 6.Bar.in l.Iuriſconſultus.§.1.ff. de grad.affin. & in d.l.fi.& idem ibi Saly.& Iaſ.in d.l.fi.nu.12.& & Dec.nu.14.& Alber.Brun.in trac.quod ſtantibus maſculis,art.5.nu.20. ſub quæſt. 2. vbi etiā latè diſtinguit ante,nu.20.& idem conſuluit Bart.in conſ.exordiente.quæritur utrū gradus.& iſta eſt communis opinio: vt per Cottam in memorali, Cōis opin. in uer.Graduum computatio,& Mod.in d.l. fin. ubi Iaſ.Dec.& alij Scriben. ampliant, limitant, ac diffusè declarant in pluribus caſibus dictam communem.

3 Et quia etiam computatio ipſa graduum regulariter fieri debet ſecundùm computationem iuris ciuilis,non autem computationem iuris canonici etiam in terris eccleſiæ. Nam cōputatio graduum,quæ fit de iure canonico,habet locum duntaxat quò ad matrimonia, non tamen quò ad alia:vt firmauere Glo.& alij omnes Doct. in §.hactenus,inſtit.de grad.cog.Cy.Bal.Alex.Iaſ. & cæteri in d.l.fi.& Fely.in c. ex literis de conſti. Cōis opin. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *CONDEMNATVS ad mortem pro crimine, ac delicto capitali efficitur ſeruus pœnæ.*

2 *Condemnatus ad pœnam mortis per ſententiam vigore contumaciæ, & fictę confeſsionis ex forma ſtatuti, non efficitur ſeruus pœnę donec venerit in iudicis poteſtatem.*

3 *Sententia lata contra cōtumacē potius præſumitur propter uitium contumacię lata, quā propter ius partis.*

4 *Sententia lata contra contumacem nunquam tranſit in rem iudicatam.*

OPINIO DCCCXXV.

1 REVS pro crimine,ac delicto capitali condemnatus ad mortē mediāte ſententia diffinitiua ſecundū formam iuris cōmunis,efficitur ſeruus pœnæ.l.qui vltimo.ff.de pœnis. Statutum.

2 Sed condēnatus ad pœnam mortis per ſententiā vigore contumaciæ, ac fictæ confeſsionis ex forma ſtatuti non efficitur ſeruus, donec venerit in iudicis poteſtatē: ſecundū Bal. in l. data opera.C.qui accu.non poſ.& in l.1.C.de hæ.inſt. vbi omnes hoc ſequuntur,& in l.eius.§.ſi cui.ff. de teſtam. Et ſic iſta ſententia non operatur effectū ſuū,donec præfatus reus condēnatus ad mortem repertus fuerit:tunc enim ipſi pœna vltimi ſupplicij erit imponenda:& ita ſe habet communis opinio: vt patet ex allegatis per Boer. deciſ. Cōis opin. 268.nu.8.cū aliis ſeq. vbi refert nonnullos Doc. in contrariam ſententiam inclinantes.

3 Et ratio huiuſmodi communis opinionis uidetur iſta.Quia ſnīa lata contra aliquē cōtumacē,potius præſumitur propter vitiū contumacię lata,quā propter ius partis.tex.eſt in l. pſens. ff. de pig.& in l.ſi ideò.ff de euic.& in l. fi. de emp. & uend.quæ iura ad hoc allegat Roma. cōſ.329. præſens conſultatio,col. penult. vbi etiam citat Bar.in l ſæpè.ff.de iud.& in l.res inter alios.ff.res inter alios acta,& Ant.in c.quāuis, de re iud.

4 Imò ulterius dicas, quòd dicta ſententia lata ex forma ſtatuti contra contumacem nunquàm tranſit in rem iudicatam: ut firmauit Ioan.de Anania,in cap.de his, extr.de accuſ. cuius dictum pro ualdè ſingulari, & notabili refert,& ſequitur Ludo.Bolog.conſi.34. circa fin. & Marſil. in ſua pract.crim.in §.ordine ſucceſsiuo, numero 2.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM diſponens, quòd capi poßit debitor perſonaliter ad ſimplicem creditoris nutum,nulla præcedente citatione,non debet ampliari,vt locum ſortiatur in ceßionarium.*

2 *Ceßio facta etiam non potentiori lite pendente non ualet,& cedens incidit in vitium litigioſi.*

3 *Ceßio facta ante litis conteſtatam ualet, ſecus ſi poſt ipſius litis conteſtationem.*

4 *Ceßio facta per minorem non ualet, nam minor ipſe iura ſua cedere nequit ſine iudicis decreto, & authoritate.*

5 *Ceßio actionum facta ex falſa cauſa,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter ea facta ſit,ipſo iure non ualet.*

6 *Ceßio facta ſine cauſa non ualet.*

7 *Ceßio facta per laicum clerico tanquam facta in potentiorem in dubio preſumitur ſimulata, & nulla: quod procedit vbicunque ceßio facta eſſet Epiſcopis,ſeu alijs clericis iuriſdictionem habentibus ſuper laicos.*

8 *Ceßio quæ fit inter uiuos potentiori ratione officij, uel dignitatis non ualet,& cedens debet perdere ius quod habebat.*

9 *Ceßio facta potentiori bona fide ualet: ſecus ſi malitioſè cauſa opprimendi aduerſarium.*

10 *Ceßio potentiori bona fide facta cauſa mutãdi iudicij, inducit,vt ceßionarius per exceptionẽ excludi poßit, ſed non perditur ob hoc actio: nam tenetur eam ex ſemetipſo perſonaliter proſequi: nec poſſet amplius illam alteri cedere.*

11 *Ceßionarius, & creditor ſimul poſſunt præſentare inſtrumentum in Regno ſecundùm formam ritus,ſtante retroceßione facta crediti per ceßionarium creditori,cùm tunc uideatur reintegratum creditum in perſonam creditoris.*

12 *Ceßionarius, & creditor poſſunt ſimul in Regno præſentare inſtrumentum ſecundùm formam ritus, ubicunque creditor ſe obligauit ceßionario in contractu ceßionis prẽſentare ipſum inſtrumentum ſecundùm ipſius ritus formam.*

13 *Inſtrumentum in Regno poteſt præſentari ſecundùm formam ritus per unum ex fratribus, ſeu ſocijs ad fauorem alterius fratris, & ſocij poſt diuiſionem factã bonorum communium, & ſocietatis inter eos: ſi hoc ex pacto inter eos actum ſit.*

OPINIO DCCCXXVI.

1 STATVTVM diſponens, quòd debitor capi poſsit perſonaliter ad inſtãtiam creditoris nulla præcedente citatione, ampliari non debet modo aliquo, vt id etiam tũc locum obtineat in ceſsionario: ſed prius denũciandum neceſſariò eſſet debitori ceſsio facta, liquidandumque, & diſcutiendum ius ceſſum,nec ne fuerit ualidè ceſſum: ſecundùm Bal. quæſt.10.& Salyc. in l.per diuerſas. C. mandati, Alex.in l.poſtulante,col.2.ff. ad Trebel. ubi non obſcurè deducit iſtam eſſe communem opinionem,& Dec.quoq; in l.1.col.fi.ff.ſi cer.pet.cui in nituntur etiam idem Alexand. conſilio 95. uiſis proceſsibus circa lites,num.10.uol. 2. & Marſil. ſing.26. Licèt ex forma ſtatuti,vbi refert cómunem opinionem iſtam aliàs practicaſſe Bononię, in foro mercantiæ in cauſa magni momenti: licèt,& malè quidem aſſeuerent contrarium Pau. Caſtren.conſ.91.col.2.vol. 1.Franc. Scaglionus in ritu 163. Inſtrumentorum appellatione, ſub num.21.& Roma.conſ.38.in caſu propoſito approbo quę conſulta fuerunt,in prin.uidelicet ſtatutum hoc concedens executionem, & capturã contra debitorem, comprehendere etiam ceſſionarium. Cõis opin.

¶ Sed retenta communi memorata tanquã ſacroſancta,aduerte,quòd pręſens difficultas ceſſaret hodie ob clauſulas,quæ apponuntur in inſtrumentis,atteſtante apoſtill.ad Alex.in d.conſilio 95.in litera A, in fin. Cęterùm autumarem ipſas clauſulas in inſtrumento ceſsionis debiti appoſitas non poſſe afferre præiudicium debitori, vt is uigore ipſarum clauſularum capi poſsit ad inſtantiam ceſsionarij non diſcuſſa prius prædicta ceſsione,& citato,uocatoque debitore.

2 Nam multa occurrere poſſent,vt non teneat ceſsio hęc: & pręſertim ſi ea celebrata eſſet lite pendente:ceſsio enim quę fieret non potentiori, ſi actio eſſet dubitata, vt quia foret in litigiũ deducta,ſtante dubio ipſius litis euentu, nõ poſſet regulariter alteri cedi,& cedens indubitãter tũc incideret in vitiũ litigioſi, & puniretur. l.fin.C. de litig.& c.eccleſia,& ibi Gloſ.vt lit. pen.Quod fallit in caſibus ibi poſitis,& not.etiam Abb. in c.ex parte col.2.de alien.iudic.mut.cauſa fact.

3 Sed hoc quippè procederet cum grano ſalis,ubicunque foret facta ceſsio poſt litem conteſtatam:ſecundũ Glo.&alios oẽs in l.lite,& in l.fi. C.de litig.& Ang.in auth.eod.tit.concludentes, quòd ante litis conteſtationem in perſonalibus actionibus teneat ceſsio, nec habeat locum uitium litigioſi, uerùm poſt litis conteſtationem ſic. Licèt Petr.Duennas & malè quidem,in regu. 88. ceſsio regulariter in potentiorem facta eſt nulla, in 3.ampliat.num.3.aſſeueret ipſam ceſſionem,

ſionem tam ante,quàm poſt litem conteſtatam non ualere.

4 Nec non poteſt contingere etiam, ut ceſsio hęc facta ſit per minorem. Nam minor ipſe cedere iura nequiret modo aliquo abſque iudicis decreto,& authoritate.ita Spec.in tit.de act.ceſſ.§. 1.num.19.& Iacob.Philipp. Port. Imol. conſilio 198.num.4.

5 Poteſt itidem occurrere, vt ceſsio ipſa actionum facta ſit ex falſa cauſa:& tunc,ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illa facta extet, ipſo iure non ualet.Bal.in l.fi.C.de fal.cau.adiect.leg.

6 Similiterque etiam poteſt accidere, quòd ceſsio pręmemorata fiat ſine cauſa:tunc enim illa nullatenus ualeret,neque teneret. d.l. per diuerſas,& l.ab Anaſtaſio.C.mandati, & Bar. in l. in cauſæ.§.ex parte.in fi.C.de proc.

7 Poſtremo contingere poſſet etiam,quòd ceſſio fieret per laicum clerico,quæ tanquam facta in potentiorem,in dubio præſumeretur nulla & ſimulata.ita Glo.in c.fin.de alien.iudic.mu. cauſa fact.cui inhęret Iaffred.Lanfranc.cum aliis aggregatis per eum,deciſ. 87. Ceſsio facta per laicum clerico.Sed hæc opinio Gloſſ. & ſequacium

Cõis opin. communiter reprobatur,atteſtante Abb.in d. c. fin.num.2 Iacobino de Sancto Georgio.in l.1.numero 13.C. ne liceat potentioribus. Verùm opinio Gloſ. ſaluari facilè poſſet procedere ſecundùm Pet.Duen.in d.reg.88.in 4.ampliat. nu. 4. cum aliis allegatis per eum,ubicunque ceſsio facta eſſet Epiſcopis, ſeu aliis clericis iuriſdictionẽ habentibus ſuper laicos.

8 Et ratio eſt,iudicio meo, Nam ceſsio, quę fit inter uiuos potentiori ratione officii,uel dignitatis non ualet, & cedens debet perdere ius quod habebat.vt in l.2.C.vt lit.pen.

9 Quod de plano procederet, quotieſcunque ceſsio ipſa fieret potentiori malitioſè,cauſa opprimendi aduerſarium,ſecus autẽ ſi fieret bona fide.arg.in l.ſtipendia.C.de procur.& not.Spec. in tit.de ceſ.act.§.1.verſ.Quod autẽ dixi,& Abb. in d.c.ex parte.col.1.

10 Et hinc eſt,quòd ſi ceſsio fieret potentiori, non equidem malitioſè,ſed eo tantum reſpectu, ex quo ille nobilior, & ditior eſt:ſi fieret inquam cauſa mutandi iudicium, poſſet vtique tunc excludi ceſsionarius per exceptionem.l. pen. & ibi Doct.ff. de alien. mu. iud. verumtamen in caſu hoc non perderetur vtique actio,deberetque, ac teneretur ille qui ceſsit agere: ſed profectò non poſſet amplius illam actionem alteri cedere,nec in ea procuratorem ſtatuere,cæterùm teneretur perſonaliter proſequi.textus eſt in d.l. pen.& ibi Bar.& Abb.in d.c.ex parte.

11 Itaque vt eò redeamus vndè vtiliſsimis digreſsionibus diſceſsimus, aduertendum eſt, quòd licèt in Regno inſtrumentum ſecundùm formam laudabilis ritus pręſentari nequeat per ceſsionarium, vt diſſeruimus amplè ſupra in Opinio. 779. Tamen vterque ſimul ceſsionarius, & creditor poſſet dubio procul pręſentare inſtrumentum ipſum ſecundùm formam ritus: vt voluit Bolognet. in d. l. 1. ſub nume.59.ff.ſi cer. pet. & potiſsimum ea ratione, ſecundum eum ibi, quia ſtante renunciatione facta per ceſsionarium iuri ſuo, cenſetur reintegratum creditum in perſonam creditoris. Et quãuis contra opinionem hanc cõplures rationes efficaciſsimæ, allegari poſſent: nihilominus in practica ab ea non foret aliter recedendum.

12 Sed ad euitandum horribiles illas diſſentientium opinionum procellas,ſuadeo,vt creditor in inſtrumento ceſsionis ſibi reſeruet actionem,facultatemque pręſentandi inſtrumentum ſecundùm formam ritus:& ſic ſe obliget in ipſo inſtrumento ceſsionis creditor de illud pręſentando congruo tempore. & ita ex præſenti remedio, & cautela tollitur omnis altercatio,& res redditur penitus tuta,& clara. & ſic aliàs ex meo conſilio appoſita extitit iſthæc clauſula in uariis, diuerſiſque ceſsionis inſtrumentis, qua mediante inſtrumenta crediti extitere pręſentata per creditorem, & ceſsionarium ſecundùm ipſius ritus formam:& ita in facti cõtingentia meminit Scaglionus in d.ritu 163.ſub nume. 21. in practica obſeruatum vidiſſe.

13 Et hinc negociari cautè quidem admoneo ſocios,& fratres in diuiſionibus bonorum inter eos faciendis:id eſt, ut nomina debitorum, quę partim in faciem unius ex fratribus proprio nomine cantari uidẽtur,& partim in perſonam alterius ex ipſis ſociis:ita diuidant mediante contractu,ſpecialique reciproca promiſsione, vt alter alteri ſe obliget de pręſentando inſtrumenta contra debitores ſecundùm formam ritus: quia cùm iſta ſic reciprocantur, unuſquiſq; ex ſociis, & fratribus poſſet vtique recuperare,conſequique ſuum creditum, uia executiua contra debitores ſibi in diuiſione aſsignatos: dummodò ex huiuſmodi conuentione unus ex ſociis,& fratribus præſentet inſtrumenta ſecundùm ritus formam ad fauorem alterius. Et dum ad meum cõſilium aliàs aliqui clientes confugiere, ita diuiſiones,& contractus celebrati extiterunt, & præſentati omnes alij contractus crediti poſtmodum ſecundùm ipſius ritus formam.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, vel conſuetudo, quòd ceſsio bonorum fiat modo vituperabili non valet, tanquam inducta, ſeu inductum contra bonos mores, & honeſtatem.*

2 *Ceſsio bonorum in Regno quomodò fieri debeat, traditur forma.*

3 *Conſuetudo, ſtatutum, uel præceptum contra honeſtatem, & bonos mores non valet.*

4 *Princeps per eius reſcriptum man lans quem admitti ad ceſsionem bonorum, debet is ſimpliciter recipi ſine aliqua ignominia.*

5 *Conſuetudo contra honeſtatem à Principe approbari non poteſt.*

OPINIO DCCCXXVII.

1 STATVTVM, aut conſuetudo, quòd uolens cedere bonis ducatur cũ tubis per Ciuitatem, uel faciat ignominioſum, probroſumque actum, vt dare terga leoni, vel percutere anum, aut nates ad columnam: prout moris eſt in Capitolio Vrbis, non ualet, neque tenet: ſecundùm Doct. omnes per text. ibi in l. fin. C. qui bonis ced. poſſ. nam hoc uidetur inductum contra honeſtatẽ, bonoſque mores. ita Cyn. Bald. & cæteri omnes communiter in d. l. fin. & Iaſ. cum aliis aggregatis per eum in §. eum quoque, nume. 28. inſtit. de actio. *Cõis opin.*

2 Et ideò meritò in Regno mediante Regia pragmatica, in anno 1546. emanata, incip. Priſcarum legum duritiem, ſancitum extitit ad reprimendum modum hactenus cum infamia obſeruatum in ceſsione bonorum, quòd recurrens ad miſerabile beneficium ceſsionis bonorum debeat omnium bonorum, iuriumque ſuorum nomina creditoribus aſsignare, & in actis magnæ Curię Vicariæ inſinuare, & debitam ſummam confiteri, & alia ſeruare, quæ priſcis legibus in huiuſcemodi bonorum ceſsione ſtabilita fuere: & denique vocatis inſtantibus creditoribus publicè, in die qua regitur Curia in ipſa magna Curia Vicariæ, debeat voce præconis publicari nomen uolentis cedere, & deinde aſcendere ipſe tenetur ſupra columnam erectam ad hunc effectũ ante palatium eiuſdem magnæ Curiæ, aſſerereque alta, & intelligibili voce ſe bonis ſuis cedere, & in actis ipſius magnæ Vicariæ Curiæ inſinuare: prout iſte modus moderatus, modeſtuſq; ſeruatur hodie in ceſsione bonorum. Et ſi aliter fieret in Regno, ceſsio bonorum redderetur vtique nulla: & officiales tunc incurrerent etiam pœnam mille ducatorum, per d. prag. Priſcarum legum duritiem.

3 Et hinc eſt, quòd non valet conſuetudo, ſeu ſtatutum contra honeſtatem, & bonos mores. c. cùm decorem, & c. cùm ab omni, de ui. & honeſt. cler. Abb. in c. cùm inter, in 3. not. de conſuet. & Rocch. Curt. in repet. c. cùm tanto, poſt ſeſsionem primam, num. 30. fol. par. 19. de conſuet. vbi hoc ampliat ſortiri quoque locum in præcepto contra honeſtatem emanato, vt id tunc nullatenus valeat, & refert, diſcurritque etiam complura exempla, quibus conſuetudo dicatur contra bonos mores.

4 Vndè ſi Princeps mandâret mediante eius reſcripto aliquem ad ceſsionem bonorum admitti, deberet nempè recipi ſimpliciter abſque opprobrio aliquo. Nam in ipſius Principis actu gloſſandum non eſt. ita Bal. conſ. 301. vol. 5.

5 Imò denique conſuetudo contra honeſtatem à Principe approbari minimè poſſet: vt concedunt Bal. & Fely. col. 3. uerſ. Vltimo nota in c. ad noſtram de probat.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM loquens, diſponenſque de contractibus, & ſic vt mulier contrahere non poſſit ſine conſenſu propinquorum, habet etiam locum in quaſi contractu, vt in aditione hæreditatis.

2 *Statutum de contractu loquens habet locum etiam in quaſi contractu, dummodò militet eadem ratio in contractu, & quaſi contractu.*

OPINIO DCCCXXVIII.

1 STATVTVM, quòd mulier contrahere non poſsit abſque propinquorum conſenſu, ita & taliter interpretatur, atque procedit, vt illa tunc adire hæreditatem nequeat modo aliquo ſine ipſorum conſanguineorum conſenſu, & ſic quaſi contrahere: quoniam pro contractu accipitur omnis obligatio. l. omnẽ. ff. de iud. Abb. & alij omnes in c. qua fronte. de appel. Paul. Caſtren. Roma. & cęteri vniuerſaliter in l. multum. ff. de acq. hęred. Signorol. conſ. 165. Roma. conſ. 394. præſuppoſito, in princ. Bar. & alij communiter in l. more. ff. de acq. hæred. & in d. l. multum. §. 1. & ita ẽt tenet Matth. de Afflic. in deciſ. 206. n. 6. & Iaſ. in §. omnem. col. 11. & ſeq. inſt. de act. & in l. ſiue apud acta. col. 1. C. de tranſact. *Cõis opin.*

2 Et iſthæc communis, concorſque opinio procederet de plano, atque indiſcriminatim: ſecundùm Roma. in conſ. 12. viſo facto propoſito, cæteriſque conſiliis, ſub num. 6. vbicunque eadem met ratio militaret, vigeretque in quaſi contractu, quæ concurreret in contractu: vt explicat etiam D. Horat. Mandoſ. in addit. Roma. in d. cõſil. 394. ſub litera B, ubi in medium exponit iſtã eſſe communem ſententiam. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 STATVTVM diſponens, quòd vxor teſtari non poſſit abſque viri ſui conſenſu non valet, ſecundum magis communem opinionem.

2 *Statutum exigens tantummodò præſentiam mundualdi in Regno in teſtamento vxoris valet.*

3 *Statutum, quòd minor vigintiquinque annis non poſſit teſtari ſine conſenſu, vel præſentia propinquorum valet: Et ſi teſtamentum ipſum tunc conditum ſit ſine conſen-*

conſenſu à ſtatuto requiſito non ſuſtinetur modo aliquo.

4 *Statutum,quòd filiusfamiliàs teſtari poſsit abſque patris conſenſu ualet.*

5 *Statutum,quòd filiifamiliàs poſsint teſtari;ipſis prohibetur, vt nullatenus valeãt in teſtamento diſponere de vſufructu ſpectante ad eorum parentes in ſuis bonis.*

6 *Statutum, quòd filiifamiliàs teſtamentum conficere poſsint, tunc filiafamiliàs non poſſet teſtari de dote profectitia.*

7 *Statutum,quòd pupillus poſsit adire hæreditatem, & ſe obligare ſine tutore valet.*

OPINIO DCCCXXIX.

1 STATVTVM, quòd vxor teſtari nequeat ſine uiri ſui conſenſu non valet, neque tenet. ita Pau.Caſt.in l.ex facto; in prin.per tex. ibi. ff. de uulg. & pupil.& Alex.conſ.55.conſideratis verbis dicti ſtatuti,in fi.volu. 1. & conſilio 155.volum. 2.

¶ In contrariam vero partem, uidelicet, ꝙ ſtatutum prohibens vxori teſtamentum condere abſque conſenſu viri ualeat, inclinauit Ang. in §.1.in auth.vt factę no. conſtit. & conſil. 126. teſtamenti factio,Bal.in l.3.ff.de teſtam.& Dec. conſ.455.placet concluſio.Quia ſecundum allegatos Doct.poteſtas teſtandi inducta eſt de iure ciuili, quod alio iure tolli poſſet. Sed quicquid iſti Doct. ſuadeant noli aliter recedere à prima ſententia præmemorata tanquàm ſacroſancta, *Cõis opin.* & communi:cui accedit etiam Ioan.Lupi. in repet. c. per ueſtras.§.81.ſub numero 14.& ſequẽ. de don. inter vir. & uxorem, & Cotta in memorali,in uer.Statutum,quod vxor non poſsit teſtari,ubi meminit non obſcurè quidem de prædicta Pauli Caſtrenſis opinione cõiter recepta.

2 Cæterum ubicunque ſtatutum exigeret tãtummodò præſentiam mundualdi in teſtamento vxoris:tunc ex quo tractatur de re merè fauorabili vxori,fragilitatique ſexus proſigua,& non dependenti aliter ab alieno arbitrio ualeret vtique,& tenere:ſecundùm Afflict.deci.160.Nunquam mulier de iure Longobardorum, vbi refert ita extitiſſe deciſum, & iudicatum in Sacro Concilio,& etiam in conſt. Inſtrumentorum robur.cui innititur non uulgari anchora Maran.in tract.de iudic.in 3.par. princ. numero 95. cum aliis omnibus ſeq.& Vrſil.in add.Afflicti in d. deciſ. 160. & ita ſeruatur quotidie in Regno ſine ſcrupulo aliquo.

3 Sed iſthęc communis opinio ita explanata choarctatur primò non ſortiri locum in minore. Nam ſtatutum, quòd minor vigintiquinque annis non poſsit teſtari ſine conſenſu,vel præſentia propinquorum valet, facitque aliàs teſtamẽtum eſſe nullum : & ſic teſtamentum ipſius minoris conditũ tunc ſine conſenſu requiſito à ſtatuto non tenet modo aliquo. teſte Bar. in l. non idcircò. C. de codi. cum quo ſentiunt omnes ibi *Cõis opin.* communiter,& in l.2. ff.de leg. 1.& Bald.in l.fin. col.ult.ver.Extra quæro.C.de fideicom.

4 Secundò claudicat eadem communis etiã, vt locum non obtineat in filiofamiliàs : quoniã ſtatutum,vt filiusfamiliàs teſtamentum abſque patris conſenſu condere poſsit, valet,& tenet.ita Ioan. Ceph. conſ. 256. videbatur prima fronte, num.36.uol.2.

5 Verùm ſtante huiuſmodi ſtatuto, vt teſtamentum filiisfamiliàs condere liceat, non licebit vtique tunc filiis in teſtamento diſponere de vſufructu,quem in eorum bonis ad parentes ſpectare legumlatores decreuerunt : ut uoluit expreſsè,conſtanterque Bald. in l. ſi quęramus. ff. de teſt.& Ceph.in d.conſil 256.nu.37.

6 Nec ſimiliter ſtante prælibato ſtatuto, vt filiifamiliàs teſtamenrum conficere poſsint, minimè valet teſtamentum filiæ de dote profectitia conditum:ſecundùm Cæph.in terminis in dicto conſilio 256.

7 Et licèt ſtatutum non ualeat,quòd vxor teſtari non poſsit abſque uiri conſenſu:tamen ſtatutum diſponens, quòd pupillus poſsit adire hæreditatem,& ſe obligare ſine tutore indubitanter valeret.ita Angel.in l.more. ff. de acquiren. hæred.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM quòd vicinus præferatur cuilibet emptori,non obtinet locum, quando via publica extaret in medio.*

2 *Vicinus fundus dicitur,qui ad vnguẽ cohæret:non autem ſi eſſet via in medio.*

3 *Ius congrui, ſeu protomiſeos non tollitur exiſtenti in medio via vicinali.*

4 *Ius congrui,ac protomiſeos non tollitur, etiam via uicinali in medio exiſtenti,de qua aliter non conſtet conſtitutam eſſe à vicinis.*

5 *Via vicinalis dicitur propter quam acceſſus vicinis patet, & non aliis, & quę in vicis extat, & in vicos ducit.*

6 *Via vicinalis licèt ſumat publicę viæ naturam: vt quãdo collatione, vel non collatione priuatorum refecta ſit,& non extet memoria in contrarium, tamen non dicitur publica.*

7 *Datio in ſolutum etiam voluntaria,ex ſolutione neceſſaria,excludit vigore ſtatuti,& conſtitutionis Regni ſancimus,ius congrui, & protomiſeos.*

8 *Datio in ſolutum dici poteſt voluntaria: tamen ſolutio quæ fit mediante ipſa datione inſolutum dicitur neceſſaria.*

9 *Datio in ſolutum non fit officio iudicis, ſed adiudicatio fit iudicis decreto. Et ideò datio in ſolutum appellatur, quando debitor ſponte creditori dat rem pro aliquo debito.*

debito: Sed quando aſſignatur res debitoris iudicialiter creditori, tunc illa adiudicatur creditori.

10 *Seruitutes eundi, & redeundi non connumerantur inter res immobiles, & conſequenter domini earum nõ habent ius congrui.*

11 *Conſtitutio Sancimus eſt correctoria iuris communis, & per conſequens odioſa, & ſtrictè intelligenda.*

12 *Ius congrui uigore ſeruitutis eundi vicinus prætendere nequit, exiſtente alia re immobili vicina.*

13 *Seruitus eundi non poteſt propriè immobilis dici.*

14 *Seruitutes non poßidentur, ſed quaſi poßidentur.*

15 *Seruitus dici poteſt ius coquendi panem in furno alieno.*

16 *Seruitus viæ promitti poteſt per non habentem fundum.*

17 *Ius congrui competit marito ratione rei dotalis, cùm ſit dominus.*

18 *Ius eundi habens per aliquam domum, vel fundum non eſt dominus illius, cuius eſt prædium ſeruiens.*

19 *Vſufructuarius alicuius fundi non poteſt agere iure congrui.*

20 *Mandati contractus eſt bonę fidei, & extendi non poteſt, niſi de uериſimili mente mandantis: quia procurator non poteſt prætendere authoritatem, niſi quatenus ex uerbis mandati appareat ſibi conceßa.*

21 *Mandatum habens in principali non uidetur habere in acceßorio, quod poteſt expediri ſine principali.*

22 *Obligatio ſine cauſa velut indiſcreta non ualet.*

23 *Cauſa ubi non exprimitur præſumitur error, qui excludit conſenſum.*

24 *Procurator habens plenum mandatum, ſeu cum libera poteſt omnia, quæ poteſt dominus, excepta dilapidatione.*

25 *Procurator habens mandatum ad uendendum cum libera ſimpliciter, non poteſt remittere, neque donare.*

26 *Procurator habens mandatum ad vendendum, tenetur recipere pretium conuentum rei venditæ, & illud ſuo principali reſtituere, ſed poteſt concedere tempus emptori ad ſoluendum.*

27 *Argumentum non procedit ſumptum à maiori in mãdatis, nec poteſt argui ex tacita mente conſtituentis.*

28 *Procurator cum libera non poteſt agere illicita, cùm in ipſo mandato illicita nullatenus contineantur.*

29 *Clauſula in mandato appoſita cum libera in caſibus in quibus mandata ſoleant graue præiudicium afferre, potius exprimitur ex tabellionum ſtylo, quàm ex mandantis voluntate.*

30 *Mandantem habuiße notitiam, & ſcientiam, aſſerenti incumbit onus probandi.*

31 *Donatio cauſa mortis licèt hodie nudo pacto fieri poſſit, non procedit tamen in pacto præſumpto, ne duo concurrant ſpecialia.*

32 *Iuri protomiſeos, ſeu congrui renunciari non poteſt per procuratorem habentem mandatum cum libero arbitrio, & numero ſupra 20. cum alijs ſequentibus.*

OPINIO DCCCXXX.

1 STATVTVM diſponens, quòd vicinus præferatur cuilibet emptori in emptione rei immobilis, limitatur primò locum non obtinere vbicunque via publica extaret, reperireturque in medio: ſecundùm Bal. in trac. de iure protomiſeos, licèt & malè quidem Barth. Cæpol. in tit. de ripa aſſeueret contrarium.

2 Et quòd uera ſit Bal. opinio, oſtenditur hac viuaci ratione. Nam vicinus fundus dicitur, qui ad unguem cohęret, non autem ſi reperiatur via in medio. l. 4. §. hoc iudicium. ff. finium regun. & ibi Bar. & alij, & eidem ſententiæ Bald. inhæret etiam Marc. Mant. in tract. de iure protomiſeos quæſt. 10. ubi illam ab omnibus contrariis tuetur, atque ueriorem eſſe enunciat.

3 Cæterùm vbicunque via vicinalis extaret in medio, tunc vicinus indubitanter quidem poſſet agere iure congrui, & protomiſeos, non obſtante huiuſmodi vicinali via: Et ſic ipſa via vicinalis nullatenus impedire videtur ius congrui: ſecundùm Afflict. deciſ. 62. per magnam Curiã Vicariæ, vbi mentionem facit aliàs ita iudicatũ extitiſſe in Sacro Concilio.

4 Quod interpretatur de plano procedere ibi Vrſillus in add. ſub num. 1. & ſeq. vbicunque cõſtaret viam ipſam conſtructam fore à vicinis; aliàs hoc nõ apparente, via vicinalis haberet vim publicæ viæ, & tunc vtique ceſſaret prælibatum ius congrui in via uicinali, quemadmodum & in publica. Sed curioſitas hæc mihi non arridet, & eam penitus periculoſam eſſe non me præterit. Nam in præſenti caſu non conſideratur vtrum à vicinis via vicinalis confecta, conſtitutaque ſit, verùm ſolummodò attenditur, vt acceſſus per eam pateat uicinis, & non aliis. Vndè hoc ſtante ſatis planè colligitur viam eſſe vicinalem abſq; aliqua alia oſtenſione, & uerificatione, vt illa uia vicinalis ſumptibus priuatorum, & vicinorum conſtituta ſit.

5 Itaque hæc limitatio, & reſtrictio omninò deſtruitur ex definitione viæ vicinalis tradita à lege. Nam uia uicinalis illa quippè dicitur, ob quam acceſſus vicinis patet, & non aliis, & exit ad vicinorum prædia duntaxat, & non ad viam publicam: & ſic uicinales uiæ ipſæ ſunt, quæ in uicis reperiuntur, & in vicos ducunt. l. 2. ſub 5. ſi quis nemine prohibente, uerſ. Viæ autem publicæ. ff. ne quid in loco publico, & notat Bal. conſ. 385. ex quadam ſcriptura orta eſt, num. 2. vol. 5. Ergò eo ipſo, quòd colligitur uiam eſſe uicinalem, attenta eius natura, & ſituatione, non poſſet aliter dici illam ſumpſiſſe uim publicæ uiæ.

6 Et licèt aliquãdo naturã uia uicinalis publicæ uię aſſumat, ut qñ illę non collatione priuatorum refectæ ſint; et ubicunque etiam collatione priua-

priuatorum, ſed non extet memoria: tamen túc non diceretur publica uia: vt firmat Gloſ. in d.l. 2.§.ſi quis nemine prohibente, in uer. Publicas. Vndè ex definitione vie uicinalis ſupra tradita, & ex authoritate Gloſſ. premẽmoratæ, apparet nullatenus poſſe procedere opin. Vrſilli in loco præcitato.

7 Secundò recipit etiam interpretationem ſtatutum memoratum in datione in ſolutum ul trò emanata alicuius rei ſtabilis, id eſt neceſsita te urgente, & ſic pro debito. Nam res ipſa in ſolutum data ſponté creditori pro ſuo credito à debitore, à propinquioribus retrahi nequiret; imò tunc ius retractus vigore præmemorati ſtatuti, ſeu conſtitutionis Regni ſancimus, locum non ſortiretur: ut firmauere Spec. in tit. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum, & ibi Ioan. And. in ad dit. Franc. Aret. conſ. 123. Alex. conſil. 52. uol. 1. Lucas de Penna in l. 3. colum. 2. C. de pręd. curia. lib. 10. Neapod. in 1. conſtit. ſub tit. de iure congrui in Gloſ. in uer. Emit, colum. 3. & Affiict. in tract. de iure protomiſeos. §. 3. nume. 16. ubi plane exprimit ita practicari. & eidem opinioni diſputando videtur accedere quoque Marc. Man. in d. tract. de iure protomiſeos, quæſtio. 1. fol. par uo 21. & ſeq. vbi accuratiſsimè quidem remouet omnia obſtacula vrgentia pro contraria parte. & eidem ſententiæ adſtipulatur itidem Tiraq. cum magna Scribentium Illuſtrium cohorte co acervata per eum, in tract. de vtroque retract. in §. 1. Glo. 14. num. 5. & iſta eſt concors, & commu nis opinio, vt aperte conſtat ex numero tam pro batiſsimorum authorum. *Cōis opin.*

¶ Quæ profectò ratione non caret: quoniam pręcitata conſtitutio ſancimus, cùm odium con tineat, eſtò quòd ad reſcindendum contractum tendat, quem tamen partium voluntate finitũ, imperiali, ſeu regio reſcripto, extingui non opor tet. l. cauſas. C. de tranſact.

¶ Idcircò non extendẽda de uenditione, quę actus voluntarius reputatur ad dationem in ſolutum neceſſariam. l. rem legatam. ff. de adimẽ. lega. Vnde cùm conſtitutio ipſa ſancimus, loqua tur ſolummodò in alienatione per uenditionẽ, uel per emphyteoſim, uel per locationem, tanquàm odioſa, & ſtricti iuris, non deberet excedere proprium caſum. l. quicquid aſtringendę. ff. de uer. oblig. & in c. in noſtra, de iniur. & firmat Alex. in dicto conſil. 52. num. 4. Et præſertim cùm tendat ad contractus reſciſsionem, quod etiam odioſum eſt. l. ſi diuerſa. C. de tranſact. Præterea ipſa datio in ſolutum fit ex neceſsitate, ad euitandum potiſsimùm expenſas litis, ad euitandum quoque ingratitudinẽ, & opprobrium redundans ex non ſolutione debiti: inſpecto tamẽ ſtatu, & tempore tranſacto ipſius debiti, & denique ad ſubterfugiendum acclamationes ſatellitum in eſequendo. Et nihilominus d. conſti tutio ſancimus, in præſenti materia loquens, debet intelligi in alienatione voluntaria: ut not. in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. 10. & per Roma. conſ. 117.

8 Et eſto quòd iſthæc datio in ſolutum dici poſſet uoluntaria: tamen ſolutio quæ fieret mediante ipſa datione in ſolutum neceſſaria quippè foret: vt per Cephal. conſil. 125. uol. 1. & per Rolan. à Valle conſ. 21. volum. 1. Stante igitur, quòd debitor uigore contractus, & obligationis potuerit res ſuas immobiles in ſolutum tradere loco pecuniarum promiſſarum in ipſo con tractu, & hoc fuerit in eius arbitrio, uidelicet, vel pecunias, uel bona dare: ſecundùm Dec. con ſil. 12. & Soc. Iun. conſ. 41. vol. 3. ceſſaret vtique omnis fraus, quę forte preſumi poſſet.

¶ Et licèt Tiraq. in dicto §. 1. Gloſ. 14. & Coraſi. in miſcellan. iuris ciuilis, lib. 3. cap. 3. nume ro 2. & ſeq. admittant præmiſſam opinionem procedere tantummodò in datione in ſolutum neceſſaria cum interpoſitione decreti iudicis: ta men conſideratio, ſeu curioſitas iſtorum Docto rum penitus inutilis, & impoſsibilis omninò redditur.

9 Nam datio in ſolutum non fit officio iudicis, ſed potius adiudicatio ſolet fieri ex iudicis decreto: Ideò datio in ſolutum de iure appellatur, quando debitor ſponte creditori dat rem pro aliquo debito. l. pretij. C. de reſcin. uen. Quãdo uerò aſsignatur res debitoris iudicialiter creditori, res illa adiudicatur creditori. l. à Diuo Pio. §. ſi pignori, de re iud.

¶ Nec obſtare videtur illud principale fundamentum pro contraria parte adductũ, quòd appellatione alienationis contineatur omnis ſpecies, per quam dominium transfertur, & ſic ipſa datio in ſolutum: vt in cap. 1. de alie. feud. pat. & c. nullum, de reb. eccle. non alienan. quia hoc procederet, quando probatum foret, quòd cõſuetudo generaliter diſponeret alienationes fieri. Sed cùm prælibata cõſtitutio ſancimus, lo quatur, & diſponat ſuper venditione, non exten ditur quippè ad dationem in ſolutum, uel ad alium caſum ſimilem, etiam ſi eadem ratio mili taret, quod fortius procedit in caſu iſto, ex quo eſt contra ius commũe, & contra ius quæſitum tertio, & in eius præiudicium. Et ubicunque tractatur de præiudicio alterius, nedum nõ fit extenſio, ſed reſtrictio fit impropriando uerba. Bart. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. & ibi etiam Alex.

¶ Imò toleratur tunc, quòd uerba nil operarentur: vt fuſiſsimè per Moder. Canoniſt. in c. 1. de reſcrip. in 6. cum ſimilibus, & eſt Glo. in cap. imperialem, in princ. de prohib. alien. feud. per Fed. quòd licentia de alienando in inueſtitura conceſſa, quia eſt contra naturam feudi, reſtringitur quantum eſt poſsibile. Et cum alia obſtacula adducta in contrarium parùm, aut nihil urgeant; & tanto magis cùm ſufficiant reſponſiones traditæ per Marc. Mant. in d. tract. de iure protomiſeos in 1. quęſt. & per Alex. in d. cõſ. 52. vol. 1.

vol. 1. vbi ita affabrè in proprijs terminis conſuluit: non auderem vnquam me opponere contra torrentem tam Illuſtrium Doct. præcitatorum. Concurro itaque ex his rationibus, & authoritatibus anteſignatis cum ipſa ſacroſancta, & communi opinione ſuperius roborata, quòd ex allegata datione in ſolutum ſicuti voluntaria, & ſolutione neceſſaria emanata ad fauorem creditoris non competere vicino rei traditæ in ſolutum ius congrui.

10 Tertiò claudicat etiam antedictum ſtatutum, ut illud minimè locum obtineat in ſeruitutibus accedendi, & recedendi. Nam ſeruitutes ipſæ nullatenus connumerantur inter res immobiles: & conſequenter domini ipſarum ex eis non obtinent ius congrui ad alias res, per quas tales ſeruitutes habent.

11 Et primò, quia d. conſtitutio ſancimus, eſt correctoria iuris communis, & per conſequens odioſa, & ſtrictè intelligenda: prout frequentiori Doctorum calculo teneri ait Tiraq. in præfat. retract. municipalis, num. 60. & ſequen. ubi id tenentes exprimit eſſe ætate, numero, & authoritate ſuperiores, inter quos Illuſtris Afflict. noſter, Bal. & Moder. omnes in d. conſtitu. ſancimus id aſſeuerant, ita vt de hoc non ſit vllo pacto dubitandum.

Cõis opin.

12 Vndè concludendum eſt, quòd uigore ipſius ſeruitutis eundi, exiſtente alia re immobili vicina, non poteſt vicinus prætendere ius congrui. Nam d. conſtitutio ſancimus, loquitur, & ſic omnes Doct. ibi intelligunt, de re immobili, ut ipſius uerba ſonant: at hæc ſeruitus eundi per ſe conſiderata, & propriè uti conſideranda uenit in caſu d. conſtitutionis ſancimus, contra ius commune non poteſt ullo modò dici immobilis: ergò non comprehenditur in præſenti facti ſpecie.

13 Et quòd ita conſiderata ipſa ſeruitus non ſit immobilis, firmat Panor. in cap. nulli. colum. 3. uerſic. Quid autem in ſeruitutibus, de reb. eccle. non alien. cui innititur Alexan. conſ. 52. numero 3. uolum. 1. & Tiraquel. in loco præcitato. §. 1. gloſſ. 5. numero 1. & gloſſ. 7. numer. 58. ubi prorumpit, quòd propriè ipſæ ſeruitutes nõ poſſunt dici immobiles.

14 Et primò hoc ideò eſt. Nam ſeruitutes non poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur. ita Specul. de empt. & uendit. §. 1. verſ. Primò autem, & Bartol. in l. ſeruitutes *la grande*. in 1. oppoſit. ff. de ſeruit.

15 Imò ſeruitus dici poteſt quoque ius coquendi panem in furno alieno: vt uoluit Bal. in l. ipenult. colum. 3. uerſic. Item ſi debeas. C. de conditio. inſert. Vndè ſi habens ſeruitutem iſtam, prætenderet ex hac ratione habere ius congrui, fatuus abſque dubio aliquo reputaretur. Nam non ualeret conſequentia, habet quis ſeruitutem, ergò & ius congrui.

16 Imò itidem ſeruitus viæ promitti poſſet per non habentem fundum: ſecundùm Alex. in l. non exiſtimo. ff. de uerbor. obliga. per l. hæredes. §. an ea. ff. de conſtit. pec. itaque ex mera ſeruitute non conceditur ius congrui.

17 Secundò ad hoc, vt agens iure congrui poſſit obtinere, neceſſe eſt, quòd rem collateralem habeat, & ipſius rei ſit dominus: vt loquitur d. conſtit. ſancimus, ubi Bald. in princ. aſſeuerans, illud competere marito ratione rei dotalis, cùm ſit dominus, per l. doce ancillam. C. de rei vend. & Afflic. inibi etiam. §. 1. numero 36. & ſeq. & ante num. 41.

18 Et habens ius hoc eundi per aliquam domum ſeu fundum, non eſt dominus illius ſoli per quod tranſit, ex quo remanet in dominio illius, cuius eſt prædium ſeruiens. per text. apertum in l. loci corpus, in princip. ff. ſi ſeruit. vendic. & in l. 2. §. viæ priuatę ſolum. ff. ne quid in loco publico. ergò deficit actio, cùm hoc ſubſtantiale requiſitum deficiat.

19 Tertiò dubium non eſt, quòd habens vſum fructum in aliqua re minùs ius habet, quàm vſufructuarius. Quia habens ius eundi ad domum, ſeu prædium, uidetur vſum habere, quod minùs eſt. Sed uſufructuarius alicuius fundi nõ poteſt agere iure congrui: ex quo res fructuaria nõ eſt fructuarij: ergò multo minùs aget habens tantùm vſum. ut ita affabrè concludit Afflict. in d. conſtit. ſancimus. §. 1. num. 37. referens ita tenere etiam Sebaſtianum Neapo. ibi. & ita me patrocinante extitit iudicatum in anno 1577. per Magnificum D. Capitaneum Terræ Collis ſecati ex voto, & conſilio Excellentis D. Ioannis Vincentij Burri ciuis mei ſui auditoris, in cauſa iuris congrui mota per Reuerendũ D. Fœlitianum contra Franciſcum Auſonij de eadem Terra ſuper ſtabulo, in quo rem nullam collateralem habebat, ſed tantùm uigore tranſitus, & iuris eundi per ipſum ſtabulum ad aliud ſuum ſtabulum remotum, & non coniunctum., ut ei ob hoc nullum competeret ius congrui.

20 Quartò choarctatur etiam ſtatutum antedictum non procedere ubicunque eſſet conſtitutus procurator etiam cum libera, ut tunc illud minimè extendatur ad cedendum, & renuntiandum iuri protomiſeos nondum nato. Et primò hoc iuſtificatur ea ratione. Nam hic agitur de contractu mandati, qui eſt bonæ fidei. §. actionum inſtitu. de actio. Nec poteſt extendi, niſi de ueriſimili mente mandantis. Quia aliàs fines mandati diligenter obſeruandi ſunt. l. diligenter. ff. mandat. Nec procurator poteſt facultatem, authoritatemuè prætendere, niſi quatenus ex uerbis mandati appareat ſibi conceſſa. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de recep. arb. & qui arbi. recip.

21 Secundò habens mandatum in principali, non cenſetur habere in acceſſorio, quòd poteſt expediri ſine principali: ſecundùm Paul. Caſtr. con-

conſilio 12.volum. 1. Vndè conſtat procuratorem non poſſe prçiudicium inferre ſuo principali aliter, quàm loquatur mandatum, & conſequenter ſuper ipſo acceſſorio, & iure congrui.

22 Tertiò cùm in obligatione facta per procuratorem non exprimantur,nec exprimi poſsint cauſæ, ob quas obligari uoluerit ad cedendum prædicto iuri congrui: ideò obligatio ueluti indiſcreta,& ſine cauſa non ſubſiſtit. l. 2. §. circa. ff.de doli mali excep.& c.ſi cautio,de fid. inſtru. cum aliis per Alexan. adductis conſilio 13. colum.1.uolum. 1.& conſil.18.colum.2.uolu. 4.& conferunt plura per Marſil.citata in rubric.numero 90.C.de probat. & per Pariſ. conſilio 96. numero 8.vol.3.& præter eos Bald.in l.2.§.creditum,colum.1.ff.ſi cert.petat.& Anchar. conſilio 330.aliàs 331.viſa facti,col.2.

23 Et ratio eſt, quia ubi non exprimitur cauſa, ibi præſumitur error, qui excludit conſenſum.l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict. om. iud. ita Abb.& Fely.in c.ſi cautio circa princ.

24 Quartò habens plenum mandatum, ſeu cum libera,etiam poteſt omnia, quę poteſt dominus,excepta dilapidatione: vt uoluit Barto. in l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de uerb. oblig. & planè colligitur ex not.per Barto.Bald.Ang. Saly.Alexan.& alios uniuerſaliter in l.ſi procurator.C.de procurat.Itaque ſtante,quòd procurator dilapidat expreſsè ex ceſsione facta pueriliter abſque cauſa , ac nulla recepta pecunia, ſeu præmio actus in præiudicium ſui principalis nullatenus ea ſubſiſtere poteſt. *Cõis opin.*

25 Quintò habens mandatum ad uendendum cum libero arbitrio ſimpliciter minimè poteſt tunc remittere,neque donare:ut not. in l. procurator cui generaliter,& ibi Gloſ.& Doct. ff. de procurat.& l.filius.§.item uideamus.ff. de don. l.3.§.planè.ff.quod ui,aut clam.

26 Imò procurator ipſe ſi benè uenderet bona conſtituentis,tenetur recipere pretium conuentum rei uenditæ,& reſtituere illud ſuo principali:& ſolummodò authoritate ſibi tradita in mãdato poteſt prorogare terminum ſolutionis. teſte Barto. per illum text. in d. §.Callimachus in fin. ibi hoc Doct communiter ſequuntur,& pręſertim Alex.colum.3.& ſic procurator ipſe tunc poteſt concedere tempus ad ſoluendum. *Cõis opin.*

27 Sextò fines mandati non debent prçteriri: & in mandatis,& facultatibus alicui conceſsis non procedit argumentum ſumptum à maiori,nec poteſt argui ex tacita mente conſtituentis.ut c.cui de non ſacerdotali, & c.quamuis cũ ibi not.de præben.in 6.

28 Septimò in generali mandato cum libera non continentur illicita:ſecundùm Barto. & alios,pręſertimque Illuſtriſsimum D.Card.Albanum in l.ſi procurator.ff.de cond.indeb.

29 Octauò ſtante,quòd talis ceſsio de iure congrui tendat in pręiudicium mandantis prælibata clauſula cum libera appoſita in mandato nõ obtinet locum in præſenti caſu.Nam in his,quæ ſolent graue damnum mandata afferre,clauſula hæc,potius ex tabellionum ſtylo,quàm mandantis uoluntate exprimitur, non habet eam uim,vt ſpeciale mandatum inducat;& ſic clauſula præmiſſa apponitur tunc abſque conſenſu mandantis, & eo prorſus ignorante: vt utiliter aduertit Couarru. cum aliis choaceruatis per eum in rubric. de teſtamen. in 2. part. ſub numero 14.

30 Et ulterius aſſerenti mandantem habuiſſe notitiam,& ſcientiam incumbit onus probandi.c.1.de conſtit.in 6.l. uerius.ff.de probat.l.fin. ff.pro ſuo,Gloſ.in cap.ſtatutum in princ.in uer. Lucratur,de reſcript. Alexan. conſilio 135. colum.1.uol. 7.

31 Item in ſimili concludendum uidetur in donatione cauſa mortis,quę etiam hodie nudo pacto fieri poteſt.Gloſſ.in l.cùm pater. §. Mœuio. ff.de leg.2.Bald.in l.cùm uirum.colum.1.C. de fideicom.Iaſ.in l.2.ff.de leg.1. Quod non procedat in pacto pręſumpto,eadem ratione. ne duo concurrant ſpecialia . uoluit Aret. in dicta l. 2. Dec.in l.ſemper qui non prohibet, colum. 1. ff. de reg.iur.& conſ.245. in cauſa, in 2. dubio, & Corne.conſ.254.col.3.uol.1.

32 Et ex his itaque me patrocinante in anno 1573. ita iudicauit Excellentiſsimus D. Triultius Gualderius Vrbeueranus,tunc Auditor Sereniſsimæ D.Margaritæ de Auſtria ad fauorem Notarij Nardi Pallutij de Terra Montis Regalis,vt mandatum factum cum libera per eum in perſonam Ioannis Tudini non extenderetur ad cedendum, ſeu renunciandum iuri congrui, & protomiſeos: & cùm ipſe procurator illicita egerit contra formam mandati meritò non potuit conſtituenti inferre pręiudicium quantumuis minimum. Et ideò fuit ſententialiter prędicta ceſsio iuris congrui declarata nulla, & inualida:& poſtmodum eandem ſententiam per iudicem ad quem in eodemmet anno confirmatam uidi.

SVMMARIVM.

1 *LEX, vel ſtatutum per non uſum tollitur,ſecundùm vnam communem opinionem,licèt contraria opinio ſit magis communis, quòd ſolùm per deſuetudinem nunquam tollatur lex.*

2 *Statutum per ſolum non vſum,etiam ſpatio mille annorum nunquam tollitur.*

3 *Statutum per non obſeruantiam, & contrariam conſuetudinem abrogatur.*

4 *Statuti non uſum alleganti incumbit onus probandi.*

4 *Allegari, & probari debet id quod facit ad victoriam reportandam.*

6 *Allegans tenetur probare quod allegat.*

7 *Præſcriptio contra legem per contrarium vſum infra quantum tempus inducatur, remiſſiuè.*

8 *Pri-*

8 *Priuilegium continens actum reiterabilem per contrarium uſum perditur ſpatio triginta annorum.*

9 *Statutum, ſeu lex vt tollatur per contrarium vſum, neceſſariò requiritur, ut vſus ipſe obtineatur in contradictorio iudicio, uel ſcientibus, & non contradicentibus dominis.*

OPINIO DCCCXXXI.

1 STATVTVM, ſeu conſtitutio Sancimus, concedens vicinis ius congrui, non vendicat aliter ſibi locum in aliquibus locis Regni, in quibus illa non extiterit uſu recepta, & per deſuetudinem antiquata. Nam ipſa lex per non uſum tolli uidetur. §. primo. in authen. de hæredibus & Falcid. ibi: Sed quoniam ita poſitas leges iam neglectas uenimus reparare. & §. quibus, in 1. conſtit. C. ibi, ab illis, quæ in deſuetudinem abierunt. & ita firmat Alexã. conſil. 6. uiſo themate, num. 2. uolu. 1. vbi nunciat iſtam eſſe communem opinionem: cui accedit per quàmplurima fundamenta Ioan. Igne. in repet. l. neceſſarius. §. non aliàs, n. 122. ff. ad Sylla. & Rolã. à Valle in trac. de lucro dotis q. 99. Proponitur. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd per non uſum non tollatur lex modo aliquo, inclinauit Cyn. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Doct. omnes uniuerſaliter in l. rem non nouam. C. de iudic. & in l. falſo. C. de diuer. reſcrip. Aret. magiſtraliter in proœm. inſtit. in §. igitur, num. 2. cum aliis ſequen. And. de Iſer. in princ. libri feud. num. 20. & in c. ſi ruſticus de pace tenend. & eius violat. Afflict. in d. conſt. ſancimus, de iure congrui. c. 1. §. ſcriptum, in 1. not. ad fin. Alber. Brun. conſil. 99. Alex. conſil. 45. nume. 5. & conſil. 196. num. 15. uol. 2. Fely. in c. 1. colum. 4. & ſeq. de treuga, & pace, & Pet. Rauen. in tract. de conſuet. ſectione 4. nu. 58. & ſeq. Cõis opin.

2 Et ſic pręcitati Doct. concludunt etiam, quòd ſi per mille annos ſtatutum, ſeu d. conſtit. ſancimus. non extitiſſet obſeruata, quia caſus non cõtingiſſet, non propterea tolleretur d. conſtit. vt firmat etiam, & probat Ioan. de Amicis conſ. 1. num. 43. & ſeq. Rocch. Curt. in c. fin. cum cęteris congeſtis per eũm, ſeſsione 4. num. 76. de cõſuet. & Chiſ. deciſ. 177.

¶ Et dum eſſet mota lis in Curia noſtra Aquilana, in anno 1555. per Gabrielem Graſciã contra Iacobum Colettæ tanquàm emptorem cuiuſdam uiridarij contigui, & collateralis rebus ſuis, & oppoſitum extitiſſet per DD. Aduocatos ipſius Iacobi, non mediocris equidem authoritatis, d. conſtit. ſancimus, non fuiſſe in patria noſtra uſu receptam, ac illam in deſuetudinem habiiſſe, fundando ſe in doctrina Alex. in d. conſil. 96. & ſequacium: tamen hoc non obſtãte, prolata extitit tunc ſententia in eadem Curia Aquilana ad fauorem prædicti Gabrielis, patrocinante pro eo D. Paſchali Turcanico cõpatriota meo maximo practico: quòd non obſtante deſuetudine allegata, eidem Gabrieli cõpeteret ius congrui in memorato horto. Quæ quidem ſententia extitit poſtmodum ſeruatis ſeruandis confirmata in magna Curia Vicariæ, et denique introducta cauſa hac per remediũ appellationis in Sacro Regio Concilio, eaque trutinata, & facta diſcuſsione, me præſente, iurium ambarum partium per principales Illuſtres Docto. Neapolitanos, in anno 1559. uidi eandem ſententiam hiſce oculis in ipſo Sacro Concilio confirmatam, & approbatam. Et exinde in poſterum, dictum ius congrui ſemper extitit, & extat in uiridi obſeruantia, quamuis antea penitus eſſet incognitum: ſed ex patrocinio ſupradicti Domini Paſchalis Aduocati cępit eſſe in uſu, & quotidie vtitur tam in hac Ciuitate, quàm etiam in eius comitatu.

3 Et de hoc mirandum non eſt. Nam opinio præmemorata, quòd per non uſum tollatur lex, procedit abſque ſcrupulo aliquo, ubicunque in illo non uſu implicitus ſit contrarius uſus: tunc enim lex nũquàm tollit per deſuetudinẽ, ſed per cõtrariam cõſuetudinẽ ſic. ita Bal. in l. non recepitia. C. de conſtit. pecun. Ioan. And. & alij Canoniſtæ omnes in cap. Ioannes, de cler. coniug. Cyn. & cæteri omnes unanimiter, & concorditer in l. fin. C. de iure dom. impe. Glo. Bar. Alex. & reliqui in l. de quibus. ff. de legib. Bartol. in proœm. Digeſtorum. §. anteà, Ioan. de Amicis in d. conſil. 1. num. 43. Bertran. conſ. 255. exiltimo ſub correctione, ſub num. 6. vol. 6. Auguſt. Bero. conſ. 173. in cauſa nobilium de Gonzaga, num. 29. uol. 1. & Roderic. Suares in ſuis allegat. in proœmio fori, poſt allegat. 28. num. 4. cũ aliis ſeq. fol. par. 329. ubi ad corroborationem, & clariorem intelligentiam præſentis communis opinionis plurima exempla recenſuit. Cõis opin.

4 Vndè alleganti non uſum ſtatuti incumbit onus probandi, poſtquàm redactum eſt in uolumine ſtatutorum: ſecundùm Miſ. deciſ. 170.

5 Quia omne id, quod facit ad uictoriam reportandam, allegari, & probari debet. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. item Pollioni. ff de adult. l. cùm allegas, de uſuris. l. 1. & 2. C. de iure haſt. fi. lib. 10. & Ang. in l. nemo carcerem, char. pen. C. de exact. trib. lib. 10.

6 Et quod allegans teneatur probare quod allegat, eſt tex. in l. actor. C. de prob. & ibi Cyn. Bar. Bal. & alij omnes.

7 Sed intra quantum tempus præſcribatur contra legem per contrarium vſum, uide Doct. explicantes, & ſimul reſoluentes in d. cap. 1. de treuga, & pace, & per Marc. Ant. Bauer. in rubr. inſtit. de teſtamen. num. 11. Balb. in trac. de præſcrip. in 5. par. 5. partis principalis, quæſt. 10. & Auguſt. Bero. conſil. 137. conſideratis diligenter in hac cauſa, nu. 35. vol. 3.

Et

8 Et quemadmodum præſcriptio contra legẽ infra aliquale ſtabilitum tempus inducitur: ita pariformiter etiam priuilegium alicui conceſſum continens actum reiterabilem, per contrarium vſum perderetur, vbicunque per triginta annos continuè, pacificè, & ſine lite cõtrarium ſeruatum fuiſſet: ſecundùm Innoc. Card. Ant. Butr. Abb. & alios omnes vniuerſaliter in c. accedentibus, per tex. ibi, extra de priuileg. & in c. cùm acceſsiſſent, de conſtit. Alex. conſ. 33. ponderatis his quæ continentur in priuilegio, ſub numero 2. cum aliis ſeq. volum. 5. & Zaſium cõſil. 16. ordo Ciſtercienſis, ſub num. 8. & ſeq. volum. 1. ubi non obſcurè explicat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

¶ Et tunc certè priuilegium ipſum amiſſum, perditumque ex non uſu: per vſum contrarium nunquàm reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. & Grauet. conſ. 322. Domina Abbatiſſa, num. 3.

9 Et qualis uſus eſſe debeat, ut ſtatutum, ſeu lex tollatur per contrarium vſum, explicat Auguſt. Bero. in d. conſ. 173. num. 61. uol. 1. ubi cõcludit, quòd neceſſariò requireretur, quòd ipſe contrarius vſus inductus, obtentuſque eſſet in contradictorio iudicio, uel ſciente, & non contradicente domino.

SVMMARIVM:

1 *STATVTVM, quòd vicinus, ſeu agnatus valeat rem uenditã retrahere oblato eodem pretio, non ſortitur locum, ſi res ipſa fuerit ſimulatè uendita. Et talis ſimulatio probatur per tres coniecturas.*

2 *Contractus ſimulatus habetur pro infecto.*

3 *Simulatus contractus non dicitur contractus.*

4 *Contractus ſimulatus non habet ueram eſſentiam, & ſubſtantiam contractus: ſed dicitur figuratus, ſeu depictus: extrinſecus enim apparet, intrinſecus nihil habet.*

5 *Contractus ſimulatus eſt ipſo iure nullus, nec firmatur iuramento.*

6 *Simulatio contractus probari poteſt præſumptionibus, & coniecturis.*

7 *Simulationum plures ſpecies remiſsiuè.*

8 *Simulatio præſumitur in tribus caſibus.*

9 *Præſumptiones, indicia, & coniecturæ quænam ſint probantes ſimulationem, reſidet in iudicis arbitrio.*

10 *Vicino nullum præiudicium fraudulenter afferri poteſt ſuper iure congrui ſibi ſpectante.*

11 *Peccat mortaliter contraueniens prohibitioni legis, etiam ciuilis.*

12 *Legis præcepto obtemperat qui conſultè agit.*

13 *Lex ſecularis eſt donum Dei.*

14 *Leges ciuiles nobiliſsimos theſauros aperiunt.*

15 *Leges ſeculares dicuntur emanaſſe diuino quodam motu, & ſubtiliſsimo animo.*

16 *Leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerunt promulgatę.*

17 *Imperatores Deus de cœlo conſtituit, ut leges conderent.*

18 *Legum omnes ſerui ſumus, ut liberi eſſe poſſimus.*

19 *Lex ciuilis, & imperialis lux eſt dirigens in iudicijs decernendis.*

20 *Lex nulla eſt, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri uelit.*

21 *Legis virtus eſt imperare, uetare, permittere, & punire.*

22 *Peccatores legem ciuilem odiohabent.*

23 *Pater fraudans filiũ ſua legitima, mortaliter peccat.*

24 *Peccat mortaliter non ſolùm pater fraudans filium legitima, ſed etiam dans ei conſilium fraudandi talem legitimam.*

25 *Filia vt ſua legitima priuari poſſit difficilè eſt. Nam leges abhorrent quemlibet modum priuandi filium legitima.*

26 *Donatio omnium bonorum tanquàm inofficioſa reuocatur ſaltem uſque ad legitimam.*

27 *Legitima prius detrahenda eſt, quàm legata.*

28 *Legitima detrahitur etiam ex legatis pijs.*

29 *Filius debet habere legitimam in proprietate, & vſufructu, nec poteſt grauari in uſufructu.*

30 *Donatio facta filio per patrem propter benemerita vt ualeat, debent neceſſariò illa benemerita in ſpecie probari, aliàs donatio ipſa non minuit legitimam.*

31 *Patris confeſsioni etiam cum iuramento non ſtatur in præiudicium legitimę filij.*

32 *Patris confeſsio alienantis bona ſuper receptione pretij non præiudicat filiis: cùm neceſſaria ſit uera, actualis, & realis pecuniæ, & pretij numeratio.*

33 *Patris confeſsioni de debito ſimpliciter factę non pręiudicat filio quò ad minuendam legitimam.*

34 *Legitima non debetur de bonis feudalibus.*

35 *Filia preſens tempore conditi teſtamenti paterni, & illud approbans in eo quo fuit inſtituta: & declarans, ſeu renuncians amplius non petere, non poteſt petere ſupplementum legitimæ.*

36 *Pater aſsignans aliqua bona præcipua alicui ex filijs ſuis pro exoneratione propriæ conſcientiæ, quę ille ex ſuis laboribus, & induſtria acquiſiuerit, religioſè agit, & alij filij conqueri non poſſunt prætendendo diminutionem eorum legitimæ.*

37 *Filia admittitur ad reuocandum bona alienata per patrem in fraudem ſuæ legitimę: ſecus alienata ex cauſa oneroſa abſque fraude.*

38 *Doctores leges profitentes dogmata legum dilacerare non debent, ſed illa inuiolabiliter obſeruare in conſulendo, & aduocando ad euitandum erroris, & peccati labyrinthum.*

39 *Simulationis materia valdè utilis, & quotidiana.*

40 *Simulatio eſt quædã falſitatis imago, veri ſuperficiem non autem medullam continens, & quid contractus ſimulatus num. 41.*

42 *Notarius rogans ſe de ſimulato inſtrumento, pœna falſi punitur.*

43 *Clementiſsimus Dominus Deus noſter diſsimulat ho minum peccata propter pœnitentiam.*

44 *Simulatio eſt multiplex.*

45 *Simulatio tripliciter contrahi poteſt: prout etiam numero 46. & 47.*

48 *Differentiæ plures inter contractum ſimulatum, ſeu fictitium, & fraudulentum.*

49 *Simulatus contractus eſt ipſo iure nullus, & fraudulentus eſt aliquid: & quando valeat, & teneat.*

50 *Simulatio pluribus modis probari poteſt. Et quando, & à quibus opponi & probari ualeat. numero 63.*

51 *Simulationis exceptioni renuntiari non poteſt, etiam per pactum incontinenti appoſitum: ſecus ſi ex interuallo. num. 52. & quando dicatur incontinenti & ex interuallo. num. 53.*

54 *Simulationis exceptio opponi poteſt, etiam quòd in inſtrumento adſit clauſula, omnia & ſingula &c. quod ampliatur & num. 55.*

56 *Statuto diſponente, quòd nulla exceptio opponi poſsit contrà inſtrumentum cenſuale, an intelligatur excluſa exceptio ſimulationis.*

57 *Simulationis opponens exceptionem, ſuam videtur detegere turpitudinem.*

58 *Iuramentum appoſitum in contractu ſimulato non ligat.*

59 *Iurans omnia & ſingula in inſtrumento contenta fuiſſe & eſſe uera, non poteſt opponere exceptionem ſimulationis parte reluctante: ſecus uerò tacente & patiente: quia tunc talis exceptio ualeret & noceret.*

60 *Inſtrumentum ſimulatum non venit appellatione inſtrumenti.*

61 *Inſtrumentum principale ſi eſt nullum, omnia in [illegible] contenta redduntur inualida.*

62 *Simulatio vitiat omnem contractum, & omnem ſententiam.*

64 *Regia pragmatica prohibens opponi exceptiones contra inſtrumentum annui cenſus excepta ſolutionis, non propterea intelliguntur excluſæ exceptiones ſimulationis, & aliæ rationabiles & legitimæ.*

65 *Statutum prohibens opponi exceptiones contra inſtrumentum cenſuale, non intelligitur excluſa exceptio, quæ colligi poteſt ex forma & tenore ipſius ſtatuti.*

66 *Statutum excludens & prohibens contra inſtrumentum opponi poſſe exceptiones, præter ſolutionis, non ob id intelligitur excluſa exceptio compenſationis, nec exceptiones quæ incontinenti probari poſſent. & num. 68.*

67 *Statutum loquens de contractu, intelligitur de contractu uero & non ficto.*

69 *Statutum mandans & diſponens inſtrumentum mandari debere executioni, intelligitur ſi inſtrumentum de iure ſubſiſtit.*

70 *Lex, ſeu ſuperior tradens nobis modum aliquid faciendi: modus ille habetur pro forma, & à tali forma etiam partium conſenſu recedi non poteſt. & numero 71.*

72 *Actus vitiatur, ſi vnum ex pluribus requiſitis pro forma deficiat.*

73 *Regia pragmatica, & diſpenſatio ſuper cenſibus eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi.*

OPINIO DCCCXXXII.

1 STATVTVM diſponens, quòd agnatus, ſeu vicinus poſsit retrahere rem uenditam oblato eodem pretio, non uendicat aliter ſibi locum, ſi res ipſa fuerit ſimulatè uendita: & talis ſimulatio, ſecundùm communem ſcholam omnium in iure Scribentium, probatur per tres coniecturas. teſte Paul. Caſt. conſ. 74. uol. 2. Cōis opin.

2 Et ratio quare hoc ſtatutum non procedit in contractu uenditionis ſimulato, ea eſt: quia ſimulatione geſtum pro infecto haberi debet: & ſic contractus ſimulatus habetur pro non facto, & celebrato. ita Specul. in titu. de confeſsionibus. §. nunc uidendum in fin. & de donat. uer. Item pone, Ripa in 5. reſponſ. num. 28. in tit. de conſtitu. & Paul. Caſtrenſ. conſilio 7. per l. nuda. ff. de contrahen. empt. & per l. imaginaria. ff. de regulis iuris.

3 Imò ipſe contractus fictus non dicitur contractus, cùm deficiat in ſubſtantialibus. vt uoluit Ripa in d. reſponſ. 5. num. 31. & Barto. in l. ſi filios. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. per l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. & per d. l. imaginaria.

4 Et ſic contractus ſimulatus non habet ueram eſſentiam, ſeu ſubſtantiam contractus, ſed dicitur figuratus, ſeu depictus: extrinſecus enim apparet, intrinſecus nihil habet. ſecundùm Barthol. Soc. conſilio 67. circa primam quæſtionem, uol. 1. Rip. in d. reſponſ. 5. numero 30. & Iaſo. in §. fuerat, numero 88. inſtitu. de actionibus.

5 Et poſtremò contractus iſte ſimulatus eſt ipſo iure nullus, & non firmatur aliter iuramento: vt concedit Gloſſ. in uer. Simulauit, in fin. in l. emptione. C. plus uale. quod agit. cui innituntur Bald. & alij uniuerſaliter ibi. Innoc. in 7. mẽbro, & Anto. Butr. in 8. membro, & alij Canoniſtę omnes in cap. cùm contingat, de iureiuran. Bart. & Paul. Caſtr. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & in l. contra leges in fin. ff. de legib. & Bal. in l. 1. circa medium. C. de oper. libert.

6 Cæterum redeundo ad inſtitutum noſtrum, quòd ſimulatio contractus probari poſsit præſumptionibus, & coniecturis, ultra Paul. Caſtrẽ. in præcitato conſilio 74. ita firmant etiam Bartol. & cæteri omnes in l. poſt contractum. ff. de donat. Bald. in l. 3. C. plus valere quod agitur, Corne. conſilio 4. num. 2. & conſ. 135. num. 34. uolum. 1. Alex. conſ. 197. num. 7. uol. 7. Iaſ. in l. cùm ea quæ, num. 4. C. de tranſact. Soc. conſilio 18. num. 24. uolum. 1. Afflict. in tract. de iure proto-

protomiſcos.§.4.num.10.Bar.in l.pacta. C. de pact.Grauet.conſ.73.num.7.Franciſ.Aret.in l. is qui.ff.de acq.hæred.in princ. Dec. conſ. 644. num.4.& Cephal.conſ.198.num.16.uol. 2.

7 Et licèt reperiantur innumerabiles ferè ſpecies ſimulationum, quę probari, uerificarique conſueuere per inditia,& coniecturas,quæ ſparſim tractantur per Scrib. uariis in locis iuris noſtri:tamen aliquæ diſcutiuntur, atque trutinantur per Afflict.in d.tract.de iure protomiſcos.§. 4.num.10.cum aliis ſeq.

8 Et in tribus caſibus præſumitur etiam ſimulatio ipſa,de quibus in l.ab Anaſtaſio: ſecundū Bal.ibi in 1.not.C.mandati.

9 Eſt benè uerum, quòd quæ nam inditia, cōiecturæ,& præſumptiones ſint,probantes, inducenteſque ſimulationem, iudicis arbitrio diiudicandum relinquitur:ſecundùm Bal.conſ.311. uol.5. Corn.conſ.346.uol.1.Afflict.deciſ.40.nume.19.Grauet. conſ. 156.nu.13. & Cephal. in d.conſ.198.num.17.uol.2.

10 Et cùm nullum admodum remedium tradi queat, quo priuari poſsit uicinus iure congrui: Ideò aliquos reperi peruerſæ conſcientię, qui fraudulenter,laborando contra propriam ſalutem,mediāte donatione,uel permutatione, uel aliis ſimilib⁹ cōtractibus ſimulatis,vicinis in iure congrui eis ſpectante præiudicium attulere.

11 Et quemadmodum fraudans uicinum iure congrui meritò peccat:quia contraueniēs prohibitioni legis etiam ciuilis mortaliter tunc, & indubitanter peccare cenſetur.c.2.de maior. & obed & probatur in c.ſolitæ, eod.ti.& in cap. qui reſiſtit.11.q.3.& in c.Iulianus,11.q. 3. & ita firmant Card.Abb.& cæteri omnes in d.c.2. & in c.concupiſcentiam de conſtit.& Fely.in c. eccleſia ſanctę Mariæ,num.37.cum aliis ſequē.de conſtit. vbi hoc ponit pro regula cum quatuor limitationibus,& Boer.etiam in deciſ.1.nu. 73. cum aliis ſeq. & iſta eſt communis, & concors opinio, atteſtantibus pleriſque ex memoratis Doct.cùm qua uidetur concurrere etiam cum quodam temperamento Couarru. in reg.peccatum,par.2.§.5.nu.2.& ſeq.de reg.iu.lib. 6. & Illuſtriſ.D. Card.Albanus in conſ.27. ſub nu.2. *Cōis opin.*

12 Quæ etiam comprobatur primò. Nam conſultè agit qui præcepto legis obtemperat.l.inciuilem.C.de furtis,& l.filiæ licet. de collat.

13 Secundò fulcitur quoque,quia lex ſecularis eſt donum Dei.l.3.ff.de legib.

14 Et leges ipſæ nobiliſsimos aperiunt theſauros.§.nos uerò,in procem.Digeſtorum.

15 Imò leges ipſæ ſeculares dicuntur emanaſſe diuino quodam motu,& ſubtiliſsimo animo. l.fin. C.de pręſcrip.long.temp.

16 Et ſic leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerunt promulgatę. d.l. fin.uer. Ideoque enim,& §.quia igitur,in prin.in auth.de fid. inſtru.& c.nemo.16.q.3.

17 Et hinc eſt,ꝙ Deus de cœlo conſtituit Imperatores, vt leges conderent. d.§. quia igitur. c. quo iure.8.diſt.c.fi.16.q.3.Fely. in procem. Decret.in prin.& in d.c.eccleſia in iis,de conſt.Ab. in c.ſuper,ne cler.uel mona.& Bal.in conſ.Schiſmatis,colum.1.

18 Legum deniq; omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſsimus. atteſtante Cicerone in orationibus.Hoc enim vinculum huius dignitatis, qua fruimur in Repub. hoc fundamentū libertatis; hic fons æquitatis,mens, animus & conſiliū; & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine legibus, ſuis partibus vt neruis,ac ſanguine,& membris uti non poteſt.

19 Et denique lex ciuilis, & Imperialis, lux eſt dirigens in iudiciis decernendis: ut in c. in iſtis temporalibus legibus,diſt. 4.

20 Nam ſecundū Ciceronem in ueteri rethorica.Nulla eſt lex,quę aliquā rē inutilem, aut iniquam fieri uelit;Omnia ſupplicia,quę à legibus proficiſcuntur:culpæ,aut malitiæ uitandæ cauſa conſtitutæ ſunt. Hæc igitur Imperialis lux, & lex uetat,& prohibet uſuras,rapinas,furta, homicidia,falſa teſtimonia,iniuſtā occupationem alienæ rei,uenena,diuinationes,& innumera uitia, ſicut patet per totum iuris ciuilis corpus.

21 Quia legis uirtus eſt imperare,uetare, permittere,& punire.l.legis.ff.de legib.

22 Hanc autem lucē,& Imperialem legē peccatores odiohabent, fugiunt; & declinant furtū, rapinā,uſurā,& homicidia perpetrando; occupando iniuſtè alienas res;falsò teſtificando, uenena propinando, & varias, diuerſaſq; fraudes ad alienam iacturam committendo.

23 Ita etiam, ut redeat ſermo noſter vndè fluxit,concludendū eſt,ꝙ pater fraudans filiu legitima ſua ſimiliter peccat mortaliter:ſecundum Bar.in l. hæreditariū.ff.de bo. auth.iud.poſsi.& Glo.in c.de his,de ſepulturis, & Cle. paſtoralis. de re iud.ubi ob delictū patris filius non priuatur legitima,& l. quādo qs. C. ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare. vbi ſi deportatus,dānatusuè de crimine capitali habeat filios,uel nepotes dimidia pars bonorū remanebit penès filios,& cętera alia penès fiſcū,& ideò furtiuè filius ipſe tunc partē ſuā abſcondit non tenetur in foro conſcientię. Imò quemadmodū ſanxerūt filiū legitima fraudari nullo modo debere:ita ēt nec tēpore,cōditione, uel alio onere grauari,l.qm in prioribus.C.de inoff. teſta.

24 Vndè nō tantū pater fraudās filiū legitima mortaliter equidē peccat, ſed ēt dans ei cōſiliū fraudandi huiuſmodi legitimā: vt determinat Bar.in d.l.hæreditariū,vbi meritò dānat cōſiliū Dy.ſuper hoc tanquā peccati nutritiuū; & damnat quoq; Aret.in §.itē ſi quis in fraudem, in fi. inſt.de act.Io.Dilectus de arte teſtandi in tit.de exhæred.ſub cautela 17.& Marc.Mantua in authen.nouiſsima,uer.Secundò dubitare contingit.fol.par.17.C.de impub. & aliis ſubſtit.

25 Et hinc eſt, quòd ex omnibus remediis, & cautelis circa hoc traditis à noſtris maioribus, raræ erunt, quæ non ſubuerti poſsint: cùm difficilè equidẽ ſit priuare filiam ſua legitima. vt Veronenſ. aduertit cautel. 21. ex eo quòd leges plurimum abhorrent quemlibet modum priuandi filium legitima. teſte Alex. conſil. 47. num. 3. in fin. uolum. 1. & Cotta in memorali in uerb. Anima.

¶ Quare ex centum limitationibus in materia hac traditis per Vaſquium ad d. l. quoniam in prioribus, meritò non potuiſſe cautelam ſeligi audacter affirmo, quæ potuiſſet adaptari ad priuandum filiam legitima.

26 Et primò ſubuerti facilè poteſt illa cautela donationis omnium bonorum, quę tanquàm inofficioſa reuocatur, ſaltem uſque ad legitimam. l. 1. & toto tit. C. de inoffic. dona. Bart. in l. Titia. §. Imperator Alexander. ff. de leg. 2.

27 Nec tuta aliter diſcernitur ſecunda cautela prælegati faciendi: cùm prius detrahenda nempè ſit legitima, quàm legata. l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iur. deliberan. Alexan. conſilio 175. volum. 6. Barto. in l. in quartam, quæſtio. fi. ff. ad leg. Falcid ubi Bering. nume. 118. cum concordantibus adductis per Rolan. à Valle conſil. 39. num. 24. uol. 3.

28 Imò etiam de legatis piis detrahitur legitima. Alexan. conſil. 45. uol. 1. in fin. Mantua in d. auth. nouiſsima in prin. uerſ. Quibus pręmiſsis, & uer. Nono dubitare contingit.

29 Alias uerò duas cautelas tradit Gloſſ. in §. prohibemus, auth. de triente, & ſemiſ. quarum una de ſeruis manumittendis hic non adaptatur: aliam uerò impugnat Marc. Mant. in d. authen. nouiſsima, uerſ. Reſtat, eandemque cautelam ponit quoque Veronenſ. in d. cautel. 21. Nec illa ſuſtineri poteſt modo aliquo: quia filius debet habere legitimam in proprietate, & vſufructu, nec poteſt in uſufructu grauari. d. l. quoniam in prioribus. ita Ant. Gabriel. in rub. de legit. concluſio. 1. nu. 3. & Vaſqui. in d. l. quoniam in prioribus, num. 454.

30 Aliam, & quinto loco tradunt cautelam Doctо. ut fiat donatio filio propter benemerita, quæ tamen in ſpecie probentur. per notata per Bart. in l. ſi fortè, de caſtrenſ. pecu. & per Doct. in l ſi donatione. C. de collat. qui dicunt habere uinculum neceſſarium, pro quibus agere poſſit contra patrem. Grauet. conſilio 165. num. 6. aliàs donatio propter benemerita non minuit legitimam: ut not. in authen. undè ſi parens. C. de inoffic. teſtam. quæ pariter poteſt impugnari. per ea, quæ tradit Pinellus in l. 1. part. 3. numero 63. uerſ. Infertur undecimò. l. de bo. mater. & Tiraquel. in l. ſi unquam, uerſ. Donatione largitus, nu. 20. C. de reuoc. donat.

31 Sexta colligitur cautela ex dictis, & traditis per Grauet. conſilio 41. quòd pater donet filio, & aſſerat cum iuramento acquiſita fuiſſe ex bonis dotalibus, uel ex induſtria filij, ſed & hæc itidem periclitatur, cùm non ſtetur confeſſioni, aſſertionique patris, etiam cum iuramento in præiudicium legitimæ filij: ſecundùm Barto. in l. cùm quis decedens. §. codicillis, num. 4. ff. de leg. 3. Afflict. in tract. de iure protomiſeos. §. 4. ſub nume. 11. & ſequen. Iacob. Menoch. conſilio 39. noua excitatur dubitatio, num. 49. & ſequen. volum. 1. & Pinell. in dicta l. 1. in 3. part. ſub num. 77. C. de bonis mater. Si tamen uerè probarentur, prędicta ſubſiſterent.

32 Vndè in pręſenti caſu requireretur utique actualis numeratio pecuniæ facta patri, ad euitandam quamlibet fraudis ſuſpitionem. Nam non ſufficeret patrem alienantem bona ſua cõfiteri in inſtrumento recepiſſe pretium, ſed neceſſaria foret uera, actualis, & realis pecunię, & pretij numeratio: ut firmauit Ioan. de Plat. in §. item ſi quis in fin. inſtit. de inutil. ſtipul. & Iaſ. in l. ſi arrogator, num. 24. ff. de adop.

33 Cùm confeſsio ipſa patris de debito ita ſimpliciter facta non præiudicaret filio modo aliquo quò ad minuendam legitimam ſuam. ita Spec. & ibi Ioan. And. in addi. in titu. de confeſſ. §. nunc uidendum, Alex. conſil. 45. habita ſuper his in fin. uol. 1. & apoſtilla ibi in litera E, & Iaſ. in d. l. ſi arrogator, num. 25.

34 Septima poteſt aſsignari cautela, vt ex quo legitima non debetur de bonis feudalibus, Deci. conſ. 269. num. 15. Pariſ. conſ. 17. num. 30. uolu. 2. Menoch. conſ. 104. num. 14. & Marc. Mant. in d. authen. nouiſsima, uerſ. Septimò dubitare contingit, uendat pater bona burgenſatica, & emat feudalia: uerùm nec iſta poteſt ſuſtineri.

35 Octaua extat cautela, quòd pater teſtetur coram filia, eique aliquam portionem titulo inſtitutionis relinquat, & prohibeat eam amplius non petere de bonis ſuis, & ſtudeat quantum poſsibile ei ſit (& hic punctus) quòd filia præſens conſentiat, & expreſsè teſtamentum approbet. ita in ſpecie Ruin. conſ. 56. nu. 9. & ſeq. uol. 2. Pariſ. conſ. 1. nu. 104. uol. 3. Ant. Rubeus Alexan. conſ. 73. num. 5. Soc. Iun. conſ. 122. nu. 9. in fi. & nu. 21. & ſeq. uol. 1. cum cõcordantibus per Menoch. adductis, conſ. 71. nu. 21.

36 Nona colligitur cautela, & melior cęteris ex allegatis per Grauc. in conſ. 165. quòd pater declaret in teſtamento, ꝙ talis filius, uel etiam omnes filij multa bona ſuperlucrarunt eorũ induſtria, & laboribus; unde pro exoneratione cõſcientiæ ſuę, & ne ipſi eorum laboribus defraudẽtur, ante omnia ipſis aſsignat certa bona præcipua tanquàm eorum peculium aduentitium. & hãc crederem poſſe ſubſiſtere: dummodò ueritas opituletur. ut Cotta oſtendit in d. memorali in uer. Anima, & Franciſ. Aret. conſ. 64. uer. Venio, & ita conſului in anno 1577. & aliis multis uicibus, & ſemper obtinui penes grauiſsimos, & intelligentiſsimos iudices.

37 Po-

37 Poſtremò pro nunc, & ſic decima poteſt aſſignari cautela, quòd pater emancipet filios, & poſtmodum ipſis bona uendat pręſente pecunia lucrata per ipſos filios eorum induſtria, eoſque poſtea inſtituat in reliquis bonis, & filiam in dote aſsignata: & ſic diminuetur legitima ipſius filiæ: ut colligitur ex allegatis per Pinell. in dicta l. 1. nume. 76. & ſequen. par. 3. C. de bonis mater. & per Docto. in l. prima, & fin. C. ſi quid in fraud. patro. Sed & hæc cautela eodem morbo laborat: cùm non liceat patri alienare ſimili fuco, vt extrinſecus cauſa uideatur onerosa, intus uerò lucratiua contineatur donatio in fraudem filiæ: nec poterit filia excludi à iure reuocandi, conſtito de fraude, cùm plus ualeat quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. ita Pinell. ubi ſupra, num. 77. Si uerò alienatio eſſet ex cauſa onerosa, & eſſet uera, & ſine fraude: tunc utique filia non admitteretur ad reuocandum, per ea quæ notat Pinell. in loco præcitato.

38 Poſſent & multæ aliæ cautelæ tutiores in medium afferri, uerùm quia legalem philoſophiam profiteor, qua cautum eſt ius ſuum unicuique tribui: ne mihi obiiciatur reſponſum Diocletiani Imperatoris in l. profeſsio. C. de muner. patrimon. Profeſsio, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant. Nam cùm te leges profiteri proponas, legum dogmata penitus dilaceras, & contra iuris pręcepta inniteris. Qua igitur fronte iuris profeſſor in leges committet, & de iure alieno auferendo inueſtigabit? non equidem ſine rubore, proptereà ne filij locupletentur cum iactura ſororis, cui legitimæ ſupplementum deberi non me latet, & ne conſultor fraudis fabricet in gehennam, cùm dans tale conſilium peccet mortaliter tam ipſe, quā pater, ut ſupra apertiſsimè concluſum extitit. Vndè ex his, & aliis iuſtis, rationabilibuſque cauſis conſulentes, & aduocati penitus ſe abſtinere debent ab huiuſmodi conſilio. Cautelæ tamen, ut ſupra aſsignatæ, procedant, & dictę ſint, dummodò ueritas ita ſe habeat, remoto omni dolo, fraude, fuco, & machinatione, & non aliter, nec alio modo, & ita proteſtor coram Deo.

¶ Et cùm nequiuerim tam breuius, & clarius, ut pręſens negocium exigebat totius rei ſummam excuſſam tradere, decreui conſideratè quidem, inuocato prius omnium rerum patre, ad explendam materiam ſimulationis apponere pręſens artificioſam, & undique utiliſsimam quæſtionem ſummi practici, & in legali ſcientia conſumatiſsimi Domini Paſchalis Turcanici vtì patris colendiſsimi: & tanto libentius, cùm huic noſtræ opinioni illud in aduocando, & conſulendo maximam opem pręſtare poſſe non uerear.

QVAESTIO ſuper ſtatuto prohibente exceptiones, excepta ſolutionis, contra inſtrumentum annui cenſus, an intelligatur excluſa exceptio ſimulationis: in qua potiſsimùm de interpretatione Regiæ pragmaticæ de cēſibus uerſatur: vbi etiam dilucidè, compendioſeque ſimulationis materia reſoluitur, Authore D. Paſchali Turcanico V. I. D. Aquilano.

QVI alicuius artis uel doctrinæ ſcribendi genus profitetur, pręludia quędam (vt exacta materiæ omninò reddatur cognitio) executioni demandare tenetur: vt cùm ibi ventum fuerit, clariorem valeant præſtare intellectum. ita exordiente Caio, I.C. in l. 1. ff. de orig. iur. & Vulpiano in l. 1. ff. ſi cert. pet. & idem in l. 1. ff. de dolo. Quorū ſententia niueis calculis ſignanda, ac tātis uiris digna, ſi rectè pēderet: Migraret profectò ex hominibus inſcitia, & rerum ambiguitas tolleretur; Hęc etenim prolegomena ſunt illa, quæ diuinus Plato admodum neceſſaria eſſe prædicauit; ex horum, inquit, cognitione, ambages omnes, enigmata cuncta, loca dubia, abſtruſa Scribentium mentes, Doctorum ardui explicantur conceptus, & denique tota materies digitis percalletur.

¶ Et cùm quęſtionem euentilaturus eſſem, An ſtante ſtatuto in Ciuitate prohibente omnes exceptiones opponi poſſe contra contractum, ſeu inſtrumentum annui cenſus, excępta ſolutionis exceptione, poſsit ſimulationis ne opponi exceptio: his oībus vſurū me fore decreui, & ante omnia propalandum eſſe reor.

¶ Quid ſit, ſiue potius quomodo deſcribatur ſimulatio, Fictio, ſiue Paliatio, ne incognita pro cognitis habeantur, iuxta vulgare illud Ciceronis in primo officiorum: Omnis enim quęſtio, quę à ratione ſuſcipitur, debet à diffinitione proficiſci, vt ſciatur id, de quo diſputatur. vt etiam meminit Bal. in pręlud. feud. nu. 8.

39 Cuius quidem ſimulationis materiam, valdè utilem, quotidianam, & neceſſariam eſſe dicebat idē qui (ut aiunt) omnia ſcripſit, Bal. in l. 1. num. 5. C. plus. val. quod agitur. Ideò tractanda & fauorabiliter admittenda eſt, iuxta terminos tex. in l. legaui. ff. de liber. leg.

¶ Secundò quotuplex ſit ſimulatio.

¶ Tertiò quot modis contrahatur.

¶ Quartò an & quando, quomodo, & à quo opponi poſsit.

¶ Quinto & vltimo, vt nihil intactum remaneat, an tali exceptioni renuntiari poſsit. ſic uel nè.

40 Et quò ad primum, Simulatio eſt quædam falſitatis imago veri ſuperficiem, nō autem medullam habens: prout elici poteſt ex Bal. in l. & qui num. 1. C. de diſtract. pign. & Iaſ. in l. nemo poteſt, num. 57. cum ſeq. in 2. lect. ff. de leg. 1. & Ripa poſt ea quæ ibi allegat & congerit, in l. mutuum damus, num. 40. ff. ſi cert. pet. & in libr. 1. reſponſ. reſpon. 5. Arelatenſis, nu. 30 ſub tit. de conſtit. & ſtatu.

41 Cùm etiam contractus ipſe dicatur ſimulatus, qui extrinſecus eſt coloratus, intrinſecus uerò ſubſtantiam non habet. l. ab Anaſtaſio, vbi Bal. C. mandati.

42 Vndè benè concindit ad hoc Rom. in eius ſing. 385. Pone quòd, vbi dicit, notarium rogantem ſe de ſimulato contractu, pœna falſi puniri. vt in c. Imperialem. §. callidis, in uerſ. Scriba, de prohib. feud. alien. per Frider. in vſib. feudo.

Inde Verſus:

Quod non eſt ſimulo, diſſimulo quoq; quod eſt.

43 Sicut clementiſsimus Dominus Deus noſter, ob ſuam immenſam clementiam, & infinitam miſericordiam diſsimulat hominum peccata propter pœnitentiam: vt Sapientiæ. c. 11. & Geneſ. c. 19. vbi Loth diſsimulabat exire Sodomam; undè eo diſsimulante Angeli apprehēderunt manus eius, ac vxoris & filiarum, & extraxerunt eos extra Ciuitatem. & hæc breuiter quò ad deſcriptionem ſimulationis.

44 Secundo uerò loco dico ſimulationem multiplicem eſſe, alia propria; alia eſt impropria; alia diſcreta, alia indiſcreta; alia honeſta; alia inhoneſta; alia deteſtabilis; & alia utilis. c. utilem. 22. q. 1. de quibus omnibus breuitatis ſtudio remiſsiuè me expedio & refero ad Alberic. de Roſate in eius Dictionario in uer. Simulatio, & ad Roland. à Valle, conſil. 47 lib. 4. & Gloſſ. ſing. in procem. Conſuet. Neap. in uerſic. Simulationis, numero 65.

45 Tertiò alio ex tribus modis committitur ſimulatio; Vno modo, quando ſimulatur certus contractus fieri, tamen non fit vt ſimulatur: Et tunc uendicat ſibi locum titulus. C. plus ual. quod agi. Bar. in l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet. & Curt. Iun. in l. iuris gentium. §. dolo, nu. 3. ff. de pactis. Et in tali caſu, tam ipſi contrahentes, quàm eorum hæredes, ac etiam tertius, poſſunt opponere huiuſce ſimulationis exceptionem: dummodò non allegent, & opponant eorum fraudem in eorundem utilitatem, & alterius detrimentum. tex. eſt apertus, in l. poſt mortem & ibi Scrib. ff. de adopt. & l. cùm profitearis. C. de reuoc. don.

46 Alio & ſecundo modo contrahitur ſimulatio, uidelicet, quando uerè agitur, vt ſic fiat: tamen agitur vt contractus ipſe citò diſtrahatur. per tex. in l. 4. §. ab ignoto. ff. de manu. teſt. Et talis ſimulationis natura eſt, ut per pactum inter ipſos contrahentes agatur expreſsè, vt diſſoluatur.

47 Tertiò & alio ultimo modo contrahitur ſimulatus, ſeu fictitius contractus, quando ex mēte contrahentium non procedit: uidelicet, quādo agitur inter ipſas partes, ut contractus ipſe ſit nullus: Et tunc habet locum tex. in l. nuda. ff. de contrahen. empt. & in l. imaginaria. ff. de regul. iur. ubi Dec. & Cagnol. & tex. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcend. Alex. in l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pactis & ibi etiam cæteri.

48 Sed aduertendum eſt qualiter inter contractum ſimulatum, ſeu fictitium, & fraudulentū plures ſunt differentiæ. Nam fraudulentus contractus eſt, quando fit in fraudem creditorum, ſeu alterius tertij; & uerè eo animo agitur, vt ualeat, & teneat vt agitur, ad hoc vt tertius decipiatur: Et tunc habet locum titulus. ff. de his, quę in fraud. cred. Et in tali caſu contrahentes ipſi non poſſunt allegare & opponere talem ſimulationis exceptionem. per tex. in præall. l. cū profitearis. C. de reuoc. don. ubi not.

49 Alia eſt etiam differentia inter prædictos contractus. Nam ſimulatus contractus eſt ipſo iure nullus, & fraudulentus eſt aliquid; ualet & tenet quando fit in fraudem creditorum, ſed obſtat exceptio doli. diffusè per Bart. & Bald. in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio. C. mandati, & multum eleganter & magiſtraliter Rota Rom. in deciſ. 484. in nouis, & in deciſ. 716. in antiquis, & optimè Bar. in ſuo eleganti conſilio 65. Petrus Nicolæ, primo lib. in quibus locis prędicti Doct. tradunt ueram practicam opponendi talem ſimulationis exceptionem; & ſimiliter Ang. Aret. inſtit. de act. in §. fuerat, num. 14. & & inſtit. de except. in princ. num. 28. & 40. Et ibi quoque ſimulatio ipſa non ſolum eſt in ſpecie probanda, ſed etiam ipſius ſimulationis cauſa.

50 Quartò pluribus probari modis poteſt ipſa ſimulatio, quamuis difficilis ſit probationis, cū fiat ſecretè inter ipſas partes: per ſcripturas, teſtes, indicia, argumenta, prǽſumptiones, & coniecturas, quæ dicuntur legitimæ probationes. Paul. Caſt. conſ. 116. num. 2. lib. 1. & conſil. 169. num. 4. & conſ. 319. num. 3. & conſ. 337. num. 1. lib. 2. & ad ſaturitatem per Tiraquel. in tract. de vtroque retract. Gloſſ. 14. §. 1. num. 55. Et in his quæ ſunt difficilis probationis lex contentatur his probationibus quæ haberi poſſunt, prout eſt ſimulatio. firmat Inno. in c. Michael, de fil. presbyt. & quę aliàs non admitterentur. Boer. deciſ. 105. Soc. in reg. 187. Alciat. in tract. de prǽſumpt. reg. 3. præſ. 38. Paul. Caſtr. conſ. 327. num. 2. libr. 2. Et quæcunque ſit probatio antę concluſionem fieri debet: & poteſt probari & opponi, tam per actorem, quàm per reum, & etiam

etiam per tertium,& eorum hæredes,per prædicta,& diffuſè per Tiraquel. in d. tract. de utroque retract.Gloſſ.2.§.1.nu.11.cum ſeq.

51 Quinto & ultimo loco, ignorandum nõ eſt, qualiter huiuſce ſimulationis exceptioni renuntiari non poteſt.firmat Paul.Caſt.in l.ſi falſum.C.plus ualere,num.5.Ripa in l.nemo poteſt,nume.6.ff.de leg.1 poſt Bart.& alios antiquos dicit communem eſſe Doctorum ſententiam,pactum etiam expreſſum in continenti appoſitũ non ualere de renuntiãdo tali exceptioni: cùm (ut aiunt) eadem facilitate, & ratione renuntiant, qua inducti fuerunt ad ſimulatè contrahendum:ut per Rip.in d.l.nemo poteſt. nu. 68. & per Scrib.communiter in l.2.C.de reſcin.vẽ. Cõis opin.

52 Secus ſi ex interuallo,vt in d.l.nemo poteſt ubi communiter per Scrib.habetur.

53 Et quando dicatur fieri pactum incontinenti & ex interuallo,uarij varia ſentiunt; quidam aſſerunt ex interuallo fieri, quando aliquid fit poſt tres dies.per Gloſſ.in l.ſi conuenerit.la 1.ff.de pign. act. Alij aſſerunt,quorum opinio crebriori calculo recipitur,quòd tunc dicatur fieri incontinenti,quando eodem loco & die aliquid fit:ſed ſi non eodem loco & tempore,tunc dicatur ex interuallo:vt copioſè per Tiraquel.in l.ſi vnquàm,in uer.Donatione largitus,num.119.C.de reuoc.don.per text.in l.ſi ex duobus.ff.de duob.reis,& in tract. de utroque retract. in tit. de retract.conuen.§.1.Glo.5.ubi latè in materia.Tamen alij aſſeruere,quòd incontinenti aliquid fieri dicatur, antequàm partes ad extraneos,diuerſoſque actus diuertantur;& tunc dici actum continuum.per text.in l.continuus,& ibi Scrib.ff.de uerb.oblig.Sed quicquid dicant, hoc totum in iudicis arbitrio remittendum,reponendumque arbitror:ut per Grauet.conſilio 55.Iaſ.in l.ſi ita quis.§.Seia,numero 14.ff.de uerb.oblig.

54 Imò fortius ſi eſſet in contractu appoſita clauſula:omnia & ſingula in præſenti inſtrumẽto contenta, fuiſſe & eſſe vera. qua tamen clauſula non obſtante ſimulationis opponi poteſt exceptio. Rip. in præalleg. l. nemo poteſt, in 2. fall.parte tamen contraria tacente.l.doli.§.diuerſum,ubi Scribẽ.ff de dolo.Paul.Caſt.in l.fi.num.6.C.plus ualere,Dec.in l.qui pecuniam, num 4.ff.ſi cert.pet.

55 Nec per ſtatutum talis exceptio tolli poteſt: vt aſſerit Iaſ.in d.l.nemo poteſt,num.46.& 63.in 2.lect.Et hæc quò ad præludia ſummo digito tetigiſſe ſufficiant pro clariori infra dicendorũ intelligentia. & ut undè digreſsimus redeamus.

56 An ſtante, dico, dicto ſtatuto in Ciuitate, (prout extat in præſenti Regno pragmatica Regis Alphonſi primi, cum inſertione diſpenſationis & bullæ Papæ Nicolai Quinti ſuper cenſibus)dictante, nullas exceptiones opponi poſſe contra contractum,ſeu inſtrumentum annui cẽſus,excepta ſolutionis exceptione, intelligatur ne excluſa exceptio ſimulationis.Et primo aſpectu uidebatur reſpondendum pro parte negatiua,ea potiſsimùm ratione.

57 Quia opponens exceptionem ſimulationis, ſuam uidetur detegere turpitudinem per text. & ibi Doct.in l.cùm profitearis.C.de reuoc.donat.& in cap.inter dilectos,extra de donat. ubi Cano.communiter poſt Gloſſ.Alex.conſil.36.num.2.lib.2.Grammat.deciſ.46.& 89.& Canoniſtæ in cap.ad noſtram,de empt.& uendi.& in c.cùm contingat,de iureiur. Paul.Caſtr. in d.l.fin.C.plus ualere,num.6.& ibi alij Doct.& Ripa in præalleg. l. nemo poteſt,poſt eos quos ibi allegat,num.75.ubi de communi teſtatur,per l.ſi creditoribus. C. de ſer.pig. dam. Tum etiam quia,qui omnia dicit nihil excludit. uulgata. l. Iulianus.ff.de leg.3. Cõis opin.

¶ Quibus tamen minimè obſtantibus in cõtrariam ſeſe habere communem & receptam ſententiam rationibus & cauſis quàmpluribus firmamus.Primò per not.doctrinam & diſtinc. Saly.in l.fin.C.de non num.pec.Aut pars aduerſa oppugnat,aut non:Et primo caſu non poteſt opponi,ſecũdo uerò caſu ſic. quod firmat Alex. in d.l.nemo poteſt,num.16.& 17.& ibi Ioannes de Monte Forte in repet. col. 19. non obſtante iuramento,nec clauſula omnia, & ſingula fuiſſe,& eſſe uera,parte tacente opponi poteſt,maximè impetrata abſolutione a iuramento,licèt non ea opus eſſet.

58 Cùm iuramentum appoſitum in contractu ſimulato non liget.Bald.in l.1.in repet. numero 130.ff.de iureiur.Fely. in c. debitores, extra eod.tit.propè fin. Gloſ. communiter recepta in præalle.l.fin.C.plus valere.Ang.in l.1.C.de dote cauta.Tum etiam tale iuramentum non habeat aliquid conſenſus.multa congerit in materia ipſa Afflict.in rub.de defenſ.impon.rub.15.num.14.in 1.parte.

59 Vbi approbat, quòd ſi quis iurat omnia & ſingula in inſtrumento contenta eſſe uera, non poteſt opponere,ſeu allegare ſimulationis exceptionem:ſi tamen ipſam allegat,ſeu opponit,& pars contraria paſſa fuit recipi probationes ſuper dicta oppoſita ſimulatione,ualet,& tenet,& nocet.Iaſ.in d.l.nemo poteſt,num.47.in prima lect.poſt antiquos ibi.Et in hoc Doctores iuuenes,qui ſi non multa legerunt de facili decipiũtur.Gloſſ.& Doct.in præal.l.emptor. ff. de aqua pluu.arcend. iuxta illud,multa prohibentur fieri,quæ tamen facta tenent.Alex.conſil.77. nume.13.lib.2.Ripa in d.l.nemo poteſt,num.65. cum aliis ſeq.in 2.limit. in quibus locis de communi teſtatur contra Bart. contrarium tenentem in l.1.§.& parui.ff. quod vi aut clam. Fely. in c.ex parte,il 2.ext.de offic.deleg.ubi de d.cõmuni ſimiliter teſtatur. Cõis opin.

60 Et intantùm quòd inſtrumentum ſimulatum non uenit appellatione inſtrumenti, & in non

non expreſsis nequit fieri executio. Tiraquel. in tract. de utroque retract. Gloſſ. 2. §. 1. nume. 11. cum ſeq. ubi multa cumulat ad punctum faciētia, & Bal. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Fely. & Dec. in c. ex parte, num. 12. in 20. & 28. fall. de offic. deleg. poſt Benedic. de Barziis Peruſinum in eius tract. de quarantigia.

¶ Et inſuper inſtrumentum de cuius ſimulatione conſtat non prodeſt. Bal. in l. quamuis. C. ſi quis ſibi uel alt. & per Scrib. in l. generaliter. C. de fide inſt.

61 Et ſi inſtrumentum principale eſt nullum, omnia & ſingula in eo contenta, tanquàm acceſſoria ſunt ſimiliter nulla, cùm habeant originem ab illa radice, infecta ſunt omnia. Guid. Papæ deciſ. ult. Grammat. conſ. 1. in fine ſuarum deciſ. inſerto, ferè per totum.

¶ Firmat etiam Curt. Iun. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 20. C. de pactis, & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uend. quòd ſi principale inſtrumentum eſt nullum, omnes clauſulæ in eo appoſitæ ſunt ſimiliter nullæ. qđ probat Afflict. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, circa princ. & num. 54. & in pluribus locis ibi, rub. 5. parte 3. & per Scrib. in l. non dubium. C. de leg. Hipoly. de Marſil. ſing. 327. Nec amplius inſtrumenti nomen retinet, & habetur pro non facto: ut per Specul. in tit. de confeſſ. §. nunc uidendum. Et eſt tanquàm depictum in pariete, & corpus ſine anima. Bal. in præall. l. 1. num. 7. C. plus ual. quod agi.

62 Nec etiam dubitandum eſt ſimulationem vitiare omnia, compromiſſum, laudum, tranſactionem, ſententiam, & omnem alium contractum. Bal. in d. l. 1. poſt Bart. in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio. C. mand. attento maximè q tale inſtrumentum remouet à ſe omnem conſenſum, & per conſequens deficit in ſuo ſubſtantiali & eſſentia. Iaſ. & Curt. Iun. poſt antiquiores ibi, in l. cùm ea quæ. nu. 2. cum ſeq. C. de trāſact. Et quod nullum eſt, nullum producit iuris effectum. l. 4. §. condemnatum, & ibi Bartol. ff. de re iud.

63 Et ultra prædicta ſimulatio ipſa pluribus & variis modis probatur. Nam ſi una ex partibus eſt ſimplex & ignara, altera uerò ſagax, & aſtuta, contractus redditur proculdubio ſimulatus: vt per Alex. conſ. 49. n. 15. lib. 4. Barth. Veronē. in tract. de ſimulatio. cōtract. ſimul. 9. Similiter ſi cōtractus celebratur in aliquo aucupio, loco occulto, & ad decipiendum apto. Veronenſis. d. tract. ſimul. 2. Nec non quando una ex his partibus emit bona alterius, & alienat ſua æque bona. Veronenſ. ſimul. 19. Ac etiam quando celebratur cum pacto de retrouendendo infra paucos dies, & multis aliis modis, de quibus diffuſiſſimè. per præcit. Veronenſ. in d. ſuo eleganti tracta. per totum, & Ripam in d. l nemo poteſt, nume. 73. cum multis ſeq. ubi alij omnes.

64 Nec etiam obſtat Regia pragmatica, ſiue ſummi Pontificis diſpenſatio, cùm prohibeat opponi exceptiones contra inſtrumentum annui cenſus, excepta ſolutionis exceptione: eo quia exceptio ſimulationis nunquàm intelligitur excluſa: nec etiam omnes aliæ rationabiles & legitimę: cùm inſtrumentum ſimulatum non retineat amplius, vt dictum eſt ſuprà, nomen inſtrumenti: vt habetur communiter per Canoniſt. in c. itē cùm quis. de reſt. ſpol. Iaſ. in præal. l. ea quæ, & in d. l. nemo poteſt, in 2. lect. num. 4. Ioannes Bapt. Ferret. conſ. 85. in fin. & conſ. 53. num. 9. vol. 1. Carauita in ritu 228. nume. 9. & Grammat. conſ. ciuili 43. & clariſsimè per Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. §. regula, num. 4. ff. de leg. 1. Alex. conſil. 113. num. 8. cum ſeq. lib. 5. & elegāter Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam; in quibus locis præcitati Doct. firmant per tale ſtatutum, ſolùm & duntaxat excludi irrationabiles & illegitimas exceptiones, non autem legitimas & rationabiles.

65 Et alia urgenti moueor ratione: eo quia ſi tale ſtatutum prohibet opponi exceptiones contra inſtrumentum cenſuale, nunquàm intelligitur excludi exceptio, quæ colligi poteſt ex forma, tenore, & natura ipſius ſtatuti. quod firmat Paul. Caſt. in conſ. 327. lib. 2. & Albert. Brun. in conſ. feud. 117. nu. 260. & Ripa in d. l. nemo poteſt, num. 65. & ſeq.

66 Et ſimiliter ſi prohibet omnes exceptiones excepta ſolutionis: nihilominus non intelligitur excluſa exceptio compenſationis. Iaſ. in l. cū qui. §. ſi iurauero, num. 3. ff. de iniur. Ang. conſ. 209. incip. quidam, Alex. conſi. 12. num. 13. lib. 2. Barto. de Capua. in ritu, ſi qui debitores, numero 9. & Carauita in ritu 166. numero 57. cum ſequen.

67 Item ſtatutum loquens de contractu, intelligitur de contractu uerò, non autem ficto, ſeu ſimulato. Iaſ. in præall. l. ſi mihi & tibi. & Alex. conſ. 115. num. 2. lib. 2.

68 Nec tale ſtatutum poteſt tollere exceptiones quæ in continenti probari poſſent. Alex. cōſil. 94. per totum, lib. 4. Et ſi prohiberet nullam poſſe opponi exceptionem contra inſtrumentū habens executionem paratam: tamen ſimulationis non intelligitur prohibita. Ferrett. d. conſil. 53. num. 9. & ſemper intelliguntur excluſę exceptiones irrationabiles. Gloſ. communiter recepta in pręall. c. ex parte. Corſet. in eius ſing. 91. Paul. Caſt. in l. fin. ff. de conſtit. pec. Et ſi pręſumitur contractus ſimulatus, præſumitur & eius quarantigia ſimulata. Barth. Soc. in l. 1. numero 102. ff. ſol. matr. & ſic ſi non ualet contractus, nec valet eius quarantigia vt ibi per eum.

69 Et ſi etiam tale ſtatutum mandaret, & diſponeret inſtrumentum mandari debere executioni, intelligitur ſi inſtrumentum de iure ſubſiſtit. Bart. in l. 2. §. prętor, num. 2. ff. qui ſat. cog. l. Diuus, num. 1. ff. de teſt. mil. Guid. Papæ deciſ. 43. num. 15. cum ſeq.

¶ Nec

¶ Nec obſtant in contrarium allegata, quæ habent locum parte contraria opponente & reluctante, per ſupra allegata.

¶ Et adhuc inſiſtendo ſuper intellectu, & uero ſenſu illius pragmaticæ, ſeu diſpenſationis. Nã ſi rectè intueatur, diſpenſatio illa tradit nobis modum celebrandi contractum, ſiue inſtrumentum annui cenſus.

70 Et quando lex, ſeu ſuperior tradit nobis modum aliquid faciendi, modus ille habetur pro forma. Abbas in c. cùm dilecta, ext. de reſcript. & Afflict. in conſtit. ſi quis in poſterum, num. 2. rub. 17. in 1. parte, ex mente Bar. in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbit.

¶ Et omnis forma à iure tradita eſt de ſubſtãtialibus, & eſſentia actus. Bal. in l. comparationes, num. 8. C. de fide inſtrum. & forma eſt illa, quæ dat eſſe rei. l. cùm quis. C. de iuris & fact. ignor. & l. Iulianus. §. ſed & ſi. ff. ad exhib.

71 Et à tali forma nullatenus eſt recedendum, nec recedi poteſt etiam de communi partium conſenſu. Iaſ. in l. 1. ff. de lib. & poſthu. num. 29. poſt eos, quos ibi allegat, & in l. ſtipulatio. §. ſi quis ita. num. 4. ff. de uerb. oblig.

72 Et ſi pro forma in aliquo actu plura requiruntur, uno minimo deficiente actus vitiatur, nec aliquid addi, nec diminui poteſt, ſed præcisè obſeruari debet: vt per Iaſ. & communiter Scriben. in l. hæc uerba. ff. de leg. 1. nu. 37. & eſt text. l. vniuerſis. C. de precib. Imper. offer. Et notiſsimi iuris eſt, quòd forma non ſeruata actus eſt ipſo iure nullus. tex. eſt apertus in l. ſi unus. C. de teſtam.

¶ Si ergò contractus ſit aliquo ex tribus modis prædictis ſimulatus, fit contra formam dictæ pragmaticæ, ſeu diſpenſationis: maximè ſi in ipſo contractu cenſuali interuenit læſio ultra dimidiam iuſti pretij, etiam ſi excederet læſio ipſa decimam partem ueri pretij, non ualet, neque tenet: ut colligi poteſt facilè ex lectura ipſius diſpenſationis: & ſic forma non ſeruata, ipſo iure contractus redditur nullus; & ſi ualeret & teneret, prout non ualet, neque tenet, ueniret reſcindendus ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend. prout firmat eleganter Ambroſius de Vignate in eius tract. de cenſib. ſuper c. ſalubriter, extr. de uſuris, poſt longam eius ad vtranque partem diſceptationem, num. 75. & 80. ubi bis de communi teſtatur. & in hoc iuris puncto in eadem fuit ſententia Ioannes Ant. de Nigris, ſuper capit. Regni, in cap. Pro publici boni, nume. 25. ubi ſimiliter de communi teſtatur. Cõis opin.

73 Nam ipſa pragmatica, ſiue diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi, & ad vnguem obſeruari in caſu quo loquitur. uulgata l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. obliga. & ibi Bart. & Doct. Grammat. deciſ. 92. num. 3. cum ſeq. & Barth. de Capua in conſtit. pœnam eorũ. num. 22. & in c. ab illo inchoandum, num. 12. O vtinam in celebrandis ſimilibus contractibus cẽſualibus obſeruaretur forma illius diſpẽſationis, & reformationis Papæ Pij V. ſi obſeruatur Deus ſcit.

¶ Sed in propoſito non poſſum ſatis non admirari de practica & ſtylo aliquorum notariorum qua utuntur in celebrandis contractibus annui cenſus, in quibus miſcent contractum emphyteoticum: cùm contractus ipſi ſint contrarię, ſeu diuerſæ naturæ, & in pluribus differant. Et primò ſi emphyteota eccleſię per biennium, & priuati per integrum triennium ceſſauerit à ſolutione conuenti canonis, cadit à iure ſuo: vt in l. 2. C. de iure emph. & auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & c. potuit, extra locati, Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 8. in princ. & ante eum Iaſ. in l. 1. num. 48. & ſeq. C. de iure emph. Quod nõ eſt in cõtractu cenſuali, in quo nedum per biennium ſeu triennium, ſed etiam per mille annos non ſoluerit conuentum cenſum, nunquam cadit à iure ſuo, ſed cenſus decurſus ſemper peti poteſt. vt eſt tex. cum Gloſſ. in c. conſtitutus, in uerb. Iuxtà, extra de relig. dom. ubi Cano. & Iul. Clar. in d. §. emphyteoſis. q. 1. uer. Contractus autem, in fine. Ac etiam datur alia differentia inter contractus prædictos, eo quia in cõtractu emphyteotico ſolùm utile dominium transfertur à concedente in recipientem, & in contractu cenſuali non ſolùm utile ſed etiam & directum: vndè ſequitur quòd de re noſtra ſoluamus cenſum, & pẽſionem de re aliena: ut meminit idẽ Iul. Clar. in pręal. §. emphyteoſis. q. 1. ſub præall. uerſ. Cõtractus autem. Alias autem differentias, & latius uide per Iaſ. in d. l. 1. & 2. C. de iure emphyt. & Ioan. Fab. inſtit. locati. in §. adeo. num. 4. & Spec. in tit. de emphy. in prin. 14. colum. num. 6. Par. de Put. in tract. de feud. reinteg. in c. & quia, num. 5. fol. 123. Melius igitur eſſet ipſos contractus particulariter & diſtinctè celebrari, & non ſic miſtim, & confuſim, ſtãte eorum contrarietate: ut per Fab. in d. §. 1. numero 4. 13. & 14. Cùm duo contraria non poſſint eſſe ſimul uno & eodem tempore, & in eodẽ ſubiecto. uulgata l. 1. C. de furt. cum ſimilibus. ſtante etiam maximè cùm ipſa contrarietas inducat fraudem: ut dicebat Bal. in conſtit. Sancimus, nu. 25. poſt prin. de iure protomiſeos. Sed ad euitandum litis anfractus cautius eſſet, prout dixi, diſtinctim celebrari iuxtà formã Regiæ pragmaticæ & diſpenſationis antedicti Summi Pontificis Nicolai V. cum reformatione Pij V. cum omnibus aliis in talibus contractibus à iure requiſitis ſine onere conſcientiæ. Altiſsimo Redemptori noſtro Ieſu Chriſto, & eius glorioſiſsimæ matri Virgini Mariæ, & Diuo Bernardino Protectori noſtro, quẽ Redemptor ipſe in vita & in morte innumeris decorauit miraculis, (vt meminit Guid. Papæ deciſ. 84.) laus ſemper honor, & gloria.

Paſchalis Turcanicus Aquilanus V. I. D.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *LVCRVM dotis faciens maritus ex forma ſtatuti uenit cum fratribus communicandum poſt mortem communis patris, quando pater ipſe ſuſtinuiſſet onera matrimonij: quia lucrum ipſum reſpicit onera matrimonij.*
2 *Lucrum dotis conceditur propter onera matrimonij.*
3 *Pater ſtipulans lucrum dotis ex forma ſtatuti pro ſe, & filio, uidetur donare ipſi filio.*
4 *Donatio inter patrem, & filium non valet ipſo iure.*
5 *Donatio inter patrem, & filium licèt firmetur iuramento, tamen hoc non procedit ubi traditio rei donatę ſecuta non ſit.*
6 *Donatio inducta ex ſtipulatione facta per patrem filio lucri dotis ex forma ſtatuti, licèt non ualeat in vita ipſius patris, tamen morte confirmatur.*
7 *Donatio preſumpta facta per patrem filio contrario iudicio reuocatur.*
8 *Donatio facta per patrem filio poteſt reuocari, & fieri alteri filio.*
9 *Donatio pręſumpta facta per patrem filio reuocatur per teſtamentum ipſius patris poſtea conditum.*
10 *Filiorum par affectio eſt, & naturalis æquitas.*
11 *Aequalitas inter liberos ſemper ſeruanda eſt.*
12 *Patrem hortatur lex quantum poteſt ad ſeruandam æqualitatem inter filios: quia pater non debet unum filium legitimum facere, & alterum priuignum.*
13 *Inęqualitas parit diſcordiam, & inuidiam inter filios.*
14 *Inæqualitas inter filios meritò reprobatur à lege.*
15 *Filius maiori dolore afficitur ſi pater uni fratri donet, quàm ſi extraneo.*
16 *Aequalitas vt inter filios ſeruetur, uoluntas teſtatoris interpretanda eſt.*
17 *Pater non tenetur dare in dotem tantum uni filię, quãtum alteri.*
18 *Donatio inter virum, & uxorem, ſeu inter patrem, et filium, etiam quòd ſit morte confirmata, tamen dominium erat, & eſt patris.*
19 *Pater poteſt tacitè, & expreſsè reuocare ius quæſitum filio, uendendo, uel relinquendo alteri, ſecundùm unam opinionem, licèt altera ſententia contraria, videlicèt, quòd pater feudum, ſeu emphyteoſim receptam pro ſe, & filiis, non poſſit uni ex ipſis filijs prælegare, communis extat.*

OPINIO DCCCXXXIII.

1 STATVTVM diſponens, quòd maritus lucretur, lucrarique debeat dotem vxore præcedente ſine filiis, ita interpretandum venit, vt lucrum hoc cedat patri ipſius mariti, ac ei illud quæratur de iure, vbicunque maritus ipſe repe riebatur ſub paterna poteſtate tempore contractus, conſumatique matrimonij, & pater ſuſtinebat onera præſentis matrimonij: fit enim tunc peculium profectitium, tanquàm prouenienſ ex re patris, ideſt ex oneribus matrimonij, quę ſubit pater, & ſic communicandum uenit inter filios poſt mortem patris: ſecundùm Bartol. in tract. de duobus fratribus, quæſtio. 5. numero 6. Bald. in l. ſecunda. C. famil. erciſcun. Abb. conſilio 79. colum. 2. uolum. 2. Roma. conſilio 406. quæſtio præſens, ſub num. 1. uerſic. Vltima fuit æquiſsima, & de iure veriſsima opinio. Petr. de Vbald. in tract. ſociet. in 5. par. princip. quæſt. 12. Quod eſt nempè cordi tenendum, ex quo paſsim ab idiotis ignoratur. teſte Marſil. ſing. 264. & iſta eſt æquiſiſsima, & de iure ueriſsima opinio: vt amplè diſcurrit, & firmat Deci. conſil. 67. circa propoſitum, per totum, Gloſ. & alij in l. quod ſi eo tempore. ff. pro ſocio, & l. dotem filio. ff. de caſtrenſ. pecul. ubi generaliter dicitur lucrum dotis reſpicere onera matrimonij; & hoc idem prouectiori ætate, maturioriq; iudicio tuetur, & concedit idem Dec. conſ. 560. nouiſsimè, ubi refert ſic aliàs conſultum extitiſſe Senis.

¶ Rolan. uerò à Valle in tract. de lucro dotis in quæſt. 110. An lucrum dotis, quod facit maritus, num. 1. cum aliis ſeq. recenſuit in præſenti articulo tres alias opiniones contrarias, & reſoluit materiam mediantibus aliquibus caſibus, & diſtinctionibus recitatis inibi per eum, quibus reiectis, aliter non recedo à prædicta opinione Bart. & ſequacium, tanquàm ſacroſanctā; & tanto libentius, cùm pro ea uiderim hiſce oculis in facti contingentia conſultum doctè, & religioſè quidè, more ſuo, in anno 1555. per Illuſtrem D. Reſtaurum Caſtaldum Peruſinum præceptorem meum, dum eo tempore militabam ſub eius diſciplina, ad fauorem D. Philippi confratris, & cohęredis D. Pernicolæ Ciuitatis Caſtelli.

2 Quæ quidem opinio potiſsimùm mihi arridet: cùm principaliter, & ſpecialiter concedatur, aſsigneturque lucrum memoratum pro alimentis, gubernio, & expenſis, & conſequenter propter onera matrimonij: & iſta eſt uirtualis, & communis ipſius ſtatuti ratio. atteſtante Deci. in dicto conſilio 560. colum. penult. & ubertim Tiraquel. in l. ſi vnquàm, uerſ. Donatione largitus, numero 175. & ſequen. & num. 181. & 188. & Roland. à Valle in tract. de lucro dotis, quæſt. 4. numero 10. & ſeq. & quæſt. 82. num. 3. & quęſt. 92. num. 5. & quęſt. 103. num. 12. & q. 106. num. 13. & 30.

3 Et licèt vt plurimùm occurrere ſoleat, vt pater tempore promiſsionis dotis ſtipuletur lucrum præfatum pro ſe, & filio: poſſet facilè hæſitari ipſum lucrum hac de cauſa quærendum filio. Tamen pro reſolutione conſiderandum, ſpeculandumque foret, quòd ſi pater uellet hoc tantùm

tantùm filio concedere: id certè contingeret per uiam donationis de patre in filiũfamilias.l. filiæ,& ibi Gloſſ.C. famil.erciſcũ.vbi Alber.in fin.prorumpit hoc uidiſſe per Doct. communiter approbari:& firmat etiam Bal.in l. 1. in fin. C.per quas perſo.

Cõis opin.

4 Sed iſthęc donatio in uita patris non potuit ualere. Nã donatio inter patrem,& filium non ualet ipſo iure.l. iubemus. §. 1. & ibi Bald. C.ad Trebel.cum aliis uulgaribus.Nec donatio hæc dici poteſt confirmata iuramento:cùm nullum iuramentum in præſenti caſu apponat, ſeu prꝑſtet pater recipiens,maximè inter ſe,& filiũ, ſed concedens tantùm.

5 Neque etiam morte patris donatio iſta dici poſſet confirmata. iuxtà regulam uulgarem, d. l. filiæ. Quoniam hoc non ſortitur aliter locum, vbi traditio ſecuta non eſt. l. Papinianus. ff.de donatio.inter uirum,& vxor.Barto. in l. 1. C.ſi quis alteri,uel ſibi,Bald.in authen.ex teſtamento.colum. 6.C.de collat.Dec.conſ.239.colum.2.& conſ.296.

6 Sed eſto,quòd ex ipſa ſtipulatione facta per patrem proprij lucri filio ſuo inducatur donatio:vt in d.l.filiæ.C.famil.erciſc.cum Gloſſ. quę licèt non ualeat in uita patris,vt ſupra oſtendimus:nihilominus tamen illa donatio morte cõfirmatur.d.l.filiæ,& l.donationes,quas.C.de donat. inter uir. & uxor. quæ nempè tunc tranſit in vim vltimæ uoluntatis, quaſi lagatum: ſecundum Gloſ. 1.in fin.in dicta l. filiæ: cuius opinio communiter, & uniuerſaliter approbatur, & recipitur per Scribentes omnes. teſte ibi Alber.

Cõis opin.

7 Ideò tunc ea donatio prꝑſumpta contrario iudicio reuocari poteſt: vt eſt text. expreſſus in d.l.filiæ.

8 Nam donatio facta per patrem filio poteſt indubitanter reuocari,& fieri alteri filio. d.l.donationes quas, Bald. in authen. ſi quas ruinas. colum.6.C.de ſacroſanct. eccle. & Alex. conſil. 78.uolum.4.

9 Vndè pater conficiens teſtamentum, inſtituenſque filios ęqualiter, id eſt unumquemque eorum in ęquali portione, reuocatur nempè eo caſu prędicta prꝑſumpta donatio per hoc teſtamentũ,& inſtitutionem:ut uoluit & in terminis firmauit Saly.in d. l.filię.in 2.nota. Licèt & malè ibi Bald. potius argumentando, quàm decidendo nonnullas in contrarium rationes,& argumenta adduxerit: ſed rationes Saly. efficaciores diſcernuntur.

10 Nam naturalis ęquitas,& par affectio liberorum eſt.l.illud.C.commun.utri. iudic. & l. ut liberis.C.de collat.

11 Semper itaque ęqualitas inter liberos cuiuſcunque qualitatis ſeruanda eſt.l. inter filios. C.famil.erciſcun. l. vt liberis, & ibi Bald. C. de collat.& l.fin. C. communia utrius. iudic. Dec. conſilio 339. conſuluit Excellentiſsimus Doctor, nu. 9.& Soc.Iun.conſil.160.col. 5.uolu.2.

12 Hortatur enim lex patrem quantùm poteſt ad ſeruandam ęqualitatem inter filios. §. illud quoque, in authen. de nuptiis, ubi Ang. aſſerit inibi probari illud uulgare,quòd pater non debet unum filium legitimum facere, & alterum priuignum.ſequitur Dec.conſil. 59. nu. 3. Rubeus, conſ.6. nu. 5.

13 Nam inuidiam,& diſcordiam parit inęqualitas inter filios.teſte Corneo conſilio 13.numero 5.vol.3.

14 Proinde meritò inęqualitatem inter filios iura reprobare aſſeruit idem Corne.conſil.289. num.7.uol.5.& Bal.in tract.de ſubſt.§.diximus ſupra,num.8.

15 Et prꝑſertim cùm filius rectè maiori afficiatur dolore,ſi pater uni fratri donet,quàm ſi extraneo: vt in medium reſerauit Aluiſ.de Alber. ſing.7.per text.in §. & quod ſępè nobis,in auth. de trient.& ſemiſſ.

16 Et hinc eſt,quòd uoluntas teſtatoris interpretanda quippè ſit,ut æqualitas inter filios ſeruetur.l.cùm pater.§.pater pluribus.ff.de leg.2. & Alex.conſ.81.uol.4.

17 Poteſt tamen pater dare uni filiæ pro dote plus, quàm alteri. ita Gul. de Cu. in l.cùm is.§. mulier.ff.de cond.indeb.Dec.conſil. 26. Ruin. conſil.56.num.9.uol.3.Ioan.Cephal.conſ.280. num.12.uol.2.& Bertachin.in ſuo repert.in uerbo Pater dotat.& Afflict.in conſti.in aliquibus, num.50.in titu.de ſucceſſ. filiorum Comit. vel Baronum,rub.23.in 3.parte,ubi quamplura ad punctum facientia congerit. & ad id non parũ conferunt quæ dicit Paul.Caſt.in l.ſi ita legatũ. ff.de condit.& demonſt.

18 Secundò eſto, quòd donatio fuerit morte confirmata,ut ſupra docuimus:nihilominus interim dominium fuit, & erat patris. vt eſt text. expreſſus in l.ſed interim.§.ſi vxor.ff. de donat. inter uir.& vxor. qui licèt in donatione inter uirum,& uxorem loquatur: tamen idem eſt inter patrem,& filium.d.l.donationes quas.

19 Et quòd pater poſsit expreſsè, & tacitè reuocare ius quęſitum filio,uendendo,& relinquẽdo alteri:firmat ultra prꝑcitatos Doct. Anchar. etiam conſilio 132.caſus talis eſt,Roma.conſiſilio 35.viſa facti ſerie, & alij congeſti per Tiraquel.de utroq. retract. tit. 1. §. 2. Gloſſ. 6. numero 23.cum aliis ſequen. qui infinita ferè adducit pro utraque parte,& Afflict.in cap. 1.numero 21.de ſucceſſ.feud.& Iaſ.in l.2. quæſt. 22. C.de iur.emphyt.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, ꝙ pater feudum, ſeu emphyteoſim receptam pro ſe, & filiis non poſsit vni ex ipſis filiis prꝑlegare in præiudicium aliorum filiorum,inclinauit Alexã. conſilio 8. uiſis ſubtiliſsimis dubitationibus,num. 15.cum aliis Doct. aggregatis per apoſtillam ibi in litera E, ubi non obſcurè quidem deducit iſtam eſſe communem opinionem Cõis opin.

nem,& Dec.conſil. 239. primò non uidetur dubitandum,num.6.& Iul. Clar. quoque in tract. feudorum,quæſt. 40. quæro nunquid poſsit vaſallus in ſuo teſtamento de feudo diſponere, uerſ.Secundò infertur, quòd non poterit pater habens plures filios.

¶ Quam quidem communē aſſeuerat ibi procedere ſine ſcrupulo aliquo in feudo antiquo,& paterno:non autem in nouo. Sed iſthæc diſtinctio mihi non ſatisfacit. Nam modica differentia eſt inter feudum antiquum,& nouum: quia ſicuti in feudo nouo non ſuccedunt,niſi deſcendentes primi acquirentis inueſtiti: ita in feudo antiquo,agnati,ac collaterales, qui tamen deſcenderunt à primo acquirente inueſtito de ipſo feudo.c.1.de nat.ſucceſſ.feud.& Iaſ. in tract. feud.num.83.uer.Tertia diuiſio.

¶ Vndè omnes filij debent inueſtiri de ipſo feudo, & omnes iurare fidelitatem, non autem unus ſolus c.1.§.omnes,ſi de feud.defun.contē. ſit inter do.& l.Imperialem de prohib. feud. alien.per Federi.per quæ iura patet,quòd nec pater poſsit aſsignare uni feudum, & alteri allodium.d.c.1.§.omnes,& argumen.l.vt iuriſiurādi.§.fina. de operis liberto. & l. liberi. ff. ſi quid in fraud. patr. & ita concludit Ioan. Blanchi in ſumma feud.tit.quibus mod.feud.amit. uerſic. Sed nunquid poterit pro anima, cum aliis ſequentibus.

¶ Feudum enim eſt beneficium perſonarū, quod tranſire debet ad omnes filios ſuccedentes æqualiter.l.1.C.de anno.trib.lib.10.

¶ Quare ſi aliqui filij forent minus utiles,nō poſſet utique pater eligere utiliorem,& illi feudum aſsignare: nec etiam hoc poſſet facere dominus:ut in multis uerificatur articulis in quæſtione,quam affabrè diſputauit de hoc Pileus referens Ioan.Blanchi in d.ſumma feud. tit. quis ordo ſucc.ſit.

¶ Sequitur ergò neceſſariò ex his, quòd omnes filij maſculi æqualiter ſuccedant: ut in §. hoc autem notandum,qui feud.dare poſſ. & de ſucceſſ feud.in princ.& c.3.de inue.

¶ Et opinionem hanc, quòd pater etiam cū aſſenſu domini alienare nequeat feudum nouum ex pacto,& prouidentia receptum pro ſe, & filiis, firmauit etiam Bal. col. 2.& Aluar. colum.7.in c.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. & Laurent. Siluan. cum magna catherua Doctorum relata per eum conſ. 15. ſubtilia ſunt dubia,num.40. vbi non obſcurè deducit iſtam eſſe magis communem ſententiam,& Alex.quoque conſil. 106. viſo themate inſtrumenti conceſsionis,nu.8. uol. 4. cum aliis aggregatis per Ioan.Thom. de Marinis in tract. de generibus, & qualitate feudorum tit. 3. de feud.ex pact. & prouident.nouo,ſub num. 16.ubi expreſsè fulcitur,& ſuſtinet ſtrenuè quidem compluribus rationibus,& argumentis,& authoritatibus contrariam opinionem And.de Iſer.in c.1.§.& ſi bellum,num.10.de alien.feud. pater.

Cōis opin.

¶ Sed retenta communi opinione tanquàm ſacroſancta,aduerte quòd ubicunque in inueſtitura expreſsè conuentum,promiſſumque ſit, q vaſallus facere poſſet quicquid uelit alienando, teſtando &c. Quod quidem pactum fieri poteſt cap.1.per quos fiat inueſt.c.1.in fin.quan. dom. propr.priuet.& c.1.an agnat.uel fil.

¶ Quinimò vult text.in d.c.1.in fi. per quos fiat inueſtit.quòd ualeat pactum appoſitum cōtra diſſinitionem contractus,& contra eius ſubſtantiam:vt in illo §.fi.

¶ Et feudum ipſum ſimiliter cōcedi poteſt, vt feudatarius de eo teſtari queat.c. 1.in princ. de ſucceſ.feud.& qualit.olim feud.alien.pot. & ibi Bal.& Alnar.in §.donare.

¶ Et tunc utique per pactum hoc uaſallus poteſt uendere,donare,in dotem dare, & teſtari:ſecundùm bal.in cap. 1.de feud.non habente propr. nat.feud.

¶ Nam ipſum feudum non habet propriam naturam feudi: cùm ex uerbis inueſtituræ impropriata,& alterata ſit natura feudi ita,& taliter, quòd vaſallus teſtari ualeat de bonis ipſis feudalibus, dummodò in non extraneam perſonam:ut concedit Io.Blanchi in d. ſumma feud. in 3.par.in rub.quis ordo ſucced.ſit.§. ſed qualiter ſuccedent domini,ſi plures ſunt.

¶ Et de hoc mirandum non eſt,quoniam pactum adiectum in inueſtitura uincit naturam feudi.l.paciſci.ff.de pact. c. 1.§. prætereà, quid ſit inueſtitura, & c. 1. de feud. non hab. propr. nat.feud. Et ſic contractus ex conuentione legem accipiunt. lege prima.§. ſi conuenerit. ff.depo.

¶ Et pacta poſſe apponi in feudis, vt alteretur natura illorum, ita ut ſuccedāt qui aliàs nō ſuccederent,nō eſt dubium.c.pręterea, quid ſit inueſtitura.c.1.de feud.non hab.propr.nat.feu. & c. nulla, per quos fiat inueſtit.niſi forent iuri publico, uel naturæ contraria.vt in c.ſi duo, de inueſtit.quam Titius accepit à Sempr.& c.1.de feud.non hab. propr. nat. feud. & firmat Ioan. Thom.de Marinis in tract.de generibus, & qualitate feudorum,in tit. 19. de feud. non haben. propr.feud.natur.num.8.ubi num.4.& ſeq.ponit etiam aliqua exempla feudi non habentis propriam naturam feudi.Et licèt hoc apertiſsimè intueatur in quamplurimis conſtitutionibus,& conſuetudinibus feudalibus; nihilominùs colligitur etiam ad ſaturitatem uſque in ſumma Odofr.rub.17.notandum eſt, quòd pacta poſſunt apponi. & de hoc nemo unquàm dubitauit.

¶ Et quamuis feudum alteretur in aliqua re: tamen in aliis non expreſsis retinet ſuam naturam: vt conſuluit Dec.conſil. 193.& pro tenui facultate mea diligenter conſideratis.

¶ Et eo equidem caſu iſte contractus potius uidetur donationis,quàm feudi, & ſuperioritatis:p r

tis: per doctrinam, & deciſionem Ioan. And. in add. Spec. in tit. de preſcript.

¶ Et faciunt ea, quę notant Hoſtien. & Ioan. And. in c. nimis, de iureiurā. quòd caſtrum ita conceſſum potius cenſeatur allodium, quàm feudum.

¶ Vndè in allodiis, & iis quæ pertinent pleno iure, id eſt directi dominij: ut notat Gloſſ. in l. Iulianus. ff. de rei vendic. poteſt quis indubitanter facere, vt unus ſolus in una re ſuccedat, vel uniuerſaliter ſuccedat: alij uerò ſint hæredes particulares. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. l. quoties. C. eodem tit. & l. fin. C. famil. erciſc. Et facit quod habetur in cap. licèt, de uoto, & per Bal. in l. hac edictali. C. de ſecun. nup.

¶ Itaque in præſenti caſu teſtator abſque dubio poteſt unum, uel duos filios eligere in huiuſmodi feudo. facit l. 1. & totus titulus. ff. de aſſign. liberto. ubi licèt iuſpatronatus deſcendat in omnes liberos æqualiter. l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. tamen poteſt unum ex illis in eo eligere: ad idem l. unum ex familia. ff. de leg. 2. ubi licèt quis rogatus reſtituere rem familiæ, ſeu in familia: nihilominus poterit præ eligere: & ſic ex his unum ex filiis eligere poſſet pater in feudo.

SVMMARIVM.

1 *STIPVLATIO eſt contractus iuris ciuilis, non autem iuriſgentium.*
2 *Stipulatio eſt contractus nominatus.*
3 *Contractus quilibet redactus in publicum inſtrumentum, cùm in eo ſemper apponi ſoleat ſtipulatio, ſemper dicetur nominatus propter ſtipulationem appoſitam.*
4 *Contractus innominatus rarò probatur per inſtrumentum propter ſtipulationem in eo poni ſolitam.*

OPINIO DCCCXXXIV.

1 STIPVLATIO eſt contractus iuris ciuilis: & ſic ſtipulationem de iure ciuili, non autem de iuregentiū eſſe uoluere Glo. Aret. Ozerius, num. 34. in §. ius autem gentium, inſtit. de iure nat. gent. Alexan. Iaſ. Illuſtris D. Guil. Pontanus præceptor meus, num. 27. Soc. Ripa, & Marcellus Berincutius, colum. 35. in rubr. ff. de uerborum oblig. Gloſſ. Barto. Bal. Iaſ. & alij omnes in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure, & copioſè Thobias Nonius in §. omnis, nume. 10. inſtit. de uerbor. oblig. ubi approbat opinionem iſtorum & admittit communem eſſe; & ab ea tanquàm communi aduertit non fore recedendum Ruinus in d. rubr. ff. de uerbor. oblig. numero 65. & ſequentibus. Cōis opin.

2 Item ipſa ſtipulatio eſt etiam contractus nominatus: ſecundùm Barto. in l. 2. C. de cond. ob cauſam, & Paul Caſtren. in d. rub. ff. de uerb. obligat. quos ſequuntur ibi multis rationibus Alexan. Iacob. Mandelus de Alba, num. 145. & ſeq. & alij omnes, & Dec. conſilio 279. ſub numero 1. & Caſſaneus conſ. 53. num. 56.

3 Et hinc ſequitur, quòd hodie de quocunque contractu fit publicum inſtrumentum, quum ſemper apponi ſoleat ſtipulatio, ſemper dicatur contractus nominatus, & hoc propter ſtipulationem appoſitam.

4 Ex quo ſequitur, quòd rarò per inſtrumentum probatur contractus innominatus: cum notarij in fine dicere ſoleant: quę omnia partes prædictæ ſibi inuicem ſolenni ſtipulatione promiſerunt, vel ſimilia uerba. iſta eſt doctrina Barto. in d. l. 2. in fin. cum qua concurrunt Paul. Caſtren. Alex. Soc. & cæteri in d. rubr. ff. de uerb. oblig. & Caſſaneus in d. conſilio 53. nu. 57. & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 1. c. 23. propè finem.

SVMMARIVM.

1 *IGNORANTIA ſecundùm communem regulam præſumitur.*
2 *Ignorantiam allegans non tenetur eam probare, ſed aduerſarius tenetur probare ſcientiam.*
3 *Ignorantia eſt quid facti, & ideò ea ſemper præſumitur.*
4 *Ignorantia præſumitur etiam in herede.*
5 *Ignorantia in his, quæ ſunt facti præſumitur in coniunctis etiam.*
6 *Ignorare præſumitur propinquus ea, quæ à propinquo facta ſunt.*
7 *Ignorare præſumitur filius teſtamentum patris.*
8 *Filius præſumitur ignorare codicillos paternos, & omnia, quæ in eis continentur.*
9 *Propinquus præſumitur ſcire ætatem ſui propinqui, et ius cognationis.*
10 *Præſumitur quis ſcire illud de quo uiget fama publica, uel quod publicè notum eſt.*
11 *Præſumitur ad notitiam ciuium deuenire, quod publicè fit.*
12 *Heres præſumitur de teſtamento notitiam habuiſſe, vbicunque in patria ſua notum, manifeſtumque ſit defunctum condidiſſe teſtamentum.*
13 *Infirmus non præſumitur ſcire, etiam id, de quo extat publica fama.*
14 *Abſens præſumitur ignorare etiam id, de quo uiget publica uox, & fama.*
15 *Filius præſumitur habuiſſe plenam notitiam teſtamenti paterni, vbicunque illud apud eum repertum ſit.*
16 *Hæres quamuis habeat iuſtam ignorantiam de rebus defuncti: nihilominus hoc procedit in herede conuento: ſecus uerò in hærede actore.*
17 *Ignorantiam allegare quis non poteſt, ubicunque ſcire tenebatur: quia ſcire, & ſcire debere paria ſunt.*

OPINIO DCCCXXXV.

1 SCIENTIA niſi probetur, ignorantia præſumitur. l. uerius, cum ibi notatis per Scribẽ. ff. de prob. & iſta eſt communis regula. atteſtan- Cõis opin. te Decio conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo, nu. 35.

2 Vndè allegans ignorantiam non tenetur eã probare, ſed aduerſarius ritè tenetur probare ſcientiam. l. fin. C. de ſponſa. Paul. Caſtren. conſ. 160. in fin. Alex. in l. 2. col. 6. ff. ſolu. mat. & Dec. in d. conſ. 445. ſub nu. 35.

3 Et de hoc mirandum certè non eſt. Nã ignorantia, cùm ſit quid facti, ideò præſumitur. d. l. uerius, & l. fideiuſſores, & ibi Barto. ad Velleia. & l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & Card. in Clemen. 1. quęſt. 7. de conſang. & affi.

4 Quodq́ue ampliatur etiam primò eatenus procedere, ut in hærede ſimiliter pręſumatᷓ ignorantia ipſa. ita Bal. & alij in c. 1. §. cùm domino, de na. fe. & d. l. qui in alterius, & ibi Dec. nu. 1. cum aliis ſeq.

5 Amplificatur ſecundò itidem eadem cõcluſio, quòd in his quæ ſunt facti pręſumatur ignorantia etiam in coniunctis: ſecundùm Bal. in l. 1. C. de cad. tollen.

6 Siquidem pręſumitur propinquus ignorare ea, quæ à ꝓpinquo facta ſunt. teſte Bal. in l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. Corne. conſ. 147. col. 2. & conſ. 268. uol. 3. Bertran. conſ. 15. num. 39 uol. 1. Dec. d. conſ. 445. nu. 35. & Rip. in l. filiusfamiliàs. §. Diui, nu. 51. ff. de leg. 1.

7 Imò ignorare præſumitur filius quoque teſtamentum patris. Et ſic ignorantia teſtamenti paterni facilè pręſumitur, etiã in filio. ut not. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. & ita ſe habet communis opinio: vt commemo- Cõis opin. rat Iaſ. in l. eius qui, colum. 2. in 3. & 4. notab. ff. ſi cer. pet. Curt. Iun. conſ. 8. Gozad. conſ. 36. in fin. & Cagnol. in d. l. qui in alterius, ſub numero 10. & ſeq.

¶ Verùm aliqui Doct. & malè quidem, inclinarunt in contrariam partem, quos numerat Grauet. conſ. 193. minor vigintiquinque annis, num. 6 & Bertran. conſ. 81. ex themate mihi traditæ conſultationis, ſub nu. 1. uolu. 6. quibus reſpondet affabrè quidem Cagnol aſsignãdo palpabilem rationem in d. l. qui in alterius, ſub numero 10.

8 Et quemadmodum filius præſumitur ignorare patris ſui teſtamẽtũ: ita pariformiter ignorare cẽſetur etiam idem filius codicillos patris, & ſimiliter omnia quę in eis continentur. ut per Doct. in l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. Paul. Caſtren. conſ. 159. colum. penult. uol. 1. & Grauet. cum aliis congeſtis per eum, conſi. 257. teſtator habens plures filios, nu. 2. & ſeq.

9 Et quanquàm ignorantia in his quæ ſunt facti præſumatur etiam in propinquis, tamen illi ignorare haudquaquàm præſumuntur: ſed ſcire potius propinqui ſui ætatem, & ius cognationis. l. octaui. ff. vndè cognat. & l. de tutela. C. de in integ. reſtit. minor. & Dec. in d. conſil. 445. ſub num. 35.

10 Cæterùm iſthæc concluſio ita explanata limitatur primò locum non obtinere in his quæ publicè fiunt: præſumitur etenim quis ſcire quod ſcitur publicè, & publicè notũ eſt, vel de eo uigeat in Ciuitate fama publica c. 1. de poſtulat. prælat. c. fin. qui ma. accu. poſ. & Alex. in l. ſi ô ia tetur. C. de confeſ. Glo. Bar. Pal. Ang. & alij omnes in l. ſi tutor petitus C. de peric. tut. Sal. c. in l. qui de crimine, de accu. & in l. 1. C. de his qui latro. in fi. ubi idem concludit, quando hoc notorium foret. & huic opinioni Glo. & ſequacium inhęret etiam idem Bar. in l. ſi cui. §. 1. de accuſa. in l. is poteſt, de acquiren. hæred. in l. qui Romæ. §. duo fratres, quæſt. 3 de uerb. oblig. in l. Celſus de uſucap. & in l. 2. C. ſi ſeruus, uel liber ad decur. aſpir. lib. 10. Grat. conſilio 9. facti ſpeciem ſubiiciam, & conſilio 49. in cauſa magnifici, numero 8. & ſeq. uol. 1. & Grammat. deciſ 36. Solon, num. 16. ubi non obſcurè deducit illam eſſe communem ſententiam: quam utiliter inter- Cõis opin. pretatur quomodò procedere debeat Franciſc. de Aret. conſ. 10. & Franciſ. Cur. Iun. in l. 1. numero 40. ff. ſi cer. pet.

11 Et ratio eſt. Nam quod fit publicè, præſumitur in notitiam deuenire ciuibus. l. ſed & ſi pupillus, & ibi Alex. ff. de inſtit. & Gloſ. in d. l. ſi tutor, & notatur per Scriben. in dicto cap. primo. de poſtulat. prælat. & in cap. cùm in tua, qui matrimo. accuſare non poſſ. & in capi. quod dictus 16 diſt. & in c. cogneſcentes, de conſtit. & in l. 2. ff. de orig. iur.

12 Vndè ſi in patria hæredis publicè notum eſſet Titium condidiſſe teſtamentum: tunc vtique indubitanter præſumeretur de eo, eius hæredem ſcientiam, notitiamq́ue habuiſſe. Clemen. 2. de conceſsio. pręben. d. l. ſi tutor petitus, ubi Gloſ. & Barto. Anto. de But. in Clemen. licet in 1. oppoſit. de ſupplen. negli. pręlat. & Iaſon. in l. ſi per errorem. colum. 3. ff. de iuriſdict. om. iud.

13 Sed hoc equidẽ non ſortiretur locũ in infirmo, qui nullatenus præſumeretur ſcire, etiã id, de quo extaret publica uox, & forma: ſicut nec abſens: ſcdm Bar. in l. is poteſt. ff. de acq. hæred.

14 Nam abſens præſumitur ignorare. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſth. c. fin. qui. matri. accuſ. non poſſ. Barto. & alij omnes in l. ſi is qui pro emptore ff. de uſucapionibus. Bald. in d. §. Lucius. Dec. conſil. 460. num. 27. & Grauet. conſilio 227. licèt abundè ſcriptum uideatur, ſub numero 7.

15 Claudicatq́ue etiã eadem concluſio nõ procedere, ubicunq; apud filiũ repertũ foret teſtamentũ: tunc enim præſumeretur ſine ſcrupulo aliquo

aliquo illud uidiſſe. d. l. non eſt ferendus. ff. de tranſac. Pau. Caſt. conſ. 19. & conſ. 94. uol. 2. An cha. conſ. 160. & Aret. conſ. 15. in fi.

16 Necnon choarctatur quoq; prædicta cõcluſio, q; quamuis iuſtam ignorantiã habeat hæres in rebus defuncti: tamen hoc de plano procederet in hærede conuento: ſecus uerò in hęrede actore. Nam hæres agens in iudicio certus quidẽ de iure ſuo eſſe debet: cùm in eius arbitrio ſit quãdo experiri uelit: & hinc neceſſariò tenetur antequàm moueat greſſus ſuos in iudicio rem diligentiſsimè, & accuratiſsimè explorare: & tunc ita certus, & de iure ſuo inſtructus ad agendum procedere: & proindè tunc ignorantia minimè gentium excuſaret actorem vllo modo. tex. eſt apertus in d. l. qui in alterius, & ibi Dec. nu. 5. & Cagnol. nu. 13. ubi accuratè quidẽ explanat hoc quomodò procedere debeat abſque difficultate aliqua.

17 Reſtringitur itidẽ etiã prelibata concluſio, ubicunq; quis teneretur ſcire: tunc enim nõ poteſt ille allegare, proponereq; ignorantiam. l. 1. ad Maced. quia ſcire, & ſcire debere paria ſunt: ſecundũ Bal. in l. quicunq; col. 1. C. de ſer. fug. & l. 1. C. de cad. tollen. & eo caſu ſibi imputaret, qui ſcire potuit: vt innuit apertè Card. in Cle. 1. §. fin. de conceſſ. pręben. & Alex. in l. non fatetur. ff. de confeſſ.

SVMMARIVM.

1 *REVS non tenetur inſtrumenta ſua edere actori ad intentionem eius probandam.*

2 *Reus in cauſa dotis, alimentorum, matrimonij, piæ cauſæ, libertatis, & ſimilium tenetur edere actori inſtrumenta ſua ad intentionem eius fundandam.*

3 *Reus cogitur edere eccleſię ſua inſtrumenta ad intentionem eius propriam fundandam.*

4 *Reum cogere poteſt iudex ex officio ex cauſa ad edendum inſtrumenta ſua actori, dummodò iuret actor ſe hoc non petere animo calumniandi: & dummodò actor cauſam ipſam aſsignet, ſeu probet.*

5 *Reus poteſt ex officio compelli per iudicem ad exhibendum iura, dummodò ſint propria, vel communia, uel facientia ad cauſam.*

OPINIO DCCCXXXVI.

1 SVA inſtrumenta reus actori nõ cogitur edere ad intẽtionẽ eius fundandã. ita Bar. & oẽs alij vnanimiter, & concorditer in l. 1. C. de eden. ubi Ripa, nu. 5. & Cagnol. nu. 24. cũ aliis ſeq. ubi hoc nonnihil exornat, & probat aliquibus rationibus accuratiſsimè quidem. & Dec. in c. ex epiſtolæ, nu. 47. cum aliis ſeq. de prob. ubi ponit pro cõi regula cum cõpluribus ampliationibus, & limitationibus, & Claud. de Seiſel. etiã in l. fi. C. de eden. Cõis opin.

2 Sed iſthæc regula non vendicaret primò locum in cauſa dotis, alimentorũ, matrimonij, pię cauſæ, libertatis, & ſimiliũ: in quibus nẽpè reus edere tenetur ad intentionem actoris fundandam: vt per Abb. in d. c. ex epiſtolæ, alioſq; communiter variis in locis iuris noſtri, quos numerat Alex. in d. l. 1. in 3. fallen. & Dec. in d. c. ex epiſtolæ, num. 74. ubi mentionẽ facit apertè de iſta communi, & Iaſ. etiam, & alij, pręſertimq; Ripa, ſub nu. 13. & ſeq. in d. l. 1. Cõis opin.

3 Secũdò itidẽ claudicat eadem regula in eccleſia, cui edendum eſt à reo pro eius intentione probanda: ex eo quòd fiſco æquiparatur. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. & not. Dec. poſt Bal. Abb. cęteroſq. cõmuniter in d. c. ex epiſtolę, nu. 66. & Ripa in d. l. 1. nu. 13. ubi meminit de præſenti communi opinione: licèt inutiliter equidẽ uideatur contrariam partem ſubſtinere, & tueri. Cõis opin.

4 Tertio loco reſtringitur etiam aſsignata regula non ſortiri locum, quando iudex uellet ex officio reũ cogere ad edendũ actori: ſiquidẽ ex cauſa poteſt: vt firmat Rota deciſ. 218. in nouis, Cagnol. in d. l. 1. nu. 29. & ibi Ripa quoq; ſub nume. 6. cum aliis ſeq. Innoc. in d. c. ex epiſtolæ. dũmodò actor iuret ſe non petere hoc à iudice animo calumniandi. cũ quo ſentit ibi Dec. nu. 136. poſt alios oẽs cõiter. Et dũmodo actor allegans cauſam in præſenti caſu ſubeſſe, eam probet, ſeu aſsignet. ita Cagnol. in d. l. 1. ſub nu. 29. & ſeq. vbi Bolog. nu. 30. & ſeq. & nu. 36. cum aliis ſeq. & Ripa, nu. 6. cũ cęteris ſeq. cauſas ipſas ponit ſigillatim, ex quibus reus teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem. Cõis opin.

5 Et conſequẽter concludo ex allegatis etiã, reũ p iudicẽ ex officio ad exhibendũ iura cõpelli poſſe, dummodò ſint propria, uel communia, uel facientia ad cauſam: ut uoluit Caput Aquẽ. deciſ. 180. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *FRATER minor, ſeu de ordine mendicantium creatus epiſcopus ſuccedit parentibus ab inteſtato.*

2 *Sebaſtianus de Pãtaleonibus abbas ſancti Laurentij de Fano, de Terra Montis regalis laudatur.*

3 *Fratribus minoris obſeruantiæ, & capucinis ſolis bona immobilia poſſidere non licet.*

4 *Frater minor ex priuilegio ſuccedẽs non recuperat bona ſua alteri quæſita ante impetrationem beneficij.*

5 *Frater minor creatus epiſcopus non quærit hęreditatẽ ſibi delatã tempore quo erat in ordine minorũ, etiam ſi illam hęreditatem adeat poſt promotionem ſibi factam ad epiſcopatum, ſed acquirit monaſterio.*

6 *Frater minor creatus epiſcopus, & poſt electionem, & creationem adiens hęreditatem alicuius ſui conſanguinei ab inteſtato mortui non acquirit ſibi, nec mo-*

monaſterio, ſed in illis ſuccedunt alij propinqui ipſius defuncti.

7 *Frater minor, ſeu prędicatorum poſtulatus ad epiſcopatū, ſeu abbatiam, habere debet ſumptus á monaſterio poſtulāte pro aſſecutione ſuæ poſtulationis.*

OPINIO DCCCXXXVII.

1 SVCCESSIO ab inteſtato in bonis paternis, & agnatorum competit fratri minori ſancti Franciſci, ſi creatus extet Epiſcopus, & ab ordine liberatus authoritate ſummi Pontificis: quoniam recuperat eo caſu ius ſuccedendi, & cenſetur nimirùm conſtitutus in eodemmet ſtatu, in quo erat ante ingreſſum monaſterij. Secus autem ſi propter demerita ab ordine ipſo licentiaretur. ut uoluit religioſè more ſuo Barto. in tract. Minoricarum, quæſt. penult. vbi aſſeuerat ita determinaſſe publicè quidem ad eius poſtulationem Reueren. patrem, fratrem Franciſcum de Aſsiſio abbatem Montis Regalis. & ſequitur etiam Iaſ. in l. ex facto. §. Iulianus, ſub numero 10. ff. de uulgar. & pupill. ſubſtit. & iſta opinio Barto. & ſequacium eſt adeò uera, & ſacroſancta, vt nullum re ipſa contradictorem habeat. Cōis opin.

2 Et eſt utique credendum memoratum patrem fratrem Franciſcum extitiſſe tunc temporis abbatem in monaſterio uenerabilis Eccleſiæ ſanctę Mariæ in Campis, ſeu Planitiis eiuſdem Terræ Montis Regalis, uel in monaſterio uenerabilis Eccleſiæ ſancti Laurentij de Monte Portio, ſituatæ, poſitæque in territorio Fani comitatus Montis Regalis. In qua quidem Eccleſia collegiata hac noſtra tempeſtate reſidet Abbas Reueren. D. Sebaſtianus de Pantaleonibus, patriæ ſuę eiuſdem Terræ Montis Regalis decus perpetuum, & uirtute, memoria, ſummaq; prudentia, & integritate laudatiſsimus, & in magna dignitate conſtitutus. Gerit enim mitriam epiſcopalem cum baculo adoleo, chirotheca, & anulo ad inſtar Pontificis, cum facultate conferendi beneficia in partibus Terræ Caſſiæ Et ad eccleſiam cathedralem ipſius monaſterij conuolant quamplurimæ gentes, & populi circum circa recipientes plenarias indulgentias, offerentes dona & munera, prout de prędictis apparent manifeſtè priuilegia, ſeu bullę conceſſæ per Gregorium XII. in anno 1400. & per Paulū II. in anno 1468. Et per Paulum III. in anno 1547 & antiquitus Abbates eiuſdem loci habebant ſubditos & uaſallos, ſecundùm antiquiores ſcripturas; & de collationibus beneficiorum oſtenditur magnus liber. Et præmemorata Eccleſia iam per lōgæua tempora ante Longóbardos fuerat conſtructa: & tempore Romanoru erat templum Apollinis: queadmodū oſtendunt in muris ipſius eccleſię literæ antiquiſsimę, & longombardicę ſcriptę. Et in ea cœperunt reſidere fratres de ordine, religioneque ſancti Benedicti: ut perpenditur ex quadam cōceſsione facta de quibuſdam capellis, & bonis uacantibus Fratri Amiternino Abbati eiuſdem eccleſiæ, in anno 1195. tempore Pontificatus Cœleſtini III.

3 Sed vt ad rem noſtram ueluti longo poſtliminio redeam, limitatur antedicta diſtinctio Barto. primò procedere hodie in fratribus ſancti Franciſci capucinorum, & eorum qui minores de obſeruantia uocantur, quibus nō eſt permiſſum bona immobilia poſsidere, non autem in aliis: ſecundùm determinationem Sacri Concilij Tridentini, ſeſsione 25. cap. 3.

4 Secundò claudicat etiam eadem opinio Bartol. non vendicare aliter ſibi locum in bonis alteri quæſitis ante promotionem ipſius fratris ſancti Franciſci ad epiſcopatum. Nam frater minor ex priuilegio ſuccedens non recuperat modo aliquo bona ſua quæſita alij ante impetrationem priuilegij: ſecundùm Bartol. in auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccle. & Roma. in l. ſed ſi hac. §. liberos. colum. 8. ff. de in ius uocā. per notata in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſth.

5 Tertiò fallit prędicta opinio Barto. non procedere ſi frater minor ſancti Franciſci creatus, electuſque ſit Epiſcopus, vt non quærat hæreditatem ſibi delatam tempore, quo erat de ordine minorum: etiam ſi illam hęreditatem adeat poſt promotionē ſibi factam ad epiſcopatum, ſed acquirit monaſterio: ut firmauit Ioan. And. in c. in præſentia, de probat. cuius ſententię innititur tanquàm veriori, Paul. Caſtren. exploſa opinione Bald. contraria, in l. non eſt dubium, num. 3. C. de iur. deliberan. ubi refert aliàs ita conſuluiſſe.

6 Quartò limitatur locum non obtinere etiā prælibata opinio, ubicunque frater minor ſancti Franciſci eligeretur, creareturq; Epiſcopus, & poſt electionem adiret hęreditatem alicuius ſui conſanguinei & affinis mortui ab inteſtato, dum ipſe reperiebatur in monaſterio: vt tunc hęreditatem ipſam non acquirat ſibi, nec monaſtario, ſed ſuccedunt in illa alij propinqui ipſius defuncti extantes: vt firmat Paul. Caſtren. in d. l. non eſt dubium, ſub num. 4. contra Bal. contrarium aſſeuerantem in l. fin. C. de epiſ. & cler.

7 Poſtremò itaque aduertendum eſt in præſenti re, quòd frater ſancti Franciſci, ſeu prædicatorum, poſtulatus ad epiſcopatum, uel abbatiam, habere ac conſequi debet ſumptus a monaſterio poſtulante pro proſecutione ſuæ poſtulationis: vt ita in propriis terminis doctiſsimè quidem ex uariis, diuerſiſque efficaciſsimis rationibus conſuluit Oldrad. conſil. 17. thema tale eſt, uacante quodam monaſterio, num. 1. cum aliis omnibus ſeq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *SVCCESSOR in beneficio tenetur ad debita per ſuum prædeceſſorem contracta pro utili, neceſſariaque eccleſiæ reparatione.*

2 *Clericus beneficiatus tempore ſuæ infirmitatis pignorans res eccleſiæ, contrahenſque debita pro ſua neceſſitate corporali: illa pignora tenetur luere, atque redimere ſucceſſor in beneficio, & debita ſoluere.*

3 *Eccleſię res poſſunt pignorari, uel obligari pro ſuſtentatione Rectoris.*

4 *Succeſſor prelati tenetur ad ſumptus funeris, & infirmitatis ſui prędeceſſoris: quia tenetur eccleſia ad id onus: cùm de bonis eccleſię debeat ali prelatus.*

5 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem: ſecus ſi illa facta eſſet pro utilitate eccleſiæ.*

6 *Succeſſor in beneficio tenetur ad debita contracta per prædeceſſorem pro utilitate eccleſiæ.*

7 *Succeſſor in eccleſia tenetur ſtare compromiſſo prædeceſſoris, ſi illud eſſet utile eccleſiæ, aliàs ſecus.*

8 *Succeſſor in beneficio tenetur reſtituere pecunias mutuatas pro neceſſitatibus prędeceſſoris.*

9 *Succeſſor in beneficio non tenetur ad debita prędeceſſoris, qui poſt litem conteſtatam cum eo ſuper debitis ipſis ad aliam eccleſiam translatus fuerit.*

10 *Succeſſor in beneficio non immediatus non tenetur ad ſalarium Vicarij prędeceſſoris, nec ad alia illius debita uoluntaria.*

11 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi factę per prædeceſſorem, etiam quòd penſionem receperit.*

12 *Succeſſor in prębenda non tenetur ſtare colono, & ſic non ligatur ex contractu prędeceſſoris.*

13 *Succeſſor in beneficio ille dicitur, qui reperitur in poſſeſſione beneficij, licèt adhuc diſcuſſum non ſit de iuribus ſuis.*

OPINIO DCCCXXXVIII.

1 SVCCESSOR in beneficio ad debita per prædeceſſorem ſuum contracta pro utili, neceſſariaque reparatione eccleſiæ tenetur. c. 1. de ſolutio. & Gemin. conſ. 17.

2 Quod nempè intantũ amplificatur & procedit, vt beneficiatus ſi tẽpore ſuæ infirmitatis pignorauerit res eccleſiæ, ſeu contraxerit debita pro ſua neceſsitate corporali, teneatur etiam ſucceſſor ipſe in beneficio luere, redimereque prædicta pignora, ſeu ſoluere illa debita. Et ſic extenditur d. c. 1. de ſolutio. ubi dicit text. quòd ſucceſſor in beneficio tenetur debita ſoluere pro neceſsitate eccleſiæ, vel pro neceſsitate propriæ perſonæ contracta.

3 Et hinc conclude, quòd res eccleſiæ poſſunt pignorari, uel obligari pro ſuſtentatione Rectoris. ita Abb. in c. ex præſentium, de pignor. in d. c. 1. in cap. olim, il 2. de reſtit. ſpoliat. in c. peruenit de arbit. & in c. cùm eſſes, uerſ. Quartò quæro, de teſtam.

4 Imò etiam ſucceſſor prælati tenetur ad ſumptus funeris, & infirmitatis ſui prędeceſſoris: quoniam tenetur eccleſia ad id onus: cum de bonis eccleſiæ debeat ali prelatus. c. ille qui. 12. q. 1. & d. c. 1. ubi Panor. recẽſuit ita ſæpè reſpondiſſe de facto.

5 Sed ſucceſſor in beneficio non tenetur utique ſtare locationi factæ per prædeceſſorem: ſecundùm Bald. in l. 1. C. de iur. emphyt. colum. 1. Glo. & alios omnes in c. ad aures, in uer. Tunc, de reb. eccle. non alien. Zan. deciſ. 33. & Alexã. in l. filio. §. fin. ff. ſolut. matrimo. vbi hoc limitat in nonnullis utiliſsimis caſibus. Et præſertim concluſio hæc claudicat, niſi illa locatio facta diſcernatur pro utilitate eccleſiæ. ita Auguſt. Bero. conſ. 83. ſuper præſenti cauſa paucis me abſoluam, nu. 25. & ſeq. uol. 1.

6 Tunc enim ſucceſſor ipſe teneretur indubitanter quidem ad debita contracta per prædeceſſorem. ita Gloſſ. & omnes alij unanimiter, & concorditer in cap. fin. ne pręla. ui. ſu. Alex. conſilio 160. uol. 6. Gemin. in d. conſi. 17. col. ſi Glo. in c. fi. in uer. Debitis. de offi. or. in 6. Io. de Imol. in dicta l. ſi filio. §. fin. Bald. in Marg. in uer. Succeſſor, & in l. 2. in 3. opposit. C. de liber. præter. & Sicul. in d. cap. 1. & Paul. Caſtr. conſ. 338. Quia exceptiones, ſub nu. 4. uol. 1. Cõis opin.

7 Attamen ſucceſſor in eccleſia teneretur abſque dubio ſtare compromiſſo prædeceſſoris. c. præſentata, & ibi Doct. omnes, & potiſsimum Ioan. de Imol. de teſtib.

¶ Quod equidem de plano procederet, ſi hoc utile foret eccleſiæ, aliàs ſecus. ita Specul. de arbit. §. finitur. col. 2. uer. Quid ſi prælatus, & Lanfran. in tract. de arbit. in 6. par. in princ.

8 Et quemadmodum ſucceſſor tenetur ad ſumptus funeris, & infirmitatis ſui prædeceſſoris: ita etiam ſucceſſor ipſe tenetur reſtituere pecunias mutuatas pro neceſsitatibus prædeceſſoris: ut uoluit affabrè Card. Put. deciſ. 11. libro 3.

9 Sed ſucceſſor iſte in beneficio non teneretur utique primò ad debita prædeceſſoris, qui poſt litem cum eo ſuper debitis huiuſmodi conteſtatam ad aliam eccleſiam tranſlatus fuerit: vt firmat Peregri. deciſ. 40 lib. 3.

10 Secundò non ideò minus ſucceſſor non immediatus teneretur ad ſalarium Vicarij prædeceſſoris, nec ad alia illius debita uoluntaria. teſte Card. Put. deciſ. 45. lib. 2.

11 Et ſicuti ſucceſſor in beneficio non tenetur ſtare colono: ita minimè tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem, etiam quòd penſionẽ receperit: ut cõcedit Card. Put. deciſ. 182. lib. 1.

12 Nec ſucceſſor in præbenda tenetur modo aliquo ſtare colono: ſecundùm Bald. in l. emptorem. C. locati, & in l. 2. colum. 1. C. de liber. præter. & in cap. 1. colum. 1. qui ſucc. di. Innoc. in c. fin. ne prel. uic. ſu. Auguſt. Bero. in d. conſil. 83. num 9. & ſequen. uolum. 1. & ita conſuluit etiã Anchar. conſil. 116. ſecundum ordinem dubiorum, num. 1. cum aliis ſeq.

13 Et aduerte, quòd ſucceſſor in beneficio dicitur ille, qui eſt in poſſeſſione beneficij, licèt adhuc diſcuſſum non ſit de uiribus ſuis. ut concedit Card. Put. deciſ. 155. lib. 3. & Achill. de Graſſis deciſ. 354.

SVMMARIVM.

1 *FRATRES minores Sancti Franciſci non excludunt ſubſtitutum.*

2 *Fratres minores Sancti Franciſci ſunt incapaces ſucceſſionis, & pro mortuis habentur.*

3 *Frater minor poſt profeſſionem recedens à religione abiecto habitu, capere non poteſt hæreditatem patris, nec eius monaſterium: quæ tunc ſpectabit excluſo ipſo profeſſo, ſuoque monaſterio tanquàm incapace, ad conſanguineos.*

4 *Fratres prædicatores Sancti Dominici non ex regula, ſed ex priuilegio Papæ poſſunt capere.*

OPINIO DCCCXXXIX.

1 SVBSTITVTVM non excludunt fratres minores Sancti Franciſci: ſecùdùm Bart. in l. fin. C. quando, & quibus quarta pars deb. libro 10. & in l. filiusfamilias. §. cùm quis. ff. de leg. 1. Bald. in cap. in præſentia. colum. 3. de probatio. Alex. conſil. 13. colum. 2 uol. 3. & Dec. conſilio 259 & conſil. 419. uiſo eleganti conſilio, numero 2. ubi planum facit iſtam eſſe communem opinionem, poſt Alex. in d. conſ. 13. *Cõis opin.*

2 Et hoc ideò eſt. Nam fratres ipſi minores nullo modo capere poſſunt, ſuntque incapaces bonorum & ſucceſsionis, ac pro mortuis, & penitus extinctis habentur. Clem. exiui de paradiſo, de uer. ſignif. & ibi Doct. Bart. in tract. Minori. Iacob. Butrig. & Bald. in authen. ingreſsi, colum 8. C. de ſacroſanct. eccle & in l. cùm acutiſſimi, colum. fin. C. de fideicommiſsis. Dec. & alii conformiter omnes in dicto cap. in præſentia. de probat. & idem Dec. in d. conſ. 419. nu. 2. & conſ. 499 num. 5. *Cõis opin.*

3 Imo frater minor profeſſus tantùm abeſt, vt patri ſuccedere poſsit; vt etiam ſi poſt patris mortem e cœnobio exierit, non ſolùm à fratribus partem ſuam uendicare non poſsit, ſed etiam cogi, & compelli queat ad reuertendum ad monaſterium. ita Feder. de Senis cõſ. 26. Cardi. Zabar. conſil. 112. Roma. conſ. 268. in caſu propoſito breuiter dicendum, Alex. conſil. 14. uolum. 3. & conſil. 92. uol. 4. Dec. conſilio 259. numero 7. & conſilio 419. num. 1. & ſeq. Pariſ. cõſilio 65. num. 7. 8. & 18. uolum. 2 Bertran. conſilio 78. uiſo, ante fin. uol. 3. & Iacob. Philipp. Por. Imolens. conſilio 23. num. 12. & iſta eſt communis opinio, atteſtante Roma. conſilio 296. circa declarationem propoſiti thematis, ſub num. 1. Iaſ. in l. cùm fundus. §. fin. ante fin. ff. ſi cert. pet. & in l. ex facto. §. fin. in fi. ff. de uulgar. & pupill. ſubſtit. Dec. in d. cap. in præſentia, poſt num. 68. de probat & Tiraq. de utroq. retract. titu. 1. §. 1. Gloſſ. 9. num. 103. Et ſic ex ipſa communi ſententia ſi aliquis religionem fratrum minorum ingrediatur, ibique profeſsionem faciat, mox uerò recedat abiecto habitu: hæreditas patris tunc nimirum ſpectabit, & pertinebit ad conſanguineos, non autem ad ipſum filium profeſſum, nec ad monaſterium tanquàm incapax, & bona poſsidere non ualens. Et ita conſultus in facti contingentia in anno 1575. reſpondi ad fauorem Vincentij, & Stephani Matanæ de Ciuitate noſtra, dum Fœlix frater eorum, abiecto habitu poſt emiſſam profeſsionem, aliàs aſſumpto per eum in religione Sancti Bernardini, acceſſit ad domum Angeli ſui patris, eique ſuaſit, ut condere deberet teſtamentum, prout ita egit, inſtituitque in teſtamento hoc prædictum Fœlicem, ſimul cum memoratis Vincentio, & Stephano: reſpondi inquam anteſignatum teſtamentum, & inſtitutionem nullas uires habere potuiſſe, ſed penitus nullum, inutile, & fruſtratorium apparere, tam quò ad ipſum Fœlicem, quàm etiam quò ad monaſterium, & hæreditatem totam, & integram ipſius Angeli ſpectauiſſe, & ſpectare ad eoſdem Vincentium, & Stephanum eius filios.

4 Cæterùm antedicta communis ita explanata claudicat non ſortiri locum in fratribus Sancti Dominici, & ſic prædicatoribus. Nã fratres ipſi prædicatores poſſunt capere ex teſtamento, & ſunt capaces, non quidem ex regula, ſed ex priuilegio Papæ, undè ſubſtitutum excludunt: ſecundùm Bald. in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. & in auth. niſi rogati, colum. 1. C. ad Trebel. Alex. conſilio 83. uol. 2. Card. in Cle. eos in fin. de reg. Fely. colum. 25. & alios omnes in d. c. in præſentia.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO alicui facta cum conditione ſi ſine liberis ex ſe legitimè deſcendentibus deceſſerit, euaneſcit per ingreſſum religionis fratrum minorum, ac aliorum mendicantium.*

2 *Monaſterium bonorum capax, in quo eſt ingreſſus inſtitutus hæres, excludit ſubſtitutum cum conditione ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit.*

O PI-

OPINIO DCCCXL.

1 SVBTITVTIO euaneſcit per ingreſſum religionis fratrum minorum, ac aliorum mendicantium, ubicunque teſtator daret ſubſtitutum ſub hac conditione, ſi inſtitutus decederet ſine liberis ex ſe legitimè deſcendentibus, uel ex ſuo corpore naſcentibus, & conſequenter monaſterium excludit ſubſtitutum ipſum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore, & legitimo matrimonio procreatis, caſu quo grauatus monaſterium ingrediatur, & profeſsionem fecerit: vt voluerunt Cyn. Bargarottus Bononien. & Ricar. Mal. & Barto. in auth. niſi rogati. ff. ad Trebell. Dyn. & Barto. in l. ſi ita quis. ff. de uerbor. oblig. Lapus in alleg. 129. Factum ſuper quo iuris conſilium quæritur, ſub num. 19. Angel. conſilio 80. Ripa cum aliis allegatis per eum in l. ex facto. §. ex facto, num. 12. ff. ad Trebel. ubi deducit iſtam eſſe communem opinionem; & magis communē fatetur D. Quintil. Mand. magnus practicus in add. Lapi, in d. allegat. 129. in litera D. la ſeconda. quam ſequitur, & citat, atque tuetur cumulatiſsimè Berous in cap. in præſentia, num. 482. cum aliis ſeq. de prob. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, ꝙ ſubſtitutus ipſe non excludatur per monaſterium, inclinarunt Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. Raynaldus de teſtamē. Fely. in c. licèt vndique, ſub num. 2. de offic. & poteſ. iud. deleg. Bald. & Saly. Paul. Caſtren. Fulgoſ. & Florian. in d. auth. niſi rogati, & Imol. in dicta l. ſi ita quis, in fi. ubi aperit iſtam eſſe communem opinionem, & ueriorem ait Ripa in d. §. ex facto, ſub num. 12. & ei inhæret etiam Alex. conſilio 13. uolum. 3. Deci. & Mantua num. 61. in dicto cap. in præſentia, ubi reſpondet omnibus contrariis. *Cōis opin.*

¶ Et de hoc mirandum non eſt: quoniam in præſenti caſu cùm ſubſtitutus hæres religionem bonorum incapacem ingreſſus ſit, mors illa ciuilis idem operatur, quod naturalis reſpectu illius fideicommiſsi: & iuxtà explanationē traditam per Doct. hanc partem ſuſtinentes, eſt locus fideicommiſſo, vt concedit Iaſ. conſi. 132. uolum. 2. Grauet. conſilio 152. Doct. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. & Rolan. à Valle conſ. 97. nu. 41. uol. 2.

¶ Sed quid ego infœlix peccator dixerim in tam dubitabili paſſu? concurram igitur amoto omni timore cum prima opinione tanquàm tutiori, rationabiliori, eccleſiæ fauorabiliori, & frequentioribus uotis approbata. Quam communem ita retentam utiliter ampliat, & in aliquibus caſibus limitat Berous in d. cap. in præſentia, nu. 487. cum aliis ſeq. vt uberius diſcurram in proxima ſequenti opinione.

2 Eſt benè quidem uerùm, quòd ſi hæres inſtitutus ingreſſus foret monaſterium bonorum capax: tunc ceſſaret equidem quælibet difficultas, & res plana, & abſque diſcrimine aliquo redderetur, & non eſſet aliter locus ſubſtitutioni: ſecundùm Bald. conſil. 426. ſuper puncto præmiſſo, uolum. 2. & conſilio 253. caſus talis eſt, uol. 3. Anchar. conſil. 165. quæſtio talis eſt, colum. 1. Doct. omnes in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. & in d. c. in præſentia, & Tiraq. cum quamplurimis ſignatis Doct. per eum in l. ſi unquàm, uerſ. Suſceperit liberos, num. 42. C. de reuoc. donat.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTVS ſub conditione ſi hæres inſtitutus ſine liberis legitimis, & naturalibus ab eo procreatis deceſſerit, excluditur per monaſterium, quod inſtitutus eſt ingreſſus.*

2 *Subſtitutio facta ſub conditione ſi hæres ſine liberis deceſſerit, intelligitur etiam niſi hæres monaſterium ingrediatur.*

3 *Monaſterium quò ad excludendum ſubſtitutum habetur loco filij.*

4 *Fideicommiſſum deficit ſi grauatus ingreditur monaſterium.*

5 *Subſtitutio non euaneſcit in hærede ſimplici facto clerico, ſecundùm unam magis communem ſententiam licèt ſecundùm aliam itidem & cōem euaneſcat.*

6 *Subſtitutus cum conditione ſi hæres ſine liberis, deceſſerit, non excluditur per monaſterium, quando ſubſtitutio fit ob redemptionem captiuorum.*

7 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, cùm teſtator filio ſubſtituit expreſsè, caſu quo monaſterium intro iret, vel ſine liberis decederet.*

8 *Teſtator habet poteſtatem ſubſtituendi quem uelit hæredi inſtituto etiam monaſterium ingreſſuro.*

9 *Teſtator poteſt quam uult legem rebus ſuis imponere.*

10 *Coniecturæ uoluntatis ſufficiunt ad excludendum monaſterium in ſubſtitutione facta illud ingreſſo cum conditione ſi ſine liberis deceſſerit.*

11 *Voluntas ſola teſtatoris in fideicommiſsis ſeruatur.*

12 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſsis primum locum obtinet, & ipſa eſt quæ limitat, ampliat, & declarat diſpoſita in teſtamento.*

13 *Voluntas teſtatoris totum facit, & omnibus dominatur.*

14 *Voluntas teſtatoris potius, quàm uerba inſpici debent in fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus.*

15 *Voluntas teſtatoris ſectanda eſt per quancunque coniecturam.*

16 *Voluntatis probatio clara, & euidens dicitur quæ ex legitimis coniecturis elicitur.*

17 *Voluntas teſtatoris probatur quatuor modis.*

18 *Voluntas teſtatoris non ex eadem uoluntate tantum, ſed ex aliis ſcripturis probatur.*

19 Præ-

19 *Præſumptio una potentior tollit aliam debiliorem.*
20 *Monaſterium filij loco non habetur, neque ſubſtitutū excludit, cùm teſtatoris filius eſt ſubſtitutus.*

OPINIO DCCCXLI.

1 SVBSTITVTVS ſub conditione iſta, ſi hæres inſtitutus deceſſerit abſque liberis legitimis, & naturalibus ab eo procreatis, excluditur per monaſterium caſu quo inſtitutus ingrediatur religionem:& per conſequens monaſterium obtinet hæreditatem excludendo ſubſtitutum: vt probatur in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. ubi Doct.& per Barto. conſilio 1. Calder. conſil. 43. an ſtatutum, in tit. de teſtam. Bal. conſil. 286. pater rres &c. libr. 4. cum aliis latè congeſtis per Laurent. Calca. conſil. 68. magiſter. & iſtam *Cōis opin.* aſſerit eſſe magis communem opinionem Barbatius conſil. 20. ſtat difficultas, colum. 1. lib. 1. Dec. in cap. in preſentia, ext. de probat. numero 227. & ſeq. & Moder. ibi. Auguſt. Berous conſil. 114. cum ſuper prima ſubſtitutione, num. 21. uolum. 2. & alij in ſuperiori proxima Opinione citati. & ita conſuluit Alexā. conſilio 121. uiſo themate ſupraſcripto, uol. 2. & iſtam ſententiā, tanquàm ueriorem approbat, & tuetur Fely. in d. c. in præſentia, ſub nu. 36.

2 Et ratio uidetur iſta, quare de iure monaſterium excludat ſubſtitutum: quia ſubintelligitur niſi hæres monaſterium ingrediatur. §. ſed & hæc præſenti, in authē. de ſan. epiſc. & tenet Dyn. & Bar. in l. ſi ita quis. §. 1. ff. de leg. 2. Paul. Caſtren. in d. authen. niſi rogati, & hoc abundè comprobatur ex dictis per Alexand. in dicto conſilio 121.

3 Comprobatur ſecundò præallegata communis concluſio, & fortaſſe efficaciori ratione, quia monaſterium loco filiorum habetur quantum ad excluſionem ſubſtituti. ut patet in d. c. in præſentia.

4 Vbi pariter deficit fideicommiſſum, ſi grauatus ingrediatur monaſterium, ſicut ſi filios ſuſcepiſſet. Et hoc reſpectu Gloſſ. & Doct. concludunt in memorato c. in pręſentia, monaſterium eſſe loco filij: vt per Gloſſ. in authen. ſi qua mulier, in uer. Liberos, ubi Bald. C. ad Trebel. & in d. §. ſed & hæc pſenti, Spec. in ti. de locato. §. nūc aliqua, uer. 158. Barto. in l. hęredibus. §. 1. ff. ad Trebel. Bal. in cap. 1. de mili. uaſal. qui ar. bel. depo. in princ. Ang. conſ. 80. quęſtio ſubtilis eſt, colum. 3. ubi inquit, quòd communiter omnes *Cōis opin.* dicunt, quòd monaſterium loco filij habetur. & idem Fulgoſ. conſilio 53. & Marcus Mantua in d. c. in præſentia, num. 50. ubi ſimiliter meminit d. communi. Quod procedit quo ad effectum, vt excludatur ſubſtitutus. ita concludit Bal. in l. filium, colū. prima. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur.

5 Sed mentionata communis ita comprobata ampliatur etiam procedere, quando inſtitutus efficeretur clericus, ſeu presbyter, & ſuſciperet eccleſiaſticum ordinem: tunc enim expirat onus fideicommiſsi ſibi iniunctum, & habet liberam diſpoſitionem bonorum, quæ ſubſtitutioni ſubiecta ſunt. Siquidem d. §. ſed & hæc præſenti, alternatiuè loquitur, ſi monaſterium ingrediantur, aut clerici fiant. Et licèt aliqui Docto. contrarium teneant, nihilominus hæc opinio uidetur uerior: vt aſſerit Dec. in d. ca. in pręſentia, col. 30. uerſ. In ea Gloſſa, ibi, &c. Et concluſione hac lętari debent nonnihil clerici, quoniam per eam habent liberam bonorum diſpoſitionem, quæ per ſubſtitutionem erat eis ſublata, ſi in ſeculari uita permanſiſſent. l. fin. §. fin. C. commun. de lega.

¶ In contrariam uerò partem inclinauerūt omnes Doct. magis communiter in d. auth. niſi rogati, quòd ſubſtitutio non euaneſcat in hærede ſimplici facto clerico. & de iſta communi atteſtatur Boerius, deciſ. 254. num. 1. 3. 6. & 12. & *Cōis opin.* Moder. in d. c. in præſentia. Et quamuis contraria, & ſic prima opinio uerior ſit, non ob hoc eſt diſcedendum a dicta communi: ſecundùm Fulgoſ. conſilio 30. Ioan. de Neuiza. in ſua Sylua nuptiali, lib. 5. num. 61. cum duobus ſeq. & Alciat. in l. 1. ff. ſi cer. pet.

6 Quæ quidem cōis opinio taliter firmata, & ampliata interpretatur primò non habere locum, quando aliquis eſſet ſubſtitutus pro redēptione captiuorum: tunc enim non excluditur ſubſtitutus per eccleſiam: ut concedunt omnes Doct. communiter in d. cap. in præſentia, & in *Cōis opin.* allegata auth. niſi rogati, & Corn. conſilio 18. libro 4. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Mod. etiam in locis pręcitatis.

7 Limitatur ſecundò non procedere antedicta communis ubicunque teſtator in teſtamento ſuo expreſsè diſponat ſubſtitutum debere admitti, ſi ſcriptus hæres deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore procreatis, & uero matrimonio natis, hoc etiā addito, ſi ingreſſus fuerit monaſterium. ita Cald. conſ. 43. in tit. de teſtam. Alexan. conſ. 121. vol. 2. & conſil. 35. uolum. 3. & Dec. conſ. 159. colum. 2. & conſ. 419. colum. 2. & in d. c. in præſentia, col. 28. uerſ. Poſtremò circa iſtam Gloſſam.

8 Quod non mirùm uidetur: quia eſt in poteſtate teſtatoris ſubſtituere quem uelit hęredi, etiam monaſterium ingreſſuro. l. Deo nobis. C. de epiſco. & cler. Et tacitam legis prouiſionem tollit expreſſa teſtatoris prouiſio, l. cùm filio. §. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & hoc tenent Grauet. etiam cum aliis aggregatis per eum conſ. 152. circa teſtamentum, ſub num. 1. & omnes Doct. *Cōis opin.* communiter: vt ait expreſsè Laurent. Calca. conſ.

conſ.7.quia à me colum.15.& Deci. conſ. 426. in duobus dubiis,num.2.

9 Nam iuſtum, & æquum eſt, quòd teſtator poſsit quam legem uelit imponere rebus ſuis. cap.uerum,de cond.app.& C.de don.ſub modo l.1.& 2. Valdè iniquum eſſet monaſterium habere bona teſtatoris inuiti: cùm nemo benefacere compellatur, c.ad fidem.23. q.5.vt per Deci.in d.conſilio 419. eleganti conſilio, & tradit quoque Grauet. in præcitato conſilio 152. ubi hoc locum ſortiri aſſeuerat, ſi non appareat, quòd teſtator uoluerit etiam in præſenti caſu de monaſterio loqui. Secus uerò ſi dixerit, uel ſi monaſterium ingrediatur: & reddit rationem Couar.in lib.uariar.reſolut.cap.29.

¶ Et confirmatur, ac comprobatur præmemorata communis limitatio ex dictis per Cor. in dicto conſilio 13.colum.6.& per Fulgoſ.conſilio 53.quando ſuperius, & per Alexan.in allegato conſilio 121. uolum. 2. quia eſt in hoc ſeruanda teſtatoris uoluntas; vt conſtat ex congeſtis per Dec.in dicto cap.in præſentia,col.34.& conſ.259.uiſis his.

10 Vbi tenet,quòd ad excludendum monaſterium ſufficiant etiam coniecturę uoluntatis: vt ſi teſtator ſubſtituat adiecta cauſa, quia uelit bona ſua in familia remanere.

11 Nam in fideicommiſsis ſola uoluntas ſeruatur.l.pen.ff.de leg.1.

12 Et illam et uoluntas teſtatoris in fideicommiſsis,& conditionibus primum nempè locum obtinet:& ipſa eſt quæ limitat,ampliat,& declarat in teſtamento diſpoſita, & prę cæteris teſtamentis dominatur.uulgata.l.in conditionibus. ff.de condit.& demonſtrat.& Sacrum Collegiū Patauinum,conſ.3.in pręſenti dubio,num.2. inter conſilia ultimarum uoluntatum poſito, volum.1.

13 Voluntaſque teſtatoris etiam totum facit, & omnibus dominatur,l.ex facto,*la grande*.ff.de hęred.inſtit l.in conditionibus primum locum. ff.de condit.& demonſt.& Tiraq.in tract.de primigenior.q.53.nu.19.

14 Et ſic uoluntas teſtatoris in fideicommiſſariis ſubſtitutionibus inſpiciēda potius eſt quā uerba.l.3.§.conditio.ff.de adimen.leg.l.cùm uirum,& ibi Bal.colum. 3. C. de fideicom. l. Publius.§.fin.ff.de condit. & demonſtr. l. hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.l.3.C.de liber.præt. l.pater Seuerinam. ff. de condit. & demonſt. & c.intelligentia,& c.in his, de uerb.ſignific.l. Lucius,ubi Gloſ.ff de hęred.inſtit. Barto. in l.ſi ita ſcriptum,in princ.ff.de liber.& poſth. Oldr.conſilio 269.& Iaſ.conſilio 203.col.3.uol.2.

15 Imò illam quoque uoluntatem teſtatoris ſectari debemus per quancunque coniecturā. vt inquit Bald.in l.quidam.C.de neceſſ.ſer.hæred.inſtit.

16 Et poſtremò uoluntatis probatio clara, & euidens dicitur,quę ex legitimis coniecturis colligitur.l.licèt Imperator,& ibi Doctores. ff.de legatis primo.

17 Et hinc eſt,quòd uoluntas teſtatoris probatur quatuor modis. Primò itaq; uerificatur uoluntas ipſa defuncti ex his quæ teſtator protulit extra teſtamentum. Secundò ex his colligitur etiam uoluntas teſtatoris,quæ expreſsit teſtator ipſe tempore conditi teſtamenti. Tertiò arguitur quoque teſtatoris uoluntas ex conditione perſonæ,cui facta eſt ſubſtitutio. Quartò conſideratur ſimiliter qualitas perſonę ſubſtitutæ,à qua colligi poſsit,atque interpretari uolūtas defuncti ad eius fauorem. quę omnia magiſtraliter ponit,diſcurrit, & planè explicat Bart. in l.2.quęſt.5.ff.de uulg.& pupil.ſubſt.& Alex. conſilio 100.uiſa parte teſtamenti,num. 10. & ſeq.uolum.4.

18 Poteſt & quintò etiam uoluntas ipſa teſtatoris dubia probari, & declarari per aliam ſcripturam priuatam.textus eſt in l.alimenta.§. 1. & ibi Barto.ff.de alimen.leg.& Iaſ.in l. qui filiabus,in princip. ff.de leg. 1. & conſ.87. colum.8. uolum.4.

19 Sed aduerte,quòd vbicunque hinc inde reperirentur coniecturæ: tunc utique, & indubitanter una præſumptio potentior tolleret aliā pręſumptionem debiliorem . uulgata l. Diuus. ff.de in integ.reſtit.& Alex.conſ.124.quoniam abundè.col.2.vol.6.

20 Claudicatque tertiò prælibata communis opinio locum minimè obtinere in filio teſtatoris ſubſtituto: nam monaſterium tunc non excludit filium teſtatoris ſubſtitutum, & ſic hoc caſu nullo pacto præfereretur monaſterium filio, vt conſuluit Bal. conſil. 196. teſtamentum Pycharelli.uolum. 1. ubi planum facit ita fuiſſe iudicatum. Et huic ſententiæ accedit Ripa in l. ex facto.§.ſi quis rogatus,num.41.ff.ad Trebel. Bald.in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. Rapha. Fulgoſ. conſil. 53. & Iaſ.in terminis,conſ. 212. uolum.2.& Auguſt.Berous in d. conſ.114. ſub num.21.uolum. 2. Siquidem monaſterium filij loco non habetur, neque ſubſtitutum excludit, cum teſtatoris filius eſt ſubſtitutus. licèt, & malè Dec. in d.conſilio 426.& Grauet. in d. conſil. 152.circa teſtamentum, num. 1. cum aliis ſeq. conſuluerint contrarium,uidelicet, quòd monaſterium habeatur loco filij,faciatque deficere conditionem ſubſtitutionis ſi deceſſerit ſine filiis naturalibus, & legitimis ex ſuo corpore procreatis.

¶ Alias uerò quamplurimas limitationes, utiliſsimas quidem,ponit, & diſcurrit Auguſt. Berous in dicto c. in præſentia, num. 487. cum aliis ſeq.Bertachinus in ſuo repertorio, in uerſ. Monaſterium habetur pro filio,& Ripa in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus, numero 44. cum aliis ſeq. ff.ad Trebell.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO compendioſa facta filio impuberi uerbo communi, intra tempora pupillaris ętatis eſt directa, poſt uero pubertatem conuertitur in obliquam, etiam ſi mater eſſet in medio.*

2 *Subſtitutio compendioſa facta per uerba communia omni tempore pupillarem quoque continet, non tacitam, ſed expreſſam uerbis generalibus.*

OPINIO DCCCXLII.

1 SVBSTITVTIO compẽdioſa impuberi filio facta uerbo communi, ueluti ſi teſtator dicat, Lucium filium meum heredem inſtituo, & ei quandocunq; ſine filiis deceſſerit, Sempronium ſubſtituo: intra tempora pupillaris ętatis directa eſt, poſt autem pubertatem decedente filio conuertitur in obliquam: ſecundùm Gloſ. in §. qua ratione, inſtit. de pupil. ſubſtit. & opinio hæc communiter approbatur: vt admonet Iaſ. conſilio 129. factum ſic ſe habet, lib. 1. contra Gloſ. in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit. & Oldrad. conſil. 99. factum tale, & Bal. conſilio 392. ſuper primo, & conſilio 399. prætermittendum, lib. 4.

Cõis opin.

2 Et iſtam communem amplia procedere etiam ſi mater eſſet in medio: quia ſubſtitutio compendioſa facta per uerba communia omni tempore pupillarem quoque continet, non tacitam, ſed expreſſam uerbis generalibus. d. l. precibus: & potentior eſt fauor pupilli, ne abſque teſtamento decedat, quàm matris, ut filio ab inteſtato ſuccedat. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtamen. & in cap. ſi pater, de teſtam. libr. 6. & hoc tenet & firmat poſt alios, per eum ibi congeſtos, Tiraquel. in tract. de legibus connubialibus, in Gloſſ. 5. num. 60. Ferronius in Gloſ. ad conſuetudines Burdegalenſes in 2. par. in §. 11. Iacobinus de Sancto Georg. in l. fin. num. 37. C. de edict. Diui Adria. toll. Licèt contrarium & malè firmet Coraſius in dicta l. precibus, num. 19. & de ea dubitat etiam Dec. conſi. 128. Sed prima opinio uidetur verìſsima, & communis: vt per Alex. in l. Cẽturio. ff. de vulgar. & pupill. & conſilio 12. uol. 3. ideo ne te decipiat Dec. ſuis ſuaſionibus, noli diſcedere in actu practico ab ipſa communi.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTVS moriens antequã ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes ſubſtitutionis expirat, nec ad hæredes tranſmittitur.*

2 *Subſtitutio qualibet dicitur conditionalis.*

3 *Ius conditionale non tranſmittitur ad hæredes.*

4 *Subſtitutio conditionalis ad heredes tranſmitti non poteſt, & ibidem aſſertur ratio.*

5 *Fideicommiſſum conditionale pendente conditione non tranſmittitur ad hæredes. quod ampliatur, nu. 8. & 9. & num. 16.*

6 *Fideicommiſſum fit caducum morte fideicommiſſarij conditione pendente, ſiue ſit vniuerſale, ſiue particulare. Et cur ſecus in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus, num. 7.*

10 *Pendentia conditionis impedit tranſmiſſionem etiam ad filios.*

11 *Filius non ſubintrat in locum ſui patris in fideicommiſſo in diſpoſitione hominis.*

12 *Ius in ſpe non dicitur eſſe in bonis noſtris.*

13 *Quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione.*

14 *Fideicommiſſum expirat morte fideicommiſſarij, & non tranſmittitur ad heredem fideicommiſſarij, ſed remanet apud grauatum, vel eius heredes.*

15 *Gloſſa in l. is cui. ff. de act. & oblig. communiter reprobatur.*

17 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad liberos, vbicunque a principio fuerit unitum cum iure accreſcendi.*

18 *Legatum, ſiue fideicommiſſum particulare pendente conditione non tranſmittitur.*

19 *Fideicommiſſum conditionale pendente conditione trãſmittitur ad hæredes, vbicunque appareret ex defuncti coniecturis. Et in propoſito quomodo coniectura colligenda ſit, nu. 20. Et rurſus coniectura ſufficiens in præſenti materia eſſet, ubicunque in patria teſtatoris extaret ſtatutum excludens fœminas dotatas, uel dotandas à bonis paternis: quia tunc teſtator ipſe cenſetur ſe uoluiſſe conformare cum diſpoſitione ipſius ſtatuti, num. 21. Et ibi in propoſito an maſculinum concipiat fœmininum, num. 22.*

23 *Fideicommiſſum purum ſtatim peti poteſt, & similiter tranſmitti poteſt.*

OPINIO DCCCXLIII.

1 SVBSTITVTVS moriẽs antequàm ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes tunc ſubſtitutionis expirat, nec ad hęredes tranſmittitur. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. & not. Bald. conſ. 94. punctus quæſtionis, libro 4. conſilio 320. dicta domina, & conſ. 434. punctus, circa fin. uol. 4.

2 Et ratio iſtius dicti uidetur iſthæc: quia quælibet ſubſtitutio dicitur conditionalis. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de uulg. & pup. ſubſtit.

3 Et ius conditionale ad hæredes non tranſmittitur. l. ſi ita legatum. §. illi ſi uolet. ff. de leg. 1. not. Fulgoſ. conſilio 14. in quæſtione, & conſil. 70. proponitur, Alex. conſilio 49. uiſo themate, col. fi. uol. 6. conſ. 25. & conſ. 252. uol. 6. & Dec. conſ. 435. in cauſa mihi.

4 Et ſic cùm ſubſtitutio ſit conditionalis ad hæredes

hæredes tranſmitti non poteſt. Iaſ. poſt alios in l.qui plures.ff.de uulg.& pupill. ſubſtit. ubi rationem reddit. Quia ſubſtitutio nihil aliud eſt quàm cōditio inſtitutionis.l.in ratione.§. quod vulgo,& §.ſeq.ff.ad leg.Falcid.& l.qui liberis.ff. de uulg.& pupil.

5 Et ultra prędicta non admodum diſtare uidetur illud,quòd fideicommiſſum conditionale pendente conditione non tranſmittitur ad hæredes.l.in cauſæ.la 2.§.Pomponius,ubi Bal. ff.de minor.& Alex.in l.fin.colum.fi.C.de lega. Bart.in l.1.num.9.ff.de leg. 1. Bald. in l. unica. C.vt act.ab hæred.& cont.hæred. Ioan. Dilect. in tract.de arte teſtand.tit.5.caut.23.

6 Præterea fideicommiſſum fit caducū morte fideicommiſſarij conditione pendente, ſiue ſit uniuerſale ſiue particulare.l. ſi in perſonam. C.de fideicom.l.1.§.ſin autem.C.de cad.tollen. l.vnum ex familia.§.rogo,in fine & l.miles.§. 1. ff.de leg.2.

7 Et cur ſecus ſit in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus, vide Thobiam Nonium poſt Gloſſ.in §.ex conditionali,inſti.de uer.obl. nu.4. 5.& 6.vbi poſt Ozer.concludentem rationem afferre conatur,per text.in l. ſi pactum,circa finem.ff.de probat.

8 Sed iſtam concluſionem, ut ſupra firmatā, amplia primo loco etiam procedere ſi teſtator ſubſtituiſſet filios & hæredes, uel eorum præmortuum liberos:quia nec admittentur filij hęredis præmortui donec ſuperſit aliquis ex filiis ſubſtitutis:per notata in l.hęredes mei.§.fin. ff. ad Trebell.& per Alexan.conſilio 17. uiſo teſtamento,volum.6. niſi iure accreſcendi hæreditatem habere poſſit filius ſubſtituti.l.qui patri.ff. de acquiren.hæred.quod mirabile dicit Bal. cōſil.9.factum tale eſt,uol.2.

9 Amplia ſecundo loco antedictam concluſionem etiam procedere, ſi hæredes ex deſcendentibus teſtatoris ſubſtituti eſſent. l. hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.Gloſſ.ualdè not. in l.1.C.de his qui ante apert.tab.& ibi Bart. Bal. Alber.& idem Bart.in l.1.colum.fin.ff.de leg.1. ſequens Cyn.in l.1.C.commu.de lega. Bald. in l.cum ex filio.ff.de vulgar.& pupill.Idem tenet Gloſſ.in l.ſi in perſonam.C.de fideicom.Oldra. conſilio 131.Corn.conſi.248.circa hanc,uol.1. & Soc.conſ.197.circa pręmiſſa.Et habetur optimè per pract. Papien. in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione,in uerſ. Qui ex eis ſuperuiueret,in fine Dec.conſilio 115.in princ. & 574. colum. 1. ubi de communi teſtatur, & ſimiliter Curt.Iun.conſilio 69 96.83. & 135.numero 5. Boer.deciſ.354.Iaſ.in l.ſi ſtichum. §. 1. nu.2. ff. de uerb.oblig. Cōis opin.

10 Nam pendentia conditionis impedit tranſmiſſionem etiam ad filios. l. ſi cui legetur.§. 1. vbi Bal.ff.de leg.1.quod ſequendo refert Iaſ. in l.cùm filiofam.num.24.cum ſeq.ff.eod.tit.

11 Nec filius ipſe ſubintrat in locum ſui patris in fideicommiſſo in diſpoſitione hominis: ut per Bollon.conſ.50.& Iaſ.conſ.8.

12 Facit etiam: quia ius in ſpe non dicitur eſſe in bonis noſtris. Albert. Brun.conſil. feud. 6. & 8. Et hæreditas quæ nō poteſt adiri, non dicitur delata.l.delata,ubi ad ꝓpoſitū Glo.notat.ff. de verb.ſignific.ſic ſequitur quòd nemo dat quod non habet.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. Bart. in l.uniuerſæ.C.de legatis.

13 Ad id confert iterum: cùm ea quæ ſunt in conditione, non ſint in diſpoſitione. Iaſ. in l. 1. num.12.C.de pactis. Nam filij in præſenti caſu ſunt poſiti in conditione non autem in diſpoſitione.idem Iaſ.in l.Centurio,num.56.ff. de uulgar.& pupil. Alexan. conſilio 199.libr. 2. quod declarat Cephal.conſ.251.lib.2.

14 Præterea conſtat,quòd fideicommiſſum expirat morte fideicommiſſarij,& non tranſmittitur ad hæredem fideicommiſſarij, ſed remanet apud grauatum,uel eius hæredes.d.l.cùm filiofam.ubi Iaſ.numero 4. & 24 Curt. Iun. conſil. 87.& 113.poſt Gloſſ.communiter approbatam in l.Lucius,la 2.ff.de hæred. inſtit. & Pract. Papien.ubi ſupra,num.27.Alex. ubi prædicta aſſerendo firmat in l.Gallus.§.etiam ſi parente,uerſic.Paſſus non eſt ſine dubio.ff.de lib.& poſthu. & poſt alios quos ibi allegat in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.& in l.ſed ſi eo, eod. tit. ubi refert,quòd ſi pater fecit reciprocam ſubſtitutionem inter filios,ſi quis eorum deceſſerit ſine filiis,& ſic conditio expreſſa:& iura conditionalia delata in hæreditate aſcendentium non tranſmittuntur ad poſteros,ſi ipſi deceſſerint conditione pendente. Cōis opin.

¶ Et cùm in propriis terminis per hæc religioſiſsimè uiderim conſultum & obtentum in anno 1573. uolui ad eorum meliorem declarationem præſentem facti ſpeciem interſerere. Agebatur igitur, quòd quidam Matthæus Iannes de Ciuitaregali in ſuo teſtamento inſtituit ſuos uniuerſales hæredes pro æquali portione, Sebaſtianum eius filium, & Cicchonum ex altero prędefuncto filio nepotem:& ſi mori contingerit ſine filiis de eorum corporibus legitimè deſcendentibus eos inuicem ſubſtituit. Euenit caſus, quòd pendente conditione Sebaſtianus filius inſtitutus, & ut pręmittitur ſubſtitutus, relicto filio notario Guido Antonio diē ſuū clauſit extremum: deinde Cicchonus nepos in ſuo teſtamento hæredem inſtituit Angelellam eius ſororem,& mortuus eſt ſine filiis.Inſurrexit notarius Guidus Antonius filius & hæres uniuerſalis prædicti Sebaſtiani contra prædictam Angelellam hæredem uniuerſalem,vt ſupra inſtitutam,& quęſiuit capere propria authoritate poſſeſsionem bonorum hæreditariorum ipſius Cicchoni,aſſerendo ſe eſſe filium & hæredem præfati Sebaſtiani, & per conſequens ad ipſum ſpectare & pertinere dictam hæreditatem, cùm ſit factus caſus reſtitutionis:& ſic re in controuer-

ſiam

ſiam deducta: fuit tandem compromiſſa, & ea ſubtiliter, accuratè, & optimè perpenſa, non obſtantibus quampluribus iureconſultorum Aquilanorum, & Peruſinorum reſpóſis, & in iure allegationibus in fauorem dicti notarij Guidi Antonij; ſuit mediáte elegãti, maturo, & docto conſilio, & patrocinio Excellentis Domini Paſchalis Turcanici conciuis mei, ex voto Excellentis Domini Ioannis Franciſci de Nobilibus de Ciuitate Ducali, compatris mei vndecũque doctiſsimi & laudatiſsimi, ad fauorem dictę Angellæ pronunciatum, & iure optimo determinatum, excluſo penitus ipſo notario Guido Antonio; & tali determinationi cognitis ſuis rationibus partes ipſæ ſtatim acquieuere.

15 Et quamuis Gloſſ. in l. ſi cui. ff. de act. & oblig. contrarium aſſeueret: tamen non eſt recedẽdum ab opinione Glo. pręcit. in d. l. 1. & fuit opinio Azon. in ſum. ibi, nume. 2. quæ uerior, tutiorque apparet, quam tenet Aret. in §. ex conditionali, num. 3. & 4. inſtit. de uerb. oblig. & eſt communiter approbata: vt per Alex. in d. l. cùm ex filio. & conſil. 92 num. 5. lib. 3. Curt. conſilio 63. antiquiſsima, colum. 17. & conſil. 75. Dominus Ludouicus, Socin. in l. 1. ff. de uulg. & pup. Iaſ. in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. & conſilio 80 iſte caſus, lib. 1. Cui ultra pręcit. Doct. accedit Bald in l. 1. §. ſin autem. C. de cad. toll. ubi ait ibi eſſe text. qui decidit hanc quæſt. & in conſilio 254. Titius, uol. 1. & in conſil. 435. punctus ſuper quo, uolum. 4. Iaſ. conſ. 29. Dominus Nicolinus, colum. fin. uolum. 3. Et probatur apertè hoc in d. §. cùm ita, & ibi Gloſſ. in uerb. Suſcepiſſet. & alij quos congerit Iaſ. in l. quę de legato, col. 4. ff. de leg. 2. & Dec. cõſ. 394. pro uera, & cõſilio 55. & pro tenui facultate, num. 8. *Cõis opin.*

16 Vbi hoc amplificat procedere etiam ſi in cõtrarium reperiretur, urgeretque aliqua coniectura uoluntatis teſtatoris, & interrogatus uniuerſaliter ita diſpoſuiſſet. & hęc eſt communis opinio, atteſtante Salyc. in dicta. l. ſi in perſonã. quæ corroboratur ex allegatis per Gozad. conſilio 29. uidetur, colum. 3. & ſequitur Corn. conſ. 248. circa hanc, colum. 1. uol. 1. & Soc. Iun. conſilio 98. viſo puncto, col. 1. vol. 2. *Cõis opin.*

27 Sed præſens communis opinio choarctatur, vt fideicommiſſum conditionale tranſmittatur ad liberos, vbicũque a principio fuerit unitum cum iure accreſcendi: tunc enim uidetur naturam eius aſſumpſiſſe vt tranſmittatur, ſicut trãſmittitur ius accreſcendi. l. qui patri. ff. de acqui. hæred. & Soc. conſil. 6. in præſenti conſultatione, colum. 4. uolum. 3. & Iaſ. conſ. 154. teſtator, uol. 4. ubi amplectitur opinionem Soc. qui allegat conſ. Bal. 9. uol. 2.

¶ Cæterùm aduerte, quòd diſpoſitio d. l. qui patri, inducta apparet fauore pupilli, vt is hæredem habeat: vt ibi exprimit Alex. col. 1. & ideò nõ habet locum niſi in ſubſtitutione pupillari, uel in ſubſtitutione uulgari cõtinente tacitã pupillarẽ: ut explanat idẽ Alex. in eadẽ l. col. pen. Et d. cõſ. 9. Bal. citatũ per Soc. in d. conſ. 6. non probat ullo modo eius intentionem: quia Bald. loquitur in ſubſtitutione pupillari: ut facilè diſcernitur ex lectura dicti conſilij. Aliud eſt igitur dicendum in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & hęc eſt communis & concors ſolutio. teſte Salyc. in l. quidam elogio, circa finem. C. de iure deliberan. *Cõis opin.*

¶ Et quòd text. in dicta l. qui patri, habeat locum tantùm in ſubſtitutione directa, non autẽ in fideicommiſſaria, fatetur expreſsè ipſemet Iaſ. in d. conſ. 159. in fine.

¶ Sed eſto quòd uera ſit opin. Soc. præmemorata in d. conſil. 6. tamen adhuc limitanda foret, ut ea nullatenus procederet contra neptem teſtatoris filiam hæredis inſtituti: quoniam non eſt ueriſimile quòd uoluerit eam excludere ab hęreditate patris, & alienas ſucceſsiones proprijs anteponere. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. & ita declarat, limitatque ſuam opinionem Soc. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, col. 5. ff. ad Trebell.

¶ Et ad iſtum text. reſponde declarando, quòd tranſmiſsio antedicta non obtinet locum niſi in preiudicium extranei; & quòd filia hęredis inſtituti neptis teſtatoris non eſt perſona extranea §. extraneum. C. de rei ux. act. quare hæc prę́ſumptio procederet ſine ſcrupulo aliquo vbicunque ſucceſſurus ab inteſtato eſſet de liberis teſtatoris, qualis eſt ipſa neptis: ut poſt alios cõcludit Dec. in l. penult. colum. fin. uerſ. Venio ad ſecundùm. C. de impub. & hæc eſt communis theorica Doct. ut per Corn. conſil. 22. colum. 5. uerſ. Diligenter, uol. 2. *Cõis opin.*

18 Ampliatur ſecundo loco, vt non ſolùm procedat in legato, ſeu fideicõmiſſo vniuerſali, ſed etiam particulari. Nam ſi legatum relinquatur ſi nauis ex Aſia ůenerit uel non uenerit: antequam ſit certum nauem venturam, vel non venturam legatarius moriatur, tale legatum nõ tranſmittitur. Rom. ſing. 90. per tex. in l. huiuſmodi. ff. quando dies leg. ced.

19 Sed regula prædicta, ſic ut uides utiliter ampliata, limitatur ubicunque contrarium ex defuncti coniecturis appareret. Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante apert. tab. & Barto. in d. §. cùm ita, num. 4. & ibi Soc. num. 9. Ioan. Cephal. conſilio 251. lib. 2. Rolan. à Valle conſil. 5. lib. 4. & D. Berard. Alphan. in ſuis collect. in d. l. 1. 141. ubi ad propoſitum copioſè, & eleganter more ſolito complura congerit.

20 Et hęc coniectura quomodò colligenda ſit, an ex uerbis teſtamenti, an ex aliis teſtamenti dictis, præter Soc. primam partem tenentem in d. §. cum ita, num. 10. uide Alphan. in præcit. loco, qui plures authoritates contra Socin. cumulauit.

21 Hinc nota ad propoſitum, quòd illa coniectura in medium adduci poteſt, uolũtatis teſtatoris,

toris,quę ea eſt, ubicunque in patria ipſius teſtatoris extaret ſtatutum excludens mulieres dotatas uel dotandas à bonis paternis: tunc equidem teſtator cenſetur uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione ipſius ſtatuti, uel alterius ſimilis.ita Bart.in d.§. cùm ita, & in l. vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.lib.Soc.conſilio 116.In cauſa filiorum,col.4. uol.3.Alex. conſ.15.Viſo teſtamento, uol.4. Zaſi. conſ. 1. nu.41.lib.1.Doct.in d.§.cùm ita,ubi Bart. nu. 4.concludit,quòd in locis ubi extant, uigentque ſtatuta,quòd filiæ, & neptes fœminæ nõ ſuccedant ſtãtibus maſculis, quòd neptis nõ admittitur,ſi ſupereſt nepos ex filio maſculo, qui ex præſumpta uoluntate defuncti,ſecundùm ſtatutũ ciuitatis neptẽ excludit. & opin. hanc ſequuntur ibi Ang.Raphael,Pau.Caſtr. Alex.& communiter Scrib.in locis relatis ibi per Rip.& per Dilect.in tract.de arte teſt. tit. 5.caut.17. quamuis ibi aſſerat plura collegia contrarium aliàs reſpondiſſe.Caſtr.conſ.409. Caſus iſte frequenter contingit, lib.2.Alciat. reg.3.pręſumpt.32.num.4. Tiraq. in l. ſi unquàm,in uer.Suſceperit liberos, n.134.C.de reuo.don. Soc.in l.cùm auus,n. 95.ff.de cõd. & demon.& conſ.73.Capiendo,nu.12. & ſeq. volu. 4. vbi poſtmodũ apertiſsimè admonuit ita aliàs in ſimili caſu uidiſſe conſultum Ferrarię per doctiſsimos uiros Bononiẽſes,& Ferrarienſes.& ita etiam ſæpius ſe conſuluiſſe: & hęc eſt communis opinio.vt per Soc.Iun.cõſ. 30.Maxima,lib.4.ante nu.2.licèt ibi nu.6. in fi.contrariam opin. magis communiter receptam ex ſemetipſo aſſerat.

Cõis opin.

Cõis opin.

22 Et hinc eſt,quòd cũ ſtatutum ſit differẽs materia inter maſculos & fœminas, ſequitur neceſſariò,quòd ſub illis uerbis, ſine filiis, & ſic ſub maſculino genere à teſtatore prolato non comprehẽdatur fœmininum: ſecundùm Ancha.in l.tres fratres.ff.de pact.aſſerentem, quòd ſi pater filios inſtitueret, filię non comprehenduntur, ſi per ſtatutum maſculi excludunt fœminas:& ſic materia erat indifferens. & ſequitur Alex.in l.Gallus.§. quidam rectè, in fi.ff.de lib. & poſth.& conſ. 127.Viſo teſtamento,poſt prin.uol.1.& cõſ.16. nu.1.uol. 4. Soc.conſ.51.Viſa,col.7.vol.4.Curt.Sen.conſ. 51. Super teſtamento,col.3.Iaſ.in l.ſi quis id quod,in 8.limi.ff.de iuriſ.om.iud.& Dec.cõſ. 15.Et pro tenui,col.4.vbi in his terminis arguit,quòd ſub cõditione iſta, ſi ſine liberis deceſſerit,maſculinum non cõcipiet fœmininũ, propter differentiã inter maſculos & fœminas, quam teſtator fecerat: ſicut contingeret vbicunq; per ſtatutum fieret talis differentia.Nam ſicut quando ex mẽte teſtatoris huiuſmodi materia eſt differens,ſolet concludi, quòd appellatione filiorum fœminę non continentur.vt per Bar.in l.1.ff.de uerb.ſignif. & ibi Alc.& Soc.Sen.conſil.36. Rectè in fine,& Corn.conſ.7.Reperio,col.3.& conſ.101.Licèt in hac,col.3.uol.4.

23 Fallit vltimo loco dicta concluſio quoties fideicommiſſum eſſet purum:quia fideicommiſſum purum ſtatim peti poteſt, cũ non habeat quod ipſum impediat. Pau.Caſt. in l.epiſtolam.§.mulier.ff.ad Trebell.Iaſ. in l.cùm ſecundum. C. de fideicom.Et ſimiliter poſtquã eſt purificatum tranſmittitur.Paul.Caſt.conſilio 408.libro primo.

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR inducere poteſt,quòd illud, quod de ſui natura eſt intranſmiſsibile tranſmittatur: Et econuersò illud, quod eſt tranſmiſsibile, non tranſmittatur.*

2 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, nedum ex expreſſa voluntate teſtatoris,ſed etiam ex coniecturata.*

3 *Fideicommiſsi conditionalis tranſmiſsio eſt fauorabilis.*

4 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturata mente teſtatoris ad filios filiorum præmortuorum ante grauatum, & ante conditionis euentum: ſi teſtator ipſe inſtituit filios, & vlterius diſpoſuit,quòd ſi morerentur ſine filijs,quòd bona ſua deuenirent ad ſuperſtitem, ſeu ſuperuiuentem.*

5 *Teſtatoris uoluntas, & coniectura ſumi debent ex aliquibus in teſtamento expreſsis.*

6 *Subſtitutionis reciprocæ ſpem primus decedẽs cum liberis tranſmittit ad filios ſuos,quando poſt reciprocam ſubſtitutionem factã inter liberos, ſi ſine liberis deceſſerint, ſubſtitutus eſſet extraneus.*

7 *Subſtitutio facta fideicommiſſario, ſi ſine filijs deceſſerit, ſi fideicommiſſarius ipſe, pendente conditione ſui fideicommiſsarij, decedat, transfert ius fideicommiſsi in ſuos filios, & hęredes, ex pręſumpta voluntate teſtatoris, qui habuit eam conſiderationem ad filios, ponendo eos in conditione ad excluſionem alterius ſubſtituti.*

8 *Subſtitutio ſecunda de maritandis puellis pauperibus, & ſic ſubſtituta pia cauſa, ſi Berta primo loco ſubſtituta ſine liberis decedat, habet locum ſi cum filijs decedat, licèt viuo primo inſtituto.*

9 *Subſtitutionis conditionalis ius, iunctum cum iure accreſcendi, tranſmittitur.*

10 *Fideicommiſſum, pendente conditione, ad hęredem tranſmittitur, ex coniecturata mente defuncti, quando eſt habita conſideratio agnationis, & maſculinitatis.*

11 *Fideicommiſsi ſpes, pendente conditione, ad hęredem tranſmittitur, ex coniecturata mente teſtatoris, vbicunque teſtator uoluit bona ſua ad deſcendentes ſuos in infinitum remanere.*

12 *Fideicommiſsi ſpes tranſmittitur, conditione pendente ex coniecturata teſtatoris voluntate, ideſt,*

id eſt ex prohibitione alienationis facta filijs, ac eorum, & cuiuſlibet eorum filiis, & deſcendentibus.

13 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad heredes ex coniecturata teſtatoris mente, ideſt ubicunque teſtator ipſe in teſtamento mentionem fecerit de filio, & hæredibus eius.*

14 *Subſtitutio hoc modo facta: Titium, & Sempronium ſubſtituo, & eos inuicem ſubſtituo in ſtirpes, & non in capita in infinitum, comprehendit ex coniecturata mente teſtatoris etiam eorum filios.*

15 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex tacita, præſumptaque mente teſtatoris, vbicunque teſtator ſubſtituiſſet filios fratris tempore teſtamenti prædefuncti, unà cum fratribus tunc viuentibus, ideſt ſi unus fratrum prędecedat grauato, tranſmittit ſpem fideicommiſſi ad eius filios.*

16 *Fideicommiſſi conditionalis ſpes tranſmittitur ad deſcendentes ex tacita mente teſtatoris, vbicunque extraneus veniret præferendus ipſis deſcendentibus teſtatoris.*

17 *Coniecturæ fideicommiſſi conditionalis, quæ ſufficiant ad fideicommiſſum ipſum inducendum, explicantur ſigillatim per totam Opinionem.*

18 *Nepos, quòd ſubintret in locum patris, & eum repręſentet, quando ſucceditur ex diſpoſitione legis; ſecùs quando ex titulo fideicommiſſi, & ſic ex diſpoſitione hominis.*

19 *Verba diſponentia de obtinente primum locum, uerè & non fictè intelligi debent.*

20 *Nepos ſubintrat in locum patris per fictionem. declara num. 56.*

21 *Prior in gradu, potior eſt in ſucceſſione. declara numero 57.*

22 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, ſiue aliquis extraneus, ſiue aliquis ex deſcendentibus teſtatoris ſit ſubſtitutus.*

23 *In ſubſtitutionibus præferuntur à teſtatore magis dilecti.*

24 *Filij poſiti in conditione, non dicuntur uocati, nec honorati.*

25 *Prędilectus in inſtitutione, pariter & in ſubſtitutione prędilectus pręſumitur.*

26 *Teſtator maiorem affectionem habere dicitur ad natos tempore mortis ipſius, quàm ad natos & conceptos poſt ipſius mortem. Declara numero 58. & 59.*

27 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando nepotum fauor reſultaret in damnum filiorum.*

28 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quoties diſpoſitio verificari poteſt in perſona filiorum.*

29 *Subſtitutio pupillaris vnita cum iure accreſcendi, quòd ad hæredes tranſmittatur non procedit, quando ſuperuenientes fuerunt ſubſtituti.*

30 *Fideicommiſſa, in quibus plures ſub nomine collectiuo vocantur, in eis attenditur proximitas ex cauſa ſucceſſionis reſpectu hęredis grauati, & non teſtatoris grauantis. Declara numero 62. 63. & 64.*

31 *Filij ſuccedunt in locum patris in fideicommiſſis. & num. 65.*

32 *Filij in fideicommiſſis ſuccedunt in locum patris, quando agitur de ſucceſſione aſcendentium, uel patrui. & num. 66. 75. & 76.*

33 *Voluntas teſtatoris regulatur ſecundùm diſpoſitionem iuris communis loquentis ab inteſtato.*

34 *Filius ſubintrat in locum patris prędefuncti, & cum patruo concurrit, quoties agitur de ſucceſſione aſcendentis vel patrui de iure communi.*

35 *Fideicommiſſum conditionale, ſi fideicommiſſarius pendente conditione moriatur, ex coniecturata teſtatoris voluntate ad hæredes tranſmittitur.*

36 *Fideicommiſſum conditionale, quando filij poſiti ſunt in conditione, ad heredes tranſmittitur. Quod procedit etiam quando teſtator ſuperſtites, ſeu ſuperuenientes ſubſtituiſſet. & num. 37.*

38 *Teſtator faciens plures gradus ſubſtitutionum, cenſetur ſubſtitutum cum conditione ſi ſine filijs deceſſerit, grauaſſe ad filium ſuum tranſmittere.*

39 *Fideicommiſſum conditionale agnationis conſeruandæ factum, ad hęredes tranſmittitur. & numero 73.*

40 *Ius accreſcendi, quando eſt fideicommiſſarię ſubſtitutioni iunctum, facit illam ſubſtitutionem ſui natura non tranſmiſſibilem, eſſe tranſmiſſibilem.*

41 *Subſtitutio vnita cum iure accreſcendi, illius naturam aſſumit.*

42 *Prohibitio teſtatoris de non alienando, arguit nepotes & cæteros deſcendentes uoluiſſe ipſa bona prohibita conſequi. & num. 74.*

43 *Fideicommiſſum tranſmittitur ad nepotes, quando bona perpetuò in familia remanere debent. & numero 72.*

44 *Filij in conditione poſiti & grauati in teſtamento à teſtatore, cenſentur poſiti in diſpoſitione.*

45 *Fideicommiſſum conditionale ad hæredes tranſmittitur, ſi poſt mortem inſtitutorum, & ſubſtitutorum vltimo loco fideicommiſſariæ ſubſtitutus eſſet aliquis & eius filij, & filiorum filij.*

46 *Filij poſiti in conditione, in diſpoſitione poſiti cenſentur, quando teſtator ſub eadem liberorum conditione ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus ſit.*

47 *Nepotes appellatione filiorum veniunt in fideicommiſſis. & num. 71.*

48 *Nepotes veniunt appellatione filiorum in diſpoſitione collata in aliquem futurum euentum, vbi poterat dubitari, an filij primi gradus exituri eſſent, an nepotes, uel alij ulterioris gradus.*

49 *Fideicommiſſum fauore agnationis conſeruandę factum, eſt fauorabile.*

50 *Fideicommiſſum reciprocum non dicitur onus continere.*

51 *Minor non dicitur læſus, quando fideicommiſſum reciprocum tollitur.*

52 *Nepotes ueniunt appellatione filiorum in materia fauorabili & in caſibus etiam in quibus maſculinum concipit fœmininum. & nu.53. & 70.*

54 *Maſculinum concipit fœmininum in ultima uoluntate, etiam vbi tractatur de grauando herede.*

55 *Filius, quando agitur de diſpoſitione hominis, intrat in locum patris, quando tractatur de fideicommiſſo, & de ſucceſsione aſcendentis.*

60 *Verbum filij, quando profertur in plurali numero, non reſtringendo ad certas perſonas, ſed conferendo in genere in futurum euentum & agitur de nepotum commodo, & in eis uiget eadem ratio, nec ſequitur abſurditas, & pręcipuè quando agitur ad augendum & continuandum gradus ſubſtitutionis: tunc appellatione filiorum ueniunt nepotes.*

61 *Filij in fideicommiſſis ſuccedunt in locum patris, quando ſubſtituti eſſent ſuperſtites ſeu ſuperuiuentes.*

67 *Filij ſubintrāt in locum patris, quando non ageretur de excludendo aliquem à ſucceſsione, ſed tantùm, quòd nepos concurreret cum patruo.*

68 *In dubio propter anfractum opinionum, adhærendum eſt opinioni, quæ fauet nepotibus.*

69 *In dubio pro poſſeſſore iudicandum eſt.*

77 *Nepotes cenſentur uocati etiam appellatione filiorum in fideicommiſſo in futurum euentum prolato, & ab aſcendente facto.*

OPINIO DCCCXLIV.

1 *Subſtitutio.* CONGRVIT præcedentibus nonnulla de coniecturis fideicommiſsi conditionalis annectere, cùm coniecturalis hæc inueſtigatio frequens ſit, vtilis, & peregrina: licèt itaque ius fideicommiſsi conditionalis regulariter non tranſmittatur, idque nempè plures ampliationes recipiat, quas alibi explicaui, nuncque conſultò omittendas eſſe cenſui; cùm tñ in oībus hæſitationibus fideicōmiſſorū pręferenda indubitanter ſit teſtātis voluntas: ipſa quidem etiā tacita efficit de intrāſmiſsibile trāmiſsibile, écontra etiā, de tranſmiſsibile intranſmiſsibile: ſecundùm Bal. in l. vnica. C. de iis qui ante apert. tab. in l. unica. vt act. ab hæred. in l. ſi pater, colum. 4. de inſtit. & ſubſt. & in c. 1. qui ſucceſs. ten. col. 2. quē refert Paleot. in ſubſcrip. ad Alex. conſ. 93. uol. 3. Iaſ. conſ. 233. col. 2. in princ. uolu. 2. Curt. Sen. conſ. 75. col. 10. Dec. conſ. 573. n. 4. Pariſ. conſ. 52. nu. 18. vol. 3. & Soc. Iun. conſil. 141. col. 7. vol. 2. & cōſ. 63. Viſo propoſito thema te, nu. 2. & ſeq. vol. 4. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem ſententiam. *Cōis opin.*

2 *Cōis opin.* Eſtque re ipſa cōis omniū iuris interpretum opinio, tranſmiſsionem fideicōmiſsi conditionalis, ex tacita voluntate teſtantis coniecturis elicita fieri. vt teſtatur nō obſcurè quidem Pariſ. conſ. 5. nu. 14. & ſeq. vol. 3. & conſilio 50. num. 16. & ſeq. eod. uol. & Curt. Iun. conſ. 16. ſub num. 6.

3 Imò iſthæc cōcluſio adeò uera eſt, vt talis tranſmiſsio cōditionalis fideicōmiſsi fauorabilis cenſeatur. vt voluit Soc. in l. qui duos, in prin. ante nu. 26. de reb. dub. citās in argumētum Glo. in d. l. vnica. C. de iis qui ante apert. tab. & Fran. Marzar. cum aliis catheruatim relatis per eum, in tract. fideicommiſſarię materiæ, in 2. par. in prin. fol. par. 4. & ſeq. vbi fuſiſſimè quidem tuetur opinionē iſtā, eamq; pariter indubiam vocat, vt fauorabile fideicommiſſum ipſum ſit, vt bona conſeruentur in agnatione, & familia.

¶ Idque vtiq; tanquā fauorabile adiuuandum venit. l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. vbi meritò quidē diſponitur vnicā duntaxat ſufficere coniecturā ad inducendum fideicōmiſſum. quoniā lex fauere cenſetur fideicommiſſariæ uoluntati, vt etiam pro ea ſuſtinenda uerba improprientur. l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. & l. Sceuola. ff. ad Trebel.

4 Eaq; obtinet locū etiā, ſi teſtator dixerit ſuperſtites, vel ſuperuiuentes ſubſtituo. vt ſic mauere Raph. Cum. conſ. 13. Titius, Raph. Fulgoſ. conſ 15. Proponitē quòd montes, in 2 dub. Alex. in l. q. patri, col. fi. ſed in terminis illius textus. de acq. hær. Iaſ. cōſ. 154. col. fi. uol. 4. & cōſ. 52. col. fi. uol. 3. Dec. conſ. 369. col. 2. Ioā. Maria Riminal. cōſ. 78. col. 2. Ruin. conſ. 79. col. pen. uol. 3. & Pariſ. cōſ. 76. col. 2, uolu. 2. & in d. conſ. 50. nu. 35. & ſeq uol. 3.

¶ Et quamuis aliqui Doct. non contēnendę authoritatis, cōtrarium ſenſerint, videlicet Bal. in l. quidē eulogio. C. de iure delib. Ludo. Rom. in d. l. qui patri, in fi. ac idēmet Bal. bis cōſulēdo, ſcilicet cōſ. 271. Subſtitutio fideicōmiſſaria, uol. 2. & cōſ. 435. Punctus ſuper quo, in fi. uol. 4. Iaſ. titubanter, cōſ. 29. col. fi. vol. 3. Riminal. pariter ſibi cōtrarius, conſilio 193. numero 28. Curt. Iun. conſilio 69. colum. fin. Soc. Iun. cōſ. 133. col. 2 in fi. uol. 1. Rip. in l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. Quinimò ipſe Soc. Nepos bis aſſeruit iſtā Bald. opin. magis cōē eſſe, cōſ. 14. n. 6. & ſeq. & cōſ. 30. n. 7. uol. 4. *Cōis opin.*

¶ Nihilominus tñ non arbitror fore modo aliquo recedendū ab opinione utriuſque Raphaelis, quā etiam vltra præmemoratos Doctores ſequitur Grauet. conſ. 306. colum. 3. & in eius repetit. l. cùm filiusfamiliās, in 2. part. nu. 261. circa fi. & nu. 352. Hieronym. Zanch. in repet. d. l. hæredes mei. §. cū ita, ante num. 221. & facilè diſcernitur magis cōmunis ſententia. atteſtāte ingenioſiſsimo D. Sfortia Oddo, in trac. cōpen. ſubſtitutionis, partic. 6. art. 2. cōcl. 14. poſt 6. limit. verſ. Cōtrarium tenēt. Eſt etiam re ipſa æquior, & benignior opinio, à qua nō foret vllatenus in iudicando, & cōſulendo recedendū; & ſecundū iſtā magis cōem *Cōis opin.*

 ſen-

ſententiā extitit de præſenti anno 1581. hic Aquilæ religioſiſsimè, atque copioſiſsimè cõſultum, per D. Alexandrū Trentacinque com patriotam meū, uirū utiq; eminentis ſcientię: & conſilium fuit ſubſignatū per Illuſtres Doctores Peruſinos, & Aquilanos, in pulcherrimo caſu ad fauorē magnificorū filiorū D. Ioānis Hieronymi Riueræ: & illi conſilio requiſitus me ſubſcripſi: & electo iudice in præſenti cauſa de ambarum partiū cõſenſu, Illuſtri D. Vincentio de Franchis, regio conſiliario, undiq; incorruptiſsimo, & relata, trutinataque in Sacro Conſilio Neap. cauſa ipſa, ita ibi religiosè quidē iudicatū extitit de menſe Maij 1581. licèt pro ipſis filiis transmiſsionē prętēdentibus vehementiſsimæ coniecturę afferrent, quo caſu hæc opin. indubitāter pcedit.

¶ Sunt tñ qui ipſam dupliciter declarent. Primò, quoties eſſemus in dictione ſuperſtites, geminata; tūc enim transmiſsionē impediri aſſerūt, non in meritò quidē. Soc. Iu. in d. cõſ. 133. col. 3. in prin. uolu. 1. & Zāch. in d. §. cùm ita, ante num. 221.

¶ Secundò, qñ ſubſtitutioni de ſuperſtitibus, in totum adiiceret: vt ſingulariter tradit Ruin. conſ. 181. col. 2. & fi. vol 2. Si enim trāſmiſsioni, iſto caſu locus eſſet, in totū non ſuccederet. Sed licèt iſtā limitationē idē Zanch. afferat ante d. nu. 221. videt nihilominus titubare, in fi. n. 340. relinquēs cogitādū, vt p eū: uerum eſt pulchra limitatio, & ſingularis.

5 Transmiſsionis autē ex tacita uoluntate, coniecturę quomodò colligant, non admodū extricatū eſt; Quidā enim extrinſecus à teſtamento colligi poſſe autumant. Soc. Iun. conſ. 167. col. 3. uol. 2. citans ibi Ruin. in d. §. cū ita, ut per eū, Pariſ. in d. cõſ. 5. nu. 17. uol. 3. & cõſ. 66. col. 9. in prin. eod. uol. Rubeus Alexandrinus, cõſ. 8. propè fi. Curt. Iun. cõſ. 121. col. 6. circa prin. & Ruin. cõſ. 86. col. 4. uol. 2. & aliqua in materia tetigimus in pcedenti opi. nu. 20.

¶ Alij uerò iuris interpretes aſſerunt hoc iudicis arbitrio, circūſpectioniq; relinqui; & præſertim Curt. Iun. conſ. 96. relatus per Soc. Iun. conſ. 141. nu. 23. vol. 2. & conſ. 157. col. 3. eod. vol. quem etiam comprobat.

¶ Cæteri demùm Doct. ſentiunt, coniecturas iſtas, ex expreſsis in teſtamento colligendas eſſe. vt per Soc. poſt Bal. in d. §. cùm ita, & conſ. 6. uol. 3. Dec. conſ. 55. col. pen. conſ. 417. col. 2. & conſ. 465. col. fi. Pariſ. conſ. 86. col. 4. uol. 2. & conſ. 63. col. 2. in fi. uol. 3. Ruin conſ. 129. col. 2. in prin. uol. 3. Io. Crot. in l. 1. poſt nu. 75. ff. de leg 1. Curt. Iun. conſ. 16. nu. 6. & ita eſt tenendū, & cõcludendū; eſtque tutior opinio, ac etiam communis. teſte Soc. Iun. in d. conſ. 141. num. 22. uol. 2. *Cõis opin.*

6 Vtque ad coniecturas transmiſsionis tacitæ uoluntatis deueniā; Prima ea eſt, quādo poſt reciprocā ſubſtitutionē inter filios, ſi ſine liberis deceſſerint, factā, ſubſtitutus eſſet extraneus, ſi omnes ſine liberis; tunc enim primus decedens cū liberis transmitteret ſpem ſubſtitutionis reciprocæ ad filios ſuos. ita uidetur determinare Bar. in d. §. cùm ita, in finalibus uerbis, ſi illa accuratè ponderentur, vbi idem firmant Alberic. de Roſate, ante fi. Alex. nu. 7. & 19. Soc. Sen. n. 13. Fabius Accorōbonus, n. 33. & Zanchus, nu. 275. quicquid diſputando inferius aſſeueret, cõiecturā iſtā ex Baldo cõſ. 175. factū tale eſt, Fortisguerra, vol. 2. in antiqs, deſumi ſubdēs. idē Soc. Sen. cõſ. 6. col. 3. uol. 3. Iaſ. conſ. 154 col. 6. uolu. 4. Curt. Iun. cõſ. 16. col. 3. & cõſ. 121. col. 5. Ruin. conſ. 113. col. fi. vol. 1. conſ. 85. col. pen. & ſeq. vol. 2. conſ 140. col. 7. in prin. conſ. 178. col. 2. & conſ. 201. col. antepen. eod. uol.

¶ Et licèt ab ea diſſenſerint pauci admodū Doct. ſub dubio tamen, vt Ripa in d. §. cū ita, n. 64. & 66. in fi. & Soc. Sen. cõſ 69. n. 2. uol. 3. nihilominus nō eſt ab ea, tanquā cõi opi. recedendū, de qua meminit D. Sfortia Oddus in d. tract. compen. ſubſtit. part. 6. cõcl. 13. lim. 5. *Cõis opin.*

7 Secūda cõiectura ſimiliter oſtenditur, qñ deſcendētes in cõditione poſiti eſſent, quæ ex eodē ferè æquitatis fonte, quo pcedens coniectura, oritur. Bal. in d. l. unica, n. 10. C. de his qui ante aper. tab. Fulg. cõſ. 15. nu 3. Anchar. conſ. 74. col. 1. uer. Sed certè. Cuman. conſ. 13. nu. 1. Cur. Sen. conſ. 76 col. pen. Dec. cõſ. 594. nu. 7. conſ 397. nu. 6. & cõſ. 515. n. 1. Soc. Sen. conſ. 6 nu. 12. & conſ. 104. n. 9 uol. 3. Cur. Iu. conſ. 16. nu. 6. Soc. Iun. conſ. 141. n. 24. uol. 2. Grauet cõſ. 69. nu. 3. & in l. cū filiusfamiliàs, n. 334. ff. de leg. 1. Pariſ. conſ. 50. col. 4. uol. 3. Oddus in d. tract. cõpen. ſubſt. partic. 6. cõcl. 13. in 6. limi. & Zanchus in d. §. cùm ita, numero 306. in 7. coniect.

8 Quæ quidē coniectura tanquā ueriſsima amplificari meritò poſſet, ut procedat ēt ſubſtituta pia cauſa: ſecundū Bal. cõſ. 226. Titius inſtituit ſororē, vol. 3. in antiq. aliàs cõſ. 254. vol. 1. in nouis, cuius conſilij meminit Socin. Iun. conſ. 42. num. 33. vol. 1.

¶ Limitatur tñ notabiliter, vt p Ruin. cõſ. 140. col. 8. uerſ. 4. vol. 2. in poſitis tacitè in cõditione, ex l. cū auus. ff. de cõd. & demõ. & eſt quidē notabilis limitatio, & menti tenenda.

9 Tertia coniectura traditur quoque, vbi cūque ſubſtitutio iuncta foret cum iure accreſcendi ita Bal. conſ. 9. nu. 1. uol. 2. & conſ. 25. num. 2 uol. 4. Alex. conſ. 20. num. 7. volum. 1. Soc. Sen. conſ. 6. num. 14. uol. 3. Curt. Iun. cõſilio 16. idem Soc. in d. §. cùm ita, numero 13. Ruin. conſ. 85. numero 10 uol. 2. Iaſ. cõſ. 154. col. pen. verſ. Quartò principaliter, uol. 4. Caſſan. cõſ. 62. n. 17. & Natta conſ. fin. n. 7. uol. 4.

¶ Et quāuis coniectura iſthæc plurimum controuertatur, & contra eā ſenſerint Ang. in d. l. qui patri, circa prin. ver. Si autē ipſum ius

accreſcendi, de acq. hær. ubi Io. de Imol. nu. 5. in fi. Rom. nu. 17. & Frã. Aret. in finalibus uerbis, Ruin. ſibi contrarius, cõſ. 181. nu. 8. uol. 2. Rip. in d. §. cũ ita, n. 66. poſt Pau. Caſtrẽ. in l. ſi qs hæres, col. 2. ff. de acq. hær. & quoſdã alios.

¶ Tamen non eſt recedendum à Baldi ſententia, quam magis communem nũcupauit Cephal. cõſ. 16. nu. 45. vol. 1. & conſ. 283. nu. 26. vol. 2. amplexuſque fuit etiam Grauet. in d. l. cùm filiofamiliàs, num. 345. cum aliis ſeq. ff. de leg. 1. & Oddus in d. tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. concl. 13. in 7. limit. *Cõis opin.*

10 Quarta eſt coniectura, quando habita eſſet ratio agnationis, uel maſculinitatis. vt cõcedunt conſtanter quidẽ, Iaſ. conſ. 233. col. fi. vol. 2. conſ. 52 col. fi. uol. 3. & conſ. 154. vol. 4. Soc. cõſ. 6. col. 3. in fi. uol. 3. Dec. conſ. 397. & conſ. 574. col. 2. Curt. Sen. conſ. 75. Pariſ. conſil. 66. col 8. vol. 3. & conſ. 76. uol. 2. Curt. Iun. conſ. 69. conſ. 89. col. 2. in fi. & conſ. 96. Anto. Rub. conſ. 28. col. 3. conſ. 143. colũ. 3. & conſ. 120. col. 3. & Soc. Iun cõſ. 117. col. fi. uol. 1. ubi meminit conſilij Curtij Senioris. & Socino Iuniori ſe ſubcripſit Curt. Iun. idem Soc. Iun. cõſil. 167. col. 4. uol. 2. Grauet. conſ. 306. colũ. 3. & in d. l. cùm filiofamiliàs, in 2. par. nu. 336. & Ruin. conſ. 179. col. 3. uol. 2. admonens iſtam coniecturam fortiorem eſſe quacunque alia per Soc. poſita in d. §. cùm ita. Et ita etiã profusè, concinnè, & eleganter per quampluri mas marmoreas rationes uidi aliàs in facti contingentia reſponſum, per inſignem, & celeberrimũ D. Ioſephum de Ruſticis conciuẽ meum, ſummo ingenio, & ſingulari ſcientia præditum: & eo tempore lętatus extiti tã præclaro conſilio, approbato à magna illuſtrium Doctorum catherua, & emanato ad fauorem Magnificorũ DD. de Simeonibus de Aquila.

11 Quinta inducitur quoque coniectura ſimilis præcedenti, quando voluit teſtator bona perpetuò in familia remanere: ſecundùm Dec. cõſ. 574 ſub nu. 4. & Ruin. conſ. 130. nu. 2. & 6. uol. 3. & conſ. 156. col. fi. uol. 2.

12 Sexta itidem prædictis proxima manifeſta colligitur coniectura, vbicunque adeſſet prohibitio alienationis. ita Ruin. in d. conſil. 130. col. 2. & ſeq. uol. 3. & Zanch. in d. §. cùm ita, num. 329.

13 Septima coniectura exhibetur etiam ſatis vtilis, quando teſtator non ſolùm inuitauit ſubſtitutum, ſed eius hæredes: vt concludunt Bal. in l. ſi pater, numero 19. de inſtit. & ſubſtit. Alexan. conſ. 36. uol. 3. Soc. in d. §. cũ ita, num. 12. Dec. conſ. 397. num. 6. & conſilio 515. num. 1. Alciat. conſ. 3. num. 18. lib. 8. & Zanch. in d. §. cùm ita, num. 331.

14 Octaua coniectura ſcaturit etiam è viſceribus iuris, quæ ea eſt, ubicunq; teſtator duos inſtituit, adiiciendo in ſtirpes, & non in capita: ſecundùm Soc. Iun. conſ. 89. poſt num. 14. vol. 3. & in d. §. cùm ita, num. 57. in fin. iſtamq́ue opinionem uerisſimam eſſe fatetur Oddus, in d. tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. concl. 13. in 3. limit.

15 Nona eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituiſſet etiam filios fratris iam tempore teſtamenti prædefuncti, vnà cum fratribus tũc viuentibus: tunc enim, ſi vnus fratrum prædecedat grauato, tranſmittit ſpem fideicommiſsi ad eius filios: ſecundùm Ruin. conſilio 145. colum. penult. uol. 2. cum aliis ampl è aggregatis per Oddum, de communi atteſtantem, in d. 6. part. in 4. limit. *Cõis opin.*

16 Decima coniectura affertur deniq;, quando extraneus anteponendus veniret deſcendentibus teſtatoris, niſi fideicommiſſum intelligatur tranſmiſsibile. non enim cenſetur extraneum ſuę poſteritati voluiſſe pręferri. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. Ne igitur minus dilectus magis dilecto præferatur, fit trãſmiſsio. arg. l. Publius. §. 1. de condit. & demõ. per Glo. & Bar. in l. ſi mater. §. fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. prout ita concludit Ruin. cõſil. 178. col. 2. in fin. cum ſeq. vol. 2. & Zanch. in d. §. cùm ita, num. 333. eandemq́ue opinionem amplectuntur etiam, Grauet. in d. l. cùm filiofamiliàs, in 2. par. num 349. allegans Iaſ. conſ. 52. propè fin. uol. 3. Soc. conſ. 6. col. 3. in fin. uol. 3. & in d. §. cùm ita, num. 13. idem Iaſ. conſ. 154. col. 4. vol. 4. & Pariſ. conſ. 78. nu. 3. uol. 2. & conſil. 5. num. 38. uol. 3. Et quamuis aliqui Doct. contradixerint: tamen hæc diſcernitur apertiſsimè communis opinio, vt ipſam ſequendo teſtatur Ant. Gabriel. lib. 4. de hæred. inſtit. concl. 2. num. 22. *Cõis opin.*

17 Poſſem demum alias cõplures etiam coniecturas afferre, ſed hæ nunc ſufficiant, tanquàm magis in foro uerſatę, ſuntq́ue menti tenendę, cùm ſępiſsimè circumferantur, & de veritate ipſarum dubitetur. Agitur enim de coniecturata mente defuncti, quod periculoſum eſt, & laborioſum, ſępeq́ue ipſam mentem perquirentes decipiuntur.

¶ Et quoniam ſine maximo quidem certamine, in hac noſtra tempeſtate, & pręſertim in Regno, vbi floruerunt ſemper & florent in legali ſcientia conſumatiſsimi, ſtrenuiſsimi, & peritiſsimi viri, victoria contingere nõ poteſt: ideò ſtãte patrocinio pręſtito per memoratum D. Alexandrum Trentacinque, in cauſa Magnificorum de Riuera, in prædicto Sacro Concilio Neapolitano, & victoria obtenta in caſu iam relato, decreuit ad communẽ mortalium vtilitatem, hos flores amœniſsimos, hoſq́ue ſales ſuauiſsimos, & pręſens utile conſilium hoc in loco typis tradere, vt denique ueritas eluceſcat, qua nullus eſt ſuauior animo cibus; quę ipſa tamen, ſi dicendi ſuauitate, & ſynceritate priuaretur, propè concideret atque iaceret.

ALEXANDRI TRENTACINQVE V.I.D. AQVILANI CONSILIVM.

Caſus propoſitus eſt infraſcriptus.

Magnificus quondam Carolus Riuera ſuum vltimum condidit teſtamentum; in quo, vltra inſtitutiones hæredum vniuerſalium, fecit quoddam particulare fideicommiſſum hiſce propriis formalibus verbis formatum, vt apparet ex teſtamento quod tranſmittitur.

ITEM laſſa vſufruttuarij della Valle de Gignano, de tutte vigne, e terre, & orto, e caſe, che eſſo teſtatore haue al preſente, e che haueſſe per l'auenire per inſino alla morte ſua, quello ſi troua alla morte d'eſſo teſtatore in detta Valle de Gignano, come hà detto di ſopra. Et laſſa, e vuole ſiano vſufruttuarij per la terza parte di tutto, come hà detto di ſopra, terre, vigne, & orto, e caſe, li figliuoli di Martino: e per la terza parte li figliuoli maſchi di Piero; e per la terza parte li figliuoli maſchi di Mutio; e che morendo, che Iddio lo ceſſe, uno di eßi figliuoli di Martino ſenza figliuoli maſchi e naturali e legitimi del corpo ſuo, mora all'altro figliuolo de Martino la detta terza parte: e ſimilmente hauendo più figliuoli maſchi Piero, tutti quelli ſaranno figliuoli maſchi di Piero ſiano vſufruttuarij della terza parte de dette poſſeſsioni della detta Valle; & hauendo detto Piero più figliuoli maſchi, tutti quelli ſeranno figliuoli maſchi di Piero, che ne moreſſe alcuno di eſsi ſenza herede legitimo del corpo loro, morano l'uno à l'altro; e ſe caſo, Dio lo ceſſe, che detti figliuoli maſchi di Piero moreſſero ſenza figliuoli maſchi, in queſto caſo morano l'uno à l'altro di quelli che ſeranno viui delli figliuoli maſchi; e ſimilmente li figliuoli maſchi di Mutio ſieno uſufruttuarij della terza parte della Valle; e morendo alcuno di detti figliuoli maſchi di Mutio ſenza herede legitimo del corpo ſuo, in queſto caſo mora l'uno à l'altro di detti figliuoli di Mutio; che Iddio lo ceßi, morendo tutti li figliuoli maſchi di Mutio, morano à quelli reſtaranno viui pro æquali portione *alli figliuoli di Martino, & alli figliuoli maſchi di Piero: e coſi dice dell'uno come de gli altri; e fin che ſono viui Piero, e Mutio, e li figliuoli de Martino, ne ſieno vſufruttuarij per la terza parte p̄ vno, come hà detto di ſopra. E vuole e laſſa che la Valle ciò è vigne, terre, orto, e caſe nō ſe poßano mai uēdere ne impegnare la p̄prietà, ne tam pocho nō la poſſano dar per dote alle figliuole femine, eccetto del frutto; e vuole che ſēpre detta Valle ſe richiami la Valle de Giouā Carlo Riuera; e caſo, ch' Iddio lo ceſſe, uenißero à mācare la linea delli figliuoli maſchi di Piero, Mutio, figliuoli di eſſo teſtatore, e delli figliuoli di Martino, in detto caſo trouandoſi figliuoli di Giouā Battiſta figliuolo di eſſo teſtatore maſchi, ouero figliuoli delli figliuoli maſchi di Giouan Battiſta legitimi e naturali del corpo loro, in detto caſo ſuccedano vſufruttuarij di detta Valle quelli ſe trouaranno maſchi: e come hà detto di ſopra non vuole che mai di niun tempo alcuno di eßi, ne inſieme poſſano, ne debbiano uender la proprietà di dette uigne, terre, ne caſe, ne orto di detta Valle: e caſo che vno di eßi ne vendeſſe la parte ſua; in queſto caſo recaſchi alli doi altri: e caſo che ſe accordaſſerno tutti tre à uendere le parti ſopradette di detta Valle, reſtino uſufruttuarij li figli di Giouā Battiſta ſuo figliuolo: et caſo che ſe accordaſſerno di uēdere li ſopradetti Piero, Mutio, e li figliuoli de Martino, e li figli di Giouan Battiſta; in q̄ſto caſo reſtino vſufruttuarij gli orfani del Corpo di noſtro Signor Gieſu Chriſto: á tale che non vuole ſe poſſa ne vēdere ne impegnare la proprietá di detta Valle, ma biſognando ad alcuno di eßi, ſe poſſano impegnare, et affittare l'intrata delle parti loro per tre anni, ciò è ogn'uno la parte ſua.*

AD nonnullos annos, poſt conditum dictum teſtamentum, deceſsit dictus Ioannes Carolus, poſt cuius obitum mortuus fuit Petrus antedictus relictis nonnullis filiabus, & relicto uno tantum filio maſculo legitimo, & naturali ex eius corpore legitimè deſcendente, nomine Ioanne Carolo; demum ex hac vita migrauit Ioannes Hieronymus vnus ex filiis Martini, cui pro parte dicta Vallis relicta fuit, relictis Bartholomæo, Troiano, & Franciſco eius filiis legitimis, & naturalibus, & ex eius corpore legitimè deſcendentibus, & ſuis ex teſtamento hæredibus: Poſt cuius mortē, vitam cum morte commutauit Ioannes Carolus vnicus filius Petri, ſine filiis; ob cuius obitum effectus fuit caſus antedicti fideicōmiſsi particularis: ideò ſorores dicti Ioannis Caroli, partem, quam earum frater in dicta Valle habebat, reſtituerunt filio Mutij, Ioanni Loyſio filio Martini, & Troiano, Bartholomæo, & Franciſco filiis Ioannis Hieronymi, qui ſimiliter filius Martini erat, vt apparet ex con-

ex contractu rogato manu egregij Notarij Ioannis Marini Verrucæ, qui ſimiliter tranſmittitur: & poſt dictam reſtitutionem, vnanimiter omnes ſine aliqua contradictione, acceperunt dictæ partis Vallis poſſeſsionem, & fructus ex ea communiter in pace perceperunt, terraſque aratorias communiter locauerūt, vt apparet ex contractu, qui etiā tranſmittitur. Demum poſt euentum caſus antedicti particularis fideicommiſsi; poſt reſtitutionem factam; poſt cœptam poſſeſsionem; poſt fructuum perceptionem, locationemque terrarum aratoriarum; Ioannes Loyſius inſurrexit contra dictos Bartholomęum, Troianum, & Franciſcum filios, & hæredes ſupradicti quondam Ioannis Hieronymi filij Martini, prætendens in dicta Valle non debere ipſos conſequi partem vigore antedicti fideicommiſsi; dicens, ob mortem eorum patris antequàm caſus fideicommiſsi adueniſſet, fuiſſe effectum caducum, & quòd ius dicti fideicōmiſsi conditionalis non fuit ad ipſos per eorum patrem tranſmiſſum: Dicti uero filij in pupillari ætate exiſtentes ècontra dicunt, quòd cùm agatur de ſucceſsione in iſto fideicommiſſo Ioannis Caroli teſtatoris, & ſic pro aui; ipſi ſuccedunt in locum patris, & unà cū eorum patruo Ioanne Loyſio in dicto fideicōmiſſo ſuccedere debent, & quòd eorum pater ad ipſos ius dicti fideicommiſsi particularis tranſmiſit; tum quia vnitum fuit cum iure accreſcendi; tum quia factum fuit ratione agnationis conſeruandæ; tum etiam quia ipſi fuerunt in conditione poſiti, & propterea in caſu iſto vocati. Et quòd in dicta parte Vallis, poſtquàm euenit caſus fideicommiſsi per reſtitutionem eis factam; per capturam poſſeſsionis; per perceptionem fructuum; per locationem factam de terris aratoriis cum cōſenſu & voluntate Ioannis Loyſij; ius acquiſiuerunt, & per prædicta Ioannes Loyſius iuri dicti fideicommiſsi renunciaſſe cenſetur. Ad præſens dubitatur, quid iuris.

DIVINO IMPLORATO PRAESIDIO.

IN præſenti caſu propoſito videbatur prima facie concludendum, Ioannem Loyſium debere in parte Vallis Gignani, virtute fideicommiſsi, ſuccedere, excluſus dictis Troiano, Bartholomæo, & Franciſco filiis & hęredibus Ioannis Hieronymi fratris vtrinque coniuncti ipſius Ioannis Loyſij & filij Martini, qui erat filius legitimus & naturalis Ioannis Caroli teſtatoris & prędictorum aui: & hoc ex pluribus.

18 ET PRIMO, Nā regula, quæ vult, quòd nepos ſubintret in locum patris. §. cùm filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. & quòd eum repręſentet. Bald. in l. 1. C. de ſecund. nupt. procedit, quando ſucceditur titulo hæreditario, & ſic ex diſpoſitione legis; ſecùs quando ex titulo fideicommiſsi, & ſic ex diſpoſitione hominis. ita tenent Bal. Cuma. Flor. & Ang. de Perigl. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. Angel. in d. §. cùm filius, Alex. conſil. 203. colum. 3. uol. 2. conſ. 4. col. 4. uol. 4. & conſil. 129. col. fin. uol. 5. Cuma. conſ. 106. col. fin. Capra, conſ. 5. colum. fin. Corn. conſ. 183. vol. 2. & conſ. 131. colum. 2. uol. 3. Dec. cōſ. 1. ubi atteſtatur hanc eſſe magis communem, conſil. 299. colum. 3. conſ. 408. col. fin. ubi etiam aſſerit hanc partem communiter approbatam, & inſuper ita fuiſſe iudicatum Romæ, cōſil. 412. conſ. 478. conſ. 480. ubi ſimiliter atteſtatur hanc eſſe communem, & in l. ſi auiæ. colum. 2. C. de ſucceſſ. edict. vbi iterum dicit ita Romæ iudicatum fuiſſe. Card. Pariſ. conſ. 18. num. 8. conſ. 37. colum. antepen. ubi etiam ipſe tradit hanc eſſe communem doctorum ſententiam, uol. 2. conſ. 40. num. 27. conſ. 64. colum. 5. eod. uol. 2. & conſ. 21. col. 3. vol. 3. Iaſ. conſ. 4. col. 2. uol. 1. Gozad. conſ. 29. colum. 4. Ruyn. conſ. 25. conſ. 162. uol. 1. conſ. 134. conſil. 169. uol. 2. & conſ. 127. vol. 3. & Rub. Alexan. conſ. 36. colum. fin. Sed nos loquimur in materia fideicommiſsi, & ſic in diſpoſitione hominis: ergo dicti Troianus, Bartholomęus, & Franciſcus, in caſu noſtro, non ſubintrant in locum patris, & ipſum non repręſentant. Quæ concluſio confirmatur dupliciter. *Cōis opin.*

19 Et primò, Nam verba diſponentia de obtinente primum locum, debent intelligi uerè, & non fictè. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. ex ea parte. §. in inſulam. ff. de uerb. oblig.

20 Sed nepos ſubintrat in locum patris per fictionem. Bald. in l. tutela. §. ſi duo. ff. de leg. tut. & in c. 1. in fin. in tit. Imper. Lothar. Eugen. Papæ. ergò cùm in iſto fideicommiſſo teſtator loquatur de obtinentibus primum locum, nō habet locum in nepotibus, qui fictè, & non uerè primum obtinent locum.

21 Secundò, Nam prior in gradu, potior in ſucceſsione. §. ſi plures. §. proximus. Inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. §. fin. cum Gloſ. de ſeruil. cog. l. 2. §. hæreditatis, & §. ſeq. ff. de ſuis & leg. hęred. & auth. ceſſante. C. de leg. hęred. Sed dictus Ioannes Loyſius eſt proximior Ioāni Carolo teſtatori, cùm vtì nepos in tertio gradu, & dicti filij Ioānis Hieronymi in quarto gradu exiſtant. l. iuriſconſultus. §. 2. & 3. ff. de grad. §. 2. cum ſeq. Inſtit. eod. tit. Ergo ipſe Ioannes Loyſius præferri debet.

SECVNDO principaliter quòd Ioannes Loyſius tantùm ſuccedere debeat, probatur hac alia ratione. Nam antedictum fideicommiſ-

commiſſum conditionale eſt: ergò per ipſum Ioannem Hieronymum nõ potuit tranſmitti ad eius filios.

22 Et ratio eſt, quia fideicommiſſum conditionale, non ſolùm non tranſmittitur, quando ſubſtitutus eſt filiis, ſeu nepotibus aliquis extraneus; ſed etiam ſi ſubſtitutus ſit aliquis de deſcendentibus teſtatoris. Nam, quòd dicta concluſio locum habeat quando extraneus eſt ſubſtitutus, tenẽt Doctores communiter, in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. & in l. vnic. §. cùm igitur, per illum tex. C. de caduc. toll. Quòd etiam locum habeat, quando aliquis de deſcendentibus eſt ſubſtitutus, tenent Doctores tam in legendo, quàm in cõſulendo: nam ita tenent Gloſ. in fin. Cyn. in fin. Bart. num. 4. Bald num. 10. Salyc. num. 8. & Alber. nu. 4. in l. vnic. §. ſin autem aliquis. C. de caduc. tollen. Cyn. in l. 1. in 2. oppoſ. C. commun. de legat. Bald. in l. ſi pater, num. 19. C. de inſtit. & ſubſtit. Cyn. per totum, Bald. num. 3. Salyc. in fin. & Alber. in l. in perſonã. C. de fideicom. Bart. num. 8. ante fin. Rip. numero 36. Iacob. de Nigr. num. 62. & Crot. numero 37. in l. 1. ff. de leg. 1. Bald. in fin. Alexã. num. 4. Imol. in fin. & Aret. colum. 2. in l. cùm ex filio. ff. de vulg. & pup. Bart. num. 1. Angel. num. 2. & 3. & Alber. num. 2. & 3. in l. is cui. ff. de act. & oblig. Gloſſ. Bart. num. 2. & in fin. Paul. de Caſt. num. 3. in princ. Alexã. num. 6. Soc. Sen. num. 9. verſ. Igitur. Rip. num. 60. ante fin. & Soc. Iun. num. 37. & 47. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. Et conſulendo hanc eandem opinionem tenent Bald. in conſilio 216. num. 2. conſ. 254. num. 2. uol. 1. conſilio 9. num. 1. uol. 2. conſilio 319. num. 6. uol. 4. conſ. 115 num. 1. & conſ. 266. num. 3. vol. 5. Fulg. conſil. 15. num. 1. & 3. Roman. conſ. 17. in princ. conſ. 162. num. 1. & conſil. 185. numero 9 Oldrad. conſ. 131. uerſ. Ad primum. Aret. conſ. 1. num. 5. Alex. conſ. 30. num. 3. uolum. 2. conſ. 265. num. 4. uol. 5. conſil. 206. numero 2. conſ. 252. & conſ. 250. uolum. 6. conſilio 62. num. 2. uol. 7. Corn. conſ. 248. num. 1. uol. 1. Soc. conſ. 197. colum. 1. uol. 2. conſ. 6. numero 11. conſ. 104. num. 8. uol. 3. conſ. 94. numero 15. conſ. 74. num. 1. & conſ. 77. num. 3. uol. 4. Dec. conſ. 55. num. 8. conſil. 397. nu. 2. & conſ. 594. num. 7. Socin. Iun. conſ. 117. numero 18. vol. 1. & conſ. 141. num. 1. uolum. 2. Curt. Iun. conſ. 16. conſ. 69. num. 1. & conſil. 92. num. 6. & 9. Pariſ. conſ. 18. vol. 2. Aymon Grauet. conſ. 306. num. 3. Caſſan. conſ. 62. colum. 2. uerſ. Item imò. & in conſ. 65. colum. 2, uerſ. Facit quod habetur. Ioan. Anton. Alexãdrin. conſ. 8. 120. & 143. Curt. Sen. conſil. 64. num. 59 & conſ. 76. colum. 2. Iaſ. conſ. 80. volum. 1. Grat. conſ. 101. colum. 1. in princ. vol. 2. Berous conſ. 94. uolu. 2. & Marcus Antonius Natta, conſil. 551. num. 17. & ſeq. uol. 2. Hanc eandem opinionem iudicando ſequuti ſunt, Guid. Papę, deciſ. 232. num. 3. Boerius, deciſ. 354. num. 13. & Marc. deciſ. 78. num. 8. & hęc eſt communis & recepta ſcribentium ſententia. Quæ concluſio probatur in d. l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & in d. l. vnica. §. ſi quid autem ſub conditione. C. de cad. tol. *Cõis opin.*

23 TERTIO principaliter in fauorem dicti Ioan. Loyſij facit hoc fundamentum. In ſubſtitutionibus præferuntur à teſtatore magis dilecti. Paul. de Caſtr. Alex. Aret. in 3. no. in l. cohęredi. §. qui diſcretas, per hunc text. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. Lucius, & in l. fina. ubi eum Doctores communiter ſequuntur. ff. ad Trebell. Imol. in d. l. cohæredi. §. qui patrem, in 3. not. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. fin. C. de uerb. ſignif. Iaſ. & cæteri in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de vulg. & pupill. Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſth. & Soc. in conſ. 49. vol. 1. Sed in caſu noſtro Ioannes Loyſius à teſtatore magis fuit dilectus; quàm dicti Bartholomæus, Troianus, & Franciſcus filij Ioannis Hieronymi: ergò ipſe Ioannes Loyſius pręferri debet. Quod fuerit magis dilectus, probatur ex duobus. *Cõis opin.*

24 Primò, Ioannes Loyſius fuit hæres inſtitutus, dicti uerò filij Ioannis Hieronymi fuerũt in conditione poſiti, & ideò non dicuntur uocati & honorati. Doctores cõmuniter in l. Cẽturio. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Alex. conſ. 55. vol. 4. conſ. 202. uol. 7. & Soc. conſ. 218. uol. 2. & conſ. 104. uol. 3. *Cõis opin.*

25 Vti igitur Ioannes Loyſius in inſtitutione fuit prædilectus: ita pariter & in ſubſtitutione prædilectus præſumitur. Bart. & cęteri in l. fin. ff. ad Trebell. Dec. cõſil. 465. colũ. 1. conſ. 514. col. 1. & Curt. Iun. conſ. 70. vol. 1. & conſ. 91. colum. 1.

26 Secundò, Nam dicti filij Ioannis Hieronymi, tempore mortis teſtatoris, non erant nati, neque concepti: ergò apparet, quòd teſtator maiorem habuit affectionem Ioanni Loyſio, quàm iſtis abnepotibus, neque natis, neque conceptis. Bald. in l. Lucius. ff. de hęred. inſtit. & in l. qui filiabus, cum ibi notatis. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 52. num. 6. uol. 4. Curt. Iu. conſ. 58. in fi. & Rubeus conſ. 82.

27 QVARTO probatur hæc opinio, hac concluſione. Appellatione filiorum non ueniunt nepotes, quando nepotum fauor reſultaret in damnum filiorum. Dec. conſ. 95. col. 4. in princ.

28 Item appellatione filiorum non ueniunt nepotes, quoties diſpoſitio poteſt uerificari in perſona filiorum. Bart. in l. liberorum, col. pen. ff. de uerbor. ſignific. Alexã. conſil. 91. & conſ. 105. lib. 1. Gozad. conſ. 36. Pariſ. conſilio 86. num. 25. & conſ. ſeq. num. 22. uol. 2. & conſ. 20. colum. pen. uol. 3. Imol. Alex. Soci. & Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de lib. & poſth.

Sed

Sed in dicto fideicõmiſſo, per teſtatorem uocati ſunt filij Martini: Et ſi nepotes Martini appellatione filiorum venirent, reſultaret in damnum Ioãnis Loyſij filij Martini;& diſpoſitio filiorum Martini verificari poteſt in perſona Ioannis Loyſij.ergo ſub dicta appellatione filiorum non ueniunt dicti Troianus, Bartholomæus,& Franciſcus filij Ioannis Hieronymi,& Martini nepotes.¶Confirmatur hoc fundamentum ex uerbis ipſius teſtatoris, dũ dicit: *Morendo tutti li figliuoli maſchi di Mutio,moranno à quelli reſtaranno viui* pro æquali portione *alli figliuoli de Martino, & alli figliuoli maſchi di Piero, e coſi dice de l'uno, come de gli altri*. Ecce quòd teſtator vult, quòd filij pro parte moriantur illis ex filijs Martini,qui erant viui tẽpore,quo caſus euenit, & ſic quòd ſuperſtitibus filiis Martini pro parte moriantur. Nam videtur apparere de manifeſtiſsima teſtatoris voluntate;cùm per dicta verba demõſtretur limitata eius diſpoſitio.

29 Pro quo facit dictum Baldi, in l. quidam elogio,colum. fin. C. de iure delib. ubi dicit, quòd l.qui patri.ff.de acquir. hæred. quæ diſpoſuit,quòd pupillaris ſubſtitutio vnita cum iure accreſcendi tranſmittatur ad hęredes, non procedit quãdo dictæ ſubſtitutionis uerba erunt formata per teſtatorem hoc modo: Ei ſuperuiuentem ſubſtituo. Nam non habet locum,d.l.qui patri. quia iſta uerba tacitam habent conditionem,ſi ſuperuixerit;undè qui non ſuperuiuit, non eſt ſubſtitutus, & ſic non tranſmittit. Facit ad hoc, l.ſi pater filium.ff.de uulg. & pupil.ſubſt. & Bal.ſequuntur Rom.& Alex.in d.l.qui patri.Nam incluſio ſuperſtitis,excludit alios, qui non ſunt ſuperſtites.arg.l.cùm prætor,in princ.ff.de iud. & c.nonne,extr. de pręſump. Et facit ad hoc, quia ſi teſtator voluiſſet tale fideicõmiſſum tranſmitti ad filios dicti Ioannis Hieronymi, vtique iſtud expreſsiſſet, ſicut expreſsit de ipſo Ioanne Hieronymo,& non exprimendo,datur intelligi voluntatis ſuæ fuiſſe, iſto caſu fideicommiſſum ceſſare.arg.l.1.§.ſinautem.C. de cad.tollen.

30 QVINTO, & vltimo, aliis omiſsis,probatur hac ratione. In fideicommiſsis, licèt teſtatori ſuccedatur; tamen quando in eo ſub nomine collectiuo plures vocantur: tunc in ſuccedendo attendi debet proximior in gradu illi,qui habet fideicommiſſum reſtituere, & non proximior primo teſtatori. ita tenet Socin.in l.ſi cognatis.num.40.ff.de rebus dubiis.& conſ.86.ſub num.11.in uerſ. Aliquando & quartò,uol.3.conſ.249.ſub num.20. in uerſ.Circa ſecundam difficultatem,vbi latiſſimè loquitur,vol.2.& conſ.73.num. 14. uol. 4 quem ſequuti ſunt Corn.conſ.96.uol.1.cõſilio 22.uol.2.& conſ.230.colum.2.uerſ.Et licèt ipſę ſint in pari gradu,uol.3.Iaſ. conſ. 84. in 2.colum.uerſ.Item quãdo d.conſuetudo. vol.1.Bertrand.conſ.300.Suppoſito titulo,in 3.colum.uerſ. Et primò ad primum, & in ſequenti columna, uſque ad uerſic. Ad ſecundum dico,uol.3.Curt.Iun.conſil.125. Maria. Soc. Iun. conſilio 126.num. 21. vbi latiſsimè loquitur,& ibi.num.56. aſſerit hanc opinionem in puncto iuris ueriorem,eamque eſſe communem opinionem omnium Doctorum, & nefas eſſe ab ea in iudicando recedere.Gozad.in conſ.4.colum. pen. in princ. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. Cõis opin. Rubeus Alexand.conſ.36.colum.2.& conſil. 38.colum.fin.Crot.conſ.39.in fine, inter conſilia Rubei Alexandrini. Iulius Clarus libro 3.Sententiarum,in §. Teſtamentum.q.76.in 6. reg. verſ. Sed hìc occurrit. & Rolandus à Valle,conſ.100.num.18.uol.1. ubi alios Doctores allegat.Sed in caſu noſtro, in hoc fideicommiſſo particulari uocantur plures ſub nomine collectiuo, vt apparet ex uerbis teſtamenti: ergò reſpectu ſucceſsionis, attenditur proximitas reſpectu illius,qui habet fideicõmiſſum reſtituere, & ſic Ioannis Caroli iunioris, & non reſpectu teſtatoris, & ſic Ioannis Caroli ſenioris. Sed reſpectu Ioannis Caroli iunioris, proximior eſt Ioannes Loyſius, filiis Ioannis Hieronymi; cùm Ioannes Loyſius ſit in tertio gradu; filij uerò Ioannis Hieronymi ſint in quarto gradu. l. Iuriſconſultus. §. ſecundo, & tertio. ff. de gradib Ergò Ioannes Loyſius in hoc fideicommiſſo præferri debet filiis Ioannis Hieronymi.

VERVM antedictis in contrarium adductis non obſtantibus, in oppoſitum ſe habet ueritas, & in dicto particulari fideicommiſſo unà cũ Ioanne Loyſio ſuccedere debent eius nepotes, videlicet Troianus, Bartholomæus, & Franciſcus filij & hęredes Ioannis Hieronymi,qui erat ſimiliter filius Martini, quod patet eſſe uerum ex pluribus.

31 ET PRIMO, quia in fideicommiſſo filij ſuccedunt loco patris, ita vt cum patruo concurrant. quam uetiſsimam opinionem tenet Gloſ.in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg.2.& eam ibi ſequuntur Imol.circa fin. Angel.de Perigl.& Iacob. de Put. Iſtam eandem opinionem ſequuti ſunt Bal. in conſilio 488.volum.3.Soc. conſilio 252.uolum.2.uerſiculo, Ad ſecundam rationem principaliter reſpondetur. Aret.conſilio 163.colum.fin.Socin.cõſilio 51.ſub num.19.uolum.4. Caſſan. de conſuet.fol.275.col.1,& ſeq.Aymon Grauet.conſ.67.ſub num.5.Bertran.conſ.256.colum.fi.uol.3.Corn.in l.fin.circa fin.C.de uer. ſign.& conſ.131.uol.3.& eſt communis opinio,prout aſſerunt, & eam ſequuntur Alexã. conſ.88.uol.1.Gualdens. caut. 27. de ſubſtit. & Ruin.conſilio 12.n.14.& cõſ.13. in vlt. col. uolum. 1.Imò hęc opinio eſt magis communis, ma- Cõis opin.

nis, magis communiter approbatur, & cum ea magis communiter tranſeunt Doctores: præciſè ita referunt, & ſequuntur Alex. conſilio 26. uol. 3. Gozad. conſilio 4. num. 16. & ſub num. 31. uerſ. Ad ſextum, & ſeptimum dico, vbi etiam dicit, Decium conſ. 1. contrarium aſſerentem malè loqui. Ruin. in conſ. 78. ſub num. 21. in fin. & conſ. 171. uolu. 2. & eleganter Maria. Soc. Iun. conſ. 116. num. 9. uolu. 2. & & apertiſsimè in conſ. 146. per totum, & præcipuè num. 17. uol. 2.

32 Et hęc opinio eſt ueriſsima quando agitur de fideicommiſſo aui, uel patrui, & agitur de ſucceſsione aſcendentium, ſeù de ſucceſsione fratris, uel ſororis; in quibus caſibus ab inteſtato filij ſubintrant in locum patris. Nam in hoc caſu, ſi ueritatem amamus, etiam in fideicommiſsis filius ſuccedit in locum patris, & cum patruo concurrit, prout eſt in caſu noſtro, cùm agatur de fideicommiſſo proaui, & ſic aſcendentis. quam opinionem tenēt Dec. conſilio 1. & conſ. 217. Curt. Iun. conſ. 57. & 58. & in conſ. 128. num. 11. & in conſ. 161. ubi hanc eſſe magis communem reſolutionem affirmat, Card. Pariſ. conſ. 36. ſub num. 1. & 2. uol. 2. Ruin. conſ. 167 num. 18. lib 2. & Iaſ. cõſilio 159. uol. 4. Et cùm hęc ſit cõmunis, imò magis communis opinio, ab iſta in iudicando non eſt recedendum. Ioan. Andr. & pleniſſimè alij, in c. 1. de conſtit. & in c. nouimus, de verb. ſign. & notatur in l. 1. ff. de offic. quęſtor. Imò cùm ſit opinio Gloſſę, ab ea in iudicando, & conſulendo nõ eſt recedendum. Iacob. Butrig. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. Bal. in l. fi. §. neceſsitate. C. de bon. quæ lib. & in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſt.

Cõis opin.

¶ Authoritas enim Gloſſę omnes alias antecellit. Bart. in l. ex hoc iure, in vlt. colum. ff. de iuſt. & iur. & Bald. in l. cùm hęreditas. C. de depoſit. & ideò à ſententia Gloſſę quis in iudicando ſecurè non recedit. Angel. conſ. 178. & conſ. 297. Et in deciſiuis ab opinione Gloſſæ non eſt diſcedendum. Vbert. Zuccard. in rub. C. de pactis, num. 14. & 15. & ſic hæc opinio eſt communis, magis communis, & magis communiter approbatur à Doctoribus. & propterea Doctores, qui dixerunt hanc opinionem communiter reprobatam eſſe, peſsimè loquuti fuerunt: prout dicit Marcus Antonius Natta in additt. ad conſ. Alex. in conſ. 36. in litera. F. lib. 3. & hæc opinio vti communis, & magis communis in iudicando eſt ſequenda, prout aſſerunt Ioan. Cephalus conſ. 16. uol. 1. & conſ. 283. vol. 2. & Rolan. à Valle conſ. 68. uol. 1.

Cõis opin.

33 Et ratio eſt, quia uoluntas teſtatoris regulatur ſecundùm diſpoſitionem iuris communis loquentis ab inteſtato. Bar. Ang. Raphael, Comenſ. & communiter Doctores in l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. Bart. in l. hæredibus. §. 1. eod. tit. Imol. in l. fin. ff. de condi. & demonſt. Petr. de Anchar. conſilio 119. incip. Pro clariori deciſione dubij, de quo ſupra in themate, circa fin. Salyc. in auth. item hæreditas, ad fin. C. de bonis, quę liber. & hæc eſt communis opinio, prout ita dicit Curt. Iun. conſ. 57. & 58.

34 Sed de iure communi ab inteſtato, ubi agitur de ſucceſsione aſcendentis uel patrui, filius in locum patris prædefuncti ſubintrat, & cum patruo concurrit. §. cùm filius. Inſtit. de hęred ab inteſt. auth. ceſſante, & auth. poſt fratres. C. de legit. hęred. §. ſi igitur defunctus, in auth. de hæred. ab inteſt. uenien. & in auth. vt fratrum filij, in princ. Et in caſu noſtro agitur de ſucceſsione Ioannis Caroli teſtatoris, & ſic aſcendentis; cùm per fideicommiſſum teſtatori ſuccedatur. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. in quo caſu filij Ioãni Hieronymi ab inteſtato cum patruo ſuccederent: ergo in caſu noſtro, in iſto fideicommiſſo, dicti Troianus, Bartholomæus, & Franciſcus, in locum patris prædefuncti ſubintrant, & cum patruo concurrunt.

35 SECVNDO hanc opinionem ueriſsimam eſſe probamus hac alia ratione. Licèt fideicommiſſum conditionale ad hęredes non tranſmittatur, quando fideicommiſſarius pẽdente conditione moritur: tamen hęc concluſio non procedit quando ex coniecturis conſtaret de uoluntate teſtatoris, quod etiam pẽdente conditione voluerit legatum, vel aliã conditionalem diſpoſitionem ad hęredes trãſmitti. ita declarant Bald. in l. unica. C. de his, qui ante aper. tabul. Doctores in l. 1. ff. de legat. 1. & Curt. Sen. conſ. 76. Iaſ. conſilio 233. vol. 2. conſilio 52. uol. 3. & conſ. 154. uolu. 4. Curt. Iun. conſilio 16. Dec. conſ. 397. conſilio 594. & conſ. 369. Soc. Sen. conſilio 6. lib. 3. Soc. Iun. conſilio 141. uolu. 2. Gratus conſilio 101. uolum. 2. Pariſ. conſ. 50. 51. & 66. volu. 3. Ruin. conſilio 28. 95. 145. 156. 179. & 201. uolum. 2. Aymon Grauet. conſilio 69. & Burſat. conſ. 71. num. 7. uol. 1. Sed in caſu noſtro vltra apertiſsima verba appoſita in teſtamento, vt inferius dicemus, conſtat de coniectura ta mẽte teſtatoris; ergò iſtud fideicommiſſum ad ſuos filios Ioannes Hieronymus tranſmiſit: & ſic eſt iſtud fideicommiſſum conditionale ad hęredes tranſmiſsibile. Quòd conſtet ex coniecturis, probatur ex pluribus.

36 ET PRIMA coniectura eſt. Nam quando filij ſubſtituti poſiti ſunt in conditione: tunc cùm teſtator uideatur ad dictos filios affectionem habuiſſe; fideicommiſſum, etiam decedente ſubſtituto ante eum, cui facta fuit ſubſtitutio, ad eius filios tranſmittitur; & hęc eſt communis concluſio. quam tenent Bal. in l. unica, num. 10. C. de his qui ant. aper. tabul. Cõis opin. Aymon in l. cùm filiofamiliàs, num. 354. ff. de leg.

de leg. 1. Fulg. conſilio 15. Petr. de Anchar. conſil. 74. Cuman. conſil. 13. Socin. conſ. 6. numero 12. & conſil. 104. num. 9. uol. 3. Iaſ. conſilio 52. uolum. 3. & conſ. 154. uolum. 4. Dec. conſilio 594. num. 7. & conſil. 397. num. 6. & conſ. 515. num. 1. Marian. Soc. Iun. conſ. 141. num. 24 uolum. 2. Ruin. conſ. 145. uolum. 2. Card. Pariſ. conſil. 91. num. 44. & ſeq. vol. 2. & conſ. 8. num. 15. & conſ. 5. uol. 3. Curt. Iun. cõſilio 16. num. 6. Curt. Sen. conſilio 76. colum. pen. Aymon Grauett. conſilio 69. num. 3. & Grat. conſilio 101. volum. 2. Quæ concluſio probatur per l. Lucius, in fine. ff. de hęred. inſtituendis.

37 Et hæc concluſio procedit etiam, quando per teſtatorem dictum fuiſſet: Superuiuentes, ſeu ſuperſtites ſubſtituo. ita in ſpecie concludunt Cuman. conſ. 13. Fulgoſ. conſ. 15. Deci. conſ. 369. num. 1. Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita, ſub num. 10. uerſ. Ex cuius dicto infero illud declarando. ff. ad Trebell. Aymon in d. l. cùm filiofamiliàs, num. 352. ubi copioſiſsimè loquitur, & omnibus in contrarium adductis reſpondet. Pariſ. conſ. 50. per totũ, & præcipuè num. 35. uol. 3. Ioan. Cephalus in terminis, conſilio 114. uol. 1. Pariſ. conſilio 5. num. 34. uolum. 3. Ruin. conſil. 230. uolu. 3. & Sfortia Oddus Iuriſconſultus Peruſinus in tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in part. 6. artic. 2. in ſublimitatione 6. li. nit. tertij caſus principalis. ubi dicit hanc eſſe magis commu nem opinionem. & eam etiam tenent quamplurimi Doctores, qui in fine conſilij uideri poterunt. *Cõis opin.*

¶ Quæ concluſio probatur per tex. in l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. eum ſic inducendo. Doctores communiter in eo. §. dicunt, quòd ſi ibi neptis teſtatoris ſubſtituta non fuiſſet, & non fuiſſet dictum totam uel omnem &c. vtique nepos ex fratre admiſſus fuiſſet ex iudicio aui. Modo ſic, ibi ſubſtitutio facta fuit hoc modo: Fidei filiorum meorum committo, vt ſi quis eorum ſine liberis prior diem ſuum obierit, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat. Ecce quòd ſubſtitutio fuit facta ſuperſtiti, & tamen nepos ſucceſsiſſet, ſi neptis non fuiſſet ſubſtituta, & in omni, uel in tota hęreditate: ergò fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios in conditione poſitos; etiã ſi ſubſtitutio facta ſit ſuperſtiti. Et ratio eſt, quia teſtator ponendo filios in cõditione, habuit mentem, & affectionem ad ipſos. quando igitur ſubſtituit ſuperuiuentes, credit teſtator, quòd reliqui filij ſuperuiuerent, non credens, quòd aliquis ipſorum cum filiis antea moriatur, quia ſi cogitaſſet, utiq; diſpoſuiſſet; cùm ex uerbis colligatur, habuiſſe æqualem affectionem ad filios, & ad filios eorum. vtì igitur ſubſtituit filium, ita etiam eius filios ſubſtituiſſet: & propterea dicta uerba, ſuperſtites, & ſuperuiuẽtes, intelliguntur etiam de ſuperſtitibus, & ſuperuiuẽtibus filiis filiorum inſtitutorum pręmortuorum ante grauatum, & ante euentum conditionis.

¶ Sed in caſu noſtro, filij maſculi Ioannis Hieronymi poſiti fuerũt in cõditione, vt patet ex illis uerbis: *Et che morẽdo, ch' Iddio lo ceſsi, vno di eſsi figliuoli de Martino ſenza figliuoli maſchi & naturali, & legitimi del corpo ſuo &c.* Ergò iſtud fideicommiſſum conditionale ipſe Ioannes Hieronymus tranſmiſit ad dictos ſuos filios.

38 SECVNDA coniectura eſt. Nam teſtator in caſu noſtro fecit plures gradus ſubſtitutionum, vt apparet ex lectura teſtamenti: modò ſic. Quando teſtator facit plures gradus ſubſtitutionum, tunc cenſetur ſubſtitutum cum conditione, ſi ſine filiis deceſſerit, grauaſſe traſmittere ad filium ſuum. ita tenent Pariſ. conſilio 66. num. 52. & 76. & conſil. 78. colum. 1. volum. 3. & conſ. 77. num. 20. & 21. uolum. 2. Grat. in libr. 2. Reſponſorum, reſpon. 101. colum. 1. in fin. Dec. conſ. 194. Soc. Iun. conſ. 141. vol. 2. & Ioan. Cephalus conſ. 114. vol. 1. Cùm igitur in caſu iſto ſubſtitutus cenſeatur grauatus tranſmittere ad filios ſuos fideicommiſſum, non eſt dubium, quòd Ioannes Hieronymus prædictum fideicommiſſum ad filios ſuos tranſmiſit.

39 TERTIA coniectura eſt. Nam Doctores, inter alias coniecturas, quas adducunt ad cognoſcendum mentem teſtatoris fuiſſe fidei commiſſum tranſmitti ad filios ſubſtituti: adducunt illam, quando facta eſt fauore agnationis, & ſic teſtator habuit conſiderationem ad agnationis conſeruationem: tunc enim fideicommiſſum tranſmittitur, quia bona non poſſent in agnatione conſeruari, niſi fideicõmiſſum tranſmitteretur. ita in ſpecie concludunt Dec. conſilio 574. num. 4. Soc. Sen. conſilio 6. num. 13. uolum. 3. Pariſ. conſil. 5. in cõſilio 50. 66. 69. & 78. uol. 3. & conſilio 77 uol. 2. Ruin. conſ. 140. num. 15. conſil. 156. num. 5. & conſil. 179. num. 6. & 7. uol. 2. Iaſ. conſ. 52. uolum. 3. & conſil. 154. uol. 4. Curt. Iun. conſ. 69. & conſ. 89. num. 6. Grauet. conſ. 306. numero 3. Marian. Socin. Iun. conſil. 167. numero 20. uolum. 2. Rub. conſil. 28. num. 8. & conſilio 120. num. 4. & Ioan. Cephalus conſ. 16. uol. 1. Sed in caſu noſtro teſtator non ſolùm in iſto fideicommiſſo, ſed in inſtitutionibus habuit conſiderationem ad conſeruationem agnationis; quod patet ex pluribus.

¶ Primò, quia uoluit, vt tantùm maſculi ſuccederent in iſto fideicommiſſo: quod non alia ratione videtur feciſſe, quàm vt bona in agnatione conſeruaret, vt antedicti Doctores dicunt.

¶ Secundò apparet, quia non vult vt uendi, pi-

di, pignorari, alienari, ſeu in dotem dari poſſit: ſed vult, vt ſemper uocetur Vallis Ioannis Caroli Riueræ; & quòd ſemper duret in linea filiorum Mutij, Petri, & filiorum Martini; qua deficiente, vult vt eat ad filios & ad filios filiorum Ioannis Baptiſtæ filij ſimiliter teſtatoris.

¶ Tertiò apparet, quia in inſtitutionibus vult, vt ſi omnes inſtituti moriantur ſine filiis, quòd moriantur propinquioribus de domo, ita quòd ſemper hæreditas eat ad homines propinquiores de eius domo. Ergò cùm dictum fideicommiſſum fauore agnationis conſeruandæ factum fuerit, non eſt dubium, illud de mente teſtatoris eſſe ad filios ſubſtitutorum tranſmiſsibile.

QVARTA coniectura eſt. Quia teſtator filios Martini, qui ſunt Ioannes Hieronymus, & Ioannes Loyſius: & Petrum, & Mutiũ inſtituit, & inuicem ſubſtituit, & ſic ab initio re & uerbis teſtator ſuos hæredes coniunxit, ſicque ius accreſcendi cum fideicommiſſaria ſubſtitutione coniunxit.

40 Sed quando ius accreſcendi eſt fideicommiſſariæ ſubſtitutioni iunctũ, facit illam ſubſtitutionem ſui natura non tranſmiſsibilem, eſſe tranſmiſsibilem. l. qui patri. l. qui ex duobus. ff. de acquir. hęred. Et apertiſsimè in terminis ita dixerunt, Iaſ. in l. Lucius. §. fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in conſilio 154. uol. 4. Aret. in d. l. qui ex duobus. Cur. Iun. in rub. colum. pen. & ibi Cagnol. num. 52. C. quan. non peten. par. & conſil. 16. num. 6. Soc. Sen. conſilio 6. num. 14. uol. 3. Ruin. conſilio 156. num. 4. & conſilio 278. num. 2. uol. 2. & conſilio 201. num. 7. eod. uol. vbi notabiliter loquitur. Pariſ. conſ. 76. & conſ. 77. num. 23. uolu. 2. idem conſilio. 5. 50. & 66. volum. 3. Alex. conſilio 20. num. 7. uol. 1. & Ioan. Cephalus conſilio 16. conſ. 14. uol. 1. & conſilio 283. numero 26. uol. 2. & eſt communis, & recepta Scribentium ſententia. vt atteſtatur, & eam ſequitur Iacob. Menoch. conſilio 95. nu. 111. *Cōis opin.*

41 Et ratio eſt, quia ſubſtitutio vnita cum iure accreſcendi, aſſumit illius naturam, & ad inſtar iuris accreſcendi tranſmittitur. d. l. qui ex duobus, & d. l. qui patri. Vndè vti ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes, etiam ſi pendente conditione hæres mortuus fuerit. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. ita etiam ad hæredes fideicommiſſum tranſmittitur, licèt pendente conditione fideicommiſſarius deceſſerit. Vndè cùm in caſu noſtro ius accreſcẽdi vnitum ſit cum ſubſtitutione iſta fideicommiſſaria, non eſt dubium, quòd eſt dicta ſubſtitutio ad filios ſubſtitutorum tranſmiſsibilis.

QVINTA, & vltima coniectura eſt, imò dico, quòd non eſt coniectura, ſed apertè apparet de mente teſtatoris, conſiderando uerba ipſius, quæ ſunt iſta formalia.

E vuole, e laſſa, che la Valle, ciò è vigne, terre, orto, & caſe, non ſe poſſano mai uendere, ne impegnare la proprietà; ne tam poco non la poſſano dar per dote alle figlinole fœmine, eccetto del frutto; e vuole che ſempre detta Valle ſe richiame la Valle de Giouan Carlo Riuera; e caſo, ch' Iddio lo ceſse, ueneſſe á mãcare la linea delli figliuoli maſchi di Piero, Mutio; figliuoli di eſso teſtatore, e delli figliuoli de Martino; in detto caſo, trouandoſi figliuoli de Giouan Battiſta figliuolo di eſſo teſtatore maſchi, ouero figliuoli delli figliuoli maſchi di Giouan Battiſta legitimi e naturali del corpo loro, in detto caſo ſuccedano vſufruttuarij di detta Valle quelli ſi trouaranno maſchi.

42 Eſt in dictis uerbis in primis conſideranda prohibitio alienationis dictæ Vallis, quæ prohibitio declarat mentem teſtatoris fuiſſe, & eſſe, uoluiſſe, & uelle nepotes, & cæteros deſcendentes conſequi debere hæc bona: & ideò ad nepotes hoc fideicommiſſum tranſmittitur. Iacob. Menoch. d. conſ. 95. numero 110. Pariſ. conſ. 50. nu. 61. & Ioã. Cephalus conſ. 16. ſub nu. 44. uol. 1.

¶ Et ratio eſt, quia non alia ratione prohibuit alienationem, niſi quia uoluit dicta bona perpetuò conſeruari in eius domo, & ſic prohibuit ratione agnationis conſeruandæ: & ideò dictum fideicommiſſum tranſmittitur. Et ratio rationis eſt, quia uti prætulit ratione agnationis conſeruandæ maſculos: ita cenſetur eorum filios prætuliſſe: & uti dicta ratio locum habet in maſculis filiis, ita etiam in nepotibus: & ideò vti dictum fideicommiſſum, eueniente conditione, eſt filiorum maſculorum: ita eis mortuis, iure tranſmiſsionis debet eſſe nepotum; cùm illud debeat haberi pro expreſſo; ex quo teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de iſto interrogatus fuiſſet. vt probatur in l. Titius. §. 1. ff. de lib. & poſthum. quia in omnibus eadem ratio agnationis cõſeruandæ militat, ad quam teſtator habuit reſpectum, quò ad filium: ideò in omnibus eadem diſpoſitio militare debet.

¶ Item ratio eſt, quia ſi uoluit, ut nullo tẽpore alienetur, ſed vt remaneat perpetuò in eorum deſcendentibus: ergò cùm prohibeat alienationem etiam in deſcendentes, præſumendum eſt, quòd illos uocauerit; aliàs prohibitio ipſis facta non ualere poſſet, ſicut alio modo grauari non potuiſſent. l. ab eo. C. de fideicom. & ideò ad eos fideicommiſſum tranſmittitur, vt tradit Ruin. conſilio 130. uolu. 3. qui in ſpecie loquitur quando ſubſtitutio facta eſt ſuperſtitibus, ſeu ſuperuiuentibus.

CONSIDERANDA ſecundo loco ſunt illa uerba: *E caſo, ch' Iddio lo ceſse, neceſſe á mancare la linea delli figliuoli maſchi di Piero, Mutio, figliuoli di eſso teſtatore, e delli figliuoli di Martino &c.* Ecce quòd teſtator voluit, vt in dicto fideicommiſſo ſuccedant non ſolùm filij Martini, ſed etiam eorum filij, & deſcendentes in perpe-

perpetuũ, cùm velit, vt donec durat linea ipſorum, in ipſa linea fideicõmiſſum cõſeruetur: & ideò de expreſſa teſtatoris voluntate fideicommiſſum iſtud tranſmittitur ad filios Ioãnis Hieronymi filij Martini; cũ dicti filij ſint de linea filiorum Martini. Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege, nu. 3. ff. de liber. & poſth.

43 Et hoc eſſe verũ patet primò, quia ſi tale fideicõmiſſum nõ trãſmitteretur, vtiq; nõ poſſet cõſeruari in linea filiorũ Martini: cũ igitur velit cõſeruari, apertè apparet velle, vt fideicõmiſſum iſtud ad filios filiorũ Martini tranſmittatur. & ita in caſu ſimili dicunt Ruy. cõſ. 156. n. 5. lib. 2. & in d conſ. 130. vol. 3. qui ſpecificè loquitur, qñ ſubſtitutio eſt facta ſuperſtitibus, & ſuperuiuentibus. Dec. conſ. 574. & Iac. Menoch. in d. conſ. 95. nu. 109.

¶ Secundò id apparet eſſe uerũ. Nã præſuponamus filiũ Mutij mortuũ fuiſſe ſine filiis, deinde mortuos fuiſſe Ioannẽ Hieronymũ, & Ioannẽ Loyſiũ, cum filiis maſculis, poſtmodũ obiiſſe Ioannẽ Carolũ vnicũ filiũ Petri; modò ſic. Si volumus iſtud fideicõmiſsũ nõ eſſe trãſmiſsibile ad filios Ioãnis Hieronymi, & Ioannis Loyſij, vtiq; vigore vltimi fideicõmiſsi deueniret in filios Ioãnis Baptiſtę filij teſtatoris cũ defeciſſet linea maſculina Petri, & Mutij, & ad filios filiorũ Martini nõ trãſmitteretˉ, & ſic eorũ reſpectu caducũ effectũ eſſet fideicõmiſſum. ſed hoc dicere eſt abſurdũ, & contra mentẽ teſtatoris, q̃a teſtator vult, vt ad filios Ioãnis Baptiſtę deueniat vigore fideicõmiſsi dicta Vallis, in euentũ, ꝙ defecerit linea maſculina Petri, Mutij, & filiorũ Martini: ergò durante linea, vult vt in ea fideicõmiſsũ cõſeruetur: igitˉ tranſmittitˉ dictum fideicõmiſſum ad filios filiorũ Martini de voluntate teſtatoris; aliàs in ea linea conſeruari non poſſet.

¶ Tertiò demonſtratˉ hoc veriſsimum eſſe hac alia cõſideratione. Filij Mutij, filij Petri, filij filiorũ Martini, dicũtur de linea Petri, Mutij, & filiorũ Martini: ſi deficit filius Petri, ꝓut defecit; filius Mutij (quod Deus nõ ꝑmittat) & demu deficiãt filij filiorũ Martini, & ſic Ioãnis Hieronymi, & Ioãnis Loyſij (quod Deꝰ nolit) in tali caſu iſti filij filiorũ Martini non ne ſunt grauati onere fideicõmmiſsi? certè ſic. l. codicillis, in prin. ff. de uſufruc. leg. & ibi notat Bart. quia in tali caſu vigore vltimæ fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ſuccedũt filij Ioannis Baptiſtæ. ergò etiam in dicto fideicommiſſo vocati cenſentur. l. ab eo. C. de fideicom.

44 Et in tali caſu quando filij poſiti in conditione fuiſſent grauati in teſtamento ab ipſo teſtatore: tunc cenſentur etiam poſiti in diſpoſitione. prout tenent Bart. Aret. Lancel. Galiaula, & Rip. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Soc. in l. cùm filio. ff. de leg. 1. & in conſil. 242. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. & Pontanus in d. l. cùm filio, dicit iſtam opinionem eſſe canonizatam. *Cõis opin.*

¶ Tertiò conſideranda ſunt illa uerba: *In detto caſo trouandoſi figliuoli di Giouan Battiſta figliuolo di eſſo teſtatore maſchi, ouero figliuoli delli figliuoli maſchi de Giouan Battiſta legitimi, e naturali del corpo loro, in detto caſo ſuccedano vſufruttuarij di detta Valle quelli ſi trouaranno maſchi.* Ecce quòd ultimo loco deficiente linea Petri, Mutij, & filiorum Martini, ſuccedere debent in tali fideicommiſſo filij Ioannis Baptiſtæ, & filiorum filij. Modò, quòd iſtud fideicommiſſum tranſmittatur ad filios filiorum Martini, deduco dupliciter.

45 ET PRIMO, ſi teſtator uoluit totũ iſtud fideicommiſſum poſſe peruenire ad filios filiorum Ioannis Baptiſtę: ergò nedum prędictos filios Martini inſtitutos, & fideicommiſſarios, uerùm ẽt filiorũ filios cenſetur ad dictũ fideicommiſſum uocaſſe, quia magis prædilexit filios filiorum Martini. iux. l. Publius. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. & ita propter hanc rationem in terminis, in ſimili caſu, tenent Caſſan. in conſ. 62. col. 6. uer. Item ex verbis. Curt. Iun. conſ. 16. nu. 7. Ruin. conſ. 130. n. 3. uol. 3. & Ioan. Cephalus conſ. 114. ſub numero 22. uerſ. Octauò, & ſub num. 26. in uerſ. Decimò, & nu. 29. vol. 1.

46 SECVNDO deduco. Nam licèt regulariter filij in conditione poſiti non dicantur vocati: tamen hęc concluſio nõ procedit quãdo ex cõiecturis conſtat de contraria teſtatoris voluntate: & inter alias cõiecturas eſt illa, quando teſtator ſub eadem liberorũ conditione ad plures gradus ſubſtitutorum digreſſus eſt, & ſic quando poſt mortem omniũ filiorũ ſine liberis prouidit de vlteriore ſubſtituto: nã tunc filij poſiti in conditione cenſentur poſiti in diſpoſitione. ita in terminis tradit Pet. Anch. cõſ. 70. quẽ ſequuti ſunt Alex. conſ. 64. circa fin. uol. 5. Ant. Rub. Alexand. conſ. 28. colum. fin. Iaſ. conſ. 232. colum. 1. uol. 2. & cõſilio 40. colum. fi. vol. 3. Curt. Sen. conſilio 52. & conſilio 63. Curt. Iun. conſ. 11. & conſ. 116. Gozad. conſ. 64. Pariſ. conſ. 37. 41. 77. 86. & 81. volum. 2. & conſilio 5. 8. 14. 42. 52. 53. & 66. vol. 3. Mar. Soc. Iun. conſilio 119. volu. 1. Mantua conſilio 22. colum. 4. Gratus conſilio 101. & 106. uol. 2. Soc. Iun. conſ. 168. uolum. 2. Ruin. conſ. 139. vol. 3. Boer. deciſ. 155. num. 21. & 28. Grauet. cum concordantibus per eum, conſ. 98. in fin. Curt. Iun. in l. 1. numero 14. C. de pact. & ibi Purpurat. colum. fi. & Curt. Sen. in uerſ. Secundò limita. quam opinionem tenent etiam multi alij Doctores ęnumerati per Rol. à Valle conſ. 51. nu. 5. lib. 3. Et hęc hodie eſt magis cõis opinio, prout attestatur Ant. Gabriel. in ſuis communibus concluſionibus, libro 4. in tit. de fideicom. in concluſ. 4. numero 13. & 14. Sed in caſu noſtro teſtator in iſto fideicommiſſo Vallis di- *Cõis opin.*

greſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutorum, ſub eadem liberorum conditione, & ſic poſt mortem omnium ſcilicet, Petri, Mutij, & filiorum Martini ſine liberis, prouidit de vlteriore ſubſtituto: quia in tali caſu ſubſtituit filios, & filiorum filios Ioannis Baptiſtæ. ergò dicti filij filiorum Martini, & ſic Ioannis Hieronymi, & Ioannis Loyſij dicuntur poſiti in diſpoſitione, & ſic per teſtatorem uocati. Et per hanc rationem, in terminis noſtris, decidit Curt. Iun. conſilio 16. ſub num. 7. Igitur vti non ſolùm in iſto fideicommiſſo ſuccedere poſſunt virtute tranſmiſsionis, ſed etiam iure proprio, vti à teſtatore uocati.

VLTIMO, aliis omiſsis, quòd dicti Troianus, Bartholomæus, & Franciſcus in iſto fidei commiſſo unà cum Ioanne Loyſio ſuccedere debeant, probatur hac alia ratione, conſiderando illa uerba: *Che Iddio lo ceſsi, morendo tutti li figliuoli maſchi de Mutio, morano à quelli reſtaranno vivi* pro æquali portione *alli figliuoli de Martino, & alli figliuoli maſchi de Piero, e coſi dice dell'uno come dell'altro.* Ecce quòd eueniente caſu in perſona filij Petri, ſuccedere debēt filij Mutij, & filij Martini: modò ſic.

47 In fideicommiſsis, appellatione filiorum veniunt etiam nepotes. Bart. in l. liberorum. ff. de verbor. ſignif. Ang. & Imol. in l. Lucius, *la* 2. ff. de hered. inſtit. Ang. & Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſthu. Bald. in l. 1. C. de condit. inſert. Iaſ. in l. de quibus, col. 5. uerſ. Iuxtà præcedentem quæſtionem. ff. de legib. Bald conſilio 13. uolu. 3. conſilio 302. 362. 364. & 414. uolum. 4. Oldrad. conſilio 269. Alexan. conſil. 37. vol. 6. Roman. conſil. 148. Bertran. conſ. 77. colum. 2. libr. 2. Corn. conſilio 207. volum. 2. Capra conſil. 23. colum. 2. Curt. Iun. conſil. 22. num. 13. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem. & conſ. 116. num. 11. Iaſ. conſilio 52. libr. 3. Rubeus. conſilio 28. colum. 3. Socin. Iun. conſil. 125. num. 35. uolum. 1. & conſilio 146. volum. 2. Ruin conſil. 101. num. 9. uol. 2. Barbat. conſilio 10. uolum. 3. vbi ait hanc eſſe communē opinionem; Socin. conſil. 249. num. 2. uolu. 2. Dec. conſ. 391. num. 5. Gozad. conſ. 4. numero 13. & conſ. 59. num. 12.

Cōis opin.

48 Quæ concluſio indubitanter eſt uera, ex mente omnium, quando diſpoſitio eſt collata in aliquem futurum euentum, in quem ueriſimiliter poterat eſſe dubium, an tunc filij primi gradus ſint exituri, an verò magis nepotes vel alij vlteriores: nam tunc latè accipitur nomen filiorum, & veniunt eorum appellatione nepotes, ac alij deſcendentes. Imol. in d. §. inſtituens, quem cæteri ſequuntur ibi, & alibi vt p Dec. & Gozad. in locis ſupraſcriptis: & eſſe communem atteſtatur Alex. cōſ. 9. vol. 1. conſ. 5. uol. 3. & conſ. 26. eod. volum. Ruin. conſ. 129. num. 1. lib. 3. Sed in caſu noſtro, ad fideicommiſſum, eueniente caſu, uocantur filij Martini: & dicta diſpoſitio fuit collata in futurum euentum, in quem veriſimiliter poterat eſſe dubium, an Ioannes Hieronimus, & Ioannes Loyſius filij primi gradus Martini eſſent exituri: ergò non eſt dubium, quòd in caſu noſtro ſub appellatione filiorum Martini, continentur nepotes, ac cæteri deſcendentes. & ita argumentatur Dec. in d. cōſ. 391. ſub nu. 5. uer. Non obſtat. Et in caſu noſtro eſt uera cōcluſio, ex his rationibus.

Cōis opin.

49 Et primò, quia iſtud fideicommiſſum factum fuit fauore agnationis; & ideò eſt fauorabile. vt latiſsimè tradit Io. Cephalus conſ. 581. num. 43. uol. 4.

50 Secundo, quia in caſu noſtro fideicommiſſum iſtud eſt reciprocū, vt apparet ex lectura teſtamenti, & ideò non dicitur onus. vt probat tex. in l. ſi pater puellæ. C. de inof. teſt. vbi Bar. & cæteri dicūt, fideicommiſſum reciprocum non eſſe onus: quia ita poteſt commodū afferre, ſicut incōmodū; & ideò ꝓpter ipſum non competit querela inoſſicioſi teſtamenti.

51 Et hinc eſt etiā, quòd minor non dicitur læſus, quando tollitur fideicommiſſum reciprocum. l. de fideicommiſsis. C. de tranſac. Et ratio eſt, quia ita poteſt lucrari, ſicut damnificari. Et iſtud fideicommiſſum reciprocum factum fuit ad hoc, vt dicta Vallis conſeruetur in ſuos deſcendentes maſculos: & ideò ſecundùm omnes Doctores eſt fauorabile, rationabile, & publicam vtilitatem concernit. l. 1. §. pen. ff. de ven. inſpic.

52 Sed in non oneroſis, & in materia fauorabili, appellatione filiorum veniunt nepotes. Bar. in d. l. liberorū, & Doct. cōiter in d. l. Gallus. §. inſtituēs. ergò in caſu noſtro, appellatione filiorum veniunt nepotes. Corroboratur hæc ratio. *Cōis opin.*

53 In caſibus, in quibus maſculinum concipit fœmininum, in iiſdem caſibus appellatione filiorum continentur nepotes. l. iuxtà. ff. de uerb. ſignif. & per illum tex. ita clarè dicit Bar. in d. l. liberorum.

54 Sed ſic eſt, ꝙ in vltima voluntate, & quod fortius eſt, vbi tractatur de grauādo hærede, maſculinū genus cōcipit fœmininū. l. q. duos. ff. de leg. 3. Ergò multò fortiùs iſtud debemꝰ dicere in fideicōmiſſo reciproco, quod nō appellatur oneroſum; imò ſumus in fauorabili materia: qa dicta Vallis relinquitur filiis Martini, filiis Petri, & filiis Mutij: & ideò in iſta fauorabili diſpoſitione, appellatione filiorū veniūt nepotes, ſcilicet ordine ſucceſsiuo. ut tradit Soc. in d. §. inſtituens, in vlt. colum. uerſ. Infertur & 2. vbi dicit, quòd in materia ſimpliciter fauorabili (quia in ea fit lata interpretatio) appellatione filiorum veniunt nepotes, & iſta eſt ſecundùm eum regulariter materia teſtamentaria. vt in l. in teſtamentis. ff.

de reg.

de reg.iur.& ſic vti filiis relicta fuit dicta Vallis, & iſto reſpectu appellatione filiorum ueniunt nepotes. vt in caſu ſimili in terminis tradit Alexan.conſilio 37.per totum, & præcipuè, num.8.volum.6.Ita eueniente caſu fideicommiſsi relicti filiis Martini,& Mutij, appellatione filiorum veniunt nepotes.ita,& taliter, quòd cum patruo concurrere debent. vt in terminis tradit Gozad.conſilio 4.numero 16.& per totum.

55 HIS ſic firmiter ſtantibus, non obſtant in contrarium adducta:& primò, non obſtat primum fundamentum:quia non eſt uerum, quòd quando agitur de diſpoſitione hominis,filius non ſubintret in locum patris:nam in contrarium eſt communis, & magis communis opinio, & in iudicando, & decidendo non eſt ab ea opinione diſcedendum, ſcilicet quòd filius in fideicommiſſo in locum patris ſubintrat, & maximè quando tractatur de ſucceſsione aſcendentis, vt ſupra dixi in primo fundamento ſecundæ opinionis.

Cõis opin.

56 Nec obſtat, quòd uerba debent intelligi propriè,& non fictè:quia hæc regula non procedit, quando natura ei, ſuper qua interponuntur,repugnat,ut eſt in fideicommiſsis,in quibus nepotes ſuccedunt in locum patris, & vnà cum patruo admittuntur. ita reſpondet Ruin.conſilio 171.num. 17. volum. 2.& conſilio 12.num. 16. volum. 1. vbi etiam dicit, quòd ad iſtum caſum fictum fit extenſio mediante interpretatione paſsiua procedente ab aliis regulis iuris communis. l. 1. §. lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.Sed nos habemus regulam,quòd ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.l. ſi eum.§. qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.Sed filius fratris ſuccedit in gradum, & locum patris. §. cùm filius.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt. Vndè, ſicut lex admitteret patrem iſtorum filiorum ſi viueret ad concurſum cum fratre: ita etiã debet admittere filium ſubrogatum,& ſuccedentem in gradum,& locum eius.

57 Nec etiam obſtat, quòd prior in gradu potior eſt in ſucceſsione: quia argumentum eſt falſum in caſu noſtro: quia licèt iſti nepotes ex eorum propria perſona ſint remotiores patruo: tamen quia ſubintrant gradum patris, & illum repræſentant, d. §. cùm filius: ideò hoc reſpectu patruus non dicitur proximior, cùm ſint in eodem gradu, & pares.l.2.§.hæreditas.ff.de ſuis & legit.Alexan. conſilio 88.volum.1.Socin. conſilio 252. colum.10.verſ. Ego reſpondeo. & Ruin. conſilio 30. col.fin.vol.3.

¶ Non obſtat ſecundum fundamentum, quia licèt verum ſit, quòd fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur ad deſcendentes:tamen quando adſunt in contrarium coniecturæ,ſecùs eſt,prout eſt in caſu noſtro: Et quòd adſint,latiſsimè dixi in ſecundo fundamento ſecundæ opinionis.

¶ Non obſtat tertium fundamentum. Nã licèt Ioãnes Loyſius dicatur magis dilectus, quia inſtitutus fuit,ac etiam dicta Vallis relicta fuit;& filij Ioannis Hieronymi in cõditione fuerint poſiti:tamen hoc reſpectu tantùm dicitũ magis dilectus. ſed in propoſito noſtro nepotes ingrediuntur locum patris, & ideò teſtator quemadmodum dilexit patrem, ita etiam pariter eius filios dilexiſſe præſumitur, cùm ſint in locum patris: & hoc verum eſſe patet,quia ſecundùm veriorem opinionem, nepotes admittuntur vnà cum patruo.

¶ Nec obſtat,quòd filij Ioannis Hieronymi fuerunt in conditione poſiti, quia dupliciter reſpondetur,& primò:nam pater iſtorum honoratus fuit,cuius locum ipſi tenent,& ſic argumentum procederet, ſi vellent admitti iure proprio,& tanquàm vocati, & ſubſtituti; ſecùs ſi iure patris, & ipſius nomine veniunt. Et ſic,licèt teſtator maiorem affectionem demonſtrauerit Ioanni Loyſio, quàm iſtis nepotibus: nõ tamen maiorem oſtendit ipſi Ioanni Loyſio, quàm Ioanni Hieronymo patri ipſorum nepotum,cuius iure agũt. ita dicunt Rub.conſilio 82.& Ioan.Cephalus conſil.16.num.60 & 61.uol.1.

¶ Secundò reſpõdeo, quòd in caſu noſtro iſti filij Ioannis Hieronymi fuerunt poſiti in diſpoſitione, & ſic vltra quòd poſſunt uenire iure patris,poſſunt etiam uenire iure proprio tanquàm uocati,& ſubſtituti, ut dixi tam in quinta coniectura in ſecunda deductione tertiæ conſiderationis uerborum teſtamenti ipſius teſtatoris, quàm in ultimo fundamento noſtræ concluſionis: ideò non eſt uerũ,quòd Ioannes Loyſius dicatur magis dilectus.

58 Nec obſtat,quòd iſti nepotes tempore teſtatoris non erant nati: quia dupliciter reſpõdetur, & primò, quòd hæc concluſio locum haberet,quando uellent iure proprio uenire; ſecùs ſi iure patris:nam tunc ſufficit,quòd tẽpore teſtamenti, eorum pater fuerit natus, ſeu tempore, quo teſtator mortem obiit. Cyn. Bartol. & alij in l. 1. C. de his, qui ante apert.tab.Doct.in l.quod dicitur, ante fin. ff.de uerb. oblig. & latè Tiraquel. de retract. §.11.Gloſ 9.num.5.& 6.

59 Secundò reſpondetur,quòd dicta concluſio procedit in fideicommiſſo puro;ſecùs in fideicommiſſo conditionali collatò in quendam futurum euentum, in quem ueriſimiliter eſt dubium, an tunc extent filij, ut in caſu noſtro, nam tunc appellatione filiorum ueniunt etiam nepotes, ut ſupra dixi in ultimo fundamento ; & ſic teſtator habuit affectionem ad iſtos nepotes. Nam cùm tale fideicõmiſſum factum ſit uerbis denotantibus tractum futurum, comprehen-

dit etiam dictos filios Ioannis Hieronymi natos, & conceptos poſt mortem ipſius, ex quo attenditur tempus euenientis conditionis:& ſatis eſt eo tempore, quo cedit dies fideicommiſsi, fuiſſe conceptos. vt probatur in l. ei quoque ff. de pecul. leg. & tradit Pariſ. quamplures Doct. allegans, conſilio 66. numero 56. volum. 3. Imò, vti dixi, iſti ſunt uocati, & in diſpoſitione poſiti, & propterea nō militat fundamentum, cùm conſtet de contraria teſtatoris voluntate.

¶ Non obſtat quartum fundamentum, ex pluribus, & primo, quia in caſu noſtro, appellatione filiorum veniunt nepotes. Nec obſtat id, quod dicit Dec. in conſil. 95. quia non eſt vera ſua concluſio, & peſsimè loquitur, vt dicit ibi author in addit. in litera E. Et ad hoc, vt remoueatur omnis difficultas in hac materia: ſcias, quòd licèt Doctores varia dicant; tamen procedunt dicta per eos, quando verbum, Filius, refertur ad certas perſonas: nam tunc generaliter appellatione filiorum non veniunt nepotes, præterquàm in quibuſdam caſibus. vt per Doctores in d. §. inſtituens.

60 Sed quādo verbum, Filij, profertur in plurali indefinitè, non referendo, nec reſtringendo ad certas perſonas, putà ſupraſcriptas, ſed conferendo in genere in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, & in eis eſt eadem ratio, nec ſequitur abſurditas, & maximè quando verbum, Filij, additur ad augendum, & continuandum gradus ſubſtitutionis: túc ſub verbo, Filiorum, velut ſub ſermonis compendio, omnes liberi, & ſic nepotes, & alij deſcendentes comprehenduntur, & vocati cenſentur: & hæc eſt uera, & propria ſententia Alexandri. ita enim ſentit in d. l. Gallus. §. inſtituens, & ita conſuluit, conſ. 26. uol. 3. conſilio 56. vol. 5. conſ. 36. uol. 6. ita etiam ſentit Bal. conſ. 186. & conſ. 302. in fin. uol. 4. & eſt crebrior ſententia, & ueritas: vt atteſtatur author in addit. ad conſilia Alex. conſ. 1. in litera L. uol. 1. Sed in caſu noſtro verbum, Filij, profertur indefinitè, non refertur, nec reſtringitur ad certas perſonas, putà ſupraſcriptas, & confertur in genere in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, & in eis eſt eadem ratio conſeruationis agnationis, & uoluntatis teſtatoris, nec ſequitur abſurditas, imò æquitas, ad hoc vt in lineis conſeruetur æqualitas: & dictum verbum Filij additur ad augēdum, & continuandum gradus ſubſtitutionum eueniente caſu. Ergò eſt uera ſententia, quod in caſu noſtro, appellatione filiorum veniunt nepotes, ita vt cùm patruo concurrant. vt tradit Alexan. in terminis in dicto conſilio 26. volum. 3. Et in iſto caſu non eſt uerum, quòd appellatione filiorum non veniant nepotes, quoties diſpoſitio uerificari poteſt in perſona filiorum: nec in hoc caſu loquitur Alexan. vt in dictis conſiliis eſt videre.

¶ Secundò non obſtat, quia filij filiorum Martini, licet fuerint poſiti in conditione, tamen in caſu noſtro cenſentur vocati, vt ſupra dixi: & ideò cùm cenſeantur uocati, non eſt dubium, quòd ſub dicta appellatione Filiorum, nepotes iſti dicantur comprehenſi.

¶ Tertiò reſpondeo, Nam & ſi verum eſſet, quòd appellatione filiorum, nepotes in caſu noſtro non venirent, adhuc nepotes iſti ſuccedere debent, quia veniunt in tali caſu non iure proprio, ſed iure patris, & ſic non ea ratione, quòd appellatione filiorum veniant nepotes, ſed ea ratione, quia ius metiuntur ex perſona patris, qui fuit vocatus, & ſubſtitutus, & cuius perſonam repræſentant, cum ſint in locum patris, iuraque eiuſdem habeant tranſmiſſa ita tradunt Grauet. conſilio 306 colum. 3. & Ioannes Cephalus conſilio 6. ſub num. 66. in ver. Ad vltimum reſpondetur, uol. 1.

¶ Nec obſtat corroboratio facta per illa verba: *Morano à quelli reſtaranno viui.* & ſic doctrina Baldi in d. l. quidam elogio, colum. fin. quia reſpondeo dupliciter, & primò contra opinionem Baldi tenent Rom. & Alex. ſi benè eius uerba conſiderentur, & expreſsè Caſtren. in d. l. qui patri. ff. de acquiren. hæred. & Crotus in l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

¶ Secundò reſpondeo, quòd loquitur Baldus in pupillari ſubſtitutione, per quam ſucceditur pupillo. Inſtit. de pupill. ſubſtitut. in princip. at nos loquimur in fideicommiſſaria ſubſtitutione, per quam teſtatori ſuccedit. in quo caſu, cùm æqualem habeat affectionem ad nepotes, & ad pronepotes. ideò dictum fideicommiſſum trāſmittitur ad pronepotes, moriente nepote ante aduentum cōditionis. Et ad hoc, vt iſta materia clariſsima appareat, in fideicommiſſaria ſubſtitutione duo ſunt conſiderandi caſus.

61 Et primus eſt, quando teſtator Titium, Seium, Franciſcum, & Antonium filios ſuos hæredes inſtituit, & deinde dixit: Et ſi aliquis ipſorum ſine filiis deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes. moritur putà Titius, liberis relictis, deinde moritur Seius ſine filiis. In hæreditate igitur dicti Seij, vigore fideicommiſsi, uolunt ſuccedere tantùm Franciſcus, & Antonius, qui ſunt ſuperuiuentes, excluſis liberis Titij: filij uerò Titij vti ſubrogati in locum patris, cùm agatur de ſucceſsione aſcendentis vnà cum patruis, in dicto fideicommiſſo ſuccedere uolunt. In hac difficultate duæ ſunt opiniones Doctorū, una eſt, ꝙ debeant ſuccedere, altera quòd non debeant; illam affirmatiuam tenent

tenent Cuman. Fulgoſ. Dec. Bart. Soc. Cranetta, Pariſ. Ruin. Ioan. Cephalus, & Sfortia Oddus Perufinus: & hęc eſt magis communis opinio, teſte dicto Sfortia Oddo, vt ſupra dixi in ſecundo fundamento noſtrę opinionis. quibus addas Roman. Alexan. & magis in ſpecie Paul. de Caſtr. in dicta l. qui patri, & Crotum in d. l. re coniuncti, mihi col. 44. verſic. Secundò fallit. Riminal. conſilio 78. colum. 2. Iaſ. conſilio 154. colum. fin. uolum. 4. & conſilio 52. in fin. volum. 3. Ruin. conſilio 79. colum. penult. volum. 3. & Roma. conſilio 56. numero 3. ex numero quorum Doctorum apparet, quòd hæc eſt communis, & magis communis opinio, quam tenet etiam Hieronymus Zanchus in repet. l. hæredes mei. §. cùm ita, numero 219. ff. ad Trebell. Cõis opin.

¶ Quæ opinio, iudicio meo, eſt magis uera, & probatur primò, per textum in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. inducendo, prout ſupra induxi.

¶ Secundò probatur, quia quando teſtator ſubſtituit certas perſonas, ita demum admittuntur ſi fuerint ſuperſtites hæredi morienti. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. l. ſed ſi plures, & l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. Si ergò teſtator ſubſtituit ſuperuiuentes, exprimit, quòd tacitè ineſt: ſed expreſsio eius, quod tacitè ineſt nullum operatur effectum. l. 3. ff. de legat. 1. ergò iſta expreſsio de uerbo, Superuiuentes, nihil operatur: & ideò, vti quando hoc uerbum non exprimitur, ex coniecturis fideicommiſſum conditionale, etiam ſi moriatur fideicõmiſſarius pendente conditione, tranſmittitur ad filios, & eius deſcendentes: ita etiam tranſmittitur, quando dictum uerbum exprimitur.

¶ Tertiò probatur, nam dictio, Superuiuentem, importat conditionem, id eſt ſi tunc viuet. Alexan. conſilio 109. colum. 2. uolumine 7. Sed paria ſunt ſubſtituere aliquem, ſi viuit, vel eum nominare nomine proprio. Dec. conſilio 79. in princip. Pariſ. conſilio 9. colum. 3. uolum. 2. & conſil. 37. in colum. 7. in fin. eodem volum. Sed quando ſubſtituitur nomine proprio, non impeditur tranſmiſsio. Alexan. in l. qui patri, colum. fin. ff. de acquiren. hæred. & Ioan. Cephalus, conſilio 16. numero 60. cum ſequen. volum. 1. ergò neque impeditur per dictionem, Superuiuentem.

¶ Quartò probatur quòd ſit vera, & in ſpecie in caſu noſtro. Nam licèt dictum verbum, Superuiuentes, excludat nepotes, inſpectis verbis: tamen inſpecta mente diſponentis, quando in nepotibus militat eadem ratio, quæ in filiis militat, prout eſt in propoſito noſtro, vt deducam: tunc, non obſtante dicto verbo, fideicommiſſum tranſmittitur. ita notanter tradit Pariſ. conſilio 5. numero 43. & 44. libro 3. quem refert, & ſequitur Cephalus in dicto conſilio 16. numero 66. Quòd militet eadem ratio, probatur. In caſu noſtro, fideicommiſſum factum fuit ratione agnationis conſeruandæ, vt deduxi ſupra in tertia coniectura ſecundi fundamenti: ſed hæc ratio vti militat in patruo, ita etiam militat in pronepotibus: & ideò vti prætulit ratione agnationis conſeruandæ filios maſculos Martini: ita cenſetur eorum filios prætuliſſe, & proptereà vti fideicommiſſum, eueniente conditione, eſt filiorum maſculorum: ita etiam, eis mortuis, iure tranſmiſsionis debet eſſe nepotum; cùm illud debeat haberi pro expreſſo, ex quo teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de iſto interrogatus fuiſſet. vt probatur in l. Titius. §. 1. ff. de liber. & poſthum. Et tanto magis in caſu noſtro eſt uera hęc concluſio; cùm teſtator velit in linea filiorum Martini conſeruari dictam Vallem, quæ, niſi fideicommiſſum eſſet tranſmiſsibile, non poſſet conſeruari: & ideò ad hoc vt conſeruetur, de mente teſtatoris eſt, vt tranſmittatur, non obſtantibus dictis uerbis: *A quelli reſtaranno viui*. prout in caſu ſimili in terminis tradit Ruin. conſilio 130. volum. 3.

¶ Et hæc concluſio indubitanter procedit, quando filij, licèt ſint in conditione poſiti, tamen ſunt vocati, & ſic iure proprio vti vocati, & ſubſtituti veniunt: vt eſt, ſi dictum eſſet, Titium, Seium, Franciſcum, & Antonium filios meos hęredes inſtituo; & ſi quis eorum ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes; & ſi omnes ſine filiis moriantur, ſubſtituo Sempronium alterum filium meum. Nam in hoc caſu, filij dictorum hæredum inſtitutorum, licèt ſint in conditione poſiti: tamen dicuntur poſiti in diſpoſitione, & ſic vocati, & ſubſtituti, vt latiſsimè dixi in ſecunda deductione tertiæ conſiderationis quintæ, & vltimæ coniecturę, & eſt uera, & magis communis concluſio. In iſto igitur caſu, cùm ſint vocati, & ſubſtituti, ueniunt appellatione ſuperuiuentium, & ideò nepotes cum patruis admittuntur. Sed in caſu noſtro filij Ioannis Hieronymi, licèt fuerint poſiti in cõditione, tamen fuerunt poſiti in diſpoſitione, & ſic fuerunt uocati, & ſubſtituti: quia teſtator in noſtro caſu digreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum, vt in dicta ſecunda deductione dixi: ergò iſti filij Ioannis Hieronymi veniunt ſub appellatione ſuperuiuentium, & ideò unà cum eorum patruo Ioanne Loyſio ſuccedere debent. Cõis opin.

¶ Secundus caſus eſt, quando aliqua res relinquitur filiis putà Titij, Seij, & Martini, ſine aliqua expreſsione certarum perſonarum, & deinde teſtator dicit: Si filij Titij moriantur ſine filiis maſculis, moriantur ſuperuiuentibus, & ſic de reliquis. in caſu iſto, moriuntur filij Titij cum filiis; deinde moriuntur filij Seij ſine liberis: filij Martini volunt ſuccedere excluſis filiis filiorum Titij: filij uerò filiorum Titij, cum eorum patruis, concurrere uolunt, & vtique concurrere debent: quia quãdo fit relictum filiis, ſub appellatione filiorum veniunt nepotes, & alij deſcendentes, & maximè qñ agitur de filiorum cômodo. Bar. in d.l. liberorum, & Doctores in d.§. inſtituens. Et ideò id ſimiliter habet locum in fideicommiſſo conditionali filiis relicto: nam in dicto fideicommiſſo ſub appellatione filiorum veniunt nepotes: & ſic nepotes dicuntur vocati, & ſubſtituti; & maximè quando fideicommiſſum eſt reciprocum, & ſic non oneroſum, ſed fauorabile, vt eſt quando factum fuit ratione agnationis conſeruandæ: & ideò vti vocati ueniunt appellatione ſuperuiuentium, & admittuntur vnà cum patruis, vt dixi latiſsimè in ultimo fundamẽto ſecundæ opinionis, & in quarta reſponſione quarti fundamenti primæ opinionis; & ita vltra Doctores ibi allegatos, in terminis tradit & conſulendo reſpondit, Maria. Soc. Iun. conſilio 146. per totum, volum. 2. Sed in caſu noſtro, Vallis relicta fuit filiis Mutij, filiis Petri, & filiis Martini: & ſi moriantur filij Petri, moriantur filiis Mutii, & filiis Martini: ergò ſub appellatione filiorum tam in relicto, quã in fideicommiſſo ueniunt iſti nepotes, & ſic filij Ioannis Hieronymi, & vnà cum patruo Ioanne Loyſio concurrere debent in antedicto fideicommiſſo, cùm & ipſi uocati ſint ſuperuiuentes.

¶ Nec finaliter obſtat ultimum fundamentum, quia reſpondetur, quòd imò attendenda eſt proximitas reſpectu teſtatoris, & non reſpectu hæredis grauati. quam opinionem tenent Dec. conſil. 1. colum. 2. & conſilio 546. colum. fin. uerſ. Sexto & vltimo. Iaſ. conſilio 215. colum. 1. & 2. in princ. uol. 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & cõſilio 159. colum. 1. vol. 4. Ruin. conſilio 142. numero 15. uolum. 3. conſilio 168. colum. 3. & conſilio 298. colum. fin. uolum. eod. Pariſ. in conſilio 36. colum. 2. uolum. 2. & Ioan. Dilec. de arte teſtan. titu. 5. cautel. 21. numero 3. ubi dicit hanc eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

¶ Sed dato & non conceſſo, quòd uera ſit ea opinio, quòd attendatur proximitas reſpectu hęredis grauati & non teſtatoris, reſpondetur tripliciter.

62 Et primò dicta Socini opinio habet locum, quando agitur de ordine ſucceſsionis, vt in fideicommiſſo collectiuè relicto certæ familiæ: nam tunc inſpicitur perſona grauati, uel vt quando inter plures uocatos cadit ordo charitatis: nam tunc ordine ſucceſsiuo vocantur, & prout quiſque eſt proximior ei, qui ſemel fuit admiſſus, quia ad illum videtur eandem charitatem habere, quam habuit ad defunctum grauatum, & ideò reſpectu ſucceſsionis attenditur perſona grauati. Sed ſecus eſt quando ſumus in interpretanda voluntate teſtatoris, qui diſpoſuit, & ſumus in caſu, in quo inter vocatos non cadit ordo charitatis, & affectionis, vt eſt in caſu noſtro, in quo agitur de interpretãda voluntate teſtatoris circa fideicõmiſſum, & inter vocatos non cadit ordo charitatis, & affectionis tã circa Ioannem Loyſium & Ioannẽ Hieronymum, quàm circa Ioannem Loyſium, & filios Ioannis Hieronymi, cùm teſtator eandem affectionem, & charitatem, quam habuit erga Ioannem Hieronymum, dicatur habere erga eius filios. Et ratio eſt, quia cũ ſimus in fideicommiſſo aſcendentis, filij Ioannis Hieronymi in eius locum ſuccedunt: & ideò in hoc caſu inſpicitur perſona teſtatoris. ut probatur in l. fi. ff. ad Trebel. & tradit Rolandus à Valle conſ. 100. nu. 25. vol. 1.

63 Secundò dicta opinio Socini non eſt in conſideratione, quando ſumus in fideicommiſſo aſcendentis, ſeu patrui, in quo filij ſubintrant in locum patris, vt eſt in caſu noſtro, in quo tractatur de fideicommiſſo aui ſeu proaui, & ſic aſcendentis: nam tunc ſiue conſideretur perſona teſtatoris, ſeu grauati eadem eſt proximitas patrui, & nepotum, ratione ſubingreſsionis, & repræſentationis: quia cùm filij Ioannis Hieronymi repręſentent ipſum Ioannem Hieronymum, dicuntur in gradu ipſius, & ideò æqualis eſt proximitas, tam reſpectu teſtatoris, quàm reſpectu hæredis grauati. vt eleganter concludit Ioannes Cephalus conſilio 489. num. 58. & 59. cum aliis ſequen. vol. 4.

64 Tertio, & vltimo, dicta opinio Socini locum habet, quando ſumus in eadem linea, vt ſi fideicommiſſum relictum ſit poſt mortem filij ſine filiis, filiis, & eorum filiis; nam tunc cùm fideicommiſſum intelligatur ordine ſucceſsiuo, ſcilicet prius pro ipſis filiis, & poſt eorum mortem pro eorum filiis. iuxta notata per Doctores in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthum. attenditur in tali caſu perſona grauati: at ſecùs eſt quando ſumus in diuerſa linea, & in caſibus, in quibus filij ſubintrant in locum patris: nam tunc non attenditur proximitas, vt eſt in ſucceſsione aſcendentis, in quo caſu nepotes concurrunt cum patruo, prout eſt in caſu noſtro. ita notabiliter dicit Ioannes Cephalus in antedicto conſilio 489. inquo

In quo conſilio doctiſsimè remouet ſupradi- ctam obiectionem fundatam in opinione So cini,& aliorum.

¶ Ex prædictis igitur clariſsimè apparet, iſtos Bartholomæum,Troianum,& Franciſcũ filios Ioannis Hieronymi filij Martini, ritè,re ctè,& ſanctè ſucceſsiſſe in fideicommiſſo Val lis vnà cum Ioanne Loyſio eorum patruo fi- lio ſimiliter Martini: & ita iuris eſſe cenſeo,& conſulo ego Alexander Trentacinque V.I.D. quod conſilium in fidem veritatis ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum, quo in ſimilibus vtor, appoſui.

PRAESENTEM conſultationem doctiſ- ſimè ac copioſiſsimè per celeberrimum meum Conſulentem firmatam in fauorem dictorum pupillorum iuridicam, ac vtiliſsi- mam puto, & in eandem ſententiam haud dubiè concurro, ego Ioannes Vincentius Martinus V.I.D. minimus,ſola ſubſcriptione contentus, cùm aliquid addendi locus uix ſit relictus.

Idem qui ſupra manu propria.

VT ſupra conſultum, & firmatum extitit per doctiſsimum ac præclariſsimum iu- riſconſultum, Alexandrum Trentacinque, optimis iuribus, ſolidiſsimiſque rationibus, pro dictis pupillis,iuris eſſe dico,& in ſenten- tiam dicti Domini Conſulentis iuri, & æqui- tati conſonam in trepidè concurro, ego Ioſe- phus de Ruſticis,I.V.D.de Ciuitate Aquilæ, & ad fidem me ſubſcripſi, ſolitumque meum ſigillum,quo in his vtor,appoſui.

Idem qui ſupra Ioſephus de Ruſticis.

VERITAS & fructus, quos ex præſenti fertili conſultatione, & ex virtutibus prędicti Excellentiſsimi Domini conſulentis capio quàmuberrimos,mihi ſuadent,vt à la- tere ipſius, ſuoque voto nunquàm diſcedere debeam, profiteor etenim re ipſa ueritatem attigiſſe in ſuis ſcriptis; quę cùm tergiuerſari nequeat pacto aliquo, in ſuam me ſenten- tiam adducit, cui tanto libentius acquieſco, cùm nullus amplius locus in pręſenti torren- te dicendi ſupereſſe videatur.

Ego Franciſcus Vinius.

VISIS ac diligenter conſideratis, quæ ſu- pra doctè non minus, ac ſubtiliter,quã copioſè fuerunt adducta,& deducta; tranſeo in eandem ſententiam pro tranſmiſsione fi- deicommiſsi, & ego Ioannes Paulus Lancel- lottus I.V.D. Peruſinus, & in fidem ſubſcri- pſi,& ſubſignaui.

Idem Ioannes Paulus Lancellottus. manu propria.

65 QVAE ſupra latè,doctè,& egregiè de- ducta, & allegata per excellentiſsi- mum prædictum D. Conſulentem, & confirmata fuerunt authoritate ſubſcribẽ- tium,mihi quoque iuri,& æquitati valdè con ſentanea videntur, rationibus, & authoritati bus per eos adductis.

Præcipuè,& primò. Quia uerior, & magis communis opinio eſt, quòd etiam in fideicõ- miſsis filius intrat locum patris, quemadmo dum ultra allegatos per D. Conſulentem la- tè ſuſtinet, & atteſtatur Port. Imol. conſilio 55.num. 30.,& ſeq. Ant. Gabr. de fideicõ.con cluſ.3. num.1. Viui. Com. Opin. lib. 2.opin. 121. Filius fratris,poſt medium, dicens hanc opinionem eſſe frequentiorem, veriorem, & magis æquam, & ſe pro ea conſuluiſſe, obti- nuiſſe,& iudicaſſe, eiuſque ſententiam confir matam fuiſſe in Rota Bonon.per Benintẽ. de ciſ.88.In præſenti,uum. 2. Tyb.Decia. conſi- lio 7. In hac,num. 79. ubi ad finem inquit ſe pro hac opinione ſæpius conſuluiſſe,obtinuiſ ſe,& iudicaſſe,& idem latius comprobans re- petit conſilio 29. Breuiter, numero 6. & ſeq. libro 1. & latiſsimè uſque ad nauſeam prope modùm alios congerens, conſilio 55. Quæri- tur,num. 13. & ſequen.libr.3. in quibus locis non ſolùm argumenta pro hac opinione uali diſsima, verùm etiam reſponſiones ad contra ria habentur. Cõis opin.

66 Secundò,quia quatenus dubitetur regu- lariter de iſta opinione,non tamen negari po teſt,quin certè ea procedat,quando ſumus in fideicommiſſo facto ab aſcendente, & agitur de admittendis ad illud deſcendentibus, vt hic. Et hoc fatetur etiam Dec. conſilio 217. comprobat multorum authoritate D. Conſu lens,& ſequitur Rota Bono. dicta deciſ.88.nu mero 3.Marzar. ad fideicom. ſubſtit. part. 2. q. 18. referens ſe ita conſuluiſſe in cauſa de Compoſtellis Baſciani, & ſecundùm eius con ſilium iudicatum fuiſſe per Excellentiſsimũ D.Torniellum,ac etiam aliàs ita deciſum fuiſ ſe per Rot. Florentinam, vt in motiuis eius lib.10.num.97.& lib.12. num.247. Tyb.De- cia.d.conſ.29.num.7. ubi poſt Ruin. Cepha- lum,Curt.Iun.Bero.& alios, concludit, quòd cùm in iſta materia ſint tres opiniones. Vna affirmatiua Gloſ.l.cùm ita.§.in fideicommiſ- ſo,de leg. 2. Alia negatiua Baldi in d.§. in fi- deicommiſſo.Tertia media iſtas concordans, videlicet, vt prima procedat quando tracta- tur de fideicommiſſo aſcendentis,& de ſucce dendo auo, uel patruo;Secunda verò quando agitur de ſucceſsione tranſuerſalium præter- quàm patrui; tenenda eſt iſta alias opiniones concilians, prout in ſimili ſæpè ſæpius aſſe- runt Doctores de diſtinctione ad concordiã reducente contrarias opiniones.

67 Tertiò indubitata eſt eadem opinio quan do non

do non agitur de excludendo aliquem à ſucceſsione, ſed tantùm quòd nepos concurrat cum patruo, vt hìc: quia tunc omnes firmiter adhęrent opinioni affirmatiuę, quæ fuit Gloſ. in d.§.in fideicom.& ſequa. de quibus ſupra. tenet apertè Alexan.conſilio 123.ſub numero 2.uerſ. Prętereà iura omnia. & præſupponit etiam conſilio 44.num.19. priore loco libro 1. 2. uerò lib.5.Soc.Iun. conſilio 20. numero 6.libr.3.Decia.d. conſilio 29.ſub numero 10.uerſ.Et præſertim & d.conſil.55.ſub numero 19.ad fin.uerſ.Et hanc etiam, & rurſus uerſ. Secundo quòd qui vult admitti.

68 Quartò, idem tenendum eſt in præſenti caſu, quia quando eſſemus in dubio propter antractum illarum opinionum, adhęrendum eſſet opinioni, quæ fauet nepotibus, qui prætẽdunt ſe ſubintrare in locum patris per repręſentationem, cùm iſta repreſentatio nitatur ęquitate.§.cùm filius, Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt.defer. & fundata ſit iure naturali. l.1.§.ſi filius.ff. de ſuis & legi. ac etiam diuino. Geneſ.cap.11.& ſeq. ubi Aran patruus admiſit Abraham nepotem ad ſucceſsionem Areę aui. Et in dubio ſemper ſumenda ſit interpretatio, quę innititur æquitati.l.in omnibus quidem, vbi Dec.& Cagn.ff.de reg.iur.l. placuit, vbi Iaſ. C. de iudic. l. Aemilius. ff. de minor. prout in terminis arguit Decia.d. conſil. 55. num.38.& ſeq.

69 Poſtremò, eſto pariter, quòd iſta opinio affirmatiua eſſet dubitabilis etiam in caſibus ſupra poſitis, & in quibus eam diximus, & tenemus indubitatam eſſe; adhuc in præſenti caſu pro ea iudicandum eſſet: quia, vt præſupponitur, nepotes ij, qui hac opinione nituntur, poſsident bona, de quibus agitur, cùm eis facta fuerit reſtitutio realis dicti fideicommiſſi, quo caſu in dubio pro poſſeſſore iudicandum eſt. §. commodum, Inſtit. de interdic. & quia rei ſunt. l.fauorabiliores.ff.de regul.iur. cum ſimilib. ac etiam quia, ſi non ſingula ſupra allegata per ſe tantùm ſufficiunt, cuius contrarium tenemus ex ſupra dictis, fatendum eſt ſaltem quod ſimul iuncta omninò iuuant.l.Spadonem.§. qui iura multa. ff. de excuſ.tut. Dec.conſilio 42.colum.3. verſ. Eſt verum, & alij mille aliis in locis vulg.

Vtì ſupra concluſum extitit reſpondi, ſubſcripſi, & ſubſignari iuſsi, ego Marcus Antonius Eugenius.I.C. Peruſinus.

CONSVLTATIO ſupra reddita per Excellentiſsimum D. Conſulentem, quem, non parùm glorior quandoque in auditorem acutiſsimum habuiſſe, & nunc maximè lætor perſpiciens ipſum Iureconſultum ac aduocatum celebrem, & Excellentiſsimum, & in reſpondendo de iure præſtantiſsimum, ac mihi virtutum magnitudine etiam atque etiam obſeruandiſsimum; in fauorem dictorum filiorum olim Ioannis Hieronymi Riueræ, & contra dictum Ioannem Loyſium ipſorum patruum, ac tantorum Iuriſprudentium authoritate roborata; uidetur mihi non modò æquitati, menti teſtatoris, veritati ac receptiſſimis traditionibus omninò conſona, verùm etiam ſummo ingenio, doctrina perilluſtri, & diligentia exactiſsima omni ex parte ita perfectè abſoluta, vt ad victoriam, & portum tutiſsimum iurium dictorum pupillorum nihil aliud vlterius deſiderari valeat, & ea propter ſimplex duntaxat ſit in propoſito ſubſcriptio adhibenda. Cæterùm, vt vim huiuſmodi conſultationis deguſtaſſe videar, & rogantium piiſsimę intentioni moremgeram, hæc pauca repetendo magiſquàm de nouo aliqua excitando in ipſius confirmationem ratiocinari nõ omittam; tum ex capite propriarum perſonarum dictorum pupillorum, quàm ex capite repręſentationis perſonę dicti eorum patris.

¶ Ex capite quidem propriarum perſonarum dictorum pupillorum, rectè ipſi ſunt admittendi, etiam in concurſu dicti ipſorum patrui ad dictum fideicommiſſum relictum per dictum Ioannem Carolum ipſorum proauũ in commodum filiorum dicti Martini.

¶ Primò, quia licet ſub nomine filiorum ex propria uerbi ſignificatione ex magis communi ſententia non veniant nepotes ex filio prędefuncto, iuxtà tradita per Dyn.Bartol. & alios, in l.liberorum.ff.de verb. ſignif.& latiſſimè in hoc congeſta, & firmata per Gabriel. in tit.de uerb.ſignif.concluſ.1.num.3. Attamen non eſt dubitandum ipſos ſub nomine filiorũ rectè venire, inſpecta iuriſprudentiũ interpretatione communiter recepta, vt per Gabriel.in d.concluſ.1.nu.3. *Cõis opin.*

70 Et indubitanter quando ſumus in diſpoſitione tantùm fauorabili. Gabriell.d.concl.1. numero 5.ubi numero 7.de magis communi teſtatur, qualem eſſe diſpoſitionem fideicommiſſariam, quando agitur ſolùm de capite uocatiuo non ambigitur, & ex allegandis in ſequenti medio tam clarum, quàm quòd clariſſimum fieri intelligetur. *Cõis opin.*

71 Secundò, quia in terminis, quòd ex vocatione filiorum in diſpoſitione fideicommiſſaria intelligãtur venire etiam nepotes ex filio pręmortuo, firmant Alex.conſilio 26.num.4. & ſequen.libro 3. Dec. conſilio 300.num. 8. Bero.q.112.Soc. Iun. conſilio 114 num.31. & conſilio 116.num.12.lib.1.& conſilio 146. numero 7.libr. 2. Gabriel. d. concluſ. 1. numero 7.

72 Tertiò, quia multo magis id recipitur quando fideicommiſſum iſtud procedit ab aſcendente, & huiuſmodi vocatio apparet facta in

ſta in futurum euentum: tunc enim filiorum appellatione intelliguntur vocari etiam nepotes ex filio, etiam ſi tempore fideicommiſsi relicti dicti nepotes non fuiſſent nec nati, nec concepti. vt per Alex. d. conſ. 26. numero 4. & aliis ſeq. & Dec. d. conſilio 300. nu. 8. & Soci. Iun. d. conſ. 146. nu. 7. & ſeq.

73 Quarto, & vltimo. Quia prędictis concurrentibus dicitur eſſe locus admiſsioni dictorum nepotum etiam ad concurſum patruũ: vt in terminis latè per Alexan. d. conſilio 26. num. 4. & ſequen. & Soc. Iun. d. conſilio 147. num. 7. Quę concluſio certè nullam admittere poteſt difficultatem, quando ex diſpoſitione teſtatoris conſtat ipſius intentionem fuiſſe per huiuſmodi fideicommiſſum prouidere ſuæ poſteritati in perpetuum, & in infinitum. Ruin. conſil. 35. num. 15. lib. 1. Quæ omnia in præſenti caſu concurrere, ex verbis teſtamenti prędicti fit clariſsimum.

74 Quinimò in præſenti caſu conſtat euidẽter ex ipſius verbis de huiuſmodi dictis teſtatoris intētione, dũ prohibuit dicta bona alienari etiam inter deſcendentes: meritò fit conſequens eius intentionem fuiſſe de dictis bonis participare, & frui quoſcunque ipſius deſcendentes, & ſic non tantùm filios, uerùm etiam nepotes ex filio prędefuncto, receptiſsimique iuris ſit in ultimis voluntatibus, & maximè in fideicommiſsis, teſtatoris mentem, ſpreta verborum proprietate, ſpectandam fore l. cùm quæſtio. C. de legat. l. cùm proponeretur. in fin ff. de leg. 2. l. cùm virum. C. de fideicom. cum concordantibus, ex uerbis apparentem. Pariſ. conſil. 77. num. 11. libro 2. Thob. Non. conſ. 8. num. 15.

75 Ex capite verò repręſentationis perſonę dicti eorũ patris dicta reſolutio eſt omnimodò iuridica, apparet, licèt enim in controuerſiã poni poſsit an in fideicommiſsis nepos ex perſona patris valeat rectè concurrere cum patruo, quando agitur de fideicommiſſo impoſito vel ab omninò extraneo, vel ab alio quàm à patruo, uel aſcendente: vt per Gabriel. in tit. de fideicom. concluſ. 3. num. 1. & ſeq. Attamen in fideicommiſſo proficiſcente ab aſcendente, remota omni penitus dubitatione, paſsim conceditur huiuſmodi repręſentationem rectè fieri ad pręiudicium patrui: vt ultra allegatos per dominum Conſulentem, & alios adiectos per Excellentiſsimum proximè ſubſcribentem, firmat Franc. Marz. conſil. 3. num. 3. Port. Imol. conſilio 111. numero 5. & Rol. à Valle, inter conſil. diuerſorum pro Triuultiis, num. 34.

Vt ſupra concluſum fuit reſpondi, ſub ſcripſi, & ſubſignari feci, ego Cæſar Fiumagiolius, V. I. D. Peruſinus.

76 VERISSIMAM, & ęquiſsimam ac menti ipſius teſtatoris conſonam eſſe exiſtimo concluſionem ſuperius firmatam ab Excellentiſsimo Domino Conſulente, & aliorum Iuriſconſultorum authoritate roboratam, ad fauorem Troiani, & fratrum. Tum quia filius, ſecundùm magis communem Doctorum ſententiam, ingreditur locum patris, & cum patruo concurrit in fideicommiſsis ab aſcendentibus relictis: vt abundè fuit per Dominum conſulentem deductum. & de magis communi vltra ſuperius allegatos, teſtãtur Vaſq. de ſucceſ. in 1. par. lib. 3. §. 27. limit. 30. nu. 17. Thob. Non. conſil. 4. num. 7. & Frãciſ. Burſat. conſ. 71. in princip. & conſil. 67. numero 9. lib. 1. & conſilio 170. ſub numero 1. libro 2. *Cõis opin.*

77 Tum quia etiam, ſi in propoſito themate filius non ſuccederet in locum patris; tamen dictus Troianus, & fratres debent ſaltem ad d. fideicommiſſum admitti iure tranſmiſsionis: quia licèt fideicommiſſum conditionale regulariter non tranſmittatur. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. toll. cum vulg. nihilominus ex voluntate teſtatoris fit tranſmiſsibile. vt latè habetur per Hier. Zanchum in repet. l. hęredes mei. §. cùm ita, in 4. part. num. 103. In pręſenti uerò caſu ex multis coniecturis colligitur, teſtatorem uoluiſſe huiuſmodi fideicommiſſum eſſe tranſmiſsibile ad nepotes Martini: quas coniecturas adeò plenè, & exactè deduxit, & conſiderauit Dominus Conſulens, vt omnis opera mea circa eas videatur eſſe ſuperuacanea: ideoque de ſimplici ſubſcriptione requiſitus, libentiſsimè ſubſcripſi, & proprio ſigno muniri curaui, ſaluo ſemper &c.

Marcus Antonius Seuerius V. I. D. Peruſinus in almo Peruſino Gymnaſio ordinarius Iuriſciuilis interpres veſpertinus.

SVMMARIVM.

1 FIDEICOMMISSVM cõditionale etiam reciprocum non cenſetur remiſſum per ſimplicem diuiſionem factam inter hęredes grauatos.

2 Fideicommiſſum conditionale nõ videtur remiſſum per diuiſionem factam inter hęredes grauatos, etiam ſi in illa adiecta ſit clauſula per diuidentes ipſos de nihil faciendo in contrarium

riam, nec de ueniendo contra diuiſionem, & de habendo eam ratam &c.

3 *Fideicommiſsi reciproci renunciatio in diuiſione, ex quibus non præſumatur.*

4 *Diuiſio bonorum latis uerbis, & clauſulis facta, operatur fideicommiſsi renunciationem.*

5 *Fideicommiſsum tollit clauſula appoſita in diuiſione, promittens ratum, & gratum, & maximè cum iuramento.*

6 *Fideicommiſſo vt videatur renunciatum, opus eſt, quòd uerba ſint valdè prægnantia; Et quòd reſpiciant futurum; Et quòd partes habeant notitiam fideicommiſsi.*

7 *Fideicommiſsi renunciatio induci uidetur per clauſulam illam in diuiſione poſitam, ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, & omnia & ſingula faciendum &c.*

8 *Fideicommiſſo renunciatum videtur, quando in diuiſione apponitur illa clauſula: quicquid deinceps placuerit perpetuò faciendum &c.*

9 *Fideicommiſſum remiſſum cenſetur, ſi in diuiſione dictum fuerit, quòd vnus alteri conceſsit pro ſe, et quibus bona concedere voluerit.*

10 *Fideicommiſſo diuidentes renunciare videntur, vbicunque in inſtrumento diuiſionis nihil ſibi reſeruant.*

11 *Fideicommiſſo videtur renunciatum, vbicunque in inſtrumento diuiſionis appoſita extat illa clauſula inter diuidentes, conſtituit fratrem diuidentem ſecum, tanquàm in rem propriam procuratorem, & in locum ſuum poſuit, vt proprio nomine liberè poſsit agere, petere, & excipere, & replicare, conſequi, & ſe tueri, & vti illis iuribus, quibus ipſe ante præſentem diuiſionem vti poterat &c.*

12 *Fideicommiſsi remiſsio videtur inducta, vbi fratres in diuiſione remitterent omne id, quod alter eorum habet, vel habere ſperat in parte alterius, & ei competit, & competere poteſt quocunque modo, iure, vel cauſa in bonis, & rebus peruentis in partem alteri ex ipſis contrahentibus.*

13 *Fideicommiſsi renunciatio ex eo inducta videtur, quando in inſtrumento diuiſionis apponitur illa clauſula, & promiſit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem reſeruare propriis ſumptibus, & expenſis.*

14 *Fideicommiſsi remiſsio inducta videtur ex clauſula in diuiſione appoſita, uidelicet, quòd ſi alicui ipſorum diuidentium de rebus, & poſſeſsionibus obuentis in partem quæſtio, & lis moueatur in totum, uel in partem &c. damnum inter eos pariter ſit, & eſſe debeat commune.*

15 *Fideicommiſsi remiſsio inducitur, vbi in inſtrumento diuiſionis adiecta ſit clauſula, renũciantes &c. omnibus aliis realibus, & perſonalibus legibus, iuribus, & auxiliis, & beneficiis in præſenti re competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram tempore aliquo non præſumant.*

16 *Iuramentum in inſtrumento diuiſionis appoſitum, inducit remiſsionem fideicommiſsi, cùm illud habeat vim expreſsi, & ſpecialis conſenſus, & ſpecialis clauſulæ derogatoriæ.*

17 *Iuramento, vel per iuramentum videtur renunciatum diſpoſitioni. l. de his. ff. de tranſact.*

18 *Fideicommiſſo videntur diuidentes renunciaſſe, vbi in diuiſione uerba generalia, & vniuerſalia forent appoſita: cùm diuidentes ipſi cenſeantur cogitaſſe in genere de huiuſmodi fideicommiſſo.*

19 *Fideicommiſsi materia æqua eſt, & fauorabilis, cùm per fideicommiſsi remiſsionem tollatur votum captandæ mortis, & ex ea non inducitur donatio, ex quo tantùm unus præſtat, quantum ſibi ab altero præſtatur, & tantùm vnus remittit, quantum ſibi ab alio remittitur.*

20 *Fideicommiſsi remiſsione, libera vnicuique tribuitur de rebus fideicommiſſo ſubiectis diſponendi facultas.*

21 *Fideicommiſsi remiſsio continet publicam vtilitatem, vt homines á delictis abſtineant.*

22 *Fideicommiſsi remiſsio ex quibus præſumatur.*

23 *Fideicommiſsi remiſsio licèt non præſumatur facta, vbi in inſtrumento diuiſionis non fuerit facta mentio teſtamenti: tamen non procedit hoc quando diuidentes, vel tranſigentes habuerint notitiam teſtamenti.*

24 *Scientia uera, uel præſumpta diuidentium quomodò colligatur remiſsiuè.*

25 *Iuramentum quando in diuiſione, vel tranſactione interpoſitum eſt, limitatur, l. de his. ff. de tranſact. non procedere.*

OPINIO DCCCXLV.

1 PER ſimplicem diuiſionẽ hæreditatis factam inter hæredes grauatos, non cẽ-ſetur fideicommiſſo conditionali etiam reciproco renunciatum. vt Bar. num. 10. in fin. & alij omnes uniuerſaliter concludunt, in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de uerb oblig. & in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. Alex. conſilio 21. Viſo compromiſſo, colum. 5. vol. 5. Corn. conſil. 102. Licèt in hac, vol 4. Capra conſ. 89. Quidam, col. 3. Creſcent. deciſ. 37 lib. 2. Boer. deciſ. 147. num. 2. Barbac. conſilio 48. Illud afferam in medium, vol. 1. Dec conſ. 267. Non excedit, in prin. Bero. conſ. 130. Ex inſtrumẽto, num. 1. uol. 2. & Gozad. conſilio 36. In facto, colum fin. & iſta eſt communis, & cõcors omnium opinio. teſte Bellon. conſ. 19 nu. 7. Dec. conſilio 29. colum. 2. & conſ. 86. col. 3. Alex. & Rip. num. 38. & ſeq. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. Pariſ. conſ. 46. num. 9 uolu. 2. Burſat. conſilio 64. num. 28. Rolan. à Valle, conſ. 34. Vidi dubia, num. 73. & ſeq. uol. 4. vbi reddit rationem. Roma. conſ. 403. Pro deciſione, num. 1.

Subſtitutio.

Cõis opin.

num.1.vbi D.Horat.Mandoſ.in add. in litera A.& Iacob. Philipp. Porc. ſeu potius Ant. Gabriell.concluſ.39.in princ.lib.2.

2 Quæ quidem communis eſt adeò uera,& indubitata,vt ſi extitiſſet promiſſum quoque in diuiſione per diuidentes ipſos hincindè de non contrauenienda,minimè præſumatur ullo modo remiſſum fideicommiſſum.ita Bart. in d.l.qui Romæ.§.duo fratres, in 2.quęſt. & Iaſ.conſilio 173.num 6.volum.4.qui atteuerat iſtam eſſe communem opinionem. Soc. Iun.num.87.& Rip.in d.§.duo fratres,numero 44.Bellon.in d. conſilio 19.ſub num.8. & Ruin.etiam conſilio 137.ſub num.6. uolu.2. & conſilio 92.ſub num.20.volum.3 Pariſ.in d conſilio 46.num.9.Boer.deciſ.147 num.9. & ſeq.Bero.d. conſilio 130. in princ.num.2. vol.2 Grat. conſil. 29. numero 29.volum. 2. Beccius conſilio 111. num.7. uolu. 1. Iacob. Mandell.conſil. 29. Pro diſcuſsione, ſub numero 14.& ſeq.Rolan.in d.conſ.34.num.75. & ſeq.vbi aſsignat rationem.& Ant.Gabriel. in d.concluſ.39.in prima ampliat.lib.2. *Cõis opin.*

3 Sed hoc de plano procederet,iudicio meo, vbicunque alter ex contrahentibus haberet multos filios tempore contractus,& ipſius diuiſionis,cùm fatuus tunc iudicari potuiſſet,ſi diuidendo voluiſſet fideicommiſſo renunciare, cùm ſua nullatenus intereſſet, & præſertim ſi eſſet vir prudentiſsimus, & in rebus agendis ſatis cautus: præſumēdum eſt abſque dubio,ipſum nullatenus ſenſiſſe,quòd eſſet fideicommiſſo renunciatum. quam quidem præſumptionem multum conſiderant Doct. poſt Gloſ.in l.1.& in l. cùm proponas. C. de pact.& in l.de fideicommiſſo. C. de tranſact. Bart.& alij in d.§.duo fratres.

¶ Nec non hoc ſortitur locum etiam, quādo in fideicommiſſo reciprocè facto diſcernitur,ac uerisimilis res extat,quòd ex vna parte poteſt locum obtinere,& ex altera non, vt quia vnus habeat filios, per quos fideicommiſſum deficiat, & alter nullos habeat filios, neque vxorem: tunc profectò fideicommiſſum minimè gentium poteſt dici per diuiſionem remiſſum.teſte Dec.conſilio 495. numero 20. quoniam inter ipſos fideicommiſſarios ceſſat ratio,propter quam conceſſum eſt à fideicommiſſo reciproco recedere, videlicet votum captandæ mortis. vt in d. l. de fideicommiſſo.

¶ Imò etiam fideicommiſſum in præſenti caſu remiſſum non cenſetur, quia reſultaret vtique tunc inter fratres diuidentes inæqualitas. teſte Dec.conſ. 86. ſub numero 4. Capra conſilio 89 num. 15.Grat. d.conſilio 29. ſub num.31.& ſeq. Iacob. Mandell. Albenſ. conſilio 29 num. 15.& Bertran. conſil. 21. in fin.volum.2.

¶ Secundò amplificatur quoque præmemorata communis, ubicunque ius adhuc natum non erat tempore ipſius diuiſionis; quoniam tunc non obſtantibus quibuſcunque clauſulis appoſitis in inſtrumento diuiſionis,ēt prægnātibus, & præſertim illis ad habēdum &c. cū promiſsione de euictione &c. & de non contrauenienda &c.& ex quacunq; cauſa cognita, vel incognita, cogitabili, ſeu incogitabili vſq; in præſentem diem &c.nullo modo cenſetur renunciatum iuri accreſcendi de nouo ſuperuenienti: ſecundùm Bart & alios iuris interpretes omnes vniuerſaliter in d.l.qui Romæ.§.duo fratres,Feder.de Sen cōſilio 228.Factum tale eſt,& Alex.conſil.107. In cauſa Nicolai de Campegio, num. 15. & 17.volum 4. vbi commemorat iſtam eſſe cōmunem opinionem. quam approbat Ruin. conſilio 137.vol.2. concludens ibi per huiuſmodi mutuam liberationem,& remiſsionem inter diuidentes vſque in præſentem diem de quacunque cauſa cogitabili, vel incogitabili non dici aliter renunciatum iuri accreſcendi, quod ea die natum non erat: quia verba illa generalia,atque prægnantia reſtringūtur vtique ad ea,quę de præſenti debentur, & ſic ad tempus præſens diuiſionis,& renunciationis. vt voluit Ant.Gabriel.cum aliis ſignatis per eum,in d.concluſ.39.ſub prima limit.licèt & malè quidem Boer.deciſ.147.num.12. & ſequen.ſentiat contrarium. *Cõis opin.*

¶ Imò hęc communis procedit etiam tēpore,quo fideicommiſſum erat delatum. ita Soc.Iun.conſ.126.num.122.vol.1.

4 Cæterùm communis iſthęc ita amplificata claudicat non ſortiri aliter locum ubicunque in ipſa diuiſione forent appoſita uerba ampla,pinguia,& ualdè prægnantia:tunc etenim cenſetur iuri fideicommiſsi futuri renunciatum. Nam generalitas, & plenitudo uerborum in huiuſmodi diuiſione, ſolet fideicommiſsi remiſsionem inducere. ut firmat Ioan.And.in add.Spec.in tit.de teſta.§.In primis, uerſ. Sed quid ſi fideicommiſſarius. cui innititur Alexā. in d.l.qui Romæ.§. duo fratres,colum.11.uerſ. Aduerte tamen & conſ. 62 num.4.uolum.7.Dec in d conſilio 86. numero 4.& conſil 287.In Ciuitate,colum. fin. Ant Gabriel.in d concluſ.39.libro 2. in 1.limit.Menoch.conſilio 87 num.78. & ſequen. Curt.Iun.conſilio 49.colum.5 Pariſ.conſ.71. ſimplex diuiſio, in princ. uol.3. & conſil. 46. In præſenti,colum.penult & fin.uolu.2.Ioan. de Neuizanis, conſ. 31.Tribue Deus ſermonem, num. 14. & Burſat. conſilio 86. Dominus Baptiſta,num. 12.ubi cum aliis aggregatis per eum ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem Ant.Gabriel.in loco præcitato, & Marzar in tract. materię fideicommiſſarię, in 3. part. quęſt.59.ubi admonet ita uidiſſe iudicari.ipſumque *Cõis opin.*

ſumque iudicaſſe etiam in Rota Florentina. & Menoch. conſilio 87. ſub numero 27. & ſequentibus.

¶ In contrariam uerò partem Inclinauit conſulendo ſubtiliſsimè, atque doctiſsimè D. Franciſ. Beccius conſilio 111. Etſi, uolu. 1. vbi amplè diſcurrit, & commemorat iſtam eſſe communem opinionem, ſub num. 25. quæ ſemper mihi placuit per rationes alibi commodius exprimendas: & tanto magis, cùm ventilato præſenti caſu aliàs in Rota Rom. nihil reſolutum extiterit. teſte D. meo Oradino deciſ. 249. *Cõis opin.*

5 Et iſtorum opinio eò facilius procederet, ſi interuenerit iuramentum in ipſa diuiſione: tunc abſque ſcrupulo aliquo videtur renunciatum fideicommiſſo. iuxtà tradita per Dec. conſilio 345. Viſis & per Rip. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 71. & Burſat. in d. conſilio 86. ſub num. 17. vbi demonſtrat iſtam eſſe communem opinionem. & Bero in d. conſ. 130. num. 38. licèt leuiter quidem Bertran. conſilio 76. colum. 2. & ſeq. volu. 1. & Ruin. conſ. 137. ſub num. 13. & ſeq. uolu. 2. contrarium aſſeruerint. *Cõis opin.*

6 Vndè aduerte, quòd ad hoc, vt ſit renunciatum fideicommiſſo, opus eſt primò, verba eſſe valdè prægnantia, vt ſupra oſtendimus; Secundò quòd ipſa uerba reſpiciant futurũ. vt no. Dec. conſilio 288. Bellon. conſil. 19 ſub num. 9. & Bero. in d. conſ. 130. num. 24. & cõſil. 132. Caſus de quo nunc agitur. num. 1. uolum. 2. Et tertiò, quòd partes habeant notitiam fideicommiſsi. ita Dec. conſ. 491. in 2. dubio, & Soc. Iun. conſilio 116. num. 50. vol. 1. & eſt communis opinio, atteſtante Bellon. d. conſilio 19. num. 10. Et tunc data ſcientia fideicommiſsi, hæres remittens non poſſet cõtrauenire: ſecundùm Soc. Iun. in d. conſil. 116. numer. 53. & Bologn. conſilio 32. Viſo igitur, in fine. *Cõis opin.*

¶ Eſt benè verum, quòd fideicommiſſo dicitur etiam renunciatum in inſtrumento diuiſionis, ſi in eo itidem reperiantur plures clauſulę reſpicientes ius de præſenti. ita D. meus Oradinus, deciſ. 269.

7 Secundò limitatur communis prænotata etiam, vbicunque in inſtrumento diuiſionis appoſita foret illa clauſula, Ad habendùm, tenendum, poſsidendum, vtendum, fructuandum, pignorandum, alienandum, & permutandum, & omnia & ſingula faciendum. quæ nempè verba ponderanda veniunt in quantùm in diuiſione conceditur facultas alienandi: nam per hæc verba ius fideicommiſsi remitti videtur, ſequuta maximè alienatione. vt per Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. quæſt. & Ang. in 5 quæſt. Alex. conſilio 185. Viſo & maturè diſcuſſo, colum. 3. vol. 2. Dec. conſil. 11. Et pro tenui, numero 7. Mohed. deciſ. 156. Chiſſanen. deciſ. 189. Crot. in d. §. duo fratres, col. 37. ver. Octauò quærit. vbi commemorat ſe in ardua quęſtione conſuluiſſe, & ex compluribus quidem fundamentis, quæ ibidem licet intueri, iſtã concluſionem corroborat. Corn. conſil. 144. Licèt, colum. pen. uerſ. Et licèt fortè, volu. 3. Octauian. Cacher. deciſ. 112. Petrus, ſub numero 17. Soc. conſ. 43. Viſo teſtamento Ser Roberti, colum. 1. & ſeq. vol. 4. Pariſ. conſ. 46. colum. pen. & fin. volum. 2. & pleniori manu conſilio 71. colum. 4. vol. 3. Soc. Iun. in d. conſilio 116. num. 54. Grauet. conſil. 24. colũ. 11. verſ. Tertiò poſito, vol. 1. Bero. d. conſ. 130. numero 22. & Alciat. conſ. 80. Generoſiſsimi Ludouici Richardi, num. 7. & ſeq. tomo 3. lib. 9. vbi in medium expoſuit iſtam eſſe communem opinionem, atque eam vtiliter declarauit. & Ant. Gabriel. etiam in d. concluſ. 39. in 4. limit. & Cephal. conſ. 371. In taſtamento, num. 23. & ſeq. uol. 3. *Cõis opin.*

8 Tertiò non ſortitur aliter locum eadem communis, vbicunque in diuiſione ipſa apponuntur illa uerba, quæ etiam ponderanda veniunt, Deinceps perpetuò placuerit & c. quibus profectò fideicommiſſo ſimiliter renunciari videtur. Nam cùm bona fideicommiſſo ſubiecta alienari nequeant. vt in l. fin. §. ſed quia. C. communia de leg. ſi fideicommiſſum non intelligeretur fore remiſſum, præmemorata verba eſſent ſuperuacuò adiecta, cõtra. l. ſi quãdo. ff. de leg. 1. & c. ſi Papa, de priuileg. in 6. & notatur per Bald. in rub. C. de contrahen. empt. in 9. quæſt. & per Cephal. cõſ. 330. ſub nu. 49. & ſeq. vol. 3. vtpotè quia non poſſent fratres alienare, & conſequenter facere quicquid ipſis placuerit.

9 Ad quod utique facit, quod ſcribit Ang. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 5. q. quòd ſi in diuiſione fuerit dictum, quòd unus alteri conceſsit pro ſe, & quibus bona prædicta concedere uoluerit, cenſeatur remiſſum fideicõmiſſum, per text. in c. 1. de feud. non haben. propr. natu. feud. Sed iſta uerba æquipollent illis verbis, Quicquid placuerit perpetuò faciendum. Sicut ergò per uerba hæc, ſecundũ Ang. ita pariformiter per illa uerba etiam intelligitur fideicommiſſo renunciatum: quoniam non refert modo aliquo, quid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. in princ. ff. ad Trebell. cum vulgaribus. & ita ex his, aliiſque efficaciſsimis rationibus firmat Crot. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. quæſt. & reaſſumit Soc. Iun. in d. conſ. 116. nu. 54.

¶ Et licèt trutinato præſenti caſu in Rota Rom. ſuperioribus annis, ſecundùm D. meũ Oradinum, deciſ. 249. Num fideicommiſſum habens clauſulas prægnantes, maximè illam Quicquid placuerit faciendum, cẽſeatur illi renunciatum? nihil ibi tunc reſolutum extitiſſe re

tiſſe recenſuit: tamen ex allegatis aliter non recedo à prædicta opinione ita roborata tanquàm veriſsima, quam ſequitur etiam, & cõmunem eſſe exprimit Menoch. conſ. 87. Quæ, num. 15. cum aliis ſeq uolu. 1. & Rolan. in d. conſil. 34. ſub numero 79. uol. 4. Cõis opin.

10 Quartò choarctatur etiam anteſignata cõis, vt non obtineat locum, vbicunq; diuidẽtes in inſtrumẽto diuiſionis nihil in eo ſibi reſeruant: tunc etenim cenſentur iuri fideicommiſsi derogare. vt tradit Pariſ. in d. conſilio 26. num. 52. & ſeq. vol. 2. ita ſimiliter quando nihil reſeruant hoc exprimẽtes in diuiſione, quòd eam faciant nulla reſeruatione facta, videntur fideicommiſſo renunciare, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. vt in l. & ſi contra. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. cum ſimilibus. ex natura præſertim orationis vniuerſalis. iuxtà regulam. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. & c. ſolitę, de maior. & obedien. & in his terminis tradit Pariſ. in conſilio 84 num. 7. uol. 4.

11 Quintò non extendit aliter uires ſuas prędicta communis, ubicunque in ipſa diuiſione appoſita foret altera infraſcripta clauſula, cuius uigore concludendum eſt, uel fideicommiſſo renũciatum, ſecundùm unam opinionem; uel ſaltem, ſecundùm alteram ſentẽtiam, non poſſe eum, in quem bona ſunt alienata, ullo modo inquietari, atque uexari, videlicet, quando illum in ipſa diuiſione, tanquàm in rem ſuam propriam procuratorem conſtituerit, & in locum, & priuilegium ſuũ poſuerit, & ammodò directo, proprioq; ſuo nomine occaſione dictarum rerum, & pro eo liberè poſsit agere, petere, excipere, & replicare, conſequi, & ſe tueri, & vti illis iuribus, quibus ipſe ante prȩſentem diuiſionem, vti potuerat &c. Et quòd iſthęc clauſula operetur præmemoratum effectum. ita uoluit Bar. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. quęſt. quem ibi communiter ſequuntur omnes. Bero. d. conſil. 130. num. 32. volum. 2. Iacob. Mãdell. d. conſ. 29. ſub num. 15. & Octauian. Cacher. decíſ. 112. ſub num. 17. Cõis opin.

¶ Et facit, quia per præallegatam clauſulam cenſetur data facultas alienandi, & liberè diſponendi. vt amplè deducit Pariſ. conſ. 46. In prȩſenti conſultatione, n. 23. & ſeq. uol. 2. idemq; poſt Corn. & Soc. quos allegat, firmat Socin. Iun. in d. conſilio 116. numero 60. Vol. 1.

¶ Augetq; etiam uim, & effectum remiſſionis fideicommiſsi uerbum liberè in eadẽ clauſula appoſitũ, quod ſignificat re ipſa nihil obſtante ſine contradictione alicuius, & non requiſito alterius conſenſu: ſecundùm Corn. conſilio 60. colum. 11. verſ. Et verba ſunt clara, & conſilio 106. colum. tertia, uerſ. Et quòd non dicatur, volum. 2. Curt. Iun. conſil. 11. num. 3. & Gozad. conſilio 91. num. 7.

12 Sextò claudicat etiam antedicta cõis non procedere, vbicũq; fratres in diuiſione remitterent omne id, quod alter eorum habet, uel habere ſperat in parte alterius. & ſic ex adiectione iſtius clauſulę in inſtrumento diuiſionis, quòd alter ex ipſis diuidẽtibus ceſsit omne ius, omnemque actionem, quod, & quam habet, & habere ſperat, & ei cõpetit, & cõpetere poteſt quocunq; modo, iure, vel cauſa in bonis, & rebus peruentis in partem alteri ex ipſis contrahentibus, inducta facilè uidetur fideicommiſsi remiſsio; quoniam uerba hęc videntur habere tractum in futurum: & conſequenter iuri futuri fideicommiſsi renunciatum videtur, ſi nulla cauſa trahens originem ex prȩterito appareat, ex qua diuidentes poſſint in dictis rebus ius prætendere in futurũ, niſi ius fideicommiſsi, de quo agitur. per ea quę tradit Bar. in d. l. qui Romę. §. duo fratres, in 6. quęſt. quem ſequuntur cõmuniter Doc. vt patet ex congeſtis per Alex. ibi col. antep. & Rip. nu. 78. & ſeq. Pariſ. conſ. 71. nu. 14. & ſeq. vol. 3. Alex. conſ. 8. col. fi. uol. 5. Rom. in l. 1. in 12. quæſt. C. quando non petẽ. par. Paul. Caſt. conſ. 448. col. fi. vol. 1. Aret. conſ. 92 col. pen. Caſſan. conſ. 31. Gozad. conſilio 53. colum. 2. Grat. conſ. 60. colum. 1. vol. 1. & conſil. 126. col. fi. uol. 2. & Curt. Iun. conſ. 23. col. 2. & ſeq. & conſ. 52. in fin. Cõis opin.

¶ Sed hoc utique non ſortiretur locum, ſi uerba illa remiſit unus alteri omne ius quod habet, vel habere ſperat &c. poſſent referri ad alias cauſas, ex quibus contrahentes ſperabant aliquod ius: tunc enim renunciare non dicitur etiam ſciens fideicommiſſo. ſecundùm Bartol. in dicta. l. qui Romæ. §. duo fratres, in ſexta quęſtione. Alexan. conſilio 102. Viſo themate ſupraſcripto, ſub numero 5 & ſequen. volum 6. ubi apoſtill. in litera A. & Gozad. conſilio 45. ante numerum 18.

13 Septimò renunciatio fideicommiſsi ex eo etiam reſultare uidetur, quando in inſtrumento diuiſionis ſubiicitur ea clauſula: Et promiſit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem cõſeruare propriis ſumptibus, & expenſis. per quam vtique clauſulam facilè inducitur renunciatio fideicõmiſſi. ut tradit Curt. Iun in conſ. 49. col. 5. Curt. Sen. conſ. 63. col. 16. ver. Quarta principalis dubitatio. & ſequitur Pariſ. in d. conſ. 71. nu. 9. Io. de Neuiz. in d. cõſ. 31. ſub nu. 14. Burſat. in d cõſ. 64. n. 32. Caputaquẽſ. decíſ. 34. lib. 2 & Menoch. in d. conſ. 87. ſub nu. 33. cũ aliis ſeq. vbi aſsignat rationes. Et faciunt tradita per Soc. in d. conſ. 43. col. 2. uerſ. Item & ſecundò multum operatur, & per Octauian. Cacher. decíſ. 112. ſub num. 17.

14 Octauò emanat etiam renunciatio fideicommiſsi ex alia clauſula in diuiſione appoſita, videlicet, quòd ſi alicui ipſorum diuidentium de rebus, & poſſeſsionibus obuentis in partem, queſtio, vel lis moueretur in totum, vel in partem &c. damnum inter eos pariter ſit, & eſſe debeat commune. per ea quæ ſcribit oc. Iun. in d. conſ 116. colu. 12. & Curt. in d conſ. 63. col. 17. ubi meminit hunc caſum eſſe indubitatum, & ſequitur Pariſ. in d. conſil. 71. num 9.

15 Nonò remiſsio fideicommiſsi ex alia et à clauſula colligitur in inſtrumento diuiſionis adiecta, renunciantes &c. & omnibus aliis realibus, & perſonalibus legibus, iuribus, & auxiliis, & beneficiis in preſenti re competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram tempore aliquo non præſumant: quæ quidem uerba tanquàm generalia, & habentia tractum in futurum (ſalua ratione recti ſermonis) nullo modo ſaluari poſſent, niſi remiſsio fideicōmiſsi induceretur. vt in propriis terminis concludit Cur. Iun. in d. conſ. 49. col. 5. & col. pen. nu. 14. Cephal cōſil. 330. Egregius teſtator, ſub nu. 48. & ſeq. vol. 3. & Menoch. conſ. 87. ſub num. 26. & ſeq. vol. 1. & facit illud quod de eadem clauſula diſcurrit Soc. Iun. in d. conſ. 116. col. 10. verſ. Tertiò, & probatur.

16 Poſtremò limitatur quoque prælibata communis, vt quemadmodum ex clauſulis prememoratis, & vnaquaque earum inducta videtur remiſsio fideicommiſsi: ita pariformiter iuramētum in inſtrumento diuiſionis appoſitum, preſtitumque plurimum attendi deberet: uirtus enim ſua operari videtur, vt perinde habeatur, ac ſi fideicommiſſo foret ſpecialiter renunciatum: nam iuramentum ipſum vim habet expreſsi, & ſpecialis conſenſus. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. notat Bal. in l. 1. col. 2. uerſ. Secundò quaritur. C. commo. & iuramentum habet etiam vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ. vt tradit Bal. in l. ſancimus, col. fi. C. de teſta.

17 Hocque confirmatur ex eo, quòd tradit Imol. in c. cùm contingat, colum. penul. uerſ. Circa quintam, de iureiur. vbi cōcludit, quòd per iuramentum cenſetur renūciatum diſpoſitioni. l. de his ff. de tranſact. refert, & ſequitur Alex. conſilio 11. colum. 4. uerſ. Poteſt & tertiò reſponderi, uol. 2 Corn. conſil. 240. colum. pen. uerſ Nec videtur, uol. 2. Soc. d. conſil. 103. col. fi uol 3.

18 Facit etiam quia ſub uerbis generalibus & uniuerſalibus, in quibus omnia includuntur. l is qui ducenta. §. vtrùm ff. de reb. dub. cum aliis vulgaribus, diuidentes uidentur in genere cogitaſſe de huiuſmodi fideicommiſſo. vt in l. qui ſurc. ff. de milit. teſta. ideò ſub generalitate cenſentur fideicommiſſo renunciaſſe, & præcipuè accedente iuramento, quod, vt docuimus, habet vim expreſsi, atque ſpecialis conſenſus. prout ex prædictis concludit Curt. in dicto conſil. 49. colú. fin. verſ. Accedit.

19 Ad hæc, quòd ex ipſa diuiſione emanauerit remiſsio fideicommiſsi, ſuadet preſens materia, quæ vtique æqua eſt, & fauorabilis: nam per fideicommiſsi remiſsionem tollitur occaſio, & votum captandæ mortis. vt in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. & notatur in dicta. l. qui Romæ. §. duo fratres, & in l. prima. C. de pact. nec ex ea reſultat donatio: quia tantum vnus præſtat, quantum ſibi ab altero præſtatur; & tantum vnus remittit, quantum ſibi ab alio remittitur. vt in l. cum proponas. C. de pact. & in l. pater puellæ. C. de inoffic. teſtamen. & in dicta. l. de fideicommiſſo. quæ decidit minoribus, tanquàm ex remiſsione fideicommiſsi non lædantur, in integrum reſtitutionem ullatenus competere. ubi Bartol. ſimiliter concludit inter fratres fideicommiſſum remitti poſſe, neque ex hoc minorem prætendere, allegareque poſſe læſum fore, quamuis hoc ei caſu damnoſum eſſe poſsit. & ſequitur Octauian. Cacner. decil. 112. ſub num. 16.

20 Nec non ex huiuſmodi remiſsione libera vnicuique tribuitur de rebus fideicommiſſo ſubiectis diſponendi facultas. quàm homines plurimum exoptare ſolent. vt in l. in re mandata. C. manda. l. non vſque adeò. ff. ſi quis à paren. fuer. manum. & l. ſicut. C. de act. & oblig.

21 Item cum taliter remittentes trahantur ab illa occaſione, & uoto captandę mortis. in hoc equidem verſatur publica vtilitas, vt homines à ſceleribus, & delictis abſtineant. l. congruit. ff. de offic. preſid. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam, cum vulgaribus.

¶ Et cùm hoc videatur eſſe utile reipublicæ, ſequitur utiliter, quòd nec quis poſſet pretextu minoris ætatis in hoc dici circumuentus. l. de fideicommiſſo, cum ibi not. C. de tranſact. ubi Imperator huiuſmodi remiſsionem magnoperè commendat.

22 Ideò ex his facilius preſumitur remiſsi, prout hæc accuratè quidem conſiderat Dec. in d. cōſ. 287. col. fi. Pariſ. d. cōſ. 71. col. fi. Soc. d conſ. 43. n. 14. & Soc. Iu. in d. cōſ. 116. nu. 68.

¶ Et præſertim fideicommiſſum ipſum cēſetur remiſſum etiam, vbicunque verba diuiſionis nil aliud operari poſſent, quàm fideicommiſsi remiſsionem. ita Bartol. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in ſexta queſtione. & ibi Crot. num. 127. Alex. conſ. 102. numero 6. uolum. 6. Bal. conſ. 440. Factum proponitur, colum. 2. uolum. 3. Aluin. conſ. 84. numero

mero 7.conſil.119.num.11.& conſil.144. numero 5.volum.2.Dec.conſilio 187.in fin. Socin.Iun.conſil.116.num.50.& 74. volum. 1. & Pariſ.conſil.71.num.14.vol.3.

23 Et quamuis prædictis obſtare quodammodò uideatur, quòd non teneat hæc fideicommiſsi remiſsio, vbicunque in inſtrumento diuiſionis non fuerit facta mentio teſtamenti, nec adiecta illa uerba inſpectis, cognitiſque uerbis teſtamenti, iuxtà normam.l.de his.ff.de tranſact.tamen ea non obſtat modo aliquo, nec vendicat ſibi locum eo caſu, quo diuidentes, vel tranſigentes habuerint ſcientiam teſtamenti. vt uoluit Bartol. in 4.quęſt. quem alij conformiter, & uniuerſaliter ſequuntur in d.l. qui Romæ.§. duo fratres. & idem Bar.& poſt eum cæteri omnes in d.l. de his, Alexan.in d.conſil.11.colum.5.uol. 2.& conſ.76.colum.5.vol.3.Octauian.Cacher.in d.deciſ.12.num.20.& Pariſ.in d.conſ.46. numero 20.vol.2. Cõis opin.

24 Sed de vera, vel præſumpta ſcientia ipſorum diuidentium non obſcurè dicitur apparere ex his, quę ſuperius deducta ſunt, & ex traditis vbertim per Rip.in d.l.qui Romæ.§. duo fratres, num.53.cum aliis ſeq.

25 Secundò limitatur etiam d. l. de his, minimè procedere, vbicunque in ipſa diuiſione ſeu tranſactione interpoſitum foret iuramẽtum. vt patet ex his quæ tradit Alex.in d.cõſil.11.col.4. verſ. Poteſt & tertiò reſponderi. Corn.conſ.240.col.pen.verſ.Nec videtur, uolu.2.Soc.in d.conſ.103.col.fi.Iaſ.in d.l.de his n.11.& ex aliis quæ ſupra ad hoc deduximus.

¶ Et quãuis iſthæc renunciatio ſufficiat quidem generalis, & preſertim vbicunq; ea cũ iuramento celebrata extitiſſet, ex allegatis authoritatibus: nihilominus D.Frãc.Bec. in d.conſ. 111.nu. 35.cum aliis ſignatis per eum, uidetur ſentire contrarium, quòd d. l. de his, in ſpecie renunciari debeat cum iuramento, & non aliter, nec alio modo. tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli aliter recedere à prima opinione iam relata, & roborata, tanquàm ſacroſancta, & in iure fundatiſsima, quã ſequitur etiam, & tuetur ſacer Senatus Pedemont.in p̄memorata deciſ. 112.nu.20.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO fideicommiſſaria facta à patre in dote filię, quatenus eſt eius legitima, nullo modo valet, niſi aliunde filia de bonis paternis habeat, ex quibus legitima detrahi poſſit.*

2 *Fideicommiſſum relictum á filia, quatenus eſt bonorum ſubſidium, non ualet, neque tenet.*

3 *Fideicommiſsũ iniunctũ filię de dote ſua, quò ad legitimã ſuam eſt nullum, ẽt ſi debeatur piæ cauſæ.*

4 *Subſtitui per fideicommiſsum non poteſt filię in dote ſua, etiam ſtante ſtatuto filias dotatas á ſucceſſione excludi mandante.*

5 *Subſtitutio vulgariter facta per patrem filię in dote ſua ualet; ſecùs verò in ſubſtitutione facta à patre filię in dote per fideicommiſſum tantùm.*

6 *Subſtitutio fideicõmiſſaria nõ eſt ꝓpriè ſubſtitutio.*

7 *Subſtitutio fideicommiſſaria non comprehenditur ſub diſpoſitione ſtatutaria de ſubſtitutione mentionem faciente.*

8 *Subſtitutio fideicommiſſaria eſt onus à teſtatore impoſitum ei cui ſit.*

OPINIO DCCCXLVI.

1 SVBSTITVTIO fideicõmiſſaria facta à patre in dote filiæ, quatenus eſt eius legitima, non valet, neque tenet, & apparet nulla, vana, & penitus fruſtratoria, niſi aliũde filia ipſa habeat de bonis paternis, ex quibus legitima detrahi queat. prout ita conſtanter, cõmuniterq; firmant oẽs iuris interpretes poſt Dy.& Bar.in l.fi.§.filię.ff.de leg.2. & in l.Lucius.§.maritus.ff. ad Trebel. & Bal. in l.quoniã nouella.nu.8. C. de inof. teſta. & in l.cũ uirum.C.de fideicõ. vbi ſe aliàs cõſuluiſſe ita aſſeuerat, prout re ipſa ſic conſuluit conſ.59.uol.2.& conſ.79.vol.4. Cõis opin

2 Imò concludit, ſtabili quidẽ fundamẽto, Dy.in l.à filia petiit.ff.ad Treb. fideicõmiſsũ relictũ à filia, quatenus eſt bonorũ ſubſidiũ, nullatenus ualere, per l. quoniã in prioribus. C.de inof.teſt.& hoc dictũ Dy.recẽſuit Cy.in l.vnica.§. uideam'.C.de inof. teſt.& poſt eos ita decidit.Io.And.in add.Spec. in tit. de inſtru.edi.in §.cõpendioſè, in add.incip. Sed incidit alia quæſtio, in fi.& ita pariter determinauit Guid.Pap.deciſ.613.ubi prorumpit ita ſeruari in Curia parlamenti Gratiõopol. & ſic itidẽ uidi cõſultũ, reſponſumq; ſubtiliter, & profundè quidẽ de præſenti anno 1581.extitiſſe in quadam cauſa vertente in Ciuitate Reatis, ad fauorẽ cuiuſdã Simonis, per D. Põpeium Leonardiũ iuriſconſultũ Reatinũ, cuius conſilio me quoq; ſubſcripſi diffuſo quidẽ calamo, antea ſubſcripto à compluribus illuſtribus DD. Aduocatis curię Romanæ.

3 Quæ quidẽ cõis adeò uera diſcernit, vt ea amplificari hilariter poſsit ꝓcedere ẽt, vt dato, ꝙ fideicõmiſsũ debeatur pię cauſæ, adhuc huiuſcemodi fideicõmiſſaria ſubſtitutio nulla, & inualida ſimiliter ſit. Nã ſicut talis dos cẽſetur data filiæ loco legitimę, ſecundũ Bar. & cõiter omnes alios in l.Titio centũ.§.Titio genero.ff.de cond. & demon. Bal. in l. ſancimus.C.de nupt.& Iaſ.conſ. 43. & huiuſmodi dos habeat quoque omnes qualitates legitimę. teſte Paul.Caſtrenſ.conſ.129.col.fi.ſecundũ antiquam impreſsionẽ. & cõpertũ nẽpe Cõis opin.

etiam ſit, quòd in legitima filij grauari mini mè poſsint. d. l. quoniam in prioribus, Roma. conſ. 185. uol. 2. & Dec. conſ. 613. in ult. dub. ubi hoc amplificat quoque locum ſortiri, etiã ſi fideicõmiſſum deberetur piæ cauſę. quod uoluit etiam expreſsè Soc. conſ. 1. col. 2. uol. 4. Pariſ. conſ. 26. col. 3. uol. 2. & conſ. 81. eod. uol. & Rolan. à Valle conſ. 25. nu. 5. uol. 1. ita pariter fideicommiſſum iniunctum filiæ in dote ſua quò ad integram legitimam ſuam eſt nullum: etiam ſi deberetur pię cauſæ. cùm talis dos habeat omnes qualitates legitimæ: ut per Paul. Caſtrenſ. in pręcitato conſ. 129.

4 Secundò ampliatur eadem communis, idem eſſe, ſtante ſtatuto filias dotatas à ſucceſsione excludi mandante: quia adhuc talis dos cenſetur data loco legitimæ, & in ea mini mè poteſt filiæ per fideicommiſſum ſubſtitui, cùm hoc caſu ſtatutum non ſimpliciter primò excludat filiam, & deinde mãdet dotari: ſed dotatam tantùm excludit. ita Dec. conſil. 106. & Cephal. conſ. 145. ſub num. 22. uol. 1.

5 Cæterùm interpretantur prædicta omnia, ut ea locum obtineant in ſubſtitutione facta à patre filiæ in dote per fideicõmiſſum tantùm: ſecùs uerò ſi uulgariter foret ſubſtitio facta: quia cùm ſit hoc caſu in poteſtate filię adire, uel non adire, ſubſtitutio ipſa uulgariter facta in dote ualebit. ut per diſtinctio nem Dyn. iudicatũ eſſe commemorat Guid. Pap. in d. deciſ. 613. & ita firmat etiam Mattheſil. in ſing. 163. Nota pulchram doctrinã. cum alijs congeſtis ibi per Apoſtill. ubi explanat etiam iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

6 Interpretantur etiam pręmiſſa utiliter quidem, ſubſtitutionem ipſam fideicommiſſariam non fore propriè ſubſtitutionem. ſecũdùm communem opinionem Glo. & aliorum in rub. ff. de uulg. & pupill. ſubſtit. ubi Ripa, num. 10. ſequitur, & non obſcurè atteſtatur iſtam communem. *Cõis opin.*

7 Et hinc non immeritò infertur, ſubſtitutionem fideicommiſſariam, cùm ea nõ ſit propriè ſubſtitutio, nullatenus comprehendi in ſtatuto de ſubſtitutione mentionem facien te. ita Paul. Caſtrenſ. & Alex. in rub. C. de impub. & alijs ſubſtit. & Cagnol. in l. precibus, num. 37. cum alijs ſeq. eod. tit. ubi ad lucem adducit hanc communem eſſe opinionem. pro cuius quidem robore, & firmitate multa inibi etiam utiliter effundit. *Cõis opin.*

8 Et de hoc mirandum certè non eſt: quoniam ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt onus à teſtatore impoſitum ei cui fit. l. cohæredi. §. cùm filię. ff. de uulg. & pupill. ſubſtitut. & l. ex tribus. C. de inoff. teſtam. Ioan. Crot. conſ. 35. num. 2. & conſ. 143. num. 1. & Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 31. Difficilis. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO facta ſi ſine filijs decedat, expirat ſi decedat relictis filiabus: niſi expreſsè dictũ ſit de filijs maſculis: ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis appareat.*

2 *Subſtitutus filius, uel agnatus, de maſculis tantùm intelligitur ſubſtitutio: etiam ſi ſubſtitutio facta non eſſet fauore agnationis; ſecus uerò ſi eßet ſubſtitutus extraneus.*

3 *Subſtitutio facta ſi ſine filijs decedat, ſortitur locum etiam in nepte.*

4 *Subſtitutio facta de liberis, comprehendit etiam nepotes ex filia.*

5 *Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes in ſubſtitutionibus.*

6 *Subſtitutus facta ſubſtitutione ſuccedit excluſis filiabus ex coniecturata mente teſtatoris, uidelicet vbi filij maſculi eſſent hęredes uniuerſales inſtituti, & filia fœmina inſtituta in re particulari.*

7 *Subſtituti per nomina propria, deficientibus inſtitutis, eſſent iſti uocati cæteris pręferendi, tanquàm magis dilecti.*

8 *Subſtitutio facta ſi ſine filijs decedat, intelligitur tantùm de maſculis, & pręſertim vigente ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant, ex quo voluit teſtator huic ſtatuto ſe conformare.*

9 *Subſtitutio eſt interpretanda, vt ſit conformis ſtatuto.*

10 *Teſtator non ſeruans formã ſtatuti diſponentis, quòd ſtantibus maſculis fœminę dotatæ non ſuccedant, apparenſque illum apertè receßiſſe à ſtatuto, pręſumendum eſt, non uoluiſſe aliter ſe cum ſtatuto ipſo conformare.*

11 *Teſtator vt pręſumatur ſe ſtatuto conformare, opus eſt, quòd ſtatutum loquatur ſpecialiter in caſu illo, de cuius interpretatione agitur, & non aliás.*

OPINIO DCCCXLVII.

1 SVBSTITVTIO facta ſi ſine filiis decedat, expirat ſi decedat relictis filiabus: niſi expreſsè dictum ſit de filiis maſculis. Et ratio ea eſt, quia appellatione filiorum continentur indubitanter tam maſculi, quã fœminæ. ita Anchara. conſilio 120. numero 3. Alexan. conſilio 38. per totum, uolumine 6. & conſ. 17. numero 9. & ſequen. uolum. 7. & eſt text. in l. quiſquis. ff. de uerborum ſignific. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſtam. tut. in l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de leg. 2. in l. Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. & notant Doct. in c. Raynaldus, ext. de teſtam. & in l. 1. C. de condit. inſer. Curt. Sen. conſ. 43. Curt. Iun. conſ. 39. nu. 9. & ſeq. Soc. conſ. 39. uolu. 1.

Ruin.

Ruin.conſil.140. numero 3. conſilio 141. in princ.& conſilio 142.num.2.uol. 2. vbi aſſeuerat illam conditionem, ſi deceſſerit abſque filiis, comprehendere etiam filias: quoniam maſculinum poſitum in conditione concipit re ipſa tunc fœmininum. Ruin. conſ. 147. in prin.uol.2.Alex.conſ.55.num.9.uol.3.& conſil.53.num.14.& ſeq.vol.4.quod eſt conſ. Ludouici Bolog.Doct.in l.ex facto. §. ſi quis rogatus.ff.ad Trebell.& in l.ſed ſi ſic.§. liberos. ff.de in ius uocan.Dec.conſil.15.num.1. conſilio 299.num.11.conſ.318.num. 1.conſilio 370.num.1.conſ.480.num. 1.& conſ.568.numero 4.Ioan.de Anan.conſ.22. Paul. Caſtrẽ. in l.1.C.de condit.inſer.Curt. Sen. conſ. 44. & conſ.63.num.8.qui prorumpit ibi iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin. Soc. Iun. etiam conſ.158.nu.47.uol.2.& conſ.13.nu.20.uol. 3.Iaſ.conſ.142. vol.2. Alciat. in trac. de præſump.reg.3.p̃ſumpt.32.Crot.conſ. 17.n.38. Soc.in l.cùm auus. ff. de cõd.& demon.Cor. conſ.83.num.3. uolum. 1.conſ.66.uolum.2. & conſ.202.uol.3. Ruin. conſilio 93. & conſ. 152.uol.2.conſ.115.num.3.& conſil.124.numero 5.vol.3.Pariſ.conſ.41.num. 43. uol. 3. & amplè Cephal.conſ.45. num.9. uol. 1. ubi congerit alios Doct. hanc opinionem amplectentes tanquàm magis communem.

¶ In contrariam uerò ſententiam, videlicet, quòd vbicunque foret ſubſtitutus filius, vel agnatus, tunc de maſculis tantùm intelligatur, ex quo cenſetur facta ſubſtitutio fauore agnationis, & vt pariter bona conſeruentur in familia: ſed quando eſſet ſubſtitutus extraneus, eo nempè caſu appellatione filiorũ contineantur non ſolùm maſculi, verùm etiã fœminæ, inclinarunt Paul. Caſtrenſ. conſilio 79. Dec. conſilio 495. & conſilio 674. in fin. Curt.Iun.conſ. 11. ante num. 7. conſil. 111. num. 16. & conſilio 139. num. 16. in fin.Iaſ. conſilio 140.vol.2.Alexan.conſilio 52.vol.4. quod eſt conſ.Barbac.Soc.conſilio 6. & conſilio 14.uol.3.Curt.Sen.conſ. 51. & conſil. 73. Crot.conſ.1.conſilio 13. & conſ. 104. Iacob. Mandell.Albenſ.conſil. 19. Caſus iſte. Corn. conſ.146.volum.2.Calcan.conſil. 47. Alber. Brun.in tract. quòd ſtantib. maſc. fœm. non ſucced.art.5.nu.28. & hanc opinionem tanquàm communem exprimit Curt. Iun. conſilio 35. numero 1. Cõis opin. ſequi à modernioribus Doct. & eam vti communem amplectitur quoque Dec.conſ.514.Gozad.conſil.89. Bertran.conſ.113.num.4.conſ.114.num.5. conſilio 115.num.13.& conſil.116. num.2. uol.2. vbi teſtatum reliquit hanc diſtinctionem Paul. Caſtrenſ. tanquàm canonizatam inter Doct. ſemper in conſulendo, & iudicando ſequutum extitiſſe. & hoc idem repetit quoq; conſilio 120.num.12.eod.uol.Soc.Iun. conſilio 1.num.114.uolum.1.conſil.168.num.84. uol.2.& conſ.87.uol.3.& Grat.conſ.55. & ſequen. vol. 2. vbi fatetur ingenuè quidem ita vidiſſe aliàs conſultum.

2 Imò in fortioribus, durioribuſque terminis, quòd etiam opinio iſthæc communis locum ſortiatur, etiam ſi nõ extitiſſet facta ſubſtitutio fauore agnationis, firmauit Paul. de Caſt.conſilio 358.Soc.in d.l.cùm auus.Fulg. in d.l.1.C.de condit.inſer.& conſ.18. & conſ. 38.Dec.conſ.70. conſ. 468. & conſ. 514. qui conſuluerunt in teſtatrice. & Soc. Iun. conſ. 168.nu.84.uol.2.& conſ.81.vol.3. & Rolan.à Valle conſ.82.num. 33.vol.3.

3 Quæ omnia ampliantur itidem vendicare ſibi locum in nepte, ex quo appellatione filiarum includuntur quoque neptes, ne ſit melioris conditionis neptis, quàm filia, contra l.ſi viua matre. C.de bon. mater. & l. liberorum.ff.de uerb. ſignif. vt oſtendit Curt. Iun. conſil.35.num.2.

4 Quoniam veniunt indubitanter quidem in ſubſtitutione facta de liberis nepotes ex filia.ita Dec.in c.in præſentia, col.26. de prob.

5 Et quòd appellatione liberorum ueniãt nepotes in ſubſtitutionibus, firmant Alexã. conſ.5.Circa primum dubiũ.uol.3.& cõſ.87. viſo themate, vol.6.Soc.conſ.17. Caſus, & cõſil.51.nu.10.uol.4.& Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens, in 2.lect.in 4.notab.ff. de lib. & poſth. ubi non obſcurè deducit iſtam eſſe communem opinionem, ac ita conſuluiſſe Bononię in cauſa de Calice. Cõis opin.

¶ Etiam ſi diceretur ſine filiis legitimis, & naturalibus: nam iſto caſu ſimiliter fœminæ includerentur. ut concludit Alex.cõſ. 55. põderatis his quæ in themate narrant̃, uol. 3.

¶ Etiam ſi eſſemus denique in conditionibus: ſecundùm Alex.in d.conſ.55.& Soc.Iun. conſ. 126.nu.14.uol.1.

6 Cæterũ limitatur primò anteſignata cõis; vbi ex coniecturata mẽte teſtatoris aliud appareret, vt q̃n filij maſculi extitiſſent hæredes vniuerſales inſtituti, & filia fœmina inſtituta extitiſſet in re particulari, ſi foret facta ſubſtitutio: tunc vtique intelligerentur uocati filij maſculi, non autem fœminę, & ſtantibus fœminis, & non maſculis, ſubſtitutus abſque dubio ſuccederet excluſis filiabus: ſecundùm Curt.Iun.conſ. 112. num. 5. Et ratio eſt palpabilis: quia apparet euidens coniectura, quòd voluit teſtator conſeruare bona in familia. ita Paul.Caſtren.in d.l.1.C.de cond. inſer.Pariſ.conſ.49.uol.2.& conſ.76.eod. volu. & conſ.53.nu.27.& 34.vol.3.Cephal. conſil. 16.num.44.vol.1.& Soc.in d.l. cùm auus. ff. de cond.& demon.

7 Claudicatque ſecũdò eadem communis etiam non procedere, quando aliqui uocati forent ad ſubſtitutionem per nomina propria; vel per nomina propria eſſent

inſtituti,quibus deficientibus eſſent ſubſtituti alij, quòd iſti vocati forent cæteris præferendi.l.cùm ita.§.in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.quoniam præſumerentur dubio procul magis dilecti:ſecundùm Bartol. in d. §. in fideicommiſſo.

8 Limitatur quoque tertio loco præmemorata communis, vbicunque vigeret ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: tunc enim intelliguntur vocati maſculi tantùm:ex quo facilè præſumitur teſtatorem eo caſu habuiſſe mentem, inclinationemque conformem ſtatuto. ita Anchar. in l.tres fratres.ff. de pact. Alex. in l.Gallus. §.quidam rectè,in fin. ff. de liber. & poſth. & in l.hæredes mei.§.cùm ita. ff. ad Trebell. & conſilio 127.uol.1.Iaſ.in l.ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om. iudic. & in d. l. tres fratres, Canoniſtæ in c. Raynutius, extra de teſtam. Curt.Sen. conſilio 52. Curt. Iun. conſ. 116. num.9. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſump.32.num.1.Soc.Iun.conſ. 1. numero 113.vol.1.Corn.cõſilio 197. volum.1. Soc. conſ.280.volum.2.& conſ.51.uol.4. Iaſ. in l. qui filiabus.ff.de leg.1.Ruin. conſ.4. volu. 2. Curt.Iun.in tract.feud.in 3. part. principali, ſub num.15.Dec.conſ.495.numero 14.& cõſilio 145.num.3.& ſeq.Ioan.Dilect. in tract. de arte teſtandi,tit.5.cautela 17.num.2. Cephal.conſ.45.num.2.uol.1.Bart.in l.hęredes mei.§.cùm ita,num.4.& ibi alij omnes. ff. ad Trebell.Imol.in l.fin.ff. de condit. & demon. Alex.conſ.15.num.3.volum.4.Fulgoſ. conſ. 34.colum.2.Brun.de ſtat.exclud.fœm.art.5. q.12.& Iul.Clar.in §.teſtamentum,quęſt.76. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

9 Et ratio aſsignari poſſet iſthæc: nam ſtatutum faciens, conſtituenſque differentiam inter maſculos, & fœminas, eodem modo eſt interpretanda ſubſtitutio, vt ſit conformis ſtatuto:ſecundùm Bart.in d.l. hęredes mei.§. cùm ita.Fulgoſ.conſ.34.Alex.conſ.15.vol.4. & Soc.in d.l.cùm auus.ff.de cond. & demon. & conſ.54.& ſeq.vol.4.

10 Sed iſthæc vltima communis limitatio ita explanata,& approbata choarctatur primò vtiliter quidem non ſortiri locum, quando conſtaret teſtatorem non ſeruaſſe aliter formam ipſius ſtatuti:ſecundùm Ruin.conſ. 120.num.16.verſ.Non obſtat,uol.1. & conſequenter teſtator non ſeruando ſtatutum pręmemoratum,apparendoque manifeſtè receſſiſſe à ſtatuto ipſo, minimè dici poſſet, quòd credendum ſit, ipſum teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum ſtatuto. vt firmauit Corn. conſilio 24 colum.fin.vol.2.Gozad.conſ. 53. mum.18.& Octauian.Cacher.in deciſ. Pedemon.23.num.41.

11 Secundo claudicat eadem communis limitat io, vt ea minimè locum obtineat, quado uerba teſtatoris uiolarentur: tunc enim cenſetur, quòd potius voluerit ſe conformare cum iure communi, quàm cum ſtatuto.vt concedit Pariſ. conſilio 78. numero 25. uol.2.

12 Tertiò, vt cenſeatur teſtator ſe ſtatuto conformare, neceſſe eſt, quòd ſtatutum loquatur ſpecialiter in caſu illo,de cuius interpretatione agitur,& non aliter, nec alio modo. vt amplè diſcurrit, atque reſoluit Iacob. Mandell.de Alba conſ.81.num.34.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVENS alicui agnato, vel cognato alios proximiores agnatos, vel cognatos, ex tali ſubſtitutione præſumuntur vocati illi agnati, vel cognati, qui erant proximiores teſtatoris, non autem proximiores ipſius ſubſtituti grauati:ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis ſit.*

2 *Teſtator vocans ad fideicommiſſum proximiores, vbi non ſtat ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, ueniunt tunc hi, qui, iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſsionis proximiores ſunt, quamuis reſpectu natur ę ſint ulteriores gradu.*

3 *Filia eſt proximior patruo, cùm ea ſit in primo gradu, & patruus, & ſic frater ſui patris in ſecundo.*

4 *Proximiorum appellatione veniunt tam maſculi, quàm fœminæ in fideicommiſsis.*

5 *Proximioribus uocatis, hi veniunt, qui ſecundùm diſpoſitionem ſtatuti, iuri communi contrarij, ab ab inteſtato præferuntur.*

OPINIO DCCCXLVIII.

1 SVBSTITVENS alicui agnato, ſeu cognato alios proximiores agnatos, vel cognatos, nunquid ex tali ſubſtitutione pręſumãtur vocati illi agnati, vel cognati, qui erant proximiores ipſius teſtatoris, an autem proximiores ipſius ſubſtituti? Aliqui Doct. non mediocris authoritatis conſtanter aſſeuerarunt, quòd cenſentur vocati proximiores ipſius teſtatoris:quoniam in dubio præſumitur teſtatorem eos magis dilexiſſe, & iſtam explicauit communem omnium fore opinionem Hierony.Gabriell conſilio 121. Ludouicus inſtituit hæredes,ſub num.10.& ſequen. volum.1.Bertran.conſ.37.num.6.uol.1. partis primæ,conſ.151.num.3.vol.4.conſ.79.numero 2.uol.5. conſ. 328. num.7. uolum.6.& Cõis opin.

con-

conſilio 48. num. 7. uol. 7. & Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi, tit. 5. caut. 21. num. 3. licèt prudenter quidem aduertat ibi tutiorem, ſecurioremque rem eſſe, vt teſtator ad euitandam perplexitatem, & altercationem vtatur in ſubſtitutione pręfata verbis claris, pellucidis, atque perſpicuis, ex quibus planè colligi queat mens, & voluntas ſua.

¶ In contrariam verò partem inclinauit conſulendo doctiſsimè, & ſubtiliſsimè quidē Soc. Iun. conſilio 126. uolum. 1. vbi concludit, quòd attendi meritò debeat proximitas ſubſtituti grauati, non autem teſtatoris. vbi ſub num. 56. commemorat quoque hanc opinionem eſſe re ipſa magis cõmunem, & pariter nefas fore etiam ab ea tanquàm ſacroſancta recedere in iudicando. cui aſſentitur quoque Gozad. conſilio 4. num. 17. & poſt numer. 31. verſ. Ad ſextum, & ſeptimum, & meminit itidem communem. & Rolan. etiam pleniori manu conſ. 100. Quoniam Magnificus Dominus Octauianus, num. 1. cum aliis ſeq. vol. 1. prout iſta eſt ueritas, & ita iudicari poſſet tuta conſcientia ex variis rationibus, & authoritatibus, quæ in præſentiarum breuitatis ſtudio ſupprimuntur, & tanto magis cum illas viderim ad ſaturitatem vſque per Rolan. in d. conſ. 100. per totum, trutinatas, atque diſcuſſas, & per Hiereny. Gabriell. in d. conſ. 121. ſub num. 10. cum aliis ſeq. Cõis opin.

2 Et hinc non ſit tibi vnquàm in obliuione, quòd vbicunque nõ uigeret ſtatutum excludens fœminas dotatas, ſtantibus agnatis, ſi teſtator vocaret ad fideicommiſſum proximiores, venirent tunc vtique hi qui iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſsionis proximiores forent, quamuis reſpectu naturę eſſent vlteriores gradu. ita Gloſ. & Imol. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, in fin. ff. de leg. 2. Rip. in l. ex facto, nu. 7. ff. ad Trebell. Alex. ad Bartol. in l. ſi cognatis, in uer. Quaro. ff. de reb. dub. Bald. conſilio 488. vol. 3. Iaſ. conſilio 215. colum. 5. uolum. 2. Ant. Rub. Alexā. conſilio 82. colum. fin. Brun. conſ. 191. numero 10. volum. 2. Ant. Gabriel. in concluſ. 1. de ſucceſs. ab inteſtato, num. 4. & nouiſsimè Sim. de Pret. conſ. 37. num. 11.

3 Et ſic vbicunque teſtator legauit rem aliquam alicui, & poſt eius mortem voluit illam remanere proximioribus in gradu ipſius teſtatoris: tunc ſi concurreret frater, & filia eiuſdem teſtatoris poſt eius mortem ad legatum prædictum, ſeu fideicommiſſum, illud indubitanter deberet eſſe filiæ, quæ eſt proximior fratre, & ſic patruo. quia filia eſt in primo gradu, & frater in ſecundo. l. 1. & l. iuriſcõſultus. §. 2. ff. de grad.

4 Et eo caſu exploratum eſt proximiorum appellatione venire, tam maſculos, quàm fœminas in fideicommiſsis: ſecundùm Dec. conſil. 269. num. 4 & Pariſ. conſilio 88. numero 12. uol. 2.

5 Si verò adeſſet ſtatutum iuri communi contrarium, tunc proximioribus uocatis, hi veniunt, qui ſecundùm diſpoſitionem ſtatuti, ab inteſtato, ręfererentur. vt concedunt iuris interpretes omnes in d. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, & in l. fin. C. de uerb. ſignif. Anchar. conſilio 433. num. 2. Corn. conſilio 27. num. 11. volum. 2. Soc. conſilio 51. num. 26. volum. 4. Socin. Iun. conſilio 135. numero 4. uolum. 1. & Bero. conſilio 144. numero 11. volum. 2. & optimè Brun. conſilio 151. numero 14. & ſequen. volum. 2. Quæ opinio quamuis contradictores habeat, quando verbis pręfatis addita ſunt uerba (ſalua gradus pręrogatiua) teſte Dec. conſ. 1. colum. fi. nihilominus tamen iſthęc contradictio in puncto iuris vera aliter non extat. vt probat Sim. de Pret. in d. conſilio 37. num. 25. & ſequen. & illa communis, & magis recepta, apertiſsimè diſcernitur. Cõis opin.

¶ Tum quia proximiores ſimpliciter vocantur, vt probatur ex authoritatibus adductis: tum etiam quando vocantur gradatim proximiores: ſecundùm Alex. conſilio 88. numero 4. & conſ. 137. in princ. uol. 1. Iaſ. conſilio 159. num. 4. uol. 4. Paul. Caſtrenſ. in l. fin. colum. fi. C. de uerbor. ſignif. & Dec. conſilio 299. in fine.

¶ Et ratio eſt nempè euidens, & palpabilis, quoniam cenſetur teſtator prædiligere, & vocare ad ſucceſsionem, vel ad fideicommiſſum non eos, qui naturæ gradu inſpecto proximiores ſunt, ſed qui ſunt proximiores reſpectu ſucceſsionis. affirmantibus Doct. in l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de liber. & poſthum. & in d. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, & in l. fin. C. de uerbor. ſignif.

¶ Vndè fit vt proximioribus vocatis, veniant illi qui tales ſunt reſpectu ſucceſsionis ab inteſtato, iuxta diſpoſitionem iuris, quod in loco ſeruatur. teſte Bal. conſ. 334. numero 3. uolum. 3. Dec. conſilio 321. nu. 3. Brun. in d. conſ. 151. nu. 14. vol. 2. Soc. conſil. 252. ante num. 18. vol. 2. & conſilio 51. ante nu. 20. volum. 4. & Corn. in d. conſilio 27. numero 15. uolu. 2.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO facta vltimo morienti in tota hæreditate operatur hunc effectum, vt hęredes tacitè inuicem ſubſtituti videantur: & ex tali ſubſtitutione videtur inductum inter inſtitutos reciprocum fideicommiſſum.*

2 *Subſtitutio ultimo morienti facta facit videri hæredes tacitè inuicem ſubſtitutos. quod procedit in deſcendentibus, non autem in extraneis.*

3 *Sub-*

3 *Subſtitutio facta in tota hęreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis, verificatur in perſona unius tantùm.*

4 *Subſtitutus admittitur purificata conditione in perſona vnius tantúm, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua.*

OPINIO DCCCXLIX.

1 SVBSTITVTIO facta vltimo morienti in tota hęreditate, facit uideri hæredes tacitè inuicem ſubſtitutos, & ex huiuſmodi ſubſtitutione cenſetur abſque ſcrupulo aliquo inductum reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. vbi Bartol. & poſt alios latiſsimè Rip. in l. hęredes mei. §. cùm ita, numero 14. ff. ad Trebel. & ita conſuluit Crauet. conſilio 113. numero 1. & iſta eſt uera, communiſque opinio, vt in medium explicarunt Moder omnes in d. §. cùm ita. eamque interpretes ferè omnes, ea ratione cõfirmãt, quòd paria uidentur nonnulla fieri poſt mortem omnium, uel ultimò morienti. l. codicillos. ff. de uſufruc. legat. Paul. Caſtren. in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. Alex. in l. pater impuberes. ff. de uulg. & pupill. ſubſtit. Curt. Iun. conſilio 11. num. 5. & conſilio 16. num. 5. & ſtrenuè quidem hanc ſententiam confirmat Soc. Iun. conſilio 180. num. 8. cum aliis ſeq. vol. 2. poſt Soc. Seniorem in d. §. cùm ita. ad lucem adducens etiam iſtam eſſe communem opinionem: cui innititur quoque Pariſ. conſ. 43. num. 53. vol. 2. *Cōis opin.*

2 Sed iſthęc communis interpretatur primò, ſyncerè quidem procedere in deſcendentibus ipſius teſtatoris, in quibus militat pręſumptio, de qua in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. & in l. cùm auus. ff. de condit. & demonſt. ſecus tamen foret in extraneis, in quibus ceſſat ſanè talis pręſumptio. vt explicant non obſcurè Doct. in locis præcitatis, & ita expreſsè ſentit Soc. conſilio 249. colum. 6. volu. 2. & Soc. Iun. in d. conſ. 180. num. 2. vbi hanc eſſe communem opinionem enodatè deducit, & Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemõ. 110. De anno. num. 12. de eadem communi fidem facit, & ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe, vt per eum. *Cōis opin.*

3 Secundò ſimiliter declaratur eadem cõmunis locum non ſortiri vllo modo, vbicunque reperiretur facta ſubſtitutio in tota hęreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis, & talis conditio verificatur in perſona vnius tantum: nam tunc in eius portione admittitur vtique ſubſtitutus: & iſta eſt uera, communiſque opinio, atteſtantibus interpretibus iuris omnibus in l. penul. C. de impub. & aliis ſubſt. & eſt text. in l. fi. §. filium. ff. de leg. 2. & in l. Lucius. §. Caius. ff. ad Trebell. Bart. & vniuerſaliter omnes, præſertimque Rip. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, & Pariſ. etiam poſt alios aggregatos per eum, conſ. 42. nu. 21. vol. 2. *Cōis opin.*

4 Hæcque declaratio adeò uera eſt, vt ea amplificari facilè queat, vt ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua, adhuc fore etiam communem omnium opinionem, quòd admittatur ſubſtitutus purificata conditione in perſona vnius tantùm. & ita aſſeuerat Alex. in dicta. l. penult. vbi reiicit opinionem Paul. Caſtren. Et pro hac ſententia communi reſpondit cõſulendo Alex. conſilio 91. colum. 3. volu. 1. & conſ. 2. uol. 3. Iaſ. conſ. 41. uol. 1. Crauet. conſilio 109. num. 1. uolum. 1. Crot. conſ. 143. numero 38. & Iacob. Mandell. conſilio 31. qui adducit rationes diuerſitatis inter memoratam ſubſtitutionem factam vltimò morienti, & factam poſt mortem plurium, ſeu omnium. & hoc idem firmat Alciat. quoque in conſilio ſeq. 32. poſito ibi, & inter ſua conſilia, conſilio 39. Conſultationibus uiſis, cum duobus aliis ſeq. tomo 3. lib. 9. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO facta illorum de domo, & progenie, non comprehendit fœminas, ſed ſolummodò maſculos.*

2 *Fœminę licèt ſint de domo, & agnatione, tamen illa in illis finitur; cúm ramuſculis, & frondibus, & non ſtipiti comparentur.*

3 *Statutum, vt maſculi excludant fœminas, uidetur conditum ratione agnationis conſeruandę, quę ſolummodò per maſculos conſeruatur.*

4 *Familia, ſeu domus, in qua uoluit teſtator bona ſua conſeruari, reſtringitur ad deſcendentes ſuos maſculos.*

5 *Cippus domus in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos, in quibus familia conſeruatur, etiam excluſa filia fœmina, quę tranſit in alienam familiam.*

6 *Subſtituti ubicunque ſunt omnes agnati, tunc illi gradatim admittuntur.*

7 *Subſtituens teſtator domum de Viniis, omnes tunc vocantur ad ſucceſſionem de illa domo.*

8 *Teſtator pręſumitur in dubio uoluiſſe conſeruare dignitatem ſuę agnationis, mediantibus ſuis diuitiis, ſine quibus familia ſordeſcit.*

9 *Pauperes non facilè ad dignitates eliguntur.*

10 *Paupertatis diffinitio.*

11 *Fideicommiſſum relictum etiam ſub expreſſione nominis collectiui debetur quò ad partem illius hæredis, in cuius perſonam fuerit adimpleta conditio.*

12 Fidei-

12 *Fideicommiſſi conditionem deficere facit etiam filia, ſi in conditione ſi ſine filijs &c. non exprimitur de maſculis.*

OPINIO DCCCL.

1 SVBSTITVTIO facta illorum de domo, & progenie, non comprehendit aliter fœminas: ſed tunc ſolummodò maſculi ſunt vocati, & non fœminę ipſæ, & ſic neptis ex filio excluditur: nam domus pro agnatione accipitur. ſecundùm Corn. in proprijs terminis conſil. 26. Videtur dicẽdum, vol. 4. Cõis opin. vbi aſſerit ita eſſe communem vſum loquendi. & ſic conſuluit etiam accuratiſsimè quidem Cephal. conſil. 581. Fideicommiſſum de quo quęritur, vol. 4. & Gozad. conſil. 79. Viſo proceſſu vtriuſque partis, num. 6. cum alijs ſequẽ. licèt & malè contrarium velit Curt. Iun. conſil. 49. num. 3. & 6. Soc. Iun. conſ. 94. num. 8. & ſeq. vol. 1. & Pariſ. conſ. 35. vol. 3.

2 Et potiſsimum hoc locum de plano ſortitur, vbicunq; in loco vigeret ſtatutum, quòd maſculi excluderent fœminas: quod quidẽ ſtatutum conditum extat, vt familia, & domus conſeruetur, quæ duntaxat per maſculos conſeruatur: ſecũdùm Iac. de Are. & Cyn. in l. publico. C. de adult. Bald. & alios omnes in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & Goz. d. conſilio 79. ſub num. 7. vbi non obſcurè deducit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 Quia & ſi fœminæ de domo, agnationeq; ſint; nihilominus tamen illa in illis finitur. & allegat Corn. in loco præcitato Bar. in l. pronunciatio, in fin. ff. de ver. ſignific.

4 Quare verbum hoc domus, & familia, in qua voluit teſtator bona ſua conſeruari, reſtringitur ſyncerè quidem ad deſcendentes ſuos maſculos per l. cùm prætor. ff. de iud. iuncta l. ſi ſeruus plurium, in fin. ff. de leg. 1.

5 Vnde ſi filij alicuius ex inſtitutis hæredibus ex primo capite ſubſtitutionis, per quã ſui fratres extent inuicem ſubſtituti, ſi quis decederet ſine filijs maſculis, ſaltem admittendi ſunt ex ſecunda ſubſtitutione de cippo prędicto domus facta, ſi omnes ipſi hæredes decederent ſine filijs maſculis. Nam vulgare hoc nomen cippus domus, in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos: & conſequenter intelligitur de agnatis, in quibus familia conſeruatur, etiam excluſa filia fœmina, quæ trãſit in alienam familiam. teſte Paul. Caſtrenſ. in l. fin. C. de ver. ſignific. Corn. conſ. 55. ſub num. 6. vol. 1. & Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtan. tit. 5. de ſubſtitutionibus, cautela. 22. ſub num. 2.

6 Et vocantur ex huiuſmodi ſubſtitutione proximiores agnati. d. l. fin. & l. hæredes mei. §. cùm ita, & ibi Doc. ff. ad Trebel. & ſic proximiores ipſi, & ſi omnes dicantur ſubſtituti, tamen gradatim admittuntur ad bona. teſte Bar. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. & Alciat. conſil. 35. Eſt diffusè conſultum, ſub num. 20. & ſeq. tomo. 3. lib. 9. & facilè probatur in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.

7 Eſt benè verum, quòd ſi teſtator ſubſtitueret domum de Viuijs, omnes tunc indubitanter vocarentur ad ſucceſsionem. ſecundùm Bart. in l. vnica, de conductoribus, & procuratoribus, ſiue exactoribus prediorum fiſcalium, lib. 11. cui accedit Curt. in d. l. precibus, col. fin. & Iaſ. in l. fin. C. de ver. & rerum ſignificat. ſed illi admittuntur gradatim, vt ſupra docuimus.

8 Ex quo facilè præſumitur, teſtatorem voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis mediãtibus diuitijs ſuis, ſine quibus familia ſordeſcit. l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt. Soc. conſ. 90. Abundè, col. 1. vol. 1. & And. Sicul. conſ. 57. Clementiſsimum, col. 11. vol. 4. & dignitas familiæ diuitijs conſeruatur, & propter inopiam perit. l. 1. ff. de cuſt. reor. l. ſi credi. ff. de priuileg. cred. & in auth. de defenſ. ciuit. & in auth. ut omnes obed. iud. in princ. & Aug. in l. br. de Ciuit. Dei, aſſerebat per diuitias conſeruari decus & honorem in familia. & plura ad hoc propoſitum ſcribit Barbac. in rub. de ſucceſ. ab inteſt.

9 Non enim facilè eliguntur ad dignitates pauperes. Et inde eſt illud Satyricum.

Haud facilè emergunt, quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi. Nam
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cẽſus honores
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet;
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

10 Imò Terentius in Phormione ita paupertatem definire depingereq; grauibus admodum verbis, atque expertis ſtudet. Paupertas mihi onus viſum, & miſerum, & graue: Virgo pulchra, & quò magis diceres, nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: capillus paſſus; nudus pes; ipſa horrida; lachrymæ; veſtitus turpis: vt ni vis boni in ipſa eſſet forma, hęc formam extinguerent. licèt aliter ipſam paupertatem diffinire ſtudeat D. Cornel. Benincaſ. in tract. de paupertate, in 1. quæſt. num. 37. cum alijs ſeq.

11 Itaque filij inſtituti proximi ſunt agnati, & per conſequens admittendi, vt ſubſtituti ad partem alicuius ex filijs maſculis decedentis, perinde ac ſi ſoli prædefuncto ſine filijs fuiſſent ſubſtituti: quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria pluralitas reſoluitur in ſingularitatem. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. Et fideicommiſſum relictum duobus, etiam ſub expreſsione nominis collectiui, debetur quò ad partẽ illius hęredis, in cuius perſona fuerit adimpleta conditio. d. l. hæredes mei. §. cum ita.

12 Sed hoc nimirùm claudicat non ſortiri aliter locum, vbicunque in conditione ſi ſine filijs &c. non exprimeretur de maſculis: vtpotè quia fideicommiſsi conditionem deficere facit etiam filia, ſi in conditione non exprimitur de maſculis. ita Roman. conſ. 148. Viſis themate, ac ſupra conſultis. Alex. conſ. 55. Ponderatis his, quę in themate narrantur, ſub num. 6. uolu. 3. conſil. 38. Perſpectis, uolum. 6. & conſ. 17. circumſpectis, uolum. 7. Curt. Sen. conſilio 44. & conſilio 103. Corn. conſilio 91. volum. 1. & conſilio 202. & conſilio 230. volum. 3. Dec. conſilio 370. Viſo teſtamento, conſilio 568. Domina Daria, & conſilio 570. Caſus, & Curt. Iunior cõſilio 49. Habita, & conſilio 156. & cõſilio 169. In cauſa uertente.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO exemplaris nullum in ſe recipit onus, cùm ſubſtituti exemplariter non poßint aliter grauari; ſecùs uerò erit in pupillari ſubſtitutione, quę recipit grauamen.*

OPINIO DCCCLI.

1 SVBSTITVTIO exẽplaris facta ſecundùm formam. l. humanitatis. C. de impub. nullũ in ſe poteſt recipere onus, ſeu grauamen, & ſic ſubſtituti exemplariter nõ poſſunt pacto aliquo grauari, cùm principaliter habeant bona à lege, & non à teſtatore, qui tenebatur illos ſubſtituere. iuxta communem opinionem omnium trutinatam in d. l. humanitatis. Nam ſicut contingit in legitima, in qua filius grauari nequit. l. quoniam in prioribus. C. de inoſ. teſtam. ita pariter occurrit in huiuſmodi ſubſtitutione. Et hanc opinionem confirmat Dec. conſilio 371. colum. 3. uerſ. 4. vbi concludit, quòd ſi in teſtamento ſorores ſubſtitutæ, poſt eorum mortem forent grauatæ onere fideicommiſsi, ex hoc ſolummodò colligi, quòd ſubſtitutio ſororum non fuerit exemplaris, per rationem huius uerę, & communis opinionis. & ſequitur quoque Soc. Iu. conſ. 103. num. 21. & ſeq. uolu. 1. & Rolan. à Valle conſil. 68. num. 68. uol. 4. Secùs tamen erit in ſubſtitutione pupillari, quę recipit grauamen, cùm ſubſtitutus ex ea habeat bona ab eo, qui potuiſſet alium ſubſtituere. vt per Doct. omnes communiter in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fin. ff. de lega. 1. Dec. in d. conſ. 371. col. 3. & Rolan. in d. conſ. 68. ſub numero 68.

Cõis opin. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO compendioſa per uerbum commune filio impuberi facta, cõtinet pupillarem ſubſtitutionem directam: ſecundùm unam communem opinionẽ: licèt contraria ſententia, quòd ſubſtitutio hęc ſit omni tempore fideicommiſſaria, ſimiliter communis appareat.*

2 *Subſtitutio pupillaris ſub compendioſa contenta matrem excludit, ſi perſona, cui eſt facta in pupillari ętate decedat: ſecundùm unam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia non eſt omni tempore fideicommißaria, quando mater ad ſecundas nuptias tranſiuit viuente filio impubere.*

4 *Animę damnatorum, virtute propria, non cognoſcunt, nec ſciunt ea quę in ſæculo peraguntur, & ſic facta uiuentium.*

5 *Animę exiſtentes in purgatorio ignorant facta, geſtaque uiuentium.*

6 *Animę defunctorum nondum beatę, exiſteteſque in purgatorio notitiam habent eorum, quę in ſęculo aguntur, vel per animas ad eas quotidie deſcendentes, vel per Angelos, ſeu dæmones, uel ſpiritu Dei reuelante.*

7 *Animę damnatorum, ſeu exiſtentium in purgatorio, ita ſunt pœnis oppreſſæ, vt non curent facta uiuentium ſcire.*

8 *Animas exiſtentes in purgatorio Deus viſitat, & conſolatur per Angelos ſuos.*

9 *Animę Beatorum in contemplatione diuinę eſſentię, in qua omnia relucent, cognoſcunt facta, ac geſta uiuentium, quia ſunt Angelis ęquales, qui facta mortalium non ignorant.*

10 *Animę Beatorum, etiam quòd cognoſcant geſta uiuentium, & eorum infortunia, non afficiuntur ob hoc dolore, nec moleſtia aliqua.*

11 *Anima Beatorum orationes, preceſque noſtras, tã verbis expreſſas, quàm corde conceptas intelligunt in verbo.*

12 *Iniuria non infertur filijs ex tranſitu ſuæ matris ad ſecundas nuptias: cùm licitę ſint ſecundę, tertię, & deinceps nuptię, & iniuriam non inferat, qui ſuo iure vtitur.*

13 *Subſtitutio compendioſa facta in re certa, nunquã comprehendit pupillarem ſubſtitutionem.*

OPINIO DCCCLII.

1 SVBSTITVTIO compẽdioſa facta per uerbum cõmune filio impuberi, continet re ipſa pupillarem ſubſtitutionem directam: ſecundùm Gloſ. in §. qua ratione, inſtit. de pupill. ſubſtit. in uer. Exemplum,

plum, Bart. Alexã. & alios vniuerſaliter in l. Centurio.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit. ubi Iaſ. ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. Dec. in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſtit. qui cateruatim recenſuit alios Doct. hanc ſententiam amplectentes, quam intonat ſeruari in practica Guid. Pap. deciſ. 521.& ita conſuluit Bertran conſ. 26. dudũ, vol. 1.& conſilio 223. ponitur in facto, & conſilio 276. viſo puncto, eod. vol. & eidem communi accedunt etiam Canoniſtæ in c. Raynutius,& in c. ſi pater, de teſtam. & pro iſta opinione eſt text. in l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. ff. de condit. & demon. & in d. c. ſi pater. Et ratio ea eſt: quia quod determinatur ſecundùm curſum temporis, variato tempore, variatur & illud quod determinatur. l. pretia rerum. §. fin. ad leg. Falcid. l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de leg. 2.& l pen. C. de vſur.

Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicet quod ſubſtitutio facta per uerbum commune filio impuberi, ſit omni tempore fideicõmiſſaria, inclinauit Gloſ. in d. l. Centurio, in d l. precibus, in d. c. Raynutius,& in d c. ſi pater. quam quidem opinionem aſſerit Bart. tempeſtate ſua fuiſſe communem in d. l. Centurio, & conſ. 8. Factum tale, conſ. 22. Homo. conſ. 54. Angelus, & conſilio 241. pater filio. & eam ſimiliter vocat communem Bal. in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit & conſilio 350. In conſulendo ſemper tenui, uolum. 4.& conſil. 175. uol. 5. Oldr. conſ. 99. factum tale eſt. Ang. conſ. 97. Viuianus, & conſilio 125. Hoc eſt teſtamentum. Et ratio, quã adducunt ad hanc opinionem tuendam, ea eſt, quòd ſubſtitutio reſpiciens plures perſonas, interpretatur ita,& taliter, vt ſit vniformis omnibus perſonis. d. l. iam hoc iure. & arguendo de perſonis ad tempora, concludunt quòd ſubſtitutio reſpiciens plura tempora, debet neceſſariò interpretari, vt ſit vniformis omnibus temporibus. vt l. ſi plures. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & conſequenter illa ſemper nimirùm diſcernitur fideicommiſſaria, ex quo debet eſſe vniformis omnibus tẽporibus, & etiam quia minimè debet fieri diuiſio volũtatis. l. eum qui. §. fi. ff. de his quib. vt indig. nec debet demum una,& eadem res diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. & c. maioribus, de præben. & huic opinioni aſſentitur etiam Pet. de Vbal. conſ. 29. numero 12. poſito inter conſilia ultimarum uoluntatum, volu. 1. dummodò iſta ſubſtitutio compendioſa facta per uerbum commune, emanata ſit ſine temporis diſtinctione, qui in medium reſerauit ita ſemper conſuluiſſe.

Cõis opin.

¶ Sed quicquid præmemorati Doctores ſuadeant, non foret vtique tutum in deciſiuis recedere à prima Bar. & ſequacium opinione, tanquàm communi,& ſacroſancta, vt iſta ſubſtitutio valeat vt pupillaris intra tempus pupillaris ætatis, poſtmodùm uerò ualeat vt fideicommiſſaria. vt firmat etiam Rip. in d. l. Centurio, num 117. in fin. Curt. Iun. conſilio 86. num. 3. Chriſtophor. de Caſtelliono conſ. 58. num. 2. & ſeq. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum, vol. 1. Natta conſ. 68. numero 7. vol. 1. Dec. conſil. 643. num. 4. Iaſ. conſ. 129. Factum ſic ſe habet, uolum. 1. Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi, tit. 5. cautela 6. Ioan. de Neuizanis conſil. 53. Vbi Chriſtus non eſt fundamentum, num. 6. & ſeq. Couarru. in c. Raynutius. §. 9. num. 17. de teſtam. & circumſpectiſsimus D. Sfortia Oddus in ſuo fertili tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in 5. par. de compendioſa facta pagano, qui directò poſt pubertatem, teſtandi priuilegium non habet, art. 3. partic. 5. & abſoluimus ſupra in Opinio. 842. hoc eod. lib.

2 Quæ quidem communis ita extricata, claudicat, ſecundùm Bart. in d. l. Centurio, numero 27. non ſortiri aliter locum, matre exiſtente in medio: quia tunc ipſa ſubſtitutio venit interpretanda fideicommiſſaria omni tempore. ita etiam Gloſ. in d. l. Centurio, & in d. l. precibus. Bal. in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam. conſ. 350. & conſilio 392. uolum. 4. & conſilio 475. uolum. 5. Ang. conſ. 97. & hoc fauore matris, ne excludatur à luctuoſa hæreditate filij. l. penult. C. de inſtit. & ſubſt. cum in dubio illa interpretatio ſumenda eſt, quæ facit pro matre. l. qui duos. §. 1. ff. de reb. dub. & l. fi. C. de inſtit. & ſubſt & huic opinioni accedit quoq; Dec. in d l. precibus, & Bal. in d. l. iam hoc iure. §. 1. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. qui exprimit, & planè deducit eam eſſe communem, habereque etiam magnam æquitatem. Bal conſilio 12. volum. 2. & conſ. 175. uolu. 5. Ang. conſilio 13. Ant. de Butr. conſ. 53. Ang. in tract. de teſtam. in Glo. in uer. In pupill. col. 11. verſ. Quæro quando compendioſa. Papienſ. in forma libelli quo ag. ex ſubſtitutione, in ver. Compendioſa, colum. 5. uerſ. Nunc autem. Anan. cõſilio 97. & Bolog. in add. Fulgoſ. conſilio 33. vbi aiunt huiuſmodi opinionem frequentioribus votis, tam Antiquorum, quàm Modernorum approbatam eſſe. cui innititur quoque Corn conſilio 93. uolum. 3. Aret. conſilio 115. in fin. Alex. conſilio 17. volum. 7. & conſilio 12. num. 10. vol. 3. fuſiſsimè D. Sfortia Oddus etiam in d. tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in 5. par. ſub 3. artic. 5. partic. & Afflict. deciſ. 367. ubi prorumpit ita iudicatum extitiſſe in Sacro Concilio Neapol.

Cõis opin.

¶ In contrariam tamen ſententiam, uidelicet, quòd iſthæc ſubſtitutio excludat etiam matrem exiſtentem in medio, ſi decedat filius in pupillari ætate, ex quo dicitur pupillaris; inclinarunt Salyc. Alexan. & alij in d. l.

Centu-

Centurio. Gloſ. in d. §. qua ratione, inſtit. de pupill. ſubſtit. Oldr. conſilio 123. apta conſil o 7. Imol & alij in c. Raynutius, de teſtam. Paul. Caſtrenſ. conſilio 111. conſil. 247. & cõſilio 254. Corn. conſilio 187. vol. 1. conſ. 114. & conſilio 316. vol. 3. ubi deducit iſtam eſſe communem & conſilio 322. eod. uol. & conſilio 28 eod. uol. & conſil. 28. volu. 2. Cuma. cõſilio 2. in fin. Bertrã. conſil. 126. vol. 1. & conſ. 65 & 277. vol. 2. & Rolã. à Valle cum aliis cateruatim relatis per eum, conſilio 69. numero 3. cum aliis ſeq. volum. 1. ubi corroborat cõmunem ipſam efficaciſsimis rationibus. & Ripa etiam in d. l. Centurio, ſub num. 118. & eam in practica ſimiliter obſeruari ſcribit Guid. Pap. deciſ. 521. & ſequitur denique etiã Couarru. in d. c. Raynutius, de teſtam. §. 9. in fin. & Cephal. cum magna caterua Doctorũ relata per eum, conſilio 524. Caſus iſte ſatis eſt frequens, num. 27. uolum. 4. in quibus locis commemorant iſtam opinionem contra Bartol. eſſe magis communem, ac ei inhærendum eſſe in iudicando, & conſulendo & iſta eſt ueritas, vt oſtendimus ſupra in d. Opin. 842. hoc eod. libro. Cõis opin.

¶ Nam ſubſtitutio compendioſa facta per uerbum commune, continet pupillarem expreſſam uerbis generalibus. d. l. precibus. & potentior eſt fauor pupilli, ne ſine teſtamẽto decedat, quàm matris, ut filio ab inteſtato ſuccedat. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff de inof. teſtam.

¶ Vndè, vt in pręſenti tenebroſo, diſputabilique articulo eius exitus inueniri potuiſſet, ſtuduerunt Doct. prudẽter quidem hanc rationabilem diſtinctionẽ afferre, quòd aut ſubſtitutio ipſa facta extitit cum temporis diſtinctione, ut ſi filius meus decedat in pupillari ætate, uel poſteà quandocunque, Titiũ ſubſtituo: & tunc ſecundùm omnes conformiter, intra tempus pupillaris ætatis dicitur pupillaris ſubſtitutio, & matrem excludit, & poſtmodùm dicitur fideicommiſſaria. & hoc modo procedit opiniõ Bart. in d. l. Centurio.

¶ Quandoque fit ſubſtitutio abſque temporis diſtinctione: & tunc non immeritò diſtinguere uidentur interpretes ipſi omnes, quòd aut ſubſtitutio facta extat per uerbum directum ciuile, putà hæres eſto, vel ſimile, & eo nempè caſu eſt omni tempore fideicommiſſaria. l. uerbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. aut fit per uerbum directum, & non ciuile, & hoc caſu uendicat ſibi locum opinio Gloſ. in d. §. qua ratione. quòd in pupillari ætate ſit pupillaris, poſtmodùm verò fideicommiſſaria, vt ſi dictum ſit per verbum moriatur, vel per uerbum ſubſtitutio. d. c. ſi pater, & ibi Ioan. And. & Aret. in §. fin. inſtit. de pupil. ſubſtit num. 9. in fin.

¶ Vel alio modò diſtinguitur in pręſenti nubecula, quòd aut ſubſtitutio reperitur facta per uerbum capiat bona, ſua authoritate, vel propria manu; vel quòd tota hęreditas ad eum perueniat; vel quòd omnia bona perueniant ad ſubſtitutum; vel ſine aliqua diminutione perueniant: tunc profectò infra pupillarem ætatem eſt pupillaris, & excludit matrem: poſtmodum autem ualet iure fideicommiſsi, & non excludit matrem. Aut ſubſtitutio facta extat ſimpliciter, & in ea non ponuntur aliter dicta uerba: & tunc ſi mater reperiatur in medio, ualeret omni tempore iure fideicommiſsi; ſi autem mater non eſſet aliter in medio, infra pupillarem ætatem valeret vtique vt pupillaris, deinde vt fideicõmiſſaria, prout hanc diſtinctionem poſuit Pet. de Vbal. conſilio 29. num. 10. inter conſilia vltimarum voluntatum, uol. 1.

¶ Aut & alio modo in præſenti re diſtinguitur quoque per Dec. conſilio 572 ſub numero 4. & conſilio 642. num. 3 quòd aut apparet, coniecturarique poteſt, quòd uolũtas teſtatoris fuit ſubſtitutionem fore directam, & tunc, matre exiſtente in medio, eſt omni tẽpore fideicommiſſaria.

¶ Et quæ ſint iſtæ coniecturę, ex quibus appareat uoluntas teſtatoris, quam velit eſſe ſubſtitutionem in pręſenti caſu, nonnullas & omnes quidem vtiles, & neceſſarias enumerat Ripa in d. l. Centurio, num. 121. & ſeq.

¶ Sed Dec. conſ. 228. prorumpit ibi, quòd facilè diſcerni non poteſt, quæ ſit communis opinio in præſenti negocio, & proinde iniuſtum nõ foret eligere mediam viam, cùm non num non ſit, quòd propter varietatem Doctorum eligatur quandoque media via. ita Anchar. conſil. 210. Bal. in l. paterfamiliàs. §. fin. ff. de hæred. inſtit. & Alex. in l. Titius. ff. ad Trebell. vt matre exiſtente in medio, ei aſsignetur legitima, nõ autem Trebellianica. vt determinat Soc. conſilio 150. quæ etiam, ſi facta ſit pupillaris ſubſtitutio, in foro conſcientiæ non debet modo aliquo excludi a legitima. ita Archid. in d. c. ſi pater, & hanc opinionem communem vocat Dec. in d. l. precibus, num. 10. & conſil. 211. in fin. & Ioan. Dilect. in d. tract. de arte teſtandi, in tit. 5. cautela 6. num. 3. & æquiſsimam denique demonſtrat prudenter quidem D. Sfortia Oddus in d. tractatu compendioſæ ſubſtitutionis, in 5. part. ſub artic. 3 in 5. partic. fol. 158. Cõis opin.

3 Imò ampliatur ſimiliter opinio præmemorata, locum etiam ſibi uendicare, ſi mater tranſiuiſſet ad ſecunda vota. ita Imol. Alexã. Iaſ. & Rip. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. qui aiunt hanc eſſe communem opinionem. & Aret. etiam conſ. 155. & eſt text. in §. optimũ, in auth. de non elig. ſecun. nub. & Rip. in d. l. Centurio, nu. 138. Bar. conſ. 54. Angelus. Cor. cõſ. 332. vol. 3 & Iaſ. in d. l. ꝓcibus. n. 119. Cõis opin.

¶ Con-

¶ Contrariam uerò opinionem ſine fundamento ſequitur Alex.conſ.12.nu. 24. vol. 3.Ang.in d.l.2.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit. in princ.& in d.l. precibus, & ibi Dec. circa fin. Corn.conſ.28.vol.4 & Oddus in loco prǽcitato,fol.158.à tergo.& Iaſ.conſ.132.col.pen.in fin.uolu.1.qui mouentur ea ratione. Nã per tranſitum ad ſecunda uota,non ſolùm infertur iniuria filiis.§.Gregoriana,in auth. de nõ elig.ſecund.nub. uerùm etiam anima mariti defuncti contriſtatur. §. ſin autem tutelam. auth.de nupt.& tradunt Glo.& Doct.in l. 1. C.de ſecund.nupt.& Illuſtriſsimus Card. Albanus in lucubrat.ad Bar. in rub. ff. de mortuo inferendo,ſub num.13. prout hanc communem ueram non fore leuiter quidem atteſtantur Alexan.conſilio 51.num.15.in fin. vol.7.& Rol. à Valle, conſ.69.num.35.vol.1.

Cõis opin.

4 Nam hoc, quod habetur ſemper in ore Iuriſconſultorum, vt anima mariti defuncti per tranſitum uxoris ſuæ ad ſecundas nuptias contriſtetur, ſemper mihi futile,& vt ſomnium apparuit, ex quo ex præſenti re nullam trahere poſſe moleſtiam animas tam damnatorum, ac in purgatorio exiſtentium, quàm Beatorum, frœtus in ſtabili fundamento ueræ fidei,patefaciam.Et ratio ea eſt, quare animæ ipſæ damnatę,commorantes in purgatorio, & Beatæ non afficiuntur moleſtia, ex tranſitu hoc uxorum ſuarum ad ſecunda vota; quoniam animæ ſeparatæ, non beatæ,uirtute propria, ſeu per ſe nullatenus cognoſcũnt,nec ſciunt ea quæ in ſæculo agũtur,ſeu facta uiuentium.quod ratione, & authoritate probatur.

¶ Et primò, quia animæ ſeparatæ non beatæ,ſunt per diuinam ordinationem, & ſecundùm ſuum modum eſſendi ſegregatę à conuerſatione uiuentium, & coniunctę conuerſationi ſpiritualium ſubſtantiarum: igitur facta viuentium non cognoſcunt. ſecundùm S.Thom.in 1.par.quęſt.89.art.8. in corpore articuli.

¶ Secundò probatur etiam authoritate Iob.14.cap.ita ibi concludentis: Siue fuerint filii eius nobiles,ſiue ignobiles, non intelliget anima ſeparata. Vndè aſſeuerat Gregorius 13.Moralium,exponens hoc dictum: ſicut viuentes mortuorum animæ,quò in loco habentur,ignorant:ita mortui qui carnaliter vixerunt uitam in carne poſitorum, qualiter poſt eos diſponatur,ſimiliter ignorãt: quia vita ſpiritus longè eſt à uita carnis. Et Auguſtinus in libro De cura pro mortuis gerenda. cap.15.& ſeq. diſcurrit,quòd animæ mortuorum rebus viuentium non interſunt.

¶ Sanctus uerò Thom. in ſecunda ſecundę.quęſt.83.art.4. ad reſponſionem primi argumenti determinat,quòd mortui ea,quę in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione,non cognoſcunt, & præcipuè interiores motus cordis.

¶ Sed fortè argues, obiiciesq́; contra hoc, quòd animæ ſeparatæ non beatæ naturaliter ea, quæ hic aguntur apud nos, cognoſcunt tali ratione.Nam ille, qui de re curam aliquam habet, cognoſcit illam: ſiquidem ſi non cognoſceret, curam non haberet, nec curaret. uerùm Diues de ſuis fratribus curam habuit, dicens Lucæ 16. Habeo quinque fratres &c. ergò animę ſeparatę cognoſcunt naturaliter ea, quę apud nos mortales aguntur.

¶ Cæterùm huic argumento,& obiectioni reſpondet S.Thom.in loco prǽcitato,in 1. par.quęſt.89. art. 8. in reſponſione ad primũ argumentum, quòd animę mortuorum poſſunt curam habere de rebus viuentium, etiã ſi ignorarent eorum ſtatum,ſicut nos habemus de mortuis, eis ſuffragia impendendo, quamuis eorum ſtatum ignoremus.

¶ Et hinc concludit Auguſt. in d. lib De cura pro mortuis gerenda, quòd ubi ſunt defunctorum animę, ibi ea,quæ hic aguntur, ſcire non poſſunt. quam ſententiam explanans S.Thom.in 4.ſententiarum, diſtin. 50. quęſt.1.art.4. in reponſione ad primum argumentum, ita prorumpit. quòd quamuis aliquę animę defunctorum in ſuis receptaculis commorantes ea,quæ hic aguntur, ignorent:nihilominus hoc non contingit propter localem diſtantiam,uerùm potius ob aliquã aliam cauſam, vtpotè quia afficiuntur uehementer ad ea,quę in illis receptaculis patiuntur.Vel etiam,nam influentia ſuperioris ſubſtantiæ,licèt eam perficiat ad aliqua cognoſcenda, non tamen ad omnia, uerùm ad illa duntaxat, quæ ei ſecũdùm modũ competũt.

¶ Imò ad hoc corroborandũ,ſcribit idem S.Thom.in 1.par.q.89.art.7.& ſeq.quòd diſtantia temporalis impedit cognitionem animę ſeparatæ,nõ autem diſtantia localis, quia diues dùm eſſet in tormentis eleuans oculos ſuos vidit Abraham à longe. ergò diſtantia localis non impedit animæ ſeparatę cognitionem,ſed diſtantia temporalis.

¶ Et huic opinioni,ꝙ animę reproborum, quę nũc in inferno cruciantꝰ, notitiã non habeãt corũ, quę circa ſuos in hac vita geruntꝰ, innititꝰ etiã Bartholomæus Sybilla in Speculo peregrinarũ quęſtionũ.c.6.primæ decadis.

5 Et quẽadmodũ animę dãnatorũ non cognoſcũt,neq; ſciunt ea, quę apud mortales geruntur: ita etiam animæ exiſtentes in purgatorio ſimiliter ignorant facta, geſtaque ipſorum uiuentium:ſecundùm S.Thom.in 2. 2.q.83.art. 4. ad reſponſionem primi argumenti,vbi admonet, quòd illi, qui in ſeculo reperiuntur, aut in purgatorio nondũ fruuntur viſione Verbi,vt cognoſcere queãt, quæ

nos cogitamus, vel dicimus: ideò eorum ſuffragia non imploramus orando, ſed à viuis petimus colloquendo.

6 Et quáuis hoc conſtitutiſsimũ ſit, vt animæ defunctorum nondũ beatę, uirtute propria, & per ſe, notitiam habere non poſsint eorũ, quæ circa ſuos in hac vita geruntur: tamen facta, geſtaq; ipſorum viuentium ſcire queunt, vel per animas eorũ, qui hinc ad eos accedunt, uel per Angelos, ſeu dœmones, uel ſpiritu Dei reuelante. teſte S. Thom. in 1. par. q. 89. art. 8. in reſponſione ad primũ argumẽtum, & in 4. ſententiarum. diſtin. 50. Auguſt. in cap. fatendum. 13. quæſt. 11. & Bartholomęo Sybilla in d. Speculo peregrinarum queſtionum, cap. 6. primæ decadis, in 3. concluſ.

¶ Et hoc idẽ ſentit etiam idẽ S. Thom. in 2. 2. q. 83. art 4. in reſponſione ad 3. argumẽtum, vbi concludit, quòd animę ſeparatę, quę hic aguntur, tribus modis cognoſcũt, ſcilicet infuſione, reuelatione, & recordatione. Primò infuſione alicuius ſuperioris ſpiritus, uel Dei, & Angelorũ bonorũ; Secundò reuelatione, uel paris, vel inferioris ſpiritus, putà animarũ, uel dœmonũ ad eas quotidie deſcendẽtiũ; Tertio priori recordatione, memorando eorũ, quæ hic gesserunt. vt dixit Abraham Diuiti. Lucæ 10. & 16. Recordare, quia in vita &c. & ſequitur Auguſt in d. lib. De cura pro mortuis gerenda, inter mediũ, & finẽ. S. Thom. in 1. par. q. 89. art. 8. in reſponſione ad primũ argumentũ, & in 4. ſententiarũ, diſ. 50. & Ricardus de Mediauilla in in 4. ſent. diſt. 45. art. 7. vbi ita docuit, quòd animæ exiſtentes in purgatorio, ſi quas eis orationes porrigimus, eas cognoſcunt: tamẽ non ſua virtute naturali, nec in Verbo, ſed quia aliquas audiũt ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt; aliquas ab Angelis bonis, & aliquas alias reuelatione diuina: ſicut Ioannes Baptiſta prędixit animabus ſanctis in Lymbo Chriſtum eſſe deſcenſurum: ſicut exponit Greg. illam quæſtionem in Matthæo: *Tu es qui uenturus es &c.*

7 Ideò, data ſciẽtia in animabus ipſis ſeparatis de & ſuper infortuniis ſuorũ charorum, nõ ſequitur modo aliquo, vt illę de illis doleant, nec afficiant molestia. nã (vt inquit S. Thom. in 4. ſententiarum, diſt. 45. queſt. 1. art. 1.) mortui ita ſunt pœnis oppreſsi, vt de ſua miſeria magis doleant, quã curent facta viuentium ſcire.

8 Et hinc eſt, quod Dominus Deus animas exiſtentes in purgatorio, & grauiter afflictas viſitat, & cõſolatur per Angelos ſuos. Piè enim credendũ, quòd ſancti Dei Angeli frequẽter viſitent, & cõſolentur animas in purgatorio commorantes, tanquã illas, quæ de proximò ſunt futuræ ſui conciues in cœleſti Hieruſalẽ, præ cęteris autẽ uiſitant, & conſolanẽ eas, qui bus in præſenti fuere cõmiſsi, talibus referũt bona, quæ fiunt à ſuperuiuẽtibus pro earum remedio: ſicut complura docent exempla Theologi uariis in locis ſacrę Scripturę, quæ breuitatis ſtudio ſupprimuntur.

¶ Vndè Auguſt. ad Fratres in eremo, ſermone 46. qui intitulatur de Angelis, & hoſpitalitate. Sancti, inquit, Angeli ſunt, per quos ad purgatorium deportamur, & dum ibi purgamur, ab eis viſitari ſæpè, & conſolari non dubitamus, promittẽtes cœleſtẽ Hieruſalem ingreſſuros.

9 Cæterũ quò ad animas Beatorũ, nũ notitiã habeãt eorũ, quę circa ſuos in hac vita gerũtur, videẽ eſſe altercatio inter Gregoriũ, & Auguſtinũ. Nã Gregorius 12. Moraliũ, apertè oſtendit, quod animę ſeparatę beatorũ cognoſcũt ea, quę hic aguntur, manifeſtando ibi, quod qui intus claritatẽ Dei uidẽt, nullo modo cẽſetur, quòd ſit aliquid foris, quod ignorent.

¶ Auguſtinus uerò in d. lib. De cura pro mortuis gerẽda, cõſtanter firmat, quod neſciunt mortui, et Sãcti quid agant viui, & eorũ filij. quodq; probare ſtudet hac rõne, quod à matre ſua defuncta nõ cõſolabaẽ, ſicut qñ viuebat: nec eſt probabile vt uita fœliciore ſit facta crudelior. probatq; hoc idẽ alia rõne, quod Dominus promiſit Ioſię Regi, quòd eo viuẽte, nulla admodũ videret mala, quæ erãt populo ſuperuẽtia. vt habeẽ 4. Regũ. c. 22. Si autẽ parẽtes nõ interſunt, cõcludit Auguſt. ibi, quomodo ſunt alij mortuorũ qui nouerũt quid agamus, quiduè patiamur? pater meus, & mater mea dereliquerũt me, Dñs autẽ aſſumpſit me. Pſal. 26. Si ergò dereliquerũt nos patres noſtri, ait Auguſtinus, quomodò noſtris curis, & rebus interſunt?

¶ Sed S. Thom. perſpicaciſsimè, & oculis lynceis penetrãdo pſentẽ difficultatẽ, in 1. par. ſtudet reducere quàmſimpliciſsimè opiniones pmemoratas ad optimã conſonantiã, & concordiã, videlicet, quod non totaliter diſcrepent inter ſe iſti duo Doctores, quia Auguſt. loquitur dubitatiuè, ſeu ambiguè, dicens, vt uolet accipiat quiſq; quod dicam. Gregorius verò loquiẽ aſſertiuè, prout apertiſsimè diſcernitur in antedicta ſua authoritate, nullo modo credendũ eſt. Nihilominus S. Tho. inibi in 1. par. q. 89. art. 8. magis cõcurrens cũ Gregorio, quã cũ Auguſtino, declaranſq; Beatũ Gregoriũ ita aſſerit, atq; determinat, quòd omnia, quę pertinẽt ad perfectionẽ intellectus, & ad perfectionẽ vniuerſi, Beati uidẽtes eſſentiã Dei cognoſcũt; ſunt enim Angelis ęquales. de quibus ſcilicet Angelis ẽt Auguſtinus aſſeuerat, quod ea, quæ apud viuos aguntur, nõ ignorant. hęc S. Thom. Ex quibus uerbis Caietanus exponens Beatum Thom. elicit, atque deducit, quòd concluſio Gregorij eſt etiã

Augu

Auguſtini implicitè. igitur animæ beatæ non ignorarēt ea, quę apud nos agerent; imò ſi ea, quę circa nos aguntur, nō cognoſcerēt, nec vtiq; pro nobis orarēt: q a defect⁹ noſtros ignorarēt: ſed hic eſt error Vigilātij. atteſtāte Hieronymo in epiſtola cōtra eum. ergò Sācti, ea, quæ circa nos aguñt, indubitāter cognoſcūt. hæc S. Thom. in 4. ſententiarū, diſt. 50. & Bartholomæus Sybilla in d. Speculo peregrinarū quęſtionum, cap. 6. primę decadis.

10 Etſi Sancti poſt mortē cognoſcūt, quæ hic aguntur: non tñ autumandū eſt, quòd afficiātur dolorib⁹, cognitis, & aduerſitatibus eorū, quos in ſæculo dilexerunt: ita enim repleti ſunt gaudio beatitudinis, ꝙ in eis locū non inuenit dolor. vt uoluit S. Thom. in eodem loco. addens etiā, quòd ad gloriā Beatorum pertinet, vt auxilium indigentibus prębeant ad ſalutem: ſic enim cooperatores Dei efficiuñ, quo nihil eſt diuinius. vt exprimit Dionyſius in 3. cap. eccleſiaſt. hierar.

11 Et cōſequenter concludendū, ꝙ in Verbo cognoſcūt uota, orationes, & deuotiones hominū, qui ad eorū auxilium cōfugiunt: ſecundū S. Thom. in 4. ſent. d. ſt. 45. q. 1 1 1. ideò Beatis in Verbo manifeſtañ illud, quod decet eos cognoſcere de eis, quę circa nos aguntur, ēt quantū ad interiores motus cordis; potiſsimū autē excellentiā eorū decet, vt cognoſcāt petitiones ad eos directas, uel uoce, uel corde; proinde petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtāte, cognoſcūt. vt tenuit S. Tho. in 2. 2. q. 83. art. 4. ad ſecundū argumentū, ubi Caietanus exponēs literā S. Thom. dicit, ex hac litera facilè colligi, ꝙ maximè excellētiam eorū decet, quòd cognoſcāt petitiones ad eos factas, vt uideant illas in Verbo; quoniā beatitudo ipſa ſumma excellentia eſt. & hoc videtur atteſtari Eccleſia in ſuo modo, & more interpellandi Sanctos, dū dicit: Sancte Petre, ora pro nobis. niſi itaq; pręſupponeret oēs Sanctos, ex hoc, ꝙ Deo fruūtur, orationes noſtras cognoſcere, non vtiq; omnes adiret Eccleſia, vt orarēt pro nobis: undè maior mihi uidetur hæc Eccleſiæ authoritas, quàm cuiuſcunque Doctoris: hęc Caietanus.

¶ Nec non S. Thom. in 1. par. ſuæ ſummæ, q. 12. art. 8. in corpore, ad idē propoſitū concludit, quòd unuſquiſq; intellectus creatus in Verbo cognoſcat, non quidē omnia ſimpliciter, ſed tātò plura, quātò perfectius uidet Verbū; nulli tamē intellectui beatitudo deeſt, quin cognoſcat in Verbo omnia, quę ad ipſum ſpectant: ad Chriſtum autem, & ad eius dignitatem ſpectant quodammodò omnia, in quantum ei ſubiecta ſunt omnia.

¶ Vndè firmat ēt in 2. 2. q 83. art. 11. quòd propriū eſt Sanctorū in patria uidere orationes Viatorū ſibi directas. idcircò ſi quid magis impedire videtur, quòd animę Sanctorū orationes, & alia, quę circa nos aguñ, cognoſcant, hoc accideret quidē, quia à nobis diſtant: ſed cū diſtantia illa non impediat, ergò vr̄ ꝙ animæ Sanctorū cognoſcāt orationes Viatorum, eorumq; facta. ſecundū S. Thom. in 4. ſententiarū, diſt. 45. art. 1. quæſt. 3.

¶ Et in hanc eandem ſententiam uidetur inclinare etiam Hugo Cardinalis ſuper Iob. 14. vbi docet, quòd Sancti omnia ad ſalutem pertinentia uident ex reuelatione, multa autem ex ſe non uident. & Ricardus de Mediauilla, in 4. ſenten. diſt. 45. art. 7. ubi ita ſcribit, quòd animæ beatæ, omnes orationes noſtras, quas porrigimus, cognoſcunt in Verbo Dei, quod clarè vident, quamuis enim nō videant omnia, quæcunque uidet Verbum: tamē probabile eſt, quòd in eo uideant omnia, quę facimus, & dicimus, & quæ in corde geſtamus ad reuerentiam earum.

¶ Et concluſio iſthęc, quòd Beati in patria clarè cognoſcant omnia, quę hic fiunt, ponitur per S. Thom. pluribus in locis, & pręſertim in 1. par. q. 89. art. 8. in corpore articuli; in 4. ſententiarum, diſt. 45. q. 3. art. 1. per totum; in quęſtionibus de ueritate, q. 8. art. 11. ad 12. argumentum, & ibidem in quęſt. 9. art. 6. ad 4. argumentum: in quæſtionibus de malo. q. 7. art. 6. contra Gentiles, lib. 3. c. 59. in 2. 2. art. 4. q. 83. ad ſecundùm argumentū, & in 2. par. q. 10. art. 2. in corpore. & Auguſ. diſcurrit iſtam materiam, iſtamuè concluſionem in pręnotato lib. De cura pro mortuis gerenda, ubi loquitur dubitatiuè. ſecundū S. Tho. & eandem materiā tractant Gregorius in 2. dialog. & in 12. Moraliū. Hierony. in epiſtola anteſignata ad Vigilantium. S. Antoninus in ſua ſumma, in 1. par. tit. 5. c. 6. Caietanus in 1. par. S. Thom. q. 89. ſuper art. 8. & in 2. 2. q. 83. ſuper art. 4. & in 3. par. q. 10. ſuper ar. 2. & Hugo Cardinalis ſuper Iob. 14.

¶ Et ſic denique habes apertiſsimè, & abſque ſcrupulo aliquo, quòd etiam data ſcientia, & notitia eorū, quę hic aguntur, penès animas dānatas, & exiſtentes in purgatorio, & beatas, ipſas animas omnes re ipſa nullū dolorem tangere de infortuniis, quę in ſuis charis poſt mortem contingunt.

12 His itaque omnibus rectè adductis, ſtudioſè intellectis, & probè cognitis, compertum eſt minimè obſtare illud, quod proferri conſueuit, quòd per tranſitum vxoris ad ſecunda vota inferatur iniuria: quia cùm mulieri (iure ſuadente) non ſolùm ad ſecundas, ſed etiam ad tertias, & deinceps nuptias tranſire licitum ſit. vt ſupra Opin. 535. hoc eod. lib. 2. fol. 86. vbertim explicauimus. Concludendū eſt, quòd ipſa mulier nemini iniuriam infert, dùm ſuo iure vtitur. c. cùm eccleſia, extra de elect. l. nullus. ff. de reg. iur. & l. 1. §. idemque Marcellus. ff. de aqua plu. arcen.

13 Limitatẽ etiã ſecũdo loco eadẽ cõis in principio poſita, vt ad rẽ noſtrã, u. luti longo poſt liminio redeã, nullatenus ꝓcedere, vbicunq; ſubſtitutio cõpendioſa facta foret per uerbũ cõe in re certa: tunc enim illa nunquã cõprehenderet pupillarẽ ſubſtitutionẽ, ex quo uerbũ cõmune adiectũ certę rei, uel quantitati, nunquã trahitẽ ad inſtitutionẽ. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Treb. & ibi Bar. & alij, Gloſ. in §. ſi uerò nullũ, in ver. Relictis, in auth. de hęr. & Falc. Bar. in d. l. Cẽturio, col. 11. uer. Quęro vlterius q̃d ſi ſubſtitutio cõpẽdioſa, n. 33. fiat in re certa, & in rep. l. ſi arrogator, col. antepẽ. ff. da adop. Bal. & Saly. in d. l. p̃cibus, propè fi. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. humanitatis, col. 12. uer. Principaliter quęro in quibus rebus. C. eo. tit. Natta cõſ. 68. n. 4. uol. 1. & D. Oddus in d. tract. cõp. ſubſt. in 5. par. ſub art. 3. in 5. part. in 2. caſu, fol. 163. & ſeq. vbi ad lucẽ adducit iſtam cõem opin. eãq; utiliter etiã ampliat in ſeptẽ caſibus, & in ſex aliis limit. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO pupillaris filio naturali, vel ſpurio facta, eſt nulla, tamen ea cõualidatur poſt patris mortem, ſi de eius conſenſu filius ipſe legitimatus fuerit.*

2 *Legitimari poteſt filius poſt mortem patris, quandocunque, cùm à patre inſtitutus eſt.*

3 *Teſtamentũ conditum per patrem imperfectum, inter naturales, ſeu ſpurios, licèt non valeat propter incapacitatem inſtitutorũ, tamen ſi faciat poſteà eos legitimari, teſtamentum ipſum recõualeſcit.*

4 *Legitimatus per reſcriptum excludit ſubſtitutum.*

5 *Legitimans filium poſt mortem patris, tenetur citare ſubſtitutos: quia requiritur eorum conſenſus.*

6 *Legitimatio filij naturalis per reſcriptum principis fieri poteſt, uiuente patre, agnatis non citatis, quantùm ad bona ipſius.*

7 *Legitimare poteſt Papa, uel Imperator ſi vult poſt mortem patris filium naturalem, non requiſitis his, de quorum praiudicio agitur.*

OPINIO DCCCLIII.

1 SVBSTITVTIO pupillaris facta filio naturali, vel ſpurio, licèt nulla ſit, ac vana: tamẽ ea cõualidatur abſq; dubio aliquo poſt mortem patris, ſi de eius conſenſu talis filius naturalis extiterit legitimatus. vt voluit Bar. in l. 2. col. 3. ver. Itẽ quęro. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. cui vivacißimis rõnibus accedũt ibi Imol. Raph. Alex. & alij oẽs vniuerſaliter, Pariſ. conſ. 2. n. 17. vol. 1. & conſ. 1. n. 30. vol. 2. Ruin. conſ. 69. n. 7. uol. 3. & Rol. à Valle cũ aliis cateruatim ſignatis per eum, cõſ. 22. Viſo teſtamento, ſub nu. 20. & ſeq. vol. 3. vbi in medium expoſuit iſtam eſſe cõem opin. *Cõis opin.*

2 Et ratio viuax aſsignari poſſet iſthæc, nã filius legitimari poteſt poſt patris mortẽ quãdocũq;, cũ à patre inſtitutus ſit. cũ hęreditatẽ capere poterit. ita Bal. conſ. 145. vol. 1. Raph. Cuma. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. col. fi. ff. de lib. & poſth. & Iaſ. conſ. 127. nu. 4. vol. 4.

3 Quæ cõmunis ita cõprobata in tãtũ amplificatur, vt procedat nõ ſolũ in ſubſtitutione facta de huiuſmodi naturalibus filiis: uerũ ẽt in teſtamẽto cõdito inter ipſos filios ſpurios, & naturales. ut firmauit doctißimè Natta in repet. l. hac conſultißima. §. ex imperfecto, n. 101. C. de teſta. vbi determinauit, quòd ſi pater cõdidit teſtamentũ inter naturales, ſeu ſpurios imperfectũ: licèt tale teſtamentũ nõ teneat propter incapacitatẽ inſtitutorũ: tñ ſi forſan faciat eos poſteà legitimari, teſtamentũ ipſum recõualeſcit: quoniã legitimatio hæc trahitur retro, ac fingit medio tẽpore nõ fuiſſe aliter ſpurios, vel illegitimos. l. fi. ff. de nat. reſt. & §. illud, in auth. quib. mod. nat. effician. ſui, & ita vidi iudicatum in Curia Aquilana in anno 1580.

4 Vndè legitimatus p reſcriptũ indubitanter excludit ſubſtitutũ: ſecundũ Bal. in fi. Soc. Sen. n. 5. & Aret. col. 4. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſth. Alber. n. 6. Alexã. Iaſ. & alios oẽs vniuerſaliter in l. generaliter. §. cũ autem. C. de inſt. & ſubſt. Io. And. in add. Spec. in tit. de ſuc. ab inteſt. in fi. & Anch. in c. p uenerabilẽ, n. 17. extra qui fil. ſint leg. & iſta eſt magis cõis opi. atteſtante D. Sfortia Oddo in tract. cõpen. ſubſtit. in 6. partic. in tit. an legitimati faciãt deficere fideicõmiſſum, ante fin. dicti tractatus, vbi cõgerit alios Doct. amplectentes iſtã partẽ; eamq; ſequitẽ, & limitat vtiliter in trib⁹ caſib⁹, prout eidẽ opinioni innititẽ ẽt, oſtendẽdo eſſe magis cõem, & limitat quoq; in tribus aliis caſib. Io. de Neuiz. cõſ. 99. Omnis ſapiẽtia à Deo eſt, ſub nu. 20. cũ aliis ſeq. *Cõis opin.*

5 Et tunc vtiq; legitimans poſt mortẽ patris, tenetẽ, & debet neceſſariò citare ſubſtitutos: quia requiritẽ eorũ conſenſus abſq; dubio aliquo. vt concedũt Iaſ. col. pen. & alij omnes conformiter in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ, Neuiz. in d. conſ. 99. n. 20. & ſeq. cũ aliis aggregatis per eũ, & D. Sfortia Oddus in loco præcitato, in 2. limit. fol. 209. in quibus locis oſtẽdunt apertißimè iſtã eſſe cõem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Non enim ualet huiuſcemodi legitimatio ad præiudicium ſubſtituti aliter non citati, cui ius in ſpe probabili quæſitum extat, illo grauato decedente, ſtante morte teſtatoris, ſic eum grauantis. non poteſt nempè grauatus ius fideicommißi ſubuertere per talem legitimationem. foret enim iſta quædam alienationis ſpecies rerum fideicommiſſo ſubiectarum, cum per legitimationem ipſam in alium deuoluerentur, quã teſtator diſpoſuerit, contra auth. res quę. C. com.

C.comm. de leg prout ita firmarũt conſtanter quidẽ Anch.conſ.427.circa primũ quæſitũ, iuris interpretes oẽs, & potiſsimũ Soc. & Iaſ. in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm, Alex.cõſil. 67.col.3.volu.1.Ru n.conſ.3.num.4.vol. 2.Dec.cõſ.55.col.1.& ſeq.& conſ.425.col.3. & Pariſ.cõſilio 9.nu.29.& ſeq.vol.2.

6 Quę nimirùm cõis ita explanata, ꝓcedit indubitáter, in legitimatione emanata poſt mortẽ teſtatoris: ſecus uerò in legitimatione viuẽte teſtatore ipſo expedita: quia in legitimatione fil j, per quam excluditur ſubſtitutus, non requiritur vllo modo citatio, ſi uiuo patre ea fiat. ſecundùm Gomeſ. in reg. 271. Oddum in loco prææallegato, in 3. limit. fol. 209. & Alexan. de Neuo cõſ.33. Vidi quæ copioſiſsimè deducta ſunt, nu.12.

¶ Quoniam ipſa legitimatio per reſcriptum Principis, bonis, honeſtiſq; rationibus fieri poteſt uiuente patre, etiã agnatis nõ citatis, quantũ ad bona ipſius, de quibus pro libito poterat diſponere. vt explicat, & declarat Bar. in d l Gallus, §.& quid ſi tantùm.col. pen.& Card Put.deciſ.7. in tit. de legitimat.

¶ Quodq; vẽdicat ſibi locũ, etiã exiſtenti bus quoq; fili s legitimis, quorũ mẽtio facta eſt, & nõ citatis eis; licèt nõ habeat Comes in facultatibus legitimandi clauſulam, citatis, vel non citatis. ita Card. Put. deciſ. 4 eod. tit.

7 Cæterùm hęc cõmunis, quòd citatio illorũ, quorũ intereſt, neceſsaria ſit in legitimatione mortuo patre facta, limitatur locũ non ſortiri, vbicunq; ipſa legitimatio poſt mortẽ patris fieret à Papa, vel Imperatore. vt firmãt Bar. nu. 14. Iaſ. in 2. lectura, nu. 140. & cæteri

Cõis opin. oẽs vnanimiter, & cõcorditer, in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm, Ioan. de Imol. in c. niſi cũ pridẽ, col. 16. de renun. Bal. in l. nam ita diuus, colum. 1. ff. de adopt. Abb. conſ. 84. nu. 6.vol. 1. Ant.de Bur. in d.c. per uenerabilem, in prin. Fely. cum aliis caterua tim relatis per eum, in c.cùm olim, n.16. de ſent. & re iudic. Alex de Neuo, in d.conſ.33.n.12.& Pet. Dueñas in reg. 43. Appellatio iuſta & licita non tollitur à Principe, ſub 5 fallent. verſ. Et facit etiam in fauorem huius limitationis.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTVS admitti debet ad hæreditatem, etiam ſi hæres inſtitutus moreretur ante teſtatorem, ſecundùm unam opinionem: licèt altera opinio contraria verior ſit, vt ſubſtitutus ſuccedere non poſſit, quando inſtitutus moreretur ante teſtatorem ipſum.*

2 *Subſtitutione prima inutili, etiam ſecunda deficit.*

3 *Subſtitutio euaneſcit, quando ſubſtitutus decedat ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt.*

4 *Subſtituto ſequenti locus non eſt, ubicunque conditio prius appoſita uerificata non fuerit.*

5 *Finis deſtruitur, quando tollitur medium ob quod peruenitur ad ipſum finem.*

6 *Subſtitutus excluditur, morte inſtituti ſubſecuta viuo teſtatore.*

7 *Hęredis mentio facta, intelligitur de hærede, qui adiuit hęreditatem.*

8 *Subſtitutus ad hęreditatem admitti debet, etiam mortuo hærede uiuente teſtatore, & preſertim ſi ſtatim moreretur teſtator poſt mortuum hęredẽ; ſecus uerò ſi teſtator ipſe moreret ex interuallo.*

9 *Subſtitutio expirat morte inſtituti ſubſecuta, viuente teſtatore.*

10 *Tullius Duronius laudatur.*

OPINIO DCCCLIV.

1 SVBSTITVTVS ſuccedere debet, vbicunque inſtitutus hęres moritur ante teſtatorẽ, & pręſertim quãdo oriretur contentio inter ſubſtitutum, & venientes ab inteſtato ſuper ſucceſſione, mortuo teſtatore, non mutato aliter teſtamento; ſubſtitutus ipſe admitti tunc deberet ad hæreditatẽ. prout ita conſuluit Alciat. conſ. 17. Tria principaliter dubia reſoluenda. nu. 1. cũ aliis ſeq. tomo. 3. lib. 9 & Soc. Iun. conſ. 27. Miratus ſum, num. 1 cum cæteris ſeq. vol. 3.

¶ Quę quidem concluſio iuſtificari primò poſſet hac viuaci ratione; cùm ſubſtitutio ipſa inuenta abſq; dubio ſit, ne caducæ fierent hæreditates, & legata, & fideicõmiſſa l. 1. C. de caduc tol. in princ.

¶ Secundò facit. l. quandiu, *la* 1. ff. de acq. hæred. vbi inquit tex. Quãdiu prior hæres inſtitutus hęreditatem adire poteſt, ſubſtitutus non poteſt. ergò vbicunque hæres morte pręuentus adire hæreditatem nequiret, tunc ſubſtitutus indubitanter admitti deberet. ita Cagnol. in l. quandiu, nu. 2. ff. de reg. iur.

¶ Tertiò fulcitur etiam eadem concluſio per tex. in l. quandiu, *l'a* 2. ff. de acq. hęred. vbi tex. determinat, quòd quandiu poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato ea nullatenus non defertur. & ita probatur etiam per l. ex teſtamento, ubi Dec. C. unde liberi. & idem Dec. in l. hęres inſtituta, in 3. notab. C. de impub. & ibi Apoſtil.

¶ Quartò comprobatur hoc ſimiliter per l. quandiu, *la* 5. ff. de acq. hęred. vbi Vlpianus hæc uerba recenſuit: Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtitutioni locus non eſt, nec ante ſuccedere poteſt, quàm excluſo hærede inſtituto. igitur excluſo inſtituto per mortem, ſubſtitutus debet admitti excluſis venientibus ab inteſtato.

¶ Quintò ad idem facit quoque. d. l quandiu. ff. de regul. iur. cuius formalia uerba hæc

ſunt: Quandiu teſtamentum ualere poteſt, tandiu legitimus hęres admittitur. & id etiã videtur ſentire Bal.conſ.162.uol.2. & Iaſ. in l.hęr.autem,nu.53.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.

¶ Sextò ad hoc roborandum videtur ſtringere text.in l.unica.§.penult.C.de caduc. tollen.ubi Imperator diſponit, quòd vbicũque adita non eſt hæreditas, defertur ea vtique primò, ſubſtitutis deficientibus, ad uenientes ab inteſtato.

¶ In contrariam uerò partem inclinandum fore arbitror, tanquàm ueriorem, uidelicet, quòd venientes ab inteſtato admittantur ad ſucceſsionem in præſenti caſu.

2 Et primò vtique ad hoc ſuadendum moueor ex doctrina Ioan. And. communiter approbata in addit. Specul. in tit. de teſtamẽ. in §. incipiente. In primis, quòd vbicunque ſubſtitutio prima eſt inutilis, etiam ſecunda deficiat. *Cõis opin.*

3 Secundò adducor ad hoc idem concludendum, per doctrinam Pet. de Vbal. in conſilio 29. poſito inter conſilia vltimarum uoluntatum, vol. 1. vbi conſtanter quidem firmat ſubſtitutionẽ euaneſcere, quando ſubſtitutus decedat ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt.

4 Necnon huic noſtræ opinioni præſtare videtur maximam quidem opem, Gloſ. in l. qui habebat. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. concludens ibi, non fore aliter locum ſequenti ſubſtituto, vbicunque conditio prius appoſita non extiterit uerificata. cui innititur non vulgari nempè anchora Ang. inibi, & Rolan. à Valle conſil. 58. In præſenti conſultatione ſatis ardua, num. 56. uol. 3.

5 Similiterque hoc idem confirmatur per doctrinam Ang. in loco præcitato, illuſtratam per Rolan. in d. conſilio 58. ſub numero 56. & ſeq. aſſerentis, quòd quando tollitur medium, ob quod ad finem peruenitur, deſtruatur etiam ipſe finis.

6 Et in propriis terminis, quòd ſubſtitutus ipſe penitus excludatur, morte inſtituti ſubſecuta viuo teſtatore, conſuluit Alex. conſil. 1. uolum. 1. in quo eam eſſe rationem: quia defecit conditio, cùm per ſubſtitutum non fuerit hæreditas adita. & id etiam ſentit Dec. in d. l. hæres inſtituta, nu. 10 & ſeq.

7 Vbi concludit, quòd quando fit mentio de hærede, intelligi debet de hærede, qui adiuit hæreditatem. & Alex. etiam in d. conſ. 1.

¶ Et reſponſio hæc ſufficit omnibus obſtaculis in contrarium ſupra adductis. & Natta aliã allegat ad hoc propoſitum in add. ad Alex. in d. conſilio 1. & Dec. conſil. 244. In caſu. qui iura præmemorata probantia contrarium adducit.

8 Eſt benè uerum, quòd Bart. in l. 1. numero 32. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ita, religiosè more ſuo, diſtinguere uidetur in pręſenti caſu, quòd aut moritur teſtator ſtatim poſt mortuum hæredem inſtitutum, ita quòd ille teſtamentum ſuum vllo modo mutare nequiuit: & tunc ſubſtitutum admitti debere conſtanter affirmat. ſi uerò ex interuallo, & hoc nempè caſu ſubſtitutum non admitti ullo modo aſſerit. per l. quod ſi filius. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. Et rationem viuaciſsimam diuerſitatis ibi inter primum, & ſecundum caſum affert; cùm in primo caſu lex faueat ipſi teſtatori, qui citò moritur, & mutare aliter non potuit teſtamentum ſuum: in ſecundo uerò caſu minimè, cùm habuerit tempus mutandi teſtamentum, & non mutauit. Et alteram rationem aſsignat ſimiliter efficaciſſimam, cùm nec poſsit allegari, teſtatorem ipſum hoc non cogitaſſe, cùm primum inſtitutum viderit. & opinionem Bart. tanquàm ſacroſanctam, & communem, quàmplurimi iuris interpretes ſequuti ſunt cateruatim relati per Apoſtil. ibi. Et dum extitiſſet mihi cõmiſſa cauſa per Dominum Baronem oppidi Fonticulorum, tanquàm iudici ſecundarum cauſarum, tunc uertens inter Camillam Petri Ciccarelli, vxorem Ioannis Dominici Caſcioli de Bomminaco ex vna parte, & Ioannem Paulum, & fratrem Ciccarelli de Fonticulis, reos conuentos ex altera, ſuper ſucceſsione prædicti Ciccarelli; qui condito teſtamento, & mortuo hærede, eo viuente, per menſes nouem ante eius mortem, qui potuit mutare teſtamentum ipſum, & non mutauit, iudicaui ſub die 2. menſis Septembris 1579. mediante ſententia diffinitiua, ipſam Camillam tanquàm uenientem ab inteſtato debere pro quarta parte ei tangente, admitti ad ſucceſsionem ipſam, non obſtante ſubſtitutione facta in ipſo teſtamẽto, reſoluta ꝑ mortẽ hæredis ſubſecutam viuẽte teſtatore. *Cõis opin.*

9 Et hæc ſententia poteſt etiam facilè ſuſtineri iſta quoque irrefragabili ratione. Nam ſubſtitutio expirat morte inſtituti uiuo teſtatore: & hic ſubſtitutio euaneſcit mortuo ante teſtatorem ipſum inſtituto. textus eſt expreſſus in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupill. ubi text. ita determinat, quòd ſi pater filio ſubſtitueret, & filius viuo patre moreretur apud hoſtes: tunc equidem ſubſtituti vi ſubſtitutionis non ſuccederent modo aliquo, vtpotè mortuo ante patrẽ filio, cui ſubſtituti fuerãt.

10 Et ita in pręſenti caſu alias in anno prędicto 1579. uidi ad fauorem ipſius Camilliæ ſubtiliſsimè conſultum per D. Tullium Duronium compatriotam meum, præclare ſcientiæ aduocatum; quem multis iam annis in Gymnaſio Peruſino in uariis circulis, dum ſimul militabamus ſub eiſdem pręceptoribus, cognoui in fractione panis: prout etiam nonnullis aliis annis, proprias lares parando in Ciuitate Theatina, ad eius domum hiſce

oculis vidi ſimiliter ferè omnes de prouincia, tanquàm ad oraculum Apollinis, ob eius ſcientiam, & integritatem conuolitare.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO facta alicui ſi decedat ſine filijs, euaneſcit illo moriente cum filijs vt deſcēdentibus, quamuis poſteà liberi illi decedant.*

2 *Filij filiorum grauati, etiam aſtringuntur fideicommiſſo, licèt conditio fideicommiſſi exiſtat poſt mortem primi grauati.*

3 *Filium maſculum grauans teſtator, onere fideicōmiſſi, decedentem ſine filijs, videtur grauaſſe filios filiorum.*

4 *Subſtitutio trahitur ad filios in conditione poſitos, qui ſine filijs decedant, quando ſtantibus maſculis fœminæ remouerentur.*

5 *Filij in conditione poſiti ſubſtituti cenſentur, ſi teſtator, qui eos poſuit in conditione, digreditur ad plures gradus ſubſtitutionum.*

6 *Filij in conditione poſiti ſubſtituti videntur, ſi conſtaret de voluntate teſtatoris.*

OPINIO DCCCLV.

1 SVBSTITVTIO facta ſi ſine filiis grauatus moriatur, liberis ſuſceptis, indubitanter illa penitus extinguitur, atque reſoluitur, etiam ſi abſque filiis, & prole ipſi filij poſteà moriantur. ita omnes iuris interpretes firmant vnanimiter, & cōcorditer per illum textum, in l. filiusfamiliàs. §. cùm quis. ff. de leg. 1. in l. hæredibus, & in l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebell. in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cùm vxori. C. quando dies leg. ced. & ita conſuluit Oldr. conſil. 21. thema tale eſt, num. 1. cum aliis ſignatis ibi per Raynal. Corſum in add. in litera A. Bald. conſilio 304 nobilis vir, in fin. uol. 5. Fulgoſ. conſilio 46. Andreas, colum. 2 Abb. conſ. 40. venio ad primum, in 1. dub. vol. 1. Alex. conſilio 31. ponderatis his, in princ. uolu. 3. Dec. conſ. 218. In caſu, in 2. dub. Paul. Caſtren. conſilio 130. ne impropriis vtamur terminis, colum. penult. Curt. Senior conſilio 45. numero 19. circa fin. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de teſtam. §. in primis, in ultima quæſt. Soc. Iun. conſil. 4. colum. 1. & ſeq. volum. 3. & Grauet. conſil. 878. ſub numero 1. cum aliis ſeq. vol. 5. & iſta eſt concors, communiſque omnium opinio, ut planè diſcernitur ex allegatis authoritatibus: cui innititur etiam realiſſimis quid. m fundamentis Celſus Hugo conſilio 68. Teſtatrix, ſub num. 4. ubi non obſcurè meminit de ipſa communi. Soc. Iun. quoque cōſilio 29. licèt in præſenti caſu, nu. 20. volum. 4. & Menoch. conſil. 85. Propoſita hæc conſultatio, num. 46. cum aliis ſeq. vol. 1. vbi quàmplurima ſatis vtilia fundit pro explanatione prędictæ communis.

Cōis opin.

2 Cæterùm iſthęc communis claudicat primò non vendicare aliter ſibi locum, ſi hæredi, aut honorato, vel imperſonali fideicommiſſum iniungatur: verbi gratia cùm filio instituto Titium ſubſtituit, ſi filius ipſe, uel eius liberi abſque filiis decederent. tunc etenim ex conditione duplici, & ex alternatiua cenſetur dubio procul hæres grauatus: ſecundùm Bart. in l. Centurio, num. 37. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. ſi ſic. ff. de leg. 3. & in l. codicillis, in princ. ff. de vſufr. leg. & ita conſuluit Raph. Raymundus Comenſis conſilio 25. Franciſcus, colum. 2. & conſ. 118. teſtator inſtituit, colum. 2. Paul. Caſtrenſ. conſilio 131. dubium facit, col. 1. volum. 2. Alexā. conſil. 185. num. 28. vol. 2. & conſil. 22. numero 8. volum. 3. quod repetitum diſcernitur conſil. 13. vol. 4. Corn. conſil. 20. colum 4. uolu. 4 Pariſ. conſ. 7. num. 32. cum aliis ſeq. uol. 3. & Marzar. conſil. 1. quæſt. 20. fol. 13. à tergo.

3 Limitaturque ſimiliter ſecundo loco eademmet communis non ſortiri locum modo aliquo, vbicunque illi, qui in conditione poſiti liberi ſunt, vocati & ipſi leguntur: tūc enim ad eos fideicommiſſum indubitanter trahitur, atque deuoluitur, ſi abſque liberis poſteà decederent, vt voluit Guid. Pap. decıſ. 531. Miles & ita conſuluit Dec. conſilio 95. in fin. & conſilio 270. circa fin. & Pariſ. conſil. 66. num. 58. vol. 3.

¶ Et quanquàm in contrariam partem inclinare videatur Grauet. conſ. 48. num. 4. volu. 1. allegando ibi Decium ſibimet aduerſarium, & inconſtantem: nihilominus tamen iſthęc opinio uerior apparet, vt idem Grauet. ſe corrigens oſtendit in d. conſ. 878. ſub numero 9. vol. 5. Quam vtique potiſsimùm ſcribit locum obtinere, vbicunque poſt filios uocatos, atque alios in conditione poſitos ſubſtitutio fieret: hoc enim caſu grauati cenſerentur, qui vocati nempè forent. ita Corn. cōſilio 97. poſt medium, vol. 1. vt fuſius ibidē, & non quaſſato quidem calamo, explicat idē Grauet. & Marzar. in locis præcitatis.

4 Tertiò antedicta communis choarctatur quoque, non propagare, extendereque radices ſuas, quando ſtantibus maſculis fœminæ remouerentur: ibi enim & ad filios in conditione poſitos ſubſtitutio traheretur, qui ſine liberis poſteà decederent, ne aliàs fœminis fieret locus. vt ita conſulendo conſtantiſſimè aſſeuerat Ruin. conſ. 143. num. 7. uol. 3. Pariſ. conſilio 11. vol. 3. Alciat. conſ. 2. Verba breuis Apoſtolici, ſub num. 35. tomo. 3. lib. 9. & Mar-

& Marzar.in d.conſ.1.quæſt. 20 in 5.coniectura,fol.14. & à succeſsione in pręſenti caſu planè prohibitę fœminę ex hoc tamen diſcernitur, quòd maſculi, & agnati ſoli inuitantur, & in conditione ponuntur, in ſpecieque vbi nominatim fœminarum facta prohibitio nō eſt,ſed vel in ſolidū,vel in partē,vt ipſę fœminæ admitti poſſent.teſte Dec.conſ.477.

5 Quartò reſtringenda etiam meritò uenit ipſa communis non procedere, ubicunq; ad gradus plures ſubſtitutionū teſtator progrederetur, atque pariter mandaret bona deueniri debere ad propinquiores: quod fieri non aliter poſſet,niſi grauati, & vocati ipſi dicerentur, qui poſiti in conditione exiſterent. vt conſuluit Anchar.conſil 74.Soc.cōſ. 250. num. 4.vol.2.Barbatius in l.cum acutiſsimi, numero 191.& ſeq.C.de fideicom & ibi Moder.omnes.Curt.Senior conſ 51.num.23.& Iaſ.conſ.40.in fin.uol.3.& conſ 108 vbi colligit uolūtatem teſtatoris ad fideicommiſſum reciprocum ex graduum pluritate.& huic opinioni Ancharani aſſentitur etiam conſulendo Pariſ.cōſ.31.num.24.& cōſ.37 n.37 conſilio 41.num.69.conſ.77.num.21.& 27.& conſil.ſeq.num.5 & 13 & conſ.9 .num.43 uol. 2.Curt.Iunior,conſ.14.& conſ.16.num 7.Caſſaneus,conſ 14.col. 2.Gozad. conſil. 64. nu. 10 Purpur & Curt in l.1. num.14 C.de pact. & Soc.Iunior conſ.14 .num.19.& conſ. 168. num.75.vol.2.& conſ.1.num.20. uol. 3.ubi audacter aſſerit,in hoc, contingere amplius non poſſe diſputari, nec ſe putare diſputandum, & ſic ex allegatis enodate conſtat iſtā eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ Et licèt ab hac ſententia Ancharani nō deſint alij quàmplures Doctores, qui diſſentiant,& præſertim Soc.in l.cùm auus,colum. pen.uerſ.Aliàs autem allegabatur. ff de condit.& demon.& conſ.62.colum.pen. conſilio 69.colum.7.conſ 104.colum 5 & conſ. 116. col.penult.vol.3.Curt Sen. conſil. 63. Antiquiſsima,num.4.Ruin.conſ.128.colum.pen. conſ.136 col.pen.& conſ.141.in fin.uol.3.& Ripa in l.Centurio, num. 165. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & tamen ea dilucidè apparet magis communis, uoluntatiq; teſtatoris magis propinqua,& conſentanea. atteſtante copioſè quidem Grauet in d.conſ.878.ſub numero 10. volu.5. vbi fatetur huic opinioni ſe ſubſcribere non rarò ſolere.

6 Quintò limitatur etiam memorata communis, compertum eſſe eam nullatenus locum obtinere,quotieſcunque euidenter, manifeſteque conſtaret de uoluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, ut prouiſum extaret per eius diſpoſitionem omnibus deſcendentibus.quæ limitatio omnibus iuris interpretibus indubitata apparet. prout eam ponit, atque d.ſcutti. Raynald.Corſus in add. Old. in d.conſ.21.ſub litera A. Marzar. in d conſ. 1.quæſt.20.in 1.coniectura.fol.14 Soc.Iun.cōſilio 175.uol.2.Port.Imolenſ.cōſ.8. num. 25. & conſ.40.nu.8.cum aliis ſeq.& Grauet.conſilio 62.num.6.uol.1.& d conſ.878. cum anteſignatis,atque nonnullis aliis declarationibus ad prælibatam concluſionem utiliter ad praxim,ac apprimè pertinentibus,& uberius hoc explicant, atque declarant quoque Moder.in d.l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO vulgaris aditione non euaneſcit,& præſertim illa, quę reſciſſa per querelam extet.*

2 *Subſtitutio vulgaris non euaneſcit, vbicunque hæreditas ab inſtituto auferetur, vel effectum ſuum aditio non habeat, vel ex alia cauſa hęreditas auferatur.*

3 *Subſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, tam ex capite voluntatis, quàm impotentiæ.*

4 *Subſtitutionis vulgaris effectus ſex ponuntur remiſsiuè.*

5 *Subſtitutio vulgaris quibus verbis fiat, traditur norma.*

6 *Subſtitutio vulgaris habet duo capita,ſcilicet impotentię,& voluntatis.*

OPINIO DCCCLVI.

1 SVBSTITVTIO vulgaris aditione non euaneſcit, quæ potiſsimū reſciſſa per querelam extet. vt potè quia túc ſubſtitutio ipſa vulgaris ſortitur effectum ſuum. text. eſt in l. & ſi fine.§.ſed quod Papinianus. ff. de minor. & l. ex contractu,& ibi Bart ff.de re iud & idem Bar.in l.1.num.49.& in l.2.§. 1.numero 2. ff de vulg.& pupil. ſubſtit.& Iaſ.in l.poſt aditam,in 2. fallent. C. de impub.& iſta eſt concors, communiſque omnium iuris interpretum ſententia, quam ſtylo quidem ferreo confirmat conſulendo Grauet. conſ.898. numero.25.uol.5. *Cōis opin.*

2 Quæ profectò communis adeò uera diſcernitur, vt amplificari facilè etiam poſsit, idem eſſe, cùm ab inſtituto hæreditas auferatur; vel effectum ſuum aliàs aditio non habeat; aut ex cauſa alia hæreditas auferatur: quoniam hoc etiam caſu,ius vulgaris ſubſtitutionis manet proculdubio incolume. text. eſt in auth.hoc amplius, ibique Gloſ & communiter Doct omnes, & præſertim Bald. numero 18.C.de fideicom.Iaſ.in d.l. poſt aditā, in 1. fallent. & in terminis ita conſuluit Anchar. *Cōis opin.*

char.conſil.275. vbi locum vulgari ſubſtitutioni eſſe arbitratur, vbicunque re ipſa inſtitutus hæreditatem retinere nequiret, & in eum caſum nominatus ſubſtitutus foret, & Anchar.refert,ſequiturque Grauet.in præcitato conſ.898.ſub nu.25.vol.5.

3 Necnon ſubſtitutio ipſa vulgaris variè ſortitur etiam effectum ſuum, nec euaneſcit tam nimirùm ex capite noluntatis, quàm etiam impotentiæ l.3.C.de hęred.inſtit. & l. unica.§.cùm autē in ſuperiore,C. de cad. tol.

¶ Et caput noluntatis dupliciter uerificatur in expreſſa, quæ per repudiationem inducitur.§ ſi quis itaque,inſtit. de bonor. poſſeſ. & l.temerè. C. de iur. delib. et in tacita, quæ per lapſum temporis inducitur.l. ſi ponas. §. fin.ff. de inoff. teſtam. l. ſi quis filium, in fin. C.eod.tit.& l.licèt,cum Gloſ.C.de iur. delib.

¶ Et caput ſimiliter impotentię multipliciter intelligitur. & primò per defectum capacitatis inſtituti.l.quod ſi Mœuius.C. de hęred.inſtit.& l.2.C.eod.tit.

¶ Secundò cùm inſtitutio euanuit per defectum teſtamenti.l.3.§.fin.ff.de lib.& poſth. & l ſi filius.ff.de hæred.inſtit.

¶ Tertiò per defectum conditionis.l.fi.ff. de hęred.inſtit.l.ex ſcriptura.§.fin.& l. ſi ſeparatim.ff.de condit.& demon.

¶ Quartò per aquæ, & ignis interdictionem.l Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber.& poſthum.

¶ Quintò per deportationem inſtituti.l. 1.C.de hæred.inſtit.iuncta Gloſ.ibi.

¶ Sextò per defectum natiuitatis inſtituti.l.fi.C de inſtit.& ſubſtit.

¶ Septimò per mortem.l.ab omnibus. §. cùm quidam.ff. de leg.1. & id ſiue ante teſtamentum,ſiue poſt teſtamentum, & poſt mortem teſtatoris mors inſtituti contingerit. vt l.vnica.§.& cum triplici.§.in principio.§.pro ſecundo,& §.in nouiſsimo.C.de caduc. tollē.

4 Alios verò ſex effectus ipſius vulgaris ſubſtitutionis cumulatiſsimè quidem recenſuit etiam Capra in tract.ſubſt.inter ſuas regulas,& concluſiones,in prima ſpecie, n.35. cum aliis ſeq.& D. Sfortia Oddus quoque in tract.compendioſæ ſubſtitutionis,in pręlud. quæſtione 5.

5 Quę vulgaris ſubſtitutio fieri ſolet his, uel aliis ſimilibus uerbis, putà iam filio inſtituto, ſi Gregorius hæres non erit, talis ſit hęres,vel talem hęredem inſtituo.l.1.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.& notatur per Gloſ. & Canoniſtas in c. Raynutius, & pręſertim per Couarru.ibi in § 4.ſub num. 4. de teſtam. & Legiſtas in §.qua ratione,inſtit.de pupill.ſubſtit.& per D. Sfortiam Oddum in tract. compendioſæ ſubſtitutionis,in pręlud.q.4.fol.10.

6 Et iſthęc ſubſtitutio vulgaris (vt ſupra docuimus)continet in ſe duo capita, ſcilicet caput impotentię,& caput noluntatis: quodque exemplificatur hoc modo, ſiue primus hęres inſtitutus non potuerit eſſe hęres, ſiue etiam noluerit. vt l.cùm proponas,& ibi tradunt Doct.C.de hęred.inſtit & Bart.& cęteri omnes in d.l.1.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. & in l.3.§.fi.ff.de lib.& poſth.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO fideicommiſſaria firma diſcernitur, etiam teſtamento præteritione irritato.*

2 *Subtilitates à iudicibus non admittuntur, cùm illę pernicioſę ſint.*

3 *Ius eſt ars boni,& ęqui.*

4 *Doctores ſunt ſpeculatores boni, & ęqui.*

OPINIO DCCCLVII.

1 SVBSTITVTIO fideicommiſſaria firma,ſtabiliſque manet, etiam ſi teſtamentum præteritione irritatum ſit.text.eſt, & ibi Gloſ.in l.eam quā. C de fideicom.& in l.ita tamen.§.quoties ff.ad Trebel.& ita conſtantiſsimè firmant per text.ibi Bar.colum.pen. Bal.Ang.Paul.Caſtrenſ.Floria.& Corn.in authen.ex cauſa.C.de liber.præter.vbi Alex.Benedict.de Plumbino,Curt.Iun.Ign.& Iaſ.ad lucem rectè quidem adducunt illam eſſe cōmunem opinionem. Et licèt aliqui iuris interpretes in loco pręcitato uanè nimirùm,& inſipidè nonnullas ſophiſticas, artificioſaſq; adduxerint rationes in contrarium:nihilominus tamen hoc ſemper futile autumaui, & ſomnium; cùm ponderatis rationibus pro cōmuni hac adductis, exiſtimaui facilius fore de manu Herculis extorquere clauam,quàm obtineri poſſe in practica contra communē ipſam;quam complures alij Doct. quos longum, atque valdè prolixum eſſet recenſere, vti communem tuentur ſententiam. Cōis opin.

¶ Vnde non mediocriter admiror,vbicunque aliqui Doctores conſueuere ſophiſmatizare, atque hebetoſo ingenio etiam Modernos Scribentes inſectari,& potiſsimùm collectores communium opinionum, & ſic docentes ueram,genuinamq; quæſtionum controuerſiſsimarum practicam,ex qua ſanè percipimus vtilitatem,veramque legum, & materiæ intelligentiam.

2 Itaque ſubtilizare pernicioſum eſt abſq; dubio aliquo.l.ſi ſeruū.§.ſequitur. ff.de uer. obligat.vbi prudenter aſſeuerat à iudicibus nullatenus admitti ſubtilitates,pręſertim in Rota,& Parlamentis, in quibus iudices ipſi, vt plurimum æquitati penitus inhærent.

¶ Cùm

¶ Cùm ſubtilitas ipſa neceſſariò euitanda ſit.vt efficax teſtimonium eſt Bal.in l.ſancimus,in 2.notab.C.ad Trebel.

¶ Quæ cùm ueritatem lędat,non prodeſt, & meritò iudices eam penitus recuſant.l. ſicut.§.antepen.ff.quib mod. pig. & Bertran. conſ.223. num.2.in 1.par.2. volum.& conſilio 405.num.3.vol.4.

3 Quoniam ius eſt ars boni,& æqui.l.1. in prin.ff.de iuſt.& iur.

4 Et admonet quoque Bal.in diſput. Accuſatus de vi turbatiua,colum. 9. ad hoc propoſitum, quòd Doctores ſunt ſpeculatores boni,& ęqui.& facit Dec. in c. ad audientiã, in 2.notab. de appell.

¶ Eſt benè uerum,quòd ſubtiles ſunt nõnulli,qui quandoque,ne hebetes iudicentur, nimia ſubtilitate falluntur. teſte Specul.in procem.in uer.Cæterùm.

¶ Sed re ipſa ſubtilitate ſenſus, & ſcrupuloſitate tanta uti non debemus, vt defunctorum iudicia defraudentur.ita Bero.conſilio 93.num.8.

¶ Et ratio eſt,nam nimia ſubtilitas reprobatur.l ſi mulier.§. ex aſſe, cum Gloſ.in uer. Subtilitatem. ff. de iure dotium, & Spec. in tit.de aduo.§.nunc de exordiis,col.8.uer.Vel itã ſunt nonnulli,& in tit. de denuntia.§. 2. verſ.Euangelica.

¶ Imò denique nimia ſubtilitas cauſat quandoque errorem:& ſic ob nimiam ſubtilitatem ſępè erramus.affirmante Bald. in l. precibus,colum.6.C.de impub. & aliis ſubſtit.& in l.2.col.2.quæſt.4.C.de bon.poſſ.contra tabul.per l.ſi ſeruum.§.ſequitur.de uerb. oblig. & Cotta etiam in memorali, in uer. Apices iuris,ante fin.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO compendioſa fit per verbum, Deceſſerit,etiam nõ expreſſo diſtributiuo Quãdocũque.*

2 *Subſtitutio compendioſa fit per uerbum, Quãdocunque,uel quando fit ad certam ætatem,putà uigintiquinque annorum.*

3 *Subſtitutio compendioſa quibus uerbis facta prętendatur,remiſſiuè.*

4 *Subſtitutio compendioſa ea eſt, quę ſub compendio uerborum, & temporum complectitur diuerſa genera ſubſtitutionum.*

OPINIO DCCCLVIII.

1 SVBSTITVTIO compendioſa uerè dicitur,ſiue ea facta ſit abſque certæ ætatis expreſsione:exempli gratia, ſi deceſſerit filius meus abſque liberis,Sempronium ſubſtituo: quia licèt in ipſa ſubſtitutione non fuerit appoſitum, expreſſumque uerbum Quandocũque: nihilominus tamen uerbum hoc indubitanter videtur habere tractum temporis in futurum: & conſequenter expreſsio temporis futuri,eſſet expreſsio eius,quod ineſt, quę denique nihil operaretur. l.3. vbi amplè notatur.ff. de lega. 1. & ita per hunc text.firmat Bar.in l.Centurio,colum.2.in 1. quæſt. ff. de vulg.& pupil.ſubſtit. cui innituntur non vulgari admodùm anchora omnes communiter ibi,& præſertim Galiaul.col. 88. & Dec. in l.precibus.col 9. C.de impub. & aliis ſubſtit.& ita conſuluit doctiſsimè, alias diuerſas rationes adducens palpabiles, Curt. Iun. in conſ.172.& D.Sfortia Oddus etiam in tractatu compendioſæ ſubſtitutionis,in 3.partic.art.1.quęſt.1.fol.39. *Cõis opin.*

2 Vel quandocũque deceſſerit idem filius meus ſine filiis. Sempronium ipſum ſubſtituo.vt in d.l precibus,& ibi Bal.col. 8. uerſ. Modò veniamus.& Bar.& alij in d.l. Centurio.& in l.humanitatis. C. de impuber. & aliis ſubſtit.& Hierony.Gabriell.conſ.130.Dominicus Florius,ſub nu.2.& ſeq.vol.1. Vel ad certam ætatem, putà vigintiquinque annorum reſtricta illamet ſubſtitutio fuerit. vt in d.l.Centurio.& iſta eſt uera,ſtabilis, marmoreaque concluſio per iura allegata, cui conſtanter aſſentiuntur iuris interpretes omnes communiter.teſte Bal.in 8.oppoſ. Corn. colum. 1. & ſequen. Curt. numero 66. & Cagnol.numero 136.in dicta.l.precibus,& Couarru. in c. Raynutius.§. 11.ſub num.2.in fi. uer. Vndecimo. *Cõis opin.*

3 Vbi adnotat, & pleniſsima manu diſcurrit decem alios modos etiam,quibus fieri cõmodiſsimè,atque tutiſsimè poſsit compendioſa ſubſtitutio;& ante eum adnotauit quoque,quibus uerbis prętendatur facta ſubſtitutio ipſa compendioſa,Soc.conſ.77.colũ.1. & conſ.144.vol.1.

4 Et hinc deſcribendo diffinitionem ipſius ſubſtitutionis compendioſæ, pro explanatione præſentis materiæ, concludo eam eſſe ſubſtitutionem compedioſam, quæ ſub compendio uerborum habentium tractum in futurum continet nimirùm plures ſubſtitutiones, & plura tempora ipſas ſubſtitutiones variantia.ita Bartol.colum. 3 & omnes alij iuris interpretes vnanimiter, & concorditer in dicta. l. Centurio, & pręſertim ibi Ripa numero 60. & Galiaul. col. 39. & Antiqui,Moderniq; Doct.in dicta.l.precibus, Politus in tractatu de ſubſtitut. titulo de compendioſa, & Ioannes de Neuizanis conſilio 54.Pone Domine cuſtodiam ori meo,num.2. *Cõis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO in dubio indicatur directa.*

2 *Subſtitutio directa quid ſit, & quis eius effectus.*

3 *Subſtitutio obliqua, ſeu precaria quid eſt, & quis eius effectus.*

4 *Subſtitutio compendioſa dubia dicitur, ubi uerbis communibus facta extet.*

5 *Subſtitutio dubia indicatur directa, ubi uerbis directis facta ſit.*

OPINIO DCCCLIX.

1 SVBSTITVTIO dubia præſumitur directa. c.ſi pater, de teſta.lib.6. & Gloſ. vniuerſaliter, & communiter ab omnibus recepta in l. uerbis ciuilibus, in uer. Voluntatem. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. cui accedunt, aiuntque ſingularem, & non eſſe alibi. Bal. Ang. Paul. Caſtren. Imol. Alex. colum. fi. & Bologn. ibi. Aret. conſil. 155. Periculoſum, col. 5. Alex. conſil. 12. Attentis uerbis, colū. 4. vol. 3. & conſil. 51. In caſu pręſenti, num. 9. uolum. 7. Bal. conſ. 235. Decreto, in fin. uol. 1. Socin. in l. Gallus. §. quidam rectè, colum. pen. ff. de liber. & poſth. & conſ. 113. ſupraſcripti, colum. 4. Ang. in §. fi. colum. pen. inſtit. de pupil. ſubſtit. Corn. in l. precibus. colum. 10. C. de impub. & aliis ſubſt. & conſil. 61. poſt redditum, circa fin. uol. 2. & conſ. 142. videtur, col. fin. vol. 4. Galiaul. in l. Centurio, nu. 371. & 434. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Dec. in l. in teſtamento, in 4. notab. C. de teſtam. milit. & conſ. 371. num. 4. & conſ. 572. in caſu, ante fi. Ang. conſilio 125. hoc eſt teſtamentum, aſſeuerans ibi hoc ideò contingere, quia ipſa ſubſtitutio directa dignior apparet, & denique Cuman. conſ. 2. colum. 3. innuit expreſsè hoc quoque accidere, ea potiſsimùm ratione, quoniam directa hęc ſubſtitutio non imponit aliter onus illi, cui fit, quemadmodum facit obliqua. Cōis opin.

2 Et ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, neceſſariò diſcurrendum eſt, quid ſit ſubſtitutio ipſa directa, & quis eius effectus. Proindè animaduertendum reor, quòd directa ſubſtitutio ea eſt, qua quis capit hæreditatem defuncti ex diſpoſitione teſtatoris, nullo alio mediante, uel ſibi cooperante: vt cùm aſſerit teſtator Gregorium mihi hæredem inſtituo, ſed ſi ipſe hęres non erit, Sempronius ipſe tunc ſubſtitutus eſt directè, & hoc ſi per uerba mœrè directa, & ciuilia, vt per uerbum hęres eſto, vel hæres ſit, vel per uerbum inſtituo hæredem. Aliquando etiam fit per uerba communia, & interdum quoq; per uerba geminata, uidelicet, Titium filium meum impuberem mihi inſtituo hęredem, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, Mœuium ſubſtituo. tunc ſubſtitutio iſthæc directa eſt, ſi Titius morietur in pupillari ætate, propter uerba geminata: ſed ſi poſt pubertatem, erit indubitanter quidem fideicommiſſaria. ſecundùm communem ſcholam omnium in iure Scribentium uariis in locis iuris noſtri. Cæterùm ſi teſtator diceret, hęres ſit: tunc vtique hoc diuiditur in quincuplici differentia, quarum prima dicitur ſubſtitutio vulgaris, & hęc duplex: vna expreſſa, quę fit per huiuſcemodi negationem, videlicet, inſtituo mihi hęredē Priamum, & ſi ipſe noluerit, uel non potuerit hęres eſſe, Theodorus ſit hęres, uel Theodorum ſubſtituo. Alia uerò tacita, quando ſcilicet negatio aliter non exprimitur, ſed potius includitur, vt cùm dicitur, Caſtorem, & Pollucē mihi hęredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo. tacitè eo caſu ſubintelligitur, quòd ſi alter eorum hæres non fuerit, ſcilicet, quia noluit, vel non potuit, quando deceſsit ante aditam hæreditatem, aliter ſit hęres in ſolidum. l. cùm in teſtamēto. §. hæc uerba. ff. de hęred. inſtit. Bar. in l. 1. in princ. colum. 3. uerſ. Vlterius quęro quibus uerbis fiat. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. & Bal. in l. fin. col. 4. uer. Nunc aliqua dicam de natura verborum. C. de ſacroſanct. eccleſ. Cōis opin.

3 Et ſic ſubſtitutio directa eſt illa, per quā ſubſtitutus capit hæreditatem ſine facto alterius ex teſtatoris diſpoſitione, ita quòd non oportet recurrere ad primum hæredem, uerùm adeundo hęreditatem efficitur dominus. vt in l. cùm hęredes. ff. de acquir. poſſeſ. Indirecta uerò obliqua, ſeu precaria ſubſtitutio illa eſt, per quam hęreditas capitur per manum primi hęredis, ex eo, quia non ſuccedit ur immediatè teſtatori: ideò primus hęres accipit quartam per Trebellianum propter onera, quę ſubiit primus hęres, ne fruſtrà ſit hęres. vt in l. pen. C. ad Trebell. Gloſ. Abb. & alij omnes vniuerſaliter in c. Raynutius, de teſtam. & pręſertim Couarru. ibi in 4. §. nu. 2. Cōis opin.

¶ Et huiuſmodi diſtinctionis tradit omnia commoda, atque vtilitates Lancell. Galiaul. in repe. d. l. Centurio. colum. 111. & Guliel. Benedic. in d. c. Raynutius, in ver. Abſque liberis, in tit. de compendioſa, num. 12.

4 Sed iſthęc communis ita explanata interpretatur non intempeſtiuè de plano in pręſentiarum locum ſortiri, ubicunque ipſa ſubſtitutio compendioſa facta foret uerbis communibus: tunc enim ea indubitanter diceretur ambigua. ita Ripa in dicta l. Centurio, ſub numero 15. & Cephal. conſil. n 429. Magnifice, numero 139. cum aliis ſequentibus, uolumine 3.

5 Vbi

5 Vbi eandem met communem limitat accuratiſsimè profectò procedere vbicunque ſubſtitutio compendioſa facta, conceptaque extitiſſet uerbis directis.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO poſt mortem plurium facta, vltimo morienti facta uidetur.*

2 *Subſtitutio facta ultimo morienti non inducit reciprocam inter inſtitutos ſubſtitutionem.*

3 *Subſtituti filij adinuicem his verbis non videntur, ſi teſtator dixerit, & ſi omnes deceſſerint.*

4 *Subſtitutus non ſuccedit altero ex his ſuperſtite, quando eſſent omnes inſtituti hæredes hoc modo, ſi omnes deceſſerint ſine filijs, talem ſubſtituo, cùm intelligantur tunc inuicem ſubſtituti: ſed ſi ſubſtitutus eſſet coniunctus, admitteretur ſimul cum herede ad partem primi decedentis.*

5 *Subſtitutio cenſetur facta ultimo morienti, & in tota hereditate, ubicunque ſumus inter filios teſtatoris.*

6 *Subſtituti inuicem cenſentur filij grauati, tribus cõcurrentibus, uidelicet, quòd ſubſtitutio ſit facta in toto, poſt mortem plurium, & quòd conditio uerificata fuerit in perſona primi mortui, non autem ultimi.*

OPINIO DCCCLX.

1 SVBSTITVTIO facta poſt mortem plurium, cenſetur utique tunc facta ultimo morienti in portione ſua tantùm. ita Bart. & alij omnes conformiter in l. vel ſingulis. ff. de vulgar & pupil. ſubſt. & in l. Lucius. §. Caio ff. ad Trebel. bal. in l. 1. colum. 2. ve. Ex his apparet ratio trium legum. C. de cond. inſer. Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita, colum. 2. in 4. caſu ff. ad Trebel. & Bero. cum aliis ſignatis per eum, conſilio 79. num. 15. & 19. volu. 2. vbi
Cõis re ipſa vtiliter prorumpit iſtam eſſe commu-
opin. nem opinionem, & Iacob. Philip. Port. ſeu po Ant. Gabriel. pleniori manu in concluſ. 34. lib. 4. & D. Sfortia Oddus etiam in tract. cõpendioſæ ſubſtitutionis, in 5. partic. queſt. 1. art. 6. fol. 69. cum aliis ſeq. Et facit text. in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. quamuis, eod. tit.

2 Sed ubicunque ſubſtitutio ipſa extitiſſet ſimpliciter facta vltimo morienti, non tamẽ enodatè, & expreſsè in toto, tunc utique filij, vel hæredes non cenſentur aliter inuicẽ ſub-
Cõis ſtituti. ſecundùm Bar Bal. Ang. Imol. & alios
opin. omnes communiter in d. l. uel ſingulis, & Ant. Gabriell. cum magna cohorte in iure Scribentium, relata per eum, in d. conclu. 34. lib. 4. & Sfor. Odd. in loco præmemorato.

3 Imò minimè filij uidentur adinuicem modo aliquo his uerbis ſubſtituti, uidelicet, ſi teſtator dixerit, & ſi omnes deceſſerint. ita Ang. & Ioã. de Imol. in l. ſi pater impuberes. ff de vulg. & pupil. ſubſtit. & iſta eſt commu- Cõis
nis opinio. atteſtante Croto conſ. 62 nu. 1. opin.
& 5. Ant. Gabriel. in d. concluſ. 34. & Sfortia Oddo in d. 5. partic. queſt. 1. licèt & male Pau. Caſtren. in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. poteſt. ff de vulg. & pupil. ſubſtit. contrarium affirmet.

4 Cæterùm hæc omnia illuminantur aliquibus facibus per Paul. de Caſt. in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. vbi utiliter quidem concludit, quòd ſi forent inſtituti hæredes hoc modo. ſi omnes deceſſerint ſine filiis, talem ſubſtituo; intelligerentur procuidubio inuicem tunc ſubſtituti, ut ſic ſubſtitutus, nõ ſuccedat altero ex his ſuperſtite: ſed ſi ſubſtitutus eſſet coniunctus, admitteretur profectò ſimul cum hærede ad partem primi decedentis: quod eſt maximoperè notandum.

5 Nã ubicunq; ſumus inter teſtatoris filios, eo caſu, ſubſtitutio cenſetur facta ultimo morienti, & in tota hęreditate. teſte Soc. in l. hęredes mei. §. cùm ita, ſub num. 8. ff. ad Trebel. & conſ. 249. Materia, colum. 6. vol. 2. vbi planum facit iſtam eſſe communem opinio- Cõis
nem. cui aſſentitur cum aliis aggregatis per opin.
eum Pariſ. conſilio 43. num. 35. & ſeq. uol. 2.

6 Quę quidem communis de plano locum ſortiretur tribus concurrentibus, ideſt quòd ſubſtitutio facta ſit in toto, poſt mortem plurium, & quod conditio uerificata etiam extiterit in perſona primi mortui, non autẽ ultimi; quoniam tunc grauati filij, inuicem cenſentur ſubſtituti. ita Corn. in d. l. pen. col. pen. & ſeq. C. de impub. & aliis ſubſtit. & Pariſ. in d. conſ. 43. num. 34.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTVS, adueniente caſu ſubſtitutionis, poteſt adire hęreditatem teſtatoris, & petere ſe immitti in poſſeſſionẽ illius ex beneficio. l. fi. C. de edict. Diui Adr. tol.*

2 *Subſtitutus determinans mitti in poſſeſſionem contra inſtitutum ex remedio. l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. non ſufficit illum oſtendere teſtamentum non abolitum, nec cancellatum, ſed tenetur plenè probare inſtitutum excluſum eſſe, repudiatione, uel impotentia.*

3 *Subſtitutus ueniens aduerſatiuè contra inſtitutum, tenetur ſtatim & non aliter oſtendere illum excluſum repudiatione, uel impotentia.*

4 *Sub-*

4 *Subſtitutus hæredi ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis, non debet aliter probare, quòd hæres deceſſerit ſine liberis, cùm hoc probetur eo ipſo, quòd non probatur contrarium.*

5 *Subſtitutus poteſt capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione ſit uerbum liberè.*

6 *Fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem, & capiens cadit à iure ſuo, niſi habeat licentiam à teſtatore.*

OPINIO DCCCLXI.

1 SVBSTITVTVS vulgaris habet abſq; dubio aliquo remedium, l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollen. ſecundùm Bar. & alios communiter omnes ibi, in 4. q. & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis, poteſt ſubſtitutus adire hæreditatem teſtatoris, ac inſimul petere ſe mitti, poniq; in poſſeſsionē bonorum illius, ex beneficio. d. l. fi. quod ei indubitanter competit, ex cõi omnium Doct. aſſertione iã relata per Bellon. conſ. 19. ſub nu. 14 & ſeq. *Cõis opin.*

2 Sed ſubſtitutus ipſe volens, determinãſq; contra inſtitutum mitti in poſſeſsionē ex remedio d. l. fi C. de edict. Diui Adria. tol. minimè ſufficeret ipſum oſtēdere teſtamentũ nõ aboletũ, nec vitiatũ: verùm neceſſariò deberet etiam plenè probare, inſtitutum penitus excluſum extitiſſe, puta repudiatione, uel aliqua impotentia. ſecundùm explanationem, declarationemq; uetiſsimam Bar. in d. l. fi. in §. 1. colũ. 4. quę communis facilè diſcernitur ex ſcriptis per Doct. inibi, & ita conſuluit Bero. conſil. 57. Concludo in caſu mihi propoſito, num. 21. uol. 2. *Cõis opin.*

3 Cæterùm iſthęc cõis declaratur utiliter ad praxim, quòd hęc probatio per ſubſtitutũ veniētē aduerſatiuè cõtra inſtitutũ, deberet illicò, & incõtinenti fieri, alioquin nõ audiretur ullo modo. tex. eſt in l. 1. C. de edict. Diui Adrian. toll. & ita conſulendo explanat, explicat atque Bero. in pręcitato conſ. 57. numero 21. in fine.

4 Eſt benè verum, quòd ſubſtitutus hęredi ſub conditione, ſi deceſſerit hęres ſine liberis, non debet, nec tenetur ullo modo probare, quòd hęres ipſe deceſſerit abſque liberis, uerùm ſufficit allegare, niſi contrarium probetur per aduerſarium, ideſt exiſtentia liberorũ. ita Bar. Ang. Iacob. de Aren. Alb. Raph. Com. Imol. Ripa, col. penul. & alij omnes per tex. ibi, in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. Paul. Caſt. conſ. 387. num. 4. uol. 1. & Alex. conſil. 39. Viſo themate de quo ſupra, uolu. 1. ubi ab hac opinione, tanquàm ſacroſancta, admonet non eſſe recedendum in iudicando, & cõſulendo, cui innititur etiam Dec. conſ. 578. Viſo conſilio clariſsimi Doctoris Domini Ioannis de Mota, in princ. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem: & Franciſ. Herculan. etiam cum aliis aggregatis per eum, in tract. quis teneatur probare negatiuam, num. 98. in 3. limit. & magis ueram, magiſque communem atteſtatur denique Alciat. in tract. de præſump. in reg. 1. præſumpt. 49. *Cõis opin.*

5 Imò ſubſtitutus ipſe poſſet indubitanter capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione appoſitum foret uerbum liberè. ſecundùm Bar. in l. precibus, col. pen. uer. Vel quid ſi dixit. C. de impub. & aliis ſubſtit.

6 Quoniam regulariter fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſsionē. ita Card. Put. deciſ. 3. in tit. de teſta. cùm illam capiat de manu hæredis. l. inter omnes, & ibi Paul. Caſtrenſ. & alij omnes. ff. qui ſatiſd. cogan. & l. quod per manus. ff. de iure codicil. aliàs fideicommiſſarius ipſe accipiēs fideicommiſſum propria authoritate, caderet à iure ſuo, ſicut legatarius. l. 1. & ibi Doct. C. quo. leg. & in l. non dubiũ. C. de leg.

¶ Sed fideicommiſſarius capere bonorum poſſeſsionem facilè poſſet, authoritate propria, de licentia teſtatoris, & conſequenter cùm ei teſtator in teſtamento hoc permiſiſſet, atque conceſsiſſet. l. Titia cum teſtamento. §. 1. ff. de leg. 2. Bal. conſ. 432. uolu. 1. Raph. Cuman. conſ. 61. in fin. & Dec. conſilio 424. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *FILII in conditione poſiti non cenſentur ex teſtamento vocati ad fideicõmiſſum, ſecundùm unam communem opinionem: licèt altera ſententia cõtraria, ſimiliter communis ſit, quòd poſiti in conditione videantur uocati, & in conſequentiam honorati. & ſub num. 3.*

2 *Subſtitutio illa, in qua inſtituo filium, & ſi quandocunque ſine filijs deceſſerit, ſubſtituo Sempronium; & ſi filij eius ſine filiis deceſſerint, eundem Sempronium ſubſtituo, operatur vt filij filiorum inſtituti non ſint, ſed in conditione tantùm poſiti.*

3 *Filij poſiti non ſolùm in conditione, ſed grauati etiam, minimè cenſentur vocati, ſecundùm unam communem opinionem: licèt alia ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd poſiti in conditione, & ſimul grauati, uocati cenſeantur.*

4 *Filij in conditione poſiti in viginti octo caſibus uidentur uocati, remiſsiuè.*

5 *Filij poſiti in conditione licet non cenſeantur aliter inuitati: tamen fauore ipſorum filiorum ponitur conditio ſi ſine liberis &c.*

6 *Filij inſtitutorum in conditione poſiti uidentur eſſe in diſpoſitione, ubicunque extiterint uocati tacitè, vel expreſsè.*

7 *Filij in conditione fideicommiſſi poſiti, non cenſentur uocati ad fideicommiſſum, niſi ex multis coniecturis, uel ex uerbis appareat teſtamenti id uoluiſſe teſtatorem.*

OPINIO DCCCLXII.

1 *Subſtitutio.* FILII poſiti in conditione non cenſentur aliter ex teſtamento uocati ad fideicõmiſſum. ita Gloſſ. in l. Lucius, *la* 2. ff. de hered. inſtit. cuius opinio ſyncerè quidem recepta *Cõis opin.* communiter extat ab omnibus iuris interpretibus. atteſtante Aret. in tract. de teſtam. in Glo. Et ſi deceſſerit ſine liberis, Capra conſil. 20 num. 23. Ruin. conſil. 128. uol. 1. & conſilio 177. nu. 12. vol. 2. Iaſ. in l. pecuniam, col. 2. ff ſi cer. pet. & conſ. 4 num. 5. uol. 2. Zuccar. in l. 1. num. 58. C. de pact. Pariſ. conſil. 77. numero 6. uol. 2. Menoch. conſ. 95. ſub num 21. & ſeq. Franciſ. Marzar. in tract. materiæ fideicõmiſſarię, in 2. par. q. 20. fol. par. 19. Cephal. cõſ. 252. n. 1. uol. 2. Burſat. cõſ. 52. n. 23. Celſ. Hug. cõſ. 5. n. 7. Rol. cõſ. 51. n. 5. vol. 3. & cõſ. 34. n. 55. uol. 4. Rub. cõſ. 120. n. 3. & Capra cõſ. 2. n. 23. Et hanc receptiorẽ eſſe, & iudicãdo, & cõſulẽdo ſequendã, quicq̃d in pũcto iuris dixerit, teſtatur Excellentiſsimus I. C. & Nobiliſsimus Dominus Ioſephus de Ruſticis de Aquila, in ſuo aureo tract. An & quando liberi poſiti in conditione uocentur. in 2. par. 3. cap. 1. par. princ.

2 Cuius communis congruum, commodumq́; tradũt exemplum ferè omnes Doct. memorati, in illa ſubſtitutione vulgatiſsima, atq; frequentiſsima: Filium meum inſtituo, & quandocunq; abſque filiis deceſſerit, ſubſtituo Gregorium & ſi filij eius ſimiliter abſque liberis deceſſerint, eundem Gregorium ſubſtituo. hoc inquam caſu, filij filiorum nullatenus inſtituti ſunt, ſed in conditione tantùm poſiti; vndè tanquàm à non honoratis, fideicommiſſum, quod eſt grauamen, relinqui non potuit. l. ab eo. C. de fideic.

3 Imò iſthęc communis eſt adeò uera, vt amplificari facilè poſsit, quòd non ſolùm ubicunque filij forent in conditione poſiti, ſed etiam grauati, minimè cenſerentur vocati. ſecundùm Alexã. & Iaſ. qui aiunt iſtam eſſe *Cõis opin.* communem opinionem in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & Soc. Iun. quoque conſilio 118. num. 22. volum. 1. & conſil. 176. numero 20. volum. 2. licèt Burſat. in dicto conſilio 52. numero 22. contrariam ſententiam, videlicet poſitos in conditione, & ſimul grauatos, vocatos cenſeri, commemorat non obſcurè magis communem fore: & illam *Cõis opin.* etiam canonizatam à Doctoribus Peruſinis reperiri, admonet Barthol. Soc. in l. cùm filiuſ familiàs. ff. de leg. 1.

¶ In contrariam uerò partem, redeundo ad inſtitutum noſtrum, uidelicet, poſitos in conditione vocatos cenſeri, & virtualiter, & in conſequentiam intelligi honoratos, inclinauit Barbat. in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. & conſilio 27. uolum. 1. Caſſane. conſilio 14. & conſilio 67. Caputaquenſ. deciſ. 99. libro 2. Card. Put. deciſ. 215 libro 3. & Socin. Iun. cum aliis cateruatim relatis per eum, conſilio 4. numero 7. & conſilio 119. numero 25. volum. 1. & conſilio 158. & conſilio 174 volum. 2. & conſilio 110. num. 20. uolum. 3. in quibus quidem locis ad lucem adducit iſtam eſſe ueriorem, & ſimul etiam crebriorem opinionem. *Cõis opin.*

4 Cæterum retenta prima opinione Gloſ. in d. l. Lucius, tanquàm communiſsima, atque ſacroſanctiſsima, atteſtante Iacob. Mandel. Albenſ. conſilio 87. Dicebam ſuperioribus diebus, numero 10. Natta conſilio 551. Quoniam ſuper pręcedenti controuerſia, ſub numero 8. cum aliis ſeq uol. 3. & D. Sfortia Oddo pleniori manu, in tract. compendioſę ſubſtitutionis, partic. 5. concluſ 3 fol. 68. cum aliis ſequentibus; ea limitatur vtiliter in uiginti octo caſibus per Ant. Gabriel. lib. 4. concluſ. 4. in tit. de fideicom & per Zanch. in l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. numero 704. cum aliis ſeq. & in ſex aliis caſibus limitatur quoque per Franciſc. Marzar. conſilio 1. in quæſt. incip In alia quęſtione propoſita ſuper fideicommiſſo ex teſtamento, folio 13. & ſequen. & per Cephal. conſil. 251. Quoniam in hac cauſa, numero 73. cum aliis ſequen. uol 2. & per Iacob. Mandell. Albenſ. in dicto conſilio 87. ſub numero 10. cum aliis ſequẽ. & per Nattam in d. conſil. 551. ſub numero 8. cum cæteris ſeq.

5 Et quanquàm liberi in conditione poſiti non cenſeantur aliter inuitati: tamen compertum eſt, quòd fauore filiorum ponitur cõditio ſi ſine liberis &c. & ideò dicit tex in d. l. Lucius circa fin. quòd prudens conſilium teſtantis animaduertitur in eo, quòd non fratrem ſolum hęredem prętulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos.

6 Vndè iſthæc cõis, quòd filij inſtitutorum poſiti in conditione nõ cẽſeantur regulariter eſſe in diſpoſitione, choarctatur, interpretaturque meritò, ubicunque tales filij vocati apparerent tacitè, uel expreſsè. ut firmauere per textum in d. l. Lucius, Bartol. in l. ſecunda. §. uidendum. ad Senatuſconſul. Tertull. Alex. conſ. 185. uolum. 2. & Corn. conſilio 146. uol. 2.

7 Ita·

7 Itaque filij poſiti in conditione fideicom miſsi, cenſentur ad fideicommiſſum ipſum vocati, concurrentibus aliquibus coniecturis, uel apparente ex teſtamenti uerbis, id uoluiſſe teſtatorem. ita Card. Put. deciſ. 21. lib. 3. & Auguſt. deciſ. 8. lib. 1. & deciſ. 339. 348. & 440. lib. 3. & Ant. Gabriel. cum aliis congeſtis per eum in d. concluſ. 4. in 5. & 6. limit.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO extenditur de perſona ad perſonam ex coniecturata mente teſtatoris.*

2 *Extenſio fit de perſona ad perſonam, abſurdi euitandi cauſa.*

3 *Extenſio de perſona ad perſonam non fit vbi abſurditas ſequeretur.*

4 *Abſurditas eſt euitanda.*

5 *Abſurditas euitatur etiam in ſtatutis.*

6 *Subſtitutio non eſt trahenda de caſu ad caſum non expreſſum.*

7 *Extenſio difficilius fit de perſona ad perſonam, quã de caſu ad caſum.*

8 *Subſtitutio uulgaris in unum caſum extenditur ad omnes alios caſus ſimiles, & traditur exemplum, cum ſeptem limitationibus.*

9 *Subſtitutionis extenſio non fit de perſona ad perſonam, quãdo uariatur pſona eius, cui fit ſubſtitutio.*

OPINIO DCCCLXIII.

1 SVBSTITVTIO extendi poteſt de perſona ad perſonam ex coniectura ta voluntate teſtatoris. ita Capra conſ. 23. in 1. dubio, Iaſ. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 148. colũ. 3. uol. 1. Ang. Cror. num 27. & Garzias, num. 86. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſth. Pau. Caſt. conſ. 343. vol. 1. Corn. conſ. 146. Curt. Iun. cõſil. 121. col. 7. Caſſan. conſ. 67. nu. 46. & Pariſ. conſ. 50. ſub nu. 60. uol. 3. vbi in mediũ expoſuit iſtam eſſe æquiorem, ueriorem, crebrioréq; ſententiã, & in conſ. etiã 66. n. 66. & 68. eod. uol. Grauet. cõſ. 155. n. 7. & ſeq. vol. 1. & conſ. 226. n. 16 uol. 2. & Grat. conſ. 5. uol. 2. Cõis opin.

2 Sed iſthæc communis abſq; ſcrupulo aliquo procederet, ceſſante abſurditate, eo nempè caſu fit extenſio hæc, ne abſurditas ſequatur. ſecundũ Ruin. cõſ. 168. nu. 19. & ſeq. uol. 3. & Alexan. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocan.

3 Verùm concurrente abſurditate, vel vbicunq; abſurditas ipſa ſequeretur, tunc enim nullo modo fieret extenſio de perſona ad perſonam. ita Soc. conſ. 76. col. 4. vol. 3. Alex. in l. cùm proponas. C. de hæred. inſtit. & in l. Centurio, col. 32. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Bart. Pau. Caſt. Imol. Alexã. Soc. q. 2. & cæteri omnes vniuerſaliter in l. cùm proponas. C. de hęred. inſt. & Ruin. conſ. 154. nu. 2. vol. 2. Cõis opin.

4 Nam abſurditas re ipſa euitanda eſſet. Cle. 2. de magi. c. Geneſi, de elect. c. quemadmodum, de priui. & c. ex ore, de iud. & Ange. conſ. 126. aſſerẽs ibi, abſurditatem, ac iniquitatem penitus & omninò euitandam eſſe. & hoc idem firmat Signor. de Homod. conſ. 61. & conſ. 68. in fin. concludens in ipſis locis, intellectum, ſeu extenſionem nunquàm trahi ad ea, ex quibus abſurdum ſequi poſsit.

5 Imò ipſa abſurditas non ſolùm euitanda eſſet meritò quidem in ſubſtitutionibus, ſed etiam in ſtatutis. ita Signor. de Homod. conſilio 265. Raph. Fulg. conſ. 220. colũ. fi. & Pariſ. conſ. 8. nu. 40 & conſ. 111. nu. 35. uol. 1.

¶ Et quemadmodum ſubſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex pręſumpta mente teſtatoris: ita diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu, porrigitur quoque ad alium caſum ex tacita, ueriſimiliq; e ipſius teſtatoris mente. ſecundùm Bar. & alios in l. Lucius. §. Titius, per illum textum. ff. de lib. & poſth. & in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit.

6 Et denique aduertendum eſt, quòd ſicuti extenſio regulariter fieri non ſolet in ſubſtitutione de perſona ad perſonam. vt uoluit Cuma. in l. commodiſsimè. ff de lib. & poſth. & amplè Tiraq. in l. ſi unquam, in uerbo Libertis, ſub num. 23.

¶ Et præſertim extenſio hæc non fieret, vbicunque ex teſtamento, aliiſque diſpoſitionibus nullatenus colligeretur uoluntas teſtatoris, & ſic idem teſtatorem ipſum fuiſſe diſpoſiturum. ita Bald. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. Dec. conſi. 89. col. pen. & conſ. 287. num. 8. Alex. conſ. 139. colum. 2. uol. 2. Curt. conſilio 25. colum. pen. Corn. conſilio 298. col. pen. uol. 3. Soc. conſ. 76. nu. 7. uol. 3. Rip. in l. 1. num. 93. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & Pariſ. conſ. 73. col. pen. vol. 3. Ita pariformiter ſubſtitutio minimè eſſet trahenda de caſu ad caſum. ita Io. And. in add. Spec. in ti. de teſta. §. 1. Oldrad. cõſ. 21. Soc. conſ. 62. col. 3. & cõſ. ſeq. nu. 14. vol. 3. Lancel. Galiaul. in l. Centurio, col. 66. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Grauet. cõſil. 161. nu. 16. uol. 1. Gozad. conſ. 21. nu. 8. Rubeus. conſ. 28. nu. 1. & Soc. Iun. conſ. 176. numero 8. vol. 2.

¶ Et pręſertim ſubſtitutio in uno caſu cõcepta non extenditur ad alium caſum, vbicunque ea extenſione mediante ſequeretur abſurdum, quòd magis dilectus fieret deterioris conditionis, quàm minus dilectus. ita Fulgoſ. conſ. 13. & Ruin. conſ. 141. col. 1. & ſeq. uol. 3.

¶ Quæ quidem abſurditas de iure euitari penitus debet. l. ſi viua matre. C. de

bonis maternis, & l. Publius. §. fina'i.ff. de condit.& demonſtrat. & Ruin. conſil. 43. num.7.uolum.3. & conſil. 150. numero 11. & 8.uolum.2.

7 Eſt tamen benè verum, quòd extenſio difficilius fieri ſolet de perſona ad perſonam, quàm de caſu ad caſum. ſecundùm Aret. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,colum.3.& Deci.conſilio 311.colũ.3. & conſilio 218. colũ. 3. & conſil.314.colum.2.

8 Quoniam ſubſtitutio vulgaris concepta verbis ſingularibus in unum caſum, regulariter ad alium caſum trahitur, atque extenditur; vt ſi quis Gregorium inſtituat, & ſi Gregorius ipſe hæres eſſe noluerit, ſubſtituat Auguſtinum: erit tunc procul dubio ſubſtitutioni locus, ſi Gregorius morte, ſeu quocunque alio impedimento hæres eſſe nequiuerit. ita Bart.numero 14.Franc de Are. col.5.Soc.colum.3.Iaſ colum.4.Ripa nu.89. & alij uniuerſaliter in l.1.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit.per l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff de liber.& poſthum.Paul. Caſtrenſ. conſilio 86. Dubitatio uertitur de bonis dicti quondam Franciſci.ſub num.1.& ſeq.uol.1.Polit.in tractatu ſubſt.in tit.de uulg. & Guliel. Benedic. in c.Raynutius,in uer. Abſque liberis,numero 25.de teſtam.ubi planum facit iſtam eſſe communem opinionem.& Zaſi.in tract.ſubſtitutionum in princ.cap.1.in 1.effectu,uerſ. Primus igitur effectus eſt. & D. Sfortia Oddus in tract. compendioſę ſubſtitutionis, in prẹlud.2.partic.quæſt.3.uerſ.Si autem teſtator unum quidem caſum expreſſerit, alium uerò tacuerit.fol.10.ubi eam limitat utiliter quidem in ſeptem caſibus.

Cõis opin.

9 Imò extenſio ſubſtitutionis de perſona ad perſonam nunquam fit, quando uarietur perſona eius,cui fit ipſa ſubſtitutio.ut poſt alios aggregatos per eum,firmat Rip.in d.l.1. numero 91. ff. de uulgar. & pupillari ſubſtitutione.

SVMMARIVM.

1 SVBSTITVTIO *pupillaris expreſſa excludit matrem, & alios aſcendentes prẹteritos ex latere matris, quos filius preterire non poſſet, ab integra filij ſucceſſione, & à legitima: ex quo pater pupillo ſuo poteſt extraneum pupillariter ſubſtituere,nulla etiam facta mentione matris, et aliorum aſcendentium.*

2 *Subſtitutio pupillaris expreſſa ea eſt,quę fit verbis expreſsis:vt puta ſi diceret teſtator,filium meum impuberem hæredem inſtituo,& ſi hęres erit,& deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo talem.vel ſi ſic aſſereret,& ſi hęres non erit &c.*

3 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem, etiam à legitima,ſiue fiat per uerba directa,ſiue per uerba communia.*

4 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem, non ſolùm ab integra filij ſucceſſione, ſed etiam à legitima, etiam in foro animę, & conſcientiæ.*

5 *Mater excluſa à ſucceſſione, & legitima filij per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, ſi pauper ſit, poteſt petere tunc alimenta à ſubſtituto.*

6 *Mater excluditur per expreſſam pupillarem à legitima filij, etiam ſi filius haberet bona aliundè quæſita,quàm à patre.*

7 *Mater per pupillarem ſubſtitutionem ſimpliciter factam, á luctuoſa filij hęreditate, & á legitima non excluditur.*

8 *Mater vt excludatur à filij hęreditate in pupillari ętate morientis per ſubſtitutionem pupillarem,requiritur vt ea facta ſit in ſpecie, & in ſua forma.*

9 *Subſtitutio pupillaris tacita non excludit matrem ab hęreditate,& legitima filij.*

10 *Subſtitutio pupillaris, omninò tacita, ea eſt, quę continetur in vulgari expreſſa, & non habet formam pupillaris ſubſtitutionis, ſed ſub eius uerbis includitur.*

11 *Subſtitutio pupillaris tacita matrem excludit, ea repudiante, & ſuccedit tunc ſubſtitutus, & non legitimi.*

12 *Subſtitutio pupillaris tacita licèt non admittatur contra matrem ex tacita mente defuncti, tamen admittitur ſi cauſa pia fuerit tunc ſubſtituta.*

13 *Subſtitutio pupillaris ualet,octo concurrentibus diſtinctè,& apertè poſitis.*

14 *Subſtitutio pupillaris facta de extraneo in teſtamento minus ſolenni non eſt ualida.*

15 *Subſtitutio pupillaris non valet in teſtamento non ſolenni,niſi alter ex filijs ſit ſubſtitutus.*

16 *Subſtitutus,& ſic probata morte eius,cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, prẹſumitur mortuus in pupillari ętate.*

17 *Pater filijs in ſua poteſtate conſtitutis pupillariter ſubſtituere poteſt.*

18 *Pater hęreticus non poteſt pupillariter ſubſtituere filijs ſuis.*

19 *Pater Iudęus filiis ſuis pupillariter ſubſtituere non ualet.*

20 *Pater turpis perſona filijs ſuis pupillariter ſubſtituere non poteſt.*

21 *Subſtitutio pupillaris facta à patre de turpi perſona, cui non eſt conceſſa adminiſtratio bonorum, non tenet.*

22 *Mater ſuis filiis non poteſt pupillariter ſubſtituere.*

23 *Mater non habet filios in poteſtate.*

24 *Statutum diſponens, quòd mater habeat filios in poteſtate, uigore ipſius ſtatuti poteſt pupillariter ſubſtituere filijs poſt mortem mariti, non autem eo uiuente.*

25 Sub-

25 *Subſtitutus pupillariter filio impuberi, etiam in legitima pupilli grauari poteſt per fideicommiſſum, dummodò ipſe pupillus obierit in pupillari ætate.*

26 *Subſtitutus pupillariter cenſetur grauare hęredem, & ſubſtitutum, vt totam hęreditatem patris, & filij reſtituant.*

27 *Fideicommiſſum ſimpliciter relictum, in dubio uidetur iniunctum filio, non autem eius hæredi. & ponitur vtilitas.*

OPINIO DCCCLXIV.

1 SVBSTITVTIO pupillaris expreſſa non ſolùm excludit matrem ab integra filij ſucceſſione, & hęreditate, uerùm etiam à legitima portione: & conſequenter pupillaris ipſa expreſſa abſque ſcrupulo aliquo excludit matrem, aliosque aſcendentes præteritos, quos ipſe filius præterire nequiret. pater enim pupillo ſuo poteſt extraneum pupillariter ſubſtituere, nulla etiā facta mentione matris, aliorūq; aſcendentiū ex latere matris: adeò q̀ ſubſtitutus oīa bona vndecūq; quęſita ex ſubſtitutione cōſequeret, illis excluſis, etiā reſpectu legitimę. vt apertiſsimè probatur in l. precibus, in uer. Si uerò. C. de imp. & aliis ſubſt. quodq; confirmatur etiā ex generalitate tex. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſta cuius etiā deciſio reperitur canonizata in c. ſi pater, de teſta. in 6. in quibus quidē locis ratio aſsignatur euidens. Et licèt nō nulli ex Scribentibus in iure in contrariā iuerint ſententiā: nihilominus tamen frequētiori voto iſthęc opinio recepta apertiſsimè diſcernitur, prout de cōmuni teſtatur Soc. Sen. in l. 2. nu. 21. ff. de uulg. & pup. ſubſt. & ibi Ripa, nu. 44. & fuit de intentione Bar. inibi in 2. effectu, quē ſequutus eſt cōſulendo Paul. Caſtrenſ. conſ. 18. nu. 1. & 3. uol. 2. Pariſ. conſ. 16. Circa præſentem conſultationem, nu. 53. & ſeq. vol. 2. & conſ. 59. Certiſsimum eſt, numero 3. & ſeq. eod. uol. Dec. in d. l. precibus, n. 9. Cagnol. nu. 95. & Curt. Iun. nu. 12. & Matthe ſil. ſing. 163.
Cōis opin.

2 Et pupillaris ipſa expreſſa (ne ignorentur termini pręſentis ſpeculationis) ea eſt, quę fit verbis expreſsis, hoc eſt illis, quibus pupillaris ſubſtitutio fieri ſolet, de quibus in l. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & in §. 1. inſtit. eod. tit. putà dicendo, filiū meum impuberē hæredē inſtituo: & ſi hęres erit, & deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo talem. uel ſic dicendo, & ſi hęres non erit &c.

3 Imò cōis iſthęc ita retenta, tanquā uerisſima, meritò ampliatur quoq; ſecundū Ang. Aret. inſt. de pup. ſubſt. in prin. n. 23. & Dec. in d. l. precibus, poſt nu. 9. ver. Et iſta concluſio, ſiue fiat ipſa ſubſtitutio per uerba directa, ſiue per uerba communia.

4 Cæterùm præſens communis ita illuſtrata limitatur primò per Archidiaconum in d. c. ſi pater, vt ea nimirùm procedat iure fori, non autem iure poli, ſic reſtringendo d. c. ſi pater. cui accedit Corn. & Dec. num. 10. in d. l. precibus. Sed quicquid ſit, cōtraria opinio verior eſt, atq; receptior. vt per Couarr. in c. cū eſſes, ſub nu. 11. & in c. Raynutius. §. 5. n. 6. de teſtam. per Cagnol. in d. l. precibus, nu. 96. & per Soc. Iun. in l. moribus, nu. 94. ff. de vul. & pup. ſubſt. ubi uariis, diuerſiſq; cōpluribus modis, atq; motiuis Archidiacono ſatisfacit. & ſic deniq; hęc limitatio falſiſsima diſcernitur; uerū eā extollit, licèt non firmet Soc. Sen. in d. l. 2. nu. 21. in fi. ff. de vul. & pup. ſubſt. Et conſequenter opinio cōis prememorata procedit etiā in foro animę, & conſcientię. teſte Couarru. ampliſsimè in d. c. cū eſſes, ſub numero. 11. & in d. c. Raynutius, §. 5. ſub numero 6.

5 Bene tamen uerū eſt, quòd ſi mater ipſa inops, & pauper extaret, poſſet utiq; abſque dubio aliquo petere alimenta à ſubſtituto. ſecundū Zaſi. in tract. ſubſtitutionū, in titu. de pup. ſubſt. nu. 22. & Ripā in d. l. 2. nu. 45.

6 Secundò poſſet ſimiliter limitari eadem cōis, quòd mater non excludatur per expreſſam pupillarem, quādo filius haberet bona aliundè quęſita, quā à patre, uel eius intuitu: nam tūc mater poſſet admitti ad petendā legitimā in illis bonis, & ſi ſecus fieret, impium foret. ita Lācel. Polit. in trac. de ſubſt. in rub. de pupillari, in 8. q. col. 3. referens ibi, ſe in pura conſcientia conſuluiſſe. Sed cœca eſt hæc opinio, & penitus inutilis: & licèt ea primo aſpectu ęquiſsima videatur: tamē à ueritate omninò in maximam fallaciam, atque inſaniam labitur. vt detegit Soc. Iun. in d. l. moribus, numero 95. Imò eadem opinio tanquàm falſiſsima communi omnium Scribentium voto reiicitur. atteſtante Couarruuias, in d. c. cùm eſſes, numero 11. in fine. Nam eo dato, diceretur pupillus pro parte teſtatus, contra regulam. l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris.
Cōis opin.

7 Tertiò minimè procedit etiā anteſignata communis, vt mater ipſa regulariter, atque ſimpliciter à luctuoſa filij hæreditate minimè per ſubſtitutionem pupillarem excludatur. ita Cephal. cum aliis aggregatis per eum conſil. 524. Caſus iſte ſatis eſt frequens, num. 4. vol. 4.

8 Vndè mater vt excludatur per ſubſtitutionem pupillarem, à filij hæreditate in pupillari ætate morientis, requiritur neceſſariò, ut ea facta ſit in ſpecie, & in ſua forma, d. l.

d.l.Papinianus. §.ſed nec impuberis.Sed hoc nullatenus procederet,vbicunque pupillaris ſubſtitutio non foret formaliter, & ſpecialiter facta,uerùm ſub compēdioſa generaliter contenta.per ea, quæ tradit Alex. in l.prætor ait, num. 3. ff. de oper. nou. nunciat. & Cephal.in d.conſilio 524.nu.15.

6 Cōis opin. Et ſic denique per pupillarem ſubſtitutionem tacitam mater non excluditur ab hæreditate,& legitima portione filij. ſecundùm Iuris interpretes communiter in d.l. 2. ff. de vulg.& pupil.ſubſtit.& præſertim ibi Bar. colum.penul.Alex.colum.15.Fran.Aret.Iaſ.colum.10.& ſeq.& Ripam,num.46.Bar.col.2.& Bal.col.3.uerſ.Circa ſecundum quęro,in d.l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit. & D. Sfortiam Oddum in tract.compendioſæ ſubſtitutionis,in pręlud.quæſt.7.colum.1.uer. Et primò videamus de matre, ubi hoc limitat in quatuor caſibus.

10 Itaque aduerte,ne erres,quòd pupillaris omninò tacita ea dicitur, quæ continetur in vulgari expreſſa.iuxta l. nam hoc iure. ff. de vulg.& pup.ſubſt.& l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſtit.cum l.fin C.de inſtit.& ſubſtit. nā uerbis nullo modo dicitur expreſſa, quia nec generaliter,nec ſpecialiter,nec ſingulariter cōtineri dicitur, ſed præſumiẻ, vel à lege fingitur.vt in d.l. nam hoc iure.& de hoc mirandum non eſt; quoniam tacita pupillaris antedicta non habet formam pupillaris ſubſtitutionis,ſed ſub eius uerbis includitur. vt cùm dicitur Domitium filium pupillum, meum hæredem mihi inſtituo,& ſi ipſe mihi hæres non fuerit, Fabius ſit hæres. & hæc ex expreſsis indubitanter vulgaris eſt,ex tacitis uerò eſt pupillaris. vndè ſiue ſit Domitius ipſe hæres, ſiue non in ætate pupillari deceſſerit, hęreditas directo iure peruenit ad Fabiū. ſed ex vulgari ſuccedit ſolummodò in bonis teſtatoris:ex pupillari uerò ſuccedit in bonis teſtatoris,& pupilli,ex iuribus allegatis.

11 Limitaturque etiam quintò, quòd licèt tacita pupillaris matrēm non excludat:tamē ea repudiante,ſuccederet ſubſtitutus,& non legitimi.ita Bar.in l.Centurio,colum.2. uer. Ex hoc ſequitur magna utilitas.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit.& Bal.in l.fi.colum.1.verſ. Tertiò eſt multum notandum. C. de inſtitu. & ſubſtitutionibus.

12 Sextò choarctatur quoque,quòd quamuis pupilla is tacita non admittatur contra matrem ex tacita mente defuncti,tamen admittitur quidem ſi cauſa pia fuerit ſubſtituta.ita Ang.in d.l.precibus,colum.2.uerſ.Idē credo ſi pauperes Chriſti, & ibi etiam Paul. Caſtrenſ.& Dec conſ.182.

13 Et hinc aduerte,quòd pupillaris ipſa ſubſtitutio valet, & tenet octo concurrentibus. Primò,quòd ea fiat liberis. Secundò,quòd fiat impuberi. Tertiò, quòd iſti filij pupilli ſint in poteſtate teſtatoris. Quartò,quòd pupillus ſui iuris morte teſtatoris efficiatur,atque euadat. Quintò,quòd non deſinat eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris: & ſic ſufficit,quòd ſit in poteſtate tempore mortis teſtatoris, etiam quòd non reperiatur in poteſtate tempore teſtamenti. vt voluit Gloſ. Bartol.Alex.& cæteri omnes,& Ripa num.25.in d.l. 2. ubi planum facit iſtam eſſe communē opinionem. Sextò,quòd fiat teſtamentum. Septimò,quòd impubes inſtituatur, vel exhæredetur. Octauò,quòd hęreditas adeatur. ſecundum Bar.colum.1.Fran.Aret. poſt medium, & alios omnes tam Antiquos, quàm Moder.in d l.2.ff. de vulg.& pupil.ſubſtit.Bero.in d.c.Raynutius,num.433.cum aliis ſeq. & D. Sfortiam Oddum in d. tract. compendioſæ ſubſtitutionis,in prælud.partic.3.quęſtio.4.fol.18. Cōis opin.

14 Imò aduerte etiam,quòd ſubſtitutio pupillaris facta de extraneo in teſtamento minus ſolenni non eſt ualida modo aliquo. teſte Card.Put.deciſ.167.lib.2.

15 Et ſic ſubſtitutio pupillaris non valet in teſtamento non ſolenni, niſi alter ex filiis ſit ſubſtitutus. vt concedit Bar. in d.l.2. colū.4. uerſ.Quæro quid ſi teſtamentum,& ibi Alex. colum.1 verſ.Sextò requiritur,& Paul.Caſtrenſ.conſ.351.

16 Nec non animaduertendum eſt, quòd probata morte eius, cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, pręſumitur mortuus in pupillari ætate.ita affabrè quidem Card. Put. deciſione 490.lib.2. ideò quilibet prętendens pupillum mortuum non fore in pupillari ętate,ſed ea tranſacta, & ſic locum non eſſe ſubſtitutioni pupillari,tanquàm prudens deberet neceſſariò hoc articulare, atque probare,ad excludendum ſubſtitutum, ne ſuccedere poſſet, probata ſolummodò per eum in genere ipſius pupilli morte.

17 Et quanquàm pater filiis in ſua poteſtate conſtitutis pupillariter ſubſtituere queat. d.l.2.vbi Gloſ.Bar. & alij omnes vniuerſaliter.ff.de vulg & pupill.ſubſtit. & Pariſ. conſ. 85.Olim ſer Candidus, num. 60. cum cęteris ſeq.vbi reddit rationem.

18 Tamen hoc nullatenus procedit in patre hęretico.c.2.§.fin.de hæret.in 6.

19 Nec in Iudæo. teſte Zaſio, in tractatu de Iudæis.

20 Nec vbicunque pater foret turpis perſona.tunc enim pupillariter filio ſubſtituere nequiret modo aliquo. ſecundùm Bar.in d.l. 2. & in l.ſed ſi vnius.§.filiofamiliàs.ff. de iniur.

21 Neque etiam ſubſtitutio ipſa pupillaris facta à patre de turpi perſona, cui non foret conceſſa adminiſtratio bonorum,ualeret ullo pacto. vt voluit Bar.in d.l.2.colum.5.uerſ.

Dixit

Dixit tamen pro ueritate, & in l. cùm oportet.§.non autem.C.de bon.quę lib.& Alexã. in dicta l.2.

22 Nec mater denique poteſt filiis ſuis pupillariter ſubſtituere modo aliquo.l.ſi mater, & ibi Doct.ff.de vulg.& pupil. & §. cæteri,in fin.inſtit. de hęred.qual.& diff.Bart.in l. uerbis ciuilibus. ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. & in l.2.eod.tit.& Ang.in 3.notab.Bellon.num.9.& alij omnes in princ.inſtit. de vulg.& pupil. ſubſt. & Ripa in d. l.2.num.13.ff. eodem titulo vbi prorumpit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

23 Et ratio palpabilis ea eſt, quoniam mater ipſa non habet filios in poteſtate. l.illud. §.ad teſtamenta fœminam.ff.de bon.poſſ. cõtra tab.§.fin.inſtit.de exhęred.lib.& §.fœminę.inſtit.de adop.

24 Cæterùm iſthęc communis ita illuſtrata claudicat re ipſa non ſortiri aliter locum, vbi cunque in loco uigeret ſtatutum, ut mater filios in poteſtate habere poſſet,tunc anim illa pupillariter abſque dubio ſubſtituere filiis ſuis ualeret, ex diſpoſitione ipſius ſtatuti. vt concedit apertiſsimè D. Sfortia Oddus in d. tract.compendioſę ſubſtitutionis,in prælud. 3.par.quęſt.4.uerſ.Limitatur autem, vt non procedat in matre,fol.18.Alex.Soc. & Ripa, ſub numero 13.& ſeq.in d.l. 2. vbi poſt Alex. hanc ſententiam explanat,interpretaturque prudenter quidem procedere mortuo eius marito,& non aliter,nec alio modo.

25 Sed ut apertè intelligas omnia ſpectantia ad pręſentem materiam, illaque degustare queas ad ſaturitatem uſque, opere pretiũ eſt primò proferre teſtimonium illud tanquã irrefragabile,quo maniſeſtè probatur, quòd ſubſtitutus pupillariter filio impuberi,etiam in legitima pupilli per fideicommiſſum grauari poſsit. caſus eſt, ſecundùm Doct. in l. ſi Titio.§.ſicuti,in fin. ff. de leg.1.& ibi per Bar. Imol. & alios omnes, & communiter etiam interpretes omnes in l.ex tribus. C. de inoffi. teſtam.Bar.Imol.Paul.Caſtrenſ.& Alex. in l. 1.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.Bal.in l.cùm virum,colum.2.C.de fideicom.Alex. conſ. 67. Conſideratis his,quæ in primo themate narrantur,num.2.uol. 1. & conſil. 12. Attentis uerbis teſtamenti dicti Bartholomæi, numero 32.vol.3.& Iaſ. in d.l.ex tribus. Et rationem huius communis aſsignant Bar.Pau.Caſtren.& alij in d.l.Titio.§.ſicuti. Cõis opin.

¶ Quia talis ſubſtitutio potius habet in ſe prouiſionem factam ipſi pupillo,quàm grauamen aliquod.& aſſerit inibi Paul. Caſtren. ita aliàs conſuluiſſe Dynum,per d. l. ſi Titio. §.ſicuti. & hæc eſt,re ipſa, uera & communis opinio.vt ad lucem adducit. conſulendo Bero.conſ.79.Et ſi dubia in narratione,ſub numero 11.vol.2.& Alexã. in d. conſilio 12. & Apoſtil.ibi,in litera M. licèt & temerè quidẽ eam eſſe falſam aſſeueret.quam ſanè communem optimè confirmat Paul.Caſtren. in d. l. ex tribus.quem Alex. ibi, & Moder. ſequuntur,vbi ponendo quęſtionem in terminis, docuit,quòd ſubſtitutus,qui ſucceſsit impuberi ex pupillari,potuit grauari per fideicommiſſum etiam in legitima,quæ ipſi impuberi debebatur iure naturæ,dummodò ipſe pupillus, & impubes obierit in ipſamet pupillari ætate, vt pupillari ſubſtitutioni omninò locus exiſtat. vt pleniori manu explicat Bero. in d.conſ.79.ſub num.11.col.9. circa mediũ.

26 Secundò opportunè aduertendum eſt etiam, quòd ſubſtituens pupillariter,cenſetur indubitanter quidem grauare hæredem, & ſubſtitutum,vt totam hęreditatem tam ipſius patris ,quàm etiam filij reſtituant. textus eſt clarus in l.ſi Titio.§.fin.ff. de leg. 1. & iſta eſt concors, atque communis omnium Iuris interpretum opinio. atteſtante Iaſ. ibi, num.15.& ſeq. Cõis opin.

27 Sed circa hoc oritur non leue nimirùm certamen,& acerrima diſputatio inter Doct. num uideatur huiuſcemodi fideicommiſſum iniunctum filio, aut eius hęredi: & in hoc ſanè conſiſtit maxima vtilitas: vtpotè quia ſi illud foret iniunctum filio, poſſet vtique ex eo detrahi legitima per eius hæredem ex filij perſona. ſi uerò foret iniunctum hęredi,non poſſet hęres modo aliquo legitimam detrahere neque ex filij perſona: quia ipſe non extitit aliter grauatus, neque ex perſona propria,ex quo illi non debetur legitima,& conſequenter fideicommiſſum in dubio iniunctum cenſetur non filio, ſed eius hæredibus, & ſucceſſoribus.ita Bar.in fin. Ioan. de Imol. & Paul.Caſtren.in l.qui duos,per Gloſ. ibi.ff. de vulg.& pup.ſubſtit. Paul. Caſtrenſ. Imol. Cuma.& Iaſ.in l.ex tribus.C.de inoffi. teſta. Io.de Imol.char.12.& Gul. Benedic.in c.Raynutius,in uer. Abſq; liberis,n.49.de teſta.Fulgoſ.in l.eam quã. C.de fideic.& Alex.cõſ.67. Conſideratis his quæ in primo themate narrantur,num.2. uolu. 1. ubi fatetur iſtam eſſe communem opinionem, ac etiam conſ. 12. Attentis uerbis teſtamenti dicti Bartholomæi,num.32.vol.3.Bertran.conſ.102. Quæritur in facto quòd anno Domini, num.7.& ſeq.uol.5.Cagnol.in l.precibus,num.226.& ſeq. C. de impub. & aliis ſubſt.& Apoſtil. ad Alex.in d conſ. 12.in litera M. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, ſcilicet, quòd in dubio fideicommiſſum ipſum ſimpliciter relictum, cenſeatur ipſi filio iniunctum,non autem eius hæredi,inclinauit Bar, præter morem ſuum titubando,in l. cohæredi.§.cùm filię. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. codicillis,in princ. per illum text. ff. de vſufruc.legat.Ripa in l.Centurio,num. 128. ff.de

ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. & Apoſtill.ad Alex.in d.conſilio 12.in litera M.Tamen quicquid fabuletur per iſtos Doct.incaſſum, non eſſet in practica modo aliquo recedendum à prima ſententia, quæ procul dubio eſt re ipſa magis veritati cōſentanea, magiſque etiā communis, atteſtante apertiſsimè Bertran. conſil.35.Viſo inſtrumento teſtamenti,& codicillorum,num.4.volum.2.primę partis, vbi ita conſuluit,& Iul.Clar.etiam in 3.lib.ſententiarum.§.Teſtamentum. queſt.72.verſic. Tertius eſt caſus. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR vt poteſt dicere in ſuo teſtamento pro eius firmitate, ſi teſtamentum non ualet vt teſtamentum, valeat vt valere poteſt:ita etiam per ęquipollens idem eſſet dicere, volo quòd valeat teſtamentum iure legitimo.*

2 *Clauſula teſtamentaria ſi non valet iure teſtamenti,ualeat iure codicillorum, & rogare uenientes ab inteſtato,paria ſunt.*

3 *Clauſula codicillaris operatur, vt relicta in teſtamento debeantur à uenientibus ab inteſtato.*

4 *clauſula codicillaris appoſita in teſtamento,operatur etiam in vulgari ſubſtitutione, etiam quòd in ea non intelligatur fideicommiſſaria.*

5 *Subſtitutio reciproca propter vim clauſulæ codicillaris ualet in vim fideicommiſſariæ.*

6 *Subſtitutio,vel inſtitutio, quę non ualuit à principio vt directa,ualet vt fideicommiſſaria.*

7 *Clauſula codicillaris in teſtamento appoſita refertur ad omnia quæ in teſtamento continentur, & operatur vt ſubſtitutio, que iure directo ualere non poteſt,iure codicillorum valeat.*

8 *Clauſula poſita in teſtamento,in qua teſtator aſſerit ſubſtituere vulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum,eſt maximi momenti, & effectus: quamuis notarij eam apponentes in teſtamentis, non intelligant ſuam vim, & virtutem.*

9 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento, cenſetur appoſita de voluntate teſtatoris, & non de conſuetudine notariorum, & preſertim vbicunque teſtamentum extitiſſet perlectum coram teſtatore,uel reperiretur teſtamentum ipſum ſcriptum manu propria teſtatoris.*

10 *Teſtamentum ſcriptum propria manu teſtatoris, non autem coram notario, & teſtibus publicatum,ualet etiam ad pias cauſas.*

11 *Clauſula codicillaris vbicunque appoſita in teſtamento extet, videtur tunc conceſſa facultas ſubſtituto veniendi ex quocunque capite uoluerit.*

12 *Subſtitutus,omiſſa ſubſtitutione vulgari.poteſt eligere fideicommiſſariam.*

13 *Clauſula, quod uoluit teſtator ualere teſtamentum omni meliori modo quo poteſt &c. plurimum operatur.*

14 *Clauſula, quod voluit teſtamentum ualere omni meliori modo quo poteſt &c.operatur pluſquàm clauſula codicillaris:& operatur etiam effectum iſtum ac ſi dicatur, iure inſtitutionis relictum ſit filio.*

15 *Clauſula omni meliori modo in teſtamentis appoſita,operatur hunc effectum, quòd verbum Relinquo importet inſtitutionem.*

16 *Clauſula codicillaris in tribus caſibus ſubintelligitur appoſita,licèt non apponatur.Primò ſi in teſtamento adſit iuramentum.Secundò in teſtamento inter liberos. Tertiò vbi inſtituitur in teſtamento perſona valde dilecta.*

17 *Iuramentum habet vim clauſulę codicillaris.*

18 *Iuramentum importat clauſulam illam, vt actus ualeat omni meliori modo quo poteſt.*

19 *Clauſula codicillaris, & ardor liciti amoris ęquiparantur.*

20 *Clauſula codicillaris ſemper preſumitur appoſita in teſtamento inter liberos, etiam quòd ea in ipſo teſtamento non apponatur:ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis ſit.*

21 *Clauſula codicillaris ſortitur effectum ſuum, etiā teſtamento exiſtente nullo ex poſthumi præteritione,tam ſcienter,quàm ignoranter emanata: ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat,quòd preterito poſthumo ſcienter, uel ignoranter, teſtamentum ipſum penitus rumpatur.*

22 *Clauſula codicillaris locum non habet ubi deficit voluntas.*

23 *Codicillaris clauſula in teſtamento fratris appoſita, continente inſtitutionem turpis perſonę, nihil operatur: ſecundùm vnam communem opinionem, quamuis altera ſententia contraria, ſimiliter communis ſit, quòd hec clauſula operetur effectum ſuum in teſtamento á fratre, uel ſorore querela inofficioſi impugnato propter turpem perſonam in eo inſtitutam.*

OPINIO DCCCLXV.

1 TESTATOR quemadmodum poteſt aſſerere in ſuo teſtamento pro eius validitate, ſi teſtamentum non ualet vt teſtamentum,ualeat vt ualere poteſt.l.1.ff. de iure codicill. ita pariformiter per ęquipollens idē eſſet dicere, & aſſeuerare per eundem teſtatorem, uolo quòd ualeat teſtamētum ipſum iure legitimo.l.codicillis.§.fin.ff.de leg.2. *Subſtitutio.*

2 Imò paria forent rogare uenientes ab inteſtato,ſeu dicere,ſi non ualet iure teſtamenti,iure codicillorum ualeat. ſecundùm Gloſ. & Doct.in l.ſi iure.C.de teſtam. manumiſ. & Guid.Pap.deciſ.323.

¶ Ex

¶ Ex quo clauſula codicillaris in teſtamẽto appoſita tantum ſignificat, quantum dicendo, ſi legata non debentur ex teſtamento, debeantur ab inteſtato. teſte Bar. in l. quia autem, in 3. notab. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, uel alio modo poſsideat hæreditatem, & in l. 1. colum. 1. eod. tit. & Bal. in rub. colum. 2. C. ſi omiſſa ſit cauſa teſtamenti.

3 Nec non clauſula ipſa codicillaris, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, appoſita in teſtamento inualido, facit venientes ab inteſtato uideri grauatos de reſtituendo hæredi ſcripto, & pariter deberi legata ab eiſdem venientibus ab inteſtato. l. ex ea. §. 1. & ibi Gloſ. Bar. Paul. Caſtrenſ. & Aret. ff. de teſtam. Oldr. conſil. 138. Bar. Bald. in vltima queſt. & alij omnes in auth. ex cauſa. C. de lib. præter. Paul. Caſtrenſ. in l. 1. in fin. C. de poſth. hæred. inſtit. Alexã. in l. certi. C. de teſtam. mil. conſilio 16. volum. 1. & conſ. 42. colum. fin. uol. 2. Ruin. conſil. 83. colum. 3. uolu. 3. Iaſ. conſilio 104. colum. penult. uolu. 4. Dec. conſil. 228. colum. 1. conſ. 242. colum. 1. conſil. 369. col. fin. conſil. 431. colum. fin. & conſil. 504. colum. 2. Pariſ. conſ. 26. Ex tenore teſtamenti. num. 49. conſil. 50. Teſtamentum vt dicitur conditum. conſ. 61. Licèt alias numero 19. & conſ. 64. Prima facie. num. 13. uolum. 2. & conſil. 3. num. 10. uol. 4. Dec. col. 7. & Zuch. num. 102. in l. poſthumo. C. de bon. poſſeſ. ſecundùm tabul. & Cagnol. in d. authẽ. ex cauſa, num. 131. & ſeq. & 148. vbi planum tacit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

4 Nam illa clauſula codicillaris in teſtamẽto appoſita nihil operatur in vulgari ſubſtitutione, in qua non intelligitur fideicommiſſaria. vt notat, atque ſubtiliter diſcurrit Dec. in l. fin. num. 18. C. de edict. diu. Adrian. toll. cuius opinio meritò quidem communiter reprobatur, prout contrarium firmauere Paul. Caſtrenſ. Corn. Fulgoſ. & alij omnes in l. ſi fratres. C. de fideicom. & Rip. cum aliis aggregatis per eum in l. Lucius, num. 44. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & Fulgoſ. & cæteri iuris interpretes in l. leges. C. de collat. *Cõis opin.*

5 Imò ſubſtitutio reciproca propter vim clauſulæ codicillaris ualet utique in vim fideicommiſſariæ. ſecundùm magis communem opinionem omnium in iure Scribentium. teſte Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. & Corn. in l. ſi fratres. C. de fideicom. & Soc. conſil. 6. uolum. 3. & amplè diſputat aduerſus Decium contrarium aſſeuerantem, Lancellot. Galliaul. in repet. l. Centurio, num. 256. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. *Cõis opin.*

6 Vndè vbicunque ſubſtitutio, vel inſtitutio, quæ ualere non potuit à principio, nec ualuit, nec valere potuit vt directa, ualet vt fideicommiſſaria. ita Gloſ. Bar. Bal. colum. 11. verſ. Item ex iſta Gloſ. Ang. Imol. & Iaſ. numero 19. & ſeq. in l. uerbis ciuilibus. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. vbi prorumpit etiam iſtam eſſe communem opinionem, & format duas concluſiones pro facilitanda præſenti materia. & huic ſententiæ inhærent quoque Ant. Imol. Guil. Bened. & Bero. in c. Raynutius, de teſtam. & Paul. Caſtrenſ. conſil. 59. Et licèt Matteſil. ſing. 140. Nota mirabilem doctrinam. inclinet in contrariam partem: tamen contra eum, & ſequaces extare communem Scribentium ſcholam atteſtatur ibi expreſsè Gabriel Sarayna in add. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

7 Et ſic clauſula codicillaris appoſita in teſtamento, refertur indubitanter ad omnia quæ in teſtamento continentur, facitque ac operatur vt ſubſtitutio, quæ directò ualere iure non poteſt, iure nempè codicillorum ualeat. ita Bal. & alij omnes in d. l. uerbis ciuilibus, Anchar. conſil. 27. in 2. dub. Soc. conſ. 12. vol. 3. Curt. Iun. conſil. 48. num. 10. & ſequen. & conſ. 139. circa fin. Celſus Hugo conſ. 20. In præſenti conſultatione, ſub num. 58. & Grauet. conſil. 22. num. 8. volum. 1. vbi nuncupat iſtam opinionem communem eſſe: licèt Dec. & malè contrarium aſſeueret conſilio 218. & conſ. 248. *Cõis opin.*

8 Et hinc ſciendum eſt, hodie ceſſare innumerabiles propè difficultates, caligines, atque nubeculas, in quibus iuris interpretes lõgo ſtudio, & ſanguineo ſudore ſe occuparunt pro illis extricandis, propter clauſulam illam codicillarem, qua in practica vtuntur in omnibus teſtamentis, aſſerentes teſtatorem ſubſtituere vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: quæ clauſula re ipſa reputatur maximi momenti, & effectus. atteſtante Dilecto de arte teſtandi, tit. 5. de ſubſtitutionibus, cautela 2. num. 2. Ant. Anguſola conſilio 32. Et ſi receptior ſit ſententia num. 12. lib. 6. & Cephal. conſ. 134. In præſenti conſultatione, num. 3. uol. 1. quamuis notarij illam in teſtamentis apponentes, eius vim, ſubſtantiam, & uirtutem nullatenus intelligant. vt tradit Bal. & Iaſ. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. Soc. conſ. 290. quoniam præſens, & Seuer. in l. precibus, colum. 25. concluſ. 13. C. de impub. & aliis ſubſtit. ſunt enim tunc expreſſa vulgaris, pupillaris, & fideicõmiſſaria, de quibus dubium non erit.

¶ Et quòd notarius aliquando non intelligat iſtam clauſulam vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, colligitur apertiſsimè, vbicunq; ea in teſtamento apponitur, & tamen tunc nullus pupillus extat: & eo nẽpè caſu nihil debet operari. atteſtante Galliaul. in l. Centurio, nu. 418. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & Neuizan. conſ. 53. Vbi Chriſtus non eſt fundamentum, ſub num. 6.

9 Sed ubicunque ſimpliciter appoſita foret ea-

ret eadem clauſula codicillaris in teſtamento, controuertitur inter Doct. num cenſeatur inquam appoſita de notariorum conſuetudine, vel ex teſtatoris uoluntate? & finaliter, quòd tunc appoſita extet ex uoluntate teſtatoris, voluit apertiſsimé Bar. in l. 1. ff. de iure codicill. & Illuſtriſsimus Card. Albanus in lucubrat. ibi, num. 8. vbi aſsignat rationem, Tiraq. in l. ſi vnquàm, in præfat. num. 132. & 166. C. de reuocan. donat. & Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. cum magna caterua Doct. relata per eum, in concluſ. 18. libro 4 ubi refert alios contrariæ claſsis Scribentes, fateturque communem opinionem fore, & explanat eam procedere, vt clauſula ipſa codicillaris magis ponatur de conſuetudine, quàm de voluntate teſtatoris, niſi fuerit perlectum teſtamentum coram eo, & ita firmat etiam Gomeſ. deciſ. 88. lib. 1. & Bero. conſilio 16. Primum, num. 13. volum. 1. uel niſi etiam teſtamentum reperiretur ſcriptū manu propria teſtatoris: tunc equidem operaretur abſque dubio aliquo effectum ſuum. vt uoluit conſulendo Pariſ. conſilio 60. Prima facie dicendum uidetur, ſub numero. 27. & ſeq. volu. 2.

Cõis opin.

10 Nam teſtamentum, propria manu teſtatoris ſcriptum, non tamen coram notario, & teſtibus publicatum, ualet, & tenet etiam ad pias cauſas. ita Card. Put. deciſ. 440. lib. 1. & docuimus pleniori manu quoque infra, in Opinio. 880. Teſtamentum, imperfectum, libro 3. Vel niſi finaliter agatur de leui præiudicio. ut concedit Cephal. conſil. 25. Mora in præſenti caſu, ſub num. 39. uol. 1.

11 Et poſtremò inter cæteros effectus omnes ſcaturientes ex ipſa clauſula codicillari, unus eſt iſte ſatis utilis, ut quotieſcunque appoſita foret in teſtamento iſthæc clauſula, cẽſeatur utique tunc conceſſa dubio procul facultas ſubſtituto ueniendi ex quocũque ſubſtitutionis capite uoluerit. l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebell. ubi ſubſtitutus cogere ualet grauatum hæreditatem adire, & illam ſibi reſtituere.

12 Et conſequenter omiſſa uulgari eligere, amplectique poteſt ad ſui libitum fideicommiſſariam. ſecundùm Polit. in tract. de ſubſtitutionibus, ſub rubr. de compendioſa, col. fin. Soc. conſilio 20. colum. 6. & ſeq. uolum. 1. Bart. in l. Centurio. ff. de uulg. & pupil. ſubſt. cui aſſentiũtur ibi Galiaul. colum. 97. & ſeq. & Aquenſ. colum. pen. & Ripa, num. 171. aſſerentes iſtam eſſe communem opinionem, & Soc. etiam conſilio 290. colum. fi. uol. 2.

Cõis opin.

13 Et quemadmodum prudenter agit teſtator in apponendo, ſeu apponi faciendo clauſulam codicillarem in ſuo teſtamento, ſtante eius uirtute quàmmaxima: ita pariformiter prudentiſsimè quidem ageret, ubicunque apponeret teſtator ipſe etiam in eodem teſtamento alteram clauſulam, quòd uoluit illud ualere omni meliori modo quo poteſt &c. teſte Marſil. ſing. 36. Clauſula omni meliori modo, in princ. Card. & Imol. in c. ex literis, de offic. deleg. & in c. cùm ex officij, de præſcript. Imol. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & Pariſ. conſ. 61. Licèt aliàs, num. 25. uol. 2.

14 Nam iſthæc clauſula re ipſa operatur pluſquàm clauſula codicillaris, & operatur, producitque hunc effectum, ac ſi dicatur iure inſtitutionis relictum ſit filio. ita Bal. in l. quoties, colum. 2. C. de hęred. inſtit. Dilect. cum aliis aggregatis per eum, in tract. de arte teſtandi, tit. 3. de liberis inſt. uel exhęred. cautel. 1. num. 6. Pariſ. conſ. 50. Teſtamentum, ut dicitur conditum, num. 9. & ſeq. uolum. 2. Pet. Ant. Anguſola conſilio 14. Poſthumus alienus iure inſtitui poteſt, num. 2. & ſequen. libro 6 & Bellon. conſ. 85. nu. 2.

15 Quoniam clauſula omni meliori modo in teſtamentis appoſita, operatur dubio procul, quod uerbum relinquo importet inſtitutionem ſecundùm Paul. Caſtren. conſil. 323. Super primo puncto, num. 3. uol. 1. Bal. in d. l. quoties, colum. 2. Raph. Cuman. in l. his uerbis. ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. Fely. in c. cùm ſuper, poſt num. 10. uer. Secundus effectus, extra de off. deleg. & Marſil. in d. ſingul. 36. poſt prin.

16 Eſt benè verum, quòd hæc clauſula codicillaris in tribus caſibus, licèt non apponatur: tamen ſemper illa intelligitur appoſita. Primò ſi in teſtamento adſit iuramentum. Secundò in teſtamento inter liberos. Tertiò vbicunque inſtitueretur in teſtamento perſona valdè dilecta teſtatori. Nam ardor liciti amoris idem operatur, quod clauſula codicillaris. hæc Iaſ. notat in l. verbis ciuilibus, numero 13. & ſeq. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

17 Et quòd iuramentum habeat vim clauſulę codicillaris, eſt textus in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & Bald. in l. ſancimus. C. de teſtamen. & notatur in l. ſi quis in principio teſtamẽti. ff. de leg. 3. & facit quod uoluit Ioan. And. in reg. quod ſemel, in fin. de reg. iur. in Merc. Bar. in l. omnes populi, in 3. queſt. principali. ff. de iuſt. & iur. & Abb. in c. quanto, colum. 1. & in c. ad noſtram, el 3. de iureiuran.

18 Imò iuramentũ ipſum habet quoq; vim clauſulę omni meliori modo. ita Bart. Bal. & alij oẽs in l. ſi quis maior. C. de tranſac. p tex. in d. l. cũ pater. §. filius matrẽ, Alex. in l. 1. §. ſi quis. ff. de uerb. obli. & in l. ſciendũ eo. tit. in l. ſi cõuenerit, col. . ff. de iuriſd. om. iud. & conſil. 31. in fin. vol. 4. Bal. & Saly. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. & in l. ſed hæ. §. pręter, & §. defendere. ff. de procur, Ioan.

Ioan.de Imol.in l.2.§.penult. ff. de donat. & in l.2.ff.de pignor.Soc.conſilio 153.uel 163. Non fuiſſet opus Velleiani, volu.2.Franciſc. Curt.in tract.feud.ex quib. cauſ. feud. amit. in 4.cauſa.Pariſ.conſilio 63.Donatio iſta facta,num.53.uol.1.Fely.in c.cùm ſuper, nu. 9. de offic.deleg.& Iaſ.in §.item ſi quis, numero 14.inſtit.de act.ubi commemorat ita com-

Cõis opin. muniter intelligi, interpretarique per iuris interpretes omnes d. l. cùm pater. §. filius matrem.

19 Et quòd idem operetur ardor liciti amoris,quod clauſula codicillaris,tenet Gloſ.in l. ſi iure.C.de teſtam.manu.& in l. in teſtamento.ff.de fideicom.li. Bal.in d.l.ſi iure,& Barbac.in c.requiſiſti,& in repe.c.Raynutius,de teſta.& in c.cum R.canonicus,de off. deleg.

20 Sed illud,quod ſupra docuimus,quòd in teſtamento inter liberos ſemper præſumatur appoſita clauſula codicillaris, vel clauſula omni meliori modo &c. etiam quòd ea prætermiſſa ſit in teſtamento, firmat Glo. Imol. & Alex.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff. de vulg. & pupil.ſubſtit.Marſil in d.ſing.36. ante fin. Ioan.Bapt.Plotus conſil.5.In cauſa magnifici D.Ioannis Pauli Boxij, num.6. uol.1.& Bel-

Cõis opin. lon.conſil.85.num.4. ubi exarauit illam Glo. communem,& ſingularem fore.

¶ Nihilominus tamen in contrarium, uidelicet,quòd neceſſariò apponenda ſit iſthæc clauſula codicillaris,etiam in teſtamento cõdito inter liberos, aliàs ea nullatenus præſu-

Cõis opin. matur, extat cum effectu communis Doct. opinio.teſte Dilect. in tract. de arte teſtandi, tit.3.de liberis inſtituendis, uel exhæredandis,cautela 1.ſub numero 7.Salyc.Iaſ.& Moder.omnibus in authen.nouiſsima. C.de inoffic.teſtamen.

21 Imò aduerte etiam,ipſam clauſulam codicillarem ſubſtentare, ac conſeruare quoq; teſtamentum,præterito poſthumo,ſiue ſcienter, ſiue ignoranter; & ſic ſortitur effectum ſuum clauſula iſthæc, etiam teſtamento exiſtente nullo poſthumi præteritione ſcienter, aut ignoranter emanata. ſecundum Glo. in auth. ex cauſa.C.de liber.præter.Rom. conſilio 122.Circa id quod effectualiter quæritur, ſub num 1.vbi D.Horat.Mandoſ.in add.in li-

Cõis opin. tera A. admonuit iſtam eſſe magis communem opinionem,& ita aliàs extitiſſe ſimiliter iudicatum in Rota Rom. prout ita meminit Put.etiã deciſ.7.tit.de teſtamẽ.& deciſ. 233. lib.2 & Chiſſanen.deciſ. 3.Et huic ſententiæ inhæſit quoque Specul. in titul. de inſtr. edit. §.compendioſè,colum.11.Oldr.& Bal.in l.Titia,colum.1.ff.de inoffi.teſtam.Paul. Caſtrẽ. conſilio 268.colum.fin.uol.1. ac etiam infra ſcripti Doct.atteſtando quoq; de magis communi;uidelicet,Pariſ.conſ 60 Prima facie, colum.1.& ſeq.uol.1.Soc.conſilio 64.uolum.2. Soc.Iun.conſ.110.colum.7.vol.1.& conſ.29. colum.2.uol.3. Bertran. conſ. 195. ponitur, num.3 uol.1.conſilio 225.colum.2.7.& ſeq. volum.3.& conſ.128.V ſo conſultationis themate,num.3 uol.5. Capra conſilio 102. numero 3.conſilio 103.colum.1.conſil.106 colum.penult.& ſequen.& conſ.1 5.colum penult.Dec conſ.242 colum.2. Alex. conſ. 26. Circa primum dubium,num.5 uol. 1. & conſilio 142. Circa primam dubitationem,numero 2 cum aliis ſeq uol.2 Grauet. conſ 34 & conſ.67 colum.2.Ruin.reuocando iudicium in melius,conſil.19 Circa,colum. 3. volu 3. Bellon.conſil 085 Curt Iun.conſ.150. Materia,colum.5 Ripa quæſt. 21. & Tiraq. in uer. Suſceperit,num. 73 & 179.in l. ſi unquàm. C.de reuoc.donat.Apoſtil ad Capel.Tholoſ. in deciſ.455. Quid operetur, & Bero. conſilio 2. Requiſitus in hac conſultatione tui, vol.2.& conſ 6 Primum, quod in themate propoſitum eſt', num. 18. cum aliis ſeq eod. uol & eſt textus clarus in l. 3. ff de iur codicil.& in l ab inteſtato,in princ. & in l. is cui. eod.tit.& in l.generaliter.§.ex teſtamento ff. de fideicom.liber.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quod præterito poſthumo ſcienter,uel ignoranter,teſtamentum aliter non conſeruetur, ſed illud penitus rumpatur,inclinauit Bar in l 1 in 5.quæſt.ff.de iure codicill Bal. col. fin. & Iaſ num.4 in d authen ex cauſa C. de lib. præter. & ibi etiam Cagnol. num. 137. cum aliis ſeq.Card.conſilio 20 Iacobus Signorot. conſilio 24.& conſ.220. Factum, A.c ar. 70. Motiuis in præſenti cauſa uiſis,num. 4. cum aliis ſeq.tomo 3.lib 9.Aret.conſil. fin. colũ. pen.& ſeq Ruin.conſilio 2.uol.3.& conſil 6. eod.uol.Bal.conſil.239.Quia, uol 3.Ang cõſilio 108.Iſta quæſtio,Pariſ.conſil.73 Donatio,in fin.uol.1.Soc.Iun. conſilio 128. Præſentis,num.72.uol.1 & conſilio 153.Viſo,uol.2. Dec.conſil.490. Viſis. qui ferè omnes aiunt iſtam eſſe magis communem opinionem, & Cõis opin. etiam Iacob.Philip.Port.ſeu potius Ant. Gabriel.concluſ.1.lib.6. vbi refert alios quàmplurimos Doct.eiuſdem ſententiæ,& eam ſimiliter limitat. Et licèt pro hac opinione ſtet regula, quòd præterito poſthumo ignorãter, præſertim ab eo,qui tempore teſtamẽti uxorem non habebat,teſtamentum non conſeruetur quò ad inſtitutionem, quia in dubio à regula diſcedendum non eſt, quæ eſt, quod præterito poſthumo, teſtamẽtum nullatenus valeat,legibus triuialibus:tamen reiecta ipſa regula, & aliis rationibus quibuſcunque pro firmitate præſentis opinionis adductis, aliter non diſcedo à priori ſententia relata, tanquàm ſyncerè magis communi, & ſacroſanctiſsima.

22 Et quanquàm clauſula codicillaris appoſita in

ſita in teſtamento nullo, ratione pręteritionis, operetur effectum ſuum, ex communi recitata opinione: nihilominus tamen ubicunque teſtamentum non ualeret ratione voluntatis imperfectę, tunc ipſa codicillaris clauſula in eo appoſita fideicommiſſum non induceret modo aliquo, nec operaretur effectum ullum quantumuis minimum. ſecundùm Bar. in d. l. 1. ff. de iure codicil. & Bald. in l. ex ea, in prin. ff. de teſtam.

¶ Et ratio ea eſt ſatis efficax, quoniam clauſula codicillaris, vbi teſtatoris voluntas deficit, operari nequit ullo pacto. vt concedunt Doct. omnes uniuerſaliter in l. eam quam. C. de fideicom. & in d. l. 1. Bal. conſilio 319. Quidam Nicolaus, colum. fin. uol. 5. Dec. conſ. 291. Viſis & diligenter conſideratis his, num. 4. Alciat. in d. conſilio 70. numero 11. tomo 3 lib. 9. Grat. conſ. 8. Illuſtris comes Antonius, num. 11. volum. 2. & Bero. cõſilio 16. Primum, num. 16. uol. 2. & eſt textus in dicta. l. ex ea, & in l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de leg. 3.

23 Nec poſtremò clauſula ipſa codicillaris operatur fideicommiſſum in fauorem turpis perſonæ inſtitutæ, & præſertim ubicunque foret frater pręteritus per fratrem in ſuo teſtamento, & inſtituta turpis perſona per eundem fratrem; vndè codicillaris clauſula hęc in teſtamento fratris, continente inſtitutionem turpis perſonę aliqd operatur: nec facit quòd ſoror querulans contra teſtamentum, videatur rogata per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem turpi perſonæ. ita Paul. Caſtren. conſ. 394. Videndum eſt vtrùm fides ſit adhibenda, ſub num. 4. uol. 1. Ang. in d. auth. ex cauſa. C. de liber. præter. Fulgoſ. conſilio 71. Mulier maritum, in 2. dubio, Ruin. conſil. 5 colum. fin. volu. 3. Dec. conſil. 561. Septimò reuocatur in dubium, ſub num. 2. cum aliis ſeq. Gozad conſilio 25. Videtur prima facie dicendum, quòd pars aduerſa foueat iuſtitiam, num. 2. & Vrſil. in ſcholiis ad Afflict. deciſ. 125. ſub num. 2.

¶ In contrariam uerò ſententiam, videlicet, clauſulam codicillarem in pręſenti caſu operari effectum ſuum, inclinauit conſulendo Soc. iun. conſ. 87. Præſens conſultationis reſolutio, num. 15. cum aliis ſeq. vol. 4. ubi nõ obſcurè explicat iſtam eſſe communem opinionem: & ita in facti contingentia aliàs deciſum extitiſſe in Sacro Concilio Neap. meminit Afflict. deciſ. 125. & deciſ. 204. Sed re ipſa prior ſententia uidetur magis communis, magiſque uera, & in iure fundata, prout aliàs, dato ocio, Deoque annuente, planum faciam pleniori manu, cui innititur conſulendo etiam non vulgari quidem anchora Bero. conſ. 20. Viſa facti præſentis ſpecie, numero 36. volum. 2.

Cõis opin.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PRAELATVS in cauſa ſuę eccleſiæ poteſt allegari ſuſpectus, & talis ſuſpitio admittitur.*

2 *Prælatus in cauſa ſuæ eccleſię admittitur ad iudicandum, niſi allegetur ſuſpectus.*

3 *Suſpitio iudicis debet allegari, & probari, & pręſertim in Regno, ubicunque ea allegatur contra Conſiliarios Sacri Concilij; Pręſidentes, ſeu Rationales Regiæ Camerę, uel Iudices magnæ Curię Vicariæ.*

4 *Suſpectus allegatus aliquis ex Conſiliarijs Sacri Concilij, vel ex Pręſidentibus, vel Rationalibus Regiæ Camerę, & ex Iudicibus magnæ Curię Vicarię, dum legitur, & prouidetur petitio continens ſuſpitionem ipſam, debet auditorium exire, expectareque extra auditorium donec fuerit talis petitio decretata.*

5 *Suſpectum allegans aliquem ex Conſiliariis Sacri Concilii, uel ex Pręſidẽtibus, ſeu Rationalibus Regię Camerę, ſiue ex Iudicibus magnę Curię Vicarię, & non probans ſuſpitiones allegatàs, debet puniri arbitrio iudicis.*

6 *Suſpitio iudicis ſimpliciter allegata, in dubio pręſumitur calumnioſa, & temeraria, quę ſemper repellitur.*

7 *Suſpitio iudicis per iuramentum non probatur.*

8 *Iuramentum non dicitur probatio, nec probationem inducit.*

9 *Iuramentum licèt aliquando dicatur probatio, tamen eſſet tunc ficta probatio.*

10 *Iuramentum non dicitur plena, nec legitima probatio, ſed quaſi probatio, uel ſemiplena.*

11 *Iuramentum non ſufficit, quando requiritur de iure uera, & liquida probatio.*

12 *Iuramentum vt ſit ſeruandum, & illud obliget, debet habere tres comites, ſcilicet, ueritatem, iudicium, & iuſtitiam; quorum ſi alterum deficiat, non eſt ſeruandum.*

13 *Iuramentum comparatur ad tria.*

14 *Suſpectum allegans iudicem ordinarium, non tenetur aliqua pœna, etiam quòd non probentur cauſę ſuſpitionum allegatę: ſed iniuſtè recuſatus pro ſuſpecto, poteſt agere actione iniuriarum contra recuſantem.*

15 *Suſpitionibus probatis contra iudicem ordinarium, & militantibus, is non remouetur ob hoc, ſed datur ei adiunctus.*

16 *Suſpectus allegatus iudex, ſi procedat ſimul cum altero iudice non recuſato, ualet proceſſus tunc, data iuriſdictione inſolidum; ex quo alij iudices non ſuſpecti purgant ſuſpitionem iudicis recuſati.*

17 *Iudex à iudicando repellitur in cauſa ſui uaſalli, ſi allegetur ſuſpectus.*

18 *Suſpitio contra iudicem debet allegari ante litem conteſtatam.*

19 Su-

19 *Suſpectum iudicem quis ex cauſa antiqua poteſt recuſare, ſi ad ipſius notitiam de nouo peruenerit, non obſtante, quòd ante notitiam cauſæ, coram eo abſque proteſtatione comparuit.*

20 *Suſpitionis cauſa ſi de nouo emergat poſt litis conteſtationem, poteſt allegari, & probari in quacunque parte iudicij vſque ad concluſionem, non autem poſt.*

21 *Suſpitione iudicis allegata ſuſpenditur iuriſdictio, ſicut appellatio; & iudex recuſatus tenetur deſiſtere, & ſuperſedere in procedendo in cauſa.*

22 *Suſpectus iudex procedens in cauſa poſt propoſitam ſuſpitionem contra eum, proceſſus fabricatus coram illo eſt ipſo iure nullus.*

23 *Suſpecto allegato iudice, proceſſus compilatus coram eo, parte non opponente, valet.*

24 *Papa committere poteſt cauſam iudici ſuſpecto ex certa ſcientia, recuſatione remota.*

25 *Papa de plenitudine poteſtatis poteſt ratificare ſententiam prolatam à iuriſdictione carente.*

26 *Sententia lata per iudicem ex legitimis cauſis recuſatum, et ſi ea nulla ſit; tamen ſi reperiatur iuſta, poteſt confirmari.*

OPINIO DCCCLXVI.

1 SVSPECTVS allegari poteſt prælatus, & de iure recipitur, ac admittitur iſthæc ſuſpitio, quoticſcunque iudicaret, & iudex eſſet in cauſa ſuæ Eccleſiæ. ſecundùm Siculum in cap. inſinuatione, de officio deleg. & in cap. poſtremò, de appellat. alios Canoniſtas ibi, & iſta eſt communis opinio, teſte Stephano Aufrer. in tract. de teſtibus, in uer. Prælatus. *Cõis opin.*

2 Tamen niſi allegetur vtì ſuſpectus ipſe prælatus, non repelleretur à iudicando in cauſa ſuæ Eccleſię. c. ſi quis ergo. 2. quæſt. 7. & cap. cùm perſonæ, de priuileg. libro 6. & notant Doctores in cap. cùm veniſſent, de iudiciis, Innocent. in cap. ex parte, extra de uerborum ſignific. & Ant. in cap. 1. de maled. & cum opinione hac tranſeunt omnes Canoniſtæ communiter in dicto cap. cùm veniſſent. *Cõis opin.*

3 Et ratio ea eſt; quoniam ſuſpitionis cauſa debet neceſſariò allegari, atque probari. l. item ſi ſuſpectus, & ibi Gloſſ. ff. de procurat. Bald. colum. fin. & Iaſ. in l. apertiſsimi. C. de iud. & Paul. Caſtrenſ. conſilio 40. & ſequen. & notatur in cap. ſecundo requiris, & in c. cùm ſpeciali, de appellat. & eſt textus etiam in Regno in pragmatica 1. Caroli Quinti, emanata in anno 1540. in tit. de ſuſpitionibus officialium. in qua diſponitur, allegantem ſuſpectum aliquem ex Conſiliariis Sacri Concilij, uel aliquem ex Præſidentibus, ſeu ex Rationalibus Regiæ Cameræ, & uel ex Iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, teneri cauſas ſuſpitionis in ſcriptis proponere coram omnibus aliis non ſuſpectis Iudicibus illiuſmet tribunalis, in quo reperitur iudex recuſatus, ac illos, deguſtata, repertaque ſuſpitione propoſita, iuſta, atque rationabili, teneri ad amouendum ſuſpectum Iudicem ab officio iudicandi in cauſa tunc uertente.

4 Imò, producta petitione contra aliquem ex memoratis officialibus, allegatus tunc ſuſpectus, dum legitur, prouideturque petitio ipſa, debet auditorium exire, atque expectare extra auditorium ipſum, donec & quò uſque fuerit talis petitio decretata. ut ita in cap. Regni 231. Voluntas libera, apertiſsimè diſponitur.

5 Sed ſi allegans ſuſpitiones contra officiales præmemoratos, & illas poſtmodum non oſtenderet, atque probaret, puniri deberet, & poſſet arbitrio illius Iudicis electi à iure ad procedendum ſuper ſuſpitionibus ipſis. ut diſponitur in ordinatione Regis Ferdinandi primi, impreſſa, renouata, inſertaque per Illuſtriſſimum Ducem de Alcalà, piæ memoriæ, in nouiſsimis prag. in reformationibus Sacri Concilij. 5. Allegantibus, fol. 16.

6 Nam iſthæc ſuſpitio dicitur calumnioſa, & temeraria, quę ſemper meritó repellitur. c. 1. 2. q. 1. & c. canones. 6. q. 1.

7 Nec ſufficit huiuſcemodi ſuſpitionem allegatam probari mediante iuramento allegantis, atque proponentis ſuſpitionem ipſam: ſecundùm Staphileum, in tractatu de liter. gratiæ, & iuſtitię, folio 185. uerſ. Et iſta etiam de cauſa non ſolet concedi auocatio cauſarum.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd per iuramentum probetur ſuſpitio iudicis, & quòd in partibus non ſperat habere iuſtitiam propter perhorreſcentiam & c. prout iurare paratus eſt, inclinauit Pariſ. conſil. 98. Aſſerta ſententia contra Cæſarem, numero 1. & ſequen. uolum. 3. Marſil. poſt Specul. & Bartol. relatos per eum, in repet. rubr. num. 157. C. de prob. & Iaffred. Lanfran. deciſ. 236. De iure ciuili, cent. 3.

¶ Sed iſthęc opinio mihi non arridet: nam non ſufficit aliter offerre iurare, verùm debet allegãs, proponenſq; ſuſpitiones actualiter iurare: & ideò practici dicunt in precibus, prout iurare paratus eſt, & de pręſenti iurat. c. pen. de iureiur. & Dec. conſ. 395. col. fin.

¶ Imò ſi allegans ipſe ſuſpitiones, actualiter iuraret, autumarem etiam tale genus probationis, & iuramentum nullatenus eum releuare, ex traditis per Doct. in dicta l. apertiſsimi. C. de iud. & ita firmauit quoque

Paris de Put. in tract. de Syndicatu, in verb. Suſpitio,ſub num. 1.in fin.ipſius num.

8 Et ratio ea eſt; quoniam iuramentum non dicitur probatio, nec probationem inducit.l. Lucius.ff. de cond. & demoſtrat. & Marſil. in d. repet. rub. num. 130. cum aliis ſeq.C. de probat. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe magis communem opinionem, eamque vtiliter etiam limitat in aliquibus caſibus. *Cõis opin.*

9 Et eſto, quód aliquando iuramentum diceretur probatio: tamen tunc eſſet ficta probatio, & non aliter, nec alio modo. teſte Bal. in l.3.C.de procur.

10 Quoniam iuramentum non dicitur modo aliquo plena, nec legitima probatio, ſad quaſi probatio, vel ſemiplena. ſecundùm Glo. & Bal. in c.2. de inueſt. inter dom.& uaſ. & Spec. de of. om. iud.in ver. Sextò quærẽdũ.

11 Et cùm in præſenti re indubitanter requiratur legitima probatio, ſuccedit illa ad propoſitum concluſio veriſsima, quód iuramentum aliter non ſufficit, quando iure requiratur legitima, vera, liquidaq; probatio. ita Gloſ. in l. fin.ff. quod met. cau. & in l. cum de indebito,in princ.ff.de probat.

¶ Vnde ſi præſtaretur hic iuramentum, illud tunc nullatenus contineret illa tria requiſita ſubſtantialia, ſilicet iuſtitiam, veritatem, & iudicium: ideò non mirandum eſt, ſi illud hodie non defertur ad euitandum animarum diſcrimen; cum homines faciles, promptoſque ſeſe offerant ad iurandum, & frequentisſimè etiam per eos deieratur. atteſtante Staphil. in d. tract. de literis gratiæ, & iuſtitiæ, fol.185.

12 Itaque re ipſa iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet veritatem, iudicium, & iuſtitiam .c. animaduertendum. 4. q. 22. c.& ſi Chriſtus, de iureiur. Card. in clemen. 1. §. fin. quæſt. 10.de iureiur. Alex. in l. ſtipulatio,hoc modo concepta.ff. de uerbor. oblig. Specul. in tit. de iureiur. §. nunc oſtendendum, uerſ.24. & Soc. conſilio 67. Circa primam queſtionem, volum. 1. vbi expreſsè concludit, quòd vt iuramentum ſit ſeruandum, & ad hoc vt illud obliget, debet neceſſariò habet iudicium,iuſtitiam, & veritatem, quorum ſi alterum deficeret, non foret ullo modo ſeruandum. Et probatur hoc, etiam Hieremiæ.4. c. ubi dicitur: Et iurabunt in ueritate, & iuſtitia, & iudicio.

13 Et ratio ea eſt,ſecundùm S. Bonauen. in 3. diſtin.39. articul.2. queſt.2. quia iuramentum comparatur ad tria, ſcilicet ad rem, de qua fit: & ſic debetur veritas, quæ eſt adęquatio rei ad ſermonem, & ad iurantem. Secundò comparatur, á quo procedit: & ſic debetur iudicium, ſcilicet diſcretionis. Tertiò comparatur, ad cauſam,pro qua fit:& ſic debetur iuſtitia, ſcilicet vt cauſa ſit iuſta.

14 Sed ſi alij iudices inferiores ordinarij allegarentur ſuſpecti, variis de cauſis, & ille nullo modo probarentur: tunc nullam pœnam à iure reperio ſtatutam contra proponentes ſuſpitiones ipſas. Eſt benè uerum, quòd iniuſtè recuſatus, tunc pro ſuſpecto poſſet agere actione iniuriarum contra recuſantem. ita Bald. in cap. ſuper quæſtio. de offic. deleg.

15 Verùm ſi probarentur ſuſpitiones allegatæ contra prędictos iudices ordinarios, eo nempè caſu minimè remouerentur de iure ciuili, ſed daretur eis adiunctus. auth. ſi verò contingerit, & ibi Alber. in fi. C. de iud. Capic. deciſ. 137. In cauſa iuriſdictionis, deciſ. 146. In cauſa D.Comitis Cameratæ,& deciſ. ſequen.& D. Carauit. in ritu 165. ſub numero 13. & ſequent.& Paris de Put.in tractatu de Syndicatu, in ver. Suſpitio, ſub numero 1.& ſeq.

16 Et licèt aliquando iudex allegetur ſuſpectus: tamen ſi recuſatus ipſe iudex tunc procederet ſimul cum non recuſato, valeret utique, atqua teneret proceſſus, data iuriſdictione inſolidum. ita Achil. deciſ. 319. uel 328. Et ratio eſt quarè non remoueatur iudex ipſe ſuſpectus in præſenti caſu: quia alij iudices non ſuſpecti, ſuſpitionem eiuſdem iudicis recuſati ſupplebunt, atque purgabunt. ſecundum Parid.de Pu.in d. tract.de Syndicatu,in uer.Suſpitio, num.8.

17 Itẽ poſtremò poteſt repelli uti ſuſpectus et iudex à iudicando rõne iuriſdictionis aduerſarij mei: Verbi gratia: Si eſſet uaſallus, & ſuffraganeus.c. accedens, il 1,ext.ut lit. non conteſt. ubi omnes Doct. hoc communiter firmant,& iſtam communem eſſe ſcribunt Moder. ibi, & Maranta in tract. de iudiciis in 6. par.3.part.ſuper 2. actu, ubi affabrè congerit quadraginta alias cauſas recuſationis, & nonagintatres caſus ponit, atque diſcurrit etiam Steph. Autr. in tract. de recuſat. *Cõis opin.*

18 Sed iſthæc ſuſpitio, licèt debeat allegari regulariter ante litem conteſtatam.d l. a; et tiſsimi, & ibi Gloſ. & omnes alij Legiſtæ communiter,& uniuerſaliter, & præſertim Iaſ. & Canoniſtæ confirmiter etiam omnes in c. inter monaſterium, de iud. & D. Carauita in ritu 265; ſub num. 10. *Cõis opin.*

19 Tamen poſſet quis ex cauſa antiqua, ſi ad ipſius notitiam de nouo peruenerit, ut ſuſpectum recuſare iudicem ipſum, non obſtante quòd ante notitiam cauſæ coram eo, abſque proteſtatione comparuit. ut uoluit Caputaquenſ.deciſ.206.lib.1.

20 Et ſic, cauſa ſuſpitionis de nouo emergeret poſt litis conteſtationem, ſimiliter tunc non obſtante litis conteſtatione poſſet allegari, admitti, atque probari ipſa ſuſpitio. ut eſt text. expreſſus in Regno, in c. 217. Prolixi

tatem

tatem,& ibi Ioan.Anto.de Nigris,Bero.conſilio 16. In cauſa recuſationis, ſub num.15. volum.3.& Ioan.de Amicis cum aliis ſignatis per eum, conſil.109.numero.4. vbi concludit iſtam ſuſpitionem emergentem allegari poſſe in quacunque parte iudicij ante concluſionẽ,nõ autẽ poſt concluſum in cauſa.ita Ioan.And.& Abb.in c.cùm dilectus, de ord. cog. Ant.de Butr.Abb. & Fely. num. 8. & 17. in c.paſtoralis,de except.Spec.in tit.de recuſat.§.4. & in tit. de dilat. §. nunc uideamus, verſ.5.& pen.& in tit.de excep. §. 4. uerſ. Et nota.Roma.ſing.356. Tu ſcis quòd exceptio declinatoria.Fely.in c.inſinuante,col.pen.de offic.& poteſt.iud.deleg.

¶ Et ratio eſt;quoniam vbi neceſſaria foret cauſæ cognitio,tunc obſtaret dubio procul concluſio in cauſa.c.auditis,de procurat. & d.c.cùm dilectus.

21 Et inde eſt,quòd iudex allegatus ſuſpectus atque recuſatus tenetur deſiſtere, ſuperſedereque in procedendo in cauſa,ex quo ſuſpitio ipſa tunc iuriſdictionem ſuſpendit, ſicut appellatio. ſecundùm Gloſ. in c. quoties, il 2.2.q.6.Ioan. de Amicis cum aliis aggregatis per eum,d.conſ.109. num. 3. & Dec. in c. poſtremò,de appel.ubi firmat etiam,quòd licèt appellatio,atq; recuſatio paria ſint, & ſic de pari procedant: tamen remota etiã appellatione,minimè cenſeatur remota recuſatio.

22 Vndè ſi iudex recuſatus procederet in cauſa,ſpreta recuſatione, tunc proceſſus factus coram iudice recuſato eſſet ipſo iure nullus.ita Zhan.deciſ. 101. & Caputaquenſ. deciſ.88. libr.1.Chiſ. deciſ. 77. & Peregr. deciſ. 291.libr. 2. Ioan.de Amicis d.conſ. 109. numero 5.& Ioan.Ant.de Nigris in d.c. 217.Prolixitatem,num.16.

¶ Sed ſi poſt recuſationem recuſator ipſe comparuerit, fueritque pręſens in proceſſu, & iudicio,valeret utiq;,& teneret proceſſus, niſi extitiſſet appellatum: & ſic intelligitur opinio Innoc.& Ant.Butr. in c. cùm ſpeciali, de appellat. quia proceſſus per iudicem recuſatum fabricatus poſt appellationẽ, eſt adeò nullus, ut licèt reuocans non fuerit proſecutus appellationem; nihilominus eſt nullus. ita Achil.deciſ.320.

¶ Verùm ſi poſt recuſationem recuſans non comparuit coram iudice recuſato, quanuis citatus extiterit,proceſſus poſteà ſubſecutus eſt nullus. & ita intelligitur opinio Hoſt. in d.c.cùm ſpeciali.

23 Cæterũ aduerte, quòd pręſens proceſſus cõpilatus,ſeu factus per iudicẽ recuſatũ,parte non opponente,ualet, & tenet.ſecundũ Achil.deciſ.318.& habetur pro ualido in Rota Romana.Zhan.deciſ.101.& Mohed.deci.327.

24 Nec non Papa indiſtinctè committere poſſet cauſam iudici ſuſpecto ex certa ſcientia, recuſatione remota.ita Gloſ.in l. eos. C. de appellat.& in l.apertiſsimi,in uer. Recuſaret.C.de iud.Philip.Franc.in rub.de appel.& in d.c.poſtremò, Saly. in l.fin.C.de ſenten. & & Fely.in c.cùm inter, uerſ. Limita ſecundò, niſi &c. de off. deleg. ubi planum facit iſtam eſſe communem opinionem: licèt & malè *Cõis opin.* Abb.ibi, & in c.ad hæc,in fin.de reſcrip.contrarium aſſeruerit.

25 Imò idem Papa de plenitudine poteſtatis poſſet ratificare etiam ſententiam latam à iuriſdictione carente. ſecundùm Innoc. in c.prudentiam, de off. deleg. cui accedit cum aliis ſignatis per eum,Marſil.ſing. 10. Tu ſcis quòd exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis,ante fin.

26 Imò ſimiliter ſententia lata per iudicem ex legitimis cauſis recuſatum, licèt ſit nulla, tamen ſi reperiretur iuſta, poſſet confirmari. ſecundùm Chiſ.deciſ.77.

SVMMARIVM.

1 DOCTORES *omnes vnius Ciuitatis non poſſunt allegari ſuſpecti; & ſi allegentur, talis allegatio præſumitur calumnioſa.*

2 *Concilium, uel Senatus non poteſt recuſari vt ſuſpectum,uel ſuſpectus.*

3 *Caput concilij ſuſpectum,reddit ſuſpectum totum concilium.*

4 *Collegium poteſt allegari ſuſpectum.*

5 *Synodus prouincialis, & prouinciale concilium poteſt allegari ſuſpectum,licèt generalis, uel generale ſecùs.*

OPINIO DCCCLXVII.

1 SVSPECTI de iure non poſſunt allegari omnes Doctores unius Ciuitatis; prout eſſet in hac Ciuitate Aquilæ, quę hodie 1581. quinquaginta ſex Doctores habet,omnes inſignis literaturę,celebris nominis,& uariis animi dotibus mirificè ornatos; cùm allegatio hæc calumnioſa, nulla, fraudulenta, & nimis uaga reddatur. ſecundùm Baldum, & alios magis communiter,in l.hoc modo.ff.de conditionib. & de- *Cõis opin.* monſtrationib. & notat eleganter Auguſt. Berous in cap.1.de iudiciis, num. 121. & ita iudicaui dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1560. in quadam cauſa mihi commiſſa, & uertente inter quoſdam de Terra Ciuitellæ Aprutij. & ſequitur etiam eandem opinionem Alberic. de Roſa. in l. apertiſsimi, colum. fin. C. de iudic. & in dicta. l. hoc modo, & Ioannes Antonius de Nigris ſuper capitu-

lis Regni,in cap.217.Prolixitatem tollere litium,num.17. cum aliis ſequẽ. ubi appellat, & optimo iure,miſeros aduocatos proponentes talem calumnioſam ſuſpitionem. licèt,& malè Io.de Arnono.ſing.18. Sæpè accidit,ſuadeat tenendam eſſe contrariam ſententiam in practica.

2 Et hoc idem uidetur diſpoſitum in Concilio,uel Senatu,qui tanquàm ſuſpectus, uel ſuſpectum recuſari non poteſt. ut per Abb. Deci.& alios omnes communiter in d.c.1.& de iſta communi atteſtantur omnes Moder. ibidem, & Boerius deciſ. 269. & cum eadem communi concurrit etiam Alberi.in 2. part. ſtatut.quæſt. 101. ubi profert magnum uerbum, in practica ſe audiuiſſe à magnis uiris ita obtentum extitiſſe. & Aegid. in tractatu utrùm Cõſiliarij,uel aſſeſſores recuſentur. Et quamuis Rolan. à Valle conſuluerit contrarium conſilio 19. volum. 3. uidelicet, quòd Concilium poſsit vt ſuſpectum recuſari: tamen quicquid ſuadeat, noli in practica recedere à memorata communi,tanquàm ſacroſancta, quam ultra bis uidimus obſeruari in Ciuitate Neapolis, in Sacro Regio Concilio.

Cõis opin.

3 Sed ſi caput Concilij eſſet ſuſpectum, tunc totum concilium erit ſuſpectum,ſiue allegari poſſet ſuſpectum ſecundùm Bal. in l.1. C.ſi rector prouinciæ. colũ.2.Paris de Put.in tract.de ſynd.in uer.Suſpitio n.10.& Fely.& Dec.in 1.& 2.lect.in d.c.1. & ibi Bero.n.123. & Alber.in d.q.101.& eundem Bero. cõſ.16. In cauſa recuſationis,nu.22.uol.3.ubi accuratè explicat hoc procedere, ubicunq; caput ipſum collegij eſſet uerè caput propter præeminentiam ſuæ perſonę,& non aliter.

4 Cæterùm limitatur primùm antedicta non habere locum in collegio, quod quidem poteſt allegari ſuſpectum; vndè ſi cauſa committatur alicui collegio,poteſt totum collegium allegari ſuſpectum,ſicut ſingularis perſona.vt dixit Bald.in d.cap. 1. de iud..& hoc idem firmat Fely.in c.cauſam quæ,colum.1. de offic.deleg.& in pręall.c.1. ſub num.6. & Barbatius etiam ibi, num. 78. ubi ait quòd ita practicatur.

5 Limitantur quoque prædicta ſecundò in Concilio Synodali, cùm tota Synodus prouincialis,& ſic Concilium Synodale, & prouinciale, licèt non generale, poſsit recuſari vt ſuſpectum. ſecundùm Abb. Barbatium, numero 75. cum aliis ſequentib. Dec. in 1. lect. numero 15. Mantuam, numero 38. cum aliis ſequen. & Fely. numero 6.in dicto. cap. 1. & Roland. à Valle in dicto conſil. 19. numero 11.qui omnes Doct. in mentionatis locis oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM excludens filiã dotatam ab hęreditate patris, uel matris,requirit,quòd filia ſit dotata tempore quo ei delata extat hęreditas illius de cuius hereditate agitur.*

2 *Statutum excludens filiam dotatam à ſucceßione paterna,uel materna,non excludit illam ab hæreditate matris,ſi ea dotata non erat à patre tempore mortis matris.*

3 *Qualitas adiecta uerbo qualificatur ſecundùm tempus uerbi.*

4 *Statutum diſponens, quòd filia dotata non ſuccedat matri,habet locum ſi filia erat dotata tempore quo ſibi delata fuit ſucceßio hęreditatis maternę,& non poſt.*

5 *Statutum excludens dotatam,intelligitur de dotata tempore mortis eius, de cuius ſucceſsione agitur.*

6 *Statutum,quòd dotata á patre, uel fratre debeat remanere contenta,requirit vt illa dotata ſit tempore delatæ ſucceßionis,& mortis patris, vt remaneat excluſa, aliás non.*

7 *Statutum excludens filias à patris hęreditate ſtantibus maſculis,in hæreditate materna nullum ſibi locum uendicat.*

8 *Statutum non trahitur ad caſus non expreßos, nec ad perſonas ſimiles expreſsis.*

OPINIO DCCCLXVIII.

1 STATVTVM excludens filiam dotatam ab hæreditate patris, uel matris, requiritur ad hoc vt locum ſortiatur, quòd filia ipſa uerè dotata ſit tempore quo delata extat hæreditas illius, de cuius ſucceſſione agitur. vt eſt de mẽte Bar. in l.Titio cẽtũ.§.Titio genero.ff.de cõd. & demon. & firmat expreſsè Bal.in l.ſi pater.C.de ſponſal.& in l. non ſolũ.C.de bo.quę liber.Pau. Caſt. in l.de diuiſione.ff.ſol.ma.& Bar. conſulendo ẽt conſ. 31. ubi cõſtanter determinat, quòd ad hoc, vt filia excludatur à ſtatuto diſponente, quòd filia dotata nõ ſuccedat matri, vel patri,requiritur, vt ea dotata nimirũ ſit tẽpore ſucceſsionis paternę,uel maternę.& ſequitur Soc.conſ.121.col.1.uol.1. And.de Alferiis de Cortona cõſ.35.ſub nu. 2. cum aliis ſequen. poſito inter conſilia ad cauſ. ultim. uolunt. vol.1.& hoc idem in propriis terminis huius ſtatuti cõcludit Socinuſmet cõſ.147. n.1.eo. uol.vbi nõ quaſſato calamo exprimit ita ſe aliàs cõſuluiſſe ſuper ipſo ſtatuto, & quòd ſuo cõſilio ſe ſubſcripſerũt aliqui doctiſsimi viri in quadã cauſa cuiuſdã Bartholomæi de Mi-

gnanel-

gnanellis,& terminat,quòd ſi filiæ dotatæ nõ forẽt tẽpore mortis matris, ſuccedũt, & ſucceſſerunt pariter matri cũ filio maſculo, & quòd hæreditas materna extitit utrique ex filiis delata pro portione ſua.idem Alex. conſilio 162.col.2.uol.6.Pau.Caſt.conſ.108. Anchar.conſ.330.ubi in terminis ſuadet, quòd ſi ſtatutum excluderet fœminam à quocunque dotatam, ab hæreditate patris, uel matris: requireretur tunc neceſſariò, quòd illa dotata extitiſſet tempore quo delata fuerit ei ſucceſsio patris,uel matris.

2 Idemque decidit quoq; Panormit. conſ. 107. ſub n.8.uol.2. aſſerens ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſsione materna, uel paterna, non excludere aliter filiam ab hæreditate matris, ſi illa dotata non reperiebatũ à patre tẽpore mortis matris: quia cùm ſtatutum hoc odioſum apertè ſit, tanquàm excludens filiam à ſucceſsione materna, contra l.maximum uitium. C. de liber. præter. debet ſtrictè intelligi, & non extendi ad caſum, in quo non reperitur qualitas requiſita à ſtatuto.c.circa ſtatutum, de elect. libro 6. ſed ſtatutum iſtud excludit filiam dotatam à ſucceſsione,& ſic requiritur, quòd tempore ſucceſsionis illa eſſet dotata, ad hoc ut ſtatutum uendicet ſibi locum. Nec debemus recedere à lege communi, niſi quatenus reperiatur in ſtatuto.l.præcipimus.C.de appella. Nec obſtare ait,quòd filia fuerit maritata à patre: quia reſpondetur,ſtatutum fore intelligendum, quando tempore ſucceſsionis maternę repeıiretur dotata à patre, adeò quòd non ſufficit, quòd poſt hæreditatem delatam matris fuerit dotata.

3 Ex quo qualitas appoſita in aliqua oratione, intelligitur ſecundùm tempus uerbi, ad quod refertur. ita Bar.in l. ex facto. ff. de vulg.& pupil.ſubſt.And.de Alferiis in d.conſil.35.num.3.& Dec.conſil.14.In caſu,col.2. & eſt tex.in l.Titius.ff. de milit. teſtam. & in l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.

4 Nam cùm uerba ſtatuti dicant, quòd filia dotata non ſuccedat,illud uerbum dotata, indubitanter refertur ad uerbum ſuccedat: vndè debet eſſe dotata tempore ſucceſſionis,& non poſt.ita Corn.conſ.75. uolu. 1. Cephal.conſil.5.num.26.uolu.1.Iaſ. in l.fin. C.de pact.Curt. Iun. conſil.10. colum. 3. in fin.Dec.conſil.71.colum. 1. & conſilio 266. colũ.1.Natta. conſilio 74. colum.pen.uol.1. Brun.in tract.excluſ.fœm. in 6. art.princip. quæſt.16.Soc.Iun.conſilio 5.num.16. uol. 2. Alex. conſil. 83. Viſo themate ſupraſcripto, n.10.ubi nõ obſcurè adducit iſtam eſſe communem opinionem, volumine 3. & Ripa, in l.ex facto,numero 31. ff. de vulgar. & pupillar.ſubſtit. Cõis opin.

5 Et in terminis pręſentis ſtatuti difficultatem tollit,& penitus remouet Alexan.conſilio 48.Viſo ſtatuto ſub rubrica de ſucceſsione,colum.1.uol.3.ubi conſuluit, quòd ſi ſtatutum dictat, quòd ſi quis inteſtatus deceſſerit relictis filiis maſculis legitimis,& naturalibus, ſi filiæ ſint dotatæ ab aliqua ex perſonis ibi nominatis,non admittitur ad ſucceſſionem ab inteſtato vnà cum fratre, uel nepotibus ex fratre in bonis patris,uel matris. & inſuper,quòd plus eſt, diſponat, quòd debeant eſſe dote contentæ, & non poſsint ſuccedere,nec aliquid petere in bonis patris,uel matris, quòd ad hoc vt filia dicatur eſſe excluſa à ſtatuto,requiritur, quòd fuerit dotata tempore mortis patris, uel matris, de cuius hæreditate agitur.undè iſthæc deciſio Alexãdri eſt ſimiliter in terminis propriis præſentis ſtatuti; imò in fortioribus, cùm per alia uerba expreſsiora conſtet quodammodò de mente propria ſtatuentium, uolentium omni ferè caſu excludere mulieres dotatas: nihilominus cùm nominatim, & expreſsim ſtatutum non loquatur, vt filia excludatur à bonis patris, uel matris, etiam poſt eorum mortem extiterit dotata, meritò communis Doctorum ſchola concurrit cum iſta aurea deciſione Alexãdri;quem refert, & ſequitur Rolan.conſilio 96.numero 29.in fine. volum. 4. qui conſuluit in materia huius ſtatuti. Cõis opin.

6 Facit etiam aliud conſiliũ Alexan. 151. colum. 1. uolum. 2. ubi ait, quòd licèt ualeat ſtatutum,quòd dotata à patre, uel à fratre ſecundùm uires facultatum patris, uel fratris ſui, debet dote remanere contenta, nec uenire poſsit ad ſucceſsionem cum fratribus in bonis paternis: tamen vt filia excludatur ab hæreditate paterna, requiritur eam extitiſſe dotatam tempore delatæ ſucceſsionis, & conſequenter tempore mortis patris: adeò quòd actus dotandi ſuperueniens poſt mortem patris non debet eam excludere ullo modo à ſucceſsione paterna ſibi delata tempore mortis patris. & idem cum Alexan.conſuluit Soc. conſilio 121. colum.1.uol.1. ubi poſt Bart. per eum citatum aſſeuerat, quòd ſtante ſtatuto, vt dotata de bonis patris, vel matris ad ſucceſsionem uenire nequeat, quòd mulier tunc dotata à fratre poſt mortem patris de bonis communibus,poſſet petere reſiduum dotis ſuæ: vtpote quia ſtatutum ipſum intelligi deberet de illa quæ tempore mortis dotata reperiretur. & in his propriis terminis, uidelicet, in filia dotata à fratre poſt mortem patris, conſuluit Natta conſilio 74. columna quarta, in fine, uolum. 1. ubi expreſsè concludit ſtatutum hoc conſiderare potentiam,quæ competit, ſpectatq; filiæ ueniendi ad hæreditatem parentum,& excludere eam

ab ipſa potentia veniendi: vnde vt excludatur eadémet filia, debet neceſſariò eſſe maritata vno nimirùm tẽpore, quo uenire queat ad hæreditatem, quod ſyncerè, & abſq; dubio eſt tẽpus delatæ hęreditatis. ita Corn. cõſ. 131. col. 2. vol. 4. & in his terminis conſuluit quoque Rolã. in præcitato conſ. 96. uol. 4. ſcilicet in filia dotata poſt mortẽ patris. vbi per memoratas deciſiones cõcedit, non obſtante ſtatuto prælibato, ipſam filiã poſſe ſuccedere vnà cũ fratribus in bonis patris, cùm ſit, & fuerit dotata poſt mortem patris. & ita cõſuluit de præſenti anno 1581. D. Pompeius Leonardius Iuriſcõſultus Reatinus, tanquã ſcrutator clarę veritatis, ad fauorem D. Barbaræ Barnabei Reatinæ, vt nõ obſtãte ſtatuto Reatino, diſponente, quòd filiæ dotatæ à patre, auo, matre, fratre, vel de bonis ſuis, uel relicto in teſtamento nomine dotis, non poſsint ſuccedere ab inteſtato alicui proximiori conſanguineo, nec parentibus ſuis, vnà cũ fratre, uel nepotibꝰ ex fratre præmortuo, vt ipſa D. Barbara, quę tẽpore mortis matris non erat, nec reperiebatur dotata, ſed poſteà dotata, per patrẽ excludatur à ſucceſsione materna. cui cõſilio tanquã fertili, & in ſtabili fundamẽto ueritatis radicato, ſe meritò ſubſcripſerunt D. Horatius Mandoſius, & D. Ioannes Baptiſta Raymundus Iuriſconſulti Romani celebris nominis, prout eidẽ cõſilio me ſubſcripſi ẽt, aliqua fundamenta in mediũ adducendo pro eius robore, & firmitate.

7 Sed ubicunq; vigeret ſtatutũ ſolũmodò excludens filias à patris hęreditate ſtantibus maſculis, tunc illud indubitãter nullũ ſibi locũ vendicaret in hæreditate materna. ſecundũ Corn. cõſ. 150. col. 1. uol. 2. Tiraq. in tract. primigen. quæſt. 9. n. 1. And. de Iſer. & Afflic. in conſtit. Regni, In aliquibus, lib. 3. de ſucceſ. fil. com. rub. 23. n. 72. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem & Lall. de Tuſcia ẽt ibi poſt prin. in 1. notab. contra Glo. ibi contrarium aſſeuerantem. *Cõis opin.*

8 Et ratio viuax aſsignari poſſet iſthæc, quoniã ſtatutum non trahitur ullo modo ad caſus nõ expreſſos, nec ad perſonas ſimiles expreſsis. vt efficax teſtimonium eſt Bal. in l. illã, col. 1. C. de collat. in l. ſi defunctus, col. 1. & in l. fi. circa prin. C. de ſuis, & legit. & Ant. Gabriel. conclu. 48. col. 4. uer. In capite ẽt, lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM excludens ſorores ſtãtibus fratribus, habet locum etiã, quando extarent filiæ fœminę fratris prędefuncti, & ſic nepotes, quę uigore ipſius ſtatuti excluduntur á ſucceſsione patrui, ſicut ſorores.*

2 *Statutum excludens fœminas ſtantibus filijs maſculis, excludit etiam neptē ex filio maſculo, ex quo in ſtatutis incluſio vnius, eſt etiam omnium aliorum excluſio.*

3 *Statutũ Vrbis diſponens defuncto ab inteſtato ſine filijs ſuccedant pariter germani fratres, & non vterini, excluſis ſororibus, dummodò congruè dotentur, uel ſint parati eas dotare, excludit etiam neptem, & ſic filiam fratris, ſecundùm Rotę Romanę deciſionem.*

4 *Statutum reſpicit tempus futurum, non autem pręteritum.*

5 *Statutum excludens filias fœminas, ſtantibus maſculis, non uidetur aliter excludere neptem.*

6 *Filius in ſucceſsione legali intrat locum patris: & ubi tractatur de ſucceſsione patrui, nepos ſuccedit vnà cum patruo.*

7 *Statutum extendi non debet ad perſonas non nominatas in ipſo ſtatuto.*

8 *Statutum tantum diſponit, quantum eius uerba loquuntur, & non ultra.*

9 *Verba adaptata ad aliquas perſonas, non porriguntur ad alias perſonas non nominatas.*

10 *Statuti limitata diſpoſitio certarum perſonarum producit limitatum effectum, & non comprehendit alias perſonas, & caſus non expreſſos.*

11 *Priuatio iuris competentis non habet locum, niſi expreſsè á lege exprimatur.*

12 *Statutum in quo non nominatur neptis ex filio, eam illud tunc non excludit.*

13 *Statuti uerba in dubio intelligi debent, vt minus iuri communi derogetur, etiam ſi opus eſſet ea impropriare.*

14 *Statutum cùm ſit ſtricti iuris, ſtrictè intelligendum eſt, tanquàm iuri communi contrarium.*

15 *Exceptio non ſit de una perſona ad aliam, & ſic de ſorore ad neptem.*

16 *Extenſio de una perſona ad aliam non fit, etiam ex coniecturata mente teſtatoris.*

17 *Statutum arctius intelligendum eſt, quàm diſpoſitio teſtatoris.*

18 *Statutum non ſolùm excludens ſororem, ſed etiam filiam ex capite excluſiuo, non comprehendit neptem ex filio.*

19 *Octauius Viuius laudatur.*

20 *Soror ubicunque excluditur á ſtatuto, multo magis excluditur neptis, tanquàm remotior: ſed hoc procedit in nepte ex ſorore, non autem in nepte ex fratre.*

21 *Statutum excludens matrem, extante patruo, non procedit in patruo magno.*

22 *Extenſio non fit à ratione conſeruandę agnationis.*

23 *Extenſio prohibita eſt, etiam ex maioritate rationis in ſtatutis excludentibus fœminas.*

24 *Patruus, vigore ſtatuti, excludens ſororem, non excludit amitam, licèt ea remotior ſit, ex quo ſi ſtatutum hoc uoluiſſet expreſsiſſet.*

25 *Statutum excludens filias, non excludit filias non dotatas.*

OPI.

OPINIO DCCCLXIX.

1 STATVTVM excludẽs ſorores extantibus fratribus, ſortitur locũ etiam indubitanter, vbicunque extarent filię fœminę fratris prędefuncti, & ſic neptes, quæ uigore ipſius ſtatuti facilè excluderẽtur à ſucceſsione patrui, quemadmodum & ſorores. Et ratio ea eſt, quia ratione agnationis, & maſculorum uidetur conditum ſtatutum hoc, vt bona conſeruentur in familia; imò mens quoque ſtatuentis hoc apertè ſuadere cenſetur, uoluiſſe comprehendere etiam neptem. vt notatur in l. 1. C. ad le. Iul. de adult. & in l. 3. §. videndum. ff. ad Tertul. & ita Bar. in l. 1. ff. de uent. inſpic. ne vtique melioris conditionis ſit neptis, quę reperitur in remotiori gradu, quã ſoror, quæ eſt in proximiori, contra tex. in l. ſi uiua matre. C. de bon. mater. vt innuit Fulgoſ. in l. 2. C. de in ius uocan. & ſic quod diſponitur in filio, diſponitũ & in nepote. teſte Bal. in l. quod uerò, quęſt. 1. C. de legib. concludens conſtanter ibi, ſtatutum excludens filiam dotatam, excludere etiam nepotem.

2 Et quamuis ex capite excluſiuo fœminarum non uideatur excluſa neptis, cùm nominata aliter non extet in ſtatuto: nihilominus tamen ex capite incluſiuo maſculorum uidetur excluſa: nam incluſio unius eſt omnium aliorum re ipſa excluſio. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. 1. & Bal. in d. l. quod uerò. & in l. ſi vero. §. de uiro. ff. ſol. ma. & in l. maximũ vitium, in 2. notab. C. de liber. pręt. Bero. conſ. 151. num. 17. uol. 2. & Paul. Caſtrenſ. in l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. ubi docet, ſtatutum excludẽs fœminas, extantibus filiis maſculis, excludere etiam neptem ex filio maſculo, ex quo planè tunc maior uiget ratio illam remotiorem excludendi. l. cui pacto. ff. de ſer. expor. Bal. in d. l. ſi uerò. §. de uiro, in l. 2. in fin. C. de in ius uoc. & in d. l. maximum vitiũ, Grat. conſ. 53. n. 6. & cõſ. 111. nu. 18. uol. 2. Syluan. conſ. 1. ſub num. 64. & ſeq. & Ang. in §. reliquum, in fin. in authẽ. de hęred. ab inteſt. ven. ponit regulam, quòd ſi quis excluditur à ſucceſsione alicuius, cenſeantur ẽt tunc excluſi filij, eiuſque deſcendẽtes. & hinc Bar. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. meritò cõcludit, quod conſtitutum, ſtabilitumq; in matre, obtineat locum etiam in auia, quia militat eademmet ratio. ita Dec. conſil. 634. n. 5. & ſeq. ex quo commodè dici poteſt, quòd uirtualiter comprehendatur neptis ſub præſenti ſtatuto, comprehenditur enim ſub ratione ſtatuti; imò à lege dicitur ſcaturire quod deſcendit ex ſententia legis. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de uer. ſign. l. cùm mulier. ff. ſolu. matrim. & ibi Bal. & Doct. in l. libertum. ff. de ritu nup. quod quidem ſtatutum abſq; dubio aliquo conformari videtur cum iure communi antiquo, quo ſtatuebatur, quòd filij fratris, & ſic nepotes nullatenus ſuccedebant patruo, extantibus aliis fratribus patrui, ſed duntaxat ſuccedebant fratres. l. conſanguinitatis iure. ff. de legi. hæred. l. 2. C. de ſucceſ. edict. & l. auunculo. C. communia de ſucceſ. & §. ſi plures, inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.

3 Et ſecundũ iſtam opinionẽ ita illuſtratã, religiosè more ſuo, iudicauit Rota Romana de præſenti anno 1581. referente Domino Seraphino, meritiſsimo auditore, & ſydere fulgentiſsimo ipſius Rotæ, in cauſa in ea uertente inter Dominos Antonium, & Octauium Emilianos, nobiliſsimæ proſapiæ Ciuitatis noſtræ Aquilæ, filios nobiliſsimæ & Illuſtris D. Iacobæ Capranicę de alma Vrbe, ex una parte, & inter dominas Claudiam, & Ientileſcam Capranicas, filias D. Stephani Capranicæ ex altera parte, dum tractabatur de ſucceſsione hæreditatis D. Cæſaris Capranicæ patrui antedictæ D. Iacobæ, & de uiribus ſtatuti almę Vrbis, diſponentis, defuncto ab inteſtato ſine filiis ſuccedant pariter germani fratres, & non uterini, excluſis ſororibus, dummodò cõgruè dotentur, uel ſint parati eas dotare. & quia tẽpore mortis prędicti D. Cæſaris, extabat prememoratus D. Stephanus eius germanus frater, qui acceperat eius hęreditatem: ideò per ipſam Rotam deciſum, determinatumq; extitit, quòd ſub ipſo ſtatuto comprehendatur etiam neptis, & filia fratris.

4 Verùm quia tempore ſanctionis, atq; publicationis eiuſdem ſtatuti, mortuus reperiebatur prelibatus D. Cęſar: proindè per Rotã prudẽtiſsimè, & religioſiſsimè procedendo, extitere reſeruata iura eiſdem Dominis Antonio, & Octauio, & pariter conceſſus, elargituſque terminus ad probandum, docendũ, & oſtendendum mortis tempus eiuſdem D. Cęſaris, ex quo prętendebant, & prætendunt ipſi Domini Antonius, & Octauius, ſtatutũ hoc reſpicere tantummodò tempus futurum, non autem tempus præteritum. vt firmant Doct. omnes in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Alex. conſil. 141. Viſo teſtamento, & conſiderato themate, num. 8. vol. 2. & Fel. amplè in c. quoniam contra, de proba. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & eam in nonnullis caſibus ampliat, & limitat. *Cõis opin.*

5 In contrariam uerò ſententiam, uidelicet, quòd non excludatur neptis per pręſens ſtatutũ, ſed ſuccedat cum patruis ad hæreditatem alterius patrui, prout diſponit ius cõ-

mune,

mune,& ſic tex.in §. reliquum,in auth.de hæred ab inteſt.ven.inclinarunt Bar.& Saly. in auth. poſt fratres.C.de ſuis & legi. qui apertè deducunt,atque oſtendunt,quòd ſolus filius intrat in locum patris,quandò agitur de ſucceſsione aui,vel patrui,& Alex. etiam cõſilio 44.uol.5.

6 Et iſta eſt cõmunis regula, filium in ſucceſsione legali intrare in locum patris. ſecundùm Gloſ.& Bal.in l.cùm ita.§.in fideicõmiſſo.ff.de leg.2.& Dec.conſil. 1. num.3. & conſil.553.num.1.vbi firmat,quòd ubicunque tractatur de ſucceſsione patrui, nepos ſuccedit vnà cum patruo,per auth. ceſſante. C.de ſuis & legit.Alex.conſil.137.uolu.1. & conſ.26.uol.3. & Natta conſil.581.num. 1. uol.3. & Soc.conſ.122.

Cõis opin.

7 Cumque ſtatutum memoratum non loquatur aliter de nepote ex filio, meritò igitur eam nullatenus excludit.ita Corn. conſ. 82.num.6. uol. 4. nec eius excluſio deberet extendi ad perſonas in ipſo ſtatuto non nominatas.teſte Bal.in l.ſi defunctus, in prin. C. de ſuis,& legit.Alex.conſil.97.num. 10. vol. 2.Dec.conſ.246 poſt num.6.& conſ.451.numero 9.Corn. d. conſ.82.nu 9 Pariſ.cõſ.47. num.80.cum aliis ſeq.uol.3.Ruin.conſ.143. num.9.in fin.uol.2.& Rolan.conſ.96.numero 15.& ſeq.uol.4.

8 Quoniam ſtatutum tãtum diſponit,quãtum ipſius uerba loquuntur,& non ultra.l.ſi uerò.§.de viro.ff.ſol.matrim.& Bal.in l. teſtamenta omnia.C. de teſt.

9 Vndè uerba adaptata ad aliquas perſonas, non porriguntur modo aliquo ad alias perſonas non nominatas.l.fin.& ibi Bald. C. de interd.matrim.

10 Imò diſpoſitio limitata ſtatuti certarum perſonarum, producit dubiò procul effectũ limitatum, & non comprehendit aliter alias perſonas,uel caſus non expreſſos. l. in agris. ff.de acq.rer.dom. l. cancellauerat. ff. de his quę in teſtam.delen.c. ſuſceptum,de reſcrip. libr.6. & l. commodiſsimè, & ibi Bald. ff. de liber.& poſthum.

11 Et eo facilius, atque commodius concludendum venit,quòd vigore ſtatuti huius nõ excludatur neptis,quanto priuatio iuris cõpetentis non ſortitur aliter locum, niſi expreſsè à lege exprimatur. ſecundum Bal. in auth.ex teſtamento.C. de ſecund. nupt. ubi allegat tex.in §.cùm igitur,auth. de nõ elig. ſecund.nub.& facit tex.etiam in l.at ſi quis. §.diuus.ff. de relig. & notatur per Gloſ. in c. fin. de iurepatronat. & per Dec. in d. conſilio 553.num.5.

12 Et conſequenter cùm non ſit nominata neptis in ſtatuto,meritò concludendum eſt, quòd per id nequaquam excludatur, & vt caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis, & quod non mutatur, firmum permaneat.l.ſancimus.C.de teſta. l. precipimus.C.de app.& potiſsimùm quãdo eſſemus in odioſis, in quibus non fieret extenſio de uno caſu ad alium.l.maximum vitium.C.de liber.preter.l.cùm quidam.ff. de lib.& poſth. l.Gallus.§. & quid ſi tantùm.eod. tit. l. ſi extraneus.ff.de cond.ob cauſ.& d.l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.matrim.prout in ſtatuto reſtringente ſucceſsionem, quod eſt odioſum. ita Bal.in l.quoties,in princ.C.de ſuis & legit. & in l.ſi defunctus,in princ.eod.tit.quo nempè caſu fieri extenſio nequit modo aliquo ad perſonam magis remotam. vt efficax teſtimonium eſt Alex.conſilio 97.uolu.2. & Dec. conſilio 346.

13 Et hinc ſuccedit etiam, quòd uerba ſtatuti in dubio intelligi, interpretarique debét, ut minus iuri communi derogetur, etiã ſi opus foret ea impropriare. vt firmauere Glo.Abb.& alij in c.cùm dilectus, de cõſuet. & Dec.conſ.451.ſub num. 5. Nam quæ ſpeciali iure conceduntur, ueniunt abſq; dubio aliquo ſtrictè aſſumenda,atque intelligenda. l.mihi & Titio.ff.de condit.& demonſt. & notat Glo.in c.ſi ſuper gratia,de of.deleg.lib.6.

14 Et cùm ſtatutum ſtricti iuris exiſtat, meritò illud ſtrictè intelligendum, tanquàm iuri communi contrarium.ita Bar. in l. conſtitutionibus.ff.ad municip.& in l.omnes populi, in uerſ.4.ff. de iuſt. & iur. ideò concludendũ eſt,quòd ſoror tantùm excludatur,tanquàm nominata,non autem neptis,de qua nulla ad modum extitit facta mentio.arg.l. cùm prætor.ff.de iud. & l.ſtatuliberum.§.ſtatim.ff. de lega.2.& l. quos prohibet, cum aliis ſimilibus.ff.de poſtul.

15 Nec poſſet ullo modo fieri extenſio de vna perſona ad aliã,ut de ſorore ad neptem. ſecundùm Inno.in c.dilectus,colum.1. de capmo.Cyn.in l.1.in fin.de emancip.lib. & Pau. Caſtren.conſ.312.Quoniam adiectione,col. fin.quamuis ex tacita mente ſtatuentis colligatur,appareatque velle etiam includere neptem,utpote quia mens coniecturata non extenditur, vt in ſubſtitutione facta ſi ſine liberis decedat, extantibus liberis euaneſcit abſque ſcrupulo aliquo ſubſtitutio ipſa,etiam ſi poſtmodum moriantur filij ſine filiis,qui ſanè faciunt ſubſtitutionem euaneſcere, & tamen ſi teſtator extitiſſet interrogatus idem diſpoſuiſſet,ne plus uideatur tribuiſſe nepotibus,quàm filiis.

16 Quia mens coniecturata non extenditur de vna perſona ad aliam.vt concedunt Aret. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff. de liber. & poſth.Oldr.conſ.21.Ioan.And. in add. Spec. in tit.de teſt.§.in primis, in ultima queſt. incip.Quinta quæſtio,& Paul.Caſtrenſ. in l. ex facto.§.pen.ff.ad Trebel.& conſ.170.Ne impropriis

proprijs uocabulis utamur. Gloſ. in l. Titius. ff. de liber. & poſth. & eſt tex. in l. ſi quis ita. §. pen. ff. de teſtam. tut. Dec. conſil. 211. numero 5. & conſ. 465. num. 16. & in l. illam. C. de collat. Grauet. conſil. 98. num. 13. & Marſil. ſingul. 499.

17 Quare ſi hoc procedit in diſpoſitione teſtatoris, tanto magis ſortitur etiam locum in ſtatuto, cùm arctius ſit re ipſa intelligendum ſtatutum, quàm diſpoſitio teſtatoris. l. quicquid aſtringendæ, & ibi Bar. ff. de uerb. oblig. l. conſtitutiones. ff. ad municip. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. & notatur in c. dilecti, in fin. extra de donat. & per Cephal. conſilio 80. numero 7. uol. 1.

18 Quódque confirmatur ea ratione: quoniam ſtatutum non ſolùm excludens ſororē, ſed etiam filiam, ex capite excluſiuo non cōprehendit aliter neptem ex filio. ita Bal. in l. 2. num. 5. cum quo trāſire uidetur Pau. Caſt. num. 4. C. de in ius uocan. Anchar. in c. canonum ſtatuta, uerſ. His igitur quinque membris, de conſt. Curt. Sen. conſilio 44. colum. 9. & 13. Soc. conſil. 122. nu. 2. uol. 3. Ang. Aret. in §. ius autē ciuile, in fi. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. & Iaſ. qui planum facit iſtam eſſe cōmunē opinionem, in l. qui exceptionem, nu. 2. ff. de cōd. indeb. Pariſ. etiam conſilio 41. numero 79. & ſeq. uolum. 3. Ruin. conſil. 143. numero 8. vol. 2. Soc. Iun. conſil. 168. num. 12. uolum. 2. & Rolan. à Valle cōſ. 82. nu. 22. uol. 3. ita pro iſta opinione extitit ſtrenue conſultum, atque reſponſum per nonnullos illuſtres Iureconſultos in alma Vrbe, qui tanquàm diuini vates ad hanc veritatem oſtendendam, inuento alto mari, in eo ad ocium mehercle non laborarunt.

Cōis opin.

¶ Et cùm uerſa uice adducerentur horribiles illę diſsidentium opinionū procellę, Domini de Rota meritò per complures dies ſtetere perplexi, in quam partem inclinare deberent; & conſiderantes denique, quòd agnationis fauore extiterat cōditum ſtatutum, vt bona conſeruarentur in familia, inclinauerūt atq; iudicauerunt ad fauorem maſculorum, declarando quòd per ipſum ſtatutum excludatur neptis, & ſic filia fratris, ſicut ſoror.

19 Cæterùm D. Octauius Viuius frater meus, uerè lumen, & decus Ciuitatis noſtrę, & vas ingenij, maturique iudicij plenum, accuratiſſimè conſuluit pro parte negatiua ad fauorē antedictorum Dominorum Antonij, & Octauij eius cognatorum, qui ſubtiliter defendendo iſtam opinionem nonnulla in medium afferebat maxima conſideratione digna, quæ breuitatis ſtudio ſupprimuntur.

20 Qui etiam, ut in præſentiarum memoria teneo, ita cōſideratè illam difficultatem, quæ excitabatur, quòd ſi excluditur ſoror, multo magis debeat excludi etiam neptis, tanquā remotior, per d. l. ſi uiua matre, penitus remouebat hac viuaci ratione, uidelicet, quòd hoc ſortiatur locum in nepte ex ſorore, non autē in nepte ex fratre. ita Cephal conſ. 46. nu. 36. uol. 1. & Ant. Gabriel. de fideicom. concluſ. 6. num. 6. in quibus utique locis, facilè oſtendunt, illam concluſionem, quòd ubicunq; dicitur excluſa filia, cēſeatur excluſa neptis, ne illa iure reluctante melioris conditionis reddatur, procedere in nepte ex filia, & non in nepte ex filio maſculo. Et ratio differētię apertiſsimè colligitur ex traditis per Ruin. conſilio 143. poſt num. 9. uolu. 2. Imò etiam quia argumentum. d. l. ſi uiua matre, ob tinet nimirùm locum abſque ſcrupulo aliquo in linea aſcendenti, & deſcendenti, non autem in linea tranſuerſali, quo inquam caſu non militat eadem ratio. §. inter eas, inſtit. de nup. Et proindè diſpoſitio, quę rupto teſtamento cōſeruat legata liberis, & parentibus. vt l. 1. ff. de leg. pręſt. non uēdicat aliter ſibi locum in fratribus. tex. eſt in l. 3. §. liberis. ff. de leg. præſtan. & ita firmant Dec. conſil. 688. & Bero. conſil. 115. Stantibus in propoſito themate enarratis, num. 20. uol. 2. quoniam non debet eſſe melioris conditionis neptis nata ex ſorore, quàm ipſa ſoror: & tunc valet argumentū à maioritate rationis, ex quo nititur iuribus matris, & ſi excluditur mater multo magis neptis. teſte Bar. in l. 2. C. de liber. præt. & in l. 1. §. ſi ſit nepos. C. de coll. dot. & Grauet. conſilio 127. nu. 1. Sed ubicunque neptis non foret ex ſorore, uerùm ex fratre, qui uocetur ad ſucceſsionem, etiam vigore ſtatuti, & tunc ſyncerè nititur iuribus ſui patris, & cùm hìc adſit diuerſa ratio, meritò militat diuerſa iuris diſpoſitio. ita Ruin. in d. conſil. 143. num. 8. uol. 2. & Cephal. in d. conſil. 46. num. 36. Imò minor ratio eſt excluſionis neptis, quæ reprę ſentat perſonam ſui patris, quàm ſororis. & cùm habeat etiam plus iuris, ideoque non poſſet fieri iſthæc extenſio ad caſum, in quo uigeret minor ratio. atteſtante Soc. conſ. 122. nu. 4. uol. 3. & Grauet. conſ. 6. num. 10.

21 Nec non illi rationi fauore agnationis adductæ reſponderi facilè poſſet, quòd illa ratio reſtringitur ad perſonas ſpecificatas tantùm, non autem ad perſonas non expreſſas: vt ſi ſtatutum excluderet matrem extante patruo, non haberet vtique locum in patruo magno: & nihilominus fauore agnationis illud introductum dilucidè diſcernitur, & vt bona conſeruentur in familia. ut concedunt Bal. Caſtren. & alij omnes in l. 1. C. de ſucceſ. edict. Alex. conſilio 97. uol. 2. Rom. conſ. 411. Bald. conſilio 12. uol. 3. Soc. conſil. 30. & Dec. conſ. 451. in fin.

22 Et quòd non fiat aliter extenſio à ratione conſeruandæ agnationis. ita firmat Alex. in dicto conſilio 97. Arct. conſilio 27. in fine Dec.

Dec. conſilio 57. numero 10. vtpote quia illa ratio fauore agnationis intelligitur de fœminis deſcendentibus, de quibus ſtatutum loquitur, non autem de quibus non loquitur. teſte Dec. conſil. 287. ſub num. 9. & Bart. in l. liberorum. ff. de uerb. ſignific. ubi finaliter concludit, atque determinat, quòd ab illa ratione conſeruandæ agnationis, cùm expreſſa non ſit, argui nequeat: ſed illa ratio extenditur ad perſonas ſpecificatas duntaxat. ſecundùm Dec. in dicta. l. 1. C. de ſucceſſ. edict. Bal. in l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legi. & Alex. cõſilio 80. uolum. 1. & Bero. conſilio 154. Super dubitatione inter partes nunc orta, numero 6. uolum. 2. Et ratio ea eſt: nam ex indentitate rationis non inducitur correctio legis. auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & facit quod notatur per Gloſ. in c. cùm dilectus, extra de conſuet. & per Dec. in d. conſilio 451. num. 9.

23 Et quia etiam in huiuſmodi ſtatutis excludentibus fœminas eſt prohibita extenſio, etiam ex maioritate rationis. ita Alex. conſilio 153. ſub num. 4. uolum. 7. qui ibi planum facit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

24 Et inde eſt, quòd ſi patruus excluderet ſororem, non excluderet aliter amitam, licèt remotior foret. ſecundùm Alex. conſil. 97. numero 9. uolum. 2. Bal. in l. ſed & milites. ff. de excuſat. tut. in l. illam, in princ. C. de collat. in l. quod uerò, uerſ. Item pone. ff. de legi. & in l. & ſi quis, uerſ. Et facit ad quęſtionem. C. ad Tertull. Anchar. in c. 1. de conſtit. & Ioan. de Ana. conſ. 69. Pro breui expeditione. quia ſi hoc ſtatutum uoluiſſet, vtique expreſsiſſet. l. ſi ſeruus. §. non dixit prætor. ff. de acq. hęr. & l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſumpt. fun. & Corn. conſilio 82. numero 8. vol. 4.

25 Vndè ſi ſtatutum excluderet filias, non excluderet ullo modo filias non dotatas. teſte Bar. conſilio 31. & Bal. in l. ſi plures. C. de cond. inſer. ubi adiicit etiam, quòd ſi illa dotata non ſit, extet tunc caſus omiſſus, & remaneat ſub diſpoſitione iuris, prout concedit etiam Paul. Caſtrenſ. conſil. 108. Super eo de quo quæritur, per l. Fulcinius. §. cùm autem. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat. & Dec. conſilio 383. num. 2. & Rom. conſil 542. in princip. Et hinc denique concludunt Imol. in d. l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. matrim. Dec. conſilio 315. ante num. 4. & Bal. in d. l. 1. C. de ſucceſſ. edict. quòd ſi ſtatutum excludat filiam exiſtente filio, illud nullatenus obtinere locum exiſtente nepote ex filio.

¶ Cæterùm non obſtantibus iſtis rationibus, & aliis numeroſis, quę adduci ad propoſitum poſſent, quæ me nullatenus deterrere potuerunt, concurro libentiſsimè cum prima opinione, tanquàm penitus pia, & ſacroſancta; quòd ſtatutum excludens ſororem propter fratrem, fortius excludat neptem ex prædefuncto filio propter patruum, licèt de eis in ſtatuto ipſo nulla admodùm fiat mentio. Et licèt Rota ipſa, diuino afflante ſpiritu, talem opinionem firmauerit: tamen eidem ſententiæ accedit etiam Soc. Iun. conſil. 10. numero 17. uol. 4. ubi meritò in medium reſerauit illam eſſe magis communem, & Menoch. quoque conſil. 95. Et ſi doctè, num. 86. & 96. volum. 1. *Cõis opin.*

¶ Quoniam ſtatutum præferendo filios maſculos; agnationem, & familiam patris cõſeruare uoluiſſe uidetur; quæ indubitanter per maſculos, non autem per fœminas conſeruatur. l. 1. §. penul. ff. de uentre inſpic. l. lege. C. de legit. hęred. Cyn. in l. 1. C. de adult. Bar. in l. liberorum, colum. penul. ff. de uerb. ſignif. & Bal. in l. maximum uitium. C. de liber. præter.

¶ Imò licèt ſtatutum ipſum excludens fœminas propter maſculos, non expreſsiſſet ſe hoc inducere fauore maſculorum: nihilominus tamen ex præſumpta mente ſtatuentium iſtud facilè colligeretur ex eo, quòd ad ſucceſsionem maſculos uocauit, illos filiabus fœminis pręferendo. ut cõcedunt Doct. vniuerſaliter, & communiter omnes poſt Bal. in d. l. maximum uitium, & in l. eam quã C. de fideic. & Soc in l. cùm auus, in 3. q. principali. ff. de condit. & demonſt. *Cõis opin.*

Communium Opinionum Doctorum vtriuſque cenſuræ, Authore Frãciſco Viuio, Iuriſconſulto Aquilano,

LIBRI SECVNDI FINIS.

Series chartarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes ſunt Terniones.



AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium.
Anno Domini. M. D. LXXXII.

SYLVAE COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE,

IN TRES LIBROS DISTINCTAE,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V. I. C. AVTHORE,

LIBER TERTIVS.

Cum rerum & verborum Indice, ad quaſuis inſigniores & notabiliores deciſiones inueniendas, ſummo ſtudio fideliter edito.



AQVILAE.

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium,
Anno Domini, M. D. LXXXII.

COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE.

LIBER TERTIVS.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi neceſſarijs, Authore Franciſco Viuio, Iuriſconſulto Aquilano.

SVMMARIVM.

1 *AMOVENS terminos prædiorum, vel domuum, ſcienter, ac dolo, gratia occupandorum finium; ſi eſt nobilis, relegatur ad tempus; ſi vilis, fuſtigatur, & ad biennium relegatur.*

2 *Amouens terminos occaſione eos offuſcandi, punitur pœna arbitraria.*

3 *Amouens terminos dolo malo, vt lapides confinales furetur, non tamen animo occupandi confinia, punitur pœna quinquaginta aureorum.*

4 *Amouens terminos confinales, neſciens eſſe terminos, dolo tamen id agit, putà, vt lapides furetur; ſi eſt vilis perſona, ceditur verberibus; ſi nobilis, punitur pœna arbitraria.*

5 *Termini, ſiue limites ſunt quæuis ſigna, ſiue ſubſignacula, quæ agros ad inuicem ſeparant, ſiue lapides, ſiue pali, ſiue arbores, ſiue foſſata ſint.*

6 *Terminos amotos reponi debere in loco, vndè amoti fuerint, petere poteſt quis, etiã poſt triginta annos, ſi poſſeſſio retẽta ſit vſq; ad locũ, de quo fuerint amoti.*

7 *Actio finium regundorum quando intentatur poſt terminos turbatos, & amotos, non datur etiam domino, niſi ipſe poſſideat, ſeu poſſederit.*

8 *Confiniũ variatione apparente, duo cõcurrere debent, vt actor obtinere poſſit; vnum q̃ debeat articulari, & probari de mutatione finium; & alterũ, vt debeat articulari, & probari identitas rei, quæ intelligitur probata probatis duobus confinibus, & infra nu. 11.*

9 *Confines vbicunque mutati extent, quomodò articulandum ſit, traditur forma remiſſiuè.*

10 *Terminis amotis, quid ab agente, & quid á reo probandum ſit in actione finium regundorum, remiſſiuè.*

11 *Identitas rei in materia confinium capitulari, & probari debet: & probatis duobus confinibus cenſetur probata identitas ipſa.*

12 *Nominum pluralitas non preſumitur.*

13 *Identitas rerũ eſt probãda per duas demonſtrationes.*

14 *Identitas debet probari per confinia, & alias demonſtrationes.*

OPINIO DCCCLXX.

1 TERMINOS prædiorum, vel domorũ amouens ſcienter, ac dolo malo, finium occupandorum gratia; ſi eſt perſona nobilis, relegatur ad tẽpus; ſi vilis fuſtigatur, & per biennium relegatur. l. 2. ff. de termi. mo. Cy. Bal. Saly. & Alberi. in l. 1. C. de accuſ. Abb. & Barba. in c. ex literis, de probat. Iodocus Damhouderius in enchiridio, ſub rub. de tranſlatione limitum.

2 Sed vbicunq; illos terminos amoueret quis cauſa, & occaſione offuſcãdi eos: tunc puniretur pœna arbitraria. l. fi. circa fi. ff. de ter. mo. Abb. in d. c. ex literis, & Saly. in d. l. 1. de accuſ.

¶ Et arbitrium hoc tunc per iudicẽ contra amouentes ſcienter terminos agrorũ extenditur, extendiq; debet vſq; ad mortẽ: ſecundùm Boſsiũ in pract. cri. in tit. de termino moto, poſt prin. ubi refrt ita practicatũ, executumq; extitiſſe ſua tẽpeſtate Mediolani in facti cõtingentia.

3 Vbi verò quis amouit terminos dolo malo, putà, vt lapides cõfinales furetur, vel vt vicinis negocium faceſcat, non tamen mouit eos occupandi confinia, nec animo lites confiniũ ſuſcitandi in ſuum commodũ, nec ea offuſcandi, punitur pœna quinquaginta aureorũ. l. fi. in prin. ff. de ter. mo. Saly. in d. l. 1. Abb. in d. c. ex literis, Fely. in c. quia indicante, ſub nu. 2. de præſcri. & Iodocus in d. rub. de tranſla. limit. ¶ Et ita limitatur, atq; reſtringitur ipſa l. fi. & iſta eſt cõmunis opinio: ſecundùm Dec. in d. c. ex literis, in fin. *Cõis opin.*

4 Vbi autẽ quis amouit terminos neſciens illos eſſe terminos, & dolo tamen id egit, putà vt lapides cõfinales furetur; ſi eſt vilis perſona, ceditur uerberibus. l. 2. ff. de termi. mo. ſi vero nobilis extet, punitur pœna arbitraria: ſecundùm Abb. in d. c. ex literis, col. fi. & Fely. in d. c. quia indicante, ſub nu. 2. vel ſaltem tenetur furti: vt per Salyc. in d. l. 1.

5 Et terminos,ſeu limites intellige quæuis ſigna, ſiue ſubſignacula , quæ agros ad inuicem ſeparant,ſiue lapides,ſiue pali,ſiue arbores,ſiue foſſata eſſent: ut per Iodocum in præcitata rub. de tranſla.limit.in fi.& Glo.& Doct.in d.l.fi.

¶ Nam terminus propriè eſt ſignum,quo ager ab agro diuiditur: de quo facit mentionem Ouid. lib. Faſtorum :

Omnis erit ſine te litigioſus ager.

6 Et licèt peti poſsit terminos ipſos amotos reponi debere in loco vndè amoti extiterint, etiã poſt triginta annos, ſi poſſeſsio retenta quidem ſit vſque ad locum,de quo termini fuerint amoti:ſecundùm Cy.in l.fin.C.finium regund. & Floria.in l.1.in fi.ff.eod.tit.

7 Nihilominus tamen iſthæc actio finium regundorum vbicunque intentaretur poſt terminos turbatos, & amotos, utique non concederetur modo aliquo,etiam domino, niſi ipſe poſsideat,ſeu poſſederit : & niſi hoc probaret:vt voluit Bal.in d.l.fin.C.fin.regund.Alex,in add. ad Bar.in l.ſed & ſi loci.§.ſed ſi quis.ff.fin.regun.& Auguſt.Bero.conſ.77.uiſo proceſſu vnà cum atteſtationibus,vol.3.

8 Vndè ſtante uariatione confinium,duo neceſſariò concurrere debent, vt actor obtinere poſsit. Vnum requiſitum eſt, vt debeat articulari,atque probari inſimul de variatione ipſa : & ſic, quòd confines temporis circulo extiterint mutati:ſecundùm Bar.in l.demonſtratio,col.3. ff.de cond.& demonſt.Afflic.deciſ.23.& ibi Cæſar Vrſill.in add.num.10.& Iacob.Menoch.conſil.21. eſt mea quidem ſententia, circa fi.uol.1.

9 Quomodò ergò(ne incidas in labyrinthum erroris)articulandum, capitulandumque ſit in cauſa,ubicunque mutati extant confines,tradit ueram normam Bar.in l.1. C. ſi unus ex pluribus appellauerit,Hierony. de Mõte Brixiano in tract.de finibus regendis,c.47.n.4. cũ aliis ſeq. & Boſsius ẽt cum aliis cõgeſtis per eũ, in pract. cri.in tit.de principe,& priuilegiis eius,nu.274.

10 Et propter terminos amotos quid ab agente, & quid à reo probandum ſit in actione finiũ regundorum, roſoluit,& demonſtrat Bero.in d. conſ.77.nu.10.uolu.3.

11 Alterum uerò requiſitũ illud eſt,vt articulari,& probari ẽt debeat identitas rei , quę quidẽ dilucidè cenſetur probata, probatis & uerificatis ſaltẽ duobus cõfinib.ita Soc. cõſ.89.nu.1. uol.1.& Cęſar Vrſil.in add.Affli.in d.deci.23.n. 11. vbi nu.12.aſsignat rõnem hanc, ꝙ in rebus, ſeu corporibus pluralitas prĉſumitur, niſi probetur idẽtitas:exarauitq; poſt alios aggregatos

Cõis opin. per eũ iſtã eſſe cõem omniũ ſentẽtiã,de qua ample meminimus ſupra in Opinio. 128. Conducens equũ,n.3.lib.1.atq; idẽ Vrſil. ibi ipſam cõmunẽ limitauit nõ ꝓcedere in actibus hominũ, & ſic in teſtamentis, & ſentẽtiis,& aliis ſimilib.

12 Tum quia nõ præſumit̃ aliter pluralitas nominũ,ob id quod prĉſumitur identitas corporis probata identitate nominis.ita Bal.conſ.70.cũ appareat,vol.4.Vnde vbicunq; teſtator legaret aliquid Marutię talis parochiæ, ſi tũc accederet aliqua mulier illius parochiæ nomine Marutia, peteretq; legatũ:illi tunc deberetur dubio procul legatũ ipſum,nec audiretur tunc hæres opponens tu non es illa Marutia,probes te eſſe illã.ita Bar.in l ſi quis ſeruũ.§. ſi inter duos. ff. de leg.2.& Iaſ.conſ.114.col.5.uol.1.

13 Tũ etiã quia identitas rerũ probanda venit per duas demõſtrationes:vt habetur in l.demõſtratio.ff.de cõd.& demõ.& c.auditis,de prĉſcr.

14 Et iſta identitas rei in p̃ſenti caſu,ita apertè debet articulari,& ꝓbari,vt facilè appareat, ꝙ locus,& res præſens,ſit illamet in ſpecie, quæ cõtrouertitur,& non alia in genere :& ſic debet ꝓbari idẽtitas ipſa per cõfinia,& alias demonſtrationes : vt firmat docẽdo normã articulãdi, & ꝓbandi in caſu hoc,Dec.cõſ.91.& diligenter pro tenui mea facultate,circa fi.& Grauet.conſil.112.in cauſa magiſtri Iordani. nu.3.

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR poteſt remittere cautionẽ hęredi de præſtandis legatis,uel fideicommiſsis.*

2 *Teſtator remittere ualet ſatiſdationem de prĉſtandis legatis,uel fideicõmiſsis hęredi , etiam ſi hæres ipſe eſſet vnus dilapidator bonorum.*

3 *Teſtator poteſt remittere cautionem Mutianam.*

4 *Teſtator remittere nequit cautionem de vtendo,fruendoque boni uiri arbitrio: quia illa fideiuſsio concernit fauorem hęredis,quam teſtator remittere non poteſt:quoniam talis remiſsio de utendo , ac fruendo arbitrio boni uiri ſonat in turpitudinem, quòd uſufructuarius poſsit dilapidare,& abuti.*

5 *Cautionem de utendo,ac fruendo arbitrio boni uiri poteſt remittere principalis conſtituens, ubicunq; vſuſfructus reperiatur conſtitutus inter viuos:quia hoc caſu inter uiuos poteſt conſtitui ipſe vſusfructus.*

6 *Teſtator cautionem de utendo , fruendoque boni uiri arbitrio remittere non poteſt indifferenter, tam in bonis ſtabilibus,quàm mobilibus.*

7 *Teſtator cur poſsit remittere hæredi ſatiſdationem de præſtandis legatis , uel fideicommiſsis, & non alteram ſatiſdationem de utendo,fruendoque arbitrio boni uiri , aſsignantur rationes diuerſitatis.*

8 *Teſtator, licèt remittere non poſsit ſatiſdationem de vtendo, fruendoque arbitrio boni uiri ; tamen hæres eam remittere ualet.*

OPINIO DCCCLXXI.

1 TESTATOR poteſt remittere cautionem de præſtandis legatis, uel fideicommiſsis.l.2. C. vt in poſſeſ.lega. & ibi Bart. Bald. & alij. & iſtam concluſionem ſequuntur Doct. omnes in l. nemo poteſt.ff.de leg.1.

2 Quam

2 Quam amplia primò, vt etiam procedat ſi hęres eſſet vnus dilapidator bonorum, adhuc teſtator poteſt ei remittere huiuſmodi ſatiſdationem. l. fin. in princ. ff. ut leg. nomine caue. Glo. & alij omnes in d. l. 2.

3 Amplia & ſecundo loco, quòd ſimiliter teſtator poteſt remittere cautionem Mutianam. l. fi. ff. de manu. teſta. & ita notat Ang. in §. præfatæ, per illum text. in auth. de nup. col. 4.

4 Sed interpretatur primum iſthæc concluſio ita ampliata in cautione de utendo, ac fruendo arbitrio boni viri, quæ quidem à teſtatore remitti non poteſt. l. ſcire debetis. C. vt in poſſ. legat. & l. 1. C. de vſufructu. Nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quam teſtator remittere non poteſt. ſecundum Glo. in d. l. ſcire debetis, communiter approbatam à Scriben. in d. l. nemo poteſt, & vltra Doctor. ibi atteſtantur de communi Guido Papæ conſ. 63. in 2. dubio, Bellonus conſ. 54 num. 3. Ioan. Annibal in repet. d. l. nemo poteſt, num. 164. Cornel. Benincaſi. in tract. de paupertate, quęſt. ii. ſpeciali 7. in ultimis uoluntatibus, num. 8. & Grauet. conſ. 174. num. 3. cum aliis ſeq. vbi fruſtrà ipſe per plura conatur ſuſtinere, fulcirique contrariam partē. Cõis opin.

5 Sed aduerte, quòd iſta cõis uera eſſet, qñ vſusfructus reperiretur conſtitutus in ultima voluntate, ſecus ſi inter viuos: qa inter uiuos poteſt conſtitui vſusfructus. §. conſtituitur, inſt. de uſufruct. & tunc principalis conſtituens poteſt remittere talem cautionem: ut per Bar. in l. 1. C. de vſufructu, & ita debet intelligi d. l. ſcire debetis, & eodem modo debet intelligi argumentu à contrario ſenſu (ibi minimè in teſtamento remitti poſſe) ergo extra teſtamentum, ſiue per hæredē, ſiue per teſtatorem benè poteſt remitti: quia quilibet poteſt ſibi præiudicare.

6 Et ſimiliter communis præmiſſa de plano procederet in bonis immobilibus: ſed in mobilibus teſtatorem cautionem ipſam remittere poſſe voluit Pet. in d. l. 1.

¶ In contrariam uerò ſentētiam, uidelicet, quod in utroq; caſu teſtator cautionem remittere nequeat, inclinauit Bar. in d. l. 1. num. 10. cuius opinionem communem eſſe recitat Alex. cõſil. 58. num. 10. uol. 3. & Dec. conſ. 565. num. 5. & veriſsima apparet. Cõis opin.

7 Veruntamen hic non ab re inueſtigandum eſſe arbitror, quæ ſit ratio diuerſitatis, cur teſtator poſsit remittere ſatiſdationem hæredi de præſtandis legatis, uel fideicommiſsis. d. l. 2. & tamen non poteſt remittere ſatiſdationem de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri. l. 1. C. de vſufruct. & d. l. ſcire debetis. Gloſ. igitur ibi aſsignat duas rationes diuerſitatis, quarum primā reprehendit Bar. in d. l. nemo poteſt, & ſequitur ſecundam, col. 1. quia teſtator inuitaretur ad delinquendum. hanc rationem tenet idem Bar. in l. pactum inter hęredē. ff. de pact. & in d. l. 1. C. de uſufruct. quoniā huiuſmodi remiſsio de utendo, ac fruendo arbitrio boni viri ſonat in turpitudinem, quòd vſusfructuarius poſsit dilapidare, & abuti, ideoque nihil ualet.

8 Et datò quòd exploratum ſit, teſtatorem non poſſe remittere ſatiſdationem de utendo boni uiri arbitrio: tamen eam poteſt remittere hæres: vt probat tex. in d. l. ſcire debetis, in uer. Teſtamento, à contrario ſenſu, Gloſ. & Bart. in d. l. 1. C. de vſufruct. quorum opinionem audacter ſcribit eſſe communem Alber. in l. 4. C. de vſufruct. & Dec. conſ. 48. vel 418. cui aduerſatur Iaſ. & Crotus in d. l. nemo poteſt, Iaſ. inquā in 2. lectura circa fin. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR legans Titio centum, præcipienſque, quod donec non præſtentur ipſa centum, certam ſummam annuam uſurarum nomine ſoluendam eſſe per heredem ipſi Titio: id præcipere non potuit: & ſic legatarius ex tali iuſſu teſtatoris dictas uſuras percipere nō poſſet. Quod equidem procedit non ſolùm in ipſis teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ſed etiā in contractibus, nu. 2.*

OPINIO DCCCLXXII.

1 TESTATOR legans Titio centum, iubenſque, quòd donec, & quouſque ab hærede non præſtētur dicta 100. certam ſummam annuam vſurarum nomine ſoluendam eſſe per eundem hæredem ipſi Titio: id equidem iubere, efficereque non potuit mentionatus teſtator; & ſic legatarius ex huiuſmodi iuſſu teſtatoris, donec legatū prǽſtetur, antedictas uſuras percipere nequire: ſecundùm Bart. in l. Iulianus. §. idē Papinianus. ff. de act. emp. & in l. 3. §. fi. per tex. ibi ff. de ann. leg. Abb. & cęteros cõiter in c. ſalubriter, de vſuris, Alex. cõſ. 27. col. 2. vol. 4. Crotū, col. 1. & Ripā, nu. 22. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Alphonſum Guererium in theſauro chriſtianæ religionis, in tit. de uſuris. c. 67. Rom. & Alex. col. pen. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uer. obli. & Berou in rub. de vſuris, nu. 39. & ita cõſuluit Soci. cõſ. 41. vol. 4. & eandē opinionē ſequitur quoq; Rol. à Valle, conſ. 55. ſiue conſideremus diſpoſitionē iuris cõis, num. 21. cū aliis ſeq. vol. 2. Soc. Iun. cõſ. 27. nu. 3. & 13. uol. 4. perhibens ibi magnū uerbū poſt alios ſignatos per eū, ita fuiſſe in Curia Romana iudicatū contra Aret. contrariū conſulentem, conſ. 152. Et cum memorata opinione cócurrit ēt D. Follerius in pragmatica de cēſibus, in tit. huiuſmodi cēſualia ſuper rebus, n. 63. dicens ibi iſtā partē eſſe ſecuriorē in practica, & cóem eſſe prędicat Apoſtil. ad Alex. in d. conſ. 27. in litera B. licèt temerè aſſerat erroneā fore, & Io. de Ana. in d. c. ſalubriter, col. 2. Cõis opin.

2 Quam quidē communem ita retentam ampliat,& probat Ancha. in c. peccati uenia, numero 10.de reg.iur.in 6.non tantum procedere in ipſis teſtamentis,& ultimis uoluntatibus,ſed etiam in contractibus.

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR prohibens fieri inuentarium per heredem, non propterea talis prohibitio noceret creditoribus,quibus non obſtante huiuſmodi prohibitione tenetur heres inſolidum inuentario non confecto. Quia teſtator ipſe ſuis creditoribus præiudicium facere non poteſt.*

OPINIO DCCCLXXIII.

1 TESTATOR prohibens inuentarium fieri,ac confici per hęredem,non propterea talis prohibitio noceret, fieretque præiudicium creditoribus, quibus quidem non obſtante huiuſmodi prohibitione inſolidum teneretur hęres inuentario non confecto:quia teſtator ipſe ſuis creditoribus pręiudicium facere non poteſt.l.filiusfamiliâs.§.Diui. ff. de leg. 1. & iſta eſt communis opinio:ut reſoluit Bald.in l.fin.§.cùm igitur. C. de iure delib.& in l.fin.C.arbitrium tutelæ,Deci.conſil.418.num.14.Caſtren.Alex.num. 18. Crotus,num.30. & Annib. num. 596. Iaſ. in 1. lect.num.51.& ſeq.& in 2. lect. num.65. & Ripa,num.80.& ſeq.in l nemo poteſt.ff. de leg. 1. & Pariſ.conſ.21.num.54.uol.2.& idem Dec.cōſilio 633.num.7. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR quando prius purè legauerat, & ex interuallo eidem perſonę eadem res ſub conditione legata eſt: tunc poſterius legatum ualet, & ſic per ſecundum legatum einſdē rei eidem perſonæ factum ex interuallo dicitur à primo legato receſſum: Et econuerſo,ſi prius ſub conditione,deinde purè eidem legetur, preſens deberi ſtatuitur, & primum legatū videtur reuocatum, nu. 2.*

OPINIO DCCCLXXIV.

1 TESTATOR vbicunque prius purè legauerat, & ex interuallo eidem perſonæ eadem res ſub conditione ab eodem teſtatore legata eſt: tunc profectò poſterius legatum valet: & conſequenter per ſecundum legatum eiuſdem rei eidem perſonæ factum ex interuallo,dicitur à primo legato receſſum. l. nam ad ea,vbi Gloſſa,& Bar.& alij in princ, ff. de cond. & demonſt.

2 Et econuerſo,ſi prius ſub conditione, deindè purè eidem legetur,pręſens deberi ſtatuitur, & primum legatum cenſetur reuocatum:vt per Bartol. in l.repetendis, colum. 1. ff. de lega. 3. Alex.in l.cum proponatis,num.3.C.de codicil. Curt.Iun.conſilio 163.num.14.Ioā.Cephalum conſil.67.num.17.uol.1.& Ruin. conſ. 38. nume.16.volu. 5. qui ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTATOR instituens in teſtamento ſuo filium, & reliquam eius familiam: tunc non ſimul,ſed ordine ſucceſſiuo filius, nepos, & deinceps admitterentur. Et ſic nomen familię omnes admitti: ordine tamen ſucceſſiuo.*

OPINIO DCCCLXXV.

1 TESTATOR inſtituendo in ſuo teſtamento filium,& reliquam eius familiam:tunc non ſimul, ſed ordine ſucceſsiuo filius, nepos, & deinceps admitterentur: & ſic nomen familiæ omnes admittit ordine tamen ſucceſsiuo:ſecundùm Bar. in l.Gallus.§.quidam rectè. ff. de lib. & poſthu. cuius ſententiam communem eſſe dicit ibi Galiaul.nu.26.per tex.in l.fi. C.de uer. ſign. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *HAERES qui tenetur ex teſtamento diſtribuere aliquam quantitatem inter pauperes,poteſt uni pauperi totum totam dare, ſecundùm communem opinionem: licet contraria ſententia, quòd teneatur in plures diſtribuere pauperes, uideatur tutior, & uerior.*

2 *Epiſcopus in dubio vbi non eſt datus executor, ipſe eſt ultimæ voluntatis executor.*

3 *Hæres grauatus poſt mortem ſuam diſtribuere bona inter pauperes,non poteſt ea diſtribuere in vita ſua in pręiudicium pauperum,qui poſt mortē eius erunt.*

OPINIO DCCCLXXVI.

1 TESTATOR iubēs,diſponenſq; in ſuo teſtamento hęredi,vt diſtribuat aliquā quantitatem inter pauperes:poteſt tunc diſtribuere in unum pauperem iſtam quantitatem : ſecundùm Bar. in l.vnum ex familia.§.ſi fundum.ff.de leg. 2.Alex. in l. qui quartā.§.1.& ibi Clau. Aquen. ſcribit iſtam eſſe cōem opinionem.ff.de lega.1. *cōis opin.*

¶ In contrariā uerò partē reuocando ſñiam in melius inclinauit idē Bar.in l.1.ff.de opt. leg. Quia illa locutio pluralis numeri, in pluribus vera

uera eſſe debet.l.nbi numerus.ff.de teſtibus. & c.pluralis,de reg.iur.lib.6.not. Caſtren. conſil. 356.in teſtamento Michaelis. Et hæc opinio ui detur uerior in puncto iuris: ut probatur argumento.d.l.vbi numerus,& d.c.pluralis. Itē probatur per uerba teſtatoris,qui loquutus eſt per uerba denotantia plures pauperes.Præterea ui detur uerior antedicta opinio: quoniam diuerſa eſt ratio in pluribus, quàm in uno; & hoc ꝙ uerum ſit oſtendo, vtporè quia uidetur magis pium pluribus ſuccurrere quàm uni. Item uidetur neſcio quo pacto pluribus pauperibus ius quæſitum : ergò non poteſt in præiudicium ipſorum uni pauperi diſtribui,nam priuaret aliquos pauperes iure ſuo.

2 Poſtremò facit ad hoc.Nam epiſcopus in dubio,ubi non eſt datus exequutor,ipſe eſt ultimę uoluntatis exequutor.c.fi.16.q.1. Et tamen epiſcopus in caſu iſto nó poteſt eligere vnum pauperem.c.cùm omnes,extr.de teſtamen. Et hoc videtur eſſe magis ex mente teſtatoris,quæ quidem mens ſemper attendi debet; imò hic deberet ceſſare omnis quęſtio uolũtatis : cùm in uerbis teſtatoris nulla reperiatur ambiguitas.l. ille.§.fin.ff.de leg.3.

3 Et hic accedit vtiliter unum notatu dignũ, quòd hæres grauatus poſt mortem ſuam diſtribuere bona inter pauperes,profectò hoc facere non poſſet in vita ſua in pręiudicium pauperũ, qui poſt eius mortem erunt: vt not.omnes Docto.communiter in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ.& Alex.in l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis dolum.ff.de uer.oblig. & de iſta opinione communi atteſtatur Deci.in l.cum tēpus.ff. de reg.iur. Cōis opin.

S V M M A R I V M.

1 *TESTATOR uenditionem prohibens,omnem aliam alienationem cenſetur prohibere, tam in ultima uoluntate,quàm inter viuos.*

OPINIO DCCCLXXVII.

1 TESTATOR uenditionem prohibens, omnem aliam alienationem cenſetur prohibere, tam in vltima voluntate,quàm inter viuos.l. pater.§.fundũ.ff.de leg.2.Glo.in l.2.C. pro empt. Bar.& cæteri omnes in l.filiusfamilias. §. Diui. ff.de leg.1. & ibi Ripa, & Alciat.in q.8.vbi firmat iſtam ſententiam communem eſſe, & Soc. quoque conſ.43.col.1.uol.3, Cōis opin.

S V M M A R I V M.

1 *TESTATOR, licèt de iure poſſit remittere hęredi confectionem,ſeu neceſſitatem conficiendi inuentarium:tamen iudex,ſi ei viſum fuerit id expedire, poteſt tutorem cogere ad ipſius confectionem non obſtante remiſſione teſtatoris.*

OPINIO DCCCLXXVIII.

1 TESTATOR, licèt de iure poſſit remittere hæredi confectionem, ſeu neceſſitatem conficiendi inuentarium.l.fi. C.arbit.tut.& l.cùm tale pactum.§.[illegible] ubi Bal. & Imol. ff. de cond.. & demon. Curt. conſil. 29. in Regno Hiſpaniæ, circa fin.cum allegatis per Dec. conſil.308.viſa,iterum lecta,colum.2.& Soc. conſ. 51.uiſo teſtamento,uol. 3.& copioſè Clarus in tract.de teſtam.lib.3.q.66.vbi ait iſtam eſſe cómunem opinionem, & declarat illam quomodo procedat. Cōis opin. Nihilominus iudex ſi ei viſum fuerit id expedire rerum adminiſtrationi poteſt tutorem cogere ad confectionem mentionati inuentarij, non obſtante, ſeu attenta remiſſione ipſi tutori facta per teſtatorem in ſuo teſtamento de non conficiendo inuentarium ex l.utilitatem,vbi Bar.ff.de confir.tut.Ang.conſ.144.circa fin.Iaſ.in l.cùm neceſſitatem.C.de fideicommiſ.Guid.Papæ deciſ.352.in fin. Bar. communiter approbatus,& receptus in l. nemo poteſt, Cōis opin. num.12.ff.de leg.1.vbi poſt alios Crotus col.19. idem Bar. in l.tutor qui repertorium, num. 18. ff.de adminiſt.tuto.Grauet.conſ.193.num. 10. in l.ſi ex legati cauſa,num.21.& ſeq.ff.de uerb. oblig.Aret.conſ.22.colum.2.& Dec.conſ.349. num.5.Ioan.Dilectus in tract.de arte teſtandi, in rub.de tutore.c.11.& Clarus in d.q.66.in fi.

S V M M A R I V M.

1 *TESTAMENTVM iure perfectum contraria teſtatoris uoluntate, etiam multis teſtibus comprobata non reuocatur.*

2 *Teſtamentum primum tollitur per ſecundum teſtamentum,quando teſtator diceret, nolo primum teſtamentum ualere, quia nolo decedere inteſtatus : & tunc quodammodò dicuntur inſtituti uenientes ab inteſtato.*

OPINIO DCCCLXXIX.

1 TESTAMENTVM iure perfectum contraria teſtatoris voluntate, etiam multis teſtibus comprobata non reuocatur,nec tollitur : vt voluerunt Bar.& alij in l.ſi iure.ff.de leg. 3.Caſt.in l.ſancimus.C.de teſta.& Cor.cóſ.149. col.2.uol.1.Et licèt Bal.in d.l. ſancimus ſentiat contrarium, & Imol. etiam in l. ſi ita ſcriptum. §.regula.ff.de lib.& poſthu.& Barbac.conſ. 60. col.2.& ſeq.uol.2. nihilominus in deciſiuis noli aliter diſcedere à præmiſſa communi ſententia Bar.& ſequacium,quæ communior,& tutior apparet:vt demonſtrat cum aliis relatis per eum Clarus in tract.de teſtam.q.91. Cōis opin.

2 Sed limitatur iſta communis non procedere ſi teſtator diceret nolo primum teſtamentū ualere:quia uolo decedere inteſtatus:tūc quippe primum teſtamentum ipſum tollitur, & dicuntur quodammodo inſtituti uenientes ab inteſtato,& ſic per ſecundum teſtamentum tolleretur primum:ſecundùm Bar.in d.l.ſi iure.quia non ex teſtamento propriè ſuccederetur, ſed ab inteſtato. & iſtam Barto. opinionem ſequuntur Bal.& Salv.in d.l. ſancimus,Imol.in d.§.regula, Alex.conſulendo conſ. 104.paucis utar, per totum, uolu. 2.& Corn. cum cæteris ſignatis per eum,conſ.39.quoniam in hac cōſultatione, per totum,uol.2. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & in deciſiuis ab ea non fore recedendum; & de eadem communi meminit quoque Clarus, & ampliatur cum alijs aggregatis per eum in d.tract.de teſtam.q.92. Cõis opin.

¶ Alias uerò plures limitationes,& declarationes,& omnes quidem utiles, tradunt, & ponunt Scriben.in d.l.ſancimus, & in d. l. ſi in iure,& Clarus in d.q.92. cum aliis ſeq.ad mentionatam communem in prin.poſitam.

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM imperfectum ratione uoluntatis, quia dum conficeretur ſuperuenit aliquod impedimentum, non ualet etiam quò ad pias cauſas:ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

2 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis,etiam inter liberos conditum nihil valet.*

3 *Teſtamentum conditum inter liberos per patrem ſolo nutu,vel ſignis non ualet. Et ſic pater loqui non valens ſi inſtitueret filium in ſuo teſtamento mediante nutu ipſo non valeret tale teſtamentum modo aliquo.*

4 *Teſtamentum dictatum à notario, ex ore teſtatoris, qui deceßit ante lecturam,ualet inter liberos.*

5 *Miles nutu teſtari non poteſt, & ita teſtando eius teſtamentum nihil ualet.*

6 *Teſtamentum nutu,aut ſignis ad piam cauſam conditum fauore piæ cauſæ ualet,& tenet.*

7 *Teſtam. nutu ſi foret ſcriptum per teſtatorē, vel per alium in cedula teſtamentaria, nec eſſet lecta,publicataque coram ipſo teſtatore,notario,& teſtibus,ualeret inter liberos,& ad pias cauſas conditum.*

OPINIO DCCCLXXX.

1 TESTAMENTVM imperfectum ratione voluntatis,vt puta,ſi teſtator incœpit condere, ac conficere teſtamentum ipſum, & poſtmodum non habuiſſet illud pro abſoluto ſuperueniente aliquo impedimento: tunc teſtamentum hoc etiam quo ad pias cauſas non valeret:ſecundùm Glo.Bart.& omnes in l.ſi is qui. ff.de teſtamen.Guil.de Cun.& alios in l.fi. fam. ercíſcun.& omnes communiter in l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam. ubi Curt. Iun.latiſsimè,num.4.Ruinus conſ. 157. ſub numero 10. volu.5. & iſtorum opinio apparet eſſe communis ex relatis per Boeri. deciſ.93 nu. 10. & deciſ.240. num. 4. & ſeq. & per Tiraquell. in tract.de priuilegiis piæ cauſæ,priuilegio 7.colū. 1.uerſ.Contrarium tamen tenuit. & ita expreſsè iſtam fore communē aſſeuerat quoque Frat. de Arct.in d.l.ſi is qui,Moder. omnes in allegato.§.ex imperfecto,& Couarruuias cum multis aliis congeſtis per eum,in cap.relatum,il 1. numero 9.de teſtamen. Et quamuis præcipitanter Abb.in rubr. de ſucceſ. ab inteſta. ſenſerit contrarium cum aliquibus aliis relatis per Moder. citatos per Tiraquel.in d. priuilegio 7. vbi cōfirmat hanc ſententiam, aitque communiorem, per text.in l.in teſtamento, de fideicommiſ. libert. tamen quicquid iſti Doct. abſque aliqua concludenti ratione ſuadeant, ob hoc fatuum eſſet recedere à priori opinione tanquàm canonica,& ueriſsima. Cõis opin. Cõis opin.

2 Imò teſtamentum hoc ratione uoluntatis imperfectum ſimiliter non ualet inter liberos conditum.d.l.ſi is qui,& ibi Glo.Bar.& alij,Gio. in uer.Impletum,Gul. de Cun. Bar.& Bal.in d. l.fin. C.famil.ercíſ.Bar.Alber.Ang.Corne.& recentiores in d.§.ex imperfecto,Bal.conſil. 296. licèt regulariter in teſtamento,uol.5. Ant. in c. 1 de ſucceſſ.ab inteſt.Panor. conſil. 105. caſus in facto ſic proponitur, lib. 2.Ang.Aret.in §.ex eo autem,inſtit.quib.mod. teſta. infir. & Corn. conſ.308.pro deciſione,colum.3.volu.3. & per Doct.in d. §. ex imperfecto, cum congeſtis per Iaſ.conſ.155.in cauſa, & lite, libr. 2. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. & conſ. 61. conſultus,lib. 1. Barbatius conſ.9.illud,col.6.uolu.4.& Dec.conſ. 126.ad dubium,in fi. Cõis opin.

3 Imò ſi pater ipſe loqui non valens, ſolo nutu,uel ſignis inſtitueret filium, vel filios in ſuo teſtamento:tunc quippè tale teſtamentum, & inſtitutio filiorum non ualeret, nec teneret aliquo modo:ſecundùm Bald.& Angel. in l. iubemus.C.de teſtamen.ubi Ang. facit mentionem hoc accidiſſe de facto Peruſij in Epiſcopo Peruſino,qui patri ſuo loqui non ualenti,& in ultimis conſtituto dixit uerba hæc:ſi vis pater,quòd hæres tuus ſim,ſtringe manum meam cum tua, & pater ita ſtrinxit;& nihilominus extitit, ſecundum eum Peruſij iudicatum, teſtamentum hoc nihil ualere; & eandem opinionē ſequitur etiā, & communem ait Bertran.conſil. 129. viſo, & ponderato caſu mihi exhibito,num.44.cum aliis ſeq.volum.8.Gloſ.& Ang in l.in fraudem.§. 1.ff.de teſtam.mil.Bald.Ang.Iaſ. num.4. & Moder.omnes in d.l.iubemus, Bald. & Caſtren.in l.& in epiſtola. C.de fideicom.& Fely.in cap. in præſentia,ſub num. 43. de probat. & Tiraquel. in tract. Cõis opin.

in tract.de priuilegiis pię cauſæ,in 8. priuilegio, colum.1. ſub uerſ. Contrarium tamen uidetur uoluiſſe, & ſub uerſ. ſeq. ubi apertè deducit in practica periculoſum eſſe ab iſta communi opinione recedere. *Cōis opin.*

4 Eſt benè uerum, quòd teſtamentum dictatum à notario, ex ore teſtatoris, qui deceſsit ante ipſius teſtamenti lecturam, ualet & tenet inter liberos.ita affabrè Dui.deciſ.25 1.& Creſcent.deciſ.164.lib.1.

5 Itē nec miles nutu teſtari poſſet.d.l.in fraudem.§.1.& ibi Gloſ.& Iaſ.in d.l.iubemus,nu.4. & Tiraquel.in d.8. priuilegio, colum. 1. & ſeq. vbi refert cum opinione hac omnes tranſire, & refert etiam diſtinctionem ſuper hoc per Alex. in l.diſcretis.C.qui teſta.fa.poſ.

6 Sed ubicunque quis conderet teſtamentū ad pias cauſas nutu,aut ſignis fauore piæ cauſæ ualeret,& teneret: ſecundùm Gloſ. & omnes in c.cùm tibi,de teſtamen.Ancha.Imol.& cęteros, in cap.2. eod. tit.Calderi. conſ. 4. de teſtamen. Bal.in l.1.C.de ſacroſan.eccle.Ang.Alex.& Iaſ. num.5.in d.l.iubemus, qui ſcribit iſtam eſſe cōmunem opinionem,& magis communem aſſerit Tiraquel.in tract. de priuilegiis piæ cauſæ in d.8.priuilegio in princ.quam ſequitur etiā Barba.conſ.43.illud,col.5.& ſequen.uol.3.Iaſ. in l. ſi cui legetur.§.hoc autem,colum. fin. ff.de leg. 1.& Fely.in d.c.in pręſentia,ſub nu.43. *Cōis opin.*

7 Sed hoc non procederet in alio caſu,uidelicet, ubicunque teſtamentum ipſum eſſet ſcriptum per teſtatorem, uel per alium in cedula teſtamentaria,nec eſſet lecta,publicataque coram ipſo teſtatore, teſtibus, & notario:tunc teſtamentum hoc ualet inter liberos, & ad pias cauſas conditum:ſecundùm Bart.in l. fideicommiſſa.§.quoties.ff.de lega.3,cuius opinionem ſequuntur omnes Doct. ibi; & communem dicit Franc.de Aret.& Bucri.in præcitatis deciſionibus,& ſequitur conſulendo copioſiſsimè, atque doctiſsimè D.Ioan.Cephal.conſ. 99. uolu. 1.Et admittit procedere de plano Achill. de Graſsis in deciſ.359.vt teſtamentum ad pias cauſas ualeat etiam ſine teſtibus,ſi totum ſcriptum eſſet manu teſtatoris. Et de hoc mirandum vtique non eſt: quoniam fauore piæ cauſę creditur ſcripturæ confectæ manu teſtatoris ſine teſtibus. ita Card.Put.deciſ.14. tit. de teſtamē. tempore peſtis.Et ita hæc omnia,& alia quamplura,materiam præmiſſam concernentia, referebat ſubtilitatum princeps,& uir omni ſcientiarum genere refertiſsimus D. Ranaldus Ridolfius præceptor meus,interpretando publicè Peruſij d.§. ex imperfecto. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM fieri coram iudice, vel coram principe à pari procedit. Et in ipſo teſtamento coram principe confecto, requiruntur duo tantùm teſtes.*

OPINIO DCCCLXXXI.

1 TESTAMENTVM à pari procedit, quòd fiat coram iudice, uel coram Principe.l. omnium. C.de teſtam. ſed ubi ſit coram Principe requiruntur aliqui teſtes: ut tenet Gloſ.Bal.Ang. Saly.& Alexan.ibi, licèt non aperiant quot teſtes. Ang.uerò requirebat ſeptem,Saly. tres, Ferrarien.in ſua practi.Papien.in fin.libell.quo petitur hæred.ex teſtam.§.uallatum,ſub num.3.folio par.386.unum.ſed Bar.Bal.& Alex. duos,& hæc eſt communis opinio: prout teſtatur Soc. Iun.conſ.138.colum.fi.vol.1.& Couarru.in rubric.de teſtam.in 2.par.num.2: *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM non ſolenne,& deficiens in forma obligationem naturalem producere ſolet, hoc eſt hæredem obligare naturaliter ad præſtandum legata,& fideicommiſſa. Et heres cogi nequiret ope actionis ea ſoluere, tamen ſi ſolueret etiam per errorem repetere non poſſet.*

OPINIO DCCCLXXXII.

1 TESTAMENTVM non ſolenne, ac deficiens in forma, obligationem naturalem producere ſolet; hoc eſt hęredem obligare naturaliter ad pręſtandum legata, & fideicommiſſa: adeò quod licet non poſsit cogi ope actionis ea ſoluere,præſtareque; nihilominus ſi ea ſolueret, etiam per errorem,utique, & abſque dubio aliquo ea repetere nequireret: ſecundùm Gloſſ. Barto.alioſque omnes in l.cùm quis. C. de iur. & fac.igno.Barto.numero 17.in l.nemo poteſt. ff.de lega.1.& ibi Moder.etiam, qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem;& uoluerunt quoque Gloſſ.Bar.col. 1.& cęteri omnes communiter in l.1.ff.de cond.indeb. *Cōis opin.*

SVMMARIVM:

1 *TESTAMENTVM monachi ritè conditum ante ingreſſum monaſteriū non rumpitur, nec mutatur, nec reuocatur poſt profeſſionem.*

OPI-

OPINIO DCCCLXXXIII.

1 TESTAMENTVM monachi ritè conditum ante ingreſſum monaſterij, utique non rumpitur, nec irritatur: & ſic illud monachus poſt profeſsionem deſtruere, mutare, aut reuocare nequit: ſecundùm Ang. & Imol. in l. 1. ff. de teſtamen. Ant. Butri. Abb. nume. 61. & Auguſt. Beroum, num. 513. cum aliis ſeq. in c. in præſentia, de probat. & Iaſ. in authen. ſi qua mulier, ſub numero 27. cum cæteris ſequen. C. de ſacroſan. eccleſ. ubi exiſtimat iſtam opinionem veriorem eſſe, atque communem dicit Dilectus, in tract. de arte teſtan. tit. 3. de liberis inſtituen. cautela 9. num. 1 & ſeq. & Vaſquius, in tract. de ſucceſſionum proceſſu, tit. qui teſtari non poſſ. lib. 1. §. 1. numero 52. Cōis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinarunt Barto. Bald. & Pau Caſtren. in d. authen. ſi qua mulier, Dec. in d. cap. in præſentia, num 242. cum aliis ſeq. & Vaſquius vbi ſupra. Tamen reiecta ſententia hac Barto. & ſequacium, inhærendum eſſe puto in actu practico communi prēmiſſæ, cum qua ſenſit etiam Rubeus conſil. 155. & Couarru. in cap. 2. de teſtamen. numero 9. & Clarus in tract. de teſtamen. libro 3. quęſtio. 28.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS citatus, & relatus, vt compareret ad deponendum infra aliquem terminum ſtabilitum, & eo expirato non comparens, nec excuſationem mittens: ſi ob huiuſmodi contumaciam excommunicaretur, & poſtmodum compareret, proponendo, & allegando ex iuſto impedimento comparere non potuiſſe in ipſo termino: tunc quò ad eccleſiam erit legitimè excommunicatus, quò ad Deum non erit aliter excommunicatus: & probato tali impedimento ſine grauamine deberet abſolui.*

2 *Contumacia non eſt maleficium.*

3 *Condemnatus ex contumacia in abſentia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, non præſumitur condemnatus ex cauſa delicti, ſed ex ipſa contumacia.*

4 *Statutum loquens de delinquente, non comprehendit condemnatum ex contumacia in abſentia: quia debet ſtatutum intelligi ſecundùm veram, & propriam ſignificationem. Sed hoc non procederet, quando ſtatutum concerneret actum condemnationis: putà diceret condemnatus ex cauſa falſitatis &c. Nā tunc comprehenderetur in ſtatuto.*

5 *Contumax ex ſola contumacia in non comparendo excommunicari poteſt, etiam ex cauſa ciuili: quia maximum crimen eſt inobedientia.*

6 *Contumax dicitur infidelis.*

7 *Excommunicatus, licèt non poſſit ſtatim priuari beneficio, tamen reddditibus ipſius beneficij eſt ipſo iure priuatus.*

8 *Contumax non eſt ſemper excommunicandus, ſed ita demum, ſi aliàs contra eum prouideri non poſſet.*

9 *Contumax perſeuerans in contumacia, poſt annum, an poſſit beneficio priuari: & ex qua cauſa: & an ipſo iure remiſſiuè.*

10 *Contumacia quomodò puniatur in ciuilibus, & in criminalibus remiſſiuè.*

11 *Contumacia committitur multis modis remiſſiuè.*

12 *Contumax non debet ſtatim, quòd eſt contumax, condemnari ad pœnam contumaciæ, ſed debet ad condemnationem iterum citari.*

OPINIO DCCCLXXXIV.

1 TESTIS uocatus, & citatus ut compareat ad deponēdum infra aliquem terminum, & eo expirato non cōparens, nec excuſationem aliquam mittēs: ſi ob huiuſmodi contemptum, & cōtumaciam excommunicaretur, & demum compareret proponendo, ac allegando ex iuſto impedimento comparere durante dicto termino non potuiſſe: tunc quò ad eccleſiam erit legitimè excommunicatus, ſed quò ad Deum non erit aliter excommunicatus: tamen probato impedimento ipſo ſine grauamine deberet abſolui ſine difficultate à tali excommunicatione: ſecundum Gloſ. Archid Gemin. Præpoſ. & omnes in c. quiſquis, in verb. Occurreret. 4 q. 5. & Gloſ. in cap. cùm ſuper cauſa, in uer Depoſitionis, de teſti. cogen. Io. And. Ant. Cardin. Imol. & cæteros in cap. p. & g. de offic. deleg. circa fin. Et licèt opinio hęc non careat aliquibus contradictionibus: ſecundùm Mantuam in d. c. p. & g. nu. 24. nihilominus ſententia prædicta Gloſ. & ſequacium communis eſt. teſte Fely. ibi. quam vtiliter ibidem limitat in tribus caſibus, & in quatuor limitat Mantua, nu. 24. cum aliis ſeq. Cōis opin.

2 Quia contumacia ipſa non eſt delictum, ſecundum magis communem opinionem relatā, ac citatam per Alex. in l. ſi in ra. ff. ſolut. matri. & per Fely in c. ex literis, de conſtit. & diximus uberius ſupra in Opinio. 770. in 2 lib. Statutum diſponens quòd bannitus, in 1. limitatione, uer. Limitatur primum iſtud ſtatutum. nu. 12. Cōis opin.

3 Et quia etiā condemnatus ex contumacia in abſentia, non pręſumitur condemnatus ex cauſa delicti, ſed ex ipſa contumacia: iuxtà l. ſi ideò. ff. de euict. & idem in ciuilibus, per illam l. cum ſimilibus.

4 Et ideò talis condemnatus non comprehē-

deretur

deretur in ſtatuto loquente de delinquēte:quia debet intelligi ſecundùm ueram, & propriam ſignificationem:iuxta not.in l.quicquid aſtringendæ.ff.de uerb.oblig.cum vulga.

¶ Sed hoc ſingulariter ſublimita, vt non procedat, quando ſtatutum concerneret actum cōdemnationis, putà diceret, cōdemnatus ex cauſa falſitatis &c. Nam tali caſu comprehenderetur in ſtatuto: vt per Barto.& Alex.in l. cùm filius.ff.de uerb.oblig.& per Fely. in cap. Bertoldus, de re iudic.colum. 10.uerſ. Secundò fallit. licèt, & malè, contrarium tenuerit Imol. ibi. & adde ultra Fely.quæ poſuit Marſil.in l.unica.C. de raptu virgin.num. 129. uſque ad num. 135. & quotas tradit Corn.conſ.37.vol.1.circa prin. & conſ.42.eod.vol.in fi.

5 Sed aduerte hic, quòd contumax ex ſola cōtumacia in non comparendo poteſt excommunicari etiam ex cauſa ciuili: quia maximum crimen eſt inobedientia.c.ſciendum.8.q.1.

6 Et contumax dicitur infidelis: vt per Abb. in c.1.de iud.nu.9.& ſeq.

7 Et taliter excommunicatus, licèt nō poſſit ſtatim priuari beneficio: tamen redditibus beneficij eſt ipſo iure priuatus: vt per eundē Abb. in c. paſtoralis.§.fin.de appel.

8 Verùm non eſt ſemper excommunicandus contumax, ſed ita demum, ſi aliàs contra eum prouideri non poteſt: ut per Gloſ. in c. contingat, ext.de dolo,& contum.& in cap. tuæ, vt lite non conteſt.

9 Et an perſeuerans in contumacia poſt annum poſſit beneficio priuari,& ex qua cauſa,& an ipſo iure ſit priuatus: vide eundem Abb. in d.c.1.num.24.& ſeq.vbi de intellectu.c.rurſus, & c.quicunque.11.q.3.& nota quia hoc habui in facto.

10 Et de dicta contumacia punienda in criminalibus, uide in cap.veritatis, de dolo, & conte. & in ciuili, vide d.c.tuæ, cum ibi not.per Doct.& in c.prout, de dolo, & contum.

11 Et contumacia committitur multis modis, de quibus in cap.ex literis, cod.tit.ubi Glo. & omnes.

12 Et aduerte etiam, quòd contumax non debet ad pœnam contumaciæ ſtatim quòd eſt cōtumax condemnari, ſed debet ad condemnationem iterum citari:ut not.in l.2.ff.ſi quis in ius voc. non iuer. & in c.1.de iud.& in c.ueniens, de accuſat.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS digna fidei ſupplet defectum alterius, cui non erat habenda fides, quod ampliatur, num.3.& dupliciter declaratur & num.4.& 5.*

2 *Notarij duo rogati de aliquo actu, ſi unus ex eis probatæ fidei foret, & alter infamata, ob fidem alterius ualeret inſtrumentum.*

OPINIO DCCCLXXXV.

1 TESTIVM numerus ſupplet defectus eorum: & ſic ſi teſtibus aliquæ qualitates deeſſent, vtique per numerum teſtium notę, ſpectatęque fidei, & integritatis ſupplerētur, atque eorum depoſitiones ab illis ita ſuſtentarentur, vt omnes facerent plenam probationem:ſecundùm Glo. communiter approbatam, in l.3.in uer.Numerus.ff.de teſtib. Alberic. in tract. de teſtib. qui ad hoc multa cumulat, Alex.conſ.5.num.7.& ſequen.uol.1 & conſ.43.num.33.uol.4.& conſil.149.viſo proceſſu inter Michaelem, num. 6. volu.5.& Curt.quoque in tract. de teſtib. concluſ.1.in princ.& Io.Ant. de Nigris in capitu is Regni,in c.250.vulgaris famæ proloquium,numero 34.& iſta eſt cōmunis opinio, de qua per Ang.conſil.1.vbi conſuluit, quòd ſi in numero teſtium reperiatur vnus domeſticus, quòd reſpectu aliorum ſuſtinetur eius dictum. Et plus dicit, quod licèt dicto teſtis uilis, ac deploratæ fidei non ſit credendum: tamen ſi factum probaretur per alios teſtes, crederetur illi: ut per Bal.etiam in l.ſi quis ex argen. a. i.§.cogentur. ff.de eden.Saly.in l.bonæ fidei,col.8.C.de rebus cred.per Fely.in c.tertio loco,num.9.de proba. Ioan.de Amicis,conſ. 8. num. 38.& conſil. 25. num.3.Bertran.conſ.139.num.7.uol.3.& conſil.161.etiam ſi uerum, num.6. uol.6.Soc. Iun. conſ.32.num.34.vol.2.Grammat.conſ.crim.1. ſub num.3.Grauet.conſ.169.in fin. Alex. de Neuo conſ.19.in cauſa Franciſchini,num.2.& Tiraquel.copioſè in tract.de pœnis temperandis, aut remittendis, cauſa 21. nume. 119.cum aliis ſequen.ubi iſtam communem,num 123.& ſeq. utiliter limitat in duobus caſibus, & Berous quoque in c.licèt cauſam,nu a.46.& ſequē. de probat.Marſil.conſ.109.num.4.& ſequē.Natta conſ.354.num.6.vol.2.& conſil.473.quædam, num.23.eodem vol.& Grammat. in d. conſ. 1. num.4.Ruin.conſil.149.num.37.& conſil. ſeq. num.18.volum.5.& Ioan.Ant. de Nigris in prę citato cap. vulgaris famæ proloquium, nu. 39. Sed utilius in terminis determinauit Iac. But. in d.l.3.ff.de teſtib.in prin.& Ioan.de Imol.in l. qui teſtamento, colum. 1. ff. de teſt. quòd licèt duo teſtes amici non faciant, inducantque integram fidem.d.l.3.in verſ.Amicus: nihilominus ſi tres teſtes amici producantur in cauſa, ubi duo aliàs integri,& vndique idonei ſufficie bant, ſupplebitur tunc per illum tertium fides duorum:& ſic propter maiorem numerum ſupplebitur defectus reſultans ex amicitia.& ubertim proſequitur Alex.in add.in d.l.3.& Fely.in conſ.36.magnifice prętor,nu.11. Cōis opin.

¶ In

¶ In contrariam uerò opinionem, quòd numerus amicorum non ſuppleat defectum reſultantem ab amicitia, inclinarunt aliqui Doct. relati per Fely. in cap. teſtimonium, ſub num. 5. de teſtib. ubi prudentiſsimè concludit hoc reſidere in arbitrio iudicis inſpecta amicitiæ qualitate.

2 Et ad hoc facit dictum Bald. in l. Imperator. ff. de ſta. homi. dicentis, quòd ſi duo notarij rogati eſſent, & unus probatæ fidei foret, & alter infamatæ, propter fidem alterius ualeret inſtrumẽtũ. & idẽ voluit in d. §. cogẽtur, vbi caſus.

3 Et antedicta communis opinio ita enucleata ampliatur vtiliter intantum etiam procedere, ut in cauſa matrimoniali quoque numerus teſtium ſuppleat illorum defectus: ſecundùm Gloſ. in d. l. 3. §. eiuſdem quoque. ff. de teſtibus, in uer. Numerus, communiter approbatam ibi ab omnibus, pręſertimque à Flor. colum. 2. vt per Alex. conſ. 5. in cauſa, colum. 3. volu. 1. & cõſilio 47. abundè, colum. 1. uol. 2. & Ang. in d. cõſilio 1 & ita in terminis propriis conſuluerunt Aret. conſ. 13. colum. 6. Barbatius conſ. 40. uol. 3. & conſ. 26. vol. 4. & Dec. conſ. 166. colũ. pen. uerſ. Secundò principaliter. *Cõis opin.*

4 Sed prælibata communis ita amplificata choarctatur primò, vt procedat ſi teſtis non foret penitus inhabilis; aliàs ſtante omnimoda eius inhabilitate ſuppleri nequiret eius defectus per alios teſtes idoneos: ſecundùm Bal. & Ancha. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. & Saly. in d. l. in bonæ fidei. col. 10.

5 Claudicatque ſecundò eadem communis locum ſolummodo obtinere, quando alij teſtes ex ſemetipſis ſufficerent abſque illo teſte inhabili, aliter non ſuppleretur ipſius defectus: vt firmat Fulgo. in l. 1. Fely. in utroque caſu, in c. teſtimonium, ſub nu. 5. de teſtib. & Doct. omnes in locis præmemoratis.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS inhabilitas ſufficit de præſenti, ut in præteritum præſumatur: Ideò articulus aduerſus teſtes teſtamentarios ad finem ſubuertendi, & reprobandi teſtamentum, debet concludere ſimpliciter, quòd talis teſtis ſeruus ſit: nec opus eſt, vt articuletur, & probetur q̃ tempore conditi teſtamẽti ita habebatur, & reputabatur. & n. 2.*

OPINIO DCCCLXXXVI.

1 PROBATIO inhabilitatis in teſte ſufficit de præſenti vt in præteritum præſumatur; & ſic probatio ſeruitatis in teſte ad illum reprobandum ſufficit de præſenti, id eſt, quòd tempore confecti teſtamenti erat ſeruus, vt præſumatur in præteritum: ſecundum Caſtren. Aret. & cæteros omnes in l. ad teſtium. ff. de teſtamen. Bald. Saly. Iaſ. Corn. Alex. Rimінal. & reliquos in l. 1. C. de teſta. & D. Thobiam Nonium, nu. 4. cum aliis ſeq. & alios Moder. in §. ſed cùm aliquis, inſtit. de teſtam. ubi perhibent illorum opinionem communem eſſe. *Teſtis* *Cõis opin.*

2 Et ideò ſecundùm dictam communem, ubicunque formatur articulus ſeu exceptio aduerſus teſtes teſtamentarios, ad finem ſubuertendi, ac reprobandi teſtamentum, debet concludere ſimpliciter, quòd talis teſtis ſeruus ſit: nec opus eſt vt articuletur, & probetur, quòd tempore conditi teſtamenti ita habebatur, reputabatur, & iudicabatur.

SVMMARIVM.

1 *INVENTARIVM confici debet coram duobus teſtibus, & in ipſa confectione inuentarij interuenire debent tres alij teſtes loco creditorum abſentium, vt diſcurritur infra per totam opinionem.*

2 *Teſtes duo interuenientes in inuentario debent corã iudice cognoſcere hæredem, & in eorum præſentia res etiam uidere.*

3 *Teſtes tres benę opinionis, locupletes, & bona ſtabilia poſſidentes interuenire debent in confectione inuentarij, qui loco abſentium creditorum adhibentur, ultra alios duos teſtes adhibitos in inuentario ipſo pro teſtibus: qui tres teſtes debent cognoſcere hæredem coram iudice, & in pręſentia eorum res uidere, & deponere ipſum hæredem in conficiendo inuentarium nullum dolum, uel fraudem commiſiſſe.*

4 *Teſtes iidem, & idem notarius non ſemper debent adhiberi ad inuentarium.*

5 *Hæres ſcribere neſciens ſufficit loco ſubſcriptionis propriæ manus requiſitæ opponere ſignum crucis ſuæ manus.*

OPINIO DCCCLXXXVII.

1 TESTES duo interuenire debent in confectione inuentarij; & ſic requiritur inuentarium confici debere coram duobus teſtibus: ſecundùm Ang. in §. extraneis, inſtit. de hæred. qualit. & differen. colum. 1. Bar. in l. fin. §. cùm igitur, col. 2. C. de iure deliber. Bal. conſ. 145. in prin. vol. 4. Pau. de Caſt. conſ. 205. & Iaſ. in d. l. fin. ver. Octauò quęritur.

2 Qui quidem teſtes debent cognoſcere hęredem; & requiritur etiam quòd in eorum præſentia res oſtendantur: vt per Paul. Caſtren. in d. cõſilio 205. Bar. in d. §. cùm igitur, Dec. conſ. 633. colum. penult. in fin. Ang. in d. l. fin. §. ſin autem dubius, & Iaſ. in ipſa l. fin. verſ. Nonò quæritur.

3 Et vltra prędictos duos teſtes adhibitos in inuentario pro teſtibus, tres alij teſtes bonę opinionis,

nionis, locupletes, & bona ſtabilia poſsidentes interuenire debent in confectione inuentarij, qui loco abſentium creditorum adhibentur, & coram iudice poſtmodùm recognoſcant hæredem, & in præſentia eorum res videant, atque deponant eundem in conficiendo inuentarium hoc, nullum dolum, ſeu fraudem commiſiſſe: vt in auth. ſed cùm teſtator. C. ad leg. Falcid. cum Gloſ. & in l. fin. ubi Bar. Iaſ. & omnes alij Scrib. *Cõis opin.* communiter. C. de iure delib. Guid. Papæ deciſ. 571. ſub num. 8. Frãciſcus Porcellinus in tract. de confectione inuentarij. c. 2. ſub num. 7. & ſequen. Dec. conſil. 633. num. 15. Bertran. conſil. 123. uiſis dubiis ex parte nobilis, & generoſi uiri, Ioan. Adhermarij, ſub num. 2. uol. 7. & Dilectus in tract. de arte teſtan. tit. 11. cautela 8. ſub numero 2. uerſicul. Septimò adhibentur duo teſtes.

4 Et an teſtes iidem, & idem tabellio ſemper debeant adhiberi ad inuentarium, explicat, & concludit quòd non, Monticulus in tract. de inuentario hęredis, in 7. membro, ſeu quęſtione, nu. 24. & ſeq. fol. par. 28.

5 Et an hæres ſcribere neſciens ſufficiat in inuentario loco ſubſcriptionis proprię manus requiſitæ apponere ſignum crucis ſuæ manus, firmat quòd ſic, ex communi opinione *Cõis opin.* Monticulus in d. tract. de inuentario hæredis, poſt decimum, & ultimum membrum principale, n. 59. & ſeq. fol. par. 131. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *TESTES duo omni exceptione maiores reprobant, & ſubuertunt inſtrumentum, ſi inſtrumentum ipſum aliter non coadiuuaretur per teſtes in eo deſcriptos, uel per alios non inſtrumentarios.*

2 *Teſtis vnus ſolus de requiſitis à iure in inſtrumento contradicens ipſi inſtrumento, illud omninò ſubuertit, vbicunque in inſtrumento reperirentur adhibiti duo duntaxat teſtes.*

3 *Teſtes ſi adiuuarent inſtrumentum, tot alij teſtes reprobatorij ſunt neceſſarij, quot ſunt comprobantes ipſum inſtrumentum.*

4 *Teſtes inſtrumentarij reprobant, & ſubuertunt inſtrumentum, non ſolùm ſi dicerent aliter fuiſſe dictum, quàm ſit ſcriptum per notarium: ſed etiam ſi deponerent ſe non interfuiſſe inſtrumento: & iſti teſtes ita, & taliter deponentes non ſunt ſingulares.*

5 *Teſtis vnus contradicens alteri teſti, tunc depoſitio vtriuſque inualidaretur.*

6 *Teſtes quando ſunt contrarij, nullus ipſorum poteſt puniri de falſo.*

OPINIO DCCCLXXXVIII.

1 TESTES duo omni exceptione maiores inſtrumentarij, reprobant, ac ſubuertunt inſtrumentum, ſi inſtrumentum ipſum aliter non coadiuuaretur per teſtes in eo deſcriptos, vel per alios non inſtrumentarios: & ſic per numerum neceſſarium teſtium ad illum actum, putà per ſeptem teſtes ſi tractarentur de teſtamento, uel per quinque ſi tractaretur de codicillis: ſecundùm Doct. omnes in cap. accedens, de fide inſt. in l. 2. §. ſi quis neget. ff. quemadmod. teſta. ape. & in l. in exercendis. C. de fide inſtr. & iſta eſt cõmunis opinio. teſte Ruino conſ. 37. in princip. *Cõis opin.* vol. 4. Lanfran. in repet. cap. quoniam contra, in ver. Inſtrumentorum productiones, fol. 106. numero 37. de probat. Dec. in c. tertio loco, nu. 55. eod. tit. Ioan. de Amicis conſ. 44. nu. 4. & Boer. deciſ. 118. vbi refert ita fuiſſe in Sacro Burdegalenſiũ ſenatu pluries iudicatũ; & ſequitur ẽt Bertran. conſ. 36. pro declaratione boni iuris, n. 5. & ſeq. uol. 6. vbi firmat etiam cum cæteris aggregatis per eum, quòd iſto caſu minimè ſufficeret, quòd antedicti teſtes eſſent ſimpliciter idonei. Imò quælibet exceptio etiam leuiſsima repelleret teſtes ipſos reprobatorios: ſecundùm Bald. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & in cap. cùm Ioannes, colum. fin. de fid. inſtr. vbi adiicit, & conſtanter aſſeuerat, quòd quilibet defectus etiam modicus vitiat iſtos teſtes reprobatorios.

2 Imò etiam vnus ſolus teſtis de requiſitis à iure, contradicens inſtrumento, illud omninò ſubuertit: ſecundùm Bar. Bal. Ang. in d. §. ſi quis neget, vbi etiam Imol. qui ait iſtam eſſe cõmunem opinionem, & Curt. Sen. etiam conſil. 55. *Cõis opin.* ſub num. 1. & ſub num. 25. quam ſequitur quoque Cal. Ant. Abb. & Imol. in d. c. cùm Ioannes, & Ioan. de Amicis conſil. 44. num. 5. qui pariter teſtatur de dicta communi. Et ſic uno duntaxat teſte contradicente de neceſſariis, requiſitiſque in teſtamento, deficit fides omnimoda inſtrumenti. l. ſi unus. C. de teſta. & ita reſidet Ioã. de Amicis ubi ſupra.

¶ At hoc procederet de plano, vbicunque in ipſo inſtrumento reperirẽtur adhibiti duo duntaxat teſtes: ut conſuluit Ang. conſ. 169. ſuper puncto ſupraſcripto breuitatis cauſa omiſsis allegationibus, colum. fin. ver. Venio ad ſecundũ quæſitum, & Io. Bapt. Ferrettus conſ. 207. ex latè deductis, num. 6. & ſeq. uol. 1. Et ſuper eo non eſt neceſſe multum inſiſtere; quia ſi duo tantùm teſtes adhibiti forent in inſtrumento, & unus ex ipſis teſtibus contradiceret inſtrumento, redderet inſtrumentum ſuſpectum, nec ei credendum eſſet aliquo pacto: vt reſpondet Ang. ibi.

3 Sed vbicunque teſtes adiuuarent inſtrumen-

mentum, tot alij teſtes reprobatorij ſunt neceſſarij, quot ſunt comprobantes inſtrumentum ipſum: ſecundùm Barto. in l. hæredes palàm, in princ. ff. de teſta. Innocen. Ioan. And. Card Ant. Abb. & Imol. in c. cùm Ioannes, de fide inſtrum. Cõis. opin. Anchar. conſil. 76. Cyn. Saly. & omnes communiter, in l. exercendis. C. de fide inſtrum. & Alex. conſ. 17. ponderatis his, quæ in themate, ſub nu. 14. uolu. 3.

4 Et procedit non ſolùm ſi dicerent teſtes inſtrumentarij aliter fuiſſe dictum, quàm ſcriptũ per notarium, uerum etiam ſi deponerent ipſi teſtes ſe non interfuiſſe inſtrumento. qui quidẽ teſtes licèt ſingulares videantur, attamen reprobant, & ſubuertunt inſtrumentum: ſecundum Fely. in d. c. cùm Ioannes, num. 35. & ita conſuluit Grauet. conſ. 56. num. 17. dicens dictos teſtes ita, & taliter deponentes non eſſe ſingulares aliquo pacto; & iſtam ait ibi eſſe communẽ Cõis opin. opinionem: & prudentiſsimus D. Follerius in ſua pract. crim. in uer. Item quòd commiſit falſitatem, num. 64. cum multis ſeq. ubi explicat abundè iſtam materiam.

5 Et aduerte etiam hic, quòd vbicũque vnus teſtis contradiceret vni alij: tunc abſque dubio aliquo depoſitio vtriuſque inualidaretur: ſecundùm Ioan. And. Abb. & alios omnes in c. in noſtra, de teſtib. Bertachi. in ſuo repert. in uer. Teſtis, in materia de teſtium impugnatione, in uer. Teſtes du., & Alex. conſ. 154. viſo themate Cõis opin. ſupraſcripto, ſub nu. 10. vol. 5. vbi exprimit hoc communiter approbari.

6 Sed teſtes ipſi recepti hinc indè inter partes, ſi contrarij in ſuis atteſtationibus apparerent, nemo ex eis puniendus foret de falſo: ſecundùm Glo. Bal. Alex. ſub num. 2. & Iaſ. ſub numero 16. & ſeq. in l. duobus reis. §. item Pomponius. ff. de iureiur. Bertachin. in ſuo repertorio, in uer. Teſtis, in materia de punitione teſtium, in uer. Teſtes inter ſe contrarij, & Grammat. in voto 26. Saluatoris mundi, ſub nume. 14. cum aliis ſequen. vbi recitat ita fuiſſe deciſum in magna Curia Vicariæ, & in collaterali Regio Concilio.

SVMMARIVM.

1 *TESTES in ſcriptura priuata tres neceſſariò requiruntur, qui debent eſſe maſculi, & non fœminæ.*

2 *Scriptura priuata debet eſſe ſubſcripta tribus teſtibus maſculis: & in ea non requiritur neque dies, neque conſul, ad hoc vt probet, uel faciat cõtra ſcribentem fidem.*

4 *Scriptura priuata recognita per eum, qui eam feciſſe prætenditur, uel per eius hæredem, plenam fidem facit contra eum.*

4 *Scriptura priuata vbicunque reperiretur negata per eum, qui eam feciſſe prætenderetur: tunc non ſufficeret, quòd teſtes ſuper recognitione ipſius ſcripturæ deponerent ſcripturam ipſam per talem factam, ſeu ſcriptam eſſe: ſed oporteret, quòd teſtificarentur, quòd præſentes fuerunt, quando ſcripta, uel facta extitit eandem ſcriptura, ſecundùm communem opinionem: licèt contrarium obſeruetur in Sacro Palatio Romano.*

OPINIO DCCCLXXXIX.

1 TESTES in ſcriptura priuata tres neceſſariò requiruntur; & ſic teſtimonio trium teſtiũ dicta ſcriptura debet eſſe ſubſcripta. qui quidem teſtes debent eſſe maſculi, & non fœminæ: ſecundum Bal. per illum tex. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. habeant. cum quo ſentiunt omnes Scriben. ibi, Cremen. in ſing. 145. Marſil. in ſing. 611. poſt prin. Cotta, in mem. in ver. Mulier regulariter &c. quam opinionem tã quàm veriſsimam ſequitur etiam, & aſſerit eſſe communem Dec. in c. 2. aliàs ſcripta, num. 11. de fide inſtr. in c. 3. col. 2. de teſti. & in l. fœminæ, num. 32. & ſeq. & ibi Apoſtil. ff. de reg. iur. & Tiraquel. in tract. de legib. connub. l. 9. num. 54. licèt Barba. in c. quoniam contra, nu. 27. de probat. Iaſ. in l. 1. colum. 3. ff. de legib. abſque aliqua vrgenti ratione, & nonnulli alij Doct. relati per Fely. in d. c. 2. & in c. 3. de teſti. conentur, & malè diſcedere à præfata communi, quorum argumenta non indigent reſponſione: quia parum, aut nihil obſtant. Cõis opin.

2 Et nota hic utiliter, quòd in d. ſcriptura priuata non requiritur neque dies, neque conſul. l. cùm taberna. §. item quæritur. ff. de pignor. & not. Iaſ. in auth. quod ſine. C. de teſtam. ad hoc, vt probet, uel faciat fidem contra ſcribentem: iuxtà communem ſententiam omnium Doct. quam ſequitur Paul. Caſtren. in l. 1. num. 16. C. de nouo Codice facien. Alex. in conſ. 70. vėr. Ecce ergò, uol. 1. & conſ. 6. verſ. Secundò reſpondeo, & conſ. 76. colum. 3. vol. 3. & conſ. 132. ver. Quò ad tertiam, uol. 4. & Moder. omnes in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi atteſtãtur de præfata communi opinione. Cõis opin.

¶ Sed hoc intelligendum venit, ſecundùm optimam diſtinctionem traditam per Cottam, in memorali, in uerſ. Dies in libris rationum requiritur.

3 Aduerteque etiam, quòd licèt ſcriptura ipſa priuata recognita per eum, qui eam feciſſe prætenditur, uel eius hæredem, plenam fidem facit contra eum. l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab.

4 Nihilominus, vbicunque huiuſmodi ſcriptura non recognita, ſed negata eſſet: tunc neceſſarium foret, & oporteret probari tam ſcripturam eſſe ſcriptam, ſeu factam per eum, qui illam feciſſe prætenderetur: nec ſufficeret hoc caſu, quòd teſtes deponerent, quòd ſcriptura iſta

iſta per talem facta extitit, aut quòd illius ſcriptura exiſtat: ſed oporteret, quòd teſtificarētur, quòd præſentes fuerint quando ſcripta, uel ta-cta eſt eadem ſcriptura. auth. de inſtru. caut. & fid. §. ſi quis igitur, & quod ibi no. Glo. & fuit de mēte Glo. etiam; & apertius hoc ibi uoluit Iacob. But. in auth. & ſi contractus. C. de fide inſtrum. Bertran. conſ. 168. num. 1. viſo proceſſu primò cepto. uol. 6. Bar. in l. nuda ratio. ff. de donat. & in d. l. ſcripturas, But. Abb. & alij communiter in c. 2. de fide inſtr. Bal. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cer. pet. & Alex. conſ. 123. num. 5. uol. 1. conſ. 76. num. 4. 7. & 8. uolum. 3. conſil. 80. uiſo proceſſu cauſa inter Antonium Poſsidonium, numero 4. cum aliis ſeq. uol. 4. & Afflict. deciſ. 181. in quodam proceſſu fuit producta una apodixa, vbi recitat ita fuiſſe deciſum in Sacro Concilio Neap. Et iſta probatio ita, & taliter facta, eſt plena, & ſufficiens probatio: ſecundum Cyn. & alios in l. comparationes. C. de fide inſtru. & Alex. conſ. 181 in cauſa, & lite vertente coram arbitris, num. 3. uol. 2.

Cōis opin.

¶ Sed in Curia, Sacroque Palatio Romano obſeruatur contrarium, uidelicet, quòd ſuper recognitione ſcripturarum plenè probent teſtes, qui non fuerunt præſentes dum ſcriberentur, & deponunt cognoſcere manum ſcribentis: quoniam eſt ei valdè nota: vt meminit Octauian. Veſtrius in ſua pract. lib. 6. tit. de productione iurium in curia, ac de literis compulſorialibus, illarumque executione in partibus, colum. 6. folio par. 30. ubi ſimiliter probat huiuſmodi ſtylum Romanæ Curiæ non abhorrere à iuris diſpoſitione.

SVMMARIVM.

1 *TESTAMENTVM neceſſariò requirit ſeptem teſtes puberes: nec ualet ſi minor numerus adhiberetur, etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet: nam iſte numerus eſt de eius ſolennitate formali, & ſubſtantiali, non tantùm probatoria de iure ciuili.*

2 *Teſtamentum de iure canonico poteſt confici coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus, etiam ad non pias cauſas, maximè in terris eccleſiæ, tam mediatè, quàm immediatè ipſi ſubiectis: dum tamen tales teſtes ſint idonei: & coram quatuor teſtibus abſente presbytero.*

3 *Teſtamentum tempore peſtis poteſt fieri coram quinque teſtibus.*

4 *Teſtamentum ad pias cauſas coram duobus teſtibus abſque presbyteri parochialis præſentia factum, ualet tam in foro canonico, quàm in ciuili, & etiam in terris non ſubiectis eccleſiæ.*

5 *Teſtamentum inter liberos cū duobus teſtibus ualet.*

6 *Teſtamentum etiam per cæcum conditum inter liberos, valet cum duobus teſtibus, etiam ſi imperfectum ſit.*

7 *Teſtamentum imperfectum, in quo interueniunt duo teſtes, ſuſtinetur non ſolùm inter filios primi gradus, ſed etiam inter nepotes.*

8 *Teſtamentum patris imperfectum ualet, etiam ſi filij inæqualiter fuerint inſtituti.*

9 *Teſtamentum patris imperfectum ualet, etiam ſi unus, uel plures filij fuerint exhæredati.*

10 *Teſtamentum inter liberos factum valet etiam cum duobus teſtibus puberibus maribus, aut fœminis.*

11 *Teſtamentum inter filios conditum coram duobus teſtibus ualet, ſiue ſit nuncupatiuum, ſiue in ſcriptis.*

12 *Teſtamentum inter liberos ualet, dato quòd teſtes rogati non ſint.*

13 *Teſtamentum inter liberos conditum coram duobus teſtibus valet, dummodò ipſi liberi ſint legitimi, & naturales, non autem naturales, & ſpurij. quod de plano procederet in filijs naturalibus de agnatione paterna, non autem materna.*

14 *Teſtamentum condere poteſt mater naturalis inter filios naturales coram duobus teſtibus, ſecundùm diſpoſitionem. §. ex imperfecto.*

15 *Teſtamentum inter liberos conditum, licèt ualeat coram duobus teſtibus: tamen ad eius reuocationem ſeptem requiruntur.*

16 *Legatum ad pias cauſas, ſicut valet factū coram duobus teſtibus omni exceptione maioribus, vt dictum eſt ſupra ſub nu. 2. ita etiam poteſt reuocari, & adimi coram alijs ſolummodò duobus teſtibus.*

17 *Ruſticus condens teſtamentum in rure, & non valens adhibere ſeptem teſtes in teſtamento: tunc ſufficerent quinque teſtes. Quod procedit in teſtamento nūcupatiuo, non autem in teſtamento in ſcriptis.*

18 *Ruſticus conficiens teſtamentum ruri coram quinque teſtibus, valet, etiam ſi deinde ciuis euaderet.*

19 *Teſtamentum conditum per ciuem ruri coram quinque teſtibus non ualet, etiam ſi ipſe ciuis maiorem numerum teſtium inuenire non potuiſſet.*

OPINIO DCCCXC.

1 TESTES ſeptem puberes in teſtamentis regulariter requiruntur. l. hac conſultiſsima, & l. in teſtamentis. C. de teſtamen. & §. fina. inſtit. eodem titulo. Nec valet teſtamentum ſi minor numerus teſtium adhiberetur, etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet. l. conficiuntur. §. 1. ff. de iure codicill. Et iſte numerus teſtium, aduerte, quòd eſt de ſolennitate ſubſtantiali, ac formali, non tantùm probatoria: ſecundùm Bartol. Aret. colum. 2. & Iaſ. in 1. lect. numero 17. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. vbi Ripa, numero 35. ait iſtam eſſe communem opinionem, & Couarruuias, in epit. in cap. cùm eſſes, numero 8. de teſtamen. Iacobus Mandellus in l. 1. num. 39. cum aliis ſeq. ff. de uerb. oblig. & Clarus in tract. de teſtamen. §. teſtamentum lib. 3. q. 56. ubi refert effectus iſtius communis. Cōis opin.

2 Hoc itaq; procedit de iure ciuili,ſed de iure canonico uidetur ſancitũ cõtrariũ. Nã teſtator poteſt diſponere de rebus ſuis corã presbytero parochiali, & duobus teſtibus, & ualet ſuum teſtamentũ etiã ad non pias cauſas confectũ, maximè in terris eccleſiæ.c.cũ eſſes,de teſta.Spec. not.in tit.de inſtru.editio.§.compendioſè, uer. Item per ius canonicũ,Io.de Imol.& Abb.in d. c.cũ eſſes,Zabar.conſ.73.puto de iure,Bal.cõſ. 351.quoniam ex facto,& cõſ.ſeq.lib.4.& Alex. conſ.17.ponderatis his,quę in themate,nu.15. uol.3.& 276.uiſo proceſſu,col.3.lib.5.& iſta eſt cõis opinio.teſte Corn.conſ.261.nu.9.& 30.uolu.4.Thobia Nonio in §.ſed hæc quidẽ, ſub nu. 4 limit.8.inſt.de teſtamentis,& Mod.in d. c. cũ eſſes,præſertimq; Couarruuias ibi,nu.12. cum alijs innumeris relatis per eũ, & Boer. in deciſ. 93.nu.2.& Claro copioſè in tract.de teſta.in §. teſtamentũ.lib.3.q.57.uer.1.& ſeq.& Michaele Ciſuentes in cõmentarijs ſuper leges Tauri, in l.3.nu. 3. vbi etiã firmat ex veriori ſententia Doct.quòd ius ciuile, ſeu regium,non corrigatur per ipſum ius canonicum.

Cõis opin.

¶ Sed aduerte,ꝙ iſti duo teſtes interuenientes ultrà parochianum,debent eſſe idonei, ſecundũ cõmunem opinionẽ relatã per Alex.cõſil.177.ſub nu.4.uol.2. Et facit in hanc partem, quod ſcribit Bal.conſ.264.ad euidentiã,in fi.ꝙ ſufficiunt duo teſtes in legato ad pias cauſas, modò ſint omni exceptione maiores.

Cõis opin.

¶ Et iſtud teſtamentũ corã presbytero parochiali,& duobus teſtibus conditũ, habet uires ẽt in terris Principi ſeculari, quò ad temporalẽ iuriſdictionẽ ab eccleſia conceſsis: quales ſunt Ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria,& Vrbinum:vt declarat, & ponit Corneus in pręcitato conſ.& ſequitur Thobias Nonius in d. §. ſed hæc quidẽ,ſub nu 4.limit.8.ſed in aliis non procedit:vt per Bal.conſ.284.dominus, lib. 3.

¶ Vbicunq; uerò presbyter parochialis nõ reperiretur in partibus,& terris eccleſiæ, in quibus condendum eſt teſtamentũ,nec haberi poſſet aliquo modo: tunc nota,ꝙ loco parochialis alij duo teſtes adhiberi poſſunt per teſtatorẽ;& ſic requirũtur quatuor teſtes ſine parochiano;, & valebit teſtamentũ. Nam duorũ uox eſt potẽtior,quã unius,quantumcunq; ſit authoritatis. c.licèt,& c.cũ a nobis,de teſti.& l. iuriſiurandi. C.eo.tit.& ita uoluit Spec.in d.uer. Itẽ per ius canonicum,quem ſequitur Calder.conſ.8.teſtator,in tit.de teſta.Gemin.conſ.49.ſuper iſto pũcto,Alex.conſ.17.col,pen.uol.1.conſ.276 lib.3. & conſ.105.uiſo,& diligenter conſiderato,libr. 4.& iſtam opinionem Specul.dicit,& aſſeuerat obſeruari in practica Anto.de But.& Panorm. in d. c. cum eſſes, in fin. & communem dicunt inibi Moder.præſertimque Couarruuias,num. 13.& Bellonus conſilio 14. num. 3.& magis cõmunem eſſe recitat eam ſequendo Clar.in d.q. 57.uer.Sed pone,& Thobias Nonius in d.§. ſed

Cõis opin.

hæc quidem.ſub num. 4. in 8. limit. vbi ait ab huiuſmodi ſententia non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, cum ex ea teſtamentum ſuſtineatur.

3 Declaratur ſimiliter d.regula in teſtamento condito tempore peſtis: cum eo tempore nõ ita copia teſtium haberi poſsit, ſicut alio tempore;ideoque numerus ſeptem teſtium regularis in teſtamento reſtrictus eſt ad quinque, & ſic adhibitis quinque teſtibus in teſtamento cõdito tempore peſtis ualet,& tenet: vt tradit Nicola.de Mata.Bal.Saly.& Iaſ.in l.fin. C. de teſt. Aret.in §.fin.inſtit.de donat.& in ſuo tract. teſtamentorum, in uer. Suum teſtamentum, in fin.Cuma.in l.conficiuntur.§.codicilli, de iure codicill. Florian. in l. milites. C. de teſt. milit. Barbat.in d.c.cùm eſſes,colum.8.& in conſ.87. colum. 2.uol.4.Marſil.in l.1.§.præterea, nume. 121.ff.de quæſt.Dec.in l.ſcriniarios,in fi. C. de teſt.milit.& in conſil. 284. viſo puncto, Zhan. deciſ.115.& Card.Put.deciſ.376.& deciſ.386. libro 1.ubi addicit etiam,& expreſsè firmat, ꝙ in iſto numero quinque teſtium non computatur modo aliquo notarius, Brunus etiam in tracta.de forma,dicens ibi ſe pro hac parte conſuluiſſe, & quòd in facti contingentia obtinuit, quem refert Pariſ.conſ.33.num.26.uolu.2. ubi ſubdit, quòd iſta eſt magis communis opinio, Cõis opin. magis æqua, & humana,Rubeus conſilio 165. Bertran.conſilio 179.volum.1.Ripa,in l.Centurio,numero 8.ff.de vulga.& pupill. Boer. in deciſ.228.numero 9.& ſequen. Bald. Nouell. in l. 2.ff.de leg.1.vbi concludit poſt Pontanum,numero 4. iſtam eſſe magis communẽ opinio & magis æquam, & Soc. etiam, qui eam magis ueram eſſe dicit in conſilio 129. nu. 14.uol. 1.

¶ Alexand. uerò in conſilio 70. uolumine 2.& Iaſ.in l.ab antiquis,numero 4. C. de teſta. dicit communem contrariam, uidelicet, quòd Cõis opin. in teſtamentis tempore peſtis requiratur integer numerus ſeptem teſtium, & malè, quãmuis eam non ſequatur,& communem,& ueriorem de iure aſſeuerat Boer. in præcitata deciſ.228.numero 10.Ioan.Bertachinus in tract. de gabellis,ſeu vectigalibus,in 2. par. de locatione gabellarum,ſub numero 50.& Afflict. in deciſ.25.incipien.In cauſa petitionis hæreditatis,& magis communem inquit Clarus in tracta.de teſtamen.libr.3. ſub q.65.ubi concurrit cum prima opinione Bald. & ſequacium cum quodam moderamine:cui quidem intrepidè inhæremus,tanquam ueriori,æquiori,& communiori: cui accedit etiam tanquam magis communi Thobias Nonius in d. §. ſed hęc quidem, ſub num.4.limit.14.aduertens, ſecundum eandem magis communem opinionem debere iudicari in actu practico, cùm in fauorem teſtamenti tendat,& Ciſuentes in d.l.3.num. 4.

¶ Imò intantũ procedit ſine ſcrupulo aliquo iſthæc cõis opinio, vt Card.Puteo placuerit quo

que

que conſtanter aſſerendo deciſ. 13. in tit. de teſtam. quòd in ipſo teſtamento tempore peſtis confecto requirantur ſolummodo duo teſtes.

4 Declaratur quoque præfata regula nō procedere in teſtamento facto ad quaſcunque pias cauſas. Nam teſtamentum conditum ad pias cauſas coram duobus teſtibus abſque presbyteri parochialis præſentia valet, tam in foro canonico, quàm ciuili, & in terris Eccleſiæ nō ſub iectis: ſecundùm tertiam opinionem Gloſ. in d. c. cùm eſſes. quam ſequuntur ibi Anchar. Card. Imol. Barba. & omnes, vbi aiunt hanc ſententiam eſſe communem, & ueriſsimam ſimul cū Moder. Iaſ. quoque in l. 1. num. 21. poſt mediū, in 1. lect. C. de ſacroſan. eccle. Alex. in l. ſi certis, num. 5. C. de pact. Cifuentes in d. l. 3. Tauri, ſub num. 4. verſ. Tertiò dubitatur, Tiraquel. in tracta. de priuilegiis piæ cauſę, poſt præfationem, ante primum priuilegium, & Boer. in deciſ. 93. ſupra allegata. Cōis opin.

¶ Et hoc videtur contra ſententiam Specu. communem in principio huius regulę relatam. Tamen iſtas duas opiniones conatur Alex. con ſil. 17. ponderatis iis, colum. pen. vol. 3. ad conſo nantiam, & concordiam reducere, Doct. in d. c. cùm eſſes, & Boeri. in d. deciſ. 93. numero 3. & ſeqnentibus.

5 Interpretatur quoque præſata regula non procedere in teſtamēto patris imperfecto inter liberos condito, in quo non requiruntur ſeptē teſtes. Nā vbicunq; pater faceret teſtamentū adhibitis duobus teſtibus inter liberos, ualeret & teneret. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. cū materia, & notat Natta, cóſ. 423. res in hoc conſiſtit, nu. 10. & 12. uol. 2. vbi reddit optimam rationem.

6 Qui quidē tex. ampliatur, ut habeat locum etiā in teſtamento patris cœci imperfecto inter filios condito, non ſeruata forma, ſeu ſolennitate d. l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fac. poſ. ſecundū Bal. Ang. Paul. Caſtren. Saly. Corn. Iaſ. & oēs ibi, ubi aſſerunt hanc eſſe cōem opinio. quā ſequitur vltrà alios etiā relatos per eum, Boer. deciſ. 240. nu. 20. vbi atteſtatur de dicta cōi, referendo alios contrariū aſſeuerantes, & Bertrā. quoq; conſ. 169. ex themate mihi exhibitæ conſultationis, nu. 1. & ſeq. uol. 8. Cōis opin.

7 Et præſens teſtamētum imperfectū, in quo interuenerunt duo teſtes, ſuſtinetur non ſolùm inter ipſos filios primi gradus, ſed etiā inter nepotes: vt doctiſsimè, & religioſè more ſuo conſuluit Natta in d. conſ. 423. ſub nu. 4. & 13.

8 Itē ipſum teſtamentum patris imperfectū valet ēt ſi filij inęqualiter fuerint inſtituti: vt firmauere Cuma. cóſ. 113. ſtatutū, ꝙ nec in teſtamentis, Alex. conſ. 46. viſo themate, col. fi. vol. 2. Pau. Caſt. Corn. & Riminal. in d. §. ex imperfecto, Dec. in l. vt liberis. 3. not. C. de collat. Iaſ. in l hac cōſultiſsima. C. qui teſta. fac. poſ. & eſt de mente Bal. in l. filij. q. 6. C. fam. erciſ. quāuis Gomeſ. deciſ. 106. lib. 1. uideatur aſſerere contrariū, ꝙ vbicunq; pater non æqualiter teſtetur inter filios, non ſit aliter locus, d. §. ex imperfecto.

9 Itē teſtamentū hoc patris imperfectū ualet, ēt ſi vnus, vel plures filij fuerint exhæredati: vt tradunt Aret. & Corn. in d. §. ex imperfecto.

10 Itē iſtud teſtamentū inter liberos factū ualet ēt cū duobus teſtibus puberibus maribus, aut fœminis: ſecundū Glo. in auth. qđ ſine. C. de teſta. quā ſequuntur oēs ibi, Cy. Bar. Pau. Caſt. Corn. & alij in d. §. ex imperfecto, vbi aſſeuerāt eſſe cōem opinio. & Couarruuias etiam copioſè in c. relatū, nu. 5. de teſta. & eā ſequitur vltrà præcitatos Doct. & alios congeſtos per Mod. in præmiſsis locis, Boer. in d. deciſ. 240. n. 1. vbi dicit ita vidiſſe iudicari in Sacro Concilio Burdegalen. & ubique. Cōis opin.

11 Et ipſum teſtamentū inter filios conditum corā duobus teſtib. valet etiā, ſiue ſit nuncupatiuū, ſiue in ſcriptis: ſecundū Glo. & Doct. in d. §. ex imperfecto, & Michaelē Cifuentes in d. l. 3. Tauri, ſub nu. 7. ubi oſtendit, & profert magnū uerbum, quòd ita quotidie practicatur.

12 Valet etiā teſtamentū inter liberos, dato ꝙ teſtes nō ſint rogati, qui in huiuſmodi teſtamēto aliter non requiritur, vt rogati eſſe debeant: vt uoluit Glo. in l. fi. in uer. Excepto. C. de codicillis, cōiter approbata. teſte Dec. conſ. 610. uiſo themate ſupraſcripto, ſub nu. 2. Ant. Rubeo, conſ. 6. n. 5. & Thobia Nonio, in d. §. ſed hæc qui dem, nu. 6. inſtit. de teſtamen. Cōis opin.

13 Valet quoq; teſtamentū inter liberos, dum modo ipſi liberi ſint legitimi, & naturales, non autē naturales, vel ſpurij: quia d. §. ex imperfecto, habet locū duntaxat in filiis legitimis & naturalibus, non autē in naturalibus, ſeu ſpuriis: ſecundū cōem opin. Doct. in d. §. ex imperfecto, recitatā, & approbatam per Dec. in d. conſ. 610. ſub nu. 2. ubi reſpondit etiam de iure. d. §. ex imperfecto, minimè ꝓcedere in filiis legitimatis. Cōis opin.

¶ Sed hæc cōis de plano procederet in filiis naturalibus, uel illegitimis de agnatione paterna, eſto ꝙ pater ipſe naturalis inter filios naturales corā duobus teſtibus teſtari nequiret, ſecundum antedictam communem, non autem in filiis illegitimis de agnatione materna.

14 Siquidē mater naturalis inter filios naturales corā duobus teſtibus, ſecundū diſpoſitionē d. §. ex imperfecto, poſſet teſtamentū cōdere: vt per Doct. ibi, Alex. in l. ſi ex facto. §. ſi quis rogatus, col. 31. ff. ad Treb. & Albert. Brun. in tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 5. articulo 12. principali, nu. 38. & ſeq. vbi reddit rationem, & perhibet iſtam eſſe magis communē opinionem. Cōis opin.

15 Et quamuis teſtamentum inter liberos cōditum ualeat coram duobus teſtibus; nihilominus ad eius reuocationem ſeptem requiruntur. auth. hoc inter liberos. C. de teſta.

16 Sed hoc limitatur non procedere in legato ad pias cauſas, quod, ſicut ualet factum

coram duobus teſtibus,ita etiam poteſt reuoca ri, & admi coram aliis duntaxat duobus teſtibus:ſecundùm Cardin.Imol. & alios in c. relatum,de teſta. & ita conſuluit Natta, conſ. 442. veram arbitror concluſionem,uol. 2.

17 Explicatur etiam antedicta regula non procedere in caſu l. fin. C. de teſta. quando ſcilicet ruſticus teſtatur in rure,& non poteſt adhibere ſeptem teſtes:quia tunc ſufficerent quinque teſtes.d.l.fi.& ibi Doct.

¶ Quæ quidem l. fin. habet locum in teſtamento in ſcriptis:ſecundùm Michaelem Cifuẽtes in d.l.3.Tauri ſub num.4.ubi teſtatur ita in practica obſeruari.

18 Imò ſi ipſe ruſticus teſtamentum conderet ruri coram quinque teſtibus, deindeque ciuis euaderet:tunc profectò eius teſtamentum ualidum eſſet: vt uoluit Bald. in l. ſi quis hęredem, ſub nu.11.C.de inſtit.& ſubſt.& Iaſ.in d.l.fi.

19 Sed ſi ciuis ruri teſtamentum conderet coram quinque teſtibus, vtique non ualeret, nec teneret:ſecundùm Bar.in l.conficiuntur.§.codicili.ff.de iur.codicill. & ibi Card.Alba.num.1.

¶ Quod de plano procederet etiam ſi maior teſtium numerus inueniri non potuiſſet: vt per mentionatos Doct. & Thobiam Nonium cum cęteris aggregatis per eum in d. §. ſed hæc quidem, ſub num.4. limit.6. vbi corroborat iſtam opinionem,prædicatque ueram, & magis communem eſſe. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *TESTES, tam in teſtamento in ſcriptis, quàm in nuncupatiuo ſine ſcriptis redacto, rogari debent.*

2 *Teſtamentum, in quo notarius dicit teſtibus præſentibus,non adiecto expreſsè uocatis ad hoc,& rogatis,eſt nullum:nec teſtes in dubio præſumuntur rogati,cùm ſolemnitas ſit extrinſeca probatoria.*

3 *Teſtamentum ad pias cauſas valet cum duobus teſtibus,etiam non rogatis. Et ſic in ipſo teſtamento ſufficiunt duo teſtes,etiam non rogati.*

4 *Teſtes in dubio rogati præſumuntur, vbicunque teſtes ſe ſubſcripſerunt in teſtamento: & ſic ex ipſa ſubſcriptione rogati in dubio præſumuntur.*

5 *Teſtes,ad ualiditatem teſtamenti, ſufficit rogatos eſſe à notario, ſeu ab aliquo alio extraneo, non autem à teſtatore.*

6 *Teſtis à partibus rogatus admittitur, etiam ad teſtificandum, licèt inhabilis ſit: rogatio enim eum idoneum reddere videtur.*

7 *Teſtis quando examinatur, tenetur neceſſariò iurare manu tactis ſcripturis.*

8 *Teſti non aliàs fides adhibetur, quàm ſi notarius dicat, quòd talis teſtis iurauit manu tactis ſcripturis: tactus ſcripturarum eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, niſi appareat.*

Clauſula ſola facti ueritate inſpecta, appoſita in literis Reginæ Iſabellæ,non tollit, quin in Regno in cauſis criminalibus procedi poſſit ordinariè.

10 *Actum nullum à principio non ualidat, ſeu confirmat habilitas ſuperueniens.*

OPINIO DCCCXCI.

1 TESTES, tam in teſtamento in ſcriptis, quàm in nũcupatiuo ſine ſcriptis redacto, rogari debent. l.hæredes palàm. §. in teſtamentis.ff.de teſtam.& l.hac cõſultiſsima.C.eod.tit. Gloſ. in §.fin.in uer. Adhibitis, inſtit. de teſtamen. & iſta eſt communis opinio.teſte Boeri.deciſ. 34. num. 8. & Thobia Nonio in §. ſed hęc quidem, numero 5. inſtit. de teſtamen. ubi etiam eam ampliat. Cōis opin.

2 Vndè ſi notarius in teſtamento diceret teſtes pręſentes,non adiiciendo expreſsè uocatos ad hoc & rogatos, teſtamentum eſt nullum. In dubio enim non præſumuntur rogati, cùm ſolẽnitas ſit extrinſeca probatoria:ſecundùm Dyn. & Bar.in d.§.in teſtamentis,Cyn.Fran.de Aret. & Iaſ.in d.l.hac conſultiſsima,Bar. & Alex. Iaſ. & alios in l.ſciendum.ff.de uerb.oblig. & Spec. in tit de teſtam.§.1.uerſ. Sed quid, & Ruinum conſilio 1.num.4.uol.2.& conſ.12.num.5. eod. uol.& iſtam aiunt eſſe communem opinionem Moder.in d.l.ſciendum,Corn.conſ. 176. uol.3. Io.Bapt.Plot.conſ.54.Deus,nu.37.uol.1.Soc.in tract.fall.reg.420.& Ruinus conſilio 154.nu.2. vol.3.& ſequitur etiam Chiſ.deciſ.193.concludens ibi, quòd teſtes deſcripti in inſtrumento præſumuntur rogati:ſecus uerò in teſtamento: licèt aliqui Doct. auſi ſint tentare contrarium, relati per Moder.in d.l.ſciendum. Cōis opin.

3 Sequendo tamen dictam communem tanquàm veriſsimam, cui inhæret quoque Clarus in tract.de teſtamen.lib.3.§. teſtamentum. quæſt. 6. uerſ. Tertiò infertur, & Thobias Nonius in dicto.§. ſed hæc quidem, ſub numero 7. & ſequentibus, ubi citat, & tuetur mentionatam communem, & limitat in quatuor caſibus. Amplio procedere ſimiliter in teſtamento condito ad pias cauſas: eo enim caſu teſtes debent eſſe rogati: ut per Barbat. in cap. relatum, de teſtamen. Zabarel. conſilio 73. & Alexand.conſilio 70.colum.fina. uolum. 2. & alios complures aggregatos per Tiraquell. in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuileg. 3. columna ſecunda.

¶ Soci.uerò in præcitata reg. 420. dicit audacter communem opinionem eſſe in contrarium,uidelicet,quòd in teſtamento ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes etiam non rogati. & idẽ firmat ẽt Alex.cũ cęteris relatis per eũ, cõſ. 131.ſuper themate,& dubiis ſupraſcriptis,n. 2. uol.7. Cōis opin.

vol.7.& Couarruuias in c.relatum,nu.4. de te-
Cōis ſta.ubi ſimiliter perhibent iſtam eſſe uerā,& cō
opin. munem opinionem. & magis cōem Horatius
Mandoſ.in add.Romani in cōſ.306.in litera A,
prout ſacroſancta redditur ex ſcriptis Bart.Bal.
& aliorū in l.1.C.de ſacroſan.eccl. & Io. And.&
aliorum in c.relatum, il 1. de teſta. & Tiraquel.
in. tract.præcitato de priuilegiis piæ cauſæ, pri-
uilegio tertio, per totum.

4 Sed limitatur dicta concluſio cōis ita decla
rata non procedere, quando teſtes ſe ſubſcripſe
runt in teſtamento: tunc ex huiuſmodi ſola ſub
ſcriptione rogati in dubio præſumuntur: ſecun
dū Bar.& Soc.in l.Domitius.ff.de teſta.& Bart.
Cōis & omnes communiter,in d. l.ſciendū. licèt Iaſ.
opin. ibi præcipitanter contrariam partem tueatur.

5 Sed aduerte,quòd ipſi teſtes ad teſtamenti
validitatem ſufficit quòd rogati fuerint à nota
rio,ſeu ab aliquo alio extraneo, nō autem ab ip
Cōis ſo teſtatore:ſecundū cōem opinionem relatam
opin. per Iaſ.in l.hac conſultiſsima,num.3. quam ci-
tat etiam,& approbat Clarus in tract.de teſta.
lib.3.q.58.uerſ.Scias tamen.

6 Imò idē teſtis à partibus rogatus admitti-
tur etiā ad teſtificandum,licèt inhabilis ſit: ro-
gatio enim eū idoneum reddere uidetur: vt ſen
tit Glo.in c.licèt,de teſtib.in uer. Suppliciis, &
in l.inuiti.ff.de teſtibus,& Bal.& Imol.in l.ad te
ſtium.§.1.de teſt. Et licèt aduerſus perſonā hu-
iuſmodi teſtis opponi nequeat; nihilominus cō
tra dictum ipſius opponi permiſſum eſſe arbi-
trantur Abb.& Fely.in c.cauſam,de re iud.

7 Et quanquàm adhuc tractatum ſit vtiliter
quidē ſuper re, & materia ad teſtes rogatos ſpe
ctante: tamen non immeritò, & intempeſtiuè
in præſentiarum arbitror repetendum eſſe, atq;
pleniori manu exarandum quod ieiune quodā-
modò abſoluimus ſupra, in Opi.432.Iuramen
tum ſufficit præſtari,num.3.& ſeq.lib.1.uideli-
cet, quòd notarius in depoſitione teſtis nullam
faciens de tactu ſcriptvrarum mētionem, ꝙ hu
iuſmodi tactus præſumatur,vt ualeat eius depo
ſitio.Et quia inuento alto mari nauigandū eſt:
ideò non ab re contrariā ſententiā veriorē, cō-
Cōis muniorē, & ſecuriorem eſſe oſtendo, ſcilicet ꝙ
opin. talis tactus ſcripturarum in dubio nullatenus
præſumatur, & ꝙ tunc penitus corruat depoſi-
tio teſtis ex huiuſcemodi tactus omiſsione. Et
ratio uiuax, & irrefragabilis in mediū adduci-
tur iſthæc:quoniam vbicūq; teſtis examinatur,
& deponit,debet iurare re ipſa manu tactis ſcri
pturis.c.hortamur.3.q.9.ubi Glo.& Glo.etiam
in l.iuriſiurandi.C.de teſtib.

8 Vndè de tali ſcripturarū tactu neceſſariò
notarius tenetur,& debet mentionē facere:& ſi
tactus ipſe fuerit omiſſus, & ſolūmodò aſſera-
tur,eius medio iuramento, eius dictū ſanè non
valet,neq; tenet.ita Glo.ſing.in c.vt circa,de e-
lect.in 6.Et ratio eſt,quia tangere ſcripturas,eſt
ſolennitas extrinſeca,quę porrò nullatenus prę
ſumitur niſi appareat.l.ſciendum,cum vulgari
bus.ff.de verb.oblig.& l.quæcunque.§.ſi à pu-
pillo.ff.de public.Lanfran.in c. quoniam cōtra,
in uerſ.Teſtium depoſitiones,ſub num.3.4.&5.
ubi Apoſtilla complura congerit,ext.de proba.
Et quòd inquam ſit neceſſe tangere ſcripturas,
conſtanter firmat Alex.poſt Paul. de Caſt. in l.
ait prætor.§.fin.ff.de iureiur.Fely.in c.fraterni-
tatis,poſt Abb in uerſ.& aduerte,num.12.ext.
de teſtib.Boſſ.in ſua pract.crim in tit.de oppoſ.
contra teſt num.83.& ſeq.Alexan. in d.l.ſcien-
dum,colum.17.circa principium, Fely. in c.in-
hærentes,num.21.extr.de iur.cal.& in c.in tuis
ext.de teſtib.Pau.Caſtren.in d.l.ait prætor.§.iu
rari,num.3.Bal.in repet.l.2.fol.11.verſ. Sed nū
quid.ff.de iureiur. Gloſſ. in Clem.1.§.porrò, in
ver. Tacta,de hæret. vbi Abb. ſecundū nouiſsi-
mam impreſsionē in fol.par.nu.18.& ſeq.Alex.
conſ.70.nu.20 vol.2. aliàs ipſi teſtes non præſu
merētur modo aliquo iurati:vt concedit Boſſ.in
loco præcitato. & quicquid teſti aſtipulatur,eſt
vigore abſq; dubio iuramenti. & hoc eo magis
de plano,& ſine ſcrupulo procederet, ubicunq;
in ꝓceſſu in aliquibus nimirū depoſitionibus
extitiſſet facta de tactu ipſo ſcripturarū mētio,
& in aliquibus nō: quia tunc cōpertū eſſet illos
teſtes ex omiſsione tactus ſcripturarū nullate-
nus iuraſſe. Et huic opinioni,ꝙ teſti non aliàs fi
des adhibeatur,quā ſi notarius dixerit, ꝙ talis
teſtis iurauit manu tactis ſcripturis, innititur
Rota Rom.teſte Caputaquen. in deciſ.213.lib.
1.& ita ēt iudicatū vidi in anno 1579.de men-
ſe Februarij in Curia magnifici D.Gubernato-
ris Ciuitæ Regalis, ad fauorem Pōpeij Mariſcot
ti de eadem terra, inquiſiti de blaſphemia. qui
eo tēpore mediante patrocinio ſui ſtrenui,pru-
dentiſq; aduocati D.Terentij Turcanici mei cō
terranei,poſt longā,& horribilē diſceptationem
extitit à tali crimine religioſè abſolutus,ſtante
quòd notarius in pleriſque ex depoſitionibus
teſtium omiſerat tactum ſcripturarum.

9 Quæ cōcluſio licèt indubitata quidē ſit de
iure cōi: tamen illa videtur ēt in Regno ſortiri
locū abſq; ſcrupulo, non obſtante cap. Reginæ
Iſabellæ,inſerto inter ritus magnæ Curiæ Vica-
riæ,nu.289.exordiente,Iſabella,diſponente, ꝙ
tā in cauſis ciuilibus, quā in criminalibus ſola
facti ueritate inſpecta procedatur,non attenta
ineptitudine libelli,ac nullitate,etiā ſi totū pro
ceſſum reſpicerent: quia illud cap. de facto non
ſeruatur,& limitatatè loquitur,videlicet in ma
gna Curia Vicariæ:vt cōſtanter, & rectè firmat
Io.Ant.de Nigris ſuper cap.Regni,in c.107. fre
quēs,n.62.circa fi.& D.Carauita in d.ritu 289.
ideò in criminalibus proceditur ordinariè: vt
concedit Paris de Put. in tract. ſyndicat.in uer.
Sententia.§.an per dictū capitulū,cū ſequenti-
bus,in 2.parte, Afflict.deciſ.250.& in conſti.li-
te legitimè conteſtata,in 6 not.& in conſt. ſi dā
na clandeſtina, in 9.notabili. quamuis & malè

Annibal Troiſius Cauen.in d ritu 289.& in pragmat. Diſpendia litium, contrariũ aſſeueret,& Alex.conſ.6.circa proceſſum cauſę,nu.1.uol.3.

10 Imò iſthæc opinio adeò uera eſt etiam, vt ſi per reum inquiſitum fuerint habiti teſtes ita examinati abſque tactu ſcripturarum,pro iuridicè, legitimeque citatis, & repetitis, & quòd ob hoc uideatur quodammodò nullitas validata,quòd adhuc,non obſtante huiuſmodi declaratione,remaneret cauſa vulnerata, & nullitas ipſa in ſuo ſtatu penitus immutata Nam habilitas ſuperueniens non confirmat aliter actum à principio nullum,irritum,& inualidũ.ita Roma.conſ.509. circa propoſitam cõſultationem, ſub num. 19. & Marſil. in l.pen. num. 4. ff. de quæſt.& in pract.crim.§.Diligenter,ſub numero 187.& ſeq.

¶ Imò ob talem repetitionem factam per reum inquiſitum de habendo teſtes contra ipſum receptos, pro iuridicè citatis, & repetitis, non videtur approbare dicta,& depoſitiones ipſorum teſtium nulliter emanata. Sed eſto quòd ob hoc eſſet approbata receptio teſtium, prout non eſt; adhuc teſtis non ritè receptus minimè probaret,etiam de conſenſu partium.ita Inno. in c.ſignificauit, in Glo.1.in fine,de teſtibus,& Franc.de Cap.Liſtæ, in l. procurator, colum.8. C.de eden.

¶ Quod ſanè procedit ſine ſcrupulo non ſolùm ſi pars conſenſerit repetitioni pręmemoratæ, ſed etiam publicationi eorundem teſtium: vt voluit Bal.in auth.ſi quis in aliquo,colum.1. C.de eden.

¶ Et circa intellectum illius pragmaticæ,ſuper illis uerbis:Facti ueritate inſpecta, aliquid tetigimus in primo libr. in Opin. 96. Clauſula, vel aliàs Legatus de latere, per totam, & præcipue num.15.uſque ad finem,ubi etiam fuerunt repetita illa uerba, quòd in cauſis in Regno debeat porrigi talis qualis petitio cum ſtabilito termino ad probandum, adhoc ſciat reus an uelit cedere uel contendere &c.

SVMMARIVM.

1 *INSTRVMENTI ſolemnitas, atque preſumptio poteſt probari per duos teſtes.*

2 *Inſtrumenti tenor non poteſt reprobari, niſi per aliam ſcripturam,excepto quando quis vellet probare ſimulationem, ac fraudem inſtrumenti, hoc enim facere poßet per teſtes, & nu.3.*

4 *Inſtrumenti tenor per teſtes probari poteſt,quando inſtrumentum fuit amißum,& ita teſtes aperti,ac inſtructi ſint,ut inſtrumenti defectum, & literas notarij cognoſcant.*

5 *Teſtes duo probant tenorem, & ſolemnitatem teſtamenti deperditi.*

OPINIO DCCCXCII.

1 PER teſtes duos quis poteſt probare ſolennitatem, aut præſumptionem inſtrumẽti: ſecundùm Glo.in l. iuriſgẽtium.§.quod ferè,in uer. Contrarium,circa fin.ff.de pactis, quam ſequũtur omnes Docto. communiter ibi,& in l.ſciendum.ff. de uerb.oblig.vbi Iaſ num.10. atteſtatur de dicta communi,Ruinus conſ.1.num.8.& ſeq.vol. 2.& ſequitur etiam Dec. cum aliis coaceruatis per eum in l.ſi librarius,nu.10.ff.de reg.iur. *Teſtis* *Cõis opin.*

2 Sed tamen ſi uellet quis probare contra inſtrumenti tenorem, vtique non admitteretur alia probatio,niſi per aliam ſcripturam.l.generaliter.C.de non num.pecu.

3 Cæterùm declaratur hoc non procedere vbicunque quis vellet probare ſimulationem,ac fraudem aduerſus inſtrumentum: tunc enim poſſet per teſtes probare talem ſimulationem: ſecundùm Gloſ.in §.ſi uerò tale, in auth. de inſtru.cau. & fid. quam ſequuntur omnes Docto. communiter in l.1.C.plus uale.quod agi. & nõ nulli alij Doct. relati per Tiraquel. in tract. de vtroque retract.§.1.Glo.14.nu.57.fol.99. *Cõis opin.*

4 Declaratur etiam, vt procedere poſsit in probando tenore inſtrumenti:quia tenor ipſius inſtrumenti per teſtes probari poteſt, quando inſtrumentum fuit amiſſum, & teſtes ita aperti,& periti ſunt,vt inſtrumenti defectum cognoſcant:utputà aduocati,uel notarij, & cognoſcãt literas illius notarij. & ita concludit Vrſillus in addi.Afflict.in deciſ.274.ſub num.1. & Bar. in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. cuius opinionem ſcribit eſſe communem Dec. ibi, numero 29. & conſtat ſimiliter communem fore ex congeſtis per Afflic.deciſ.302.num.3.& 5. & ſic deciſum extitit in Sacro Regio Concilio Neap.teſte Afflict.d.deciſ.274.cum tribus tamen requiſitis traditis ibi per eum. *Cõis opin.*

5 Et ſic licèt in teſtamento requirantur ſeptẽ teſtes:nihilominus tñ illud poſſet, ubicunq; deperditum foret,probari tantummodò per duos teſtes,quòd extiterat confectum,conditumq́ue coram ſeptem teſtibus; & ipſi teſtes deponentes de tenore teſtamenti deperditi, & publicati coram ſeptem teſtibus plenè probant, etiam ꝙ alij teſtes minimè examinentur uſque ad numerum ſeptẽnarium: ſecundùm Bal. & Saly. in l.teſtium,per illum text.C.de teſtib.Ioan.Bapt. Plot.conſ.5.in cauſa magnifici D.Ioannis Pauli,num.4.uol.1.& Ioan.Dilectum in tract.de arte teſtandi,cautela 2.num.6.tit.de teſtamentis ordinandis,vbi tradit articulandi,capitulandiq́ue normam in præſenti caſu.& ſequitur etiam Marſil.cum aliis cateruatim congeſtis per eum in ſing.156.nemo prudẽs eſt qui neſciat. Et ita religioſè quidem iudicauit in facti cõtingentia

poſt longam diſcuſsionem in iure factam, Excellens D. Hieronymus de Roſis ciuis meus, tanquàm conſultor Curiæ oppidi Roccæ Sancti Stephani comitatus Aquilæ, ad fauorem Angeli Gigantis de eodem caſtro mei clientis, de menſe Martij 1580. qui quidem Angelus articulauerat, atque probauerat ſe inſtitutum fuiſſe hæredem à ſuo fratre, per duos teſtes, atque teſtamẽtum fuiſſe deperditum. quæ nempè ſententia tanquàm ſacroſancta, & ab integerrimo, & peritiſsimo iudice promulgata, fuit tunc per aduerſarium ipſius Angeli approbata.

SVMMARIVM.

1 *TESTES, & inſtrumenta in cauſis decidendis parem vim obtinent. benè tamen uerum eſt, quòd probatio, quæ fit per teſtes viua voce, uidetur fortior, efficacior, & validior quàm ea, quæ fit per inſtrumenta. quod etiam declaratur num. 3.*

2 *Teſtium probatio eſt naturalis, congruitque iuri diuino, ſecundùm quod in ore duorum, vel trium ſtat omne uerbum. Sed probatio inſtrumenti, ſeu quæ fit per inſtrumenta, eſt de iure poſitiuo.*

4 *Inſtrumento plus creditur, quàm teſti, quando agitur de tempore.*

5 *Inſtrumenta, & teſtes, licèt æquiparentur: tamen in multis caſibus probatio non poteſt fieri per teſtes, ſed ſolùm per ſcripturas.*

OPINIO DCCCXCIII.

1 TESTES, & inſtrumenta, licèt æquiparentur in litibus exercendis. l. in exercẽdis. C. de fide inſtr. & ibi Doct. & Nellus in tract. de bannitis, in 1. par. ſecundi temporis, num. 134. fol. paruo 52. Carauita in ritu 275. Item ſeruat ipſa curia nullum denuntiatum, num. 17. Paris de Puteo in tract. de reaſſumptione inſtrumenti, rubrica. 14. nu. 5. Vincentius Maxilla ſuper conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in tit. de teſtib. §. licèt uiuę, num. 1. & in tit. de penſione domus, & vino vendito, num. 3. & ſeq. fol. 104. & diligentiſsimus D. Bernardinus Alphanus in collectaneis ſuis, in collect. 456. Nihilominus probatio, quæ fit per teſtes viua voce, videtur fortior, efficacior, ualidior, ac dignior quàm ea, quæ fit per inſtrumenta: ſecundùm magis communem opinionem Doct. in c. cùm P. tabellio, ext. de fide inſtr. quam approbat, & citat Dec. in rub. de teſtib. & Moder. in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. & Fely. in d. rub. de fide inſtr. nu. 1. Cõis opin.

2 Quia probatio teſtium eſt de iure diuino, & gentium; ſecundùm quod, in ore duorum, uel trium ſtat omne uerbum. c. in omni negocio, de teſtib. Sed probatio, quæ fit per inſtrumenta, eſt de iure poſitiuo; & conſequenter probatio per teſtes eſt naturalis, congruitque iuri diuino. ita Inno. in d. c. cùm P. tabellio, cum quo cæteri cõmuniter tranſeunt: ut per Moder. ibi, & in d. l. admonendi. Et vt ſequitur Inno. in d. c. cùm P. tabellio, miraculoſum eſt quodammodò, quòd credatur pelli unius animalis iam mortui; & ſequitur Grauet. conſ. 58. num. 21. vbi etiam ſubdit hoc eſſe contra ius diuinum. Et hoc patet ad ſenſum, quòd certiores efficimur uoce, quàm literis. c. de gradibus. 35. q. 8. & probatur in §. ſi verò aliquid, ibi, Nos quidem exiſtimamus ea, quæ viua voce dicũtur digniora fide, quàm quæ ſcriptura. in auth. de inſtru. cautela, & fide. & habetur etiam in l. cùm precibus. C. de probat. & in §. ſi uero tale, in auth. de fide inſtr. in c. tertio loco, extra de prob. & in c. cùm Ioannes eremita, extra de fide inſtr. Cõis opin.

3 Et quatenus regula in principio poſita diſponat parem vim obtinere inſtrumenta, & teſtes; intellige ueram, & procedere, quando ab vna parte producuntur teſtes, & inſtrumenta: quia tam per teſtes, quàm per inſtrumenta, quis probat intentionem ſuam. Sed ſi ex una parte producuntur teſtes, & ex alia inſtrumenta: quędam ſunt quæ melius probãtur per teſtes, quàm per inſtrumenta; quędam uero econtrario, melius per inſtrumenta, quàm per teſtes: vt firmant Doct. in locis præmemoratis. Et ad hoc vltimũ poteſt adoptari deciſio textus in l. cenſus. ff. de probat. vbi monumenta publica ſunt potiora teſtibus.

¶ Adaptari quoque poſſet hoc idem, vbicunque res acta probaretur ſolummodò per inſtrumenta, & non per teſtes, quemadmodum ſi eſſet factum antiquiſsimum: & tunc ſcriptura dubio procul uinceret teſtem: ut concedunt Doct. in locis præcitatis.

¶ Cæterùm aduerte, quòd ubicunque opponeretur defectus, uel falſitas, vel aliqua ſuſpicio, uel aliud vitium in inſtrumento in modum exceptionis: benè poſſet hoc probari per teſtes, & teſtes ipſi præualerent, ſi forent idonei, & ſine ſuſpitione: deberent etenim eſſe honeſtiores, & tot teſtes reprobatorij, quot eſſent comprobantes inſtrumentum: ut profusè concluſum extat ſupra in Opinio. 888. Teſtes duo omni exceptione maiores, per totum in hoc lib. tertio.

4 Et ſic itaque è ſemita in viam redeundo, quòd vbicunque ageretur de tempore, melius probaret inſtrumentum, quàm teſtis, & ei plus crederetur de ipſo tempore: ſecundùm Bal. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Et ratio eſt iſta: ſiquidem per ſcripturam probatio facilius, & tutius inducitur. l. contrahitur. ff. de pigno. & notat Gloſſ. in fin. in c. 1. §. poſtquàm, in ver. In ſcriptis, de cenſibus, lib. 6.

5 Et quamuis inſtrumenta, & teſtes regulariter æquiparentur: tamen aduerte utiliter, quod reperiuntur quàmplurimi caſus à legibus deciſi, in

ciſi, in quibus probatio non admittitur, niſi per inſtrumenta, & ſcripturas: inter quos, quòd probatio non poſsit fieri per teſtes, ſed ſolummodò per ſcripturas, ponit Gloſ. in d. c. 1. §. poſtquàm, in ver. In ſcriptis 34. & 24. recitant Hoſtienſ. & Ioan. Mona. ibi, & Specul. in tit. de inſt. edi. §. reſtat. & decem alios diſcurrit Hippolj. Marſil. in repet. rubr. C. de probat. num. 29. cũ multis aliis ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *TESTES de maiori ſumma deponentes, non probant de minori ſumma.*

2 *Minor ſumma ineſt in maiori, vbicumque ageretur de ſumma temporis.*

3 *Minor ſumma ineſt in maiori, in ſententia.*

4 *Teſtes deponentes de eadem numeratione, probant de minori ſumma.*

5 *Summæ maiori non ineſt minor in contractu facto ex cauſa onerosa.*

OPINIO DCCCXCIV.

1 IN teſtium depoſitionibus, in maiori ſumma minor non ineſt: ſecundùm Archidia. eleganter, in c. nihilominus. 3. q. 9. quem ſequitur Bal. in l. 1. colum. 6. de teſtamen. & Doct. omnes communiter in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerb. obliga & cum dicta communi tranſeunt Mod. ibi, eam pleno ore atteſtando, præſertimque Alcia. num. 40. cum aliis ſeq. & Ruinus num. 3. & 6 & ſcripſimus infra in Opin. Teſtes ſingulares, in fine. & ſequitur quoque Franciſcus Marci, deciſ. 485. num. 50. & ſeq. in 1. par. & Berous conſilio 105. viſo proceſſu in cauſa accuſationis formatæ, num. 6. uol 3. *Teſtis* *Cõis opin.*

2 Sed iſta communis interpretatur, niſi ſit ſumma temporis: ſecundùm Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. Gemi. in c. 1. de arbitris in 6. & Alex in d. §. ſi ſtipulanti.

3 Limitatur etiam in ſententia: quia in maiori ſumma ineſt minor in ipſa ſentẽtia: ut uoluit Bar. & alij in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti.

4 Interpretatur quoque utiliter, niſi conſtaret teſtes deponere de eadem numeratione: ſecundùm Alex. in d. §. ſi ſtipulanti, ubi Alciat. numero 40. cum 4 ſeq. ponit alias limitationes & Ruin. in d. l. 1. §. ſed ſi mihi, num. 14. 16. 17. 18. & 19 ff. de uerb. oblig.

5 Cæterùm iſtam limitationem declarat non procedere Alexan. conſ. 8. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Antonium, num. 3. uol. 1. in contractu celebrato ex cauſa onerosa: & ſic ſecundũ eum ibi, ſummæ maiori non ineſt minor ex cauſa ipſa onerosa.

SVMMARIVM.

1 *TESTES in cauſis criminalibus debent ultrò reddere cauſam, & rationem ſcientiæ etiam non interrogati, aliàs non probant, nec faciunt indicium, quando deponunt ad offenſam: ſecus quando ad defenſam. num. 2.*

OPINIO DCCCXCV.

1 TESTES in cauſis, ac negociis criminalibus vltrò debẽt reddere cauſam, & rationem ſcientię, etiam non interrogat, aliàs non probant, nec faciunt indicium: ſecũdùm Bal. conſ. 182. num. 2. uol. 4. Saly. in l. fin. C. de prob. Alex. conſil. 70. colum. 3. vol. 1. Dec. conſil. 27. Soci. in tract regul. in reg. 302. in 5. fallen. Iaſ. in l. admonendi, colum. 103. ff. de iureiuran. Marſil. in ſua pract. crim. in §. Diligenter, & Grãmat. conſ. crim. 12. num. 12. & iſtam ait eſſe cõmunem opinionem Bal. in d. conſ. 182. *Cõis opin.*

2 Sed hoc procedit quãdo teſtis ad offenſam deponeret: ſecus uerò ad defenſam. Nam eo caſu probat, etiam ſi non redderet ſcientiæ cauſam. Teſtis enim deponens, quòd Titius vulnerauit, uel interfecit Męuium ad ſui neceſſariam defenſionem: & in ratione ſcientiæ dicens, quia vidit, ſufficit ad probandam talem neceſſariam defenſionem, licèt de aliis circumſtantiis nihil dicat: ſecundùm Bar. conſ. 163. Bal. & Saly. in l. ſolam. C. de teſt. Alex conſ. 76. colum. fin. vol. 1. & conſ. 109. eod. uol. & uoluit Corn. conſ. 204. num. 2. & hoc firmant communiter omnes criminaliſtæ variis in locis iuris noſtri. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTES poßunt regulariter produci vſque ad publicationem proceſſus, & non vltra: Nam poſt dicta teſtificata non poßunt vlterius produci ſuper eiſdem capitulis.*

2 *Teſtes in cauſa principali publicati, non poſſunt amplius produci in cauſa appellationis vrgente pari timore ſubornationis in cauſa appellationis, ſicut in cauſa principali.*

3 *Teſtium examen ad perpetuam rei memoriam in terminis c. ſignificauit, de teſti. ſi dicta illorum fuerint publicata per producentem, excludere illum ab ulteriori examine ſuper eiſdem articulis ob ſubornationis timorem.*

4 *Teſtes produci poßunt poſt teſtium publicationem inualidam, & non ritè, & rectè factam.*

5 *Teſtes nulliter ſeu non ritè examinati ex facto iudicis, poßunt iterum examinari, non obſtante publicatione eorum.*

6 *Teſtes quando non dicantur ritè examinati, atque recepti, ubertim diſcurritur.*

7 *Teſtes*

7 *Teſtes, licèt poſt publicationem non debeant examinari, nec admitti, tamen ſi ſuper nouis articulis dependentibus à veteribus producantur, debent admitti, & examinari.*

8 *Teſtes, licèt poſt atteſtationes publicatas non poßint ulterius produci ſuper eiſdem capitulis: tamen poterit pars uolens vlterius producere, nomina ipſorum teſtium dare iudici, & ſe abſentare, & iudex poterit tunc illos examinare pro ueritate habenda.*

9 *Teſtes licèt recipi nequeant publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem articulis: tamen ſi concurrat conſenſus partium recipi poſſent: & ſimiliter teſtes non legitimè poſſunt conſenſu partium validari.*

10 *Teſtes nouiter reperti, qui tempore publicationis reperiebantur in partibus valdè longinquis, & remotis admitti debent poſt publicationẽ in cauſa ſuper nouis articulis, non autem ſuper articulis productis ante publicationem.*

11 *Teſtes admittuntur poſt publicationem ſuper eiſdem articulis, & directò contrarijs in cauſa matrimoniali, etiam ſi ageretur de probando impedimento ad matrimonium impediendum, quod nondum conſumatum eſſet.*

12 *Teſtes in cauſa criminali poſſunt recipi ad defenſam poſt publicationem vſque ad ſententiam.*

13 *Teſtes poßunt admitti poſt publicationem, ſi ſuperueniret iuſta cauſa mouens iudicem.*

14 *Teſtes poßunt de nouo examinari poſt publicationem deperditis atteſtationibus.*

15 *Teſtes ſuper circumſtantijs opportunis ad inſtantiam partis aduerſæ poßunt examinari etiam poſt publicationem.*

16 *Teſtes in cauſa monachatus poſſunt examinari poſt publicatum in cauſa ipſa.*

17 *Teſtes an, & quando produci, examinari, & repeti poßint poſt didicita teſtificata, & concluſam cauſam, remißiuè.*

18 *Teſtes in negocijs criminalibus ad defenſam ex parte rei accuſati, ſeu inquiſiti, poſt publicationem vſque ad ſententiam, produci, ac examinari poſſunt.*

19 *Teſtes recepti poſt publicationem proceſſus nullam ſidem faciunt.*

20 *Teſtes poſt concluſionem in cauſa examinari non poſſunt.*

21 *Teſtes in Regno Neapol. & in Sacro Regio Concilio ex officio conſiliarij poſt concluſionem in cauſa examinari nequeunt, etiam cum decreto, quòd tales atteſtationes ponantur extra proceſſum.*

22 *Teſtes ad concomitantiam ſcripturarum publicarum productarum in proceſſu poſt concluſionem in cauſa, examinari queunt poſt concluſionem ipſam, pro ipſarum ſcripturam corroboratione.*

23 *Teſtes poſt cõcluſum in cauſa ad concomitantiam ſcripturarum publicarum productarum in proceſſu ante concluſionem examinari poßunt.*

24 *Principalis, vti principalis, & melius de ueritate informatus ad ſimplicem partis requiſitionem, atque inſtantiam examinari poteſt per iudicem poſt concluſionem in cauſa vſque ad ſententiam ſuper articulis productis.*

25 *Iudex ſicut poteſt examinare principalem ad partis inſtantiam: ita ex officio etiam in cauſis ſummariis, mediante iuſta cauſa poſt concluſionem, & uſque ad ſententiam poteſt interrogare, & examinare partem abſque petitione aliqua ad clarificanda, dilucidandaque dubia circa merita cauſæ, etiam ſi ad utilitatem priuatam procedat. Quod intelligitur vt iudex valeat interrogare partes circa dubia occurſa, & orta in actis factis in cauſa ante concluſionem, non autem in alijs.*

OPINIO DCCCXCVI.

1 TESTES poſſunt regulariter produci uſque ad publicationẽ in cauſa, & non vlterius; vndè poſt dedicita teſtificata non poſſunt vlterius produci teſtes ſuper eiſdẽ capitulis: vt habetur in c. fraternitatis, & in c. intimauit, de teſtib. cum ſimilibus, & in conſtitutione Regni, Iuriſperitorum, & ibi Doct. & in pragmatica, quandoque ſolent partes, & ibi Cauenſis, & Scaglionus. & iſtam regulam ponit Marſil. in l. 1. §. fin. in prin. num. 17. ff. de quæſt. & Doct. in Clemen. 2. de teſtib. & communem opinionem eſſe præſuppo- *Cõis* nit Bellonus conſ. 25. nu. 6. *opin.*

2 Quam regulam amplia non tantùm procedere in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis, propter timorem ſubornationis: vt habetur per Bar. in l. per hanc. C. de temp. app. & Scriben. in d. Clemen. 2.

3 Ampliatur etiam antedicta regula, vt examen teſtium ad perpetuam rei memoriam, in terminis. c. ſignificauit, de teſtib. ſi dicta illorũ fuerint publicata, & didicita per producentem: vtique tunc excluderet illum ab ulteriori examine ſuper eiſdem articulis, propter timorem ſubornationis: ſecundùm Doct. omnes commu- *Cõis* niter, præſertimque Abb. col. 1. in d. c. ſignifica- *opin.* uit, & Bar. & alios in auth. ſi quis. C. de teſti. Qui quidem Scriben. expreſsè concludunt, quòd non obſtante examine hoc, ſuper quo publicatum ſit, vel depoſitiones teſtium publicatæ extiterint, non poſſent repeti, & imputandum eſſet parti, quare non produxerit omnes teſtes.

4 Sed limitatur primo loco iſthæc concluſio ita ampliata non habere locum, quando publicatio non eſſet ritè, & rectè facta: quoniam ſi eſſet inualida, poſt teſtium publicationem inualidam, poſſent produci teſtes: vt not. Gloſ. in l. 2. in ver. Ritè, de teſtib. & in d. Clemẽ. 2. in uer. Publicatis, Bar. in auth. at qui ſemel, colum. 5. de probat. Afflic. in d. conſtit. Neap. incip. Iuriſperitorum &c. & Marſil. in d. §. fi. nu. 17.

5 Et hinc eſt, quòd teſtes non ritè examinati ex facto iudicis, poſſent iterum examinari, non obſtan-

obſtante publicatione eorum: ſecundùm omnes Canoniſtas, & potiſsimum Marian. Socin. colum. 10. uerſ. Teſtibus non ritè receptis, in c. fraternitatis, de teſtib. & Bar. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. & iſta eſt communis opinio: vt aſſerit Alex. ibi nu. 2.

Cōis opin.

¶ Imò teſtes ipſi non ritè recepti, poſſunt poſt publicationem, etiam per remiſſoriam iterum examinari: ſecundùm Chiſ. deciſ. 191.

6 Et quando teſtes non dicantur ritè recepti, vel examinati, uide Marſil. latè declarantem in l. 1. §. ſi quis ultrò, num. 36. ff. de quæſt. vbi poſt Soc. in d. c. fraternitatis, ponit unum caſum inter alios repetendi teſtes, quòd tunc dicantur, intelliganturque teſtes non ritè, rectéque examinati, ubicunque interrogati non forent ſuper interrogatoriis vtriuſque partis: & tunc pars, non obſtante publicatione, meritò poteſt petere, quòd teſtes ipſi repetantur ſuper interrogatoriis: ſecundùm præcitatos Doctores, & Alexã. conſ. 172. num. 9. uol. 2. & conſ. 40. vol. 4. & Fely. in c. per tuas, ſub nu. 2. de teſtib.

¶ Sed iſti teſtes examinati ſine interrogatoriis, debent cum interrogatoriis repeti expenſis petentis. ita Peregri. deciſ. 313. lib. 2. Teſtes uerò non examinati ſuper interrogatoriis datis, & præſentatis in prima inſtantia, non forent aliter repetendi expenſis petentis, qui præſentauit interrogatoria congruo tempore: ſecundùm Peregrin. deciſ. 282. lib. 3. & ita uidi obſeruari in practica in facti contingentia compluribus vicibus in patria mea, in cauſis meorum clientulorum.

¶ Cæterùm vbicunque non eſſent producta interrogatoria debito, requiſitoque tempore: tunc non venirent ullatenus repetendi teſtes ſuper ipſis interrogatoriis tranſacto termino probatorio, & poſt receptionem eorundem teſtium productis. Imò etiam minimè reſtituitur minor aduerſus omiſſa interrogatoria, niſi conſtet de læſione: vt uoluit Card. Put. deciſ. 9. de reſtit. in integrum.

¶ Et hinc eſt etiam, quòd teſtes non examinati ſuper interrogatoriis datis à parte, uel non ſuper omnibus examinati, veniunt repetendi: ut firmauit Peregri. deciſ. 48. lib. 1. Fab. deciſio. 49. lib. 1. Card. Put. deciſ. 13. de teſti. & Maran. in tract. de iudiciis, in 6. par. 2. partis, de iuramẽto, actu 7. de productione interrogatoriorum, num. 4. ubi planè deducit, quòd in præſenti caſu opponi non poſſet de nullitate examinis: cũ tunc aduerſario remaneat omnimoda facultas procurandi repetitionem teſtium ſuper ſuis interrogatoriis, etiã poſt publicationẽ proceſſus.

¶ Vndè meritò verſa vice ſi non concederetur, impartireturque terminus ad producẽdum interrogatoria, præſertimque ſi is peteretur: examen hoc caſu indubitanter eſſet nullum, & penitus inualidum. ita Card. Put. deciſ. 10. de teſti.

¶ Et iſti teſtes nulliter examinati, ſi non probant pro producente, nec probant contra producentem: & cõſequenter teſtibus nulliter examinatis non adhibetur fides, etiam contra producentem: ſecundùm Achill. de Graſsis deciſ. 366. & Miſ. deciſ. 89.

¶ Et inde inoleuit practica in Curia noſtra Aquilana, & in aliis ferè omnibus Curiis, & tribunalibus inferioribus Regni; vt poſt litis conteſtationem infra terminum probatorium producuntur articuli per actorem, & citantur teſtes ad deponendum ſuper eis, & reus ſolet poſt productionem ipſam petere copiam prædictorum articulorum pro formandis interrogatoriis, quę conceditur cum termino illa præſentandi ad primam: vt notat, & aduertit Spec. in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis, colũ. 1. & Marant. in d. actu 7. ſub num. 1.

¶ Et aduerte, ꝙ teſtes examinati pendente dilatione ad dandũ interrogatoria, non ſunt nulliter examinati, ſed veniunt repetendi: vt uoluit Card. Put. deciſ. 317. libro 2.

¶ Et dum de præſenti menſe Maij 1577. eſſet oppoſitum in Curia noſtra Aquilana, teſtes receptos ad inſtantiam Ioannis Bernardini Romani contra Ioannem de Roncetta de Aquila, in cauſa mota contra eum, non extitiſſe interrogatos ſuper interrogatoriis productis in proceſſu, obtinuit ipſe Ioannes, me patrocinante, teſtes memoratos, aſsidente tunc pro iudice D. Grimaldo Aluito Caietano, fore repetendos ſuper interrogatoriis prædictis.

¶ Et dum etiam in anno 1574. in Curia Capitanei oppidi Sancti Euſanij comitatus Aquilæ, oppoſitum extitiſſet in cauſa mota per Aſcẽtium Pauli, & fratres, aduerſus Iacobum Antonium Antonutij, & fratres, eiuſdem oppidi, in diſcuſsione ipſius cauſæ, teſtes ad inſtantiam prædicti Aſcentij examinatos nullam facere fidem, neque modo aliquo probare, ex quo in citatione ad teſtes vocabantur teſtes ipſi ad deponendum pro tali ſtatuta die, & pars aduerſa ad uidendum iuramenta eorundem teſtium eodem tempore, ſeu die; & nihilominus apparebant recepti aliis diebus ſequentibus. ſed ex replicatione facta pro parte antedicti Aſcentij, & aliorum litis conſortium, quòd hoc ex defectu, & incuria Capitanei præmemorati euenerat, non obſtante publicatione, & concluſione ſubſecuta in cauſa fuit; prouiſum, me patrocinante, ipſos teſtes non ritè examinatos repetendos fore: prout reperiti extitere de voto eruditiſsimi D. Camilli de Benedictis conſultoris, & Iuriſconſulti Aquilani, omni laude digniſsimi.

¶ Poſſet etiam teſtis dici non ritè receptus, quotieſcunque iudex incautè, improuidè, ſeu inaduertenter omitteret eum examinare ſuper aliquo articulo ex productis articulis per partes: tunc equidem non obſtante publicatione ſubſecuta in cauſa, poſſent teſtes examinari ſuper articulo omiſſo. Quoniam iudicis error, &

culpa

culpa nullum deberet afferre præiudicium partibus litigantibus. d.c.per tuas, de teſtib. & ibi Innoc.Aret.Fely.ſub num.2.& alij omnes hoc notant,& firmant,& Iacob.Philipp.Portius,ſeu potius Ant.Gabriel.cum aliis plurimis aggregatis per eum,in concluſ.39.limita.2.libr. 1.& ita fuit deciſum in Curia parlamenti Grationopolitani,atteſtante Guidone Papæ deciſ.124.ſi iudex,num.1. ubi meminit ita obſeruari ex con-
Cõis opin. ſuetudine in aliis omnibus curiis,& iſta eſt communis, & concors Doctorum omnium ſententia:ut planum faciunt Scribentes in l.veluti. §. hæc.ff.de eden.

¶ Quam communem opinionem tanquàm verisſimam ampliat etiam Fely.in d.c.per tuas, ſub num.2.obtinere locum non tantum ſi iudex omitteret examinare ſuper articulis præſentatis in proceſſu per partes, uerùm etiam ſi deſereret interrogare teſtes, & examinare circa ſubſtantialia annexa, & connexa ad articulos prædictos etiam ſimpliciter formatos. Vndè teſtes producti ſuper præſcriptione,neceſſariò tūc per iudicem debent interrogari,& examinari ſuper titulo,& bona fide. & ſi iudex omitteret interrogare ſuper ipſo titulo, dubio procul foret in culpa, & teneretur teſtes ipſos repetere etiā poſt publicationem:ſecundùm Inn.Ant.de Bu. Bal.Imol.& Fely.ſub num.2.uerſ.Item habet locum iſta fallentia,ubi in medium reſerauit cum
Cõis opin. opinione hac Innocentij omnes vnanimiter, & concorditer tranſire. & iſtam materiam uberius, & utilius explicauimus infra in Opinione Teſtes nulliter.

7 Secundò iſta regula,quòd poſt teſtium publicationem teſtes non debent examīnari, nec admitti,limitatur tamen ſuper articulis nouis dependentibus à ueteribus: vt not. omnes Canoniſtæ,in d.c.fraternitatis,in c.clamor,& in c. ultra tertiam,de teſtib. & Legiſtæ in d. authen.
Cõis opin. at qui ſemel,vbi Moder.aiunt hanc eſſe communem opinionem; & Maranta in tract. de iudic. in 6. part. 2. partis princip. ſuper 6. actu, numero 22. & Ioan. de Amicis conſilio 128. numero 1.

8 Tertiò limitatur prædicta regula, quòd licèt poſt atteſtationes publicatas non poſſint ulterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis: tamen poterit pars volens vlterius producere teſtes, nomina ipſorum; teſtium dare iudici,& ſe abſentare: iudex poterit tunc illos examinare pro ueritate habenda:ſecundùm doctrinam ſingularem Bal.in l.ampliorem,col. 2. C.de appel.quam approbat,& ſequitur Cæpolla caut. 166.incip. Regulariter.ſequitur etiā Pau. de Caſt.conſ.309.in caſu de quo quæritur,colū. pen.Roma conſil.439.in eo caſu, quòd quæritur,circa finem.& in repet.rubr.ff.de arbi.colū. 11.Barba.in c.ad petitionem,colum.4.extr. de accuſa.& Alex.in l.4.§.hoc autem iudicium, colum.3.ff.de dam. infect. Et licèt opinionem hāc ſæpisſimè per curioſos aduocatos uiderim allegari in iudiciis:tamen reipſa fateor in uariis,diuerſiſque cauſis ſemper contrarium, & meritò quidem obſeruatum extitiſſe uiginti duobus annis continuis,quibus(Deo annuente)in aduocatione uerſor. Et ratio eſt,quoniam teſtis deponeret non citata parte ad uidendum iuramétum ipſius, & ſine interrogatoriis, & ſine aliis ſolennitatibus à iure requiſitis, & nulliter iuris ordine prætermiſſo poſt publicationem in cauſa iuridicè factam.

9 Quartò dicta regula,quòd publicatis atteſtationibus non ſunt alij teſtes recipiendi ſuper eiſdem articulis,debet intelligi,& limitari, niſi interueniat conſenſus partium: ita tenet Abb. in d.cap.fraternitatis,& Bar.in d.auth.at qui ſemel.quod dicit audacter teneri cōmuniter Pariſius in d c.fraternitatis,nu.53. Cõis opin.

¶ Et quemadmodum mediante conſenſu partiū teſtes poſſunt examinari etiam poſt publicationem:ita etiam teſtes non legitimè examinati poſſunt conſenſu ipſarum partium validari,& probabunt: ſecundùm Inno. & Hoſtien. in c.cùm cauſam,de teſtib.Bar.in l.1.§.1.ff. de fer.& Innoc.in c.ſignificauit,de teſtib.

10 Quintò choarctantur prædicta,uidelicet,quòd poſt teſtium publicationem debent teſtes admitti, quando teſtes de nouo reperti ſcirent rei ueritatem,qui fortè tempore publicationis reperiebantur in partibus valdè longinquis,& remotis à loco iudicij:ſecundùm Gloſ.& Doct. in l.admonendi.ff. de iureiur. & Marſil. ſing. 297. Teſtes, & in rub.C.de prob.nu.16. Cõis opin.

¶ Sed hoc non procedit, quando per partes petitur teſtes de nouo examinari ſuper eiſdem articulis propoſitis ante publicationem: quia iſti teſtes facta publicatione recipi nō poſſunt, cùm immineat falſitatis timor, & ſubornationis.d.Clem.2.& Glo.And.de Iſernia, & Afflict. in præcitata conſtit.Iuriſperitorum, & nouiſſimè per Regiam pragmaticam incip. Quandoque ſolent,reperitur ſancitum,quòd teſtes nouiter reperti poſt publicationem ſuper articulis in cauſa productis recipi nequeant. quam pragmaticam latè ibi declarat Cauenſis, & Scaglionus.

11 Sextò fallit in cauſa matrimoniali,ſi producens iuret non ſubornaſſe:ſecundùm Marſil.ſingul. 128. Et quod in cauſa matrimoniali teſtes admittantur poſt publicationem ſuper eiſdem articulis,& directò cōtrariis.tex.eſt,& ibi Abb. in c.ſicut ex literis,de ſponſalib.vbi Gloſ. communiter recepta,Soc.num.64.& Fely. num. 9. Cõis opin. in d.c.fraternitatis, & Bal. in auth. nunc ſi hæres,colum.1.C.de litig. etiam ſi ageretur de probando impedimento ad matrimonium impediendum,quòd nondum contractum eſſet.Glo. & communis Schola,in c.1.de conſang. & affin. Cõis opin. notant Abb. & alij, in c. iurauit, colum. 2. de probationibus.

12 Septi

12 Septimò in cauſa criminali: ſecundùm Bar. in l.1.§.fin.colum.3.& Marſil.num.4.ff. de quæſtio. Soc. in d.c.fraternitatis, num. 80.& eũdem Marſil.in pract.crim.in §.ſequens,num. 2.& 8. & Franc.de Aret.in d.c.fraternitatis, num. 36. vbi inquit iſtam eſſe communem opinionem, de qua infra etiam tractabimus,ſub nu. 18. *Cōis opin.*

13 Nonò ex eiſdem capitulis iuſta cauſa iudicem mouente: vt per Marſil.in d.rub. de proba. numero 38.

14 Decimò poſſunt de nouo teſtes examinari atteſtationibus deperditis. Marſil.ibidem, numero 339.

15 Vndecimò ſuper circumſtantiis opportunis ad inſtantiam partis aduerſę: ſecundùm Bertran.conſ.48.nu.18.vol.1.& Maran.in d. tract. de iud. in 6. par. in 7. membro, num. 19. folio paruo 121.

16 Duodecimò in cauſa monachatus. Gloſ. in c.præſens.20.q.3.in uer. Patrem, cuius meminit Fely.in d.c.fraternitatis,numc. 9. & Afflict. deciſ.216.Super examinatione teſtium, ac eorum productione poſt publicationem,poſuit ſeptem alios caſus deciſos in Sacro Prętorio Neapol.ex quibus realem practicam noſtrates imbibere poſſunt.

17 Et de productione,examinatione,repetitione que teſtium poſt didicita teſtificata, & concluſam cauſam.uide Ancha.cōſ.223.& Bertrã. 151.num.1.uolum.1.conſ.160,num.1.vol.2. & conſilio 266.

18 Poſtremò in negociis criminalibus,in quibus ad defenſam poſſunt poſt publicationem,& vſque ad ſententiam teſtes produci,& examinari ex parte rei accuſati,ſeu inquiſiti: ſecundùm Bar.in l.Diui fratres, per tex.ibi.ff.de pœnis,& Cæſarem Vrſillum in add. Affli.in d.deciſ.216. num.4.vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem. & ita conſuluit Natta conſ. 359. quidam iudex procedens contra nonnullos de falſo,num.1.& ſeq.uol.2. vbi refert iterum conſultum ſuper hoc noluiſſe reſpondere ob aliquas difficultates, & obſtacula in contrarium adducta per eum ibi,nu. 3. *Cōis opin.*

19 Ampliateque iſtam regulam, ita declaratam,in tantùm procedere, quod teſtes recepti poſt publicationem proceſſus nullam fidem faciant: ſecundùm Bart. in d. auth. at qui ſemel, Abb.Imol.& omnes in d.c. fraternitatis, Ioan. And.& Butri.in c.conſtitutus,de teſtib.& iſtam opinionem dicit eſſe communem Ruinus conſ. 164.num.4.uol.4. *Cōis opin.*

20 Ampliatur ſimiliter eadem regula, vt non ſolùm teſtes admittendi non ſint poſt publicationem in cauſa factam;ſed etiam poſt concluſionem in cauſa teſtes examinari nequeant aliquo pacto: ſecundùm Doct.omnes in c.paſtoralis de cauſa poſſe. & propriet. & Afflict. deciſ. 272.deinde in alia cauſa,num.1.

21 Et eſt textus expreſſus in pragmatica Regni, poſt concluſionem cauſæ, diſponens,quòd etiam in Sacro Regio Concilio ex officio conſiliarij teſtes examinare non poſsint,etiam cum clauſula, & decreto,quòd huiuſmodi atteſtationes ponantur extra proceſſum.

22 Quod equidem vtiliter limitatur non procedere, ubicunque poſt concluſionem in cauſa factam foret producta, & præſentata in iudicio ſcriptura publica,& pro eius corroboratione teſtes producerentur: quia tunc ad concomitantiam ſcripturarum publicarum productarum, teſtes recipi,& admitti poſſent: vt fuit deciſum in Sacro Concilio Neap. teſte Afflicto in deciſ. 115.in cauſa illorum de Palatiis, & in deciſ. 271. In quodam proceſſu, & in deciſ. ſequen. ubi Vrſillus.

23 Imò poſſunt examinari etiam teſtes poſt concluſum in cauſa ad concomitantiam ſcripturarum publicarum,productarum etiam, & præſentatarum ante concluſionem ipſam.teſte Vrſillo in add. Afflict.in d.deciſ.115. ſub nu.2. ubi refert bis ita fuiſſe obſeruatum, & obtentum in Sacro Concil.Neap.

¶ Imo teſtes ſuper habilitate, ac etiam ſuper recognitione ſignorum, & ſigillorum poſſunt examinari etiam poſt concluſum in cauſa: quia tunc ſimiliter durat iud cis officium: vt in c.cùm Ioannes eremita,de fide inſtrumen.& in l.ubicunque, de interroga. act. & extat deciſio Rotæ ſexta,in nouis.

24 Limitatur etiam ſecundo loco,quòd iudex poſt concluſum in cauſa poteſt examinare principales vti principales ſuper articulis productis:& ſic iudex ad partis requiſitionem,& petitionem poteſt interrogare partem aduerſam pro ueritate eruenda, & pro ſe inſtruendo ſuper meritis cauſę: ſecundùm And.de Iſer.in conſti. Regni, terminum,colum.fin.Doct. in cap.cum Ioannes,de fide inſtru.per tex. ibi, Vrſillum in d.deciſ.115.ſub num.2.& Cauenſem in d. pragmatica,poſt concluſionem, ubi num. 3. teſtatum reliquit iſtam eſſe communem opinionē. *Cōis opin.* quam ſequuntur Glo.in Clemen. ſæpe, in uer. Interrogabit,de uerb.ſignif.Soc.conſ.190.memini,in fin.uol.2 Maranta in tract.iudic. in diſtin.9.principali,num.30.Fely.in c. ad petitionem,in 5.not.de accuſ.Marſil.in l.1.§. fin. alias ſi quis uerò.ff.de quæſt.ſub num. 43. Dec. in c. 1.in 2.lect.de iudic.& Gratus in conſ. 119. uiſis dubiis,num.51.uol.2.

25 Et quemadmodum iudex hoc agere poteſt ad partis inſtantiam, ac petitionem: ita iudex ex officio etiam in cauſis ſummariis mediante iuſta cauſa, & æquitate motus pro eruenda ueritate,poteſt vſque ad ſententiam,& ſic poſt cōcluſionem in cauſa examinare, & interrogare partem abſque petitione:& hoc ad clarificãda, vel dilucidanda dubia circa merita ipſius cauſæ,etiam ſi ad utilitatem priuatam procedat. d. c.cùm Ioannes,& ibi Innocen.Fely.num.11. &

Oldr. n. 4,

omnes, Bald. in l.1.C. ſenten.reſcin.non poſſe, Roma.conſ.20.num.9. & idem Roma. & Alex. num.18.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dãno infec.Marcus Ant. Bardus in tract. de tempore vtili,& continuo cap.11.num.5.& ſeq. Berous in d.c.1.n.56.de iudic. Marſil.in d.l.fi.§.fi.
Cõis opin. num.43.& iſta eſt communis opinio: ſecundũ Fely.in d.c.ad petitionem,in 4.not.Marantam in d.9.diſtin.prin.iudi.num.38.& Dec.in d.c.1. de iud.in 1.lect.licèt,& malè Ripa ibi,in 4.not.
Cõis opin. contrariam ſententiam communiorem eſſe arbitretur.

¶ Sed hęc omnia intellige cũ grano ſalis,ut iudex interrogare poſsit partes circa dubia occurſa, & orta in actis factis in cauſa ante concluſionem,non autem in aliis: vt voluit Innocen. in d.c.cùm Ioannes.cui inhęrent ibi Cardin.Fely.
Cõis opin. & alij communiter,& Marſil.in d.l.fin.num.44. vbi facit mentionẽ de iſta communi opinione.

¶ Imò etiam poſt publicationem poſſunt examinari perſonæ ualdè honeſtæ.ita Card.Pu. deciſ.12.de teſtib.& Ioan.Bapt.Palomba in tractatu ſeu compendio de regimine officialium, & aduocatorum,reg.4.ſub num.12.amplificat hoc quoque procedere, vt ipſi teſtes legaliſsimi, atq; nobiliſsimi examinari poſsint, etiam poſt concluſum in cauſa, non obſtante Regia pragmatica;quam ait, meritò quidem, in illis non loqui.

¶ Et quamuis in Regno etiam teſtes citati in termino probatorio examinari queant, non obſtante publicatione,infra terminum recipiẽdi copiam examinis: tamen hoc non ſortitur aliter locum in feſtinante, petenteque publicationem ipſam: quoniam expoſtulans publicationem uidetur iuri ſuo renunciare, & admitti amplius non poteſt, nec debet ad examinandũ teſtes ad eius inſtantiam vocatos, & citatos in termino:vt concedit Ioan. Bapt. Palomba in d. tract. de regimine officialium, & aduocatorũ, reg.12.ſub num.33.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *TESTES poſt omnes terminos,ſeu dilationes partibus præfixas, reiiciendi ſunt à proceſſu cum expenſis: niſi iureiurando pars affirmaret ad ſe de nouo perueniſſe dictos teſtes.*

2 *Teſtes iurati infra terminum datum, ſi poſt decurſum terminum deponunt ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad deponendum, admittuntur, & eorum depoſitio valet: quia retrotrahitur ad diem iuramenti: niſi terminus fuerit datus ad probandum, & probatum habendum. & circa materiam hanc oſtenditur practica in Regno, num. 3.*

4 *Teſtibus mediantibus, vel inſtrumentis volens probare incontinenti, poſt terminum prolapſum ad probandum, admittitur.*

OPINIO DCCCXCVII.

1 TESTES poſt omnes terminos, ſeu dilationes partibus præfixas,vel præfixos, reiiciẽdi ſunt à proceſſu, & cum expenſis: niſi iureiurando pars affirmaret ad ſe de nouo perueniſſe dictos teſtes: ut per Bartol. in l. mancipiorum,ver.Vltimo hæc.ff.de opt.lega.per tex. in c.paſtoralis, de except. & in c. cum dilectus, de fide inſtr.Abb.Fely.& alios, in d. c. paſtoralis.& idem Fely.in c. licèt, colum. 9. cum aliis ſequen. de probat. quorum opinionem tanquàm communem ſequuntur Doct.in d.c. paſtoralis, & Roma. conſilio 125.& communem ſcribit Conradus,in tract.ſeu pract.de decurio. lib.1.c.9.num.47. Cõis opin.

2 Sed fallit iſta ſententia non habere locum, quando teſtes infra terminum datum iurant, & poſt decurſum terminum deponunt ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad deponendum: tunc enim deponendo iſti teſtes poſt terminum tranſactum,eorum depoſitio ualeret & teneret: ſecundùm Bal.in l.ſi quando.C.de teſtib.& in rubric.C.ſi ex falſo inſtrumento, & iſta eſt communis opinio,teſte Boer.deciſ.294.num.19. & Cõis opin. Curtio in tract.de teſtib.in 33.concluſ.vbi ſubdit ita practicari in Curia Romana, & vniuerſum mundum hoc ſequi.

¶ Et hanc communem opinionem conſulendo ſequitur,atteſtatur,ſimiliter & limitat in quinque caſibus Iacob.Mãchelli in patrocinio, ſeu conſil.52.per totum. & ſecundùm eandem communem ſententiam votauit, ac iudicauit Rota Bononienſis:vt deducitur apertiſsimè per Petrum de Benintendis in deciſ.11 dubitatum fuit.& vide per Bar.& Alex.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam. infect. & Lanfran. de Oria. in repet.c.quoniam contra,de prob.in c.8.nu.14.& Petrum de Benintendis in d.deciſ.11.per totũ.

¶ Et ratio dictę communis opinionis uidetur iſthæc:quia depoſitio prædictorum teſtium refertur ad tempus iuramenti: vt tenet Bart.in l.2.ff.de bo.poſ.ex teſt.mil.Roma.conſ.443.& Hora. Mand.in add ibi in litera A. & Abb.in c. licèt cauſam, col.6. de prob. Curt.in d.tract.de teſtib.concl.33 & Io.de Amicis conſ.108.ſuper dubio, nu.1. Niſi fuiſſet datus terminus ad probandum, & probatum habendum:in quo non ſolùm iurare,ſed etiam deponere debent.idem Ioan.de Amicis ubi ſupra, num.8.

3 Sed in Regno habemus ritũ magnæ Curiæ Vicariæ 149.Item ꝙ in quibuſcunq;.quo cauetur,ꝙ per tres dies poſt terminũ teſtes poſſunt iurare,& deponere,dummodò fuerint citati in termino,vbi Carauita,nu.3.& ſeq.& in ritu 69. In primis detur terminus,nu.6. in quibus quidem locis docet practicam etiam, quæ obſeruetur ſuper hoc in omnibus Regni tribunalibus.

ſuo impugnet pluribus mediis, quę non indigēt reſponſione aliqua. & dictam communem ſequitur etiam, & citat Bertran. conſilio 328. viſo proceſſu dudum cœpto, ſub num. 7. uol. 8.

3 Et his acced t, quòd examinator, ſeu notarius, qui non interrogauit teſtem de cauſa ſcientiæ, prout tenetur iuxta text. & quæ ibi habentur, in d. c. cùm cauſam, colū. 4. uer. Circa quod &c. & vide ſimiliter in conſtitutione Regni incip. in pecunia, vbi habetur, quòd ſi tabellio doloſe non interrogauit teſtem de cauſa ſcientiæ, tenetur parti ad intereſſe, & curiæ ad pœnam.

4 Idemque videmus in teſte deponente ſuper fama publica: quia ad probationem famæ requiritur, quòd teſtis etiam non interrogatus ultrò aſsignare debeat rationem dicti ſui: vt per Innoc. Ioan. And. & alios communiter, in c. cùm oporteat, & in c. qualiter & quando, extr. de accuſat. Ant. de But. in c. licèt, eod. tit. & in c. ſuper hoc, ext. de renun. Bar. in l. de minore. §. tormenta, de quæſt. Ang. in l. ea quidem. C. de accuſa. Bal. in l. ſolam. C. de teſtib. & in ſua Margarita Inno. in uer. Teſti non creditur, ubi huius dicti aſsignat rationem: quia fama debet habere ortum ab honeſtis, & fide dignis. d. c. qualiter & quando, ideò ſciri non poteſt, niſi teſtis deponens de infamia, ſeu bona fama, adiiciat plenam, iuſtamque cauſam ſcientiæ: & ſic oportet quòd teſtis aſsignet cauſas probabiles, ex quibus populus fuerit inductus ad ſic credendum, aliter diceretur vana vox populi non exaudienda l. decurionum. C. de pœnis, & declarat Bart. in d. §. tormenta. Bal. in l. proprietatis. C. de prob. & in l. diffamari. C. de ingen. & manumiſ. Ant. de But. in c. ueniens, *il primo*, ext. de teſtib. & Saly. in l. ea quidem, colum. fin. C. de accuſationibus. *Cõis opin.*

5 Et iſta fama, nota, debet probari apud maiorem partem populi: ſecundùm Bart. Salyc. & Ant. de But. in locis prędictis. & ſic ad hoc, vt dicatur fama probata, requiritur, quòd teſtes deponant ſe audiuiſſe à maiori parte populi: & iſta eſt communis opinio. teſte Curt. Iun. conſ. 172. num. 9. & Imol. in l. hæredes palàm, in principio. ff. de teſtam. Rota uerò Romana ſequuta eſt Bal. in c. præterea, de teſtib. videlicet, quòd ſi teſtes ipſi deponerent publicè dici audiuiſſe: tunc famā probant teſtes ipſi: vt refert Caſſad. deciſ. 3. tit. de probat. *Cõis opin.*

6 Vnde ſi teſtes dicerent, ac deponerent ſe audiuiſſe à multis, non probarent ob hoc publicam famam: quia multi dicuntur duo. l. 1. §. hoc reſcriptum, vbi Gloſ. ff. ad Sillan. Bart. in d. §. tormenta, Saly. & Ang. in d. l. ea quidem.

¶ Et idem ſi diceretur inter homines audiuiſſe: dictio enim, inter, uerificatur in duobus. l. inter illa. ff. de verb. ſig.

¶ Et idem ſi teſtes ipſi dicerent à pluribus: argumento c. pluralis, de reg. iur. in 6.

¶ Et idem concludendum eſt, quādo neſcit à quibus dicere audiuit: ſecundùm Bart. in d. §. tormenta, Inno. in d. c. qualiter & quando, Specul. in tit. de inquiſit. §. nunc tractemus.

7 Et caſu quo interrogetur teſtis, quid eſt fama, & reſpondeat, quòd eſt audire ea, quæ audiuntur per iſtum, per illū, & per alium: quia appareret eum non intelligere quid ſit fama publica, non probabit illam. ita Bar. in d. l. 1. ff. ſi cert. peta. Bal. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. & in repet. l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. Imol. in l ſtipulatio iſta. §. hoc quoque. ff. de uerb. oblig.

8 Et iſta fama, aduerte, quia probatur per duos teſtes: ſecundum Glo. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib. Abb. in c. tertio loco, de pręſump. Bar. in l. de minore. §. plurium, col. 5. ff. de quæſt. & Doct. pręcitatos, & eſt communis opinio: ut per Saly. in d. l. ea quidem, col. 24. & Dec. conſ. 272. nu. 4. & Io. Bapt. Ferrettum conſ. 389. Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio, in cauſa nobilis dominæ Catherinæ, num. 18. & conſ. 392. uiſo longo proceſſu, & depoſitionibus teſtium vtriuſq; partis, nu. 4 cum aliis ſeq. vol. 2. in quibus quidem locis profert vtiliſsimum uerbum, poſt Caſſadorum relatum per eum, in deciſ. 3. tit. de proba. nu. 7. quod hęc communis opinio ſeruatur in Romana Curia. *Cõis opin.*

9 Et idem concludendum eſt etiam in teſte deponente ſuper dominio, ſeu habitatione. Nam habitatio ipſa non probatur per vſus, & commoditates modicæ conſiderationis, putà per deambulationes, per inſpectionem à feneſtris, per expanſionem pannorum &c. Imò nec etiam per teſtes, qui dicerent uidiſſe ibi lectum talis, ſi non deponat ſaltem de uſu per viſum: quia dominium non probat, niſi cauſam ſcientiæ reddat, etiam non interrogatus: iuxtà notata in l. ſolam, & in l. teſtium. C. de teſt. & Corn. conſ. 64 vol. 1. circa fin.

10 Cęterùm teſtes deponentes ſuper vltimo articulo de publica voce, & fama non probant aliter publicam vocem ipſam, & famam, quò ad omnes articulos, de ſtylo Rotæ Romanæ. atteſtante Miſ. deciſ. 323.

11 Nec non teſtes deponentes ſuper poſſeſsione immemorabili, tenentur deponere de fama publica in articulo peculiariter facto, formatoque pro uerificanda ipſa immemorabili poſſeſſione; non autē in vltimo articulo famæ, ſeu produci ſolito, & cōſueto in fine articulorum ſuper probanda fama publica. ita Signorol. cōſ. 70. & Illuſtris D. Vincen. de Franchis, deciſ. 56. cū Illuſtriſsimus Princeps, num. 24.

12 Quoniā neceſſariò fama ipſa eſt probanda: & ſic de ea conſtare debet in proceſſu: nec creditur iudicis aſſertioni de fama publica: vt voluit Sign. cōſ. 156. col. 2. Raph. Fulgoſ. cōſ. 107. col. 2. & Dec. cōſ. 256. in cauſa inquiſitionis, num. 11.

13 Imò ſimiliter teſtis iuratus ſup fama publica, nullatenus eā pbaret, ſi deponeret ſuper ueritate

ritate facti. Et ſic neceſſariò in probanda poſſeſſione, uel quaſi cōſanguinitatis, uel alterius rei ſimilis; ſunt formandi, producendique in iudicio duo articuli: vnus ſanè formandus uenit ſuper facti veritate, & alter ſuper fama publica, quòd Titius ſemper publicè, & palàm extitit habitus, nominatus, tractatus, & reputatus: prout hodiemet habetur, nominatur, tractatur, & reputatur in Ciuitate filius, & pro filio Sempronij, natus ex Petrutia eius vxore: vt uoluit tradendo præſentem cautelam, & normam capitulandi, & probandi, Bart. in l. non nudis. C. de probat. & in l. 3. ff. de liber. & poſth. Bal. in l. 1. qui accu. & in l. non ignorat, colum. 1. eod. tit. Palæot. in tract. de notis & ſpuriis, cap. 23. numero 6. Ang. in l. 1. ff. de probat. Alex. conſilio 51. viſo, & diſcuſſo proceſſu, ſub num. 2. volu. 1. & Chriſt. Port. in §. in pluribus. num. 4. inſtit. de adoptionibus, ubi aſsignat huiuſce rationem efficacissimam, quòd ex tali nominatione, ius, & quaſi poſſeſsio filiationis acquiritur.

14 Poteſt itidem opportune aſsignari hæc altera ratio, quòd in his, quæ ſunt difficilis probationis, ſufficit probatio per famam publicā, benè & legitimè probatam: ſecundùm Pal. deciſ. 315. & Miſ. deciſ. 235. & eundē Palæot. in tract. de not. & ſpuriis, cap. 23. ſub num. 3.

15 Vndè teſtes ſuper articulis de tempore immemorabili deponentes, probarent dubio procul, ſi deponerent de auditu à maioribus ſuis, & de publica uoce & fama: vt concedit Guid. deciſ. 63. & Capicius deciſ. 193. in cauſa, num. 1. cum aliis ſeq.

16 Et iſta fama tunc ſufficit, & plenè probat in antiquis vltra centum annos: ſecundum Canoniſtas in c. veniens, de teſtib. ubi Abb. admittit hoc uerum eſſe, ſi probetur memoriam non extare. & Fely. in c. cùm cauſam, de probat. col. 11. & in d. c. ueniens, Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Alex. conſ. 1. ſub num. 24. & ſeq. vol. 4. Inno. in c. veniens, de uerb. ſignific. & Celſus Hugo conſil. 107. ex actis, ſub numero 3. 6. & 7.

Quoniam fama in factis antiquis inducit iuris præſumptionem. ita Flor. in l. 2. §. iudici, in fin. ff. finium reg. Canoniſt. in c. cùm cauſam, de teſt. & Bal. in c. vaſallus, in fi. ſi de feud. fue. con. inter do. & vaſal. in uſib. feu. in l. in bonæ fidei, de reb. cred. & in l. proprietatis. C. de probat.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens de præſentia ſua propria, includit intelligentiam.*

2 *Teſtis deponens de præſentia alterius teſtis ſimul cum eo commorantis in aliquo loco, ac aſſerens illum conteſtem fuiſſe præſentem; intelligitur deponere duntaxat de nuda præſentia illius teſtis, non autem de intelligentia: quia quando teſtis interrogatus ſuper vno capitulo, reſpondet ſe nihil ſcire, & reprobetur per alios teſtes, qui aiunt ipſum fuiſſe præſentem, torqueri non poteſt pro eruenda veritate: quia non ſequitur talis fuit præſens, ergo & intelligens.*

3 *Teſtis nominans aliquem in aliquo negocio interfuiſſe ſecum in aliquo loco, & ille nominatus negaret ibi præſentem fuiſſe: tunc alter eorum mentiretur, & daretur occaſio iudici inquirendi alterutrum: & talis contrarietas inter ipſos teſtes operaretur, vt nemini ex eis credendum foret.*

OPINIO DCCCXCIX.

1 TESTIS ſi deponit mutuum, uel depoſitum fuiſſe factum penès Titium; & interrogatus de ratione, & cauſa ſuæ ſcientię dicat, quia præſens fui, dato non deponat aliter, quòd audiuit, uel uidit huiuſmodi mutuum, tamen probat: quia teſtis ipſe deponens de præſentia ſua propria, includit intelligentiam: ſecundùm Gloſſ. in l. 1. in uer. Præſentibus. C. de errore aduoc. Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſic. Item quòd iuſſum, Abb. Imol. & alios, in c. peruenit, de teſtib. cogendis, Bart. in l. 1. §. fin. ff. de auth. tut. & in tract. de teſtib. colum. 35. Bal. Angel. Imol. & omnes per illum tex. in l. hęredes palàm. ff. de teſtam. Doct. omnes in c. cùm cauſam, de teſt. Bald. & Saly. in l. teſtium. C. de teſtib. & iſtorum Doct. opinionem ſequitur etiā, tuetur, & dicit eſſe communem Alexan. num. 10. & Iaſ. numero 20. cum aliis ſequen. in l. 2. §. voluntatem autem. ff. ſol. matr. & Pomates in additio. ad Bart. in d. §. fin. ſuper litera H. & A. *Cōis opin.*

2 Interpretaturque iſta communis concluſio non procedere, ubicunque teſtis deponeret de pręſentia alterius teſtis ſimul cum eo commorantis in aliquo loco: tunc enim deponendo illum conteſtem fuiſſe præſentem, intelligitur deponere duntaxat de nuda præſentia illius teſtis, non autem de intelligentia. Et ita procedit, & intelligitur opinio Bal. & ſequacium in d. §. voluntatem, contra dictam communem: quia quando vnus teſtis interrogatus ſuper uno capitulo, reſpondet ſe nihil ſcire, & reprobatur per alios teſtes, qui dicunt ipſum fuiſſe præſentem: tunc ipſe teſtis, qui nihil ſcire dixit, nō poteſt torqueri pro eruenda veritate: quia non ſequitur talis fuit præſens tali actui, ergo vidit, & intellexit. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbit. & ita tenet, & concludit Bartol. in d. §. fin. qui dicit, quòd ſi teſtis depoſuit alium fuiſſe pręſentem: non ſequitur ergò intelligentem: poteſt enim eſſe, quod vnus eſſet ſeparatus ab alio, ita quòd non intellexit. & ita tenent omnes Doctores præcitati, & Alexand. affabrè in conſilio 180. in cauſa Angelorum, numero 1. uolum. 2. & Marſil. in ſingul. 408. ubi profert magnum

magnum uerbum ſe iuuaſſe in facti contingentia quendam tabellionem inquiſitum de falſo, propter prædicta.

3 Sed quotieſcunque teſtis allegaret, ſeu nominaret Titium in aliquo negocio interfuiſſe ſecum in aliquo loco. tunc ſi ipſe Titius examinatus negaret ibi preſentem fuiſſe, alter eorum mentiretur, & ſic daretur via iudici inquirendi alterutrum. l. de duobus. §. fin. ff. de iureiuran. & ita tenet, & concludit Bal. in d. l. teſtium, col. 4. in tantum quòd iſto caſu neutri credendũ eſt: ſecundùm eundem Bal. in d. c. cum cauſam, colum. 5. & ita conſuluit Alex. conſ. 90. colum. fin. vol. 4. Ideoque talis cõtrarietas inter ipſos duos teſtes operatur, vt nemini ex ipſis credendum ſit: quia nemini fides adhibenda foret, quando vnus teſtis alteri contradicit: ſecundùm Ioan. And. & omnes magis communiter, in c. in noſtra. de teſtib. Feder. de Senis conſ. 142. Bal. conſil. 33. quidam tabellio, uolu. 3. & iſtam doctrinam Ioan. And. & ſequacium ſcribunt eſſe communem Moder. in d. c. in noſtra, & Grammat. cõſilio crim. 26. num. 20. & ſeq. & conſ. 31. nu. 8. & ita conſuluit Alex. conſ. 34. colum. fin. uol. 3. & conſ. 43. uol. 4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnicus, & ſolus deponens in facto proprio in cauſis ciuilibus, probat, & plenam fidem facit, præſertim in fauorem alterius, ſecundum communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

OPINIO DCCCC.

1 TESTIS vnicus, & ſolus deponens de facto proprio in cauſis ciuilibus probat, & plenam fidem facit, præſertimque in fauorem alterius. l. quæro. §. fin. de ædil. edict. per quem tex. ita uoluit conſulendo Paul. de Caſtr. in aliquibus conſiliis ſuis, & præſertim conſilio 368. viſis actis, vol. 1. & legendo ſimiliter in l. ſeruos. C. de teſtib. in l. quicunque, in fin. C. de ſer. fugit. & huic ſententiæ inhæret etiam Oldra. conſilio 95. colum. pen. Saly. & Bald. in l. ſi quis decurio, in 4. oppoſit. per illum text. C. de fal. Marſil. in ſua pract. in §. diligenter, nu. 131. Dec. conſilio 56. colum. 2. & conſilio 342. colum. 1. & alij quam plures relati per Tiraquel. in tract. de utroque retract. in §. 1. Gloſ. 4. num. 17. cum aliis ſequẽ. fol. 98. & per Petrum de Benintendis deciſ. 63. dubium erat in certa cauſa.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Cyn. in d. l. ſi quis decurio, in 4 oppoſ. Bartol. in conſilio incip. in queſtione propoſita, Innoc. in c. dilectus, de accuſ. Ant. de But. in c. cùm à nobis, colum. penul. de teſtib. Cephal. conſil. 179. multum, num. 31. conſ. 185. num. 14. & conſil. 225. num. 33. vol. 2. Alex. in l. 1. §. ſi abſens. ff. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. agatur, colum. penult. vbi reſpondet ad iura, quæ in contrarium allegantur, & ait hanc opinionem eſſe ueriorem, & in conſ. 192. colum. 5. vol. 6. & communem dicit Boer. deciſ. 221. nu. 15. *Cõis opin.*

¶ Tamen in tam magnis Doct. altercationibus, caſu eueniente, in iudicando, & conſulendo intrepidè ſequerer primam opinionem tanquã in iure ueriſsimam. cui inheret etiam Marcus Ant. Natta, conſil. 285. circa concluſionem habitam ſuperioribus diebus, ſub num. 1. uolu. 2. Alex. de Neuo, conſil. 31. num. 14. & ſeq. & Boer. in d. deciſ. 221. hoc idem præmittendo, & nõnulli alij Doct. congeſti per Tiraquel. in præcit. loco, & per Iacob. Philipp. Port. ſeu potius per Ant. Gabriel. in concluſ. 5. unus teſtis, in 2. limit. libro 1. & ita iudicauit Sacrum Concilium Neap. vt refert Afflict. deciſ. 369. num. 6.

¶ Sed opiniones iſtas quàm optimè ad realem concordiam reducere nititur Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintẽdis, in d. deciſ. 63.

SVMMARIVM.

1 *TESTES duo regulariter ſufficiunt ad probandum.*

2 *Teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij probat poſſeſſionem abſque alio iuramento neceſſario in ſupplementum probationis, etiam ſi agatur de poſſeſſione magnæ rei, ſecundum communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

3 *Teſtis vnicus ubicunque remedio reintegrandæ agitur non probat poſſeſſionem, ſi aliis teſtibus ex aduerſo productis, & examinatis contradiceret.*

4 *Teſtis vnicus non probat poſſeſſionem vbicunque contra ipſum teſtem apparent aliqua indicia.*

5 *Teſtis unicus in triginta caſibus plenè probat remiſſiuè.*

6 *Teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij plenè probat poſſeſſionem in iudicio ſummario retinendæ: ſecus verò in iudicio poſſeſſorij plenarij: quia tunc requiruntur plenæ probationes.*

OPINIO DCCCCI.

1 IN ore duorum, uel trium teſtium ſtat omne verbũ. c. in omni negocio, & c. licèt, ext. de teſti. & l. vbi numerus. ff. eod. titu. & ſic ad aliquid probandum regulariter duo teſtes ſufficiũt per dicta iura, & alia relata per Roſarium Buſt. in ſermonibus prædicabilibus, in ſerm. 9. in litera Z. in 1. par.

2 Declaraturque hoc non procedere in iudiciis poſſeſſorijs,in quibus dicitur agi de leui prę iudicio.& probatio per unum teſtem, uel per famam publicam in hoc caſu,habet uim plenæ probationis: ita quòd iſte teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij plenè probat poſſeſsionem abſque aliquo iuramento neceſſario in ſupplementum probationis, etiam ſi agatur de poſſeſsione magnæ rei:ſecundùm Bar.in l.1.C.quorum bon.& clarius in l.2.in fin.C.ubi in rem act.Mattheſil. in notab.2.Alex.conſ.91.colum.1.volu.5.Soc. conſ.137.colum.6.& conſ.266.num.26.uol.2. Iaſ.in repet.l.admonendi, num.187.in 2.lect. Cõis opin. ubi iſtam opinionem ait eſſe communem Fran. de Curt.num.203.ff. de iureiuran. quam communem ſequitur ſimiliter Calca.conſ.100.col. penult.Dec. conſ.251.colum.1.& in l.2.C. de carbon.edic.num.2.Cagnol. in l.in pari, nu.7. ff.de reg.iur.Gratus conſ.42.num.7.& ſeq. volu.2.Grauet.conſil.158.num.12.& Marſil. ſingul.433.& Grammat. conſ. ciuili 77.num. 11. Et ita ipſe iudicaui in facti contingentia in primo anno mei doctoratus 1559.in quadam cauſa mihi delegata per Illuſtrem D. Ioannem Antonium Porcinarium cognatum meum, & Baronem caſtri Ariſculæ comitatus Aquilę,& diffinita in fauorem magiſtri Dominici Cocchi de eodem oppido.in qua quidem cauſa, & proceſſu apparebat probatum ſpolium per vnum teſtem omni exceptione maiorem, & aderant etiam nonnullæ alię præſumptiones.

¶ In contrariam uerò partem, quòd in iudicio poſſeſſorio non ſufficiat ſemiplena probatio,& unus teſtis non probet, inclinauere Bar. in extrauag.ad reprimen.in uerſ.Summariè, & Ripa in l.ſi conſtante,num.17.ff ſol.mat. cuius Cõis opin. ſententia communis eſt,teſte Alex.conſ.87.numero 3.vol.7.& Petro de Benintendis poſt alios ſignatos per eum,deciſ.62. numero 10. & ſeq. vbi recitat ita fuiſſe deciſum in Rota Bononienſi.

3 Et ſic etiam, quòd vbicunque agitur remedio reintegrandę,non ſufficiat poſſeſsionem ipſam probari per vnum teſtem, præſertimque vbi iſte vnicus teſtis alijs teſtibus ex aduerſo productis, & examinatis contradiceret:prout extitit deciſum in Sacro Regio Concilio Neap. teſte Afflicto.deciſ.364.fuit deciſum in Concilio in cauſa monaſterij Sancti Seuerini,ſub numero 4.& ſeq.

4 Sed limitatur iſthæc communis non habere locum,vbicunque contra dictum vnicum teſtem, ſeu ſemiplenam probationem,appareret aliqua indicia. hoc enim caſu vnus teſtis, vel probatio ſemiplena non probaret poſſeſsionē: vt uoluit Bal.in l.qui accuſare,colum. fin. C.de eden.Grat.conſ.40.num.29.vol.2.& ita fuit iudicatum in Sacro Concilio Neap. vt refert Afflict.in d.deciſ.364. num.4.& ſeq.

5 Alios uero caſus, & circiter 30. in quibus vnus ſolus teſtis plenè probet, ponit Specul. in tit.de teſtam.§.reſtat, in uer. Hoc tamen fallit, Innocen.& alij in c.accedens,*il primo.* de teſtib. Roſar.Buſti.in d.ſermone.9.& Iacob. Philipp. Port.ſeu potius Ant.Gabriel.in concl.5. Vnus teſtis,lib.1.& Iaſ.& Moder.in d.l.admonendi.

6 Verùm præfata omnia procederent,iudicio meo,in iudicio ſummario retinendæ: ſecus verò in iudicio poſſeſſorij plenarij: q̃a hoc caſu requirunt plenę probationes:nec ſufficeret probare poſſeſsionem per vnū teſtem, pręcipueq́; ubi actor remedium.c.reintegranda.3.q.1.intentaret:vt per Bart. in extrauag.ad reprimen. in uer.Summariè,Bal.& Pau.Caſt.in l. ordinarij.C.de rei vendic.Bal.in l.iudices.C. de iudic. vbi alij Doct.communiter,Pau.de Caſt.conſ.3. Cõis opin. vol.2.ſecundùm nouam impreſsionem,& in antiquis conſ.5.Iaſ.in l.naturaliter. §. nihil commune,colum. pen. ff. de acquir. poſſ. Franc. de Curt.in d.l. admonendi, d. num. 302. in fin. & Gratus conſ.200.colum. 1. & ſeq. uolum. 2. & Afflict.in pręcitata deciſ.364.quia datur remedium d.c.reintegranda,contra titulo poſsidentem:vt latè docuimus ſupra in uer. Spoliatus.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS ſi deponat vnum in iudicio nullo & inualido, & apud iudicem incompetentem,& aliud penitus diuerſum in iudicio ualido,ſtandum eſt poſteriori depoſitioni.*

2 *Teſtes examinati in uno iudicio per viam exceptionis,non faciunt fidem in alio iudicio, etiam inter diuerſas perſonas,per viam actionis.*

OPINIO DCCCCII.

1 TESTIS reſpondens vnū in iudicio nullo ac inualido, & apud iudicem incompetentem, & aliud penitus diuerſum in ualido: tunc ſtandum eſt eiuſdem teſtis poſteriori teſtimonio : ſecundum Specul.in titu.de teſte.§.1.num.27.idemque tenet Gloſ. in c. cùm cauſam, de teſtib. & omnes Doctores ibi communiter, & in l. eos. Cõis opin. ff.de falſis,Boer.deciſ.108.per totam, Grauet. conſ.6.num.7.in quibus locis aſſerunt hanc eſſe communem opinionem. & hoc idem refert Capicius deciſ.142.num.8.vbi ſimiliter congerit Doct.contrarium aſſeuerantes.

2 Sed teſtes in uno iudicio examinati per viā exceptionis,non facerent fidem in alio iudicio, etiam inter diuerſas perſonas, per viam actionis.ita Card.Put.deciſ.69.lib.1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens aliquid extra iudicium ſine iuramento, & poſt modum iurans in iudicio contrarium reſpondens, ſtatur eius depoſitioni ſecundę iuratæ. nec punitur pœna falſi: quia poßibili veritate in eſſe producta, nulla neceßariò ſequitur falſitas. Et teſtis qui dixit heri neſcio, poteſt dicere hodie ſcio.*

2 *Teſtis ſecundæ depoſitioni iuratæ licèt ſtandum ſit: tamen aliquid detrahendum foret de fide ipſius teſtis.*

3 *Teſtis ſecundę depoſitioni ex interuallo contrariæ primæ ſtandum eßet, ſi in tormentis facta, & ratificata foret: quia dictum in tormentis uerius præſumitur.*

4 *Iuramentum eſt tortura ſpiritualis.*

5 *Teſtis primæ depoſitioni iuratæ eſt ſtandum, etiam ſi ſecundam cum tortura aſſirmauerit.*

6 *Teſtis primę depoſitioni iuratæ ſtandum eſt, non obſtante ſecunda depoſitione eiuſdem teſtis extraiudiciali contraria primæ.*

7 *Teſtis primæ depoſitioni non iuratę ſtatur, non obſtante ſecunda depoſitione iurata, ubicunque pro prima depoſitione, quamuis non iurata, concurrerent aliquæ coniecturæ, & [illegible] licia.*

OPINIO DCCCCIII.

1 TESTIS dicens, ac deponens aliquid extra iudiciũ ſine iuramento, & poſtmodum iuratus in iudicio cõtrarium reſpondens: tunc ſtabitur ſecundæ, & poſteriori depoſitioni ob iuramenti religionem, & iudicis authoritatem. c. ſicut nobis, de teſtib. in 6. c. 1. in princ. quid ſit in ueſtit. Nec punietur iſte teſtis falſi pœna: quia poſsibili ueritate in eſſe producta, nulla neceſſariò ſequitur falſitas. Et teſtis qui dixit heri neſcio, poteſt dicere hodie ſcio: vt tradit Bal. in c. 1. §. notandum, de not. feu. & in c. 1. quid ſit inueſtitura, & Canoniſtæ in c. cùm cauſam, de teſtib. & in c. per tuas, de probat. vbi ad ſaturicatem vſque, hanc opinionem tenet Gloſ. in fi. in d. c. cùm cauſam, cõmuniter ab omnibus Scriben. recepta. quam dicit ordinariam Bald. in l. nullum, colum. 1. C. de teſtib. ac eam ſequuntur, & aſſerunt eſſe communem Abb. & Dec. in d. c. per tuas, colum. fin. Fely. in c. cùm in tua, colum. fin. de teſtib. & in c. inquiſitionis. §. tertia, de accuſ. colum. fin. & in c. literas, ſub num. 1. de pręſumpt. Bal. conſil. 486. vol. 3. Alex. conſilio 222. volu. 2. num. 13. Ioan. Baptiſta Ferrettus conſil. 392. viſo longo proceſſu, & depoſitionibus teſtium, num. 19. vol. 2. Rom. conſil. 505. Grauet. conſil. 6. colum. 11. & idem Alexan. cõſil. 68. vol. 1. Francus in c. 1. circa fin. de electio. in 6. Aufreri. in Capella Tholoſ. 280. Capicius deciſ. 142. ſub num. 6. Marſil. in l. eos, num. 11. & 22. ff. de falſis, & ſing. 222. aſſerens ibi hanc ſententiam eſſe communem: licèt Bart. in d. l. eos, num. 4 aſſeueret contrarium, uidelicet dictum teſtem eſſe puniendum pœna falſi, nec eius teſtimonio adhibendam eſſe fidem aliquam. Tamen iſta Bar. opinio communiter improbatur à Doct. vt ſupra oſtendimus, & procederet: ſecundùm Abb. & Deci. in d. c. per tuas, Fely. in d. c. cùm in tua, in fin. Dec. conſ. 189. nu. 10. & Grauet. in præcitato conſil. 6. num. 15. vbi ex ſecundo teſtimonio appareret teſtis periurium: quia prius contrariũ iuratus depoſuiſſet. Contra verò præfata, ac allegata ſuperius, uidetur conſulere Petrus de Vbaldis in conſ. 28. quod reperitur inter conſilia criminalia diuerſorum nuper edita. uidelicet, quòd teſtimoniũ primo loco prolatum extra iudicium, præferatur ſecundo teſtimonio prolato in iudicio. cui quidem conſilio nõnulli Doct. celebres ſe ſubſcripſerunt, [illegible] ibidem eſt uidere.

Cõis opin. (left margin)

Cõis opin. (right margin)

2 Sed retenta antedicta communi opinione, aduerte, quòd aliquid de fide dictorum teſtium detrahendum veniret: vt arbitratur Ang. inhęrendo memoratę communi ſententiæ cum hac modificatione, conſ. 233. punctus eſt, quædam Domina Margarita. quinimò ſecundùm Bart. teſtimonium eius reprobatur.

3 Et hinc dicebat Tyndar. in tract. de teſtib. lib. 2. in 1. par. princ. cap. 11. quòd ſecunda depoſitio teſtis, ex interuallo contraria primę recepta ualeret, ſi in tormentis facta eſſet, & ratificata foret: quia dictum in tormentis verius pręſumitur: ſecundùm Tyndar. in ead. par c. 12. num. 1. & in 3. par. prin. c. 2. eod. lib.

4 Tamen hæc ſecunda depoſitio abſque tortura facta, valida cenſetur, etiam quòd eſſet iurata, ſolo illo prætextu, quòd iuramentum dicitur quędam tortuta ſpiritualis: vt inquit Abb. in c. per tuas, ſub num. fin. de probat. quia ſpiritus torquetur, & ſpiritus confitebitur.

¶ Sed pręmemoratam doctrinam Tyndari, & ſequacium nõ ita ſimpliciter, & nudè admittit Cephalus, conſ. 233. in cauſa D. procuratoris carcerati, num. 14. & ſeq. & conſ. ſeq. num. 8. cum aliis ſeq. vol. 2. vbi eam doctrinam ad genuinum ſenſum accuratiſsimè quidem reducere conatur pluribus modis, & doctiſsimis conſiderationibus.

5 Et denique in dictis conſiliis reſpondit, primæ depoſitioni teſtis iuratę ſtandum fore, etiã ſi ſecundam atteſtationem contrariam primæ idem teſtis cum tortura aſſirmauerit: & præſertim vbicũque ipſa tortura non erat neceſſaria, & de iure non exigebatur; & quòd dictum ipſius teſtis potius erat ſpectandum ſine tortura, quam cum tortura.

6 Et quemadmodum ſtatur ſecundæ depoſitioni iuratæ, non obſtante prima aſſertione non iurata contraria: ita econuerſo ſtabitur primæ depoſitioni teſtis iuratæ non obſtante ſecunda depo-

depoſitione eiuſdem teſtis extraiudiciali con-
traria primę: vt conſuluit Ang. conſil. 308. fa-
ctum eſt tale, Chriſtophorus Petri conductor da
cij vini.uer. De ſecundo ad tertium dubiũ prin
cipale, & Ioan. Bapt. Ferrettus conſilio 187. in
caſu præmiſſo, in princ. vol. 1. & Vincentius Ma
xilla, ſuper conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in
conſuet. ſeruitio galearum, nu. 15. & ſeq. in tit.
de immuni.no.ciuis, fol. 30.

¶ Et ſic, ſi aliquid teſtis primò depoſuerit, ri
teq́ue iurauerit, & poſteà teſtimonium ſuum re
uocauerit: tunc primę atteſtationi fides præſtan
da eſt: quod enim poſteriori loco dixit, corru-
ptus dixiſſe pręſumitur. §. quia uerò, in auth. de
teſtib. & c. ſicut, de teſtib. & ita firmant Abb. &
alij omnes, & præſertim Imol. in c. cùm in tua,
colum. fin. de teſtib. Inno. in c. prætereà, de te-
ſtib. cogen. Bal. conſ. 101. quidam teſtes, colum.
1. uol. 1. & conſil. 404. præmittẽdum eſt in pun-
cto, uol. 4. Anchar. conſ. 228. ad corroborandum
dubium, Alex. conſ. 93. in cauſa, & lite, colum.
pen. vol. 5. & Rapha. Fulgoſ. conſ. 134. in quęſtio
Cōis ne, colum. 11. & iſta eſt communis opinio: vt in
opin. medium expoſuerunt Dec. conſ. 175. colum. an
tepen. & conſ. 189. num. 6. Corn. conſilio 27. in
præſenti conſultatione, colum. pen. vol. 3. &
Grauet. in d. conſ. 6. num. 5.

7 Niſi cum ſecunda, inditia concurrerent. idẽ
Ferrettus conſ. 55. hic ſcribuntur, num. 4. & ſe-
quen. eod. uol.

¶ Et conſequenter teſtis, cùm aliud in tor-
mentis, aliudque extra tormentis aſſeuerauc-
rit: tunc profectò id, quod extra tormenta affir-
mauerit, ſequi debemus, ſi vereſimilius foret. l.
1. §. quęſtioni, & ibi Bartol. ff. de quæſt. Aret. in
præcitato. c. cùm in tua, colum. 5. & in conſ. 61.
in cauſa iſtorum, colum. 1. Bartholomæ. Soc. con
ſilio 253. colum. 2. uol. 2. Dec. conſ. 175. num. 8.
& conſ. 189. num. 12. ſupra allegatis, & Grauet.
in d. conſ. 6. num. 49.

¶ Sed tamen antedicta communis non
procederet, vbicunque pro prima depoſitione,
quamuis non iurata ipſius teſtis, adeſſent, ſeu
concurrerent aliquę coniecturæ, & indicia: ut
uoluit Bal. & Fely. ſub nu. 1. in d. c. literas, per il
lũ tex. & Io. Bap. Ferret. in d. cõſ. 55. nu. 4. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS ſtatim, & incontinenti corrigens
propriam teſtimonij depoſitionem, eius cor
rectio valida eſſe uidetur.*

2 *Teſtis poteſt corrigere dictum ſuum antequàm rece
dat à pręſentia examinatoris, & exeat conſpectum
iudicis, ſeu partibus loquatur, & ſtatur eius corre-
ctioni, quæ obſeruari poteſt ſine reatu periurij.*

3 *Teſtis dictum ſuum quando dicatur incontinenti corri
gere remiſſiuè.*

4 *Teſtis volens corrigere dictum ſuum, affirmanſque
non eſſe locutum cum parte, tenetur hoc probare, vt
admittatur ad huiuſmodi correctionem.*

5 *Teſtis corrigens dictum ſuum incontinenti, non tene-
tur docere de errore.*

6 *Teſtis regulariter corrigens dictum ſuum, poſt perfe
ctum examen, eſſet ſuſpectus: ſed ſi teſtis notæ ſidei,
& authoritatis fuerit, poſſet dictum ſuum corrigere
vſque ad publicationem.*

OPINIO DCCCCIV.

1 TESTIS ſtatim, & in-
continenti corrigens
propriam teſtimonij
depoſitionem: eius vl
tima depoſitio vali-
da, & legitima eſſe ui
detur. c. prætereà, de
teſtib. cog. Abb. Bal.
& Fely. ibi Tynda. in
tract. de teſti. lib. 1. cap. 4. Gloſ. in auth. de teſti.
§. quia uerò, ubi correctio teſtis fit prius quàm
notarius reſponſionem priorem ſcripſerit. Glo.
ſingularis in c. apud miſericordem. 32. q. 1. quã
dixit eſſe valde notabilem Alex. in l. qui bona.
§. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infecto, Lanfran.
in repet. c. quoniam contra, de probat. in uer.
Teſtes, num. 136. Iaſ. in l. error, colum. 2. C. de iu
ris, & facti igno.

2 Poteſt & alio modo teſtis corrigere dictum
ſuum, antequàm recedat à præſentia examina
toris, & exeat conſpectum iudicis, ſeu partibus
loquatur, & tunc ſtatur ſecundæ depoſitioni: ſe
cundùm Glo. in d. c. prætereà, per tex. ibi. quam
obſeruari ſine reatu periurij inquiunt Spec. in
tit. de inſtr. ed. §. poſtremò, uer. 53. Ioan. de Pla.
in l. rura. C. de omn. ag. Archid in c. fin. de iure-
iuran. lib. 6. Aflict. in c. 1. §. ſi enim domino, nu-
mero 5. quid ſit inueſti. Bar. in l. ſi poſtulauerit.
ff. de adult. Bal. in auth. at qui ſemel. C. de pro-
bat. & l. edita, in repet. Paduana, colum. 2. C. de
eden. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, nu. 87.
ff. de verb. oblig. & Abb. in d. c. prætereà.

3 Vbi abundè declarat, quando dicatur teſtis
dictum ſuum incontinenti corrigere.

4 Et aduerte, quòd teſtis uolens corrigere di
ctum ſuum, affirmanſque ſe non eſſe locutum
cum parte; tenetur, & debet illud probare, vt
admittatur ad correctionem dicti ſui: vt uoluit
Fely. in d. c. prætereà, & ita conſuluit in termi-
nis Laurentius Syluanus conſ. 87. num. 2. cum
aliis ſeq. vol. 2.

5 Et prædicta reuocatio permittitur etiam
ſi error non probetur: ideò teſtis corrigens di-
ctum ſuum incõtinenti, non tenetur docere de
errore. Glo. in d. c. apud miſericordem, Abb. co
lum. 3. & Fely. num. 5. in c. cum venerabilis, de
except. idem Abb. in d. c. prætereà, colum. 2. Fe
ly. in cap. qualiter, *il primo*, num. 30. de accuſat.
Deci. in c. cauſam, de appell. colum. 2. Roma. cõ
ſilio 70. col. 3. Barba. conſil. 43. colum. 2. vol. 2.
& Glo.

& Gloſ.optima,in c.vltimo, de iureiurã. in 6.&
Cõis opin. iſta eſt communis opinio: vt aſſeuerant Doct.ſuperius citati.

6 Quia ſi poſt perfectum examen corrigeret dictum ſuum teſtis, eſſet nempè ſuſpectus. Gabri.Sarayna in annot. ad ſing. Mattheſ. ſingul. 171.num.8.& hoc regulariter. Tamen ſi teſtis notę fidei, ac authoritatis fuerit; dicitur poſſe dictum ſuum corrigere vſque ad publicationem. Tiraquel.in tract.de pœnis temperandis, cauſa.51.nu. 127.

SVMMARIVM.

1 TESTIS oſtendens ſe erraſſe, volenſque errorem ſuum corrigere ex interuallo, admittendus eſt, prius oſtenſo errore, & confeſsione erroneè facta, aliàs non.

2 Teſtis ex interuallo abſque erroris probatione contraria reſpondens, videtur periurus.

3 Teſtis reuocans ſuam depoſitionem ex interuallo, non præiudicat ſuę primę depoſitioni: ſed primum teſtimonium validum eſt, nec per ſecundum tollitur.

OPINIO DCCCCV.

1 TESTIS oſtendens ſe erraſſe, uolenſque errorem ſuũ corrigere ex interuallo, admittendus eſt, prius oſtenſo errore, & confeſsione erroneè facta: vt copioſè conſuluit Ioan.Bap. Ferrettus conſilio 389. Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio, in cauſa nobilis D. Catharinæ, num. 1. cum aliis ſequen.uol.2.Sed confeſsio erronea ſine erroris probatione non poteſt per eundem teſtem reuocari: ſecundùm Doct. communiter in c.2.de reſcrip.lib.6 de qua communi atteſtatur Boer.deciſ.89.nu.4. *Cõis opin.*

2 Imò teſtis ex interuallo abſque erroris probatione reſpondens contraria, videtur periurus: ſecundùm Scriben. communiter uariis in locis,& paſsim in iure noſtro, ac etiam pœna falſi iſte teſtis uenit puniendus.l.eos,ubi Bar.& Doct.omnes ff. de falſis. Et magna Curia Vicariæ admiſit teſtem ex interuallo poſt eius depoſitionem in facti contingentia ad corrigendum dictum ſuum. teſte Capicio deciſ. 61. in princ. Tamen introducta cauſa hac eadem in Sacro Concilio, fuit deciſum in eo, de huiuſmodi repetitione, ſeu correctione, vtrùm fieri potuerit, habendam fore eam rationem, quę de iure habenda erit in calculo, ac deciſione cauſæ: ut meminit idem Capic.deciſ.61. *Cõis opin.*

2 Sed tamen pulchrum eſt hic diſquirere, vtrum priori teſtimonio, vel poſteriori fides ſit adhibenda? dic audacter primam depoſitionẽ non poſſe tolli per ſecundam ex interuallo ab eodem teſte, etiam iurato propoſitam: patet ex ratione text.in c.ſicut nobis, de teſtib. ubi ad infringendum fidem teſtimonij, neceſſe eſt alios teſtes, non autem eoſdem produci: ideoque primum teſtimonium validum eſt, nec per ſecundum tollitur: ſecundùm Panor.& Fely.num. 4. in d.c.cùm in tua, Cardin.in d.c.ſicut nobis, colum.2.& in præcitato c.cùm in tua, num.4.& ſequen. Innoc. in c. præterea, de teſtib. quorum opinionem aſſerit eſſe communem Corneus conſ.27.col.pen.lib.3.Dec.conſ.175.num.7.& conſ.189.num. 10. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 INFAMIS occultus poteſt eſſe teſtis in teſtamento.

2 Teſtes infames infamia facti, licèt idonei ſint in teſtamento: tamen infames infamia iuris, in teſtamento ipſo teſtes eſſe nequeunt.

3 Teſtis infamis adhibitus in teſtamento probat, & eius defectus ſuppletur per bonam famam aliorum teſtium.

OPINIO DCCCCVI.

1 INFAMIS poteſt eſſe teſtis in teſtamento, vbicunque non eſſet notor è infamis: & ſic infamis occultus admitteretur in teſtem: ſecundùm Gloſ. Bar. & omnes in l.cùm lege.ff. de teſtam.Glo.Bar.Bald.& alios in l.1.C. eo. tit. Et quamuis Ang.& Saly.ibi, & præcipitanter quidem, uelint contrarium: tamen opinio dictæ Glo. communiter approbatur: ſecundùm Moder.in c. cùm ab homine, de iud. & Pomatẽ in add.ad Bar.in d.l.cùm lege, Alex.in l. 1.num.11. C.de teſta.& Clar.in tract.de teſta.lib. 3.q.55. in fine. *Teſtis* *Cõis opin.*

2 Sed hoc procedere poſſet, iudicio meo, in infamibus infamia facti: qui tunc regulariter poſſent eſſe teſtes. de quo uide Soc. in tract. fallentiarum, in reg.415.& ſeq. Bal.& Iaſ. in l.cũctos populos.C.de ſumma Trin.& fide catho. Secus autem eſſet in infamibus infamia iuris, qui in teſtamento ipſo teſtes eſſe nequirent: vt firmat Alex in l.prætor.§.cogentur.ff.de edẽdo, & Bal. Iaſ.& alij omnes in l.cũctos populos.C.de ſumma Trin.& fide catho. *Cõis opin.*

3 Aduertendum tamen eſt, quòd ſi in numero teſtium adhibitorum in teſtamento reperiatur unus infamis: tunc defectus iſtius ſuppletur per bonam famam aliorum: ſecundùm Bal.in l. 1.in fin.C.de teſtam. Alex.in d.§.cogentur, Ioã. Fabrum.in §.teſtes, inſtit.de teſtam.Geor.Nattã in c.quãuis pactum, col.54. de pactis, libr. 6. Marſil.ſing.196. & Boer. in ſcholiis ad Dynum in reg.vtile non debet per inutile uitiari, in prima add.de reg.iur.lib.6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *TESTIVM dicta, & atteſtationes non extenſa per notarium: videlicet ſi tabellio examinat primum teſtem extensè, vel per extenſum, & deinde ſcribat ſecundum teſtem ita depoſuiſſe in omnibus, & per omnia; & ita in alijs, valent, & ſubſtinentur. Quod declaratur, numero 2.*

3 *Notarius tenetur extensè ſcribere dicta teſtium, non autem per relationem ad dicta aliorum teſtium, & ſic per breuiſsima uerba.*

4 *Notarij ſcribentes diminutè, & non integrè dicta teſtium, & aſſerentes ſecundum teſtem idem dixiſſe per omnia, vt primus teſtis deponit, reprehendendi ſunt.*

5 *Notarij, actuarij, & iudices in Regno laborant aliquando contra propriam ſalutem, & peccant mortaliter ſuper formandis inquiſitionibus, in non ſcribendo integra dicta teſtium, tam ad fauorem fiſci, quàm contra: & hinc contingunt infinita inconuenientia damna, & iniuſtitię contra miſeros inquiſitos, de quibus erunt reddituri rationem in die iudicij.*

OPINIO DCCCCVII.

1 TESTES plures, ac plures examinans tabellio ſcribẽdo dictum primi teſtis extensè, uel per extenſum: ſi poſtmodum ipſemet notarius ſcribat ſecundum teſtem idem dixiſſe, ac depoſuiſſe in omnibus, & per omnia, & ita in aliis teſtibus: aſſertiones, ac dicta iſtorum teſtium valent, ſimul ac probant: ſecundùm magis communem opinionem Doct. in l. ſed, & ſi me putem. ff. de cond. indeb. quam ſequuntur, & citãt omnes Moder. inibi, præſertimq́ue Iaſ. num. 1. & inquit æquiorem fore Abb. in c. nihil, in fine. de uerb. ſignific. *Cõis opin.*

2 Intelligeq́ue hoc cum grano ſalis procedere, ſi teſtis, quem notarius non examinauit extensè, ſit bonæ famæ. eo nanque caſu indubitanter eius dictum valet, & tenet: ſecundùm Bal. in §. fin. uer. Idem ſacramentum, in extrauag. in tit. de pace conſtan. quem ſequuntur Docto. in c. nihil, de uerb. ſig. & Fely. in c. ſuper his, de accuſat. colum. pen.

3 Sed in Regno non accidit circa hoc dubitare: quia habemus Regiam Pragmaticam, exordientem: ſtatuimus ſuper articulis, & poſitionibus, diſponentem, examinantemq́ue depoſitionem teſtium fieri extensè per notarium, & non per alia breuiſſima verba.

4 Ideò non ab re Specul. in tit. de teſte. §. nũc tractandum, verſ. Cautionem, reprobat notarios ſcribentes non integrè dicta teſtium, ſed dicentes ſecundùm, vel tertium teſtem idem dixiſſe per omnia, quòd primus ſcriptus deponit.

5 Imò reprehendẽdi ſunt etiã mirùm immodùm, optimo quidem zelo aliqui commiſſarij, notarij, & actuarij in Regno, qui contra eorum conſcientiam laborantes, in formandis, ſcribendisuè inquiſitionibus, & in capiendis informationibus, rarò, aut vnquàm ſcribunt integrã dicta teſtium, ſed ſolummodò ſcribunt ea, quæ faciunt in fauorem fiſci. Vndè reminiſci debent quòd agunt contra text. pragmaticæ Caroli Quinti Impera. Item quia nobis, vbi ſancitum expreſsiſsimè, & ſanctiſsimè reperitur, quòd teſtis depoſitio integra ſcribi debeat, etiam in his, quæ ſunt contra fiſcum.

SVMMARIVM.

1 *TESTES ſingulares ſufficiunt ad probandum quid in genere, id eſt vſuram, famam, iuriſdictionem, hęreditatem, impuditiam, hæreſim, poſſeſsionem, furorem, & infamiam, & hiſce ſimilia.*

2 *Teſtes ſingulares probant minorem ſummam, ſi deponerent aliquid de maiori.*

3 *Teſtes ſingulares probant in quindecim caſibus, remiſsiuè.*

OPINIO DCCCCVIII.

1 TESTES ſingulares ſufficiũt ad probandum quid in genere, vt putà vſuras, famam, iuriſdictionem, hæreſim, poſſeſsionem, furorem, infamiam &c. his ſimilia. Nàm genus conſtat, perficiturq́ue ex pluribus ſpeciebus, & particularibus. ideò licèt teſtes deponãt de diuerſis actibus, tamẽ quia huiuſmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationẽm vnius generis, non repelluntur tanquàm ſingulares: ſecundùm Bar. in l. ob carmen. in fin. ff. de teſtib. Bal. in l. de quibus, colum. pen. ff. de legib. Calder. conſil. 5. in tit. de teſtib. vbi loquitur de vſura, Paul. de Caſtr conſilio 51. col. 2. & conſil. 113. colum. 2. vol. 1. vbi loquitur de aditione hereditatis. Eademq́ue opinio comprobatur, & amplectitur per Grauet. conſ. 73. col. 8. & ſequen. Anchara. conſil. 277. colum. 4. Gemi. conſ. 217. colum. 2. Alexan. ſibi contrarius conſil. 141. ponderatis, matureq́ue perſpectis atteſtationibus, num. 2. uol. 1. quod videtur repertum conſ. 10. uol. 1. Idemq́ue tenet Alex. conſ. 85. colum. fin. conſ. 86. col. 3. conſ. 112. circa fi. lib. 4. conſ. 92. colum. 4. lib. 5. conſ. 13. colum. fi. & conſ. 147. lib. 7. colum. pen. in quibus locis audacter aſſeuerat iſtam eſſe ueriorem, magiſq́ue communem opinionem; quamuis in aliquibus conſiliis relatis per Grauet. in d. conſ. 73. voluerit contrarium, & Federi. de Senis conſ. 17. & conſ. 64. propè fin. quos ſequuntur Iaſ. & Dec. *Cõis opin.*

corum

eorum authoritate freti uariis in locis, & præſertim Dec. in c. licèt cauſam, num. 69. de probat. Marſil. conſilio 109. Spiritus Sanctus ſit mihi à dextris, num. 8. & Natta conſ. 274. communitas, & homines Fœlizani, num. 16. & ſeq. vol. 2 Tamen ſi vidiſſent tot conſil. Alex. ſupra relata ad ſaturitatem, fortaſſe non ita faciliter diſcederent ab hac opinione communi. ſiquidem Alex. ipſe in duobus, ſeu tribus locis tenuit opinionem, quòd teſtes ſingulares non ſufficiant vbi agitur de probando quid in genere. ſed reuocando poſtea ſententiam, iudiciumq; in melius, in decem, vel vndecim aliis locis conſtanter firmauit contrarium.

¶ Hinc eſt, quòd quotieſcunque Doctor reperitur ſibi contrarius in duobus locis: illa opinio ſequenda eſt, vbi plenius ſcribit. l. Diui. ff. de iure patro. notat Abb. in c. bonæ, colum. fin. de poſtulat. prælat. quapropter potius eſt amplectenda ſententia ipſius Alex. in 12. illis conſiliis relatis, in quibus pleniſsimè ſcripſit, quàm in aliis tribus, de quibus facit mentionem Grauet in præallegato conſil. 73. ſuper quibus parum ſcribit.

¶ Et eandem opinionem, quòd teſtes ſingulares admittantur, vbi agitur ad probandum quid in genere, tenet etiam Aret. conſ. 42. col. 2. Ang. conſil. 233. colum. 3. Guid. Papæ. in quęſt. 544. Soc. conſil. 295. colum. 3. vol. 2. & Boer. decis. 23. colum. 14. & deciſ. 239. Couarru. lib. 3. variarum reſolut. c. 3. num. 5. & Auguſt. Bero. in d. c. licet cauſam, num. 40. ubi ait iſtam opinionem eſſe communem. Idemque firmat Iacob. Mandel. conſ. 25. num. 1. vbi conſuluit, quod teſtes ſingulares probant, quando tractaretur de probando quid in genere, ideſt mulierem uixiſſe impudice. Idemque conſuluit atteſtando iſtam eſſe communem opinionem Ioan. Bapt. Ferrettus, conſil. 390. quia audio moueri difficultatem in ſingularitate teſtium, num. 1. cum aliis ſeq. vol. 2. & Grammat. deciſ. 107. in cauſa Auguſtini, ſub num. 8. & ſeq. quę quidem eſt ultima. Nihilominus idem Boer. in deciſ. 342. titubanter inclinauit in contrariam ſententiam, & ita conſuluit in terminis Ioan. de Amicis, conſ. 127. ubi meminit, num. 1. opinionem iſtam, quod quando agitur de probando aliquid in genere teſtes ſingulares minimè probent, eſſe magis communem: tamen decipitur, ex quo prima ſententia magis communis apparet: vt prædicat cumulatiſsimè eam amplectendo, Portius Imolenſis, ſeu potius Ant. Grabriel. in concluſionibus vtriuſque iuris, in reg. 34. teſtes ſingulares in 1. limit. libr. 1. Et iſtorum Doct. controuerſiam, & diſcrepantiam reducit ad veram, & realem conſonantiam fœdere diſtinctionis Camera Imperialis, atteſtante Ioachimo obſeruatione 76. centuria. 3. quòd opinio ipſa communis procedat ubicunque teſtes ad probandum hæreſim, furorem, & alia ſimilia, producerentur in genere. altera uerò ſententia contraria locum habeat, quando teſtes in ſpecie ad probanda pręmiſſa inducerentur. *Cõis opin.*

¶ Cæterùm in Regno Neap. quæſtionis tollendę gratia, & ad euitandum præfatum dubium, videlicet, an per teſtes ſingulares probetur quem vſurarium; fuit emanata, & in lucem prodita per Regem Ludouicum pragmatica exordiens: Ludouicus, & Ioanna &c. diſponens, quòd ad probandum vſurariam prauitatem admittantur teſtes ſingulares. & iſtam materiam latius declarabimus infra in proxima ſequenti Opinione: Teſtes ſingulares non faciunt fidem &c.

2 Item teſtes ſingulares probant minorem ſummam, ſi deponant aliquid de maiori: ſecundùm Corn. conſ. 181. num. 60. lib. 2. hoc modo loquitur Dec. conſ. 100. num. 4. teſtes non fore aliquo pacto contrarios, quando de facto vnus, minus quàm alius deponit; & communem ſcribit Alciat. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, num. 40. ff. de verb. oblig. & ita fuiſſe obtentum in deciſiuis affirmat Barba. in c. licèt cauſam, num. 35. & ſeq. de probat. licèt, & malè ibi contrarium ſubſtinere conetur. & ita extitit iudicatum, deciſumque etiam in Sacro Regio Concilio Neapolitano, teſte Afflicto deciſ. 240. In cauſa Cubicili curialis, ſub nu. 3. 4. 5. & 6. *Cõis opin.*

3 Et eandem opinionem ſequitur ibi Vrſillus in add. & limitat in tribus caſibus, num. 11. cũ aliis ſeq. & poſuimus latius ſupra in Opiuio. In teſtium depoſitionibus in maiori ſumma. & 12. alios caſus, in quibus teſtes ſingulares probent, tradit Lancillottus Conradus, in tract. de decurionibus, lib. 1. c. 11. §. 2. num. 23. & ſeq. & Ant. Gabriel. in d. reg. 34.

SVMMARIVM.

1 *TESTES ſingulares non faciunt fidem: & tãtùm probant mille teſtes ſingulares quantùm vnus.*

2 *Teſtes ſingulares nedum non faciunt fidem: ſed etiam qui poſſunt eſſe ſingulares.*

3 *Teſtes ſingulares faciunt fidem quando tendunt ad eundem finem per diuerſa media ſibi ad inuicem patrocinantia: puta quia vnus teſtis deponit de ueritate, & alius de confeſſione.*

4 *Conſuetudo non probatur per teſtes ſingulares.*

5 *Confeſſio nullatenus probatur per teſtes ſingulares.*

6 *Teſtes ſingulares tunc dicuntur quando eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum.*

7 *Teſtes ſingulares cognoſcuntur ex ſex, primò quando variant in perſonis, ſecundò in re, tertiò in tempore, quartò in loco, quintò in cauſa, ſeu ratione, & ſextò in circumſtantiis.*

8 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum ſcientiam. Vndè nouus rector litem ſciens, & recipiens penſionem cenſetur ius ſibi cõpetens ex illa lite remittere.*

OPI-

OPINIO DCCCCIX.

1 TESTES ſingulares non faciunt fidem, nec eis aliqua fides adhibetur. c. cùm literis, de teſtib. & l. iuriſiurandi. C. eod. tit. & c. licèt cauſam, ubi omnes Doct. communiter hoc notāt, de proba. & Specul. in tit. de teſte. §. 1. uer. Item quòd teſtes ſunt varij. quia ubi eſt ſingularitas, ibi non eſt numerus. undè tantùm probant mille teſtes ſingulares, quantùm vnus. ita dicit Bald. in d. l. iuriſiurandi, colum. 2. & Alex. conſil. 82. in cauſa, & lite inter prouidum mercatorem, Paulum, num. 4. vol. 4. & Curt. Iun. conſ. 168. numero 3. & idem Alex. conſ. 21. repetito in cauſa Merici, num. 2. eod. uol. 4. *Cōis opin.*

2 Imò teſtes ſingulares nedum non faciunt fidem, ſed etiam qui poſſunt eſſe ſingulares non probant: ſecundùm Bal. in l. fin. colum. 9. C. de edicto Diui Adriani tollen. & in c. bonæ, el 1. colum. 5. de elect. & refert Corn. conſ. 89. uol. 1. circa finem, & Ioan. de Amicis conſ. 127. nu. 17.

3 Sed teſtes ipſi ſingulares aliquando faciūt fidem, maximeque quando tendunt ad eundem finem per diuerſa media ſibi ad inuicem patrocinantia: putà quia vnus deponit de ueritate; & alius de confeſſione: ſecundùm Bal. in rub. de controuer. inueſti. colum. 1. per tex. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. idemque voluit Barba. in c. licèt cauſam, num. 38. de proba. Fely. in c. licèt ex quadam, colum. 4. de teſtib. & Caccialupus in repet. l. admonendi, colum. 50. & ſeq. ff. de iureiur.

4 Nec per teſtes ſingulares probatur aliquo modo conſuetudo: ſecundùm Pet. de Bella pertica, & Cyn. in repet. l. 2. C. quę ſit longa conſuet. Ioan. And. Ant. de But. colum. pen. Floria. in 4. q. Anchar. & communiter Doct. in c. fin. de conſue.; quam opinionem declarat ibi Rocchus Curt. in 4. ſect. num. 69. fol. 146.; & ſic in fin. ſuæ repet. & communem dicit Dec. conſ. 315. *Cōis opin.*

5 Nec itidem teſtes ipſi ſingulares probant confeſsionem. ita Card. Put. deciſ. 3. de probat. & deciſ. 4. eod. tit.

6 Et nota, quòd tunc dicuntur teſtes ſingulares, quando eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum: ſecundùm Bar. in d. l. 2. §. dubitetur, quemad. teſta. aper. & Bal. in l. 2. colum. 2. C. de bon. poſſeſ. ſecundum tab. in l. 1. C. ſi vnus ex plu. appe. circa fin. & in l. apud antiquos, col. 1. C. de iur.

7 Quomodò autem cognoſcantur teſtes eſſe ſingulares. Specul. in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis, uer. Quid ſi vnus, & in §. ſæpè teſtes, cùm §. nunc tranſeamus, & ibi Bal. in add. dicunt hoc ex ſex, vel quinque cognoſci, de quibus in c. cùm cauſam, de teſtib. vt quando primò uariant in perſonis; ſecundò in re; tertiò in tempore; quartò in loco; quintò in cauſa, ſeu ratione; & ſextò in circumſtantiis. Et hoc idem firmant Ioan. de Imol. & Alex. in vltima colum. in l. inter pares, de re iudic. Bal. in l. 1. quæſt. 7. C. de teſt. & Alex conſilio 116. poſteà, vol. 1.

8 Sed aduerte, quòd teſtes ipſi ſingulares ſufficerent dubio procul ad probādum ſcientiam. Et nouus rector litem ſciens, recipienſque penſionem, videtur profectò ius ſibi competens remittere ex illa lite. vt efficax teſtimonium eſt Peregri. in deciſ. 268. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS exemptus à iuriſdictione iudicis, coram quo falſum teſtimonium depoſuit, poteſt ab eodem iudice puniri de huiuſmodi periurio, & falſitate, etiam ſi iudex eſſet delegatus, dummodò ſit delegatus à Principe, ſecus ſi ab inferiori. num. 2. excepto clerico, qui ſemper debet remitti ad ſuum ordinarium. nu. 3.*

OPINIO DCCCCX.

1 TESTEM exemptum à iuriſdictione iudicis, corā quo falſum teſtimonium depoſuit; poſſet ipſe iudex illū punire de huiuſmodi periurio, ac falſitate. text. eſt in l. nullum. C. de teſtib. & l. 2. & ibi Bal. C. de ſportulis, & Marſil. la è in l. 1. §. præterea, num. 27. ff. de ſicariis.

2 Quodque procedit etiam ſi iudex eſſet delegatus, qui quidem poſſet vti eadem punitione: ſecundùm Bart. & cęteros in d. l. nullum, & in c. ſuper his, de pœnis. & notant Glo. in l. quæ ſitum. ff. de teſtib. & in Clem. 1. de offic. deleg. Abb. & Dec. in c. præterea, eod. tit. & Specul. in tit. de teſte. §. 1. ver. Quid de delegato. *Cōis opin.*

¶ Aliqui uerò Doct. non modicę authoritatis, & præſertim Bal. inclinauere in contrariam ſententiam, in l. Diuus Pius. ff. de falſis, per tex. ibi, vbi probatur: hæc incidentia crimina in iudicio puniri non poſſe ab eo, qui caret ordinaria iuriſdictione.

¶ Tamen prima opinio vera eſt in delegato Principis, & ſecunda ſententia in delegato inferioris à Principe; & cum hac diſtinctione ſenſerunt Ioan. And. in add. Spec. in d. §. 1. ver. Quid de delegato. Et ſic delegatus inferioris à Principe non poteſt teſtem in caſu pręmiſſo punire, ſed tenetur eum remittere ad iudicem ordinarium. & eandem diſtinctionem ſequuti fuere Panor. & Anania. in c. 1. colum. pen. de crimine falſi, Fely. in d. c. præterea, Iaſ. & cæteri omnes in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offi. eius, colum. pen. Marſil. in d. l. 1. §. pręterea, nume. 27. & Marcus

Anto. Blancus, in tract. de compromiſſ. in queſt.8.in uer. Teſtes, numero 14. folio paruo 165.& deniq; conſtat apertiſsime frequentiori vtriuſq; interpretum ſuffragio eſſe receptã.

3 Sed in clerico deponente coram iudice laico falſum, ex communi opinione docuimus ſupra in Opin. 103. 1. parte: Clericus productus, non poſſe per iudicem laicum puniri, ſed eſſe remittendum ad iudicẽ eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *TESTES nulliter recepti per iudicem, poſſunt & debent iterum examinari, etiam poſt publicationem, ſi hoc euenit culpa iudicis: ſecus ſi culpa partis.*

2 *Teſtis minus ſolenniter primò examinatus, denuò examinatus referens ſe ad primum dictum, abſque dubio probat.*

3 *Teſtis ſecundo loco examinatus, ſeu repetitus, ſtante nullitate primæ ſuæ depoſitionis referens ſe ad aliud primum dictum ſuum, an probet, reſidet arbitrio iudicis. Et circa hoc traditur practica, quę obſeruatur in Regno, num. 4.*

OPINIO DCCCCXI.

1 TESTES nulliter recepti per iudicem, poſſunt, & debent iterum examinari, etiam poſt publicationem: ſecundùm Gloſſam Cardi. Floren. Ancha. colum. pen. Ant. Ioan. de Ligna. colum. 1. & Imol. colum. 2. in Clem. 2. in ver. Ritè receptis, de teſtib. Gloſ. fin. in c. cùm cauſam, ext. eod. tit. vbi idem voluit Hoſtien. colum. fin. Ioã. And. in fi. Bal. colum. fi. Ancha. colum. ultima, Ant. colum. fi. & Imol. col. pen. Specul. in tit. de teſte. §. 1. uerſ. Quid ſi idem teſtis, & ſeq. & ibi pariter Ioan. And. in add. Bar. colum. fin. & Bal. colum. 2. in auth. at qui ſemel. C. de probat. Afflict. decis. 33. num. 4. Bartol. in l. qui per ſalutem, in fin. ff. de iureiurã. & Alex. ibi num. 2. qui præſupponit iſtam eſſe cõmunem opinionem, & ibi Iaſ. qui latè hoc proſequitur. Imol. in c. per tuas, colum. 1. de teſtib. Fely. in c. in literis, colum. 2. de offi. deleg. & Iaffredus Lanfrancus deciſ. 384. quando examen teſtium eſt nullum, & Io. Bap. Ferrettus conſ. 393. ſi teſtes ꝓduci, per totum, vol. 2. vbi ita conſuluit, deditque doctiſsimè reſponſiones omnibus contrariis. Vndè ſi teſtis ipſe culpa iudicis minus rectè examinatus ſit, & eius receptio, etiam poſt publicationem teſtium iterum examinari poſſet; ſecus autem ſi culpa partis id factum fuit: vt per Gloſſ. in d. c. per tuas, & ibi Imol. colum. 2. Panor. col. 2. & omnes alios communiter, Grammat. conſ. ciuili 89. num. 12. Ang. & Iaſ. qui alios citat, colũ. 1. in 6. nota. in l. ſi quis ex argentariis. ff. de eden. & de hac eadem communi opinio. mentionem fecimus etiam ſupra in Opinione 841. Teſtes poſſunt regulariter produci, poſt principium. & ita conſuluit etiam Ioan. Bapt. Ferrettus cõſilio 394. primum dubium, per totum, volu. 2. vbi etiam, num. 4. 5. 6. & 9. in medium reſerauit iſtam eſſe communem opinionem. Et hinc aduerte, quòd antedicta culpa, & negligentia in dubio præſumitur in iudice: ſecundùm Specul. in tit. de teſte. §. nunc videndum, in fi. Ant. Imol. & alios in d. c. per tuas.

Cõis opin. (margin)

2 Sed vbicunque nota, prima teſtis examinatio reperiretur nulla aliquo defectu, & poſteà teſtis ipſe iterum repetitus, & examinatus diceret, aſſereretque depono in omnibus, & per omnia, prout in prima examinatione depoſui: non laborat quidem hæc ſecunda examinatio eodem morbo, quo prima, cæterum valeret & teneret: ſecundùm Alex. in l. legata inutiliter, num. 7. ff. de leg. 1. Bertach. in ſuo repert. in ver. Teſtis inutiliter deponens propter defectum ſolennitatis, in 5. part. D. Proſperum Carauitam in ritu 62. Item quòd elapſo termino, ſub num. 14. & Boer. cumulatiſsimè deciſ. 108. num. 4. cum 5. aliis ſeq. Et opinio hæc non caret ratione. Nam depoſitio, ſeu repetitio antedicta ita, & taliter facta non videtur incerta, ex quo habet relationem certam. l. ait prætor in prin. & l. in ſumma. ff. de re iudic. & not. Doct. omnes in d. l. legata.

3 Bar. uerò in l. eos, nu. 6. ff. de fal. concludit, & expreſsè firmat, ꝙ eſt in arbitrio iudicis an velit admittere dictã depoſitionem. cui inhæret ibi Pariſius in addit. in litera C. aſſerendo iſtã opin. uerã eſſe; & eidẽ ſententię conſentit Bal. in l. geſta, de re iud. Ant. de But. in c. cũ in tua, de teſtib. circa fi. Anch. in Clem. teſtib. in fi. de teſtib. Saly. in l. iuriſiurandi, colũ. 2. C. de teſtib. Ang. in d. l. legata inutiliter, & ibi Alex. n. 7. qui deducit iſtã eſſe veriorẽ opinionẽ, prout cõis apparet ex deductis per eũ; & ſequitur etiã Ioachimus in obſeruatione. 64. Bartolus, centuria 3. ubi atteſtatur hoc vidiſſe aliquib⁹ vicibus in camera Imperiali obſeruari. Cõis opin. (margin)

4 Sed tamen in Regno hoc nullatenus reſidet in iudicis arbitrio, obſeruaturq; optima practica in repetitione ipſa facienda teſtium. oſtẽditur itaq; prima depoſitio teſti, & ei legitur per actuariũ de uerbo ad uerbũ vt iacet, & ea ſibi lecta, acceptat, emologat, & confirmat, & ad eandẽ ſuã depoſitionẽ, in qua de negotio teſtatur, ſe refert abſq; aliqua alia noua depoſitione. quę quidẽ practica fundat̃ iudicio meo in doctrina Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pet. aſſerẽtis, ꝙ teſtis, licèt nõ recordet̃ de negocio, poteſt t̃n de eo certitudinariè teſtificari, referẽdo ſe ad depoſitionẽ ſuã in qua de ueritate atteſtatur.

non potuiſſet: vtpote quia ob hanc blaſphemiam ſolummodò incurritur peccatum veniale: vt concludit Couarru. poſt S. Thom. de Aquino, in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. in 1. par. §. 7. ſub num. 10. & Ioan. Tabienſ. in ſua Summa Tabiena, in verbo Blaſphemia, ſub §. 3.

6 Alios verò caſus circiter 27. in quibus quis interrogationibus reſpondere non cogatur, recenſuit Lancel. Corrad. in pract. ſeu tractatu de decurion. lib. 1. c. 9. de prætore. §. 2. tit. de interrogatione, num. 5. cum aliis ſequẽ. folio 27.

7 Sed ex iudicis officio paſsim interrogatur teſtis de his, ex quibus nulla admodùm colligitur turpitudo, num ſit conſanguineus, & cuius ætatis. & pariter interrogari permiſſum cẽſetur, an ſit inimicus litigantis: & tunc reſpõdere tenetur. Nam inimicitia ſine culpa, turpitudineque ipſius teſtis contingere poteſt: vt firmauerunt Glo. Io. And. Heric. Fely. & cæteri communiter, in d. §. tertiæ. Cõis opin.

8 De his uerò, ex quibus nulla ipſius teſtis turpitudo apparet, interrogari poteſt, ac reſpõdere tenetur: ſecundùm Glo. in c. quærendũ. 2. q. 7. & in d. c. cùm cauſam, in verſ. De cauſis, quam ſequũtur Abb. & omnes communiter: vt recitant Fely. ibi nu. 10. & Alex, in d. §. idem Iulianus, col. fi. & Couarr. in d. c. 18. ſub nu. 7. Cõis opin.

9 Ideò, & optimè quidem teſtes Curia Romana, & Sacrum Palatium interrogare conſueuit ſolummodò ſuper triplici interrogationum ſpecie, referente Octauiano Veſtrio in ſua pract. lib. 5. tit. de reſponſionibus rei ad poſitiones actoris, deque interrogatoriis, ac exceptionibus eiuſdem, poſt princ. fol. par. 72.

10 Et quemadmodũ teſtis criminoſæ poſitioni reſpondere non tenetur, vt in principio docuimus: ita principalis litigans, etiam quòd de calumnia non iurauerit, minime de infamiis, & criminibus teſtium ſuorum reſpondere tenetur: ſecundùm Rotam Neapol. relatam per Capicium deciſ. 207. cui inhęret Annibal Troyſius in d. pragmatica. 6. Si reus, ſub nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *FELLONIA vaſſalli neceſſariò ꝓbari debet per quinq; teſtes omni exceptione maiores.*

2 *Feudorum liber habet plenam fidem, ſicut cæteræ leges, atque pro lege ſeruatur.*

OPINIO DCCCCXIII.

1 TESTES quinque omni exceptione maiores requirũtur, neceſſariique ſunt ad probandum fellonianiã, ſeu ingratitudinem contra vaſallum. text. eſt in c. 1. quod teſtes ſint neceſſ. ad proban. &c. & notat Bertran. conſ. 151. licẽt multũ eleganter fuerit deductũ, nu. 5. vol. 6.

2 Quem quidem text. non fore authenticũ, neque ſeruari aſſeuerant, cum aliis relatis per eos Moderni in conſuet. Pariſ. de Feud. §. 10. ſed illum tex. eſſe authenticum, habereq; plenam fidem, ſicut cæteræ leges, atque pro lege ſeruari, voluerunt omnes Doct. ſic inquit Iacobi. de Feud. in verſ. Dictique vaſſalli, *il primo*, num. 55. & ait eſſe communem ſententiã omnium Bertran. conſ. 115. num. 31. vol. 5. prout ſcripſimus etiam latius ſupra in 1. libr. in Opi. 278. Feudorum liber, poſt princ. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *TESTIBVS duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm centum deponentibus de ſpontanea voluntate.*

2 *Teſtibus duobus affirmatiuè deponentibus magis creditur, quàm decem negatiuam deponentibus: quia deponẽs ſuper negatiua, poteſt reddere cauſam magis credibilem: & negatiua non ita ſe offert ſeu ſui, ſicut affirmatiua.*

OPINIO DCCCCXIV.

1 TESTIBVS duobus de metu deponenti b⁹ magis creditur, quàm centum deponentibus de ſpontanea voluntate; & ſic potius creditur, duobus teſtibus affirmantibus metum in actu illatum fuiſſe, quàm centum dicentibus liberè actum geſtum: ſecundùm Innocen. & omnes Canoniſtas in c. ſuper hoc, de renun. Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci, in 8. q. ff. de off. proconſ. Ang. in l. ſi quis ad ſe fundũ. C. vnde vi, Abb. in c. 1. de his quæ vi, metuſuė cauſa fiũt. Alex. reddentẽ rõnem, conſ. 156. viſo proceſſu inter Appellon iam, nu. 3. vol. 5. Corſe. in ſing. in uer. Mille teſtes, conſulentem ab hac opinione non eſſe recedendnm in iudicando. quã cõmunem eſſe inquit Dec. in c. fin. col. fi. de appell. & patet apertiſsimè quoque iſtam fore cõem ſententiam ex congeſtis per Pariſ. conſ. 138. nu. 8. vol. 4. Alciat. in tract. de præſump. in reg. 3. pręſump. 7. nu. 4. & per Neuiz. in Sylua nupt. lib. 2. ſub nu. 120. Cõis opin.

2 Itẽ duobus teſtibus affirmatiuè deponentibus magis creditur, quã decem negatiuam proponentibus: vt uoluit Glo. in l. diem proferre. §. ſi plures, in ver. Inde quæritur. ff. de recep. arb. & Bal. in l. actor, col. 3. C. de prob. ubi ait hoc cõtingere, eo quia deponẽs ſuper affirmatiua, põt reddere cauſã magis credibilẽ: nã negatiua nõ ita ſe offert ſenſui, ſicut affirmatiua. & idẽ cõcludit Bal. i l. teſtiũ, col. fi. C. đ teſt.

SVMMARIVM.

1 CARDINALES poſſunt conuinci duobus teſtibus; ſicut & Pontifex duorum teſtimonio condemnatur.

2 Papa duobus teſtibus poteſt conuinci, & condemnari.

OPINIO DCCCCXV.

1 TESTIBVS duobus conuinci poſſunt Cardinales; ſicut & Pontifex duorum teſtimonio condemnatur: ſecundũ Abb.in c.per tuas, in fin. de maior.& obed.Roma. in repet.auth.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.in 34.priuilegio ultimarum voluntatum, Dec.num.2. cum ſeq.& omnes in c.at ſi clerici,de iud. ubi Auguſt. Berous aſſerit,num.8.& ſeq. iſtam eſſe magis communem opinionem:licèt ipſe, & malè, ſenſerit contrarium. & cum communi præmiſſa videntur concurrere etiam omnes Theologi, pręcipueque Auguſt. de Anchona, in tract.de poteſtate eccleſiaſtica,in 5.q.ar.5. *Cōis opin.*

2 Concludentes, quòd quantum ad conuincendum de crimine inter ſummum Pontificem,& Cardinales, nulla differentia conſtitui poſsit:ideò omnes iſti,aut duobus,vel tribus teſtibus conuinci poterunt. & hoc quoque voluit Fely. poſt quamplures congeſtos per eũ, in d.c.per tuas.Et poſt quàm oſtendimus apertiſsimè Cardinales duorum dicto conuinci poſſe: adde quòd duo etiam teſtes requiruntur ad cõdemnandum Papam: prout latè ſcripſimus in Opinio. in uer. Teſtes duo ſufficiũt ad condemnationẽ cuiuſcunq; delinquentis.

SVMMARIVM.

1 TESTIBVS vniuerſitatis an & quibus caſibus plenè credatur, & probent pro ea ad ſuum commodum: recenſentur plures opiniones, & de ueritate earum plenè diſcutitur.

OPINIO DCCCCXVI.

1 TESTIBVS vniuerſitatis an plenè credatur? in hoc reperio varias Doct. opiniones:& in primis Bal.cõſil.468. qualiter, num.6. vol.3. tenet, quòd ſi teſtes non ſentiunt commodum, vel incommodum immediatum,poſſunt pro ſua cõmunitate deponere:& ſecũdùm eũ ita Doct. cõiter ſentire uidentur.& idẽ firmat Ro. cõſ.7. nu. 4.& Gerard.ſing.24.vtrũ ciuis,ubi diſtinguit,aut nõ litigatur principaliter de utilitate ſpectante ad ciues;& ſunt idonij teſtes.tex.eſt in §.legatari⁹.inſt.de teſt. Aut quæſtio eſt ſuper re principaliter ſpectante ad cõmodum, uel incõmodum ciuiũ;& nõ ſunt idonij teſtes.l.omnibus. C.de teſta.& opinionẽ iſtã ſequuntur Portius in §.vniuerſitatis nomine,inſt.de rerum diui. nu.2.Afflic.in cõſt. mores diſſolutè uiuentiũ, ſub nu.8.lib.3.rub.53.& complures alij relati per Couarru.in ſua pract.c.18.nu.4.& meminit communem eſſe. *Cōis opin.*

¶ Altera fuit opinio Fulgoſij in cõſ. 174. vbi dicit, & concludit cõem eſſe opi. quòd teſtes de uniuerſitate in cauſa ſuæ vniuerſitatis admittantur ad teſtificandũ,quando ex victoria nullum ſunt habituri commodum.idemq; uoluit Corn.conſ.333.nu.27.lib.1.ſubdẽs ibi hoc utile uerbum, ꝙ non conuenit inſtare,an ſint integri ſicut alij. *Cōis opin.*

¶ Aliam etiã reperio ſententiã Lanfrã. in c.quoniã contra,in uer.Teſtiũ,nu.121.de proba.quòd ſi illud,ſuper quo litigatur,ſingulorũ cõmodum concernit, vtputà ſi uerſatur lis ſuper nemore,in quo quilibet accipere poteſt ligna pro vſu ſuo, & detinere animalia ad paſcuandũ: & tunc vnus de vniuerſitate non poterit pro ea teſtificari.idẽ firmat Bertrã.conſ.51. nu.1.uol.2.Pariſ.conſ.27.nu.89 & conſ. 104. nu.135.vol.1.& Grãmat.conſulendo,conſ.ciuili.77.num.1.& ſeq. vbi explicat ita in Sacro Regio Senatu Neap.obtinuiſſe,& Afflic.deciſ. 440.vbi refert fuiſſe determinatũ in dicto Sacro Concilio in caſu pręmiſſo, nullam eſſe faciendam uim in teſtibus vniuerſitatis. & iſta eſt cõis opinio,teſte Couar.in d.c.18.ſub nu.4. vbi hoc latè explicat, & Petro de Benintendis deciſ.70.uniuerſitas caſtri Rugumagni,nu 7. & ſeq.atq; de eius veritate,& interpretatione latè ſcripſimus infra in Opin.Teſtes de collegio,uel vniuerſitate ſeculari,non probant pro ea,per totam. *Cōis opin.*

¶ Alia uerò fuit opinio Guid.Papæ conſil. 193.in fi.vbi uoluit illos de uniuerſitate poſſe pro eorum vniuerſitatibus deponere: licèt reportarẽt cõmodũ in vniuerſo.per not.per Cy. & Doct.in l.parentes.C.de teſtib.& hoc idem expreſsè firmat Marſil.in l.1.§. ſeruũ municipũ,nu.1. & ſeq. ff. de quęſt. ubi aſſerit omnes Doct.tenere, illos de uniuerſitate poſſe teſtimoniũ ferre in cauſa ſuæ uniuerſitatis: quia nullus de uniuerſitate dici põt deponere in cauſa propria,cũ aliud ſit uniuerſitas,& aliud ſinguli de uniuerſitate:& ſequit quoq; Dec.cõſ.342 nu.4. & cõem eſſe aſſerit, & Couar. ubi ſupra. *Cōis opin.*

¶ Poſtremò,& ultimò in alia opinione fuit Alex.cõſ.99.nu.15.lib.5.quẽ ſequitur Capic. deciſ.152.nu.6. ꝙ teſtes de vniuerſitate in nemorũ litibus admittantur ad perhibendũ teſtimoniũ, qñ daciariis aliquid pro lignis ſoluerẽt. Et ſimiliter Alex.conſ.68.num.16. vol.2. firmat,ꝙ vbicunque in cauſa vniuerſitatis eſt quæſtio de molendino,ſeu de aliis rebus,quarum vtilitas in cõi peruenit; & tunc homines illius erunt idonei teſtes. & eiuſdem ſententię fuit

fuit Ioan. de Amicis conſilio 8. numero 25. & ſequen. vbi numero 30. ſcribit iſtam eſſe ueram, communemque opinionem. Et ſic magis communis, & uera opinio eſt, quòd teſtes de vniuerſitate poſſunt pro ea teſtimonium ferre, quando vtilitas in communi peruenit. *Cõis opin.* Et quamuis, & malè, contra iſtam communem, Cæpol. in tract. ſeruit. ruſt. præd. in tit. de iure paſcendi, numero 10. & ſequen. & Grammat. in d. conſilio 77. num. 2. poſt alios cumulatos per eos aſſeuerent, quòd prædicti teſtes vniuerſitatis non ſentientes commodum, uel incommodum in ſpecie, probent pro ea: tamen eis non plenè credendum eſt, nec erunt idonei teſtes. & in ſententia hac uidetur reſidere Couarru. in d. c. 18. ſub num. 4. cum quadam admonitione, quam ipſe facit iudici ſatis tuta. Sed ſuaſio iſtorum Doct. parùm, aut nihil me mouet ad diſcedendum à memorata communi, quæ eſt ueriſsima, & eam ſequendam fore in iudicando, & conſulendo ſuadeo: prout ei inhæret Dec. in d. conſilio 342. numero 4. ac fatetur carere difficultate, atque diſcrepantia Ioan. de Amicis, in d. conſilio 8. numero 30. & ita determinauit quoque Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis, in d. deciſ. 70. in fin.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens in cauſa criminali, ſiue ſit laicus, ſiue clericus; ſi ex eius depoſitione mors illata, ſeu ſequuta fuerit, etiam præmiſſa proteſtatione, efficitur irregularis.*

2 *Irregularitas etiam aliquando ſine culpa, & peccato contrahitur.*

3 *Clericus deponens in cauſa capitali, ſeu mutilationis membri, non redditur inhabilis ad executionem ſuorum ordinum, etiam quòd ob hoc incurrat irregularitatem.*

4 *Clericus contra laicum in cauſa criminali admittitur in teſtem in ſubſidium, quando veritas aliter apparere non poſſit.*

5 *Clericus deponens in cauſa capitali, ſeu mutilationis membri nullam incurrit infamiam, nec peccatum.*

6 *Irregularitas eſt nota, infamiaque, ſeu impedimentum canonicum ex facto, vel ex defectu proueniẽs; qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, uel in eiſdem miniſtrare.*

7 *Irregularitatem incurrit iudex proferens ſententiam capitalem, ſeu mutilationis membri, etiam iuſtam, ac etiam actuarius publicans ſententiam ipſam; accuſator; aduocatus contra reum, & pro reo, & omnes alij fauorem quomodolibet præbentes pro executione eiuſdem ſententiæ.*

OPINIO DCCCCXVII.

1 TESTIMONIVM dicens in cauſa criminali; ſi ex eo mors illata, ſeu ſequuta fuerit, etiam præmiſſa proteſtatione, efficitur irregularis: ſecũdùm Fely. poſt alios, in c. poſtulaſti, de homicid. Gloſ. ad hoc optima, quæ in laico loquitur, in c. 1. 51. diſtin. & in clerico, vt is irregularis euadat in capitali cauſa teſtis exiſtẽs, Glo. in c. teſtimonium. 11. q. 1. & notant, & firmant etiam Abb. in c. de cæterò, colum. 1. de teſtib. & ibi Fely. vbi hęc eſt communis opinio omnium Doct. & idem notat rotus, in tract. de teſtib. num. 69. & Grauet. in conſilio 2. ſub num. 1. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte, quòd clericus, ſeu laicus deponens in capitis cauſa non fit irregularis ea irregularitate, ex qua contrahitur peccatum mortale, & ex qua quis etiam puniri queat: uerũ ea quippè irregularitate irregularis euadit, quæ incurritur ſine peccato. Nam irregularitas etiam ſine culpa contrahitur. ita Gloſ. & Card. in Cle. 1. q. 8. de homic. & S. Thom. in ſecunda ſecundę. q. 64. art. 7. ad 3.

3 Et conſequenter, tam ipſe clericus, quàm laicus licèt euadant irregulares ex depoſitione facta per eos in cauſa capitali, ſeu mutilationis membri: tamen ob hoc non incurrerent modo aliquo peccatum mortale: nec illa irregularitas redderet tunc clericum ipſum inhabilem ad executionem ſuorum ordinum: ſecundùm Caiet. in ſua ſumma in uer. Irregularitas, & Bartholom. Fumum in eius ſumma Armilla, in ver. Irregularitas. §. 14. Et hoc ideò eſt. nam clericus coactus deponit, vt ueritas appareat.

4 Et quamuis clericus non admittatur in cauſa criminali in teſtem contra laicum: tamen in ſubſidium vbicunque veritas aliter apparere nõ poſsit, indubitanter admittitur: ſecundũ Glo. Fely. & alios in c. ſuper eo, de teſtib. cog. & Glo. in c. ſtatuendũ 2. q. 6. Abb. in c. de cæterò, in ti. de teſtib. Fran. Brun. in tract. de indiciis & tortura, in 2. q. primę par. nu. 16. & Ferrant. Gargiareum cum aliis aggregatis per eum, conſ. 122. addendo aliis, nu. 20. & conſil. ſeq. nu. 32. poſitis inter conſilia cri. in folio.

5 Et quanquã Grauet. conſ. 2. nu. 1. & ſeq. ſuadere conatus ſit, iſtã irregularitatẽ, in qua incurrit clericus deponens in cauſa criminali, inducere, parereque infamiam; nihilominus decipitur. Nam, vt ſupra oſtendimus, ex iſta irregularitate non incurritur peccatum mortale: nec ea reddit clericum ipſum inhabilem pro executione ſuorum ordinum.

6 Et licèt idem Grauet. in loco præcitato fundare ſtudeat eius opinionem in definitione irregularitatis tradita per Spec. in tit. de lapſis, & diſpenſ. §.4. & præſupponat Spec. ibi definire irregularitatem nil aliud eſſe, quàm infamiam: tamen ipſe Grauet. non recenſuit aliter totam, & integram prænotatam definitionem, & eius uerba omnia ſubſtantialia & formalia, relata & poſita per Spec. in d. §.4. & in tit. de leg. §. iuxtà, in princ. in quibus quidem locis planè demonſtrat irregularitatem eſſe notam, ſeu impedimentum canonicum ex facto, uel ex defectu proueniens, qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, vel in eiſdem miniſtrare. & huic definitioni accedit quoque Antoninus ille ſanctiſsimus in ſua ſumma in 3. par. tit. 28. Barthol. Fumus in d. Summa Armilla, in uer. Irregularitas, in princ. Ioan. Brunellus in repet. c. 1. de homicid. in 4. par. concluſio. 29. numero 82. poſita in fin. repet. ſeu relectionis Couar. in c. quamuis pactum, de pact. & Cle. ſi furioſus, de homicid. & Ioan. Tabienſ. in ſua Summa Tabiena in uer. Irregularitas, il primo, poſt princ. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem diſtinctionem. Vndè ſi Grauet. in eod. conſilio ſyncere retuliſſet omnia, & ſingula uerba definitionis ipſius irregularitatis; inueniſſet quodlibet verbum eiuſdem definitionis ex ſe habere miſterium: prout ſuper omnibus ipſis verbis, & vnoquoque eorum affabrè, commodè, & melius quam alius, quem hucuſque viderim, diſcurrit Ioan. Brunellus in d. repet. c. 1. de homicid. in 4. par. 29. concluſio. num. 82. cum aliis ſeq. Et ſic ex ipſa definitione colliguntur duæ irregularitatis ſpecies: vna quidem proueniens ex crimine, & altera ſine crimine, & infamia: vt tradit exempla in variis caſibus idem Brunellus opportuna in loco prææallegato.

Cōis opin.

7 Et quemadmodum incurrit irregularitatem teſtis, ſiue laicus, ſiue clericus examinatus in cauſa capitali: ita pariformiter iudex proferens ſententiam, etiam iuſtam contra reum ad vltimi ſupplicij pœnam, uel ad membri mutilationem; actuarius ſcribens atteſtationes, vel legens, ſeu publicans ipſam ſententiam capitalem, accuſator in ipſa cauſa; & aduocatus contra reum ipſum, uel pro reo: & conſequenter quoque omnes alij interuenientes, & fauorem præbentes in executione ipſius ſententiæ, ſimiliter eandem incurrunt irregularitatem. c. 1. & c. ſi quis. 50. diſt. & c. poſtulaſtis, de homicid. & firmant Doct. & præſertim Innocen. in c. ſententiam, ne cleri. uel mona. Spec. in d. tit. de diſpenſ. §. 4. verſ. Item litigioſus, & ſeq. Bal. in Margar. ver. Scriptura, Ioan. Tabienſ. in Summa Tabiena, in uer. Irregularitas, il primo, ſub §. 5. & Nicol. Plouius in tract. de irregularitate, reg. 5. numero 4.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS citatus, & relatus nolens dictum ſuum deponere in termino ſibi præfixo, poteſt per iudicem ordinarium cogi ad deponendum, non autem per arbitrum.*

2 *Teſtes vocati per iudices delegatos in Regno, & venire, acced ereque recuſantes in termino eis ſtabilito ad deponendum tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, condemnari ſolent ad pœnam in citatione poſitam, & comminatam.*

3 *Pœna incurſa per teſtes renuentes comparere, & ſe examinare in cauſis ciuilibus, non poteſt accuſari per procuratorem fiſci, ſed per partem: ſecus quando ageretur ex officio.*

4 *Iudices non ſolùm poſſunt mulctare contumaces, & inobedientes, verùm etiam eos perſonaliter capere. & teſtes cogi poſſunt per ipſos iudices ſub pœna confiſcationis bonorum ad perhibendum teſtimonium.*

5 *Pœnæ condemnatio quomodo fieri debeat contra teſtes recuſantes comparere, & ſe examinare in Regno, & quomodò obſeruet practica.*

OPINIO DCCCCXVIII.

1 TESTIS citatus, & relatus nolens dictum ſuum deponere in termino ſibi præfixo, poteſt per iudicem ordinarium cogi ad deponendum, non autem per arbitrum: ſecundùm Alber. in l. ſi quando C. de teſtib. & per conſequēs iudex ſecularis teſtem iſtum debet, & poteſt tranſacto termino ei conceſſo compellere ad ferendū eius teſtimonium imponendo ei mulctam. l. 3. §. exigere ff. de tab. exhib. vel captis pignoribus ad inſtar tutoris nolentis, & recuſantis ſatiſdare: vt in §. ſciendum, inſtit. de ſatiſd. tut. & ita voluerunt Gloſ. Cyn. Bar. Bal. Ang. Alber. & Saly. num. 4. in d. l. ſi quando, Natta conſ. 349. Ioannes Iacobus Alexius ius dicens Cabagnoli, numero 5. volum. 2. quorum opinionem ſequitur quoque, declarat, & inquit eſſe communem Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes, num. 31. & declarat ſimiliter Bar. in d. l. ſi quando, nu. 5. 6. & 7.

Cōis opin.

2 In Regno verò Neap. obſeruatur contrarium. Nam teſtes uocati per iudices delegatos, venire recuſantes, tranſacto termino eis præfixo, in tertia parte eorum bonorum mobilium fiſco applicanda condemnātur: vt habetur in Conſti. in pecuniariis litibus omnibus, vbi Iallus de Tuſcia num. 9. vtiliter firmat, quòd procurator fiſci non poſſet petere tunc, vt ipſi teſtes condemnarentur ad mentionatam tertiam partem mobilium, ſi pars non inſtaret, peteret, vel contumaciam dictorum teſtium inculcaret. Secus ſi ageret ex officio: tunc enim per fiſcum dun-

duntaxat poſſent debitæ contumaciæ accuſari, contra tales comparere, & deponere renuẽtes: vt uoluit Carauita, in ritu 206. Item ſeruat ipſa Curia, quòd ſi aliquis bannitus, ſub nu. 1.

3 Et hoc procedit certè in ciuilibus cauſis, ſed in criminalibus teſtes iſti maiori pœna condemnari debent eiuſdem conſtitutionis determinatione, ante fin.

4 Siquidem iudices non tantùm poſſunt ſimul ſtare contumaces, & inobedientes, verùm eos etiam perſonaliter capere: ſecundùm Bart. in l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtemp. Et concordat cũ d. conſtit. In pecuniariis, dictum Bal. in c. 2. de teſtib. cogen. vbi per illum text. expreſse firmat, quòd teſtes cogi poſſunt ſub pœna confiſcationis bonorum ad perhibendum teſtimonium.

5 Sed aduerte, quòd antedicta condemnatio pœnæ ad tertiam bonorum partem, hodie quò ad teſtes non ſeruatur aliquo modo: uerùm ipſi teſtes comparere recuſantes duntaxat condemnari ſolent ad pœnam in citatione poſitam, & comminatam; & tunc in ultimo peremptorio expediuntur, conceduntur que literæ exequutoriales pro mulcta, ratione ſpreti mandati; & fit exequutio ad hunc finem ſolummodò, vt teſtes accedere cogantur ad deponendum: tamen nõ venditur pro ipſa pœna, imò potius examinatis mentionatis teſtibus reſtituitur eiſdem: ſed ſi perſeuerarent in duritie, ac obſtinatione, contumaciaue non deponendi, procederetur ad executionis factæ venditionem pro pœna, quæ poſtmodum fiſco applicaretur. & practicam hanc ſæpè ſæpius vidimus obſeruari in Regno, prout huiuſce practicæ, & obſeruantiæ, ac ſtyli, diffuſius meminit Carauita, in ritu 87. Itẽ ſeruat ipſa Curia, quòd citatis teſtibus, nu. 6. & in ritu 155. Item ſeruat ipſa Curia, quòd ſi feci citare teſtes, & in d. ritu 206. ſub nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens Sempronium poſſediſſe octo annis, & plus: per hanc adiectionem & plus, non dicitur probare præſcriptionem decem annorum eſſe impletam.*

2 *Teſtis unus deponens quem poſſediſſe per decem annos, & alter aſſerens poſſediſſe decem annis, & plus: probant, & ſunt conteſtes.*

3 *Teſtis vnus probans poſſeſſionem vnius anni, & alter teſtis alterius anni, probant.*

OPINIO DCCCCXIX.

1 TESTIS deponens Sempronium poſſediſſe octo annis, & plus: tunc quippè huiuſmodi adiectio, plus, ad minuſculam partem, ideſt quartam partem annorum trahenda non eſt: & ſic illa adiectio, & plus, tanquàm incerta nihil operatur; & ob hoc pręſcriptio decem annorum impleta non eſt. ſecundùm Bar. num. 5. & Fulgoſ. in l. cum furti. ff. de in litem iur. Iacob. de Arena, Cy. Odofred. Iacob. Butrig. Bal. Alber. Aret. Pau. Caſtren. Fulgoſ. & Ferdinandum Vaſquiũ in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſta. num. 3. vbi oſtendit iſtorum opinionem communem fore: *Cõis*
& ſequitur cum aliis innumeris relatis per eũ, *opin.*
& communem pariter ſcribit Balbus, in repet. l. Celſus. q. 6. num. 16. & ſeq. ff. de vſucap. poſita in fin. ſui tract. de præſcrip. Natta in repet. Clemen. ſæpe, colum. 5. de uerb. ſign. Aret. conſil. 104. colum. 2. Alex. conſ. 108. colum. 3. uol. 2. Imol. conſ. 83. in fin. & conſ. 105. in fi. & Car. cõſil. 107. & ſcripſimus latiùs in hac tertia part. in Opinio. Teſtis deponens per dictionem. licèt, & malè, idem Bar. in d. l. ſi quis in ſuo, num. 2. ſenſerit contrarium, quem omnes communiter reprobant. teſte Vaſquio, ibi num. 3. *Cõis*

2 Sed ubicunque vnus teſtis deponeret Sempronium poſſediſſe per decem annos; & alter *opin.*
teſtis aſſereret poſſediſſe ferè decem annis, & plus: probarent tunc vtique, & forent cõteſtes: vt efficax teſtimonium eſt Bal. in 1. conſt. Digeſtorum, in 3. not.

3 Necnon ſi vnus teſtis probaret poſſeſsionẽ vnius anni, & alter teſtis alterius anni; probarent proculdubio: vt concedit Bart. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſtib.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS productus ad probandum de continua poſſeſsione, deponens Titium poſſediſſe à decem annis citra, non probat poſſeſsionem longi temporis, nec pręſcriptionem: quia non cõcludit, cùm vna die poſſidere potuiſſet, & uerificata foret eius depoſitio.*

OPINIO DCCCCXX.

1 TESTIS productus ad probãdum de continua poſſeſsione, deponens Titium poſſediſſe à decem annis citra; nõ probat poſſeſsionem longi temporis, nec pręſcriptionem: quia non concludit, cùm una die poſsidere potuiſſet, & uerificata foret eius depoſitio: ſecundùm Hoſtien. Io. And. Fely. col. 5. & cæteros omnes Canoniſtas, in c. licèt cauſam, de proba. per tex. vbi Bart. in l. Celſus, num. 23. ff. de vſucap. Bal. in l. indicia, in fin. C. de rei vend. & in l. falſus, col. 3. C. de fur. Alex. conſ. 110. in fi. uol. 1. Bal. & Iaſ. in l. fi. C. de tranſact. Ferrarien. in ſua pract. Papien. in forma reſpon. rei conuẽti, in §. pręſcriptionis, nu. 21. Alex. in ſcholiis ad Bart. col. 5. ſuper uer. Sed circa, in d. l. Celſus, & Balbum ibi, in rep. q. 6. ſub nu. 9. & ſeq. ubi præſup- *Cõis*
ponit iſtorum opinionem communem eſſe. *opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *TESTIVM falſitas vt excludatur, lex præſumit veritatem loci, & temporis.*
2 *Falſitas ſcaturiens ex aliquo verbo innuente falſitatem, ad excludendum falſitatem ipſam interpretatio ſit, vt non importet.*
3 *Falſitas ne committatur, maxima ſubtilitas adhibenda eſt.*
4 *Teſtes, ſi fieri poteſt, debent reduci ad concordiam, ne de periurio notentur.*
5 *Teſtes vbicunque ſunt concordes in dicto principali, poßunt reduci ad concordiam in acceßorio.*
6 *Teſtes reducti ad concordiam non probant: & nemini credendum eſt in eo, in quo ſibi ipſi contrariatur: ſed concordia ipſa tollit ſolummodò cauſam periurij, & falſitatis.*
7 *Teſtes vtriuſque partis diſcordes, non ſunt concordandi, ſed vnius partis tantùm.*
8 *Teſtis manifeſtè contrarius, ad concordiam reduci non poteſt.*
9 *Contrarietas teſtis cum principali eſt irreducibilis ad concordiam.*

OPINIO DCCCCXXI.

1 TESTIVM falſitas vt excludatur, lex præſumit varietatem loci, & temporis: ſecundùm Bal. in l. Imperator, colū. 2. ff. de ſta. hominum, Saly. in l. de tutela. C. de reſtit. in integ. Alex. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact. & conſil. 70. uol. 1.

2 Imò ſi aliquod verbum aptum ſit falſitatem importare, ad excludendum falſitatem iſtam interpretatio fit, vt non importet: ſecundùm Bart. in l. gerit, colum. 5. ff. de acquiren. hęred. & Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & in l. errore. C. de teſta.

3 Ideóque ne committatur falſitas, maxima ſubtilitas adhibenda eſt. l. fin. & ibi Bal. C. de fideiuſſ.

4 Et ſic ſi fieri poteſt teſtes debent reduci ad concordiam, ne de periurio notentur. c. cū tu, de teſti. & l. ſed & ſi poſſeſſori, & ibi Iacob. But. ff. de iureiur. & Bar. in l. 1. in fin. C. de vſufruct. & Alex. in l. diuortio, num. 6. & ſeq. ff. ſolut. matr. & Lallus de Tuſcia in conſtit. Regni, In pecuniariis, num. 12. lib. 2.

5 Et vbicunque teſtes eſſent concordes in dicto principali, reduci poſſent ad concordiā in acceſſorio, vt probarent, & fidem facerent: vt voluit Alex. cum aliis aggregatis per eum, conſ. 149. uiſo proceſſu inter Michaelem Dominici, num. 10. vol. 5.

6 Cæterùm aduerte, quoniam iſti teſtes reducti ad concordiam non probant: & ſic nemini eorum credendum eſſet in eo, in quo ſibi ipſis contrariarentur, ſed duntaxat concordia ipſa tolleret cauſam periurij, ſeu falſitatis: ſecundùm Bart. in d. l. 1. C. de vſufruct. num. 18. & in l. eos. ff. de fal. Glo. Ant. de But. Abb. & cæteros omnes, in c. in noſtra, de teſtib. Ang. conſilio 274. thema. ſuper quo conſilium petitur, tale eſt: vertitur cauſa, & quæſtio, colum. pen. uer. 1. quia ſi contrarietatem inter eos, Roma. conſil. 301. ſub num. 9. & ſeq. & But. in l. cùm de ętate. ff. de probat. Dec. & Zaſium in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. & Legiſtas omnes, in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. & Canoniſtæ ferè omnes, in d. c. cùm tu, præſertimque Fely. circa princ. dicunt magnum uerbum, quòd Legiſtæ communiter hoc tenent. & hoc idem audacter fatetur Alberi. in tract. de teſtib. in fin. num. 16. & ſeq. & Bertran. conſ. 76. illud eſt indubitatum, ſub num. 5. vol. 8. Hoſtien. uerò aſſeruit contrarium; uidelicet tales teſtes probare. & idem videtur concludere Bar. in rubr. C. ſi ex fal. inſtru. vbi tenet, quòd etiam teſtis improbè, ſeu impropriè loquens, probat. quorum opiniones concordare nituntur cum communi iſta Legiſtarum, But. & Imol. in d. c. cùm tu, & Alber. in d. tract. de teſtib. in fi. & Bolognet. in d. §. creditum, num. 16. & ſeq. & caſu quo tibi non placeat conſonantia, uel cōcordia hęc, noli diſcedere à dicta communi in conſulendo, & iudicando, quæ in iure ueriſsima eſt, & nullam habet dubitationem. Cōis opin.

7 Sed aduerte, quòd ſi teſtes vtriuſque partis diſcordes forent, non eſſent concordandi tunc, ſed vnius partis tātùm: vt per Alex. poſt Bart. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. peta. & per Glo. in c. ſi teſtes, in princ. 3. q. 3. & Alex. in l. 1. de oper. no. nunciat.

8 Secundò teſtis ipſe manifeſtè contrarius, minimè reduci poſſet ad concordiam. Bal. in l. datæ. C. de accuſ. & Alex. conſ. 132. uol. 1.

9 Tertiò ubicunque contrarietas reperiretur inter teſtes, & principalem offenſum: tunc vtique nunquam illa reduci poſſet ad concordiam, etiam ad finem euitandi falſitatem: vt concludit in terminis Grammat. cum aliis quamplurimis aggregatis ibi per eum, conſilio crim. 1. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *TESTES regulariter ad inſtantiam actoris ad æternam rei memoriam examinari non poßunt ante litem conteſtatam.*
2 *Teſtes recepti ad perpetuam rei memoriam nihil probant, & eorum depoſitiones publicari non poßunt.*
3 *Teſtes infirmi, ſenes, & abſfuturi examinati ad perpetuam rei certitudinem; ſi tempore comparitionis partis aduerſæ, & litis conteſtandæ reuerterentur, vel viuerent, uel reperirentur in loco iuriſdictionis*

nis, euaneſcerent eorum depoſitiones, & fumum fa cerent.

4 *Teſtes examinari poßunt ad inſtantiam actoris ad æternam rei memoriam, quando ſubeſt aliqua cau ſa vrgens, & iuſta; vt quia teſtes ſint ſenes, valetu dinarij, vel de proximo receſſuri, ita quòd ueriſi militer poßit dubitari de eorum morte.*

5 *Arbitrio iudicis relinquenda eſt facultas exami nandi teſtes valetudinarios, ſenes, & abſuturos lon ga abſentia lite non conteſtata, cùm de hoc non poſ ſit dari certa doctrina.*

6 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam ſemper exa minantur ad inſtantiam rei ante litem conteſtatã: nec requiritur, quòd teſtes tunc ſint ualetudinarij, ſenes, & abſuturi.*

7 *Teſtes ſenes, valetudinarij, ſeu abſuturi, in Regno ad æternam rei memoriam examinantur, & publi cantur, tam ad inſtantiam actoris, quàm rei.*

8 *Citatio partis requiritur, ubi examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam, ad uidendum eorum iu ramentum; dummodò non timeatur de potentia ad uerſarij: & iſta citatio debet fieri ad domum ipſius partis aduerſæ. Sed quando fieret examinatio te ſtium non ſolùm ad æternum rei memoriam, ſed etiam ad publicationem ipſorum teſtium; require retur tunc citatio perſonalis. & num. 9.*

OPINIO DCCCCXXII.

1 TESTIVM examinationem ad æternam rei memoriam actor petere non poteſt, quando actoris vice fungitur, & agit de præſenti, & ſic lite non conteſtata: ſecundùm Canoniſtas omnes communiter, in c. Albericus, & in c. ſignificauit, de teſtib. & in c. quoniam frequenter, in princ. vt lit. non conteſt. & Legiſtas in l. lege Aquilia ſi deletum. ff. ad legem Aquil. & Corn. conſil. 119. colum. 5. & ſeq. uolu. 2. & conſ. 172. colum. 2. eiuſdem uol. Ang. in §. fin. in auth. de teſt. Alex. conſ. 131. in fin. vol. 7. Ferrarien. in ſua pract. Papien. in forma capitulorum, quando teſtes producuntur ad æternam rei memoriam, Fulgoſ. conſ. 138. colum. 11. & Dec. conſ. 302. colum. 3. *Cõis opin.*

2 Imò ipſis teſtibus ad æternam rei memoriam examinatis, nulla admodum fides adhibenda eſſet: nec eorum atteſtationes, ac depoſitiones publicari poſſent: vt doctiſsimè conſuluit Ang. cõſ. 233. punctus eſt, quædam Domina Margarita ſana mente.

3 Et eò magis hoc procederet, vbicunque infirmi, decrepiti, vel diſceſſuri diuturna abſentia, recepti in teſtes, ob timorem mortis, vel diuturnæ abſentiæ, uel aliàs amiſsionis facultatis probandi, tempore comparitionis partis, & litis conteſtandæ superuenirent, aut uiuerent, reperirenturque in loco iuriſdictionis: tunc enim euaneſcerent eorum depoſitiones, nihilque probarent, ſed duntaxat fumum facerent: vt firmat, & probat Octauian. Veſtrius in ſua pract. lib. 6. tit. de teſtibus, ac eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia, col. 2. fol. par. 85.

4 Bar. verò in auth. ſed & ſi quis. C. de teſtibus, firmauit, ut actor ipſe, etiam ſi non ſit in ſua poteſtate agere, petere examinationem teſtium non poſsit, niſi dubitetur de morte, uel abſentia eorum, & ſic quòd adſit timor mortis, aut abſentiæ diuturnæ. & cum eo ſentiunt Ang. & Bald. ibi, & Felyn. in d. c. ſignificauit, colum. fin.

5 Et hoc ait relinquendum eſſe iudicis arbitrio, Alex. de Neuo, conſ. 44. num. 5. & ſeq. ubi docet iſtam communem opinionem fore. *Cõis opin.*

¶ Sed contrarium expreſsè, uidelicet, quòd quando non eſt in poteſtate actoris agere, omnes teſtes recipi debeant, firmauerè Gloſſ. & Abb. in d. c. ſignificauit, colum. pen. Io. And. in add. Specul. in tit. de teſte. §. nunc tractemus, Saly. in d. auth. ſed ſi quis, Imo. in d. c. quoniã frequenter, & Capic. deciſ. 123. num. 6 & ſeq. vbi appellat iſtam ſententiam æquiorem, communioremque fore. *Cõis opin.*

6 Sed his ſtantibus cõcludendum eſt, quòd ſecus eſt, quando teſtes examinarentur ad perpetuam rei memoriam pro parte rei: quia tunc talis examinatio, & publicatio ualeret, & teneret: vt in d. c. ſignificauit, & in d. c. Albericus, & in d. l. lege Aquilia, vbi Doct. communiter hoc firmant. *Cõis opin.* Imò in præſenti caſu non requireretur aliquo modo, quòd teſtes ipſi eſſent valetudinariis, ſenes, & abſuturi: ſiquidẽ non eſt in poteſtate rei, ſicut actoris, quando res in iudicium deducatur: ſecundùm Alexã. in d. conſ. 131. in fin. Fely. in d. c. ſignificauit, Fulgoſ. in d. conſ. 138. colum. 2. Dec. conſ. 302. & Corn. in d. conſilio 119. & in d. conſ. 172. colum. 1. vbi apertè deducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

7 At in Regno Neap. indifferenter ipſi teſtes ſenes, valetudinarii, & abſuturi examinantur, tam ad inſtantiam actoris, quàm rei, & eorum depoſitiones publicantur. tex. eſt in conſtit. probationum incurſibus, vbi Glo. Afflict. num. 1. & alij Doct. Regnicolæ, & ita quotidie practicatur in ipſo Regno.

8 Et aduerte, quòd citatio partis non requiritur, vbi agitur de examinatione ipſorum teſtium ad perpetuam rei memoriam: ſecundùm Hoſtien. Io. And. Fely. colum. pen. in d. c. quoniam frequenter. cæterùm hoc haberet locum, quando timeretur potentia aduerſarij, ſeu aliqua alia iuſta cauſa occurreret; ſecus autem ſi nulla cauſa adeſſet: tunc enim deberet pars citari in huiuſmodi examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam. ſiquidẽ regulariter in tali examinatione debet interuenire

uenire ipſius partis citati o.ita probat text. in d.c.ſignificauit,& not.Gloſ.Innoc. & Abb. in d.c. Albericus,& Maria.Soci.in repet.rubr.de dilat.fol.13.in uer. 13.

9 Et iſta citatio ſufficit, ſi fieret ad domum ipſius partis.d. c. quoniam frequenter. & notat,optimeque explicat Fely.in d.c.ſignificauit,num.3. Et hoc non mirum eſt, quia teſtes ad æternam rei memoriam, via extraordinaria,& indirecta producuntur. Tamen vbicunque receptio teſtium, nedum facta ſit ad perpetuam rei memoriam,ſed etiam ad publicationem ipſorum teſtium: tunc requireretur citatio perſonalis, nec ſufficeret citatio ad domum.§.pen.in auth.de teſt. Fely.in d.c. ſignificauit,ſub num.3.& ſeq.& Rolan.à Valle.conſilio 23.ex teſtibus examinatis, num. 22. vol. 3.vbi reddit congruam rationem diuerſitatis. & eſt tex.in Regno Neap. in conſtit.Probationum incurſibus,lib.2. tit. 35. vbi diſponitur, quòd teſtes ſenes, valetudinarij, & abfuturi produci,ac recepi poſſint ante litem conteſtatam,præſente tamen parte aduerſa,vel contumaciter abſente.& conſequenter ipſa conſtitutio requirit citationem perſonalem aduerſarij ad videndum iuramenta teſtium ſenum, vel ualetudinariorum,vel abfuturorum longa abſentia. Sed ſi citari idem aduerſarius non poſſet, conueniri debeat intra annum à tempore,quo conueniri potuerit, vel ſaltem ſibi huiuſmodi receptio facta denuncietur; aliàs talis receptio eſſet nulla,& ibi Afflict.ſub nu. 5. & ſeq.ubi hoc vtiliter limitat.

SVMMARIVM.

1 *TESTES ante litem conteſtatam produci non poßunt.& ſi producantur, eorum dicta non recipiuntur aliquo modo.*

2 *Teſtes in quibus caſibus, & quomodò examinari queant lite non conteſtata in Curia Romana.*

3 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam lite nondum conteſtata recipi poßunt contra aliquem; qui citari non poßet: ſed debet poſteà infra annum, vel conueniri, vel talis denunciatio fieri, aliás huiuſmodi atteſtationes teſtium nihil ualent.*

OPINIO DCCCCXXIII.

1 TESTES ante litem conteſtatam produci non poſſunt:& producti, eorum dicta nõ recipiuntur,nec probant, ſed benè poſt conteſtationem litis prædictæ.c.quoniam frequenter, vt lite non conteſt. vbi hoc firmat, & tenet Ioan. And Inno.Ant.Butrig.& Imo.Bartol.in l.de ætate,num.2.ff.de minorib.Glo. in auth.ſed ſi quis.C.de teſtib.Fulgoſ.conſ. 163. colum.4.Alex.conſilio 180.num. 7. vol. 2. & conſ.71.in princ.vol.4. & Lanfran.in c. quoniam contra,in uerſ.Teſtes,num.33.& ſeq.de probat.ubi fatetur illorum opinionem eſſe cõmunem: & eam approbat, & utiliter limitat in 13.caſibus Soc.in tract.fallentiarum, in regul.242.incip.Lite non conteſtata,Abb. in c. fin. vt lit.non conteſt. Lanfran.in loco præmiſſo,& Octauian.Veſtrius in ſua pract.lib.6.tit. de teſtibus,& eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia, colum. 2. verſ.Rurſus finge,quod ſi pars citaretur,ſolio paruo 85. Cõis opin.

2 Vbi in caſibus, in quibus teſtes recipi poſſent lite non cõteſtata,oſtendit,ac allegat ſtylum, ſeu practicam Curiæ Romanæ introductum ad euitandum fraudem, quòd ipſis teſtibus abfuturis in ea præſtetur, atque præſtari debeat duplex iuramentum; vnum de futura abſentia; & aliud de ueritate dicenda. Quod vtiliter declarat, ac explicat etiam Rolan. à Valle conſ.23.ex teſtibus examinatis,ſub numero 12.uol.3.

3 Et licèt teſtes regulariter examinari nequeant lite non conteſtata;tamen quando reciperentur, examinarenturue ad perpetuam rei memoriam contra aliquem,qui citari non poſset;vtique fieri, & concedi regulariter permitteretur abſque dubio aliquo: vt uoluit Sebaſtia.Sapia in l.de ętate.num.14 ff.de mino. & Arius Pinelus in l.1.num.78.in 2.par.C.de bon.mater.ſed debet poſtea infra annum, vel conueniri, vel ei talis denunciatio fieri; aliàs huiuſmodi atteſtationes, & depoſitiones teſtium de rigore validæ non cenſebuntur: ſecundùm Doct.mentionatos,& Afflict.in conſtitutio.Probationum incurſibus,lib.2.ti.35. ſub nu.5.& ſeq.per tex.ibi.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS, illud, quod depoſuit in iudicio, non poteſt in alterius præiudicium,ac damnum retractare, etiam ſi mortis tempore aſſeueret falſum teſtimonium dixiſſe: quia ex eius dicto quæſitum eſt ius parti, quod contrario dicto ipſius teſtis tolli non poteſt.*

2 *Vulnerati aſſertio, quæ in mortis articulo fatetur ſe à Sempronio fuiſſe percuſſum, vtrum probet, & ſufficiat ad quæſtionem,& torturam.*

3 *Vulnerati morientis aſſertio,qua fatetur ſe non extitiſſe vulneratum ab inquiſito, ipſum adeò releuat, vt non poßit etiam ex legitimis indicijs torqueri.*

4 *Iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Baldi: quia ubi non habet contradictorem maximæ eſt authoritatis.*

5 *Baldi opinio magna eſt in practica: Imò ipſa opinio Baldi minor non eſt opinione Bartoli: quia Baldus*

ſuis

mortis facta per offenſum non nocet aliter in culpato de crimine.d.l.ſi quis in graui.§.1.& ibi Bart. Ang. & alij, & Marſil. in prænotato ſing.22.poſt princ.Ita pariformiter confeſsio notarij aſſerentis in mortis articulo falſum commiſiſſe, uel falſum confeciſſe inſtrumentum, nihil operatur. ita Spec.in tit.de inſtru. edi.§.poſtremò,uerſ.Sed nunquid, Bal.in d.l. generaliter,in vltimo notab.& in authẽ.ſi dicatur.C.de teſtib.colum. 11.uerſ. Sed quid ſi teſtis,& Paul.Caſtrenſ.in l.Scia. ff. ad Velle.

7 Imò eadem ratione confeſsio iudicis etiã in extremo vitæ conſtituti,aſſeuerantis ſe tuliſſe iniquam ſententiam, minimè valet, neque tenet, nec vllo modo probat:ut uoluit Innoc.in c.non ſine, in Glo. ſua, in ver. Clerici, de arbit.

SVMMARIVM.

1 *REPVLSA teſtiũ criminoſorum non eſt proponenda, alleganda, & articulanda in genere,ſed ſpecificè, & ſigillatim.*

2 *Teſtium crimina, & defectus proponens in iudicio ad finem illos probandi, & non probans,conueniri poteſt actione iniuriarum:ſecus ſi obiectus prædictos probaret.*

3 *Teſtium crimina, defectus, & infamiam opponens in Regno, & non probans ſaltem ſemiplenè, vel per famam publicam,punitur,& condemnatur pœna duorum aureorum.*

4 *Pœna, ad quam condemnantur opponentes, & non probantes defectus,& crimina teſtium, applicatur fiſco,& non parti.*

5 *Iniuria non præſumitur illata in dubio: et ſic vbicunque eſt dubium an quis fecerit cauſa iuris ſui conſeruandi,vel aliquẽ iniuriandi, præſumendum eſt, quòd cauſa iuris ſui conſeruandi.*

6 *Teſtium crimina obijciens in termino conceſſo ad repulſam, & non probans;in Regno tenetur ſoluere pœnam decem ducatorum, Sed ſi citra infamiam propoſita extent capita repulſæ, vel ipſo termino vſus non ſit obijciens, tenetur tunc ſoluere duos aureos.*

7 *Teſtes repulſati non faciunt indicium ad torturam.*

8 *Indicia ad torturam contra reum penitus tolluntur per quodlibet indicium,ſeu coniecturã ad ipſius rei fauorem in proceſſu oſtenſam.*

9 *Fama bona rei probata, penitus certè tollitur præſumptio delicti, etiam quòd contra reum ipſum extarent producta in proceſſu alia indicia, & mala fama.*

10 *Teſtes ſuper inhabilitate ex homicidio proueniente, in alio iudicio, & inter diuerſas perſonas examinati,faciunt fidem in quocunque iudicio.*

OPINIO DCCCCXXV.

1 TESTIVM criminoſorũ repulſa, ſeu exceptio non in genere proponenda, alleganda, & articulanda eſt,videlicet,quòd teſtes ipſi ſunt excommunicati,periuri,homicidæ,adulteri:ſed ſpecificè, & ſigillatim proponi debent locus, & tempus delictorum commiſſorum per teſtes criminoſos: cauſæ omnes infamiæ,& aliæ circumſtantiæ dictorum criminum:ſecundùm Bart.Bal.Alex.Fran.de Aret. & Iaſ.colum.4.in l. 1. C. de teſta. Innoc. ante omnes,in c.præſentium.§.teſtes,de teſtib.lib. 6.quem ſequitur ibi Archid. & Francus.Bart. Ang.& Alber.in l.prætor edixit.ff.de iniur.Saly.in auth.ſi dicatur,colum.pen.C. de teſtib. & Roma.conſ.290. in princ. & iſtam opinionem non obſcurè deducit eſſe communem præclariſsimus D.Pet.Follerius, in ſua pract. crimin. in uer. Si confitebuntur, numero 60. & ſeq. & magis communem aſſeuerat Boer. deciſ.321.vbi refert ita fuiſſe iudicatum in Senatu Burdegalenſium. *Cõis opin.*

¶ Contrariam uerò partem tenuerunt aliqui Doct.congeſti per Pomatem, in addit. ad Bar.in d.l.1. colum. 2. & Boer. in præallegata deciſ.num.1. Tamen quicquid iſti Doct. ſuadeant contra communem, ob hoc in practica ab ea non eſſet tutum recedere;quam ſequuntur optimo iure infiniti Doct. in variis locis iuris noſtri,Rota Roma. deciſ. 252. cum tribus ſeq.in nouis,Grammaticus deciſ. 11.num.12. & deciſ.34.num.49.& Bertran.conſ.152.libellus,quem obtuliſſe, & produxiſſe legitur, ſub nu.9.& ſeq.uol.8.

2 Et dato,nota hìc perpetuò, quòd quis opponeret defectus teſtium contra ſe examinatorum,vtputa,quòd ſunt excommunicati, infames,& homicidæ,& ſimiles actiones iniuriarum,conueniri nequit aliquo pacto;dummodò huiuſmodi teſtium defectus probentur, & veri appareant:ſecundùm Bal.Ang.Alexã.& omnes in l.fin. ff. quod quiſque iur. vbi aiunt iſtam eſſe communem opinionem, & Iaffredus Lanfrancus in deciſ.395. Boer.conſ.4. numero 21.& ſeq.24.35.& 37. & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis,lib.6.c.24.num.1. cum aliis ſeq.vbi accuratiſsimè explicat, & declarat huiuſmodi ſententiam. *Cõis opin.*

3 Sed in Regno Neap. obiiciens, ac opponens defectus, & crimina ad infamiam teſtiũ, & ea non probans ſaltim ſemiplenè,vel per famam publicam, punitur, cõdemnaturque ad ſolutionem decem tarenorum, id eſt duorum aureorum.tex.eſt in pragmatica, exordiente, Crimina,& defectus,vbi Glo.& Io.Franc.Scaglionus, & Annibal. Troyſius Cauenſis. Et dum

dum defenderem Sanctem de Cómitibus de oppido Tornépartis comitatus Aquilæ, de anno 1574. qui obiecerat tanquàm procurator, & procuratorio nomine aliquos defectus contra quandam mulierem, occaſione eam repulſandi vti teſtem in curia eiuſdem Caſtri. & licèt probaſſet procurator iſte ſemiplenè infamiam antedictæ mulieris; extitit nihilominus condemnatus per Magnificum D. Fabiū Victorium conciuem meum in ducatis viginti ſoluendis, & applicandis Curiæ prædictæ, & parti. Sed iſthæc ſententia tanquā contra præmemoratam pragmaticam promulgata, extitit poſtmodum reformata, & reuocata per circumſpectiſsimum D. Camillum Benedictum iudicem ſecundarum cauſarum, & ſimiliter compatriotam meum; & prouiſum etiam, vt ſolummodò ſolueret Curiæ memoratæ ducatos duos: & optimè quidem, & religioſè prouidit talē pœnā applicandā fore dūtaxat fiſco.

4 Siquidem huiuſmodi pœna de iure applicatur ipſi fiſco, & non parti: ſecundùm Annibalem Troyſium cum aliis Doct. aggregatis per eū, in d. prag. Crimina, & defectus, nu. 4.

5 Nā propter oppoſitionem huiuſmodi criminū aduerſus teſtes minimè probatā, videntur tantū offendi aures iudicis: & ipſi teſtes, ſtantibus defectibus, & criminibus cōtra eos propoſitis occaſione repulſæ, & non probatis, minimè offenduntur, ex quo non videtur iniuriam facere, qui ſuo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. l. factū. §. non uidetur, & ibi Doct. ff. de reg. iur. Imò in dubio quis præſumitur tales defectus contra teſtes propoſuiſſe in iudicio cauſa iuris ſui conſeruādi, non autē aliquē iniuriandi: vt peritiſsimè cōſuluit Old. conſ. 53. conſueuit dubitari, nu. 2. cū aliis ſeq.

6 Et quamuis præcitata pragmatica, Crimina & defectus, parùm in vſu ſit, atteſtante ibi Ioanne Franciſco Scagliono in prin. tamē hodie circa materiā hanc rationabiliter fuit promulgata altera pragmatica in ipſo Regno per Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum D. Cardinalem de Granucia, ſub die vltimo menſis Martij 1574. incip. Quotidie apud nos multi conqueruntur actores, ante fi. in qua diſponitur, ꝙ ſi obiectus aduerſus teſtes in termino conceſſo ad repulſam per opponentē non probentur, teneatur ſoluere pœnam ducatorum decem. Si verò citra infamiam propoſita extant capita repulſæ, uel termino vſus non ſit obijciens, tenetur ſoluere duos aureos. & ipſę pœnæ indubitanter, & irremiſsibiliter exigūtur ex diſpoſitione d. pragmaticæ. Quotidie, ab illis qui repulſam petierint.

7 Cæterum aduerte, ꝙ teſtes contra aliquē in cauſa criminali recepti, examinatiq́; etiam quòd repulſati forent, pręſumptionē facerēt. vt concedit Gram. cōſ. crim. 1. ſub nu. 5. ex intentione Inno. in c. præſentiū, circa fi. de teſti.

¶ In contrariā uerò ſententiam tanquàm tutiſsimā, ſacroſanctiſsimamq́; videlicet, ꝙ teſtes repulſati non inducant aliter indicium ad torturā, inclinauit Bart. in l. 3. ff. de re mil. & in l. maritus. ff. de quæſt. Bal. in l. cū probatio, & in l. matris. C. de prob. Abb. in d. c. præſentiū, And. de Iſer. in cōſt. Regni, Vſurariorū, de vſur. punien. ver. Idē ſi probetur, & in cōſt. Peſsimā, & in c. 1. qui teſtes ſunt neceſſarij, in vſib. feu. Afflict. in conſt. Proſequentes, in 10. not. Io. Ant. de Nigris in c. Regni, in c. Vulgaris, & Marſil. in ſing. 198. Teſtis, qui nō debet examinari, circa medium, & eſt tex. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud.

8 Et tāto commodius, faciliuſq́; hoc locum ſortiretur, vbicunque conſtaret de bona qualitate, fama, cōditione, & vita inquiſiti. ita Boſſ. in tit. de mand. ad homic. num. 44. vbi adiicit etiam, ꝙ non ſolùm hoc procederet, quando concurreret ipſa bona fama, ſed ubicunque etiā adduceretur, probareturq́; aliud quodlibet indiciū, & coniectura ad rei fauorē. & ſequitur quoq; Iaſ. in l. 1. in fi. C. comm. de leg. Gram. voto 3. n. 20. & cōſ. cri. 15. ſub n. 4. & 5.

9 Et inde eſt, ꝙ per oſtenſionem, probationemuè bonę famę ita eneruantur, atq; tolluntur indicia, vt tunc meritò quidē procedi ad torturā nequeat modo aliquo, etiā ꝙ contra inquiſitū pręcederēt, & inſimul concurrerent mala fama, & indicia. ita Gram. in locis prænotatis, Gand. in ti. de præſum. il 1. n. 15. Arnō. ſoluloq. 37. Iul. Clar. in prac. crim. q. 60. uer. Frequens, Illuſtris D. Pet. Calæphatus pręceptor, & ꝓmotor meus, cōſ. 102. adſit Deus, ſub nu. 14. cū aliis ſeq. & Hippol. Rimi. conſ. 106. formata fuit inquiſitio, ſub nu. 17. quæ quidem conſilia reperiuntur inter conſilia criminalia in 1. uol. primo loco impreſſo in fol. par.

10 Itaq; cōcludo ex his omnibus, ꝙ nunquā omitti deberet repulſa teſtiū, tā in cauſis ciuilibus examinatorū, quā in criminalibus, tanquā res maximi quidē momenti, & ſpecies defenſionis. Nā teſtes ſuper inhabilitate ex homicidio ꝓueniente, ſcaturienteq́;, in alio iudicio, & inter diuerſas pſonas examinati, faciūt fidem etiam in quocunque iudicio. ita Caputaquenſ. decif. 259. libro 1.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIO contra perſonas, vel dicta teſtium ante aperturam ipſorum teſtium opponi debet, non autem poſt publicationem.*

2 *Proteſtatio debet fieri contra perſonas teſtium, & dicenda per eos tempore quo comparent procuratores, ſeu principales viſuri iuramenta teſtium, ſeu quandocunque in alio actu ante publicationem: ſed vbicunque talis exceptio nouiter ſuperueniret ad notitiam partis poſt publicationem, admitteretur, ſi pars ipſa, quæ nihil oppoſuit ante publicatio*

nem contra teſtes poſt publicationem iuraret, hoc ex malitia non egiſſe.

3 *Teſtes ſibi inimicos capitales allegans contra quem producti ſunt, offerendo in promptu verificare audiẽdus eſt, & ſuperſedendũ erit interim in tortura.*

4 *Exceptio contra perſonam, & dicta teſtium, quòd ſunt infames, vel excõicati, reſeruatur per iudicẽ in fine iudicij: niſi pars obijciens talem exceptionẽ contra teſtes vellet illam incontinenti probare; quia eſt audienda, ſi habet probationes in prõptu.*

5 *Teſtes non reiecti, & repulſati in prima inſtantia, non poſſunt de iure ciuili repulſari in ſecunda inſtantia appellationis; ſecus de iure canonico.*

6 *Exceptio contra perſonas teſtium non poteſt opponi poſt ſententiam in ſecunda inſtantia appellationis in caſibus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam, vt in cauſis matrimonialibus.*

7 *Proteſtatio contra teſtes, quòd ſunt infames, & criminoſi, ſufficit fieri ſimpliciter: nec proteſtantes tenentur opponere, ſeu exprimere, quòd ita communiter tenebantur, & reputabantur.*

8 *Exceptio tu non potes eſſe procurator non oppoſita in prima inſtantia, ſed in ſecunda, & admiſſa abſq; appellatione operatur.*

OPINIO DCCCCXXVI.

1 *Teſtis* CONTRA teſtes exceptio ante aperturam teſtium opponi debet, nõ autem poſt, & ſpecialiter: vt eleganter per Bar. in l. 1. colum. fin. C. de teſtib. & inibi Bal. & alij cõiter. & ita tenet arguendo Ruin. conſ. 33. col. 5. circa fin. uol. 4. & oẽs Canoniſtæ hoc idẽ firmant & concedunt audacter, in c. deniq;, de excep. quorũ opin. ſequuntur, declarant, & atteſtãtur Mod. in d. c. deniq;, & Dec. ibi, nu. 12. *Cõis opin.*

2 Et hinc inoleuit practica, qua quotidie utuntur procuratores, vt tempore quo comparent viſuri iuramenta teſtium, proteſtantur contra perſonas teſtium, & dicenda per eos. Sed quandocunque in alio actu ante publicationẽ poteſt fieri dicta proteſtatio: vt c. pręſentium, de teſti. & ibi Franc. de Aret.

¶ Sed dicta communis interpretatur non procedere vtiliter, ſecundùm Alex. conſ. 152. viſo proceſſu cauſæ matrimonialis, ſub numero 15. uol. 5. vbicunq; pars, quę nihil oppoſuit ante publicationẽ contra teſtes, poſt publicationẽ iuraret, ꝙ hoc ex malitia nõ fecit, vel ꝙ huiuſmodi exceptio nouiter ſuperuenit ad eius notitiam: tũc enim admitteretur ad opponendum contra teſtes abſque dubio aliquo.

3 Imò plus dic, ꝙ exceptio contra teſtes inimicos poteſt opponi, & allegari coram iudice ante quàm eorum dicta recipiantur. verbi gratia, Titius opponit examinatori teſtẽ examinandum contra ipſum eſſe ſuum capitalẽ, & capitaliſsimum inimicum. in huiuſmodi, caſu debet receptio illius teſtis differri, & interim capi per iudicem illius cauſę informatio ſuper huiuſmodi inimicitia: vt per Bart. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. cuius opinionem vltra Saly. ſequuntur omnes alij Doct. ibi communiter, & de iſta communi atteſtantur apoſtillantes Bar. inibi, & Petrus de Benintendis in deciſ. 7. obijciebatur, vbi ait ita in Rota Bononienſi concluſum extitiſſe. *Cõis opin.*

¶ Et hoc idem obſeruari communiter uidetur in delinquente torquendo: ſiquidem ſi tunc opponeretur ratione inimicitiæ aduerſus teſtes producendos contra dictum delinquentem: eo caſu proculdubio debet differri, & ſuperſederi hæc teſtium receptio, vt recipiãtur prius teſtes ad probationẽ inimicitię præfatæ; dummodò ipſe excipiens ſtatim, & incõtinenti ſe probaturum offerat. §. ſi uerò quis dicat, in auth. de teſtib. vt tenet Fely. in c. ex parte, colum. fin. ext. de teſtib. & alij Doct. paſſim in iure noſtro, & Grammat. in uoto 4. ſub nu. 28. & ſeq. poſt And. de Iſer. in conſtit. Regni, Humanitate, relatum ibi per eum.

4 Idem videtur dicendum in teſte infami, vel excommunicato. nam licèt inquiſitus dicat teſtes examinandos contra ipſum eſſe infames, & excõmunicatos, non ob hoc retardatur examinatio illorũ teſtiũ, ſed illa exceptio reſeruatur in fine iudicij: ſecũdùm Doct. in c. interpoſita, de app. in princ. & in l. ſi is à quo. ff. ut in poſſeſ. leg. & Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſ. Quid ergò ſi pręmiſſa deijciẽs &c. Tamẽ hoc fallit ſecundùm eum, niſi pars obijciens prædictam exceptionem contra teſtes, vellet incontinenti illam probare: quia eſt audienda ſi habet probationes in promptu: vt per Spec. latè in loco de quo ſupra.

5 Sed aduerte hic perpetuò, ꝙ repulſa, reprobationeſuè teſtiũ, qui dixerũt teſtimoniũ in prima inſtantia, & ante ſñiam, non ſunt admittendæ in cauſa appellationis: & ſic in ipſa appellationis cauſa nullo pacto admittitur repulſa: adeò ꝙ qs reprobare teſtes debet in prima inſtantia, & in negocio principali; quoniã poſteà non admittitur in cauſa appellationis: ſecundùm And. de Iſer. in conſtit. Iuriſperitorum, nu. 6. & Guid. Pap. deciſ. 500.

¶ In contrariam uerò partem inclinarunt in uer. Per ſententiam, Abb. & Fely. col. 2. in c. 1. de except. Afflict. in d. conſtitut. Iuriſperitorum, & Abb. in c. ſuper eo, de teſti. & iſtam ſententiam reor magis cõem fore; quam ſeruari in Regno Franciæ aſſerit Guid. Papæ in d. deciſ. 500. Sed tamen primã opinionẽ ueriorẽ, tutioremq; reperio, atque eam receptã extitiſſe in Sacro Regio Concilio Neap. teſte Afflic. deciſ. 266. & ſequitur Couarru. in ſua pract. in c. 18. ſub nu. 5. & Maran. in tract. iud. in 6. par. in 13. actu, de teſtium repulſa, nu. 13. fol. par. 147. vbi recitat ita practicam Regni Neapol. opinionem Andr. de Iſer. admiſiſſe: quã inibi limi- *Cõis opin.*

limitat, atque declarat. & in effectu ea procedit de plano in foro ciuili, in cauſis ciuilibus. Altera uerò opinio Gloſ. & Canoniſtarum in d.c.1.de except. contraria procederet quippè in foro canonico, & in cauſis ſpiritualibus.

6 Sed hęc ſententia Canoniſtarum limitatur vtiliter quidem non procedere in cauſis, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam, vt in cauſis matrimonialibus. c. lator pręſentium, ext. de ſent. & re iud. & tunc profectò exceptio contra perſonas teſtium opponi non poſſet poſt ſentētiam; & ſic in ſecunda inſtantia appellationis ipſi teſtes repulſari nequirent modo aliquo: vt firmat, & probat Abb. in d.c.1.nu.10. de excep. & ita extitit iudicatum me patrocinante de menſe Februarij pręſentis anni 1575. per peritiſsimum, & accuratiſsimum D. Ioſephum de Ruſticis conciuem meum, tanquàm conſultorē deputatum à iudice delegato à ſede Apoſtolica in cauſa matrimoniali uertente inter Ioannem de Roncetta de Aquila, & Iacobam filiam Franciſci Mariæ de Celiis de Nurſia, eius prætēſam uxorem, non poſſe teſtes in prima inſtantia præſentis cauſæ receptos contra ipſum Ioannem reijci, & repulſari per eum in ſecunda, ſeu tertia inſtantia eiuſdem cauſæ.

7 Aduerteq; etiam, ꝙ opponens, ſeu proteſtans contra ipſos teſtes, ſolummodò obiicere, ac opponere tenetur, ꝙ erant infames, & criminoſi. Et nec tenetur in proteſtatione opponere, ſeu exprimere aliquo modo, ꝙ ita cōmuniter tenebantur, & reputabantur: ſecundùm Alex. in d. conſ. 152. ſub nu. 15. & ſeq. vbi ait iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

8 Et aduerte denique, quòd quemadmodū exceptio non oppoſita contra perſonas, & dicta teſtium in prima inſtantia, poteſt opponi de iure ſaltim canonico in ſecunda inſtantia: ita etiam ſi pars nihil opponat in ipſa prima inſtantia; exceptio prætermiſſa, & non oppoſita in prima inſtantia poterit opponi in ſecunda, uidelicet tu non potes eſſe procurator. Quod ſanè intelligendum eſt, quando appellatum non fuerit ab admiſsione exceptionis huius ad eam repellēdam: ſecundùm Roma. qui ita conſuluit, conſ. 384. in caſu propoſitę conſultationis breuiter dicendum, hunc ſacerdotem, nu. 4. vbi allegat, & aſsignat concludentem rationem: quam reaſſumit ibi in add. in litera A. Horatius Mandoſius.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS examinatio in cauſa ciuili per iudicem recipi debet, non autem per notarium, niſi præcedat commiſsio iudicis.*

2 *Iudici ſunt fiendæ probationes.*

3 *Confeſsio facta coram tabellione abſque iudicis pręſentia non pręiudicat.*

4 *Confeſsio facta coram iudice ad hoc vt pręiudicet, debet fieri iudice ſedente pro tribunali,*

5 *Confeſsio facta coram notario maleficiorum, uel coram iudice, non in figura iudicij, & ſic in camera, non ſedente pro tribunali, non pręiudicat quò ad condemnandum.*

6 *Confeſsio facta iudici in camera, & non ſedenti pro tribunali, facit ſufficiens indicium ad torturam: quia illa valet vt extraiudicialis.*

7 *Confeſsio facta coram iudice incompetente valet in vim confeſsionis extraiudicialis, & facit ſufficiens indicium ad torturam.*

8 *Confeſsio extraiudicialis in cauſa ciuili facta, etiam extra banchum iuris, coram iudice, plenè probat.*

9 *Confeſsio probata per vnum teſtem, non facit ſemiplenam probationem.*

10 *Confeſsio non probatur per teſtes ſingulares.*

11 *Confeſsio facta in iudicio probatur etiam per teſtes.*

12 *Confeſsio à teſtibus probanda non admittitur elapſo termino ad probandum præfixo.*

13 *Tabellio, ſeu notarius non poteſt de conſenſu partium ſine iudicis pręſentia recipere dicta, & iuramenta teſtium, nulla facta prius ſibi commiſsione per ipſum iudicem. Nam recipere pertinet ad iudicem, ſcribere autem ad notarium.*

14 *Notarius non poteſt recipere confeſsionem ſine iudicis commiſsione.*

15 *Notarius non poteſt dare acta parti illa petenti ſine iudicis commiſsione.*

16 *Notario probationes fieri nequeunt ſine mandato iudicis.*

17 *Teſtium examinatio poteſt recipi per notarium ex commiſsione iudicis, ſi talis commiſsio ſit facta ex cauſa.*

18 *Teſtes examinati, non conſtito de commiſsione examinis, nec de iuramento teſtium, etiam per ipſummet notarium, dicuntur nulliter examinati.*

19 *Teſtis examinatus per notarium ſine iudicis præſentia, vbicunq; commorabatur ipſe teſtis in partibus valde remotis, uel erat in mortis articulo conſtitutus, probabit, & eius dictum efficax erit, ſaltem ad præſumptionem aliquam inducendam.*

OPINIO DCCCCXXVII.

1 TESTIVM examinatio in cauſa ciuili per iudicē recipi debet, non autem per notarium; quia notarius de iure abſque iudicis commiſsione non poteſt teſtes examinare, cū ad iudicem examinatio pertineat. teſte Gloſ. vbi Doct. not. in l. hac conſultiſsima. §. fin. in ver. Depoſitiones. C. qui teſta. face. poſſ. in l. iubemus. *la prima*. C. de libera. cauſa, & eſt text. ſecundùm vnam expoſitionem Gloſſ. in l. ſolam. C. de teſtib. & Gloſſ. in l. current. ff. eodem titulo. & ita hoc pro regula tradit

Bal.in c.ſi quis teſtium,de teſtib. & Fely.in c. cùm cauſam,numero 26. de teſtib.

2 Pro qua quidem regula facit, quod dicitur,quòd probationes ſunt faciendæ iudici. l. quinquaginta.ff. de probatio. & habetur in l. eos,& in l.ſi quando.C. de teſtib. not. Dec. in rubric.extra de probat.ſub numero 15.& ſequen. & Marſil. in repet. l. fin. folio 52. C. de probat.& in l.1.col.2.ff.de teſtib.

3 Et facit Gloſſ.not.in d.l.iubemus, aſſeuerans, quòd confeſsio facta coram tabellione abſque præſentia iudicis non præiudicat.

4 Et prorumpit etiam ibi Salyc. quòd ſi talis confeſsio fieret coram iudice, ad hoc vt præiudicet, debet fieri in iudicio apud tribunal.iudice ſedente pro tribunali. & hoc idem voluit Bartol. in l. 1. colum. 1. C. de confeſſ. Dec.in c.at ſi clerici, ſub numero 144.de iudic.& Maranta cum aliis ſignatis per eum, in tract.iudiciorum,in 6.par.in 5.actu de confeſſione,numero 30. fol.paruo 134. vbi deducit

Cõis opin. iſtam eſſe communem ſententiam,& Ioan.de Amicis etiam conſ. 129.oritur dubium,nu.9.

5 Cæterùm aduerte,quòd licet confeſsio facta coram notario maleficiorum, uel coram iudice, non in figura iudicij, & ſic in camera, non aliter eo pro tribunali ſedēte,nullo pacto inducat plenam probationē, nec præiudicet, quò ad condemnandum:ſecundùm Glo.in d. l.iubemus,& Dec.in rub.ext.de prob. nu.26.

6 Nihilominus tamen facit confeſsio ipſa ſufficiens indicium ad torturā.ita Glo.& Bal. in d.l.iubemus,& idem Bal.in add.Spec.in tit. de confeſ.colum.1.& in l.pen.in 11.notab.C. de fideiuſ.& Iaſ.in l.magiſtratibus, col.11. ff. de iuriſd.om.iud.& Dec. in c.at ſi clerici, ſub num.115.& ſequen. de probat. ubi planè demonſtrat,quòd iſta confeſsio facta coram notario valet vt extraiudicialis: & ideò meritò quidem illa parit indicium ad torturam.

7 Et hoc ſuadet ibi ex communi opinione

Cõis opin. omnium Scribentium, quòd quanquam confeſsio coram incompetenti iudice non teneat: tamen tanquàm extraiudicialis,& in vim confeſsionis extraiudicialis valet,atque producit ad torturam indicium ſufficiens.de qua quidem communi meminimus etiam ſupra in Opinio.141. Confeſsio facta coram iudice incompetente,lib.1.& eandem communem ſequitur quoque Card.Put.deciſ. 288.lib.2.

8 Sed hoc ſyncerè non procedit ita ieiunè, atque ſimpliciter. Nam iſthæc confeſsio facta non in forma, & figura iudicij coram iudice, vel notario in camera,tam in cauſis criminalibus, quàm etiam in ciuilibus emanata, debet neceſſariò probari per teſtes, alias nō probat. Et dum mihi extitiſſet commiſſa quędā cauſa per D.Baronem Caſtri Caſentini comitatus Aquilæ, in anno 1578. tanquàm iudici ſecundarum cauſarum, tunc vertens inter Georgium Cionfrę eiuſdem oppidi,& Bernardinum Miconi de Caſtro Podij Picētiæ,in qua iudicauerat Magnificus D. Ioannes Vincentius Burrus conterraneus meus, tanquàm cōſultor Capitanei eiuſdem oppidi, & condemnauerat antedictum Georgium ex ſua aſſerta cōfeſsione priuatim facta in eius domo Aquilæ ſita,non aliter apparente in proceſſu,& negata per ipſum Georgium.Ego uerò non mediocriter admiratus de huiuſmodi voto ipſam ſententiam de conſilio memorati D. Ioannis Vincentij Burri reuocaui, ſub die ſecunda Auguſti eiuſdem anni 1578. Imò dum idem Bernardinus petiiſſet terminum in ſecunda inſtātia ad non poſita ponenda,& non probata probanda;& ille terminus ei ſtabilitus fuiſſet,atque probaſſet talem cōfeſsionem per vnū teſtem, adhuc ſtāte tali probatione imperfecta abſolui, & liberaui ab impetitis prædictum Georgium. Et memor ſum in pręſentiarum virtutis Magnifici D. Nicolai Interuerij mei compatriotæ, & aduocati eiuſdem Bernardini, qui ad fauorem ſui clientis aſſerebat ſubtiliter,& accuratè quidem tria infraſcripta urgentiſsima fundamenta:quorum ſanè primū erat,iſtam confeſsionem extraiudicialem in cauſa ciuili factam, etiam extra banchum iuris coram iudice plenè probare:ſecundùm Innocen.in c.per inquiſitionem,in Gloſ. ſua, in uerſ.Eccleſiaſticis, & ibi per Ant. de Butr. de elect.contra Gloſ.in l.penult.in uerſ. iudiciū. C.de liber.cauſa.Sed huic rationi ita reſpondebam,quòd huiuſmodi confeſsio non reperiebatur facta coram iudice,verùm ſolummodò coram conſultore nullam admodum iuriſdictionem habente, & dum commorabatur in Ciuitate Aquilæ extra iuriſdictionem dicti caſtri Caſentini: & conſequenter, quòd doctrina Innocent. anteſignata non poterat adaptari, ſeu applicari ad præſentem caſum.

¶ Secundum uerò fundamentum quod aſſerebatur erat iſtud, dum præſupponebat in pręſenti cauſa ueritatem rei, de qua agebatur,uerificatam extitiſſe ſemiplenè per vnum teſtem. ſed re ipſa, vt extitit ſatisfactum eo tēpore congrua reſpōſione, nō apparebat aliter ſemiplenè probatū;eruntamen reperiebantur examinati aliqui teſtes,qui omnes ſingulares apertiſsimè diſcernebant:& ſic ex huiuſcemodi ſingularitate nō adminiculatiua, ſed obſtatiua nihil ꝓbabāt, & nullā fidē faciębant, iuribus,& doctrinis triuialib.

9 Tertium denique allegabatur etiam fundamentum,quòd confeſsio antedicta probata per vnū teſtem pariebat quoque alteram ſemiplenam probationē. & argu̇ebatur ſic:ꝙ quemadmodum cōfeſsio plenè probatur per duos teſtes: ita ipſa confeſsio probata per vnum teſtem ſimiliter ſemiplenam probationem inducebat. ſed negabam conſequentiam,

tiam, & extricabam præſentem difficultatem mediante deciſ. Card. Put. 476. lib. 2. concludentis ibi, per unum teſtem confeſsionem nequaquam probari ſemiplenè.

10 Imò aſſerebam etiam minimè confeſsionem ipſam probari per teſtes ſingulares. ita Card. Put. deciſ. 3. t. t. de probat.

11 Vndè non ſolùm confeſsio ipſa facta coram iudice in camera, vel coram notario probari poſſet per teſtes, ſed etiam confeſsio ſimiliter facta in iudicio. ita Doct. in c. quoniam contra de probat. & in l. is qui ſe obtulit. ff. de rei uend. vbi Petr. de Su. & in l. prætor ait. §. Marcellus. ff. de iud.

12 Verùm iſta confeſsio à teſtibus probanda, non admitteretur ullo modo elapſo termino ad probandum ſtabilito, & præfixo. ita Specul. in tit. de dilat. §. fin. colum. 4. & Dec. in rubric. extra de probat. numero 91. cum aliis ſequentibus.

13 Vndè redeundo ad inſtitutum noſtrum dixit fortius Bal. in tit. de pace conſtan. in uer. Secundùm mores, & leges illius ciuitatis. quem ſequitur Iaſ. in l. 1. colum. fin. ff. de fer. & in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. colum. 58. uerſ. Nunquid autem iudex, quòd etiam tabellio non poteſt de conſenſu partium ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium, nec iuramenta, nulla facta prius ſibi commiſsione per iudicem.

14 Et aſſeuerauit idem Bal. in addit. Specul. in tit. de teſte, colum. fin ver. Nunquid reperitur, quòd nunquàm reperitur, notarium poſſe recipere iuramenta teſtium abſque commiſsione iudicis. allegat Gloſ. in d. l. hac conſultiſsima. §. fin. Et ſubdit idem eſſe in inſtrumento, uel confeſsione: quia nec etiam notarius poteſt illam recipere ſine iudicis commiſſione. allegat Glo. in d. l. iubemus, quam intonat eſſe ordinariam, & ſubdit inibi Bal. quòd recipere pertinet ad iudicem, ſcribere verò ad tabellionem.

15 Faciunt etiam dicta per Bartol. in l. is apud quem, in principio. ff. de edend. vbi admonet, quòd notarius non poteſt dare acta parti illa petenti ſine iudicis commiſsione. quod etiam uoluit Pau. de Caſt. ibi.

16 Optimè faciunt dicta ſimiliter per eundem Bal. in dicta. l. hac conſultiſsima, ubi per illam Gloſ. concludit, quòd probationes non poſſunt fieri notario ſine mandato iudicis.

17 Sed iſta regula ita corroborata fallit primo loco, niſi talem teſtium examinationem iudex committeret ipſi notario, quia hoc fieri poteſt: ſecundùm Bald. Ang. & Pau. Caſtrẽ. in dicta. l. hac conſultiſsima. §. fin. Salyc. in auth. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtrum. vbi aperit, quòd quicquid ſit de iure, hodie hoc eſt deductum in conſuetudinem regularem propter magnitudinem agendorum. & idem dicit, & tenet Imol. in l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſta. aperiã. Quod intellige uerum eſſe, ſi huiuſmodi commiſsio teſtium ſit facta ex cauſa: & iſta eſt cõmunis opinio. quam allegat, & ſequitur Marſil. in l. de minore. §. plurium quoque, nu. 16. ff. de quæſt.

¶ Contrarium uerò firmant nonnulli Doctor. relati per Fely. in d. c. cùm cauſam, numero 29. & ſeq. Sed tamen ipſe ibi ſequitur prædictam limitationem communem, & Abb. in c. quoniam contra, colum. 18. de probat. & Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 6. tit. de teſtibus, & eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia, col. 8. fol. 88.

18 Et tunc quippè commiſsio ipſa facta notario pro examinandis teſtibus debet neceſſariò conſeruari in examine, & proceſſu: aliàs teſtes examinati, non conſtito de commiſsione examinis, nec de iuramento teſtium, etiam per ipſummet notarium, dicuntur nulliter examinati. ita Miſ. deciſ. 181.

19 Fallit ſecundò dicta regula communis, quando examinatio teſtium per iudicem fieri non poſſet, vtputà ſi teſtis erat in articulo mortis, uel commorabatur in partibus valdè longinquis; adeò quòd ſi pars, quæ uolebat teſtem examinari facere, iuiſſet ad iudicem teſtis, ſtatim periiſſet eius teſtimonio non habito. Nam ſi tunc examinatus per notarium ſine iudicis præſentia, ualebit eius dictum ad præſumptionem aliquam inducendam: ſecundùm Barto. in d. l. admonendi, colum. 12. uer. Quid ſi dictum teſtis. quem ſequitur Fely. alios citans in d. c. cùm cauſam, num. 22. & Marſil. in l. de minore. §. plurium. ff. de quæſt.

¶ Tertiam uerò limitationem tradit Fely. in d. c. cum cauſam, nu. 31.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS examinatio in cauſa criminali non poteſt à iudice committi notario; imò nec alteri iudici illius, vel diuerſi territorij.*

2 *Iudex in cauſa ciuili ardua non debet committere audientiam teſtium alteri, ſed tenetur eos ad ſe uocare.*

3 *Teſtium abſentium, vel non ſubiacentium examinatio, etiam in criminali cauſa alteri committi poteſt.*

4 *Teſtium audientia per iudicem ordinarium, quando intereſſe non valeat examinationi propter multitudinem occupationum, poterit committi alteri, etiam in criminalibus.*

5 *Teſtium examinatio licèt ſuper probatione principalis delicti non poſſit committi; tamen ſuper remotis ab ipſo delicto, ac ſuper adminiculis, & appendicijs poterit fieri commiſsio.*

6 *Procurator licèt non admittatur in capitalibus, tamen admittitur ad allegandum iniuſtitiam, ſeu nullitatem banni, quæ uentilatur ſeorſum à delicto principali.*

7 *Iudex maleficiorum quamuis non poßit cognoſcere de cauſis ciuilibus principaliter; nihilominus incidenter poterit benè cognoſcere cauſas, quæ deſcendunt ex crimine, ſicut eſt reſtitutio rei ſurto ſubtractæ: & expenſas factas in cauſa, poterit illas ſimiliter cognoſcere, & reum in eiſdem condemnare.*

8 *Teſtium examinatio etiam in criminalibus cauſis in Regno alteri committitur, quando ſunt ſenes, & valetudinarij.*

9 *Teſtes citati ad deponendum in cauſis criminalibus, etiam quòd egregij, & in dignitate conſtituti reperiantur, compelluntur venire ad præſentiam iudicis; & non tenetur iudex aliter ad eos examinandos remittere in ſuis domibus.*

10 *Teſtes citati ad deponendum in cauſis ciuilibus, ſi Doctores, milites, ſeu in dignitate conſtituti extēt, non poſſunt cogi uenire ad iudicem ad teſtificandum, ſed ad eos mitti debet iuſiurandum in eorum domibus pro teſtimonio ferendo de neceßitate, non autem de honeſtate, & gratia, & numero 12.*

11 *Teſtes impediti, & valetudinarij debent examinari per notarium in eorum domibus. Illuſtres uerò teſtes debent examinari per iudicem in ſuis domibus: ſi in loco commorentur, ſi autem extra locum cum bono interprete in Curia Romana.*

13 *Teſtis Cardinalis, Epiſcopus, Doctor, & quilibet alius in dignitate conſtitutus, etiam ſi vellet accedere ad iudicem, eius teſtimonium proferendi gratia, non poteſt renuntiare priuilegio. l. ad egregias. ff. de iureiur.*

14 *Vxor contra virum, & econtrà non cogitur ad deponendum.*

15 *Filius contra parentes ob reuerentiam non cogitur ad deponendum.*

16 *Gener contra ſocerum ad deponendum non cogitur.*

17 *Teſtificari non coguntur attinentes vſque ad ſeptimum gradum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis.*

18 *Teſtes, qui compelli non poſſunt ad deponendum, ſi ſponte deponunt, probant.*

19 *Teſtes, qui compelli non poſſunt ad deponendum, ſi ſponte, & non compulſi deponant, debet hoc ſcribi in actis; aliás præſumuntur inuiti deponere.*

20 *Teſtes priuilegiati, qui non admittuntur ad teſtimonium, examinantur, & admittuntur, vbi veritas aliter haberi non poßit.*

21 *Teſtes priuilegiati, qui non admittuntur ad teſtimonium, vbi veritas aliter colligi non poteſt: tunc aſſerenti hoc, quòd veritas aliter haberi non poßit, incumbit onus probandi.*

OPINIO DCCCCXXVIII.

1 TESTIVM examinationem in cauſa criminali iudex alicui notario committere non poteſt; imò nec alteri iudici, ſeu eiuſdem, ſeu alterius territorij: ſecundùm Bald. Cyn. Salyc. alioſque communiter in authen. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtrumē. per illum text. Gloſ. in Clemen. 1. in ver. Ciuili, vbi bonus text. de offic. deleg. & eſt optimus text. etiam ad hoc, in l. 3. §. Diuus, ibi: Nam ipſos interrogare ſoleo &c. ff. de teſtib. quem ad hoc not. Bald. in c. ſi qui teſtium, extra de teſtib. in princ. Et idem diſponitur de iure Regni Neap. vt reperitur ſancitum in conſtit. incip. In pecuniariis litibus. idemque tenet Bal. in c. 1. de controuer. inueſt. colum. 2. Fely. in c. cùm cauſam, numero 21. de teſtib. & Curtius in repet. l. admonendi, numero 260. ff. de iure iuran. vbi audacter dicit iſtam eſſe communem opinionem. Et ratio dictæ communis videtur iſta, ſecundùm text. in c. quoniam contra, de probat. quia iudex debet uidere, qua voce, qua trepidatione &c. deponant teſtes. & hoc idem probatur in d. Clemen. 1. & facit quod dixit Specul. in tit. de teſti. §. 1. colū. 22. ver. Item quòd eſt criminalis. & optimè faciunt omnes illi caſus, quos recenſuimus poſt princip. præcedentis concluſionis. Qui quidem procedunt, & habet locum non ſolùm in criminalibus, verùm etiam in ciuilibus cauſis: quia etiam in illis probationes debent fieri iudici; nec poſſunt recipi à notario, ſine præſentia, vel commiſsione iudicis: ſecundùm Glo. in l. hac conſultiſsima. §. fin. C. qui teſta. face. poſ. & hoc ibi uolunt Doct. ſequendo illam Glo. ad quod etiam facit Glo. in l. currēt. ff. de teſti. etiam eſt bonus tex. ſecundùm vnā lecturam Glo. in l. ſolam. C. de teſt. de quo per Bar. in d. l. admonendi, colum. 14. ver. Quid ſi dictum teſtis, & per Bal. in l. præcipimus. C. de app. & in l. iubemus, la 1. C. de lib. cau. in auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imper. offer. in c. 1. §. item ſacramen. de pace iur. firm. col. pen. & in d. c. quoniam contra, col. 14. & ibi per alios, & per Ancha. in c. præſentiū. §. teſtes, col. 1. de teſti. in 6. ubi refert Io. And. reprehēdere iudices cōmittētes notariis examinationē teſtiū; quia debēt eos examinare in propria perſona. Cōis opin.

2 Et iſta communis ita comprobata ampliatur, vt procedat etiam in cauſa ciuili ardua, ſuper qua iudex non debet committere audientiam teſtium alteri, ſed ad ſe vocare: ſecundùm Paul. de Caſt. in l. iudices. C. de fide inſtrum. Imol. in l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſta. aperian. And. de Iſer. & Afflict. ſuper dicta conſtitutione, incip. In pecuniarijs

niariis litibus, per tex. ibi, & Capicium latè deciſ. 90. num. 5.

3 Limita primò dictam communem non habere locum, vbi teſtes abſentes nõ poſſunt cogi ad veniendum corã iudice; vtputà quando teſtes eſſent extra prouinciam: tunc enim poteſt eorum examinatio, etiam in cauſa criminali, alteri committi: vt voluit Iacob. de Aret. Nicola. de Matarellis, Bald. & Imol. in auth. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtr. & Fely. nonnullos alios citans, in c. cùm cauſam, nu. 24. & ſeq. de teſt.

4 Limita ſecundò, quando iudex non poſſet intereſſe propter multitudinem occupationum: poterit quippè tunc, etiam in criminalibus committere audientiam teſtium: ſecundùm Bald. & alios ſupra relatos in d. authent. apud eloquentiſsimum. quia neceſsitas facit probabile, quod aliàs eſſet improbabile. & ſubijcit Bald. ibi, de conſuetudine ita ſeruari, & Panor. in d. c. cùm cauſam.

5 Limita tertiò loco, & dic, quòd licèt ſuper probatione principalis delicti non poſsit committi alteri teſtium examinatio: nihilominus ſuper remotis à principali delicto, ac etiam ſuper adminiculantibus poterit fieri commiſſio. ita Salyc. in d. authent. apud eloquentiſſimum.

6 Et hoc comprobatur ex eo, quod voluit in ſimili Ang. in l. ſicut. §. ſi procurator. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſoluitur, ubi not. ꝙ licèt in capitalibus nõ admittatur procurator. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. & in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur. tamen admittitur ad allegandam iniuſtitiam, ſeu nullitatem banni, quæ ventilatur ſeorſum à delicto principali.

7 Comprobatur hoc etiam ex eo, quod not. Bart. in l. 1. in prin. ff. ad Turpil. vel in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis, vbi dicit nota, quòd licèt iudex maleficiorum non poſsit cognoſcere de cauſis ciuilibus: eſt verum principaliter, incidenter tamen benè poterit cognoſcere cauſas, quæ deſcendunt ex crimine; ſicut eſt reſtitutio rei furto ſubtractæ. item expenſas factas in cauſa poterit illas cognoſcere, & reum in eis condemnare, & taxare. & hoc idem not. Bartholom. Soc. in l. 1. nu. 35. ff. ſol. matrim.

8 Quartò limita, quando teſtes eſſent adeò ſenes, & valetudinarij, vt ſine periculo coram curia, vel iudice, ſe præſentare nequeant. quo caſu etiam in cauſis criminalibus examinatio committitur: ſecundùm formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ: vt habetur in ritu, Incip. Item ſeruat ipſa Curia alicui. & notat nobiliſſimus ex genere, & virtute, D. Follerius in practica crim. in rubr. detur copia capitulorum inquiſitis, nu. 7. & ita in contingentia facti extitit aliàs deciſum in Sacro Concil. Neapo. vt refert Capicius, in deciſ. 90. nu. 7.

9 Et quamuis hoc obſeruetur in teſtibus valetudinarijs impeditis: tamen non ſortiretur aliter locum in teſtibus, & perſonis egregijs. Nam ad egregias perſonas ipſas examinãdas non tenetur mittere iudex in cauſis criminalibus, ſed omnes compelluntur venire ad præſentiam ipſius iudicis: ſecundùm Glo. in c. 1. ſub ver. eorum mentio, de teſtibus & atteſtationibus.

10 In cauſis verò ciuilibus milites, Doctores, & alij in dignitate, & honore conſtituti, nullo pacto poſſent compelli venire ad iudicem ad teſtificandum, cæterùm ad eos mitti deberet iuſiurandum. ita Abb. in d. c. ſi qui teſtium, ſub nu. 2. & Rota Rom. deciſ. 91. ad auditorẽ ſacri palatij, in nouis, vbi determinat, quòd vbicunque auditor ſacri palatij in teſtem nominatus, citatusq; ſit, tanquam ad perſonam egregiam, ad eum mittitur pro teſtimonio ferendo.

11 Et conſequenter ad examinandos teſtes impeditos, & valetudinarios debet mitti, deſtinarique notarius ad eorum domos. ad illuſtres verò teſtes tenetur ire, accedereque iudex ad eorum domos, ſi in loco commorẽtur; ſi autem extra locum reperiantur, debet ire notarius cum bono interprete. ita Pereg. deciſ. 220. lib. 2.

12 Et quanquam in perſonis egregijs hoc aſſerant procedere de honeſtate, non autem de neceſsitate in cauſis ciuilibus, Ioan. And. Hoſtienſ. & Ant. de Butr. in c. ſignificauit, de off. ord. nihilominus tamen in contrariam ſententiam videtur inclinare Abb. in d. c. ſi qui teſtium, ſub num. 2. & ibi apoſtil. ſub litera A, per text. in l. ad egregias perſonas ff. de iureiur. videlicet quòd iudex in cauſis ciuilibus tenetur de neceſsitate, non autem ex gratia mittere ad examinãdum egregias perſonas. & ita obſeruatur in Regno, & præſertim in patria mea.

¶ Vndè cauti procuratores citati ad vidèdum iuramenta teſtium, vbicunque inter ipſos teſtes deſcriptos in citatione examinandi forent aliqui teſtes impediti, valetudinarij, & aliæ perſonæ illuſtres, ſeu in dignitate conſtitutæ, in eorum domibus deberet neceſſariò cõparere, & ſe proteſtari, petendo adeſſe velle tempore depoſitionis ipſorum teſtiũ, ac videre illos iurare. tunc enim examinator tenetur deferre iuramenta in præſentia eorũdem procuratorum ita inſtantium, & non aliter, nec alio modo. & ita ſemper vidimus obſeruari in Regno, tam in cauſis ordinarijs, quàm in alijs quibuſcunque delegatis.

13 Imò hoc eatenus verum eſt, vt perſona ipſa egregia, quemadmodum eſt Cardinalis, Epiſcopus, Doctor, & quilibet alius in dignitate conſtitutus citatus pro teſte, etiam ſi vellet

vellet accedere ad iudicem eius teſtimonij proferendi cauſa, non poſſit renunciare priuilegio d.l.ad egregias.ff.de iureiur. ſecundũ Cyn.in l.nec honore.C.de epiſc.&cler.cui accedit Roma.in ſing.172. Tu audiſti,& ibi apoſtil.& Fely.in d.c.ſi qui teſtium,ſub nu.3.

14 Eſt benè verum, quòd licèt vxor contra virum, & econuerſò non cogatur vt teſtis ad deponendum.teſte Cyn.in l.2.C. de teſtib. & Abb.in c.in literis,circa fin.de teſtib.

15 Nec ſimiliter filius contra parentes ob reuerentiam cogitur ad deponendum.ita Bart. in l.in legibus.ff.de teſtib.Ioan.de Imol. in c. dilectorum, de teſtib. cogen. & Doct. omnes in l.parentes.C.de teſtib.

16 Nec cogitur gener contra ſocerum ad deponendum. vt voluit Abb. in d.c. in literis in fin.& Albericus de Maletis in tract. de teſtib. cap.6.nu.9.& 18.

17 Nec denique attinentes vſque ad ſeptimũ gradum coguntur modo aliquo teſtificari.teſte Ioan.de Imol.in d.c. dilectorum, Gloſſ. & Ang.in l.ſi fœmina. C. ad Turpil. & in l. lege Iulia.ff.de teſtib.vbi Glo.amplificat hoc procedere etiam tam in ciuilibus, quàm in criminalibus negocijs.& ſequitur quoque Io.de Imol.in d.c.dilectorum.

18 Tamen ſi iſti teſtes,& ſimiles,qui compelli nequeunt ad deponendum. l. inuiti. ff. de teſtib.coacti fuere ad veniendum in iudicio, ſi ſponte deponant,vtique tunc probant: ſecundum Glo.in d.l.inuiti,Bar.& Bal. colum. 1.in l ſi quando.C.de teſtib.& Iacob. Butrigar. in tract.circa materiam teſtium,in rubr. ſeu tit. de contrarietate teſtium,num.21.& Alberic. de Maletis in d.tract. de teſtib.cap.6.num.7. cum alijs ſeq. vbi poſt longam diſceptationẽ hoc relinquit indeciſum. tamen ego in praxi ſemper vidi obſeruari opinionem Gloſſ.& ſequacium præmemoratam.

19 Sed aduertendum eſt,quòd ſcribi debet in actis, quòd teſtes ipſi non compulſi, ſed volentes depoſuerint.vt eff cax teſtimonium eſt Bart. poſt Cyn. in authen. presbyteros, in 3. notab.C. de epiſ. & cler.aliàs præſumerentur in dubio inuiti deponere:ſecundùm Bar.in d. l.presbyteros, & in §.Deo amabiles, in fin. in auth.de ſanctis epiſc. licèt & malè contrariũ affirmet Bald.in d auth.presbyteros.

20 Imò probant etiam iſtæ perſonæ priuilegiatæ,quæ non admittuntur ad teſtimonium, ſi examinentur,& recipiantur,vbicunque veritas aliter haberi non poſſit. vt concedunt Gul.de Suza. in d l.lege Iulia, Ant.de Butr.& Ioan.de Imol.in d.c dilectorum, & Alber.de Maletis in d.tract.de teſtib.cap.6.ſub nu.23. & ſeq. vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & reddit efficaciſsimam rationem. *Cõis opin.*

21 Et vbicunque veritas aliter haberi non valeat,tunc aſſerẽti hoc,quòd veritas aliter colligi nequeat,incũbit profectò probandi onus. ita Ant.de Butr.Imol.& Fely.ſub num.9.in c. ſuper eo,de teſtib.cogen.& Alber.de Maletis in d.tract.de teſtib.cap.6.num.25.& ſeq. vbi aſſeuerat iſtam eſſe veram opinionem.

SVMMARIVM.

1 *TESTIBVS productis per aduerſarium litigator non conſentiens, eos generaliter reprobando, poteſt poſtea eis vti.*

2 *Teſtis,quem proteſtatus ſum reprobaturum, non probat,ſi poſtea deponat aliquid pro me, et ad mei fauorem: quia pars ipſa, quæ proteſtata eſt de reprobando teſtem,eo quòd nititur impugnare, non poteſt illius iuuari teſtimonio.*

3 *Proteſtatio contra teſtes, & eorum perſonas, & dicenda per eos,vbicunque non proceſſit in forma, non nocet modo aliquo proteſtanti:intantum quòd teſti aliquid deponenti pro illo, qui ante depoſitionem proteſtatus eſt ſe velle aliquid obijcere ei creditur ſtante tali proteſtatione defectiua,& imperfecta.*

4 *Teſtis deponens pro proteſtante contra illum probat,non obſtante proteſtatione, vbicunque proteſtans renunciaſſet huiuſmodi proteſtationi ante teſtium depoſitionem.*

5 *Teſtis deponens ad fauorem oppugnantis eius perſonam, probat pro eo; quando poſt teſtium depoſitionem pars ipſa oppugnans impugnaſſet teſtium perſonas.*

6 *Proteſtatio facta contra teſtis perſonam,contra proteſtantem producti, ſi pro eo deponat,ſibi non nocet,niſi talis proteſtatio fuerit per partem ratificata.*

7 *Teſtis deponens ad fauorem proteſtantis contra eius perſonam probat, & talis proteſtatio ſibi non nocet,ſi proteſtetur non ſimpliciter, ſed conditionaliter,videlicet,quòd licitum ſibi ſit obijcere,ſi bonum,& vtile ſibi videatur.*

OPINIO DCCCCXXIX.

1 LITIGATOR non conſentiens teſtibus productis per vnum aduerſarium generaliter eos reprobando, poteſt poſtmodum eis vti: ſecundũ Gio.& Doct. omnes in c. præſentium,de teſt. & iſta eſt communis opinio.teſte Boer.in deciſ.245.nu. 6. & Scriben. in d.c.præſentium. *Teſtis* *Cõis opin.*

2 Sed ſi contigerit ipſum litigantem proteſtatum fuiſſe ante probationem ſe velle reprobare teſtes productos,& depoſita per eos: tunc teſtes deponẽdo aliquid in fauorẽ iſtius proteſtantis, non faciunt fidem in eius fauorem:

rem: quia per ipſam proteſtationem videtur declarare ſe nolle aliquo pacto ipſis teſtibus fidem adhibere. de hoc eſt text. in d. c. præſen tium, in fin. vbi hoc tenet, ponitq; pro regula Glo. Fely. in vlt. not. nu. 14. & Franciſ. de Aret. colum. antepen. & pen. Nepos de Monte Albano in tract. de teſtib. nu. 116. & Boſsius in pract. crim. in tit. de publicatione proceſſus, & teſtium, num. 13.

¶ Et hoc ideò eſt, ſecundùm Doct. in d. c. præſentium: nam primò teſtes fortè timore impugnationis perſonæ poſſent mendacium proferre. Et ſecundò etiam, quia videntur proteſtantes perſonam teſtium inhabilitare: & ſic aſſerere, affirmareque eorum dicta nullatenus vera.

¶ Imò denique pars, quæ proteſtata eſt de reprobando teſtem, eo quòd nititur eum impugnare, non poſſet vtique illius iuuari teſtimonio. reg. ex eo, de reg. iur. in 6.

3 Cæterùm iſthæc regula ita fulcita, & roborata claudicat primò non ſortiri locum, vbicunque proteſtatio contra perſonam, & depoſitiones teſtium non proceſsit in forma. vt voluit Fely. in d. c. præſentium, num. 16. Et iſtam formam proteſtationis faciendæ in iudicio circa teſtium reprobationẽ tradit Spec. in tit. de teſte, in rubr. de teſtium reprobatione, num. 1.

4 Secundò choarctatur ſimiliter eademmet regula non obtinere aliter locum, vbicunque proteſtans ad actum ipſius proteſtationis nõ proceſsiſſet, verùm ante teſtium depoſitionẽ renunciaſſet huiuſcemodi proteſtationi: tunc enim teſtes deponentes pro proteſtante indubitanter probarent. ità Ioan. Andr. Hoſt. Ant. de Butr. Imol. & Fely. in d. c. præſentium: licèt Abb. ibi colum. fin. malè, & contra communẽ ſcholam ſentiat contrarium, videlicet quòd hoc in arbitrio iudicis reſideat, qui arbitrari debeat quantum ipſis teſtibus credendũ ſit. *Cõis opin.*

5 Tertiò fallit etiam prænotata regula, quando poſt teſtium depoſitionem pars impugnaſſet teſtium perſonas: tunc quippè ſi teſtes ipſi in fauorem oppugnantis eorum perſonas depoſuiſſent, probarent dubio procul, & facerent etiam fidem. vt concedit Abb. colum. 5. & Fely. nu. 17. in d. c. præſentium.

6 Quartò reſtringitur quoque regula memorata, vt teſti deponenti pro illo, qui proteſtatus extitit contra eius perſonam, nulla admodum fides adhibeatur, ſi fortè aduerſarius illam proteſtationem ratam habuerit: ſecus verò ſi noluerit, atque recuſauerit, & penitus & omnino voluerit, determinaueritque vti eius dicto contra ſe: quia tunc eius dictum recipere teneretur. vt affabrè concludit Innoc. in d. c. præſentium.

7 Quintò minimè extenderet vires, radicesque ſuas regula anteſignata, ſi pars cautè quidem proteſtaretur ſpecificè & expreſsè, q̃ ſibi licitum ſit obijcere, ſi bonum, & tutum hoc ei videatur, & non aliter, nec alio modo: & tunc teſtimonium prolatum ad eius fauorem poterit illi prodeſſe. ita Innoc. in d. c. præſentium, Ioan. de Graſsis in tract. de ſubſtan. procur. verſ. in perſonis teſtium, & Maſuer. in in tit. de teſtib. verſ. item ſi quis teſtetur. & ſic communiter ſolet fieri per procuratores & cauſi dicos in Regno talis commoda, & vtilis proteſtatio.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS aſſeuerans cum iuramento ſe aliter depoſuiſſe, quàm à notario fuerit ſcriptum: notario potius, quã teſti creditur in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus ex iurata depoſitione teſtis vacillat fides notarij.*

2 *Tabellioni, ſeu notario potius credendum eſt, quàm teſti aſſerenti etiam cum iuramento ſe aliter dixiſſe, quàm tabellio ſcripſerit in criminalibus, præſertimque ſi haberet, & retineret ſuum ſcriptorem.*

3 *Teſtis vbicunque eſſet perſona multum notabilis, et aſſereret in cauſis ciuilibus ſe aliter depoſuiſſe, quàm notarius ſcripſerit, ſibi potius, quàm notario credendum foret.*

OPINIO DCCCCXX.

1 TESTIS præſtito ſibi iuramento aſſerens ſe aliter depoſuiſſe, quàm à tabellione fuerit ſcriptum: notario potius, quã teſti credendum eſt: vtpotè, quia pro notario præſumitur. l. ſi quis decurio. C. de falſis, & c. ad audientiam, de præſcrip. hocq; notant, ac expreſsè tenent Alex. conſil. 70. volum. 1. & conſil. 65. colum. 1. volum. 2. Soc. in tract. fallent. in reg. 421. teſtis ſi dicat, Dec. in c. cùm parati. colum. fin. de appellat. Grauet. conſil. 74. num. 3. Capic. deciſ. 61. in cauſa magnifici Carrafelli, nu. 5. & ſeq. Fely. in d. c. ad audiẽtiam, vbi Panor. ſcribit hoc procedere, ac verum eſſe in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus ex iurata depoſitione teſtis vacillat fides notarij. arg. l. fin. C. de prob. idem Abb. & Fely. in c. cùm cauſam, circa fin. de teſtib. Canoniſtæ omnes in d. c. ad audientiam, Specul. in tit. de teſtib. §. 1. nu. 48. & ibi Ioan. And in add. Soc. in d. reg. 421. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. cap. 13. num. 20. & Franciſ. Curt. in tract. de teſtib. concluſio. 42. ſub num. 85. & ſeq. & iſta eſt communis opinio, teſte Gramm. deciſ. 60. n. 18. Io de Amic. conſ. 119. nu. 5. & Moder. in d. c. ad audientiã. *Cõis opin.*

2 Hoc

2 Hoc verò non procedit, quando notarius examinaret teſtes, & haberet ſcriptorem, qui examen ſcriberet. eo enim caſu, ſi ambo deponerent, vtique probarent contra dictum teſtẽ ſe ita dixiſſe: ſecundùm Abb. in d. c. cùm cauſam, de teſtib. & hoc aſſerit ſe vidiſſe in practica Alciat. in præcitata reg. 3. nu. 13. & ſequitur etiam Franciſ. Curt. in d. tract. de teſtib. concluſ. 42. ſub num. 87. & ſeq. vbi aſsignat efficaciſsimam rationem. & ſimiliter adijcit hoc idem procedere, vbicunque in depoſitione ipſius teſtis ita aſſeuerantis, atque negantis, interueniſſet etiam, & interfuiſſet iudex ſimul cum notario.

3 Et quatenus ſuperius docuimus, quòd ſi teſtis dicat in ciuilibus cauſis ſe aliter depoſuiſſe, quàm notarius ſcripſerit: tunc potius credendum eſſe notario. dic habere locũ hoc, niſi teſtis eſſet perſona multum notabilis: ſecundùm Panorm. in d. c. ad audientiam, in 5. not. hocque idem aſſerit ipſe Panorm. tenere Specul. in tit. de teſtib. §. 1. ver. ſed pone quòd iudex, & in tit. de inſtr. edit. §. reſtat, ver. quid ſi atteſtationes. & hoc dictum Panor. ſequitur Fely. in c. ſuper his, de accuſat. & Marſil. in l. 1. §. ad quæſt. col. 4. ff. de quæſt.

SVMMARIVM.

1 TESTES cum iuramento tenentur exhibere eorum teſtimonium, & conſequenter iurare debent pro vtraque parte dicere veritatem.

2 Teſtis tenetur plenè deponere factum pro vtraque parte, vt iudex non laboret ad veritatem inquirendam: & talis teſtis non careat qualiquali boni viri ſuſpitione.

3 Teſti neſcienti plenè factum non adhibetur fides.

4 Teſtis non deponens iuratus, eius dictum eſt nullius momenti, etiam quòd ille teſtis ſit religioſus, & Epiſcopus, & Cardinalis.

5 Teſti nobili mortuo, & examinato eo viuente ſine iuramento, & ſine partis citatione, adhibetur fides.

6 Teſtium examen nullum ex defectu citationis partis ad videndum illos iurare, ſanatur ſi cum interrogatorijs datis ab ipſa parte non citata examinati extent.

7 Teſtes examinati parte non citata ad videndum eos iurare non faciunt indicium.

8 Teſtes examinati parte non citata non probãt aſſaſſinium ad effectum priuationis beneficiorum.

9 Teſtes nulliter examinati nec fumum quidem faciunt.

10 Teſtium examen non valet, vbicunque non extiterit citatus procurator, cum quo apparebat lis conteſtata, ad videndum iurare teſtes: ſed ſolummodò principalis conſtituens. Quod non ſortitur locum, quando dominus compareat, conſentiat, & videat iurare teſtes citatos ad deponendum.

11 Teſtes examinati in iudicio, principali ſponte comparente in eo ad videndum illos iurare, & procuratore aliàs conſtituto non contradicente, probãt.

12 Teſtibus citatus ad videndum eos iurare, in eius abſentia videtur dare licentiam iurandi, ſi non comparet: & ideò pars ipſa citata ad videndum iurare teſtes, ſemper comparere debet, & adeſſe tempore delationis iuramenti, & recognoſcere teſtes, & illos admonere, vt deponere debeant veritatẽ, & habere Deum ante oculos: quia ex hac diligentia varij exitus fœlices contingere conſueuere ad diffinitionem cauſarum.

13 Teſtes quòd ſint examinati in loco deputato, non præſumitur.

14 Cardinales, Epiſcopi, clerici, & aliæ perſonæ in ſacris conſtitutæ, licèt exemptæ non ſint à munere iuriſiurandi: tamen non tenentur iurare tactis ſacroſanctis ſcripturis: ſed illis productis, manu tacto pectore, iurare conſueuerunt.

15 Teſtes non iurati deponentes, licèt poſteà iurent, nõ probant, nec eorum teſtimonium valet, ſeu fidem facit, etiam in ſummarijs iudicijs.

16 Teſtis deponens non iuratus, etiam in cauſis ſummarijs nil probat.

17 Teſtium numerus non ſupplet defectum aliorum teſtium deponentium ſine iuramento.

18 Teſtis depoſitioni etiam non iuratæ ſtatur de conſenſu partium expreſſo, non autem tacito: quia partes poſſunt remittere iuſiurandum fretæ de integritate teſtis in cauſis dependentibus à mera volũtate partium, ſecus in alijs; ſicut quando ageretur de validitate matrimonij, de beneficio eccleſiaſtico, ſeu de alia re ſpirituali.

19 Teſtis depoſitio abſque iuramento licèt non valeat: tamen declaratio depoſitionis teſtis ſine iuramento valeret.

20 Statutum diſponens, diſpenſanſq; teſtem non iuratũ probare valet, & tenet.

21 Notarius ſcribens teſtem iuratum depoſuiſſe, præſumitur ad fidem teſtimonij pro iuramento, licèt tutius ſit, quòd notarius expreſſim ſcribat formã, & ſolennitatem iuramenti.

22 Teſtium dicta, quamuis iurata non appareant; tamen ſi antiqua ſint, valent, & tenent.

23 Sententia antiqua valet quamuis non appareant, & reperiantur acta.

24 Teſtes remiſſoriæ, qui iurarunt ſuper eo, quod fuerunt examinati dicere veritatem pro vtraque parte, non tenentur iterum iurare, citata parte, ſed ſufficit primum iuramentum.

OPINIO DCCCCXXXI.

1 TESTES cum iuramento neceſſariò tenentur exhibere eorum teſtimonium; & per conſequens iurare debent pro utraque parte dicere veritatem: ſecundùm Glo. in authen. ſi iudex. C. de epiſc. & cler. & Glo.

Glo.in l.2.C.de eden.cum qua tranſeunt omnes Doct.ibidem,in c.fraternitatis, de teſtib. & Maranta atteſtatur hanc eſſe communem opinionem in tract. de iudicijs,in 2.parte.ſuper 6. actu.

Cõis opin.

2 Imò teſtis tenetur plenè deponere factum pro vtraq; parte:ſecundùm Glo. in l. Lucius, ponderatam à Doct.ibi.ff.de infam.ad hoc vt iudex non laboret ad veritatem inquirendã: & talis examinatio iſtius teſtis nõ careat qualiquali boni viri ſuſpitione: ſecundùm Bal. in c.1.§.ſacramentum,de conſuet.recti feud.

3 Ideò teſti neſcienti plenè factum ipſius non adhiberetur fides aliqua:ſecundùm Glo. in d.l.Lucius,& Alex.conſil.148.in cauſa appellationis,nu.7.vol.5.

4 Et caſu quo teſtis non deponat iuratus, eius dictum eſt nullius momenti.l.iuriſiurandi.C.de teſtibus,& c. de teſtibus, extra eodẽ. Bal.in l.milites.C.de milit.teſta,Fely. in cap. tuis quæſtionibus, in primo not. de teſtibus, & Peregr.deciſ.288.lib.3.Roma.in ſing.369. Fuit vnus ex vobis,Sand.Aret.& Dec. in c.in nomine,de teſtib. Marſil.ſing. 24.Clarum eſt in iure, & in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Soc.in tract.fallen.reg.406. & Auguſt. Bero. in c.quoniam contra.num.90.& ſeq. de probat.Etiam quòd ille teſtis ſit religioſus:vt eſt tex.not.in c.ſuper nobis,de teſtib. Etiam ſi eſſet epiſcopus. c.fin.de iuram. cal. Imò ſi eſſet Cardinalis : vt tenet Gloſſ. in c. cùm olim, in ver.fratrum,de priuileg. quam dicit ſingularem Panor.ibi,colum.2.& Alex.conſil. 180.in cauſa,colum.2.volum.2.Felyn.in d.c. tuis,in prin.de teſtib.& in c.ſicut,circa fin.de ſentẽt. excomm.& in multis alijs locis.Iaſ.in repet.l. admonendi,colum.69.verſ. decimò prædicta regula.ff.de iureiur.vbi illam ſingulariter declarat,cum colum.ſeq.&Dec.in c.tertio loco. 3.not.de probat.ſingularem eſſe aſſeuerat.

5 Cæterùm Rota Rom. teſte D. meo Oradino deciſ.55.& ſeq.aliàs adhibuit fidem teſti nobili mortuo, examinatoque eo viuente ſine iuramento,& ſine partis citatione.

6 Et quanquam ſi pars citata non ſit ad videndum iurare teſtes, examen reddatur nullum:nihilominus tamen ſanatur,ſi cum interrogatorijs datis ab ipſa parte examinati appareant per commiſsionem arbitrio iudicis. ita Ant. Auguſt.deciſ.727.lib.3.& Card.Put. deciſ.301.lib.3.

7 Imò etiam teſtes examinati parte non citata,non ſolùm non probant,ſed etiam minimè faciunt indicium.ita Bar.in l.maritus. ff. de quæſt.& Dec.conſ.54.in cauſa domini Antonij,ſub nu.1. & Creſcent.deciſ.18.lib.2.

8 Vbi ſimiliter concludit,quòd teſtes recepti parte non citata nullatenus probent aſſaſſinium, ad effectum priuationis beneficiorũ.

9 Et non tantùm teſtes nulliter examinati vllam fidem,ſeu indicium faciunt, ſed etiam nec fumum quidem: ſecundùm Peregr.deciſ. 98.lib.3.

10 Imò quoque ſi procurator fuerit litem cõteſtatus,& ſic effectus dominus ipſius litis,& in examine teſtium principalis, & non procurator extiterit citatus:tunc minimè valet, ac tenet examen ipſorum teſtium:vt voluit Bal. in l.ſi quando,in 7.quęſt.C.de teſtib. cui innititur ibi Saly.quæſt.5.colum.penul.cum quodam temperamento : niſi dominus compareat,conſentiat, videatque iurare teſtes citatos ad deponendum:quia tunc examen valeret,atque ſuſtineretur:vt firmat idem Saly.in l.procuratoribus,vbi etiam Bar.C.de procurat.& in l.furioſo,de re iudic.& in l.mutari.ff. de procur.& in l.1.C.de ſentent.& Abb.in c. 2.col.pen.de teſtib.

11 Et hoc idem procedit vbicunq; dominus ſponte compareret in iudicio, & procurator non contradiceret.teſte Abb.in c.in nomine, de teſtib. Bal.in l.fin.C.de ſenten.ex breui.recit.& Alex,in d.l.furioſo.

12 Cęterùm ſi pars citata ad videndum iuramenta teſtium non compareret, cenſeretur ſanè tunc dare licentiam ipſis teſtibus iurandi in eius abſentia:vt concedit Dec.in c.conſuluit,in prin.de offic.deleg. & conſil.163.in cauſa matrimoniali, ſub num.8. Et hinc non immeritò admonitos eſſe deſidero partes ipſas citatas, vt tempore citationis ad videndũ iurare teſtes,compareant, & præſertim vbicunque citati extent teſtes incogniti, ſeu ſuſpecti,& viles,& cæteri ſimiles,atque illos recognoſcant,uideantque iurare;& denique in præſentia iudicis eoſdem teſtes admoneant ad deponendum veritatem, habendumque etiam Deum ante oculos. Et cùm hoc aliàs obſeruauerint mei clientes, mediãte mea monitione,ferè ſemper inuenerunt teſtes contra eos productos, & examinatos aliquid depoſuiſſe etiam ad ipſorum fauorem : & teſtor Deum ſæpiſſimè reportaſſe victoriam,& ſententias ad fauorem clientulorũ in uarijs cauſis,etiam in Sacro Regio Concilio, & in magna Curia Vicariæ, ex depoſitionibus teſtium ad inſtantiam aduerſariorum examinatorum.

13 Imò moneo iterum atque iterum eoſdem litigantes, vt commiſſo examine teſtium in partibus,procurent, vt per commiſſarium deputatum ad examinandum, eligatur in primis & ante omnia locus non ſuſpectus,in quo examinari queat:prout hodie obſeruatur religiosè quidem in Regno.Nam vtilitas,& cõmoditas ex huiuſmodi loci non ſuſpecti electione colligi poſſet primò iſthæc,videlicet,ꝙ partes facilè ibi adducere poſſunt teſtes, ac etiam videre iurare teſtes aduerſarij. Et ſecundò altera quoque ſcaturit vtilitas ex tali

electione

electione loci non ſuſpecti : quoniam examinator, ſeu commiſſarius deſtinatus tenetur adamuſſim mentionem facere ſpecificam, & expreſſam de examine facto in ipſo loco electo:aliàs in dubio non præſumitur, quòd teſtes examinati ſint in loco deputato. ita elegā ter,& concinnè Card. Put. deciſ. 265. lib. 1.

14 Et quamuis Cardinales, Epiſcopi, & aliæ perſonæ in ſacris conſtitutæ, non ſint à munere iuriſiurandi exemptę:tamen non tenentur iurare tactis ſacroſanctis ſcripturis, ſed illis propoſitis. text. eſt in authen. ſed iudex. C. de epiſc.& cler.& in c.fin.ext. de iura. calum. & vtrobique notatur per Glo.& alios omnes,& per Afflict. in conſtit. Regni, Puritatem.à quibus quidem religioſis conſuetudo etiam requirit, veluti ab alijs manum ſuper ſacroſanctas ſcripturas, ab ipſis ſuper pectus emiſſam exigit. ſola enim manus emiſsio ipſius iuriſiurandi ſignum eſt : prout etiam hodie vtique obſeruatur.

15 Ampliātur quę poſtremò præmiſſa, quòd ſi teſtes non iurati depoſuerint, licèt poſtea iurent, non probare, nec valere eorum teſtimonium, nullamque fidem facere: quia de ordine iudiciorum eſt, vt teſtes primò iurent,& poſtea teſtificentur. l. ſi quando, cum authen. ſeruilis cōditionis. C. de teſt.& ita tradit Cyn. in l. iuriſiurandi, eod. tit. & iſta eſt magis cōmunis opinio, teſtante Ioachimo in obſeru. 77. cent. 4. Et licèt aliqui contrarium verum eſſe cenſuerint: tamē Camera Imperialis ibi reducit fœdere diſtinctionis opiniones ad optimam,& realiſſimam concordiam : & communis opinio ipſa eſt adeò vera, vt tam in plenarijs, quàm ſummarijs iudicijs locum habeat: ſecundùm Imol. in Clem. ſępè, col. 36. de verb. ſignif.

Cōis opin.

16 Item ampliatur hoc in tantum verum eſſe, vt procedat etiam in cauſa quantumuis ſummaria: ſecundùm Imol. in Clem. ſępè, col. 36. de verb. ſignif.

17 Similiterque numerus teſtium non ſuppleret hunc defectum : vt voluit Dominicus in c. multis. 44. diſt.

¶ Sed præmiſſa communis ita, & taliter ampliata, limitatur primùm non procedere, vbicunque litigatores forte de integritate teſtis confiſi, ei iuſiurandum remitterent: quia tunc ſtaretur eius depoſitioni, tametſi abſque iuramento factę, quod ipſorum litigantium fauore tantùm lex deſiderat. Glo. in l. 1. ff. de ferijs, in l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iur. calum.& in l. iuriſiurandi. C. de teſtib.& Felyn. in c. tuis, ext. de teſt. nu. 1.

18 Et eſtò, quòd iuramentum fauorem vtriuſque partis reſpiciat: hoc intelligas non de alterius, ſed vtriuſque partis remiſſione: ſecundùm Io. And. Cardin. Abb.& Fely. num. 2. vbi amplius quoque de remiſſione expreſſa, quia ſatis non eſſet citata, vtpotè partibus non opponentibus: vt per Hoſtien. & alios communiter in c. nuper, ext. de teſtib. & per Felyn. in d. c. tuis, nu. 2. Imò etiam expreſſa non ſufficeret, niſi in cauſis, quæ pendent à mera voluntate partium; ſecus in alijs. verbi gratia, vbi de validitate matrimonij, de beneficio eccleſiaſtico, aliàue re ſpirituali ageretur : ſecundum Cardin. Abb.& Fely. num. 3. in d. c. tuis.

Cōis opin.

19 Secundo loco limitatur, quòd licèt non valeat depoſitio teſtis abſque iuramento; nihilominus declaratio depoſitionis teſtis ſine iuramento valeret. vt voluit Bart. in l. palàm. §. ſi quid poſt. ff. de teſta. Roma. qui huius dicti reddit rationē, conſ. 482. in caſu præmiſſo, circa primū, n. 8 & Marſil. in l. 1. §. ſi. nu. 50. ff. de quæſt.& in l. de vnoquoq;, nu. 76 ff. de re iud.

20 Tertiò limitatur non habere locum, quando ſtatutum teſtes à iuramento diſpenſaret, diſponens teſtem non iuratum probare: tunc quidem ſeruandum foret: vt concludit Rom. conſ 90. viſo puncto,& Fely. in d. c. tuis, nu. 2.

21 Et licèt ad fidem teſtimonij requiratur iuramentum: id tamen præſumitur, ſi Notarius ſcripſerit Mœuium teſtem iuratum depoſuiſſe: vt per Bart. in l. Theopompus, colum. 1. ff. de dot. pręleg. poſt Glo. ibi. quam dixit ſingularem Bal. in c. cùm in iure, colum. 2. de offic. deleg. notant Abb.& Felyn. num. 6. in c. tuis, de teſtib. quia pro Notario præſumendū eſt. c. ad audientiam, de præſcript. l. ſi quis decurio. ff. de falſis, Bald. in l. Imperator, colum. 2. ff. de ſta. hom. Cautius tamen erit, vt res tuta ſit, nec aliquod dubium habeat, quòd ipſe Notarius expreſsim ſcribat formam, & ſolennitatem ipſius iuramenti.

22 Quartò limitatur per id, quod ſcribit Bar. in l. admonendi, col. antepen. ver. quæro quid ſi reperirentur. ff. de iureiur.

23 Vbi concludit,& expreſsè firmat, teſtium dicta valere, ſi antiqua fuerint, & non appareat, quòd fuerint iurati, ad ſimilitudinē ſententiæ, quæ valet, quamuis non appareant acta, ſi modò eſt antiqua: per doctrinam Innocentij in cap. cùm in iure, de off. delegati,& Bart. ſequuntur ibi omnes Doct. vnanimiter, & Canoniſtæ in d. c. cùm in iure, & in c. quoniam contra, de prob.& ibi Fely. & in c. ſicut, col. 4. de re iudicata.

24 Quintò limitatꝰ quoq; ꝙ teſtes remiſſoriæ, iurantes pro vtraq; parte dicere veritatē ſuper eo, quod fuerint examinati, non teneātur iterū iurare: & ſic eis tunc nullo modo debet deferri nouū iuramentū: quia cū iuramētū ſecūdū neceſſariū nō ſit, poſſet omitti, & partē nullatenꝰ citari oporteret. ita Abb. in c. fraternitatis, de teſtib.& ita determinauit etiā Rota Rom. ſub die 20. Maij. 1566. atteſtante grauiſſimo,& illuſtri D. Oradino pręceptore meo in ſuis vtiliſsimis deciſionibus, decif. 34.

SVM-

SVMMARIVM.

1 TESTES non publicati non probant in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas.

2 *Teſtium non publicatorum examen videtur ſcriptura priuata.*

3 *Teſtium publicatio peti non poteſt ab eo, qui illos produxit, licèt ſua interſit.*

4 *Teſtes non publicati, nullam fidem faciunt.*

5 *Teſtes non publicati non probant, etiam ſemiplenè.*

6 *Teſtes non publicati à iudice ordinario, coram quò fuerunt examinati, ſed ab alio iudice extraneo: et ſic non ſucceſſore cauſæ appellationis, nõ probant: verùm neceſſe eſt, vt iterum examinentur, niſi mortui appareant.*

7 *Publicatio teſtium fieri debet per iudicem, qui eos examinauit, vel per eius ſucceſſorem, non autem per alium iudicem alterius tribunalis,*

8 *Teſtes examinati in prima inſtantia, & non publicati, poſſunt publicari in ſecunda inſtantia appellationis, quę loco inſtantię principalis ſubrogatur: & tunc ipſi teſtes fidem faciunt.*

9 *Publicatio teſtium facta in eadem inſtantia, etiam à iudice diuerſo, non aliter loco primi iudicis ſubrogato, valet, & ipſi teſtes ita publicati probant.*

10 *Teſtes in omibus illis caſibus, in quibus examinari poſſunt abſq; litis conteſtatione, probant non publicati inter eaſdem perſonas, tam in eadem inſtantia, quàm etiam in diuerſa.*

11 *Publicatio teſtium facta coram eodẽ iudice, vel ſubrogato illius, qui eos examinauit, valet, et fieri põt.*

12 *Teſtes examinati ante litis cõteſtationẽ ad æternam rei memoriã, nõ aliter facta publicatione, probãt.*

13 *Publicatio teſtium non fit in Curia Romana vſque ad tertiam ſententiam.*

14 *Publicatio atteſtationum ſemper in* Rota Romana *peti poteſt, etiam poſt oſtenſa partibus dicta teſtiũ.*

15 *Publicatio debet fieri formiter: quia teſtes publicati aliter non dicuntur, etiam quòd fuerit petita publicatio, ſed non conceſſa: verùm requiritur, quòd conſtet plenè dedicita eſſe teſtificata.*

16 *Publicationis vera forma traditur remiſſiuè.*

17 *Publicatio debet ritè, et ſolẽniter fieri, aliàs nõ tenet.*

18 *Publicatio teſtium ſolennis, diſcreta, & partibus conſentientibus emanata, excludit vt nemo amplius admitti debeat ad productionem teſtium propter ſubornationis ſuſpitionem.*

OPINIO DCCCCXXXII.

1 TESTES requiritur neceſſariò, quòd ſint publicati, vt probent: aliàs non publicati fidem non faciunt in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas: & ſic tunc eis nulla fides adhiberetur. l. geſta, vbi Glo. & cęteri omnes noſtrates. C. de re iudic. & Bart. alijq; in l. 2. C. de eden. præſertimq; ibi Cagn. n. 123. cũ alijs ſeq. vbi iſtã opinioné tuetur, & cõem eſſe perhibet, & Ripa etiam, ſub n. 30. licèt, & malè, ſuoq; capite inibi Bologn. ſub n. 57. aſſeueret cõtrariã ſententiã magis cõem. *Cõis opin.*

2 Et hoc ideò eſt: nam examen ipſorum teſtium non publicatorum videtur quædã ſcriptura priuata, cùm illa nullatenus iudicis authoritatem habeat: ſecundùm Caſtr. in d. l. 2.

3 Imò ſolidiori fundamẽto roboratur iſthęc communis: quoniam teſtium publicatio peti nequit ab eo, qui illos produxit, licèt ſua interſit. ita Bald. in rub. de controuer. inueſt. & Innoc. in c. conſtitutus, de teſtib.

4 Et finaliter teſtes non publicati non probant modo aliquo. vt voluit Bart. in l. ſolam, num. 1. & ſeq. C. de teſtib.

5 Imò ipſi teſtes non publicati, minimè etiã probant ſemiplenè. ita Bal. in l. in bonæ fidei, col. 3. C. de reb. cred. per l. 3. & ſeq. de his quæ in fraud. cred. & per d. l. geſta.

6 Sed iſthæc cõis ita explicita extendit vires ſuas, amplificaturq; etiam locum obtinere, ſi alius iudex, & ſic non ſucceſſor cauſæ appellationis, eoſdẽ teſtes publicari faceret: quia eis tunc indubitanter nulla fides adhiberetur, cæterũ opus foret, vt de nouo examinarẽtur, niſi mortui reperirẽtur. l. fi. C. de teſt. & ita firmat Ant. de Butr. in c. licèt cauſam, de prob. Bal. in d. l. fi. Glo. Bart. & Bal. in d. l. geſta, & Alex. cõſ. 82. viſo proceſſu cauſæ vertentis, col. fi. vol. 3. vbi ad lucẽ adducit iſtã eſſe cõem opinionẽ, & Ripa etiam, nu. 32. & Cagn. n. 126. in d. l. 2. *Cõis opin.*

7 Et ratio eſt, ex quo publicatio teſtiũ fieri debet per iudicẽ, qui eos recepit, & examinauit, vel per eius ſucceſſorem, non autẽ per alium iudicem alterius tribunalis: ſecundũ Bal. in d. l. fin. col. 1. C. de teſtib. & Ripam, cum alijs aggregatis per eum, in d. l. 2. ſub nu. 32.

8 Veruntñ memorata cõis ita ampliata claudicat primò ſibi locũ non vẽdicare in inſtãtia appellationis, quę loco inſtãtię principalis ſubrogat. l. cũ apud Sẽproniũ. ff. iud. ſolu. & ita limitat, atq; concludit Abb. in c. cũ cauſam, de teſtib. Bal. in tit. de pace Cõſtan. in ver. cauſis, & in l. prolatam. C. de ſent. & interloq. omniũ iud. Paul. de Caſt. Alex. & Ripa, n. 31. in d. l. 2.

9 Fallit etiã ſecundò eadẽ cõis opinio, vbicũq; emanaret, fieretq; publicatio in eadẽ inſtãtia, & iudicio, etiã à iudice diuerſo non aliter loco primi iudicis ſubrogato. ita Aret. in c. cauſam quę, extra de teſtib. vbi planè deducit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

10 Tertio coharctatur quoq; prędicta cõis in omnibus illis caſibus, in quibus teſtes examinari queunt abſq; aliqua alia litis conteſtatione. in iſtis enim caſibus indubitanter probãt teſtes non publicati inter eaſdem perſonas in eadẽ inſtantia, & in diuerſa. text. eſt, ſecũdùm Bar. lecturam, in auth. ſed ſi quis. C. de teſtib.

11 Quartò reſtringitur anteſignata communis, vbicunq; fieret publicatio coram eodem

iudice, vel ſubrogato illius, qui examinauit. tunc nempè valebit publicatio ipſa, & fieri poteſt: vt concedunt expreſsè Bar. & alij omnes conformiter in d.l. geſta, & Aret. in d. cap. cauſam quæ, & ibi etiam Dec. num. 9. vbi in medium reſerauit iſtam eſſe cõem opinionẽ. *Cõis opin.*

12 Quintò fallit etiam prænotata communis non ſortiri aliter locum, vbicunque teſtes examinati forent ante litis conteſtationem ad æternam rei memoriam. ita Bart. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Alex. Ripa ſub n. 31. & alij omnes in d. l. 2.

13 Sextò interpretatur, limitaturque præmemorata communis non procedere in Curia Romana: nam in ea fieri non ſolet publicatio. teſte Bolognet. ſub nume. 58. cum alijs Moder. in d. l. 2. & Pet. Rebuff. in tract. de publicatione atteſtationum, in prin. num. 4. vbi meminit publicationem in Curia Romana non fieri vſq; ad tertiam ſententiam.

14 Sed iſta limitatio falſa redditur, & ſuſtineri nequit modo aliquo. Nam teſtium publicatio ſemper in Rota Romana peti poteſt, etiã poſt oſtenſa partibus dicta ipſorum, vel poſt notificationem illis factam, an ſint in partibus. ita Caputaquenſ. deciſ. 259. lib. 1. Vndè teſtes examinati in ipſa Curia Romana, ad hoc vt probent in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas, debent publicari, poſtquã vt ſupra docuimus, ſemper peti poteſt publicatio teſtium.

15 Et aduerte, quòd publicatio ipſa debet fieri formiter: vtpotè, quia teſtes non dicuntur publicati, etiam quòd fuerit petita publicatio, ſed non data, & informatum ſuper teſtibus, & lecto teſte in domo iudicis: verum requiritur, quòd conſtet plenè didicita eſſe teſtificata. teſte Peregr. deciſ. 78. lib. 3.

16 Et veram normam, formamq; publicationis faciendę tradit Spec. in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter, & compendioſè docuimus, n. 2. & Marian. Soc. Sen. in repet. c. fraternitatis, ſub nu. 23. dè teſtib.

17 Vndè neceſſariò teſtium publicatiõ debet ritè, ſolenniterq; fieri, aliàs non valet, nec tenet: vt ubertim oſtendit Soc. in d.c. fraternitatis, ſub num. 24.

18 Sed vbicunq; eſſet diſcreta, ſolennis, & ritè emanata publicatio ipſa, & partibus conſentiẽtibus: tũc enim foret terminus excluſiuus nouę productionis teſtiũ, & ſic nemo amplius admitti deberet ad teſtium productionẽ propter ſuſpitionẽ ſubornationis. ita Inno. & Hoſtien. in c. vltra tertiũ de teſt. Io. And. & Soc. ſub nu. 24. in d.c. fraternitatis, vbi multas rationes effundit pro veritate, & reſolutione pręſentis opinionis, & prorumpit deniq; eam eſſe cõem. quam ſequitur etiã Pet. Rebuff. in d. tract. de publicatione atteſtationum, in princ. ſub num. 4. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *IVRAMENTVM ſuppletoriũ reo eſt deferendum, vbicunque actor probaret per duos teſtes ſe mutuaſſe Titio centum, & reus probaret ſe ſoluiſſe ipſa centum per vnum teſtem.*

2 *Mutuum eſt probatum in decem, ſi duo teſtes deponant Mœuium mutuaſſe pecuniam Sempronio, et neſciant quantitatem; & alij duo teſtes aſſerant eundem Mœuium petijſſe à Sempronio decem.*

OPINIO DCCCCXXXIII.

Teſtis

1 PER duos teſtes actor probans ſe mutuaſſe Titio centum, & reus probans ſe ſoluiſſe dicta centum per vnũ teſtem ſolummodo: tũc obtinebit reus, & ſibi per iudicem deferendum eſſet iuramentum in ſupplementum. ita Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. cum quo ſentiunt omnes communiter ibi, Bald. & Saly. in l. in bonæ fidei. C. eod. tit. Panor. in c. fin. ext. de iureiuran. & Moder. in d.l. admonendi, vbi teſtantur de dicta communi, præſertimque Curtius, nu. 305. *Cõis opin.*

2 Et his occurrit vnum verbum nunquam obliuioni tradendum, quòd ſi duo teſtes deponant Mœuium mutuaſſe pecuniam Sempronio, ſed neſciant quantitatem; alij verò duo teſtes dicant ipſum Mœuium petijſſe à Sempronio decem: tunc profectò probatum eſt mutuum in decem. ita ſingulariter tenent Bart. in d.l. admonendi, colum. 2. verſ. quæro quid ſi teſtis deficiat, quem ſequuntur ibi omnes cõmuniter, Ant. in d.c. fi. & Alex. conſ. 69. col. 2. vol. 2. & conſ. 189. col. fin. vol. 6. *Cõis opin.*

SVMMARIVM:

1 *TESTIS productus ſi reproducatur contra ipſum producentem in eadem cauſa, vel in alia inſtantia, non poteſt reprobari, etiam ſi ſit infamis, aut periurus: vt num. 2. & ampliatur num. 3. & tripliciter remiſſiuè limitatur, num. 4.*

OPINIO DCCCCXXXIIII.

1 TESTIS productus per me contra, aduerſusque partem aduerſam, in eadẽmet cauſa ſi poſtmodum produceretur contra me, amplius reprobari non poteſt: ſm̃ Glo. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. communiter ab omnibus Scriben. approbatam ibi. *Cõis opin.*

2 Amplia hoc procedere ſimiliter ſi ille teſtis eſſet infamis, aut periurus: d.l. ſi quis teſtibus, & c. fin. 3. ſi quis. 4. q. 5.

3 Am-

3 Amplia ſecundo loco dictam communem habere locum non modò ſi eſſent producti teſtes,& in eadē cauſa, verùm etiam in alia reproducti,& examinati extitiſſent: ſecundùm nonnullos Doct. Sed Odofredus in præcitata l.ſi quis teſtibus,tenet contrarium in alia inſtantia. quem ſequitur inibi Alberic. aſſeuerans opinionem Odofredi in iudicijs,& praxi communiter obſeruari,& Boer.deciſ.245.nu.6.cum duobus ſeq. *Cōis opin.*

4 Et dictam communem opinionem ita ampliatam, limitat in tribus caſibus Felyn.in c. præſentium,de teſt.& Aufrer. in tract. de reprobatione teſtium,in ver.Prodigo, nu.82.

ſis,per illum tex.vbi Iaſ.etiam,& omnes Doctores communiter. *Cōis opin.*

3 Et his accedit vtiliter, quòd non eſt idoneus teſtis dicēs in parte falſum. & iſta eſt cōmunis opinio,teſte Soc.conſ.155. *Cōis opin.*

4 Limitaturq; iſthæc ſententia cōmunis non habere locum in capitulis prorſus diuerſis à falſo. Nam falſitas commiſſa in capitulo, ſeu articulo,exploratum eſt non vitiare cætera capitula omninò diuerſa à falſo: vt per Bal. in l. iubemus. C. de teſtam. Felyn.in c. fraternitatis,de teſtib.col.pen.Dec.in c.1. de probat.& iſta eſt communis opinio,quam citat,& nonnihil commendat Boer.deciſ.253.num.6. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 TESTIS reſpondens falſum in vno articulo,ſeu capitulo,redditur falſus quò ad alia capitula; & propter falſitatē vnius capituli vitiatur eius depoſitio in omnibus, ſi falſum dixit in committendo,ſecus ſi in omittendo.

2 Teſtis in parte iurās falſum,redditur inhabilis ſemper ad deponendum pro ſe,& alijs.

3 Teſtis deponēs in parte falſum,nō eſt idoneus teſtis.

4 Falſitas commiſſa in vno capitulo,ſeu articulo,non vitiat cætera capitula omninò diuerſa à falſo.

OPINIO DCCCCXXXV.

1 TESTIS reſpondens falſum in vno capitulo, ſeu articulo, redditur falſus quòad alia capitula; & per conſequens propter falſitatem unius capituli vitiatur eius depoſitio in omnibus: ſecundùm Grauet.latè conſil.6.nu.14 Alex.& Alciat.in l.1.§.ſed ſi mihi.ff. de verb.oblig.& Afflict.in conſti. Eos qui ſcienter,nu.25.lib.3.rub.55. & iſta eſt communis omnium opinio, atteſtante Boſſio in tit. de falſis,nu.147.& Corneo conſ.61.vol.1.& conſtat pariter communem eſſe ex alijs cōgeſtis per Tiraq.in tract.de pœnis temperādis,cauſa 44 nu. 42. vbi declarat hoc habere locum ſi falſum fuerit commiſſum per teſtem in cōmittendo,non in omittendo.& Doct.communiter in l.ſi ex falſis.C.de tranſact.quam quidem opinionē communem eſſe aſſeuerat Scriben.inibi,præſertimq; Alexā.nu.12.& ſeq.& Alex.de Neuo conſil.2.num.4. *Cōis opin.*

2 Ampliatur iſta communis, ꝙ dictus teſtis, qui in parte iurauit falſum,in totum,& in omnibus alijs caſibus amittit beneficiū legum, & ſtatutorum in eius fauorem facientium: & amittit beneficium ſimiliter, & facultatem iurandi pro ſe, & alijs:ſecundùm Dec. conſil. 83.in cauſa,col.pen.Alex.conſil.114. col.11. vol.3.& conſil.18.volum.2.& in d.l.ſi ex falſ-

SVMMARIVM.

1 TESTIS dictum non reprobatur propter falſitatem per eum commiſſam non tangentem negocium principale; imò probat, & valet eius dictum: punitur tamen crimine ſtellionatus. & num.2.

OPINIO DCCCCXXXVI.

1 TESTIVM dicta non reprobantur propter falſitatem per eos cōmiſſam non tangentem negociū principale: vt per Bal.in l.pen. C.de tranſac.quam ſequitur ibi Saly.ſubdens ita in practica ſeruari quotidie.& ita cōſuluit Dec.conſ.100.col.3.& cōſ.163.in cauſa matrimoniali, quæ Mantuæ agitatur,n.10.& Gram.cū alijs Doct. relatis per ipſum,deciſ.60.nu.17.& deciſ.43.n.5.Iaſ.in l.2.ſub nu.16.C.de bon.poſſ.ſecund.tab.Curt. Iun.conſ.122.nu.8.Soc. Iun. conſ.31.nu. 28. vol.2.& Ruin.conſ.36.nu.3.vol.4.

2 Vndè ſciendū eſt indubitanter, ꝙ teſtis dicens falſum ſuper acceſſorijs,& non ſuper facto principali,probat,& valet eius depoſitio. verbi gratia,ſi quis eſt mihi affinis aliqua leui vel lōga affinitate, & deponit in aliquo negocio meo; & ſuper interrogatorijs ſibi factis ſi eſt meus affinis,dicit,& deponit,ꝙ non:certè eius dictum valet,nec aliquid minuitur de fide ipſius, ſed benè pro tali mendacio debet puniri crimine ſtellionatus: ſecundū Iac.But. in l. Lucius.ff. de infamibus, quem ſequitur Ang.conſ.194.viſis proceſsibus cauſæ,col.2. vbi dicit hoc eſſe notatu dignum, & Marſil. ſing.76.Communis opinio Doct.eſt.& in repet.l.fin.fol.45.poſt prin.C.de probat. Iaſ. in l.2.ſub nu.16. C. de bon. poſſeſſ.ſecund. tab. Dec.in c.licèt cauſam,nu.22.de prob.Marſil. in l.1.§.præterea,n.25.ff.ad leg.Cor.de ſicar. Grammat.deciſ.43.nu.4.Soc.Iun.conſil.31. num.28.& Boſſius in pract.crim.tit.de falſis, num.146.& 148.

SVMMARIVM.

1 TESTIS *falſum deponens, ſiue tacens veritatem, vel aliquid recipiens à litigantibus, ne ferat teſtimonium, punitur criminaliter, aut ciuiliter ſecundum qualitatem facti.*

2 *Teſtis falſum teſtimonium dicens in cauſis criminalibus, incurrit in Regno pœnam vltimi ſupplicij: & in ciuilibus falſum aſſerens, punitur pœna mutilationis manus, & perpetui exilij.*

3 *Teſtis falſum teſtimonium deponens, tenetur nō ſolùm in foro contentioſo de falſo, ſed etiam de omni damno ex illo teſtimonio contingente: in foro verò conſcientiæ tenetur ſolūmodò de falſo teſtimonio.*

4 *Teſtis deponens falſum ſcienter, vel doloſè extra capitulata, & extra cauſam, ſiue de eo quod non noceret partibus, vel curijs in abſoluendo, vel condemnando, non tenetur ad pœnam falſi ordinariam iuris communis, ſiue interpoſitam à ſtatuto, ſed alia mitiori arbitraria.*

5 *Falſitas nemini nocibilis non poteſt de iure communi puniri pœna falſi ordinaria, ſiue per notarium, ſiue per teſtem, vel per alium ſit commiſſa.*

OPINIO DCCCCXXXVII.

1 TESTIS falſum teſtimoniū deponens, ſiue tacēs veritatem, vel aliquid accipiens à litigantibus ne ferat teſtimonium; punitur criminaliter, aut ciuiliter, ſecundùm qualitatem facti. l. 1. in princ. & §. 1. & l. falſi pœna. ff. ad leg. Cornel. de fal. Et ſic teſtis accipiēs pretium, vt teſtimonium proferat, puniri debet pœna falſi; ſecundùm Abb. & Fely. in c. 1. de crim. falſi. Bar. & Marſil. in d. l. 1. §. 1. nu. 5. eundem Marſil. ſingul. 353. Iaſ. in l. Diuus, nu. 27. de re iud. Plotum in l. ſi quando, nu. 45. C. vndè vi, & Couarru. in c. quamuis pactum, par. 1. §. 7. nu. 5. de pact. in 6. qui appellat iſtam eſſe Cōis opin. communem opinionem. ſed valde quidem periculoſa redditur ex ſcriptis eiuſdem authoris, & Dec. in c. 1. nu. 2. de teſt.

2 Sed in Regno habemus pragmaticam nouiſſimam, inchoantem: Ferdinandus Aluarez, in qua ſancitum reperitur, teſtem falſum teſtimonium dicentem in cauſis criminalibus, incurrere pœnam vltimi ſupplicij. In ciuilibus verò falſus teſtis, eiuſdem pragmaticę diſpoſitione, punitur pœna mutilationis manus, ac perpetui exilij.

3 Et intantùm prædicta vera ſunt, vt teſtis falſum teſtimonium deponens, teneatur non modò in foro cōtentioſo, de falſo teſtimonio, verùm etiam de omni damno ex illo teſtimonio contingente: vt per Glo. in c. presbyterū, de homicid. & in c. imputari, de reg. iur. lib. 6. In foro verò conſcientiæ tenetur duntaxat de falſo teſtimonio: ſecundùm communem opinionem omnium Canoniſtarū in c. 1. de cuſtod. Euchariſt. quam communem ſequuntur, & atteſtantur inibi Doct. & paſſim in iure noſtro, & Corſetus in ſingul. in verb. Teſtis l. *vltimo*, inchoante: Si aliquis dixit falſum &c. Cōis opin.

4 Limitaturque dicta pragmatica, ſeu ſtatutum non procedere, ſi teſtis depoſuiſſet de eo, quod eſſet extra articulos, vel capitulos, vel extra cauſam, ſiue de eo, quod non noceret partibus, vel curijs in abſoluendo, vel condemnando, etiam quòd falſum ſcienter, & doloſè deponeret, non teneretur pœna dictæ pragmaticæ, ſiue ſtatuti, ſed alia mitiori pœna, erit puniendus. ita in ſpecie conſuluit Bald. conſil. 106. cùm peteretur, volum. 1. ad limitationem ſtatuti Mediolanenſis.

5 Et ſic nota vtiliter, quòd falſitas, quæ nemini nocet, non poteſt puniri pœna falſi ordinaria, ſiue per teſtem, ſiue per notarium, vel alium fuerit commiſſa. & iſta eſt communis opinio: ſecundùm Alex. conſil. 145. viſis, Cōis opin. vol. 6. & Soc. conſil. 103. in facto, & conſ. 104. poſt redditum vol. 1.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA *lata per falſos teſtes vt retractetur, non ſufficit probare corruptelam teſtium, ſed debet probari falſitas.*

2 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam latam ſub prætextu falſorum teſtium vt competat, ſufficit probare ſolam ipſorum teſtium falſitatem abſque eo, quòd probetur corruptela partis: ſecus verò ſi libellans ſe aſtringeret in libello in eadem oratione ad vtrunque probandum: ſiquidem tunc tenetur falſitatem, & corruptionem probare.*

3 *Sententia lata per falſos teſtes retractatur, etiam ſi pars deduceret in libello in diuerſis orationibus teſtes falſum dixiſſe, & fuiſſe corruptos, & conſequenter copulatiuè, vel reſpectiuè non videtur ſe aſtringere ad vtrunque probandum, ſed alterum probare ſufficit, ſcilicet corruptelam, vel falſitatem.*

OPINIO DCCCCXXXVIII.

1 TESTIVM ſolam corruptelam probare non ſufficit, vt ſententia lata per falſos teſtes retractetur, ſeu annulletur, ſed debet probari falſitas ipſorū teſtium: ſecundū Inno. & omnes in c. licèt cauſam, de prob. quorum opinionem ſequitur, declarat, & ait eſſe commu-

Cõis opin. cõem Dec. ibi n. 156. cũ alijs ſeq. ¶ Io. And. verò, in d. c. licèt cauſã, & Bar. in l. Diuus Adrianus, n. 7. ff. de re iud. inclinauerunt in cõtrariã partem, videlicèt, ꝙ teſti corrupto indiſtinctè non credatur, & ſufficiat proponere teſtes pecunia corruptos, ad hoc vt ſententia lata per falſas probationes retractetur. ideóq; videtur tenere Glo. & ibi Bart. in l. is qui iudicio. ff. de accuſ. vbi cõcludunt, ꝙ ſi teſtis ob pecuniã receptã accedit ad teſtificãdũ, repellitur à limine iudicij. Tñ in iudicãdo, & cõſulẽdo nõ foret tutũ diſcedere à d. cõi, ob rõnes, & argumẽta allegata p Moder. & Dec. in d. c. licèt cauſã.

2 Et ſimiliter ad hoc vt cõpetat reſtitutio in integrũ aduerſus ſententiã latam ſub prætextu falſorum teſtium, ſufficit probare ſolã teſtium falſitatem abſq; eo, quòd probetur corruptela partis: ſecundùm Gloſſ. in d. l. Diuus Adrianus quam declarat, & interpretatur ibi Iaſ. n. 18. & ait communiter approbari. Cõis opin.

¶ Sed hoc non procederet vbicunq; libellans ſe aſtringeret ad vtrunq; probandũ, & ꝓponeret in libello teſtes falſum depoſuiſſe corruptos in eadẽ oratione. eo, nanq; caſu vtrũque tenetur, & debet probare, ſcilicet falſitatẽ, & corruptionẽ: ſecũdùm Bar. in d. l. Diuus Adrianus, nu. 3. cum quo tranſeunt ibi Ang. Imol. Raph. & omnes. Abb. & alij in d. c. licèt cauſam, & Iaſ. quoq; in d. l. Diuus Adrian. nu. 20. vbi aſſeuerat iſtã eſſe cõmunẽ opinionẽ. Cõis opin.

3 Interpretaturq; iſthęc ſententia nõ habere locum, quando pars in libello deduceret in diuerſis orationibus dictos teſtes falsũ dixiſſe, & fuiſſe corruptos, & ſic copulatiuè, vel repetitiuè: tũc profectò non videtur ſe aſtringere ad vtrunq; probandũ, verùm alterũ probare ſufficit, videlicèt corruptelã, vel falſitatẽ: ſecũdùm Glo. & Doct. in c. 2. de reſcrip. & omnes cõiter in d. c. licèt cauſam, de prob. Bar. in d. l. Diuus Adrianus, n. 4. poſt alios cõgeſtos ibidem per Iaſ. vbi ſcribit iſtam eſſe cõem opin. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS, vel notarij contrarietas non aliter partibus nociua, non eſt puni bilis in his, quæ ſunt extra negociũ principale.*

2 *Teſtis ſibi contrarius in eadem depoſitione, & in cauſa principali non extra negocium, reijcitur in totum tanquam falſus.*

OPINIO DCCCCXXXIX.

1 TESTIS, vel notarij cõtrarietas, quæ non nocet partibus, non eſt punibilis in his, quæ ſunt extra negociũ principale: vt latè per Iaſ. in l. ſi ex falſis, col. fi. C. de tranſac. & per Gram. decn. 43. & Dec. conſ. 103. nu. 143.

2 Tamen vbicunq; teſtis eſſet ſibi cõtrarius in eadẽ depoſitione, & in cauſa principali nõ extra negociũ, reijceretur in totũ tanquã falſus: ſecundũ cõem opin. omniũ Doct. de qua atteſtatur Alc. in tract. de præſ. reg. 3. præſ. 29. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *TESTES in inſtrumentis, ſeu contractibus publicis neceſſariò de iure communi non tenẽtur ſe ſubſcribere ſubſcriptione propriæ manus, ſed ſufficit, quòd notarius ſcribat nomina teſtium in ipſo inſtrumento.*

2 *Inſtrumentum non probat, niſi habeat teſtes in eo deſcriptos.*

3 *Inſtrumentum reaſſumptum in forma probante per notarium, in Regno exigit ſubſcriptionem teſtium propriæ manus, aliàs non probat.*

4 *Inſtrumentũ continens ſummã infra librã auri, exigit in Regno ſubſcriptionẽ ad minus duorũ teſtiũ, & vltra librã auri ſubſcriptionem trium teſtium.*

5 *Teſtamentum reaſſumptum in Regno in publicam formam, exigit ſubſcriptionem trium teſtium, & non ſeptem.*

OPINIO DCCCCXL.

1 TESTES in inſtrumentis, ſeu contractibus publicis neceſſariò de iure cõmuni non tenẽtur ſe ſubſcribere ſubſcriptione propriæ manus, ſed ſufficit, vt notarius ſcribat nomina teſtiũ in ipſo inſtrumẽto: ſecundùm Glo. in §. ſi verò abſunt, in auth. de hæred. & falcid. in § ſed ſi & inſtrumenta, in auth. de fide inſtrum. Panor. Fely. nu. 14. Dec. nu. 12. & omnes in c. 1. de fide inſtr. Paul. de Caſt. conſ. 323. lib. 1. in prin. & in l. cõtractus. C. de fide inſtr. Glo. & Doct. omnes, in l. donationẽ. C. de don. & in l. fi. C. de teſt. Afflict. in conſt. Baiulos, n. 20. rub. 73. lib. 1. Capic. deciſ. 29. & iſtorũ opinionem ait eſſe communem Barbat. in rubr. de fide inſtr. nu. 93. & Dec. in c. quoniam contra, num. 18. de probat. & ibi Mantua etiam num. 39. & ſequen. contra Accurſium in l. generali. C. de tabular. lib. 10. contrarium aſſeuerantem, & malè. Cõis opin.

2 Et inſtrumentum ipſum non probat, niſi habeat teſtes in eo deſcriptos. d. §. ſed ſi inſtrumenta, Gloſſ. in l. donationibus. C. de donat. Bal. conſ. 55. col. 2. libr. 2. Alex. conſ. 156. col. pen. vol. 6. & Corn. conſil. 114. col. 2. vol. 1. & conſ. 220. col. 2. vol. 2.

3 In Regno verò Neap. hodie eſt neceſſaria in inſtrumentis publicis propriæ manus teſtium ſubſcriptio: vt reperitur ſancitum in conſtit. incip. Inſtrumentorum robur, in tit. de fide, & authoritate inſtr. & ſic per ſtatutũ,

vel conſuetudinem, poteſt derogari dictæ cõmuni opinioni: vt tradit Soc. in tract. fallent. in reg. 418. Teſtes in ſcriptura publica, vbi cõmunem præmiſſam limitat in tribus caſibus.

4 Aduertendum tamen eſt, quòd ſi inſtrumentum ipſum contineret ſummam infra libram auri; ſufficeret vtique tunc ſubſcriptio trium teſtium: vt in d. conſtit. Inſtrumentorũ robur. Niſi eſſet inſtrumentum teſtamenti; nam tunc requiritur ſubſcriptio ſeptem teſtium: vt voluit Affict. ibi num. 4. tamen non obſtante doctrina Afflicti, in Regno ad validitatem teſtamenti tres teſtes debent ſe ſubſcribere: vt determinauit Sacrum Regium Concilium Neap. teſte Vrſillo in add. Afflicti in deciſ. 166.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnicus de viſu facit ſemiplenam probationem, dummodò ſit omni exceptione maior. vndè neceſſariò debet articulari, & probari, quòd ille teſtis ſit etiam omni exceptione maior; aliàs producens ſuccumberet.*

2 *Iuramentum in ſupplementum non defertur ex vnico teſte, & ſemiplena probatione in criminalibus: ſiquidem in criminalibus ipſis probationes debent eſſe luce meridiana clariores. ſed hoc procedit in criminalibus cauſis criminaliter intentatis ad vindictam publicam: ſecus autem in ciuiliter intentatis ad pœnam pecuniariam. tamen non procederet in cauſa criminali parua, ſeu vbi ageretur de modico præiudicio: tunc enim poteſt deferri iuramentum in ſupplementum.*

3 *Teſtis vnus de viſu omni exceptione maior exiſtẽs, & reddens ſufficientem cauſam ſcientiæ dicti ſui, facit indicium non ſolùm ad inquirendum, ſed etiã ad torturam.*

4 *Teſtis vnicus domeſticus, vel infamis infamia facti, ſeu ſubditus producentis, aut compatriota: vel perſonæ malæ conuerſationis, vel de facili litigantes, vel celeriter reſpondentes, non faciunt ſemiplenam probationem: nam non reputantur idonei, & integri teſtes.*

5 *Teſtis vnicus niſi ſit integer non ſufficit ad torturam inferendam in crimine læſæ maieſtatis, vel ſimoniæ.*

6 *Teſtis omni exceptione maior, ſeu idoneus is dicitur, qui aliqua ex parte, & cauſa repelli nõ poteſt.*

7 *Teſtis quilibet præſumitũ omni exceptione maior, et idoneus, niſi repellatur aliqua exceptione ꝓbata.*

8 *Teſtis vnicus probat in ſeptuaginta ſeptẽ caſibus, remiſſiuè.*

9 *Teſtis vnici depoſitio ſicut non ſufficit in criminalibus: ita in eiſdem cauſis criminalibus minimè ſufficeret probatio facta per eum teſtem cum fama. ſed hoc non procederet, quando concurrerent aliæ coniecturæ: tunc enim etiam in criminalibus teſtis vnicus cum fama probaret.*

OPINIO DCCCCXLI.

1 TESTIS vnicus de viſu ſemiplenam probationẽ facit. c. ex inſinuatione, ext. de procurat. & c. fin. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. & ita tenẽt Io. And. Ant. & alij Canoniſtę in c. fin. ext. de iureiur. & Legiſtæ in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. in bonæ fidei. C. eod. tit. & iſtam eſſe ait communem opinionem Curt. *Cõis* Iun. conſ. 122. nu. 7. *opin.* Et ratio dictæ communis per Doct. aſſignatur illhæc: quia ſi duo teſtes faciunt plenam probationem, ergò vnus ſemiplenam. l. vbi numerus. ff. de teſtib. & c. in omni negocio, ext. de teſtib. quam ſemiplenã probationẽ Bar. in l. fi. ff. de quęſt. vocat indiciũ, & præſumptionem. Sed aduertendũ eſt, ꝙ iſtam ſemiplenam probationẽ non facit vnicus teſtis, niſi ſit omni exceptione maior: vt per Bar. Ang. & Iaſ. n. 30. qui ait omnes ita tenere, in d. l. admonẽdi. ideo ad hoc, vt ſemiplena probatio ſit facta, non ſufficit probare per vnum teſtem, ſed oportet etiam deducere, & probare, ꝙ ille teſtis ſit omni exceptione maior; aliàs ſuccũbere debet. Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſt. aper. col. fi. & ibi Ang. ſequitur Alex. conſ. 82. nu. 7. vol. 1. Dec. conſ. 37. & in c. 1. de appell. col. pen. Cæpolla conſil. 57. Barba. conſ. 47. nu. 9. vol. 1. & Gram. conſ. crim. 35. nu. 37. & ſeq.

2 Fallitq; hoc in cauſis criminalibus, in quibus nemini dubium eſt ex vnico teſte, & ſemiplena probatione non deferri iuramẽtum in ſupplementũ. ita Bar. in d. l. admonẽdi, in vlt. char. ver. pro cuius declaratione. Et ratio huius limitationis videtur iſta. nempè in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de prob. & ibi Bal. Imò regulariter in criminalibus non damnatur quis ex ſuſpitionibus, ſeu præſumptionibus, vel indicijs, ſeu coniecturis. l. abſentẽ. ff. de pœnis. l. fi. vbi Bart. ff. de quęſt. & d. limitationẽ tradit Bar. etiam in l. fi. ff. de in litem iuran. idẽ Bart. Ang. & Doct in l. 3. in prin. ff. de iureiur. Ioan. And. in c. cũ ſint partiũ, de reg. iur. lib. 6. Spec. in tit. de iuramenti delat. §. 1. ver. at autẽ, cũ ſeq. Hoſt. in ſumma, in tit. de iureiu. §. vt ſuper, Archid. in c. ſi quis presbyter. 2. q. 5. Bal. in l. 1. C. de his quę pœnæ nomine, & Bertran. conſ. 142. viſis depoſitionibus teſtium, nu. 3. vol. 6. & iſta eſt communis opinio: vt per Moder. in *Cõis* d. c. fin. & Bertran. vbi ſupra. *opin.*

¶ Quod intellige cum grano ſalis non habere locum in cauſa criminali parua, ſiue vbi ageretur de modico præiudicio: quia tunc poſſet deferri iuramentum in ſupplementum: vt voluit Abb. Panormit. in cap. fin. extra quod metus cauſa, in princ. Bald.

poſt Gloſſ. in authen.minoris debitor. C. qui dar. tuto. poſſ. ubi diſpoſitio prohibens accedere debitorem ad tutelam, non intelligitur de modica quantitate, vel re.

¶ Intelliguntur que prædicta ſanè, ſecundùm Roma.in d.l.3.ff.de iureiuran.procedere in cauſis criminalibus intentatis ad vindictā publicam; ſecus autem in ciuiliter intentatis ad pœnam pecuniariam, & ſic in quibus tantùm veniat pœna pecuniaria imponenda. & iſta fuit opinio originaliter Ant. in c.fin. de iureiur.tamen Imol. ibi, & malè affirmat indiſtinctè contrarium.

3 Sed animaduerte ob hoc,quòd licèt ex ſemiplena probatione quis condēnari nequeat: tamen unicus teſtis de uiſu,qui deponat vidiſſe Titium vulnerantem, vel occidentem Mæuium,vel committentem aliquod ſimile delictum,dummodò ille teſtis ſit omni exceptione maior, reddatque ſufficientem rationem ſui dicti, facit indicium non ſolùm ad inquirē dum,uerùm etiam ad torquendum: ſecundū Glo.& Doct.in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. Maieſ. Doct.omnes in d.l.admonendi.Bar. Alexā. & Marſil.in l.1.§.item Cornelio,& in l maritus, & in l.fin.ff.de quæſt.Michaelem Ciſuentes in commentariis ſuper leges Tauri,in l.79.col 4. verſ. Et primò dictum vnius teſtis. & Iacob. Nouellum cum aliis ibi congeſtis per eum in ſua pract.crim. ſuper forma inquiſitionis contra producentes falſitates, num.8. & iſta eſt communis opinio.teſte Carrerio in pract.cri. num.100.verſ.Primum &c.Moder.in locis ſupracitatis,Rolan.à Valle conſ.7.in cauſa Antonini Brunelli,nu.3.& 10.vol.1.& Boerio.de ciſ. 163.& ita conſuluit Ang.conſ.3. publicatus eſt proceſſus, ſuper quo fuerunt producti, & examinati quinque teſtes.

Cōis opin.

¶ Sed choarctatur hoc,ubi teſtis non eſſet omni exceptione maior: quia omnis minima qualitas, & defectus impedit,ut non faciat indicium ad torturam: ut per Bart.& Alex.in d. §.item Cornelio,& Pariſ.conſ.160.& ſi conſiderata,nu.64.& ſeq.uol.4.& Rolan.in d.conſ. 7.ſub nu.10.& ſeq.vol. 1. ſi concurrat leuitas vitæ rei: ſecundùm Carrerium in d. verſ. Primum.Et hoc verificatur in teſte, quotieſcunque eius fides vacillaret, ſeu in aliquo eluderetur,vt quia eſſet affinis producentis, amicus, vel ſimilis: tunc profectò non faceret ſemiplenam probationem, nec induceret iudicem ad opinionem,ſeu ſuſpitionem:ſecundùm Bar.in d.l.admonendi.quem ſequuntur Bal.& Rom. ibi,& idem Bal.in l.1.C.qui & aduer.quos, & in c.1.de controuer.inueſt.Ant.& Panor.in c. fin.extr.de iureiuran.quoniam modicus defectus impedit huiuſce ſemiplenam probationem vnius teſtis. Nec mirùm,quia ſatis exorbitat fides vnius teſtis domeſtici à iure communi:ſecundùm Bal.in c. 1. §. ſacramentum, de conſuet.recti feudi,& in c.à nobis,& in c.innotuit,extr.de teſtib.

4 Et ſic vnus teſtis domeſticus non facit ſemiplenam probationem: nam non reputatur idoneus,& integer.l.etiam.C.de teſtib.c. in literis,ext.de teſtib. Item infamis infamia facti non eſſet integer,& idoneus teſtis:ſecundum Bart.in d.l.admonendi,colum.fin.vbi Iaſ.cæteros refert.Nec non ſubditi producentis,cōpatriotę,homines malæ conuerſationis,& alij ſimiles relati per Scriben. præſertimque per Moder.in d.l.admonendi.

5 Et quemadmodum vnus teſtis,niſi ſit integer,non ſufficit ad torturam in caſibus ordinariis ita etiam in crimine læſæ maieſtatis,vel ſimoniæ unus teſtis non integer exiſtēs ad torturam inferendam minimè ſufficeret:vt conſuluit Alex. conſ. 11. circa primum dubium quo quæritur,num. 1. & ſeq. vol. 1. & ita uidi obſeruari in practica tam in cauſis clericorū, quàm laicorum quàmplurimis vicibus, me patrocinante.

6 Et animaduerte, quòd ille dicitur teſtis omni exceptione maior,qui aliqua ex parte;& cauſa non poteſt repelli, & conſequenter contra quem nulla exceptio opponi poſsit: vt per Gloſ.no. in c. 1.extr. de conſang. & affin. quā ponderat ibi Panor.ad ſtatuta facientia mentionem de teſtibus omni exceptione maioribus.& idem ſi diceret idoneis. quam ad hoc idem ponderant Moder.inibi,& idem Panor. in c.at ſi clerici,de iud.& Alberic.in l.optimā, circa fin. C. de contrahen. & commit.ſtip. Et quòd teſtis dicatur omni exceptione maior, quando nulla imputatio contra eum fieri poteſt,& nihil penitus patiatur;tenet Glo.etiam in §.item,inſtit.de inutil.ſtip.Bal.in l.maritus. ff.de quæſt.Ioan.de Ana.conſ.17.num.8. Bal. in rub.de controuer.inueſt.& Rolan. in d.conſil.7.num.13.

7 Imò omnis teſtis cenſetur omni exceptione maior, & idoneus in dubio, niſi repellatur aliqua legitima exceptione probata: ſecundū Glo.in c.1.extra de conſanguin. & affin. & in c.1.extra de teſtib.& in §.item uerborum,inſtit.de inutil.ſtip.& Alberic in d.l.optimā, in fin.C.de contrahen.& commit.ſtip.&optimè probat textus in c. licèt ex quadam, extra de teſtib.& Panorm.in c.at ſi clerici, extra de iudic. & ita in facti contingentia obtinui in practica compluribus vicibus in variis cauſis, & in variis,diuerſiſque tribunalibus.

¶ Et dictam regulam communem, quòd faciat ſemiplenam probationem,limitat Curtius in repet.dictæ l. admonendi,in ſeptuaginta ſeptem caſibus,& ponit,& optimè declarat Lancillotus Conradus, in tract. ſeu pract. de decurionibus,lib.1.c.11. de prætore. §. 11. de offic.prætor.nu.1.& ſeq.

8 Et aduerte, quòd quemadmodum in crimi-

minalibus non ſufficit probatio facta per vnum teſtem: ita in eiſdem cauſis criminalibus minimè ſufficeret etiam probatio facta per vnum teſtem cum fama: vt not. per Gloſſ. in c. veniens, il 1. de teſtib.

¶ Sed hoc non procederet, vbicunq; concurrerent aliæ coniecturæ: tunc enim etiam in criminalibus teſtis vnus cum fama, vtique probaret: vt notat Domi. in c. 1. §. & quia, in Glo. in ver. Manifeſtos, de uſur. in 6. Aret. in c. ueniens, colũ. 7. de teſtib. & Bald. in l. ſi quis. §. 1. ff. de eden.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS unicus non facit plenam probationem, ſed ſemiplenam, etiam quòd litigantium cõſenſus accedat, qui rem omnem depoſitioni ipſius teſtis committat, ſecundùm communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, vt ex conſenſu litigantium fieri poſsit, vt teſtimonio vnius teſtis plena fides adhibeatur.*

2 *Teſtis, cuius dicto partes ſtare aſſenſerunt, poteſt deponere partibus ipſis non citatis ad uidendum eius iuramentum.*

3 *Teſtis, cuius dicto neceſſariò ſtandum eſt, poteſt deponere eius dictum partibus abſentibus, & non aliter citatis ad uidendum eum iurare.*

4 *Partes paciſcentes inter eas de ſtando dicto vnius teſtis non poſſunt recedere à tali pacto, & conuentione, etiam ante quàm teſtis declararet, & deponeret eius voluntatem. Quod limitatur, ubicunque ſuperueniret iuſta cauſa iuramentum, & electionem reuocandi.*

5 *Tutor non poteſt paciſci, vt ſtari debeat dicto vnius teſtis in cauſa ſui pupilli.*

6 *Partes poſſunt remittere iuramentum teſtibus.*

7 *Teſti vnico licèt ex conuentione partium plena fides adhibeatur: tamen procedit hoc, quando conſenſus præſtaretur certę perſonæ, & nominatim quò ad certum negocium, & non aliter, nec alio modo.*

8 *Teſtis unici dicto ſtandum eſſet ex conuentione partium, niſi de eius iniquitate appareret.*

9 *Teſtis approbatus in dicto, & perſona per partes, non poſſunt poſtmodum partes ipſæ eidem contrauenire.*

10 *Partes quando conſentirent in perſona tantùm teſtis, non autem in eius dicto, poſſunt opponere dicto eiuſdem teſtis.*

OPINIO DCCCCXLII.

1 TESTIMONIVM vnius teſtis facit ſemiplenam probationem, non autem plenam: vt latè ſupra deduximus: etiam ſi conſenſus ambarum partium litigantium præceſſerit; quę rem omnem aſſertioni, ſeu depoſitioni dicti teſtis commiſerint; undè iudex hoc caſu, ex conuentione, & conſenſu litigantium non tenetur, nec poteſt vnius teſtis aſſertioni ſtare: ſecundùm Gloſ. Dyn. & Rayner. in l. Theopompus. ff. de dote pręleg. idem tenet Bar. in l. 1. §. fin. num. 2. ff. de uer. oblig. ubi Alciat. num. 23. & ſeq. ait hanc opinionem eſſe communem. idemq; fatetur Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione, colum. 2. ff. de iureiuran. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem, quòd conuentione, & conſenſu litigantium fieri poſsit, vt teſtimonio vnius teſtis plena fides adhibeatur, inclinauerunt Specul. in tit. de teſte. §. reſtat. 24. fall. Roma. Alex. Aret. & Moder. in d. l. 1. §. fin. ff. de ver. oblig. Crotus in tract. de teſtibus. 6. parte, colum. 2. Bertran. conſ. 140. viſo caſu mihi exhibito parte nobilis, & honorabilis viri Stephani, nu. 4. vol. 6. Hoc idem ſenſerunt Glo. in c. veniens, el 1. & in c. licèt vniuerſis, de teſtib. ubi Doct. ſequuntur eandem opinionem, quam aſſerit communem Iaſ. in præallegato. §. h. num. 6. & iſtam vltimam ſententiam mihi ſequendam fore conſtitui, tanquàm magis ęquam, & melioribus rationibus vallatam. & eidem inhærent Fely. in c. veniẽs, de teſtib. num. 19. Iaſ. in l. admonendi, nu. 20. ff. de iureiur. & Alexã. conſ. 47. circa primum, num. 4. uol. 1. & conſ. 37. viſo, & diligenter conſiderato themate, ſub num. 4. vol. 4. quibus in locis oſtendit huiuſmodi opinionem communem eſſe. & conſ. 54. circa id, quod quæritur, ſub num. 1. & 4. uol. 2. vbi demõſtrat eandem opinionem magis communem. & Dec. etiam in c. veniens, ſub num. 46. de teſtib. & in c. 2. num. 19. de fide inſtr. & Marcus Antonius Blãcus in tract. de compromiſsis, quęſt. 8. de ordine procedendi in compromiſſo, nu. 27. Cõis opin.

2 Imò hæc communis ita retenta, ampliatur primò intantùm procedere, vt non ſolum ſtari debeat dicto teſtis vnici, ac ei plena fides adhibeatur ex conuentione inita inter partes, ſed etiam teſtis ipſe ita electus, rogatus, uocatuſque per partes, poſſet nempè dictum ſuum proferre, atque deponere cum iuramento, etiã à partibus ipſis abſentibus, & non aliter citatis, & uocatis ad videndum iurare ipſum teſtem: vt conſuluit excellẽter, & præclarè Alex. in conſ. 130. difficultas huius negocij conſiſtere videtur, vol. 1.

3 Vbi hoc confirmat per doctrinam Ant. de But. in c. 2. extra de teſt. aſſerentis ibi, quòd licèt regulariter teſtis debeat iurare partibus præſentibus; tamen determinat, limitatq; hoc non obtinere locum, ubicunque talis eſſet teſtis, cuius depoſitioni neceſſario ſtandum foret. & ſequitur Iaſ. conſ. 200. uol. 2.

4 Et quamuis Bar. in l. fin. de præt. ſtipul. determinet, quòd huiuſmodi conuentio, quòd ſtari debeat dicto unius teſtis, reuocari queat ante-

antequàm ille declaret,atq; deponat. Nihilominus Ang.& Paul. de Caſt.ibi,Abb.in c.2.in fin.de fid.inſtrum.Bal. & Alex.in d.l.iuſiurandum quod ex conuentione,& in d.conſil.130. ſub num.6.contrarium aſſeuerant, vbi prȩſuponūt iſtam eſſe communem opinionem contra Bart. & Afflict. etiam in deciſ.91.Iterum in cauſa, ſub num.11. & decoratiſsimus D. Cardinalis Albanus,in lucub.in Bar.in d.l.fin. ff.de præt.ſtipul.num.2.& Iaſ.in d.l. iuſiurandum quod ex conuentione,ſub numero 6. vbi iſtam communem limitat non procedere,ubicunque ſuperueniret iuſta cauſa iuramentū, & electionem reuocandi; veluti ſi in teſte ſuperueniret aliqua ſuſpitio,dolus,fraus,vel aliquis alius defectus. *Cōis opin.*

5 Et eandem communem limitat etiam ibi idem Iaſ.poſt Bar.& alios communiter in l. iuſiurandum etiam.ff.de iureiuran.non habere locum in tutore faciente talem conuentionem, vt ea facta per eum non teneat, neque valeat. *Cōis opin.*

6 Ampliatur ſecundò eadem communis,vt non tantùm dicto vnius teſtis credendum ſit ex conuentione partium,ſed etiam partes ipſæ poſsint remittere iuramentum teſtibus:vt in c. in tuis, de teſta. & ita ampliat, & firmat Abb.conſ.51.Videtur primò ſtandum libris, nu.1.libr.1.

7 Quæ quidem communis opinio ita ampliata,intelligitur cum grano ſalis procedere, quando conſenſus præſtaretur certæ perſonæ, & nominatim,quò ad certum negocium, ne aliter præbeatur anſa fraudibus, ac falſitatibus: ſecundùm Ang. in l. pactum inter hæredes.ff.de pact.cuius ſententię adhęret Iaſ.in repet.l.admonendi,num.100.& 200.ff. de iureiuran.Aret.num. 40. Soc. num.3.Iaſ. num.9. Alciat.num.28.in d.l.1.§.fin.de uer. oblig.

8 Limitatur etiam ſecundo loco eadem cōmunis opinio,quòd dicto teſtis ſtandum foret ex conuentione partium, niſi de eius iniquitate appareret,& probaretur: vt firmat eleganter Alex.ex communi opinione,in conſ.67. viſo themate,& verbis inſtrumenti, numero 4. volumine 2. *Cōis opin.*

9 Sed in contrariam ſententiam videntur inclinare Bal.& Salyc. in l. in bonę fidei.C. de reb.cred. dum conſtanter concludunt, quòd vbicunque teſtis approbatus reperitur in dicto,& perſona; partes non poſſe eius depoſitionem infringere, nec ei contrauenire modo aliquo.& opinionem hanc Bal.& Saly. ſequitur, & ſtrenuè tuetur Marcus Ant. Blancus in d. tract.de compromiſsis,in 8.q.nu.29.

10 Claudicatque tertiò quoque eadem communis procedere,vbicunque partes conſentirent in perſona, & dicto teſtis: tunc equidem plenam dubio procul teſtis ipſe faceret fidem. Secus uerò ſi conſentirent partes in perſona tantùm: tunc enim poſſent opponere dicto eiuſdem teſtis:vt firmauere Alexan.Soc.Iaſ.& alij communiter in d.l.1.§.fin.ff de uer.oblig. Bal.colum.fin.& Saly.col.7. in d.l. in bonæ fidei, vbi concludit Salycetuſmet, quòd ſi partes conuenirent in perſona tantùm; determinat, inquam, teſtem probare ſemiplenè tantummodò, & ſimiliter eius dictum reprobari poſſe. & huic limitationi adhæret etiā Fely.in d.c.veniens,ſub num.19. de teſtib. & Marcus Ant.Blancus in præmemorato tract. de compromiſsis,q.8.nu.28. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnus deponens de veritate,& fama; & alius de fama, concludenter probant.*

2 *Baldi opinio non eſt parua, vbi non habet contradicentem;imò tutum, & irreprehenſibile foret iudici ſecundùm opinionem Baldi iudicare, ubi non haberet contradictorem.*

OPINIO DCCCCXLIII.

1 TESTIS vnus deponens de ueritate, & fama publica; & alius teſtis deponens de fama publica dūtaxat,plenè probāt: ſecundùm Bald. in l. Gallus. §. ille caſus, ff.de lib.& poſth.per illum text.& iſtam Bal. doctrinam aſſerit eſſe mirabilem,perpetuoque memoriæ commendandam; ex eo quòd non habet contradicentem, Alex.in d.§.ille caſus,& alij Doctores ibi, & Moder.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& ſequitur Soc.Iun.etiam conſ.32.num.22.vol.2. & Mar.Salomon.in d.§.ille caſus,num.5.& ſequen.Et hoc ideò eſt.nam adeſt publica fama probata, uerificataque per duos teſtes; & ueritas per unum teſtem, quę quidem ex iſtis duabus ſemiplenis concludenter,& ſufficienter probatur.

2 Et licèt Franciſc.Curt.in tract.de teſt.concluſ.44.n.90.nō auſus fuerit firmare memoratam Bal.opinionem, ſed eā indeciſam reliquerit. Nihilominus tamen in conſulendo, iudicandoque ſuadendum eſſe duxi ſequendam fore doctrinam Bal. tanquàm communem, & veriſsimam.quia ſecundùm Paul.de Caſt.conſilio 152.viſo puncto,colum. fin. volum. 2. & in l.ſi vniuerſæ,col.fin.C. de lega.in cauſis decidendis non eſt parua Bal.opinio,præſertimque ubi non habet contradicentem ; imò tutum, ac irreprehenſibile eſt iudici ſecundùm opinionem Baldi iudicare, maximeque ubi non habet contradicentem: vt refert Dec. conſi- *Cōis opin.*

conſilio 283. colum. 2. Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, col. 3. ff. de leg. 1. Et de Baldi authoritate latius ſcripſimus ſupra in Opin. 924. Teſtis illud, quod depoſuit, num. 4. & ſequē. hoc eod. lib. tertio.

SVMMARIVM.

1 *ACTOR, ſi probauit ſemiplenè per unū teſtem, licèt non ipſi, ſed reo delatum ſit iuramentum, non condemnatur in expenſis: quia iuſtam habuit litigandi cauſam; dummodò ille teſtis fuerit omni exceptione maior, aliàs ſecus. num. 2.*

OPINIO DCCCCXLIV.

1 Teſtis PER vnum teſtem actor probās ſemiplenè, & ſuccumbens; quia non ipſi actori, ſed reo eſt delatū iuramentum, non condēnatur in expenſis, quaſi per illum teſtem videatur habuiſſe iuſtam litigandi cauſam, veriſimiliter credendo, quòd ſibi deferatur iuramentum: ſecundùm Ioan. And. Pet. de Anch. Butr. & communiter omnes Canoniſtas in c. finem litibus, extr. de dolo, & contu. Bal. in l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. Alex. in l. properandū. §. ſin autem reus. C. de iudiciis. quam quidem communem ſequuntur, & atteſtantur Doct. paſsim, & præſertim in præcitato. c. finem litibus, & Moder. in repet. l. admonendi. ff. de iureiurando. Cōis opin.

2 Et iſta communis procedit, ſecundùm præcitatos Doct. quādo teſtis productus per actorem erat omni exceptione maior, aliàs ſecus.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnus, & confeſsio facta abſente parte faciunt plenam probationem, dummodò iſtæ duæ ſemiplenæ tendant ad vnum finem, vt diſcurritur etiam infra ſub nu. 3.*

2 *Teſtis unicus, & fama, eo potiſsimum caſu, quo fama facit ſemiplenam probationem, plenè probant.*

3 *Teſtis vnus de ueritate, & duo de fama publica cū aliquo indicio legitimè probato probant in criminalibus concludenter delictum.*

4 *Teſtes duo eiuſdem generis faciunt plenam probationem, & fidem iudici, ſi eſſent conteſtes in omnibus prædicamentis traditis hic.*

5 *Teſtes ſingulares, cùm tendant ad diuerſa, non autem ad idem probandum, non coniunguntur.*

6 *Teſtis vnus de una cōfeſsione abſente parte, & alius de alia non iunguntur.*

7 *Teſtis vnus de uero mutuo deponens, & alius de confeſſato non iunguntur.*

OPINIO DCCCCXLV.

1 TESTIS unus, & confeſsio facta abſente parte, faciūt plenam probationem. caſus eſt in c. fin. de ſucceſ. ab inteſt. & not. Ioan. de Amicis conſilio 76. num. 9.

2 Pariformiter vnus teſtis & fama, eo caſu, quo fama facit ſemiplenam probationem, plenè probant. c. 1. de appella. ubi Gloſſ. & l. 3. eiuſdem. ff. de teſtib. & ita deciſum extitit in Sacro Regio Concilio Neap. teſte Afflicto deciſ. 337. & Natta conſil. 279. ſine ulla dubitatione tenendum eſt, ſub nu. 1. vol. 2. Et idem dicendum eſt in ſimilibus caſibus.

3 Et hoc ampliatur procedere etiam in negocio criminali. Nam in cauſa ipſa criminali vnus teſtis de ueritate, & duo de fama cum aliquo indicio legitimè probato, probant concludenter delictum: ſecundùm Aret. in c. ueniēs, colum. 7. de teſtib. & Fely. quoque ibi col. 5. cū aliis ſignatis per eum, Bal. in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. colum. 4. ff. de eden. & Crot. in trac. de teſtib. fol. 9. colum. 3. uerſ. Quarta concluſio. Et quamuis iſtæ duæ ſemiplenæ probationes ſint diuerſi generis; tamen ſi tendant ad vnum finem, faciunt plenam fidem iudici, ſecus uerò ſi ad diuerſa tendant: quia tunc duo imperfecta non facerent vnum perfectum.

4 Idem dicendum eſt in duabus ſemiplenis probationibus eiuſdē generis, vtputà in duobus teſtibus: tunc nemini dubium eſt, quòd duo teſtes faciunt plenam probationem, ita & taliter concluſiuè, & formaliter. tenet Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurā. cuius opinionem ſequuntur Doct. communiter: vt refert Saly. in l. in bonæ fidei, uerſ. Viſis his quæ ſemiplenam probationem faciunt. C. de iureiur. & inter cæteros Doct. ei inhærent Bal. in l. ſi ex cautione, quæſt. 12. C. de non nume. pecu. in l. unica, in princ. C. de confeſsis, in l. per hanc. C. de temp. appel. in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. & in l. 2. C. de bon. poſſeſ. ſecundùm tab. idem Bal. & Panor. in c. cum cauſam, ext. de probat. Panor. & Ant. de But. poſt Glo. in c. veniens, el 1. ext. de teſtib. Anchar. conſ. 277. viſa diligenter, Panor. cōſ. 16 Alber. poſt Glo. in l. inſtrumenta. C. de probat. Angel. Aret. in tract. malef. in uer. Quod fama, uer. Et an fama ſit ſufficiens indicium ad torturam, numero 41. & Alex. conſ. 116. animaduerſis his, colum. penult. volum. 2. & Iaffredus Lanfrancus deciſ. 56. Cōis opin.

¶ Et dictam opinionem communē, quòd duo teſtes eiuſdem generis faciant plenam fidem iudici: intelligerem procedere, vbi eſſent conteſtes in omnibus prædicamentis traditis per Bal. in l. de quibus, circa ſi. ff. de leg. & in l. teſtium. C. de teſti.

5 Te-

5 Teſtes uerò ſi eſſent ſingulares, quia non coniungerentur, cùm tenderent ad diuerſa, non autem ad idem probandum, non coniunguntur, ita Ant. de But. in d c. veniens.

6 Ideoque vnus teſtis de vna confeſſione abſente parte, aliuſque de alia, non iungerentur: ſecundùm Anto. de But. in c. licèt ex quadam, colum. 3. extr. de teſtib. & Panor. in c. cùm cauſam, col. 4. ext. de prob.

7 Dicentem ibidem idem eſſe, ſi unus teſtis deponat de vero mutuo, & alius de confeſſato. idem firmat Bal. in c. fin. extr. de conſuet. & in l. 2. §. fin. circa fin. ff. ſi cer. pet. quod uberius declarat Lauren. Syluanus conſ. 51. num. 12. & ita fuit iudicatum in Sacro Concilio Neap. vt refert Afflict. deciſ. 364. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnus de uera numeratione deponens, & alter de confeſſione extraiudiciali, non inducunt plenam probationem: & conſequenter mutuum non probatur, vbicunque vnus teſtis deponit de vera numeratione, & alius teſtis de confeſſione.*

2 *Mutuum eſt naturale, & ciuile: & naturale quippè eſt, quod uera numeratione contrahitur, ciuile autem, quod ſola confeſſione perficitur.*

OPINIO DCCCCXLVI.

1 TESTIS vnus deponens de uera numeratione, & alter teſtis de confeſſione extraiudiciali; tunc non inducitur plena probatio: & ſic mutuum non probatur, quando vnus teſtis deponit de uera numeratione, & alius teſtis de confeſſione ipſa: ſecundùm Dyn. in l. 2. ff. de excuſat. tut. Cyn. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Bal. in auth. rogati. C. de teſtib. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. in c. licèt cauſam, de prob. in c. fin. de conſuet. Abb. in c. cùm cauſam. de probat. & in c. fi. de conſuet. Alex. in l. Gallus. §. ille caſus, colum. 8. ff. de liber. & poſthum. & Iaſ. in l. admonendi, num. 216. ff. de iureiur. in 2. lect. ubi docet iſtam eſſe communem opinionem. quam equidem communem, & veriſsimam reperio. *Cõis opin.*

2 Nam mutuum quoddam naturale eſt, quoddam uerò ciuile. Et naturale eſt, quod vera numeratione contrahitur; ciuile aũt, quod ſola confeſsione perficitur: ſecundùm Glo. cõmuniter approbatam in l. 2. §. fin. ff. ſi cer. pet. ideò depoſitiones prædictorum teſtium ad diuerſa tendunt, cùm deponens de vera numeratione arguat naturale mutuum, ac deponens de confeſsione, mutuum ciuile: & ſic depoſitiones iſtorum ad diuerſa penitus tendunt, & coniungi nequeunt: ſecundum Iaſ. vbi ſupra. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnus de ueritate, & alius de confeſſione emanata præſente parte, ſeu duo teſtes de emanata confeſſione parte abſente, ſeu de fama publica, plenè probant ſimul iungendo.*

2 *Teſtis vnus de uero numerali actu, & duo de confeſſione abſente parte, plenè probant.*

3 *Confeſſio facta in ciuilibus extra iudicium præſente parte, ſi probetur per duos teſtes, facit plenam probationem, & præiudicat confitenti, ſi acceptatur confeſſio ipſa: ſecundùm communem opinionem, licèt contraria ſententia appareat ſimiliter communis, quòd non requiratur dicta acceptatio.*

OPINIO DCCCCXLVII.

1 TESTIS unus de ueritate, & alius de confeſsione emanata præſente parte; ſeu duo teſtes de emanata confeſsione parte abſente, ſeu de fama publica, plenè probant ſimul iungendo. ita Bal. in rub. de controuer. inueſt. & in l. ſi quis ex argentariis, in princ. ff. de eden. Franciſ. Curt. in tract. de teſtib. concluſ. 45. nu. 91. & Afflict. in tract. de iure protomiſeos. §. 4. quæſt. 2. ſub nu. 9. folio par. 72.

2 Et Pau. de Caſt. ſequendo Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in conſ. 229. viſa petitione, tenet, vnũ teſtem de uero numerali actu, & duos de confeſsione abſente parte, plenè probare. & Barba. etiam in cap. licèt cauſam num. 36. & 38. de probat. Et circa hoc abundè ſcripſimus ſupra tenendo præcitatam opinionem tanquàm veriſsimam, & canonicam. & latè probat Laurent. Sylua. conſilio 51. numero 12.

3 Si uerò, nota, confeſsio eſſet facta in ciuilibus extra iudicium præſente parte, & probaretur per duos teſtes, faceret vtique plenam probationem, & præiudicaret hęredi confitenti: ſecundùm Bald. in l. 1. colum. fin. C. ne ex delicto defunctorum, & Soci. conſil. 228. colũ. 1. uol. 2. & Alexan. conſ. 19. colum. 4. & conſ. 22. col. 1. uol. 4. vbi aſſerit, ꝙ vltra pręſentiam partis requireret etiam acceptatio. Nihilominus obſeruatur cõiter contrariũ, uidelicet, ꝙ non requiratur dicta acceptatio: ut oẽs Doct. paſsim teſtantur, & Mod. in add. ad Alexã. in prælegatis conſiliis, & Doct. relati per Petrũ Duennas in ſuis regulis, reg. 119. nu. 1. ubi planum facit contrariã opinionem eſſe cõmunẽ poſt alios quamplures congeſtos ibi per eum. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 TESTES in vna cauſa publicati, non poſſint amplius produci in cauſa appellationis, vrgente pari timore ſubornationis in cauſa appellationis, ſicut & in cauſa principali, quamuis diuerſa ſit inſtantia, & eſt communis opinio Canoniſtarum: licèt Legiſtæ ſentiant communiter contrarium, quòd teſtes recipi poſſint in cauſa appellationis, etiam publicatis teſtibus in cauſa principali, ſuper eiſdem articulis, ſeu directò contrarijs.

OPINIO DCCCCXLVIII.

1 TESTES in cauſa principali publicati, nõ poſſunt amplius produci in cauſa appellationis vrgente pari timore ſubornationis in cauſa appellationis, ſicut & in cauſa principali, quamuis diuerſa ſit inſtantia. & timorem præfatæ ſubornationis exploratum eſt, mouiſſe Pontificem ad ita decidendum, in Clemen. teſtibus, extr. de teſtib. & in c. fraternitatis, eod. tit. & ita per illum tex. tenet Bar. in l. per hanc. C. de temp. appel. Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes, num. 38. & ſeq. & Canoniſtæ omnes communiter, in c. per tuas, de teſtib. ubi Fely. magiſtraliter ponit multas limitationes, & Socinus in tract. fallent. in regul. 447. *Cõis opin.*

¶ Verùm enimuerò Cyn. Bal. Ang. cæterique omnes communiter, in d. l. per hanc, affirmant de iure ciuili contrarium, uidelicet, quòd in cauſa appellationis poſsint recipi teſtes, publicatis etiam teſtibus in cauſa principali ſuper eiſdem articulis, ſeu directò contrariis. & hoc probatur in l. ſi. C. de teſti. & ita ſeruat conſuetudo, & practica, teſte Martino Garrato in tract. de opinionibus Bart. reprobatis, & Afflict. deciſ. 216. num. 4. vbi articulum hunc, cum multis aliis, deciſum inuenies tam per ipſum, quàm per Vrſillum in add. ibi num. 1. cum aliis ſeq. & ſic iudicaui in facti cõtingentia dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1560. videlicet ob ſeruandam fore præfatam communem ſententiam in terris Imperij. Vndè ſcias tradendam eſſe tenaciter memoriæ dictam communem in practica: ex eo, quia vidi nonnullos aduocatos errare. Et ne in aliquem errorem incidas, vide obſecro pulchram diſtinctionem traditã per Martinum in præcitato trac. ubi ſaluat opinionem Bart. procedere in terris Sedis Apoſtolicæ, ſeu in foro canonico. c. fraternitatis, de teſtib. & opinionem communem habere locum in foro ſeculari. d. l. fin. C. de teſtib. & ita reſidet Lanfran. in d. c. quoniam contra, in uerſ. Teſtes num. 39. in fin. & ſic conſuluit quoque Ang. conſil. 155. in quæſtione uertente inter dominum Michelettum, colum. 1. & ita obſeruatur in Camera Imperiali, quòd d. Clemen. teſtibus, in foro ciuili non habeat locum, teſte Ioachimo in obſeruatione. 41. centuria 1. ubi refert pluribus vicibus ipſam cameram admiſiſſe eadem grauamina cum articulis primæ inſtantiæ ad probandum. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 TESTIS non poteſt tradere in ſcriptis dictum ſuum iudici.

2 Mutus ſciens ſcribere poteſt eſſe teſtis, & deponere per ſcripturam.

3 Atteſtationes, ſeu uerba atteſtationum debent ſcribi per tabellionem.

4 Veritas per iudicem facilius cognoſcitur ex titubatione, & trepidatione deponentis.

5 Teſtificatio non poteſt fieri hoc modo, videlicet teſtifico prout in hac ſcriptura ſigillata ſigillo meo, dummodò non legat ſcripturam iudici, & ipſe velit dictum teſtificantem videre, & audire loqui.

6 Depoſitio, ſeu teſtificatio facta per ſcripturam non probat, ſed facit præſumptionem.

7 Teſtificatio, vel depoſitio facta per ſcripturam á patre, ac matre de ætate filij, plus probat, quàm ea, quæ fit viua voce.

OPINIO DCCCCXLIX.

1 TESTIS non poteſt tradere in ſcriptis dictum ſuum iudici. c. teſtes. 3. q. 11. & ibi Io. Andr. Abb. Siculus, cæterique Canoniſtę omnes in c. teſtibus, de teſtib. Bar. uero in l. Theopõpus. ff. de dote prę leg. nu. 12. inclinauit in contrariam opinionem, & Guid. Papę etiam in ſing. 123. Teſtis poteſt tradere. *Cõis opin.*

2 Sed tamen prima pars verior videtur, iſta potiſsimum ratione: quia teſtis non poteſt deponere per ſcripturam, niſi ſit mutus. c. teſtes, vbi Gloſ. 3. q. 9. & Specul. in tit. de teſte, in §. nunc tractandum, uerſ. Quid de muto.

3 Secundò comprobatur, quoniam per tabellionem debent ſcribi uerba atteſtationũ, vt ibi probat text. & hanc partem tenet etiã Saly. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. Panor. in d. c. teſtibus, & optimè facit tex. in c. licèt ex quadam ext. de teſtib. ibi, proprio iuramẽto &c. quem tex. ad hoc ponderant Abb. antiq. Ant. de But. Panor. & alij communiter poſt Inno. & Gemin. in c. relatum. 5 q. 2. *Cõis opin.*

4 Poſtremò aſsignatur ad fulciendum pręfatam opinionem iſta optima ratio: quia iudex ex trepidatione, & titubatione facilius ueritatem poteſt comprehendere. d. c. teſtes, d. c. à nobis, & d. l. Theopompus. & not. Siculus in

d. c. à nobis, & Lib.

Lallus de Tuſcia in conſtit. Regni, In pecuniariis, num. 13. libro 2. & ſic conſtat apertiſsimè
Cōis opin. contra Bart. eſſe communem ſententiam omnium Doct. de qua teſtatur Couarruuias in tract. reſolutionum iuris ciuilis, & canonici. c. 13. numero 6. lib. 2. Et præfatam opinionem tanquàm ueriorem ſequutus eſt Lanfranc. in c. quoniam contra, de probat in uer. Teſtes, numero 7. poſt medium. & Celſus ibi in addi. Boer. deciſ. 1. numero 38. & Marſil. cum aliis congeſtis per ipſum, in l. de minore. §. pluriũ quoq;, n. 2. de quæſt. & Bal. in d. l. iuriſiurandi.

5 Vbi dixit, quòd non poteſt dicere teſtis teſtifico prout in hac ſcriptura ſigillata ſigillo meo, ſi non legat iudici illam. ſecus ſi legeret ſcripturam iudici, & ipſe uelit eum uidere, & audire loqui. & hoc modo poteſt ſaluari dictũ Bartol. in d. l. Theopompus, ſecundùm Ioan.
Cōis opin. And. alioſque communiter in præcitato. c. teſtibus, & in c. licèt ex quadam, ſupracitato. Bal. & Salyc. in d. l. iuriſiurandi.

6 Sed limitantur prædicta, quòd licèt depoſitiones factæ per ſcripturam non probent; nihilominus faciunt præſumptionem: ſecundũ Dominum Antonium in c. in eccleſiis, colum. 2. de maior. & obed. col. 11. quod dictum referunt, & ſequuntur omnes Moder. communi-
Cōis opin. ter in d. c. à nobis.

7 Fallitque ſecundo loco dicta communis concluſio in alio caſu, in quo magis probat teſtimonium factum per ſcripturam, quàm teſtimonium viuæ uocis: qui caſus eſt in patre quò ad filium, ſuper ætate ipſius filij, ſi de ea diſputetur: nam in tali caſu magis creditur ſcripturæ patris, uel matris, quàm eorum viuæ voci. ita dixit Ant. de Butr. in c. ex literis, de tranſact. quod dictum ſequitur Barbat. ibi, licèt Imol. reprobet Ant. But. & malè.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens de nocte, ſe uidiſſe & cognouiſſe Titium cōmittetem maleficium luna nō lucente, indubitanter, nec in ciuilibus, nec in criminalibus negotiis probat.*

2 *Nocturno tēpore nec uideri quis, nec cognoſci poteſt.*

3 *Teſtis deponens de uiſu tempore nocturno eſt ſuſpectus de falſo.*

4 *Teſtis deponens ſe uidiſſe Titium delinquentem de nocte, & non dicens quòd tunc erat luna, ſi per computum dierum inueniatur non fuiſſe tunc lunam, nihil probat.*

5 *Teſtis deponens cognouiſſe aliquem ad uocem tempore noctis, quia eius uox ſibi erat nota, facit indicium ad torturam.*

6 *Teſtis cum iuramento deponens ſe uidiſſe aliquem committentem delictum de nocte, quia erat lumen lunæ, uel ignis, facit fidem, dummodò contrarium non probetur.*

7 *Teſtis deponens uidiſſe aliquem de nocte, probat ſi ei erat tunc vicinus, vel ſi commorabatur cum ipſo, vel quia illa nox erat clara, vt tempore autumni, niſi probetur contrarium.*

8 *Teſtes in aliqua domo commorantes, & deponentes uidiſſe nocturno tempore aliquem eum ingredientem per feneſtram, uel ianuam ad lumen lunæ luſtrans in ipſo loco, nil probāt, cùm rem impoſſibilem deponant.*

9 *Luna habet radios lugubres.*

10 *Luna quicquid luminis habet, recipit à Sole, quia per ſe eſt corpus obſcurum.*

11 *Lunares radii ſunt adeò debiles, ut minimum lumen ex ſua reflexione progignant.*

12 *Luna licèt contra ſucceſſionem ſignorum per circulos deferentes augeat à die naturali vndecim gradibus, & 12. minutis ferè, & per deferentem epicicli 13. gradibus, & undecim prope minutis moueatur; nihilominus ſexta quaque hora quartam cœli partem quaſi peragrat, non ex motu proprio, ſed motu primi mobilis rapiente illam ſecum, & omnes planetas.*

13 *Luna totus, ac integralis curſus deſcribitur, ſimul cum ratione ortus ſignorum, & cum theorica planetarum, & lunæ.*

14 *Lunæ lumen ſi contingerit dignoſcere an illuſtrauit aliqua loca, uidendum eſt, an ea hora luna ſe erexerit, vt illam partem illuminare potuerit.*

15 *Luna ſilens, & incerta quando dicatur.*

16 *Aurora, ſeu diluculum licèt videatur medium inter diem, & noctem, tamen aſcribitur diei, & cenſetur pars diei.*

17 *Nox quando dicatur eſſe, ad hoc, ut ſciatur quando delictum ſit commiſſum de nocte, uel de die, relinquitur arbitrio iudicis.*

18 *Diei ortus, & occaſus principium vix capi, & diſcerni poteſt.*

19 *Dies artificialis habet duodecim horas non æquales, ſecundùm circulum æquinoctialis, ſed inæquales ſecundùm aſcenſiones Zodiaci per ſex ſigna.*

20 *Dies in treuga incipit ab ortu Solis.*

21 *Dies quando incipiat in omni materia, remiſſiuè.*

22 *Teſtis ſi deponit aliquid factum eſſe de nocte, uel de die, & interrogatus quid ſit nox, vel dies, & reſpōdeat neſcire, non probat.*

OPINIO DCCCCL.

1 TESTIS deponens de nocte, ſeu tempore nocturno, ſe uidiſſe, & cognouiſſe Titium committentem maleficiũ, uel dolosè contrahentem, vel aliquid dicentem, luna non lucente, & abſque lumine accenſo, indubitanter, nec in ciuilibus, nec in criminalibus negociis probat: ſecundũ Glo. in uer. Ignorat. Bal. Ang. & alios cōmuniter in l. ſi cùm exceptionem. §. in hac. ff. quod met. cau. & in l. non minorem. C. de tranſac. &

in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & uoluit etiam Ang. conſ. 194. viſis proceſsibus cauſæ principalis, col. 2. circa mediam, & Aegidius Boſsius in pract. crim. in tit. de indiciis, & conſiderationibus ante torturam, num. 172. & Rolan. à Valle conſ. 7. in cauſa Antonini Brunelli, nu. 29. cum aliis ſeq. uol. 1.

2 Quia de nocte quis non poteſt uideri, nec cognoſci.

3 Imò talis teſtis eſſet de falſo ſuſpectus naturali ratione, ſecundùm præcitatos Doct. & ſic teſtes quoſdam Athenis falſi cõuictos fuiſſe, refert Plutarchus in Alcibiadis vita. & aliquos alios teſtes, deponentes in Romana Curia de nocte, ſe uidiſſe, quòd impoſsibile erat uidere abſque lumine lunæ, uel alio artificio damnaſſe vti falſos, Oldr. Lauden. aſsidentem in ipſa Curia refert audiuiſſe Ang. in d. conſil. 194. col. 2.

4 Idemque dicendum eſt, ſi teſtis diceret ſe cognouiſſe Titium delinquentem, & nihil deponeret, ꝙ luna luceret, uel non luceret: & probetur poſtmodum per dictum Titium per cõpotum dierum, ꝙ luna non lucebat: tunc talis teſtis nil probaret. ita conſuluit Oldr. de Ponte Lauden. ut refert Iaſ. in d. l. non minorem, col. 1. Bal. Ang. in d. §. in hac, Fely. in c. ſicut, colum. 4. de re iud. & doctiſsimus D. Vincentius Maxilla, ſuper conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in tit. quouſque dies intelligatur, nu. 5. fol. 121. ubi meminit aliàs in facti contingentia detexiſſe falſitatem aliquorum teſtium deponentium tempore nocturno uidiſſe aliquẽ furtum patrare ad lumen lunæ: & tamen tunc, & in illa hora, quam aſsignabãt, per ueras regulas aſtrologię non erat eleuata, nec lucebat.

5 Sed fallit hoc quando teſtis diceret, ſe uidiſſe, ſeu cognouiſſe Titium patrãtem maleficium de nocte ad vocem, quia habebat notas voces ipſius: tunc iſta depoſitio faceret indiciũ ad torturam: ſecundùm Iaſ. in d. l. non minorem, nu. 5. & Michaelem Ciſuentes in commentariis ſuper leges Tauri, in l. 79. col. pen. ver. Sextum indiciũ certũ eſt. & alios Doct. relatos per Cottã in memorali, in uer. Teſtis deponens de eo quod eſt factũ de nocte. ubi admonet contrarium extitiſſe obſeruatũ, & practicatum Papiæ in facti contingẽtia in ſua cauſa propria. & contrariũ etiam aſſerit Boſsius in d. pract. crim. in tit. de indiciis, ſub numero 172. & ſeq.

¶ Et ratio ultra alias allegatas per noſtrates poſſet aſsignari iſthęc: quia operatio ſenſus fit per receptionem; & eorum vnuſquiſq; à proprio obiecto moueatur, vtputa auditus à ſonitu; quo fit ad uariationem uarij obiecti, varia ſequitur ſenſatio; & hoc præſertim in auditu. Alia uerò ratio eſt, quòd ad alterationem ita perciti, ſequitur vocis alteratio, qua ille percitus fortaſſe nunquam vſus fuerit. Omitto etiam, quòd quis ratione raucedinis non poteſt proferre ſolitam vocem, vt indè recognoſci queat, quod pręcipuè in rixis, & altercationibus, timore, vel aliis accidentibus dignoſcitur. Nihilominus tamen ſi quis duplici ſenſu, minirum auditu, & viſu aliquem recognoſceret, ſubſiſteret prima opinio.

6 Interpretatur ſecundò prædicta cõcluſio, quando teſtis diceret cum iuramento ſe uidiſſe Titium delinquentem, ſeu committentem aliquod maleficium de nocte; quia luna lucebat, uel aderat lumen lucernæ, vel ignis & lucernæ: ſecundùm Iaſ. & Doct. omnes vnanimiter in d. l. ſi non ſpeciali, & in d. l. non minorem, Dec. conſil. 163. in cauſa matrimoniali, ſub num. 3. & ita conſulendo tenuit Grammaticus, poſt alios congeſtos ibi per eum, conſil. crim. 58. num. 1. Cõis opin.

7 Fallit vlterius præallegata concluſio, quãdo teſtis diceret ſe uidiſſe Titium maleficium committentem de nocte, quia erat ipſi ualdè vicinus, & propinquus, uel commorabatur ſimul cum ipſo: tunc licèt luna non luceret, nec alia lumina accenſa adeſſent, non ob id falſus cenſendus eſt ipſe teſtis, imò probat: quia ſæpè contingit, & pręſertim tempore autumni, noctes eſſe clariores, ſecundùm Philoſophos, & Phiſicos communiter. Cùm enim anni tempora per quatuor, quas Philoſophi primas qualitates vocãt, caliditatem, ſcilicet frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem diſtingvantur: & pro dictarum quatuor qualitatum dominio quatuor efficiantur anni tempora; dominante ſiccitate congruè fit autumnus, quo in tempore, exiſtente dicto ſiccitatis prędominio, ac deficiẽte humiditate, quæ inter viſum, & id quod videmus eſſe poteſt, melius, & clarius lucere videntur. Niſi probaretur contrarium, noctem illam fuiſſe obſcuram, & teſtem prædictum diſtaſſe à dicto Titio per vnam baleſtratam, uel per aliam loci diſtantiam: vt latè probauit, & tenuit Oldr. & Bened. de Vadis in apoſtillis ad Franc. Aret. in dicta. l. non minorem, per Bal. & Ang. in d. §. in hac, & Bal. in l. Arethuſa, in ſecunda lectura. ff. de ſtatu hominum. Cõis opin.

8 Sed aduertere non nihil debent cauti iudices, & aduocati, & pręſertim in cauſis decidendis, ubi interueniunt teſtes deponentes de his, quæ geſta ſunt nocturno tempore. Nã omnia præmiſſa intelliguntur, & intelligi debent, quando teſtes aſſererent in eorum depoſitionibus de geſtis nocturno tempore ad lumen lunæ, in ſtradis, plateis, uel in aliis ſimilibus locis. Sed vbicunque deponerent teſtes aliquem vidiſſe, & cognouiſſe introeuntem per feneſtram, vel per portam in aliquã camerã, ſeu ſalam alicuius domus ad lumen lunæ, quod luſtrabat tunc in ipſo loco, ipſis nullatenus credendum eſt. Impoſſibile enim eſt quo-

quodammodò recognoſcere introeuntes in memoratis locis prędicto nocturno tempore. Tum quia experientia, quæ eſt rerum magiſtra, in facti contingentia hoc mihi demonſtrauit in compluribus cauſis:ut aduocato, & ut iudici. & hiſce oculis uidi de anno 1574. dum eram aduocatus Ioannis Fortis,& Ioannis Philippi de Seuerinis de Terra Fonticulorum,quòd duo teſtes commorantes in carcere depoſuerant uidiſſe ipſos inquiſitos introeuntes per feneſtram ipſius carceris,& extrahentes notarium Antonium Clementinum inibi tunc carceratum, & cognouiſſe illos ad lumen lunæ, quod lucebat in eodem carcere. & nihilominus me præſente, & iudice præſentis cauſæ,nocturno tempore,& luſtrante luna aliqui pluribus uicibus egredientes feneſtrā antedicti carceris,& regredientes uidimus,cæterum eos non potuimus cognoſcere modo aliquo. Et tum etiam,quoniam hoc naturali ſuadetur ratione.ſiquidem ingrediens per feneſtram,ſeu ianuam alicuius domus,recognoſci nequit per commorantes in domo, camera,vel aula ad lumen lunæ: quia ambulat ingrediens ipſe contra lumen lunæ, & potius poteſt ipſe cognoſcere in camera permanentes,ubi eſt ſituatum lumen lunæ,quàm cognoſci.Et quòd hoc in omnibus,& per omnia uerum ſit, poteſt iudex luſtrante luna intus domum ſe conſtituere ſedendo, vel non ſedendo in ipſo lumine,& permittere, vt aliquis ab eo cognitus ingrediatur per feneſtram,uel ianuam,& deueniat, accedatque ad locum vbi reperitur: quia oculis propriis inſpiciet, & ſimul inueniet illum non poſſe recognoſci, & ſibi apparebit vmbram, potius quam hominem videre. Et licèt in memorata cauſa prędictorum Ioannis Fortis, & Ioannis Philippi probatum extitiſſet non luſtraſſe lunam intus carcerem tempore aſſerti criminis: nihilominus cautus D. Nicolaus Interuerius compatriota meus,& fiſcalis in pręſenti cauſa, ex ſubtili ſuo ingenio allegabat, conſiderabatq; quod mediante reflexione luminis, ipſi teſtes poterant cognoſcere eoſdem reos inquiſitos: & ſe fundabat in reflexione ipſius lunæ, præſupponendo lumen lunæ, quod diſtabat à carcere præmemorato ſaltim aliquibus paſſibus, extendere, ſeu propagare radios ſuos in carcerē. Nihilominus reſpondebam, quòd ratio, & conſideratio hęc pulcherrima erat, ſed ſubſiſtere nequaquam poterat de iure.

9 Nam aſſerebam, quòd luna habet radios lugubres,ſecundū Philoſophos, & eſt Glo. ſingularis,& ſignanda literis aureis hoc firmās, in §. noſtra autem conſtitutio, in uer. Lucubratione, inſti.de ieg.atis,Bald. in c.1.§.porrò, quæ fuit pri.cau.benefic.amit.& Corn. in d.l. ſi non ſpeciali,colum.2.

10 Nec mirum eſt, quia quicquid luminis luna habet, recipit à Sole; per ſe enim eſt corpus obſcurum; vndè luna quaſi lux aliena dicta eſt. Huiuſce uerò rationem Cicero de Deorum natura graphicè ſcribit; & clarius in Somnio Scipionis, & lunam luce lucere aliena teſtantur omnes, & Phiſici, & Aſtronomi, vel in primis Plato, Ariſt. & Archimedes, & proptereà minus lucere fatentur omnes: ſiquidem lumen eius eſt ex reflexione luminis Solis, vt Ptolomeus in Almageſto pleniſsimè, vbi dicit,quicquid illud eſt luminis,eſſe debile,& ex cēteſima parte illuminare, quàm Sol. Ex quo colligit Maurolicius Siracuſanus, lumen,quod accipit terra, uel aliud corpus ſolidum a luna,amittere pluſquam perdiderit de lumine Solis.& idcircò ipſe Albumazar,Georgius Peurbachius cap. 2. Theoricarum, colligunt radios lunares eſſe debiles,& minimum admodum lumen ex ſua reflexione progignere: ubi Titus Popmaphriſius ponit exemplū hoc. Si Sol illuminet montes, & montes domum,& ex illa domo intret aliquantulum lucis in aliam domum: tunc hæc vltima domus puſillum admodum luminis habebit; ſic & lumen lunæ, quod reſultat ex terra parum lucis prębere exiſtimat.

11 Et aduerte etiam poſtremò tu iudex, & aduocate, quòd vbicunque teſtes deponunt cognouiſſe aliquem ad lumen lunæ, quod luſtrabat in loco pręſuppoſito patrati criminis: ad ſciendum, & perſcrutandum veritatem vtrum lumen lunę ibi aderat, neceſſariò diſcurrendum eſt,qua noctis hora crimen perpetratum ſit,& ſic ex omnibus infraſcriptis facillimè inuenies ueritatem, vel falſitatem ipſorū teſtium,& an luna poterat luſtrare,vel non luſtrare in loco aſſignato per teſtes.

12 Vndè luna ipſa,licèt contra ſucceſſionem ſignorum per circulos deferentes augeat in die naturali 11. gradibus,& 12. minutis ferè, & per deferentem epicicli 13.gradibus,& 11.ferè minutis moueatur:tamen ſexta quaque hora quartam cœli partem quaſi peragrat, non ex motu proprio, ſed motu primi mobilis rapiente illam ſecum, & omnes planetas.

13 Ita vt ſi luna fuerit in principio noctis in oriente,& tunc primò apparere cœperit ſuper orizontem, non prius peruenerit ad lineam, quæ appellatur meridiana, hoc eſt ad quartā partem cœli, quàm dimidium noctis tranſactū fuerit. nam tūc neceſſe eſt, vt quarta pars æquinoctialis ſurrexerit ferè ſuper orizontem. Totus autem æquinoctialis circulus oritur ſuper orizontem in 24 horas. Vbi notandum,ꝙ ſi plenilunium contingerit circa æquinoctiū veris,vel autumni,ſemper in ſex ferè horas luna perueniet ad dictam lineam.Sed ſi contingerit circa brumam,tunc non eò pertinget ante ſeptimam horam cum dimidia.Si uerò circa ſolſtitium æſtatis, quarta hora noctis

luna deueniet ad eandem lineam,& eò citius, vel ſerius veniet,quò erit lõgius , vel propius dictis terminis . Exẽpli cauſa , ſi plenilunium fuerit circiter idus Auguſti , id eſt magis propè æquinoctium , quàm ſolſtitium, ad quintã ferè noctis horam eò appropinquabit. Verũ poſt plenilunium ſingulis noctibus dimidiũ ferè horæ(modò non reſecemus ad vnguem) ſerius ad dictam lineam contingerit peruenire:ſed ante plenilunium dimidium ferè horæ , citius veniet,& eò ſerius,uel citius , prout luna fuerit in ſignis vel rectè,uel obliquè orientibus.Nam quanto rectius oritur ſignum, tanto ſegnius,& quanto obliquius,tanto celerius ſe ſuper orizontem effert: rectè oriuntur Cancer,Leo,Virgo,Libra,Scorpius,& Sagittarius. Obliquè uerò Capricornus,Aquarius,Piſces, Aries,Taurus,& Gemini.

14 Itaque ſi contingerit dignoſcere,an lumẽ lunæ illuſtrauerit aliqua loca, uidendum eſt an ea hora luna tãtum ſe erexerit,vt illam partem illuminare potuerit, & hoc ſit indicaſſe ſatis:nam,vt diximus, noluimus hæc ad unguẽ reſecare; eſſet enim opus non tantùm rationẽ ortus ſignorum,ſed etiam theoricam planetarum totam , & præſertim lunæ pertractare: quodquidem ab inſtituto multum nos deuios teneret.

15 A coitu uerò lunæ ad ſeptimum vſque diem, hoc eſt quando incipit eſſe dicotomos, ideſt per mediũ ſecta,dicitur luna ſilens: quia lumen ſuum quaſi ſilet,& modicum ſplendoris affert,& modicum temporis lucet. Sic etiã intelligendum eſt poſt vigeſimum quartum diem lunæ , quando iterum eſt facta dicotomos,cuius lumen eſt valdè imminutum:tunc etiam dicitur ſilens,& incerta luna. Hæc autẽ in gratiam ſtudioſorum,uerſantiumq; quotidie in tribunalibus,& iudiciis dicta ſufficiant, Et licet hęc non conueniant legiſtis,vt teſtatur accuratiſsimè D.Vincentius Maxilla in d. tit.conſuetudinum Bari,quouſque dies intelligatur,ſub num.5. uſque ad finem,vbi complura vtiliſsimè fundit circa curriculum , ſeu curſum lunæ : tamen hæc ſcitu ualdè neceſſaria ,& utilia forent pro defenſione cauſarum criminalium,& pro reperienda veritate,& de tegenda falſitate.

16 E hæc omnia licèt attineant ad noctem,& ad geſta in ea:tamen non intempeſtiuè modò tractandum foret aliquid de geſtis in aurora, & crepuſculo poſt occaſum Solis.

¶ Sciendum eſt igitur,quòd aurora,uel diluculum, ſeu crepuſculũ ſerotinum magis accedit,& attribuitur diei,quàm nocti, dummodo non ſit multa diſtantia ab ortu , vel occaſu ſolis. Vndè quicquid ſit ante lucem diei ,ſiue ante ortum Solis,ſiue poſt occaſum,dicitur de die; dummodò perſona diſcerni , & cognoſci poſsit ſubſiſtente aliqua claritate : ſecundum Bart.in l.aut facta.§.tempus.ff.de pœnis,Bartol. Cæpol.in l.2.§.fin. de verb. ſig. Bal. Ang. Imol.Franciſc.de Aret. Alex. Iaſ. & alios omnes communiter in l.Titius.§. Lucius.ff de liber.& poſthum per textum ibi,& Ioan Andr. in c.alma,de ſenten.excommun.in 6 & in c.ſi perfodiens,de homicid ubi Abb. etiam Ang. Pau.de Caſt.Fulgoſ.& Roma.in l.more Romano.ff.de feriis,Fely.in c.conſuluit,ſub num. 7. de offic.& poteſt.iud.deleg. Ioan. Tabienſem in Summa Tabiena,in uer Dies,ſub §.2.propè finem,& peritiſsimum D. Vincentium Maxillam in conſuetudinibus Ciuitatis Bari , in tit.quouſque dies intelligatur, numero 4. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem, *Cōis opin.* videlicet, quòd cùm tractatur de puniendis criminibus , dilucula & crepuſcula aſcribantur, & attribuantur diei, dummodò non ſit multa diſtantia ab ortu,uel occaſu Solis: & cõſequenter quicquid fiat ante lucem, ſiue ante ortum Solis,ſiue poſt occaſum,dicitur de die, dummodò perſona diſcerni poſsit.

17 Sed re uera circa præſentem ſpeculationem ſtandum eſſet arbitrio iudicis, qui mediante exquiſita diligentia,& circumſpectione debet animaduertere,utrũ tam magna lux eſſet, vt aſcribendum ſit diei; vel vtrùm tanta occurrat obſcuritas, vt ſit attribuendum nocti:& tunc in dubio mitior quippè pars ſequẽda foret:ut uoluit Ioan. Andr. in d.c. ſi perfodiens, cum quo ſentiunt communiter Canoniſtæ omnes,teſte Auguſtino in addit. Angel. *Cõis opin.* in tract.de malefic.in uer. De nocte , poſt numerum 4 & hanc opinionem ſequitur etiam, citat,& commendat Abb. in dicto.c.ſi perfodiens,ſub numero 2. Iaſ. in d. l. Titius. §. Lucius,num. 18. & Iulius Clarus in pract. crim. libro 5.quęſt.82.in ſtatuto ultimo, de ſtatutis pœnalibus in genere , ſtatuto 9. uerſ. Quæro quomodò intelligatur non in terminis huius ſtatuti.

18 Et de hoc non mirandum eſt , ſiquidem diei ortus, & occaſus principium maxima cũ difficultate capi poſſet : ut ſubtiliſsimè conſiderat Cotta in memorali in uer. Diem more Romano,colum.3.uerſ. Quare cùm ob dictas cauſas ortus diei.

19 Imò ſecundùm Sanctum Thom. ſuper cap.11.lect.2.colum. 1. in fin. dies artificialis habet duodecim horas non æquales, ſecundùm circulum æquinoctialis, ſed inæquales ſecundum aſcenſiones Zodiaci per ſex ſigna.

20 Cæterùm prædicta omnia limitantur non habere locum in treuga ; nam in ipſa treuga dies incipit ab ortu Solis,quò ad obſeruationem treugæ.c.1.de treu.& pace.

21 Et dies ipſa quando incipiat in omni materia,uide Fely.declarantem in d.c. conſuluit, col.3.ubi ponit decẽ cõcluſiones ſpectãtes,& pertinẽtes ad hãc materiã,quas reaſſumit Io. Ta-

Tabienſis in Sũma Tabiena, in uer. Dies. §. 2.

22 Vndè reducendo omnia præmiſſa quàm ſimpliciſsimè ad ueram practicam, aduerte, quòd teſtis deponens aliquid factum eſſe de nocte, non probat modo aliquo, ſi interrogatus quid ſit, nox, reſpondeat ſe neſcire. ita Bal. & Petr. Anchar. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. & Alex. conſil. 167. quoniam res co- ram excellentiſsimis agitur, numero 7. uol. 6. & in l. de ætate. ff. de mino. ubi aſſirmat expreſ- sè hoc idem procedere etiam, ſi interrogatus teſtis quid ſit dies, vel quid ſit bona fama, reſpondeat ſimiliter neſcire: tunc enim nullatenus probat.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS, non poteſt iurare per procuratorem, etiam habentem ſpeciale mandatum.*

2 *Iuramentum teſtis poteſt per procuratorem præſtari, ſed teſtis dictum non poteſt deponi per procuratorem, ſecundùm aliquos.*

OPINIO DCCCCLI.

1 TESTIS non poteſt iurare per procuratorem, etiam habentem ſpeciale mãdatum: & ſic iuramentum teſtis per ipſum procuratorem præſtari nequit: ſecundùm Barto. in l. qui bona. §. in alieno. ff. de damno infect. Bal. in rub. de iureiuran. & ſequitur Abb. D. Ant. & alij relati, per Fel. in c. licèt ex quadam, ext. de teſtib. Roma. in d. §. qui alieno, & Panor. in d. c. licèt, vbi ait hanc eſſe communem opin. *Cõis opin.*

2 In contrariam uerò ſententiam, quòd iuramentum teſtis præſtari poſsit per procuratorem, ſed ipſe teſtis non valeat dictum ſuum deponere per procuratorem, inclinauit Ioan. And. in c. ut circa, de elec. lib. 6. in nouel. & Rota Romana, quã ſequitur idem Rom. titubanter, in ſing. 8. Et mouetur Rota ibi per nonnulla fundamenta, & optimas rationes, quas reaſſumpſit Curtius in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. nu. 359. quaſi inhærendo iſti vltimę opinioni Rotæ Romanæ. Tamen omiſſo multiloquio, quicquid præfati Doct. ſenſerint contra communem, ab ea in iudicando, & conſulendo fatuum eſſet diſcedere: vt latè ſcripſimus, in primo lib. Opin. 429. fol. 392. Iuramentum poteſt præſtari per procuratorem, circa num. 9. cui innititur ſtrenuè quidem tuendo etiam, & de ipſa communi mentionem expreſſam faciendo, Ioan. Crot. in tract. de teſti. in 9. par. num. 371. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens extra articulos non probat, quia deponit non iuratus.*

2 *Teſtis deponendo quomodò intelligat articulos, non dicitur deponere extra articulos; cùm hoc non ſit extra propoſitum.*

3 *Depoſitio pertinens dicitur, licèt in modicum faciat ad cauſam.*

4 *Impertinens non dicitur illud, quod ex leui præſumptione cauſam adimat.*

5 *Teſtis deponens de aliquo certo modo pertinenti ad cauſam, ſi iurauerit deponere ſuper tota cauſa, non dicitur extra articulos deponere.*

6 *Teſtis deponens falſum extra articulos, & extra cauſam in cauſa ciuili, non poteſt puniri pœna falſi ordinaria à lege communi, ſeu municipali impoſita, ſed alia mitiori arbitraria.*

7 *Teſtis non poteſt rectè probare ſuper articulis ineptis, nec articulorum defectum ſupplere.*

OPINIO DCCCCLII.

1 TESTIS deponens extra articulos, non valet eius depoſitio: quia teſtis non debet examinari extra articulos, & ſi deponit non probat; ſiquidem deponit non iuratus. c. de teſtibus, extra de teſtib. & l. ſi quis libertatem, cum Glo. ff. de pet. hæred. & Bart. & alij notant in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. cum ſimilibus, Alexã. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Bald. conſilio 123. volum. 2. Ang. conſilio 269. ſuper puncto ſupraſcripto breuitatis cauſa omiſsis allegationibus pro, & contra, colum. fin. verſ. Item quia dicti teſtes depoſuerunt extra dictum articulum, Bertran. conſil. 14. ſuper proceſſu cauſę agitatæ, ſub num. 2. & ſeq. uol. 5. & conſilio 128. delibe rando, nu. 4. vol. 5. Fely. & alij in c. de teſtibus, & in c. per tuas, de teſtib. & Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 6. tit. de teſtib. & eorum inductione, col. 6. fol. par. 87.

2 Cæterùm ſi deponat teſtis, quomodò intelligat uerba articulorum, non dicitur extra articulos deponere, cùm iſtud nõ ſit extra propoſitum: ſecundùm Bart. Alex. Ripam, ſub numero 23. & alios omnes in d. l. 1. per illum tex. ff. ſi cert. pet.

3 Nam pertinens depoſitio dicitur, quæ aliquo modo facit ad cauſam, etiam in modicum: ſecundùm Bal. in c. quoniam, de teſtib. & in l. ad probationem, in 4. not. C. de probatio. Paul. Caſtren. conſilio 272. col. 7. & conſ. 288. colum. 8. in antiquis, Dec. conſilio 173. & conſ. 517. Iaſ. Dec. Ripam, ſub numero 23. & ſequen. & alios omnes, in d. l. prima. ff. ſi certum petatur.

4 Et illud, quod adiurat cauſam, non dicitur eſſe ex leui præſumptione impertinens: ut per Bal. in c. licet cauſam, colum. pen. uer. Ex prædictis apparet, de probat.

5 Et ſic concludunt prællegati Doct. & Nellus de ſancto Gemin. in tract. de teſtib. in 1. par. nu. 92. quòd teſtis non dicitur deponere extra articulos, quando deponit de aliquo certo modo pertinenti ad cauſam: & ſic ſuper dependentibus, annexis, & connexis. Et hoc intelligunt Bart. Dec. cęteriq; communiter, in d. l. 1. quando teſtis iurauit ſuper articulis: nã ſi iurauit deponere ſuper tota cauſa, facit fidem ſine dubio de eis, quę deponit extra articulos, dummodò eius dicta pertineant ad cauſam: vt per Bar. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & ibi Alex. col. 2. Bar. in l. ſi quis legatum, colum. fin. ff. de fal. & in l. 1. §. Diuus, l. ultimo ff. de quæſt. & per Octauia. Veſtrium vbi ſupra, & alios quamplures Doc. congeſtos per Marſil. in d. l. 1. §. Diuus Adrianus, num. 2. ubi ſequitur præfatam communem opinionem. Et hinc eſt, quòd practici notarij faciunt teſtes iurare ſuper tota cauſa, & ita ſeruat conſuetudo: vt tradunt Moder. in d. l. 1. Cõis opin.

6 Ex hiſque nota unum, & tene menti perpetuò, quòd teſtis deponens falſum extra capitulata, & extra cauſam in cauſa ciuili, non tenetur ad pœnam falſi ordinariam iuris communis, ſiue impoſitam à ſtatuto, ſed alia mitiori pœna arbitraria debet puniri: ſecundùm Bal. conſ. 106. uol. 1. & iſta eſt communis opinio. teſte Lud. Bolog. conſ. 30. Ser Sauius. Cõis opin.

¶ Prout teſtis iurans non tactis ſcripturis deponendo falſum, ſimiliter puniri poſſet: vt firmat Nellus de ſancto Gemin. poſt Bal. relatum per eum, in tract. de teſtibus, in 1. part. num 64.

7 Sed aduerte, quòd teſtis ſuper articulis ineptis nõ poſſet benè probare, nec ſuppiere defectum articulorum: ſecundùm Bal. in addit. Spec. in tit. de teſte, uerſ. Super articulis, poſt Spec. in uer. Quid ergò ſi capitula.

¶ Et ideò requiritur longa experientia, eminenſque ſcientia in articulando: ex quo uidi pleraſque ex cauſis periclitari ex ineptis, in falſis, impolitiſque articulis. Vndè litigantes deberent eligere Doctores prudentiſsimos, & ſtrenuè ſolitos cauſas tueri, non autem illos, qui quotidie verſantur in opprobrium dignitatis eorum in uariis, diuerſiſque mercaturis. Proindè admonitos eſſe deſidero clientes omnes, vt tanquàm cauti, & prudentes eligere debeant non illos aduocatos, qui lædunt, offendunt, & diuerberant clientes, & Priſcianum etiam, ſed iuriſperitos religioſos, alienoſque à ludis prohibitis, à mercaturis, ab otio, & cæteris vitijs, & eos qui habent domum cõtinuo plenam clientulorum.

SVMMARIVM.

1 *TESTES de collegio, & vniuerſitate ſeculari non probant pro ea, etiam in cauſis oneru(m), & ruin. 2.*

3 *Teſtes vniuerſitatis nõ ſunt idonei pro ea, quando omnes de ipſa vniuerſitate agerent, vel ſyndicum conſtituerent, uel deponerent; ex quo ſunt teſtes in facto proprio.*

4 *Teſtes de uniuerſitate probant, & admittuntur pro ea in cauſis ciuilibus, & criminalibus, quando tractatur de probando actum factum in ipſa vniuerſitate, uel in congregatione.*

5 *Teſtimonia eorum de collegio, vel uniuerſitate clericorum, vel religioſorum recipiuntur abſolutè pro utilitate eccleſię, non autem in ſubſidium, quando eſſent teſtes omni exceptione maiores.*

6 *Prælatus non poteſt teſtificari in cauſa ſua eccleſię, quando eſſet quæſtio de bonis menſæ ipſius prælati: & pariformiter canonicus non poteſt eſſe teſtis in cauſa ſuæ præbendæ.*

7 *Prælatus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſicut laicus, non tamen ſi fuerit quæſtio de bonis menſæ ſuæ.*

8 *Confeſſio prælati de mutuo recepto, eccleſię, uel ſucceſſori ſuo non præiudicat. quod declaratur nu. 9.*

10 *Mutuum factum prælato regulariter probãdum eſt verſum fuiſſe in utilitatem ſuę eccleſiæ quod declaratur nu. 11. & 12.*

13 *Teſtes de uniuerſitate deponentes ad eius fauorem ſuper iure paſcendi, lignandi, & ſimilium, non repelluntur a teſtimonio, quando non ſentiunt commodum in particulari, ſed ſolummodò in communi.*

OPINIO DCCCCLIII.

1 TESTES de collegio, vel uniuerſitate ſeculari non probant pro ea: & iſta eſt communis opinio. vt aſſerit Deci. in c. inſuper, numero 6. extra de teſtibus, & Lanfranc. in c. quoniam contra, de probationibus, in uer. Teſtes, numero 73. ubi eam pleniſsimè declarat. Cõis opin.

2 Quæ communis ampliatur etiam procedere in cauſis onerum: ſecundùm Abb. conſilio 16. Primò an dictus, in prima parte. Fely. in d. c. inſuper, colum. 3. Iaſ. in l. ſed ſi hac lege. §. patronum, col. 2. ff. de in ius vocan. & Aff. c. deciſ. 400. inchoante, Nobilis, colum. 5. uerſic. His præmiſsis.

3 Et hoc potiſſimũ procedit, quando oẽs de uniuerſitate agerent, uel ſyndicum conſtituerent, vel deponerent, quo caſu indiſtinctè etiam in caſibus, quibus aliàs admittuntur, puta quando non tractatur de eorum intereſſe, nõ eſſent aliquo pacto teſtes idonei, ex quo eſſent

eſſent teſtes in facto proprio:ſecundùm Bald. in c.tertio loco,de probat.& Afflict.in d. deciſ.400.verſ. Fallit niſi &c.

4 Interpretatur verò iſta communis nõ habere locum quando tractaretur de probando actum factum in concilio, vel cõgregatione; in qua communiter non admittuntur niſi illi de vniuerſitate:tunc pro illa vniuerſitate admittuntur teſtes vniuerſitatis in ciuilibus, & criminalibus:vt per Marſil.ſing.73.incip.Plures,Grammat.conſ.crim.26.num.37.in cauſa matrimonij. & probatur in c. veniens, il 2. de teſtib.vbi text.in fin.& Glo.Abb.Butr.Felyn.& alij Doctores communiter in d. c. tertio loco. Cõis opin.

5 Interpretatur quoq; vlterius non procedere in collegio ſeu vniuerſitate clericorum, & religioſorum:quia abſolutè teſtimonia eorum de collegio recipiuntur pro vtilitate eccleſiæ, non autem in ſubſidium. c. nuncium, vbi omnes Scriben. not. de teſtib. & in c. & ſi Chriſtus,de iureiur. & iſta eſt communis opinio,de qua teſtatur Dec.in d.c.tertio loco, n. 45.& ſeq.& Socin.in tract.fallen.in reg.408. Teſtis prælatus.Quod ſanè, & cum grano ſalis intelligendũ eſſe aſſerunt Doct.relati per Dec.in loco, de quo ſupra, quando teſtes hoc caſu eſſent omni exceptione maiores. Cõis opin.

6 Sublimitatur iſthæc limitatio communis, quòd prælatus non poteſt teſtificari in cauſa ſuæ eccleſiæ, quando eſſet quæſtio de bonis menſæ ipſius prælati: de quibus per Gloſſ. in Clemen.1.in ver.ad menſam,de exceſ.prælat. & hoc tenet Ioan.And.Ant Dom.& Sicul. in d.c.inſuper.Idem Io.And.& Doct.in c.præſentium,eod.tit.de teſtib.lib.6.licèt Ant.in cap. cum veniſſent,de iudic. videatur tenere contrarium:nihilominus præcedens opinio communiter approbatur,ex qua Siculus inſert in d.c.inſuper, canonicum non poſſe eſſe teſtem in cauſa ſuæ præbendæ, cum illa ſit deputata pro menſa ſua. Cõis opin.

7 Et ſequitur ibi dicens pro hoc optimè facere, quòd licèt prælatus poſſit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſicut laicus, non tamen ſi fuerit quæſtio de bonis menſæ ſuæ:ſecundùm Hoſtien.in c.procurationes,de cenſibus,Calderin.conſ.6.tit. de iudic.Dom. poſt Collect. col.6.in d.c.cùm veniſſent & præcitatam cõmunem ſequuntur omnes Doct. in d. c.inſuper,& audacter eam atteſtantur inibi.

¶ Et communem prædictam in prin.poſitam interpretatur, & limitat in ſeptem caſibus non procedere Soc.in d.reg. 408.

8 Et hinc infertur,quòd licèt confeſſio prælati de mutuo recepto,eccleſiæ, vel ſucceſſori ſuo præiudicare non ſoleat:ſecundùm Bal. in l.in contractibus.§.ſed quoniã.C.de nõ num. pecun.& in auth. hoc ius porrectum, colum. 5.C. de ſacroſan. eccleſ. per auth. contra qui propriam,in fi.C.de non num.pecun. & Glo. in c. præſentium, in ver.Conuentuum, de teſtib. in 6.

9 Tamen vbicunque cum confeſſione prælati concurrerent aliqua adminicula, & præſertim confeſſio Capituli: tunc ex ea confeſſione prælati,& Capituli ſimul, probatur mutuum ipſum,& illa indiſtinctè præiudicat eccleſiæ.ita Cyn.in l.1. quæſt.16.C. de confeſſ. Glo.in c.dudum, il 2.in ver.Veritate,de elec. Paul.de Caſtr.conſil.1.& D.meus Oradinus in deciſ.202.Mohcda.deciſ.202.& Achill. de Graſſis de confeſſ.

10 Et quamuis regulariter probandũ ſit,mutuum receptum per prælatum,verſum eſſe in vtilitatem ſuæ eccleſię:ſecundùm Legiſtas in l. ciuitas.ff.ſi cert.pet. & Canoniſtas in c. 1. extrà depoſit.

11 Nihilominus ſtante confeſſione prædicta prælati,& Capituli ſimul,de pretio recepto,ea nocet eccleſiæ abſque eo,quòd oſtendatur,& probetur pecuniam verſam eſſe in vtilitatem ipſius.itaCouarru.in lib.2. variarum reſolutionum,cap.17.num.3. vbi promit iſtam eſſe communem opinionem.& ita iudicauit Rota Rom.ſub die 10.Iunij 1569. atteſtante illuſtri D Oradino præceptore meo in deciſ.216. in fin. Cõis opin.

12 Et quemadmodum in præſenti caſu prælatus præiudicat eccleſiæ: ita pariformiter eius confeſſio præiudicat eidem eccleſiæ,etiam ſine cõſenſu capituli in alijs caſibus, in quibus eſt adminiſtrator legitimus.ita Rota Rom.in deciſ.466.in nouis.

13 Vnde ad inſtitutum noſtrum redeundo,interpretantur etiam præmiſſa non procedere, vbicunque teſtes de vniuerſitate deponerent ad eius fauorem ſuper iure paſcendi, lignandi,irrigandi, triturandi frumentum in molendino,panem coquendi in furno,& ſuper ſimilibus rebus,& iuribus competentibus eidem vniuerſitati, in quibus ipſi teſtes non ſentiũt in particulari commodum aliquod, ſed duntaxat in communi:tunc enim poſſent eſſe teſtes, & probarent vtiq; pro ſua vniuerſitate. Et ſic teſtes de vniuerſitate non repelluntur modo aliquo à teſtimonio communitatis, ex eo quòd habeant commoditatem paſcendi: quoniam talis exceptio non valet, neque tenet,cùm ex victoria nullum commodum reportent,ſeu repetant.ita Bar Guil. de Cu. & alij in l ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.Cępol.in tract.de ſeruit.ruſt.præd. cap.11.de ſeruitute iuris paſcendi, num. 28. Chiſſanen.deciſ.189.& Dominus meus Oradinus deciſ.429.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PATER non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, nec filius in cauſa patris.*

2 *Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij etiam emancipati.*

3 *Pater teſtificari poteſt pro filia in cauſa religionis.*

4 *Pater, & mater poteſt teſtificari cùm quæritur de ætate, vel genere, aut cognatione filij.*

5 *Pater, vel mater poteſt eſſe teſtis, cùm quæritur vtrùm matrimonium poſſit eſſe cum eis, vel non, propter conſanguinitatem, & affinitatem.*

6 *Pater, & mater ſponſę non admittuntur in teſtes in fauorem matrimonij vbi agitur an matrimoniū fuerit contractum, vel non, ſponſa aſſerente fore contractum, & ſponſo hoc negante, & pręſertim ſi ſponſus eſſet ditior, nobilior, potentior, vel honorabilior: imò ſi eſſent pares, pater, & mater viderentur ſuſpecti.*

7 *Pater, aut mater in cauſa matrimoniali an admittantur in teſtes pro liberis, atque ſuſpecti ſint pro eis, relinquitur arbitrio iudicis, qui diligenter inſpicere debet an adhibenda ſit fides patri, vel matri circa hoc.*

8 *Pater teſtificatur pro filio in cauſa ſtatus.*

9 *Pater admittitur teſtis in teſtamento militis, & ſi filius teſtetur de caſtrenſi, vel quaſi, & in alijs contractibus, vt dicitur infra ſub nu. 11. in fin.*

10 *Legitimatio non poteſt probari per patrem legitimati.*

11 *Pater contra filium, & è contra admittitur teſtis, vbicunque accedit conſenſus eius, contra quem deponere poſſent huiuſmodi teſtes.*

12 *Filius non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua interuenit eius pater procuratorio nomine alterius: & ſimiliter pater in cauſa filij procuratoris repellitur etiam à teſtimonio.*

OPINIO DCCCCLIIII.

1 TESTIFICARI, vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio, nec filius pro patre. c. ſi teſtis. 4. q. 3. notat Ioan. Mona. in ſuo defenſorio iuris, folio 5. in rub. contra teſtes, & Specul. in tit. de teſte. §. 1. & Alberic. de Maletis in tract. de teſtib. in 1. par. in prin. nu. 1. & ita ſe habet communis opinio omnium Scriben. varijs in locis iuris noſtri: vt planè, & abundè deducit Aberic. in tract. de teſtib. colum. 1. & Grammat. deciſ. 45. & 48. Et iſta eſt communis concluſio, quòd pater regulariter non poſſit teſtificari pro filio. probatur in l. parentes, vbi Glo. notat Cyn. & Butr. C. de teſtib. *Cõis opin.*

2 Imò ampliatur iſthæc concluſio vt procedat in cauſa filij etiam emancipati, in qua regulariter pater non poteſt teſtificari. d. l. parentes, vbi Doct. communiter omnes. tenet etiam Bar. in l. qui teſtamento. §. per contrarium. ff. de teſtamen. & latè Specul. & ibi Ioã. And. in tit. de teſtib. §. 1. colum. 1. & ſeq. verſ. item quòd eſt parens. & iſtam opinionem cõmunem eſſe fatetur Alberic. de Maletis in d. tract. de teſtib. in princ. ſub nu. 1. & Melchior de Facinis conſil. 82. in prin. volum. 1. poſito inter conſil. crim. diuerſorum, collecta per Io. Bapt. Zilettum. & Aret. in d. l. qui teſtamento. §. quęcunque, ſub nu. 6. *Cõis opin.*

3 Sed opinio antedicta ita ampliata limitatur non procedere in cauſa religionis, in qua pater pro filio teſtificari poteſt. c. pręſens. 20. q. 3. & Alberic. de Maletis in d. tract. de te teſtib. in prin. nu. 8.

4 Et mater teſtificatur etiam cùm quęritur de ætate, vel genere, aut cognatione filij. l. etiam in matris. ff. de prob. Et quamuis Glo. ibi dicat, quòd non recipitur vt teſtis, ſed vt ex ipſius reſponſione iudex melius inueniat veritatem: nihilominus mater poteſt indubitanter teſtificari in cauſa ætatis filij comprobandæ: ſecundùm Glo. in c. 2. §. teſtis idoneus pater pro filio, in ver. Filio. 4. q. 3. Bar. in l. 2. §. ętas. ff. de excuſ. tut. & Aret. in §. pater, inſtit. de teſtam.

5 Limitaturq; in cauſis matrimonialibus, in quibus pater, vel mater poteſt eſſe teſtis, cùm quęritur vtrum matrimonium poſſit eſſe cum eis, vel non, propter conſanguinitatē, vel affinitatem. c. 1. 35. q. 6. c. tranſmiſſæ, qui filij ſint legit. & c. ſuper eo. de ſponſa. & idem tenet Io. de Anania, & ibi Bologni. in add. in conſ. 52. & Calder. conſ. 11. in tit. de teſtib. & ita conſuluit Io. Bap. Ferrettus conſil. 48. in cauſa matrimoniali diu verſa in Ciuitate Vicentiæ, num. 1. cum alijs ſeq. vol. 1. vbi docuit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

6 Cæterùm vbi agitur an matrimoniū fuerit contractum, vel non, ſponſa aſſerente fore contractum, ſponſo hoc negante: ſi eo caſu ipſe ſponſus ditior, vel nobilior, vel potentior, vel honorabilior eſſet: pater, ac mater ſponſæ profectò non admitterentur in fauorem matrimonij. d. c. ſuper eodem, & c. ex literis, eod. tit. & ita dicit Io. Bap. Ferrettus in d. conſ. 48. & Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. item quòd eſt parens. adijciens inibi dominum ſuum dicecere, quòd etiam ſi ſint pares pater, & mater, videntur ſuſpecti; vnde bonus iudex hoc arbitrabitur. l. continuus actus. ff. de verb. obligationib. in princ.

7 Addens idem Specul. in d. §. 1. quòd ſufficit alterum iſtorum, videlicet, quòd ditior, vel etiam nobilior, licèt in alijs ſint pares, ad hoc, vt pater, & mater intelligantur ſuſpecti. d. c. ſuper eodem. & hoc optimè declarat Ioã. And. in add. Specul. in d. §. 1. Sed opinionem Specul. reprobauit Dec. conſ. 163. ſub nu. 11. Zaſ. conſ. 9. nu. 3. lib. 1. & Soc. in tract. fallen. in reg.

in reg. 427. teſtes parentes pro liberis, num. 6. vbi ait communem opinionem eſſe Ioan.
Cōis opin. And. Hoſtien. & aliorum contrariam in locis pręcitatis. quòd in caſu iſto relinquatur iudicis arbitrio, verum in dicta cauſa matrimoniali parentes admittantur. qui quidem bonus iudex diligenter inſpicere debet an adhibenda foret fides patri, vel matri circa prædicta.

8 Item parens poteſt teſtificari in cauſa ſtatus: ſecundùm Bart. in l. 3. §. duæ autem cauſæ. ff. de Carbonia. edic. & Ioan. Fabri in dicto §. pater.

9 Item poteſt teſtificari in teſtamento militis; ſecundùm Ang. poſt Glo. vbi ſupra.

10 Sed nō poteſt teſtificari in cauſa legitimationis filiorum: vt per Bart. in l. Gallus, in fin. prin. ff. de lib. & poſthum.

11 Fallitque etiam vbicunque accederet conſenſus eius, contra quem huiuſmodi teſtes deponere poſſent, videlicet, quòd teſtes ſui aduerſarij recipiantur in teſtes: tunc proculdubio pater contra filium, & filius aduerſus patrem produci, ac recipi poteſt: ſecundùm Guido. de Suza. in d. l. parentes, & Io. And. in add. Specul. in prin. & Melchiorem in d. conſil. 82. nu. 2. vbi ita conſuluit.

¶ Limitatur quoq; in teſtamento filij de caſtrenſi, vel quaſi teſtantis, vel alijs contractibus in præcitato §. per contrarium, repoſitis. ita Lanfranc. in c. quoniam contra, in cap. 8. de teſtib. ſub nu. 59. in fin. de probat.

12 Claudicat poſtremò itidem pręmemorata communis non ſortiri aliter locum, vbicunq; nullum commodum acquireretur ipſi filio, vel patri, vt quia pater procurator extet in cauſa alterius: tunc enim indubitanter poſſet filius teſtificari pro clientulo patris in dicta cauſa. vt cōcedit Bar. poſt Iacob. de Aret. in d. l. qui teſtamento. §. quæcunque, ſub nu. 3. ff. de teſtam. & Lanfranc. in d. c. quoniam contra, de probat. in cap. 8. de teſtib. num. 60. vbi concludit hoc locum non obtinere verſa vice, quando pater deponeret etiam in aliena cauſa, in qua eius filius procurator reperiatur. & hoc idem ſentire videtur etiam Bar. in d. l. qui teſtamento. §. quæcunque, ſub n. 3.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Soc. in tract. fallent. in reg. 427. nu. 3. vbi indiſtinctè firmat, quòd tam filius poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua eius pater procuratorio nomine alterius interuenit, quàm èconuerſo, filius, vbi agit ut procurator alicuius, pater ſuus teſtificari ſimiliter valet. & ait Socin. ibi eſſe caſum ad hoc, ſecundùm vnam lecturam in d. l. qui teſtamento. §. per cōtrariū.

¶ Sed Alberic. de Maletis in d. tract. de teſtibus, in 1. par. in princip. num. 18. cum aliis ſequen. fundamentaliter penetrando difficultatem præſentis controuerſiæ determinauit neutrum prędictorum, id eſt patrem, & filium vllatenus poſſe eſſe teſtem in præſenti caſu: & pręſertim vbicunque euaſerint ipſi pater, & filius domini litis, & inſtantię: quia tunc redderentur ſuſpecti, & uiderentur habere affectionem ad cauſam, & cauſas, & ſemper ſperarent quoque procuratores (vt experientia rerum magiſtra docet) reportare honorem, & commodum, percipereq́ue præmium extraordinarium ex victoria cauſarum, & iſta eſt ueritas.

¶ Quoniam patris uox, filij uox intelligitur, & econuerſo. l. fin. in fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit. & §. ei uerò, & §. poſt mortem, inſtit. de inutilib. ſtipul.

¶ Imò ubi eſt unus, alter eſſe videtur. l. cū ſcimus. §. fin. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & Marſil. ſing. 160. Pater & filius, & ſing. 448. Habēs poteſtatem à lege, in fin. & illum textum in d. l. cùm ſcimus, in fi. ad hoc aureum eſſe aſſerit Bal conſ. 234. colum. 2. uol. 1.

¶ Et denique cùm tractetur de ipſorum patris, & filij honore hic, non mirandum, ſi honor ipſe commodo pecuniario pręferendus eſt. l. iſti quidem. ff. quod met. cau. l. Iulianus, ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. & l. reprehendunt. C. de inſtit. & ſubſtit.

¶ Aliaſque limitationes quamplures recenſuit, & poſuit Soci. in d. reg. 427. Spec. in d. tit. de teſte. §. 1. num. 2. cum aliis ſequen. & Alberic. de Maletis, in d. tract. de teſtib. in 2. par. in princ. num. 1. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *VXOR non poteſt eſſe teſtis pro marito, nec econtra.*

2 *Vxor pro uiro in teſtem, & pro teſte non admittitur, nedum in commodo pecuniario, ſed etiam famæ, & honoris.*

3 *Teſtis deponens ſuper eo, in quo vertitur ſuum commodum, vel incommodum, non probat, etiam ſi deponens ipſe Epiſcopus foret.*

4 *Teſtis deponens in eo, quod ſibi eſt commodum non principaliter, ſed in conſequentiam, facit fidem.*

5 *Teſtis probans contra tutorem, qui non confecit inuentarium, uel librum rationū, eſt idoneus in cauſa, in qua tractatur de eius commodo.*

OPINIO DCCCCLV.

1 TESTIS non poteſt eſſe vxor pro uiro, & econtra: ſecundùm Glo. & omnes in l. etiā. C. de teſti. & Alber. in trac. de teſtib. in rubr. quando teſtes repellantur ratione domeſticitatis, colum. 1. Bal. & Saly. in l. 2. C. de teſtib. Afflict. in conſtit. mores diſſolutè uiuētium, ſub num. 7. libr. 3. rubr. 53. Grammat. conſ.

conſ.crim.45.num.6.& Canoniſtæ omnes in c.literis, extr. de teſtib. ubi hanc opinionem aiunt eſſe communem.& Scriben. in d.l. etiã, & Grammat.deciſ.45.& 73.num.19. *Cõis opin.*

2 Imò ampliãtur prædicta non modò procedere in commodo pecuniario uiri, ſed etiam famæ & honoris: vt not. Bart. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & famoſ. libell. & Dec. conſilio 232.colum.2.

3 Ampliãturque ſecundò iſta omnia, quòd teſtificans ſuper eo, in quo ineſt ſuum commodum, uel incommodum, non probat, etiam ſi deponens ipſe eſſet Epiſcopus, ſeu Princeps: vt per Dec.conſ.410.ſub num.9.& ſeq. Sed contrarium tenet Grauet.conſ.73.nu.31.

4 Et iſtã concluſionem, quòd teſtes non probant in eo quod eſt ſibi commodum, declara, niſi illud commodum veniret in conſequentiam: ut per Dec.conſ.100.col.fin.

5 Fallit ſimiliter iſthæc communis, quòd non eſt idoneus teſtis quis, quando tractatur de eius commodo, in teſte qui probaret, & produceret contra tutorem, qui non confecit inuentarium, vel librum rationum: vt per Bart. in l.deferre. ff. de iure fiſci. quẽ ſequitur Dec. conſilio 256.ſub num 7.

¶ Limitãturque prædicta, ac declarantur duobus aliis modis per Dec.conſ.342.colũ.2.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR pro emptore teſtis eſſe non poteſt, uel econtra in cauſa emptionis.*

2 *Venditor, vel donator non ſunt idonei teſtes in cauſa emptionis, uel donationis, ſi tenerentur de euictione.*

OPINIO DCCCCLVI.

1 TESTIS eſſe non poteſt venditor pro emptore: ſecundũ Gloſ. & cõmuniter Doct. in l.in omnibus.C.de teſtib. & Bart.in l.ab executore. §. 1. de appell. & Lanfranc. poſt alios congeſtos per eum, in c.quoniam cõtra, de probat.in uer.Teſtes,nu.66. *Cõis opin.*

2 Imò nec idonei teſtes ſunt donator, uel venditor in cauſa emptionis, uel donationis, etiam ſi tenerentur de euictione: ſecundũ Pet. yn.& Ioan.Fab.in l.ſi tibi decem. §. pactum.ff.de pact. Ant.Imol.& Panor.in c.inſuper, de teſtib.Bal.in l. ſi ad te. C. de fal. Guid. Pap.conſil.74.ſequuntur rationes,num.12.& ſeq.Bertran.conſ.17.viſo proceſſu,colum. penult.lib.2.& Ruinum conſ.189.num.21.uol. 1.& iſtam inquit communem opinionem Lanfran.in loco præcitato,& Ioan.de Amicis, conſilio 145.num.16. & ſeq.vbi eam ſequitur, & declarat. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *CEDENS non poteſt eſſe teſtis in cauſa ceſſionarij, ſiue teneatur de euictione, ſiue non.*

OPINIO DCCCCLVII.

1 TESTIS non poteſt eſſe aliquo pacto cedens in cauſa ceſsionarij: ſecundùm Collecta.in c.nũtius, de teſtib. Ioan.Fab.Bal.& Salyc. in l. in omnibus.C.de teſti. Bal. in l.fin. colum.2.C. de iure dot.Capel.Tholoſ.in deciſ.94.Nellum in trac. de teſtib.in uer.Cedens,Guid.Papæ conſ.17 ſequuntur rationes in iure,num.12. cum aliis ſeq.Afflict. in conſtit. mores diſſoIutè uiuentium,ſub num.9.lib.3.rub.53.& Moheda.deciſ.53.& 148.& iſta eſt communis opinio, de qua teſtantur omnes Moder.in d.c.inſuper, & in d.l.in omnibus,& Stepha.Aufre.in tract.de teſtib.in ver.Cedens,num.17.&Lanfran.in c. quoniam contra,de prob.num.65. in fi. licèt Fely.& malè poſt alios relatos per eum in d.c. inſuper, teneat contrarium. quam communem tenet etiam Gloſ. & Doct. in l.nullus. ff. de teſtib.Ang.conſ.174 thema.ſuper quo cõſilium petitur,tale eſt,vertitur cauſa, quæſtio, & controuerſia inter filios quondam Marci. cõlum.fin.uerſ.Et in eo, qui iura ſua in alium tranſtulit.Guliel.Bal.& Alex.in l.& hæredibus autẽ,de pact.& conſ.13.col.antepen. vol. 1.ſiue teneatur de euictione,ſiue non. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *PERIVRVS, uel infamis teſtis eſſe non poteſt contra alium infamem, vel periurum: nec etiam admittitur ad iuramentum in litem, nec in ſupplementum probationis.*

2 *Teſtis periurus nunquàm admittitur, niſi de eo admittendo ſpecialiter caueatur.*

3 *Teſtis periurus nec poſt emendationem admittitur tam in ciuili, quàm in criminali.*

4 *Teſti vario vel contrario deponenti in tortura creditur, ſecus eſt in periuro.*

5 *Iuramento ſemel violato, quod eſt confirmatorium veritatis, remanet ſemper ſuſpitio periurij.*

6 *Periurus etiam abſolutus à periurio non eſt idoneus teſtis in aliqua cauſa.*

7 *Periurus poteſt habilitari à Pontifice, vt ualeat ferre teſtimonium.*

8 *Periuri probant contra hæreticos: & ſic eorum teſtimonium admittitur in negocio hæreſis.*

9 *Periurus, vel infamis dici non poteſt periurans ſine dolo, & ex inaduertentia. Itidem minimè periurus dicitur iurans ſoluere ad tempus, & non valet poſtmodum ſoluere debito tempore.*

10 Per-

10 *Periuri non ſunt, qui ex iuſta cauſa iuramentum non ſeruãt: & ſic periurium non eſſet iſto caſu modo aliquo puniendum, cùm periurans ſatis Deum habeat ultorem.*

OPINIO DCCCCLVIII.

1 TESTIS non poteſt eſſe periurus, uel infamis, nec admittitur aliquo pacto ad iurandum in litem, nec in ſupplemẽtum probationis contra aliũ periurum, uel infamem, ſeu doloſum: vt per Bart. in l. cùm mulier, col. fin. ff. ſol. matr. quem ſequuntur inibi Alex. cæterique Doct. omnes communiter. Fely. in c. teſtimonium, colum. fin. de teſtib. Ferrarien. in pract. Papienſi, in for. iuramenti teſtium. §. proteſtante, num. 6. & ſeq. & Ioan. Bapt. Zilettus cum aliis ferè innumeris ſignatis ibi per eum, in addit. in litera A. & Iaſ. in l. in arenã. C. de inof. teſt. & Moder. in præcitata l. cùm mulier, ubi atteſtantur de dicta communi, & Lanfrã. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes, num. 74. poſt medium, & Soci. ponit hoc pro regula cum. 4. limitationibus, in tract. fallen. reg. 415. Infames infamia facti. Cõis opin.

2 Imò periurus in teſtem nunquam eſt admittendus, niſi id ſpecialiter caueatur: vt firmauit eleganter Abb. in c. per tuas, colum. 3. extra de ſimo.

3 Imò dic in fortioribus terminis, quòd periurus quantumcunque emendatus non admittitur in teſtem in ciuili, nec in criminali: vt d. c. teſtimonium, & in c. quicunque. 6. q. 1. Glo. in l. qui cum uno. §. ignominia. ff. de re. milit. quam Gloſſ. Bal. allegat pro ſingulari in l. Lucius, in fin. de infa. Hoc idem uoluit Ioan. And. in add. Specul. in tit. de teſte. §. 1. num. 4. Bal. in authen. ei qui iurat, in princ. C. de bon. autho. iud. poſſ. per illum text. Roma. in l. 2. colum. 9. ff. ſolut. matr. S. Anton. in ſua Summa in 2. par. c. 6. de periurio, colum. fin. ſub verſ Quantum ad quartam. Iaſ. in l. admonendi, num. 117. Ripa num. 56. Curt. & alij inibi. ff. de iureiuran. idem Ripa in l. damnum, nu. 6. ff. de dam. infect. & Marſil in ſing. 273. & Cephalus conſil. 234. in præſenti caſu prima conſideratione, ſub num. 3. cum aliis ſeq. volu. 2. vbi etiam doctiſsimè conſuluit, periurum nullo modo poſſe admitti in teſtem, etiam ſi cum tortura teſtificaretur: prout ita firmauit etiã in conſ. præcedenti. 233. num. 7. & ſeq.

4 Quoniam talis teſtis caret eo, quod eſt potiſsimum in teſte, ſcilicet ueritate, quæ in teſte debet eſſe pura, & ſimplex c. pura. 3. q. 9.

5 Ideoque uiolato ſemel iuramento, quod eſt confirmatorium ueritatis. c. & ſi Chriſtus, de iureiuran. remanet ſemper ſuſpitio periurij. d. c. quicunque, & c. paruuli. 22. q. 1. & uiolato in uno officio ſemper præſumitur defectus in eodem. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. & archarijs, lib. 10. ſecundùm Doct. in d. c. teſtimonium, ubi omnes communiter excepto Zaba. hoc firmant, & expreſsè tenent. Cõis opin.

6 Item ſi abſolutus extitiſſet à periurio ipſo, minimè eſſet idoneus teſtis in aliqua cauſa: ſecundùm Glo. in d. c. teſtimonium, Afflict. in conſtit. Eos qui ſcienter, ſub nu. 25. lib. 3. poſt alios ſignatos ibi per eum.

7 Sed Pontifex poſſet habilitare criminoſos, atque periuros ad ferẽdum teſtimonium: ſecundùm Doct. in d. c. teſtimonium, & Corſet. in ſing. in uer. Teſtis, exordiente, Communis concluſio Doc. ubi oſtendit iſtam communem opinionem fore, & latè limitat. Cõis opin.

8 Et licèt periuri, teſtes eſſe nequeant: tamen in negocio hæreſis admitterentur: & ſic contra hæreticos teſtimonium eorum reciperetur abſque dubio aliquo. c. accuſatus. §. licet, de hæreticis in 6.

9 Item infamis, ac periurus dici non poſſet ille, qui periuraret ſine dolo, & ex inaduertentia: ſeu quia ad tempus ſtatutum, quod iurauit, ſoluere non potuit: ſecundùm Zaſium poſt Bald. in §. item ſi quis poſtulante, num. 22. inſtit. de actio. Et ſic periuri non ſunt, qui ex rationabili, iuſtaque cauſa iuramentum non ſeruant.

10 Et aduerte, quòd periurans ipſe puniri nõ poſſet; & conſequenter periuriũ hoc nullo modo eſſet puniendum, cùm periurans ſatis Deũ vltorem habeat: ſecundùm Alber. & Salyc. in l. 2. C. de reb. cred. & iureiur. Parpaleam in l. ſi quis maior, num. 64. C. de tranſact. & Boer. cum aliis aggregatis per eum, in deciſ. 305. col. fi. ubi meminit iſtam eſſe communem, uerioremq; õpinionem, & ita extitiſſe deciſum in Senatu Burdegalenſi. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *ADVOCATVS non poteſt eſſe teſtis in poſſeſſorio, in quo fuerat aduocatus: poſſet tamen eſſe idoneus teſtis in petitorio.*

2 *Aduocatus pro clientulo, pro quo adhuc patrociniũ non præſtiterit, eſt idoneus teſtis.*

3 *Aduocatus poteſt eſſe teſtis in alia cauſa, in qua eius teſtimonium abſque aliquo dubio reciperetur.*

4 *Sollicitator, uel inſtigator cauſę, non eſt idoneus teſtis in eadem cauſa.*

5 *Sollicitator cauſę ſalariatus repellitur á teſtimonio in eadem cauſa.*

6 *Sollicitator cauſę etiam non ſalariatus, & abſque ſalario cauſam ſollicitans, minimè admittitur in teſtem in eadem cauſa.*

7 *Aduocatus, ſollicitator, procurator, uel inſtigator cauſæ*

cauſæ, an recipiantur in teſtes per iudicem parte non opp nente, remiſſiue.

8 *Mediator non poteſt dicere teſtimonium.*

9 *Procurator acceptans ad effectum ſubſtituendi tantum, non eſt idoneus teſtis.*

10 *Procurator in cauſa, quam incipit, proſequi teſtificari nequit.*

11 *Procurator ad lites, durante lite, non poteſt eſſe teſtis ad fauorem conſtituentis.*

12 *Procurator ad lites repellitur etiam à teſtimonio in cauſa appellationis proferendo ad fauorem conſtituentis.*

14 *Proxeneta poteſt teſtificari partibus conſentientibus, & non aliter, nec alio modo.*

14 *Teſtes inhabiles conſenſu partium poſſunt validari.*

15 *Teſtis in cauſa propria admittitur parte conſentiente.*

16 *Atteſtationes teſtium inualidę conſenſu partium ratificari, & validari poſſunt,*

17 *Aduocatus pro clientulo ſuo non eſt idoneus teſtis, ſed benè contra clientulum ipſum.*

OPINIO DCCCCLIX.

1 TESTIS eſſe non poteſt aduocatus in poſſeſſorio, in quo fuerat aduocatus; poſſet tamẽ eſſe idoneus teſtis in petitorio: vt per Ant. de Butr. Imol. & Fel. in c. cum à nobis, de teſti. Capitaquen. deciſ. 76. lib. 1. & Ripam in l. naturaliter. §. nihil commune, notabili, 18. ff. de acquir. poſſ.

2 Eſt etiam idoneus teſtis aduocatus pro clientulo, ſi adhuc patrocinium non præſtitiſſet, licèt de ſalario conueniſſet: ſecundùm Nellum de Sancto Gemin. in tract. de teſtib. in 1. par. ſub num. 31. Alberic. de Maletis, in tract. de teſtib. in 1. par. cap. 4. ſub num. 4. cum aliis ſeq. Steph. Aufrer. in tract. de teſtib. ſub numero 8. Gloſ. & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes, num. 67. vbi ſequitur opinionem iſtam, & ait eſſe communem. *Cõis opin.*

3 Poſſet quoque eſſe teſtis aduocatus in alia cauſa, in qua eius teſtimonium abſque dubio aliquo reſpiceretur: ſecundũ præcitatos Doct. & iſta eſt communis opinio, teſte Lanfran. in loco præmiſſo. *Cõis opin.*

4 Similiter ſollicitator, vel inſtigator cauſæ non eſt idoneus teſtis: ſecundùm Afflict. in cõſtit. mores diſſolutè viuentium, ſub num. 2. libro 3. rubr. 53. Ang. conſil. 233. punctus eſt, quædam Domina Margarita, colum. 2. Ferrarien. cum aliqua modificatione in pract. Papien. in for. libelli iuramenti teſtium. §. proteſtante, numero 27. Soc. Iun. conſilio 88. circa præſentem conſultationem, in cauſa matrimoniali, num. 23. uol. 2. Grammat deciſ. 73. num. 19. & Ioan. de Amicis conſilio 120. numero 10. vbi tenet etiam num. 9. poſt alios relatos per eum, aduocatum non eſſe idoneum teſtem, & Bertran. etiam conſ. 341. viſo ex tactu proceſſus, num. 1. vol. 4.

5 Et hoc procedit in ſollicitatore ſalariato, qui omninò repellitur à teſtimonio: ſecundũ omnes mentionatos Doct. & iſta eſt communis opinio, vt ſecernitur in his allegationibus, & aliis aggregatis per Hor. Mandoſ. in addit. Roma. conſ. 420 ſub litera A. *Cõis opin.*

6 Quæ quidem, communis ampliatur procedere etiam in ſollicitatore non ſalariato, & abſque ſalario cauſam ſollicitante, ut minimè admittatur in teſtem: ſecundum Fely. in c. cũ à nobis, de teſtib. Soc. Iun. in d. conſ. 88. & Horat. Mandoſ. in add. Roma in d. conſ. 420. ſub litera A, in quibus locis admonet iſtam opinionem ueriorem eſſe, & tuetur quoque, reſpondetq; ꝫ fundamentis Roma. contrarium, & multi aſſeuerant. s in d. conſ. 420.

7 Sed dato, quòd contra tales teſtes pars nõ opponat, vtrum poſſet iudex eos reijcere. uide Alexã. declarantem in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 20. ff. de dam. infect.

8 Item mediator non poteſt dicere teſtimonium: vt per Dec. conſilio 133. & conſ. 453. & Grauet. conſ. 56. col. 2.

9 Imò procurator, qui acceptauit etiam ad effectum, & finem ſubſtituendi tantùm, minimè examinari poſſet tanquàm teſtis, etiam ꝙ inſtaretur examinari ſaluis exceptionibus, atque poni ad partem. ita Peregri. deciſ. 59. lib. 1. & deciſ. 134. lib. 2.

¶ Et ratio eſt, quoniam procurator ipſe iam cœpit dirigere greſſus ſuos, atque exercere officium ſibi commiſſum procurationis, & habere etiam affectionem ad cauſam ob acceptationem hanc, & ſubſtitutionem factam: & tantò magis ſuſpectus redditur idem procurator, ſtante quòd officium procuratoris uoluntarium eſt, non autem neceſſarium. teſte Glo. in § ſi tutor, in uer. Tutor, inſtit. de inoff. teſta. & poterat procurator acceptare, & non acceptare: & cùm acceptauerit ſaltem præſentem prouinciam quò ad unum actum, is profectò ſufficiens uidetur ad eum repellendum à teſtimonio ad fauorem conſtituentis proferendo. vt diſcurrit per huiuſmodi rationes Alber. de Maletis in tract. de teſtib. in 1. par. cap. 4. numero 10. cum aliis ſeq.

10 Et conſequenter procurator ſi cauſam proſequi incipiat, teſtis eſſe nequit modo aliquo. ita Bart. in l. deferre. ff. de iure fiſci, Gloſ. & Domi. in c. fin. de teſtib. libro 6. Bal. in c. inter pares, colum. penul. de lege Corra. Ant. & Imol. in c. cum à nobis, de teſtib. Ioan. Andr. de reg. iur. in reg. cùm quid una via, & Sicul. in c. fraternitatis, circa fi. de cler. non reſid.

11 Et hoc ideò eſt etiam: nam procurator ad cauſas, & lites, durante lite non poteſt eſſe teſtis.

teſtis.ita Bart. qui ad ſaturitatem vſque, hoc explicat,& declarat in l.deferre, num. 2. ff. de iure fiſci,Nepos de Monte Albano in tract. de teſtib.num.145. Alberic.de Maletis in d. tractatu de teſtibus,in 1.par.cap. 4. num.10. cũ aliis ſeq.Glo.in d.l.deferre,Ioan.Crot.in trac. de teſtib.in 4.par.num.134.& Iodocus Damhouderius in tract.de teſtib.in princ. de reprobatione teſtium,num.11.

12 Imò procurator ipſe ad lites non ſolùm in cauſa principali repellitur à teſtimonio proferendo ad fauorem ſui principalis,ſed etiam in cauſa appellationis,ubicunque ille fuiſſet procurator in cauſa principali:ſecundùm Glo.in c.Romana,de teſtib.in 6.Bald. in d.l. deferre, Cyn.in l.quoniam.C.de teſtib.Nellum de Sancto Gemin.in tract. de teſtib.in 1. par. ſub numero 31.Lanfran.in c.quoniam cõtra, in uer. Teſtes,ſub num.67.de probat.Alex.conſ.134. in cauſa & lite inter Albertinum, nu.7.vol.2. & Boſsium in pract.crim. in tit. de oppoſitionibus contra teſtes,num.117.

13 Item nec proxeneta eſt idoneus teſtis, & integer: ut tenet Gloſ. in §. quoniam uerò legem,in auth.de teſtibus,in uer.Prohibitione, Cyn.in l.omnibus.C.de teſtib.Alber.in l. ſi tibi decem.§.pactum.ff.de pactis.Ang.in l. debet.ff.de ædil.edic.Ant.conſil.24 colum.pen. Anchara.conſ.331.colum. 2. Fulgoſ.conſ. 11. col.2.Panor. in c. inſuper, extr.de teſtibus, & in c.licèt Heli. colum.2.ext.de ſimo.Alex.nõnullos alios Doct. cumulans,conſilio 13. colum.5. libro 1. conſilio 128. colum. 1.volu.2. conſilio 150. colum.2.lib.5. conſilio 112.colum.6.libr.6.& conſilio 127.circa fi.lib.7.Barbat.conſilio 54.uol.2.Guid.Papæ conſilio 74. ſequuntur rationes in iure,num.13.Corn.conſilio 81.ſub num.4.uol. 3.& Bertran. conſilio 178.col.pen.lib.2.& conſ.225.lib.3.

¶ Sed aliqui Doct.& malè uoluerunt contrarium,ſignati per Petrum de Benintendis in deciſ.61.

¶ Et hoc intantùm procedit,atque amplificatur, vt ipſi proxenetę deponenti iudicem corrupiſſe minimè credatur,nec credi debeat modo aliquo.ita Boſsius in pract. crim. in tit. de oppoſitionibus contra teſtes, numero 58. & ſequentibus.

¶ Et quamuis determinati iuris ſit, quòd proxeneta teſtis eſſe non poſsit,tamen erit ipſe proxeneta teſtis integer,& idoneus, utraq; parte conſentiente.& ita ſe habet communis opinio omnium Doct.de qua teſtatur Curtius Iun.conſilio 112.numer.8.& ſequitur Guido Papæ in d.conſil.74.ſub num.13.Ferrarien.in d.§.proteſtante,num.29. & Zilettus ibi in addit.in litera I. cum aliis cumulatis per eum, Soc.Iun.conſilio 31.num.19.uolum.2.Afflic. in d. conſtit. mores diſſolutè uiuentium, ſub nu.2.& Pet.de Benintendis deciſ.61. ubi recitat iſtam eſſe magis cõem opin. & ueriorem. Cõis opin.

14 Quia teſtes inhabiles poſſunt cõſenſu partium ualidari:ſecundùm Ioan. And. in addit. Spec.in tit.de teſte.§.ſæpè,in add.1.& in §.1. uer.Quid ſi uidit,in tit.de proba.Ant. & Imo. in c.cùm dilectus,col.12.de conſuet.Alex.conſil.122.viſo proceſſu,col.3.uol.2.

15 Pro quo facit etiam text.& ibi Bal.in l.fi. C.de fideicommiſ.vbi habetur, quòd conſentiente aduerſario quis poteſt eſſe teſtis in cauſa propria.

16 Et facit,quod tenet Innocen.in c.cùm cauſam,extr.de teſtib.quem ſequitur Salyc.in l.ſi quis teſtib.col. 1.C.de teſtib. ubi dixit, quòd atteſtationes inualidæ poſſunt ratificari conſenſu partium. quod dictum Innoc. ſequitur etiam Roma.conſ.104.pater reuerende, circa fi.& Alex.in l.Titia,colum.3.ff ſol.mat. quam quidem communem ſequitur etiam, & declarat Ruinus conſ.34.nu.1.4.& 7.uol. 4.

17 Et quamuis,vt in prin.oſtendimus,aduocatus,teſtis eſſe nequeat pro clientulo ſuo:tamen contra ipſum benè poſſet teſtimonium ferre:& ſic aduocatus contra eum,pro quo eſt aduocatus,poteſt eſſe teſtis etiam inuitus: vt uoluit Gloſ.in l.fi.ff.de teſti.quam dicit communiter approbari Lanfran.in d. c. quoniam contra,in uer.Teſtes,num.67.& ſequitur Nepos de Monte Albano in d.tract.de teſtib.ſub num.145.Nellus de Sancto Gemi. in tract. de teſtib.in 1.par. ſub num. 32.Card. Put. deciſ. 56.lib. 3. & Illuſtris D. Vincent. de Franchis deciſ.222.Aduocatus,ubi planũ facit ita fuiſſe in facti contingentia deciſum in Sacro Concilio Neapol. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *AMICI, affines, ſocij, & domeſtici non ſunt idonei teſtes in criminalibus.*

2 *Iniuria facta uni de familia,cenſetur facta omnibus de illa familia.*

3 *Amici,affines,ſocij, & domeſtici in criminalibus ob affectionem,quam habent ad cauſam,tanquàm ſuſpecti,teſtimonium ferre,non poſſunt.*

4 *Amici,affines,ſocij,& domeſtici etiam teſtes admiſſi pro amico, affine,ſocio, uel domeſtico, minimè probant.*

5 *Affines,ſeu ſui,pro quibus teſtimonium dici non poteſt,illi intelligendi ueniunt,qui ſunt uſque ad ſeptimum gradum.*

6 *Affinitas repellens à teſtimonio, debet eſſe per lineam aſcendentem, uel deſcendentem, nec ſufficit eſſe per tranſuerſalem.*

7 *Affines ſunt idonei teſtes ad probandum furtum, uel dolum factum in domo actoris de die, uel de nocte, quando actu,& habitu alij teſtes adeſſe non potuerint in ipſa domo.*

8 *Teſtes domeſtici præferuntur aliis in probatione facti domeſtici.*

9 Teſtes nauis admittūtur ad probandū geſta in naui.

10 Innocentia rei accuſati poteſt probari per parentes, fratres, domeſticos, & per alios teſtes aliàs non idoneos; niſi contra ipſos domeſticos eſſent alij teſtes.

11 Coniunctus non repellitur pro coniuncto à teſtimonio, ſi eſt coniunctus vtriuſque partis.

12 Filius eſt idoneus teſtis inter patrem, & matrem: quia propter paritatem affectionis ceſſat ſuſpitio.

13 Patruus pro nepote contra alium nepotem teſtis admittitur: & ſimiliter conſobrinus pro conſobrino, & ſic de ſingulis.

14 Amicus teſtis inſtrumentarius eſt integer, & probat.

15 Domeſtici qui propriè dicantur: & ſecundùm communem opinionem dicuntur omnes cohabitantes in eadem domo.

OPINIO DCCCCLX.

1 TESTES affines, ſocij, amici, & domeſtici non ſunt idonei teſtes, & in criminalibus repelluntur à teſtimonio. l. 2. & l. parentes. C. de teſti. Nepos de Monte Albano in tract. de teſtib. in princ. num. 1. cum aliis ſeq. Steph. Aufrer. in tract. de teſtib. & eorum reprobatione, num. 34. & ita firmat, & probat in omnibus iſtis caſibus Afflict. in conſtitu. mores diſſolute uiuentium, ſub numero 1. ſub num. 4. & ſub num. 6. lib. 3. rub. 53.

2 Quia iniuria facta uni de familia, cenſetur facta omnibus de illa familia. l. lex Cornelia. ff. de iniuriis, & ibi Glo. Bartol. Bald. Ange. & Salycet. in l. unica. C. de rap. uirg. & Tiraq. cum aliis glomeratis per eum, in tract. de pœnis temperan. cauſa 51. nu. 68.

3 Quare ij de familia ob huiuſmodi affectionem in hoc negocio teſtimonium ferre, vel iudicare nequirent, quia iure ſuſpecti forent: ſecundùm Bartol. in d. l. lex Cornelia, in princip. Grammat. deciſ. 23. num. 1. Pariſ. conſilio 55. numero 35. uolu. 4. Tiraquel. in dicta cauſa 51. Rolandum à Valle conſilio 24. num. 41. uol. 1. Alciat. in tract. de præſump. regul. 1. præſum. 2. & 23. & Marantam in tract. iudic. in 6. part. in princ. num. 58. & ſeq. fol. par. 93. vbi hoc vtiliter ampliat, & limitat.

4 Et in tantùm hoc procedit, & ampliatur, quòd ſi dicti teſtes ſunt admiſſi, minimè probabunt: ſecundum Scriben. omnes communi- *Cõis opin.* ter in locis iam citatis, & de iſta communi teſtatur Grammat. conſ. crim. 45. num. 15. & cõſilio 58. nu. 6. & ſeq.

5 Et iſtos affines, ſeu ſuos, pro quibus teſtimonium dici non poteſt, Gloſ. in l. ſi fœmina. C. ad Turpil. eos intelligit, qui ſunt vſque ad ſeptimum gradum. l. lege Iulia ff. de teſti.

6 Et iſta affinitas repellens à teſtimonio debet eſſe per lineam aſcendentis, vel deſcendẽtis, non autem ſufficit affinitas tranſuerſalis: vt uoluit expreſsè Ang. cum aliis relatis per eum conſ. 194. viſis proceſsibus cauſæ principalis, col. 2. Grauet. conſ. 2. nu. Marſil. ſing. 133. & Grammat. conſ. crim. 12. nu. 25. & ſeq.

7 Tamen, nota, quòd ad probandum furtũ, uel dolum factum in domo actoris de die, vel de nocte per Sempronium, & ad probandum quantitatem rerum, erunt teſtes idonei, ex eo, quia alij teſtes in ipſa domo, actu vel habitu veriſimiliter haberi non poſſunt. tex. eſt in l. cõſenſu. §. ſuper plagiis, ubi Doct. notant. C. de repud. Abbas in c. fin. num. 9. de præſcript. Bart. Cyn. & Iaſ. in l. ſi quando. C. vnde ui, nu. 43. Federic. Schench. in tract. de teſtib. num. 28. & ſeq. Marſil. in ſua pract. in §. Diligenter, nu. 81. Ant. de But. & Doct. in c. tertio loco, de prob. Abb. & Scriben. omnes in c. cũ in tua, de ſpõſ.

8 Et ad probãdum geſta, uel acta in domo, teſtes domeſtici admittuntur, & præferuntur aliis: vt per Fran. de Aret. in conſ. 13. num. 17.

9 Simile uidemus ad probandum geſta in naui, uel domo, admittuntur teſtes nauis, uel domus. l. quoties, & l. ſubmerſis, ubi Bartol. & Doct. C. de naufrag. lib. 11. text. in c. ueniens, il 2. in fi. de teſtib. Io. And. in add. Specul. in tit. de teſte. §. 1. uer. Item quòd eſt domeſticus, & Bar. in l. fi. ſcimus. §. licentia danda, nu. 2. & ibi Alex. nu. 3. qui reddit rationem. C. de iure delib. vbi firmat, quod ad probandũ ſecreta patrimonij teſtes de domo aduerſarij ſunt idonei.

10 Similiterque innocentia rei accuſati poteſt probari per eius parentes, fratres, & alios domeſticos, & alios teſtes aliàs non idoneos: vt per Marſil. ſing. 59. Innocentibus, Alex. conſil. 24. nu. 45. uol. 2. & conſ. 5. uol. 1. Grammat. conſ. crim. 12. uer. 5. quo ad, nu. 19. c. manifeſte, & c. ſeq. ubi Archid. 2. q. 1. Spec. in tit. de inquiſitione. §. 1. uer. Sed nunquid eas, Iaſ. & Dec. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.

¶ Quodque procedit, ac uerum eſſe intelligo, niſi contra dictos domeſticos eſſent alij teſtes: ſecundùm Bal. & Salyc. in d. l. parentes. Grammat. in d. conſ. 12. num. 19. Carrerius in ſua pract. crim. nu. 165. in fi. & Grammat. poſt alios relatos, ibi per eum, in deciſ. 34. nu. 14.

11 Item coniunctus, licet repellatur à teſtimonio deponens pro coniuncto; nihilominus non repelleretur vbicunque eſſet coniunctus vtriuſque partis: ſecundum Specul. in d. tit. de teſte. §. 1. ver. Quid ſi teſtis eodem gradu, quẽ ſequitur Alexã. conſ. 156. uiſo proceſſu inter Appellonian., nu. 8. uol. 3.

12 Vnde ſi filius eſſet idoneus teſtis inter patrem, & matrẽ: nã affectionis paritas vtiq; excluderet, euacuaretq; omnem ſuſpitionẽ. c. R. canonicus, de off. deleg. Bal. in l. 1. ff. ubi pupil. educ.

educ.deb.Gloſ.in c.poſtremò,de appe. Inno. in c.ex parte,de feud.Salyc.& alij in l. 1. C. de ne liceat poten.& Barba.in c.cauſam quæ,de offi.deleg.

13 Item limitatur prędicta communis non procedere in patruo, qui poteſt eſſe teſtis pro nepote ſuo:& ſimiliter conſobrinus pro conſobrino,& ſic de ſingulis:ſecundùm Bar.in l.qui teſtamento.§. per contrarium.ff de teſtam. & Doct.omnes in l.parentes.C.de teſtib. Glo. & omnes in c. accedens, ut lite non conteſt. & Lanfran.in c.quoniam contra, de probatio.in uer.Teſtes,num.18.vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem Doct. utriuſque aulæ, & eam utiliter declarat. *Cōis opin.*

14 Item teſtis inſtrumentarius amicus eſt integer, & probat:ſecundùm Alexan. in d.cōſilio 156.num.19.

15 Et qui dicantur proprij domeſtici, vide Ioan.Igne. latè declarantem in l. 1. num. 74. ff.ad Syllania.& in §.ſerui appellatione, numero 124. & Melchiorem de Facinis conſilio 82. num. 12.& ſequen.poſito inter conſil.crim. diuerſorum, vol.1.collecta per Ioan.Bapt.Zilettum,vbi ait communem omnium opinionem eſſe, quòd omnes habitantes in eadem domo dicantur domeſtici, & nepos etiam de Monte Albano in tract.de teſtib.in princ. numero 2. & ſeq.Iacob. Aegidij in tract. de teſtib. & eorum reprobatione,num.10.Federic.Schench. in d.tract.de teſtib num.27.& Steph.Aufrer. in d.tract.de teſtib.& eorum reprobatione,numero 35.& ſeq.ubi utiliter,& commodè limitat communem iſtam in quatuor caſibus. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *SOCIVS eiuſdem criminis repellitur à teſtimonio contra ſocium, & pro ſocio.*

2 *Socius criminis non facit indicium ad inquiſitionem formandam, ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, uidelicet, quòd ſocius criminis contra ſocium eiuſdem criminis faciat indicium ad inquirendum.*

3 *Socius criminis quando in ſubſidium admittatur.*

4 *Tortus ſua cauſa non eſt de alijs interrogandus, niſi in caſibus ſequentibus,id eſt contra rebellem, hæreticum,latrones inſignes, falſos monetarios, contra maleficos,& contra reos criminis ſimoniæ.*

5 *Teſtimonium ſocij criminis in caſibus,in quibus poteſt ipſe de complicibus interrogari, non facit indicium ad torturam abſque alijs indicijs.*

6 *Tortus ſimpliciter in alios,vt in ſocios, & non in ſe, ſtatur eius dicto cum alijs indicijs. Sed ſi torqueretur in ſe, & in alios, & confiteretur de ſe, & alijs,non ſtaretur vtique eius dicto de alijs, & contra alios.*

7 *Socius criminis ab accuſando alium ſocium repellitur.*

8 *Teſtis eſſe non poteſt carceratus,ſeu poſitus in carceribus publicis.*

9 *Socius an teſtis eſſe poſſit pro ſocio in cauſa ciuili, diſcurritur, & reſoluitur.*

OPINIO DCCCCLXI.

1 IN teſtem non admittitur ſocius criminis contra ſocium, nec pro ſocio, ſi in eodem crimine ſocius eſt. l. fin. C. de accuſationib. & ita firmauerunt per illum textum. *Teſtis* Gloſſ. Bartol.Bald.Salycet.& Paul.Caſtren.in l. quoniam liberi. C. de teſtib. Bonifacius in tract. de maleficiis, in rubric. de teſtibus, & qui repelluntur à teſtimonio,numero 30.Nepos de Monte Albano in tractatu de teſtibus, numero 69.Iacob.Aegid.in tract.de teſtibus, & eorum reprobatione, numero 16. Federic. Schench.in tract.de teſtibus,numero 37.Nellus de Sancto Gemin. in tract. de teſtibus, & eorum reprobatione, in 1.parte, numero 16. Alberic. de Maletis amplè, & dilucidè in tractatu de teſtibus,in 1.par. cap. 4. numero 65. cum aliis ſequen.Ioan.Crot.in tractatu de teſtibus,in 3.part.numero 91.vbi hoc ponit pro regula,Afflict.in conſtitut. mores diſſolutè viuentium,numero 6. libro 3. rubric. 53. Dec. conſilio 189 numero 7. & conſilio 234.in effectu, numero 1. Boer. deciſione 319. Thomas Grammat. deciſ. 28. numero 9. Marſil. ſing. 209. & Ioannes de Amicis conſilio 138. numero 1.

2 Adeò quòd non eſt teſtis idoneus ipſe ſocius criminis, etiam ad formandum inquiſitionem, ſecundùm communem opinionem omnium Doctorum, quam citat, & ſequitur Deci. in dicto conſilio 189. lætatus ſum, numero 9.& in d.conſilio 234.numero 2.Grammat. conſil. crim. 37. numero 14. poſt alios quamplures ibi congeſtos per eum, & conſilio 38.num.20. *Cōis opin.* *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, quod ſocius criminis contra ſocium eiuſdem criminis faciat indicium ad inquirendum, inclinauerunt Ang.& Roma. in l. & ſi certus.ff. ad Syllan.Salycet.in l.ea quidem,colū. 14. de accuſat.Fulg.conſil.71.& Alexā.de Imol.in l.prima.§.ſi ſeruus.ff.de quæſt.& iſta eſt communis opinio: vt admonet Roma. in d. l. & ſi certus.

3 Sed regula prænotata non procedit ubicunque ueritas ex natura negocij aliter haberi, ac ſciri nequeat, vtputà in coniuratione, uel tractatu facto inter aliquos,

ad quem probandum recipiuntur teſtes aliàs inhabiles, cùm ſecretò fiant: ſecundùm Iaſ. in l prima. colum. penult. C. de Summa Trinitate,& fide cathol. & in l. fin. colum. fin. C. de his qui. ut indig. & Dec. in d. conſil. 189. num. 10.

4 Minimeque hoc habet locum in crimine læſæ maieſtatis: quia tunc admittitur ſocius criminis contra ſocium.c.fina.15.quæſt. 3. & per Petrum Follerium in ſua pract. crim. in ver. Item quia commiſit crimen læſę maieſtatis, numero 2.

¶ Et ſimiliter etiam teſtimonium ſocij criminum recipitur contra hæreticos. c. in fidei fauorem, de hęret. in 6. & Alberic. de Maletis in d.tract. de teſtibus, in 1. part. cap. 4. ſub numero 65. Contra latrones inſignes. l. prouinciarum.C. de fur. Bartol. in l. repeti.§. 1.ff.de quæſtio.& Ioan. Crot.in d.tract. de teſtibus, in 3 par. ſub numero 93. Contra falſos monetarios.l.1.C.de falſ. monet. Contra maleficos l.fin. C.de malef.& mathemat.contra reos criminis ſimoniæ.c.ſi quis Papa.79. diſt. & ibi Gloſ.Nell.de Sancto Gemin.in d.tract. de teſtib.& eorum reprobatione,in 1.par ſub numero 16.& Ioan.Crot.in d.tract. de teſtib. in 3.par.ſub numero 91.in 1.ampliat.

¶ Propterea nec teſtimonium tantùm ſocij criminis in caſibus, in quibus poteſt ipſe de complicibus interrogari eſſet ſufficiens indicium ad torturam abſque aliis indiciis: quia iſto caſu talis confeſsio facit aliqualem præſumptionem, ac indicium: ſecundùm Gloſſ.in d.l.fin.C.de accuſat.cum qua ſentiunt omnes Doct.indubitanter ibi,& Afflict.in d. conſtit. mores diſſolutè uiuentium, ſub numero 6. & hanc dicit communem eſſe opinionem Boer. in deciſ. 319. numero 3.& ſequen. & Grammat.in voto 6.numero 2.& Grauet.conſilio 9. numero 6.vbi hoc clarius declarat, & Soc.pleniſsimè in tract. fallentiarum, in regul. 428. Teſtis ſocius criminis. & ſequitur quoque D. Thobias Nonius Peruſinæ Academiæ legalis lucerna, Doctorque his temporibus magni ingenij, & authoritatis, in §.legatariis, nu. 13. inſtit.de teſta. *Cōis opin.*

6 Vnde ſi quis ſubiiceretur quęſtionibus,& tormentis ſimpliciter in alios, vt in ſocios, & non in ſe; ſtaretur utique tunc eius dicto cùm aliis indiciis, taliter quòd iudex ex depoſitione torti, aliiſque indiciis ad condemnationem procedere poſſet. Si uerò torqueretur in ſe,& in alios,& confiterentur de ſe, & aliis: hoc equidem caſu non ſtaretur dicto, & aſſertioni ſuæ de aliis, & contra alios: vt ita diſtinguendo firmauere Bonifacius in tract. de maleficiis, in rubric. quæ indicia debeant procedere torturam, numero 9. Gandinus in tract. maleficiorum, numero 16. Gloſſ. & Innocen. & Abb. & alij communiter in c. 1. extra de confeſſ. Gloſ. Bald. & cęteri omnes in l. prima.C.de accuſatio.Dyn.in tract. quæſtionum, in uerſ. Nunquid per talem præſumptionem, Bart.in l. repeti. de quæſt. Guid. de Suza. in tract. de indiciis, & tortura, numero 50.& ſequen. Bald. in tract. de quæſtionibus, & tortura, numero 3. Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus in ver. An ſtetur dicto torti, in princ. Franciſc. Brunus in tractatu de indiciis,& tortura, quæſt.3.primæ partis, numero 24.& ſequen.& Ambertus de Antramonia in tract. de quæſtionibus,& tormentis, numero 7.& ſeq. *Cōis opin.*

7 Et nota, quòd quemadmodum ſocius criminis non recipitur in teſtem contra ſocium: ita nec admittitur ſocius eiuſdem criminis ad accuſandum ſocium, & ſic ab accuſando, & à denunciando repellitur: vt per Gloſſ.Bartol.in l.qui accuſare, numero 8. ff. de accuſat. Dec.in dicto conſilio 234.nu.2.& per alios latè congeſtos per Iacobum Nouellum, in tract. ad defenſam, in rubric. quæ perſonæ accuſare non poſſunt, incip. quoniam ſatis utiliter hactenus uidimus, numero 33.& ſeq.ubi hoc limitat, & declarat in tribus caſibus, vt ibi per eum.

¶ Imò ſi ſocius ipſe tunc præſentaret ſocium, minimè liberaretur. ita Bal. in l. ſicuti. C.de quæſt.num. 1.Nec ſi bannitus bannitum repręſentaret: vt ibi per eum, in fine.

8 Et ſimiliter carceratus, ſeu poſitus in carceribus publicis teſtis eſſe non poteſt: ſecundùm Doct.in l.tertia. §. lex Iulia. ff. de teſtib. per textum ibi, & Lanfranc. in c. quoniam contra, de probationibus, in uer. Teſtes, numero 83. ubi ſupponit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

9 Sed ſocius pro ſocio in cauſa ciuili regulariter poteſt eſſe teſtis: ſecundùm Gloſſ.Bart. Bald.Salycet.Paul.Caſtren.cæteroſque, in d.l. quoniam liberi, Gloſſ.Fab.& omnes in d.§.legatariis, vbi D.Thobias, numero 11. ſequitur iſtorum opinionem, limitat, & ſcribit communem eſſe. Quæ quidem procedit de plano in bonis non communibus inter ipſos ſocios: tunc enim admittitur ipſe ſocius pro ſocio, cùm non prohibeatur. ſecus autem in bonis communibus: eo nanque caſu omninò repellitur à teſtificando ſocius pro ſocio: vt voluerunt,& declarauerunt omnes antedicti Doct. & Bonifacius in d.tract. de maleficiis, in rubric.de teſtibus, & qui repellantur à teſtimonio, numero 8. Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus,& aliis ſociis, parte vndecima, quæſtio. 14.numero 15. Nellus de Sancto Gemin.in dicto tract.de teſtibus, in 1.par.numero 10.Federic. Schench. in tract. de teſtib. ſub num.37. *Cōis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens, reſpondenſque contenta in ꝓceſſu, aut in articulis, ſeu inquiſitione eſſe uera; vel quòd alter teſtis depoſuit eſſe uerum, non probat in criminalibus.*

2 *Teſtis dicens contenta in articulis, ſeu capitulis eſſe uera, probat. quod procedit, niſi contraria conſuetudo eſſet in loco. nu. 3.*

OPINIO DCCCCLXII.

1 TESTIS deponens, reſpondenſque contenta in proceſſu, aut in articulis, ſeu inquiſitione eſſe uera; uel quòd alter teſtis depoſuit eſſe uerum: huiuſmodi depoſitio non probat aliquo pacto, niſi extenſim ſcribatur dictum ſuum. vt per Bart. eleganter in l. Labeo, num. 8. ff de ſuppell. leg. Bal. in l. fin. C. de teſtib. & Lallum de Tuſcia in conſtit. Regni, in pecuniariis, num. 13. lib. 2. vbi reddit optimam rationem, & Tyndar. etiam in tract. de teſtib. cap. 10. num. 4. & ſeq.

¶ Et hoc uerum eſt, ac procedit indubitanter in cauſis criminalibus: ſecundùm communem opinionem omnium Scriben. quam ſequuntur Doct. paſsim in iure noſtro, præſertimque Moder. apoſtillantes Bart. in d. l. Labeo, & Fely. in c. cùm in cauſa, ext. de teſti. *Cõis opin.*

2 Secus uerò ſi teſtis diceret in cauſa ciuili contenta in capitulo, ſeu articulo eſſe uera: tunc proculdubio ualeret, & probaret dicta depoſitio: vt conſuluit Bal. conſ. 10. in quæſtione, quæ uertitur, colum. 11. uol. 5.

3 Tamē hoc non procedit, quando extat cōtraria conſuetudo in loco: vt per Bal. in l. fin. §. in refutatoriis. C. de appellat. & ponit Bart. in l. 3. §. 1. circa fin. ff. de teſtib. Abb. & omnes Canoniſtæ communiter, in c. nihil obſtat, de uer. ſig. de qua communi faciunt mentionem Moder. apoſtillantes ibi. Et iſtam conſuetudinem, ſeu ſtatutum, quòd teſtis aſſerens ſuper articulo, uera eſſe contenta in eo, non probet, niſi extenſim dictum ſuum ſcribatur, commemorat uigere Romæ Bal. in d. l. fin. in refutatoriis. Et contrariam conſuetudinem, quòd teſtis non extenſè deponens, ſed aſſerens contenta in articulis uera eſſe; uel quòd alter teſtis depoſuit uerum fore, uocat iniquam poſt Ioā. And. Tyndar. in d. tract. de teſti. c. 10. ſub n. 4. prout irrationabilis, & iniquiſsima extat, & inductiua innumerabiliū fraudum, & falſitatū. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens per dictionem, uel circa, ſeu, & plus, uel ultra, nihil probat, nec ei datur fides, tanquàm de incerto deponenti.*

2 *Teſtis dubiè, ac ambiguè reſpondens non probat, etiā in caſu dotis, vel aliter fauorabili.*

3 *Teſtis alternatiuè deponens, ſi depoſitio ſua tendat ad eundem effectum, probat.*

4 *Accuſans aliquem, quòd eum percuſſit in collo, & probetur, quòd percuſſit in facie, ſi uſtra agit, ex quo non poteſt ſequi condemnatio ex tali accuſatione.*

5 *Teſtis deponens aliquem percuſſiſſe Meuium cum enſe cum puncta, & alterum per taglium, & non per punctam, non probant delictum tanquàm ſingulares.*

6 *Teſtis alternatiuè deponens, licèt regulariter non probet: tamen probaret, vbicunque quælibet pars alternatiuè concluderet, & fundaret intentionem producentis teſtes.*

7 *Teſtis deponens per dictionem vel, circa, ſeu, & plus, vel ultra, licèt nil probet: tamen probaret, ſi quis procuraret reſcindere uenditionem tanquàm læſus vltra dimidiam iuſti pretij: quia ſi res erat valoris mille, & uendita fuit pro quingentis: & teſtes deponunt, quòd mille, & vltra, ſeu plus tempore venditionis valebat, erit equidem probatus exceſſus vltra dimidiam: quia ſufficeret exceſſus in vno nummo.*

8 *Teſtis deponens per dictionem circa, ualeret eius depoſitio, ſi de modica inſtantia temporis intelligeretur: & ſic ſi in modico tempore dierum, vel ſaltem menſium dictum teſtis ita deponentis uerificari poſſet.*

9 *Teſtis deponēs de tempore per dictionem, circa, nunquàm probat concludenter.*

OPINIO DCCCCLXIII.

1 TESTIS deponens per dictionem, uel, circa, ſeu, & plus, vel ultra, nihil probat: nec ſibi aliqua fides adhibetur tāquàm de incerto deponenti: ſecundùm communē aſſertionem Bart. & omnium Doct. in l. Celſus. ff. de vſucap. quā ſequitur Panor. in c. tuæ ext. de deſpon. imp. Scrib. in c. licèt cauſam, ext. de proba. & ibi Fely. ſub nu. 8. & Iaſ. in l. & ſi poſt tres, nu. 7. & 10. ff. ſi quis caut. ubi atteſtatur de dicta cōi opin. & eam latè declarat. & Ruinus conſ. 36. nu. 6. vol. 4. & Balbus cum aliis ſignatis per eum, in repet. d. l. Celſus, quę reperitur, in fin. ſui tract. de pręſcrip. in 4. & ultima par. d. repet. nu. 14. ubi conatur ſaluare ſententiam contrariam. *Cõis opin.*

2 Et iſta cōis ampliatur procedere ēt in caſibus fauorabilibus dotis, & ſimilibus: & ſic teſtis ambiguè, ac incertè deponēs, ēt in ipſis caſibus non probat: ſecundùm Glo. in c. in præſentia, de probat. in uerb. Dubium, & Alexan. conſilio 152. ſub num. 1. uolu. 5. qui demonſtrat communiter eandem Gloſ. ab omnibus Doct. approbari. *Cõis opin.*

3 Sed præmiſſa communis ita ampliata coarctare ur, vt non procederet indiſtinctè. Nam, licèt teſtes deponant alternatiuè, & ſic incertè, & obliquè, tamen probant ſi eorum verba ad vnum effectum tenderet: & ideò ſi accuſo Sempronium, quòd interfecit Titium, & teſtes deponant alternatiuè, uidelicet quòd eum occidit cum gladio, uel clauo: tunc quia uterque intellectus concludit maleficium, habetur tale eorum dictum pro certa probatione: ſecundùm Alex. in l. inter ſtipulantem. §. 1. colum. fin. ff. de uerb. oblig. quem ſequitur Iaſ. in l. dedi, colū. 1. ff. de cond. cauſa non ſe. Fely. in c. ex parte, *el primo*, colum. 7. de reſcrip. & Marſil. ſing. 206. Incertitudo.

4 Sed aduerte, quòd ſi accuſo aliquem, ꝙ percuſsit me in collo, & probetur, quòd percuſsit in facie: tunc vtique non poteſt ſequi cõdemnatio: ſecundùm Bal. in l. item exigitur. ff. de dolo, & Ang. in l. is cui. ff. quemad. ſeru. amit. & in l. vulgaris. ff. de fur.

5 Et idem conſuluit Oldr. conſ. 57. & 213. Dicens, quòd ſi teſtis deponit, quòd quis aliquem percuſsit cum enſe per punctam, & alter deponit, quòd per taglium, & non per punctam; quòd hoc caſu non eſt probatum delictum, & teſtes ſunt ſingulares. & idem tenet Ang. conſ. 78.

6 Fallitque ſecundò antedicta communis, vbicunque quælibet pars alternatiuè concluderet, & fundaret intentionem producentis teſtes. l. quòd ſi dubitet. ff. de acquir. hæred. & c. tertio loco, & ibi Doct. de proba. & Ioan. And. Domin. de Sancto Gemin. & alij in c. 1. de pact. in 6.

7 Fallit etiam tertiò præmiſſa communis opinio, quòd dictio, plus, uel ultra prolata à teſte nihil operatur, non habere locum etiam vbicunque quis reſcindere procuraret uenditionem, tanquàm læſus ultra dimidium iuſti pretij, per remedium. l. 2. C. de reſcind. uend. quoniam ſi res erat valoris mille, & uendita extitit pro quingentis, & teſtes deponant, ꝙ mille, & ultra, ſeu plus tempore uenditionis ualebat; erit dubio procul probatus exceſſus ultra dimidiam, & ſic erit locus. d. l. 2. remedio. quia ſufficeret exceſſus etiam in uno nummo. ſecundùm Salyc. colum. pen. & omnes in d. l. 2. Alex. colum. 2. & Iaſ. col. 3. & ſeq. in d. l. & ſi poſt tres, Fely. in c. paſtoralis, ſub num. 5. de reſcrip. & Balbum in d. repet. l. Celſus, in 4. par. ſub num. 15. ubi recitat iſtam eſſe ueram, & communem opinionem. Cõis opin.

8 Limitatur etiam quartò eadem communis, quando teſtis deponeret per dictionem circa: quia tunc valeret eius depoſitio, & de modica temporis inſtantia intelligeretur; & ſic in modico tempore dictum, uel ſaltem méſium dictum teſtis ita deponentis verificari poſſet: ſecundùm Ang. conſ. 127. viſis petitione, & reſponſione, Iac. Belui. in authē. de man. princ. collat. 1. Ant. Butr. in c. fin. per illum tex. de deſpon. imp. Alber. in l. 2. C. de veter. iur. enuclean. Gui. de Cu. Ang. & reliquos omnes in d. l. & ſi poſt tres, & Sigiſmun. Loffredū cum aliis aggregatis per eum, conſilio 27 numero 7. ubi affirmat iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

9 Sed aduerte, quòd ipſe teſtis deponens de tempore per dictionem prædictam, circa, nunquàm diceretur probare concludenter: ſecundùm Alex. conſil. 149. viſo proceſſu inter Michaelem Dominici. num. 17. uol. 5. poſt Ant. Butr. ibi relatum per eum.

¶ Limitatur quoque per ipſum Balbum præcitata communis in tribus aliis caſibus vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *PVPILLVS, vel impubes in cauſa ciuili non poteſt teſtificari, quia quicquid uidet, & audit ignorat: & eius teſtimonium eſt, ſicut ſi cœcus teſtificaretur de coloribus.*

2 *Teſtis minor uiginti annis non admittitur in criminalibus, niſi quantum ad præſumptionem faciendam.*

3 *Pupillus quandoque facit indicium ad probandam dominum occiſum à familia.*

4 *Pupillus factus maior, teſtimonium de iis, quæ uidit in pupillari ætate, rectè perhibet, dummodò eſſet proximus pubertati.*

5 *Teſtis niſi ſit annorum uiginti non admittitur in criminalibus. quod etiam habet locum in ciuilibus, dūmodo cauſa ſit magna, & ardua.*

OPINIO DCCCCLXIV.

1 TESTIS eſſe non poteſt pupillus, ſeu impubes, nec ad teſtimonium aliquo pacto admittitur. c. in teſtimonium. 4 q. 3. l. 3. §. lex Iulia, & l. inuiti. ff. de teſtib. & §. teſtes autem, inſt. de teſta. vbi Doct. not. Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſ. Item excipitur, Alberic. de Maletis in tract. de teſtib. in 1. par. cap. 5. num. 19. & Nellus in tract. de teſtib. in uerſ. Impubes, num. 21. quia quicquid uidet, & quicquid audit, ignorat. l. fin. circa finem. ff. rem pupil. ſal. fore, l. fin. ff. de iuris, & facti ignoran. & l. 1. ad fin. C. de fal. monet. Et quia ſimiliter eius teſtimonium eſt in effectu, ſicut ſi cœcus teſtificaretur de coloribus: vt dicit Bal. in l. teſtium, col. 2. verſ. Redeo ad primum. C. de teſti.

2 Sed hoc procedit in cauſa ciuili: nam in criminali,

minali, etiam pubes ante viginti annos completos non admittitur. c. in teſtimonium. 4. q. 3. & l. teſtimonium. ff. de teſti. iuncta l. præcedenti, & ibi Glo. niſi quantùm ad præſumptionem faciendam.

3 Pupillus tamen quandoque facit indiciũ ad probandum dominum occiſum à familia. l. 2. §. impuberes. ff. ad Syliania. & not. Specul. in d. §. 1. & Alberic. de Mãletis in d. tract. de teſtib in 1. par. ſub num. 29.

4 Claudicatque ſecundo loco hoc non procedere etiam, quotieſcunque pupillus eſſet factus maior: nam tunc abſque dubio poteſt teſtificari de his, quæ uidit in pupillari ætate: vt per Gloſ. in l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de uerb. ſig. & in l. ad teſtium. §. 1. in uer. Contingerit. ff. de teſt. & in l. 4. §. lege Iul. in uer. Impubes, & ibi Alexan. ff. de teſtib. Specul. Ioan. And. & Bal. ibi in add. in d. §. 1. uer. Sed nunquid factus impubes, & Alberic. de Maletis, in d. tract. de teſti. in 1. par. cap. 5. numero 21. & ſequen.

¶ Et iſtud equidem procedit in his, quæ vidit dum eſſet proximus pubertati: ſecundùm Bar. in d. l. ad teſtium, & in memorato. §. inſtrumentorum, Glo. in §. ſed neque, in uer. Impubes, inſtit. de teſtam. Are. in d. §. teſtes autem, Marſil. in l. 1. §. idem Nummo, nu. 5. ff. de quæſt. & Ferrarien. in pract. Papien. in for. l. belli iuramenti teſtium. §. proteſtante, num. 30. & ſeq. & hanc aiunt eſſe communem opinionem omnium Doct. Aret. in d. l. teſtium, & Dec. & Hierony. Chucalon ibi in add. in l. fœminæ. §. item impuberes, circa fi ff. de reg. iu. & Albe de Maletis in d. tract. de teſtib. c. 5. ſub n. 21. & ſeq. Cõis opin.

¶ Vbi limitat hoc minimè ſortiri locum in crimine læſæ maieſtatis, in quo admittitur pupillus pro teſte, & ſubiicitur etiam quæſtionibus & tormentis ſi opus foret. l. de minore. ff. de quæſt. & uide latè per Fely. poſt alios, in c. cum uobis, de præſcrip. num. 9. & in c. fi. de ſent. excommu. Et quis dicatur proximus pubertati, diximus latè in Opin. 674. lib. 2. Pubertati proximus. fol. 182.

5 Imo aduerte, quòd quemadmodum in criminalibus quis non admittitur in teſtem, niſi ſit annorum uiginti. ita etiam in cauſis ciuilibus magnis, & arduis idem teſtis recipi non debet. l. propter litem. ff. de excuſ. tut. Bart. in l. admonendi, colum. antepen. ff. de iureiuran. Panor. in c. ſi quis teſtium, extra de teſtibus, & Bal. in l. parentes. C. eod.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS deponens de ſua credulitate, vel quòd ſibi ita videtur, non probat.*

2 *Conſuetudo, quòd teſti deponenti de credulitate fides adhibeatur, non ualet.*

3 *Teſtis deponẽs per uerbum, iudicio meo, non probat.*

4 *Teſtis dicens ſe pro certo credere, non probat etiam præſumptiuè, niſi adijciat bonam rationem credulitatis.*

5 *Teſtis deponens per uerbum, ni fallor, probat, ſi redderet claram, bonamq; ue cauſam ſcientiæ dicti ſui, aliàs ſecus.*

6 *Teſtis depoſitio facta per credulitatem non probat, niſi ſit iuncta aliqua præſumptione, ac ratione inferente ita credi debere: quia ratio depoſitionis teſtis regulat ipſam depoſitionem.*

7 *Teſtis de credulitate deponẽs, ꝓbat in factis antiqs.*

8 *Antiquum tempus, in materia probationis, & vt admittatur teſtis de auditu, vel de credulitate, & ſimilibus, dicitur ſpatium excedens centum annos.*

9 *Memoria hominum non dicitur extare poſt lapſum centum annorum.*

10 *Teſtes maiores quadraginta quatuor annis requiruntur ad probandum centenariam, ſeu immemorialem; qui dicant uidiſſe tempore ſuo annis quadraginta, & audiuiſſe pro reſiduo temporis à maioribus, qui audiuerint ab aliis maioribus.*

11 *Teſtis ut probare de uiſu valeat per quadraginta annos, neceſſe eſt, quòd habeat ad minus annos quadragintaquinque.*

12 *Teſtis deponens per uerbum credo, uidetur, & ſimilia, probat, quando res eſſet difficilis probationis.*

OPINIO DCCCCLXV.

1 TESTIS deponens de ſua credulitate, uel quòd ei ita videtur, nullam fidem facit, nec probat aliquo modo: ſecundùm Gloſſ. Cyn. & omnes Legiſtas in l. teſtium. ff. de teſt. Canoniſtas in c. quoties, ext. de teſtib. Bal. conſil. 19. factum tale eſt, quidam Vannus Romæ deceſsit, num. 2. uol. 5. Specul. in tit. de teſte. §. 1. ver. Item quòd depoſuit de credulitate. Alex. conſ. 70. colum. 3. vol. 2. & conſ. 148. in cauſa appellationis, num. 8. vol. 5. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 392. viſo longo proceſſu, & depoſitionibus teſtium vtriuſque partis, num. 14. uol. 2. Bertran. conſ. 322. ex proceſſu dudum cepto, num. 2. vol. 8. Alex. conſ. 156. viſo proceſſu inter Appelloniam, num. 11. vol. 5. Aſtlict. deciſ. 381. quædam Hippolyta Munda, numer. 7. & Ioannem de Amicis conſ. 77. num. 20. & conſ. 102. num. 18. & iſta eſt communis opinio, atteſtante Panor. in d. c. quoties, & Moder. ibi, & Curt. Iun. conſ. 19. viſo, ac diligenter conſiderato proceſſu agitato nomine Illuſtriſsimi Marchionis, ſub nu. 12. & ſeq. Cõis opin.

2 Vbi concludit, quòd ſi extaret conſuetudo in contrarium, quòd teſtibus deponentibus de credulitate fides adhiberet, minimè ualeret, ac teneret. & firmat etiam Dec. conſ. 37. in cauſa rigoroſæ accuſationis, num. 0.

3 Idem-

3 Idemque uidemus in teste deponente per uerbum, iudicio ſuo, quia non ualet eius teſtimonium: ſecundùm Bar. & alios in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit. Bal. in l. de quibus, col. 25. ff. de legib. Ang. & omnes in l. ſcię dum, colum. 2. ff. de uerb. oblig. & Alex. conſil. 186. in cauſa, & lite, colum. pen. vol. 2. & conſ. 119. viſo proceſſu, colum. 3. uol. 7. Dec. conſil. 363. in cauſa quæ agitatur contra Antonium, num. 4. Io. de Amicis conſ. 45. num. 15. Affli-ctum in mentionata deciſ. 381. ſub num. 7. Grammat. conſil. crim. 12. num. 13. & Bertrã. in d. conſ. 322. ſub num. 2. & ſeq. & iſtam exa-rauit communem opinionem Curt. Iun. conſ. 165. præſupponitur in facto, nu. 17. & Io. Bap. Ferret. in d. conſ. 392. ſub nu. 14. *Cõis opin.*

4 Et ſimiliter teſtis deponens per uerbum, ſe pro certo credere, non probat etiam præ-ſumptiuè, niſi adiiciat rationem credulitatis: ſecundùm Bar. in l. ſiue poſsideris, colum. pen. C. de probat. quem ſequitur Alex. conſ. 70 uolu. 1. conſ. 134. col. 2. & in d. conſ. 119. & Curt. Iun. in d. conſ. 19. ſub num. 12.

5 Idemque dicendum eſt in teſte deponen-te per uerbum, niſi fallor: quia probat, ſi red-deret claram, & bonam cauſam ſcientiæ ſui dicti, aliàs ſecus: ſecundùm Bal. Cato. & alios in l. 1. ff. de iuſt. & iure.

¶ Contrarium uerò tenuerũt aliqui Doct. relati per Riminal. in §. 1. inſtit. quib. alie. lic. vel non, num. 15. & ſeq. vbi diſtinguendo opiniones concordat poſt alios citatos per eum.

6 Interpretaturque iſta communis concluſio ita explicita, non habere locum, quotieſcũque huiuſmodi depoſitio de credulitate eſſet iuncta ratione, uel aliqua præſumptione inferenti ita credi debere: vt quia teſtis in depoſitione ſua ſuper defenſione alicuius inquiſiti redderet cauſam ſcientiæ, quia uidit: tunc dictum teſtis probat. Ratio enim dicti teſtis reddentis bonam cauſam, & rationem ſcientiæ, regulat ipſum dictum. ita no. tenuit Iacob. de Aret. & Cyn. in d. l. teſtium. Bar. in d. §. ſi arbiter. Ioan. And. in add. Specul. in tit. de teſte. §. ſuper, in uer. Item quod deponit de credulitate. Bal in l. ſolam, col. 2. C. de teſti. & Corn. conſilio 162. num. 8. uol. 1. & alij relati per Iaffredum Lanfran. in deciſ. 7. Alex. in præcitatis cõſil. Riminal. in d. §. 1. nu. 19. Hierony. Gabriel. conſ. 159. co or, ſub num. 25. vol. 1. & Iacob. Mandel. conſ. 94. quia deducta per ſupraſcriptum, num. 4 ubi affirmat iſtam eſſe communem opinionem: prout iſta eſt uerisſima, & cõmunis limitatio, ut per prædictas allegationes apertiſsimè conſtat, *Cõis opin.*

7 Interpretatur ſimiliter iſta communis in factis antiquis, in quibus teſtis de credulitate, probat.

8 Et antiquum tunc dicitur in materia probationis, ad hoc vt admittatur teſtis de auditu, aut credulitate; aut uerba enũciatiua, aut fama publica & cætera huic generi ſimilia; requirit tps excedens metã centũ annorum: ſecundũ Inn. in c. ueniens, de ver. ſig. Arch. Io. And. & alij omnes in c. 1. de iurepatron. lib 6. Imol. in l. 2. §. idem Labeo, *il primo*. ff. de aqua plu. arcen. Archi. poſt Odof. in c. ſi plures 16. q. 7. Pau. Caſtren. conſ. 39. uol. 1. & Alex. conſ. 207. colum. pen. vol. 2. & conſ. 89 uol. 5. & hãc opinionem aſſeuerat eſſe communem Alex. & & Moder. in l. cùm aliquis. C. de iure delib. & ibi Iaſ. etiam, & in repet. l. admonendi, num. 209. ff. de iuriur. & conſ. 81. colum. pen. lib. 1. conſil. 24 col. pen. libro 3. & conſ. 148. colum. fin. uol. 4. Corn. conſ. 35. in fin. & conſ. 329. colum pen. lib. 2. Curt. Sen. conſ. pen. col. fi. Dec. in c. 1. colum. 4. de appell. in conſ. 13. col. pen. conſ. 42. col. 2. Curt. Iun. conſ. 17. colum. 2. & conſ 90 colum. fi. Et licèt in hoc, uel circa hoc reperiantur duæ aliæ opiniones contrariæ Doct. quas omitto tanquam fruſtratorias, & inutiles: tamen in iudicando, & conſulendo difficilè, ac impoſsibile equidem foret obtinere contra dictam communem. *Cõis opin.*

9 Et conſequenter non dicitur memoriam hominum extare per lapſum centum annorum: ut firmant Cy. in l. 2. quęſt 9. C. de ſeruit. Bal. in l. fin. C. de long. tẽp. pręſ. Cæpol. in trac. de ſeruit. urb. 19 & Floria. in l. ſeruitutes, col. 18. ff. de ſeruit.

10 Et ad talem probationem temporis immemorialis requiruntur teſtes maiores quadraginta annis, qui de viſu deponant per tempus antedictum quadraginta annorum, & de auditu pro reſiduo temporis, ad notata per Spec. in §. 1. uer. Vltimo quæritur, & ſeq. & ibi Bal. in add. uerſ. Qualiter probetur, de proba. Bart. in l. 2. §. penult. ff. de aqua plu. arcen. Inno. & Hoſtien. in c. quid per nouale, de uerb. ſignific. Ioan. And. in c. 1. de præſcrip. Moheda. deciſ. 352 & Ant. Auguſt. deciſ. 3. & deciſ. 173. Hier. de Monte Brixiano in tract. de finibus, cap. 77. num. 13. & Couarru. cum aliis aggregatis per eum, in reg. poſſeſſor malęfidei, lib. 6. in 2. par. §. 3. ſub num. 7.

11 Et ſic ut teſtis poſsit probare de uiſu per quadraginta annos, neceſſe eſt, quòd habeat ad minus annos quadraginta quinque: ſecundum Caputaquenſ. deciſ. 282. lib. 1. Sed reſte Bertran. conſil. 167. addendo aliàs per me ſcripta, num. 3. & ſeq. uol. 3. ſecundæ partis, & Hierony. de Monte Brixiano, in d. tract. de finibus, cap. 77. in fin. opus eſt, quòd huiuſmodi teſtes ſuper centenaria deponentes debeant eſſe ad minus ætatis quinquagintaquatuor annorũ, vel ſaltim tanti temporis, ut deponere queãt, ſecundum proprium ſenſum de uiſu aliquid actum, geſtumque extitiſſe per quadraginta annos: uerùm ipſe ſemper uidi obſeruari in practica prænotatam deciſ. Rotæ Romanæ, & ſic

ſic Caputaquenſ. 282. ut in tali teſte ſufficiat ætas quadragintaquinque annorum.

¶ Limitatur quoque prælibata communis in duobus aliis caſibus per Marſil. in repet. rubric. C. de probat. num. 13. & ſeq. tanquàm utiles, ueros, & neceſſarios omninò uidebis. & in multis aliis caſibus limitatur per Soc. in tract. fallent. in reg. 407. Teſtes de credulitate, & Riminal. in d. §. 1. num. 18. & per Lancillotum Conradum, in pract. ſeu tract. de decurionibus, libro 1. c. 9. §. 11. de officio prætoris, nu. 40. fol. 131.

22 Poſtremò interpretatur quoque præmemorata communis, vt teſtis deponens per uerbum, credo, uidetur, & ſimilia, probet etiam, cùm res foret difficilis probationis. ita Bart. in l. 1. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & Hierony. Cabriellius, in d. conſilio 159. numero 25.

SVMMARIVM.

1 *TESTES non poſſunt examinari parte non citata ad uidendum eos iurare, maximè in criminalibus, aliàs non probant.*

2 *Teſtium examen factum abſque legitima citatione, ad uidendum eos iurare, tanquàm nullum ſuſtineri non poteſt.*

3 *Teſtes fiſci recepti ad inquiſitionem alicuius delinquentis, ſunt neceſſario repetendi, ac examinandi facta litis conteſtatione, & dato termino ad probandum in cauſa, & citata parte ad uidendum iurare ipſos teſtes, aliàs non probant.*

4 *Citari debet pars non ſolùm ad uidendum teſtes produci, & iurare, ſed etiam ad illorum examinationem uidendum: cùm depoſitio, & examinatio magis præiudicare poſſit, quàm iuramentum.*

5 *Citari debet pars uiſura iuramenta teſtium productorum contra eam, non ſolùm in cauſis ordinariis, ſed etiam in ſummariis, in quibus proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, figura iudicii, & omni prorſus tela iudiciaria remota.*

6 *Citatio ad uidendum deponere, iurare, & examinare teſtes, non debet eſſe trina, ſed ſufficit unica.*

7 *Citatio partis ad uidendum iurare teſtes non eſt neceſſaria, quando examinandi ſunt teſtes omni exceptione maiores, & quorum dicto de neceſſitate eſſet ſtandum.*

8 *Teſtes poſſunt recipi parte non citata, vbi ſtatutum, vel lex non exigit plenam probationem.*

9 *Citata ubicunque non extat pars ad uidendum iurare teſtes, examen eſt nullum: ſanatur illud tamen, ſi cum interrogatoriis ſunt examinati, per commiſſionem.*

OPINIO DCCCCLXVI.

1 TESTES nõ poſſunt examinari parte nõ citata ad uidendum eos iurare. tex. eſt expreſſus in c. in nomine Domini, de teſti. c. in primis. 11. q. 1. in l. iudices. C. de fide inſtr. & ibi Bald. Ang. Salyc. & Paul. Caſtren. & in l. fin. C. de teſtib. ubi omnes Doct. notant, & Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 6. tit. de teſtibus, & eorum inductione, in prin. fol. par. 84.

2 Imò examen teſtium factum ſine legitima citatione ad uidendum eos iurare, redditur etiam nullum, & penitus inualidum, nec ſuſtineri poteſt modo aliquo: vt determinauit Rota Roma. ſub die 29. Octobris 1565. atteſtante profundiſsimo, & Illuſtri D. Oradino præceptore meo in ſuis deciſionibus, in deciſ. 6. ubi elegantiſsimè more ſuo recenſuit aliqua exempla huic deciſioni congrua, & opportuna.

¶ Necnon teſtium examen factum non facta citatione ad uidendum iurare teſtes, minimè ualet, etiam ſi citetur procurator, de cuius mandato in actis non conſtat eſſe inſertum. prout ita concludit idem D. meus Oradinus ſatis affabrè, deciſ. 435.

3 Idemque uidemus in cauſis criminalibus: nam teſtes fiſci recepti ad inquiſitionem alicuius delinquentis, repetendi, ac examinandi ſunt neceſſariò conteſtatione litis facta, ac termino dato ad probandum, & parte citata ad videndum iuramenta ipſorum teſtium; aliàs non probant: ſecundùm Bart. in l. fin. in fin. ff. de quæſt. Bal. in l. iubemus, colum. 3. C. de probat. Ang. in repet. l. ſi uacantia, col. 27. C. de bonis vacan. lib. 10. Ang. Aret. patrem practicæ in tract. maleſ. in uer. Fama publica, fol. 2. Saly. in l. fin. C. de quæſt. Afflict. in conſtit. Humanitate, in 5. not. & latè Marſil. in d. l. 1. ff. de quæſt. num. 7. & nobiliſsimum, atque peritiſsimum D. Follerium in ſua pract. crim. in 3. par. 3. partis, in uer. Si confitebuntur, numero 40. cum ſeq.

4 Vbi hoc ampliat, & interpretatur, vt non ſolùm pars ipſa ſit citanda ad uidendum teſtes produci, & iurare. c. 2. de probat. ſed etiã ad illorum examinationem: cùm examinatio, & depoſitio magis poſsit præiudicare, quàm iuramẽtum. arg. l. de unoquoque. ff. de re iud. & ita obſeruat communis practica.

5 Item hoc interpretatur etiam, vt procedat non ſolùm in illis cauſis ordinariis, & in illis cauſis, in quibus proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, & figura iudicii; vt tunc quoque pars citari debeat

beat viſura iuramenta teſtium productorum contra eam: ſecundùm Bart. in extrauag. ad reprimendum, ſuper uer. Et figura iudicij, verſ. Sed an parte præſente, & Bertran. conſilio 167. pro defenſione boni iuris, ſub numero 2. uol. 6.

6 Sed huiuſmodi citatio non debet eſſe peremptoria, & ſic trina, ſed vnica: vt per Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus, colum. 4. ff. de dam. infec. Ioan. And. in c. conſuluit, de offic. deleg. & in c. paſtoralis, de except. quorum opinionem audacter affirmat eſſe communem poſt alios Dec. in d. c. in nomine Domini, num. 28. & ſequen. quam communem ibi Dec. ampliat in 5. caſibus, & in 8. aliis limitat, & ſequitur etiam, & citat Octauianus Veſtrius loco de quo ſupra. Cōis opin.

7 Et quamuis pars ſit citanda ad uidendum iurare teſtes, vt ſupra docuimus: tamen hoc fallit, niſi eſſent examinandi teſtes omni exceptione maiores, & fide digni, quibus aliquid opponi non poſſet, & quorum dicto eſſet ſtandum de neceſſitate: nam tali caſu valebit eorum dictum, & iuramentum abſque citatione partis. ita ſingulariter dixit Alex. cōſ. 130. difficultas huius, circa medium, uol. 1. poſt alios relatos ibi per eum.

8 Et idem uidetur tenere Gemin. in c. 1. in §. ſacri, colum. 3. de homic. in 6. ubi dicit, quòd vbi ſtatutum, vel lex non exigit plenam probationē, ſed contentatur ſolis argumentis, quòd tūc poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione.

¶ Fallit quoque in decem aliis caſibus, quos ponit Soc. in tract. fallen. in reg. 406. Teſtium depoſitiones.

9 Et quanquàm examen nullum ſit, ubicunque pars citata non extet ad uidendum iurare teſtes: nihilominus tamen illud indubitanter ſanatur, ſi cum interrogatoriis forent examinati per commiſſionem. ita Auguſt. deciſ. 727. libro 3.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS tractans, & deponens de ſe liberando, ac exonerando non probat. Et ſic recipiens pecuniam, vt illam Sempronio portaret, & poſtmodū teſtificaretur contra Sempronium pro dante ipſam pecuniam, vtique non probaret, nec ſibi fides adhiberetur, ſed remaneret obligatus.*

2 *Baiulus, mulio, vel alius portitor, & ſolitus portare frumentum, vinum, & ſimilia, facit fidem teſtificando, & deponendo contra alium, etiam quòd eius confeſſio tendat ad ſui exonerationem.*

OPINIO DCCCCLXVII.

1 TESTI deponenti pro ſua exoneratione, & conſequenter tractanti de ſe liberando de eo, quod recepit, ſibi non creditur: ſecundùm doctrinā Bar. in l. deferre. §. idē decreuerunt. ff. de iure fiſci, communiter receptum ab omnibus Scriben. ibi. per Fely. in c. perſonas, extr. de teſtib. & alios uariis in locis iuris noſtri: ut atteſtantur Moder. apoſtillantes Bartol. in d. l. deferre. & huic ſententiæ accedunt etiam Alex conſ. 19. colum. 6. uol. 4. Raph. Fulgoſ. conſ. 174. uol. 2. & Ioan. Cephal. conſ. 170. num. 4. uol. 2. Et caſus iſtius communis doctrinæ exemplificatur per eundem Bart. in eo qui recepit pecuniam, vt illam Mæuio portaret: quia ſi talis recipiens teſtificaretur contra Mæuium pro dante pecuniam, dicit Bartol. quòd talis non eſt teſtis idoneus, ea potiſsimum ratione: nam ſi ipſe teſtis non tradidiſſet pecuniam Mæuio prædicto, ipſe nō eſſet liberatus, ſed remaneret obligatus. quam communem ſequitur etiam Ruinus conſ. 105. num. 2. uol. 4. & Grammat. conſil. criminali 35. Incomprehenſibilis Dei ſuffragio, ſub num. 32. & ſeq. Cōis opin.

2 Sed hoc non procedit quò ad illos, qui dicerent ſe portaſſe uinum, ſeu frumentum ab alio eis conſignatum, quando ſoliti eſſent uiuere ex hac arte portitoris, aut baiuli: vt per Ferrarien. in ſua pract. Papien. in forma oppoſitionis contra teſtes, poſt uer. Deinde quæro. Cur. in tract. de teſtib. concluſ. 38. & Ioan. Cephal. conſ. 171. num. 50. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER tam de iure canonico, quàm ciuili non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*

2 *Mulier in codicillis poteſt eſſe teſtis.*

4 *Teſtes omni exceptione maiores requiruntur in codicillis. Et ſic ſi in ipſis codicillis adhiberentur infra numerum quinque teſtium aliqui teſtes affines, & conſanguinei hæredis inſtituti non admitterentur, ut ſuſpecti ad probandum ipſum codicillum.*

5 *Teſtamentum ad pias cauſas valet, etiam ſi fœmina in eo eſſet teſtis adhibita. Sed hoc non procederet quando cauſa ageretur coram iudice ſeculari in terris Imperij.*

6 *Mulier eſt idonea teſtis ad probandum teſtamentum.*

7 *Mulier etiam non rogata poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito, & probare teſtamentum ipſum.*

8 *Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris baſtardum inſtituentis.*

9 *Teſtes in codicillis ipſos probant licèt, non fuerint in con-*

conſpectu codicillantis, dummodò probè intellexerint quid agebatur, licèt fuerit aliquod intermedium ita, quod codicillantem non uidebant.

10 *Mulier poteſt eſſe teſtis in teſtamento militis.*

11 *Teſtes eſſe poſſunt mulieres in cauſis matrimonij: & ſic duæ ipſarum mulierum tantùm, probant matrimonium.*

12 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, vbi agitur de dirimendo matrimonium.*

13 *Teſtes requiruntur omni exceptione maiores etiam in celebratione matrimonij.*

14 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & de neceſsitate concludere in probatione matrimonij clandeſtini.*

15 *Teſtes licèt idonei ſint in cauſa matrimoniali, non ſufficiunt, ſed debent eſſe omni exceptione maiores.*

16 *Teſtes quando requiruntur omni exceptione maiores, illa qualitas debet articulari, & probari.*

OPINIO DCCCCLXVIII.

1 TESTIS non poteſt eſſe mulier in teſtamento. tex. eſt in l. qui teſtamento. §. mulier, ubi Doct. ff. de teſta. & in §. teſtes, inſti. eodem tit. & per Bal. ſingulariter in l. nec ſcripturas. C. qui pot. in pign. habean. Io. de Ana. in c. tanta labes, extr. de ſimo. & conſil. 17. numero 16. Gandin. in tract. malefi. in tit. de furtis, Afflict. in conſtit. mores diſſolutè viuentium, num. 7. libr. 3. rubr. 53. & late per Ruinū conſ. 192. num. 3. uol. 2. & eſt Gloſ. in d. §. mulier, in uer. Non poterit, quam omnes Scribentes ſequuntur nemine diſcrepante, teſte Bellono. conſ. 14. num. 8. Cōis opin.

¶ Imò ampliatur hoc non ſolùm procedere de iure ciuili, verum etiam de iure Canonico: ſecundum Gloſ. in c. forus, de uer. ſig. circa fin. in uerſ. Teſtimonium, Federic. de Senis conſ. 207. factum tale eſt, Roma in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falc. Imo. in c. cum eſſes, de teſt. & patet ex aliis allegatis, & congeſtis per Alexan. conſ. 70. uel 177. viſo themate, colum. 2. volu. 2. & iſta eſt communis opinio: vt aſſerit idem Alex. conſ. 84. uiſo themate, circa fi. eod. lib. licèt Soc. in tract. fallen. in reg. 419. Teſtis mulier in teſtamēto, poſt Imol. in d. §. mulier, aſſeueret alteram opinionem contrariam eſſe communem, & Couarru. in d. c. cùm eſſes, numero 14. quamuis ibi primam ſententiam tueatur, & Clarus quoque cum aliis relatis per eum, in tract. de teſtamen. libr. 3. q. 55. verſic. Sed quid. Cōis opin. Cōis opin.

2 Sed limitatur præfata communis concluſio non habere locum in codicillis, in quibus fœmina poteſt eſſe teſtis: ſecundum Gloſ. in l. fin. quam ibi ſequuntur Bar. Bal. Alber. Corn. Saly. Iaſ. Alex. colum. 6. & alij. C. de codicill. Bal. conſ. 8. licèt, libr. 5. Abb. in d. c. forus, & Alex. conſ. 218. ante omnia, colum. 2. uolu. 1. conſ. 105. uiſo, & diligenter, colum. 4. vol. 3. & acutiſsimus, eruditiſsimuſque D. Thobias Nonius Peruſinus, in inſtit. de teſta. in §. teſtes autem, num. 17. ubi exprimit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

3 Sed tamen animaduertēdum eſt hic periculoſum eſſe ſeptem fœminas interuenire in codicillis: quia ſolæ fœminæ ſine ullo maſculo, etiam in codicillis teſtes eſſe non poſſunt: vt pote quia Gloſ. in dicta. l. fin. de fœmina loquitur in numero ſingulari. & ita ſenſit Andreas Barbatius. in c. relatum, de teſtamentis, dicens hoc non eſſe vulgare, nec plebi tradendum. Sed hoc argumentum uidetur leue iudicio meo, tolliturque ex dictis eiuſdem Barba. in d. c. relatum, colum. 2. vbi docet diſpoſitionem conceptam numero ſingulari, etiam locum habere in pluribus. Proindè, ſat eſt mulieres non reperiri prohibitas adhiberi teſtes: nec in codicillis eadem, quæ in teſtamentis ſolennitas requiritur: vt per Dec. in l. fœminæ, colum. 4. ff. de reg. iur.

4 Benè tamen uerum eſt, quòd in ipſis codicillis requiruntur teſtes omni exceptione maiores. d. l. fin. C. de codicil. vndè ſi in confectione codicilli adhiberentur infra numerū quinque teſtium aliqui teſtes affines, & conſanguinei hęredis inſtituti, utique non admitterentur ad probandum ipſum codicillum tanquàm ſuſpecti: vt in terminis, & in nobili caſu conſuluit Ang. conſ. 128. in facto. proponitur, quòd Bella Flor. & ſic ibi Ang. concludit, quod ex quo in codicillo adhibiti reperiebantur inter alios teſtes ſocer, & maritus hęredis inſtituti, ut codicillus corrueret: nec ſufficerēt ad probationem ipſius cęteri tres, vel quatuor teſtes codicillares.

¶ Imò aduerte etiam neceſſariò, quòd licèt fœmina in codicillis teſtis eſſe queat: tamen de neceſsitate requiritur tunc, vt ea literata quidem ſit, vt in illis ſe ſubſcribat, aliàs non probat. d. l. fin. C. de codicil. & ibi Bal.

5 Secundò limitatur etiam non procedere præallegata communis opinio in teſtamento ad pias cauſas condito: vt uoluit Pau. de Caſt. conſ. 161. Abb. & Doct. omnes in c. cùm eſſes, de teſta. per illum text. Bal. in l. 1. in fi. in lect. & in repet. col. 20. C. de ſacroſ. eccl. & latè Ruinus conſ. 9. num. 7. & 15. vol. 3. & conſil. 192. num. 7. uol. 2. & D. Thobias in loco ſuperius citato, num. 3. & iſta eſt communis opinio, teſte Bellono in conſ. 14. nume. 8. & Moder. in d. c. cùm eſſes, & Couarruuias cum aliis compluribus ſignatis per eum in d. c. relatum, *ampliatio*, num. 5. & Tiraquel. in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuil. 5. vbi col. 2. oſtendit etiam iſtam communē in practica ſeruari. Quam limitat non procedere Ang. conſ. 233. punctus eſt, quędam Cōis opin.

quædam Domina Margarita ſana mente, colum. 1. & fin. uerſ. Tunc deſcendo ad dictum Bartoli, quando cauſa ageretur coram iudice ſeculari in terris Imperij.

6 Tertiò limitatur, ut mulier dicatur idonea teſtis ad probādum teſtamentū: vt latè p Albe. in d. l. qui teſtamēto. §. mulier, ubi diſputat hanc quæſtio. eam ad partes examinando.

7 Quartò limitatur, vt mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito, & per conſequens poteſt probare teſtamentum inter liberos, etiam non rogata: vt habetur per Doct. in l. ſi. C. de codicil. & in l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Bal. in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. Barthol. Cæpol. in c. 1. de cogni. feud. in 11. concor. in uſib. feud. & per Tiraquel. in d. tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuil. 5. poſt principiū, & declarat Bal. Ang. & Imol. in l. quoties. §. 1. de hæred. inſtit. & Ruinus conſ. 73. num. 6. uolu. 2. & ſequitur quoque opinionem iſtorum Lanfran. in c. quoniam contra, de prob. in uer. Teſtes, num. 80. & Soci. in d. regul. 419. in 1. fallent. & Thobias in loco præcitato, num. 3. ubi ampliat concluſionem iſtam in quatuor caſibus; & communem eſſe ait Clarus in tract. de teſtamen. libro 3. q. 8. ver. Secundò infertur.

Cōis opin.

8 Sublimitaturque iſthæc limitatio in teſtamento patris baſtardum inſtituentis: quia tunc mulier in teſtem adhiberi non poteſt: ſecundùm Bal. in auth. quod ſine, colum. 2. C. de teſta. & in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. circa fin. cuius opinionem ſequitur, & latè declarat Mātua in ſuis apophtheg. apop. 74.

9 Et aduerte hic, quòd codicilli non exigūt, vt teſtes ſint in conſpectu teſtatoris, vel codicillantis; undè ſi teſtes probè intelligebant quod agebatur, licèt eſſet aliquid intermedium, ita quòd codicillantem ipſum non uidebant, codicilli adhuc ualerent: vt in ſpecie firmant Alex. nu. 7. & Iaſ. num. 8. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. & Matheſ. ſing. 123.

10 Poſtremò limitatur, ut in teſtamento militis mulier ipſa teſtis eſſe poſsit: ſecundùm communem opinionem, quam citat Bauer. in §. planè. num. 5. inſtit. de teſtam. milit.

Cōis opin.

11 Claudicat etiam eadem communis, vt fœminæ in cauſis matrimonij ſimiliter teſtes eſſe queant, & ſic duæ mulieres ſolummodò probant matrimonium. c. ſuper eo, il 2. de teſtib. vbi Glo. Inno. Abb. Antiquus, Tancred. Ioan. Andr. Bal. num. 4. Aeg. Bel. Ant. Butr. num. 4. Zabar. num. 4. Imol. num. 2. Abb. Panorm. in 2. notab. & ſeq. & cæteri omnes conformiter. quamuis & malè Paul. Merenda poſt Alex. ſenſerit, affirmaueritque contrarium, conſ. 86. numero 47 poſito inter conſilia matrimonialia, lib. 1. uidelicet, quòd mulieres in cauſa matrimoniali non admittantur in teſtes.

Cōis opin.

¶ Quæ quidem communis intantùm ſortitur locum, ut teſtes vtriuſque ſexus idonei ſimiliter ſint in cauſa matrimoniali, tam ſi agatur de ipſo matrimonio contrahendo, quam etiam dirimendo. ita Cæſar Lambert. in trac. de iure patronat. in 2. par. lib. 2. 12. art. 10. q. princ. num. 3.

12 Sed ubicunque ageretur ad dirimendum matrimonium, tunc profectò teſtes debent eſſe graues, & omni exceptione maiores. Caputaquenſ. deciſ. 171. lib. 1.

13 Imò teſtes ipſi omni exceptione maiores non ſolùm in ſeparatione matrimonij requiruntur, ſed in eius celebratione, & probatione etiam. teſte Nicol. Grauat. conſil. 82. num. 23. poſito inter conſilia matrimonialia, libro 1. & Ioan. Ant. Rub. conſ. 73. num. 12. poſito in eo. uol. 1. conſiliorum matrimonialium, ubi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem.

Cōis opin.

14 Itidemque teſtes in probatione matrimonij clandeſtini, debent eſſe etiam omni exceptione maiores, & de neceſsitate concludere. vt uoluit Caputaquenſ. deciſ. 171. lib. 1. & deciſ. 119. lib. 2. Miſ. deciſ. 49. ſeu 94. Card. Put. deciſ. 393. & oculatiſsimus D. Oradinus præceptor meus, deciſ. 63. & deciſ. 318.

15 Necnon teſtes idonei non ſufficerent in cauſa matrimoniali, niſi forēt omni exceptione maiores: ut per Fely. in rub. in 4. notab. numero 15. de ſponſal. ubi hoc ponit pro regula, & firmat per not. per Doct. per illum text. in c. in literis, de teſtib. & in c. 1. de conſangui. & afinit.

16 Imò denique aduerte, quòd teſtes vbicūque omni exceptione maiores requiruntur, illa qualitas debet de neceſsitate articulari, & probari, aliàs non probant: ſecundùm Bar. in l. 1. §. ſi quis neget, colum. fin. ff. quemadmod. teſtam. aperian. & Grat. cum aliis aggregatis per eum conſ. 75. num. 24. poſito in d. volu. 1. conſiliorum matrimonialium, ubi in medium exponit iſtam eſſe communem opinionem.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *INFAMES infamia facti non poſſunt eſſe teſtes in criminali, mixto, ciuilique graui negocio, uel in cauſa ingratitudinis, & matrimonij.*

2 *Teſtis vnicus infamis infamia facti non facit indicium ad torturam.*

3 *Teſti unico peſſimi eſt exempli credere, cùm ad vnius teſtimonium nullus condemnari debeat.*

4 *Infames, & viles perſonæ non probant illo modo, ſi ſine tormentis, & quæſtionibus deponerent.*

OPI-

OPINIO DCCCCLXIX.

1 TESTES eſſe non poſſunt infames infamia facti, & ſic omninò à teſtimonio repelluntur in cauſa criminali: ſecundùm Doct. omnes uariis in locis iuris noſtri, Soci. Iun. conſ. 31. numero 26. volu. 2. Affiict. in conſtit. mores diſſolutè uiuentium, ſub numero 5. libr. 3. rub. 53. Deci. in c. licèt cauſam, numero 73. cum duobus aliis ſequen. de probat. & in c. at ſi clerici, num. 213. de iudiciis, Hieronymum Gigantem in tract. de crimine læſę maieſtatis, in rubr. quomodò, & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur, quæſt. 3. num. 1. lib. 2. Ant. de Canario in tract. de quæſt. & tormentis in 4. membro, ſub num. 12. Fely. in c. teſtimonium, num. 12. de teſtib. & Alberi. de Roſ. in tract. de teſtibus, in §. conſequenter, numero 7. & ſequen. ubi perhibet iſtam eſſe communem opinionem in negocio criminali, mixto, uel ciuili graui, in cauſa ingratitudinis, & in cauſa matrimoniali, de quibus per Soc. in regul 415. & ſeq. & per Iacobin. de Sancto Georgio in l. teſtium. §. lege Iulia, colum. fin. de teſtib. & pariter aſſerunt nil probare. Cõis opin.

2 Imò iſta communis opinio ampliatur intantùm procedere, vt ipſe infamis infamia facti non ſolùm excludatur à teſtimonio in cauſa criminali quò ad ſententiam in ea ferendam, ſed etiam in ipſis cauſis capitalibus teſtis eſſe non poſſet, ne ad hoc quidem, vt ob eius teſtimonium reus quęſtioni ſubiiciatur: ſecundùm Bart. & omnes alios, præſertimque Iaſ. in l. 1. C. de Summa Trin. & fid. cathol. & Grauet. cum aliis aggregatis per eum, conſil. 2. num. 2. Alex. conſ. 11. num. 9. & ſeq. uol. 1. & Ludo. Bologninum in add. Guidonis de Suza. in tract. de indiciis, & tortura, ſub num. 91. & Hieronymum Gigantem in d. q. 3. nu. 3.

¶ In contrariam uerò ſententiam inhumaniter, intolerabiliter, crudeliter, & friuolè quidem, quòd unicus teſtis infamis infamia facti faciat indicium ad torturam, inclinarunt Bal. Salyc. & Fulgoſ. in l. 1. C. de Summa Trin. & fi de cath. & Bar. in l. 1. ff. de quęſt.

3 Et quòd opinio hęc Bal. & ſequacium inhumana ſit, & inſipida, probatur facilè ex hoc, quòd teſti unico peſſimi eſt exempli credere, ex authoritate Quinti Scæuolæ, referente Valerio Maximo lib. 4. c. 1. & ut ſcribitur Numeri, Ad unius teſtimonium nullus condemnabitur. ſed in ciuilibus admittuntur, vt copioſè docuimus infra in Opinione 990. Teſtis eſt idoneus infamis.

4 Eſt benè uerum, quòd eis diminuitur de fide, ut ſi uiles perſonę ſint, etiam eis fides nõ adhibeatur abſque tormentis: ſecundùm Bar. in l. cunctos populos. C. de Summa Trinit. numero 12. Abb. in c. teſtimonium, numero 6. de teſtib. & Iaſ. in l. pretor. §. cogentur, num. 7. ff. de eden. teſtes ipſos de facto non fore omni exceptione maiores.

SVMMARIVM.

1 *MERETRIX, lena, tabernaria, leno, & ſimiles repelluntur á teſtimonio in cauſis criminalibus.*

2 *Concubina, ſeu amaſia non admittitur ad teſtificandum in cauſa ſui amaſij.*

OPINIO DCCCCLXX.

1 TESTES eſſe non poſſunt meretrices, lenę, tabernariæ, lenones, & ſimiles in cauſis criminalibus: ſecundùm Gloſ. in l. 3. in uer. Lege Iulia. ff. de teſtib. Innoc. in c. cum p. Manconella, de accuſat. Card. Alexand. in c. tanta, de ſimon. Affiict. in conſtit. Mores diſſolutè uiuentium, num. 9. libr. 3. rubric. 53. Marſil. in pract. crim. in §. diligenter, num. 139. & Iaſ. in l. cunctos populos, in 2. lectura, numero 54. C. de Summa Trin. vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Alexan. conſilio 11. volum. 1. & Franciſcus de Placentia conſilio 84. num. 8. poſito inter conſilia crim. diuerſorum collecta per Ioannem Baptiſtam Zilettum in 1. uolumine. huic ſententię inhæret quoque Guido Papæ in ſing. 819. Meretrix, Bonifacius in tractatu de maleficiis in rubr. de teſtibus, & qui repelluntur à teſtimonio, num. 33. Dec. in c. licèt cauſam, numero 74. de probat. Lancillottus Conradus, in pract. ſeu tract. de decurionibus, libro 1. c. 9. de prætore. §. ſecundo. numero 17. Cõis opin.

2 Similiterque concubina, uel amaſia cauſa ſui amaſij minimè ad teſtificandum admittitur: vt voluerunt Bald. & Salyc. in l. etiam, in fin. C. de teſtibus, & Bald. in c. in literis, de teſtibus, & Bonifacius in d. tract. de maleficiis in rubric. de teſtibus, & qui repelluntur à teſtimonio, num. 33. licèt, & malè Ang. ſenſerit contrarium, in l. 2. §. ſi uir. ff. ad Sylla.

SVMMARIVM.

1 *INFAMIS infamia canonica, dicitur exiſtens in peccato mortali.*

2 *Teſti in peccato mortali exiſtenti fides non adhibetur, ſeu de eius fide aliquid detrahitur, pœnitentia non ſubſecuta.*

3 *Infidelis Deo non præſumitur fidelis hominibus, & fidele deponere teſtimonium.*

4 *Peccatum excecat intellectum practicum, non autem ſpeculatiuum: et ſic peccator uocatur cæcus.*

5 *Peccator nocentior eſt, quàm beſtia: & conſequenter homo iniuſtus deterior eſt beſtia ipſa decies millies.*

6 *Peccatum unum ſolummodò continet in ſe plura alia peccata.*

7 *Teſtem non repellit á teſtificando quodlibet peccatum.*

8 *Teſtem non repellit à teſtimonio peccatum mortale, ſaltem tranſitorium, & nu.9.*

9 *Teſtis, qui non ſumpſit Euchariſtiam poteſt ab eccleſia arceri, non tamen dicitur excommunicatus: & propterea non repellitur à teſtimonio, licèt concludatur contrarium, nu.13.*

10 *Peccatum, quod pœnitentia non deletur, ſuo pondere ad aliud trahitur.*

11 *Peccatorem diabolus catena detinet ligatum, tanquàm captiuum, & ſeruum.*

12 *Peccatores differentes conuerſionem, & pœnitentiam uidentur conſtituti in maximo animę diſcrimine, cùm de centum millibus eorum, unus vix diuinam indulgentiam obtinet.*

13 *Teſtes non confeßi, nec communicati, non probant.*

14 *Papa poteſt diſpenſare, quòd conſtitutus in peccato mortali non repellatur à teſtimonio.*

OPINIO DCCCCLXXI.

1 *Teſtis* EXISTENS in peccato mortali dicitur infamis. c. conſtituimus. 3.q.5. id eſt infamia canonica. c. illi qui. 6.q.1.

2 Ideò ratione infamiæ quis non admittitur in teſtem, niſi pœnituerit: ſecundùm Gloſ. & Bart. in l.3.§.lex Iulia.ff.de teſtib. Spec. in tit. de teſte.§.1.uerſ. Item excipitur. Archid. & Innoc. in c. teſtimonium, de teſtib. & Alber. in tract. de teſtib. in 1.par.fol.4. ubi aduertit iſtam eſſe magis ueram, magiſque communem opinionem, quòd in peccato mortali exiſtens, pœnitentia aliter non ſubſecuta, ei fides adhibēda non ſit, uel ſaltim de eius fide aliquid detrahendum veniat. & eandem communem allegat etiam, & ſequitur conſulendo Bertrā. conſ.176. contra Ioannem, num. 3. cum aliis ſeq. vol.3.2.partis. *Cōis opin.*

3 Quæ quidem communis facilè comprobari poſſet hac ratione: quia infidelis Deo nō præſumitur modo aliquo fidelis hominibus, nec fidele deponere teſtimonium. c. non poteſt. 2.q.7. & notat Grammat. conſ.crim.38. numero 6.

4 Secundò roboratur etiam eadem communis. Nam peccatum excæcat intellectum, ſcilicet practicum (ſecundùm illud dictum Philoſophi: Omnis ignorans malus eſt) non autem ſpeculatiuum: perdit enim lumen gratiæ, quo indiget intellectus; lumen quoque illud rationis, de quo dicitur in Pſalmo 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Et ſi non totaliter perdat, ualdè tamē obſcuratur, quia contra hoc lumen rationis agit peccādo; quoniam uirtus naturæ conſentanea eſt. ut in medium reſerauit Tullius: ita uitium eſt naturæ contrarium. Vndè & peccatores in Scripturis vocantur cœci, & in tenebris ambulare, cor habere obcœcatum, & obſcuratū. Dixit enim Apoſtolus Romanorum 1. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Et Sapientiæ cap.2. Excęcauit illos malitia eorum. Et Dauid Pſalmo 81. de peccatoribus teſtatur: Neſcierunt, neque intellexerunt, & in tenebris ambulant. Et Chryſoſtomus homelia decimaſeptima in Geneſim. Nihil peccato peius, ipſum enim, vt introierit, non ſolùm confuſione totos nos replet, ſed etiam inſipientes facit eos, qui antea intellectu, & ſapientia multa præditi fuerant. Imò Salomon Prouerbiorum cap.4. meminit, quòd via impiorum tenebroſa, neſciunt itaque ubi currunt. Et Sophonias primo cap. ait: Ambulabunt, ut cœci: quia Domino peccauerunt. Patet equidem exemplo in Adam, quòd ante peccatum habuit tantam ſapientiam intellectus, ut nomina imponeret animantibus omnibus, poſt peccatum autem deuenit in tantam cœcitatem, vt putaret ſe poſſe abſcondi à facie Domini: vt ſcriptū eſt Geneſis tertio. Ergò cœcus eſt peccator, ſtāte quòd peccatum obcœcat mentem, & obfuſcat intellectum. Imò homo peccator peior eſt bellua: quia ratione culpæ ſibi imputatur ad peccatum, nam ſine ratione uiuit, quod nō eſt in beſtia: quoniam uiuere ſine ratione beſtiis à natura ineſt, ſed homini procedit ex culpa.

5 Nec non nocentior peccator eſt, quàm beſtia, propter dolum, quem habet homo, quem beſtiæ non habent. Et hinc Philoſophus ſeptimo Ethicorum aſſerit, quòd homo iniuſtus eſt deterior beſtia decies millies: plura enim mala faciet homo malus, quàm beſtia.

6 Imò denique in uno peccato, in quo reperiatur teſtis, multa alia etiam peccata notari poſſunt. Vbicunque enim quis mortaliter peccat, committit homicidium occidendo animam ſuam; committit furtum, quia ſe ſubtrahit à Deo; patrat etiam adulterium, quia à Deo recedens cum diabolo fornicatur; committit periurium, quia fidem promiſſam in baptiſmo non ſeruat: ſecundùm Glo. poſt Augu. in c. cùm humilitatis. 22.q.2.

7 Sed aduerte, quòd non omne peccatum repellit teſtem, & potiſsimùm ubicunque teſtis aſſereret ſe eſſe inimicum partis, ut euitaret onus teſtimonij, & mendacium cōmitte-

ret,

ret, licèt tunc peccet mortaliter.c.ne quis. 22.q.2.non tamen repellitur à teſtificando. text.eſt ſingularis,ſecundùm Abb. in c. inquiſitionis,de accuſat.

8 In contrariam uerò partem,quòd peccatum mortale non repellat teſtem à teſtimonio,inclinarunt Ant.Butr.Panor.& cæteri magis communiter in d.c.teſtimonium, & Alber.in d.l.3.§.lex Iulia. Cõis opin.

9 Quorum ſententia tueri poſſet hac ratione: nam teſtis ipſe, qui non ſumpſit euchariſtiã,licèt poſsit ab eccleſia arceri. iuxta c.omnis utriuſque ſexus,de pœnit. tamẽ non eſt aliter excommunicatus, ut ibi tradit Panor.in 4.nota. & propterea non repellitur à teſtimonio,p c. ueniens, il 1. de teſti.

¶ Ideò aliàs allegabam in diſcuſsione cauſarum,illud interrogatorium, an teſtis ſumpſerit euchariſtiam, parùm aut nihil releuare, niſi fortè,quia minueret de fide ipſius teſtis,cùm ob hoc non penitus, & omninò repelleretur.Vnde uæ nobis (vt utar uerbis Spec.in d.§. 1. in tit. de teſte) ſi quodlibet peccatum mortale faceret, produceretque hunc effectum:nam pauci, imò rariſsimi darentur teſtes,adeò quòd facultas probandi per eos quaſi periret.

¶ Et ideò Doct.in d.c.teſtimonium, meritò primam opinionem intelligunt procedere in peccato mortali continuato, at in tranſitorio ſecus.& ita etiam refert,& ſequitur Steph.Aufrer.in tract. de teſtium reprobatione,colum. 19. uerſ. Peccatum mortale,nu.79 Zabar.in c.teſtimoniũ,de teſtib.& Gram.cõſ.crim.38.n.5.&ſeq.& cõſ 58.n.2.

10 Et iſthæc interpretatio ſuſtineri poſſet hac ratione. Nam teſtatur Gregorius libro uigeſimoquinto moralium, capite duodecimo,quòd omne peccatum, quod tamen citius pœnitendo non tegitur, aut peccatum eſt,& pœna peccati:peccatum itaque,quod pœnitentia non diluit,ipſo ſuo põdere mox ad aliud trahit.

11 Et hoc idem uidetur aſſerere Auguſtinus libro octauo confeſsionum capite quinto,ita ſcribens : Cui rei ego ſuſpirabam ligatus,non ferro alieno, ſed mea ferrea uolũtate.velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinſerat me. equidem ex uoluntate peruerſa,facta eſt libido,& dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum cõſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſsitas. quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis,undè catenam appellauit, tenebat me obſtrictum dura ſeruitus.& poſt nonnulla, fruſtrà condelectabar legi tuæ ſecundùm interiorem hominẽ, cùm lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meę,& captiuum duceret in lege peccati,quæ in membris meis erat. Lex enim peccati, eſt uiolentia conſuetudinis, qua trahitur,& tenetur etiam inuitus animus eo merito,quo in eam volens illabitur.

12 Et hinc terribiliter intonabat Hierony. quòd uix de centum millibus hominibus, quorum mala fuit uita, in morte diuinam indulgentiam obtinebit unus. & hoc idem refert Ioan.Tabienſis in ſua Summa Tabiena, in uer.Pœnitentia,ſub §.16.Sed ubicunque peccatum eſſet tranſitorium, & ſic peccator per pœnitentiam rediret ad gratiam, tunc nempè nãciſcitur,acquiritque merita amiſſa: pœnitentia enim omnia perdita, & collapſa reintegrat,atque reſtaurat.Nam diuinitatis natura clemens eſt, & pia, & magis ad indulgentiam, quàm ad uindictam prona:& eo ipſo,quòd peccator poſt lapſum peccatorum ad ueram pœnitentiam ſe conuertit,citò à miſericorde iudice ueniam impetrabit.c.quia diuinitatis, de pœnit.diſt.1.

13 Et licèt iſthæc interpretatio ita illuſtrara uera equidem ſit:tamen indiſtinctè,vbicunque teſtes non confeſsi, nec communicati extent congruo paſchali tempore.iuxta formam d.c. omnis, non probant modo aliquo.ita Peregri.deciſ.335.lib.3. Rui.cõſ. 106.in hac lite,nu.6.uol.5. & Rolã. à Valle conſ.24.in cauſa præſentis proceſſus,n.73. & ſequen.uol.1.

14 Benè tamen uerum eſt,quòd Papa poſſet facere,ac diſpenſare, vt cõſtitutus in peccato mortali,nõ repellatꝰ à teſtimonio: vt cõcedit Spec.in d.§.1.de teſte,argum.c.cũ 1,& A,de re iud.& per Fely.in d.c. inquiſitionis.

SVMMARIVM.

1 *TESTES deponentes Titiũ poſſediſſe decẽ annis,nullamque mentionem facientes determinatã de quibus,non probant prę ſcriptionẽ, niſi deponant de eodẽmet tpe,& yſdẽmet annis.*

OPINIO DCCCCLXXII.

1 TESTES deponentes Titiũ poſſediſſe decẽ annis, nullamq; mentionẽ faciẽtes determinatam de quibus, non probant præſcriptionẽ; niſi deponant de eodẽmet tẽpore, & de iiſdemmet annis:Vndè allegans ipſam præſcriptionem, ad fundandũ eius intentionem, articulare, atq; probare debet,ꝙ decem annis poſſedit inchoatis tali die,& completis tali tempore,aliter teſtes deponendo, quòd poſsidere uiderunt decẽ annis ipſum Titium, nec ſpecificent, ac oſtenderent de quibus annis, abſque dubio nihil probaret:quia ignoratur an voluerint deponere de iiſdẽ annis,an de aliis:ſecũdùm

Bart.in l.Celſus.ff. de uſucapion. num. 27. & 29. cui inherent Bald. in l. fin. colum. 7. C. de edic. Diui Adr.tollen. Aret. inſtit. de vſucap. in princ. Bald & Ang.in l.ſuper longi,in fi. C. de præſcript.long.temp. Alexan. conſilio 51. circa fin & conſilio 72.colum.1.uol. 1. & copioſè Balbus cum aliis relatis per eum,in repet.poſita,in fin.ſui tractatus de præſcript. d. l.Celſus,quæſt.6. num. 18. cum aliis ſequen. ubi deducit iſtam eſſe communem opinio- *Cõis opin.* nem,& Lanfrancus quoque,in c.quoniam cõtra,de probat.in c.8.de teſtibus,nu. 94.

SVMMARIVM.

1 *MVTILATI membris, ſeu corpore vitiati non poſſunt eſſe teſtes,teſtificarique in criminalibus negocijs contra clericos,ſi patiantur uitium impediẽs clericatum.*

2 *Digito carens, dummodò non ſit pollex, uel index, ad ſacros ordines promoueri poteſt.*

OPINIO DCCCCLXXIII.

1 TESTIFICARI in criminalibus negociis contra clericum non poteſt, qui tale vitium corporis patiatur,quòd à promotione, & ſacerdotio repellat: & ſic mutilati mẽbris, ſeu corpore, teſtes aduerſus clericos non admittuntur:ſecundum Abb. antiquum, Fely.Deci. cæteroſque in c. 1. de except. & omnes in c.ipſi Apoſtoli,ubi à Gratiano Fabiani decretum adducitur. 2.q.7. Scripſit enim Fabianus Papa epiſtola. 2. ad Epiſcopos Orientales, non fore teſtem idoneum in criminali cauſa contra ſacerdotem eum, qui clericus non ſit, nec clericus eſſe poſsit. & opinionem iſtorum ſequitur quoque Bal. in ſua Margarita,in ver. Mutilati.& Marſil. in pract. crim. §.nunc uidendum,num. 52.& communem eſ- *Cõis opin.* ſe ſcribunt Fely.& Dec.in d.c.1.

2 Sed aduerte,quòd uitiatus membris, ſeù corpore,non diceretur digito carens, dummodò non ſit pollex,uel index. Vndè digito ipſo carens,modò non ſit pollex, vel index, ad ſacros ordines promoueri poteſt.c.qui partem, & c.lator.55.diſtin. & c.fin. de corpor. uitiat. & notat Petr. Rebuf. in tit. de diſpenſat. cum corpor.vitiat.num.13.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS vnus etiam præclaræ authoritatis,& dignitatis exiſtens, non probat regulariter.*

2 *Prima tonſura probatur ſufficienter dicto unius teſtis, vbi de alterius præiudicio non agatur.*

3 *Prima tonſura, ubi agitur de iuriſdictione in clericum exercenda, debet plenè per ſcripturam, vel per duos teſtes probari.*

4 *Clericatus, & prima tonſura regulariter probari debent literis, & ſcripturis, non autem per teſtes,niſi allegantur ſcripturas, & literas deperditas eſſe.*

5 *Clericatus, & tonſura licèt probari poſsint literis facientibus mentionem de ipſa ordinatione clericali,hoc tamen non procedit in bulla,ac literis Pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam. Nam clericatus non probatur ex eo, quod Pontifex beneficium conferendo in ſua bulla nominet ipſum clericum.*

OPINIO DCCCCLXXIV.

1 TESTIMONIVM unius teſtis regulariter non eſt admittendum.c. ueniens, & c. in omni negocio,de teſtib.& l.vbi numerus. ff. de teſtibus. Et unus teſtis minimè ꝓbat, etiam quod ſit præclaræ authoritatis,& dignitatis. c. ego ſolis. 9. diſtin. Gloſ. in c. ſicut, de ſenten. excommun. cuius meminerunt Abb. in c.in eccleſiis, de maior. & obedien. Fely. in c.poſt ceſsionem,colum.4.de probat.& notat Iaſ.in repet.l.admonendi.ff.de iureiuran.nu- *Cõis* mero 189.Abb.& omnes in c. conſtitutus, de *opin.* appellationibus, & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, libro 3.c 7. numero 1. & ſequen. & ponit pro regula cum aliquibus fallentiis Soc. in tractatu fallen. in regul. 423. Teſti vni.

2 Hoc uerò limitatur non procedere in probanda prima tonſura: nam prima tonſura probari poteſt unius teſtis teſtimonio, ubi de alterius præiudicio non agatur: ſecundum Bald.& Fely. in c.licèt uniuerſis,de teſtib. Iaſ. in dicta.l.admonendi,numero 198. Marſil. in l.1.§.idem Cornelio, nume. 4. poſt medium. ff. de quæſt. & Vrſillum in additione Afflicti in deciſ.274.numero 5. & ſequen. Gerardum ſing.49. Nota reg.

3 Secus autem eſſet ubi tractaretur de iuriſdictione iudicis declinanda ex cauſa clericatus:uel eſſet quæſtio, & lis ſuper beneficio; ſeu eſſet controuerſia inter iudicem eccleſiaſticum, & ſecularem ſuper iuriſdictione in clericum exercenda: tunc quippè planè per ſcripturam, vel per duos teſtes probari oportet: ſecundum Bald.Alber.poſt Cynum in l.ſi qua per calumniam. C. de epiſc. & cleric. & ita hoc limitant, interpretantur, & declarant etiam Afflict. in conſtitutione Neapolitana, tit.3.

tit. 3. num. 12. Rebuffus in pract. benefi. tit. de forma literarum tonſuræ, num. 24. & Rota Roma. atteſtante doctiſsimo, & Illuſtri D. Oradino præceptore meo in ſuis aureis deciſionibus, deci. 14. ubi refert, ſub die 26. Nouembris 1565 ita extitiſſe deciſum in ipſa Rota, uidelicet clericatum probari per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam.

4 Et aduerte hic, quòd regulariter clericatus, ac tonſura probari debet literis, & ſcripturis: ut per tex. ubi Iacob. Butrig. in d. l. ſi qua per calumniam. & tradit Fely. & omnes in d. c. ceſsionem, Rebuffus in d. tit. de forma literarum tonſuræ, num. 22. & Grammat. deciſ. 81. num. 1. & 4. Cæterùm ubi apponitur, & allegatur ſcripturam fuiſſe amiſſam, & perditã; hoc caſu poteſt probari per teſtes. l. teſtium. C. de teſtib. l. ſi ſolennibus. C. de fide inſtr. Glo. cõmuniter recepta ab omnibus in c. ſi iudex laicus, in uer. Fecerit, de ſenten. excom. in 6. & notat Guido Papæ. q. 474. & Rebuffus in d. tit. de forma literarum tonſuræ, nu. 23. Cõis opin.

5 Et licèt tonſura, ac clericatus probari poſſit literis facientibus mentionem de ordinatione ipſa clericali; nihilominus hoc non procedit in bulla, ac literis Pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam. Nam clericatus non probatur ex eo, quòd Pontifex beneficium conferendo in ſua bulla nominet ipſum clericum: ſecundùm Io. And in c. non licèt, de reg. iur. in mercu. Calder. & Ant. de Butr. in d. c. poſt ceſſionem, Panor. in c. dudum, col. 2. de præſump. Afflict. loco de quo ſupra, Anchara. & Fran. in d. c. ſi iudex, & Grammat. d. deciſ. 81. nu. 3. & ſeq. poſt alios cumulatos per eum, ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MVTVS, & ſurdus teſtificari poſſunt, dumtamen audiant, & ſcribere ſciant. quod procedit in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus.*

2 *Mutus à natura, uel ex accidenti, ſcribere ſciens, poteſt teſtari, & codicillari, mentem ſuam in ſcriptis aperiendo.*

3 *Teſtari, & teſtificari, ſunt regulariter conuertibilia.*

OPINIO DCCCCLXXV.

1 TESTIMONIVM dicere poteſt mutus ſciens ſcribere: ſecundùm Glo. in c. teſtes per quamcunque ſcripturam, in uer. Quæ nouerunt, & viderunt, poſt principium. 3. quæſt. 9. Specul. in tit. de teſte. §. nunc tractandum, uerſ. Quid de muto. Boniſac. in tract. maleſic. in rubr. de teſtibus, & qui repelluntur à teſtimonio, num. 57. fol. paruo 47. & iſta eſt communis opinio, teſte Præpoſit. in c. cum apud, de ſponſalib. & Ripa in l. 1. num. 34. & 37. ff. de uerborum oblig. & eam ſequitur Marſil. in l. de minore. §. plurium quoque, num. 8. ff. de quæſt. cũ aliis relatis per eũ. Et diximus, licèt in alio propoſito, in Opinione 949. numero 2. fol. 72. libro 3. Teſtis non poteſt tradere in ſcriptis. Et licèt Faber, & Thobias Nonius, ſub num. 9 in §. teſtes. inſtit. de teſtamẽ. aſſerant contrarium in muto ex accedenti; nihilominus inibi Ozerius, numero 19. cum aliis ſequen. ſequendo communem prædictam tollit omnia contraria obſtacula, & declarat, limitatque procedere ſolummodò in ciuilibus cauſis, non autem criminalibus. Cõis opin.

2 Imo ipſe mutus à natura, vel ex accidenti, ſi ſit peritus literarum, poteſt etiam teſtari, & codicillari, ſuam uoluntatem in ſcriptis aperiendo. tex. eſt in l. diſcretis C. qui teſtamẽ. facere poſſ. & ibi notant Paul. Caſtren. Rapha. Corn & alij.

3 Cùm hæc duo, ſcilicet teſtari, & teſtificari, ſint regulariter conuertibilia. l. cùm lege. ff. de teſtam.

SVMMARIVM.

1 *PATER ſpiritualis non repellitur à teſtimonio in cauſa filij ſui ſpiritualis.*

2 *Pater ſpiritualis, licèt teſtis eſſe poſſit in cauſa filij ſui ſpiritualis: tamen non foret teſtis idoneus, & omni exceptione maior, vt ei plena fides adhibeatur: et ideò quanta fides ipſi teſti ſit adhibenda relinquitur arbitrio iudicis.*

3 *Filius ſpiritualis an poſſit eſſe teſtis pro patre ſpirituali, remiſsiuè.*

4 *Baiulinus quandiu nutrit, teſtis eſſe non poteſt, poſteà uerò eius teſtimonium admittitur. Et ſic teſtimonio nutritoris, & nutricis pro eorum alumno credendum non eſt dum illum domi nutrit, ſed poſtquàm illum eorum parentibus reddiderint, eſſent idonei teſtes.*

5 *Nutrix licèt regulariter teſtis eſſe non poſsit pro alumno ſuo, tamen ſuper ætate ipſius alumni teſtis eſſe poteſt, & probat.*

OPINIO DCCCCLXXVI.

1 TESTIS non eſt idoneus pater ſpiritualis in cauſa filij ſui ſpiritualis: ſecundum Bal. & Alex. colũ. 2. in l. generaliter. ff. de in ius uocan. Fulgoſ. in l. 5. §. prætor ait, cod. tit. Salyc. in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib.

Franc.in c.1.colum.3.de cogna.ſpir.libr.6.Io. Bapt.Ferrettum conſ.346. pro aſſerto matrimonio vt dicitur contracto,num.2.uolum.2. Afflict.in conſtit.Neap.exordiente,mores diſſolutè uiuentium,uer.30. & Bertran. conſilio 178.num.13 uol.2.

¶ In contrariam uerò partem,uidelicet,ꝙ pater ſpiritualis non repellatur à teſtimonio, inclinauerunt Bar.conſil.92. in quæſtione uertente inter dominum Simonem, colum. 3. Bal.& Salyc.reuocando ſententiam in melius, in l.parentes.C.de teſtib.Io.Ana.in c.cùm dilectus,colum.fin.de accuſat.Alber.de Maletis in tract.de teſtib.in 1.par.primæ par.colum.8. Franc.Aret.in c.cùm oporteat,colum.4.de accuſat.Roma.Alexan.ſibi contrarius,Soc.& Iaſon.in d.l.generaliter,Cor.conſilio 61. uiſa copia proceſſus,colum.3.uol.3.Ioan.Plat.in §.teſtes,inſtit.de teſta.Alex.conſ.42.colum.fin.cõſil.125.ſub num.4.uol.4.& conſil. 186. col. 2. volum.7.Fely.in c. cùm nuntius, colum. 1. de teſtibus.Cępol.cauſarum ciuilium conſ.5.colum.1.Iaſ.in l.cùm apertiſsimi,col.2.C.de iudic.& in §.pœnales,inſtit.de act.Saly.& Flo.in d.l.teſtis idoneus,Aufrer.in tract.de reprobationibus teſtium, in litera P. uer. Pater ſpiritualis. Orian. in repet. c.quoniam contra, in materia teſtium,de probat.Bertrã.ſibi contrarius conſ.300.circa fin.vol.2.& conſil.32. ſub num.2.uol.3.& conſi.152.libellus,quem obtuliſſe,& produxiſſe legitur,num.8.uol.8. Benedic.in c.Raynutius,in uer. Et uxorem nomine Adelaſiam,num.767.de teſta. Cotta in memorali,in uer. Commater, poſt princ. & Ruinus conſ.81.num.19.vol.3.& iſtorum opinionem non me latet eſſe magis ueram, magiſq; communem: vt atteſtatur illam pariter ſequendo Alex.de Neuo,conſ.20.nu.7. *Cõis opin.*

2 Et aduerte,quòd licèt pater ſpiritualis,ſecundùm dictam communem ſententiam, repellendus non eſſet à teſtimonio ferendo; tamen eius fides non foret vſquequaque integra:ſecundùm Fulgoſ.conſ.11. Emphyteutæ, Alex.conſilio 237.col.fin.uolu.6. Bertach. in ſuo repertorio,in uer.Compater,uerſ.14. Deci.dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis,in c.cùm ſpeciali,colum.2.de appel.Alciat. in l.1. in prin.C. de in ius vocan.aſſerendo iſtum teſtem non fore omni exceptione maiorem, & Ripam in l.admonendi,num.181.ff.de iureiu. & hoc ueriſsimum exiſtimo, & ſemper obſeruaui in cauſis ciuilibus,& criminalibus,& ſæpiſsimè obſeruari uidi in actu practico.

3 Sed quid econtra, an filius ſpiritualis pro patre ſpirituali poſsit eſſe teſtis, vide Fely.declarantem in d. c. cùm nuntius, in uer. Et in quantum.

4 Item baiolinus non poteſt eſſe teſtis quãdiu nutrit, poſteà uerò eius teſtimonium admittitur:ſecundùm Bal.& Saly.in l. parentes. C.de teſti.& Lanfran.in d.c.quoniam, in uer. Teſtes,num.61.ubi ait iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.* Et ſic teſtimonio nutritoris,& nutricis pro eorum alumno credendum non eſt, dum illum domi educant, ſed poſtquàm illũ eorum parentibus educatum reddiderint, eſſent idonei teſtes.

5 Cæterùm nutrix ſuper ætate alumni teſtis eſſe poteſt,atque probat etiam,aſsignando potiſsimùm cauſam hanc ſcientiæ, ſcio,quia nutriui: vt concedit Bartol. in l.de tutela.ff.de in integ.reſtit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus repellitur á teſtimonio regulariter.*

2 *Excommunicatus, & ſocius criminis teſtis eſſe poteſt in inquirenda hęreſi.*

3 *Excommunicatus abſolutus ab excommunicationis nexu,poteſt eſſe teſtis poſt abſolutionem impetratam.*

4 *Teſtem eſſe excommunicatum, uel infamem opponens,non facit retardare eius examinationem, ſed hæc exceptio reſeruatur in fine iudicij, niſi pars cã vellet incontinenti probare.*

OPINIO DCCCCLXXVII.

1 TESTIS eſſe non poteſt excommunicatus,& ſic à teſtimonio repellitur.c. ueniens,*il ſecondo*,de teſti.& c.decernimus,de ſenten. excommu.in 6.& tenent omnes Doct.in c.intelleximus,de iudic.& in c.teſtimonium, de teſti. Afflict.in conſtit. Mores diſſolutè uiuentium, ſub num.5.lib.3.rubr.53. & Ruinus conſil. 7. num.15.uol.5.& Lanfran.in c.quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes, num.76. ubi ait iſtam opinionem eſſe indubitatam, & communem. *Cõis opin.*

2 Sed ea claudicat non procedere in crimine hæreſis: quia tunc teſtes excommunicati, & criminis ſocij admittuntur in inquirenda hæreſi.c.in fidei,de heret.in 6. cum declaratione ibi tradita,& per Ioan.Franciſcum Ponzinibium,in tract.de lamiis,num.84.concl.21.

3 Fallit etiam prędicta communis non habere locum,vbicunque excommunicatus eſſet abſolutus: tunc enim poſt abſolutionem impetratam à dicta excommunicatione, poteſt eſſe teſtis:ſecundùm Dec.in d.c. teſtimonium.& iſtam admonet eſſe communem opinionem Lanfran. in d.c.quoniam, in uer. Teſtes,numero 76. *Cõis opin.*

4 Sed ſi opponeretur, teſtem productum per

per

per partem eſſe excommunicatum, vel infamem: ob hoc igitur non retardaretur eius excommunicatio, uerum exceptio hæc reſeruanda eſſet in fine iudicij: ſecundùm Specul. in tit. de teſtib. §. 1. uerſ. Quid ergò ſi præmiſſa deiiciens, ubi hoc ipſe limitat, niſi pars obijciens exceptionem huiuſmodi vellet incontinenti eam probare, quia eſt audiendus, ſi habet probationes in promptu: ſecundùm plura citata ibi per eum. Ideò optimè pro cautela tradit Excellens D. Follerius in pract. crim. in fragmentis, tit. de excommunicatis, numero 228. circa fin. dictæ pract. quòd ſi teſtes allegati fuerint excommunicati in iudicio, abſolui debeant. & hæc omnia poſuimus, etiam ſupra in Opinio. 260. Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. lib. 1. fol. 251.

SVMMARIVM.

1 *INIMICVS contra inimicum ſuum teſtis eſſe non poteſt.*

2 *Inimicus etiam reconciliatus repellitur à teſtimonio contra inimicum ſuum, ſi reconciliatio nuper contingerit,*

3 *Inimicus contra inimicum ſuum teſtis non admittitur ullo modo, etiam in crimine hæreſis, ſimoniæ, læſæ maieſtatis, & aliorum enormiſſimorum delictorum.*

4 *Inimicus non capitalis contra inimicum ſuum admittitur teſtis, quamuis minus ei credatur.*

5 *Teſtis ob non capitalem, & grauem inimicitiam non debet indiſtinctè repelli, ſed relinquitur arbitrio iudicis, qui ſecundùm inimicitiam deductam, & probatam, arbitrari poſſet teſtem ipſum eſſe, uel non eſſe repellendum.*

6 *Inimicus capitalis quis dicatur, & quibus modis probetur capitalis inimicitia, remiſſiuè.*

7 *Inimicitia capitalis uel dicitur, & oritur, vbicunque lis eſt ſuper omnibus bonis, uel ſuper maiori parte.*

8 *Inimicitia capitalis contrahitur etiam ex uerbalibus iniurijs.*

9 *Inimicitia capitalis præſumitur ex minis de occidendo: Et ſic minæ probant inimicitiam ipſam.*

10 *Inimici etiam quòd plures extent recepti contra ſuum inimicum minimè facerent indicium ad torturam.*

11 *Inimicus capitalis etiam cum tortura non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali contra inimicum ſuum.*

12 *Inimico teſti minimè creditur, etiam ſi eſſemus in cauſis difficilis probationis.*

13 *Inimicus repellitur à teſtimonio: quod habet locum non ſolum in capitalibus inimicis, ſed etiam in ſuſpectis de capitali inimicitia.*

14 *Inimicitia dicitur, etiam quando conſtat de offenſa facta contra aliquem, licèt offenſus ignoret offenſam ipſam ſibi illatam fore.*

15 *Teſtis inimicus, etiam quòd non conſtet de inimicitia, dummodò conſtet de cauſa inimicitię, etiam per ſolum eiuſdem teſtis dictum repellitur.*

16 *Teſtis inimicus in extremis laborans, etiam Chriſti corpore ſuſcepto, examinari non poteſt ad æternam rei memoriam contra ſuum inimicum.*

OPINIO DCCCCLXXVIII.

1 TESTIS eſſe non poteſt inimicus contra inimicum ſuum. l. 3. & ibi Bar. Alex. & cæteri. ff. de teſti. l. 1. §. quęſtionum. ff. de quæſt. §. ſi uerò dicat odioſum, auth. de teſti. & ibi not. & in auth. ſi dicatur, in fi. C. de teſti. Iacob. Nouellus in pract. crim. in forma inquiſitionis contra producentes falſitates, num. 25. Bertran. in tract. de reprob. teſtium, in uer. Ermaphroditus, num. 60. Ferrarien. in ſua pract. Papienſi, in forma iuramenti teſtium. §. Proteſtante, num. 11. & ſeq. Melchior de Facinis de Padua conſ. 82. num. 4. & ſeq. vol. 1. poſito inter conſil. criminalia diuerſorum collecta per Ioan. Bapt. Zilettum, Marſil. in l. 1. §. præterea, numero 1. cum aliis ſeq. ff. de quæſt. Ioã. Anto. de Nigris, in capitulis Regni, in c. 250. Vulgaris famæ proloquium, num. 27. & Ripa in c. 1. de iudic. num. 14. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Quæ equidem comprobari poſſet iſta ratione. Nam inimicus ſtatim, quòd deponit, pręſumitur ob inimicitiam deponere: ſecundùm Bart. in l. 1. C. ſi propter inimic. creat. lib. 10. Cõis opin.

2 Et hoc adeò uerùm eſt, atque procedit, quòd inimicus etiam reconciliatus à teſtimonio repellitur contra inimicum: & ſic ſuſpitio inimicitiæ non tollitur per reconciliationem, quoties ea nuper contingerit: quoniam non ſtatim poſt reconciliationem eſt idoneus teſtis, qui paulò ante erat inimicus, ideò expectandum eſt, vt amicitia ſit longo tempore cõfirmata, & obliuioni trădita omnia inimicitiarum ueſtigia. tex. eſt, & ibi Glo. in c. accuſatores. 3. q. 5. in uer. Inimicitias, Anan. colum. 3. & Fely. colum. fi. in c. per tuas, de ſimonia, Roma. ſing. 319. Anania. conſ. 17. colum. 2. uol. 1. & ibi Bologninus in add. Innoc. col. fin. Abb. colum. 2, Anania, colum. 3. & Fely. num. 4. in c. cùm oporteat, de accuſat. Iaſ. in l. apertiſſimi, colum. 2. de iudic. Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. in 2. actu de appellatione, numero 64. fol. par. 169. Marſil. in d. §. præterea, num. 4. Grauet. conſil. 9. num. 6. & conſ. 73. numero 13. Iacob. Nouellus in tract. ad defenſam, in rubr. an indicia pro reo danda ſint, incip. Solet communi ſententia dici, num. 43. & ſeq. & complures alij ſignati per Tiraquell. in tract.

tract.de cauſa ceſſante,in 2.par.limit.16.numero 7. ex quibus conſtat iſtam communem opinionem fore.

Cõis opin

3 Ampliantur quoque præmiſſa, quòd in crimine læſæ maieſtatis,ſimoniæ,hęreſis, blaſphemiæ, aliorumque enormiſsimorum delictorum inimicus ad teſtificandum minimè admittitur: vt voluerunt Specul. in tit. de accuſat.§.1.Bart.in l.in quæſtionibus.ff. ad leg. Iuliam maieſt.Bal.in l. in his.§.1.in fin.ff.ſolu. mat.Roma.in l.ſi uerò.§. de uiro, colum.21. eod.tit. Alex.conſil.127.in fin.uol. 4. Abb. in c.inquiſitionis.§.tertio,de accuſat.Grauet. in d.conſ. 9. ſub num. 6. Marſil. conſilio 12. cor mundum,num 12.Grammat.conſil.crim.15. conditoris macchinę, col. fin. & Marcus Ant. Blancus in pract.crim. in rub. incipien. poſtquam uidimus quę indicia ſunt ciuilia, numero 19.& Ioã.Ant.de Nigris in d.c.260.Vulgaris famæ proloquium,num.30.& hoc per tex. in d.c.per tuas,quem communiter omnes citant pro ſingulari.teſte Marſil.in d.§.præterea ſub num.1.licèt ibi ipſe alleget alterum text. ſimilem,in c.cum p. ext.de accuſ. & ſic ex allegatis authoritatibus facilè conſtat iſtorum opinionem communem eſſe.

Cõis opin.

4 Sed aduerte,quòd præmiſſa iura diſponentia inimicum recipi non poſſe in tęſtem, ueniunt intelligenda procedere in inimico capitali, non autem in inimico non capitali : nam iſtę inimicus admittitur,quamuis minus fidei ſibi adhibeatur : ſecundùm Innocent. in d.c. cum oporteat, & Cyn. Bal. Alber. & cæteros, in d.auth.ſi dicatur, vbi Saly. allegat rationẽ. quoniam pro leui inimicitia de facili quis mẽtiri non cenſeretur, quemadmodum pro graui.& iſtorum opinioni inhærent Afflict.in conſtit.mores diſſolutè viuentium,ſub num.1.libro 3.rubr.53.Alberi.de Roſa.in tract. de teſtibus in princ. ſub num. 18. & Bertran. in d. tract.de reprobationibus teſtium,num.60.in quibus quidem locis eam exprimunt communem fore.

Cõis opin.

5 Vndè teſtis ob non capitalem,& grauem inimicitiam non debet indiſtinctè repelli,cæterùm relinqueretur iudicis arbitrio, qui ſecundum inimicitiam uerificatam, & alia arbitrari poſſet teſtem ipſum eſſe, uel non eſſe repellendum:vt uoluerunt Gloſ.& Doct.in d. c. cùm oporteat,& Bertran. conſ. 152. libellus, quem obtuliſſe,& produxiſſe legitur,ſub nu.9. uol.8.ubi oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionem.

Cõis opin.

6 Et quis dicatur inimicus capitalis, & qui bus modis probetur capitalis inimicitia,unde Canoniſtas declarantes, decidenteſque in d. c.cùm oporteat,Bart.& Bal.in d.auth.ſi dicatur,Ant.Butr.in c.ueniens,il 2.de ſponſa. Imo-ly.in c quoties,colum.3.de teſtib.Alber. in l. pen.in princ.ff. ſol. mat. Anchar. conſil. 246. colum.2.Alex.conſ.99.vol.1.Corn.conſ.101. colum.4.uol.2.Ioan.de Amicis conſ.119.numero 10.Mantuam conſ.27.num.31.uolu.1. Soci.Iun.conſ.73.num.14.uol.2.Pariſ.conſil. 58.num.73.uolum.4.Grammat. conſil.crim. 46.num.5. Parid.de Puteo, in tract. ſyndic. in uerſ.Suſpitio,Ant.Roſel. in tract.de teſti. col. 3.& Crotum,in tract.de teſti.num. 97.& Marſil. in d.§.præterea,nu.7.cum aliis ſeq.

7 Et ſic,ſecundùm omnes memoratos Doctores,inimicitia capitalis,vel quaſi dicitur,ac oritur,vbicunque lis,& quæſtio eſſet ſuper omnibus bonis uel maiori parte bonorum;& tũc teſtimonium talis teſtis penitus repelleretur: & concurrunt etiam cum hac opinione Rom. in l.2.§.hoc reſcriptum.ff.ad S.C. Sylla. Ana. conſilio 59. colum. 2. Rola. Curt. inter Calcanei conſilia,conſil.64.Grauet.conſil.75. numero 11.Alex.de Neuo conſ.20. in cauſa Dominæ Catherinæ,ſub num.1.& ſeq. & Bertrã. conſ.126.pro defenſione innocentiæ honorabilis uiri,num.3.& ſequen. uolu.7. qui dicunt communem eſſe,& utiliter ampliant.

Cõis opin.

8 Imò inimicitia capitalis,atque grauis nõ ſolùm à percuſsionibus, ſed etiã à uerbis plerunque ortum habet,& conſequenter inimicitia capitalis contrahitur etiam ex uerbalibus iniuriis:ſecundùm Bal.in c.ueniens, in fi. de iureiur.& habetur in l.licèt.ff.de arbi. Marſil.etiam firmat conſ.3.ſæpè,num.12.cõſ. 20. maturè,num.28.& Iaſ.in l.procuratoribus,in fin.C.de procur.

9 Vnde etiam minæ probant capitalem inimicitiam:ſecundùm Bal.in d.l. licèt, & Marcum Mantuam conſ.325.niſi,num.9.vol.1.& Cardinalem Albanum in lucobratio.in Bart. in l.teſtium,nu.9.ff de teſtib.

10 Et iſti inimici capitales, etiam ſi plures eſſent,qui deponerent contra inimicum eorum de uiſu in cauſis capitalibus,minimè facerent ſufficiens indicium ad torturam, ſtante repulſa legitimè facta contra ipſos teſtes ex capite inimicitiæ capitalis: vt firmat Io. Ant. de Nigris cum cæteris Illuſtribus Doct. aggregatis per eũ in d. c. 260. Vulgaris famæ proloquiũ, num.39. cum omnibus aliis ſeq. vbi reſpõdet contrariis,& concordat opiniones.

11 Imò defectus inimicitiæ minimè purgatur per torturam:vt determinat Grauet.conſilio c.plura,nume. 55. & ſic inimicus capitalis etiam cum tortura nõ poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali:ſecundùm Inno.in c.cũ p. Mancoнella,de accuſatio.

12 Imò teſti inimico minimè crederetur etiã ſi eſſemus in cauſis difficilis probationis : vt voluit Grammat. conſ. crim. 45. num. 19. & conſ.58.num.10.

13 Ideò redeundo,undè per longas digreſsiones non decuit recedere,amplio etiam memoratam opinionem in principio poſitam, quòd non

non ſolùm uendicat ſibi locum in capitalibus inimicis ſed etiam in ſuſpectis de capitali inimicitia: & ſic hoc uerum eſt, ſiue quis oſtendat ſe inimicum expreſsè, ſiue tacitè, id eſt qui odium gerat in mente: ſecundùm Innoc in d c. cùm p. Manconella, de accuſat. Bald. in auth. ſi uerò dicatur, de teſtibus, Melchiorem de Facinis in d. conſ. 82. num 7. Roma. in rub. ff. de arbitr. colum. 12. & Bald. in Marg. in uer. Teſtis, col. 15. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel util. pub. Alex. conſ. 99. in cauſa inquiſitionis formatę, num. 2. vol. 1 Iaſ. in l. ſororem. C. de his quib. ut indi. & conſil. 167. col. 5. uol. 4. & Marſil. in l. 1. §. pręterea, numero 3. ff. de quæſt.

14 Item ampliatur quoque eadem opinio, quòd idem operetur in recipiendis teſtibus inimicitia præſumpta, quod operatur inimicitia uera; & conſequenter inimicus dicitur, etiam ſi offenſus ignoret offenſam, vt etiam tunc repellatur à teſtimonio: ſecundùm Bart. in l. 1. in fin. ff. de his quib. ut indig. Innocē. in c. cùm I. & A. in fin. de re iud. Bal. in d. l. pręſcriptione, colum. antepen. & conſ. 316. pręſuppoſito ſtatuto, colum. 1. uol. 4. Roma. in d. rubr. ff. de arbit. Abb. in c. cùm oporteat, & in c. repellantur, de accuſa. Vincen. de Paleotis conſilio 127. in fin. poſito inter conſilia Alex. in 4. uol. & Marſil. conſil. 31. bonorum omnium largitor, num. 18. & in ſing. 178. Inimicus repellitur à teſtimonio.

15 Amplificatur quoque poſtremò præmemorata opinio, vt teſtis inimicus, etiam quòd non conſtet de inimicitia, dummodò appareat de cauſa inimicitię, etiam per ſolam eiuſdem teſtis depoſitionem, ſimiliter repellatur à teſtificando. ita reſcent deciſ. 35. lib. 2. & Vincent. Paleot. in d. conſ. 127. num. 19. inter conſil. Alex. vol. 4.

¶ Et tunc ad inimicitiam contrahendam non attenditur an iuſta cauſa, vel iniuſta præceſſerit: ſed an habuit mouere animum alterius ad odium. c. meminimus. c. repellantur, & c. non eſt crudelis. 23. q. 5. ubi iudex quandoque inimicitiam incurrit ex adminiſtratione iuſtitiæ.

16 Imò deniq; teſtis inimicus in extremis laborans, etiam Chriſti corpore ſuſcepto per eū, examinari nequit contra ſuum inimicum ad perpetuam rei memoriam, & examinatus nō probat. ita Bal. in tit. de pace conſtan. §. uaſalli, col. 2. uerſ. Extra quęro, & Andr. de Iſer. in conſtit. ſi damna clandeſtina. Et ſic regulariter teſti in mortis articulo conſtituto nulla fides admodum præſtatur: ſecundùm Bal. in loco pręcitato, Bertran. conſ. 137. viſo proceſſu cauſæ inquiſitionalis, numero 9. in 1. par. uol. 2. & conſil. 15. & ratio ſcribendi, num. 5. in 1. par. volu. 3. & Grammat. conſil. crim. vltimo, ſub numero 3.

SVMMARIVM.

1 *TESTES deponentes, Titium violenter cognouiſſe mulierem, probant: & ex tali depoſitione, & atteſtatione poſſet damnari, & puniri ipſe Titius: quia dictio violenter magis actiuè, quàm paſſiuè accipi poteſt.*

OPINIO DCCCCLXXIX.

1 TESTES deponētes, Titium cognouiſſe uiolenter mulierem, non probāt: & ſic ſi formata foret inquiſitio contra ipſum Titium, & deponeretur uiolenter cognouiſſe mulierem: tunc quippè ex huiuſmodi aſſertione puniri non poſſet, ex quo illa uerba violenter accipi poſſunt actiuè, & paſsiuè: vt voluit Bar. in l. filiusfamiliàs. de teſta. in l. 2. in fin. ff. de duobus reis promit. & ſtipu. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de ma. teſta. in l. ſi uxor. §. ſi quis uxorem. ff. ad leg. Iul. de adult. Abb. in c. dudum, *il ſecondo*, de elec. Alex. in l. 1. colum. 2. ff. de acquir. poſſ. Ioan. Bap. Ferrettus conſ. 375. pro reſolutione motiui ad me tranſmiſſi de patria, uol. 2. ſub nnm. 3. & Fely. in c. auditis, colum. pen. de præſcrip.

¶ In contrariam uerò partem videlicet, ꝙ mediante tali depoſitione damnari poſsit ipſe Titius, & deueniri ad eius condemnationem, inclinarunt Ang. in l. 2. per illum tex. C. de ui bonorum rapt. Imol. Cuma. & Aret. in d. l. 2. §. fin. de duobus reis, Iaſ. in l. non hoc. C. unde cognati, Marcus Mantua in c. in pręſentia, ſub numero 20. de probat. & ſic magis communis opinio apparet contra Bar. cui reſpondetur: quia rarò contingit, id quod experientia rerum magiſtra docet, vt mulier uiolenter virum cognoſcat, & ob id hoc non eſt conſiderandum, ac uerba uiolenter magis debent intelligi actiuè, quàm paſsiuè, tam ob ueriſimilitudinem, quàm ex ordine ſcripturę. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *MVLIER poteſt eſſe teſtis in cauſis criminalibus de iure ciuili.*

2 *Mulier in criminali cauſa propter eius grauitatem teſtificari non poteſt de iure canonico.*

3 *Mulier etiam de iure canonico in criminalibus teſtis eſſe poteſt, vbicunque veritas aliter haberi non poſſet: quia mulieres in ſubſidium etiam in criminalibus in teſtes recipiuntur.*

4 *Mulieres licèt probent in criminalibus: tamen non dicuntur teſtes omni exceptione maiores.*

OPI-

OPINIO DCCCCLXXX.

1 TESTES idonea poteſt eſſe mulier de iure ciuili in cauſis criminalibus: ſecũdùm Spec. in tit. de teſte, uer. Quid ſi mulier. §. 1. Alex. conſil. 99. ſub nu. 4. libro 1. conſ. 24. num. 2. vol. 2. conſil. 115. uiſo themate ſupraſcripto, & atteſtationibus teſtium, num. 14. uolu. 4. & conſ. 11. num. 6. vol. 1. ubi atteſtatur eſſe communem opinionem, *Cõis opin.* Grammat. conſ. crim. 12. num. 16. & ſeq. & Iacobus Nouel. in ſua pract. crim. in rubr. incip. crimina obiecta, num. 46. & ſeq. & præſtantiſsimus iuris interpres Peruſinus, D. Thobias Nonius, inſti. de teſta. in §. teſtes autem, num. 18. & Rolan. à Valle conſ. 7. in cauſa Antonini Brunelli, ſub num. 1. vol. 1. vbi adiicit etiam cum aliis relatis per eum in practica ſeruari.

2 Contrarium uerò reperitur cautum de iure Canônico, uidelicet, quòd mulier in cauſa criminali propter eius grauitatem teſtificari non poſsit. tex. eſt in c. forus. §. teſtes, extr. de verb. ſig. ubi Gloſ. in uerſ. Fœminas, & in c. mulierem. 23. q. 5. ubi etiam Gloſ. & idem tenet Gloſ. in c. ex eo. 25. q. 3. & 9. Flor. in l. ex eo. ff. de teſti. Ioan. de Platea, & Ang. Aret. in §. teſtes autem, inſtit. de teſta. Alex. conſ. 19. nu. 1. vol. 1. Bertran. conſ. 189. num. 2. uol. 1. Maranta in tract. iudiciorum, in 4. parte princ. numero 29. cum aliis abundè traditis per Marſil. in conſ. 22. conſ. 18. colum. antepen. num. 34. cõſil. 59. colum. fin. conſ. 101. colum. 1. & conſ. 130. num. 34. Abb. & alij in c. quoniam, de teſti. ubi aiunt iſtam eſſe communem opinionem, *Cõis opin.* & Deci. in l. fœminæ, num. 33. ff. de reg. iur. & ita conſuluit Alex. conſ. 11. circa primũ, ſub num. 6. libro 1. & Oldr. conſ. 145.

3 Sed interpretatur illhæc concluſio communis de iure Canonico, non habere locum, quando in delicto commiſſo non adfuerunt niſi mulieres, vtputa Titius fuit interfectus in præſentia duarum mulierum, nec interfuerũt alij teſtes: tunc exploratum eſt, ex quo aliter ueritas haberi non poteſt, præfatum homicidium poſſe probari per mulieres: quia in ſubſidium, etiam in cauſa criminali mulieres in teſtes recipiuntur: ſecundùm Io. And. poſt Guid. de Suza in add. Specul. in tit. de teſte. §. 1. uerſ. Item quòd mulieres. Abb. in c. fin. per illum tex. extr. de teſtib. cog. & in c. quoniam, ubi. & alij Doct. de teſtib. & Albert. in l. in teſtimonium. ff. de teſtib. Alex. conſil. 64. uiſo themate, in princ. lib. 1. conſ. 102. circa fin. uol. 7. Deci. conſil. 163. colum. 2. Marſil. conſilio 5. conſil. 102. & conſ. 127. colum. 2. & in l. Diuus, numero 9. ff. de quæſt. in l. infans, num. 43. ff. ad legem Cornel. de Sicar. & in l. de minore, nu. 25. ff. de queſt. Dec. in d. l. fœminę, num. 34. circa medium, Alciat. in tract. de præſump. reg. 1. præſump. 47 & Io. Nicolai, in add. ibi, Grammat. conſil. crim. 45. num. 20. & Curtius, in l. admonendi, num. 104. ff. de iureiur. ubi hanc limitationem latè, & abundè declarat, & Deci. in loco ſuperius citato.

4 Interpretatur etiam eadem communis ſententia de iure canonico: vt quamuis eodẽ iure, iure repellantur mulieres in negocio criminali, non tamen ſic repelluntur, vt eis nihilominus fides adhiberi debeat, ſed ut non ſint teſtes omni exceptione maiores: vt voluit Bertran. conſ. 161. etiam ſi uerum eſſet, ſub numero 5. vol. 6. & Rolan. in d. conſ. 7. ſub numero 12. 14. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *FRATER eſt idoneus teſtis in cauſa fratris, dummodò non ſint in poteſtate eiuſdem patris, uel non habitent ſimul.*

2 *Frater pro fratre non poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili ardua, & graui.*

3 *Frater pro fratre non eſt teſtis idoneus in criminalibus.*

4 *Frater pro fratre accuſatore ad intentionem eius fundandam non admittitur, nec recipitur vllo modo in teſtem.*

5 *Frater eſt idoneus teſtis pro fratre inquiſito ad ſuã defenſionem, & ad probandum ſuam innocentiam, vbicunque de alterius præiudicio non ageretur, ſed de mera defenſione ipſius fratris: & tunc fiſcus conqueri non debet, ſi huiuſmodi teſtimonium ei noceat: quia pœnę non inrogatæ indignatio ſolam duritiam continet.*

6 *Frater religioſus, uel laicus frater deuotę, & religioſæ vitæ eſt idoneus teſtis pro fratre.*

7 *Frater contra fratrem, & maritus contra uxorem, & econtra teſtimonium ferre non cogitur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis.*

8 *Frater contra fratrem in crimine hæreſis cogitur dicere teſtimonium.*

OPINIO DCCCCLXXXI.

1 TESTIS idoneus eſt frater in cauſa fratris: ſecundùm Bart. in l. qui teſtamento. §. quæcunque, numero 6. ff. de teſta. Gloſſ. Innocen. & Imol. in c. inſinuante, de offic. delega. Bertran. conſilio 212. col. 4. vol. 1. incip. ſuppoſita, Fely. & omnes Doct. magis communiter, *Cõis opin.* in c. cùm oporteat, colum. 3. cum aliis ſeq. de accuſa & in c. in literis, extr. de teſtib. col. fin. Ioã. de Amicis conſ. 119. num. 3. & Thobias

Nonius

Nonius Peruſinus iuris vtriuſque ſtudioſiſsimus,in §.ſed neque hæres,inſtit. de teſta. numero 1.cum aliis ſeq.& Fely.etiam in c. literas,num.4.cum aliis ſequen. de præſumpt. in quibus locis explicant iſtam eſſe communem opinionem,& limitant copioſiſsimè in ſex caſibus. & Lancillottus Conradus, in tract. ſeu pract.de decur.libr.1.c.9 §.2. in uer. Fratres, num.45.fol.60.& Bal.conſ.285.vol.4. ubi citat,& ſequitur Bart.in d.§.quæcunque.

¶ Et licèt Bal.teneat contrarium in l.nulli. C.de epiſc. & cler. ob hoc igitur fatuum eſſet recedere à dicta communi in iudicando,& cõſulendo,quã ſequuntur quoque infiniti Doct. uariis in locis iuris noſtri, & Alciatus in tract. de præſumpt. in prima reg.præſump. 23.numero 2.& 6.

¶ Sed Alexan.conſ.18. viſo proceſſu cauſæ uertentis inter Antonium,num.4.uol.1. arbitratur ipſi fratri deponenti pro fratre minus credi debere, quàm extraneo.

¶ Qui quidē Doct.omnes declarant, ac explicant prędictam cōem non procedere,quando fratres ſunt, uel reperiuntur in poteſtate eiuſdem patris, uel quando ſimul habitant, vel haberent bona communia inter eos.& Lã fran.in c. quoniam contra, de probat. in uer. Teſtes,num.62. & Celſus ibi in addi. & Fely. in d.c.literas,nu.6.& ſeq. *Cōis opin.*

2 Declaraturque ſimiliter hoc non habere locum in cauſa ciuili ardua, & graui, in qua profectò, & abſque dubio aliquo frater non eſt idoneus teſtis pro fratre, imo omninò repellitur: vt not.Bal.in l.parentes,colum.11.de teſti.& in l.fin. col. 11. C. de probat. & hoc in terminis in cauſa matrimoniali latè tradit Maria.conſ.17.ſupradictæ cauſæ poſitio.

3 Nec non interpretatur quoque hoc minimè procedere in cauſa criminali,in qua nota, quod frater pro fratre non eſt idoneus teſtis: vt conſuluit Alex.conſ.70. viſo proceſſu, numero 6.vol.1.& Afflict.in conſtit.mores diſſolutè uiuentium,ſub num.9.libr.3.rubr. 53.& Fely.in d.c.literas,nu.9.

4 Quia accuſator uolens ad intentionem ſuam probandam producere fratres, tunc nõ recipiuntur:ſecundùm Glo.Bar.Bal. Alberic. Salyc.Paul.Caſtren.cæteroſque omnes in d. l. parentes,& Nonium in d. §.Sed neque hæres, num.2.vbi atteſtatur iſtam fore communem opinionem. *Cōis opin.*

5 Sed animaduerte, quòd ad probandum innocentiam fratris inquiſiti criminaliter pro delicto,frater eſſet idoneus teſtis pro fratre:& per conſequens frater inquiſitus de homicidio poteſt probare per fratrem ſe commiſiſſe homicidium ipſum ad ſui defenſionem: ſecundùm Bal.& Saly.in d.l.parentes,Aret.in tract. maleficiorum, in ver. Et dictus Titius ſe defendendo,col.7.Alex.conſ.213.colū.fi.libr.2. & conſil.4.in fin.uol.6.Nattam conſ.359. quidam iudex procedens contra nonnullos de falſo,ſub num.2.uol.2.Marſil.ſing. 508. Fely. in d.c.cùm oporteat,in 5.not.Dec.conſ. 459. num.8.& conſ.469.num.7.Grammat. conſil. crim.12.num.19.& 20.Grauet.conſil.119.numero 9.Rolan.à Valle conſ.7. num.25. uol. 1. Bertran.conſ.13.uidi caſum mihi exhibitū,n. 1.uol. 8. & alios quamplures relatos ſupra in Opin.960. Teſtes,affines,ſocij,amici,& domeſtici, ubi latius explicauimus iſtam materiā.

¶ Qui quidem Doct.hoc intelligunt procedere,ubicunque de alterius præiudicio,ſeu intereſſe non ageretur, ſed de mera defenſione ipſius fratris: & tunc fiſcus conqueri non debet,ſi huiuſmodi teſtimonium, ſeu depoſitio ei noceat in pœnis quærendis: vt uoluit Bal.in d.l.parentes.quia pœnę non irrogatæ indignatio ſolam duritiam continet. l. ſeruus ea lege. ff.de ſeruis expor.

6 Item frater religioſus uti uir bonus,vel laicus deuotæ, religioſæque uitæ recipitur in teſtem in cauſa ſui fratris: ſecundùm Ioan. de Imol.in c.cùm R. Canonicus, de offic. deleg. quem refert, ſequiturque Fely. in d. c. literas, num.11.& Marſil.in ſua pract. crim.in §. Principium,num.11.

7 Et quamuis frater pro fratre teſtificari poſsit: nihilominus ipſe frater contra fratrem teſtificari non cogitur.l.lege Iulia,de teſtibus, & not.Abb.num.8.& Fely.num.16.in d.c.literas,& Bar.in d.§. quæcunque, num. 6. Et hoc habet quippè locum tam in cauſa ciuili, quã in cauſa criminali.ita tenet,& probat Gloſ. in d.l.lege Iulia. cum qua ſentiunt omnes Doct. cõmuniter,teſte ibi Iacobino de Sancto Georgio,num. 2. & eam ſequitur Abb. etiam in d. c. literas,num.8.& omnes in d. l. parentes, & Neuiza.in Sylua nuptiali,libr.3.num. 47. ubi ait hoc idem procedere in coniuge,deſcendentibus,& aliis. *Cōis opin.*

8 Benè tamen uerum eſt, quòd in crimine hęreſis frater cogeretur dicere teſtimonium contaa fratrē:ſecundùm Panor. in d.c.literas.

SVMMARIVM.

1 *CHRISTIANVS de iure teſtis eſſe poteſt contra Iudęum.*

2 *Iudęi contra Chriſtianos teſtes non admittuntur ullo modo, quia ſemper dicuntur eſſe in delicto.*

3 *Iudæus non debet iurare per Euangelia, ſed per legem Moyſi,vel per Deum.*

4 *Iudæus quamuis nō teneatur iurare per Euangelia: tamen ſi iurat per Chriſtum, cogitur ſeruare iuramentum, nec peccat Chriſtianus recipiens huiuſmodi iuramentum.*

5 In-

5 *Iudæus etiam in ciuili cauſa teſtis non poteſt eſſe cō tra Chriſtianum.*

6 *Iudęus de proximo baptizatus, & conuerſus ad fidem Chriſti, non poteſt contra Chriſtianos teſtimonium ferre.*

7 *Iudæo deferri non poteſt iuramentum in litem, uel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum.*

8 *Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum, etiā in crimine uſurarum.*

9 *Iudęus teſtis eſſe non poteſt contra officialem bonę conditionis, & qualitatis, in ſyndicatu, in crimine corruptionis, & baratariæ.*

10 *Iudæus aſſumi nequit pro teſte, ſeu tanquàm peritus ad recognoſcendam, uel interpretandam ſcripturam literis Hæbraicis ſcriptam contra Chriſtianum, ubicunque in loco reperiuntur Chriſtiani, qui ſciant tales literas interpretari.*

11 *Iudęus in crimine hęreſis, & læſæ maieſtatis admittitur teſtis contra Chriſtianos.*

12 *Iudęus in contractibus, quaſi contractibus, & teſtamentis contra chriſtianos teſtis admittitur.*

OPINIO DCCCCLXXXII.

1 TESTIS eſſe poteſt Chriſtianus de iure contra Iudæum: vt not in Clemen. 1. & in c. Iudæi. de teſtib. & in l. quoniam. C. de hęret.

2 Veruntamen ipſi Iudæi haudquaquam poſſunt teſtificari, aut recipi in teſtes contra Chriſtianos, vt in præcitatis iuribus. & not. Specul. in tit. de teſte. §. 1. ver. Item, & eſt Iudęus. Ioan. de Anan. in c. 1. colum. 1. de hæret. Bart. in l. cunctos populos, colum. 4. C. de Summa Trin. Imol. & Card. in d. Clemen. 1. & Alex. conſ. 35. colum. fin. & conſ. 70. colū. pen. lib. 1. & conſ. 379. propè fin. uol. 2. Fely. in d. c. Iudæi, in princ. & in c. cùm ſit, nu. 1. de Iudęis, Marſil. ſingul. 41. Iudæus non poteſt eſſe teſtis, in princ. Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu. §. fui ſemel rogatus à Doctore, num. 1. & Bero. conſ. 134 num. 20. uol. 3. cum aliis relatis per Iacob. Nouellum in ſua pract. crim. ſuper forma inquiſitionis contra producentes falſitates, num. 19. & iſta uidetur indubitata, & communis ſententia atteſtante Octauiano Cacherano deciſ. 72. Inquiritur, nu. 5. *Cōis opin.*

¶ Quæ comprobatur iſta optima ratione, ſecundùm Marquardum de Suſannis, in tract. de Iudæis, & infidelibus, in 2. par. c. 5. num. 11. quia cùm commorentur Iudæi in ſuperſtitione reprobata, dicuntur eſſe ſemper in delicto: vt not. Doct. poſt Gloſ. in l. non erit. §. Diuus. ff. de iureiur.

¶ Aliam uerò rationem adducit, & aſſignat Iaſ. in rubr. de iuſt. & iure, in 4. nota. quoniam in teſte neceſſariò requiritur iuramentum, quod per Iudæum præſtari nequit.

¶ Sed huiuſmodi rationem optimè, & non ab re mordet, & reprehendit Marquardus de Suſannis in tract. de Iudęis. c. 5. num. 10.

3 Nam licèt Iudæus iurare non debeat per euangelia: ſecundùm Bart. in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excuſ. tut. & in l. ait prætor. §. fin. ff. de iureiur. tamen iurat per legem Moyſi, vel per Deum. ita Bar. in l. iuſiurandum. §. ait prętor, in fi. eod. tit.

4 Et quanquàm non teneatur iurare per ſancta Dei euangelia; nihilominus tamen ſi iuraret per Chriſtum, cogeretur indubitanter ſeruare iuramentum, nec peccaret Chriſtianus recipiens tale iuramentum. teſte Bart. in 1. conſt. Digeſtorum, & Innocē. in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & Alexā. in l. 3. §. 1. eod. tit. Et huic ſententię communi ita roboratæ inhęrēt etiam Fely. in c. cùm ſit, num. 1. per illum tex. de Iudæis, & Affli&t. in conſtit. mores diſſolutè viuentium, num. 8. lib. 3. rub. 53. vbi profert magnum uerbum, ita deciſum extitiſſe à Sacro Regio Concilio Neap.

5 Iudæum in cauſa ciuili fidem nō facere, nec probare contra Chriſtianum: prout teſtatur etiam idem Afflict. de hac eadem determinatione Sacri Concilij in deciſ. 214. quidam Iudæi.

6 Ampliatur hoc etiam procedere in Iudęo de proximo ad fidem Chriſti conuerſo, & baptizato. qui quidem non poteſt eſſe teſtis cō tra Chriſtianum, ſicut antea non poterat: vt voluit Glo. in c. conſtituit. 17. q. 4. Ioan. Crot. in tract. de teſtib. in 4. par. ſub num. 136. Fely. in d. c. Iudæi, de teſtib. & in d. c. cùm ſit, ſub numero 1. de Iudæis, Marſil. in l. 1. §. præterea, numero 5. ff. de quæſt. in ſing. 107. Priuilegium dignitatis, & ſing. 273. incip. Notiſsimum eſt, Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, in 6. limit. numero 10. & iſtam ait eſſe communem opinionem Soc. in l. ſciendum. §. fi. ff. qui ſatiſd. cogā. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò ſententiam curioſè inclinauit Anc. Franc. de Doctoribus in d. c. Iudæi, in add. ad Abb. & D. Brunorus à Sole in add. Fely. ibidem ſub num. 1. in uer. Iudæo, & Marquardus in d. tract. de Iudæis in 2. par. c. 5. num. 12. ubi hanc partem corroborat pluribus apparentibus rationibus & tandem fatetur audacter eam eſſe ueriorem. Sed rationes iſtius partùm, aut nihil me mouent ad diſcedendum à prędicta communi opinione, cū qua concurrit etiam Fely. in d. c. cùm ſit, ſub num. 1. ubi tradit alteram ampliationem ſatis utilem.

7 Ampliatur itidem ſecundò pręmemorata communis ſententia, ſeu regula, ut quemadmodum Iudæus teſtis eſſe nequeat contra Chriſtianum: ita nec ei poſsit ſimiliter deferri iura

iuramentum modo aliquo in litem, uel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum. ita Bal.in l.qui accuſare.C.de eden. Specul.in d.tit.de teſte.§. 1. uerſ. Item quòd eſt Iudęus, Bart.in d.l.cunctos populos, Ant. de Butr. in d.c.Iudæi,Alex.& Ioan. Bapt. Caccialup. in l. admonendi.ff.de iureiuran.Ioan.de Imol.conſili. 11. in caſu propoſito, poſt princ. Paris de Puteo,in d.tract.de ſyndicat.§. fui ſemel rogatus à Doctore maximo, num. 1. Marian. Soc. conſ.54.num.12.uol.2.Stepha.Aufrer.in tractatu de reprobat.teſtium,num.58.Marſil. in d.ſing.41.& Cæphal.conſ.65.Honeſta, num. 38.& ſeq.uol. 2. & iſta eſt communis opinio. Cõis opin.

8 Ampliatur tertiò quoque anteſignata opinio communis, ut minimè Iudæi admittantur,neque probent ullo modo contra Chriſtianum,etiam in crimine vſurarum: vt doctiſsimè, ac religioſiſsimè more ſuo doterminauit Sacer Senatus Pedemont.in d.deciſ.72.

9 Quartò amplificatur prænotata communis intantùm ſortiri locum etiam, vt Iudæi ipſi nequaquàm probent etiam contra officialem bonę famę,& conditionis exiſtentem,vbicunque contra eum deponerent tempore ſyndicatus in crimine corruptionis, & barattariæ. vt uoluit non ambiguè quidem Paris de Puteo in d. tract. de ſyndicatu. §. ſeu uer. Fui interrogatus,num.1.cum aliis omnibus ſeq.

10 Quintò ampliatur ſimiliter prælibata cõmunis habere locum etiam in recognoſcenda, interpretandauè ſcriptura manu Iudæi, vel alterius ſcripta, & ſic literis Hæbraicis cõtra Chriſtianum, vt tunc minimè debeant Iudæi ad illam ſcripturam recognoſcendam,interpretandamque aſſumi;& pręſertim ſi in loco iudicij reperirentur Chriſtiani, qui ſcirent literas Hębraicas interpretari.ut uoluit Alex. conſ.179.uiſa ſcriptura priuata,ſub numer.8. cum aliis 2.ſequen.uol.2.& Card. in Clemen. 1.de teſtibus.

¶ Ampliatur ſextò, vt obtineat etiam locum ipſa communis, ubicunque Chriſtianus à Chriſtiano conuentus foret in iudicio,vt tũc Iudęus teſtis minimè eſſe poſsit. ita Nellus de Sancto Gemin.in tract.de teſtib.in 1.par.numero 20.licèt Ioan.Crot.in tract. de teſtib.in 4.par.num.137 ſentiat cõtrarium, vt Iudęus admitti queat ad deponendum pro Chriſtiano contra Chriſtianum litigantes inſimul, & reddit ibi rationem.

11 Cæterùm claudicat primò iſta concluſio & regula,ita amplificata in crimine lęſę maieſtatis,& in crimine hęreſis; in quo, procul dubio crimine admittitur in teſtem Iudæus contra Chriſtianum.c.contra Chriſtianos,de hæret.in 6.& tenet Fely.in d.c.Iudæi,nu.6.Hierony.Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis, lib.2.quæſt.10.

12 Fallitque ſecundo loco eadam opinio in cõtractibus,& vltimis uoluntatibus,& in quaſi contractibus,& maleficiis;in quibus omnibus admittitur,& recipitur in teſtem Iudæus contra Chriſtianum:vt per Bar.in l quoniam. C.de hæret.& Alex.in 1. conſtit. ff. ueteris, in add Bar.in uer. In iuramento, & Fely. in d. c. Iudæi,num.3.

¶ Alias uerò limitationes ad regulam mẽtionatam circiter octo tradit Fely. in d. c. Iudæi,ſub nu.1.cum aliis ſeq.& Io.Cro. in tract. de teſtib.in 4 par.nu.136.cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *COECVS teſtis eſſe poteſt ſi cõtrahentium uoces notas habet: nec obſtat quòd cæcus decipi poſſit in uoce, quia etiam uiſu quis decipitur.*

2 *Cæcus in confectione inuentarij teſtis eſſe non poteſt,neque etiam in teſtamentis.*

3 *Cæcus deponens de uiſu non probat.*

4 *Cæcus põt teſtificari de ijs quæ uidit ante cæcitatẽ.*

OPINIO DCCCCLXXXIII.

1 TESTIS eſſe poteſt cæcus,ſi contrahentium voces notas habet:ſecundũ Gloſ. in c. teſtes. 3.q. 9. Nec obſtat, quòd cæcus in uoce decipi poſsit: vt in c. nec aliqua. 27.q.1. Nam & pariter uiſu quis decipitur:ut c. quomodo.31.q. 1.& d. Gloſ. in c. teſtes, ſequitur Accurſ.in §. Si uerò abſunt, in uer. Vidiſſe, in aut.de hær.& Falc.coll. 1. dicens non reperiri prohibitum.idem tenet Spec.in §.1.ver. Nunquid cæcus,in tit.de teſte,Siculus in c.præter eã,col.3.de teſti.Ang Peruſinus,in l.ſi non ſpeciali,poſt Glo.ibi.C.de teſta.Stepha. Aufre.in tract.de teſti.& eorũ reprobatione,n. 16.Nellus de S.Gemin.in tract.de teſtib. §.cæcus, & Marſil.in repet.rub.C.de prob.nu.353.

2 Sed limitatur hoc in duobus caſibus non procedere,ſecundũ Saly.in l.teſtiũ.C.de teſti. primò in confectione inuentarij: vt in d.§. Si uerò abſunt.Et ſecundò claudicat in teſtamẽtis:vt in d.l.ſi non ſpeciali.

3 Et tertiò limitatur in his, quę ipſe cæcus deponeret de uiſu:ſecũdum Bart.in d.l.teſtiũ, & Afflict.in conſtit.Mores diſſolutè viuentiũ, ſub nu.7 lib. 3.rub.53.

4 Sed animaduerte hìc,ꝙ cæcus poteſt teſtificari de eo,qđ uidit ante cæcitatẽ indubitanter:ſecundũ Spec.in d.§.1.Bar.in l.ad teſtiũ.§. conditionem.ff.de teſtib.Ang in d. §. Si uerò, Bal.in ſua Margarita,in uer.Teſtis,Ro.in rub. de arbit.col.7.Alberic. de Maletis in tract. de teſtib.c.5.ſub num.36.& ſeq.Fely.in d.c.prætereã,

Cõis opin. tereà, propè fin. & iſta eſt communis opinio, de qua teſtantur Doct. in tract. de teſtib. quãuis, & malè Siculus, in c. cùm cauſam, de teſtib. uideatur tenere contrarium.

SVMMARIVM.

1 *COLONVS poteſt eſſe teſtis pro domino, ſecundùm unam cõmunem opinionem, licèt altera ſententia contraria, quòd colonus pro domino teſtis non admittatur, ſimiliter communis ſit.*

2 *Vaſallus poteſt eſſe teſtis pro domino, etiam ſi haberet in eum merum, & miſtum Imperium, ac ei iuraſſet fidelitatem.*

3 *Vaſallus contra dominum depon&ebar;s priuatur feudo.*

OPINIO DCCCCLXXXIV.

1 TESTIFICARI, vel teſtis eſſe poteſt colonus pro Domino, nec aliquo pacto pro eo repellitur à teſtificando: ſecundùm Inno. in c. in literis, ext. de teſtib. & Spec. in tit. de teſtib. §. 1. uer. item excipere, Angel. in l. quoniam. C. de teſtibus. & Iaſ. in additio. ad Portium in §. pater, inſtit. de teſta. & Nellum in tract. de teſtib. in 9. cap. incip. Domeſtici &c. Cõis opin. quorum opinionem ſcribunt eſſe communẽ Moder. in tract. de teſti. & de conſuetudine dicit ſeruari Soci. Iunior conſ. 135. num. 8. lib. 2.

¶ In contrariam uerò ſententiam inclinauit Glo. & Abb. in d. c. in literis, Alberic. in l. etiam. C. de teſti. Afflict. in conſtit. mores diſſolutè uiuentium, ſub nu. 10. lib. 3. rub. 53. Alberic. de Maletis in tract. de teſtib. cap. 2. nu. 40. cum aliis ſeq. & Lanfran. in c. quoniam cõtra, de proba. in uer. Teſtes, nu. 64. ubi admonet iſtam eſſe cõem opinionem. Tamẽ prima Cõis opin. pars uidetur verior, vt optimè demonſtrarũt Io. Bap. Ferret. conſ. 392. uiſo longo proceſſu, & depoſitionibus teſtium, nu. 20. vol. 2. & Soci. in d. conſ. 135. nu. 6. & 8.

2 Item vaſallus admitti debet in teſtem, ac ad teſtificandum pro domino ſuo: ſecundùm Io. And. poſt alios antiquos ſignatos per eum, in add. Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. Sed nunquid vaſallus. Bal. in l. qui teſtamento. §. poteſtatis. ff. de teſta. Aluar. in c. 1. §. ſi enim, quid ſit inueſt. & in c. 1. per text. ibi, ſi de inueſt. inter dom. lis oriatur, And. de Iſer. in c. 1. ſi de inueſt. inter domi. & uaſal. vbi per iura allegata per eum, ait hoc non habere dubitationem aliquam. Nellum in tract. de teſti. in 3. par. nu. 89. Pariſ. conſ. 75. nu. 23. uol. 1. & Afflic. deciſ. 304. vbi recitatis decem aliis contrariis opinionibus per eum, aſſeuerat fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano, quòd uaſallus poſsit eſſe teſtis pro Domino ſuo, etiam ſi haberet aduerſus eum merum, miſtumque imperium, ac ei iuraſſet fidelitatem.

3 Sed aduerte, quòd contra dominum ipſe vaſallus eſſe non põt; imò ſi deponit cõtra dominum ſuum, priuatur feudo: ſecundùm Gratum. conſ. 5. num. 22. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *LEGATARIVS poteſt eſſe teſtis in teſtamento, & in cauſa teſtamenti.*

2 *Legatarius ad probandum legatum ſibi factum teſtis eſſe non poteſt, ſed ſi interrogaretur, & examinaretur ſuper toto teſtamento, tunc foret idoneus teſtis in cauſa ſui legati.*

3 *Legatarius dicitur idoneus teſtis in teſtamento, quia eſt approbatus à teſtante.*

4 *Legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamento in ſcriptis, etiam ſi omnes ipſi teſtes deberent conſequi legatum aſcriptum in eodemmet teſtamento.*

5 *Legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamento nuncupatiuo non aliter reaſſumpto à notario in publicam formam: & tunc etiam valet teſtamentum ipſum, atque ex eo poteſt adiri hæreditas.*

OPINIO DCCCCLXXXV.

1 TESTES eſſe non prohibentur aliquo modo in teſtamẽto legatarij. §. legatariis, inſtit. de teſta. l. dictantibus. C. eod. tit. & l. qui teſtamento. ff. eod. Nellus de Sancto Gemi. in tract. de teſtib. in 1. par. ſub num. 34. Alberi. de Maletis in tract. de teſtib. cap. 4. nu. 54. & ſeq. Lanfran. in c. quoniam cõtra, in uer. Teſtes, ſub nu. 70. & Io. Crot. in tract. de teſti. in 1. par. nu. 15. & ibi Pet. de Moncada in add. in litera O. vbi poſt alios aggregatos per eum non obſcurè deducit iſtam eſſe cõmunem opinionem, quòd legatarius pro hærede, & pro aliis indubitanter teſtis eſſe poſsit. Cõis opin.

2 Tamen legatarius nõ poteſt teſtificari ſuper ſuo legato; & ſic non admittitur ad probãdum legatũ ſibi factũ, ſed uniuerſaliter poterit interrogari ſuper toto teſtamento. & eo caſu non dicitur deponere ſuper facto ſuo principaliter, ſed in conſequentiã l. omnibus. C. de teſti. cũ allegatis per Fely. in c. inſuper, col. 5. de teſti. & ita tenet, & firmat etiam Bartol. & Aret. in d. l. qui teſtamento, Alber. in tract. de teſti. cñ teſtes repellãtur rõne affectionis, col. 8. Iaſ. & Rimi. in d. l. dictãtib. Alex. cõſ. 14. col. 5. viſis, & conſideratis, uol. 6. & Afflict. in deciſ. 400. num. 3. Tiraq. in tract. res inter al. acta, ſub 1. limit. folio paruo 4. & Lanfran. in c.

in c.quoniam contra,de probat.in ver.Teſtes, num.70.poſt princ. & iſtam dicunt eſſe communem opinionem, Alex. in d. l. dictantibus, Portius in §. legatariis, & ibi Moder. inſtit. de teſtam.& Curtius Iun.conſilio 178. num. 18. & D.Thobias Peruſinus in d.§. legatariis, ſub nu. 9. & ſeq. ubi eam limitat in tribus caſib⁹. Cõis opin.

3 Et quòd legatarius ſit idoneus teſtis in teſtamento,probatur multis rationibus per Doct. præcitatos,& ea maximè;quia eſt approbatus à teſtatore,& ſic redditur habilis teſtis legatarius in teſtamento.Nihilominus non habet locum vbicunque deponeret ſuper legato ſibi facto,& per conſequens ad proprium commodum,& vtilitatem:tunc enim (vtſupra deduximus ex comm uni opinione) non probaret.

4 Sed quando teſtamentum reperiretur in ſcriptis conditum,ac in eo uni ex teſtibus, ſeu omnibus foret legatum aſcriptum,legatarius poſſet eſſe teſtis, & conſequi legatum ſibi relictum : ſecundùm Nicola. de Matare. Bald. & Corn.in d l.dictantibus, Paul.Caſtrē.& Imol. in d.l.quod teſtamentum,in prin.Fab.Aret.& cæteros in d.§.legatariis.ubi D.Thobias, numero 8.exprimit iſtam eſſe communem opinionem,ac indubitatam. Cõis opin.

5 Itidem quando nuncupatiuum extitiſſet conditum teſtamentum, quod à notario reaſſumptum in publicam formam non eſſet: tūc ſi teſtibus ibi legatum eſſet, teſtamentum utique ualeret,atque hæreditas ex eo dari poſſet, & legatarij in eodemmet teſtamento teſtes eſſe poſſent:vt voluerunt Bart.Bald.Imol. Pau. Caſtren.Aret.& cæteri in d.l.qui teſtamento, in princ. contra Gloſ. ibi contrarium aſſeuerantem.Idemque firmauit Corn.in d.l.dictātibus,Faber.& Aret.in d.§.legatariis, & iſtam eſſe communem ſententiam meminit Soci.in l.ſi quis ita,nu.5.ff.de reb.dubiis, & Thobias in d.§.legatariis, num.9. licèt ibi teneat contrarium ſimul cum aliis relatis per eum. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR poteſt eſſe teſtis pro fideiuſſore ad probandum, quòd non principaliter fideiuſſerunt.*

2 *Fideiuſſor acceptus à creditore vt principalis, non habet beneficium diſcuſſionis : quia eſt correus debendi.*

OPINIO DCCCCLXXXVI.

1 TESTIS idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro fideiuſſore ad probandum, quod non principaliter fideiuſſerunt:ſecundùm Cy.Bal.Ang.& Saly.in l.dictātibus.C.de teſta.Bar. in l.ſi quis ita,per illū text.ff. de rebus dubiis. Bal.in l.fi.§.1.col.2 C.de execut.rei iud.& Rōchegallum in tract.de duobus reis,lib.ſeu l.11. reos principium,nu.50.fol.462.Stephan Aufrer.in tract.de teſtib.& eorum reprobatione, num.45.& Marſil.in repet.rubr.num.449 & ſeq.ff.de fideiuſ.Tiraq.in tract.reſ.int.al acta, ſub limit.1.fol par. 4 & iſtam opinionem dicit eſſe cōem Iaſ. in d. l. dictantibus, nu. 8. Cõis opin.

2 Sed interpretatur hoc non procedere, ſecundùm Saly.poſt Bal.in d.l fi.§.1.ſi creditor noluit eum vt fideiuſſorē accipere, ſed ut principalem:certè tunc non habet beneficium diſcuſſionis, quia eſt uerè correus debendi. l. ſi non ſinguli.ff.ſi cer. pet. quem ſequitur Alex. conſ.78.col.2.vol. 1. licèt Ang. tenuerit contrarium,in §.legatariis, inſt. de teſtamentis.

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR pro reo principali,qui eſſet ſoluendo,poteſt eſſe idoneus teſtis, ſecus ſi non eſſet ſoluendo.*

2 *Fideiuſſor renuncians,ſecundùm traditionem Gloſſæ primę.c. 2. de arbitris, non poteſt eſſe teſtis pro principali reo: quia uidetur habere intereſſe in cauſa, ſaltem ne litibus,& ſumptibus vexetur, & potiſſimùm quando fuit fideiuſſor pro tpe ſocietatis pro fideiuſſore.*

3 *Fideiuſſor non renuncians beneficio excuſſionis, præſente principali, & exiſtente ſoluendo,poteſt eſſe iudex,& teſtis: quia tunc nullus regreſſus haberi poteſt contra eum,nec hoc afferre poteſt dannū ipſi fideiuſſori.*

4 *Teſtis habēs intereſſe poteſt examinari cū proteſtatione,q̄ nō vult in aliqua parte ſe iuuare dicto ſuo.*

OPINIO DCCCCLXXXVII.

1 TESTIS idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro principali reo,ſeu debitore,ſi eſſet ſoluendo:ſecus ſi nō eſſet ſoluendo,ſecundū Specu. in tit.de teſte.§. 1. uerſic. Quid de fideiuſſore.Bald. Flor.& cæteros,in l.ſi cui legeť,in fi.ff.de leg.1. Marſil in repet.rub.ff.de fideiuſ.nu.448.Nell. de S.Gemi.in tract.de teſtib.& eorū reprobatione,in 1.par.nu. 33.& Ronchegallū,in tract. de duobus reis,lib.ſeu,l.11.poſt princ.nu. 53. vbi iſtam ſententiam communē eſſe referūt. Cõis opin.

2 Sed tamen Ioan. And.in addit. Specul. in d. uerſ. Quid de fideiuſſore, uidetur tenere contrarium , dicens fideiuſſorem habere intereſſe ſaltem ne litibus, & ſumptibus uexetur.l.minor vigintiquinque annis.ff. de minoribus,& capitulo ſecundo.de arbitr.præcipuè cúm fideiuſſor renunciauit per modum,qui traditur,& not. in Gloſ. 1.c.2.de arbitr. idem vi-

videtur tenere Dyn. Ang. Imol. Pau. Caſtré. & Aret. in l. fideiuſſor. §. fin. ff. de lega. 1. idem Io. And. in add. Specu. in tit. de iudice deleg. §. Su pereſt, uer. Sed nũquid fideiuſſor. Ang. in l. ab executore. §. alio. ff. de appellat. & in l. aſinam, in princ. per illum text. ff. de appell. Ant & Fe ly. in c. inſuper, de teſtib. Ang. conſ. 295. col. 1. verſ. Secundò obſtat eidem teſti, quia fuit fide iuſſor pro toto tempore ſocietatis. & iſta eſt communis opinio, teſte Iaſ. in l. ſi cui. §. fi. ff. de leg. 1. poſt Aret. ibi. Cõis opin.

3 Qui adiiciũt Bal. Flor. & Alex. interpretari, ac tenere præfatam communem opinioné procedere, quando fideiuſſor renunciaſſet beneficio excuſsionis; uel debitor principalis nõ eſſet ſoluendo: vel ſi debitor eſſet præſens, & ſoluendo, & fideiuſſor non renunciaſſet beneficio diſcuſsionis, tunc benè poteſt eſſe teſtis, & iudex: quia tunc non poteſt haberi regreſſus contra fideiuſſorem, & nullum damnum, aut pręiudicium poteſt eſſe fideiuſſori. ita concludit Iaſ in d. §. fi. in d. c. inſuper, & Carol. Ruinus conſ. 189. nu. 21. uol. 1.

4 Sed ſi teſtis tam in præſenti caſu, quàm in alio quocunque ſimili haberet intereſſe, poſſet vtique examinari cum proteſtatione, quòd non vult in aliqua parte ſe iuuare dicto ſuo. ita Gom. deciſ. 10. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *PAVPER ob ſolam paupertatem in ciuilibus non repellitur à teſtimonio.*

2 *Pauper non eſt teſtis omni exceptione maior.*

3 *Pauper non poteſt iurare in ſupplementum probationis, nec uigore ſtatuti diſponentis credi debere iuramento dãnum paßi, uel creditoris, uel alterius.*

4 *Pauper ille dicitur, qui non habet ultra quinquaginta aureos in bonis: & hoc intelligitur de ijs aureis, quorum ſeptuaginta duo faciunt libram auri.*

5 *Pauper ille dicitur, qui non habet in bonis quantum eſt cauſa de qua agitur.*

6 *Pauper quis ſit, relinquitur arbitrio iudicis, qui debet conſiderare qualitatem perſonarum, conſuetudinem loci, & alias circumſtantias.*

7 *Pauper in cauſa criminali nullo modo teſtis admittif.*

8 *Pauper poteſt eſſe teſtis in cauſa matrimoniali, vbi cunq; eſſet honeſta perſona tẽpore ſuę depoſitionis.*

9 *Matrimoniale negocium graue, & arduum eſt, & æquiparatur criminali negocio.*

OPINIO DCCCCLXXXVIII.

1 TESTIS pauper ob ſolã paupertatem à teſtimonio non repellitur: vt tenet Glo. cõmuniter approbata à Deci. in c. ſi qui teſtium, extr. de teſti. quam communem celebrat, ſequitur, ac atteſtatur Iaſ. in auth. prætereà, col. fi. C. unde uir, & vxor, Io. de Amicis conſ. 78. num. 9. Ioan. Bapt. Zilet. cum aliis in numeris relatis per eum, in add. ad Ferrarié. in ſua pract. Papien. in for. iuramenti teſtium. §. proteſtante, in litera G. Cornelius Benincaſius in tract. de paupertate. q. 4. ubi reddit rationem nu. 45. fol. par. 42. Sigiſmũ. Loffredus conſ. 27. num. 13 & Marſil. in l. 1. §. 1. nu. 9. ff. de quæſt. in l. ex libero homine, nu. 7. & ſeq. eo. tit. & in d. l. 1. §. fi. nu. 13. & in ſua pract. crim. in §. Principium, nu. 9. ubi declarat quando teſtis pauper admittatur in teſtem, & Soc. in tractatu fallen. in reg. 289. Pater ad teſtimoniũ, nu. 2. & ſeq. & Alex. de Neuo conſ. 19. in cauſa Franciſchini, nu. 1. vbi concludit, quòd teſtes pauperes non repelluntur à teſtimonio, uerũ relinquitur iudicis arbitrio an eis ſit adhibenda fides, vel non, & quantum eis credendum ſit, & quę paupertas reddat teſtẽ ſuſpectum. & firmat etiam Ripa in l. ſi conſtante, nu. 32. cum aliis ſeq. ff. ſol. matr. Cõis opin.

2 Et licèt teſtis pauper recipi poſsit in teſtem non obſtante eius paupertate, vt ſupra docuimus: nihilominus iſte teſtis pauper non eſt omni exceptione maior: ſecundùm Spec. in tit. de teſte. §. 1 uerſ. Item quòd eſt pauper. Alex. conſ. 15. uiſo. vol. 3.

3 Hinc eſt, quod non poterit idem teſtis iurare in ſupplementum probationis: nec iurare poterit vigore ſtatuti diſponentis credi iuramento damnum paſsi, uel creditoris, aut alterius: ut per Pariſ. in conſ. 164. num. 2. incip. Illuſtriſsima, vol. 4.

4 Et aduerte circa præmiſſa, quòd pauper ille dicitur, qui non habet vltra aureos quinquaginta in bonis. l. nonnulli, de accuſ. Et intelligitur illa lex de aureis, quorum ſeptuaginta duo faciunt unam libram auri. l. fi. C. de ſuſcep. & arca. lib. 11. & not. Glo. in l. fi. in prin. C. commu. de leg. & Cy. in l. ſi quis, de donat.

5 Et pariter pauper eſt, qui in bonis non habet quantum eſt cauſa, de qua agitur. Glo. eſt ſingularis in §. ſi uerò, in authen. de hær. & Falcid. & Ioan. de Amicis conſ. 78. num. 11. tenet & firmat, & Afflict. in conſtitut. mores diſſolutè viuentium, ſub num. 5. lib. 3. rubric. 53. & Deci conſ. 163. num 4.

6 Tamẽ veritas eſt, ꝙ arbitrio iudicis committitur, relinquiturq; quis dicatur pauper. qui quidẽ iudex debet conſiderare qualitatẽ perſonarũ, conſuetudinem loci, conditionem ipſorum, & alias ſimiles circũſtãtias: ſecundũ Glo. in auth. pręterea, in uer. locuples. C. vndè uir, & vx. quã dicit cõem Dec. in c. ſedes, n. 25. de reſcri. & in d auth pręterea, n. 10. Marſil. in l. qſtionis modũ, n. 8. ff de quæſt. & Ruin. conſ. 55. nu. 4. & ſeq. uol. 1. qui hoc optimè, ac utiliſsimè explicat, vt ſcripſimus latius ſupra in Opinione 61. Arbitrio iudicis. n. 3. lib. 1. fol. 54. Cõis opin.

7 Sed

7 Sed prædicta cõmunis, quòd pauper poſſit eſſe teſtis, procedit in cauſa ciuili, in criminali uerò cauſa in teſtem nullo modo admittitur, nec recipitur: ſecundùm Tancr. Anto. & omnes, in d.c. ſi qui, Rolan. à Valle conſ. 7. in cauſa Antonij Brunelli, num. 21. vol. 1. & Soc. in d. regul. 289. num. 2. & ſequen. ubi meminit iſtam eſſe communem opinionem, & Ioã. de Amicis in d. conſilio 78. num. 9. & Dec. in d. conſil. 163. num. 4. *Cõis opin.*

8 Benè uerum eſt, quòd pauper ipſe poſſet eſſe teſtis in cauſa matrimoniali, ubicunque eſſet honeſta perſona tempore ſui dicti, ac depoſitionis: vt voluerunt Aret. conſil. 14. colũ. 10. Alex. conſ. 149. uiſo proceſſu inter Michaelem Dominici, num. 9. vol. 5. Ioan. Bapt. Ferrettus in terminis, in conſil. 392. viſo lõgo proceſſu, & depoſitionibus teſtium, num. 18. vol. 2. & Ripa in d. l. ſi conſtante, ſub num. 33.

9 Non obſtante, quòd negocium ipſum matrimoniale, ſit negocium graue, arduum, & æquipareretur negocio, ſeu cauſæ criminali: ſecundùm Alex. conſ. 152. viſo proceſſu cauſæ matrimonialis, ſub num. 7. uol. 5.

SVMMARIVM.

1 *LAICVS, & mulier in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis contra clericum.*

2 *Mulieres, & laici in cauſa criminali teſtes contra clericos non admittuntur.*

3 *Mulieres, & laici ſunt idonei teſtes contra clericos in criminalibus, quando ueritas actu, & habitu aliter haberi non poſſet: & conſequenter, vbicunque in loco commiſſi delicti per ipſum clericum non adeſſent alij, quàm laici.*

4 *Clericus in cauſa criminali contra laicum non recipitur in teſtem coram iudice ſeculari.*

OPINIO DCCCCLXXXIX.

1 TESTIFICARI poſſunt contra clericum laici, & mulieres, quando agitur ciuiliter. c. quoniam, de teſtib. ubi Abb. & omnes ſcriben. hoc notant, & tenent pro conſtanti, & in c. cam literis, eod. tit.

2 Sed hoc vtique c'audicat non procedere in cauſis criminalibus, in quibus mulieres, & laici non ſunt idonei teſtes, nec poſſunt ferre teſtimonium contra clericum. c. forus, de uer. ſig. & c. de cæterò, & c. teſtimonium, iuncta Glo. ibi. q. 1.

3 Imò ſublimitatur etiam hoc dictum, ubi ex natura negocij veritas actu, & habitu aliter ſciri non poteſt, quàm per laicos: vtputà, quia agatur de probando actu facto ruri, in quo ſolet vnus ſolus ſacerdos tantùm adeſſe, tunc enim laici admittuntur contra clericos: ſecundùm Siculũ, Aret. & alios: Canoniſt. cõiter in d. c. de cæterò. Alex. in conſ. 64. col. 1. uol. 1. Iaſ. in l. fi. col. fi. C. de his quibus vt indig. Marſil. in in ſua pract. crim. in §. Diligẽter, nu. 81. & Grãmat. conſ. crim. 45. nu. 20. *Cõis opin.*

¶ Et ratio dictæ communis opinionis allegatur iſthęc per citatos Doct. ne delictum remaneat impunitum, deturque in poſterùm clerico delinquendi occaſio.

¶ Sed antedicta cõis limitatur in quinque caſibus, quos ponit, refertq; abundè Abb. in d. c. de cæterò, & Lancillotus Conradus in practica, ſeu tract. de decurionibus, lib. 1. c. 9. §. 11. de offic prætor. num. 77. & ſeq. fol. 106.

4 Hiſque neceſſariò adde vnum, quòd quẽadmodũ laicus contra clericum teſtificari nequit, vt ſupra docuimus: ita ſciendum eſt clericũ non poſſe admitti, nec recipi in teſtẽ in cauſa criminali contra laicũ coram iudice ſeculari. c. nullus. 11. q. 1. tenet Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. Item quòd eſt clericus, & ibi Io. And. in add. & Guido Papæ, in quæſt. 63.

SVMMARIVM.

1 *TESTES de auditu deponentes in contractibus, uel quaſi, licèt cortina, uel paries ſit in medio inter ipſos contrahentes, & teſtes, ſufficienter probant.*

2 *Teſtes de auditu in contractibus, vel quaſi deponentes, quamuis cortina, uel paries extet in medio inter ipſos contrahentes, probant, ſi notas haberent voces contrahentium, & non deponerent de viſu, ſed de auditu tantùm.*

3 *Teſtes teſtamentarij debent de neceſſitate uidere teſtatorem, aliàs non probant, etiam ſi cortina eſſet in medio inter teſtatorem, & teſtes, & eis nota eſſet uox teſtatoris.*

OPINIO DCCCCXC.

1 TESTES de auditu deponentes in contractibus, vel quaſi, licèt cortina, uel paries ſit in medio inter ipſos teſtes, & contrahentes, ſufficienter probãt. c. præterea, vbi Doct. extr. de teſti. tenent hoc etiã indubitanter Bar. Alex. & alij Doct. in l. 2. §. idẽ Labeo ff. de aqua plu. arcẽ. Io. An. in c. ex literis, poſt Glo. ibi, in uer. Audierint, de conſuet. Cy. & Doct. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & Dec. conſilio 163. in cauſa matrimoniali, quæ Mantuæ agitatur, ſub numero 3. vbi firmat teſtes deponentes, dum commorabantur extra cameram, audiuiſſe virum quendam, & mulierem exiſtentes in ipſa camera, dicentes,

ac proferentes uerba apta ad matrimonium de præſenti, plenè probare matrimonium ipſum.& iſtorum opinio communis eſt, de qua teſtatur.Aret.in §.planè, num.4. inſtit. de teſta milit.& Moder.in rubr.ff.de uerb.obligat. & in l.1.eod.tit.& eam ſequitur, & approbat Alex.de Neuo conſ.12.num.3.& ſeq. Marſil. poſt alios relatos per eum,in repet.rub. C. de probat.num.351.& ſequen.ubi recitat quoddam exemplum congruum dictæ communi, quod certè notandum, ac ſcribendum foret literis aureis ab omnibus officialibus,& aduocatis, tanquàm neceſſarium.& ita iudicauit quoque elegantiſsimè, & religioſiſsimè more ſuo Rota Rom. ſub die 15.Nouembris 1566. atteſtante D. Iuriſconſulto illo probatiſsimo, & oraculo totius orbis,Oradino præceptore meo,in deciſ.53.videlicet,matrimonium probari per teſtes deponentes de uerbis contrahentium, licèt perſonas non uiderint; ubi recenſuit etiam alios quamplurimos Doct.tam antiquos,quàm modernos eiuſdem ſentétiæ. Cõis opin.

2 Et iſti teſtes tunc,& eo caſu probant, quũ deponant affirmando ſe audiuiſſe,non autem uidiſſe contrahentes,& quando haberent notas voces contrahentium.& ita intelligunt dictam communem prędicti Doct.& Cępolla in tract.cautelarum,caut.230.circa fin.Sed Rota Rom.in d.deciſ.53. aliàs pręſtitit fidem teſtibus non reddentibus in eorum depoſitionibus cauſam ſcientię concludentem, quòd habuerint notam uocem contrahentium: quia inibi conſtabat de aliis circumſtantiis, quòd teſtes ipſi habuerant notitiam de uoce eorundem contrahentium.

3 Claudicatque etiam iſthęc communis cõcluſio non procedere in teſtamento: quia teſtes teſtamentarij debent neceſſariò uidere teſtatorem.d.l.ſi non ſpeciali, ubi Cyn. & Doct. hoc communiter tenent, & in d.§. idẽ Labeo, vbi Bart.colum. 1. & iſtam communem opinionem eſſe ſcribit Cępolla in præcitata cautela 230.numero 2. & Alex.in d. l. ſi non ſpeciali,num.6.ubi Doct. ponunt exemplum, ꝙ ſi extaret cortina,uel paries inter teſtes,& teſtatorem, non ualeret teſtamentum,etiam ſi dicti teſtes conſueuerunt habere notam uocem ipſius teſtatoris. Et eandem opinionem ſequitur,& citat etiam cum aliis allegatis per eum Clar.in tract.de teſtam.libro 3.quęſt.59. deregendo maximè turpitudinem ibi cuiuſdam mulieris procurantis decipere proprium eius uirum. Cõis opin.

¶ In aliis uerò duobus caſibus limitat, & interpretatur communem præmiſſam Marſil.in d.rubr.de probat.numero 352.& ſequẽ. quos uidere poteritis.

SVMMARIVM.

1 *INFAMIS infamia facti, hoc eſt improbatis, & leuioribus præditus moribus, eſt idoneus teſtis in cauſa ciuili de iure ciuili, ſecus de iure canonico.*

2 *Infamis infamia facti non eſt ita integer teſtis, & dignus tanta fide,ſicut non infamis:ideò relinquitur arbitrio iudicis quantum ex hoc fides teſtis antedicti diminuatur.*

3 *Infamia facti probatur per teſtes etiam nullo modo iuratos.*

OPINIO DCCCCXCI.

1 TESTIS eſt idoneus infamis infamia facti,hoc eſt improbatis,& leuioribus præditus moribus,in cauſa ciuili: ſecundùm Gloſ. in l.3.§.duæ autem. ff de Carb.edic.& in c.teſtimonium,de teſti.in uer.In hoc caſu,& utrobique Doct.& Soc.Iun. cum aliis aggregatis per eũ, conſ.32.num.31.uol.2. vbi affirmat iſtam eſſe magis communem opinionem. Cõis opin.

2 Sed non foret iſte teſtis dignus tanta fide, quanta reliqui integri teſtes:ſecundùm Gloſ. Bart.Bal.& Saly.in l.1.C.de Summa Trin.Bartol.in l.Caſsius.ff.de ſenatorib. Lallum de Tuſcia in conſtit.Regni Pactarenorum,nu.5.lib. 1.Abb.Bal.Fely.num.7.& Dec.num.72.in c. licèt cauſam,de proba.per textum ibi, & Marſil.in ſing.109.Infamis,& Abb.in d.c.teſtimonium, dicentem arbitrio iudicis relinquendũ eſſe,quantum ex hoc fides teſtis prædicti diminuatur. quod inquit communiter receptum ab omnibus Scribentibus Lar.fran.de Orian. in c.quoniam contra,de proba.in uer. Teſtes, num.74.& ibi Benedic.Vadius in add. Cõis opin.

¶ Iſta itaque communis, quòd teſtis infamis infamia facti ex toto non repellatur in cauſa ciuili,explanatur locum obtinere ſolũmodò de iure ciuili, non autem de iure canonico,ſiquidem iure hoc infamis infamia facti omninò repellendus venit à teſtimonio, etiã in negociis ciuilibus:vt firmat,& probat Grauet.conſ.2.ſub num.2.Et de iſtis teſtibus infamibus de facto ponit aliqua exempla Orianus loco de quo ſupra.

3 Et infamia iſta aduerte,imò nota perpetuò,quòd probatur, ac uerificatur etiam per teſtes nullo modo iuratos:ſecundùm Gloſ. in capitulo tua,in uer.Teſtimonio, de cohab. cleric. & mul. Bald. in ſuo repertorio, in uer. Infamis, colum. 1. & Marſil. in d. ſingul. 109. in fine.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *TESTIS iurans die iuridica, & deponens die feriata, ualet eius depoſitio in Regno Neap. & in toto mundo.*

2 *Teſtis depoſitio ad iuramenti diem refertur, & conſequenter in teſtibus deponentibus dies iuramenti attenditur. Ideò iuratus in termino poſt terminum examinari poteſt inſpecto initio iuramenti.*

3 *Dies iuridica illa dicitur, quę iuridica deputatur, & obſeruatur in loco, in quo ius redditur, & non in loco rei, uel actoris.*

4 *Conſuetudo loci in quo fuit facta, aliàs executa citatio attēditur, utrum dies ſit feriata in Regno Neapol. Sed quando citaretur, uel executio citationis fieret in loco, in quo curia regeretur, uel in eius pertinentijs, debet attendi conſuetudo ipſius curię.*

5 *Citatio facta die feriata pro non feriata num ualeat, & num citatus die feriata comparere teneatur. & num data citationis qualibet die feriata etiam paſchali fieri poſſit? remiſſiuè.*

OPINIO DCCCCXCII.

1 TESTIS iurans die iuridica, & deponens die feriata, valet & tenet eius teſtimonium: ſecundùm Spec. in tit. de feriis. §. ſequitur, uerſ. Quid ſi ſciuit, Glo. ſingularem, in Clemen. iudices, de offic. deleg. Alberi. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. Bal. in l. ſi quando, eod. tit. Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in c. 8. de teſtib. num. 15. & Ang. in l. damni infecti. ff. de dam. infect. ubi profert hoc magnum uerbum ita ſeruari in curia, & in toto mundo, prout atteſtatur etiam Alber. de Roſa. in tract. de teſtibus, num. 148. Et ſic obſeruat praxis quoque in Regno uigore ritus magnæ Curiæ Vicariæ, exordientis. Item quòd ſi teſtes producti in dicta Curia, diſponentiſque, teſtes iuratos die non feriata poſſe examinari die feriata. & no. Maranta in tract. iudiciorum, in 6. part. in 6. actu, de teſtium productione, num. 4. & 7. fol. paruo 134. & in nono actu eiuſdem 6. par. numero 32. & Annibal Cauenſis in ritu 116. Itē ſeruat, numero 7. & Carauita in ritu 148. Item ſi teſtes iurant, num. 1.

2 Et hoc probatur optima, & realiſsima ratione. Nam teſtis depoſitio ad tempus iuramenti refertur: & conſequenter in teſtibus deponentibus dies iuramenti attenditur: vt eſt text. in ritu 149. Item quòd &c. ubi Annibal Cauenſis, ſub num. 1. Bart. in d. l. ſi quando, & ibi alij, & Carauita in d. ritu 148. in fin. ubi deducit iſtam eſſe communem opinionem, ſeu rationem. & ſequitur Dec. in c. licèt cauſam, num. 30. propè fin. extra de probat. vbi ait, quod actus principio attribuitur. & ſecūdùm eum, teſtis iuratus in termino, poſt terminum examinari poteſt inſpecto initio iuramenti, quod facit in termino; quia initium eſt attendendum. iuxta l. 3. §. ſcio. ff. de minor. l. tutor. ff. de fideiuſſ. & l. nouiſsimè. ff. quod falſ. tut. autho. Cōis opin.

3 Et aduerte, quòd illa dicitur dies iuridica, quæ iuridica deputatur, atque obſeruatur in loco, in quo ius redditur, & non in loco rei, vel actoris. & ita ſe habere communem opinionem refert Abb. in c. fi. de feriis, num. 23. & huic communi ſcholæ Doctorum videtur ſe conformare ritus Curiæ Vicariæ 117. incipiens. Item prælibata curia, diſponenſque attendi debere conſuetudinem loci, in quo fuit facta, aliàs exequuta citatio, vtrum dies ſit feriata. Cōis opin.

4 Sed vbicunque citaretur, uel executio citationis fieret in loco, in quo curia regeretur, & in eius pertinentiis, deberet equidem attendi conſuetudo ipſius curiæ; & iſtum ritum hodie ſeruari in Regno planè deducit Carauita ibi, & in ritu pręcedenti 116.

5 In quibus quidem locis, & Abb. in d. c. fi. num. 19. cum aliis ſeq. Feder. de Senis conſil. 244. & Paul. de Caſtr. conſ. 25. in principio impreſsis, diſcurrunt, & reſoluunt, vtrum citatio facta die feriata pro nō feriata valeat; & num citatus die feriata comparere teneatur; & nec ne citationis data qualibet die feriata, etiam paſchali fieri queat.

SVMMARIVM.

1 *MVLIERES poſſunt eſſe teſtes in cauſis matrimonialibus, ſaltim quò ad probandum matrimonium contractum.*

2 *Mulieres teſtes eſſe poſſunt etiam in cauſa matrimonij ſeparandi.*

3 *Pater, & mater in cauſa matrimoniali, & coniugali ad teſtimonium admittuntur. Item in ſorore, & alijs cognatis: arbitrio tamen iudicis debet perpendi quanta fides ſit ipſis adhibenda.*

4 *Teſtes omni exceptione maiores, & magis idonei non requiruntur in probando matrimonio.*

5 *Teſtes duo, vel tres, ſimul cum Parocho interuenire debent tempore celebrationis matrimonij.*

6 *Teſtes de publica uoce, & fama probant in cauſa matrimoniali, accedentibus quibuſdā adminiculis.*

7 *Teſtis unus cum fama, & confeſſione coniugum, ſufficit ad plenè probandum matrimonium.*

OPINIO DCCCCXCIII.

1 TESTES eſſe poſſunt fœminæ, ac eorum teſtimonium admittitur, & recipitur in cauſis matrimonialibus, ſaltim quando de matrimonio ip-

nio ipſo probando agatur. text. eſt in c. ſuper eo, il 2. de teſtib. & ibi tradit Abb. in 3. not. & omnes, Henric. in c. quoniam, eod. tit. & illa eſt com munis opinio, atteſtante Soc. Iun. conſil. 29. numero 8. & conſil. 31. num. 13. uolu. 2. & ita conſuluit Poer. conſilio 40. num. 58. cum aliis ſequen.

Cōis opin.

2 Imò hoc ampliatur ſimiliter procedere, quamuis tractetur de matrimonio ſeparando: ſecundum Abb. in d. c. ſuper eo, num. 3. not. Dec. conſil. 163. ſub num. 11. & conſ. 142. num. 1. Soc. d. conſ. 31. num. 18. & Zaſi. not. cō ſilio 2. 3. 4. & 5. lib. 2.

3 Ampliatur quoque hoc, & interpretatur vtiliter, quòd parentes in eademmet cauſa matrimoniali, ac cōiugali ad teſtimonium admittunt. d. c. ſuper eo, vbi hoc explicant Abb. Imol. Henric. & Fely. Are. conſilio 13. & Pariſ. conſil. 55. num. 58. & conſ. 58. uol. 4. colum. 1. Ideoque apparet patrem, matrem, ſororem, & reliquos cognatos ad teſtificandum admitti in cauſa coniugali, ac matrimoniali; arbitrio tamen iudicis, qui cautè perpendet quanta iſtis teſtibus fides adhibenda ſit, ex qualitate cauſæ pendentis, & ex cognitione pari, ſeu diſpari perſonarum. quod notat Hoſtié. & Fely. poſt alios relatos per eum, in d. c. ſuper eo, Lanfran. in c. quoniam, uerſ. Teſtes, num. 59. de probat. Aret. conſ. 82. colum. 2. Soc. conſil. 17. colum. 4. uol. 1. & Alciat. in tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 2. num. 4. & opinionem iſtam ſequitur quoque, & inquit eſſe communem Soc. in tract. fallentiarum, in reg. 427. incip. Teſtes parentes pro liberis, n. 6. & ſcripſimus latè ſupra in Opi. 954. Teſtificari, uel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio. hoc cod. lib. fol. 80.

Cōis opin.

4 Et hinc eſt, quòd præſens materia contractus matrimonij non eſt adeò tam ſuſpecta, vt ad eius probationem requirantur teſtes omni exceptione maiores, uel magis idonei: vt determinauit Rota Rom. atteſtante doctiſſimo, atque Illuſtri D. Oradino præceptore meo in deciſ. 191.

5 Et hoc idem uidetur ſtatuere, ſancireque ſancta Synodus Tridentina in ſeſſio. 24. in c. 1. colum. 2. uer. Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, de reformatione matrimonii, ubi concludit, matrimonium debere celebrari, Parocho, & duobus, uel tribus teſtibus præſentibus.

6 Poſtremò probant etiam in eadem cauſa matrimoniali teſtes de publica uoce, & fama, aliquibus adminiculis concurrentibus: ſecundùm Dec in c. 1. de appell. & DD. de Rota Roma. teſte D. meo Oradino in deciſ. 153.

7 Imò unus teſtis cum fama, & confeſſione coniugum ſufficit ad plenè probandum matrimonium. ita Miſ. deciſ. 225.

SVMMARIVM:

1 *PATER, & mater admittuntur ad probandum ætatem filiorum, non vt ex hoc plenè, uel ſemiplenè probent, ſed vt faciant aliqualem præſumptionem, & inſtructionem iudici.*

2 *Pater in cauſa filiæ teſtis eſſe non poteſt ad fauorem filiæ.*

3 *Patris, uel matris ſcriptura magis probat ſuper ætate filiorum, quàm eorum uiua vox.*

4 *Teſtis eſſe poteſt nutrix ſuper ætate ſui alumni.*

OPINIO DCCCCXCIV.

1 TESTES licèt admittantur pater, & mater ad probandum ſuper ætate filiorum; non ob hoc faciunt plenam, nec ſemiplenam probationem, ſed aliqualem præſumptionem, & inſtructionem iudici: ſecundùm Glo. in l. etiam. ff. de probat. Ioan. And. in add. Specul. in §. 1. in tit. de teſtib. Bar. in l. de ætate. ff. de dam. infect. & Soc. in tract. fallen. in reg. 427. exordiente, Teſtes parentes pro liberis, num. 8. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Lanfran. in c. quoniam contra, in uer. Teſtes, numero 59. poſt medium, de probat.

Cōis opin.

¶ Aliqui uerò Doct. aſſerunt contrarium, quos recenſuimus ſupra in Opin. 954. Teſtificari, vel teſtis eſſe non poteſt pater pro filio in 2. limit. poſt prin. fol. 80. hoc cod. lib.

2 Et de hoc mirandum non eſt. Nam pater in cauſa filiæ regulariter teſtis eſſe nequit modo aliquo ad fauorem filiæ. l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. l. parentes. C. de teſtib. & §. item teſtis idoneus. 4. q. 3.

3 Et quamuis, ubicunque agitur de probanda ætate filij, depoſitio patris faciat aliqualem præſumptionem; nihilominus tamen quando ætas, ſeu natiuitas filiorum appareret ſcripta, atque notata per parentes in aliquo libro, tunc vtique magis probaret patris, vel matris ſcriptura ſuper ipſa ætate, quàm eorum viua vox. vt firmauere Ant. de Butr. in c. ex literis, de tranſact. & Marſil. in l. de minore. §. plurium, col. 11. ff. de queſt.

4 Cæterùm præmemorata communis ita interpretata limitatur locum non ſortiri in nutrice: nam nutrix ipſa ſuper ætate alumni ſui abſque dubio aliquo teſtificari, & deponere poteſt: vt voluit Bart. in l. de tutela. C. de in integ. reſtit. & ibi Bal. & Moder. in l. 1. ff. ſi certum petatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MONACHVS, ac frater minor poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento, in quo eorum monaſterium inſtitutum ſit, uel relictum ſit legatum, ſeu donatum aliquid ſuo monaſterio pro fabrica eccleſię.*

2 *Monachus, & frater minor, & clericus poſſunt eſſe teſtes in iudiciis, cum eorum ſuperioris licentia apparente in actis, aliter non probant.*

3 *Monachus in cauſa monachi teſtis eſſe poteſt.*

OPINIO DCCCCXCV.

1 TESTES monachi, & fratres minores poſſunt adhiberi in teſtamento, in quo eorum monaſterium hæres inſtitutum ſit. & ſic in hoc teſtamento, & in alio, in quo fieret legatum, ſeu donatio monaſterio pro fabrica eccleſiæ, eſſent monachi, fratreſque mendicantes ipſi idonei teſtes. c. inſuper ext. de teſtib. & ita uoluerunt Glo. in §. cogitandum, in uerſ. Teſtes, in auth. de monachis, Specul. in tit. de teſte. §. 1. uerſ. Quid de monacho, & Ioan. And. ibi in add. Bart. in l. in tantum. §. vniuerſitatis, circa fin. ff. de rerum diuiſ. & in ſua minorica. Bald. per text. ibi, in c. nuper, de teſtib. Franc. Aret. conſ. 160. longa eſt iſta concluſio, colum. 13. & ſeq. Ac. & Bal. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. colum. 17. q. 3. tertię par. Ferrarien. in ſua pract. Papien. in for. iuramenti teſtium, numero 32. & ſeq. vbi meminit ita conſuluiſſe Ang. Peruſinum, Franc. de Ramp. & Bar. de Saly. ac obtinuiſſe in contingentia facti. Et opinioné iſtorum ſequuntur quoque, aiuntque indubitatam eſſe de iure canonico, Faber. Are. & grauiſsimus Iureconſultus D. Thobias Nonius, num. 7. & ſeq. in §. ſed neque hęres, inſtit. de teſtam. ubi eam tuetur, atque optimè declarat.

2 Item monachus, ac frater minor poteſt eſſe teſtis in iudiciis: ſecundùm Glo. in d. §. cogitandum, & in l. 1. ff. de teſtibus Sed hoc falliſsimum apparet, prę ſertimque de iure canonico: vt extr. de cleri. & mona. per totum. & ſic tam monachi, quàm clerici in iudiciis teſtes recipi, examinarique nequeunt abſque ſuperioris eorum licentia: vt firmauit Specul. in d. verſ. Quid de monacho, Ang. conſilio 233. punctus eſt, quędam Domina Margarita ſana mente, poſt princ. Alber. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. Lanfran. in c. quoniam contra, in c. 8. de teſtibus, num. 87. de probat. & Ioan. de Amicis conſilio 77. num. 17. & ſequen. vbi conſuluit, quòd de licentia prędicta debet apparere in actis, aliter monachus examinatus nihil probat, ſecundùm eum, & eſt ueriſsimum. & huic opinioni accedit etiam Miſ. deciſ. 30. vbi concludit, monachum teſtificare non poſſe abſque ſuperioris licentia, ſi pars oppoſuerit, vt non ſit teſtis inſtrumentarius.

3 Et ſimiliter ipſe monachus in cauſa monachi teſtis adhiberi poteſt: ſecundùm Glo. in d. §. cogitandum, & ita ſe habet communis obſeruantia, & conſuetudo, atteſtante Marta in repet. §. ex imperfecto, ſub num. 181. ſubdente ibi, quod eſt ualdè rationabilis, nam ſolent à teſtatoribus adhiberi, tanquàm legaliores ſub ſpe, quod eorũ uoluntates nõ reuelentur. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TESTES duo ſufficiunt ad condemnationem cuiuſcunque delinquentis in cauſa criminali.*

2 *Teſtes duo ſufficiunt ad condemnandum Papam, & Imperatorem.*

3 *Teſtes duo ſufficiunt etiam ad condemnandum aliquem in cauſa hereſis.*

OPINIO DCCCCXCVI.

1 TESTES duo ſufficiunt ad condemnationem cuiuſcunque delinquentis in cauſa criminali. text. eſt in c. 1. & 2. 2. q. 5. & not. Panor. in c. at ſi clerici, in prin. de iudic.

2 Imò ampliatur mirabiliter hoc, quòd duo teſtes etiam ſufficerent ad condemnandum ſummum Pontificem, & Imperatorem: ſecundùm Gloſ. ſingularem, & communiter ab omnibus Doct. approbatam, in c. præſul, 4. q. 5. & ita not. Panor. in d. c. at ſi clerici, in 1. not. in c. licèt vniuerſis, de teſtib. & in c. per tuas, de maio. & obed. & ibi latè Fely. ponens de intellectu, d. c. præſul, Dec. conſilio 342. & Pau. de Caſt. conſ. 303. *Cõis opin.*

3 Ampliãturque prædicta ſimiliter procedere in cauſa hęreſis, vbi duo teſtes ſufficiunt. vt uoluit Cardin. in Clemen. 1. §. penult. de hæreticis.

SVMMARIVM.

1 *CONSVETVDO ſufficienter probatur per duos teſtes.*

2 *Emphyteota per duos teſtes plenè probat ſolutionem canonis emphyteotici.*

3 *Aſſenſus Baronis & Regis ſuper obligatione, alienationeque feudi, non tantùm probatur per ſcripturam, ſed etiam per duos teſtes.*

OPI.

OPINIO DCCCCXCVII.

1 TESTES duo ſufficiunt ad probandũ conſuetudinem, & hoc caſu diceretur plenè probata ipſa conſuetudo. ita tenet Hoſtien. in Summa, in tit. de con'ue. in §. quot, & p quos teſtes, Cyn. & Bar. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Ioan. Fab. in §. ex non ſcripto, inſtit. de iure nat. idem Bar. in l. de quibus, in 4. q. princ. ff. de legi. Abb. & omnes in c. at ſi clerici, de iudic. & conſ. 53. uol. 2. Nicolaus Feſtaſius cum magna caterua Doct. in tract. de ęſtimo, & collectis, in 2. par. in tit. an, & quando forent indic. num. 30. fol. par. 38. & iſtam opinionem declarat Rochus Curt. in repet. c. fin. de conſuet. in 4. ſect. num. 66. fol. 146. & Moder. in d. c. at ſi clerici, & in d. l. de quibus, aiunt eſſe *Cõis opin.* communem.

2 Nota etiam, nec unquàm obliuioni tradas, quòd ad probandum ſolutionem canonis emphyteotici per emphyteotam, ſimiliter requiruntur duo teſtes: ſecundùm Gloſ. & Doc. in l. emphyteoticariis. C. de iure emphy. *Cõis opin.* quam ſequitur, tuetur, & dicit eſſe communẽ ibi Iaſ. num. 134.

3 Itidem aſſenſus Baronis in obligatione, ſeu alienatione feudi, non tantùm probatur per ſcripturam, ſed etiam per teſtes: vt firmarunt Gloſ. And. de Iſer. & alij omnes in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Afflict. deciſ. 243. Nardus cocus, ſub num. 2. ubi hanc eſſe *Cõis opin.* communem opinionem admittit, & admonet quoque ita fuiſſe deciſum in Sacro Concilio.

¶ Et quemadmodum ſufficit probari aſſenſus Baronis ſuper obligatione, alienationeque feudi nedum per ſcripturam, uerumetiã per teſtes, ita etiam aſſenſus Regis: vt concludit, firmatque idem And. de Iſern. in d. c. 1. colum. 3. & Afflict. deciſ. 398. ubi meminit ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio. & ita firmat etiam cum aliis aggregatis per eum Vrſillus in addit. Afflict. in d. deciſ 243. numero 3. ubi fatetur hoc ſemper uidiſſe approbatum per prædictum Sacrum Concilium Neap. ubi etiam num. 6. adijcit ad probationem huiuſmodi aſſenſus ſufficere atteſtationem, & depoſitionem duorum teſtium.

¶ Sed iſthæc opinio ceſſat hodie, & nil releuat in Regno, ſtante Regia pragmatica, per quam inductum extitit, aſſenſum expeditum per uerbum fiat, in memoriali contentum, nullam fidem facere, niſi infra octo menſes expediatur, & regiſtretur priuilegium cũ ſigillo pendenti in Regia Cancellaria. Et ſic exploratiſsimum eſt, aſſenſum non ſolùm non poſſe teſtibus probari, ſed etiam ſi memoriale fuerit expeditum per uerbum fiat, non probat, nec ualet; niſi infra octo menſes fuerit aſſenſus ipſe regiſtratus in Regia Cãcellaria, & redactum in publicam formam cum pendenti ſigillo.

SVMMARIVM.

1 *TESTIS inhabilis, ſi omnium conſenſu tempore conditi teſtamenti habilis habebatur, valeret eius teſtimonium, & teſtamentum etiam teneret. Et ſic infamis, vel ſeruus reputatus liber tempore confectionis ipſius teſtamenti foret idoneus teſtis, num. 2.*

OPINIO DCCCCXCVIII.

1 TESTIS inhabilis, ſi tempore conditi teſtamenti omnium conſenſu habilis habebatur, ualet eius teſtimonium, & teſtamentum ipſum: & per conſequens ſi quis infamis ſit, uel ſeruus, communique æſtimatione liber exiſtimabatur, admittitur eius teſtimonium, & ualet. §. ſed cùm aliquis, inſtit. de teſta. ubi Doct. not. in 1. notabili. & ſcripſimus ſupra in Opinio. Infamis poteſt eſſe teſtis in teſtamento.

2 Et hoc ampliatur procedere nõ ſolùm in infami, & ſeruo, ſed etiam in muliere, in impubere, & in aliis quibuſcunque ſimilibus inhabilibus, qui tẽpore conditi teſtamenti omnium exiſtimatione mulier, vir arbitrabatur, & iudicabatur impubes pubes, & alij inhabiles, habiles exiſtimabãtur: tunc profectò hoc teſtamento ipſi non noceret: ſecundùm Gloſ. & omnes communiter in l. cùm lege. ff. de teſta. Cyn. Bar. Bal. Alberi. Salyc. Pau. de Caſtr. *Cõis opin.* Alex. Corn. & cæteros in l. 1. C. de teſta. Scriben omnes in §. ſed cùm aliquis, inſtit. de teſta. ubi etiam latè Thobias Nonius ſub nu. 2. ſequitur opinionem præmemoratarum Doc. & ſcribit eam communem eſſe.

SVMMARIVM.

1 *VASALLI intolerabiliter oppreſſi poſſunt licitè, & iuſtè occidere ſuum Principẽ tyrãnum; imò tunc illũ occidere meritorium eſt. num 2.*

3 *Tyrannus, qui per vim, & tyrannicè abſque iure aliquo dominatur, poteſt à priuato occidi, etiam ueneno, & occultè, ſi nullum aliud ſubeſſet remediũ ad tollendam tyrannidem.*

4 *Tyrannus uerus reipublicæ Princeps ex ſucceſſione, uel electione, non poteſt occidi à priuato; imò hęreticum foret aſſerere hoc licere.*

OPI-

OPINIO DCCCCXCIX.

1 TYRANNVM Principem eius vaſalli intolerabiliter oppreſsi poſſunt iuſtè, & licitè occidere: vt tenet, & latè probat Paris de Puteo in tract. ſyndic. in princip. fol. 10. & Carrerius in pract. crim. in §. circa, *il ſecondo*, numero 84. cũ aliis Regnicolis ſignatis ibi per eũ.

2 Imò meritorium eſt ipſum Principem tyrannum interficere: ſecundùm Thom. de Aquino in 2. 2. artic. pen. cuius opinionem tãquàm periculoſam reprobat Ang. de Anchona in tract. de poteſtate eccleſiaſtica. q. 54. artic. 3. Fely. in c. cùm nobis. extr. de præſcri. nu. 7. circa fin. d. nu. & communiter omnes Doct. ſecundùm Cæſarem de Perinis, in add. conſtitutionum Regni Neap. in conſt. inchoante. Si dãna clandeſtina patientibus, in tit. de homicidiis, & dãnis clãdeſtinis, in fin. Et contra ſententiam iſtam Thomæ fuit deciſum etiã in concilio Conſtantiæ. teſte Fely. in d. c. cùm nobis. *Cõis opin.* Verùm quòd tyrannus impunè, & licitè interfici poſsit, latiſsimè probauit, & optimis, & ferè infinitis rationibus, & authoritatibus conſuluit Cataldinus de Boncompagnis de Viſſo in conſ. 55. num. 15. cũ multis aliis ſeq. quod quidem conſil. reperitur inter conſilia criminalia diuerſorum collecta per Ioan. Bap. Ziletum in primo uol.

3 Quod certè procederet in tyrãno, qui per uim dominatur, nullum ius habens ad illius reipublicæ regimen. hoc equidem caſu poteſt à priuato occidi, vbi nullum aliud ſubeſſet remedium ad illam tyrannidem: vt not. Caieta. 2. 2. q. 64. artic. 3. etiam ueneno, & proditoriè: ſecundùm Fabrum, & Ang. in §. iuſ gentium, inſtit. de iure naturali, gent. & ciui.

4 Sed ſi tyrãnus eſſet uerus reipublicę Princeps iure ſucceſsionis, aut electionis; tunc ob eius tyrannidem à priuato occidi non poſſet; imò hæreticum eſſet aſſerere hoc licere: vt tradit Alfonſus à Caſtro in tract. de hęreſi. lib. 14. in uer. Tyrannus, & Dominicus Soto, lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. artic. 3.

SVMMARIVM.

1 *TORTVRA ſine nouis indicijs repeti non poteſt.*
2 *Torturæ repetitio eſt arbitraria: cauere tamen debent iudices ab ea ſicut ab igne ſine nouis indicijs. num. 3.*
4 *Tortus ſemel, & acriter tortus, torqueri iterum nõ poteſt, ſecus ſi leuiter.*
5 *Tortura repeti poteſt, quando indicia eſſent multum urgentia.*
6 *Tortura inferri non poteſt ex indicio remoto à facto.*

OPINIO MILLESIMA.

1 TORTVRA, ſeu quæſtio abſque nouis indiciis repeti non poteſt, nec debet: ſecundùm communem ſcholam Bar. & alio- *Cõis opin.* rum, in l. unius. §. reus, in princ. ff. de quæſt. Dyn. in tract. de quæſt. uer. Quid ſi aliquis fuit ſemel tortus, Ang. in tract. maleficiorum, in uer. Fama publica. 3. q. in materia torturæ, Saly. in l. 2. in fin. C. de cuſt. reorum, Bal. in l. milites. C. de quęſt. Abb. in c. cùm in contemplatione, colum. 2. de reg. iur. Guid. de Suzaria, in tract. de indiciis, & tortura, in prin. num. 57. cum aliis ſeq. & ibi Bologninus in add. Alex. conſ. 5. uolu. 1. num. 4. & ſeq. vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem, & Carrer. poſt alios congeſtos per eum in ſua pract. crim. in princ. num. 189. fol. 44. ubi eam in tribus caſibus limitat. & pleniſsimè declarat.

2 And. uerò de Iſer. & Afflict. in conſti. Neapol. ſi damna clandeſtina, & Paris de Puteo in tract. ſyndicatus, in uer. Tortura, *il tertio*, de repetitione torturæ, uoluerunt repetitionem ipſam torturæ arbitrariam eſſe, & ita commu- *Cõis opin.* niter obſeruatur, prout aſſeuerant Doct. præcitati, & Carrer. ubi ſupra.

3 Sed à repetitione torturæ ſine nouis indiciis iudices omnes debent cauere ſicut ab igne. teſte Guid. de Suza. in d. trac. de indiciis, & tortura, num. 59. licèt tam in Regno, quàm alibi auidi inanis gloriæ contrarium obſeruent, repetendo torturam ex primis indiciis contra communem theoricam præiudicio eorum conſcientiæ, de quibus rebus ſic geſtis in die iudicij reddituros fore rõnem non dubito.

4 Eſt benè uerum, quòd ſuper hoc in practica tradit tutiſsimam diſtinctionem Ioã. Ant. de Nigris ſuper capitulis Regni, in c. Tormenta. 144. num. 8. cum aliis ſeq. fol. 134. quæ diſtinctio, tanquàm optimè fundata, ſemper mihi placuit, videlicet, quòd ſemel tortus amplius torqueri non debeat, intelligatur, quotieſcunque, vt conuenit, uel acriter tortus eſſet, ſecus ſi leuiter: quia repeti tortura poſſet. vt affirmauerunt ante Ant. de Nigris ubi ſupra, Bal. in l. 2. C. quorum appell. non recip. & Marſil. in l. quæſtionis modum, nu. 5.

5 Qui ibi num. 7. cõcludit etiam poſſe ſimiliter repeti torturam ipſam, ubicunque indicia eſſent multum urgentia. & idem uoluerũt quoque Soc. Sen. conſ. 54. in fin. uolu. 3. Curt. Sen. conſil. 60. col. 8. & Boer. deciſ. 163. nu. 9. & ſeq.

& ſeq.& ita obſeruatur in magna Curia Vicarię frequentiſsimè, & in aliis tribunalibus Regni Neapol.

6 Item tortura inferri non poteſt ex iudicio remoto à facto: ſecundùm Bar.& omnes communiter in l.fin.ff. de quęſt. Gandin. in tract. maleficiorum,in rubr.de quæſt. & tormen. & Ioan.de Amicis conſ.127.num.26.ubi pręſup-

Cōis opin. ponit iſtam eſſe communęm opinionem, & Natta conſ. 362. in cauſa nobilis Catherinæ de Gerris,num.6.uol. 2. vbi deducit ſimiliter hanc ſententiam communem eſſe omnium Doct. vtriuſque aulę.

SVMMARIVM.

1 *TRANSACTIO reſcinditur ex remedio.l.2.C.de reſcin.vend. ſecundùm vnam communem opinionem, licèt contraria ſententia magis communis ſit, quòd non reſcindatur ipſa tranſactio.num.2.*

3 *Deciſiones Sacri Regij Concilij, cùm proferantur ſub nomine Regis, in dubijs caſibus obtinent vim imperialis interpretationis.*

OPINIO M. I.

1 TRANSACTIONI iuratę per mulierem factæ, in qua appareat enormiter læſa, ac decepta vltra dimidiam iuſtę æſtimationis futurę litis, nullo modo contrauenire poſſet; quia iuramentum hoc omninò aufert remedium. l. 2. C. de reſcin. uend. ſecundùm Glo.Innoc.Vincen.Ioã.And.& Anchara. in c. cùm cauſam,de emp.& uend. Abb. conſ. 12. colum. 1.uol.2.Specul.in tit.de empt.& uendit.§.nunc dicendum, uerſ. Quid de tranſact. Glo.in l.Lucius.§.fi.per illum tex. ff. ad Treb. Bal.in rubr.ext.de tranſact.col.3.Ang.in l. in ſumma.ff.de condict.indeb.Cyn.Bal. & Saly.

Cōis opin. in 3.q.in l.2.C. de reſcin. uend. & opinionem iſtorum recitat eſſe ueriorem Alex.in l.ſi quis cum aliter,colum.2.ff.de uerb. oblig. & conſ. 42.ſuper præmiſſo themate,col.4.uol.1.communem eſſe inquit, ac in actu practico ab ea non fore recedendum:& ſimiliter Bertran. cōſilio 156.ex proceſſu cauſæ ceptæ,num.30. & ſeq.uol.3.vbi ita conſuluit.& communem pręmiſſam citauerunt quoq; nonnulli alij Doct. quos recenſuimus ſupra in Opin. 532.libr.2. Mulier omni iuri, quod habet in bonis paternis, poſt medium,folio 81.& Alexan. conſilio 118.num.7.uol.7.Corn.conſ. 17. uol. 4.Soci. conſil.48.in fi.uol.4.& Cagnol.num.91.& ſequen.in d.l.2.

2 In contrariam uerò partem, uidelicet, ꝙ remedium,d.l.2. procedat quoque in tranſactione iſta,conſiderato futuro litis euentu, inclinauerunt Ant.de But.Cardin.& Imol.in d. c.cùm cauſam,Cal de.conſil. 3. in tit. de tranſact.& Anan.conſ.33.circa primum,in 2.dubio.Ray.Bar.Ang.Imol. & Pau. Caſtren. in d. l.Lucius.§.fin.Bar.Imol Paul.Caſtren. & Roma.in d.l.ſi quis cùm aliter.& opinionem hãc magis communem, & æquam eſſe meminit Fabianus de Monte,in tract.de emp. & uend. in 8.q.colum.4.Thobias Nonius conſ.68.numero 5.& Dec. conſ. 203. & ita ibi conſuluit cum aliquali tamen temperamento, concordia, ſeu diſtinctione relata per eum, & conſil. 479.num.9.cum aliis ſeq.& conſ.55. num.6. & ita conſuluit,& copioſiſsimè, & elegantiſsimè Ioan.Cephalus, conſ.1 . o.Vgoniæ ſtatuto diſponitur,num.77.cum aliis ſeq.vol.2.vbi reſpondet contrariis. Cōis opin.

¶ Verùm primam opinionem negatiuam faſſus eſt magis communem Pariſ. conſil 96. num.61.cum aliis ſeq.uol.1.ubi ſic conſuluit, & Iacobus Manchellus etiam in patrocinio, ſeu conſ.1.num.17.cum aliis ſeq. & Zaſius cōſilio 18.num.16.uol. 1. & ſecundùm eandem opinionem contra Bart.& ſequaces determinauit, & iudicauit quoque Sacrum Regium Concilium Neapol. teſte Afflicto decil. 220. numero 2.

3 Et quia deciſiones Sacri Concilij Neap. quæ proferuntur ſub nomine Regis, in dubiis caſibus ſuccedunt loco imperialis interpretationis,de quo in l.fin.C.de legib.ut per Afflic. deciſ.169.Dicta cauſa, colum. fin. meritò ſequor priorem partem negatiuam,quę in effectu eſt magis communis, ſecundùm Pariſ. in d.conſ.98.& magis uera:ſecundùm Afflict.in d.deciſ. 220. num. 3.& Zaſium d. conſilio18. numero 16.& Cotta in memorali, in uer.Venditor læſus, ubi profert hoc utile uerbum, quòd inuitis dentibus Corn. in conſil. ſignatis per eum, faſſus eſt iſtam communem ſententiam fore.

SVMMARIVM.

1 *TRANSACTIO, vel renunciatio ſuper alimentis futuris debitis ex teſtamento, uel iure neceſſario, inconſulto pretore,& abſque decreto, tanquàm prohibita non ualet.*

2 *Tranſactio, ſeu renunciatio iurata ſuper alimentis futuris ualet, & tenet, etiam facta inconſulto prętore,& ſine decreto.*

3 *Tranſactio facta cum iuramento ſuper alimentis futuris non tenet, ſi tranſigens prius iurauerat non tranſigere ſuper alimentis.*

4 *Tranſactionem lex prohibens ſuper alimentis futuris, an uideatur prohibere pactum gratuitum? remiſſiuè.*

OPI-

OPINIO M. II.

1 TRANSACTIO ſuper alimentis futuris inconſulto prætore non ualet, nec tenet: & ſic tranſactio, uel renunciatio ipſa abſque decreto de iure prohibita reperitur ſuper alimentis debitis ex teſtamento, vel iure neceſſario l.cùm hi.ff.de tranſact. quia, vt docet Glo.ibi, ꝓhibitio hęc facta extitit ob priuatorum commodum, qui propter pręſentē paruam pecuniam ſolent renuntiare facillimè futuris, etiam maximę ſpei.

2 Nihilominus ſi in dicta trāſactione, adhuc inconſulto prætore facta, interueniret iuramentum, eo profectò mediante ualida efficeretur: vt voluerunt Anchar.in reg.acceſſoriū, colum.7.de reg iur.in 6. Bart. col. fin. & Cumā in princ.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. In noc.colum.fin.Abb.col.pen.Ant. Innoc. col. fin.Abb.col.pen.Ant.Imol.ante fin. & Alcia. nu.192.in c.cùm contingat, de iureiur.Alex. in l.qui Romę.§.duo fratres.q.5.ff.de uer.obl. Iaſ.in d.l.cùm hi.& idem Iaſ.col.1.& Dec.ſub num. 12. in l. de alimentis.C. de tranſact. & iſtorum opinio cōmunis eſt ſecūdùm Alciat. in d.c.cùm contingat, nu.193.& ſeq. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, quòd renuntiari, ſeu tranſigi non poſsit ſuper alimentis futuris debitis ex ultima uoluntate, etiam cum iuramento, inclinauit titubanter Bar.in d.l.cùm hi, ſub num.6 & ſeq.Bal.in l.pactum quod dotali.q.pen.C.de collat. Et licèt conſiderando hanc eſſe forte quæſtionem dubiam, nec primam, nec ſimiliter ſecundam opinionem ſequi auſi ſint Marcus Antonius Baueria in tract.de virtute iuramenti.q.46.& Tiraquel.in repet.l.ſi unquam.C.de reuoc.dona in prin.num. 141.& 156. tamen fatuum, periculoſumuè foret in actu practico diſcedere à dicta prima ſententia, quæ uериſsima apparet, ex ſcriptis præmemoratorum Doct. cui quidem inhæret quoque Iacobus Māchellus cū aliis relatis per eum in patrocinio. 28. Oppoſitæ exceptiones pro parte dominorum Petronij, nu.1.& ſeq. ubi proponit ēt cōem eſſe. Cōis opi.

3 Sed aduerte, quòd licèt tranſactio ſuper futuris alimentis iuramento confirmetur: tamen ſi quis à principio iuraſſet non tranſigere ſuper alimentis, cùm iuramentum concordet cum iure communi.d.l cùm hi, non ualeret tranſactio poſteà facta cum iuramento: & ſic ſi poſteà tranſigiſſet, etiam cum iuramento, tranſactio ipſa nullius momenti foret, per prædicta, tanquàm facta contra iuramentum primum licitum. quod nota in practica dum eris iudex, vel aduocatus.

4 Similiter etiam, nūquid lex prædicta, quę prohibet tranſigi ſuper alimentis futuris, cenſeatur etiam prohibere pactum gratuitum? vide Alber.in d l.cùm hi, in prin. & Gal. in rub.ff.de uerb.obli. hoc optimè declarātes.

SVMMARIVM.

1 *TRANSACTIO eſt contractus innominatus.*

2 *Tranſactio non eſt contractus lucratiuus, ſed ultrò citroque obligatorius.*

3 *Tranſactio dicitur contractus ſemilucratiuus, ſed non donatio.*

4 *Tranſactio reſcindere procurans in iudicio, tenetur ante omnia reſtituere accepta, aliàs non auditur.*

5 *Tranſactio quando celebratur, cautius eſt, vt dicatur dimittens, uel relaxans, quàm dicatur dans, ſeu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens, vel relaxans.*

6 *Tranſactionis propriè cōtractus dicitur, etiam quòd partes in tranſactione vtantur uerbo conuentionis, & concordię.*

OPINIO M. III.

1 TRANSACTIO eſt contractus innominatus; quia habet nomen generis, ſecundùm Bal.in rub.C.de rerum permut.Glo.Bart. & cęteros omnes in l.ſiue apud acta.C. de tranſact. Afflict.deciſ.108. procurator patris, ſub num.2. Bertran.cōſ. 39. illud certum eſt, num.5.in 1.par.primi uol.Ioan.de Amicis conſ.130. num. 11. & iſta eſt communis opinio. vt prędicat Bero. conſ. 176. in cauſa Illuſtris Domini, nu.3.& 30.uol.1.& Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, lib.2.c.15.n.7. Licèt, & malè ibi, & lib.1.c.23.ſub num.4.ſentiat cōtrarium. pro qua uide etiam Bal. in l. quāuis, de tranſact.& in rub.C.de rer. perm.Gloſſ. in l.ſi intra.ff. de pact.& Bar.in l.2. ff.de iureiur. Cōis opin.

2 Et conſequenter etiam tranſactio eſt contractus ultro citroque obligatorius, & longè differens à pacto de non petendo, & liberatorio. vt per Alex. & alios in l. tranſactio. C. de tranſact.& per Bart.in l.ſi cauſa cognita, eodem titulo.

3 Et hinc dicitur tranſactio, contractus ſemilucratiuus.ita Bal.in l.contractus, col.1.C. de fide inſtrum. ſed non donatio: ſecundùm Bal.in l.ſuus.C.de repud.hæred.

4 Itaque veniens contra tranſactionem debet ante omnia accepta reſtituere. l.ſi diuerſa.C. de tranſactionibus, Chiſ.deciſione 199. Thomas Grammaticus deciſ. 66. In cauſa Excellentis Comitis, numero 22.& Afflict. deciſ.220.In cauſa domini, n.4.ubi meminit ita deciſum fuiſſe in Sacro Cōcilio. Et ita cōſului etiam in anno 1576. ad fauorem Magnifici

D. Alphonſi Confalonerij de Recaneto in cauſa maximi ponderis, & momenti. in qua obtinuit, reportauitque ſententiam ad ſui fauorem, vt mihi relatum fuit. & ita obtinui ét in Regno in variis cauſis, & uidi ſemper obſeruari in practica.

5 Et indè eſt, quòd ubicunque fit tranſactio, cautius foret, vt diceretur dimittens, vel relaxans, quàm dicatur dans, ſeu tradens: q͞a dans, ſeu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens, ſeu relaxãs. textus eſt aureus, & notabilis, ſecundùm communem intellectum, in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. vt refert, ſequiturque Cremenſ. ſingul. 131. Volo dare cautelam, & ibi apoſtil. affirmans hanc cautelem tradidiſſe Bald. vaſallo tranſigenti ſuper feudum, in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Federic. in vſib. feud. *Cõis opin.*

6 Eſt benè uerum, quòd licèt partes utantur in tranſactione uerbo conuentionis, & cõcordiæ; nihilominus tunc dicitur propriè trãſactionis contractus, & non alius. teſte Ioan. de Anucis in d. conſ. 130. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *TREBELLIANICA per teſtatorem prohiberi poteſt, & hęreditas tunc peruenit ad fideicommiſſarium abſque detractione ipſius Trebellianicę.*

2 *Clauſula, reſtituas hæreditatem pleno iure, operatur, vt Trebellianicę detractio non cenſeatur prohibita, ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter ſit communis, quòd ſi teſtator iuberet hęreditatem ſuam reſtitui debere pleno iure, quòd ob hoc uideretur Trebellianicam prohibuiſſe, & numero 3.*

OPINIO M. IV.

1 TREBELLIANICA per teſtatorem prohiberi poteſt, & tunc peruenit hęreditas ad fideicommiſſarium, ſtante prohibitione hac abſque ipſius Trebellianicæ detractione: ſecundùm Gloſ. & omnes in l. Marcellus. ff. ad Trebell. & iſta eſt communis opinio: vt per Imol. Alex. & alios ibi in fin. Angel. Aret. in §. ſed quia, num 3. inſtit. de fideicommiſ. hæred. Bald. conſil. 170. num. 5. uolu. 5. Bellameram conſ. 48. in 2. dub. Aret. conſilio 37. num. 10. & conſil. 67. circa fin. Bertran. conſilio 205. numero 4. in nouis, vol. 3. Dilectum de arte teſtãdi, tit. 5 de ſubſtitutionibus, cautela 31. numero 2. & Bellonum conſ. 80. num. 16. & magis communem ait Alexan. conſilio 137. nm. 6. *Cõis opin.*

uol. 1. & Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. cumulatiſs.mè in concluſ. 25. Falcidia, libro 6.

2 Quæ nempè communis non procederet, vbicunque teſtator vſus ſit uerbis ampliſſimis, & prægnantibus, uidelicet reſtituas hęreditatem pleno iure tunc enim per iſta uerba detractio ipſius Trebellianicæ non cenſeretur prohibita, & ſic iſtis uerbis non obſtantibus eſſet locus detractioni prædictæ: ſecundùm Oldra. conſilio 248. Caſtren. conſilio 28. colum. 2. volu. 2. Capram conſilio 36. in fine. Roma. conſilio 75. ſub numero 2. & conſil. 79. numero 2. & 5. Caſtren. & Comen. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcid. Soci. conſilio 33. Corſet. in tract. de Trebell. §. 2. colũ. penult. Fely. in c. auditis, col. 3. de reſcr. Dec. in l. Titia. ff. de inoffic. teſt. Bertran. conſilio 37. volum. 1. in nouis, & conſilio 75. uolum. 2. Ruin. conſilio 59. in fin. uol. 2. Gratum conſil. 103. numero 14. uol. 2. & iſtorum opinio apparet magis communis. *Cõis opin.*

3 In contrariam uerò partem, videlicet quòd ſi teſtator iuberet, ſeu mandaret hæreditatem ſuã reſtitui debere pleno iure, quòd ob hoc uideretur Trebellianicam ipſam prohibuiſſe, inclinauit Bald. in l. precibus, colum. 15. C. de impub. Alexan. conſilio 101. colum. 2. uolum. 6. Guid. Papæ q. 537. & conſilio 122. & Dilectus in d. cautela 31. num. 3. qui exclamant iſtam eſſe communem opinionem. Nihilominus prima opinio realiter, & effectualiter uidetur magis communis, & magis uera ex præcitatis: ſecundùm Soc. Iun. conſilio 88. volum. 4. qui conſulendo eam tuetur, & amplectitur. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *TREBELLIANICA non poteſt prohiberi á patre filiis primi gradus etiam expreſſè, ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, quòd Trebellianica prohiberi poſſit in filijs ipſis primi gradus nu. 2.*

OPINIO M. V.

1 TREBELLIANICAM non poteſt prohibere pater filiis primi gradus, etiam expreſsè: & ſic liberis ipſis poſt mortem reſtituere hęreditatem rogatis in caſu, in quo duæ quartæ, ſeu portiones ſunt deducendæ, ipſa Trebellianica per filios detrahenda per teſtatorem prohiberi nequiret, taliter quòd non obſtante dicta prohibitione, filij Trebellianicã deducere poſſunt

poſſunt: ſecundúm Bal. & Saly. in l. iubemus. C. ad Trebell. Guid. Papæ deciſ. 51. Alex. conſilio 5. in fin. vol. 4. Soci. in reg. 432. in 1. fallen. Gozad. conſilio 48. in fin. Bertran. conſilio 10. num. 10. & in nouis, conſ. 246. in fin. vol. 3. Ripa in l. filiusfamiliàs. §. Diui, num. 30. ff. de lega. 1. & iſtorum opinio communior apparet, & paſsim ob eius æquitatem, ac filiorum fauorem vſu recepta eſt: ſecundùm Iaſ. in l. Marcellus, num. 55. ff ad Trebell. Dec. conſilio 81. in 4. dubio, & conſilio 218. num. 5. Gozad. conſil. 81. num. 15. & conſilio 94. ſub num. 16. Pariſ. conſilio 43. num. 26. vol. 3. Nattam conſ. 145. numero 23. uol. 1. & conſil. 528. num. 25. & ſequen. uol. 3. cum aliis congeſtis per Couarru. in c. Raynutius. §. 11. num. 7. de teſtam. & Iacob. Philip. Port. ſeu potius per Ant. Gabriel. in concluſ. 25. Falcidia, lib. 5. ſub prima limit. uerſ. Contrarium uerò. Et huic ſententiæ, tanquàm communi, inhærent quoque Berous in c. in præſentia, numero 446. de probat. Cæſar Vrſillus in add. Afflict. deciſ. 367. numero 10. cum aliis ſequen. ubi dicit magnum uerbum ita fuiſſe de anno 1562. iudicatum in Sacro Concilio Neap. & ita iudicauit etiam in fauorem filiorum collegium Bergomenſe: ſecundùm Cardinalem Albanum in lucubrationibus in Bartolum, in d. l. filiusfamiliàs. §. Diui, numero 6.

Cōis opin.

2 In cōtrariam uerò partem uidelicet, Trebellianicam prohiberi poſſe in filiis primi gradus, inclinarunt Cyn. in d. l. iubemus, & aliqui alij uariis in locis, quorum ſententiam perhibent magis communem eſſe Corſet. in tract. de Trebell. q. 1. Ruin. conſ. 115. num. 25. & conſilio 138. in fin. volu. 3. Bertran. conſilio 30. num. 5. & conſ. 144. colum. 2. vol. 3. in nouis, & conſ. 156. ex proceſſu cauſæ, num. 11. vol. 8. & Bellonus cum aliis relatis per eum, conſil. 80. num. 19. & ſeq. qui ultra quod fatetur de dicta magis communi opinione, eam approbat aliquibus rationibus.

Cōis opin.

¶ Tamen quicquid ipſe cum ſequacibus ſuadeat, non foret aliquo modo recedendum à memorata prima ſententia tanquàm ſacroſancta, & magis communi; quam ſequuti fuimus etiam ſupra in Opinio. 358. libro primo, folio 331. Hæres rogatus hęreditatem reſtituere. & eam ſequutus eſt etiam, perhibuitque eſſe magis ueram, magis æquam, & magis communem, Iacob. Mãchellus conſilio 7. ſub numero 6. & doctiſsimè Illuſtriſsimus Card. Albanus conſilio 1. numero 14. & ſequen. & cumulatiſsimè Ant. Gabriell. in d. concluſ. 25. vbi eam limitat in decem caſibus, & Celſus Hugo conſilio 24. proponuntur mihi dubia, numero 18. & ſequen. Licèt dum imprimebatur præſens materia & opinio, de menſe Aprilis 1581. ex tempore viderim Regium Collaterale Concilium, & ſacrum Conciliū Sanctæ Claræ, ſimul unitis ipſis oraculis, & Regiis ſacris Cōcilius in anno 1577. iudicaſſe pro contraria parte, & opinione Cyni & ſequacium pręmemorata, quòd filius debeat remanere contentus ſua legitima, & quòd pater potuerit prohibere ei detractionem Trebellianicæ. atteſtante non quidem quaſſato calamo, ſed ſtylo ferreo, Illuſtri D. meo Vincentio de Franchis, deciſ. undecima In cauſa, nu. 10. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *TVTOR, uel curator releuari, & liberari poteſt per teſtatorem in ſuo teſtamento ab onere reddendæ rationis tutelariæ adminiſtrationis.*

2 *Teſtator non poteſt remittere tutori, vel curatori futurum dolum circa adminiſtrationem tutelę fortè committendum: & tunc talis remiſsio, & liberatio minimè valeret.*

3 *Teſtator legans tutori, uel curatori quicquid contingeret eos condemnari, & exigi occaſione adminiſtrationis tutelę: tunc tale legatum non extenderetur ad dolosè commiſſa, & ad bona aliena apud eos exiſtentia, atque retenta.*

4 *Teſtator tutori, uel curatori remittere non poteſt dolum futurum circa adminiſtrationem tutelæ.*

OPINIO M. VI.

1 TVTORI, vel curatori ne rationem tutelę reddat, omninò ipſa liberatio remitti poteſt per teſtatorem in ſuo teſtamento: & ſic ab onere reddendæ rationis tutelaris adminiſtrationis liberari, ac releuari poteſt ipſe tutor, uel curator. l. cùm neceſsitatem. C. de fideicommiſſ. & l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. & hoc omnes Doct. communiter admittunt abſque controuerſia aliqua: prout de ipſa communi meminit Rolan. à Valle, conſilio 49. Iudicium intentatum, numero 11. cum aliis ſequen. uolum. 3. ubi iſtam communem plurimum tuetur, & ampliat etiam locum ſortiri, tam in teſtamentario tutore, quàm etiam in datiuo, & legitimo, vt ei quoque remitti poſſit confectio ipſa inuentarij.

2 Sed hoc non procederet, ubicunque teſtator remitteret ipſi tutori, & curatori futurum dolum circa prædictam adminiſtrationem fortaſſe committendum: quia tunc remiſsio hęc utique non ualeret, nec teneret. l. quidam decedēs, in prin. ff. de admi. tut. ubi hoc firmauit Dy. & Bar. & in l. ſi ſeruus vetitus. ff. de leg. 1. vbi etiam id uoluit Io. de Imol. & Ferrarien. in ſua pract. Pap. in for. libelli, quo agitur ad reddendū rōnem tutelæ, ſuper uer. Analogiſtas.

3 Imò ſi ipſe teſtator legaret eidem tutori, ac curatori quicquid contingeret eos damnari, & exigi occaſione adminiſtrationis tutelæ: huiuſmodi legatum non extenderetur ad doloſè commiſſa, uel ad bona aliena apud eos exiſtentia, uel retenta: vt in dicta.l. quidam decedens, in prin.

4 Et perconſequens dolus futurus circa adminiſtrationem ipſius tutelæ per teſtatorem dicto tutori, ac curatori remitti non poteſt: ſecundùm Glo. Petr. de Bellapert. Bald. Saly. & Corn. in d.l. neceſsitatem. Gloſ. Barto. Iaſ. colum. fin. & alios communiter in l. actionem. C. de tranſact. Barto. in d. §. Caius. Ang. Aret. in §. actionum, inſtit. de act. & Ferrarien. in loco de quo ſupra, & ita conſuluerunt Angel. conſilio 171. Gilius Vgonis. Caſtren. conſilio 371. ad primum quæſitum reſpondetur, Signorol. de Homodeis conſilio 109. in quæſtionibus præmiſsis præſentibus, & conſil. ſequē. Anchar. conſilio 117. caſus talis eſt, pater habens quinque filios, Fulgoſ. conſilio 25. ſpectabilis miles dominus Scipio, Ioan. de Ana. conſilio 80. viſis, & intellectis iis, quæ in themate, & Barba. conſilio 66. inſerto inter conſil. Cur. Sen. num. 8. & in conſilio 4. uolu. 4. & iſta eſt communis opinio. à qua neſcio quo ſpiritu adductus, conatus eſt diſcedere conſulendo Alexan. conſil. 164. præſuppono primò circa cōcluſionem præmiſſam, vol. 5. & Barba. titubāter conſilio 8. Clementiſsimi Dei, vol. 2. Tamen temerarium, imò impium foret in deciſiuis recedere à dicta communi tanquàm ſacroſancta.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *TVTORES, uel curatores minorum prædia locare non poſſunt ad longum tempus ſine decreto.*

2 *Alienatione, venditioneque prohibita, videtur etiam tunc prohibita locatio ad longum tēpus, & ſic ad decennium, uel ultra.*

3 *Locatio facta ad nouem annos non dicitur facta ad longum tempus. ſecus uerò ſi eſſet facta ad decem annos, vel ultra.*

4 *Poſſeſsio naturalis in locatione ad longum tempus transfertur in conductorem.*

5 *Locatio ubi fit ad decennium, uel vltra, transfertur utile dominium.*

6 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*

7 *Locatio ad decem annos dicitur alienatio, ſicut datio in feudum, & in emphyteoſim: & ſic alienare prohibitus, nec in feudum, uel in emphyteoſim dare, nec ad decem annos locare poteſt.*

8 *Locatio facta ad quinq; annos, ita ut poſteà in aliud quinquennium ualeat ipſo iure, dicitur alienatio.*

9 *Locatione etiam facta ad decēnium cum pacto, quòd non transferatur dominium, tunc non obſtante tali clauſula transfertur ipſum dominium.*

OPINIO M. VII.

1 TVTORES, uel curatores prædia minorum ad longum tempus locare nequeunt abſque iudicis decreto: vt ex communi ſententia omnium Scriben. reſoluit Alex. conſil. 117. uol. 5. & Boer. deciſ. 234. & Pinel. qui eos, & alios refert, de bon. mater. l. 1. par. 3. nu. 64. Cōis opin.

2 Et locatio facta ad decennium, uel ultra, dicitur nempè facta. ad longum tempus: & conſequenter de huiuſmodi locatione ad longum tempus idem iudicatur, quod de alienatione: vtpote quia prohibita alienatione, uel uenditione, iſthęc locatio prohibita uidetur. ita Dec. poſt alios aggregatos per eum, conſ. 204. in cauſa, & Tiraquel. fuſiſsimè etiam in tract. de vtroq. retract. §. 1. Glo. 14. num. 81. Barth. Romul. in tract. de teſtatorū pręceptis, bona extra familiam alienare prohibentium, nu. 80. Rip. in l. filiusfamiliàs. §. Diui, nu. 100. ff. de leg. 1. Aret. conſ. 124. col. 2. & Pau. de Ca. conſ. 111. circa primum dubiū, col. 1. uol. 1.

3 Vbi determinat, quòd locatio facta ad nouē annos, non dicitur facta ad longū tempus, ſed quando fit ad decē annos, uel ultra, dicitur facta ad longum tēpus, ubi commemorat iſtam eſſe cōmunem opinionem Doctorum vtriuſq; claſsis. Vndè ad euitandum quodlibet periculū in pręſenti caſu, ne locatio ipſa dici poſsit venditio, conſueuere domini rei locādę locare ad nouenniū, & hanc conſuetudinē ex communi opinione ſeruari teſtatur Alexā. conſ. 17. vol. 4. Quia infra decenniū intelligitur modicum tempus: vt firmat etiam Card. Pariſ. conſ. 98. præſupponendum, nu. 5. uol. 4. Cōis opin. Cōis opin.

4 Et ratio ea eſt. Nam in pręſenti locatione ad longū tempus transfertur in cōductorem naturalis poſſeſsio. ita Glo. in l. ſi quis ante. ff. de acq. poſſ. & in l. 3. §. ex contrario, eod. tit. l. ſi vt certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commod. Alex. in l. ſciendum, in prin. ff. qui ſat. cogant. & conſ. 1. ſub num. 6. uol. 4. Tiraq. in d. tract. de vtroq. retract. §. 1. Glo. 14. nu. 79. & Fely. in c. cùm dilecta, col. 2. & ſeq. extra de reſcrip.

5 Imò transfert ēt vtile dñium. Bal. in auth. ei qui iurat, fol. vlt. C. de bo. auth. iud. poſ. Bar. Romul. in d. trac. de teſtatorū pceptis bona extra familiā alienare phibentiū, n. 78. Tiraq. in d. §. 1. Glo. 14. n. 80. & Alex. d. cōſ. 17. n. 5. vol. 4.

6 Et ꝙ locatio ad longū tps alienatio dicat̄, eſt tex. cū Glo. in l. fi. ff. ſi ager uectig. & in c. ad audientiā, de reb. eccl. nō alie. Tiraq. in d. trac. de utroq. retract. §. 1. Glo. 14. n. 83. Ang. in l. filio. §. fi. ff. ſol. mat. Iaſ. in l. naturaliter, nu. 15. ff. de acq. poſ. & Lap. in alleg. 12. diſputat, ſub n. 1. ubi Illuſtris D. meus Quintil. Mand. in add. in litera A. admonet non tacitè quidem iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

7 Vndè

7 Vndè locatio ad decem annos, alienatio dicitur, vt etiam in feudum, ac in emphyteoſim datio. Et inde eſt, quòd alienare prohibitus, nec in feudũ, vel emphyteoſim dare, nec ad decem annos locare poſſet modo aliquo. d. l. fin. ff. ſi ager uectig. & d. c. ad audiẽtiam, ubi Abb. Inno. in c. ad hæc, de decim. Bal. in rubr. C. de iur. emphyt. in auth. ei qui. C. de bon. au tho. iudic. poſsid. Roma. in l. ſi cõſtante. §. quo ties. ff. ſolut. matr. & Iaſ. in terminis conſ. 29. uol. 1.

8 Quæ quidem communis ita illuſtrata intantum amplificatur, & locum ſortitur, ut ſi locatio ad quinque annos facta extet, ita ut poſteà in aliud quinquenniũ ipſo iure ualeat, & teneat, alienatio uidetur, & neque ab antiſtite, neque ab alio, qui alienandi facultatem, & poteſtatem non habet, facta ualet. §. neque illud, in auth. de non. alien. ubi Ang. iuncto. §. emphyteoſim. eod. tit. Lap. in d. allegat. 12. & idem Ang. conſ. 181. Card. Zab. in c. 1. §. fin. q. penult. de reb. eccleſ. non alienan. in Clem. & Iaſ. in terminis conſ. 94. n. 2. uol. 1. & Io. Bapt. Plot. conſ. 19. caſus ſuper quo petitur, ſub numero 63. lib. 1. ubi reddit rationem, quòd huiuſmodi locatio facta de quinquennio in quin quennium, ſeu de nouennio in nouenniũ ideò non valeat, q. a præſumitur ea in fraudẽ facta.

9 Ampliatur quoque ſecundò eadem communis, quòd ſi locatio facta ſit ad decénium, vel ultra, etiam cum pacto, quòd non transferatur dominium in conductorem, vt tunc nõ obſtante tali clauſula, & pacto, minimè ualeat ipſa locatio, uel potius ea ſapiat naturam uẽditionis, quàm locationis, & conſequenter ex illa transferatur dominium. vt diſcurrit, & firmat cum aliis glomeratis per eum, D. Octau. Simoncell. in tract. de decretis, & ſolennitatibus in contractibus minorum adhibendis, libro 2. tit. 6. inſpectio. 2. num. 23. & Ioan. Bap. Plot. cum quodam moderamine, & temperamento in d. conſ. 19. num. 63.

SVMMARIVM.

1 *TVTOR in contractibus in quibus ipſe ſolus obligatur, poteſt author eſſe ſibi ipſi.*

2 *Tutor in contractibus ultrò, citroque obligatoriys, & ſic in contractu ſocietatis contrahendæ inter ipſum, & pupillum, poteſt præſtare authoritatem ſuam ipſi pupillo palàm, & bona fide.*

3 *Tutor non prohibetur emere à pupillo palàm, & bona fide.*

OPINIO M. VIII.

1 TVTOR non tantùm in contractibus, in quibus ipſe ſolus obligatur, poteſt author eſſe ſibi ipſi, vt tradiderunt Ioan. de Imol. & Roma. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. & Bald. in l. cùm ipſe. C. de contrahen. emptio. ſed etiam in contractibus vltrò citroque obligatoriis, & ſic in contractu ſocietatis.

2 Nam tutor ipſe poterit authoritatem ſuam pupillo preſtare in hac ſocietate, etiam in facto proprio: ſecundùm communem opinionem Doctorum omnium, quando palàm & bona fide cum pupillo contraheret. l. non exiſtimo. ff. de adminiſt. tuto. & d. l. cùm ipſe. vbi Gloſ. & Salyc. Bart. in l. ſi in emptione. §. fin. ff. de contrahen. empt. ubi eſt Gloſſ. & Cy. in l. ſenium. C. qui teſtamen. face. poſſ. & ita conſuluit Soc. conſilio 160. num. 4. & ſequen. volum. 2. ibi inquiens iſtam eſſe communem; quam ſatis uidetur extricare Ripa in d. l. 1. §. fuit quæſitum, numero 7. ibi explanando ad ſaturitatem uſque d. l. non exiſtimo. licèt, & malè, ac ſophiſticis, artificioſiſque rationibus Dec. conſilio 21. & Alciat. in tract. de præſum ptionib. in regul. 1. præſumpt. 25. ſub numero 2. cum aliis ſequen. conentur alteram ſententiam contrariam tueri. *Cõis opin.*

3 Imò quemadmodum tutor poteſt contrahere ſocietatem cum pupillo, & auctorari actui ipſius pupilli: ita etiam idem tutor poteſt eſſe author in re propria, ac emere rem à pupillo, quando res illa fieret palàm, & bona fide; vt quia res pupilli aliqua de cauſa uendi deberet, poſſet illam à pupillo emere ipſo authore, emendo palàm, & bona fide: vt per Glo. & Bar. in l. pupillus. ff. de auth. tut. & per Bertran. conſil. 201. ſuppoſita ueritate, num. 6. & ſeq. volu. 2. ſecundæ partis, & eſt text. in d. l. cùm ipſe.

SVMMARIVM.

1 *VASALLVS renuntiare, & refutare non poteſt feudum in manibus domini ſui, ipſo domino inuito.*

2 *Vaſallus relinquens rem feudalem non liberatur à præſtatione ſeruity.*

3 *Vaſallus deſerens iuriſdictionem, & dominiũ domini ſui, & aliò ad habitandum ſe conferens irrequiſito Domino, cui ſeruitia preſtare tenebatur, pòt cogi ab ipſo dño ad reuertendũ ad deſertã iuriſdictionẽ.*

4 *Vaſallus inuito domino feudo renuntiare, & refutare non poteſt, ſi feudum conceſſum ſit ad certum ſeruitium, ſecus ſi ad incertum.*

OPINIO M. IX.

1 VASALLVS non poteſt refutare, ſeu renunciare feudum in manibus domini, ipſo domino inuito: ſecundùm Bar. in l. is cum quo, in princ. ff. de aqua plu. arcen. Afflict. deciſ. 265. num. 53. & deciſ. 107. ſub num. 11. & ibi copioſè, & accuratè Cæſar Vrſillus in add. nu. 1. cum aliis ſeq. & Alex. in l. ſi quis vi. § fin. ſub num. 14. ff. de acquiren. poſſ. vbi docet iſtam eſſe magis communem traditionem Doct. *Cõis opin.*

2 Et ideò vaſallus relinquens rem feudalem, non vtique ob hoc liberaretur à præſtatione ſeruitij: ſecundùm communem ſcholá, & aſſertionem omnium Doct. quam citat Alberic. in l. ſed an vltro. §. is autem, uerſ. Item allegatur. ff. de neg. geſtis. *Cõis opin.*

3 Et hinc quoque eſt, quòd vaſallus deſerens, ſeu derelinquens iuriſdictionem, & dominium domini ſui, & aliò ad habitandum ſe conferens, irrequiſito dicto domino, cui ſeruitia præſtare tenebatur, poſſet cogi ab ipſo domino ad reuertendum ad deſertam iuriſdictionem: & ſic dominus poteſt cogere vaſallos ad habitandum locum, quem deſeruerunt: vt doctè, & copioſè conſuluit Io. Cephalus conſ. 18. per totum, vol. 1.

¶ In contrariam uerò partem inclinauere nonnulli graues Scriben, uidelicet, quòd uaſallus renuntiare valeat feudum, etiam inuito domino, dummodò hoc domini non interſit. & tex. eſt apertus in c. 1. de vaſallo, qui contra conſtit. Lothar. feud. alien. & eandem ſententiam ſequitur Marcus Mantua cum aliis relatis per eum, in c. quæ in eccleſiarum, numero 77. & ſequen. de conſtit. ubi Abb. num. 19. dicit iſtorum opinionem communem eſſe, & Curt. Iun. quoque in tract. de feud. in 4. par. in ultima cauſa omiſſio. feud. in q. 31. 1. reg. *Cõis opin.*

4 Sed in tam magna Scribentiũ uarietate, quid concludendum? Dic ergò, quòd tutius in hoc foret concurrere cum diſtinctione tradita, & amplexa per Glo. in c. 1. in Glo. fin. de capi. qui cur. uend. uidelicet, quòd quando feudum conceſſum appareat ad certum ſeruitiũ: tunc vaſallus, inuito domino, ipſi feudo renũtiare nequiret. Si uerò feudum ſimpliciter ad incertum ſeruitium conceſſum ſit, eo equidẽ caſu refutare poſſet. & illam Glo. ſequitur Laurentius Syluanus in tract. de feud. recognitione. q. 26. cum aliis quampluribus citatis ibi per eum, ubi ait in hoc communiter approbari ab omnibus, & item fatetur Alber. in l. cùm fructuarius. ff. de uſufruct. Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 78. & ſeq. Zaſi. de feu. in 10. part. princ. 2. partic. & in 12. part. uer. Secunda cõcluſio, & Mod. in conſuet. Pariſ. feud. §. 1. Gloſ. 5. num. 3. & ſic iſta diſtinctio magis communis apparet, magis realis, magis tuta in iudicando, & conſulendo, & deniq; magis uera. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *VENARI recreationis cauſa licet, etiam in fundo alieno, non autem cũ laqueis, niſi cauſa capiendi animalia ferocia, & beſtias nociuas.*

2 *Venatio capta in agris alienis efficitur capientis: nec ipſo domino fundi illam reddere tenetur, quod ampliatur num. 3.*

4 *Venator in dubio præſumitur uenari cauſa recreationis.*

5 *Piſcari licet in loco alieno.*

6 *Venari, ac piſcari ſubditis ſuis non poſſunt prohibere Præſides, Barones, & alij ſimiles domini.*

7 *Princeps non poteſt prohibere vaſallos ſuos uenari, & piſcari in ſuo dominio.*

8 *Principes ſupremi poſſunt ex iuſta cauſa uenationem prohibere vaſallis ſuis.*

OPINIO M. X.

1 VENARI licet recreationis cauſa, etiam in fundo alieno, auibus, & canibus, nõ autem laqueis, foueis, retibus, & cæteris ſimilibus artibus, præterquàm in occidendis, capiendiſque beſtiis nociuis; prout ſunt leones, apri, & ſimiles. c. 1. §. nemo retia, de pace tenenda, ubi Afflict. Præpoſitus, & alij hoc expreſsè firmant, Bertrã. conſ. 16. uiſis aliis quæſitis, ſub num. 5. & ſeq. vol. 5. Grammat. deciſ. 67. num. 1. & ſequen. num. 9 & ſeq. & eſt communis opinio; & tritam regulam eſſe affirmat Rolan. à Valle conſ. 9 num. 22. uol. 2. *Cõis opin.*

2 Et ſic aucupatio, ſeu uenatio capta in agris alienis efficitur capiẽtis, nec domino fundi illam reddere tenetur: ſecundùm Glo. in l. Diuus Pius. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & Dyn. & Bar. in l. 3. ff. de acquir. rerum dom. & Angel. Aret. in §. feræ igitur, ſub num. 1. inſtit. de rerum diuiſ. vbi ait memoratas Gloſ. communiter ab omnibus receptas eſſe. & eãdem communem ſequitur, approbat, & citat etiam Couarruuias in regula, Peccatum, de reg. iur. in 6. in 2. par. §. 8. uerſ. Quartò ab eadem concluſione fit, fol. paruo 186. & ita conſuluit Rolan. à Valle conſilio 9. num. 19. cum aliis ſeq. uol. 2. idemque firmat Frãciſcus Marci deciſ. 530. num. 14. in 1. par. ubi hoc copioſè declarat, ponitque plures uenationis ſpecies, num. 1. cum cæteris ſeq. & Bertran. in d. conſ. 16. numero 6. vol. 5. *Cõis opin.*

3 Vbi ampliat hoc procedere etiam, vt venatores ipſi nullam ferarum captarum portionem reddere dominis locorum teneantur,

etiam

etiam ſi forent captæ poſt prohibitionem ingreſſus factam venatoribus per dominum fundi.

4 Et aduerte, quòd uenator in dubio præſumeretur venari cauſa recreationis: vt uoluit Alex.conſ.72.num.13.uol.1.

5 Et quemadmodum venari licet in ſylua, ſeu fundo alieno: ita etiam in loco alieno cuilibet piſcari permiſſum eſt: ſecundùm Corn. conſ.22. numero 2.& ſeq.uol.4.

6 Imò Pręſides,Barones,& alij ſimiles domini,prohibere non poſſunt ſubditos ſuos venari,& piſcari: vt uoluit Guid. Papæ,q.514. D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus, in tractatu de Imperatore,quęſt.110.& 311. Bertr. conſ.14.ſuper proceſſu cauſæ agitatæ,num.1. vol.5.& Grammat.in d.deciſ.67. num.11. cũ aliis ſequen. ubi tradit remedium in fauorem Dominorum,& etiam vaſallorum tutiſsimũ. & ita reſpondet quoque Natta conſil.375. uolu.2.& Corneus in d.conſil.22.& Bertran. in d.conſ.16.num.7.cum aliis ſequẽ.uol.5.& ſequitur ſimiliter Vrſillus in add.Affliĉt. in deciſ.388.num.5.

7 Imò nec Princeps poſſet prohibere vaſallos venari,& piſcari: ſecundùm Dec.conſ.197. ſub num.1. & ſeq. & Bartholomęum Romuleum cum aliis illuſtribus Doct. relatis per eum,in l.1.num.21,cum cæteris ſeq.ff. de acquir.poſſeſ.ubi doctiſsimè, & uberius, quàm alius,quem hucuſque uiderim,diſputando firmat iſtam opinionem,& tollit omnia obſtacula contraria,& ſequitur etiam Rolan.in d.conſilio 9.num.12.& ſeq.& Bertran.conſ.38.uiſo caſu mihi exhibito ex parte vniuerſitatis, & hominum,num.10.cum aliis ſequẽ.uolu.8.& conſumatiſsimus Dominus Ioan. Antonius de Nigris,in capitulis Regni,in c.84.Magiſtri foreſtarum,num.5.& ſequẽ. ubi ait iſtam eſſe communem concluſionem,& limitat in territoris vniuerſitatum; & communem opinionem vocat etiam Couarruuias in d. regula peccatum,in 2.par.§.8.in prin. *Cōis opin.*

8 Vbi ſimiliter concludit, & communem ſententiam eſſe prędicat, quòd Principes ſupremi poſsint,& valeant venationem prohibere ex iuſta,rationabiliq́ue cauſa. & ita conſuluit etiam in propriis terminis Natta conſilio 604. ſæpenumerò interrogatus reſpondi, uolumine 3. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *VENDITIO, ſeu executio rei immobilis ſubhaſtatæ,non ſeruato ordine l. à Diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iud. non ualet,nec tenet; imò annullatur, & reuocatur, ſecundùm deciſionem Concilij Neapol. licèt communis opinio appareat in contrarium, quòd ipſa executio, & uenditio ob huiuſmodi ordinis tranſgreſsionem non irritetur, neque annulletur.*

OPINIO M. XI.

1 VENDITIO, ſeu executio rei immobilis ſubhaſtatę,nõ ſeruato ordine, ſeu forma poſita in l.à Diuo Pio.§. in uenditione. ff. de re iud. ſtante quòd tempore ipſius executionis reperiebantur bona mobilia in domo debitoris, in quibus poterat, & debebat prius fieri diſcuſsio,redditur nulla, ac penitus reuocatur:ſecundùm Ioan.de Imol.& Alex.in d.§.in uenditione, & Rotam Neapol. quæ ita iudicauit,teſte Afflicto deciſ. 358.In cauſa inter nobilem Antonium.

¶ Cõtrariam uerò partem,uidelicet,quòd dicta uenditio, & executio ob tranſgreſsionẽ ordinis,d.§.in uenditione,non annulletur,nec reuocetur,& ſic quòd teneat, & valeat,niſi appelletur,uoluerunt Abb.in c.quòd ad conſultationem,de ſenten. & re iudic. Bar. Iaſ. & alij omnes communiter in d. §. in uenditione, Ioan.And.& Ant.de But.in c.quoniam.§. fin. vt lit.nõ cõteſt.Bal.in l.ab executore.C.quor. appel,non recip.Bertran.conſ.145. errant Alziarius,& Vernia,num.5. vol. 6. vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, prout hoc idem fatetur Vrſillus in add. Afflicti in d. deciſ.358.num.1.Sed concurrit ibi cum aliis aggregatis per eum cum prima opinione Ioã. de Imol.& aliorum, quam aſſerit ſemper uidiſſe obſeruari in practica in Sacro Regio Concilio Neap.& ita vltra bis uidi etiam in Curia noſtra Aquilana annullatas aliquas uenditiones,& executiones factas non ſeruato ordine d.§.in uenditione.& deſtitutos eſſe emptores, pariter à poſſeſsione per iudicem ipſarum rerum emptarum. *Cōis opin.*

SVMMARIVM.

1 *VENDITORES mercium,cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipſis mercibus venditis,non præferuntur ullo modo.*

OPINIO M. XII.

1 VENDITOR mercium nõ pręfertur cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipſis mercibus uenditis:& ſic ſi mercator vendidit merces ſuas alicui mercatori, & transferat dominium,& ille mercator promittat ſoluere in certis nundinis,& poſteà aufugiat, & extent

merces

merces uenditæ, & compareant alij creditores: tunc mercator, qui vendidit iſtas merces, nullum habet priuilegium in illis mercibus, nec præfertur aliis creditoribus, quamuis extent dictæ merces: vt voluerunt Dyn. Bart. Ang. Bald. Alex. Iaſ. & cæteri omnes in l. ſi cũ dotem. §. fin. ff. ſolu. matrim. & Bal. in l. fin. C. commodati, & in l. eum cui. C. de act. & oblig. & in l. in rebus, colum. 2. C. de iure dot. Pau. Caſtren. in l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de tribut. & Stracca cum aliis relatis per eum, in tract. de mercatura, in tit. de decoctoribus, in vlt. part. qui potiores in bonis decoctorum habeantur, num. 5. qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

¶ Sed contrarium, & malè, ac titubanter quidem videtur ſentire Bal. in l. pro debito. C. de bonis auth. iud. poſsid. quem in uno caſu ſaluat Iaſ. in l. creditor, *la prima*. ff. ſi cer. pet. ſcilicet quando pecunia fuiſſet expreſsè, & ſpecificè mutuata ad emendum, tales merces cenſentur tacitè obligatæ, & in illis tanquàm tacitè hypothecatis præfereretur oĩbus creditoribus prioribus quod quidem cõiter reprobatur per Doct. vt ſupra in Opin. 536. lib. 2. folio 91. Mutuans alicui pecuniam, oſtenſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR paciſcens cum emptore, vt infra certum tempus ei liceret rem alienatam redimere, non poſſet eam redimere tranſacto ipſo termino.*

2 *Emptor alicuius rei, mediante iuſto pretio, bonaque intentione, ac omni fraude remota, licitè, & ſecura conſcientia potuit ipſam rem emere, & donec ea redimeretur, faceret fructus ſuos, nec teneretur eos in ſortem modo aliquo computare.*

3 *Venditio facta cũ læſione, aut deceptione ultra dimidium iuſti pretij, poteſt recuperari, non obſtante tranſacto preſcripto termino, & ſtabilito ad redimendum rem ipſam ita uenditam.*

4 *Minor uendens, & promittens reemere rem uenditam infra certum tempus, & non reemens debito tempore, habet reſtitutionem in integrum, etiam elapſo ipſo termino in minori ætate.*

OPINIO M. XIII.

1 VENDITOR cum emptore paciſcẽs, vt ei infra certum tempus liceret redimere rem venditam: tunc tranſacto ipſo termino ſtatuto, & conuento redimere ipſam rem non poſſet aliquo modo: ſecundùm Curt. Sen. cum aliis glomeratis per eum, conſ. 59. colum. pen. Goza. conſilio 87. num. 5. Cagnolum in l. 2. numero 64. C. de pact. inter emp. & uend. & Tiraquel. copioſè in tract. de retractu conuentionali. §. 1. Gloſ. 2. num. 43. & 53. in quibus locis oſtendunt iſtam eſſe ueram, & communẽ ſententiam. Cōis opin.

2 Imò emptor ipſe alicuius rei iuſto pretio, bonaque intentione, & abſque fraude, licitè, & ſecura conſcientia potuit rem iſtam emere; & donec, & quouſque redimeretur, faceret fructus ſuos, nec teneretur aliquo modo eos computare in ſortem: ſecundùm omnes Doct. in c. ad noſtram, de emptio. & uend. Coraſium in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 3. c. 9. ſub num. 2. & ſeq. & Roſarium Buſti, cum aliis coaceruatis per eum, in ſermonibus prædicabilibus, in 1. par. ſermone 27. in litera N. o. q, r, s, t, & v. ubi iſtam opinionem approbat, tuetur profuſè ab omnibus contrariis, & communem ait. Cōis opin.

3 Sed communis ſententia prædicta in principio poſita limitatur non habere locum, ubicunque uenditio iſta reperiretur facta cùm læſione, ſeu deceptione ultra dimidium iuſti pretij: tunc enim non obſtante tranſacto præſcripto termino recuperari poſſet ipſa res uendita: ſecundum Hoſtien. in ſumma de vſuris, in §. an aliquo. cum quo ſentiunt Iacob. in l. 2. ff. ſi cert. pet. Tiraquel. ubi ſupra, nu. 55. Bertrã. conſilio 88. in fin. uol. 1. Soc. Iun. conſilio 104. num. 3. uol. 3. & Caſſan. conſ. 11. num. 40. & Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in cap. 270. Nouiter noſtræ Maieſtati relatum eſt, ſub numero 27. vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem. Et hoc non mirùm, quia iſte contractus, ſeu uenditio ultra dimidiam iuſti pretij non ualeret, neque teneret, ut ſcripſimus infra in Opinione. Venditio ultra dimidium. hoc eod. libr. 3. Cōis opin.

4 Item claudicat eadem communis in minore, qui etiam elapſo tempore pacti appoſiti de retrouendendo cum eo reſtitueretur, & admitteretur ad reſtitutionem in integrum elapſo dicto tempore in minori ætate: ſecundùm determinationem, & deciſionem Sacri Regij Concilij Neap. contra Curt. Sen. & citatam per Vrſillum in add. Afflicti in deciſ. 210. numero 4. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *STIPVLATIO valet vt ſtipulatio, & ut uenditio, ſi dictum ſit, uendis mihi domum pro centum, & tu reſpondes uendo. & quamuis conſtet contrahentes cõtractum emptionis, & uenditionis principaliter agere voluiſſe; tamen cùm interfuit forma apta ad ſtipulationem cõtrahendã, qua conſiſtit in interrogatione, & reſponſione, contracta uidetur ſtipulatio.*

OPINIO M. XIV.

1 STIPVLATIO fit per interrogationem, & reſponſionem, quando contrahentes aliud agebant: & ſic ſi dictum ſit, uendis mihi domum per centũ, & tu reſpondes uendo; iã conſtat contrahentes contractum emptionis, & uẽditionis principaliter agere voluiſſe. Sed licèt id principaliter agant, tamen interfuit forma apta ad ſtipulationem contrahendam, quæ conſiſtit in interrogatione, & reſponſione, contracta uidetur ſtipulatio; & ex quo ſeruata eſt forma ſtipulationis, in hoc caſu ualet, & tenet ſtipulatio ipſa, & contractus hoc eodem caſu ualet, vt ſtipulatio, & ut uenditio: vt voluerunt Cyn. Iacob. de Arena Alber. & cæteri in l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. C. de teſta. Faber. in §. ſed cùm aliquis, inſtit. de teſta. Roma. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerbor. oblig. Cuma. & Alex. in l. ſi ſtipuler. §. fin. eod. tit. & iſta eſt communis opinio: ſecundùm Ripam in rub. num. 10. eod. tit. & Marcellum Berincutium colum. 48. uerſ. Alia modò ſubiungitur hinc quæſtio, quam ſequitur, & tuetur quoque ibi Ruin. nu. 35. cum aliis ſeq.

Venditio.

Cõis opin.

¶ Et licèt Marcellus Torniellus, num. 99. cum aliquibus aliis Moder. ibidem videantur diſputando inhærere contrarię ſententię: nihilominus ob eorum ſubtilitates, & vanitates potius fatuum foret recedere à dicta communi ueriſsima, atque ſantiſsima: vt eam latè, & doctè tuetur, & uocat magis communem cũ cæteris ſignatis per eum, Iacob. Mandellus de Alba in d. rub. ff. de verb. oblig. num. 158. cum aliis ſequentibus.

¶ Qua quidem communi retenta, aduerte, quòd vtilitas in præſenti caſu conſiſteret in hoc. Nam ſi quis ſuccumberet ex una cauſa, poſſet vtique ex altera agere: vt not. Ruinus vbi ſupra, cum cæteris Modernis.

SVMMARIVM:

1 *VENDITOR deceptus vltra dimidiam iuſti pretij in uno nummo tantùm, poteſt agere, ut ſibi totum, ac integrum iuſtum pretium ſoppleatur.*

2 *Emptor emens rem ualentem quatuor pro decem, cenſetur deceptus vltra dimidiam iuſti pretij in uno tantùm nummo: & ob exceſſum vnius nummi ultra dmidiam predictam, ſibi totum, ac integrum iniuſtum pretium ſolutum reſtituendum foret.*

OPINIO M. XV.

1 VENDENS rem ualentem decem pro quatuor, deceptus cenſetur ultra dimidiam iuſti pretij in vno tantùm nummo: & ob exceſſum vnius nummi ultra dimidiam prædictã, ſibi totum, ac integrum iuſtum pretium ſupplendum foret: ſecundùm Gloſſ. in uerſ. Dimidiam, Abb. in 2. nota. & cæteros in c. cùm cauſa, extr. de empt. & uend. Bal. quæſt. 12. Salyc. colum. 1. Paul. Caſtren. num. 2. & ſequen. & Cagnolum, numero 137. in l. ſecunda. C. de reſcind. vend. Anchara. in repet. c. canonum ſtatuta, colum. fin. de conſtit. Cępoll. in tractatu de ſimulatione contractuum, numero 28. & ſequen. & Sanctum Bernardinum Protectorem noſtrum in ſermonibus de Euãgelio æterno, in ſerm. 34. artic. 2. ſub c. 1. & ſerm. 35. artic. 1. c. 2. Abb. Ant. Burg. & Aug. Beroum ſub numero 16. in c. cùm dilecti, de emptio. & vendit. vbi perhibet iſtòrum opinionem communem eſſe. Idemq́ue fatetur Tiraquell. in tract. de iud. in reb. exig. ferendo in 50. limit. cui inhæret quoque Ioachimus in obſeru. 73. centuria 4. ubi teſtatur ita pluries in Camera Imperiali iudicatum fuiſſe.

Cõis opin.

2 Quod uoluit Cagnolus etiam in dicta. l. 2. ubi numero 54. & 137. ampliat procedere ſimiliter in emptore decepto ultra dimidiam iuſti pretij, cui competit quoque remedium. d. l. 2. & affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur quoque S. Bernardinus in d. ſerm. 34. artic. 2. ſub c. 1. in quo caſu, inquam, traditur exemplum per Doct. verbi gratia, quòd valeat res empta decem, & emptor ſoluit ſexdecim, quo caſu ipſe emptor decept⁹ eſt in ſex, quæ ſunt pluſquàm pars dimidia, quæ eſt quinque, ideoq́ue poteſt agere ad recuperandum pretium, quod plus dimidia iuſti pretij dederat, vt ſupra oſtendimus ex opinione communi; quia vltra dimidium iuſti pretij deceptus eſt.

Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR promittens rem emptam à duobus, eis retrouendere, non cogitur uni ex eis reuendere partem: quia contractum ipſum diuidere non compellitur.*

OPINIO M. XVI.

1 VENDITA re vni à duobus cum pacto retrouendendi: tunc equidem alter ex uenditoribus, data pretij parte, non admittitur ad recuperationem partis: & ſic promittens rem retrouendere duobus, à quibus eam emeret, non cogitur uni uendere partem: quia cõtractum ipſum diuidere non cogitur: ſecundùm Bart. Ang. Paul. Caſtren. in l. ſi quis aliã, de ſolut. Bartol. Alexan. & Lancell. Dec. in l. cui vſusfructus. ff. de vſufruct. leg. Gozad. Bonon. & Cagnol. quęſt. 12. in l. 2. num. 102. C. pact. inter empt. & uend. Ioan. Plateam in l. fina. C. de agric. & cenſitis, lib. 11. & Franc. de Capite Liſtæ, in l. 1. in fin. C. quando non pet. partes, Franciſc. Aret. in l. cùm ſeruus, colum. 2. de acquiren. hæred. & conſilio 6. colum. 1. & conſ. 130. Fabianum in tract. de empt. & uendit. in 2. quæſtio. 7. principio quæſtionis, Bertach. in ſuo repertorio in uerbo, Obligatus, in uerſ. 125. Iaſ. in l. ſi duo patroni, de iureiuran. & in l. ſtipulationes non diuiduntur, numero 20. & ſeq. de uerborum oblig. ubi ait ita omnes Doct. tenere. & ſic tenendum eſſe in iudicando, & conſulendo in medium reſeruauit Soci. in l. 1. §. ſed & quoties. 3. notab. ad Trebel. & conſilio 200. colum. pen. uolum. 2. & conſilio 125. colum. 3. & conſilio 16. volum. 4. ubi *Cõis opin.* oſtendit iſtam eſſe claram deciſionem, nec ullum Scribentium reperiiſſe, qui ei aduerſetur. & in hanc partem inclinat quoque Corn. conſilio 51. numero 5. uol. 2. Alexã. conſilio 143. volum. 7. Paul. Caſtren. conſilio 221. colum. 1. nouiſſ. Bald. conſ. 32. colum. 1. uolum. 2. Dec. in l. eius qui. §. quas uerò, not. penult. ff. ſi cert. pet. Ruin. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 38. & ſequen. & conſilio 82. num. 4. uolum. 1. & conſilio 47. num. 4. in fin. Mart. Baſcoletus in ſuo arbore diuidui, & indiui- *Cõis opin.* dui, num. 58. dicens iſtam eſſe communem opinionem, Bertran. conſil. 41. uol. 3. & eandẽ ſententiam appellat pariter communem Alexandrinus conſ. 90. in princ. Alciat. in l. 4. §. Cato, num. 57. idemque approbat Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ. Pariſ. conſilio 33. num. 42. uol. 1. Boer. deciſ. 241. & copioſè Tiraq. in tract. de utroq; retractu. §. 23. Glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *VENDITIO ultra dimidiam iuſti pretij facta non ualet.*

2 *Remedium l. 2. C. de reſcind. uend. habet etiam locum in re uendita ad ſubhaſtationem: & ſic uenditio facta ad publicum incantum vltra dimidiam iuſti pretij non tenet.*

OPINIO M. XVII.

1 VENDITIO ultra dimidiam iuſti pretij facta non ualet. l. 2. C. de reſcind. uendit. ubi Doct. Bald. conſilio 108. & 386. volum. 1. S. Bernardinus Protector noſter, in ſermonibus ſuis de Euangelio æterno, in ſerm. 35. art. 1. ſub cap. 2. & Corn. conſilio 56. conſuluit, 66. circa, & 201. viſis, uolu. 3. & conſilio 284. copioſè, uol. 4.

2 Sed hoc non procederet, quando venditio facta eſſet ad publicum incantum, & ſic ad ſubhaſtationem: ſecundùm Agn. in l. 1. C. de præſcript. 30. ann. & in repet. l. ſciendum, colum. 6. ff. de uerb. oblig. & Afflictum in tractatu de iure prothomiſcos, in §. 2. ſub numero 19. fol. par. 47. & Ang. conſil. 142. Tutor pupilli, qui ad reſtitutionem dotis maternę tenebatur, in fin. vbi conſuluit in notabili caſu. quòd ſi tutor uendidiſſet bona ſtabilia pupilli neceſsitate urgente, & interuenientibus publicis ſubhaſtationibus, ſecundùm formam iuris, ac iudicis etiam decreto, plus offerenti: tunc equidem ſi reperirentur dicta bona plus ualere, quàm uendita eſſent, tutor illud plus, quod valebant ipſa bona ſubhaſtata, compelli non poſſet ad reſarciendum de ſuo.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd remedium, d. l. 2. habeat etiam locum in re uendita ad ſubhaſtationem, inclinauerunt Bart. in d. l. 1. C. de pręſcrip. triginta ann. Roma. & cæteri omnes in l. ſi quis cùm aliter. ff. de uerb. oblig. Soc. in tract. fallent. in reg. 436. incipien. Venditio ultra dimidiam, numero 3. Marſil. in repet. l. fin. num. 47. ff. de iuriſd. omnium iud. & iſtorum opinionem fatentur eſſe magis communem Alexã. conſ. 117. *Cõis opin.* circa finem, uol. 7. Grauet. conſilio 29. numero 4. & Moder. in d. l. 2. & Franciſ. Turzanus in ſuis Opinionibus communibus, Opin. 152. quamuis.

¶ Fallitque regula præmiſſa in altero caſu tradito per S. Bernardinum in d. ſerm. 35. art. 1. c. 2. poſt princ. & in undecim aliis caſibus, quos eleganter propoſuit Soci. in d. reg. 436. per totam.

SVMMARIVM.

1 *VENDITO prædio ad menſuram, non uenit ripa fluminis inhærens ipſi, niſi aliud conuentum ſit.*

2 *Foſſata priuatorum, vt termini terminantes, non terminati conſiderata, fundo uendito, non menſurantur.*

3 *Foſſata vt termini terminantes, rei venditæ accedunt, cui deſeruiunt.*

4 *Eminus*

4 *Emimus rem, non eius ſines.*

5 *Dictio, iuxta, propinquitatem per vnum, vel duos pedes denotat.*

6 *Non eſt recedendum à verbis inſtrumenti, in vim pacti prolatis.*

7 *Deceptus in qualitate rei vendita, ad intereſſe agit. & num. 37.*

8 *Foſſata priuatorum, vt termini terminati intrá exiſtentia, vendito, vel legato fundo, tanquàm eius pars menſurantur. & nu. 10.*

9 *Foſſata, vt termini terminati, venditoris ſunt.*

10 *Foſſata iſta priuatorum, proprietatis iura, dominijque vſus fundi, dicuntur.*

11 *Foſſata agrorum ad perpetuam rei, ſeu agri vtilitatem deſtinata cenſentur.*

12 *Conſuetudini præſcriptę, & generali, ſtandum eſt; quæ probatione non indiget.*

13 *Conſuetudinis magna authoritas.*

14 *Dictio, iuxtà, diuerſimodè ſumitur, & ſecundùm ſubiectam materiam. nu. 15.*

15 *Dictio, intrà, pro iuxtà, aliquando ponitur.*

16 *Dictio, iuxtà, continuatiuè etiam capitur.*

17 *Interpretatio in dubio contra fundantem ſe in uerbis, fieri debet.*

18 *Verba in dubio ſecundùm curſum ordinarium, non autem extraordinarium ſunt aſſumenda.*

19 *Mandatum generale procuratori, de ſolitis à domino fieri, datum; de ſolitis ordinariè fieri, & non extraordinariè intelligitur.*

20 *Verba ſecundùm caſum accidentalem non intelliguntur.*

21 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

22 *Verba in contractibus, & vltimis voluntatibus ſunt interpretanda prout contrahentes, & teſtantes interrogati veriſimiliter intelligerent.*

23 *Verba potius improprianṭur, quàm ex eis tertio præiudicium inferatur.*

24 *Foſſata, in quibus maxima utilitas conſiſtit, gratis conceſſa per venditorem non præſumuntur.*

25 *Pretium ad qualitatem, & quantitatem rei relatum, an aliquid in uenditione includatur, uel non, detegit.*

26 *Verba in inſtrumento appoſita, ex conſuetudine, & modo utendi declarantur.*

27 *Verbum dubium ex adiunctis uerbis interpretatur, diſiunctum, uel coniunctum.*

28 *Dictiones excluſiuè, quę per eandem rationem procedunt, minimè excludunt.*

29 *Foſſata extra fundum, quæ dicantur, & ad quorum vſum ſint.*

30 *Ruſtici teſtes, in materia confinium, benè probant.*

31 *Vicini ſcire facta uicinorum pręſumuntur.*

32 *Situm intrà ſines loci, præſumitur iure dominij ad locum pertinere.*

33 *Felynus. in c. quia indicante, num. 8. extra de præſcript. & Alex. conſilio 120. num. 6. libro 2. declarantur.*

34 *Dictio, iuxtà, non excludit quę ad perpetuum rei vſum ſunt conceſſa.*

35 *Idem iuris eſt de toto, quò ad totum, quod de parte, quò ad partem, & pars in toto continetur.*

36 *Qui vult vnum, vult omne, ſine quo illud eſſe nequit.*

37 *Mens contrahentium attenditur, non ſonus verborum, etiam illa impropriando.*

OPINIO M. XVIII.

1 VENDITO prædio ad menſuram, ut decem uidelicet ſoluántur pro quolibet iugere, pertica, ſeu cuppa: tunc Ripa fluminis publici, cui prædium hoc venditum inhæret, non ueniret menſuranda, nec computanda in pretio. & menſura, ſed cederet emptori, niſi aliud expreſsè eſſet inter contrahentes dictũ, ſeu conuentum: ſecundùm Barto. in tract. de fluminibus, vel Tyberiadis, col. 2. num. 4. cum aliis ſeq. Bal. in rub. colum. 10. & ſeq. ff. de rerum diuiſ. Fabian. in tract. de empt. & uend. in 6. q. princ. col. 4. uerſ. Circa quartum membrum, Aret. in §. riparũ, inſtit. de rerum diuiſ.

¶ Contrariam uerò partem tenuit Vbertus de Bobio, Ray. & Cyn. in l. riparum. ff. de rer. diuiſ. & Iaſ. in l. quominus. ff. de fluminibus, num. 70. cum aliis ſequẽ. Cæterùm quicquid iſti Doct. antiqui ſimul cum Iaſ. ſuadeãt, ob hoc tamen non recedo à prima opinione Bar. imò eam ſequor tanquàm communem, prout communem eſſe explicat Alexan. conſilio 120. uol. 3. & Iaſ. in d. l. quominus, vbi inquit num. 72. durum fore in actu practico ab ea recedere, & inibi Ripa num. 73. cum aliis ſeq. fatetur eſſe communem, amplectitur, & ampliat in uno caſu, & in duobus aliis limitat. & ſequitur pariter Hier. Brixianus. in tractatu de finibus. c. 23. ſolio par. 28. præclariſsimus D. Pet. Follerius in pragmatica de cenſibus, in rub. Dummodò annualis cenſus huiuſmodi, num. 7. & ſeq. fol. par. 218. & Bal. in d. l. riparum, vbi refert, & reiicit ſententiam dictorum antiquorum. *Cõis opin.*

¶ Et cùm in præſenti materia celeberrimum viderim conſilium, per Excellentiſsimum D. Ioſephum de Ruſticis de Aquila reddit um, & per primarios Doctores Neapolitanos, quorum aliqui inter Regios Conſiliarios Sacri Concilij nunc dignè conſpiciuntur; primarios etiam Doctores Aquilanos ſubſcriptum: libuit illud ſummo ſtudio, miroque artificio ac ingenio elaboratum, hìc pro maiori opinionis prædictæ elucidatione ac ornamento inſerere: grauia etenim & illuſtria, ſilentio inuoluenda non ſunt.

IOSEPHI DE RVSTICIS V. I. D. AQVILANI CONSILIVM.

Diuino implorato præſidio.

MAGNIFICVS Ioannes Franciſcus Vetuſtus, mediante publico inſtrumento, in ſolutum, & pro ſoluto dedit Magnifico Ioanni Vincentio Aliſero, dotis nomine Dominæ Sarrhæ Vetuſtæ, cuppas quinquaginta terræ pratiuæ, de quadam eius petia terræ pratiuæ ſitæ in pertinentijs de Cambiano, vbi dicitur, Turris, iuxtà viam, iuxtà formam circùm, iuxtà bona populi mediante forma, & alios fines, ſi qui ſunt ad præſens, vel in futurum eſſe poterunt dictæ rei in ſolutum datæ, plures aut veriores, capiendas ab vno latere, ad electionem dicti Ioannis Vincentij. Ex his modò inſtrumenti verbis, quæritur, an foſſata prati prædicti inſolutum dati veniant menſuranda.

2 ET inhærendo veritati, ac breuiter omnia perſtringendo, videtur primo aſpectu foſſata iſta, nullo modo eſſe menſuranda. Primò, nam foſſata, etiam priuata, venientia, vt terminus terminans, non vt terminus terminatus, nõ intra ſed extra fundum poſita, de quibus non incluſiuè, ſed excluſiuè fit mentio, non ſunt menſuranda: ſecundùm Bal. in rubr. num. 25. verſ. Ager autem. ff. de rer. diuiſ. Franc. Rip. in l. quominus, num. 76. verſic. Item intellige in ripis. ff. de flumin. omittendo alia diſtinctionis capita, ex eiuſdem Baldi intentione, per Magnificum D. Conſulentem propoſita, ad rem iſtam non facientia.

3 Et ſic in conſequẽtiam rei venditæ accedunt, cui deſeruiunt Bartholom. Cæpoll. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. in cap. de Ripa, verſ. Sed dubium eſt. Etenim, vt idem Veronenſ. in d. tract. aſſerit, in cap. de Torrente, verſiculo, Sed quid ſi reperiuntur.

4 Rem emimus, nõ eius fines. Sed ex inſtrumento conſtat, dicta foſſata pro finibus prati aſsignari; cum per Magnificum Ioannem Franciſcum in ſolutum, & pro ſoluto dentur cuppæ quinquaginta prati, de quadam eius petia terræ pratiuæ, & dicatur, iuxtà formam circùm, fiatque mentio excluſiuè de foſſato ipſo, per dictionem, iuxtà.

5 Denotantem propinquitatem per vnum vel duos pedes. Bart. poſt Gloſſ. in l. quidam Hiberus. ff. de ſeruit. urb. præd. & in his propriis terminis tradit Fely. in c. quia iudicante, colum. fin. num. 8. uerſ. Et ſi in inſtrumento, extr. de præſcript. & Alex. conſil. 120. Omiſſis argumentis, num. 6. lib. 2. ideò eſt dicendum non poſſe, aut debere modo aliquo ex iuris diſpoſitione menſurari.

¶ Secundò, nam in inſtrumento expreſsè inſolutum dantur tot cuppæ prati, de petia terræ pratiuæ. quo caſu cenſetur, imò clarè elucet, uẽdita pars fundi, quæ uerè, & in effectu tot cuppas prati contineat, quot uenditæ, ſeu inſolutum datæ fuerunt, non autem foſſata.

6 A' quibus inſtrumenti uerbis certam ſpeciem prati, & corpus determinatum indicãtibus, & in vim pacti prolatis, vti apertiſsimis, non uidetur poſſe recedi. arg. l. legẽ. C. de pact. l. ea. C. de cond. ob cauſ. l. continuus. §. Griſogonus. ff. de uerb. oblig.

7 Quinimò, quando tali caſu id, quod de fundo fuerit aſsignatum, non eſſet uerè pratum, daretur locus textui in l. ſi in qualitate, & in l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de act. empt. dictuſque Ioannes Vincentius, tanquã in qualitate fundi deceptus, poſſet agere ad intereſſe, & ex hoc vlterius foſſata huiuſcemodi, nequeunt menſurari.

¶ Quibus tamen ſic explicitis non obſtantibus, contrarium uerius eſt, vt ſcilicet foſſata iſta debeant menſurari. pro quo facit text. in l. prędia maritima. §. ſi ita legatũ, ubi Gloſſ. & Bart. nu. 1. ff. de fund. inſtruct.

8 Dicentes per illum text. legato fundo foſſata cedere, & menſurari cum fundo debere. ſecus in via. Et adſtipulantur. l. id quod uenditur. ff. de pericul. & commod. rei uend. l. fundi, in princ. ff. de act. empt. quæ expreſsè loquuntur.

9 Foſſata etenim iſta ſunt uenditoris. vt per l. maritus. ff. de acquir. rer. dom. tradit Veronen. in citato tract. de ſeruit. ruſt. pręd. in cap. de Ripa, uerſ. Illæ enim foſſę. & uerſic. Et uidetur, quòd ſic. Vndè Ang. de Aret. id comprobando, dicebat, quòd foſſata, quæ homines pro cultura, & agrorum ſeruitio faciunt, non eſt mirum ſi ſunt priuata, quia ſunt pars fundi, & per conſequens fundo uendito, debent menſurari, ſicut ipſe fundus. per d. l. prędia, in § flumina, num. 1. uerſ. De foſſatis. inſtit. de rer. diuiſ. id ipſumq́ue ratum habuit in §. ripa rum quoque, nu. 2. uer. Quid de foſſatis, eod. tit. Bar. in l. patronus. §. Sempronio, col. 2. ver. Primo caſu. ff. de leg. 3. & in trac. de fluminib. num.

num.6.in fin.uer. Nec prędictis.in uer. Agro.

10 Vbi voluit, faſſata iſta eſſe iura proprietatis, & vſus dñij ipſius fundi; vndè cũ uendanť, veniũt menſurãda. Quod poſt Vbert. de Bob. Riccar. Malumbr. & Cy. in l. littora. ff. de cõtrah. emp. firmauit idẽ Veronenſ. in d. tract. c. de Ripa, uerſ. Sed ſi eſſent. & ſequuntur Bar. & Bal. in d. l. littora. Bal. in l. riparũ, n. 2. ff. de rer. diuiſ. & in rub. nu. 4. C. de cõtrah. emp. Pet. Foller. de cenſibus, fol. 445. §. uidiſtis, nu. 8. & 12.

11 Qui omnes tñ loquuntur, in foſſatis intrà fundũ exiſtẽtibus: hiq; ſunt termini foſſatorũ prædictorũ, q̃ intra fundũ ſunt, vt inferius ad contraria reſpondẽdo declarabiť, quæ per dictũ D. uẽditorẽ de terra pratiua fuerũt facta, & ſic dicunť ad perpetuã agri vtilitatẽ deſtinata. l. impẽſę. ff. de impẽ. in reb. do. fact. Bar. in d. tract. de flum. n. 10. uer. Fouex verò. in uer. Agro. & idẽ Cęp. in d. c. de Ripa, col. 2. uer. Fouee.

12 Accedente poſteà cõſuetudine Ciuitatis Aquilæ, eiuſq; Caſtrorũ, quorũ territoria, vnà cum foſſatis iſtis menſurari receptũ eſt, pręſcripta generali, ac notoria, cui ſtandũ eſt, & probatione nõ indiget. Bal. in l. 3. col. 1. C. de ſer. fug. & in l. filiusfam. §. ueterani, col. 2. ff. de procur. in auth. iubemus, in 4. not. C. de iud. Bart. in l. lege Iulia, in fi. ff. de teſtib. Dec. conſ. 402. In cauſa, nu. 10. & conſ. 447. Vis tota. nu. 12. poſt Alex. conſ. 14. viſo proceſſu, col. 1. libr. 5. idem Dec. conſ. 483. Pro reſolutione. nu. 10. & 655. uiſo eleganti. nu. 26.

13 Cuius cõſuetudinis magna eſt authoritas. l. 2. C. quæ ſit long. cõſuet. c. cũ conſuetudinis, de conſuet. Dec. conſ. 48. Maturè, nu. 2.

¶ Non obſtãt modo in contrariũ adducta. Et primò, quòd foſſata ẽt priuata venientia vt terminus terminãs, non vt terminus terminatus, nõ intrà ſed extrà fundũ poſita, de quibus nõ incluſiuè, ſed excluſiuè mẽtio fit, ex Bal. in d. rub. n. 25. uer. Ager autẽ, non ſint menſuranda, & in inſtrumento pro finibus aſsignentur; cũ inſolutũ dentur cuppæ quinquaginta prati dicto Magnifico Ioãni Vincẽtio, de quadã petia terræ pratiuæ, iuxtà formã circùm. quæ dictio denotat propinquitatẽ per vnũ, uel duos pedes. Bart. & Gloſ. in d. l. quidam Hiberus.

14 Nã dictio iſta, aliqñ poniť relatiuè: vt in l. 1. C. de epiſ. & cle. Aliquãdo uerò deſignatiuè, & localiter: vt ibi dicit Bal. vtq; ſecũdo modo loquiť, d. l. quidã Hiberus, & l. ſi ſtatuta. ff. de iniur. & accipiẽdo illã localiter, & deſignatiuè. Aliqñ poniť pro propè decẽ pedes. l. decernimus, & ibi Glo. in uer. Poſsint. C. de aquęduct. lib. 11. iũcta, l. omnis ſeruitus, eo. tit. Aliquãdo pro vicinitate ꝓpè per quadraginta pedes. c. ſicut antiquit⁹. 16. q. 4. Aliqñ poniť pro intrà. d. l. quidã Hiberus. Iac. de Aren. in l. ſi teſtamẽtũ. C. de inſtit. & ſubſt. Ang. in l. militis codicillis, in prin. ff. de teſt. mil. Oldr. cõſ. 49. cõſueuit Alex. in conſ. 8. uidetur fortaſſe, nu. 7. lib. 4.

15 Et aliquãdo ecõtrà, intrà, pro iuxtà, poniť. vt eſt tex. in l. vxorẽ. §. legauerat. ff. de leg. 3. vt dixerit Soc. cõſ. 211 Breuiter cõſultationẽ col. 2. uer. Accedat etiã, lib. 2. dictionẽ iſtã, iuxtà, vario modo exponi, ſecũdũ ſubiectã materiã.

16 Inter quas acceptiones, illã reperiri præterit neminẽ, ut dictio, iuxtà, aliqñ. cõtinuatiuè ſumať. tex. eſt not. in l. fiſtulã. §. iuxtà. ff. de ſer. urb. pręd. & tradit, illũ citãdo, Tancred. in ſumma, quæ Baldi eſſe apud Afflict. in ſuis deciſ. legiť, in vlt. par. c. fi. de cautelis. Proinde cõtinuatiuè illã aſſumere debemus, gratia vẽditoris.

17 Cùm debeat in dubio cõtra fundantẽ ſe in verbis interpretatio fieri. Imol. cõſ. 21. in caſu, col. 1. Io. de Ana. in his terminis, cõſ. 98. Viſis, n. 2. Alex. cõſ. 128. lib. 5. quod repetiť cõſ. 106. Viſo themate, nu. 5. lib. 4. Soc. conſ. 127. ad fi. lib. 1. Corn. cõſ. 188 Poſt conſiliũ, ante fi. lib. 1. Dec. conſ. 171. In cauſa, num. 5. & conſ. 41. In cauſa, nu. 3. Pariſ. conſ. 52. nu. 10. lib. 1. ſuper quibus uerbis Magnificus Ioannes Vincẽtius ſe fundat, eiſque innititur: ſi enim hoc uoluiſſent, expreſsiſsẽt. l. unic. §. ſin autẽ. C. de ca. tol.

18 Accędente, quòd uerba in dubio debent intelligi ſecundũ curſum ordinariũ, & nõ extraordinariũ, & ſecundùm, quòd extraordinariè quãdoq; factum fuiſſet. arg. tex. in l. Seio. §. medico. & ibi Bar. in uer. vlt. not. ff. de ann. leg.

19 Qui dicit, cõmiſsionem generalẽ datã procuratori de ſolitis fieri à dño, intelligi de ſolitis fieri ordinariè, & nõ extraordinariè: vt not. Bar. in l. ſed & ſi quis. §. quęſitũ. ff. ſi quis caut.

20 Et facit, qđ tradit Oldr. cõſ. 129. in q. quæ vertitur. & Dec. cõſ. 430. Quod ſupra, n. 7. & 8. vt & in pulcherrima quæſtione, uerba nõ debere intelligi ſecundùm caſum accidentalem, dicebat Cæpol. conſ. ciuili. 7. caſus ſuper quo, nu. 3. pluribus comprobando.

21 Cũ igiť foſſata iſta uẽditioni cedere dixerim⁹, eſſeq; partẽ fundi, & nemo ſuũ iactare pręſumať. l. cũ de indebito. ff. de ꝓb. Soc. Iun. cõſ. 84. inſpectis his, n. 6. lib. 3. cõſ. 94. põderatis, n. 37. eo. lib. Afflic. deciſ. 315. ut plurimũ, n. 5. ſecundũ caſum ordinariũ, non accidentalẽ, aduerſus iuris præſumptionẽ, uerba iſta intelligenda veniunt, ac ita interpretãda, vt contrahentes interrogati dixiſſent. iuxta Gloſ. in cõtractib⁹ in l. tale pactũ. §. fi. ubi Bal. ff. de pact. Glo. in l. ſed Celſus. §. in emptis. ff. de cõtrahẽ. emp. Dec. cõſ. 697. His ſtãtibus quęritur, n. 8.

22 Prout ẽt in vltimis uolũtatibus, in q̃bus ita interpretamur, vt veriſimiliter teſtator interrogatus reſpõdiſſet. l. Titius. §. lucius. ff. de lib. & poſth. Cur. Sen. cõſ. 51. ſup teſtamẽtis Alberti, col. 2. uer. Cõfirmanť p̃miſſa, Soc. cõſ. 37. viſo teſtamẽto. col. 3. uer. 3. Benè ſucedit, lib. 3.

23 Cũ verba potius debeãt impropriari, quã tertiò pręiudiciũ inferať. Bal. & Card. in c. ſuper eo, *il* 1. de offi. deleg. Abb. poſt Hoſt. in c. cauſam quæ, *il* 2. de teſtib. Dec. conſilio 580. Quæritur, nu. 3. conſ. 689. Viſo puncto, nu. 9. Et in dubio interpretatio fiat pro eo, quod partibus.

tibus ſit minus præiudiciũ. Idẽ Dec.cõſ.439.nu.1.poſt Paul. de Caſtr. in l.1.ff. ſi quis caut. Proindè, cùm magnũ præiudicium inferatur, nõ menſurando dicta foſſata, Magnifico Ioanni Franciſco, ob latitudinem, & longitudinem ipſorũ, vt non ſit veriſimile gratis conceſsiſſe, non eſt recedendũ à prędicta interpretatione.

24 Succeditq; deciſio Bal.in d.rub.C.de contrah.emp.nu.4. dũ de utilitate notabili circa foſſata iſta loquitur, vt non præſumatur grata conceſsio.

25 Quod ex pretio colligi poteſt, ex cuius quãtitate interpretatio ſit uenditionis, an certum in ea includatur uel non. Bar.in l.patronus. §. Sẽpronio, col.2.uer.Certè ex quantitate.ff.de lega.3.Bal.in l.1.num.5.C.qui teſta.fac.poſ. Alex.conſ.26.Cõſideratis uerbis, ad fi.libr.4. Corn.cõſ.116.Circa primũ, lib.1.Soc.Iun.cõſ.94.n.28.lib.3. habito reſpectu ad bonitatẽ ipſius prati, & quãtitatẽ formarũ, ſeu foſſatorũ.

26 Et ſtante, ut dixi, cõſuetudine menſurandi foſſata iſta in territoriis Ciuitatis Aquilæ, uerba in inſtrumẽto appoſita, declarantˉ ex cõſuetudine, & modo utendi. Bar. cõſ.59.Cõmune Spoleti.col.2.uer.Prætereà uerba antiqua.Roma.cõſ.271.Vis tota, Soc.Iun.cõſ.33.Pulchra.n.31.cũ ſeq.lib.3.& eſt tex. in l.ſi pignore.§. ſi creditor, ubi Bar.ff.de pig.ac.in l.fi.ubi Bal.C. de fideiuſſ. in l. benè à Zenone, ubi Ang.C.de quadr.præſcr.facit quod not.Bar.in l.hęredes mei.§.cũ ita. ff. ad Trebel. & in l. iuriſiurãdi. §. ſi liberi. ff. de oper.lib. & quod uoluit Petr. de Anchar.in l.tres fratres.ff.de pact.cũ ſimi.

¶ Vlterius non videtur obſtare primũ fundamentum, ob appoſitionẽ dictionis, circũ, ibi iuxtà formã circùm, vt non poſsint dici excluſa foſſata, & pro termino terminãte poſita. Nã per hęc verba, nõ demonſtratur terminatio directa, ſed circularis, oſtendendo ambitũ, & circuitum prati, clauſum foſſatis, non ut foſſata non ueniant menſuranda, & ſic ſint excluſiuè mẽtionata. ex qua dictione, circùm, debemus intelligere dictionem illam, iuxtà.

27 Verbum etenim dubiũ ex uerbis ſibi adiunctis declaratur, diſiunctim, vel coniũctim. Soc.in l.1.in 1.not.ff.de reb.dub.Roma.conſ.231.Præmiſſorũ Doctorũ, in 2.rõne.Soc.Iun. cõſ.3. Videtur prima fronte. nu.31.lib.3.

28 Eò magis, q̃a dictiones excluſiuę nõ excludũt, quæ procedũt ꝑ eandẽ rõnem. Dy.in c. in argumẽtũ, de reg.iur.in 6.Bal.in l.ob ęs. per illũ tex.C.de præd.min. quatenus excluſiuas in propoſito fateremur, cùm foſſata hæc ueniãt eodem rationis adminiculo.d.l prædia.§.ſi ita legatũ.& d.l.id quod.§.quod uenditˉ.& l.fundi.

¶ Nec dicatur, foſſata iſta eſſe extra fundũ poſita, & ſic non debere mẽſurari: vt dicebat Bal.in d.rub.nu.25.ver. Ager autẽ.ff.de rer.diuiſ.quia imò ſunt intrà pratum, vt dixi, ſi rectè animaduertatur.

29 Nam extrà fundũ, dicuntur illa, quę extrà ſepes, ideſt iuxtà ſepem ſunt, & uiam publicã, quę non mẽſurantur, licèt fundo deſeruiãt. Secus ſi ſint intra ſepẽ, & fundum, quia menſurabunˉ. d. l. prędia. Foſſæq; iſtæ exteriores, ſunt benè eorũ, quorũ prædiis hęrẽt: nec poſſunt dici viæ, q̃a per eas nemo uadit. l.2. §. prętor ait, ff. ne quid in loc.publ. & ita ſe ipſum declarat Bal.in d.l.riparũ, n.2.ff.de rer.diuiſ. dicẽs, Bartolum putare nihilominus, uſum eſſe publicũ, ſicut in via: benè quẽlibet poſſe animalia ſua ad bibendũ ducere de illo torrente, & foſſato ꝓpè viã. quod repetit Ang. de Aret.in §. riparũ quoq;.nu.1.& 2.inſt.de rer.diuiſ.quia cũ viis adhęreant, quarũ uſus publicus eſt, nõ minus horum foſſatorũ commoditas publica, ſeu cõis reputatur. Quod itidẽ ſibi uoluit Cępoll. in d.tract.de ſer.ruſt.præd.in c.de Ripa, cuius verba ſubiicere optimũ viſum fuit. Et quod dictum, inquit, eſt de ripis, idẽ dicendum eſt de foſsis, ut illæ non debeant menſurari ſi ſunt extrà fundũ, quia ſimiliter eſt earum vſus publicus, ſicut uiarũ; quia quilibet poteſt animalia ſua ducere ad bibendum de illo foſſato. ſed ſi eſſent foſſę in agris inter fundũ, quia proprietas earũ, & uſus eſt ipſius domini fundi, cũ fundus uenditˉ, venit in menſura. & ita tenet Bal. in d.l. riparũ, & in rub.eiuſdẽ tituli, in 12.col. Patet ergò ex his, foſſata, de quibus agitˉ, eſſe intrà fundũ, ſine via: cùm petia prati prędicta ſit in medio cuiuſdã campi ampliſsimi terrarum pratiuarũ, quæ fuerunt facta per Magnificum Ioannẽ Franciſcum pro ſeruitio prati, & cultura, occaſione illud exiccandi, & ad tẽpus irrigandi, de propria terra pratiua. Vndè clarius efficitur, debere menſurari. Ioã.de Amic. cõſ.1. In cauſa, & lite vertente, col.3.num.20. cum ſeq.expreſsè Bal.in d.l.littora, uer. Foſſę tamen.ff.de contrah.emp. Formaſq; ipſas fuiſſe factas de prato dicti Magnifici Ioannis Frãciſci intra ſuos fines, ſatis conſtat ex depoſitione, cùm ipſarum partium, tum etiam multorum Caſtri Cambiani.

30 Et tales teſtes tãtò magis probanˉt, quãtò ſunt ruſtici, in materia confiniũ. Bal. cõſ.352. Verba Principis Montis Ferrati, col.2.lib.3.& conſ.154.Thema proponitˉ, col.1.lib.1.Alber. Brun.conſ.34. In cauſa, & differentia finium. col.2.uerſ.Secundò moueor. tantòque magis, quantò ſunt de Caſtro Cambiani, in cuius territorio eſt dictum pratum, & ſunt illi uicini.

31 Cùm illa, tanquàm vicinorum, ſcire pręſumantur. c. quoſdam, de præſumpt. Bart. in l. poſt contractum, nu.3.ff.de don.Bal.in l.1.C. de colluſ.deteg. Quinimò ad omnẽ dubietatẽ ſubmouendam, in tantum vt non ſit opus alia probatione, vltra foſſata, uidẽtur termini plures lapidei, & confinia de ſaxo, inter ipſum Magnificum Ioannem Franciſcum, & alios vicinos gradatim poſita, & diſtributa. Quis dixerit foſſata iſta eſſe extrà, non intrà fundũ? Imò inter terminos, & foſſata uidentur quidam limi-

mites & interualla, vt ſimus in puris terminis d.l.prædia.§.ſi ita legatum.

32 Omne etenim, quod eſt intra fines alicuius loci, præſumitur iure dominij pertinere illi loco.l.æde ſacra.§.fin. ff. de contrahē. empt.Bal. in l.inſulæ Italiæ.ff. de iud. Paul. de Caſtr.in l. 1.in princ.ff. de acquirē. poſſ.Ioan. And.in c.fin.extr.de offic.archid.Soci. conſil. 166.In cauſa communitatis Caſtri Montis Nigri,col. 2. verſic. Tertia concluſio. poſt nu. 3. lib.2.Curt.Iun.conſil.41. Præſupponitur in facto, nu.9.& conſ. 184.eiuſdem initij, nu.8.

33 Ex quibus uidetur ſatisfactū Felyno in d. c. quia iudicante, & Alexandro, d. conſ. 120. num.6.lib.2.qui loquuntur, quando eſſet dictum ſimpliciter,iuxtà flumen, & non in terminis noſtris,ex hoc,& quia uerba faciunt de fluminibus,& eorum lictoribus publicis, non priuatis,& tunc per ipſos tradita,uidentur habere ſaporem iuris;cùm verbum illud referatur ad id,quod non cadit in priuatum cómercium,prout eſt flumen.

34 Quibus accedat,quòd dictio, iuxtà , non excludit ea,quę ſunt ad perpetuū vſum rei cóceſſa: ſecundū Spec.in tit.de empt.& vend. §. 1.verſ. Ad euidentiā. & tradit Soc.d.cóſ.211. Breuiter cōſultationē,col.2.uer.Tamen in materia noſtra, lib.2. qualia ſunt foſſata iſta, quæ ad perpetuum vſum rei fiunt.

¶ Non obſtat ſecundò, ex eo nō debere mēſurari,cùm expreſsè in ſolutum détur tot cuppæ prati, de petia terræ pratiuę, ut iſto caſu ſit uendita,ſeu inſolutum data pars fundi,quę in effectu contineat illas cuppas, non autem foſſata:& ſic iſta uerba deſignantia ſpeciē prati,& corpus determinatum, uideantur expreſſa in vim legis,& pacti,à qu bus non poſsit aliter recedi,claris, & apertiſsimis.d.l. legem. C.de pact.l.ea.C.de condict.ob cau.cum aliis deſuper allegatis:in tantùm,quòd indè menſuratio foſſatorum penitus excludatur.ſed dictū Magnificum Ioannē Vincentium,tanquā deceptū in qualitate fundi, poſſe agere ad intereſſe,iuxtà. d.l.ſi in qualitate,& l.ſi ſeruum. §.ſi modus.quia per menſurationē horū foſſatorū,attentis deſuper narratis, non receditur à pactis initis,& conuentis; cū foſſata iſta ſint pars fundi, & uſus dominij, & proprietatis, ideò de iis uidetur cogitatum.

35 Cū idē iuris ſit de toto,quò ad totū,quod eſt de parte, quò ad partē.l.quæ de tota. ff. de rei uēd.l. ſi qs cū totū.ff.de excep.rei iud.& in toto pars cōtinet.vulg.l.in toto.ff.de reg.iur.

36 Ac uolens vnū,vult omne, ſine quo illud eſſe non poteſt.l.ſi iter.ff.de ſeruit.l.nec is.§.1. ff.de acq.hær.And.de Iſer.in §.monetæ,nu.18. uer.Cui cōmittitur Regnū,in tit.quę ſint reg. Claud.in l.1.in prin.col.2.& 3.ff.de nou.oper. nunc.l.2.ff.de iuriſd.om.iud. Et propterea nō poteſt dici in qualitate deceptus, cū menſura integra ſit,cupparū inſolutum datarum, ſi foſſata menſurentur de terra pratiua conuenta. Nec fuit dictum quinquaginta iugera uineę eſſe,& quinquaginta prati, in uineaq; minùs, in prato plus inueniri, eſſe tamen omnia centum iugera.d.l.ſi in qualitate.Poſſet forſan deceptus cenſeri, ſi pratum non eſſet ita qualificatum,nec haberet ad pratū neceſſaria. Hācq; litē tollere uidetur Cępol.in d.tract.de ſeruit. ruſt.præd. in cap.de Ripa, col. 2.dū ponit quęſtionē, an ripæ debeāt menſurari cum fundo. putà ſi uendidi fundum, & affirmaui centum iugerum.qui ad partes argumentatur, vt eſt dictū,decidendo,per d.l.prædia maritima.

¶ His ſic traditis,& ſuccinctè allegatis,quæ ſatis ſufficere poſſent in præſenti conſultatione,ad reddendū caſum ualdè planū,pro debita menſuratione foſſatorū: illud addendū eſt, in prato de quo quæritur,adeſſe plura foſſata, & quędā inter cætera,ampliora, atq; latiora, & tam antiqua, quòd de cōſtructione non ſit hominū memoria;adſunt pariter de proximo confecta per ipſum dantē in ſolutū,& Magnificū Marcum Antonium Vetuſtū eius patrē, in ſpecieq; nonnulla pratum, vt deſuper traditū,à pratis hominū Caſtri Cambiani diuidentia;quæ nulli dubiū eſt menſurari debere, ex ſerie inſtrumenti,dicētis iuxtà uiam,iuxtà formam circū,iuxtà bona populi forma mediante:de aliis uerò nouiter factis nulla mentio.

37 Itaq; uerba illa,iuxtà formā circū,ad antiquam foſſam, quæ non controuertitur,ſunt referenda: mentem contrahentiū attendendo, quę ſono uerborū pręfertur, etiam cum ipſorū impropriétate.l.benignius.ff.de legib. l. ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſ.tu.l.3.§.cōditio.ff. de adim.leg.Curt.Sen.cōſ.75.D.Auguſtinus, col.3.Lud.Gozad.cōſ.55.Quæritur,col.2.n.7. Et conſequenter foſſa illa media, inter bona Vniuerſitatis, & pratū iſtud, ſit menſuranda vnà cū aliis foſſatis,per ipſum dantē in ſolutū, factis,& terminatis,ac intra fines poſitis, quæ videntur remanſiſſe in diſpoſitione iuris cōis.

¶ Et ita dico, & conſulo ego Ioſephus de Ruſticis V.I.D. de Ciuitate Aquilæ, & ad fidē me ſubſcripſi, ſolitumq; meū ſigillum, quo in ſimilibus utor, apponi feci.

Huic conſilio ſubſcripſere ſe.

Marcus Antonius Floccarus.
Fabius Marcheſius.
Petrus Paulus Theodorus.
Ioānes Antonius Lanarius.
Fabritius Sammarcus.
Rutilius Monetius.
Scipio de Bononia.
Omnes de Neapoli.
Carolus Aliſer.
Paſchalis Turcanicus.
Ioannes Vincentius Martinus.
Archangelus Cydonius.
Alexander Creſius.
Ioānes Carolus Quatrarius.
Marinus Petrus Dragonettus.
Fabritius Trētacinque.
Franciſcus Viuius.
Ioannes Vincentius Burrus.
Ioānes Maria Morinus.
Octauius Gemellius.
Cæſar Riuera.
Omnes de Aquila.

SVMMARIVM.

1 *VENDITO fundo ſub uno pretio pro toto fundo, & non pro quolibet iugerè, totus fundus intra confines deſignatos uenditus intelligitur, eſtò quòd menſura expreſſa minus in ſe habeat.*

2 *Vendito prædio tot iugerum, pretio in ſingula iugera conſtituto, menſura requiritur tunc ad pretij declarationem, uenditis tot iugeribus, ad ipſius uenditionis perfectionem.*

OPINIO M. XVIII.

1 VENDITOR uendens terram incipiendo exprimere ipſam ſpeciem, ſeu corpus determinatum in contractu venditionis, ſcilicet terram iugerum quinquaginta, dato quòd poſtmodùm adijciat menſuram, uel numerum: tamen uenditio dicitur facta ad corpus & ad ſpeciem, non autem ad menſuram, quæ hoc caſu cenſetur facta enunciatiuè, tranſitoriè, & demonſtratiuè. & profectò uenditio iſta regulatur à menſura, ex quo in illa venit id, quod eſt demonſtratum per confines appoſitos, licèt excedat numerum, & menſuram expreſſam, & hoc totum commodo dicti emptoris cedit. & ſic ubicũque pretium eſt unicum pro toto fundo, & non pro quolibet iugere: tunc totus fundus intra confines deſignatus, venditus intelligitur, eſtò quòd menſura expreſſa minus in ſe habeat: ſecundùm Oldrad. conſil. 197. in fin. Io. And. in add. Specul. in tit. de empt. & uend. §. ſciendum, in fin. Bal. in rubric. C. de contrahen. emp. q. 23. Saly. in l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. in l. 2. C. eod. tit. Inno. & Imol. & cæteros, in c. 2. de donat. Bart. & Paul. Caſtren. in l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de act. empt. Ioan. de Ana. conſilio 98. Alex. conſ. 133. volu. 1. conſilio 120. & 127. volu. 2. & conſil. 84. uol. 4. Corn. conſil. 59. colum. 2. uol. 4. & Pariſ. conſilio 64. num. 31. & ſeq. uol. 1. poſt alios multos congeſtos ibi per eum. & iſta eſt communis opinio, teſte Deci. conſilio 347. num. 1. & ſeq. Pariſ. in loco præcitato, Hierony. Brixiano, in tract. de finibus. c. 88. per totum, & præſertim num. 6. & Benuenuto Stracca, in tract. de mercatura, in tit. de nauibus, in 3. par. num. 6. fol. paruo 156. & ſecundùm eam iudicauit Sacrum Regium Concilium Neap. teſte Afflict. deciſ. 68. & ibi Vrſillo in add in prin. & conſuluit Pariſ. in d. conſilio 64. num. 31. cum aliis ſeq. ubi tollit omnia cõtraria. Licèt Rota Bononienſis, parùm, aut nihil animaduertens determinauerit contrarium, atteſtante Petro de Benintendis in deciſ. 30. Et eandem ſententiam communem limitauit Stracca, in d. tract. de mercatura, tit. nauibus, num. 6. cum aliis ſequé. & Vrſillus in adnotationibus Afflicti in d. deciſ. 68. num. 1. cum aliis ſequen.

Cõis opin.

2 Sed uendito fundo tot iugerum, pretio in ſingula iugera conſtituto: tunc vtique requireretur ad pretij declarationem, uenditis tot iugeribus, menſura ad ipſius venditionis perfectionem. ita Ant. Auguſt. deciſ. 200. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR promittens factum ſuum tantùm in uenditione, ſi tractu temporis res empta euinceretur ex facto ſui authoris, tunc teneretur ipſe uenditor de euictione, & ſic de facto ſuorum authorum.*

2 *Venditor promittens factum ſuum tantùm in uenditione, licèt non teneatur de euictione extranei, tamen tenetur pretium reſtituere.*

OPINIO M. XIX.

1 PROMITTENS factum ſuum tantùm in venditione, ſi tractu temporis res empta euinceretur ex facto ſui authoris: tunc profectò tenetur ipſe venditor de euictione, & ſic de facto ſuorum authorum prædeceſſorum, & hęredum teneretur; quoniam per dictionem huiuſmodi taxatiuam non uidetur factum authoris excludi: ſecundùm Glo. in uer. Intereſt. Bar. Bal. Saly. Pau. Caſtrenſ. & cæteros in l. ſi ſeruus, la 2. ff. de cond. furt. & ibi etiam Alex. in add. ad Bar. Cyn. Bal. & Salyc. in l. fin. C. de act. empt. Aret. in §. fin. inſtit. de emp. & uend. Anchar. cõſilio 83. In nomine Domini amen. Paul. Caſtren. Iaſ. num. 9. & Roma. in l. ſtipulatio iſta. ff. de uerb. oblig. vbi, col. 10. meminit iſtam eſſe communem opinionem. quam ſequitur quoque poſt alios ſignatos per eum, Boer. deciſ. 67. num. 3. cum aliis ſeq. vbi deducit iſtam eſſe cõem ſententiam, limitat, & ait ita in Burdegalẽſi Senatu deciſum extitiſſe.

Venditor.

Cõis opin.

2 Et licèt ob dictionem taxatiuã in his uerbis, promitto pro facto, & dato meo tantùm, operetur, vt uenditor de euictione extranei non teneatur, nõ facit tamẽ quominus teneatur pretiũ reſtituere. vt conſuluit pater ueritatis, Alex. cõſ. 188. ſi uẽdo. & hoc ꝑpetuò diſce ad practicã, ſiquidẽ multi dicerent oppoſitũ.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR de iure ciuili, canonico, & in conſcientia agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi pretium:*

pretium: dummodò tale intereſſe non excedat conſiderabili quantitate perceptionem fructuum.

OPINIO M. XX.

1 VENDITOR de iure ciuili, canonico, & in conſciẽtia agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi pretium. l. curabit, ubi text. Gloſ. Bar. Bal. & Doc. C. de act. empti. Cùm hoc tamen, quòd huiuſmodi intereſſe petitum non excedat conſiderabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum: cùm pro percipiendis, & non perceptis non teneatur uenditor ad intereſſe erga emptorem ob pretium non ſolutum. & iſta eſt magis communis opinio: vt refert Soc. in l. de diuiſione, numero 13. cum ſequen. ff. ſolut. matr. ubi Bart. & alij Doct. Paul. de Caſtro in l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de act. empt. Lauren. de Rodulfis in tract. de vſur. in 2. par. in 4. oppoſit. Io. de Ana. in c. in ciuitate, circa princ. de vſuris. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR cum pacto francandi non poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata fuit, ſed tantùm contra primum emptorem actione perſonali.*

OPINIO M. XXI.

1 VENDENS rem cum pacto francandi, nõ poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata fuit, ſed tantùm cõtra primum emptorem actione perſonali: vt per Alexand. conſilio 10. volum. 1. ferè per totum, & Gozadin. in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & uend. numero 44. cum aliis ſequentibus.

¶ Quam Alex. opinionem, licèt Soc. impugnauerit conſilio 80. uolu. 3. in princ. ſequẽdo Pau. de Caſt. & Cuma. tenentes contra Alex. in locis ibi à Soci. citatis, & quorum opinionibus dixit Soc. nõ minus eſſe deferendũ, quàm authoritati Alexã. Et quamuis contra Alexã. ſententiam tenuerit Cuma. Ioan. de Anan. & Ant. Burgos, in locis citatis in repet. d. l. 2. numero 133. tamen Alex. opinio magis communiter recepta eſt à Doct. eam enim ſequuntur Fulgoſ. in l. ſi cùm uenderet. ff. de pign. act. Iaſ. in l. ab emptione, colum. 2. ff. de pactis, Ruinus conſilio 32. volum. 1. Ripa, Ferdinan. Dec. Curt. Senior, & Caſſaneus in lecturis, & conſiliis citatis à Cagnolo, in d. l. 2. numero 134. à qua quidem communi nullatenus eſt recedendum in conſulendo, & iudicando, iuribus, & rationibus vulgaribus. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *VENDITIO iurata cum clauſula prægnanti, ex certa ſcientia, & alijs apponi ſolitis in contractu venditionis, licèt in ea uenditor eſſet læſus vltra dimidiam iuſti pretij, non poteſt reſcindi.*

2 *Remedium l. 2. C. de reſcind. uend. non datur ſcienti verum rei ualorem, ſecundùm communem opinionẽ, licèt cõtraria æquior, & irrefragabilis ſit, n. 4.*

3 *Dolus ſcienti, & uolenti, neque ex propoſito, neque ex re ipſa infertur.*

OPINIO M. XXII.

1 VENDITIO iurata cum clauſula prægnanti, ex certa ſcientia, & aliis apponi ſolitis in contractu venditionis: caſu quo in ea, nota, uenditor eſſet læſus ultra dimidiam iuſti pretij, utique non poſſet reſcindi: ſecundùm Bart. num. 14. & 16. Bal. quæſt. 4. num. 7. Saly. q. 7. nu. 11. Pau. de Caſt. num. 7. & omnes in l. 2. C. de reſcin. uend. ubi Moder. prſertimq; Cagnol. nu. 124. atteſtantur hãc eſſe communem opinionem, & Caſſadorus deciſ. vnica, in tit. de empt. & uend. vbi ponit iſtam eſſe communem ſententiam omnium Doct. vtriuſque cenſuræ. & conſtat etiam hanc eſſe communẽ ex congeſtis per Barba. conſ. 55. nu. 20. uol. 2. & conſ. 41. nu 31. eod. uol. & Boer. deciſ. 142. Cõis opin.

2 Quia ubicunque quis non ignorans, ſed ſciens ſe læſum eſſe ex contractu vltra dimidiã, etiam in magno exceſſu, d. l. 2. remedium habere non dicitur, cùm non detur ſcienti uerum rei ualorem: ſecundùm Doct. præmemoratos, Alexan. conſilio 125. colum. 5. volu. 1. Dec. conſilio 583. colum. 1. admonentem iſtã eſſe communem opinionem, & Rolan. à Valle conſil. 59. num. 10. cum aliis ſeq. uol. 1. Cõis opin.

3 Scienti enim, & volenti dolus non infertur. l. cùm donationis. C. de tranſact. neque ex propoſito, neque re ipſa: vt uoluit Soc. conſilio 42. colum. 2. lib. 4. & ſequitur Rolan. in d. conſilio 59. ſub num. 13.

4 Nihilominus Rota Roma. in contingentia facti voluit contrarium, & dictam communem reprobauit: vt refert Caſſadorus in d. deciſ. vnica, quæ quidem authoritas Rotæ uidetur verior, & æquior, eãq; caſu, ueniente in iudicando, & cõſulendo cõſtanter amplecterer,

per argumenta, & rationes relatas per Abb. in c. Quintauallis, colum. 15. de iureiuran. & Caſſadorum in d. deciſ. vnica, per totam, & Arium Pinelum in d. l. 2. C. de reſcin. uend. in 1. par. cap. 2. num. 10. cum alijs ſeq.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR dans, tradens, donans, & donare intendens emptori illud, quod plus ualebat res uendita; poteſt iure venditionem ſub prętextu deceptionis vltra dimidiam iuſti pretij reſcindere, ſi conſtet ignoraſſe ualorem rei uenditæ: ſecus verò ſi ſciebat.*

OPINIO M. XXIII.

1 VENDITOR dans, tradẽs, donans, & donare intendẽs emptori illud, quod plus ualebat res alienata, ac uendita; poteſt optimo iure venditionem, ſub prætextu deceptionis ultra dimidiam iuſti pretij, reſcindere, ſi cõſtet ignorauiſſe valorem illius rei alienatę: ſecundùm Guliel. de Cun. in l. ſi tibi decem, in princ. ff. de pact. Azo. in ſumma de reſcind. uend. Bar. in l. 2. C. de reſcind. uend. & in l. ſi quis cùm aliter. ff. de uerb. oblig. Bal. Alex. Iacob. de Sancto Georgio, & Iaſ. colum. 4. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. Secus uerò ſi ſciebat ualorem rei uenditæ ipſe uenditor: tunc enim perdit omninò remedium. d. l. 2. nec uẽditio per læſum ultra dimidiam iuſti pretij reſcindi poteſt. & iſta fuit diſtinctio Bar. in d. l. ſi quis cùm aliter, in 11. q. cum quo ſentiunt omnes Doct. communiter ibidem, & in præcitata l. 2. ubi Moder. ſequuntur, & atteſtantur dictam communem, & Boer. conſ. 142. *Cõis opin.*

¶ Sed nonnulli Doct. tenuerunt contrarium, quorum rationẽ latè proſequitur Abb. in c. cùm contingat, de iureiuran. & in c. Quintauallis, eod. tit. col. 15. & ſeq. vbi refert Bal. dicere communiter in practica obſeruari, quòd non obſtante quacunque uerborum cautela, ob enormem læſionem peti poſſe reductionem ad arbitrium boni uiri. *Cõis opin.*

¶ Tamen non eſſet tutum à prędicta communi diſcedere aliquo pacto: quia difficile foret contra eam obtinere in practica. quam ſequitur etiam, citat, & limitat Cagnolus in d. l. 2. nu. 129. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR non tenetur pręciſè rem tradere, ſed prȩſtando intereſſe liberatur, niſi habeat facultatem tradendi.*

2 *Venditor, qui habet facultatem rei tradendę, non liberatur ab actione perſonali ex empto, per conſtitutum de poſſidendo nomine emptoris, vel precario, quin teneatur tradere poſſeſſionem prout eſt facti, & non iuris, & ſic poſſeſſionem realem, manualem, & effectualem, & corporalem: quia res eſt effecta emptoris.*

3 *Vendere promittens alicui, tenetur prçciſè ad rem tradendam: quia promiſſio ipſa de uendendo dicitur indiuidua.*

4 *Venditor licèt prçciſè teneatur ad rem tradendam: ſi ei non fuit ſolutum pretium, poteſt ipſam rem retinere loco pignoris, etiam pro vno nummo.*

OPINIO M. XXIV.

1 VENDITOR non tenetur prçciſè rem tradere, ſed prȩſtando intereſſe liberatur; per tex. in l. 1. ff. de act. empt. cũ quo cõcordat l. ex empto. §. etiã, eod. tit. & not. Aret. in §. 1. inſtit. de donat.

¶ Alibi uerò Glo. diſtinguit, in §. pretium, inſtit. de emp. & uend. quòd uenditor habens facultatem tradendi rem uenditam, poteſt cogi præciſè manu militari, & etiam per pœnas, & mulctas ad tradendum poſſeſſionem realẽ rei uenditæ emptori, nec liberatur prȩſtando intereſſe. quam, equidem Gloſſ. meliorem de corpore iuris appellat Aret. ibi, & eius opinionem dicit æquiorem Glo. in d. l. 1. eamque ſequuntur ibi Bar. Bal. Pau. de Caſt. & Fulg. Barnum. 5. Paul. de Caſt. colum. pen. Alex. col. 2. Iaſ. num. 21. & Dec. colum. 6. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 8. q. ff. de uerb. oblig. & poſt eũ inibi Roma. num. 58. Alex. num. 30. Iaſ. numero 35. Claud. Aquen. num. 40. & Ruin. nu. 30. dicunt, ac audacter fatentur hanc eſſe communem opinionem. Idem dicit Alex. in l. certi condictio, num. 12. ff. ſi cer. pet. Dec. num. 2. Pau. Caſtren. in l. ſi traditio. C. de act. emp. Iaſ. in l. quoties, num. 34. C. de rei uend. Fely. poſt Imol. in c. cùm Ioannes, num. 35. de fide inſtr. Boer. deciſ. 48. colum. 1. Pet. And. Gamma. in tract. permut. num. 29. Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vend. in 6. q. princ. num. 38. vbi citat infinitos Doct. & denique ibi fatetur hanc eſſe ueram, & communem opinionem. & Couarruuias, in tract. reſolutionum iuris ciuilis. c. 19. num. 1. lib. 2. & Tiraq. in trac. conſtituti poſſeſſ. in 1. par. nu. 35. *Cõis opin.*

2 Declaratur iſta communis vtiliter, quòd nec liberatur vẽditor ab actione perſonali ex empto, per conſtitutum de poſſidendo nomine emptoris, uel precario, quin teneatur tradere

dere poſſeſsionem, prout eſt facti, & non iuris, & ſic poſſeſsionem realem, manualem, & effectualem, & corporalem: ſecundùm Glo. in l. Iulianus. §. ex empto, de act. emp. Bal. Ang. Pau. Caſtr. in l. ab emptione, de pact. & Cy. in l. 1. in fin. C. quando liceat ab empt. diſcedere. & iſta eſt communis opinio, teſte Ruino conſilio 94. num. 1. uol. 1. Cõis opin.

¶ Nec ab re hoc firmant prçcitati Doct. quòd prçcisè teneatur ad tradendum rem vẽditor conſtituens ſe precario poſsidere emptoris nomine: quia res eſt effecta emptoris: vt per Bal. in repet. l. Aemilius, col. 10. uerſic. Ego cogitabam defendere. ff. de minor.

3 Declaratur quoque dicta communis intantum procedere, quòd promittens uendere alicui, teneretur ad rem tradendam præcisè: quia promiſsio de uendendo dicitur indiuidua. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. oblig. ubi Bart. & omnes hoc tenent. & idem Bart. in l. cui uſusfructus. ff. de vſufruct. leg. & iſtam ponũt eſſe communem opinionem Ruinus conſilio 27. num. 1. & 6. vol. 4. & Cur. Iun. conſilio 74. in prin. Cõis opin.

4 Et procedunt de plano omnia prædicta, ſi pretium rei emptæ fuerit ſolutum, vel aliter eo nomine ſatisfactum: tunc enim benè tenetur venditor præcisè rem ipſam tradere, aliàs ſecus. Imò rem prædictam poteſt retinere loco pignoris. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & d. l. ex empto, in princ. Et hoc uidetur ſentire expreſsè Bald. in l. fin. C. commo. vbi dicit, quòd uenditor poteſt retinere rem uenditam pro pretio non ſoluto. Imò etiam pro vno nũmo non ſoluto poteſt optimo iure totam rem retinere: vt latius declarat Fabianus de Monte in loco prællegato.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR, qui de re vendita habuit fidem de pretio, agere nequit ad rem ipſam recuperandam rei vendicatione, etiam ſi res vendita eſſet penès alium: nec habet priuilegium, vt præferatur, nec hypothecariam, niſi conueniat.*

OPINIO M. XXV.

1 VENDITOR, qui de re vendita habuit fidem de pretio, non poteſt agere ad rem ipſam recuperandam rei uendicatione, quia dominium tranſtulit: vt in §. venditæ, inſtit. de rer. diuiſ. & in l. procuratoris. §. planè. ff. de tributoria actione, vbi Glo. communiter approbata, Bar. & Pau. Caſtren. Cõis opin.

¶ Et hoc procedit etiam ſi res vendita eſſet penès alium. Nec habet priuilegium, vt præferatur: vt in d. §. planè, & ibi Bar. & Paul. Caſtren. & idem Bart. in l. quod quis nauis. ff. de priuileg. cred. Nec etiam hypothecariam, niſi conueniat: vt per Bar. in d. l. quod quis nauis. Nec etiã ex æquitate. l. fin. ff. de eo per quẽ fac. erit. quia per uenditionem uidetur conceſſa licentia alienandi. per ea, quæ tradit Alexã. in d. l. fin. circa princ. & hoc habui in facto, & ita obtinui pluribus uicibus in practica.

SVMMARIVM.

1 *VENDERE rem propriam nemo inuitus cogitur.*

2 *Vendere rem propriam quilibet cogendus eſt iuſto pretio tempore peſtis, et careſtiæ ob publicam vtilitatem, ubi reſpublica annonę inopia premeretur.*

3 *Vendere diuites frumentum tempore peſtis, & careſtiæ non ſolùm coguntur, ſed etiam gratis tenentur ipſum frumentum pauperibus dare, & ſi id non haberent, poſſent cogi ad emendum.*

4 *Vendere quilibet cogitur iuſto pretio res proprias pertinentes ad victum, & ueſtitum, etiam ceſſante inopia, & neceſsitate, ubicunque eas aliàs expoſuiſſet uenditioni.*

5 *Vendere quis cogitur res proprias iuſto pretio in multis caſibus remiſsiuè.*

OPINIO M. XXVI.

1 VENDERE rem propriã nemo inuitus cogendus eſt. l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere. C. de iure delib. l. inuitos. C. locati. & minus poteſt cogi uendere pretio viliori. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. pręf. vrb.

2 Sed claudicat iſthæc regula, ſeu declaratur non procedere in caſu, in quo reſpublica grauaretur annonæ inopia: tunc enim, & ſi q̃s merces venales non expoſuiſſet, nec eas publicè uenditioni obtuliſſet: nihilominus ad earum uenditionem cogendus eſt, ubi reſpublica annonæ inopia premitur, & quidem iuſto pretio, à principe, uel magiſtratibus definito: ne quis liberè res neceſſarias hominum alimentis quocunque pretio grauiſsimo quidẽ, ob rei penuria uendant. & hoc colligitur ex l. 1. C. de epiſc. audien. ubi Bar. & Scriben. omnes communiter. Panor. & alij Canoniſt. uno omnium ore, in c. 1. de emp. & vend. Bart. in l. annonam. ff. de extraord. crim. Lucas de Penna eleganter in l. 1. C. de quibus mun. liceat ſe excu. verb. temp. Iaſ. in l. 1. colum. 2. ff. de legi. Afflict. in 3. q. in procemio conſtit. Neapol. Bal. & Ang. in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff. de uſufruc. per tex. ibi, & Felyn. in d. c. 1. de empt. Cõis opin.

de empt.& vend. vbi Moder. in locis præcitatis atteſtantur hanc eſſe communem opinionem.

3 Quod in tantum procedit, vt non ſolùm tempore peſtis,& tempore careſtiæ diuites cogi poſsint vendere frumentum, uerùm etiam tenentur gratis pauperibus dare triticum ipſum; & ſi diuites non haberent, poſſent cogi ad emendum.l.1.C.vt nemi.in empt. ſpecier. lib.10. & notat diffusè Ripa in tract.de peſte, in 6.remedio.præſeruatiuo.

4 Fallitque prædicta regula ſecundo loco, ubicunque quis exponeret publicè res proprias uenditioni, & illę res pertineant ad uictum,& ueſtitum hominum: etenim æquum eſt tunc,ac reipublicæ conueniens etiam,ceſſante inopia rei,quòd publicus uéditor cogatur iuſto pretio vendere res, quas uenditioni expoſuit.text.eſt,ſecundùm Alber. & Burgẽs. colum.5.in d.l.1.§.cùm quidam deponere,numero 6. ff. de queſt. Dyn. & Bartol. in dicta l. nec emere.

¶ Et quamuis Iaſ.in d.l.nec emere,contrarium tenuerit;tamen in his,quæ pertinent ad victum,procedit de plano prior ſententia: ſecũdùm Alber. in d.l.nec emere, poſt alios huius opinionis authores, quorum opinio communis eſt:vt audacter aſſeuerant Moder.in d. c.1.& nonnulli Doct.iam relati.

5 Fallit ſimiliter præfata regula in multis aliis caſibus,quibus cogitur quis uendere iuſto pretio res proprias,quos tradiderunt Glo. & Doct.in d.l.inuitum, Glo. & ibi Alberic.& Iaſ.in d.l.nec emere, Roma.in l.2.num.7.ff.ſolut.matr. Afflic.in proœmio conſtit. Neap. q.3.Bal.& Ang.in d.§.ſi quid cloacarij,Rube.cõſilio 92.Martil.in d.§.cùm quidam deponere. Tiraquel.in tract.de retract.libr.1.in præfat. numero 15.& in §.3.Gloſ.3.num.1.& Soc. in tract.fallen.in reg.435.Vendere rem ſuam nemo compellitur.

SVMMARIVM.

1 *VENDITOR, licèt certò ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem:nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam, niſi emptor nunciaret ſibi litem motam.*

OPINIO M.XXVII.

1 VENDITOR, licèt certò ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem rei ſibi uenditæ: nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam,niſi emptor nunciaret ſibi litem motam: ſecundùm Bar.in l.non ſolùm. §. morte. ff. de oper. nou. nunc.Specul.Ioan.And. & Anchar. in c.fi.de empt.& uend.in fi.Bart.Bal.& Ang.per illum tex.in l.qui abſentem.ff.de procur. Bal. conſ. 279.uol.3.Paul.Caſtren.conſilio 308. colum. penult.viſis,& ponderatis,uolu.1.Corn.conſilio 6.num.4.& conſil.231.num. 10. uolum.2. Nattam conſilio 38.num.5.vol.1.Soc.Iun. cõſilio 4.num.34.uol.2. Ioã. de Amicis conſilio 145.num.6.Riminal.conſil.147.num.3.uol. 1.& conſil.274.uol.2.Curt.Iun.conſ. 104.numero 1.Bellonum conſilio 50.& Bertran. conſil.12.uol.4.Alex.num.12. & Iaſ. num. 26. & ſequen.in l. 2.§. uoluntatem. ff.ſol. matr. qui dicunt hanc eſſe communem opinionem, & Ripa ibi num.17.& Dec.conſilio 74. colũ.fin. Cõ opin.
Quam communem limitat Ripa ubi ſupra in 8.caſibus,à nu.18.uſque ad nu.28.

SVMMARIVM.

1 *EMPTOR ſecundus, cui res vendita tradita extat, præfertur priori emptori in dominio detinendo: quia dominium non poteſt in alium transferri aliter, quàm per traditionem.*

2 *Vendita eadem re duobus, quorum prior ſit eccleſia,vel ciuitas:tunc prior emptor præfertur in dominio detinendo ex priuilegio eccleſiæ ſecundo emptori,cui poſteà res uendita,tradita fuerit.*

3 *Emptor primus præfertur ſecundo emptori in dominio detinendo, quando Princeps uenderet,uel donaret eandem rem duobus:quia ex ſolo cõtractu, ſeu donatione Principis transfertur dominium.*

4 *Emptor primus præfertur ſecundo, etiam ſi traditio realis rei uenditæ facta fuerit ſecundo emptori,ubicunque ipſa res uendita extitiſſet duobus per eccleſiam, uel eccleſiaſticas perſonas: ſecundùm communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit.*

5 *Emptor primus præfertur ſecundo emptori, ſi ſecundus emptor ipſe ſciens fuerit uenditionis primo loco alteri factæ eiuſdem rei: & tunc licèt eidem tradita ſit cum fraude, tamen per prædictum emptorem res ipſa reuocabitur, & euincetur per actionem in factum prætoriã,competentem ad reuocandum alienata in fraudem.*

6 *Emptor primus præfertur ſecundo emptori in dominio detinendo, ubicunque venditor conſtituiſſet ſe in prima uenditione precario nomine primi emptoris poſſidere: ſecundùm communem opinionem, licèt contrarium deciſum extiterit in Rota Neapolitana.*

7 *Dominium ex contractu ſimulato non transfertur, nec poſſeſſio ciuilis per precarium.*

8 *Contractus vbi non valet, nec valet precarium in eo appoſitum.*

OPI-

OPINIO M. XXVIII.

1 VENDENS, ſeu donãs eandem rem duobus, ille præfertur in dominio detinendo, cui prius res ipſa tradita fuit, non attento cui fuerit vendita prius, vel donata. l. quoties. C. de rei vend. vbi Doct. dicunt hanc eſſe firmiſsimam iuris regulam. & Ruinus cõſilio 157. num. 6. uol. 4. Roma. ſing. 178. Quoties. Marſil. ſing. 82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles. Alex. conſil. 122. vol. 5. Soci. conſilio 29. viſis, uol. 4. Et ſic emptor ſecundus, cui res tradita fuerit, præfertur priori emptori.

¶ Et ratio dictæ regulæ uidetur iſta: quia dominium regulariter non poteſt in alium transferri aliter, quàm per traditionem. l. traditionibus. C. de pactis. Igitur ex duobus emptoribus, is potior cenſebitur, quò ad dominij acquiſitionẽ, & retentionẽ, cui res prius tradita fuerit, licèt in cõtrahẽdo poſterior fuerit. l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publicia. & l. ſi ea res. §. fin. ff. de act. empt. huiuſmodique rationem tradit Glo. & omnes Scriben. communiter, vt refert ibi Iaſ. in d. l. quoties, numero 3. in fine. Cõis opin.

2 Sed claudicat iſthæc regula primùm non procedere, ubicunque res ipſa eſſet uendita duobus, quorum prior Eccleſia, uel Ciuitas eſt. in quas, nota, ex priuilegio dominiũ abſq; traditione transfertur. iuxtà l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. hoc enim caſu prior iſte emptor Eccleſia, uel Ciuitas prẽferendus eſt, etiam ſi alteri poſtmodùm res uendita, uel tradita fuerit: ſecundùm Ioan. And. Abb. & omnes in c. cùm continebatur, de his quæ fiunt à præla. Gloſ. Bart. & alios, in d. §. ſi duobus, & omnes in d. l. quoties, ubi Iaſ. num. 4. ſupponit iſtam eſſe communem opinionem, & Moder. in l. qui duobus. ff. de falſis. quam quidem communem ſequitur Roma. conſilio 298. circa præmiſſam dubij conſultationem. Panor. conſilio 91. num. 7. lib. 1. & Gozad conſilio 13. nu. 13. & Marſil. ſing. 82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles, & utiles limitationes. Cõis opin.

3 Interpretatur etiam ſecundo loco præfata regula non procedere, quando Princeps uẽderet, uel donaret eandem rem duobus. hoc caſu equidem præfertur primus emptor: quia ex ſolo contractu, ſeu donatione Principis transfertur dominium: ſecundùm Ioan. And. in c. olim, de uerb. ſig. Aret. in l. 3. colum. 2. ff. de acquir. poſſ. Ang. in l. officium. ff. de rei uendic. Bal. & Iſer. in c. 1. §. inueſtitura, num. 2. de noua forma fidelit. Doct. omnes in d. l. traditionibus. Roma. in d. conſil. 298. Abb. conſilio 94. colum. fin. uol. 2. Alex. conſilio 187. colum. fin. lib. 2. conſ. 3. nu. 7. uol. 5. & Iaſ. in d. l. quoties, num. 10. qui dicit dictam opinionem non habere contradicentem. & Pariſ. conſ. 2. num. 58. uol. 1. dicit communem, & Doct. in d. l. traditionibus. Cõis opin.

4 Limitatur prædicta regula tertiò non habere locum, ſeu claudicare in Eccleſia, & eccleſiaſticis perſonis uendentibus eandem rem duobus: quia tunc primus emptor ſecundo præfertur, etiam ſi traditio realis facta fuerit prius, quàm primo emptori: ſecundùm Hoſt. & Ioan. And. in d. c. cùm continebatur, Roma. in d. conſil. 298. & in auth. ſimiliter. C. ad legẽ Falcid. & Marſil. in ſing. 82. & in d. l. qui duobus, numero 3.

¶ In contrariam uerò opinionem inclinauit, quòd prẽferatur in iſto caſu primus emptor, Ant. de But. Cardin. Floren. Anchar. & Abb. in d. c. cùm continebatur, Bart. Soc. conſilio 29. lib. 4. Iaſ. in l. fi. numero 29. C. de ſacroſan. eccleſ. & in d. l. quoties, num. 20. ubi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & Alex. quoque conſilio 122. lib. 5. colum. 2. Pariſ. in d. conſ. 11. nu. 20. Cõis opin.

5 Fallitque ſimiliter procedere, quando ſecundus emptor bonam fidem habet: nam ſi ſecundus emptor ſciens fuerit uenditionis primo loco alteri factæ eiuſdem rei, licèt eidem tradita ſit cum fraude: tamẽ per primum emptorem res ipſa ab eo reuocabitur, & euincetur per actionem in factum prætoriam competentem ad reuocandum alienata in fraudem: ſecundùm Gloſ. communiter approbatam, in c. ſi tibi abſenti, de præbẽ. lib. 6. Bal. in rubr. C. de reuocan. his quæ in fraud. cred. Gloſ. Alber. Saly. & Iaſ. num. 26. in d. l. quoties, Marſil. in d. l. qui duobus, num. 10. & iſtã limitationem ſequitur quoque cum aliis ferè innumeris relatis per eum, Tiraquel. in tract. de iure conſtituti poſſeſ. 1. par. in prin. nu. 22. & ſeq. vbi firmat iſtorum ſententiam communiorem fore. Cõis opin.

6 Fallit etiam poſtremò, vbicunque uenditor conſtitueret ſe in prima uenditione precario nomine primi emptoris poſsidere.: hoc enim caſu, & ſi poſſeſsionẽ corporalem, actualem, & realem minimè tradiderit primo emptori, ſi deinde uendiderit, atque tradiderit poſſeſsionem eiuſdem rei: nihilominus ob huiuſmodi precarij, & conſtituti clauſulæ adiectionem, erit potior primus emptor: ſecundũ Bal. conſilio 506. uenditor cõſtituit, uol. 4. Io. And. in add. Specul. in tit. de empt. & uend. in §. ſciendum, col. 16. & Marſil. in d. ſing. 82. in 3. limitatione.

¶ In contrariam uerò partem uidetur inclinare copioſè Rota, ſeu Concilium Neap. teſte Afflict. deciſ. 40. Sed aduerte, quia ibi appoſita, & probata extitit ſimulatio primæ uenditionis per pactum de retrouendendo, modicitatem pretij, & poſſeſsionem 40. annorum. & hæc præ-

ſic præſcriptionem. ideò non mirùm,iſtis con currentibus,ſi concilium determinauerit eſſe præferendum ſecundum emptorem primo, non obſtante clauſula precarij,& conſtituti in eius fauorem concurrentis.

7 Quoniam dominium ex contractu ſimulato non transfertur, nec poſſeſsio ciuilis per precarium: ſecundùm Bal.in l.ex teſtamento. C.de fideicommiſſ.

8 Vbi concludit, quòd ſi non ualet contractus,nec tenet precarium. & ſequitur Afflic. in d.deciſ.40.nu.17.Alexan.in l.1.§.ſi uir, colum.2.ff.de acquir.poſſ. & Curt. Sen. conſilio 70.ſub num. 2. ubi in hoc appellat Alex. aureum.idcircò redditur uériſsima prædicta vltima limitatio. Nec ei obſtat memorata deciſ.Neap.per relatas rationes,& authoritates.

SVMMARIVM.

1 *VSVRARIVS contractus requirit modicitatem pretij,pactum de retrouendendo, & conſuetudinem fœnerandi:nec duo ſufficerent, ſecundùm unam communem opinionem: receptum tamen eſt duo prima ſufficere, ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem.*

2 *Inſtrumentum,ſeu contractus celebratus cum eccleſia,aut cum viris eccleſiaſticis,in quo interuenerit modicitas pretij,& pactum de retrouendendo, non præſumitur vſurarius.*

3 *Contractus celebratus cum muliere,& ruſtico, in quo interuenerit modicitas pretij, & pactum de retrouendendo,non præſumitur uſurarius.*

4 *Exceptio rei iudicatę, actori proponenti pactum de retrouendendo,modicitatem pretij, & ſimulationem contractus, obſtare uidetur quò ad ſimulationem ipſam; ſecus uerò quò ad pactum de retrouendendo, & læſionem in pretio.*

5 *Pactum de retrouendendo poſt triennium, non facit contractum ſimulatum, niſi in facto fœneratorio.*

OPINIO M. XXIX.

1 *Venditio.* CONTRACTVS emptionis,& uenditionis, vel alius ſimilis contractus, vt dici poſsit fœneratitius, & vſurarius,& ſimulatus,requiritur neceſſariò probari tria, modicitas, ſeu tenuitas pretij, pactum de retrouendendo, & conſuetudo fœnerandi, uel quòd emptor ſit ſolitus fœnerari: & concurrētibus iſtis tribus, contractus ipſe iudicandus foret ſimulatus:nec duo ex iam dictis ſufficerent aliquo pacto ad probandum ſimulationem:vt voluit Bal.in c.1.de feud.dato in uicē legis commiſ. Archid.in c.quia plerique.14. q.3.Io. And. in c.ille uos,de pigno. Iac. de Aret.Cy.Saly.& alij in l.in emptione.C.plus ualere quod agitur. Cardin. & Anchar.in c. ad noſtram,de empt.& uend.Gozadin. in repet. l.2.C.de pact.inter empt. & uend. alios referens,Cagnolus in repet.l.2.C.de reſcin.uend. & iſtam opinionem ait eſſe communem Alexan.conſilio 109.col.fin. uol. 4. Dec. conſilio 167.Grammat.deciſ.26.num.26. & ſequē. & Caſſadorus deciſ.1.num.1.in tit.de uſuris. & ſequitur, & memorat eſſe magis communem *Cōis* Gratus conſilio 11.quæritur,an Excellens Doctor,num.14.& ſequen. libro 2. & ita conſuluit Boerius conſilio 12.& Alex.de Neuo conſilio 95.num.21. *opin.*

¶ In contrariam uerò ſententiam, uidelicet,quòd contractus eſt iudicandus fœneratitius ſolummodò ex duobus, ſcilicet ex pretij modicitate,& pacto de retrouendendo, abſq; eo,quòd emens ſit ſolitus fœnerari,inclinauit Glo.in c.conqueſtus,de uſuris,& in d.c.ad noſtram.quam ſequitur ibi Innoc.Hoſtien. Ioā. And.Imol.But.Abb.Bal.Alberi.Pau.Caſtrē. & Fulgoſ.in d.l.in emptione, vbi aſſeuerant prædictorum opinionem eſſe communem, & *Cōis* Alex.reuocando iudicium in melius, conſilio *opin.* 120.vol.4.& conſil.46.in princ.volu.3. vbi dicit aperto ore hanc partem eſſe magis cōmunem,& Boer.deciſ.182.num.10.& ita, uigore dictæ ſecundæ,& ultimę opinionis magis communis,uoluit Sacrum Concilium Neap. teſte Afflicto deciſ.65. & Grammat. in præcitata deciſ.76.num.30.cum aliis ſeq.& Rota Rom. vt refert Caſſadorus in d.deciſ.1. & ita conſuluit quoq; Grauet.conſ.156.nu.8. & iſta eſt ueriſsima,canonica,& magis communis opinio, & obſeruāda in practica: vt atteſtatur Iacob. in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero.ff.ſi cer.pet. & Afflict.deciſ.40.ſub nu. 17. & ſeq. pro qua ſemper intrepidè iudicarem, & conſulerem caſu eueniente,& ſecundùm eam conſuluit etiam eleganter, & doctè Marcus Antonius Natta conſ.198.uiſo, & benè conſiderato themate, uol.1.& iudicauit Camera Imperialis,teſtante Ioachino in obſeruatione.62.centuria.3.

2 Iſtam uerò opinionem ita retētam limitat Alciat.conſ.40.num.3.tomo 1.lib. 1.fol. 17. non procedere,ubicunque inſtrumentum, in quo interueniſſet pretij modicitas,& pactum de retrouendendo,reperiretur celebratum cū Eccleſia, ſeu uiris eccleſiaſticis, vt tunc non præſumatur fœneratitium.

3 Item limitatur eadem communis in muliere,& ruſtico, quorum perſonarum ſimplicitas doli præſumptionem tollit,ac penitus excludit.l.1.§.fin.ff.de eden.& l. ſi quis id quod. ff.de iuriſdict. omnium iud. & firmant Doct. in locis præcitatis.

4 Claudicat etiam præmemorata communis, quòd actori proponenti pactum de retrouendendo,læſionem in pretio, & ſimulationē contractus,obſtet exceptio rei iudicatæ, quò ad

ad ſimulationem, ſed audiri debeat ſuper ipſa ſimulatione. Cæterùm quò ad pactum de retrouendendo, & læſionem, eidem actori non obſtitiſſe, nec obſtare exceptionem prædictã rei iudicatæ: ſecundùm deciſionem Rotæ Romæ emanatam ibi, ſub die 20. Octobris 1570 citatamque per D. meum Oradinum in ſuis deciſionibus, deciſ. 267.

5 Poſtremò choarctatur quoque eadem cõmunis, vt pactum ipſum de retrouendendo poſt triennium, non faciat aliter contractum ſimulatum, niſi in facto fœnerario. ita Moheda. deciſ. 157.

SVMMARIVM.

1 *VERBA intelliguntur, & interpretantur ſecundùm ſubiectam materiam, & ſecundùm naturam rei, & contractus, qui geritur, non autem ſecundùm quòd ſimpliciter, & nudè proferuntur.*

2 *Contractus mens potius, quàm uerba attendi debet.*

3 *Verbum, Emo, interdum interpretatur pro conduco: & uerbum pretium pro mercede.*

4 *Verbum, commodũ, aliquando ponitur pro precario.*

5 *Verbum, uendo, ponitur, & accipitur pro permuto.*

6 *Monialis teſtamento, dicens, relinquo Titio proprietatem talis rei, exponitur, id eſt uſumfructum: & ſic uerbum, Proprietas, aliquando accipitur pro vſufructu.*

7 *Verba interpretantur ſecundùm qualitatem perſonæ, cui diriguntur.*

8 *Princeps præconizari faciens, ut quilibet debeat cõparere cum armis ad moſtras, interpretantur eius uerba, ut quilibet teneatur comparere ſecundùm qualitatem ſuam, id eſt eques cum equo, & baliſtrarius cum baliſta.*

9 *Verba quantumcunque præciſa recipiunt interpretationem, ſecundùm ſubiectam materiam.*

10 *Verba quantumcunque præciſa interpretationem congruam recipiunt, & à mente proferentis regulantur.*

11 *Dictio, mox, accipitur ſecundùm ſubiectam materiam d. uerſi modè, aliquando pro ſpatio decem dierum; quandoque pro ſpatio duorum menſium; aliquando capitur vſque ad annum; aliquando pro anno ſequenti; aliquando ſignificat tempus incertum arbitrio iudicis ſtatuendum; aliquando dicitur fieri ſtatim, & incontinenti uſque ad ſex menſes.*

OPINIO M. XXX.

1 VERBA in dubio interpretanda, ac intelligenda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam, & rei naturam, & contractus, qui geritur, non autem ſecundùm quòd ſimpliciter, & nudè proferunt. l. ſi uno, & ibi Bar. ff. locati, cum aliis iuribus uulgaribus. ex quibus ita concludit Alex. conſilio 5. uol. 4. Bald. in l. 1. colum. 4. ff. commodati, Paul. Caſtren. in l. Ariſto, poſt princ. ff. de donat. Aret. conſil. 160. in 6. dubio, & 163. colum. fin. Roma. conſilio 88. 211. & ſeq. Soc. in l. 2. colum. fin. ff. ſi cer. pet. Riminal. in l. 1. colum. 1. & ſeq. de iuriſd. om. iud. Alex. conſil. 37. colum. 2. 108. & 120. uol. 3. & conſil. 35. col. 4. uolum. 4. conſilio 179. uiſo proceſſu inter magnificam, nobilem Conſortem, num. 12. uol. 5. & in l. 2. colũ. pen. & ſequen. ff. de vulg. Ruin. conſ. 55. ſuper eo, de quo quæritur, num. 3. uol. 1. Dec. in c. cũ parati, colum. 2. de appell. & conſ. 120. 160. 164. & 580. colum. fi. & Fely. in c. nam concupiſcentiam, colum. 1. de iuriſd. omn. iud. Ozerius in §. alienus, nu. 4. inſtit. de hær. inſtit. Neuiza. in Sylua nuptiali, lib. 1. num. 232. Marſil. ſing. 510. Verba in dubio. Corn. conſil. 21. numero 7. uol. 1. conſilio 220. num. 11. eod. uol. conſilio 63. num. 3. uol. 2. conſ. 205. num. 15. eod. uol. & conſ. 25. num. 8. volu. 3. & conſ. 90. num. 16. eod. uol. & Ripa in l. 2. §. uoluntatem, num. 7. ff. ſolut. matr. quamuis eſſemus in materia, in qua fieri deberet ſtricta interpretatio, prout loquitur Alex. in d. conſ. 5. & ſequitur Dec. conſ. 288. col. 2. & Marſil. in d. ſing. 510.

2 Vndè concludendum eſt, quòd in contractibus magis attendere debemus mentem, quàm uerba. tex. eſt in l. fin. & ibi not. Bal. C. quæ res pign. oblig. poſſ. & Gloſ. in l. blannitus. ff. de fideiuſ. Nam verba ſeruiunt intentioni, non autem intentio uerbis. c. intelligentia, de uerb. oblig. cum ſimilibus, & uide Corn. hoc profuſè, & eleganter declarantem, conſ. 81. in primo uol. Et ſic uerba intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam, etiam contra propriam uerborum ſignificationem. Et hinc eſt, quòd uerba neceſſitatiua, ex ſubiecta materia, intelliguntur de honeſtate: vt per Gloſſ. in Clem. attendentes, de ſta. monach. & in c. 1. de deſpon. impub. & per Bart. in l. creditores. C. de pignor. Et uerba rogatiua uerſa uice important neceſſitatem. c. rogo, vbi Gloſ. 11. q. 3. & Gloſ. in l. 1. ff. quod iuſſu, & uide aliquid per Abb. in tract. Concil. Baſil. in primo dubio, colum. 10.

3 Et hoc adeò uerùm eſt, vt Bar. in ſua diſputatione incip. Publicanus, cõcludit, & firmat, quòd uerbum, Emo, interpretatur pro conduco, & uerbum, Pretium, ponitur pro mercede. & hoc dictum Bar. ſequitur Alex. conſ. 107. colum. 2. uol. 3. & Soc. conſ. 88. colum. 2. uolu. 1. vbi profert cum Bar. omnes Doct. communiter ſentire, & in effectu iſta eſt magis communis opinio. Cõis opin.

4 Et hinc aſſerebat Bal. in l. 2. C. commod. quòd uerbum, Commodum, ponitur pro precario.

5 Et idem in l. 1. C. de rerum permut. quòd uerbum, Vendit, ponitur pro permutauit.

6 Aſſerebatq; ad eundem propoſitum Cardin. conſil. 17. quòd ſi monialis in teſtamento dicat, relinquo Titio proprietatem talis rei, exponitur, id eſt vſumfructum. & ſequitur Fely. in c. in tantùm, de ſimo.

¶ Et aſſerebat denique Abb. in c. 2. de ſtat. monach. col. 2. quòd ſi profitens dixerit, reſeruo mihi proprietatem talis rei, exponitur id eſt uſumfructum: & ſic veriſsimum eſt in prædictis caſibus, & in aliis ſimilibus, quòd ſecundùm ſubiectam materiam verba interpretantur, & recipiunt interpretationem, & declarationem.

7 Et uerba etiam intelliguntur, & interpretantur ſecundùm qualitatem perſonæ, cui diriguntur. l. plenum. §. æquitij. ff. de vſu, & habit. & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de uerb. obl. vbi Iaſ. in 6. not. plura congerit.

8 Et facit ad propoſitum deciſio Bal. in l. liberti, libertæque, col. 6. C. de operis libert. dicentis, quòd ſi Princeps præconizari faceret, vt quilibet deberet comparere cum armis ad faciendum oſtẽtationes, ſeu moſtras. quilibet tunc deberet, ac teneretur comparere ſecundùm qualitatem ſuam; eques cum equo, & baliſtrarius cum baliſta, & ſimilibus.

9 Imò uerba quantumcunque præciſa recipiunt ſubauditionem, & interpretationem ſecundùm ſubiectam materiam: ſecundũ Ruin. conſ. 8. num. 11. uol. 5. per Glo. in l. ſtipulatus ſum Damam. ff. de uerb. oblig.

10 Et conſequenter uerba quantumcunque præciſa, interpretationem congruam recipiunt, & à mente proferentis regulantur. Iaſ. in l. 1. colum. 4. ff. de leg. 1. & Glo. eſt in d. l. ſtipulatus ſum Damam, in uer. Stipulatus ſum continuò. Pariſ. conſilio 3. num. 61. uolu. 3. & Dec. conſilio 356. col. 2. poſt Bal. in l. fin. C. de contrahen. empt.

11 Et ſic dictio, Mox, ſecundùm ſubiectam materiam diuerſo modo etiam accipitur. Aliquando pro ſpatio decem dierum. l. ad peremptorium, in fi. cum l. ſeq. & ibi Ang. ff. de iud. Quandoque capitur pro curriculo, ſeu ſpatio duorum menſium. l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iudic. Aliquando capitur uſque ad annum. c. ſi tamen qualibet. & ibi Glo. 11. q. 1. & c. longinquitaté. 12. diſ. Aliquando capitur, Mox, id eſt anno ſequenti. l. ſed & ſi quis. §. ſi operas, cum ſequen. iuncta Gloſ. in uer. Mox. ff. de vſu fruct. Aliquando ſignificat tempus incertum, arbitrio iudicis ſtatuendum. l. ſi is à quo, in princ. ff. vt in poſ. leg. Aliquando, poſtremò dicitur fieri ſtatim, & incontinenti vſque ad ſex menſes: ſecundùm Bar. in l. 3. §. cum igitur. ff. de ui, & ui armata.

SVMMARIVM.

1 *VERBA adiecta ſimpliciter in inueſtitura feudi, pro ſe, & hæredibus maſculis; pro liberis, & deſcendentibus: intelligi debent, quòd vocantur ob hoc ipſi filij, & deſcendentes abſque eo, quòd ſint hæredes.*

OPINIO M. XXXI.

1 VERBA appoſita, ſeu adiecta ſimpliciter in inueſtitura feudi, pro ſe, & hæredibus maſculis; pro liberis, & deſcendentibus: accipiuntur, intelligique debent abſque eo, quòd vlterius habeant ius, & nomen hæredis: & ſic per huiuſmodi uerba uocantur dicti filij, & deſcendentes, abſque eo, quòd ſint hęredes: ſecũdùm Ioan. And. in add. Specul. in tit. de teſta. in rub. in fin. Bar. Bal. colum. fi. & Alex. col. 3. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſth. Ray. de For. in diſput. exordiente. Quidam habebat duos filios. Dec. conſ. 308. ſub num. 11. conſil. 175. num. 3. & conſ. 395. ubi affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & in c. in præſentia de probat. Corn. conſ. 199. colum. 12. uol. 2. & conſilio 164. colum. 1. volu. 3. Iaſ. in d. §. etiam, col. 4. Cur. Sen. conſilio 25. colum. pen. Lauren. Calcan. conſ. 78. nu. 5. Soc. Iun. conſ. 79. num. 6. uol. 4. & inſignis Doctor, & conciuis meus Ioſephus de Ruſticis in tract. de conditione ſi ſine liberis deceſſerit, in 4. par. c. 1. numero 5. *Cõis opin.*

¶ Et licèt Sigiſmun. Loffredus conſulendo, & doctiſsimè quidem, conſ. 1. per totum. uideatur tenere contrarium. tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli aliter recedere à dicta communi, quæ ueriſsima, & tutiſsima redditur ex ſcriptis memoratorum ſcribentium.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM, Promitto, prolatum in aliqua ſcriptura publica, ſiue priuata, denotat, ac importat in dubio ſtipulationem in utraque ſcriptura.*

2 *Debitor per ſcripturam priuatam, aſſerens ſe debitorem alicuius ſummæ erga aliam perſonam, ac promittens ſe eam ſoluturum, efficaciter obligatur, & cenſetur ob hoc facta promiſsio interueniente ſtipulatione.*

OPI-

OPINIO M. XXXIII.

1 VERBVM, Promiſit, ubicunque reperiretur ſimpliciter prolatum in aliqua ſcriptura, ſiue publica, ſiue priuata, denotaret vtiq; in dubio ſtipulationem in utraque ſcriptura: & ſic uerbum ipſum Promitto, redactum in ſcripturam publicam, uel priuatam, denotat ſtipulationem: ſecundùm Scriben. omnes in rub. ff. de uerb. oblig. & ibi Ripam, num. 17. & ſeq. & Soc. Iun. num. 40. cum aliis pluribus ſeq. Bart. & alios, per tex. ibi, in l. Titia §. idem reſpondit, il 2. ff. de uerb. oblig. ubi etiam Iaſ. in 1. not. admonet iſtam eſſe communem opinionem, & Lancil. Galiaul. in d. rubr. eod. tit. numero 28. *Cõis opin.*

2 Et ex hoc inferunt Ang. Paul. de Caſtro in d. §. idem reſpondit, ad caſum utilẽ, & quotidianum, uidelicet, quod ſi aliquis mercator uel alius quilibet per ſcripturam priuatam aſſereret ſe debitorem alicuius ſummę erga aliã perſonam, & promitteret ſe eam ſummam ſoluturum, cenſeretur nempè facta promiſsio interueniente ſtipulatione, & ſic eſſet efficax ad agendum.

¶ Imò fortius uolunt Doct. in d. §. idem reſpondit, per tex. ibi, quòd ſtãte uerbo, Promitto, in ſcriptura publica, uel priuata, pręſumeretur pręſentia, & colloquium utriuſque partis ſimul, de quo dicendum, diſtinguendũ eſſet, ut ubi per Io. de Imol. Aret. & Iaſ. Qui Are. etiam, poſt Caſtren. idem concludit de uerbo Inueſtio: ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM, Placet, vel Placebit, denotat arbitrium boni uiri, non autem liberam uoluntatem.*

2 *Verba, Liberam facultatem, poſita in reſcriptis; uel alia ſimilia uerba ſub quibuſcunque clauſulis, & formis, quid importent, remiſsiuè.*

3 *Verbum, Vt tibi videbitur, denotat arbitrium boni viri, non autem liberam voluntatem.*

4 *Verba, prout tibi libuerit, important liberum arbitrium.*

5 *Verba, prout voluerit, important liberã voluntatẽ.*

OPINIO M. XXXIV.

1 VERBA illa prolata per aliquem in quacunque commiſsione alteri tradita. Prout tibi placuerit, non important liberam, & abſolutam poteſtatem, ſed arbitrium boni uiri: & ſic de arbitrio boni uiri, & non aliter intelligi debeant, text. eſt in l. Lucius, de fideicom. lib. & ibi Bar. & clarius in l. Thais ancilla. §. ſororem, eod. tit. & conſil. incip. Bictonienſis quidam habens bona communia. Corn. conſ. 9. ſub nu. 14. uol. 1. conſ. 221. num. 28. uolu. 2. & conſ. 92. num. 12. eod. uol. & conſ. 76. num. 5. uol. 3. Bal. l. fin. §. 1. C. communia de legat. Afflict. deciſ. 91. ſub nu. 4. ubi fatetur iſtam eſſe communem opinionem. cui inhęret etiam Fely. in c. 1. de conſtit. ſub num. 51. *Cõis opin.*

2 Vbi ponit uerba, Liberam facultatem, quid importent, & ibi de clauſulis inſertis in reſcriptis, uidelicet, Committimus iudicio tuo, Pronuncies ſecundùm ſenſum tuum, & de multis aliis per ordinem, uſque ad uer. Primum eſt, quòd uerba importantia.

3 Imò uerba, Vt melius tibi uidebitur, & placebit, ſimiliter arbitrium boni uiri importãt, non autem liberum arbitrium, & uoluntatem. l. fideicommiſſa. §. quoque. ff. de leg. 3. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uer. Videbitur, & in l. Lucius. ff. mand. Corn. conſilio 9. num. 14. uol. 1. conſil. 117. num. 4. & cõſilio 221. num. 28. vol. 2. & conſil. 194. num. 7. & conſ. 302. vol. 4. & Bar. & alios, & pręſertim Iaſ. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. Afflict. in d. deciſ. 91. numero 5. Soc. Iun. conſilio 150. numero 56. uolum. 2. & Bertran. conſilio 303. uiſis duobus caſibus, n. 9. vol. 4. & cõſ. 10. uiſo publico inſtrumento conuentionum, num. 17. uol. 6.

4 Verba uerò, prout libuerit faciendi, non important aliter arbitrium boni uiri, ſed ad arbitrium liberum ea reducuntur. l. fideicommiſſaria libertas, & l. 2. ff. de fideicõmiſ. liber. Bar. in l. alio. ff. de aliment. & cibar. legat. Gozad. conſ. 91. ſub num. 9. & Alex. in l. ſi ſic, col. 2. ff. de leg. 1.

5 Similiterq; uerba, prout uoluerit, important etiam liberam uoluntatem. l. cùm quidam, & ibi Bar. ff. de leg. 2. & Bertran. in d. conſilio 10. nu. 9. uol. 6.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM, Conuenit, appoſitum, uel prolatum in inſtrumento, non importat ſtipulationem, niſi reperiretur apud acta: quia tũc calore in dicti importaret ſtipulationem, nõ autem pactum nudum; & niſi proferatur interrogatiuè.*

OPINIO M. XXXV.

1 VERBVM, Conuenit, appoſitũ, uel prolatũ in inſtrumento, nõ impedit ſtipulationẽ: ſecundùm Bar. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. cuius opinionẽ fatetur eſſe cõem Ripa ibid. nu. 16. & D. Pontanus Peruſinus, nu. 2. & Marcel. Berinc. in rub. ff. d uer. obl. & Cremẽ. ſing. 139. *Cõis opin.*

¶ Et licèt Iaſ.in d.l.lecta,& Fortunius Garzi.in l.1.ff.ſi cer. pet. audacter aſſeuerent aliā
Cõis opin. ſententiam contra Bar.eſſe communem. Cæterùm prima opinio eſſe videtur magis communis:vt per Ripam in d. rub.ff.de uerb. obl. numero 26.

¶ Quæ quidem tanquàm ueriſsima limitatur primùm non procedere, quando dictum uerbum, Conuenit, reperiretur apud acta: tũc profectò calore iudicij importaret ſtipulationem, non autem pactum nudum: ſecundùm Bal.in l. ſciendum,in 2.lect.ff.de uerb.obl.cuius dictum pro ſingulari, & peregrino recenſuit Cremenſis ſing.139.

¶ Secundò etiam choarctatur,quòd eſt uerum,quòd verbum, Conuenit, in dubio non importat ſtipulationem,niſi proferatur interrogatiuè:vt per Zaſium,in d.rubr. ff. de uerb. oblig.putà,habeo hoc à te?& Soc.loco de quo ſupra,num. 16.& Alciat.in l.1.§. ſi quis ita. ff. de uerb.oblig.

¶ Sed tamen contra hoc tenet Azo.in ſumma,vel in rub. C. de inutil. ſtipul. At magiſter meus, D. Reſtaurus Caſtaldus Peruſinus,dum publicè interpretabatur d.rub. ff. de ver. obl. admonebat,aſſerebatque veritatem eſſe contra Azonē, & eius lecturam ibi eſſe corruptā.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM, Promitto, redactum in inſtrumento,ſeu ſcriptura, importat ſtipulationem,ſiue ſit ſcriptura publica, ſiue priuata,niſi ſit prolatum à teſtibus; & niſi ſint uerba de præterito.*

OPINIO M. XXXVI.

1 VERBVM, Promitto, redactum in inſtrumēto, ſeu ſcriptura, importat ſtipulationem.§.ſi ita ſcriptum,inſtit. de inutil.ſtipul.& hæc eſt cõ
Cõis opin. munis opinio Glo.Bar.Cęterorumque,in l.1.de contrah.commit.ſtip.Bartol.Fulgoſ.Alex.& Dec.in l.lecta.ff.ſi cer.pet. vt ferè omnes atteſtantur,in rub.ff. de uer.oblig.Caccialupus in tract. de pactis.q.4. nu. 1. cum aliis ſeq.Cagnolus,n.88.& latè per duas col.in d.l.lecta.& Moder.Hyſpani,in l. iuriſgētium.ff.de pactis,in prin.

¶ Imò ampliatur dicta communis non ſolùm procedere in ſcriptura publica, uerùm etiam in priuata, vt in apodiſſa. & ſuper hoc
Cõis opin. eſt aliqualis controuerſia inter Doct.ſed communis concluſio Doct.eſt,ſecundùm Marcellum Berincutium,in rubr.ff.ſi cert. pet. quòd idem ſit ac in ſcriptura publica.& de iſta communi opinione atteſtatur etiam Ioan. Bapt. Caccialup.in tract. de pact. in 4. q. & Moder. Mediolanenſes,in l.1.num.31.ff.de uerb.obl.

¶ Contrarium tamen tenuit Soc.antiq. cõſilio 267.præſens,lib.2.& Iacob.Bauer.in l. 1. C.de contrahē.& cōmit.ſtip.ubi ait,quòd ſcriptura priuata facit fidem ſi fiat à perſona non indotta;ſecus ſi fieret à mercatore. Soci.Iun. conſil 131.lib.3.iam diu.Vbi dicit, quòd §.ſi ita ſcriptum, non habet locum in ſcriptura facta à mercatore. Et nota cum eris iudex,an in ſtrumenti appellatione veniat ſcriptura priuata,& an veniant teſtes: eſt facienda diſtinctio,an ſimus in odioſis, uel in fauorabilibus. & de hoc uide Dec. in c. 1. de fide inſtrum. & Clemen.1.de procur.in terminis,& l.1. C. de iur. calum. videlicet, quòd in fauorabilibus, appellatione inſtrumenti veniūt teſtes, & priuata ſcriptura,aliàs ſecus in odioſis.

¶ Sed claudicat primò dicta communis concluſio non procedere in teſtibus deponentibus aliquē promiſiſſe: tunc explorati iuris eſt,uerbū prolatum à teſtibus non importare ſtipulationem,ſed pactum nudum:ſecundum communem opinionem omnium Doct. in l. ſciendū.ff.de uer. obl, quā allegat nouiſsimè, Cõis opin. vltra alios, Marcellus Berincutius,in rubr.ff. de uer.obl.& ſequitur Caccialupus in trac. de pactis,in 4.q.n.4,& alij Doct.aggregati p Vrſillū in add.Afflicti,in deciſ.120.num.1.& ſeq.

¶ Sed benè uerum, quòd in Sacro Regio Concilio Neap.deciſum extit contrarium, ſecundū Afflict.in d.deciſ.120. videlicet,vt verbum,Promiſiſſe, à teſtibus prolatum, importet ſtipulationem,vel pactum nudum:cùm ex vtroq;,pręſertimq; in ipſo prætorio Principis, & domini Regis noſtri agi poſsit:& ſic ipſum Sacrum Regium Concilium Neap.poſſet agere promiſſorem ad obſeruantiam promiſsionis nudo pacto factæ. Et dictā deciſionē amplectitur poſt Bal.Vrſillus in add.Afflicti,in d. deciſ.120.nu.2.& ſeq. & uidetur optimè fundata,vt diſcuſsimus ſupra in Opin.570.lib.2. fol.119.Pactum nudū nō producit, poſt prin.

¶ Limitatur ſecundo loco, quòd uerbum, Promitto, poſitum in inſtrumento, importat ſtipulationem,quando ſunt uerba de præſenti: ſecus de pręterito:ſecundùm Saly.in l.1.C. de contrah.& commit.ſtip.

¶ Tertiam uerò limitationem tradunt Moderni in d. l. ſciendum, quando teſtes dicunt, talis promiſit Titio præſenti.nam tunc importat ſtipulationem. ſecus ſi non apponerēt illud verbum pręſenti:vt per Afflict.deciſ.120.

¶ Sed contra hoc facit Glo.cõiter approbata,in l.ſi unus.§.pactus ne peteret. ff. de pact. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM, Rei, capitur generaliter,& comprehendit quaſcunque res, & actiones,excepto libero homine.*

2 *Statutum ordinans, quòd de qualibet re ſoluatur gabella, non habet locum in libero homine: nam de eo non ſoluetur gabella.*

OPINIO M. XXXVII.

1 VERBVM, Rei, capitur generaliter, & comprehendit bona, iura, ſpecies, & ſeruos, & alias quaſcunque res: ſecundùm Dec. latè, in l. 1. ff. ſi certum pet. num. 7. & ſeq. in 2. lect. & ultra eum probatur hoc inſtit. de rerum diuiſ. in princ. & inſti. de rebus corpor. & incorp. ubi hęreditas, vſusfructus, obligationes, & actiones, veniunt appellatione rerum.

¶ Sed tamen aduertendum eſt, quòd non comprehenduntur liberi homines appellatione rerum. l. 1. ff. de ſtatu hominum, cum aliis concordantibus relatis per Dec. in l. 1.

2 Indè Niger, ſumpta occaſione ibi, infert ad quæſtionem de ſtatuto diſponente, de qualibet re ſolui gabellam, quòd non habebit locum in libero homine, vt non ſoluatur gabella. quem ſequuntur communiter Moder. in d. l. 1. vt ponit expreſsè Bolognettus ibi numero 26. licèt ipſe contra huiuſmodi dictum non nulla ſatis urgentia opponat. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *VERBA enunciatiua principaliter propter aliud prolata, regulariter nō diſponunt, & nihil operantur: ſicut neque narratiua.*

2 *Verba enunciatiua incidēter propter aliud prolata, licèt non diſponant, tamen faciunt ſemiplenam probationem in fauorem tertij.*

3 *Verba enunciatiua, fauore pia cauſę prolata, diſponunt.*

4 *Verba enunciatiua iurata per teſtatorem in ſuo teſtamento diſponunt, ſiue teſtator enuncians iuret, ſeu aſſerat ſe iuraſſe omnia, & ſingula contenta in inſtrumento eſſe uera.*

5 *Verba enunciatiua prolata à patre naturali conſitēte præſente eius filio naturali legitimato, quòd de eius licentia conſenſu, & mandato ipſe ſe legitimari fecit, diſponunt, ac ipſis verbis ita enunciatiuè prolatis ſtandum eſſet, etiam quòd de prę iudicio ipſius patris tractetur.*

6 *Scripturam producens in iudicio, videtur fateri omnia contenta in ea, non ſolùm quò ad ea, quę principaliter diſponunt, ſed etiam quò ad dicta ibi incidenter, & enunciatiuè prolata, & pars aduerſa poteſt ſe fundare ſuper illis.*

7 *Verba enunciatiua diſponunt in octo caſibus, remiſſiuè.*

8 *Verba enunciatiua prolata inter partes plenè probant, etiam quando diſputetur de enunciato.*

OPINIO M. XXXVIII.

1 VERBA enunciatiua principaliter propter aliud prolata, regulariter non diſponunt, & nihil operantur. l. ex his uerbis. C. de teſta. mil. Glo. & Doc. in l 1. in Gloſ. magna. C. de falſ. cau. ediect. & c. fin. de ſucceſ. ab inteſt.

¶ Sicut neque narratiua. ita Alex. Iaſ. Dec. & alij omnes in l. licèt. C. de pact. Gloſ. in l. 1. C. quando non pet. par. Gomeſi. inſtit. de act. in rubr. num. 5. & Iaſ. in l. 1. in 4. notab. ff. de offic. eius.

2 Sed claudicat primò iſta regula, ſeu cōcluſio, quòd licèt uerba enunciatiua incidenter pp aliud à pagano prolata non diſponant: tamen ſaltem faciunt ſemiplenam probationē in fauorem tertij. ita ſingulariter tenet Bart. in l. admonendi, colum. 8. ver. Item quæro ſi inſtrumentum publicum. ff. de iureiur. quem ſequuntur communiter Canoniſtę, in c. fin. de iureiuran. vt aſſerit expreſsè Iaſ. in d. l. admonendi, & in d. l. ex his uerbis, num. 2. & ibi etiā Dec. in 3. & 4. limit. Cōis opin.

3 Claudicatque ſecundò præfata regula fauore piæ cauſæ: ſecundùm Bar. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. col. pen. & probat. text. in d. c. fin. ubi Hoſtien. Io. And. & alij ad hoc notant. Idem affirmat Panorm. conſilio 11. In cauſa quæ vertitur inter hoſpitale, colum. 3. vol. 1. & Card. Floren. in c. iudicante, colum. 4. & ſeq. de teſt.

¶ Sed tamen contra Bartol. pręfatoſque Doct. audacter fatetur eſſe magis communem opinionem, Soc. Iun. conſilio 109. colum. antepen. volu. 2. Grauet. in tract. de antiquit. temp. in 4. par. num. 60. Et pro dicta quęſtione vide Pariſium conſ. 73. lib. 1. Cōis opin.

4 Choarctatur tertiò dicta regula, quando uerba enunciatiua eſſent iurata: tunc quippè diſponunt, ſiue teſtator enuncians iuret, ſeu aſſerat ſe iuraſſe omnia, & ſingula contenta in inſtrumento eſſe uera: ſecundùm Angelum in dicta. l. ex his uerbis, in lectura Peruſina, per authen. quod obtinet. C. de probationib. Siquidem iuramentum habet vim clauſulę, vt actus ualeat omnimodo. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & hoc ante eum tenuit Bart. in l. ex hac ſcriptura, colum. 3. & ſequen. ff. de donat. Anchara. in Clemen. 1. de probationibus, Bal. in dicta. l. ex his uerbis, colum. 1. facit l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. ubi Bartol. & opinionem Bart. ibi, commemorat eſſe communem Alexan. conſilio 127. libro 7. & ita conſuluit idem Alex. conſilio 17. lib. 3. ut refert Grammat. in uoto 16. num. 5. Cōis opin.

5 Limitatur etiam quartò antedicta regula, vbicunque verba enunciatiua eſſent prolata à patre naturali, confitendo præſente eius filio naturali legitimato, quòd de eius licentia, & mandato, ipſe ſe legitimari fecit, quibus verbis ita enunciatiuè prolatis ſtandum tunc eſſet, eſto quòd de præiudicio ipſius patris tractetur: vt voluit Ang. conſ. 87. ſpurius naturalis, ſeu baſtardus, col. 1. uerſ. Nec etiam obſtat quòd pater legitimationis tempore non fuit præſens.

6 Limitatur quoq; præmemorata regula quinto loco, in producentibus ſcripturam in iudicio: tunc enim producens ſcripturã in ipſo iudicio, uidetur fateri omnia contenta in ea, non ſolùm quò ad ea, quæ principaliter diſponunt, ſed etiam quò ad dicta ibi incidẽter, & enunciatiuè, & pars aduerſa poteſt ſe fundare ſuper illis uerbis enunciatiuè prolatis. tex. eſt, & ibi Glo. in c. cũ olim, de cẽſibus, & Abb. in cõſ. 53. lib. 2. & ita extitit iudicatũ per prudentiſsimũ D. Alfonſum Campanilẽ Neapolitanũ, meritiſsimũ iudicem Ciuitatis noſtrę, & tanquàm iudicẽ aſſumptũ ſecundarũ cauſarũ caſtri Ocrarum, de menſe Iunij 1576. ad fauorem Dominici Ciamarræ mei clientis, de eodem oppido, contra Dianam de Baiochino, me patrocinante.

7 Et in octo aliis caſibus limitat dictam regulam Iaſ. in d. l. ex his uerbis, quos vide, nu. 2. & ſeq. Et limitat etiam in aliquibus aliis caſibus Fely. in c. cũ in iure, nu. 13. & ſeq. de offi. & poteſt. iud. deleg. & apoſtilla ad eum ibi, ſuper litera B.

8 Reſtringiturq; vtiliter poſtremò eadẽ regula, quòd dicta verba enunciatiua, ſeu aſſertiua inter partes prolata, plenè probẽt. l. optimã. C. de cont. & com. ſtipul. & Afflict. deciſ. 83. n. 1. & 4. et quando principaliter diſputetur de enunciato, ſecundũ Bar. in d. l. ſciendũ. col. 11. in auth. ſi quis in aliquo documento, col. fi. C. de edẽ. & in l. gerit. ff. de acq. hęr. col. 3. quem ſequitur Dec. conſ. 539. num. 5. & latè ponit Soc. conſ. 68. nu. 7. vol. 4. & Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo documento, & in l. 2. C. de nup. & in c. transmiſſa, ext. de reſt. ſpol. & in c. ſeries, extr. de teſtib. & alij congeſti per Soc. in d conſ. 68. vbi ſcribit iſtã eſſe communẽ opinionem, & mentem Legiſtarum. quem refert, & ſequitur Dec. in præcitato conſ. 539. nu. 6. *Cõis opin.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum, relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum, uel relatum ad legitimam, importat inſtitutionem.*

2 *Verbum, lego, appoſitum in teſtamẽto cum clauſula omni meliori modo, pertinet uigore talis clauſulæ ad hęredis inſtitutionem, licèt contrarium concludatur.*

3 *Verba debent intelligi, ac interpretari ſecundùm communem vſum loquendi.*

4 *Legatum filiæ iure reſtitutionis, intelligitur, id eſt inſtitutionis.*

5 *Verbum, relinquo, adiectum certæ rei, uel quantitati, non importat inſtitutionem, ſed legatum: ſecundùm unam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd uerbum, lego, adiectum vniuerſitati bonorum, inducat hæredis inſtitutionem.*

OPINIO M. XXXIX.

1 VERBVM, relinquo, adiectum uniuerſitati bonorũ, vti quando refertur ad legitimam; hoc equidem caſu certum eſt, quòd importat inſtitutionem. l. his uerbis; in princ. ff. de hæred. inſti. & l. Diuus. §. ego te hæredem, & ibi Bar. num. 3. ff de milit. teſt. & eſt communis opinio: ſecundùm Alex. in rub. ff. ſol. matr. num. 30. & Couarruuias, cum aliis citatis per eum, in c. Raynutius. §. 1. num. 5. & ſeq. de teſta. & Vaſquiũ, in tract. de ſucceſſ. proceſſ. lib. 1. §. 3. *Cõis opin.*

2 Necnon uerbum lego, ſi nõ foret appoſitũ ſimpliciter in teſtamẽto, ſed cum clauſula, omni meliori modo. tunc pertinere, ſpectareque videtur vigore talis clauſulæ ad hæredis inſtitutionem. ita Alciat. cum aliis congeſtis per eum, conſ. 166. placet mihi concluſio, numero 3. tomo 3. lib. 9.

¶ Cæterùm mihi uidetur nimis ſcrupuloſa iſthæc opinio: nam ſi teſtator vſus fuiſſet uerbo relinquo, vtiq; hoc facilè ſuſtineri potuiſſet, vt hoc uerbũ appoſitũ cum clauſula ipſa, omni meliori modo, in teſtamẽto importaret hęredis inſtitutionẽ. Verùm cũ tractetur de vi verbi, lego, aduertendũ eſt, differentiã non mediocrem reperiri inter ipſa uerba relinquo, & lego. vtpote quia, licèt verbũ relinquo adiectũ vniuerſitati bonorum, trahatur ad inſtitutionem, vt ſupra firmauimus ex cõi opinione: tamen ſecus eſt re ipſa in uerbo lego: quia quanquàm illud vniuerſitati bonorũ adiectũ, ſecundùm antiquiſsima tempora, traheretur ad inſtitutionem. l. uerbis legis. ff. de uer. ſignif. nihilominus tamen poſteà extitit eius ſignificatum choarctatum, atque reſtrictum per ſequẽtem iuris prudentiam, vt illud ſolummodò comprehendat legatum, & ideò trahi non debet ad inſtitutionem.

3 Quoniam uerba intelligi, interpretarique debent ſecundũ cõem vſum loquendi. ita Sal. in l. fin. C. famil. erciſcun. Ioan. de Imol. in d. l. his uerbis, colum. 4. & Doct. omnes per text. ibi, in l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de leg. 3. & in l. cùm de lanionis. §. aſinum. ff. de fund. inſtruc. & inſtrumen. leg.

4 Eſt tamen benè uerum, quòd aliquando verbum lego, adaptatur ad hæredis inſtitutionem: & potiſsimùm, vbicunque legatum fieret filiis, vel filiabus iure inſtitutionis: prout quotidie hoc obſeruatur per patres habentes filios, qui in eorum teſtamentis conſueuere filiabus dotatis aliquid relinquere, ſeu legare vltra dotes conſtitutas, iure inſtitutionis. Imò ſi ipſis filiabus legatum extitiſſet factum in teſtamento per patres iure reſtitutionis, intelligeretur tunc, id eſt iure inſtitutionis. vt uoluit Bal. in l. ſi cùm ante. C. de don. ante nup.

5 Quæ quidem communis ita amplificata procedit, quando dictum uerbum, relinquo, adiiciatur certæ rei, vel quantitati: ſiquidem tunc non importat inſtitutionem, ſed legatũ: vt per Bartol. Bal. & Ang. in d. l. his uerbis, & Iaſ. in authen, nouiſsima. nu. 33. C. de inoffic. teſta. Dec. conſilio 496. & Ripam in l. in quartam, num. 142. ff. ad leg. Falcid. Bar. & alios in l. cogi, in princ. ff. ad Trebel. Imol. in c. Raynutius, de teſta. Grauet. conſilio 90. num. 35. volum. 2. & Alex. conſilio 321. num. 20. vol. 2. & Cõis opin. iſta eſt communis opinio, vt per præcitatos Doct. & Soci. tertium, poſt Alex. & Iaſ. in rubr. ff. de leg. 1. Bertran. conſil. 64. viſis allegationibus reſpondeo, num. 2. vol. 8. Alex. conſil. 70. viſo conſilio aliàs per me reddito, ſub num. 7. volum. 2. & copioſè Couarru. in c. Rainaldus. §. 1. num. 5. de teſta. vbi deducit opinionem cõtrariam, uidelicet, quòd uerbum, lego, adiectum uniuerſitati bonorum, inducat hæredis inſtitutionem, eſſe pariter cõmunem. & idem teſtatur Vaſqui in d. §. 3. num. 13. & ſeq. & ita conſuluit Alex. conſ. 17. ponderatis his, quę in themate, num. 2 uol. 3. vbi, & benè, atque prudentiſsimè Moderni in add. in litera H. in fin. aduertunt, & teſtantur malè cõſuluiſſe Alex. ibi.

SVMMARIVM.

1 *VERBVM, Diſponere, ex propria ſignificatione, importat vltimam uoluntatem, non autem diſpoſitionem inter viuos.*

2 *Verbum inſtitutionis omiſſum in teſtamento nuncupatiuo probari poteſt per duos teſtes: ſed omiſſum inquit, ſicut in ſcriptis uerificari nequit, ſicut nec uerbum condemno in ſententia.*

OPINIO M. XL.

1 VERBVM, Diſponere, ex propria ſignificatione, importat ultimã voluntatem, non autem importat diſpoſitionẽ inter viuos: & ſic uerbum hoc trahitur ad ultimas voluntates, & non diſpoſitionẽ inter uiuos: vt eſt text. in §. diſponat, auth. de nuptiis, & tradit Alex. in rub. ff. ſol. matr. num. 16 & ibi Ripa, nu. 16. Afflict. in deciſ. 370. tria dubia fuerunt diſcuſſa, num. 12. & latè Pariſius cõſil. 33. uol. 3. ubi atteſtatur de communi opinione.

2 Sed hoc uerbũ, diſponere, ſeu inſtituere, aliquando ex incuria notariorum vidi omiſſum in aliquibus teſtamentis: vndè in cauſis tuendis in iudicio ſemper mei clientes re ipſa probarunt inſtitutionem ipſam per teſtes Et quòd uerbum inſtitutionis omiſſum in teſtamento nuncupatiuo, probari queat per duos teſtes: uerùm omiſſum in teſtamento in ſcriptis per teſtes uerificari, probarique non poſſit, ſicut nec uerbum condemno in ſententia, voluit Bal. in l. errore, col. fi. C. teſta.

SVMMARIVM.

1 *VIDVA, durante uiduitate, retinet nomen primi viri.*

2 *Vidua retinet nobilitatem ex caſata primi uiri, etiam ſi ex ſe erat ignobilis.*

3 *Vidua dicitur eſſe in matrimonio primi viri.*

4 *Vidua retinet dignitatẽ, quam habebat uiuẽte uiro.*

5 *Vidua retinet forum uiri mortui, & eius priuilegia, etiam exorbitantia.*

OPINIO M. XLI.

1 VIDVA quouſq; nubit, retinet nomen prioris mariti. l. fœminæ. ff. de ſenat. l. cùm te. C. de nup. & c. ex parte B. de foro compet.

2 Et ſic ex his vidua retinet nobilitatem ex caſata primi uiri: ſecundùm Bar. in l fi. col. 1. C. de uerb. ſign. etiam ſi ex ſe erat ignobilis. quia nubendo uiro nobili fit nobilis. d l. fœminę. & Bar. in d. l. fin. colum. 1. & Alex. in l. filij. §. uidua. ff. ad municip.

3 Imò dicitur durare in primo matrimonio §. ſoluto, in auth. de nup. coll. 4. & l. fin. de bonis mater. & Bal. notat in l. voluntas. C. de fideicom. col. 1. in ver. Dicit longobarda.

4 Et hinc dicit Glo. notabilis in Clemẽ. ne Romani, uer. Eo tamen, de elect. quod uidua denominat à dignitate primi uiri. per d. c. ex parte B. & uide Fely. in d. c. ex parte, Benedic. de Vadis Foroſempronienſem in conſ. ſuo 11. Syluanum conſ. 6. ſub nu. 14. cum aliis ſeq. & Capicium deciſ. 129. nu. 8. cum aliis ſeq.

5 Et hinc etiam collige, quòd priuilegia cõceſſa vxori ratione dignitatis, & reuerentiæ mariti, durant quoque ſoluto matrimonio, & ſic uidua retinet forum uiri mortui, & eius priuilegia. l. quoties C. de priuile. ſchol. lib. 12. & l. aliàs. §. eleganter, & l. ſeq. §. fin. cum ſequen. ff. ſol. matr. & d. l. fœminę, & ibi Bar. & l. fi. col. 1. C. de uer. ſig. & in l. fin. C. de bonis mater.

Cyn.in l.2.C.de epiſc.& cler.Bal.in d.l. uoluntas.Alex.conſilio 20.col.2.uol.1.& in l.generaliter, in principio,& col.2. ff. de in ius uoc. Tiraquel.in trac. ceſſante cauſa,in prima parte,num. 107.& in tract.de nobilitate,cap. 18. num 5.cum aliis ſeq.Riminal.colum.1.Curt. Sen.Dec.Iaſ.colum.3.Purpur.num.12. Curt. Iunior,& alij omnes in l.1.C. de in ius uocan. & Marſil.num.47.& ſequen.C.de rap.uirg. & Cōis opin. iſta eſt communis opinio, quam ampliat Tiraquel.in d.c.18.num.8. procedere etiam in priuilegiis exorbitantibus.

SVMMARIVM.

1 *VIVERE quilibet præſumitur centum annis, niſi probetur mortuus.*

2 *Mors probatur per librum hoſpitalis, ſtante conſuetudine, vt huiuſmodi libro,circa hoc fides adhibeatur.*

3 *Mors probatur per librum Rectoris eccleſię, in quo mors ſepultorum deſcribitur,quando ſtaret conſuetudo, vt ipſi libro præſtaretur fides de morte alicuius.*

4 *Mors probatur ex eo, quòd propinqui aliquem de eorum domo habuerunt pro mortuo.*

5 *Mortuus præſumitur, qui per 20. annos abſuit, ita vt nullam de eo domus,& familia ſua habuerit notitiam.*

6 *Mors probatur per famam publicam in cauſis ciuilibus.*

7 *Mors per teſtes probari debet in cauſis criminalibus.*

8 *Mors,ubi agitur de cauſa ſtatus,& fama,quomodò probetur,remiſſiuè.*

9 *Aetas hominum erat ante diluuium nimis longa, & prolixa,prout Adam,& Eua primi parentes uixerunt annis 962.& alij antiqui patres æquali, vel maiori annorum curriculo ſimiliter vixerunt.*

10 *Aetas vitæ hominis quot annis ſtatuta erat per Deum tempore Moſis, Dauid,& aliorum,abundè diſcurritur.*

11 *Mortis tempus debet continenter memoria reuolui: quia nil tunc proderunt fœlicitates huius mundi: ſed duntaxat homo feret ſecum tempore prędicto bona,& mala propria,quæ egit.*

OPINIO M. XLII.

1 VIVERE quilibet præſumitur uſque ad centum annos, niſi probetur mortuus.l.fi.§. & nobis. C. de ſacroſ.eccl.& l.an uſusfructus,in fin.ff. de vſufruct. Glo.Bart.& cæteri,in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemad.teſt.aper.Bar. Ang. Imol.& Roma.poſt Gloſ.in l.ſed & ſi ff.de acquir.hæred.Ferrarien. in ſua pract. Papien. in for. libelli, quo petitur hęreditas ex teſta.§. poſsidebat,num.2.fol.par.392.Afflict.in conſtit.Statuimus,in fin.rub.6.lib.1.Bertran.conſil.pen.ſeu 337.Ex his,quę parte honeſtę mulieris,num.4.uol.8.Curt.Sen.conſil.2.ſub numero 2.Crotus in tract.de teſtibus, ſub num. 282.in 7.par.Bal.conſ.148. Factum quæſtionis tale eſt,uol.2.Ioā. de Neuizanis in ſua Sylua nuptiali,lib.2.num.111.Thobias Nonius conſ.5.num.13.& ſequen. Capicius deciſ. 4. num.18.& Dec.conſil.204.num.4.& conſilio 575.num.10. vbi recitat iſtam eſſe communem regulam, & opinionem. Et ſic actor in Cōis opin. preſenti caſu proculdubio ſuccumberet, niſi ſupereſſet tempus probandi contrarium.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit conſulendo Corn.conſil.119.num.8. volu. 1. Dec.titubanter,in l.ſi emācipati,colum.3.C. de collat.& Alciat.in tract.de præſump.in regul.1.pręſump.44.qui etiam limitat, & declarat.& Ruin.conſil.189.num.14. uol. 1. Pariſ. conſil.86.num.20.cum aliis ſeq.uol.4.& Couarruuias in ſuis reſolutionibus,lib.2.c.7. numero 6. poſt alios ſignatos ibi per eum. Zuchar.in l.fin.num.200.C.de edic.Diui Adriani toll.& Franc.Coſcius in c.1.de conſtit. numero 23.& ſeq. Et iſtam ultimam opinionem ſequebatur ætatis noſtrę monarcha,& Iuriſcōſultorum Princeps,præceptor meus,D.Ranaldus Ridolphius Peruſinus,dum publicè interpretabatur d.l. ſi emancipati, qui oculis, ve aiunt,linceis omnia arcana, recondita,& abſtruſa iura intuebatur,& penetrabat,prout in ſuis lecturis imprimendis facilè dignoſcitur, forſan in breui temporis curriculo.Tamē eius opinionem, & ſequacium, tanquàm in iure non ueriorem,& rationabiliorem omninò reiicio, & ſequor primam ſententiam Gloſſ. & Bar.communem.Quia amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen amica ueritas. vt inquit etiam Socin. Iun. conſilio 41. numero 1. volum.3.proteſtando ſe contra Dec.& conſulendo contra eum ibi. Et caue ne te decipiat Corn.conſ.340.num.9.& ſequē. vol. 1. vbi dicit iſtam Glo.& Bar.opinionem iure non probari, & illam ait inſolentes, & vulgus tenere. Caueque pariter à Coraſio in miſcellaneis iuris ciuilis,lib.5.c.18.per totum,qui ibi pueriliter per aliquas frigidas rationes ſuadet dictam communem nunquam probabilem ſibi viſam fuiſſe.Cauebis etiam à Gozadi.qui præcipitanter conſ.68 ſub num.6.ait falſam eſſe. Imò pręcauendum eſt potius ab aſſertione Gloſſatoris,atteſtantis à ſemetipſo,& ex naturali propria ceruice,in ſcholiis ad Alex.conſ.1. num.42.vol.5 opinionem iſtorum contra cōmunem his temporibus crebriorem fore.

2 Et mors ipſa multifariàm probari ſolet, & primò ea potiſsimùm probatur per librum hoſpitalis, & pręſertim ſtante conſuetudine, vt ipſis libris circa hoc fides adhibeatur: vt uoluit

uoluit, & iudicauit Rota Rom. ſub die 16. Octobris 1570. atteſtante ueritatis fonte, D. Oradino præceptore meo, in deciſ. 266.

3 Secundò itidem probatur mors per librũ Rectoris Eccleſiæ, in quo mors ſepultorum deſcribitur; cùm ei credatur de morte alicuius, accedente maximè conſuetudine: vt tradit, & firmat Grauet. in tract. de antiq. tempor. in 1. par. num. 264.

4 Tertiò ſufficiens probatio eſt etiam, vbi quæritur de morte alicuius, quòd inter liberos, & coniunctos habeatur pro mortuo; quia ueriſimilius eſt, quòd ipſi ſciant hoc, quàm extranei: ſecundùm not. in auth. hodie. C. de repud. & voluit Ang. in l. de tutela. C. de in integ. reſtit. min. per illum tex. Barthol. Veronẽ. conſilio 50. colum. 3. Alex. conſilio 27. colum. 2. uol. 7. Corn. conſilio 204. uol. 3. Ant. Corſet. in ſing. in uerb. Mors. & Grauet. conſilio 127. In contractu matrimonij, ſub nu. 17.

5 Quartò mortuus quis præſumitur, qui per 20. annos abfuit à patria ſua, ita vt nihil certi de eius vita reperiri potuit: & tunc, omni qua decuit exactiſsima diligentia adhibita, mediantibus nunciis, & exploratoribus deſtinatis in reperiendo abſentem, eoque nullatenus reperto, dicitur mors probata: ſecundùm Bal. conſilio 90. uol. 2. Bar. Alex. & alios omnes vnanimiter in l. hoc iure. ff. de uerb. oblig. Grauet. in d. conſ. 127. numero 17. & Gozad. conſilio 68. Videtur prima facie dicendum, num. 9. vbi in medium expoſuit iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

6 Quintò mors ipſa probatur etiam per famam publicam: ſecundùm Cyn. Bart. Bal. Angel. & alios omnes concorditer, in l. ſi quidem. C. ſol. matr. Saly. in l. ea quidem, colum. pen. C. de accuſ. Alex conſilio 172. In cauſa, & lite inter dominam Dorotheam, num. 7. uolum. 6. Grauet. in d. conſilio 127. num. 17. Iaſ. in l. cũ ea, colum. fin. C. de tranſact. Corn. conſil. 204. colum. 2. vol. 3. *Cõis opin.*

7 Sed hęc omnia procedunt in cauſis ciuilibus; ſecùs uerò in criminalibus. tunc enim, cùm tractetur de maximo præiudicio, & irrecuperabili, putà ubi eſſet quæſtio de homicidio, & quæreretur quis interfeciſſet, debet nẽpè plenè probari mors ipſa per teſtes: vt in l. indè Neratius. §. fi. cum l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. & notat Corſet. in d. ſingul. in uer. Mors, ſub numero 3.

8 Et interdum tractatur etiam de præiudicio famæ, & ſtatus, in probatione mortis. & tunc deberet adhiberi alia probatio, de qua in auth. hodie. C. de repud.

9 Et aduerte, quòd hoc tempus centum annorum ſtatutum à Legiſtis vitæ hominis, eſt etiam nimis breue. Nam ante diluuium ætas hominum erat prolixior, vt in Adam, & Eua, primis parentibus, qui uixerunt annis 962. Seth. 912. Enoch. 965. Caàm. 910. Malael. 895. Iafet. 962. Mattuſalem. 969. vt habetur per Auguſtinum. c. 15. de Ciuit. Dei; per Fratrem Ioannem compatriotam meum in ſermoninibus quadrageſimalibus, in ſerm. illo diuino de morte. 41. Modicum tempus uobiſcum ſum, colum. 4. uerſ. Vixit enim Adam primus parens; & per Diſcipulum in ſermone. 60. Modicum etiam non uidebitis me, colum. 2. & ſequen. in litera N. ubi refert etiam ætatem aliorum antiquorum patrum ferè innumerabilium.

¶ Sed poſt diluuium Deus conſtituit tempus breuius, vt tradit Ioſeph. de antiquit. lib. 1. c. 5. & 8. licèt quoque illo tempore ſatis longius eſſet tempus uitæ mortalium. vt habetur Gen. c. 11. Et hoc, ſiquidem ante diluuium homines erant religioſi, & ab ipſo Deo facti, & pabula opportuniora eis erant præparata. & octo alias cauſas, & rationes adducit in d. ſermo. 60. in litera O. Diſcipulus. Ideò tantorum annorum curriculis viuebant, deindè ob uarias cauſas cõgeſtas per Diſcipulum, in dicto ſerm. 60. in litera O. & ob uirtutes, glorioſaſq; vtilitates, quas iugiter perſcrutabantur, ideſt aſtrologiã, geometriamuè, Deus eis amplius uiuendi ſolatia cõdonauit, quæ nunquàm anteà diſcere potuiſſent, niſi ſexcentis vixiſſent annis: per tot enim curricula magnus annus impletur. hæc ibi Ioſephus, adducens authoritates tam Græcorum, quàm Caldæorum, & Aegiptiorum.

10 Et idem firmat in c. 14. eiuſdẽ lib. & quòd tempore Moſis poſitum fuit per Deum tempus vitæ hominis annorum 120. & poſt tempore Dauid annorum. 70. in potentatibus. 80. Pſalm. 79. quamuis ex loco Geneſeos præçitato, ſcriptum ſit. Nõ permanebit ſpiritus meus in homine in æternum: nam caro eſt, eruntq; dies illius 120. Sic etiam ante tempus Moſis erant anni 120. & in declinationem deflexit vita hominis. Cùm habeatur Eccleſiaſtici. 18. Numerus dierum hominum, vt multùm centum anni. prout apud Legiſtas ſtatutum eſt, & docuimus ſupra ex communi opinione. Dum ergò tempus habemus, operemus bona, Chriſtoque adhæramus, cui uero Deo laus, gloria, & gratiarum actio debetur in ſempiternum. amen.

11 Et conſidera quando veniet tempus mortis, quid tunc proderit ſi habuiſſes fortunam Alexandri, potentiam Aguſti, pulchritudinem Abſalonis, Fortitudinem Sanſonis, longitudinem Adæ, & ſapientiam Salomonis: cùm ex his omnibus nihil tecum feras, niſi duntaxat bona, & mala, quæ egiſti. Apoc. 14. Opera enim illorum ſequuntur illos. & Auguſti. in in ſerm. Adam ſi adhuc uiueret, & hodie moreretur, quid ei longitudo vitę profuiſſet? Memento igitur mori.

Vnde

Vndè ſuperbi
Quid ſumus, niſi li
De limo homo pri
Sortem vitare nequi
Si nos terra ſu } *mus.*
Terra quid eſt, niſi ſu
Ergo nihil ſu
Ideo ſtudea
Vt parati ſi

Vndè ſi quid boni dictum extitit circa prę-ſentem materiam, & ſpeculationem, ipſe altiſſimus Princeps Deus fuit reuelator.

SVMMARIVM.

1 *VSVFRVCTVARIVS vtendo rebus, quæ vſu conſumuntur, ante præſtitam cautionem proprietario de reſtituendis ipſis rebus finito vſufructu, non facit fructus ſuos, vt dicitur etiam infra ſub num. 2.*

2 *Vſufructuarius omnium bonorum poteſt agere contra debitores hæreditarios, & eos exigere: cùm nomina debitorum actiuè, & paſsiuè pertineant ad ipſum vſufructuarium omnium bonorum; & cùm in legato vſusfructus omnium bonorum, veniat vſusfructus libri, & nominum debitorum.*

3 *Vſufructuarius, qui recipit fructus ante pręſtitam cautionem ſciente, & patiente hærede, facit eos ſuos.*

4 *Vſufructuarius poſsidens, atque utens rebus, quæ vſu non conſumuntur, & ſic prædijs urbanis, aut ruſticis, ante pręſtitam cautionem ab eo aliter non petitam, facit fructus ſuos.*

OPINIO M. XLIII.

1 VSVFRVCTVARIVS vtendo rebus, quæ vſu cõſumũtur, ante pręſtitam cautionem proprietario de reſtituendis ipſis rebus finito vſufructu, non facit fructus ſuos: & ſic ante præſtitam cautionem in vſufructu dictarum rerum, quæ uſu conſumuntur per ipſum fructuarium, fructus non pertinent ad fructuarium, ſiue poſsideat, ſiue non: ſecundùm Gloſ. Iacob. Butrig. Bar. Bald. num. 10. Salyc. Paul. Caſtrenſ. Fulgoſ. & Alex. in addit. in l. 1. C. de vſufruct. Corn. conſilio 79. uol. 2. num. 7. Iaſ. num. 125. & Alciat. num. 32. in l. 1. ff. de lega. 1. & eundem Alciat. in lib. 7. Parergon. c. 2. Socin. Iun. conſ. 72. ſub num. 3. & ſequẽ. vol. 2. Iacob. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. in concluſionibus, concluſione 18. in 2. ampl. libro 3. & Pinelum, de bonis maternis, in l. 1. par. 2. nu. 77. qui docet iſtam eſſe communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Ideò aduerte utiliter, quòd vſufructuarius omnium bonorum poſſet agere contra debitores hæreditarios, ac eos exigere: ſecundùm Bart. in l. fin. in fin. de vſufruc. leg. ubi firmat, nomina debitorum actiuè, & paſsiuè pertinere ad ipſum vſufructuarium omnium bonorum. Et in l. filium, in princ. ff. de leg. 3. concludit etiam, quòd in legato uſusfructus omnium bonorum, venit vſusfructus libri, & nominum debitorum. & ſequitur Capra conſil. 154. punctus. quidã Sanctes de Aquila. Corn. conſilio 187. num. 11. uol. 2. & Dec. conſ. 418. num. 6. cum aliis ſeq. qui eneruat ibi omnia obſtacula.

¶ Contrarium uerò conſuluit Ruinus cõſilio 51. num. 7. cum aliis ſeq. vol. 2. quòd iſte vſufructuarius omnium bonorum aliter non faciat fructus ſuos ante pręſtitam cautioné, de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, cuius fundamenta, & alia, quæ adduci poſſent in contrarium, tolluntur per Dec. in d. conſilio 418. num. 6. cum aliis ſeq. & conſil. 607. numero 2. cum ſeq. & in effectu opinio prædicta Bartol. Deci. & ſequacium, ſequenda eſt in deciſiuis, tanquàm tutior, æquior, & uerior. pro qua conſului requiſitus de menſe Ianuarij 1571. in cauſa quorundam de Ciuitate Ducali per plures rationes, quæ hìc ob temporis anguſtiam ſupprimuntur.

3 Et ita conſuluit etiam Natta conſil. 477. De quatuor quæritur pertinentibus ad vſum fructum, nu. 1. cum aliis ſeq. vol. 2. quòd vſufructuarius, qui recepit fructus, ante præſtitã cautionem, ſciente, & patiente hærede, facit eos ſuos; & ſequitur etiam Corn. d. conſil. 187. num. 2. cum aliis ſeq. & ita extitit iudicatum in facti contingentia in Curia præmemoratæ Ciuitatis Ducalis, per peritiſsimum D. Andream Caſtellium de Ciuitate Interamniæ, exiſtentem tunc gubernatorem ibi. & Ant. Gabriel. cum magna caterua Doct. relata per eum, in d. concluſ. 18. in 2. ampl.

4 Sed ſi fructuarius uteretur aliis rebus, quę vſu non conſumuntur, & poſsideret ſine vitio, corporaliter, & actualiter prædia urbana, ſeu ruſtica, ante tamen pręſtitam cautionem, tunc faceret fructus ſuos: & ſic vſufructuarius, dummodò rem poſsideat, nulla præſtita cautione per eum, nec aliter ab eo petita, nec requiſita, hoc caſu per defectum huius ſatiſdationis, fructus ſuos facere non deſinit: ſecundùm Azo. & Gloſ. in l. vxori, *la prima*. ff. de vſufruc. leg. Bar. Alber. Caſtren. & alios in l. 4. C. de uſufructu. Abb. colum. fin. & Aret. num. 4. in c. fin. de pignoribus, Bar. & Fulgoſ. in l. ſi cuius. ff. de vſufru. Bal. in l. 1. nu. 15. & Sal. num. 6. C. eodem tit. Soc. conſilio 131. col. fi. uolu. 1. Corn. conſ. 173. num. 8. uolu. 3. & Soc.

Cōis opin. Iun.conſilio 72. num.8.volu.2. & iſta eſt communis opinio: ſecundùm Alex.conſil.120. numero 5.vol.6.

¶ Et licèt contrarium velit Fely.in c.ſi autem,num. 5. de reſcrip. & Fulgoſ. conſ.92. in fin.quorum ſententia,& ſequacium procederet,ſi vſufructuarius non poſsideret, nec vellet cautionem præſtare: tunc enim ad eum intereà fructus non pertinerent. & ita concludit quoque Gloſſ. in d.l.ſi cuius, & Bart. in d. l. vxori.

SVMMARIVM.

1 *SERVITVTEM fundo ſuo proprietarius regulariter poteſt imponere,etiam quòd in eo quis habeat vſumfructum, dummodò ob hoc fructuarij conditio deterior non fiat.*

2 *Vſufructuarij conſenſus non firmat ſeruitutem à proprietario non ritè impoſitam.*

OPINIO M. XLIV.

1 *vſufructuarius.* PROPRIETARIVS poteſt regulariter ſeruitutem fundo ſuo, in quo aliquis habet vſumfructū, imponere, dummodò ob hoc fructuarij conditio deterior non fiat.l. ſed, & ſi quid.§.fin. ff. de vſufruct. Sed ſi eius conditio deterior fieret, tunc citra conſenſum ipſius fructuarij non poſſet.vt in d.§.fin.

2 Imò quod plus eſt, etiam ipſo fructuario conſentiente non poſſet: & ſic fructuarij conſenſus non firmat ſeruitutem à proprietario non ritè impoſitam: ſecundùm Gloſ. Fulgoſ. & alios communiter in d.§.fin.Gloſſ.Salyc. & Paul.Caſtren.num.5. in l. fin. §. filius autem. C. de bonis quæ liber. Curt. Iun. conſilio 37. & Alciat.num.53.in l.pen.C.de pact.qui etiā Cōis opin. oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem, quæ cum effectu communis apparet. Sed ab ea, & abſque concludenti quidem ratione, imò fretus aliquibus ſubtilibus fundamētis potius, quàm realibus, conatur diſcedere Pinelus,de bonis maternis.l.1.par. 2.nume.74. poſt Cuma. quem refert lib.4.c.4.

SVMMARIVM.

1 *VSVFRVCTVARIVS cauere debet de benè utendo, fruendo,& reſtituendo ea, quæ vſu non conſumuntur, & æſtimationem eorum, quæ vſu conſumuntur: nec debet impedire confectionem inuentarij bonorum hæreditariorum.*

2 *Vſufructuarius alienans res, quę uſu conſumuntur ante æſtimationem eorum, cadit ab vſufructu.*

3 *Vſufructuarius occultans bona, quæ vſu conſumuntur,ne diſtribuantur,cadit ab vſufructu.*

4 *Vſufructuarius facit fructus ſuos, non præſtita cautione, quando quis donauit rem retento vſufructu.*

5 *Teſtator non poteſt remittere vſufructuario cautionem de vtendo arbitrio boni uiri.*

6 *Teſtator,quamuis uſufructuario remittere non poſſit cautionem de utendo arbitrio boni uiri; tamen poſſet hæredem grauare de recipiendo fideiuſſorem inopem ab eo.*

7 *Vſufructuarius non faceret fructus ſuos, quos percepiſſet ante cautionem: & potiſſimùm ſi petitam ſatiſdationem pręſtare recuſaſſet.*

8 *Vſufructuarius, qui ob paupertatem non reperit fideiuſſorem, non poteſt cum iuratoria cautione admitti.*

9 *Teſtator non poteſt remittere vſufructuario cautionem de utendo,& fruendo arbitrio boni viri, quando vſus fructus eſt conſtitutus in ultima voluntate, ſecus ſi inter viuos.*

10 *Teſtator poteſt remittere cautionem de præſtandis legatis,& fideicommiſsis.*

OPINIO M. XLV.

1 VSVFRVCTVARIVS, reſpectu eorum, quæ vſu non conſumuntur, cogitur cautionem præſtare de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, ſalua rerum ſubſtantia, & de reſtituendis rebus finito vſufructu,quales extabunt.l. ſi tibi. ff. de uſufruct. ear. rer. quę vſu conſum.& toto tit.ff.de vſufruc. quemad. caueat.& notat Glo.Bal.& Salyc. in l. vſufructu conſtituto,per text.ibi.C.de vſufruc. Alex. cōſilio 58.numero 6.uol. 3.Pariſ.conſ.96.in princip.vol.2.Dec.conſilio 607.colum. 1.Bertran. conſilio 162. ex themate mihi tranſmiſſæ conſultationis,ſub num.7. uol.3. ſecundæ partis, fol.255.& Iacob.Philip.Port. ſeu potius Ant. Gabriell.in ſuis concluſionibus, concluſ. 18. lib.3.in princ.

2 Si verò ſunt res mobiles, quæ uſu conſumuntur,prout oleum,vinum, frumentum,lana,& ſimilia; vſufructuarius pro rebus ipſis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,cautionem præſtare teneretur de reſtituendo,& ſoluendo æſtimationem ipſorum bonorum finito uſufructu, facta tamen prius æſtimatione antequàm præſtetur cautio,& habito reſpectu ad æſtimationem,ſecundùm tempus,quo vſufructuarię res traduntur.l.ſi cui, cum l. ſeq. ff. de vſufruct. ear. rer. quę uſu conſ.& §. conſtituitur,& §.ſeq.inſtit. de vſufru.& ita notatur per Bertran.in d. conſ. 162. ſub num.7. Soc. Iun. conſ.96.colum.fin.uol.1.Alex.in d. conſ. 58.

Ant.

Ant.Gabriell.in d.concluſ.18.ampl.3.Bellonum conſ.54.ſub numero 2.& per Federic.de Senis, conſilio 46.iure cautum eſt. & per Rolan.à Valle conſil.92.in cauſa huius Magnificæ Matronæ,num.6.& 8.uolu.1.vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

3 Imò ſi uſufructuarius alienaret res ipſas ante æſtimationem earum,dubio procul caderet ab vſufructu, tanquàm malè in re uerſaretur: ſecundùm Ruin. conſilio vltimo in fin. volumine 2.

¶ Et hoc idem dicendum foret,ſi occultaret bona ipſe vſufructuarius, ne diſtribuerentur: vt firmat Grauet.conſ.300.

4 Et quamuis vſufructuarius teneatur præſtare cautionem de utendo arbitrio boni uiri:tamen hoc non haberet locum in eo,qui donaſſet ſua bona reſeruato ſibi vſufructu:vt notat,& firmat Ioan.de Platea,in §.ſunt præterea,inſtit.de donat.Ant.Rub.Alexan.conſ.54.colum.fin.Corn. conſil. 267. in hac conſultatione videtur,vol.4.Soc.in l. omnes. ff. de except.& Dec.conſilio 265.in inſtrumento, colum.fin.& Gozad.conſilio 91.num.5. & conſ. 95.num.10.

5 Nec poteſt teſtator vſufructuario ſatiſdationis neceſsitatem remittere: & dato, quòd ſit per teſtatorē remiſſa, omninò peti poteſt. l.ſcire debetis.C.vt in poſſeſ.leg. & l. 1. C. de vſufruct.& ibi Glo.Soc.cōſ.210. ſatis anceps, propè fin.Iaſ.conſ.40.Tria,lib.1. Abb.conſ.4. in fin.uol.2.& Pariſ.conſ.61.colum.pen.uolu. 3. Nam illa cautio concernit fauorem hæredis,quam teſtator remittere non poteſt:ſecundùm Glo.in §.vſusfructus,in uer.Salua,inſtit. de vſufructu.Glo.in d.l.ſcire debetis,communiter approbatam ibi à Doct. & in l. nemo poteſt.ff.de leg.1. atteſtante Chriſt. Portio in d. §.vſusfructus,num.12. & ultra Doct. in locis precitatis,atteſtantur de dicta communi,Guido Papæ conſilio 63.in 2.dubio,& Grauet. cōſilio 174.num.3.cum aliis ſeq.& conſilio 187. numero 7. & Bellonus in d. conſilio 54. numero 3. Cōis opin.

¶ Et quamuis Bald. in authen. cui relictū. C.de indic.vid. tollen. per illum text. ſentiat hodie correctam eſſe l. primam , & idem putet Barba.conſil.64.Clementiſsimi, lib.2. tamen communis opinio eſt in contrarium : vt per relatos Doct.& per Ant.Gabriell.copioſè in d.concluſ.18.in 6.ampliatione, & per Soc. conſilio 131.in præſenti cōſultatione, colum. pen.lib.1.cum allegatis per Dec.cōſ.418.colum.3.conſilio 565.uolum. 1. & conſilio 607. viſo puncto.

6 Et licèt uſufructuario cautio remitti nequeat per teſtatorem; nihilominus poſſet hæredem grauare de recipiendo fideiuſſorem in opem ab eo:ſecundū Bal.in l.1.C. de vſufruc. & in l.ſi pro ea.C.mandati.Alex.in l.tribus.ff. de vſufruct.earum rer. quæ uſu conſ.& Barb. in c.fin.ſub num.8.de pignoribus.

7 Proindè ſcias , quòd non faceret fructus ſuos vſufructuarius,quos percepiſſet ante cautionem præſtitam:vt per Bal.conſil. 21. ſuper primo,lib.2.lateque per Dec. in d. conſ. 607. Et pręſertim ſi vſufructuarius petitam ſatiſdationem pręſtare recuſaret, non deberet modo aliquo fructus habere,vt firmāt omnes Doct. cōiter in l.vſufructu.C.de uſufru.Chriſt. Port. in §. vſusfructus,nu.4.inſt. de vſufructu, Bellonus in d.conſilio 54.ſub num.4.& Corn.conſilio 164.in hac conſultatione,in fin.vol. 1.ubi demonſtrat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

8 Sed ſi vſufructuarius, ob eius paupertatem,non poſſet cautionem cū fideiuſſore præſtare de vtendo,ac fruendo arbitrio boni viri: tunc vtique nullatenus admitteretur ad iuratoriam cautionem,ſibiq; imputaretur , nec haberet uſumfructum, nec commodum ex eo : ſecundum Gloſ. Odofred. Iacob. Butrig. Bal.& alios in l. vſufructu.C. de uſufruct.Roma conſil.439. circa primum propoſitæ conſultationis articulum , ſub num.2. & in l.2.ff. ſol.matr.num.38.Iaſ.in l. 1. ff. qui ſat. cogan. poſt num.23.Bellonum in d.conſ.54. num. 6. & ſeq. & Bertran. conſilio 232. quamuis qui omne dicit,num.17.vol.7.ubi recitatis,atque reiectis aliis duabus opinionibus contrariis, amplectitur iſtam ſententiam Gloſſ. & ſequacium,aitque communem eſſe;quam ſequitur etiam Saluſtius D.Guilielmi de Peruſio,conſilio 29.num.21.& ſequen.poſito inter conſ.Diuerſorum ad cauſas vltimarum uoluntatum, collecta per Io.Bap.Zilettum uol.1.Nec ab eadem communi diſſentit Alex.conſilio 57. conſideratis uerbis teſtamēnti,ſub num.8.uol.3. & Ruin.conſ.206.col.10.uol.2. Cōis opin.

¶ Et quamuis circa firmamentum aliarū opinionum contrariarū aliqua ſcribat Guido Papæ deciſ. 189. ſub num. 1. & deciſ. 250. & Abb.conſ.40. ſub num. 3.& Auguſt. Berous conſilio 60.num.51.uol.2.& Portius. in d. §. vſusfructus,nu.7. Tamen in actu practico nō foret tutum diſcedere à communi prememorata , quam uidimus innumeris ferè vicibus in practica obſeruari , prout ab ea durum eſſe in practica ipſa recedere atteſtatur Salyc.in l. 4.C.de vſufruct.

9 Quatenus autem ſuperius diximus teſtatorem non poſſe remittere cautionem de utēdo,fruēdoque arbitrio boni uiri, dic quòd hoc verum eſt,quando ſcilicet vſusfructus eſt conſtitutus in vltima voluntate; ſecus ſi inter viuos: quia inter viuos poteſt conſtitui vſusfructus.§.conſtituitur,inſtit.de vſufruct.& principalis conſtituens poteſt remittere huiuſmodi cautionem:vt per Bar.Bald.colum. 11. Ang. in fin.& Saly.in l.1.C.de vſufructu. Et ita debet

bet intelligi d.l.ſiſcire debetis. Et eodem modo intelligi debet argumentum à contrario ſenſu, ibi (minimè in teſtamento remitti poſſe) ergò extra teſtamentum, ſiue per hæredẽ, ſiue per teſtatorem, benè poſſe remitti; quia quilibet ſibi præiudicare poteſt.

10 Limita etiam dictam concluſionẽ, quòd licèt teſtator nequeat remittere cautionem de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri; poteſt nihilominus remittere cautionem de præſtandis legatis, & fideicommiſsis hæredi. l. 2. C. vt in poſſeſſ. leg. & notat Portius in d. §. vſuſfructus, in fin. & latè ſcripſi ſupra in Opi. 871. Teſtator poteſt. hoc eodem lib. 3. fol. 2.

SVMMARIVM:

1 *VSVFRVCTVARIVS, cui vſusfructus omnium bonorum fuit relictus, ſeu legatus, non tenetur ad ſoluendum æs alienum.*

2 *Hæredes de bonis hæreditarijs tenentur ſatisfacere creditoribus.*

3 *Hæres ab æs alienum ſoluendum, & pro ſatisfactione æris alieni, poteſt uendere bona mobilia, & immobilia, antequàm illa vſufructuario tradat: & tanto minorem uſufructuarius habebit vſumfructum.*

OPINIO M. XLVI.

1 VSVFRVCTVARIVS, cui vſusfructus omnium bonorum fuit relictus, ſeu legatus, tenetur ad onera aliena, ſimul atq; onus æris alieni ad ipſum ſpectabit: ſecundùm Bar. in l. fin. ff. de vſufruct. leg.

¶ Sed in contrarium facit de directo. l. 1. C. ſi cer. pet. & l. 2. C. de hæred. act. uidelicet, quòd vſufructuarius omnium bonorum non teneatur ad ſoluendum æs alienum. & iſthæc opinio contra Bar. videtur communis, vt patet ex congeſtis per Iaſ. in l. 1. col. 3. & ſeq. ff. ad Trebell. per Dec. conſilio 485. circa fin. & per Soc. conſilio 131. in præſenti, col. 6. & Bellon. conſil 7. num. 1. Cõis opin.

2 Idemque comprobatur ex his, quę ſcribit Barba. conſilio 63. illud. Nam creditoribus tenentur ſatisfacere hæredes de bonis hæreditariis: vt per Pau. de Caſt. in l. fin. §. ſinautem æs alienum. C. de bonis quæ lib.

3 Ideoque hęres propter æs alienum ſoluendum, & pro ſatisfactione, poteſt uendere bona mobilia, & immobilia, antequàm illa vſufructuario tradat, & tanto minorem vſumfructum habebit vſufructuarius. l. vſufructu bonorum. ff. ad leg. Falcid. & ibi Alex. & Bal. conſilio 87. ſuper primo, lib. 5. & Paul. de Caſtro conſilio 335. In cauſa quæ uertitur, & Dec. cõſilio 620. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Licèt, & malè Gozad. conſ. 94. aſſeueret contrarium. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *VENDITORI decepto vltra dimidiam iuſti pretij ex æquitate. l. 2. C. de reſcin. uend. ſuccurritur ſibi, & ſuis hæredibus, vt vel reſtituto pretio ei res reſtituatur, vel ſuppleatur pretium ipſum.*

2 *Venditio non valet, vbicunque venditor deceptus reperitur vltra dimidiam iuſti pretij.*

3 *Societas reſcinditur ex enormi læſione vltra dimidiam.*

4 *Compromiſſum, ſeu laudum etiam acceptatum à partibus reſcinditur ex enormi læſione vltra dimidiam.*

5 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. vt conceditur emptori, ita & venditori.*

6 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. non competit etiã interueniente iuramento, & renunciatione in contractu venditionis.*

7 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. conceditur non ſolùm in emptione, & venditione, ſed etiam in omnibus contractibus bonæ fidei.*

8 *Locatio reſcinditur ex enormi læſione vltra dimidiam, ſiue durante locatione, ſeu ea finita.*

9 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. uend. non procedit, quãdo quis damnatur uendere ex vltima uoluntate, & præſertim ſi teſtator taxauerit certum pretium, aliàs ſecus.*

10 *Venditio facta per ſubhaſtationem non reſcinditur ex enormi læſione ultra dimidiam: ſecundùm unã opinionem, licèt & altera opinio contraria communis appareat.*

11 *Venditio facta cum decreto iudicis non reſcinditur ex enormi læſione.*

12 *Tranſactio non reſcinditur ex enormi læſione: ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis appareat.*

13 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. uend. non conceditur quando quis tradit rem pro tanto pretio, & quod plus ualet aſſeruit donare, & præſertim ſi ſciebat rei venditæ ualorem.*

14 *Remedium. l. 2. C. de reſcind. uend. non conceditur quando in inſtrumento venditor, non ſolùm expreſſit, quòd illud quod plus ualet donabat, ſiue quantitas ſit parua, ſiue magna, ſed etiam ſi excedat dimidiam iuſti pretij, ſponte, & ex certa ſcientia dedit, & donauit, & renunciauit beneficio. d. l. 2. quod declaratur procedere ſi hoc bis aſſeruit, non autem ſemel.*

15 *Iuramentum excludit maiorem viginti quinque annis à remedio. l. 2. C. de reſcind. vend.*

16 *Maiori decepto in magno exceſſu vltra dimidiam iuſti pre-*

ſti pretij competit remedium.l.2.C.de reſcind.uen dit.impetrata per eum abſolutione à iuramento.

17 *Remedium.l.2.C.de reſcind.uend.non competit in adiudicatione facta per iudicem in ſolutum creditori in iudicio,ſecus extra iudicium.*

18 *Remedium.l.2.C.de reſcind.uend.non conceditur quando fuerit facta uenditio minùs dimidia iuſti pretij,cum conditione,quòd ſi pretium conuentum non ſoluatur certo tempore,ſuppleatur certum iuſtum pretium.*

19 *Remedium.l.2.C.de reſcind.uend.conceditur quando uenditor ignoraret qualitatem rei venditę: ſecus ſi ſciret valorem ipſius rei.*

20 *Petitio quomodò formari debeat, & quid continere in caſu enormis læſionis,in caſu uenditionis.*

21 *Permutatio beneficiorum non reſcinditur intuitu læſionis vltra dimidiam redditũum beneficiorum.*

22 *Vendita res,dicitur minus valere ratione oneris adiuncti ipſi rei.*

23 *Valor rei dicitur etiam minor ratione mali uicini.*

24 *Valor rei dicitur minor ratione difficultatis in exigendo.*

OPINIO M. XLVII.

1 VLTRA dimidiam iuſti pretij,ubicunque uenditor deceptus extet,ex æquitate.l.2.C.de reſcin. vend.ſecundùm Bal.ibi, & cumulatiſsimè Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Ant. Gabriell. in ſuis concluſi. concluſ.36.in princ.lib.1.& Arium Pinel.in d.l.2.in 1.part. num.22.& ſeq. & ipſi, & eius hæredi ſuccurritur,vt vel reſtituto pretio res ei reddatur, vel ſuppleatur pretium ipſum.

2 Quia uenditio non valet,ſi uenditor extitiſſet deceptus vltra dimidiam iuſti pretij.ita Gloſ.in §.pretium,in uer.Diffinierit,in fin.inſtit.de emp.& vend.

3 Imò iſthæc regula, ſeu concluſio eſt adeò in viſceribus iuris fundata, & radicata, vt ea procedat,& amplificetur primò ſortiri locum etiam in contractu ſocietatis. ita Cagnol. in d.l.2.in 3.quæſt.numero 61.uer. In contractu ſocietatis.

4 Secundò ampliatur quoque, vt remediũ d.l.2.locum obtineat ſimiliter in compromiſſo, etiam quòd compromiſſum ipſum approbaſſent partes:ſecundùm Dec.conſilio 60.colum.3. ubi arguit de compromiſſo ad tranſactionem,& Marant.in tract.de iud. in 4. part. diſt.14.num.8.Ant.Gabriel.in d.concluſ. 36. in 1.ampliat.& Miſsing.in ſing.obſer.cent.1. obſeruat.33.

5 Tertiò propagat, extēditque radices ſuas eadem regula, vt ea non ſolùm procedat in uenditore, ſed in emptore etiam, cùm re ipſa militet eadem ratio. vt per Doct. in d. l. 2. & Abb. in c. cùm cauſa, & in c. cùm dilecti, de emp. & uend.

6 Quartò amplificatur etiam, quòd non poteſt dari cautela in materia,d.l.2. nec iuramẽti,nec renunciationis, vt non competat remedium.d.l.2. quando ſumus in enormi læſione. ita Dec. conſilio 108.& Mar. Soc. Iun. conſilio 98 uol. 1.

7 Quintò ampliatur ſimiliter iſtam et regula non tantùm procedere in contractu emptionis,& venditionis,uerùm etiam in omnibus contractibus bonæ fidei,vel bonæ fidei naturam habentibus. vt efficax teſtimonium eſt Bar.in d.l.2.num.5.& Ioan.de Imol.ibi,qui in medium reſeruauit iſtam eſſe communem opinionem,& Iaſ. quoque in l. ſi quis cùm aliter, num.18.ff.de uer.oblig. Bar.in l.3.C.commu. vtriuſq.iudic.Roma.conſ.423.num.2.& Ant. Gabriell.in d.concluſ.36.in in 2.ampliat.

8 Et ita aliàs in facti contingentia ſuperioribus annis obtinui in magna Curia Vicariæ, exiſtente tunc cauſæ commiſſario D. Scipione Panſa, quæ ſententia fuit poſtmodùm confirmata in Sacro Concilio,exiſtente eo tempore ipſius cauſæ commiſſario Illuſtri D. Cæſare Vitello,ad fauorem Vniuerſitatis oppidi Prætorij Comitatus Aquilæ,contra Baronem eiuſdem caſtri,qui locauerat baiulationem ipſius caſtri prædictæ Vniuerſitati vltra dimidiam iuſti, ſolitique affictus. qui quidem contractus locationis,& conductionis,ex allegata,& oſtenſa læſione,mediantibus ipſis duabus ſententiis extitit meritò reſciſſus, & annullatus. Et quoniam petitio præmemoratæ Vniuerſitatis continebat duo capita; unum equidem, quòd reſcinderetur conductio, quæ durabat per decennium eiuſdem baiulationis; & alterum, quòd annullaretur etiam altera conductio eiuſdem rei ſimiliter per decennium facta,quæ tranſacta re ipſa erat, & penitus completa,in qua itidem conſtabat de læſione vltra dimidiam. Sed eadem magna Curia Vicariæ omiſit tunc ſecundum caput petitionis, prouidendo, & ſententiando ſolummodò ſuper reſciſsione primi capitis ipſius conductionis,quę durabat.vndè adhuc pendet talis lis, & caſus omiſſus, & inſtatur pro ſententiæ promulgatione in huiuſmodi caſu ad fauorem antedictæ Vniuerſitatis, & eo magis cũ pro iſta parte, & ſic pro Vniuerſitate ita aliàs conſuluit,& obtinuit coram grauiſsimis Senatoribus, Arius Pinel.vt ipſe refert,contra Dec. cõſilio 583. in fin. in d.l. 2. in 1.part. cap.3. ſub numero 18.

¶ Et de hoc mirandum non eſt. Nam omnes Doct.congeſti per Ant.Gabriell.in d. concluſ.36.in 8.ampliat.affirmãtes. d.l.2.locum obtinere in ipſa locatione,loquuntur generaliter,& indiſtinctè, tam in locatione completa,quàm non completa.

9 Cæte-

9 Cæterùm d.l.2. ita amplificata claudicat primò, quando quis damnatus foret uendere ex ultima uoluntate: ſecundùm Bal. in l. Imperator. §. ſi centum. ff. de leg. 2.

¶ Quod quidem interpretatur neceſſariò, & cum grano ſalis procedere, ſi taxauerit certum pretium teſtator, aliàs ſecus. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de lega. 1. Alexan. in d. l. ſi quis cùm aliter, num. 2. & Soc. in regul. 436. limitatione 7.

10 Secundò limitatur antedicta l. 2. ubicunque uenditio extitiſſet ad publicum incantum facta ita Ang. in repet. l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. quem refert Alex. in d. l. ſi quis cũ aliter, num. 16. Lancel. Dec. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe, colum. 3. ff. de leg. 3. & Fabian. in tract. de empt. & uend. col. 77.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd uenditio, quando facta ſit ad publicum incãtum, & ſic per ſubhaſtationem, ſortiatur locum præmemorata lex 2. inclinauit meritò quidem Bar. in l. 1. C. de præſcript. 30. annorum, Gomeſ. deciſ. 65. lib. 1. & Roma. in d. l. ſi quis cùm aliter, & Alex. etiam ibi, ubi inhærendo conſtanter huic opinioni, perhibet eã magis uerã, magiſq; communem eſſe: proue hoc idem aſſeuerat ipſemet Alex. cõſ. 117. uiſo & ponderato proceſſu cauſæ uertentis, nu. 11. uol. 7. & Ant. Gabriel. cum aliis aggregatis per eum, in d. concluſ. 36. limit. 3. *Cõis opin.*

11 Tertiò reſtringitur utiliter prænotata l. 2. non procedere, quando uenditio facta foret cum decreto iudicis. ita Bar. in l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. Alex. in d. l. ſi quis cùm aliter, numero 15. Soc. in regul. 436. in 2. limit. & Ant. Gabriel. cum magna caterua Doct. relata per eum, in d. concl. 36. in 2. limit. vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem, licèt & malè cõtrarium affirmauerit Roma. & Imol. in d. l. ſi quis cùm aliter. *Cõis opin.*

12 Quartò non ſortitur aliter locum d. l. 2. in tranſactione. ut per Soc. in d. reg. 436. limit. 8. Gloſ. Imol. Ioan. And. Anchar. & alios omnes in c. cùm cauſam, de empt. & uend. & alios cõplures aggregatos per Alex. in d. l. ſi quis cùm aliter, num. 8. in fin. ubi ad lucem adducit iſtã opinionem tutiorem fore, & communem inibi intonat Cuman. & Aret. & amplè etiã Ant. Gabriel. in d. concl. 36. in 8. limit. & ſequitur quoque Bal. in rub. extra de tranſact. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò opinionem, uidelicet, quòd d. l. 2. locum obtineat in tranſactione ipſa, inclinauit Bar. ibi, & in d. l. ſi quis cùm aliter, Abb. in d. c. cũ cauſam, nu. 8. Fabian. de Mont. Sauin. in d. tract. de emp. & uẽd. in 8. q. ubi non obſcurè deducit illã æquam eſſe: & cõmunẽ apertiſsimè demonſtrat Alex. cõſ. 118. nu. 5. uol. 7. & Dec. conſ. 479. & in l. cùm te. C. de tranſact. & magis cõmunem cumulatiſsimè Arius Pinel. in d. l. 2. in 1. par. c. 4. nu. 12. *Cõis opin.*

cum aliis ſeq. quam quidem limitat poſt Bal. in l. fi. ff. de cond. ob tur. cau. Capic. deciſ. 159. In cauſa magnificarum, nu. 45. & Pinel. in d. cap. 4. num. 16.

13 Quintò non extendit aliter uires, radiceſque ſuas d. l. 2. vbicũq; quis tradidit rem pro tanto pretio, & quod plus ualet, aſſeruit donare, & potiſsimùm ſi ſciebat ipſius rei uenditæ ualorẽ. ut per Bar. in d. l. ſi quis cùm aliter, & in d. l. 2. cui innititur non vulgari quidẽ ancora Bal. ibi, & Imol. in c. cùm contingat, de iureiur. licèt Roma. in d. l. ſi quis cùm aliter relinquat hoc indeciſum, & Alexan. tradat optimam, & tutiſsimam diſtinctionem.

14 Sextò limitatur etiam d. l. 2. quãdo in inſtrumento non ſolùm expreſsit, & declarauit uẽditor, quòd illud, quod plus ualet, donabat, ſiue quantitas ſit parua, ſiue magna, ſed etiã ſi excedat dimidiã iuſti pretij, ſponte & ex certa ſcientia dedit, donauit, & renunciauit beneficio eiuſdem. l. 2. ut uoluit Bart. ubi ſupra, & Aret. in §. actionum, inſtit. de act.

¶ Sed tamen Bal. in d. l. 2. non admittit hoc ſimpliciter, cęterùm concludit, quòd bis aſſerendo uenditor, quòd illud plus donabat, vt tunc ceſſet remedium. d. l. 2. ſecus ſi ſemel. quem refert Fely. in c. ſi cautio, nu. 39. extra de fid. inſtrumen.

15 Septimò, iuramentum excludit quoq; iurantem maiorem vigintiquinque annis à remedio. d. l. 2. ſecundùm Glo. Bar. nu. 9. Bal. numero 12. Saly. in 10. q. Alber. num. 9. Caſtrẽ. num. 10. & cęteri omnes ibi, Alex. conſ. 42. colum. 4. vol. 1. Corn. conſ. 189 col. 4. nu. 13. cũ aliis ſequen. ubi prorumpit iſtam eſſe communẽ opinionem. Dec. etiam cõſ. 60. in fi. Gozad. conſ. 32. nu. 13. Grauet. conſ. 11. Tria principaliter, num. 11. & conſ. 114. Ioanna, nu. 9. & Arius Pinel. in d. l. 2. in tertia parte cap. 1. numero 1. *Cõis opin.*

16 Quod utiliter declara non ſortiri locum, ubicunque maior eſſet deceptus in magno exceſſu ultra dimidiam: quia tunc obtenta, impetrataque prius abſolutione à iuramento, permittitur reſciſsio contractus ex remedio. d. l. 2. vtpotè, quia ob enormiſsimam læſionẽ dicitur re ipſa dolus adeſſe. iuxtà l. ſi ſuperſtiti, in fi. C. de dol. & conſequenter iuramentũ non operatur effectuum ſuum. vt amplè alios adducens, tradit Dec. conſilio 180. colum. 4. & 6. vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem. Soc. Iun. conſ. 144. proſequendo ordinem, num. 38. volum. 1. & Caſſad. aſſerens ita in Rota Roma. obſeruari, in deciſ. unica, in titulo, de emptione, & uenditione. & ſic iudicatum in Concilio Granatenſi, recenſuit Conarru. libro 2. reſolutionum, cap. 4. num. 5. & tradunt Moder. pręſertimque Cagnol. numero 98. cum ſequen. ubi alios allegat in dicta. l. 2. & Arius Pinelus etiam, in tertia *Cõis opin.*

par.cap.1 numero 7. cum aliis ſeq. vbi docet iſtam eſſe magis communem opinionem.

17 Octauò claudicat non procedere in adiudicatione facta in ſolutum creditori per iudicem de ſuo credito. ita Bal. in l. ordo. C. de exec. rei iudic. per text. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. & concurrit Alex. in d. l. ſi quis cùm aliter, num. 18. in fin. licet contrarium affirmauerit Oldr. conſilio 36. Sed Alexan. in loco præcitato accuratè quidem conciliat opiniones, uidelicet, quòd opinio Oldra. in adiudicatione facta ext a iudicium, Bal. uerò loquatur in ea adiudicatione, quæ fit in iudicio, & tandem Alexã. ipſe tenet cum Bal. in memorato loco.

18 Nonò minimè procedit d. l. 2. vbicunque venditio facta extitiſſet minus dimidia iuſti pretij, cum hac conditione adiecta, quòd ſi pretium conuentum non ſolueretur certo tẽpore, ſuppleatur iuſtum pretium. ita limitat Bal. in c. 1. qual. dom. propr. priu. per rationẽ aſsignatam ibi per eum, quem refert Alex. in d. l. ſi quis cùm aliter, num. 19.

19 Decimò d. l. 2. locum obtinet, quando uẽditor neſciret, & penitus ignoraret qualitatem rei uenditæ, & ex hoc extitiſſet deceptus ab emptore: ſecùs uerò ſi ſciret ualorem ipſius rei, & de ea ueram cognitionem haberet. Nam hoc caſu res tanti ualet, quanti uendi poteſt. ut per Bar. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. & l. ſeruus. § quid ſi pendente. ff. de condi. furt. Dec. conſilio 583. numero 1. & ſequen. vbi ponit modum, ueramque normam probandi ſcientiam. Et modum normamq; itidẽ probãdi ignorantiam, affabrè docent Aret. & Faber, inſtit. quib. ex cauſ. manum. non lic. & Bart. & alij in d. l. ſi quis cùm aliter.

20 Vndè meritò practicam. d. l. 2. & qualiter petitio in ea fieri debeat, quidque continere, oſtendit lepidè quidem Bart. ibi, numero 16. vbi affirmat, quòd libellus debeat concludere alternatiuè, ſcilicet, peto emptorem mihi condemnari, ut dictam rem reddat, uel pretium ſuppleat iuſtum, & hoc quando venditor eſſet deceptus, vt ageret contra emptorem. Sed totum oppoſitum verſa uice concludendum venit, vbicunque deceptus foret emptor, & ageret contra uenditorem. vt determinat Bartol. in d. l. 2. n. 16. in fin. Et pro remedio d. l. 2. uide Miſsing. in cent. 2. obſeruat. 42

¶ Et pro intellectu eiuſdem, uide Aret. in §. actionum, numero 17. inſtit. de actio. vbi habes formam conceptionis uerborum, ut quis beneficio iſtius l. 2. excludatur, & apud Bart. etiam in d. l. ſi equo. ff. de leg. 1. & in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebel.

21 Vndecimò limitatur quoq; eadem l. 2. nõ procedere in permutatione beneficiorum, vt eo caſu remedium. d. l. 2. ceſſet omninò, etiã ſi alter ex permutantibus ultra dimidiã redituum ſui beneficij læſus extet. ut conſuluit in propriis terminis Dec. conſ. 210. cum aliis aggregatis per Ariũm Pinel. in d. l. 2. in 1. par. c. 3. nu. 16. ubi ad lucem adducit iſtam eſſe cõmunem opinionem, & ita in facti contingentia de præſenti anno 1580. ex uariis rationibus, & authoritatibus hic nõ expreſsis reſpõdi ad fauorem Reuerendi Iuriſconſulti D. Iacobi Viuij, contra Reuerendum D. Archipreſbyterum ſancti Petri de Poppleto de Aquila, in permutatione beneficiorũ facta inter eos. Cõis opin.

22 Et quoniam in præſenti materia ſemper controuertitur, & tractatur de iuſto, & uero rei pretio: prout diſcurrit ubertim quidẽ Couarru. in tract. uariarum reſolut. lib. 2. cap. 3. ideò non intempeſtiuè aduertendũ eſt, quòd res uendita dicitur re ipſa minus valere ratione oneris adiuncti ipſi rei. ita Abb. in c. in aliquibus, in 2. notab. de decim. & Dec. cõſ. 167. col. 2. & conſ. 308.

23 Necnon valor rei dicitur etiam minor ratione mali vicini: ſecundùm Iaſ. in l. 1. §. ſi hæres, in 3. notab. ff. ad Trebellia. Et ratio ea eſt: nam habens malum uicinum, uidetur dubio procul habere malum matutinum. teſte Salomone in Prouerb. c. 25. & Afflic. in tractatu de iure protomiſeos, in §. 3. numero 2. in fi. & Fran. Petrarca de remediis aduerſæ fortunæ, ubi uocat vicinos graues, moleſtos, iniucundos, odioſos, atque incõmodos. & denique ſic diſcurrit, & prorũpit: Si penitus ab hac peſte uis abſolui, in ſolitudine te recondc. Sic enim res ſe habet, vt vbi eſt maior locorũ uicinitas, ibi maiorem uideas diſtantiã animorũ. rara ſine iurgiis, & rancore uicina eſt. Et uerſa uice, bonus vicinus reputatur alter frater ipſe. ut colligitur in d. c. 2. Prouerbiorũ Salomonis. Vndè ſecundũ Cicer. in orationibus, laudanda eſt, vel etiã amanda vicinitas, retinens veterẽ illũ officij morẽ, non in fuſcata maliuolẽtia. nõ aſſueta mẽdaciis; nõ fuſcata, nõ fallax; non erudita artificio ſimulationis, uel ſuburbano, vel urbano. Etenim ẽt eſt grauius ſpoliari fortunis, quã nõ augeri dignitate. Itaque vicini debent ſibi inuicem facere bonam uicinantiã. l. Imperatores, & ibi Hor. de ſer. ruſt. præd.

24 Imò quoq; res dicit minus valere rõne difficultatis in exigendo. l. per diuerſas. C. man. de quib. Iaſ. in d. l. 1. §. ſi hæres, nu. 6. Soc. conſ. 57. nu. 49. lib. 4. Grauet. conſ. 145. nu. 9. & Gozad. conſ. 15.

SVMMARIVM.

1 *VSVRA, ut damnũ, & intereſſe peti poteſt ex diſpoſitione vtriuſque iuris, vbicunque ſua mora, uel dolo debitor inducit, vt quis alteri ſoluendo grauaretur.*

2 *Vſuræ ſunt permiſſæ in 32. caſibus, remiſsiuè.*

OPI-

OPINIO M. XLVIII.

1 VSVRAM, vt damnum petere poteſt quis à ſuo debitore, qui ſua mora, vel dolo fecit, vt alteri ſoluendo grauaretur: & ſic petitio vſurarum fieri poteſt ut intereſſe, & utroque iure pe: m.ſſa eſt: utputà ſi incid ſſem in aliquam pœnam, uel pignus, quod poteram ea pecunia luere perdidiſſem, ſeu aliam pecuniã ſub graui fœnore, & ſub cambiis accipere coactus fuiſſem; potero tũc huiuſmodi fœnum, & cambia, vt intereſſe, quærere à meo debitore: ut uolunt omnes communiter, tam Legiſtæ, & Canoniſtæ, quàm etiam Thologi. ſecundùm Archid in c. uſura. 14. q. 3 & in c. fraternitas. 12 q. 11. quem ſequuntur Paul. Caſtr. & Salyc. in l. 2. C. de uſur. Ancha. conſ. 376. dubitatur, colum. 2. Glo. & omnes in l. ſocium qui. ff. pro ſocio, Canoniſt in c. d. lecti, ext. de foro compet. Abb. in c. 1. in c. conqueſtus, & in c. ſalubriter, de uſur. & in conſ. 7. col. 3. uol. 2. Ioã. de Imol in c. peruenit, & in c. conſtitutus, ext. de fideiuſſ. Roma. ſing. 341. & conſ. 94. numero 1. & conſ. 01. per totum, Fely. in c. cùm uenerabilis, num 9. ext. de except. Afflict. deciſ. 91. Alexan. conſilio 221. numero 4. uolum. 2. Dec. conſilio 322. Gozad. conſ. 55. colum. 3. Soc. conſ. 130. uolu. 1. Iaſ. in l. cunctos populos, colum. 11. in 1. lect. C. de ſacroſanct. eccl. Gomeſ. in §. actionum, num. 18. inſtit. de act. Berous in rub. de uſuris, ſub num. 71. Ruin. conſilio 61. ſub num. 5. uol. 4. Lupus in c. per ueſtras. §. 11. uerſ. 2. infertur, ext. de donat. Cagnolus in l. curabit. C. de act. emp. Curt. Iun. in l. unica, ſub nu. 40. & ſeq. C. de ſent. quæ pro eo, & Alfonſus Guerrer. us in theſauro Chriſtianæ religionis, in tit. de uſuris. c. 67. in uer. Dixi quòd aliquando uſura. & hoc idem decreuit Rota Rom anno 1542. teſte Io. Moheda. deciſ. 1. in tit. de uſuris.

Cõis opin.

2 Alios uerò caſus circiter. 32. in quibus uſuræ ſunt permiſſæ, enumerat Soc. in tract. fallen. in reg. 3 per totam, Doct. in l. ſi inſulam. §. uſuras. ff. ſol matr. & Carrer. in tract. de hæreticis, in princ. num. 9. & Alfonſus Guerrerius in d. tit. de uſuris c. 67.

SVMMARIVM.

1 *VSVRAE poſt moram hæredis legatario debentur.*

2 *Vſuræ ueniunt in depoſito pecuniæ numeratæ, non autem in depoſito ſpeciei à tẽpore moræ.*

3 *Vſuræ debentur à tempore moræ in contractibus bonæ fidei, etiam de iure canonico.*

OPINIO M. XLIX.

1 VSVRAE in legatis, & fideicommiſsis poſt moram hæredis debentur: ſecundùm communem ſcholam omnium Doct. in l. Titia Seio. §. uſuras, in l. ſi quis ſeruo. ff. de leg. 2. in l. ſi cui. ff. de cond. & demonſt. & l. 1 C. de uſur. & fruct. leg. in quibus omnibus locis Glo. & Scribentes ita unanimiter, & concorditer ſentiunt. & Illuſtris D. Cæphal etiam conſilio 610. contra, numero 52. & ſequen. uolum. 4.

Cõis opin.

2 Necnon uſuræ ipſæ ueniunt etiam in depoſito pecuniæ à tempore moræ. l. dic ſponſaliorum. §. qui pecuniam, & ibi Bartol. ff. depo. l. 2. & ibi Bal. C. eod. tit. nõ autem in depoſito ſpeciei, ſecundùm Bal inibi, per l. fideicommiſſi. §. fin. ff. de uſuris.

3 Et ea eſt equidem ratio, quoniam in contractibus bonæ fidei uſuræ ipſæ debentur à tẽpore moræ ita Bar. in l. Lucius, in 3. notab. l. lecta, & ibi Bar. colum. 4. & omnes Doct. uniuerſaliter. ff. ſi certum pet. l publia. §. 1. & ibi Bart. ff. depo. Nicol de Neapol. in l. 1. in princ. ff. de eo, qui pro tuto. & Bero. conſ. 193. num. 20. uolu. 1. ubi nu. 9 amplificat procedere hoc etiã de iure canonico, ut uſurarũ ratio in ipſis contractibus bonæ fidei, de iure canonico à die moræ debeatur.

SVMMARIVM.

1 *VSVRAE licitè ab hoſtibus exigi non poſſunt, & conſequenter licitum non eſt fœnerari hoſtibus ipſis.*

2 *Iuriſdictiones, & dominia eſſe non poſſunt apud Saracenos.*

4 *Proximi noſtri omnes homines eſſe dicuntur, ſiue Iudæi, ſiue infideles extent, eos diligere debemus, & pro eis Deum orare.*

4 *Proximus, omnis homo reputari debet in ſtatu Euangelij.*

5 *Peccator, inquantũ peccator eſt, non eſt diligendus, ſed inquantũ eſt homo, diligendus eſt propter Deũ.*

OPINIO M. L.

1 VSVRAE per hoſtes licitè ab hoſtibus exigi nequeunt: & ſic non eſt permiſſum, licitumuè fœnerari hoſtibus ipſis, & ab eis recipere uſuras: ſecũdùm Doct. in c. ab illo. 14. quæſt. 4. Fratrem Ioãnem noſtrum Aquilanum, in ſermonibus quadrageſimalibus, nuncupatis lima uitiorum, in ſerm. 37. de uſura, colum. 11. uerſic. Quintò facit contra legem, Ioan. de Ana. & Beroum, cum aliis ſignatis per eos, in c. 1. nume. 114. de uſuris, ubi

Cõis opin. vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionẽ contra Glo.in d.c.ab illo.Hoſt.in c.ſalubriter, de vſuris,Ro.ſing.269.Soc.in tract. fallen. in reg.3.nu.29.Io.de Arno.problema.5. Marſil. in l.1.§.pręterea, num. 34.ff.de quęſt. Carreriũ in tract.de hæreticis, ſub nu.10. & Lallum de Tuſcia, in conſti.Regni,Vſurariorum.lib.1. nu.11. contrarium, & contra ſanctam matrẽ Eccleſiam ſentientes. Et dictam communẽ ſe quiẽ, & declarat S. Antoninus Archiep. Flor. in ſua Summa in 2.par.c.7. Quia uſuræ uorago,verſ. Quęritur, vtrum ſit licitum mutuare hoſtibus uſurã, vbi firmat, quòd ab hoſtibus licitè recipitur non ratione mutui, ſed iure dominij,quod habet in illos,& vt recuperet rem ſuam, quam non poteſt ab iniuſto poſſeſſore, niſi mediante mutuo recuperare. & ait ita intelligi d.c.ab illo.

2 Quia dominia, & iuriſdictiones eſſe non poſſunt apud Sarracenos: ſecundùm Hoſt. Io. de Lign.& alios in c.ſuper his,extrà de uoto,& S.Bernardinum Protectorem noſtrum in ſuis ſermonibus de Euangelio æterno,ſerm.42. artic.3.c.1.circa fi.& ſerm.37.art.3.c.8. incip. octauum eorum ſcutum eſt,hoc naturale iniuſtũ nulli vtiq; debet fieri.& S. Antoninum ubi ſupra,qui meminit iſtam eſſe cõem opin. contra Inno.contrarium aſſerentẽ in d. c. ſup his. Cõis opin.

3 Et cõmunis mentionata in principio poſita,hac ratione probatur.Siquidẽ omnes homines dicuntur noſtri proximi, quia ſunt noſtrę naturæ participes;& eos, ſiue Iudęos,ſiue infideles,debemus tanquã proximos diligere, & Deum pro eis orare.c.proximos,de pœnit. diſtin.11.

4 Et S.Thom.in 2.2.q.78.art.1.dicit, quòd debemus omnẽ hominẽ habere quaſi proximum, & fratrem,præſertim in ſtatu Euangelij,ad quem omnes vocantur.

¶Similiter dicit Origenes in homilia Euãg. Matthæi,quod legitur in 6.feria poſt 1.dominicã quadrageſimę:Diligite inimicos ueſtros, ſiue paganos idolorũ cultores, ſiue hęreticos infideles.iſti enim ſunt inimici noſtri; iſti ſunt ueritatis aduerſarij: iſtos ergò diligite, mala eis non faciendo, nec aduerſa optantes,ſed diligite eos,vt proximos, & eorũ errorem ſpernite,ſicut abhominationẽ: propterea iterum orate pro calumniantibus vobis,vt ipſi à malis ceſſent,vt deſiſtant ab impietate,& iudiciũ condemnationis effugiant: orate pro illorum remiſsione,& ueſtra pace,pro illorum conuerſione,& ueſtra tolerantia.

5 Idem firmat Auguſtin.in lib. de doctrina Chriſtiana,dicens,quòd omnis peccator, inquantum peccator eſt, non eſt diligendus: & quòd omnis homo,in quantũ eſt homo,diligẽdus eſt ,ꝓpter Deũ.& in Pſal.xj.& in libr.8. de Trinit. ſic inquit: In bono enim diligẽdus eſt proximus,nõ in malo.& de hoc habetur apud Magiſtrũ Sentẽ.lib.2.diſt.27.& diſt.29.& c.1. & ſeq.in quibus locis concludit plura allegãdo,quòd Deus nullum hominẽ excipit à præcepto: Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum.

SVMMARIVM.

1 *VSVRA non poteſt committi niſi in mutuo uero,uel interpretato.*

OPINIO M. LI.

1 VSVRA propriè cõmittitur duntaxat in contractu mutui,non autẽ in cęteris contractibus: & ſic vſura regulariter cõmittitur in ſolo cõtractu mutui: ſecundũ Glo. in c.conqueſtus,de vſuris. quã ſequitur totus mundus,teſte Soc.conſ.88.n.9.vol.2. & ſequitur quoq; Alex.de Neuo,conſ.95.n.19. Alfonſius Guerrerius in theſauro Chriſtianę religionis, in tit.de vſuris,in monte pietatis,& intereſſe.c.67.in prin. Soc. Iun.in notabili caſu, in conſ.66.nu.4.& cõſ.27.n.8.vol.4. Frater Ioã. conciuis meus eminentiſsimus Theologus in ſermonibus quadrageſimalibus,ſerm.36. Nõ eſt hic homo à Deo,col.2.& ſeq.Roſariũ Euſti in ſermonibus prædicabilibus,in 1.par. ſerm. 27.in litera L.Abb.in rub.de uſuris, & in c.fi. eo.tit.& cũ d.Glo.oẽs tranſeũt: ſecundũ Dec. qui ſimiliter eã ſequitur cõſ.119.nu. 3. & iſta eſt cõis opin.ſecundũ Soc.conſ.176.vol. 2. & in d.conſ.88.nu.6.& 16.Laurẽ.de Rodulfis in tract.de vſuris,in prin.nu.10. & in par.3.q.1. col.2.Hierony.de Luca,in tract.de cambiis.q. fi.nu.48.Ambroſ.de Vignate,in tract.de vſuris,in prin. & Dominicũ de Soto, in tract. de iuſt.& iure, lib.6.q.1.art.1. Bero.in d.rub.de vſuris, num. 37. & 45. cum aliis ſequen. vbi adducit rõnes,& conſ.168. in præſenti cauſa, prima facie dicendũ, nu. 1. cũ aliis ſeq.& nu. 16.uol.1.ubi hoc declarat vtiliter,& Grauet. conſ.145.nu.6.& 17.& S. Bernardinus Protector noſter in ſermonibus ſuis de Euangelio æterno,in ſerm. 36.art.2.c.1.& ſeq.& in ſerm. 37.art.1.c.2.ubi hoc efficaciſsimè probat aliquibus quidem non ſpernendis rationibus. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *EMPTIO certi annui redditus, ſeu cenſus permiſſa eſt,& non ſapit vſurã modo aliquo.*

2 *Venditio certi annui redditus,vel cenſus poteſt fieri etiam ab eccleſia.*

3 *Contractus quibus emuntur annui cenſus,ad hoc vt vſurarij dici non poſſint,debent continere ſex conditiones hic expreſſas, ſed aliqua earum omiſſa, contractus ipſe diceretur uſurarius, & non foret tolerandus.*

OPI-

OPINIO M. LII.

1 VSVRAM non committeret Titius, qui iuſtum pretium daret cum pacto, ut ſibi ſuper certa re certus, determinatus, & honeſtus redditus conſtitueretur: & ſic huiuſmodi contractus annui cenſus ad decem pro centenario, ualet, & tenet, nec vſurarius vocari poteſt; imò comperimus contractus huiuſmodi iuridicos, & iuxtà determinationem Doctorum licitos fore, & iuri communi conformes: quia hoc caſu non contrahitur mutuum, ſed potius contractus emptionis, & venditionis: ſiquidem certus redditus annuus pro determinato pretio emi uidetur, & ex quo pretium certum, & res uendita interuenit: vt ultra extrauagantes Martini V. & Caliſti. III. quas habes in extrauag. 1. & 2. ſub tit. de empti. & uend. & vltra Bullam, ſeu extrauagantem Nicolai V. conceſſam in Regno Neap. & impreſſam inter pragmaticas Regias: & vltra etiam Bullam, uel reformationem Pij V. emanatam de anno 1568. ſuper forma creandi cēſus, voluerunt Hoſtien. Innoc. Cardin. Berous, Ant. Abb. & alij in c. in Ciuitate, de uſuris, ubi Cōis opin. dictam opinionem ſequitur etiam, num. 9. & prorumpit communem eſſe, & Soc. Iun. quoque conſulendo conſ. 27. num. 6. & 11. & ſeq. uol. 4. Natta conſilio 341. rectè, & ſanctè videtur fuiſſe iudicatum, num. 1. vol. 2. Doct. omnes in l. 1. C. de ſumma Trin. & fide cath. Bal. conſilio 133. & conſ. 210. vol. 3. & Calcan. cōſilio 84. & ſeq. & cum eadem opinione concurrit pariter conſulendo Roma. conſ. 302. S. Antonin. Archiepiſ. Floren. in ſua Summa, in 2. par. c. 11. uidendum eſt etiam de lucro, ſeu redditu annuali ſub verſ. Sed dices, circa finem. & Alex. de Neuo conſil. 95. nu. 15. cum aliis ſeq. & ibi etiam Ioan. Bapt. Roſellus, num. 29. in ſubſcriptione ſua, Roſarium Buſti. in ſermonibus prędicabilibus, in ſerm. 27. in 1. par. in litera B. *la* 2. & Tiraquel. cum aliis ferè innumeris ſignatis per eum, in tract. de utroq; retrac. tit. 1. §. 1. Gloſ. 6. nu. 15. & D. Follerius in pragmatica de cenſibus, in tit. huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, num. 51. & Natta conſil. 498. deductum fuit, volum. 3. vbi doctiſsimè, pleniſsimè, & ſubtiliſsimè, imò ſanctiſsimè, pariter conſuluit, dictum cenſum annuum abſque labe vſurarum emi poſſe, ubi ex emptione annui redditus quinque duntaxat pro centenario ſingulis annis perciperetur.

¶ Et licèt, & malè, & leuiſsimis quidem fundamentis aſſerat conſulendo contrarium Caſſan. conſ. 63. nu. 1. cum aliis ſeq. & Alciat. quoque conſ. 3. tomo 1. libr. 1. fol. 3. uidelicet dictum contractum eſſe uſurarium.

¶ Retenta tamen dicta communi tanquā ſacroſancta, adde quòd eam ſequitur etiam cum aliis aggregatis per eum, tuetur ab omnibus contrariis, citat, & limitat utiliter in 8. caſibus, Io. Ant. de Nigris, in capitulis Regni, in c. 238. Pro publici boni compēdio, num. 9. cum aliis omnibus ſeq.

2 Imò aduerte, quòd huiuſmodi uenditio certi annui redditus poteſt fieri etiam ab eccleſia: ſecundùm Alex. in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. & Dec. in l. rogaſti. §. ſi. ff. ſi cer. pet. & D. Follerium in d. pragmatica de cenſibus, in memorato titulo, huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, nu. 17. & ſeq.

3 Sed quoniam videmus nunc intolerabiles abuſus exerceri hoc colore, & paſsim celebrari prędictos contractus uix una, aut altera conditione ſeruata, & hoc falſo titulo emptionis multi prętexunt ſuas uſuras. ideò viſum eſt neceſſarium hoc in loco ſubiicere, & explicare conditiones, quibus olim mentionati Pontifices Martinus Quintus, & Caliſtus Tertius permiſerūt eiuſmodi contractus, quibus emuntur annui cenſus cum pacto retrouendendi &c.

¶ Prima conditio oportet, quòd uendens deſignet, & exprimat rem aliquam, quā uendat, & alius emat, putà domum, aut agros, & cætera. & rei, vel rerum deſignatarū tantū debet fieri emptio, & venditio, & ea ſola debent manere obligata ad ſolutionem antedicti cenſus, & non alia uendentis bona: quia ſi uniuerſa alia bona cum perſona uendente obligantur (vt fit apud nos) iam deſtruitur emptio, & venditio, & eſt oppignoratio, & fit contractus vſurarius.

¶ Secunda conditio, quòd iuſto, & competenti pretio, ematur annuus cenſus; & tempore, quo celebratur contractus, integraliter numeretur pecunia.

¶ Tertia, quòd in eodē contractu expreſsè venditori detur facultas, quòd ipſum annuū cēſum, in toto, vel in parte, pro eadem ſumma denariorū, quā ab emptore recepit, qñcunque velit libere (abſque alicuius requiſitione, aut contradictione) poſsit extinguere, vel redimere, & ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare.

¶ Quarta, quòd ad redimendum annuum cenſum uenditor inuitus nullo modo obligari poſsit, ſed liberum fuerit illi uel ſoluere cenſum, uel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia.

¶ Quinta, quòd ſi cōtingat aliquādo bona ipſa (domos, agros, aut alias poſſeſsiones, quæ obligatæ ſunt ad ſolutionē cenſus, & quorum facta eſt emptio) proceſſu tēporis omninò deſtrui, & penitus interimi; ementes, pecuniam ipſam, quā dederunt pro prędictis bonis, repetere amplius nequaquā valebunt; qm emētis pe-

periculo debet perire res empta: alioquin non fuit uera emptio, & venditio, ſed contractus vſurarius.

¶ Sexta, non debet obligari ad cenſum res aliqua, niſi ſit vendibilis res, & fructuoſa. Et annuus cenſus, ad cuius ſolutionem talis res eſt obligata, non debet excedere ualorem fructuum, quos ex re ipſa percipere ſolet, aut poteſt dominus rei. Si enim plus eſt in annuo cēſu, quàm in fructibus rei uenditæ, iam deſtruitur emptio, & palliatur uſura, & emens accipit rem ipſam in pignus ſuæ pecuniæ.

¶ Seruatis igitur antedictis conditionibus, vtcunque tolerandos iudico tales contractus; aliqua autem earum omiſſa, nulla ratione puto tolerandos.

¶ Aliæ uerò quamplures conditiones, & omnes quidem trutinandæ, & penitus ruminandæ pro animarum ſalute, ponuntur, luce meridiana clariores, in prædictis bullis Nicolai Quinti, & Pij Quinti.

SVMMARIVM.

1 *VSVRARIVS manifeſtus, nulla pręſtita cautione de reſtituendo vſuras, non poteſt facere teſtamentum; & ſi facit, eſt nullum.*

2 *Vſurarij tenentur, & debent cauere in vita de reſtituendis vſuris, aliter teſtamentum eorum eſt ipſo iure nullum.*

3 *Vſurarius, vbicunque non eſſet vſurarius cum omnibus neceſſariò à iure requiſitis, & ea manifeſtatione, quæ requireretur ad reddendum eum inteſtabilem, & incapacem eccleſiaſticæ ſepulturæ, poſſet nulla cautione pręſtita condere teſtamentum, idque valeret, & teneret.*

4 *Cautio præſtanda per vſurarium de reſtituendis vſuris, debet eſſe idonea.*

5 *Vſurarius manifeſtus, nulla præſtita cautione de reſtituendo vſuras, non poteſt condere teſtamentum, niſi reliquerit procuratorem ſuper præſtanda ipſa cautione poſt mortem.*

6 *Vſurarius manifeſtus, licèt teſtari nequeat, tamen poſſet donare cauſa mortis abſque cautione de reſtituendo vſuras: ſecundùm communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, vt explicatur ſub num. 7.*

7 *Donatio cauſa mortis æquiparatur contractui.*

8 *Iudæi, etiam quòd ſint publici fœneratores, poſſunt teſtari nulla cautione præſtita.*

9 *Iudæi poſſunt teſtari, vt Chriſtiani.*

10 *Vſurarius manifeſtus poteſt donare inter viuos, nulla cautione præſtita de reſtituendis vſuris.*

11 *Vſurarius manifeſtus dicitur probatione legitima concurrente, & fama publica.*

12 *Vſura, ſeu conſuetudo fœnerandi, poteſt probari per teſtes ſingulares.*

13 *Vſurarius non dicitur ille, qui tenet pecunias in mōte.*

14 *Vſuræ ſunt permiſſę in viginti caſibus, remiſsiuè.*

15 *Vſurarius reputatur, uendens rem pluſquàm valet.*

16 *Vendens carius, quàm res valeret, & quòd generaliter res emi, uendique poſſit iuſto pretio, incurreret peccatum mortale, & teneretur ad reſtitutionem.*

17 *Vendens rem pluſquàm ualeret, ob dilationem emptori factam de ſoluendo tempore futuro, non incurreret vſuram: nec contractus iſtę diceretur uſurarius, niſi tribus requiſitis interuenientibus.*

18 *Vſurariorum bona non ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione uſurarum.*

19 *Vſura dicitur in mercatore de intereſſe ante moram reſtituendæ pecunię paciſcente, dato, quòd mercator ipſe tantum lucrum in loco mutui ueriſimiliter facturus eſſet.*

20 *Vſurarius dicitur quis, quamuis ceſſet à fœnerando.*

21 *Vſurarius tenetur edere actori rationes ſuas pro intentione eius fundanda, quando agitur de vſuris, uel ex cauſa reſpiciente uſuras, alias non.*

22 *Vſurarius eſt infamis.*

23 *Debitor ultra ſortem principalem ſoluens creditori, ac fœneratori uſuras promiſſas, & cum poſteà ab ſolueret per Aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem, & confiteretur ſibi plenariè fuiſſe ſatisfactum, non poſſet amplius repetere ipſas uſuras.*

OPINIO M. LIII.

1 VSVRARIVS manifeſtus, nulla cautione præſtita de reſtituendis uſuris, non poteſt facere teſtamentum. c. quanquā, de uſuris, lib. 6. Zabarell. conſilio 91.

2 Et neceſſe eſt ad teſtamenti validitatem, quòd ipſi vſurarij caueant in vita, aliter teſtamentum eſt ipſo iure nullum: ſecundùm Glo. in Clemen. eos, de uſuris, & in d. c. quanquā, in uer. Mandauerint. quam ſequuntur communiter omnes Doct. ibi, & in c. quia in omnibus, de vſuris. præſertimque ibi Auguſtinus Berous num. 52. & ſequen. quamuis, quò ad pœnam ſepulturæ, contrarium velit Gloſſ. in Clemen. 1. de vſur. in uer. Manifeſtos. *Cōis opin.*

3 Benè tamen uerum eſt, quòd vbicunque quis non fuiſſet vſurarius cum omnibus neceſſariò à iure requiſitis, & ſic ea manifeſtatione, quæ requireretur ad reddendum eum penitus inteſtabilem, & incapacem eccleſiaſticæ ſepulturæ, teſtamentum conditum tunc ab eo, nulla cautione præſtita, ualeret, & teneret: vt conſuluit doctiſsimè, & cumulatiſsimè Ang. conſ. 10. In Dei nomine amen. In cauſa prędicta eſt hoc ordine procedendum, vt recta poſsit ſequi deciſio.

4 Sed

4 Sed aduerte, quòd iſta cautio præſtanda per vſurarium ipſum, deberet equidem eſſe idonea: nec nuda, & ſimplex fideiuſsio ſufficeret: ſecundùm Gloſ. in d. c. quanquàm, in uer. Idoneè, communiter ab omnibus approbatam, atteſtante Couarru. in lib. 3. reſolut. c. 3. num. 6. & Iulio Claro in tract. de teſtam. lib. 3. quæſt. 26. *Cōis opin.*

5 Limitaturque iſta concluſio non procedere, quando vſurarius deceſſerit nulla præſtita cautione, dimiſſo tamen procuratore ad pręſtandum eam poſt mortem, qua quidem pręſtita iuſtificatur teſtamentum abſque dubio aliquo: ut latè diſputant Canoniſtę, & multi hoc firmant in d. c. quanquàm. Confirmatque hoc idem Cardinalis, in c. ſignificauerunt, de teſtib. & in Clemen. prima, quæſt. uigeſimatertia, de ſepul. vbi meminit fuiſſe deciſum publicè Ferrariæ, quòd valeat prælibatum teſtamentum. eumque ſequitur Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtandi, tit. primo, cautela 7. Felyn. in c. ad hęc, colum. 1. de reſcrip. & in c. quoniam frequenter, colum. 4. vt lite non conteſt. *Cōis opin.* iſtamq; aſſerunt communem opinionem, Gaſpar de Cald. & Anchar. inter conſilia Cardinalis, conſilio 40. in facto aliàs prædictæ conſtitutionis, col. 2.

6 Claudicat etiam antedicta concluſio ſecundo loco, quòd licèt vſurarius manifeſtus non poſsit teſtari, niſi prius cautione præſtita; nihilominus benè, & rationabiliter poteſt donare cauſa mortis abſque prędicta cautione: vt voluit Bal. in l. executorem. C. de execu. rei iud. col. 2. & conſ. 298. vol. 2. ubi refert collegium Mediolanenſe ſic conſuluiſſe. Idemq; tenet Ang. in diſputatione incip. Aſtenſis Miles. Roma. & Imol. in l. tam his, in princ. ff. de donat. cauſa mortis, Pau. de Caſt. conſ. 283. in antiquiſsimis, Capra conſilio 92. col. 2. Dec. conſil. 196. colum. fin. Probus in d. c. quanquàm, in add ad Ioan. Mona. Guliel. Benedic. in c. Raynutius, de teſta. in ver. Teſtamētum, Ripa in l. 2. num. 7. ff. de leg. 1. ubi audacter aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & poſt eum Soc. iun. num. 22. *Cōis opin.*

¶ Et fundatur talis concluſio iſta optima ratione, quia text. in d. c. quanquàm, corrigit ius antiquum, quo uſurarij teſtari poterant l. eius qui in prouincia, in princ. ff ſi cert. pet. & tradit Baptiſta de Sancto Blaſio in tract. contradictionum iuris ciuilis, & canonici, contradic. 18. ſtatuitque ſpecialiter, vt omiſſa cautione ſint nulla, nec de contractibus quicquā dixit: ergò in eis locum non habet. l. verba cō traxerunt. ff. de uerb. ſign. & ſic d. c. quanquā, editum in pœnam, non vtique extenderetur ad contractus, vel diſtractus: vt uoluit etiam eleganter Ang. conſ. 100. Ser Ioannes mutuauit Franciſco centum ſub uſuris.

7 Secundò comprobatur quoque ea ratione, quòd antedicta cautio de vſuris reſtituendis reſpicit ordinationem, & ſolennitatem teſtamenti, quo reſpectu donatio cauſa mortis æquiparatur contractui: ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur Ripa in l. 2. ff. d. leg. 1. num. 10. & Illuſtris D. Guliel. Pontanus Peruſinus, præceptor meus, nu. 32.

¶ In contrariam uerò partem titubanter, & ſibi parùm conſtans, inclinauit Bal. conſilio 294. uol. 2. Lapus in alleg. 125. poſt Ioan. Calderinum in diſputatione exordiente, Canonica inſtitutione. Steph. de Feder. in tract. de interpret. iur. in 1. parte, num. 42. Lauren. de Rodul. in tract. de uſuris, quæſt. 100. Ioan. de Ana. in c. quia in omnibus, num. 15. de uſuris, Benedic. Peruſinus in rub. de teſtam. in 6. Dec. ſibi contrarius, in l. diſcretis. C. qui teſta. face. poſſ. & ante ipſum Alex. in princ. qui fatetur expreſſè iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.* Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtandi, tit. 1. cautela 7. Soc. in d. l. 2. & poſt eum Ruinus, latè col. 17 cum duabus ſeq. ubi ad ſaturitatem uſque reſpondet omnibus ferè fundamentis pro contraria parte citatis, & adductis.

¶ Sed in iſta ambiguitate, & in tam uariis noſtri interpretum ſententiis quid concludēdum? Dico, quòd caſu eueniente, ego ſemper conſulerem, & iudicarem pro iſta vltima ſententia negatiua, iſto potiſsimum argumento inter alia. Nam, qui non habet factionem teſtamenti paſsiuè, non poteſt etiam ex donatione cauſa mortis capere. l. ſenatus, in princ. ff. de dona. cauſa mortis Ergò pari modo, qui nō habet liberam factionem teſtamenti actiuè, ſicut uſurarius, nō debet poſſe donare cauſa mortis. & eandem opinionem reperio ſequutum fuiſſe, tanquàm magis communem, magis tutam, atque animæ fauorabilem, Iul. Clarum in tract. de Donat. lib. 4 q. 7.

8 Choarctatur tertio etiam iſta concluſio, ſeu diſpoſitio, d. c. quanquàm, non habere locum in teſtamento Iudæi: ſecundùm Ioan. Dilectum, in loco ſupra citato. qui quidem Iudæi, licèt ſint publici fœneratores, nihilominus poſſunt teſtari, nulla prius cautione pręſtita: vt per Aret. conſil. 158. Copioſè, in 2. dubio. & in hoc ſunt melioris conditionis, quàm Chriſtiani vſurarij. d. c. quanquàm, & not. Alex. conſilio 3. in cauſa, & lite, volu. 2. Soc. conſilio 62. in pręſenti conſultatione, col. 4. & conſilio 70. in præſenti, colum. 1. volu. 1. & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, libr. 5. cap. 16. in fin. Imol. conſilio 1. circa fin. cum 2. ſeq.

9 Vbi dicit, quòd Iudæi poſſunt, vt Chriſtiani, teſtamenta condere. & Corn. conſ. 114. Licèt primò, col. fin. vol. 1 Cotta in memorali in uer. Vſuræ trientes, circa fin.

10 Limitatur itidem quarto loco non procedere præallegata cōcluſio in donatione inter viuos:

viuos: vt per Bald. conſilio 198. quæritur, libro 2. & Ioan. Dilectum in præcitata cautela 7.

¶ Quintam uerò limitationem ponit quoque ſatis vtilem, & communem, Clarus in d. quęſt. 26.

11 Vndè his accedit utiliter, quòd vſurarius manifeſtus dicitur probatione legitima concurrente, & fama: vt per Abb. conſilio 34. attingam, libro 1. & conſilio 2. libro 2. Imò probatur etiam vſurarius ex fama, & quibuſdam indiciis: vt poſt Gloſ. tradunt Innocen. & alij in c. cùm diœceſi, de uſuris, cum concordantibus, vt per Fulgoſ. cõſilio 138. viſis pręcepto. & tradit Gemin. in c. 1. §. & quia, colum. fin. de vſur. lib. 6. nec non cum aliis utilibus, & neceſſariis requiſitis, poſitis per Ang. in d. conſilio 10. colum. 1. & uerſ. Nunc ergò ad quęſtionem propoſitam deſcendamus.

12 Et uſura ipſa, ſeu conſuetudo fœnerandi, poteſt per teſtes ſingulares etiam probari: ſecundùm magis communem opinionem, quã citat, & ſequiturque Grauet. poſt alios ibi, per eum relatos, conſ. 73. nu. 32. Cõis opin.

13 Et accedit etiam pręditis, quòd vſurarius nõ dicitur ille, qui tenet pecunias in monte; quoniam non poteſt petere quando vult capitale: ſecundùm communem ſcholam, & opinionem omnium Scribentium, quam allegat, & ſequi videtur Alex. in l. item quia. §. 1. num. 2. ff. de pactis, & Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ, rub. 4. §. 23. nu. 38. Cõis opin.

14 Vbi à num. 22. vſque ad num. 53. recenſuit viginti caſus, in quibus vſuræ permiſſæ ſunt.

15 Item occurrit præmiſsis quoque, quòd vendens rem pluſquàm valet, cenſetur vſurarius. c. in Ciuitate, & c. nauiganti, extr. de vſuris, & iſta eſt communis opinio. vt latè conſuluit Abb. conſilio 5. in fi. nu. 5. uol. 1. Cõis opin.

16 Imò in foro poli etiam peccatum eſſet vẽdere carius, quàm res ualeret, & quòd generaliter res emi, ac uendi poſſet iuſto pretio: vt voluit Ferrarien. in ſua pract. Papien. in forma libelli in cauſa uenditionis, in ſummario, ſeu uerſ. Pro pretio florenorum centum, numero 2. & ibi Gloſſator in litera A. & Berous in d. c. in c. in Ciuitate, num. 6. cum aliis ſeq. vbi concludit etiam, quòd talis venditor ad reſtitutionem occaſione peccati tam de iure canonico, quàm ciuili cogi poſſet.

17 Sed aduerte, quòd vbicunque quis venderet rem pluſquàm valeret ob dilationem emptori factam, & conceſſam de ſoluendo tempore futuro: tunc contractus iſte non cenſeretur vſurarius, nec aliquo modo crimen vſurarum contineret, niſi tribus requiſitis neceſſariò interuenientibus: vt firmauit Berous conſilio 168. in præſenti cauſa videtur prima facie dicendum, nu. 22. vol. 1. Sanctus Bernardinus Protector noſter, in ſermonibus ſuis de Euangelio æterno, in ſerm. 34. artic. 1. c. 3. & Roma conſ. 419 num. 1. & eruditus, & diſertus D. Hor Mãdoſius, in add. ibi, vbi ait, quòd venditor iſte, hoc caſu, non incurreret peccatum, habita ratione lucri ceſſantis. ſed demũ procedendo religioſè, more ſuo, aduertit, prout conſuluerunt etiam omnes Canoniſtæ in d. c. in Ciuitate, quòd tutius eſſet pro ſalute animæ, vt ab huiuſmodi celebratione cõtractuum abſtinere deberet.

18 Similiterque noſtro propoſito conueniunt, quòd bona vſurariorum minimè pręſumuntur pro vſurarum reſtitutione tacitè hypothecata: ſecundùm Ioan. And. & alios Canoniſtas communiter, in d. c. quanquam. quã quidem communem ſequuntur, ſimul ac citant Moder. ibi, & Ant. Neguſan. de Fano, in tract. de pignoribus, & hypothecis, in 2. par. 4. membri, num. 155. & Alex. de Neuo conſ. 92. num. 1. & ſeq. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem, & ſententiã inclinauerunt Gloſ. in c. tua nos, de vſur. & in d. c. quanquàm, in uer. Facultates. & ſimiliter Couarru. cum aliis aggregatis per eum in d. c. 3. ſub num. 6. uidelicet, quòd bona uſurarij non ſint tacitè hypothecata pro reſtitutione ipſarum vſurarum. Sed ipſe non audeo, me opponere contra torrentem Doctorum, & communem opinionem præmemoratam, quicquid in contrarium fabulentur præcitati ſcribentes, cuius quidem communis opinionis veritatem demonſtrat Alex. de Neuo in d. cõſilio 97. num. 2. & conſ. ſequen. ſub num. 12. vbi eam meminit in practica ſeruari.

19 His prælibatis ponam od pręmiſſorum intelligentiam, quòd uſura dicitur in mercatore de intereſſe ante moram reſtituendæ pecuniæ paciſcente, eſto quòd ipſe mercator tantum lucrum in loco mutui ueriſimiliter facturus eſſet: ſecundùm communem opinionem omnium Scribentium, quam expreſsè citat, & amplectitur Grauet. conſilio 87. numero 5. Cõis opin.

20 Et huc ſpectat etiam, quòd vſurarius aliquis dicitur, quamuis deſierit fœnerari: ſecundùm doctrinam Bar. in l. pretor ait. §. is etiam. ff. de edendo, & in l. quis ſit fugitiuus, in prin. ff. de ædil. edic. communiter, & concorditer approbatam ab oĩbus Doct. atteſtante Dec. in c. ex epiſtolæ, n. 99. de ꝓbat. vbi eam declarando nonnihil conatur ſuſtinere, & à pluribus contrariis amouere, ac diuellere. Et eidem opinioni, tanquàm magis communi, tutioriq; animæ, inhæret Clarus in tract. de teſtamen. lib. 3. quæſt. 26. uerſ. Item quęro. Cõis opin.

21 Nunc uerò rerum ordo expoſtulat, vt ſuadeam, quòd vſurarius teneatur actori edere rationes ſuas pro intentione eius fundanda, quãdo agitur de uſuris, vel ex cauſa reſpiciente vſu-

te uſuras. Secùs autem ſi contra vſurarium a-
geretur ex contractu venditionis, vel ex alia
ſimili cauſa, quæ uſuras non reſpiciat: vt no-
tat, & tenet Anchar. & Cardin. in Clemen. 1.
§. cæterùm, de vſuris, & Bal. in c. clerici, col. fi.
Cõis de uita, & honeſt. cler. quorum opinionem ad
opin. mittit communem eſſe Dec. in d. c. ex epiſto-
læ, num. 101. cum ſeq. de probat.

22 Poſtremò non prætereundum illud fore
arbitror, quòd uſurarius eſt infamis. l. impro-
Cõis bum. vbi Bar. Paul. de Caſt. & alij communi-
opin. ter per illum tex. C. de infam. Matthesil. in no
tab. 49. incip. Nota. Cotta in memorali, in
uer. Vſurarij, vbi hoc limitat, & declarat.

¶ Modò verò diſquirendum foret, non in-
tempeſtiuè quidem, quòd ſi debitor vltra ſor
tem principalem ſolueret creditori, ac fœne-
ratori vſuras promiſſas, & poſteà abſolueret
eum, ac liberaret per Aquilianam ſtipulatio-
nem, & acceptilationem &c. & confiteretur ſi
bi plenariè fuiſſe ſatisfactum: tunc equidem
in foro iudiciali ſublata eſſet omnis obliga-
tio: nec poſſet ipſe debitor, ſeu eius hæredes
repetere dictas vſuras: vt conſuluit doctiſſi-
mè Ang. d. conſilio 100. vbi in foro conſcien-
tiæ in hoc eodem caſu aliter diſtinguit, &
reſoluit.

SVMMARIVM.

1 *VXOR per maritum relicta in teſtamento ſuo domina, maſſaria, & uſufructuaria omnium bonorum, filijs hæredibus inſtitutis, poteſt habere alimenta ſibi condecentia ſolummodò cũ quadam præheminentia, & honore, ut habebat uiuente marito.*

2 *Maritus, quem uxor relinqueret dominum, uſufructuarium, & maſſarium, omnium bonorum, filijs extantibus, poſſet conſequi ex hoc legato ſolummodò alimenta.*

3 *Vxor relicta uſufructuaria intelligitur de prima uxore, quam maritus habebat tempore teſtamenti, non autem de ſecunda uxore, quam tempore mortis ſuperſtitem reliquit.*

4 *Vxor uſufructuaria relicta per eius uirum omnium bonorum, qui inſtituiſſet hęredes uniuerſales fratres carnales, & filias dotaſſet, præferendo in inſtitutione fratres ipſis filiabus, poſſet percipere ſolummodò alimenta, non autem uſumfructum.*

5 *Vxor relicta domina, maſſaria, & uſufructuaria omnium bonorum per eius maritum, filijs hęredibus inſtitutis, uigore iſtius legati accipere poſſet alimenta propria authoritate ſine conſenſu hæredis.*

6 *Vxor, cui à uiro relicta ſunt alimenta, non tenetur operari pro hęrede, ſed ad eius propriam utilitatem.*

7 *Vxor, cui relictus eſt uſusfructus à teſtatore, filiis extantibus, ipſis defunctis poſſet conſequi ſolummodò alimenta ab illis, qui ſuccederent ipſis filijs ex pupillari ſubſtitutione, ſeu ab inteſtato.*

8 *Vxor relicta domina, maſſaria, & uſufructuaria à teſtatore, filijs extantibus, ipſis defunctis, relicto ſubſtituto extraneo, plenum conſequitur vſumfructum.*

9 *Vxor domina relicta toto tempore uitæ ſuæ, donec uidua, & caſta uixerit, ſtantibus filijs, tunc ſi decederent ipſi filij tractu temporis, haberet plenum uſumfructum.*

10 *Vxor, cui relictus eſt uſusfructus à teſtatore, filijs extantibus, ipſis defunctis, ac remanentibus filijs alterius matrimonij, non conſequitur plenum uſumfructum, ſed ſolummodò alimenta.*

11 *Vxor relicta uſufructuaria aliquarum rerum ſingularium, uel particularium per maritum, debet habere uſumfructum ipſarum rerum etiam extantibus filij.*

OPINIO M. LIV.

1 VXOR per maritum reli-
cta in teſtamento ſuo do
mina, maſſaria, & vſufru
ctuaria omnium bono-
rum, filiis hæredibus in-
ſtitutis, poteſt habere ali
menta ſibi condecentia
ſolummodò cum quadam prẹheminentia, &
honore, prout habebat viuente marito: ſecun
dùm Bar. Paul. de Caſt. Imol. & Cuma. in l. Ti
tia. §. fin. ff. de leg. 2. Bar. Cyn. Alberi. Bal. & Sa
ly. in auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nup. mul.
Alex. conſilio 29. in princ. uol. 4. Bertran. conſi
lio 85. ponitur in facto, quòd dudum de anno,
ſcilicet Domini, in prin. volu. 6. Corn. conſilio
257. num. 6. & 12. uol. 1. & conſilio 308. nume
ro 3. uol. 4. Bellonum conſ. 6. nu. 12. Capram
conſil. 72. num. 17. & conſilio 154. punctus,
quidam Sanctes de Aquila, num. 1. Soc. Iun.
conſilio 94. num. 2. uol. 1. vbi prorumpit hãc Cõis
eſſe communem opinionem, & conſ. 96. eod. opin.
uol. Corn. in prẹcitato conſil. 257. & Dec. cõſ.
54. num. 1. & idem conſuluit idem Soc. conſ.
99. volum. 1.

2 Et hoc idem concludendum eſt in uiro,
quem ſi vxor relinqueret dominum, vſufru-
ctuarium, & maſſarium, vtique non poſſet ha
bere niſi alimẽta, uigore legati huius, propter
identitatem rationis, quẹ par eſt in vtroque.
ita uoluerunt Bal. Cuma. & Flori. in d. l. Titia.
§. fin. Iaſ. conſil. 112. colum. pen. volu. 1. Curt.
Sen. conſilio 11. colum. pen. & Curt. Iun. con-
ſilio 6. colum. 12. & Bald. in d. authen. hoc
locum.

3 Sed aduertendum eſt, quòd iſta vxor reli-
cta uſufructuaria, intelligeretur de prima uxo
re, quam maritus habebat tempore teſtamen
ti, non autem de ſecunda uxore, quam tẽpore
mortis

mortis ſuperſtitem reliquit vt uoluit Bald.in l.fin.colum.pen.C.de indict.uid.toll.quem ſe quitur cum aliis aggregatis per eum, Tiraq. in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb. ſign.numero 104.& ſeq.

¶ In contrariam uerò partem uidetur inclinare conſulendo optimè,& vtiliſsimè Bertran.in d.conſ.85.colum.2.& Alex.conſ.171. colum.2.vol.2. Ideò aduerte,quòd Alexã. loquitur quando quis relinqueret alimenta ali cui,& eius uxori. quo caſu militarent rationes ipſius Alex. vt latè proſequitur Soc. Iun. conſilio 172.nu. 25.& ſeq. uol.2. verùm iſtas rationes autumarem nõ militare in caſu Bal. diuerſo,ſuperius recitato.

4 Aduertendum eſt etiam, quòd ubicunq; uir relinqueret vxorem ſuam dominam, maſ ſariam,& vſufructuariam omnium bonorũ,& fratres carnales inſtitueret hæredes uniuerſa les,& filiam dotaret, præferendo in inſtitutione fratres ipſi filiæ:tunc etiam vxor eſſet dun taxat alimentaria,& ſic alimenta,non autem vſumfructum percipere poſſet: vt conſuluit Capra. conſilio 158. ſubſcripſi me cuidam conſilio.

5 Et iſta alimenta poteſt accipere, ac ſumere vxor propter huiuſmodi præheminentiam propria authoritate, nec expectare debet, vt ſibi ab hærede præſtentur:vt voluit Ioã. And. in add.Specul.in tit.qui fil. ſint leg. §.1. Ang. in l.1.ff. rerum amotarum. Alexã. in l.nemo poteſt,colum.6.ff.de leg.1.& fuit de intentione Bar.& aliorum in d.auth.hoc locum,Alex. num.15.Iaſ.num.37.Crot.num.26.Ruin.col. 17.& cęteri communiter in l. nemo poteſt. ff. de leg.1.Picus,in d.l.Titia,num. 116 & 133. Dec.conſilio 418.num.3.& ſeq.Pariſ.conſilio 21.num.2.volu.2.Gozad.conſ.95.num.11.& Soc.Iun.conſilio 86.num.7.vol.1.

Cõis opin.

6 Imò ipſa mulier, cui à viro relicta ſunt alimenta,non teneretur operari pro hærede, ſeu ad eius vtilitatem:ſecundùm Bar.Pau. Caſtr. & alios omnes in l.diuortio.ff.ſol.mat.& Gratum,cum aliis relatis per eum,conſ.87.Inuocato diuino ſuffragio, Dominus Ferraldus de Ferraldis artium,& medicinæ Doctor, ſub numero 21.cum aliis ſequen. volu.2. ubi docet iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

7 Et ſic etiam defunctis filiis, qui prius extabant,non debet conſequi, niſi alimenta ab illis,qui ſuccedunt filiis ex pupillari ſubſtitutione,ſeu ab inteſtato. quia quum viuente filio, legatum cœperit habere vires, & conſequenter alimenta tantùm deberentur, non debet in plus teneri hæres, quàm teneretur filius.l ſi fundum.§.filium.ff.ad leg.Falcid.

8 Sed ſi filij morerentur, etiam quòd habeant ſubſtitutum, maximeque extraneum, vxor prædicta debet habere integrum vſumfructum:vt per Bar.& alios,in d.l.Titia.§.fin. Imol.Alex.& Aret.in l.& ſi contra tabulas.ff. de vulg.& pup.Ang.in auth.hoc locum. C. ſi ſecun.nup.mul.& conſ 97.Viuianus, circa fi. & conſ.199.in dicto teſtamento, Roma.conſ. 516.num. 1.3.& 8.Bar.conſil.56.Bartolus, & conſ.171.Nicolaus.& Alex.conſ.40.in princ. lib.1.& iſtam eſſe commemorat magis communem opinionem Iaſ.in l.ſi fundum.§.ſi paterfamil.colum. 2.ff. de leg. 1.& in l. ſed & ſi contra tabulas, num.6. ff. vulg.& pup.Pariſ. conſil.94.circa primum,num.44. vol.2.Soci. Iun.conſ.85.num.21.& ibi quoq; Dec.in ſubſcriptione,ſeu conſil.ſeq.num.5. vol. 1.& idẽ Soc.Iun.in d.conſ.94.num.2.poſt medium.& ita conſuluit Alex.in d.conſilio 29. num.1. cũ aliis ſequen.

Cõis opin.

9 Quòd vxor relicta domina, & vſufructuaria,ſtantibus filiis,donec uidua,& caſta viueret,tunc ſi decederent filij tractu temporis, inciperet habere plenum vſumfructum.

10 Ampliatur, & declaratur hoc etiam procedere,ubicunque filius eiuſdem matrimonij moreretur, ac decederet ſtantibus filijs alterius matrimonij. tũc ſimiliter matri debetur integer vſuſfructus:quia dicta cõſuetudo Bulgari,habet locum duntaxat ſuperſtitibus filiis primi matrimonij. ita eleganter tenuit Bal.in d auth.hoc locum,& Ang.Aret.in tractatu de teſtam. fol.31. Tamen Bal. reuocando ſententiam in melius tenuit contrarium, in d.l.Titia §.fin.uidelicet,quòd hoc caſu vxori prædictæ debeantur ſolummodò alimenta, ſecundum conſuetudinẽ Bulgari,quem ſequitur ibi Imol. & ita conſuluit. Ruinus conſilio 41.num 4.& 9. uolu.3. vbi dicit hanc opinionem eſſe ueriorem.

11 Interpretatur hoc poſtremò etiam procedere,vbicunque vxor ipſa relicta eſſet vſufructuaria non omnium bonorum mariti,ſed aliquarum rerum ſingularium, uel particularium:tunc enim deberet habere vſumfructũ dictarum rerum,nec eſſet locus conſuetudini Bulgari:vt conſuluit Bertran.in d.conſilio 85. colum.3.

SVMMARIVM.

1 *VXOR ſuccedit in quarta parte bonorum uiri ſui, ſi liberi non ſint ultra tres; aliàs ſuccedit in virili portione quò ad vſumfructum, proprietate liberis ipſis reſeruata.*

2 *Vxor,non extantibus filijs, ſuccedit in quarta parte bonorum mariti, etiam in dominio, & proprietate.*

3 *Vxor pauper,ſi nullus deſcendentium, uel aſcendentium extet, ſed ſolummodò tranſuerſales, ultratur quartam partem bonorum mariti ſui, etiam quò ad dominium,& proprietatem.*

4 *Mari-*

4 *Maritus pauper uxori ſuæ diuiti ſuccedit in quarta parte bonorum ſuorum.*

5 *Legatum factum coniugi non tollit quartam partem bonorum, quæ ſibi debetur, ſed computatur in partem.*

6 *Vxor uiro defuncto ſuccedit in quarta parte bonorum ſuorum, quando matrimonium eſt ſine dote, vel cum parua dote.*

7 *Dos dicitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam vxoris.*

8 *Vxori pauperi poſt acquiſitionem quartæ partis bonorum mariti, ſi ſuperuenirent diuitiæ, deberetur itidem ipſa quarta.*

9 *Teſtator etiam expreſſè non poteſt prohibere in teſtamento vxori ſuæ pauperi detractionem quartæ partis bonorum ſuorum.*

10 *Statutum diſponens. vxorem pauperem non poſſe detrahere quartam partem bonorum mariti, & econtra, non valet.*

11 *Marito inopi, præmoriente uxore locuplete, debetur quarta pars bonorum uxoris ſuæ, tam condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & contra voluntatem vxoris.*

12 *Vxor indotata, ſeu habens paruam dotem, viro defuncto teſtato cum prohibitione perceptionis quartæ partis bonorum mariti, poteſt conſequi ipſam quartam, conditione ex lege, vt debitum neceſſarium.*

13 *Maritus inops, mortua eius uxore teſtata vel inteſtata, accipit quartam partem bonorum uxoris à ſe ipſo propria authoritate, vt hæres, utendo iure retentionis pro eadem quarta in bonis mulieris diuitis, non expectata aditione facienda per inſtitutos, vel hæredes venientes ab inteſtato.*

OPINIO M. LV.

1 VXOR, ſeu mulier ſuccedit in quarta parte bonorum viri, & ſic mariti ſui, ſi liberi non ſint vltra tres; aliàs ſuccedit in uirili portione, quò ad vſumfructum, proprietate liberis ipſis reſeruata: ſecundùm indubitatã, & communem opinionem omnium Scribentium, in auth. præterea, per text. ibi. C. vndè uir, & uxor. Si uerò filij non extant, tunc ſuccedit etiam in dominio, & proprietate. §. quia verò legem dudum poſuimus, in auth. ut liceat matri, & auiæ. *Cõis opin.*

2 Si autem nullus deſcendentium, vel aſcẽdentium extet, ſed ſolummodò tranſuerſales: tunc ſimiliter mulier ſuperſtes laborans inopia lucratur quartam partem bonorum, etiã quò ad dominium, & proprietatem: vt voluit Glo. in d. §. quia uerò legem dudum poſuimus, in uer. In talibus, in fi. & in d. auth. prętereà, in uer. Non extantibus, vbi omnes ita firmant.

3 Et iſta concluſio ita, & taliter enucleata, ampliatur procedere etiam in uiro, qui tanquàm pauper uxori ſuæ defunctæ diuiti ſuccedit in quarta parte bonorum ſuorum: ut eſt tex. in §. fin. aliàs quoniam uerò ad clementiam, ante fin. in authẽ. de exhibendis reis, & ibi Gloſ. in uer. In illius deſcendentis. & Iaſ. ſub numero 1. & alij omnes in dicta authen. prætereà.

¶ Sed allegando d. §. quoniam, in Curia noſtra de menſe Septẽbris præſentis anni 1573. in facto, in cauſa Magnifici D. Fabij Conerij, Iuriſconſulti Aquilani, prætendentis quartam in bonis ſuæ uxoris diuitis defunctæ abſque liberis; perſpicaciſsimus D. Ioſephus de Ruſticis, aduocatus partis aduerſæ, tunc aſſerebat, d. §. quoniam, allegari non potuiſſe tanquàm correctum, cui ex tempore reſpondendo, replicabam nunquàm talem legem inueniſſe correctam.

4 Et quòd d. §. quoniam, remaneat in ſui uiridi obſeruantia, & quòd non corrigatur aliquo modo per d. §. quia uerò legem dudum poſuimus, voluit, & conſtanter firmauit ſpecificè, & expreſsè Glo. ibi in uer. In talibus.

5 Imò legatum factum coniugi non tollit dictam ſucceſsionem, ſed computatur in partem. tex. eſt in d. auth. prætereà. C. undè uir, & vxor.

6 Iſta uerò ſucceſsio, nota, habet locum, quando matrimonium eſt abſque dote, vel cum parua dote: vt declarat Alexã. & Iaſ. poſt alios Doct. communiter, in d. auth. prætereà. *Cõis opin.*

7 Et dos iſta intelligitur parua, quando nõ ſufficeret ad alimoniam uxoris, & iſta eſt communis opinio: vt conſtat ex congeſtis, relatiſque per Barba conſ. 74. Scriptis, lib. 4. *Cõis opin.*

8 Quod quidem procedit, etiam ſi coniugi, poſt acquiſitionem huiuſmodi quartæ, ſuperuenirent diuitiæ. Nam poſt effectum cõſumatum, ceſſante cauſa, non ceſſat effectus. l. fin. C. unde lib. & latè per Dec. conſilio 24. pro virili.

9 Amplianturque prædicta ultimo loco ſimiliter procedere, ſi teſtator expreſsè prohiberet vxori ſuæ in teſtamento detractionem iſtius quartę: nam teſtator non poteſt prohibere dictam detractionem: & ſic ita debetur ipſa quarta ex teſtamento, & contra uoluntatẽ mariti, ſicut ab inteſtato: ſecundùm Gloſ. in §. ſin uerò expreſsim, in uerſ. Hæredem, in auth. de hęred. & falcid. cum qua ſentiunt omnes Doct. communiter: ut patet ex congeſtis per Alex. in d. auth. prætereà, & per Scriben. in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matr. & ſequitur etiam, & communem dicit Deci. in d. conſilio 24. ſub numero 6. Corn. conſilio 4. ſub numero 3. volum. 4. Rolan. à Valle conſilio 72. ſtatuto Ciuitatis Caſalis diſponitur, uolum. 1. Ioan. Bapt. Plotus conſ. 168. Ieſus Rex æternæ *Cõis opin.*

gloriæ

gloriæ, num. 45. poſito inter conſilia ultimarum uoluntatum, uol. 1.

10 Vbi hoc ampliat in caſu ſtatuti contrarium diſponentis procedere etiam. Et confirmatur hoc ex dictis per Bal. in l. filium quem habentem, colum. 10. ver. Deindè quæritur. C. famil. erciſc licèt Saly. & malè in d. authẽ. præterea, teneat contrarium.

11 Interpretantur prędicta ulterius, quòd illa quarta, quę debetur ex diſpoſitione d. auth. præterea, marito inopi, præmoriente uxore locuplete, locum habeat, tam condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſic contra uoluntatẽ vxoris: ſecundùm Doct. omnes in d. auth. pręterea, & iſtam ait eſſe communem opinionem Corn. conſilio 4. colum. 2. & 3. uolu. 4. & Soc. conſilio 121. colum. 4. vol. 4. & Dec. in d. conſ. 24. ſub num. 6. Cõis opin.

12 Et tunc uxor indotata, uiro ſuo defuncto teſtato, cum prohibitione perceptionis quartæ, poſſet conſequi prædictam quartam bonorum viri conditione ex lege vt debitum neceſſarium: ſecundùm Gloſ. in d. §. ſin uerò expreſsim, in uer. Hæredem. Paul. Caſtr. Bal. Roma. Alex. & alios in d. auth. præterea.

13 Sed ubicunque mulier moreretur teſtata, vel inteſtata, tunc maritus inops accipit ipſam quartam à ſe ipſo, propria authoritate vt hæres, utendo iure, & actione retentionis pro eadem quarta in bonis mulieris diuitis, non expectata aditione hæreditatis facienda per inſtitutos, vel hæredes uenientes ab inteſtato. d. § . quoniam uerò ad clementiam, & ibi Gloſſ. in uer. In illius. Corn. in d. conſ. 4. ſub num. 5. & ſub num. 7. & Natta, cum aliis coacervatis per eum, conſilio 605. manifeſta eſt iuris nouiſſimi diſpoſitio, nu. 9. vol. 4. & ita obtinui de pręſenti menſe Septembris. 1573. in Curia noſtra, in cauſa prælibati D. Fabij Conerij, qui poſt mortem D. Paulæ Antoniæ ſuæ vxoris, retinuit eius domum pro quarta ſibi ſpectante, & petiit conſeruari in poſſeſsionem dictę domus, pro moleſtia, quę ſibi inferebatur ab hæredibus tranſuerſalibus ab inteſtato eiuſdem mulieris. Fuit iudicatum in Curia prędicta per D. Iudicem, D. Bartholomæum de Gorioſtriola Hyſpanum, uirum inſignis literaturę, antedictum D. Fabium, ſimul cum aliis hæredibus mentionatis, conſeruandum eſſe in poſſeſsione domus memoratæ.

SVMMARIVM.

1 *HAERES mariti defuncti lucratur, uxore ſuperſite, fructus dotis rerum mobilium tempore anniculæ dilationis: ſed bona immobilia dotalia ſtatim, mortuo marito, tradere tenẽ ipſi uxori.*

2 *Hæres mariti defuncti, etiam quòd eſſet diues, & haberet facultatem ſtatim reſtituendi bona mobilia dotalia, non teneretur ea tradere, ac reſtituere infra annum.*

3 *Hæres mariti ita lucratur fructus bonorum mobilium uxoris infra tempus anniculę dilationis, vt nec illos poſt anni dilationem cum ipſis bonis mobilibus reſtituere teneatur.*

4 *Vxor uidua alenda eſt ab hęredibus mariti durante curſu anni luctus, dum mobilia dotis non reſtituuntur, ſi ipſa non haberet undè ſe alere poſſet.*

5 *Hæres primi mariti, vxori ſuę conuolanti ad ſecunda uota infra annum luctus, non tenetur mobilia reddere infra annum ipſum, nec alimenta præſtare.*

6 *Conſuetudo, quòd bona mobilia poſt mortem mariti ſtatim reſtituantur per hęredes mariti uxori ſuæ, valet, & tenet.*

OPINIO M. LVI.

1 VXORI hęredes mariti defuncti iure dotis bona immobilia ſtatim tradere tenetur, mobilia uerò intra annum. l. unica. §. exactio. C. de rei vxor. act. not. in cap. 3. de donat. inter uir. & vxor.

2 Etiam ſi hęredes ipſi eſſent diuites, & facultatem haberent ſtatim reſtituendi dotem prædictam: vt per Bartol. & alios omnes, in l. diuortio, in princ. ff. ſoluto matrimonio, & Iaſon. in §. fuerat, columna 8. inſtitut. de actionibus, vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

3 Imò, & fructus ipſorum mobilium efficiuntur abſque dubio aliquo ipſorum hęredum, nec illos poſt anni dilationem cum bonis mobilibus reſtituere tenentur: ſecundum Gloſſ. & omnes communiter, in l. diuortio. ff. ſoluto matrimonio, Gloſ. & cęteros omnes in d. §. exactio.

¶ Et licèt Paul. Caſtren. ſenſerit contrarium in dicta. l. diuortio, & eius opinionem Alexan. ibi, numero 18. ueriorem eſſe docuerit, atque illam ſatis conſtanter defenderit Zaſi. libro 2. reſponſorum. c. 3. Nihilominus ſpretis prædictorum Doct. ſuaſionibus, primę ſententię ipſius Gloſſ. & communi tanquàm tutiſsimę in iudicando, conſulendoque libenter inhæremus.

4 Sed interim durante curſu dicti anni luctus, dum mobilia dotis non reſtituuntur, uxor uidua ab hæredibus mariti alẽda uenit, ſi ipſa non habeat undè ſe ipſam alere poſsit. iuxtà Gloſ. Bart. & reliquos communiter, in dicto. §. exactio. Gloſ. & cęteros omnes, in d. l. diuortio, in princip. vbi Alexan. colum. 5. iſtã opinionem communem eſſe demonſtrat, &

con-

conſil.27. Viſo themate ſuprascripto, in prin. vol. 4. & Bertran. etiam conſilio 19. Quamuis ſecundum communem opinionem, uol.6. atque eam ait æquiorem eſſe Abb. conſil. 39. vol.2. idemque tenet Cyn.& Doct. in l. fin. C. de bonis mat. Zaſ. in d. c. 3. in fin. & Ant. Capic. deciſ. 24. In cauſa Lucentis, num. 1. vſque ad num. 6. & Rolan. à Valle conſilio 55. Siue conſideremus diſpoſitionem iuris communis, num.4.& ſeq. uolu. 2. Quamuis, & malè Paul. Caſt. in d.l. diuortio, & Abb. in d. conſ. 39. inclinauerint in contrariam partem.

5 Si uerò uidua ipſa intra annum ad ſecundas nuptias conuolaret, ſeu tranſiret: tunc hæredes primi mariti ei minimè tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimenta præſtare: ut uoluerunt Cyn. in d. l. fin. Ferrarien. in practica Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, uer. Ac etiam alimenta. & Iaſ. in §. fuerat, numero 25. inſtit. de actionibus.

6 Sed antedicta regula in principio poſita, ita & taliter enucleata, claudicat non procedere, ubicunque extaret conſuetudo in contrarium, quòd bona ipſa mobilia, ſoluto matrimonio, ſtatim reſtituerentur mulieri, prout talem conſuetudinem extare meminit in Ciuitate Bari Vincentius Maxilla in conſuetudinibus Bari, in conſuetudine, Dos à patre profecta, nu. 183. tit. de iure dotium, fol. 89.

SVMMARIVM.

1 *VXORES duas accipiens, & habens ſimul & ſemel, eſt infamis, & tenetur pœna ſtupri, non autem pœna capitis, de iure ciuili.*

2 *Matrimoniales cauſæ ſpectant ad iudices eccleſiaſticos.*

3 *Anathema eſt aſſerens matrimoniales cauſas nō ſpectare ad iudices eccleſiaſticos.*

4 *Vxori nupta cum uiro habente eodem tempore aliā vxorem, de iure canonico ſunt incidendi capilli, & panni anteriores, & poſteriores.*

5 *Vxorem ſecundam ducens per errorem, uel per facilitatem ætatis, uel non ſecuta copula, uel quando primū matrimoniū fuiſſet nullū. puniri non poteſt.*

6 *Ignorantia unius ex coniugibus de matrimonio inualido, facit, quòd filij ex tali matrimonio nati, legitimi ſint, & ſuccedant in bonis.*

OPINIO M.LVII.

1 VXORES duas habens uir, ſiue uxor duos maritos eodem tempore, & ſimul & ſemel, efficitur infamis, & tenetur pœna ſtupri, quæ eſt publicatio partis dimidiæ bonorum, ſi honeſtus fuerit; ſi autem humilis, pœna coercitionis cum relegatione. l. eum qui duas. C. de adult. & §. item lex Iulia, inſtit. de publ. iudic. Et ideò Ang. Aret. in tract. de maleſ. in uer. *Chai adulterato la mia donna*, num. 65. meritò affirmat errare iudices, qui capitaliter puniunt capientes duas uxores, tanquàm adulteros. & hoc concedunt etiam Bald. Cyn. Ang. & Saly. in d. l. eū qui duas, Auguſt. Arim. in add. ad Ang. in d. uerſ. *Chai adulterato la mia donna*, ſub numero 65. qui reprehendit Roma. in ſing. 557. Tu ſcis, quæ pœna ſit de iure ciuili, aſſeuerantem de iure ciuili, in præſenti caſu, infligēdam eſſe pœnam capitis. Et contra Roma. quòd pœna ſtupri imponenda equidem ſit in caſu hoc, firmat etiam Carrer. in trac. de homicid. §. 6. num. 313. Ioan. de Neuizan. in ſua Sylua Nuptiali, lib. 4. ſub n. 43. Ang. Aret. in §. affinitatis, num. 3. inſtit. de nupt. & ita in propriis terminis conſuluit Alex. conſ. 165. uiſis, & ponderatis ſtatutis, uol. 7.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd ducens doloſè duas uxores ſimul & ſemel, dignus ſit morte, inclinauit conſulendo Grammat. uoto 17. qui meminit ita aliàs iudicatum fuiſſe in magna Curia Vicariæ, & exe cutum contra uirum, qui eodem tempore cū quinque honeſtis mulieribus, omnibus quidem ſuperuiuentibus, matrimonium contraxerat. & idem firmat apoſtil. ad Alex. in d. conſilio 165. in litera C. Roma. in d. ſing. 557.

¶ Sed prima opinio uidetur communis, atteſtante Iulio Claro in pract. crim. in §. Fornicatio, uer. Dicitur autē, circa medium: à qua ſi recedere uellem, eſſet quodammodò ponere os in cælum; prout ab ea minimè diſſentit Boſs. in pract. crim. in tit. de coitu pumbili, & damnato, num. 78. referendo ibi Senatum Mediolanenſem ſæpiſsimè fuſtigari feciſſe tales delinquentes. *Cōis opin.*

¶ Et licèt extet deciſio magnæ Curiæ Vicariæ contra ducentes duas uel plures uxores eodem tempore uiuentes, ut is damnari debeat ultimi ſupplicij pœna: tamen uir ipſe nō extitit aliter condemnatus ob matrimonium cum duabus uxoribus contractum eodem tēpore, ſed potius ob matrimonium contractū cum quinque honeſtis mulieribus, omnibus tunc ſuperuiuentibus: & ſic condemnatio ad vltimi ſupplicij pœnam emanauit in eadem magna Curia Vicariæ contra uirum ob iterationem criminis, & non aliter, vt planè diſcernitur ex allegationibus Gram. in d. uoto 17.

2 Sed recolo in anno 1575. extitiſſe inquiſitam, & pariter accuſatam coram D. Angelo de Nobilibus de Ciuitate Ducali, Gubernatore tunc meritiſsimo Terræ Amatricis, ueritatis diligētiſsimo inueſtigatore, & mihi uti fratre colendiſsimo; Adrianam de Ciuita Nurſiæ, per Ciamarram eius primum uirum; quę cōtraxerat, durante ipſo primo matrimonio,

aliud ſecundum matrimonium cum altero uiro. Et dum idem D. Gubernator determinauerat, ſeruatis de iure ſeruandis, condemnare prædictam mulierem, tanquàm eodemmet tempore habentem duos uiros; extitit petita remiſsio cauſæ ad iudicem eccleſiaſticũ cõpetentem cõceſſa, & ſic ad Reuer. D. Vicariũ Aſculanum, ad quẽ meritò ea cauſa fuit remiſſa.

3 Nam cauſas ipſas matrimoniales ſpectaniſſe, & ſpectare ad iudices eccleſiaſticos compertum eſt. Imò aſſerentem cauſas matrimoniales ad iudices eccleſiaſticos non ſpectare, anathemam fore decernit ſancta ſynodus Tridentina, ſeſs. 24. de ſacramento matrimonij, canone 12. Et dum aliàs tractabatur, annis proximè decurſis in Sacro Concilio Neap. de nullitate matrimonij, illudque contractum inter affines, cauſa ſimiliter remiſſa extitit per ipſum ſacrum Concilium ad iudicem eccleſiaſticum, atteſtante unico noſtri ſæculi lumine, & ſydere fulgentiſsimo Sacri Concilij Neapol. D. Vincent. de Franchis, deciſ. 52. Donna Catherina de Cardines, in prin.

¶ Et quanquàm uir contrahens matrimonium cum duabus mulieribus uno, eodemq; tempore, puniri queat, vt ſupra oſtẽdimus ex communi opinione: tamen eadẽmmet pœna abſque dubio aliquo punienda foret tunc etiam mulier, cum qua contraxerat ſecundũ matrimoniũ, ſi notitiam habuiſſet primi matrimonij. Vndè mulier, quæ contraxit matrimonium cum viro habente vxorem, ut dicatur inſcia primi matrimonij, utiliter explicat, & diſcurrit Pet. Albignanus conſilio 67. Leonardus, num. 23, inter conſil. mat. uol. 1.

¶ Quodque in tantùm etiam ampliatur, ut matrimonium cum ſecunda uxore contractum, uiuente prima, nõ ualeat, neque teneat: adeò, quòd, etiam mortua prima vxore, vir nõ teneatur, nec poſsit ullo modo adhærere ſecundæ. vt conſuluit Nicol. Superantius conſilio 65. inter conſ. matrim. uol. 1. & Pet. Albignan. in d. conſ. 67.

4 Cæterùm iſthæc communis ita approbata, limitatur primò procedere abſque ſcrupulo aliquo de iure ciuili; ſecus autem de iure canonico. Nam eo iure, in præſenti caſu, uxori debent incidi capilli, pannique anteriores, & poſteriores. textus eſt in c. benedicto. 32. q. 1. ſecundùm communem interpretationem Glo. (*Cõis opin.*) & omnium ibi. cui accedit etiam Roma. in d. ſing. 537. Abb. in c. cùm haberet, colum. 2. de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult. Auguſt. Ariminẽ. in add. ad Ang. Are. in d. tractatu de malef. in uer. *Cibai adulterato la mia donna*, ſub num. 65. Pet. Albignanus conſ. 67. Leonardus, ſub num. 12. poſito inter conſilia matrimonialia, lib. 1. & Ioan. Neuiza in d. Sylua nuptiali, lib. 4. ſub num. 43.

5 Claudicatque etiam ſecundò eadem communis non ſortiri aliter locum, vbicunque adeſſet cauſa iuſti erroris. Nam quando foret matrimonium contractum per errorem, uel fuiſſet nullum, & inualidum primum matrimonium, vel per facilitatem ætatis, ſeu non extitiſſet copula ſecuta: tunc ſecundum matrimonium indubitanter, & indiſcriminatim contrahi poſſet. ita Port. in d. §. affinitatis, inſtit. de nupt. & Ioan. Neuizan. cum aliis aggregatis per eum in d. Sylua nuptiali, libro 4. numero 44.

6 Imò ignorantia ipſa alterius parentis ſolummodò de matrimonio contracto, operatur, quòd filij ex huiuſmodi matrimonio nati, legitimi equidem ſint, & ſuccedant in bonis, & conſequenter propter ignorantiam, etiam vnius ex coniugibus, filij cenſentur legitimi quò ad utrunque ipſorum. c. ex tenore, & c. cũ inter, qui fil. ſint legit. & notat Gloſ. in c. 1. de eo qui dux. in mat. & c. cùm inhibitio, de clãd. deſponſ. & l. qui contra, C. de inceſt. nup.

SVMMARIVM.

1 *Vxor quicquid acquirit conſtante matrimonio, acquiſiuiſſe præſumitur de bonis mariti, ratione turpis quæſtus euitandi.*

2 *Filius quicquid acquirit, præſumitur ex bonis paternis acquirere, patre exiſtente diuite; ſecus exiſtente paupere, & negligente.*

3 *Monachus, Rector, ſeu prælatus in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ.*

4 *Concubina præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis concubinarij.*

5 *Concubina non dicitur, niſi quæ retinetur in domo.*

6 *Officialis in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Principis: ſed hoc declaratur.*

7 *Vidua quicquid acquirit poſt mortem ſui viri, infra annum luctus, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti.*

OPINIO M. LVIII.

1 BONA quæſita per uxorem, conſtante matrimonio, cenſentur ex bonis uiri quæſita, ut euitetur ſuſpitio turpis quæſtus. l. Quintus. ff. de donat. inter uirum, & uxorem. Bald. Angel. & Paul. Caſtrenſ. in l. cùm oportet. C. de bonis, quæ liber. Guil. de Cun. in authen. licentiam, C. de epiſco. & cler. Feder. de Sen. conſilio 57. Videtur, in 3. dubio. idem Bald. in Margar. uer. Prælatus, uerſ. 11. Alexand. conſilio *Vxor*

lio 24.Viſis dubiis,numero 2.uolumine 1.cõſilio 82.Perſpectis, numero 13. uolum. 2. & conſilio 31.Viſo teſtamento, volum. 3. Paul. de Roma in tract. de penſione eccleſiaſtica, cap.7.in 1. notab. incip. Poſtquàm uiſum eſt de beneficio,numero 2.folio 25.Cremenſ.ſingul. 6.Iaſ. conſilio 5.numero 21.uolum. 1. Deci.conſilio 237.In caſu propoſito, numero 8.Ioan.Lupi in rubric.de donationib.inter uirum, & vxorem. §.11. ſub numero 6.& §.60. numero 1.Grauet.conſilio 71.numero 7. Alciat. in tractatu de præſumpt. regul. 3. præſump.26.numero 1.Rip.libro 1.reſponſ cap. 4.& libro 3.cap.3.Bellon. conſilio 17. numero 10.Neuizan.in ſylua nupt. libr. 4. numero 20.& Octauian. Cacher. deciſ. 140. Maritus, numero 9.vbi in medium reſerauit iſtam eſſe communem omnium interpretationem. *Cõis opin.*

2 Imò iſthæc regula, concorſque omnium opinio, & interpretatio eſt adeò uera, vt ea procedat indubitanter etiam in filio, vt is in dubio præſumatur acquiſiuiſſe de bonis paternis.ita Soc.conſil. 16.In cauſa,col.1.vol.3.

¶ Sed hoc utique de plano procedit,patre exiſtente diuite; ſecus uerò ubicunque foret pauper, & negligens, & nihil ſciret operari: tunc etenim quæſita per filium,præſumuntur ex proprio ipſius filij patrimonio, ſeu artificio quæſita:ſecundùm Gloſſ.in d l. cùm oportet.& Roma.conſilio 159.ſuper eo quo quæritur,ſub numero 5.& conſil. 346. in hac cauſa Baſilienſi,num.20.

3 Secundò amplificatur quoque memorata regula, vt ſortiatur locum etiam in monacho, & in rectore Eccleſiæ, ut is cenſeatur in omnem euentum acquiſiuiſſe ex bonis ipſius eccleſiæ, & ſui monaſterij. teſte Roma. in in d.conſilio 159 colum.2.Barbac.in d.c.1.de pecul.cler.Neuizan.in d.ſylua nupt.lib.4.ſub numero 20.& Ioan.Lupi in d.rub.de dona. inter uir.& vxor.§.60.num.2.

4 Tertiò ampliatur ſimiliter regula iſthæc locum obtinere etiam in amaſia, & concubina,vt ea nempè præſumatur acquiſiuiſſe de bonis concubinarij.ita Bald. in l.prima.C. de natu.lib.& in l.etiam.C.de donationib. inter uirum,& vxor.Cremenſ.in d.ſing.6. poſt medium,Cotta in memorali,in uer.Concubina, in princ. Neuiz.in d ſylua nup. libr.4.ſub nu. 20.& Iacob.Philipp. Port.ſeu potius Ant. Gabriell. in concluſ. 14.in 1.ampliat.libro 1.

5 Et de hoc vtique mirandum non eſt. Nam concubina ea dicitur, quæ retinetur in domo ab vxore parùm diſtans. l. fin. ff. de concubi. Bal.in l.eam quam,colum.10.C.de fideicommiſ.cum aliis aggregatis ſupra in Opin. 315. Filij naturales,num.8.lib.1.fol.193.

6 Quartò ampliatur quoque regula antedicta, ut extẽdat radices equidem ſuas etiam in officiali, vt is præſumatur acquiſiuiſſe de bonis Principis. ut uoluit Barbac.conſilio 69. colum.penult.volum.3.& in d.c. 1. de pecul. cler.Gloſ.in l.defenſionis,aliàs facultas.C.de iure fiſci,libr.10.& Bald.in l.1.colum.fi.C.de hæred.uel act.uend. Et licèt Gul.de Cuneo,& Pet.de Bellapert in d. authẽ. licentiam.C. de epiſc. & cler. inclinauerint in contrariam partem:tamen Cotta in d.memorali,in uer. Concubina,ſub limit.6. ſtudet, conaturque affabrè quidem reducere opiniones ipſas fœdere diſtinctionis ad optimam conſonantiam, & concordiam.

7 Quintò ampliatur regula hæc etiam, vt itidem procedat in uidua.ita Bal.in d.l.1.cũ oportet,nu.1. Alex. conſil.62.Sereniſsimus,numero 14.uol.4.Ioan.Lupi in d.rub. de donat. inter uirũ.& uxor.§.60. num.15. Alciat. in d. tract.de præſump.reg.3.præſump.26. numero 4.Bellon.conſ.17.In caſu propoſito, numero 12.& Dec.cum aliis cateruatim relatis per eum, conſ. 237. ſub nu. 9. vbi reddit rationẽ.

¶ Cæterùm hoc de plano procedit, quando ſtatim mortuo marito acquiſiuerit:ſecundùm Cremenſ.in d.ſing.6.Alber. in d. l. etiã, & Ang.conſil.41.ubi adiicit quoque,quòd dicitur ſtatim quæſiuiſſe, ubicunque quæſiuit infra annum luctus. cui innititur Ioan. Lupi in d.rub.de donat.inter uir.& uxor.§.60. ſub num.15.& Neuiz.in d.ſylua nũp.lib.4.nu.21.

¶ Sed iſtam regulam ita amplificatam limitat utiliter quidem etiã in quàmplurimis caſibus,Neuiz.in d.ſylua nupt.lib.4.num.22. cum aliis ſeq.Ant.Gabriell. in d. concluſ. 14. lib.1.Pariſ.conſ.80.num.12.uolu.1. Cotta in d.memorali,in uer.Concubina, Natta conſil. 30.Depoſitum factũ,& cõſ. 147. Nobilis,ſub nu. 10.uol.1. Dec.in d.conſ.237. nu.9. Rip.in lib.3.reſponſ.cap.4. Diaz.in reg. 9. Coraſ.lib. 3.miſcel.c.5.& Riminal.Iun. in §.1. num. 27. & ſeq. & numc. 192. inſtitut. per quas perſ. nob.acquir.

SVMMARIVM.

1 *VXOR de bonis dotalibus facere nequit eleemoſynam,niſi uiro conſentiente tacitè, vel expreßè.*

2 *Vxor eleemoſynã de bonis mariti facere poteſt,pro anima uiri,et pro anima propria,uiro conſentiẽte.*

3 *Eleemoſyna de rebus alienis licitè fieri non poteſt.*

4 *Furans,auferenſque res auari, ſeu alterius nil boni agentis,illaſque elargiens,ac diſtribuens inter pauperes pro eleemoſyna, potius peccatum addit, quàm minuit,*

5 *Mala non ſunt facienda,ut ueniant bona.*

6 *Mala facienda eſſe, vt ueniant bona aſſerentes,tanquàm blaſphematores ſunt damnandi.*

7 *Vxor habens alia bona vltra dotem, de illis licitè eleemoſynam facere poteſt.*

OPINIO M. LIX.

1 VXOR eleemoſynam facere non poteſt de rebus, boniſq ue dotalibus, niſi conſentiente marito tacitè, ſeu expreſsè. ita Hoſtienſ. in ſumma, de pœnit. & remiſs. §. quibus, uerſ. Quid de agentibus pœnitentiam, & Abb. in c. ſi quis, de furt. quia dominium rei dotalis pertinet ad maritum conſtante matrimonio. l. doce. C. de rei uend.

2 Et quemadmodum vxor ipſa eleemoſynam elargiri nequit de dotalibus: ita etiam de bonis propriis ſui uiri. Nam vxor eleemoſynam facere quidem poſſet pro mariti anima, & etiam pro anima propria, uiro permittente. l. uel uniuerſorum. ff. de pignor. act. & l. 1. ff. quod cum eo. & eſt Gloſſ. communiter ab omnibus approbata, in c. manifeſtum. 33. quæſt. 5. Bartol. in l. ſi ſponſus. §. conceſſa. ff. de donationibus inter uirum, & vxorem, & Barbac. in capitulo, cæterùm, de donat. Cõis opin.

3 Et ratio ea eſt: nam non eſt elargienda eleemoſyna de alieno. c. non eſt putanda, & ibi Doct. 1. quæſt. 1. nec vllus vnquam de alieno licitè largiri poteſt. ut firmat Barth. Soc. conſilio 91. viſa, colum. 11. uol. 1.

4 Vndè à propoſito quolibet iniuſto nunc roſæ illæ, quæ promulgatæ ſunt leges quemlibet deterrere poſſent, atque deberent. Nam reperitur pulcher textus Auguſt. in c. fortè 14. queſt. 5. ſic intonans: Fortè aliquis cogitat, & dicit: multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidique: non habebo, nec contraham peccatum, ſi illis ſuum abſtulero: & cùm illi nil boni agant, mercedem quippè habere, recipereque potero, ſed utique talis cogitatio diaboli calliditate ſuggeritur. Nam ſi totum tribuat hoc pauperibus, quod abſtulerit, potius peccatum adderet, quàm minueret. teſte Auguſt. in lib. contra mendacium, cuius uerba refert Magiſter ſententiarum libro 11. diſtin. 41. cap. 3. Ex quo deducitur, quòd non licèt facere paruum peccatum, ut ex eo ſequatur maius bonum.

5 Non enim ſunt patranda mala, vt inde veniant bona. ita Gloſſ. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in cap. magna, ne cleri. uel mona.

6 Vndè Apoſtolus ad Romanos cap. 3. ſcribit, quòd illi, qui aiunt mala eſſe facienda, vt veniant alia bona, ſunt damnandi tanquàm blaſphamatores Dei.

7 Sed ſi mulier haberet alia bona ultra dotem, tunc indubitanter de illis eleemoſynam facere poſſet, tuta conſcientia: quia maritus in illis ſe intromittere nequit, contradicente uxore. l. hac lege. C. de pact. conuen. inter uirum, & uxorem, & l. maritus. C. de procur. & ita firmant Hoſtienſ. & Abb. in locis præcitatis.

SVMMARIVM.

1 *VXOR perdit dotem propter adulterium commiſſum, & uiolatam pudicitiam.*

2 *Vxor perdit propter adulterium etiam donationem propter nuptias, ſi maritus eam accuſaueru, & ſententiam reportauerit quò ad ſeparationem thori.*

3 *Vxor propter adulterium amittit paraphernalia.*

4 *Vxor vt priuetur dote propter adulterium eſt neceſſe, quòd adulterium uerè probetur, & non præſumptiuè.*

5 *Mulier ob oſculum luſurioſum amittit dotem, ſicut per adulterium ipſum.*

6 *Oſculum luxurioſum eſt peccatum mortale, remiſſiuè.*

7 *Mulier patiens ſe oſculari, ipſo facto perdit, in toto Regno Neapolitano, omnes dotes receptas, & recepturas: & priuatur etiam paterna, & materna ſucceſſione. & oſculans mulierem per vim punitur pœna ultimi ſupplicij, & confiſcationis omniũ bonorum mobilium, & ſtabilium.*

8 *Oſculum, quod in ſignum pacis, & ueri amoris præſtatur, non ſolùm peccatum non eſt, ſed potius virtutis, ſicut & pax ipſa, cuius eſt ſignum.*

9 *Oſculum, quod cauſa ſollicitandæ carnis preſtatur, non ſolùm non eſt peccatum, ſi coitus ille ad quem dirigitur licitus eſt, vt in coniugibus contingit, ſed potius eſt uirtutis, ſicut, & ipſe coitus eſt actus iuſtitiæ.*

10 *Vxor putatiua, ſeu de facto, ita perdit dotem propter adulterium, ſicut uera uxor, ne plus tribuatur uxori putatiuæ de facto, quam ueræ uxori.*

11 *Clericus de facto contrahens matrimonium, ita priuatur beneficijs, ſicut legitime contrahens.*

12 *Curator uerus ſicut non poteſt accipere donationem ab adulto, ita nec putatiuus.*

13 *Vxor propter adulterium non priuatur dote, ſi maritus tacuiſſet.*

14 *Mulier committens adulterium, marito ignorante, ab eius hæredibus accuſari poſſet ad dotis amiſſionem.*

15 *Mulier committens adulterium, & tranſiens ad ſecunda uota ſuperſtite filio de hoc non conquerente, non priuatur eius hæreditate ſi decederet: quia filius non conquerens de matre, uidetur iniuriam ſibi factam per eam remiſiſſe.*

16 *Vidua ſtuprum committens poſt mortem mariti, non ſolũm amittit legata ſibi à marito relicta, ſed etiam*

etiam propriam dotem, ſecundùm communem ſcholam Doct. licèt altera opinio contraria ſimiliter communis ſit.

17 *Mulier committens adulterium, exiſtenſque in patria poteſtate tempore perpetrati delicti, non poteſt in dote patri nocere.*

18 *Mulier ſui iuris effecta amittit dotem ex adulterio prius commiſſo.*

19 *Maritus fornicans, etiam ſi ſententia diuortij lata ſit propter adulterium, cogitur uxorem in conſortium coniugale admittere.*

20 *Vxor ſuſpecta de adulterio, uel de morte uiri ſui non poteſt priuari dote de facto, nec per uim, ſed requiritur cauſæ cognitio; & ſi ſpoliaretur, ante omnia reſtitui deberet.*

21 *Mulier adultera ſi ex adulterio filium conciperet, & pareret, quem uir eius credebat eſſe ſuum, non teneretur hoc ei reuelare, vbi imminerent ſcandala hic expreſſa.*

22 *Mulier adultera, ſi ex adulterio pareret filium, quid agere debeat pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, & an teneatur reuelare adulterium marito, ſeu alijs perſonis extra confeſſionem. & an teneatur hoc reuelare filijs ſpurijs ad exonerandum conſcientiam ſuam, & ad conſeruandos legitimos hæredes mariti ſui indemnes, & illeſos.*

23 *Matri dicenti filium non eſſe mariti non creditur: intantùm quòd ſi filius non haberet ſufficientem cauſam, & rationem, hoc credendi nullo iure teneretur bona percepta, ſeu percipienda à patre putatiuo reſtituere; ſecus ſi filius crederet indubitanter ſe ſpurium ex aſſertione matris.*

24 *Mulier adultera ad euitandum præiudicium filiorū legitimorum, quæ remedia adhibere debeat pro collocandis filijs ſpurijs.*

25 *Mulier adultera patrimonium habens, ex quo poſſit commodè legitimis hæredibus mariti damnum illatum reſarcire, tenetur id omninò facere: cùm reſtitutio hæc ſatis fieri poſſit ſine iactura famæ, & honoris adulteræ.*

26 *Adulter ſciens, uel uerisimiliter credens filium eſſe ſuum, tenetur patri putatiuo ad refectionem expenſarum erogatarum in educatione talis filij, ſecundùm poſſe ſuum; ſecus ſi dubitaret.*

27 *Adulterij grauitas, & peccatum, implicat in ſe innumera ferè inconuenientia, à quibus infœliciſſimæ mulieres ex adulterio concipientes rarò ſe debitè abſoluunt, ſiue propter ignorantiam agendorum, ſiue propter euitandum ſcandalum.*

OPINIO M. LX.

1 VXOR perdit dotem propter adulterium commiſſum, & uiolatam pudicitiam. c. plerunque, extra de don. inter uir. & vxor. tenet Glo. in auth. ſed hodie C. de adult. & Salyc. communiterque Doct. ibidem, prout de dicta communi atteſtantur Scribentes in rubr. extra de iud. & Bolognettus in rub. C. de eden. numero 29. *Cōis opin.*

2 Quæ profectò ampliatur eatenus procedere, vt mulier perdat etiam donationem propter nuptias, ſi maritus eam accuſauerit, & ſententiam reportauerit quò ad ſeparationē thori. l. conſenſu. C. de repudiis.

3 Licèt Gloſ. in d. c. plerunque, expreſsè uelit, quòd amittat duntaxat paraphernalia, quam quidem Glo. dicit communiter approbari ab omnibus Scribē. uariis in locis, Boer. in deciſ. 338. num. 2. & Couarru. in epit. de matrimonio, in 2. par. c. 7. §. 6. num. 2. fol. par. 135. & ſequitur Gerar. ſing. 48. & ſingularem inquit Roma. ſing 311. Iaſ. in l. 2. ff. ſol. matr. & Marſil. in l. pater marito, nu. 3. ff. de quæſt. *Cōis opin.*

4 Sed aduerte, quòd ad hoc, vt mulier dote priuetur propter adulteriū, neceſſe eſt, quòd uerè probetur adulterium, non autem per cōiecturas, & præſumptiones: vt conſuluit Pet. de Anchara. conſilio 409. Prolata tanti uiri ſententia.

5 An autē mulier amittat dotem propter oſculum luxurioſum, uel tactum mammillarum, ſeu partis inferioris, ſicut per adulteriū ipſum? hoc latè, abundeque ad partes diſcutitur nouiſsimè per Bolognettum in rubric. de eden. num. 2. cum ſeq. & per Ant. Guibertum in tract. de dotibus, & earum iure. c. 6. numero 35. & ſeq. & per Vincentium Maxillam in conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in rubr. de donat. inter uir. & vx. nu. 71. Sed Bal. in c. tuę, de procur. tenet quòd ſic. idemque firmat Gloſſ. in l. 1. ff. de uariis, & extraord. crimin. Ripa, in rub. de iud colum. 3. Ioan. Baptiſta Ferretus cōſilio 389. Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio, in cauſa Nobilis D. Catherinę de Medicis, ſub nume. 7. cum aliis ſequen. volum. 2. Ozerius in §. eſt autem, numero 2. cum aliis ſeq. inſtit de hęred. inſtituen. Vrſillus in addit. Afflicti, deciſione 61. ſub numero 5. circa fin. dicti numeri. Curt. Iun. & Bellonus in d. rubr. C. de eden. numero 81. vbi ſcribit ſimul cum aliis Moder. opinionem iſtam Baldi communem fore, & Couarru. in d. §. 6. numero 3. & ęquam, ſubſtentabilemque uocat, eam amplectendo, Berous in rub. de iudiciis, numero 21. & ſequen. & Sylua Nuptialis cum aliis aggregatis ibi, libro 4. ſub numero 76. cum aliis ſequentibus. *Cōis opin.*

6 Vbi etiam, numero 26. firmat, & probat, oſculum ipſum libidinoſum eſſe peccatum mortale.

7 Imò communis opinio hæc obſeruatur in Regno, ob cap. Regis Roberti. 262. Vt fine. in quo ſtatuitur, mulierem patientem ſe oſculari, ipſo facto perdere omnes dotes, tam receptas, quàm recepturas, atque penitus ſpoliari, priuarique paterna, & materna ſucceſsione;

ne; & oſculantes mulieres ipſas per uim, puniri vltimi ſupplicij, & confiſcationis omnium bonorum tam mobilium, quàm ſtabilium pœna. & dictũ. cap. 262. Vt ſine, obſeruatur in toto Regno, ſecundùm pragmaticam: Philippus Dei gratia, ampliantem ipſum c. ſpecificè, & expreſsè.

8 Sed hoc procederet duntaxat in oſculo, quod ad ſollicitandum carnem dirigeretur, non autem in quolibet alio oſculo: quoniam oſculum, quod in ſignum pacis, & ueri amoris præſtatur, tale non ſolùm non eſt peccatũ, ſed potius eſt actus uirtutis, ſicut & ipſa pax, cuius eſt ſignum. Chriſti enim Diſcipuli, ſe inuicem oſculantes, ſignum pacis, & ueri amoris oſculo præbebant. Quapropter Iudas hoc ſignum Iudæis dederat dicens: Quemcunque obſculatus fuero, ipſe eſt, tenete. Nam cùm Diſc puli Chriſti aliundè remeabant ad Chriſtum, oſculum ori illius in ſignum pacis infigebant. hoc fecit & Iudas, ut tali ſigno proderet Chriſtum: ideò Chriſtus dixit illi: Oſculo filium hominis tradis? & hanc limitationem ſequitur Cagnolus cum aliis Moder. in d. rub. C. de eden. ſub num. 34.

9 Præterea, nec omne oſculum, quod cauſa ſollicitandæ carnis præſtatur, peccatum eſt, præcipuè, ſi coitus ille, ad quem dirigitur, licitus eſt, vt in coniugibus contingit. Si enim exigat à uiro, vt coeat cum ea, ut hoc debitum vxori præſtet, uir oſculatur uxorem, vt uidelicet per hoc excitetur caro ad reddendum debitum, quod aliàs reddere non poſſet: non ſolùm non eſt peccatum tale oſculum, ſed etiam virtutis actus: ſicut & ipſe coitus eſt actus iuſtitiæ, cùm per illum uir reddat uxori quod illius eſt. & Beguinæ, & Begardi aſſerentes contrarium, huiuſmodi oſculum eſſe peccatum, ut hæretici damnati extitere in Concilio Viennenſi ſub Clemente. V. celebrato. Cuius concilij diffinitio habetur in c. ad noſtrum, de hæreticis.

10 Item limitatur mentionata opinio Bald. & ſequacium communis, in tribus aliis caſibus traditis per Cagnolum in d. rub. de eden. numero 34.

¶ Sed ipſa concluſio in princip. poſita, ita & taliter explicita, fallit in vxore putatiua, ſeu de facto, quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium, ſicut uera: ſecundùm Gloſ. in dicta. l. conſenſu, in uerſiculo, Sibi. quam ſimpliciter ſequitur Alexan. in l. ſecunda. aliàs ſi cùm dotem. §. fi. colum. ſecunda. ff. ſoluto matrimonio, Bertach. in ſuo repertorio, in uerb. Adulter, uerſ. 43. in uer. Maritus adulter, uer. 3. & in uer. Vxor adultera, uerſ. 7.

¶ Et iſta Gloſſ. comprobatur per dictum Calder. poſt Lapum, in Clemen. 1. colum. 2. quæſt. 3. de priuileg. vbi aiunt, quòd illa Clemen. puniens religioſos, non habet locum in religioſis de facto, quorum religio eſt reprobata: quia eis non conuenit qualitas religionis. quod dictum ſequitur Felyn. in cap. aſcendentes, colum. tertia. de præſcriptionibus. Pro d. Gloſſ. quoque uidetur facere dictum Calder. conſilio 1. in titulo de hæret. ubi ait, quòd excommunicans inquiſitorem confiſcantem bona Eccleſiæ, non habet locum in inquiſitore, qui de facto diſtribuit certos libros Fratrum Minorum damnatorum de hæreſi.

¶ Sed tamen in contrariam partem inclinauit Gloſſ. in dicto. cap. plerunque, ubi affirmat, quòd uxor putatiua, ita perdit dotem propter adulterium, ſicut uera uxor, ne plus tribuatur vxori putatiuæ de facto, quàm veræ uxori. quam ſequitur Paul. de Caſtro conſilio 147. & conſilio 154. colum. 2. uolum. 2. vbi dicit idem eſſe in tutore putatiuo, & minus legitimo, quòd ita puniatur non reddendo rationem adminiſtrationis, ſicut verus tutor. Tandem fatetur Paulus de Caſtro, quòd Doct in d. cap. plerunque, hanc opinionem communiter tenent. Nam Doct. ibi conſiderant intentionem mulieris, quæ ſecundùm eius intentionem adulterium commiſit, ut ibi per Innocen. in fin. & per Abb. dicentem, ſententiam Gloſſ. ibi eſſe communem. com munem pariter inquit cum aliis citatis per eum, Couarruuias in dicto. §. 6. numero primo. Vndè non mirùm ſi fieret extenſio de vxore uera, ad eam, quæ uerè vxor non eſt, ſed de facto: quia niſi fieret præfata extenſio, ſequeretur hoc abſurdum, & inconueniens, quòd vxor putatiua & de facto, eſſet melioris conditionis, quàm uera uxor, quod eſſe non debet. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter uir. & vxor. ubi ait etiam tex. quòd etiam vxori putatiuæ donari non poteſt. *Cõis opin.*

11 Et iſta communis comprobatur etiam per dictũ Io. And. Abb. & aliorũ, in c. 1. de cleric. coniug. ubi aiunt, quòd clericus de facto contrahens matrimonium, ita priuatur beneficiis, ſicut legitimè contrahens, ne alias ſit melioris conditionis de facto agens, quàm legitimè: & tamen qualitas matrimonij non cõuenit, ſed ſatis eſt eum matrimonium contraxiſſe quò ad eius intentionem, & quantùm in eo fuit. ſequitur Anchar. conſilio 3. & 4. colum. 3. Roma. conſilio 443. colum. ſecunda. Quoties enim actus de ſui natura eſt licitus, ex actu nullo pœna imponitur. l. nemo martyres. C. de ſacroſanct. eccleſ. iuncta Glo. in l. eum qui duas. C. de adult. Dec. in c. ex tenore, colum. 3. de reſcrip.

12 Similiter curator putatiuus non debet eſſe melioris conditionis, quàm uerus, ob id, ſicut uerus curator non poteſt donationem accipere ab adulto, ita nec putatiuus: ſecundùm

dùm Paul. de Caſtr. conſilio 352. Curator, colum. 2. libr. 1.

13 Secundò limitatur præallegata concluſio, quòd non priuetur dote uxor propter adulterium, ſi maritus tacuiſſet: ſecundùm Baldum, & Doct. in l. fin. C. de adult. Bartol. Bald. Angel. & alios in l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. ſolut. matrimo. Alexand. conſilio 189. uolumine 6. & latè Bermondus de publicis concubinariis, in rubr. de adulteriis, numero 72. & ante, iſtorum ſententiam communem fore inquit Alexan. in d. l. rei iudicatæ, colū. 1. Ant. Abb. & Prępoſi. in dicto. cap. plerunque, & Iaſ. in l. ſororem, in fine. C. de his quib. ut indignis. Cōis opin.

14 Sed marito ignorante adulterium committens, ab eius hæredibus ad amiſsionem dotis accuſari poſſet. ita Cyn. in l. finali. C. de reuocat. donat. Anchar. & Abb. colum. tertia, in cap. fin. de donationib. Præpoſ. in dicto. c. plerunque, columna ſecunda. Roma. & Aret. colum. fin. in dicto. §. hæredi, Marſil. in l. unica, numero 67. C. de rap. virg. Tiraquel. in lege ſi unquàm, uer. Suſceperit, numero 176. C. de reuoc. donat. & Ant. Guibertus in tractatu de dotibus, & earum iure, capite 6. ſub numero 28. & ſequentibus. & opinionem hanc ſcribit communem eſſe Ripa in dicta lege finali. C. de reuocan. donat. quæſtio. 61. & ſeruari in practica ait Alexand. in dicto. §. hæredi. Cōis opin.

15 Idem uidemus quoque in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda uota ſuperſtite filio, de hoc non conquerente. his ſtantibus ſi filius decedat, non priuatur eius hæreditate: quia filius non conquerendo de matre, uidetur iniuriam ſibi factam per eam remiſiſſe per dictum tranſitum. vt tradit Bald. in authen. ex teſtamento, colum. ſecunda. C. de ſecund. nupt. Deci. conſilio 206. colum. ſecunda. Ripa, in l. fin. C. de reuocan. donat. quæſt. 61. columna 2.

16 Tertiò choarctatur dicta concluſio non procedere in uidua, quæ non priuatur dote propter ſtuprum in uiduitate commiſſum: ſecundùm Alexand. & Iaſ. in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. Brunum in tractatu, quòd ſtantibus maſculis, art. 6. numero 305. & ſequen. Vincentium Maxillam in conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in rubr. de donationib. inter uirum, & uxorem, numero 72. Ariū Pinelum in l. fin. ſub numero 9. & ſequen. C. de bonis mater. & Roland. à Valle cum cæteris aggregatis per eum, conſilio 86. numero 20. cum aliis ſequen. uolum. 2. vbi conſuluit pro iſta parte, atque affirmauit eam eſſe communem. Cōis opin.

¶ Licèt Paul. de Caſtr. in l. ſororem. C. de his, qui. vt indig. in d. l. fideicommiſſum, & cōſilio 147. volum. 1. Præpoſ. in d. c. plerunque, colum. 3. Fely. in c. paſtoralis, de iudic. Gerar. ſingul. 48. Marſil. ſing. 416. & in dicta. l. vnica, num. 53. & Iaſ. in l. 2. numero 5. ff. ſolu. matr. Ioan. Lupi in repet. rubr. de donationib. intèr uirum, & uxorem. §. 67. numero 6. cum aliis ſequen. & ibi etiam Bernardus Diaz in addit. in litera A. Laurent. Syluanus, conſ. 2. numero 37. & conſilio 6. Aemilio bona ſibi a Plautio patre teſtatore relicta, num. 17. aſſeruerint cōtrarium, uidelicet, quòd uidua, mortuo marito, ſtuprum committens, perindè dotem amittat, ac ſi uiuente marito adulterium commiſiſſet. Et quamuis hoc non auſus ſit firmare Ruin. conſilio 155. numero 2. volum. 3. propter diſcrepantiam tantorum patrum. tamen mihi magis placet opinio Paul. de Caſt. omiſsis diſputationibus, cęteriſque rationibus, quę ad confirmationem prædictæ ſententię Paul. Caſtr. adduci poſſent: quia per ſe ſe patent, & emicant. quam ſequuntur etiam, aſſeruntq́; magis communem cum relatis per eos Alcia. in c. omnis, nu. 8. de pœnit. & remiſ. Michael Ciſuentes ſuper leges Tauri, in l. 14. num. 4. Iulius Clarus in pract. crim. in §. ſtuprum, in uerſ. Sed nunquid vidua, & Ant. Guibertus in tract. de dotibus, & earum iure. c. 6. nu. 30. cum aliis ſeq. ubi tollit ferè omnia obſtacula cōtraria. & ita conſuluit Bertran. conſilio 119. ſi poſt mortem probi quondam uiri. volum. 8. & Ant. Galeatius Maluaticeus in cōſilio 85. Vidua, per totum, poſito inter conſilia matrimonialia diuerſorum, collecta per Ioā. Bap. Zilettum, uol. 1. & ſimiliter apparet magis communis ex citatis per ipſum Rolan. in d. conſ. 86. nu. 1. & 19. Arium Pinelum in d. l. fi. C. de bon. mater. nu. 9. & per Ant Galeatiū Maluaticeū. in d. conſ. 85. nu. 11. cum omnibus aliis ſeq. & ita iudicari uidimus aliquibus uicibus in Regno, & ſtatu Eccleſię in non nullis cauſis, quæ ſilentio ſupprimuntur. Cōis opin.

17 Quartò claudicat dicta concluſio in muliere exiſtente in patria poteſtate tempore perpetrati delicti, quę ſic adulterando, non poteſt in dote patri nocere: ſecundùm Speculatorem, in titulo de dote poſt diuor. reſtit. §. formatis, uerſiculo, Quid ſi filia. Dyn. Bal. & alios in l. ſecunda. §. quòd ſi in patris, per illum textum. ff. ſoluto matrimonio, & Bartol. in d. §. uoluntatem, eadem l. & Doctores omnes communiter in c. ex literis, de pignor. Cōis opin.

18 Si uerò mulier ſit ſui iuris effecta, & ſic actio de dote ſit in eam conſolidata. l. unica. §. uideamus. C. de rei uxor. actio. amittit dotem ex adulterio prius commiſſo: vt eleganter per Bartol. in præallegato. §. quod ſi in patris, circa finem. & Paul. de Caſtr. ibidem, in uerſ. Item ſi uoluntate.

19 Quintò fallit in hoc etiam caſu, videlicet, quòd ſi ſententia diuortij lata foret propter adulterium uxoris, & uir fornicetur, cogitur vxo-

vxorem in conſortium coniugale admittere. text. eſt ſingularis, ſecundùm Abb. ibi, in c. ex literis, de diuort. Gloſ. Anchar. Ant. & Anan. in c. fin. de adulter. vbi Abb. recitat iſtam Cõis opin. eſſe communem opinionem. ſequiturque Prępo. in d. c. ex literis, & communem dicit Fely. in c. lator, num. 9. de re iudic. atque ſequitur, & ęquiorem prędicat Guliel. Maynerius, in l. in ambiguis pro dote, num. 207. ff. de regulis iuris.

20 Fallit quoque in uxore ſuſpecta de adulterio, uel de morte uiri ſui, quę ob hoc non poteſt priuari dote de facto, nec per vim, ſed requiritur cauſæ cognitio; & ſi ſpoliatetur, ante omnia reſtitui deberet. caſus eſt. in l. ſi maritus, *la prima*, ubi Bal. in ſpecie hoc notat. C. de donat. inter uirum, & uxorem. & ſequuntur alij ſignati per Fely. in c. Rodulfus, colum. 29. de reſcript.

21 Sed aduerte, quòd ipſa mulier adultera, ſi ex adulterio filium conciperet, ac pareret, quem vir ſuus crederet eſſe ſuum, non teneretur aliquo modo hoc reuelare marito, ubi immineret aliquod ſequentium periculorum.

¶ Primum equidem periculum eſſet infamia ſui ipſius: nam hoc reuelando, ſi prius erat bonæ famę apud uirum ſuum, ipſo facto inciperet eſſe malę qualitatis, & famę apud eundem, & conſequenter ſeipſam diffamaret, & ſcandalizaret etiam turpiſsimè. Et de hoc ſcandalo complura ad propoſitum utiliter ſcribit Couarruuias, in reg. peccatum, in 1. parte, in princip. numero 4. uerſ. Illud ſanè primo loco, fol. paruo 13. Hęc autem diffamatio foret valdè periculoſa, & ſignanter in muliere. Nam, ut habetur Prouerbiorum 22. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.

¶ Secundum periculum eſt odij mortalis: quia propter adulterium aliqui uiri adeò exoſas habuerunt uxores ſuas, quòd ipſas occiderunt vnà cum adulteris ſuis.

¶ Tertium periculum eſt dimiſsionis: nam, vbi hoc innoteſceret uiro, poſſet de facili uxorem ſuam derelinquere, vel à ſe abiicere. quo facto uterque poſſet faciliter adulterari. Inſuper ex tali dimiſsione poſſent maxima odia oriri inter parentes mulieris, & virum ſuum.

¶ Quartum periculum dicitur improbabilitatis. in tali enim caſu, nec uir, nec filius, nec etiam publicus Iudex tenetur credere mulieri hoc reuelanti: niſi forſitan probet dictum ſuum per infallibilia ſigna, aut per violentas probationes, ſiue per idoneos teſtes, & ſic adderetur ſcandalum ſcandalo.

22 Quid ergò agere debet talis mulier adul-Cõis opin. tera pro exoneratione ſuę conſcientię? ad hoc dicunt communiter Theologi, quòd ſi prę mo riatur uiro ſuo, debet hoc dicere ſuo confeſſori extra confeſsionem, etiam in pręſentia aliquorum, ſi uideretur ſibi bonum, & expediēs; cum hac conditione, ſeu expreſſa promiſsione, & proteſtatione pręmiſſa, quòd iſti non uellent eam ſcandalizare, ſi rediret ad ſanitatem, & quòd ea mortua, hoc factum notificent uiro ſuo; ad hoc, ne filius putatiuus occupet in toto, uel in parte hęreditatem patris putatiui in pręiudicium uerorum hęredum.

¶ Dicit tamē S. Antoninus in ſua ſumma, in 2. par. tit. 2. cap. 7. uerſ. 4. quòd mulier adultera teneretur in tribus caſibus reuelare mentionatum factū marito ſuo, ſeu aliis perſonis extra confeſsionem.

¶ Primus igitur caſus eſt, ſi ipſa foret apud maritum ſuum, & alias perſonas uehementer, & grauiſsimè ſuſpecta de adulterio.

¶ Secundus caſus eſt, ſi uehementer, aut valdè tuta eſſet, aut probabiliter crederet, quòd nullum de ſupradictis periculis ſequeretur, vtpotè ſi uir eius ſuſtinuit, ſiue conſenſit in adulterium eius. Nam aliqui (& ſignanter pauperes) libenter hoc ſuſtinent; quinimò quandoque tradunt vxores ſuas diuitibus, vt ab eis ſuſtententur. & iſta eſt communis opinio, & ab omnibus Doctoribus Theologis, & Canoniſtis concorditer recepta. vt deducit Couarruuias in d. regula, peccatum, in 1. par. in prin. ſub num. 4. uerſ. Tertium conſtat omnium ſententia, fol. par. 38. Cõis opin.

¶ Tertius caſus eſt, ſi firmiter pręſumat, quòd filius ſpurius cederet bonis mariti ſui: & talis filius ex uerbis matris crederet indubitanter ſe ſpurium. Tamen, vt inquit, ſeu aduertit Scotus, qui quàm optimè diſcurrit hãc materiam, in 4. ſententiarum, diſtin. 15. q. 2. paucos reperiri, qui ſint ita perfecti, vt uelint, paratique ſint, pro conſeruanda iuſtitia in foro Dei, dimittere magnas poſſeſsiones, quas poſſunt retinere iure fori, id eſt in exteriori foro, & qui inſuper uelint ſpurij reputari: & ideò matres non teneantur hoc reuelare huiuſmodi filiis, niſi ſint multum expertæ de bonitate talium. non enim debent ſe exponere periculo diffamationis apud filios ſuos propter euentum incertum. vt firmat Couarruuias, ubi ſupra, uerſ. Secundò illud eſt obſeruandum. Vbi ergò iſta tria concurrerent, quod difficillimum eſt, talis adultera deberet, tenereturque dictum factum marito, ſiue tutoribus filiorum ſuorum poſt mortem patris reuelare, ad exonerandum conſcientiam ſuam, & ad conſeruandum legitimos hæredes mariti ſui indemnes.

23 Nec tamen debet manifeſtare adulterum, propter periculum perſonę uitandum, & ne infametur, ſiue ſcandalizetur.

¶ Reſolutiuè ergò concludendum eſt, quòd

quòd ſi talis filius ex aſſertione matris credat indubitanter ſe ſpurium, tenetur omnia bona, quæ habuit à patre putatiuo, reſtituere cæteris filiis, ſeu hæredibus ipſius patris. & ad hoc tenetur ſecundùm Deum, ſiue iure poli, non tamen iure humano, ſeu iure fori: quia filius matri hoc aſſeueranti credere non tenetur: ſecundùm Gloſſ. in l. ſi poſthumus. §. fin. ff. de liber. & poſthum. & in c. officij, de pœnit. & remiſſ. etiam ſi ſciret matrem adulterium commiſiſſe. quod omnes Doct. communiter fatentur, in l. filium ff. de his qui ſunt ſui. & in c. per tuas, de probat. Vbi autem ipſe filius non haberet ſufficientem cauſam, & rationem hoc credendi: tunc nullo iure teneretur huiuſmodi bona percepta, aut percipienda à patre putatiuo, reſtituere. Et inſuper ſi ante dictam manifeſtationem talis filius putatiuus iam aliqua conſumpſiſſet de bonis mariti ſui, ipſa teneretur (inquantum poſſet) ſatiſfacere, potiſsimè ſi haberet paraphernalia, aut de lucro ſuo, & huiuſmodi. Cõis opin.

24 Cęterùm quid agere debeat mulier adultera in caſu præmiſſo, ubi antedicta remedia non prodeſſent, aut locum habere poſſent? reſpondet Scotus ubi ſupra, aſsignans triplex remedium.

¶ Primum eſt, quòd quantum poteſt, debitis, & honeſtis remediis inducat talem filium ad religionis ingreſſum, vbi tamen regulariter uiuitur, ne ſcilicet cupiens uitare Charibdim incidat in Scyllam.

¶ Secundum remedium eſt, ut fiat clericus, & quod cautè prouideatur ſibi de diſpenſatione, tum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, tum ad eccleſiaſtica beneficia acceptanda, & percipienda. quibus perceptis, meritò iam cõtentus dimittat hęreditatem patris putatiui legitimis filiis in ſæculo remanentibus. Si tamen per nullam perſuaſionem honeſtam mulier hęc flectere poſſet cor talis filij, vt hæreditatem dimitteret, non uideretur, quòd deberet ſe prodere illi; cùm certa nõ ſit, quòd talis ab ea imperſuaſibilis, in aliis tam licitis, & honeſtis flecteretur ex illa reuelatione; imò tenacius fortè retineret hæreditatem, ne ſpurius putaretur, maximè, cum talem notam caueãt multùm male nati.

¶ Tertium remedium eſt, quòd ubi talis filius nollet intrare religionem, nec fieri eccleſiaſticus, laboret ipſa mater quantum poteſt, ne veri hæredes defraudentur hæreditate ſua, ſiue in toto, ſiue in parte, ita ſcilicet, quòd laboribus, & ſudoribus ſuis ſupererogęt ſuper illud, quod tenetur ratione uinculi matrimonialis. vel etiã de paraphernalibus, ſi habeat, aut de dote ſua reuerſa in ſua poteſtate, ſeu in manibus ſuis. Per talia ergo remedia ſtudeat antedicta mulier reddere tam uirum ſuum, quàm legitimos hęredes indemnes.

25 Siquidem Theologi, ac Canoniſtæ communiter, & concorditer uidentur hoc firmare, quòd adultera ipſa patrimonium habens, ex quo poſsit commodè legitimis hæredibus mariti damnum illatum reſarcire, teneatur id omninò facere: cùm reſtitutio hæc ſatisfieri poſsit ſine iactura famę, & honoris ipſius adulterę: prout teſtatur Couarru. in d. reg. peccatum, in 1. par. in princ. ſub num. 4. verſ. Primum quidem Theologi, fol. par. 36. Sed ſi nec hoc modo, nec alio modo prouidere poſsit eadem adultera caſui mentionato, tunc doleat, quòd non poteſt aliter ſatiſfacere, proponendo, quòd ſi quandoque peruenerit ad pinguiorem fortunam, melius ageret, ſpreta cautela, ſeu remedio tradito per Alciat. in tract. de pręſumpt. lib. 3. præſumpt. 37. reiecta ſimiliter à Couarru. vbi ſupra, uerſ. Nec mihi placet cautela, fol. par. 40. Cõs op.

26 Et licèt ipſa adultera recompenſare nequeat ſufficienter expenſas, quas eius filius ſpurius fecit in domo patris putatiui; nihilominus tunc adulter ſciens, vel ueriſimiliter credẽs, dictum filium eſſe ſuum, teneretur patri putatiuo de huiuſmodi expenſis factis in educatione talis filij, ſecundùm tamen poſsibilitatem ſuam: vt concludit S. Antoninus in d. ſumma, in 2. par. ti. 2. c. 7. §. 4. Et huius ratio eſt, quia ipſe adulter dedit cauſam efficacem tali damno: & ſic dans cauſam damni, damnum dediſſe videtur. c. ſicut, de teſt. & atteſt. & c. ſi culpa, extra de iniuriis, & dam. da. l. nihil intereſt, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. pręſ. Si uerò ipſe adulter de hoc dubitaret, fortè ex eo, quòd mulier eſſet leuis, & cum aliis adulteraretur, vel quia eadem adultera dubitaret, utrùm talis filius eſſet mariti ſui, vel adulteri: tunc relinqueretur iudicio Dei, cui omnia nuda ſunt, & aperta. Nec, ſtante huiuſmodi dubietate, uidetur obligari ad reſtitutionem. Nam indecens eſt, vt in re dubia certa detur ſententia c. habuiſſe. 33. diſtin. Et ſic patet diffusè quomodò mulier, quæ ex adulterio concepit, teneatur ad reſtitutionem bonorum, quæ conſumit, aut percipit filius eius ſpurius. Patet etiam quomodò debeat prouidere ſuæ ſaluti, & vt reddat filios ſuos legitimos indemnes, quòad hęreditatem patris.

27 Patet ſimiliter grauitas peccati adulterij, quòd implicat in ſe multa incontinentia, à quibus infœlices, & infœliciſsimæ mulieres ex adulterio concipientes rarò ſe debitè abſoluunt, ſiue propter ignorantiam agendorum, ſiue propter euitandum ſcandalum. Aduertendum ergò eſt, quòd aliena, ſi qua ſunt, efficaciter, integralitervè, aut ſaltem pro poſſe, reſtituantur: vt nobis ab omnipotenti Deo remittantur debita noſtra. Nam ſi pro poſſe aliena reſtituerimus bono, & pio affectu, reſti tuet

tuet etiam nobis Dominus gratiam ſuam in præſenti, & tandem conferet gloriam in futuro.

¶ Ecce, Doctores chariſsimi, anni uigintiduo expleti ſunt: gratias agamus Deo, à quo eruditi ſumus, & cuius auxilio interpretationem huiuſce ſuſcepti negocij, totius ferè corporis Canonici, & Ciuilis, ad compendium, ſinemque perduximus; quam in horreum omnipotentis Dei, ad communem mortalium utilitatem, vt in canone. Præcipitur, inſerimus. Si nęuus aliquis apparebit, aut error uobis occurret; humanæ fragilitati, meęque imbecillitati imputabitis. ſi quid autem boni hìc erit, laudetur ille, à quo omnia bona procedunt, & qui eius benignitate etiam iniuſtis, & peccatoribus doctrinam, & gratiam intellectus elargitur.

LAVS DEO.

COMMVNIVM OPINIONVM
Doctorum vtriuſque cenſuræ, Authore Franciſco
Viuio, Iuriſconſulto Aquilano,

LIBRI TERTII ET VLTIMI

FINIS.

CVM præſens opus ſiue Syluam, quod Communium Opinionum dicitur, à magnifico Domino Franciſco Viuio compoſitum, diligenter inſpexerimus, & nihil repugnans fidei ac morum probitati inuenerimus; meritò, tanquàm publicæ commoditati vtiliſſimum, approbamus, & in lucem producendum decernimus. Dat. Aquilæ in Monaſterio Sancti Dominici die X. Maij, M. D. LXXXII.

Frater Ioannes Dominicus Senenſis Lector ordinis Prædicatorum, congregationis Sanctę Catherinæ Senenſis.

Frater Marianus Epiſcopus Aquilanus.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes ſunt Terniones.



A Q V I L AE.

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium.
Anno Domini. M. D. LXXXII.

INDEX LOCVPLETISSIMVS PVLCHERRIMO CONCINNATVS ORDINE RERVM OMNIVM AC SENTENTIARVM MEMORABILIVM,

QVÆ IN SYLVA COMMVNIVM OPINIONVM
D. FRANCISCI VIVII I.C. AQVILANI
CONTINENTVR,

Summo ſtudio ad communem omnium vtilitatem nunc primùm in lucem fideliter editus.



AQVILAE.

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium.
Anno Domini. M. D. LXXXII.

GEORGIVS DAGHANVS
TYPOGRAPHVS LECTORI S.

MIRVM tibi non videatur (Lector candide) ſi locupletem, immenſum quodammodò, & nouo ordine verborum, rerum, & ſententiarum omnium memorabilium non inelegantem habeas indicem in tres libros Syluæ Communium Opinionum D. Franciſci Viuij: nam ſi ſtrenuè, & diligenter euolueris hoc non aſpernendum, ſed potius (ſi pateris) celebre opus; reperies, non minus in tui gratiam, & vtilitatem, omnia ſummaria ſeu paratitlos quos vocant, continere; quàm etiam ea, quæ ab ipſo Authore, intrà ipſas Opiniones, extrà non indicata, notatu digna tamen, narrata ſunt. Numeros verò marginales in eo præfixos, hac methodo diſtinguere curabis. Nam 1. Primum. 2. Secundum. 3. Tertium librum demonſtrabunt. Quod quantum frugis ſit allaturũ; quantoq́. laborantium, & quiduis inueſtigantium compendio factum ſit, tuum fuerit iudicium. Illud igitur, ea animi integritate qua tibi offertur, amplectere, euolue, & quicquid eſt, boni, æquiq́. conſule. Vale. Aquilæ ſeptimo idus Aprilis M. D. LXXXII.

Errata ſic corrigito in Libro Primo.

FOLIO 9. Opin. 9. lin. 11. in 2. lect. in l. 2. 24. col. 2. nu. 25 lin. 10. depoſitionibus, depoſitioni. 32. Opi. 27. 37. 34. nu. 3. criminalibus, criminibus. 53. Opi. 61. 60. 98. col. 2. in ſummario. 12. Opera ſatisfactoria mortua, Opera mortua ſatisfactoria. 100. nu. 10. lin. antepen. homo, hominis. 111. Opi. 121. concorda, unicuiq; addendo unũ uſque ad 147. 165. in ſum. 38. laudat, & ibi, parte, lauda, patre. 166. col. 2. nu. 4. lin. 5. & 6. contrarium, contrarius. 228. nu. 22. lin. 2. 3. & 4. ita etiam idem minor poteſt donare immobilia cauſa remunerationis, deleantur. 319. in ſum. 5. lin. 2. occupatã, occupatę. 322. col. 1. Opin. 350. 349. 334. col. 2. in ſum. 4. lin. 3. noceret, rueret. 378. col 3. in ult. limit. Dec. Doct. 380. col. 2. Opi. 406. 416.

In Libro Secundo.

FOLIO 5. col. 2. Opi. 449. uerſ. In contrariam, lin. 5. tit. 5. 6. 9. col. 1. uerſ. In contrariam, lin. 12. 16. ſpecialis 17. 20. col. 2. in ſum. 13. & tex. lin. 4. deguſtare, deguſtanti. 37. in 1. ſum. lin. 2. caſu, gradu. 82. in 9. ſum. vt poteſt, poteſt. 85. nu. 7. lin. pen. eadũ, eadem. 88. nu. 17. col. 2. lin. 7. l. 3. l. 2. 94. col. 2. uerſ. Sed quid. lin. 11. opinionẽ, opinionũ. 125 in 11. ſum. lin. 2. plena, plenũ. 127. uerſ. Quæ, lin. 3. hic, His. 139. col. 2. lin. 20. pactum, patrem. 141. in ſum. lin. 3. cauſa, cauſas. 158. uerſ. His igitur, lin. 3. ibi ſententiã, addantur, Princeps auferre non poteſt abſque cauſa. 182. lin. 4. tract. tractat. 185. in ſum. 11. lin. 2. factam, facto. 252. col. 2. num. 15. vſo, uſu. 281. col. 2. nu. 4. Raymund. Rayner. 292. in ſum. 15. eis, eo. 329. verſ. Et cùm, lin. 6. præſens, præſentem. 161. lin. antepen. illud, illam. 161. col. 2. lin. 11. Paſchali, Paſchale. 348. col. 2. nu. 18. ſecundo loco, tertio. 396. lin. 16. Opin. 860. ſeu po. potius.

In Libro Tertio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FOLIO 25. col. 2. verſ. Et ratio, ibi, vt tenet Bart. in l. 2. ff. de bo. poſſ. ex teſt. mil. deleantur. 39. col. 2. in ſum. nu. 2. lin. 3. negatiua, affirmatiua. 52. col. 2. uerſ. Secundùm, lin. 7. probatuum, probatum. 88. uerſ. & ſimiliter, lin. 6. C. de fur. de ſeruis. 98. in ſum. num. 10. lin. 2. trahitur, trahit. 106. col. 2. in ſum. 5. lin. penult. inerogatę, irrogatæ. 126. colum. 2. ſum. 2. lin. 2. ipſo, ipſi. 131. lin. 1. eminus, emimus. 132. num. 4. eminus, emimus. 140. Opin. 1027. 1028. proſequere addendo unum uſque ad 1032. 144. num. 6. eundem, idem. 155. in ſum. 6. non competit, competat. 177. nu. 27. lin. 2. incontinentia, inconuenientia.

ORDO RERVM QVAE IN TOTA SYLVA COMMVNIVM OPINIONVM FRANCISCI VIVII I. C. AQVILANI CONTINENTVR, FELICITER INCIPIT.

DE LITERA A.

1 ABBAS ſolus poteſt hæreditatem, ſeu legatum monacho delatum abſque eius conſenſu repudiare. Opinione prima, num. 1. charta prima

2 ABBATISSAE, ſeu moniales ſuper recipiẽdo monialem mediante pacto, licèt aliquid recipere nequeant abſque labe ſimoniæ: tamen ſponte oblata, remota corrupta intentione, recipere poſſunt. Opin. 724. numero 11. 225

1 ABSENS electus familiaris Papæ non acquirit beneficium familiaritatis ante notitiam, & acceptas literas familiaritatis. Opinione 211. numero 10. charta 216

Abſens, cui conceſſum eſt feudum, non poteſt petere inueſtituram ante præſentatas & acceptas literas conceſſionis. ibi num. 11. ea.

Abſens quibus modis, & ſignis colligatur, & diſcernatur tacitè ratificare donationem, remiſſiuè. numero 20. 217

2 Abſens præſumitur ignorare etiam id, de quo viget publica vox & fama. Opinione 835. numero 14. charta 338

1 ABSENTI ſi conferatur beneficium, non poteſt reuocari etiam ante acceptationem. Opin. 211. numero 14. 216

2 Abſenti ignoranti notarij ſtipulatione non acquiritur actio vtilis abſque ratificatione. Opin. 541. numero 2. 97

1 ABSOLVTIO à iuramento, vbi dubitatur vtrum quis abſolui debeat ab ipſo iuramento, vel ne, nullus inferior à Papa poteſt de hoc cognoſcere, vel iſtam abſolutionem facere. Opinione 2. numero 1. charta 2

Abſolutio, vel habilitatio à iuramento, quò ad effectum agendi, fieri non poteſt parte non citata: nam ad hunc actum requiritur citatio, quando iuramentum eſt confirmatorium contractus, & iſta eſt communis opinio: licèt recitetur, ponaturq; altera opinio contraria ſimiliter communis. ibi numero 2. charta 3

Abſolutio petita à iuramento ad finem penitus diſſoluendi contractum, requirit citationem partis, & ſic neceſſaria eſt citatio in obtinenda iſta abſolutione. ibi num. 3. ea.

Abſolutio à iuramento licèt poſſit concedi ad effectum agendi parte non citata: tamen ſi fuit obtenta per obreptionem non valet: & iudex ſecularis facta oppoſitione per partem, quòd abſolutio eſt ſubreptitia, poteſt de ea cognoſcere. ibi nu. 4. ea.

Abſolutio à iuramento peti non poteſt á debitore poſt tempus lapſum ſoluendi, & effecto periuro: & ſi fortè extitiſſet conceſſa abſolutio poſt periurium incurſum, non releuaret. ibi numero 6. charta 4

Abſolutio peti poteſt à iuramento, & conceditur, non obſtante, quòd petens abſolutionem reperiretur obligatus mediante iuramento de non petendo abſolutionem ipſam. ibi nu. 11. ea.

Abſolutio à iuramento debet concedi minoribus vigintiquinque annis donantibus omnia bona ſua cum iuramento; & filiabus nubentibus, renunciantibusq. cum iuramento bonis paternis, & omnibus & quibuſcumque alijs enormiter læſis. ibi numero 12. ea.

Abſolutio à iuramento in decem alijs caſibus poteſt licitè peti, & concedi, vt remiſſiuè diſcurritur ibi numero 13. 5

1 Abſolutio ab excommunicatione iniuſta valet, nullo præſtito iuramento ab abſoluto: quia abſoluendus ab excommunicatione ipſa iniuſta, iuramentum præſtare non tenetur; ſecùs ſi foret abſoluendus ab excommunicatione iuſta. Opin. 3. nu. 1. ea.

Abſolutio ab excommunicatione requirit cauſæ cognitionem, & partis citationem: ſed concluditur contrarium. ibi num. 3. ea.

Abſolutio à cenſuris latis in curia Romana ad effectum agendi, non conceditur niſi parito: ab alijs verò latis in partibus, ſemper abſolutio ſine cauſæ cognitione conceditur. ibi num. 4. ea.

Abſolutio probatur per depoſitionem pœnitentiarij. ibi num. 5. ea.

Abſolutio ſpecialis eſt petenda: neque ſufficit generalis à quibuſcunque cenſuris. ibi num. 6. ea.

1 Abſolutio ab excommunicatione denegatur in octo caſibus, qui ponuntur remiſſiuè. Opin. 104. numero 3. 94

1 Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria, quando iuramentum fuit appoſitum ſuper contractu ſimulato: quia cùm talis contractus non valeat, contractus non obligat iurantem ad eius obſeruationem. Opin. 425. numero 3. 389

Abſolutio à iuramento peti, & obtineri poteſt poſt periurium incurſum, quando periurium ipſum eſſet incurſum abſque dolo, & alijs ſimilibus rationabilibus cauſis. ibi nu. 8. 390

1 ABSOLVTORIA ab obſeruatione iudicij imponens perpetuum ſilentium, habet vim diffinitiuæ ſententiæ. Opin. 52. num. 3. 47

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij habet vim diffinitiuæ, vbicunq; reus ſoluit debitum pendente iudicio. ibi num. 4. ea.

Abſolutoria quando poſſit eſſe diffinitiua, remiſſiuè. ibi numero 5. ea.

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij regulariter dicitur interlocutoria, cùm non diffiniat negocium principale. ibi num. 6. ea.

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij ad fauorem rei, propter ineptam actionem actoris, dicitur interlocutoria. ibi num. 7. ea.

1 ABSOLVTVS à iuramento ad effectum agendi & excipiendi, non cenſetur abſolutus ad effectum reſcindendi contractum, niſi faciat ſe iterum abſolui. Opin. 2. num. 10. 4

1 Abſolutus, vel condemnatus in loco domicilij non prohibetur accuſari in loco delicti; ſecùs verò quando eſſet abſolutus in loco delicti Opin. 420. nu. 4. 385

2 ABSVRDITAS eſt euitanda. Opinio. 863. numero 4. 399

Abſurditas euitatur etiam in ſtatutis. ibi numero 5. ea.

2 ABVSVS vxoris in ſupergrediendo virum ſuum in coeundo, peccatum mortale non eſt: tamen tales actus, & modi illiciti ſunt reprehendendi, & penitus prohibendi per confeſſores; imò ubi adeſt periculum de mortali peccato, ſcilicet quòd generatio ſequi non poſſit, uel periculum immineat de ſeminis effuſione extra vas, abſolui non debent, qui deſiſtere nolunt. Opin. 530. nu. 2. 80

1 ACCVSATIO non vitiatur ob confinia in libello non expreſſa: & licèt in criminalibus pro forma libelli accuſatorij locus commiſſi delicti cum ſuis finibus requiratur; tamen ſi per expreſſionem ipſius loci citrà vlla confinia expreſſa ſatis certus poſſit eſſe iudex, id ſufficit, & ualet accuſatio non aliter, quàm ſi confinia ipſa ſigillatim expreſſa forent. Opin. 23. numero 1. 17

1 Accuſatio, ſeù inquiſitio ualet, etiam ſi non apponantur locus, & tempus in accuſatione, vel inquiſitione, vbicunque iudex hoc ignoraret. Opinione 24. numero 4. charta 18

Accuſatio, uel inquiſitio valet, etiam ſi ignoraretur perſona delinquentis. ibi num. 5. ea.

1 Accuſatio falſi, & cæterorum criminum regulariter durat uſque ad uiginti annos. Opinione 27. numero 1. 20

2 Accuſatio facta á pupillo, & aliis inhabilibus eſt nulla, ſi excipiatur. Opin. 677. nu. 13. 184

1 ACCVSATOR vel fiſcus in cauſis criminalibus non cogitur exprimere diem in accuſatione, ſed ſufficit ſolùm exprimere locum, annum, & menſem delicti. quod limitatur, & utiliter ad pluritatem declaratur. Opin. 24 nu. 1. 18

3 Accuſator incurrit irregularitatem, ſi ob eius accuſationem pœnam capitalem vel membri mutilationem reus ſuſtinet. Opin. 917. numero 7. 42

1 ACCVSATVS vel inquiſitus, pendente accuſatione promotus, & electus ad aliquam dignitatem, licèt poſteà abſoluatur, non tamen eſt retinendus in dignitate, ſed deponendus, & puniendus. Opin. 25. numero 1. 19

Accuſatus criminaliter, accuſatione pendente, non poteſt eſſe teſtis: nec in teſtem admittitur contra aliquem in cauſa criminali. ibi nu. 2. ea.

Accuſatus vel inquiſitus committens falſum, debet ſub cautione relaxari vel habilitari, vide in verbo Falſum committens.

3 ACCVSANS aliquem, quòd eum percuſſit in collo, & probetur, quòd percuſſit in facie, fruſtra agit, ex quo non poteſt ſequi condemnatio ex tali accuſatione. Opin. 963. nu. 4. 90

2 ACQVISITA per concubinatum, adulterium, & ſodomiam, non ueniunt reſtituenda, ſed de conſilio ſunt inter pauperes diſtribuenda. Opinione 499. numero 4. 47

1 ACTIO iniuriarum competit contra dicentem, tu mentiris per gulam, non obſtante proteſtatione præmiſſa per iniuriantem (ſaluo honore, pace, & reuerentia tua) niſi iniurians diceret ſic prouocatus, vel ad defenſionem ſuæ innocentiæ. Quod procedit ſi laceſſitus veritatem proferat. Et procedit etiam ſi appareret quis ipſorum rixantium prius prouocauerit: aliter verò hoc non apparente neuter agere poſſet quò ad actionem parti competentem, non autem quò ad vindictam publicam. Opin. 6. nu. 1. 7

Actio iniuriarum non competit, vbi quis improperaret alicui delictum extra iudicium, & infamaret eum de certo crimine, videlicet, quòd mitriatus fuit, vel eſt latro, vel ſpurius; dummodò infamia hæc vera ſit, & interſit reipublicæ ſciri, vt infamia ipſa appareat, ne ad dignitates admittatur. ibi nu. 2. 8

Actio iniuriarum non competit contra dicentem alicui traditore, ex iuſta cauſa, & hoc verum ſit. ibi numero 4. ea.

1 Actio redhibitoria preſcribitur ſex menſibus vtilibus: & hoc tempus eſt vtile in principio, & in progreſſu, & non currit ignoranti. Opinione 9. numero 1. 9

Actio redhibitoria competit emptori per actionem ex empto, quatuor caſibus concurrentibus. ibi numero 3. ea.

Actio redhibitoria competit quando emptor ſi ſciuiſſet vitium rei venditę, eam non emiſſet. ibi nu. 4. 10

Actio redhibitoria preſcribitur quò ad vtrunque forum canonicum, & ſeculare ſex menſibus, etiam aduerſus eum, qui malam fidem habuiſſet. ibi numero 5. ea.

Actio redhibitoria non competit emptori, qui ſciuit vitium rei emptę. ibi nu. 6. ea.

Actio redhibitoria quanto minoris, & ſimilis, licèt extinguatur, remanet tamen obligatio in animæ iudicio ad damni compenſationem. ibi num. 8. ea.

1 Actio dotis competens mulieri conſtante matrimonio, marito vergente ad inopiam, cum iuramento per ipſam mulierem alteri cedi non poteſt. Opin. 10. numero 1. ea.

1 Actio non oritur hodie ex nudo pacto donationis, ſed propter pactum lex introducit condictionem ex lege. Opin. 11. num. 2. 11

Actio an hodie oriatur ex nudo pacto de donando, an ex lege, diſcutitur. ibi num. 3. ea.

1 Actio hypothecaria, & actio perſonalis de dote ſimul in eodem libello intentari poſſunt. Opin. 13. numero 1. 12

Actio hypothecaria quamuis cumulari queat cum perſonali: nihilominus id intelligitur coram eodem iudice & non diuerſo. ibi nu. 5. ea.

Actio hypothecaria, vide infra in verbo Hypothecaria.

1 Actio Seruiana, ſeù interdictum Saluianum competit locatori pro rebus coloni illatis, non ſolùm contra conductorē ac debitorē, aut inquilinum, & eorum heredes, ſed etiam contra quemlibet extraneum poſſeſſorem. Opin. 14 nu. 1. 14

1 Actio Publiciana eſt actio in rem origine prætoria, vtilis, perpetua, ac competens alicui ratione iuris, vel rei bona fide quæſitę, facta traditione, vel quaſi à poſſidente, quem putabam eſſe dominum ex titulo habili ad tranſlationem dominij contra habentem facultatem reſtituendi ad declarationem iuris ſui. Opi. 15. num. 1. 14

1 Actio Publiciana competit emptori bonę fidei cauſam habenti á malę fidei poſſeſſore: nec competit aliquo modo vero, ac directo domino. Opinio. 16. numero 1. 15

In actione Publiciana, vt quis obtineat, requiritur ex parte actoris, vt probet de eius titulo, & qualiter rem poſſedit ex traditione ſui authoris. ibi numero 2. ea.

Ad actionem Publicianam acquirendam ſufficit, vt à quocunque fuerit habita poſſeſſio. ibi nu. 3. ea.

1 Actio Publiciana non competit eccleſię, niſi actualiter tradatur poſſeſſio. Opin. 17. nu. 1. 15

1 Actio Publiciana nunquàm conceditur contra eum, qui poſſidet cum titulo. Opin. 18 num. 1. 15

Actio Publiciana conceditur contra titulo poſſidentem, quando titulus eſſet cauſatus ab extraneo, & non ab hærede poſt mortem defuncti. ibi nu. 2. ea.

Actio Publiciana datur contra titulo poſſidentem, quando per reum exciperetur de titulo ante ſententiam. ibi num. 3. ea.

Actio Publiciana datur ad inſtar rei vendicationis, & in ea veniunt fructus: & in rei uendicatione fit etiam condemnatio fructuum perceptorum. ibi numero 4. 16

1 Actio. In actione Publiciana ponitur quadruplex forma libellandi. Opin. 19. num. 2. 16

Actio Publiciana cum petitorio alternatiuè cumulari poteſt: & libellus iſte procederet de ſola conſuetudine. ibi num. 2. ea.

1 Actio Publiciana, vt competat, quę requirantur. Opin. 20. num. 1. & 4. 16

Actio Publiciana non competit ei, qui non poteſt vſucapere. ibi nu. 2. ea.

Actione Publiciana agens ſi bonam fidem non alleget, ſuccumbit, non obſtante quòd ea præſumatur. ibi numero 4. ea.

1 Actio non datur contra ingratos. Opin. 222. numero 15. 227

Actio aduerſus ingratos apud Macedonas data fuit. ibi num. 17. ea.

Actio contra ingratos concedebatur in Ciuitate Hadrię, & ibi aduerſus tales fuit olim conſtitutum particulare tribunal. ibi num. 19. ea.

1 Actio ex ſtipulatu datur mulieri ſoluto matrimonio. Opin. 230. num. 2. 231

Actio ex ſtipulatu conceditur marito ſoluto matrimonio ad petitionem dotis promiſſæ. ibi numero 4. ea.

1 Actio iudicati non oritur ex prima ſententia, ſed ex ſententia appellationis confirmatæ. Opin. 299. numer. 2. 273

1 Actio ciuilis, & criminalis contra furem intentari poteſt; ſed ciuilis pro priuata, criminalis verò pro publica vtilitate intentatur. Opinio. 347. numero 1. charta 321

1 Actio vtilis legis Aquiliæ intentata, operatur, vt quis teneatur pro leuiſſima culpa etiam in omittendo. Opi. 439 num. 15. 400

1 Actio legis Aquiliæ non datur, quando damnum illatum fuerit per negligentiam; vbicunque negligentia eſſet cauſa proxima damni; ſecùs ſi cauſa remota: ſiquidem tunc quis ad emendam damni tenetur actione ipſa legis Aquiliæ, etiam pro leuiſſima culpa in omittendo. ibi nu. 16. ea.

2 Actio vtilis abſque ratificatione, notarij ſtipulatione, non acquiritur abſenti ignoranti. Opin. 541. numero 2. 97

Actio utilis domino ſine ceſsione queritur, & transfertur vigore iuramenti præſtiti, tam in iudicio, quàm extra in inſtrumento. ibi num. 4. ea.

3 Actio finium regundorum quando intentatur poſt terminos turbatos, & amotos, non datur etiam domino, niſi ipſe poſsideat, ſeu poſſederit. Opin. 870. numero 7. 2

3 Actio naturalis naſcitur ex teſtamento minus ſolenni contra heredem ad legata ſoluendum. Opin. 882. numero 1. 7

1 ACTIONES inuentione ſunt iuriſgentium, ſed quò ad formam, & ſolennitatem ſunt inuentæ ac introductæ de iure ciuili. Opin. 4. nu. 1. 6

1 Actiones, iura uel nomina debitorum non comprehenduntur in generali obligatione omnium bonorum: nam actio ſeù nomen debitoris conſtituit tertiam ſpeciem. Opin. 5. num. 1. 6

1 Actiones perſonales connumerantur inter bona mobilia. ibi num. 2. 7

1 Actiones reales & perſonales an tollantur per preſcriptionem, ponitur vtraque opinio communis. Opin. 7. num. 1. 9

Actiones perſonales de iure canonico, & in conſcientia cum mala fide debitoris non preſcribuntur ſpatio 30. uel 40. annorum, & præcipuè interueniente iuramento. ibi num. 2. ea.

1 Actiones datiuæ non tranſmittuntur ad heredes, ſecundùm vnam communem opinionem, ſeu ſecundum alteram pariter communem, tranſeunt ad heredes. Opin. 8. num. 1. 9

1 ACTOR in cauſis ciuilibus non tenetur exprimere diem contractus, nec diem confeſsionis dicti, uel proteſtationis, nec diem rogitus notarij, ſed ſufficit exprimere ſolùm annum, & menſem ſine die. Opin. 24. numero 2. 18

3 Actor ſi probauit ſemiplenè per unum teſtem, licèt non ipſi, ſed reo delatum ſit iuramentum, non condemnatur in expenſis, quia iuſtam habuit litigandi cauſam; dummodò ille teſtis fuerit omni exceptione maior, aliàs ſecùs. Opin. 944. nu. 1. & 2. 70

3 ACTVARIVS publicans ſententiam in cauſa capitali ad mutilationis membri, incurrit irregularitatem. Opin. 917. num. 7. 42

3 ACTVARII, Notarij, & Iudices in Regno laborant aliquando contra propriam ſalutem, & peccant mortaliter ſuper formandis inquiſitionibus in non ſcribendo integra dicta teſtium tam ad fauorem fiſci quã contra: & hinc contingunt infinita inconuenientia, damna, & iniuſtitiæ contra miſeros inquiſitos; de quibus erunt reddituri rationem in die iudicij. Opin. 907. num. 5. 34

Vide cætera in verbo Notarij.

1 ACTVS factus contra iuramentum tenet tàm in temporalibus quàm in ſpiritualibus, licèt contrafaciens ſit periurus: & ponitur exemplum in promittente alicui de non uendendo rem ſuam alteri, etiam cum iuramento, quòd pactum hoc tunc, licèt iuramento roboratum ſit, tamen non poſſet impedire uenditionem & dominij tranſlationem. Opin. 31. nu. 1. 25

2 Actus ualet celebratus cum conſenſu propinquorum in eorum proprium commodum, quando conſenſus preſtatur in genere ante actum celebratum & ex interuallo. Opin. 796. nu. 6. 278

Actus celebratus per mulierem abſque preſentia conſanguineorum requiſita per ſtatutum, non conualidatur per ratificationem factam per conſanguineos. ibi numero 17. ea.

2 Actus vitiatur, ſi vnum ex pluribus requiſitis pro forma deficiat. Opin. 832. num. 72. 333

2 ACTVM nullum à principio non ualidat, ſeù confirmat habilitas ſuperueniens. Opin. 891. nu. 10. 18

2 ACTV principali corruente, corruunt etiam omnia in conſequentiam eius inſecuta. Opin. 515. numero 67. 69

1 ACTVS duo celebrati eodem die, & coram eiſdem teſtibus, unus ex eis cenſetur celebratus contemplatione alterius. Opin. 302. nu. 30. 278

1 ACTA curiæ non requirunt teſtes, quia abſque teſtibus habent publicam fidem, ex quo acta ipſa ſuſcipiũt authoritatem ex præſentia iudicis, non autem ex præſentia tabellionis, & actuarij curiæ; & inſertis apud acta, parte citata, preſtatur plena fides etiam. Opin. 30. num. 1. 22

Acta iudicialia debent continere, ut ualeant & teneant, diem, locum, & menſem, in quo celebrantur, ibi numero 5. ea.

Acta ſcribi debent in iudicio ad inſtantiam partium, & in illis inſeri tenentur ad cuius petitionem geſta ſunt, ne aliquo pretextu retractari queant. ibi nu. 7. ea.

Acta incohata per unum notarium non poſſunt per alium perfici, & ad finem ſuum adduci, niſi primus notarius impeditus ex iuſta cauſa ſit. ibi nu. 9. 23

Acta coram arbitro facta teſtes exigunt pro eorum firmitate, dummodò ipſe arbiter voluntarius ſit, non autem neceſſarius; quia acta facta coram arbitro neceſſario conceſſo à ſtatuto fidem faciunt abſque teſtibus, quemadmodum eſſent facta coram iudice ordinario. ibi num. 10. ea.

Acta uocantur, quæ fiunt coram iudice. ibi nu. 13. ea.

Acta propriè dicuntur, quæ facta ſunt in iudicio. ibi numero 14. ea.

1 Acta facta in iudicio ſummario, ſiue iuramentum ibidem preſtitum, ſiue ſententia lata, ſiue ubi articulus incidens ſummariè dominij, uel poſſeſsionis uentilatur, non obſtant in iudicio ordinario. Opin. 32. numero 1. 25

Acta in uno iudicio ſummario probarent inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario. ibi num. 3. ea.

1 ACTIS iudicij creditur ſine teſtibus, dummodò in illis dies appoſita ſit. Opin. 30. num. 4. 22

2 ADIECTIVVM coniunctim prolatum ſine termino, comprehendit etiam ex proprio ſignificato tam maſculinum, quàm fœmininum. Opin. 808. numero 9. 287

2 ADOPTIVVS non excludit fœminas uigore, & ex forma ſtatuti illas excludentis. Opin. 812. numero 37. 296

1 ADVLTER grauius peccat, quàm adultera. Opin. 33. num. 29. 28

1 Adulter laicus de iure canonico puniri poteſt per iudicem eccleſiaſticum, & aduerſus eum procedi ad excommunicationẽ, ad detruſionem in monaſterium, ad ſeparationem thori, & ad ſciſſionem panni & capilli. Opin. 34. num. 1. 30

Adulter clericus, vide in uerbo Clericus.

3 Adulter ſciens vel veriſimiliter credens filium eſſe ſuum, tenetur patri putatiuo ad refectionem expenſarum erogatarum in educatione talis filij, ſecundùm poſſe ſuum; ſecùs ſi dubitaret. Opinio. 1060. numero 26. 177

1 ADVLTERVM, vt tuto interficeret, ſi pater, ſeu maritus amicos & familiares conuocauit, amici & familiares illi nulla ſunt pœna mulctandi. Opi. 33. num. 9. 27

1 ADVLTERI puniri debent pœna mortis naturalis, & ultimi ſupplicij de iure diuino, & ciuili, & de iure Regni. Opin. 33. num. 1. 26

Adulteri de conſuetudine per iudices non puniuntur, ſed ſolent de talibus maritis cornutis truffari & ridere. ibi num. 6. 27

1 ADVLTEROS, & fornicatores iudicabit Deus, eos deputando ad ęterna ſupplicia. Opin. 98. numero 23. 87

1 ADVLTERA de iure authenticorum uerberari debet, & poſtmodùm in monaſterium detrudi: de iure verò Regni punitur confiſcationis bonorum pœna, niſi ex matrimonio violato, ſeu alio filios habeat; ac traditur viro ſuo vt truncare ei naſum debeat: Sed ſi vir hoc agere nolit, publicè flagellanda venit; & lex iſthęc Regni eſt ſimilis legi aliàs conditę per Seleucum Locrenſium Principem, qui ſtatuerat legem, vt quicunque adulteraretur, utroq; oculo priuaretur. Opin. 33. num. 6. 27

Adultera in quibus caſibus poſſit accuſari, & dimitti, & in quibus excuſari & non accuſari, ponuntur remiſſiuè ibi num. 27. 28

1 ADVLTERAE ſi hodie lapidarentur, vt lapidabantur in lege Moſaica, tela, & camiſæ ſeù interulę virorum caro pretio uenderentur, propter paucitatem mulierum. Opin. 33. nu. 2. 26

1 ADVLTERIVM eſt grauiſſimum delictum. Opin. 33. num. 3. ea.

2 Adulterium non diſſoluit vinculum matrimonij conſumati, ſed thorum duntaxat ſeparat. Opin. 533. numero 5. 83

1 ADVLTERII crimen eſſet mixti fori, ubicunque contra laicum adulterum ageretur pro adulterio de iure ciuili ad pœnam ſanguinis: & tunc iudex ſecularis duntaxat cognoſceret adulterium; aliàs ſi interueniret iudex eccleſiaſticus, ubi pœna ſanguinis imponeretur, efficeretur irregularis, & eius beneficia impetrari poſſent. Opin. 34. num. 2. 30

3 Adulterij grauitas, & peccatum implicat in ſe innumera ferè inconuenientia, à quibus infeliciſſimę mulieres ex adulterio concipientes rarò ſe debitè abſoluunt, ſiuè propter ignorantiam agendorum, ſiuè propter euitandum ſcandalum. Opin. 1060. nu. 27. 177

1 ADVLTERARI magis licere maritis, quàm vxoribus ſuis maxima cæcitas eſſet. Opin. 33. numero 30. 29

1 ADVOCATVS, ſeù Doctor poteſt petere, exigereq; ſalarium, uel honorarium à ſuis clientibus, habita tamen conſideratione negocij de quo agitur. Opin. 36. num. 1. 31

Aduocatus, aut Doctor reſpondens, aut conſulens abſque labore, & librorum reuolutione, licitè poteſt petere, & recipere condignam mercedem, habita tamen conſideratione ad remunerationem præteriti laboris. quod ibi declaratur. num. 3. ea.

1 Aduocatus poteſt compelli ad ſuſcipiendum delegationem. Opin. 37. num. 1. 32

Aduocatus cogi poteſt litigationibus conſulere, ibi numero 2. ea.

Aduocatus cogi non poteſt ad ſubeundum officium aduocationis & poſtulationis, niſi urgente neceſſitate. ibi num. 3. ea.

Aduocatus pro ſuo patrocinio poteſt petere, aut conſequi ſalarium, & mercedem, ſecundùm qualitatem negocij, conditionem clientis, conſuetudinem loci, excellentiam ſuam, dummodò non excedat centum aureos. quod procedit de iure ciuili & canonico. ibi nu. 4. ea.

Aduocatus poteſt exigere ac petere ſalarium promiſſum, etiam quòd lis & cauſa non terminetur per ſententiam diffinitiuam iudicis, ſed per amicos. ibi numero 6. ea.

Aduocatus promittens poſtulare per annum ſub aliquo ſalario, ſi eo tempore nullas lites & cauſas haberet, licitè petere poſſet dictum ſalarium. ibi nu. 7. 33

Aduocatus recipiens integrum ſalarium pro toto tempore aduocationis, & interim ſuperueniret ægritudo, ob quam aduocare nequiret, & cliens alterum aduocatum conduceret, non teneretur aliter ad illud ſalarium reſtituendum. ibi num. 8. ea.

Aduocatus deſerens cauſam tanquam iniuſtam in proſecutione ipſius, quam autumabat á principio iuſtam eſſe, poteſt recipere ſalarium, nec tenetur ſecreta cauſę ſui clientis reuelare. ibi num. 9. ea.

Aduocatus pro ſolutione ſui ſalarij poteſt cogere clientem officio iudicis mercennario. ibi num. 11. ea.

Aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalarium, an dimittere queat clientem ſuum, & parti aduerſę inhęrere? ibi num. 11. il 2. ea.

Aduocatus ęquiparatur confeſſori: & quemadmodum cõfeſſionem reuelare non poteſt; ita aduocatus ſecreta cauſę propalare non debet. ibi num. 13. ea.

Aduocatus inſtructus de iuribus vnius partis, cui promiſerat patrocinium pręſtare, ſi eam relinquat, & pro altera parte patrocinetur, incideret in crimen falſi, non autem pręuaricationis. ibi num. 15. ea.

1 Aduocatus propriam conducens cauſam, & obtinens, non poteſt petere mercedem aduocationis. quod ibi declaratur. Opin. 38. num. 5. 34

Aduocatus dicit clientulo, ſi confiteris, cauſam perdes, nõ tamen dicit ei, tu perdes animam negando. ibi numero 8. 35

1 Aduocatus, & Doctor poteſt eſſe decimoſeptimo anno. Opin. 199. num. 1. 172

Vide

Vide in nerbo Doctor.

1 *Aduocatus uel Doctor locans operas ſuas, & moriens pendente anno locationis, t'ãſinittit ſalarium annuum ad ſuos heredes. Opin. 201. nu. 1.* 173

Vide in verbo Doctor.

2 *Aduocatus fiſci debet conſequi ſalarium ſuum in medio litis, ſeù anni. Opin. 494. nu 4.* 43

2 *Aduocatus exercens officium tabellionatus perdit nobilitatem. Opin. 547. poſt nu. 7.* 102

3 *Aduocatus contra reum, & pro reo in cauſa capitali & mutilationis membri incurrit irregularitatem. Opin. 917. num. 7.* 42

3 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in poſſeſſorio, in quo fuerat aduocatus: poſſet tamen eſſe teſtis in petitorio. Opi. 959. numero 1.* 84

Aduocatus pro clientulo, pro quo adhuc patrocinium non preſtiterit, eſt idoneus teſtis. ibi nu. 2. ea.

Aduocatus poteſt eſſe teſtis in alia cauſa, in qua eius teſtimonium abſque aliquo dubio reciperetur. ibi numero 3. ea.

Aduocatus, ſollicitator, procurator, vel inſtigator cauſę, an recipiantur in teſtes per iudicem, parte non opponente, remiſſiuè. ibi num. 7. ea.

Aduocatus pro clientulo ſuo non eſt idoneus teſtis, ſed benè contra clientulum ipſum. ibi n. 17. 85

3 ADVOCATI *ſalarium à quo Imperatore à principio conſtitutum ſit: & ſimiliter quis Imperator primus fuit in Regno Neapolitano, qui ſtatuit officium aduocatorum pauperum. Opin. 36. nu. 4.* 31

1 *Aduocati ſalarium non poteſt excedere centum aureos in cauſis ciuilibus. Opin. 38. nu. 1.* 34

2 ADVOCATO *non debetur ſalarium in principio litis, niſi extaret conſuetudo in contrarium. Opin. 494. num. 3.* 43

1 ADVOCATI *cogi non poſſunt ad teſtificandum cõtra eorum clientes, ne vocarentur proditores cauſarũ. Opin. 37. nu. 14.* 33

1 *Aduocati poſſunt exigere magnum ſalarium in negocijs capitalibus, etiam vltra centum aureos. Opin. 38. numero 3.* 34

Aduocati licitè poſſunt exigere ſalarium etiam ultra centum aureos, vbi agitur de infamia, vel de ſtatu dignitatis magnatum conſeruando: quia à pari procedunt mors, & infamia. ibi nu. 4. ea.

Aduocati vtentes ſathanica doctrina, aut inſtruentes clientulos ſuos ad negandum veritatem, vel ad petendum terminos indebitos, & dilationes ſuperfluas, ſeù corrumpentes iudices ac notarios, aut inducentes falſas, correctaſq. leges, vel falſas probationes, aut teſtes, vel produci facientes: tunc non ſolùm non poſſunt petere ſalarium, ſed tenentur etiam offenſo ad reſtitutionem omnium damnorum, & expenſarum, & peccant mortaliter. ibi num. 6. ea.

Aduocati omnia mala nouerunt, & ſupple fecerunt. ibi num. 7. ea.

Aduocati, cauſidici, & procuratores, etiam quòd Principes videantur in populo: tamen aliquando per eorum culpas ſunt infideles, ſocij furum, raptores alienę ſubſtantię, inductores multarum dilationum, vani, fallaces promiſſores, amatores odiorum, & litium; neglectores proprię ſalutis, auidi receptores ſalarij; ſuſceptores iniquarum cauſarum; fabricatores peſſimarum traditionum, & ſubuerſores veritatis agnitę. ibi numero 11. ea.

2 *Aduocati illud etiam, quod recipiunt pro eorum ſtipendio, & laboribus ſuis priuatim à perſonis priuatis, & ſic à clientulis, adhuc dicitur quaſi caſtrenſe peculiũ. Opin. 610. num. 2.* 142

2 *Aduocati ſtrenuè militant, & non minùs prouident humano generi, quàm ſi patriam armis defenderent. Opin. 644. num. 2.* 165

2 *Aduocati conſueuere promiſſionibus magnatum nullam adhibere fidem. Opin. 668. nu. 2.* 178

1 ADVOCATORVM *Neapolitanorum laudes. Opin. 37. nu. 10.* 33

2 *Aduocatorum teſtamenta, & Doctorum, ratione pręteritionis non poſſunt contratabulari, ſicut teſtamenta militum armatę militię. Opin. 644. num. 3.* 165

1 ADVOCATIS *prohibitio facta olim per Neronem, ne acciperent ſalarium pro eorum poſtulatione. Opin. 37. nu. 5.* 32

1 ADVOCATIONIS *officium eſt de iure diuino: & Chriſtus quandoq; pro ſalute humani generis ſuſcepit munus aduocationis multorum. Opin. 37. numero 12.* 33

1 AEDIFICARE *domum, & aliud in ſua area ac ſolo quilibet poteſt, etiam quòd vicino noceat; dummodò animo nocendi non faciat: & ſi ex hoc ędificium vicini ruat, non tenetur ædificans, imò poteſt etiam illud quodcunque amouere; nec tenetur de damno infecto, niſi ſciens ſtipulando ſe obligauerit ad damnum reſarciendum. Opin. 234. num. 1.* 234

2 AEQVALITAS *inter liberos ſemper ſeruanda eſt. Opin. 833. num. 11.* 335

Aequalitas vt inter filios ſeruetur, voluntas teſtatoris interpretanda eſt. ibi nu. 16. ea.

1 AESTIMATIO, *ſeù valor rei, vel damnum datum debet probari per duos ęſtimatores deputatos à iudice ad ęſtimationem faciendam. Opin. 412. numero 1.* 378

Aeſtimatio rerum per ęſtimatores electos ad ęſtimandum fieri poteſt, etiam poſt deducta teſtificata. ibi numero 5. 379

2 *Aeſtimatio melioramentorum ac expenſarum fieri debet habito reſpectu ad valorem, qui eſt de pręſenti tempore, quo res reſtituitur, non autem tempore, quo facta eſt impenſa. Opin. 495. nu. 5.* 44

2 *Aeſtimatio fructuum bonorum beneficialium, quę ſit pro imponenda penſione, debet fieri deductis expenſis factis ratione quęrendorum fructuum. Opin. 798. num. 2.* 280

1 AESTIMATORES *electi & vocati ad ęſtimandum valorem rerum, debent prius iurare de ęſtimando bona fide & ſine fraude. Opin. 412. numero 2.* 378

2 AETAS *debet probari per fundantem ſe in ea, ſiuè is maior ſit, ſiuè minor. Opin. 256. nu. 1.* 247

3 *Aetas poteſt probari per nutricem. Opin. 976. numero 5.* 102

3 *Aetas hominum erat ante diluuium nimis longa, &*

proli-

prolixa, prout Adam, & Eua, primi parentes vixerunt annis 962. & alij antiqui patres æquali vel maiori annorum curriculo ſimiliter vixerunt. Opi. 1042. num 9. 151

Aetas vitæ hominis quot annis ſtatuta erat per Deum tempore Moyſis, Dauid, & aliorum, abundè diſcurritur. ibi num. 10. ea.

1 AETATEM allegans, tunc eam probare tenetur, quando fundatur in ea: ita quòd ætas principaliter allegatur; ſecùs quando actus allegatur, qui ad ſui ualiditatem acceſſoriè ætatem includit, Opinione 256. num. 4. 247

2 AFFECTVS, etiam non ſecuto effectu, punitur in crimine leſæ maieſtatis, & proditæ, & expugnatæ patriæ. Opin. 822. nu. 4. 314

1 AFFINES ſunt quando duæ agnationes, ſeù cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationem accedit. Opin. 808. num. 35. 289

3 Affines non ſunt idonei teſtes in criminalibus. Opi. 960. numero 1. 86

Affines in criminalibus ob affectionem, quam habent ad cauſam, tanquàm ſuſpecti teſtificari non poſſunt. ibi num. 3. ea.

Affines etiam teſtes admiſſi pro affine minimè probant. ibi num. 4. ea.

Affines ſeù ſui, pro quibus teſtimonium dici non poteſt, illi intelligendi ſunt, qui ſunt uſque ad ſeptimum gradum. ibi num. 5. ea.

Affines ſunt idonei teſtes ad probandum furtum, uel dolum factum in domo actoris de die uel de nocte, quando actu & habitu alij teſtes adeſſe non potuerint in ipſa domo. ibi nu. 7. ea.

2 AFFINITAS diſſoluitur morte alterius coniugum. Opin. 807. nu. 2. 285

2 Affinitas non contrahitur per ſponſalia puerorum. Opi. 808. nu. 18. 287

Affinitas non dicitur contracta inter uirum, & vxorem, & eorum affines, etiam per matrimonium ſeù ſponſalia per uerba de præſenti contracta, niſi illud matrimonium conſumatum ſit per carnis copulam. ibi numero 20. 288

Affinitas per ſolùm coitum, & commiſtionem carnalem contrahitur. ibi nu. 22. ea.

Affinitas eſt uinculum cauſatum ex carnis copula conſanguineorum. ibi nu. 23. ea.

Affinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu proueniens, omni carens parentela: quia illa affinitas nunquàm contrahitur ſine coitu. ibi nu. 22. ea.

Affinitas non inducitur, nec contrahitur, etiam ſi interueniret oſculum. num. 25. ea.

Affinitas non contrahitur, etiam ſi fieret pollutio extra clauſtra pudoris, & uaſa naturæ. Nam non inducitur affinitas ipſa, ſi uir non fregerit clauſtra pudoris: quia ceſſante commiſtione ſanguinis, ceſſat etiam affinitas. ibi num. 26. ea.

Affinitas non contrahitur ex uitio ſodomitico; Vndè vir coiens contra naturam cum eius vxore, non inducit affinitatem. ibi nu. 27. ea.

Affinitas contrahitur ex illicito coitu. ibi nu. 28. ea.

Affinitas contrahitur per concubinatum. ibi numero 29. ea.

Affinitas inter ſponſos, non dicitur propriè affinitas, ſed impropriè. ibi nu. 33. ea.

Affinitas contrahitur per matrimonium conſumatum, non autem per ſponſalia. ibi nu. 34. ea.

2 Affinitas extinguitur inter nouercam, & priuignū, per mortem patris. Opin. 809. nu. 2. 290

3 Affinitas repellens à teſtimonio, debet eſſe per lineam aſcendentem, vel deſcendentem, nec ſufficit eſſe per tranſuerſalem. Opin. 960. nu. 6. 86

1 AGENS redhibitoria ſi ſuccubuerit, poſſet poſteà intrà annum agere quanto minoris. Opin. 9. verſ. Imò ſi quis. poſt num. 8. 10

Agens contra filium, utì hæredem patris, debet hoc probare, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, uide in uerbo Filius non præſumitur hæres.

2 Agens poſſeſſorio recuperandæ, quid debeat narrare in libello, & probare. Opin. 738. nu. 1. 237

1 AGRO legato vel uendito ſimpliciter, non cenſentur uendita ſeù legata inſtrumenta exiſtentia in fundo. Opin. 202. nu. 3. 175

Vide in verbo Vendita.

1 AGGRESSVS aggreſſorem ſuum percutere ac interficere poteſt impune, ſi de uitæ ſuæ tuitione certus non eſſet. Opin. 189. nu. 5. 158

2 ALEARVM ludus non ſolùm prohibetur Chriſtianis, ſed etiam Sarracenis. Opin. 469. nu. 2. 20

Alearum, & taxillorum ludi reperiuntur prohibiti non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam omni alio iure, quia fortunæ innituntur. ibi nu. 3. ea.

Reliqua vide in verbo, Ludus, & Luſores.

1 ALEXANDER Trentacinque V. I. D. Aquilanus laudatur: & eius reſponſum tanquàm celebre in materia incendij, ponitur poſt Opinionē 439. numero 6. 398. & 399

2 Alexander Argolus de Tagliacotio epiſcopus Terracinæ laudatur. Opin. 724. nu. 10. 224

3 Alexander conſ. 120. num. 6. lib. 2. & Fely. in c. quia iudicante, num. 8. ext. de præſcript. declarantur. Opin. 1018. num. 33. 135

1 ALIENATIO rei eccleſiæ non confirmatur iuramento. Opin. 39. nu. 2. 36

Alienatio rerum eccleſiæ licèt prohibeatur, tamen non extenditur ad res mobiles ipſius eccleſiæ, niſi mediante noua prouiſione facta ſuper hoc: quæ prouiſio ſi de nouo facta non eſſet, quòd res ſacræ, etiam mobiles pertinentes ad cultum diuinum, alienari non poſſent; procedit poſt conſecrationem ipſarum rerum, non autem ante, quia tunc uendi poſſunt, ſed poſt conſecrationem vendi prohibentur. ibi nu. 4. ea.

Alienatio ab epiſcopo facta rerum menſalium eccleſiæ, ad vitam ſuam ualet, non obſtante iuramento ſuo de non alienando. ibi nu. 8. ea.

Alienatio rerum eccleſiaſticarum exigit, & requirit cauſam neceſſitatis, & euidentis utilitatis, quæ probanda uenit. ibi nu. 13. 37

Iuſta, & neceſſaria cauſa alienandi rem eccleſiæ ea uidetur, qualis eſt æris alieni ſoluendi, & reparationis eccleſiæ. ibi nu. 14. ea.

Aliena-

Alienatio rei eccleſiæ vtilis, an ſit permiſſa ſine ſolennitate iuris. ibi num. 15. ea.

Alienatio facta bonorum eccleſiæ in potentem, vt bona ipſius eccleſiæ occupata recuperet, valet. ibi numero 20. ea.

1 *Alienatio, ſeu donatio facta per Imperatorem tendens in diminutionem iuriſdictionis imperialis non valet, etiam ſi ea iurata ſit; ſecus ſi donaret Ciuitates, & alias res, quę non ita diminuerent eius iuriſdictionem. Opin. 369. num. 23.* 341

1 *Alienatio rei minoris, uel eccleſiæ, requirit neceſſariò cauſæ cognitionem. Opin. 416. nu. 6.* 381

3 *Alienatio, vel venditio ſi ſit prohibita, videtur etiam tunc prohibita locatio ad longum tempus, & ſic ad decennium vel vltra Opinione 1007. numero 2. & 7. charta* 124. & 125

1 *ALIENARI res eccleſiæ propria natura non poſſunt. Opin. 39. nu. 1.* ea.

Alienari poſſunt fructus ex prędijs eccleſię percepti abſque iuſta cauſa & ſolennitate. ibi nu. 7. ea.

Alienari poſſunt res eccleſiæ, etiam vaſa miſtica, in tribus caſibus. Sed quando illę res ea conditione acquiſitę ſint, non poſſunt tunc alienari ex quacunque cauſa etiam à iure aliàs permiſſa. ibi nu. 11. ea.

Alienari poteſt res eccleſiæ parua ſine iuris ſolennitate. ibi num. 18. 37

Alienari poteſt res eccleſiæ ex cauſa euidentis vtilitatis, videlicet ſi eccleſia recipiat alteram rem meliorem. Et quomodo conſideretur utilitas maior in re eccleſię, remiſſiuè explicatur. ibi nu. 19. ea.

1 *Alienari res immobilis in dotem conſignata non poteſt, etiam cum conſenſu mulieris: & dotalis res uendi nequit. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis. Opin. 40. num. 1.* 38

1 *Alienari non poteſt res mobilis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, vt ſunt anuli, gemmæ, torques, & alię res ſimiles in dotem datę ineſtimatę, niſi conſentiret vxor bino conſenſu: tamen ipſius interueniente, & uiro remanerent tot in bonis, quæ ad dotis reſtitutionem ſufficerent. Opin. 41. num. 1.* ea.

Alienari poſſunt res mobiles in dotem conſignatę, quę ſeruando ſeruari non poſſunt. vt ſunt veſtes, & ſimilia, quę vſu conſumuntur. ibi nu. 3. ea.

2 *Alienari non poſſunt pro dote bona feudalia, ſeu bona prohibita alienari per teſtatorem pro dotibus: quia prohibitio ipſa teſtatoris de non alienando preiudicat fœminę dotandæ, etiam ſi illę eſſent de liberis & de deſcendentibus eiuſdem teſtatoris. Opinione 666. numero 2.* 176

1 *ALIENANS res eccleſię non menſales epiſcopus, qui iurauerat non alienare res ipſius eccleſię menſales, non incurrit periurium, quia iuramentum de illis interpoſitum non intelligitur. Opinione 39. numero 10.* 36

1 *ALIMENTA preterita, & futura peti poſſunt. Opin. 43. num. 1.* 39

Alimenta pręterita etiam per hęredes peti poſſunt. ibi numero 2. ea.

Alimenta pręterita quando peterentur in iudicio per actorem, libellari deberet, & teneretur petere frumentum, vinum, & ſimilia, & ſic ipſam ſpeciem, & non illius æſtimationem. quod declaratur utiliter. ibi numero 3. ea.

1 *Alimenta preſtare obligatus, tenetur quoque ad medicinas, ſine quibus corpus languens ſanari non poteſt, quando alimenta deberentur ratione ſanguinis, iuris diſpoſitione. Opin. 44. nu. 1.* 39

1 *Alimenta poſſunt denegari filio in omnibus caſibus in quibus filius ipſe exheredari poſſet. Opin. 45. numero 3.* 41

Alimenta, quæ debentur filijs, preſtantur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel officio iudicis. ibi nu. 11. ea.

Alimenta quæ debentur ex diſpoſitione hominis, putà teſtatoris, uel ex contractu, & conſequenter iure actionis, indiſtinctè peti poſſunt, dato quòd quis eſſet diues, & poſſit ſe alere de ſuo: & hoc caſu poſſent etiam peti alimenta præterita non ſoluta: ſecus uerò quando deberentur officio iudicis: tunc enim alimenta ipſa præterita peti nequirent. ibi num. 12. ea.

1 *ALIMENTORUM appellatione veniunt omnia neceſſaria ad uitam, & ſine quibus corpus ali ac nutriri non poteſt, & habitatio, & calciarium, & lectus. Opin. 44. nu. 2.* 40

Alimentorum appellatione ueniunt ueſtes, & monilia aliquando. ibi nu. 3. ea.

2 *ALLEGATIO tituli non eſſet neceſſaria in preſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non eſſet in contrarium. Opin. 633. nu. 1.* 156

2 *ALLEGARI & probari debet id, quod facit ad uictoriam reportandam. Opin. 831. nu. 5.* 324

2 *ALLEGANS conſtitutum, ſeu fundans ſe in eo, tenetur probare conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe. Opin. 623. nu. 3.* 151

2 *Allegans titulum ſeruitutis diſcontinuæ, & probans de vſu, uel quaſi poſſeſſione ſeruitutis decem annorum inter præſentes, & uiginti inter abſentes, ſciente & patiente aduerſario; præſumitur tunc titulus allegatus, etiam ſi non probetur; & ſeruitus ipſa preſcribitur ex circulo & ſpatio predicto. Opin. 627. nu. 2.* 153

2 *Allegans ignorantiam non tenetur eam probare. Opin. 651. num. 6.* 170

2 *Allegans ſententiam nullam ad impediendum eius executionem, tenetur ad exhibendum acta, & ad iuſtificandum ipſas nullitates; aliàs præſumeretur pro ſententia non ſolùm quò ad rectitudinem, ſed etiam quò ad rititudinem: & non modò ſi lata ſit in præſentem, ſed etiam in contumacem: & docetur practica quę obſeruatur in Regno circa executionem ſententię. Opin. 715. num. 9.* 214

2 *Allegans tenetur probare quod allegat. Opin. 831. numero 6.* 324

Allegans ſuſpectum iudicem. vide in verbo Suſpectus.

3 *Allegans teſtes contra ipſum productos eſſe ſibi inimicos capitales, offerendo in promptu verificare, audiendus eſt, & ſuperſedendum erit interim in tortura. Opin. 926. num. 3.* 50

1 *ALTERNATIVA, uel diſiuncta reſoluitur in coniunctam ad euitandum abſurdum, ne extraneus propriæ ſucceſſioni preferatur: & conſequenter alternatiua poſita inter conditiones in teſtamento appoſitas re-*

tas reſoluitur in copulam. Opinione 46. numero 1. charta 42

Alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis, ſemper intelligitur ordine ſucceſſiuo. ibi poſt num. 2. ea.

2 Alternatiua uel de iure, aut ex forma ſtatutorum, reſoluitur quandoque in coniunctam ex mente ſtatuentium, vt euitetur correctio, & contrarietas. Opi. 759. numero 2. 247

1 ALLVVIO fluminis, ideſt additio, uel detractio, quæ fit à flumine ipſo per alluuionem ſuam, transfert dominium. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis. Opin. 47. nu. 1. 43

Alluuio non habet locum in iuriſdictione, & confinibus alicuius territorij: quia nō mutantur aliquo modo per alluuionem: nec inde diminutionem ſiue augmentum recipiunt. ibi nu. 2. ea.

3 AMASIA ſeù concubina non admittitur ad teſtificandum in cauſa ſui amaſij. Opinione 970. numero 2. 97

1 AMICVS non poteſt agere pro amico ſine mandato. Opin. 48. nu. 1. 43

Amicus poteſt pro amico agere abſque mādato cum cautione rati, ſicut coniunctus pro coniuncto. ibi numero 2. 44

Amicus agere poteſt pro amico interdicto recuperandæ. ibi num. 3. ea.

3 Amicus teſtis inſtrumentarius eſt integer, & probat. Opin. 960. nu. 14. 87

3 Amici, affines, ſocij, & domeſtici non ſunt idonei teſtes in criminalibus. Opi. 960. nu. 1. 86

Amici, affines, ſocij, & domeſtici in criminalibus, ob affectionem, quam habent ad cauſam, tanquàm ſuſpecti, teſtimonium ferre non poſſunt. ibi nu. 3. ea.

Amici, affines, ſocij, & domeſtici etiam, teſtes admiſſi pro amico, affine, ſocio, uel domeſtico, minimè probant. ibi num. 4. ea.

3 AMOVENS terminos prædiorum, vel domuum ſcienter, ac dolo, gratia occupandorum finium; ſi eſt nobilis, relegatur ad tempus; ſi vilis, fuſtigatur, & ad biennium relegatur. Opin. 870. nu. 1. 1

Amouens terminos occaſione eos offuſcandi, punitur pœna arbitraria. ibi nu. 2. ea.

Amouens terminos dolo malo, vt lapides confinales furetur, non tamen animo occupandi confinia, punitur pœna quinquaginta aureorum. ibi nu. 3. ea.

Amouens terminos confinales, neſciens eſſe terminos; dolo tamen id agit, putà ut lapides furetur; ſi eſt uilis perſona, ceditur uerberibus; ſi nobilis, punitur pœna arbitraria. ibi nu. 4. ea.

2 ANIMAE damnatorum, virtute propria, non cognoſcunt, nec ſciunt ea quę in ſæculo peraguntur, & ſic facta viuentium. Opin. 852. nu. 4. 385

Animæ exiſtentes in purgatorio ignorant facta, geſtaq. viuentium. ibi nu. 5. ea.

Animæ defunctorum nondum beatæ, exiſtenteſq. in purgatorio notitiam habent eorum, quæ in ſeculo aguntur, vel per animas ad eas quotidie deſcendentes, uel per Angelos, ſeù dęmones, uel ſpiritu Dei reuelante. ibi num. 6. 386

Animę damnatorum, ſeù exiſtentium in purgatorio, ita ſunt pœnis oppreſſæ, vt non curent facta viuentium ſcire. ibi nu. 7. ea.

Animæ Beatorum in contemplatione diuinæ Eſſentię, in qua omnia relucent, cognoſcunt facta ac geſta viuentium, quia ſunt Angelis æquales, qui facta mortalium non ignorant. ibi nu. 9. ea.

Animæ Beatorum, etiam quòd cognoſcant geſta viuentium, & eorum infortunia, non afficiuntur ob hoc dolore, nec moleſtia aliqua. ibi nu. 10. 387

Animæ Beatorum orationes, preceſq. noſtras, tam uerbis expreſſas, quàm corde cōceptas, intelligunt in Verbo. ibi num. 11. ea.

2 Animas exiſtentes in purgatorio Deus viſitat, & conſolatur per Angelos ſuos. Opinione 852. numero 8. 386

1 ANIMAL, veluti equus, mulus, bos, aſinus, vel quodcunque ſimile, ſi moreretur intrà triduum à tempore locationis uel venditionis factæ alicui, præſumeretur morboſum; intantùm, quòd agi poſſet ad pretium contra venditorem: ſecùs ſi ex longo interuallo animal prædictum moreretur. Opinione 129. numero 2. 120

1 Animal nullum eſt homine ingratius: quia ſi accipientium animos intueare, beneficiorum magna pars perditur: & ideò omnes vici lamentationibus aduerſus ingratos pleni ſunt. Opin. 222. nu. 16. 217

2 Animal deputatum ad vtilitatem eccleſiæ, ſanctum ſanctorum efficitur. Opin. 683. poſt nu. 9. 190

2 Animalia dicuntur mobilia. Opinione 683. numero 6. 189

ANNVI reditus, vide in uerbo Reditus.

1 ANTIQVITATI ſtandum eſt in paſcuis, pontibus, aquis, molendinis, & commoditatibus aquarum. Opin. 203. nu. 17. 177

2 ANVLVS non transfert poſſeſſionem ſicut claues: quia quædam ſunt nomina poſſeſſiua, vt claues; & quædam ſignificatiua, ut anulus. Opinione 619. numero 20. 148

1 APOTHECAE vendita ſiuè legatę cenſentur, uendita ſiuè legata domo, & hoc quomodo procedat. Opi. 202. num. 2. 174

Vide cętera in uerbo Venditæ.

1 APPELLATIO non admittitur in atrociſſimis criminibus, in quibus quis reperiatur confeſſus, & conuictus. Opi. 50. nu. 1. 45

Appellatio denegatur duobus concurrentibus, videlicet, Primò, quòd reus ſit teſtibus plenè conuictus: & Secūdò, quòd ſponte abſque ullo impedimento confeſſus ſit: aliàs, uno ex ipſis requiſitis deficiente, non denegatur appellatio. ibi nu. 5. ea.

1 Appellatio eius, qui ex propria tantùm confeſſione damnatus eſt, admittitur, ſi cauſa iuſta expreſſa fuerit in appellatione, aliàs ſecùs: & ſic iudex exequitur ſententiam ſuam non obſtante appellatione. Opin. 51. numero 1. 45

1 Appellatio ſemper admittitur, niſi ſit ſpecialiter iure prohibita. Opin. 55. nu. 1. 48

Appellatio admittitur in criminalibus. ibi numero 2. charta 49

Appellatio admittitur in crimine leſæ maieſtatis humanæ. ibi num. 3. ea.

1 Appellatio non admittitur à ſententia lata ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, quò ad effectum ſuſpenſionis; ſecùs quò ad deuolutionem de iure ciuili: ſed de iure canonico admittitur quò ad utrunque: & opinio prædicta de iure ciuili limitatur remiſsiuè in uiginti caſibus. Opin. 57. nu. 1. 49

1 Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem inferioris iudicis proferentis ſententiam: & ſic eo ipſo, quòd quis ſuperiorem iudicem appellat, iuriſdictio inferioris ſuſpenditur. Opin. 77. nu. 22. 67

1 Appellatio, quæ permittitur ab executione in aliquibus caſibus, non poteſt fieri niſi ſemel. Opin. 80. numero 6. 71

1 Appellatio non fit de inferiori ordinario in tẽporalibus in terris Imperij ad Papam. Opinione 369. numero 29. 342

1 Appellatio admiſſa ſi & in quantum, non videtur ſimpliciter admiſſa, ſed ſolùm in caſu, quo de iure admitti debuit. Opin. 410. nu. 3. 377

2 Appellatio ab interlocutoria exigit, ac requirit expreſſionem cauſæ nominatim pro forma: nec ſufficit in genere cauſas proponere facta relatione ad acta proceſſus. Opin. 549. nu. 3. 103

2 Appellatio, ſeù libellus appellatorius ualet, etiam ſi in eo appoſitum non ſit per appellantem: Et in his ſcriptis prouocat &c. Opin. 720. nu. 8. 220

1 Appellationis remedio extinguitur iudicatum. Opinione 77. nu. 23. 67

1 Appellationi quando cenſeatur renunciatum, remiſsiuè. Opin. 54. nu. 4. 48

2 Appellationem ſolus Princeps poteſt prohibere, & committere in reſcripto, vt procedatur in cauſis appellatione remota. Opinione 816. numero 4. 307

2 Appellatione prohibita, non cenſetur prohibitus recurſus ad ſuperiorem per viam ſupplicationis & querelæ: quia ſi non poteſt appellari, poteſt querelari. Opin. 816. num. 5. 308

1 APPELLARE licet à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quia non eſt mera interlocutoria ſed mixta. Opin. 51. nu. 2. 47

1 Appellare non licet in multis caſibus poſitis remiſsiuè. Opin. 57. nu. 13. 52

2 Appellare ab interlocutoria ſicut quis non poteſt ſine cauſa grauaminis: ita nec de nouo poſſet ſuam appellationem iuſtificare. Opin. 714. nu. 17. 213

2 Appellare licèt non poſsit officialis in ſyndicatu condemnatus; tamen poteſt ſupplicare in terris eccleſię: ſed in Regno obſeruatur contrarium; cùm in eo nullatenus retardetur executio ſententiæ promulgatæ in ſyndicatu contra officialem per appellationem & querelam. Opin. 816. num. 6. 308

1 Appellandi remedium, & cautela, vbi interponuntur plures appellationes, ut fiat proteſtatio, quòd una tantùm intelligatur ſecunda & tertia & deinceps appellatio cum prima. Opin. 80. nu. 7. 71

1 Appellatur ab interlocutoria de iure canonico. Opinio. 52. num. 8. 47

1 Appellatur de iure canonico à ſententia arbitri. Opin. 53. num. 2. 47

1 Appellari poteſt à qualibet ſententia, etiam Principis, ubicunque illa contineat manifeſtam iniquitatem. Opin. 51. num. 5. 46

1 Appellari non poteſt à ſententia interlocutoria de iure ciuili. Opin. 52. num. 1. 46

Appellari ad Papam poteſt ab interlocutoria. ibi numero 9. 47

Appellari ab interlocutorijs Vicarij ad Epiſcopum poteſt. ibi nu. 10. ea.

Appellari licet ab interlocutorijs Vicarij foranei ad Epiſcopum uel Archiepiſcopum. ibi nu. 11. ea.

Appellari nequit à ſententia interlocutoria de iure ciuili, quoties grauamen illatum per appellationem à ſententia diffinitiua reuocari poſſet. ibi nu. 12. ea.

1 Appellari non poteſt à ſententia arbitri, nec reclamari, nec reduci ad boni uiri arbitrium, de iure ciuili, etiam in caſibus, in quibus oritur actio ex compromiſſo. Opin. 53. num. 1. 47

Appellari poteſt à ſententia arbitrorum iuris, electorumque ex forma legis, præcepto iudicis, uel ſtatuti inter coniunctos. ibi num. 3. ea.

1 Appellari non poteſt ab executore; quod limitatur remiſsiuè pluribus modis. Opin. 54. nu. 1. 48

Appellari licèt non poſſit ab executione, tamen à pronuntia, ſeu ſententia iudicis de exequendo eſt permiſſa appellatio, ſecundùm unam communem opinionem, ſed ſecundùm alteram contrariam appellatio recipitur. ibi num. 2. ea.

Appellari non poteſt à futuro grauamine. quod declaratur utiliter. ibi nu. 3. ea.

Appellari an poſsit à ſuperſeſsione in cauſa, remiſsiuè diſcurritur. ibi num. 5. ea.

Appellari an poſsit à formatione inquiſitionis & proceſſus, ponitur remiſsiuè. ibi nu. 6. ea.

1 Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper dote, quò ad effectum retardandi executionem ſententiæ. Opinio. 57. num. 2. 50

Appellari non poteſt à ſententia lata in cauſa ſtudij, quò ad effectum retardandi executionem ſententię. ibi numero 11. 52

1 Appellari poteſt ſæpius à ſententia de iure canonico, ſecùs uerò de iure ciuili. Opin. 80. nu. 3. 70

Appellari poteſt ad iudicem ad quem infra decem dies conceſſos ad appellandum non aliter interpoſita appellatione coram iudice à quo, & illa ſola ſufficit. ibi numero 5. ea.

1 Appellari poteſt regulariter ante ſententiam diffinitiuam ab interlocutorijs, & quolibet grauamine de iure canonico: & qualibet appellationis cauſa per annum, uel biennium durare poteſt. Opin. 376. nu. 10. 347

Appellari non poteſt regulariter ante diffinitiuam ſententiam de iure ciuili ab interlocutorijs. ibi numero 11. ea.

1 Appellari poteſt à iudice negligente, ſeù recuſante deferre iuramentum in ſupplementum probationis, & quando defert non habenti iuſtam cauſam. Opinione 409. num. 1. 377

2 Appellari poteſt à mandato ex abrupto, & cauſa non cognita

cognita facto, etiam tranſactis decem diebus: ſecùs uerò ſi eſſet conceſſum cauſa cognita: tunc enim illud mãdatum tranſiret in rem iudicatam. Opin. 678. numero 11. 186

Appellari non poteſt á ſententia diſgombrationis, & ex fractationis; cùm ea executionem paratã habeat. ibi numero 25. ea.

Appellari non poteſt à precepto ſeù ſententia de ſoluendo penſionem, & affictum locatori: & praeceptum ſimiliter factum de ſoluendo penſionem ipſam reuocari minimè poteſt. ibi nu. 26. ea.

2 Appellari ita poteſt noctu à ſententia, quemadmodum etiam permiſſum eſt die feriata appellationem ipſam interponi. Opin. 703. nu. 6. 204

2 Appellari poteſt à ſententia lata de conſilio electi de partium voluntate. Opin. 715. nu. 1. 213

2 Appellari poteſt vbicunque non dantur defenſiones, & copia inquiſitionis reo. Opin. 717. nu. 13. 216.

2 APPELLANS homicida, maleficus, veneficus, adulter, & illator manifeſtiſſimę violentię, confeſſus, et cõuictus aliquis ex iſtis non auditur. Opin. 50. nu. 3. 45

Vide in verbo Confeſſus, in verbo Homicida, Adulter & Veneficus.

1 Appellans non admiſſus per iudicem à quo ad appellandum, poteſt tunc iterum appellare ad iudicẽ ad quem. Opin. 80. nu. 4. 70

1 APPELLANTES ad curiam Romanam ſolent ferre ſecum ſententiam & appellationem, vt per exhibitionem ipſius & appellationis, eidem conſtet eſſe appellationem ad ſe deuolutam; aliàs non ſolent concedi in dicta curia literę inhibitoriales. Opinione 77. numero 25. char. 67

Appellantes obtinent in regijs tribunalibus Regni Neap. literas inhibitoriales abſque productione ſententię & appellationis. ibi nu. 26. ea.

1 APPELLATVS vel alius in cauſa principali, uel appellationis, facientes compromiſſum, non cenſentur renuntiare ſententiæ pro ſe latæ, & poſſunt ad eam redire, niſi expreſsè renuntiauerint ſententiæ. Opin. 376. nu. 22. 348

1 APPELLABILIS non eſt cauſa alimentorum futurorum quò ad effectum ſuſpenſiuum, ſed cauſa alimentorum præteritorum appellabilis foret. Opin. 57. nu. 2. & 3. 51

1 AQVA de flumine publico non nauigabili licitè duci, & diuerti poteſt, dummodo poſtea reſtituatur, & remittatur in flumen nauigabile. Opin. 59. nu. 1. 52

Aqua duci poteſt ex flumine nauigabili, dummodò poſtea reuertatur in alueum ſuum. ibi nu. 2. ea.

Aqua naturaliter ad inferiorem fundum deſcendit. ibi numero 4. ea.

Aqua ſi ſemper deſcenderit ad loca inferiora abſq; aliquo facto, & vſu hominis, nõ propterea aliquod ius ſeruitutis inferior fundus aduerſus ſuperiorem acquiſiuit. ibi nu. 5. ea.

2 Aqua exiſtens intra domum feudatariam, & domum domini: ſi aqua ipſa vtriq; non ſufficiat, concedenda eſt habenti plenius ius. Opin. 510. nu. 14. 53

2 AQVAE ius eſt de demanio, & alienari nõ poteſt, nec præſcribi tãquã res particularis feudi, Opi. 510. n. 28. 54

1 AQVAM licitè quis ducere poteſt ex riuulis ad eius prædia. Opin. 59. nu. 3. 52

2 AQVAEDVCTVM incipiens ædificare, ſeù molendinum, licèt illud non perfecerit, ac compleuerit, cenſetur ius ſibi acquiſiuiſſe, vt poſſit prohibere alium cõſtruere volentem, aliud molendinum ſine opus. Opin. 511. numero 1. 55

1 AQVILAE Ciuitas primaria demonſtratur in Regno Neapolitano, & narratur eius origo, excellentia, & nobilitas. Opin. 203. nu. 25. 177

Circa alia vide per diſcurſum illius numeri vſque ad finẽ, & de Aquilanorum conſtantia, fide, ſynceritate, & alijs erga ſuum Regem memoratu dignis, & in tota illa narratione, & compendio Belli Bracciani, quod auctor ad refellendas Campani calumnias, contra Aquilanos ipſos acriter, nequiter, ſine cauſa aut ratione aliqua iuridica ſuadẽte, canino ore obiectas; et ipſius Ciuitatis, & hominum conſtantiam demonſtrandum ex induſtria inſeri voluit atq; permiſit: Et ut ſi quando lectores ipſi uarietate, multitudineq; opinionum in iure ſcribentium in opere relatarum, tædio affecti; huius amœna hiſtoria, & lectionis dulcedine ſuauiter recreentur.

3 Aquilæ Ciuitas habet hodie 1581. quinquagintaſex Doctores, omnes inſignis literaturæ, celebris nominis, et uarijs animi dotibus mirificè ornatos. Opi. 867. poſt nu. 1. in princ. 411

1 ARCHIDIACONVS, qui eſt archidiaconus & canonicus in eadem eccleſia, duplicem vocem habet in electionibus. Opin. 70. nu. 1. 59

Archidiaconus, qui reperitur archidiaconus & canonicus in eadem eccleſia, debet recipere ob reſidentiam duplices diſtributiones. ibi nu. 2. ea.

1 AREA non habens ventum niſi ab vna parte, non poteſt occupari cum ædificio vicini. Opin. 69. numero 1. 58

Area non habens ventum ad triturandum meſſes, niſi ab vno latere, non poteſt occupari cum ædificio vicini, quamuis nulla debita reperiatur ſeruitus. ibi numero 2. ea.

1 ARBITER vt non poteſt arbitrari vt iterum & de nouo cauſa compromittatur in eius perſonam: ita etiam durante ipſo compromiſſo, ſeu infra terminum compromiſſi arbitrari non poſſet, vt is terminus à partibus prorogaretur. Opin. 64. nu. 1. 56

Arbiter arbitrari non poteſt, vt una ex partibus recuſans iterum & de nouo compromittere, ſeu terminum prorogare, talem poenam patiatur: quia quæ per arbitrum ipſum per modum diſpoſitionis fieri nõ potuerũt, nec etiam per pænę impoſitionem. ibi nu. 2. ea.

1 Arbiter de partium conſenſu & communi voluntate poteſt laudare, & procedere, ſimpliciter, ſummariè, de plano, & iuris ordine prætermiſſo. Opin. 65. num. 1. 56

1 Arbiter in dubio quis electus videtur, & non arbitrator. Opin. 66. num. 1. 57

Arbiter & arbitrator laudando, uidetur in dubio laudare ut arbitrator. ibi num 2. ea.

Arbiter dicitur quando exprimitur in compromiſſo, & tunc ex propria ſignificatione verborum, eſt potius arbiter, quã arbitrator. ibi nu. 3. ea.

Arbiter electus vt arbiter, & arbitrator, ſi eligeret viam ordinariam procedendo vt iudex, erit arbiter; ſi verò procederet amicabiliter inter partes omiſſa iuris ſolennitate, erit arbitrator. ibi nu.4. ea.

Arbiter dicitur qui eligitur vt iudex, videlicet vt procedat iuris ordine ſeruato. ibi nu.5. ea.

1 *Arbiter poteſt eſſe teſtis quando ei conceſſa eſſet poteſtas per partes litigantes procedendi cum ſcriptis & ſine ſcriptis. Opin.67.nu.1.* 57

1 *ARBITRI ſi arbitrantur ita aſſerendo, & laudando condemno te in centum, ſi non prorogaueris, vel iterum non compromiſeris, nihil agunt, nec afficit aliquo modo huiuſmodi condemnatio. Opin.64.nu.3.* 56

1 *Arbitri ſtatutarij habent iuriſdictionem delegatam, & conſequenter ſunt iudices delegati. Opin. 68. numero 1. char.* 58

Arbitri neceſſarij dicuntur arbitri iuris. ibi nu.2. ea.

Arbitri dicuntur qui authoritate legis, vel canonis eliguntur, & duntaxat eliguntur in caſibus expreſſis: & an eligi etiam poſſint in alijs ſimilibus caſibus remiſſiuè. ibi numero 3. ea.

1 *ARBITRATOR non deſinit eſſe arbitrator ob ſuperuenientem excommunicationem, & conſequenter arbitrari poſſet non obſtante excommunicatione ipſa. Opin.62.nu.1.* 55

1 CONFESSIONIS ſacramentalis ſecretum non eſt detegendum, etiam quò ad crimen committendum, ſaltem nominato authore. Opin. 144. num. 6. 129

Vide in verbo Sacerdos.

1 CONFESSIONI mariti de recepto ſtatur in præiudicium

iudicium creditorum, concurrentibus coniecturis. Opin. 148. num. 7. 133

1 *CONFESSIONEM poteſt reuelare laicus, & conſequẽter ea, quæ in ſecreto, & confeſſione dicũtur, etiam ei præſtito iuramento: nam ſi in teſtem producatur, debet hoc propalare non obſtante iuramento ipſo. Opin. 144. num. 8.* 130

Vide in verbo Laicus.

1 *CONFESSOR poteſt laudare confitentem ac abſolutè aſſerere confitentem ipſum virginem eſſe, vel nunquã peccaſſe mortaliter; & alias ſuas virtutes proferre, & reuelare ſibi licitum eſt: ſed hoc non licet quando per hoc, quòd vnus laudatur, & peccatum alterius reuelatur: quia quod de vno dicitur, de altero negatur. Opin. 143. num. 2.* 128

1 *CONFESSVS & conuictus etiam in minoribus criminibus, non admittitur ad appellandum. Opin. 50. num. 4.* 45

Cõfeſſus poteſt opponere de nullitate proceſſus. Opin. 51. num. 2. 46

2 *Confeſſus fictè dicitur qui contumax eſt in reſpondendo poſitionibus. Opin. 678. num. 19.* 186

1 *CONFITENS ſe occidiſſe aliquem, ſi non conſtat de corpore occiſi, non poteſt ad pœnam vltimi ſupplicij condemnari, & condemnatus poteſt appellare. Opin. 51. num. 8.* 46

1 *Confitens ſub ſpe impunitatis non eſt puniendus, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret. Opin. 415. numero 4.* 380

1 *NON confiteri melius eſt quàm hæretico confiteri: ſicut ſanctius eſt mori ſine communione, quàm de manu hæretici communicari. Opin. 98. num. 17.* 86

2 *CONFIDENDVM non eſt in Principibus, neque in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. Opin. 668. num. 3.* 178

3 *CONFINES vbicunque mutati extent, quomodo articulãdum ſit, traditur forma remiſſiuè. Opin. 870. numero 9.* 2

Confinium variatione apparente, duo concurrere debent, vt actor obtinere poſſit; vnum, quod debet articulari & probari de mutatione finium; & alterũ, vt debeat articulari & probari identitas rei, quæ intelligitur probata, probatis duobus confinibus, ibi numero 8. & 11. ea.

1 *CONFISCATIO bonorum fit ipſo iure, etiam in 250. caſibus poſitis remiſſiuè in Opi. 149. nu. 5.* 135 *& opin. 487. lib. 2. num. 2.* 37

1 *CONIECTVRAE, indicia, præſumptiones, in caſu difficilis probationis, etiam ad plenam probationem inducendam, admittuntur. Opin. 439. num. 26.* 402

Coniecturę dicuntur manifeſtæ probationes in occultis. ibi num. 27. ea.

2 *Coniecturæ voluntatis ſufficiunt ad excludendum monaſterium in ſubſtitutione facta illud ingreſſo cum conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. Opi. 841. nu. 10.* 345

2 *Coniectura fideicommiſſi conditionalis, quæ ſufficiant ad fideicommiſſum ipſum inducendum, explicantur ſigillatim in tota Opin. 844. & num. 17.* 353

2 *CONIVNCTIO, cognatio & proximitas eſt inter filios naturales, & coniunctos ex linea materna. Opin. 807. num. 6.* 285

1 *CONIVNCTVS pro cõiuncto, licèt audiatur abſque mandato in cauſis profanis: tamen in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus ſine mandato non admittitur ipſe coniunctus pro coniuncto. Opin. 48. numero 6.* 44

1 *Coniunctus, qui pro coniuncto, à lege admittitur ad agendum, intelligitur, quòd ſi ſit filius naturalis, admittatur. Opin. 315. num. 11.* 295

3 *Coniunctus non repellitur pro coniuncto à teſtimonio, ſi eſt coniunctus vtriuſque partis. Opin. 960. numero 11.* 86

2 *Coniunctorum, proximorum, & propinquorum appellatione, veniunt tam fœminæ quàm maſculi. Opin. 808. num. 10.* 287.

1 *CONSENSVS ſecundus mulieris, qui requiritur ad excludendum eam à re dotali, præſumitur interueniſſe elapſis triginta annis. Opin. 41. num. 2.* 38.

1 *Conſenſus importatur ſolummodò per verbum conſentio. Opin. 113. num. 17.* 105

Conſenſus adhiberi debet nedum ſpecialiter, ſed nominatim: quia plus eſt conſentire in indiuiduò, quàm ſpecialiter. ibi num. 18. ea.

Conſenſus dicitur expreſſè præſtitus, quando exprimitur verbis, putà ſi quis dicat, ita conſentio. ibi numero 19. ea.

1 *Conſenſus patris, qui requiritur in donatione mortis cauſa facienda per filiũfamil. debet interuenire tẽpore, quo fit donatio; aliàs, ſi facta donatione, pater ipſam ratificaret, non teneret. Opin. 302. nu. 26.* 278

Conſenſus de ſui natura poteſt interuenire ex poſt facto, & poſt rem inchoatam & in eſſe deductam, & etiam tacitè. ibi num. 27. ea.

1 *Conſenſus patris, qui requiritur in legitimando perſonã filij agentis in iudicio, debet eſſe expreſſus & ſpecialis, nec generalis ſufficeret in quibuſcunque cauſis. Opin. 303. num. 2.* 280

Conſenſus patris præſtitus in cauſa principali filio de agẽdo in iudicio, durat etiam in cauſa executionis, nec requiritur nouus conſenſus. ibi num. 3. ea.

Conſenſus patris non ſolùm in cauſis plenarijs, ſed etiam in ſummarijs, & executiuis interuenire debet circa legitimandam perſonã filij in iudicio. ibi nu. 4. 281

2 *Conſenſus expreſſus, non autem tacitus requiritur ad inducendum matrimonium. Opin. 488. nu. 2.* 38

2 *Conſenſus ſuperueniens ex poſt facto ſufficit. Opin. 578. num. 6.* 125

2 *Cõſenſus patroni, qui habet interuenire in permutatione beneficij patronati facienda, poteſt interuenire poſt permutationem, infra tamen tempus datum ad præſentandum: & ſufficit conſenſum iſtum tacitè vel expreſſè præſtari. Opin. 614. num. 5.* 145

2 *Conſenſus propinquorum requiſitus ex forma ſtatuti, accommodatus ad proprium commodum, non validat actum. Opin. 796. num. 5.* 277

Conſenſus vnius conſanguineorum non ſufficit, quando requiritur conſenſus plurium. ibi num. 9. 278

Conſenſus tacitus, vel fictus propinquorum inductus ex ſola præſentia, ac taciturnitate non ſufficit, quando ſtatutum requirit conſenſum, & maximè quando requiritur

quirit præſentiam & conſenſum. ibi num. 14. ea.
3 *Conſenſus vſufructuarij non firmat ſeruitutem à proprietario non ritè impoſitam. Opin. 1044. nu. 2.* 153
CONSILIARIUS *allegatus ſuſpectus. vide in verbo Suſpectum. & Suſpitio.*
2 *Conſiliarij ſacri Regij Concilij Neapolitani, officiales Regiæ Cameræ ſummariæ; & Iudices magnæ Curiæ Vicariæ obtinent in practica primum locum inter cæteros officiales totius orbis; & conſueuere plus obedire Deo & eius iuſtitiæ, quàm hominibus & Principibus. Opin. 638. num. 9.* 161
3 CONSOBRINUS *pro conſobrino admittitur in teſtem. Opin. 960. num. 13.* 87
2 CONSTITUTIO *Sancimus, eſt correctoria iuris communis, & per conſequens odioſa, & strictè intelligenda. Opin. 830. num. 11.* 322
1 CONSTITUTUM *eſt contractus nominatus. Opin. 151. num. 1.* 136
Conſtitutum, ſtante quòd eſt contractus nominatus, parit actionem. ibi num. 2. ea.
Conſtitutum, in materia præcedenti, non eſt conſtitutum, prout ſumitur per Doctores pro actu transferendi poſſeſſionem, ſed eſt quædam conuentio, ſeu obligatio, ex conſtituta pecunia: & videtur hoc contingere, quando quis promittit pacto nudo id, quod ipſe alicui prius debebat, vel ex alio pacto nudo, vel ex contractu veſtito. Vel promittit id, quod alius debebat prius illi perſonæ cui iſte promittit; & tunc ex iſto ſecundo pacto nudo inducitur actio de conſtituta pecunia. ibi numero 3. ea.
1 *Conſtitutum licèt ſit ficta traditio, tamen ex eo transfertur vera & propria poſſeſſio, ac ſi vera traditio interueniret. Opin. 214. num. 6.* 222
2 *Conſtitutum transfert naturalem & ciuilem poſſeſſionē, non autem actualem. Opin. 623. num. 2.* 151
Conſtitutū allegans, ſeu fundans ſe in eo, tenetur probare, conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe. ibi num. 3. ea.
1 CONSUETUDO *poteſt inducere facultatem clericis teſtādi de fructibus beneficiorum, ſecundùm vnā communem opin. ſed ſecundùm alteram ſimiliter cōmunem, talis conſuetudo non valet. Opin. 101 numero 11.* 92
1 *Conſuetudo diſponens, quòd reus poſſit poni ad torturam ex indicijs non ſufficientibus, non valet nec tenet. Opin. 140. num. 2.* 127
1 *Conſuetudo, ſeu ſtatutum diſponens, quòd vſuræ pro dote, & cauſa dotis, donec reſtituatur ipſa dos, ſolui debeant ad rationem quinque pro centenario, non valet inſpecto iure, ſed de obſeruantia ſecus. Opin. 152. num. 1.* 136
Vide in verbo Statutum.
Cōſuetudo non ſoluendi decimas, excuſat à debito earum, ſecundùm Theologos, ſecùs videtur Canoniſtis. Opin. 153. num. 2. 137
Conſuetudo non ſoluendi decimas non valet ſaltem in decimis prædialibus. ibi num. 7. 138
1 *Conſuetudo vt inducatur, requiruntur neceſſariò duo actus, vbi actus eſſent notabiles, & qui ſæpius non occurrerēt; ſecus ſi ſæpius occurrerēt: quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis; cùm hoc non ſit lege cautum. Opin. 154. num. 1.* 139
Cōſuetudo inducitur ex vnico actu ſucceſſiuo; verbi gratia, quando pons in publico fieret. ibi num. 2. ea.
1 *Conſuetudo non tenet, quæ remittit ſolemnitates à iure canonico requiſitas in alienatione rei eccleſiaſticæ. Opin. 155. num. 1.* 139
Conſuetudo augēs ſolemnitates in alienatione rerum eccleſiaſticarum valet & tenet. ibi num. 2. ea.
1 *Conſuetudo localis non ligat forenſes, ſed ſubditos tantū. Opin. 156. num. 2.* 140
Conſuetudo diſponens quòd marito præmoriente, pars lucri per maritum acquiſiti durante matrimonio applicetur vxori, non ligat forenſes. eod. num. ea.
1 *Conſuetudo rationabilis, & æqua poteſt induci ſpatio decem annorum, ſiue ſit contra ius, ſiue præter ius: quod limitatur quinque modis. Opin. 157. num. 1.* 140
Conſuetudo rationabilis quæ dicatur. ibi num. 2. ea.
Conſuetudo rationabilis eſt, quòd canonici antiquiores debeant gradatim optare præbendas vacantes: ibi poſt. num. 2. ead. & quando ſoluitur aliquid pro lampada ardente ante ſacram eucharistiam. ea.
Conſuetudo rationabilis quæ dicatur, relinquitur iudicis arbitrio. ibi num. 3. ea.
Conſuetudo interpretatiua probatur decem annis. ibi num. 4. ea.
Conſuetudo optandi præbendas inducitur decennio. ibi num. 5. ea.
Conſuetudo in caſu prædicto quomodo probetur. eod. num. 5. ea.
1 *Conſuetudo ab vna familia induci nequit. Opin. 160. num. 1.* 141
Conſuetudo per priuatam perſonam non poteſt induci. ibi num. 2. ea.
1 *Conſuetudo ex noua cauſa poteſt induci contra legem derogantem, etiam expreſsè futuris conſuetudinibus. Opin. 161. num. 1.* 141
1 *Conſuetudo debet eſſe obtenta in contradictorio iudicio, vel ſaltem, quòd quis aliquando contradixerit; & nō obſtante huiuſmodi contradictione ſic fuerit obſeruatum, ſecundùm vnam opinionem communem: ſed ſecundùm alteram non requiritur ipſam eſſe obtentam in contradictorio iudicio. quæ opinio procedit in extraiudicialibus, non autem in iudicialibus actibus. Opin. 162. num. 1.* 142
1 *Conſuetudo poteſt inducere, vt clerici aſſiſtentes alicui ex officijs diuinis, vel horis canonicis, ita recipiat totam quotidianam diſtributionem quemadmodùm ſi omnibus, & ſingulis horis interfuiſſet. Opin. 195. num. 2.* 163
1 *Conſuetudo à trecentis annis citra admiſit Gloſſemata Doctorum, & excuſat eos à pœna poſita in l. 2. §. pen. C. de vet. iur. enucl. Opin. 197. num. 21.* 167
1 *Conſuetudo extans in ciuitate Neapolis, quòd fabri malleantes poſſint retinere officinas ſuas iuxtà eccleſias, & domos Doctorum, & ſcholarium, valet, & obſeruatur tam ibi, quàm in toto Regno Neap. Opin. 198. num. 3.* 172
1 *Cōſuetudo poteſt inducere aliquid, vt dicitur de iure primogenituræ. Opin. 203. num. 14.* 176

Conſue-

1 Conſuetudo excuſat delinquentem à pœna delicti. Opin. 231. num. 2. 232

Conſuetudo excuſat à pœna temporali: ſed iſta conſuetudo (ſecundùm, quòd Author in materia duelli loquitur) penitus annullata reperitur per Concilium Tridentinum; diſponens, occiſores, & interfectores, in pugna, ſeu ludo, gratia virtutis facto, puniri debere pœna vltimi ſupplicij, non obſtante aliqua conſuetudine. ibi num. 3. ea.

Conſuetudo mala non excuſat peccatum, ſed potius illud aggrauat. ibi num. 4. ea.

1 Conſuetudo diſponens mulieres abſque dote nubere, ſed potius omnia bona ſua in dotem dare ſolitas, valet & tenet. Opin. 278. num. 15. 265

1 Conſuetudo generalis prohibens dotem vxoris reſtitui patri; non procedit, quando decederet primò maritus, & poſtea vxor, & ſtantibus liberis: tunc enim non veniret extendenda: & ſic pater dotans poteſt repetere dotem ipſam. Opin. 302. num. 17. 277

1 Conſuetudo, ſeu ſtatutum poteſt concedere filio familiâs ius teſtandi, & omnia faciendi, quæ ſunt de iure poſitiuo. Opin. 302. num. 35. 279

Conſuetudo ſiue ſtatutũ diſponẽs, quòd filiusfamiliâs poſſit teſtari, licèt ſit contra ius commune: tamen interpretari debet ſecundùm ius commune: dummodò in tali teſtamento adſint ſeptem teſtes rogati, requiſiti de iure communi, vel quinque requiſiti ex forma ſtatuti: quia ſtatutum hoc recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, vel ab alio ſtatuto. ibi nu. 36. ea.

1 Conſuetudo vltima inſpiciẽda eſt. Opin. 308. nu. 5. 287

2 Conſuetudo excuſare poteſt victores in ludo prohibito ad reſtituendum bona in illo ludo quæſita, & ad ſoluendam pœnam in lege ſtatutam occaſione ludi. Opin. 468. num. 12. 19

2 Conſuetudo & communis obſeruãtia rebus attribuit certam interpretationem & intellectum. Opin. 516. num. 14. 60

Conſuetudo exercet potentiam ſuam in conſtituendo valore pecuniarum. ibi num. 16. ea.

Conſuetudo poteſt inducere, vt quamuis obligatio ſit contracta per verbum auri, intelligatur tamen de moneta argentea, quæ aſcendit ad valorem pronunciati auri, inſpecto valore, qui erat tempore contractus. ibi num. 17. ea.

2 Conſuetudo loquendi in omnibus præualet. Opin. 516. num. 53. 64

Conſuetudo ſequens, & ſolutio poſtea facta, ita demum poteſt operari, ſi verba ſtipulationis ambigua ſint. ibi num. 64. 69

Conſuetudo vigens in Regno nuncupata, Ciambellaria, in qua proferebantur varia impudica & inhoneſta verba contra mulieres tranſeuntes ad ſecundas vel deinceps nuptias, cum maxima ignominia, & cũ tympanis & cornibus prohibetur tempore maritagij quarumuis perſonarum, pœna vnciarum auri 100. contrafacientibus imminente, vide in verbo Hæreticus.

2 Conſuetudo debet intelligi, rebus ſic ſtantibus. Nam ſi eſt conſuetudo ab inteſtato, non habet locum in teſtamẽto: & ſi eſt conſuetudo ex teſtamento, non habet locũ ab inteſtato. Opin. 562. num. 3. 113

Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, maximè quando eſt contra ius. ibi num. 4. ea.

2 Conſuetudo tanti temporis, cuius memoria non extat, habet vim priuilegij, etiam in his quæ Principi ſunt reſeruata. Opin. 692. num. 9. 196

Conſuetudo antiquiſſima habet effectum publici inſtrumenti. ibi num. 10. 197

2 Conſuetudo diſponens, quòd ſportulæ ſoluantur, valet & tenet, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd talis conſuetudo nullatenus valeat. Opin. 740. num. 6. 239

2 Conſuetudo ſeu ſtatutum, vt vltra pœnam iuris imponatur pœna pecuniaria, ualet. Opin. 746. nu. 2. 242

2 Conſuetudo, quòd datium ſoluatur pro rebus, quæ ſui vſus gratia uehuntur, non ualet. Opin. 765. nu. 16. 252

Conſuetudo immediatè compulſiua, & prohibitiua aut pœnalis, non extenditur ad forenſes: ſed, mediante aliquo facto uel delicto intra territorium commiſſo, eos ligat: quia delinquendo conſentire uidentur. ibi numero 22. 253

2 Conſuetudo excludens matrem à ſucceſſione, & à legitima, quamuis loquatur in ſucceſſione ab inteſtato; procedit nihilominus in cauſa teſtati: adeò ut ſi a filio mater inſtituta grauata foret poſt mortem teſtatoris fratri hæreditatem reſtituere, reputaretur tunc extranea. Opin. 773. num. 3. 267

Conſuetudo poteſt prohibere teſtamenti factionem mulieri, & inſtitutionem extraneorum: quia fundatur in ratione conſeruandæ agnationis. ibi num. 8. ea.

2 Conſuetudo uel ſtatutum diſponens, teſtamentum fieri poſſe coram quinque aut paucioribus teſtibus, tam circa leuia quàm circa grauia, ualet & tenet. Opi. 803. num. 1. 282

Conſuetudo, uel lex municipalis poteſt addere formam teſtandi ultra ſolennitatem traditam à iure ciuili. ibi num. 2. ea.

Conſuetudo Venetorum diſponens, teſtamẽtum fieri poſſe corã presbytero parochiali, ualida eſt. ibi nu. 3. ea.

2 Conſuetudo extenditur ad caſus comprehenſos ſub caſu in ea expreſſo, ſaltim ex lata uocabuli ſignificatione, & contra ius, & à iure exorbitans. Opin. 813. num 7. 292

2 Conſuetudo, pactum, uel ſtatutum, introductum ad dandum & ad tradendum aliquid publicæ utilitatis cauſa, ueluti pro fabrica conſtituenda, uel faciendis paramentis pro conſequendo ſpiritualia, non eſt obſeruandum. Opin. 820. num. 1. 313

Conſuetudo uel ſtatutum diſponens ſimpliciter ſoluẽdum eſſe aliquid pro lampada ardente ante ſacram Euchariſtiam, eſt rationabilis & ualet & tenet. ibi numero 3. ea.

Conſuetudo ſoluendi aliquid pro lampada ardente ante ſacram Euchariſtiam, non inducitur ex eo, quòd aliqui ex deuotione faciant tales ſumptus: ſed neceſſe eſt, quòd animo inducendi conſuetudine id ſoluatur, & ſciente & conſentiente populo, uel maiori parte. ibi num 4. & 5. ea.

Conſuetudo ſoluendi aliquid pro lampada ardente ante ſacram

ſacram Euchariſtiam, introducta ab hominibus particularibus de vniuerſitate, animo illam inducendi, ſciente & conſentiente populo, vel eius maiori parte, obligat totum populum, & vniuerſitatem. ibi numero 6. ea.

2 *Conſuetudo generalis, quæ viget per vniuerſum mundũ, derogauit omnibus legibus diſponentibus, conatum puniri etiam non ſecuto effectu. Opin.822. nu.3.* 314

2 *Conſuetudo, vel ſtatutum, quòd ceſſio bonorum fiat modo vituperabili non valet; tanquam inductum ſeu inducta contra bonos mores & honeſtatem. Opin.828. num.1.* 318

Conſuetudo, ſtatutum, vel præceptum contra honeſtatem & bonos mores, non valet. ibi num.3. ea.

Conſuetudo contra honeſtatem, à Principe approbari non poteſt. ibi num. 5. ea.

3 *Conſuetudo non probatur per teſtes ſingulares. Opin. 909. num.4.* 36

3 *Conſuetudo, quòd teſti deponenti de credulitate fides adhibeatur, non valet. Opin.965. num.2.* 91

3 *Conſuetudo loci, in quo fuit facta, aliàs executa citatio, attenditur vtrum dies ſit feriata in Regno Neapolitano. Sed quando citaretur vel executio citationis fieret in loco, in quo curia regeretur, vel in eius pertinentijs, debet attendi conſuetudo ipſius curiæ. Opin. 992. num.4.* 115

3 *Conſuetudo ſufficienter probatur per duos teſtes. Opin. 997. num.1.* 118

Conſuetudo fœnerandi quomodo probetur, vide in verbo Vſura.

3 *Conſuetudo, quòd bona mobilia poſt mortem mariti ſtatim reſtituantur per hæredes mariti vxori ſuæ, valet & tenet. Opin.1056. num.6.* 169

3 *CONSVETVDINIS magna autoritas. Opin. 1018. num.13.* 133

2 *CONSVETVDINI loci, eiuſque obſeruantiæ ſtatur, quoties lex qualitatem cautionis aut feriarum tempus non declarat. Opin.516. num. 15.* 60

2 *Conſuetudini immemorabili cenſetur etiam derogatum per clauſulam; non obſtantibus conſtitutionibus & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quorum tenores &c. Opin.792. num. 6.* 275

3 *Conſuetudini præſcriptæ & generali ſtandum eſt, quæ probatione non indiget. Opin.1018. num.12.* 133

1 *CONSVETVDINEM iniquam, & irrationabilẽ lex decernens, non ſolùm præteritam iniquam, ſed etiam futuram damnat. Opin.158. num.1.* 141

1 *Conſuetudinem præteritam lex caſſans, videtur ita caſſare, quòd de nouo vlterius introduci non poſſit. Opin. 159. num.1.* 141

2 *CONSVETVDINE, uel ſtatuto induci poteſt, quòd ualeat captatoria uoluntas, id eſt ut alter pro altero teſtetur. Opin.781. num.1.* 270

2 *CONSVETVM uerbum, uerificatur in pluribus actibus. Opin.729. num.2.* 232

Conſuetum fieri, non dicitur eſſe arbitrarium iudici, ſed neceſſarium. ibi num.3. ea.

2 *CONSVLTORES Baronum, in Regno Neap. tenentur fideiubere de reddendo rationem uotorum per eos proferendorum in cauſis ciuilibus & criminalibus; & increpantur, reprehenduntur que vaſſalli Baronum non petentes talem cautionem, ad eorum iniuriam, damnum, & iacturam euitandam. Opin.711. num.8.* 210

1 *CONTESTATIO litis adeò neceſſaria eſt, vt reus inuitus poſſit per iudicem ad litem ipſam conteſtandam compelli, ſecundùm vnam communem opinionem. Opin. 163. num.2.* 142

Conteſtatio litis conſtituit in mora; vndè à tempore conteſtatæ litis, in contractibus bonæ fidei, vſuræ currere incipiunt. ibi num. 4. 143

CONTESTATIONIS litis quinque effectus ponuntur, remiſſiue. ibi num.3. ea.

CONTESTANS item, cum proteſtatione, animo non conteſtandi litem: tunc ob talem proteſtationem cõteſtatio ipſa litis aliter nõ induceretur. ibi nu.5. ea.

1 *CONTESTARI litem, vel vt litem conteſtetur reus inuitus nõ poteſt compelli à iudice, ſecundùm vnã communem opinionem. Opin.163. num.1.* 142

1 *CONTINENTIA cauſę per iudicem diuidi non debet. Opin. 80. num.8.* 77

1 *CONTRACTVS emphyteoticus eſt merè iuris ciuilis. Opin.4. num.4.* 6

1 *Contractus emphytheoticus eſt contractus nominatus. Opin. 157. num. 5.* 136

Contractus emphyteoticus producit actionem innominatam. ibi num. 6. ea.

Contractus mandati eſt bonæ fidei. vide in verbo Mandati.

2 *Contractus ſimulatus habetur pro infecto. Opin. 832. numero 2.* 326

Contractus ſimulatus nõ habet veram eſſentiam & ſubſtantiam cõtractus, ſed dicitur figuratus ſeù depictus: extrinſecus enim apparet, intrinſecus nihil habet. ibi num.4. ea.

Contractus ſimulatus eſt ipſo iure nullus, nec firmatur iuramento. ibi num. 5. ea.

Contractus vſurarius, vide in verbo Vſurarius.

1 *Contractus mutui, eſt contractus nominatus, qui parit actionem. Opin.157. num.7.* 136

1 *Contractus diuiſionis dicitur innominatus: nam diuiſio ipſa poteſt appellari tranſactio. Opin. 164. num. 5.* 143

1 *Contractus metu initus non eſt nullus ipſo iure, ſed cauſat reſciſſionem per actionem, quod metus cauſa, excepto contractu dotis, qui ſi fiat per metum, eſt nullus ipſo iure, etiam ſi per ſtipulationẽ dos promitteretur. Opin. 165. num.1.* 144

1 *Contractus in eccleſia celebratus ac publicatus valet, & nullus reddi nequit. Opin. 166. num.1.* 144

1 *Contractus poteſt fieri in teſtamento, vltimaque uoluntate: nec recipit naturam vltimæ voluntatis, ſed ſeruat naturam ſuam; & erit contractus inter viuos. Opin. 167. num. 1.* 144

Contractus in teſtamento celebratus, & inſertus, probatur per duos teſtes, ſicut probantur cæteri contractus: nec eget modo aliquo ſeptem teſtium probatione. ibi num.4. 145

1 *Contractus ex quibus cognoſcatur, quòd ſit ſimulatus, remiſſiuè.*

remiſſiuè. Opinione 425. num. 4. 389

Vide in verbo Simulatio.

2 *Contractus celebratus ſub appellatione ſcutorum, intelligi debet illa appellatio ad rationem valoris, qui erat tempore ipſius contractus, non conſiderata deminutione vel augmento temporis ſequentis. Opinio 516. numero 10.* 60

2 *Contractus innominatus, non autem mutuum contrahitur, quando daretur alicui pecunia in crumena, vel ſacculo ſiue marſupio, vt tãtundem redderet; & mutuum ex eo non contrahitur, quia non interceſſit numerationis actus. Opinione 537. numero 1. charta* 91

2 *Contractus pacis, vel ſimilis, ad fauorem alicuius celebratus, nõ poteſt in eius odium redundare. Opin. 574. numero 11.* 123

2 *Contractus prodigi non firmatur iuramento modo aliquo. Opin. 659. nu. 1.* 174

2 *Contractus ſubſtantia regulariter conferri non poteſt in voluntatem alterius contrahentium. Opin. 811. numero 6.* 291

Contractus dotalis conferri poteſt in voluntatem alterius contrahentium, non ſolùm per verba importantia arbitrium boni viri, ſed etiam liberam voluntatem. ibi nu. 7. ea.

2 *Contractus quilibet redactus in publicum inſtrumentum, cùm in eo ſemper apponi ſoleat ſtipulatio, ſemper dicetur nominatus propter ſtipulationem appoſitam. Opin. 834. nu. 3.* 337

Contractus innominatus rarò probatur per inſtrumentum, propter ſtipulationem in eo poni ſolitam. ibi numero 4. ea.

3 *Contractus vbi non valet, nec valet precarium in eo appoſitum. Opinione 1029. numero 8. charta* 142

3 *Contractus celebratus cum muliere, & ruſtico, in quo interuenerit modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, non preſumitur vſurarius. Opin. 1030. numero 3.* 142

3 *Contractus mens potius quàm verba attẽdi debet. Opin. 1031. num. 2.* 143

3 *Contractus quibus emuntur annui cenſus, ad hoc vt vſurarij dici non poſſint, debent continere ſex conditiones hic expreſſas, ſed aliqua earum omiſſa, contractus ipſe diceretur vſurarius, & non foret tolerandus. Opin. 1052. num. 3.* 161

3 CONTRARIETAS *teſtis cum principali eſt irreducibilis ad concordiam. Opinione 921. numero 9.* 44

3 *Contrarietas teſtis vel notarij non aliter partibus nociua, non eſt punibilis in his, quæ ſunt extra negotium principale. Opinione 939. numero 1. charta* 65

2 CONTRAVENTIO *minima, vbi adeſt iuramentum, maximè præiudicat. Opin. 765. numero 4.* 251

2 CONVENTIO *ſiue pactum factum de ſtando iuramento, ſeu dicto alicuius, licèt valeat; tamen pars non debet eſſe præſens tempore declarationis faciendæ: ſiquidem non poſſet reuocare illam promiſſionem de ſtando iuramento aduerſarij. Opin. 573. numero 2.* 122

Vide in verbo Pactum.

2 *Conuentioni, ſeu pacto de ſtando dicto alterius ſuper damnis, expẽſis, & intereſſe, ſtatur, ſi eius dictum eſt æquum; ſed ſi eſt iniquum, reducitur ad arbitrium boni viri: quia ſic intelligitur conuentum. Opin. 573. num. 1.* 121

1 CONVICTVS, & *confeſſus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus non auditur appellans, nec à iudice, qui ſententiam pronuntiauit, nec ab eo, ad quem pronunciatum eſt. quod limitatur octo caſibus remiſſiuè. Opin. 50. nu. 1.* 45

Vide in verbo Confeſſus.

1 *Conuictus legitimis probationibus, ſi à iudice interrogetur etiam in tormentis, tenetur ſub mortalis culpæ reatu reſpondere, an crimen commiſerit. Opin. 168. numero 1.* 145

3 CONTVMACIA *non eſt maleficium. Opin. 884. num. 2.* 8

Contumacia quomodò puniatur in ciuilibus & in criminalibus, remiſſiuè. ibi nu. 10. 9

Contumacia committitur multis modis, remiſſiuè. ibi num. 11. ea.

1 CONTVMAX *ex varijs criminibus tenetur purgare, antequàm audiatur, omnes contumacias per eum incurſas. Opinione 80. numero 10. charta* 71

2 *Contumax dicitur etiam ille, qui contumax eſt in iurando. Opin. 678. nu. 20.* 186

Contumax in reſpondendo poſitionibus, & in iurando, non dicitur ipſo iure confeſſus; hoc eſt, quod habeatur pro confeſſo ipſo iure. ibi nu. 22. ea.

3 *Contumax ex ſola contumacia in non comparendo, excommunicari poteſt, etiam ex cauſa ciuili, quia maximum crimen eſt inobedientia. Opinione 884. numero 5.* 9

Contumax dicitur infidelis. ibi nu. 6. ea.

Contumax non eſt ſemper excommunicandus, ſed ita demum, ſi aliàs contra eum prouideri non poſſit. ibi numero 8. ea.

Contumax perſeuerans in contumacia poſt annum, an poſſit beneficio priuari, & ex qua cauſa, & an ipſo iure remiſſiuè. ibi nu. 9. ea.

Contumax non debet ſtatim, quòd eſt contumax, condemnari ad pœnam contumaciæ, ſed debet ad condemnationem iterùm citari. ibi nu. 12. ea.

1 COPIA *inſtrumenti collationata neceſſariò requirit ſignum notarij, aliàs non probat. Opinione 382. numero 2.* 353

Copia inſtrumenti in actis regiſtrata præſumitur de actis. ibi nu. 3. ea.

2 *Copia indiciorum cum competenti termino ad ſe defendendum hæretico etiam traditur. Opinione 717. numero 3.* 216

Copia indiciorum cum competenti termino ad illa purganda, tradenda eſt reo inquiſito. ibi numero 12. ea.

Copia inquiſitionis, & defenſiones conceduntur reo, completa prius ipſa inquiſitione, & ſubſecuta ſua reſpon-

reſponſione ſuper inquiſitione ipſa. ibi numero 14. ea.

Copia indiciorum reo danda eſt, etiam quòd immineat timor ſubornationis: & ipſa copia traditur magnis, & paruis, & omni generi perſonarum. ibi numero 15. ea.

2 COPVLA præſumitur interueniſſe, vbicunq; viſa uerit in lecto iacere mulier cum eius uiro. Opin. 491. num. 3. 40

Copulæ præſumptionem inducit pernoctatio &c. vide in uerbo, Præſumptionem.

1 CORONATIO Imperatoris eſt de iure poſitiuo. Opin. 369. nu. 13. 341

3 CORRVPTELAM teſtium tantummodò probare non ſufficit, vt ſententia lata per falſos teſtes retractetur, ſed ipſorum falſitas probari debet. Opin. 938. num. 1. 64

1 CREDITOR conductioni ac locationi nondum finitæ ſtare non tenetur, vbicunque res locata executa eſſet ad ipſius inſtantiam pro debito domini locatoris, & ſeruatis ſeruandis foret pro ipſo credito per iudicem data, & adiudicata eidem creditori in ſolutum & pro ſoluto. Opin. 128. nu. 5. 118

1 Creditor cogere poteſt eius debitorem ad faciendum ſibi inſtrumentum debiti, quando tenetur ſoluere ad tempus. Opin. 169. nu. 1. 145

1 Creditor conditionalis non dicitur propriè creditor, ſed impropriè; quia mox ab initio non poteſt exigere. Opin. 170. nu. 1. 146

1 Creditor appellans, ne corpus ſui debitoris humetur, & ſepelliatur, niſi prius ſoluto ſuo credito, audiendus non eſt, & conſequenter eius appellatio non admittitur. Opin. 171. nu. 2. 146

1 Creditor non ſolùm poteſt capere ſuum debitorem in actu fugæ propria authoritate, ſed etiam illum, qui eſſet in fuga mentali; & ſic illum, contra quem adeſſent manifeſtiſſima ſigna, vt fugere vellet. Opi. 177. numero 4. 152

1 Creditor mutuans alicui cum pacto expreſſo, vt ſolutio fiat ad omnem requiſitionem ipſius mutuantis: tunc non poſſet requiſitionem facere ſtatim, & incontinenti dictæ rei mutuatæ. Opinione 178. numero 2. 153

1 Creditor poteſt furari rem ſui debitoris tuta conſcientia, & ſine pœna furti, propria authoritate. Opin. 346. num. 7. 320

Creditor furans debitoribus occultè, non tenetur ſubtracta reſtituere, vel propalare, etiam ſi fiant monitoriæ, neque ſcientes reuelare debent. ibi numero 8. ea.

1 Creditor, ſeù legatarius ſi dicat opponat que plura bona, quæ oſtenduntur per hæredem eſſe in bonis teſtatoris, debet iſtud probare. Opin. 351. nu. 13. 325

2 Creditor, quoties eſt certa pecunia in obligatione, non tenetur aliam recipere, niſi in eadem bonitate, & æſtimatione. Opin. 516. nu. 31. 64

2 Creditor elapſo biennio à tempore moræ debitoris, niſi aliud conuentum ſit inter partes, poteſt vendere pignus conuentionale. Opin. 616. nu. 1. 145

2 Creditor, & ceſſionarius ſimul poſſunt præſentare inſtrumentum in Regno ſecundùm formam ritus, ſtante retroceſſione facta crediti per ceſſionarium creditori; cùm tunc videatur redintegratum creditum in perſonam creditoris. Opin. 826. nu. 11. 317

Cætera in materia vide in verbo Ceſſionarius.

Creditoris confeſſio ſibi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore ſufficit ad agendum contra principalem. vide in verbo Confeſſio, & in verbo Fideiuſſor.

1 Creditori non licet retinere penès ſe cadauer ſui debitoris diuitis, vel inopis inſepultum, vt pignus quoddam, donec pecunia ſibi debita, vigore inſtrumenti liquidi, ſoluatur integrè. Opin. 171. nu. 2. 146

2 Creditori inuito aliud pro alio non ſoluitur. Opin. 516. num. 41. 62

1 CREDITORES per publicum proclama citandi ſunt ad confectionem inuentarij nominatim, vt ipſis ſit cautela, & inuentarium teneat. Opinione 351. numero 20. 325

Creditores, legatarij, fideicommiſſarij & alij, citantur ſemel tantùm ſuper confectione inuentarij, & ſufficit, nec interueniunt tres citationes. ibi numero 21. ea.

Creditores incerti vocandi ſunt per proclama in locis ſolitis, determinata die, hora, & loco. ibi nu. 22. ea.

Creditores abſentes aliter citari debent in confectione inuentarij. ibi nu. 23. ea.

Creditores licèt ſint abſentes, tamen ſi ſunt ſub iuriſdictione illius loci, in quo conficitur inuentarium, debent citari nominatim ſpecialibus, & non generalibus citationibus. ibi nu. 24. ea.

1 CREDITI appellatione non venit id, quod ex delicto debetur, neque legatum; nec iſta comprehenduntur ſub ſtatuto mentionem faciente de credito, ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter ſit magis communis. Opin. 49. numero 3. 44

1 CRIMEN publicum eſt, quoties pœna venit imponenda reo, & applicanda fiſco, ſiue deſcendat ex crimine publico, ſiue non, vbi de communi pro vtraque parte. Opin. 172. nu. 1. 146

1 Crimina probantur per teſtes, non autem per accuſatores. Opin. 29. nu. 2. 21

1 Crimina publica, & priuata quæ dicantur, remiſſiuè. Opin. 172. nu. 2. 147

1 CRVCIS Chriſti laudes, & virtutes explanantur, & exponuntur. Opin. 98. nu. 34. 88

1 CVLPA leuiſſima præſumitur in dubio, vbi incendium in aliqua domo ortum fuit, quæ non eſt puuibilis. Opin. 439. nu. 3. 398

Culpa leuis eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis & profeſſionis. ibi nu. 9. 400

Culpa leuis eſt non præuidere quod à diligenti præuideri potuit; vel eſt facere, quod non faceret, vel omittere, quod non omitteret diligens, vel diligentior: Et finis leuis culpæ eſt, non intelligere, quod debet à ſapientibus intelligi. ibi nu. 10. ea.

Culpa leuiſſima commiſſa in omittendo, adhuc actione legis Aquiliæ quis non tenetur ad emendationem damni. ibi numero 14. ea.

Culpa leuiſsima non venit in lege Aquilia, quando nullum ſequitur factum cauſatiuum damni; ſecùs quando præcederet aliquod factum, quod foret occaſio damni. ibi nu. 17. 401

Culpa leuiſſima quis tenetur actione legis Aquiliæ, quando conſtat de certa & determinata perſona: & tunc incendium præſumitur factum culpa inhabitantium: ſed ſi non conſtaret de certa perſona, deberet ſequi abſolutio. ibi nu. 18. ea.

Culpa inhabitantiũ preſumitur cauſatum incẽdium, quãdo conſtaret de origine, ſiue principio ignis. ibi nu. 28. 402

Culpa in dubio aſcribi non debet, circa incendiũ cauſatum in domo, habitantibus in ea, vbicunq; habitant plures familiæ; ſecùs ſi habitaret vna familia: quia tũc poteſt condemnari dominus domus ad refectionem damnorum ex incendio illatorum. ibi nu. 31. ea.

2 Culpa vxoris recedentis à domo viri debet probari per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores. Opin. 478. num. 10. 31

1 Culpæ leui attribuitur tenere riſcbiam ſiue riſcbulam, & alia ſimilia propè ignem. Opin. 439. numero 11. charta 400

Culpæ leui attribuitur, relinquere pueros in domo abſque cuſtodia. ibi nu. 12. ea.

2 Culpam, cui incumbat onus probare, vbicunque vxor diſceſſit à domo viri, remiſsiuè. Opin. 478. nu. 9. 31

1 CVMVLATIO perſonalis actionis, & hypothecariæ admittitur, licèt non proponantur, aut intententur ſimul, & ſemel à principio, ſed vna actio poſt aliam. Opin. 13. num. 2. 12

Cumulatio petitionis hæreditatis, & rei vendicationis ſimul, & ſemel in eodem libello pro eadem re admittitur. nu. 14. 14

1 Cumulatio actionum regulariter permiſſa eſt. quod limitatur remiſsiuè in ſeptẽ caſibus. & nu. 3. Opin. 173. numero 1. 147

Cumulatio actionum diuerſarum ex eodem fonte, cauſa, ſeu facto naſcentium, & ad diuerſa tendentium, non admittitur: quia abſolutoria in una, poſsibile eſt quòd pariat exceptionem rei iudicatæ in alia. ibi numero 2. ea.

Cumulatio in eodem libello fieri poteſt. c. reintegranda, & interdicti, Vnde vi, cum alijs remedijs poſſeſſorijs. & conſequenter libellus recipitur, in quo omnia auxilia, & remedia coniunguntur, id eſt interdictum Vnde vi, cum alijs: & probata poſſeſſione rei, fertur ſententia pro actore, ſecundùm remedium d. c. reintegranda. ibi numero 3. ea.

2 CVPIDITAS omnium criminum materia eſt, & omnium malorum radix: & ipſa cupiditas vendidit Chriſtum. Opin. 667. nu. 6. 177

Cupiditatis dæmoniaca ferreum & intolerandum imperium. ibi nu. 9. 178

1 CVRATOR, ac tutor, poſſunt donare bona Principis in omnem caſum, præſertim in his rebus, quas Princeps conſuetus erat, non autem in alijs rebus, quas rariſsimè largitus appareat. Opinione 222. numero 23. 228

Curator & tutor, cæterique adminiſtratores rei alienæ, poſſunt facere donationem remuneratoriam cauſa remunerandi eos, qui erga ſuos principales benemeriti fuerunt. Vide in verbo Donatio.

2 Curator ac tutor poſsunt facere pacem de morte vel iniuria illata patri pupilli, etiam ſi mors notoria foret; Imò mulier tutrix ſine conſenſu propinquorum poteſt quoque pacem facere pro pupillo. Opin. 564. numero 1. 114

2 Curator, tutor, uel procurator promittentes nomine proprio tantùm, & vltra nomen officij, obligantur, & perpetuò tenentur ex huiuſmodi obligatione. Opin. 648. nu. 2. 168

3 Curator verus, ſicut non poteſt accipere donationem ab adulto, ita nec putatiuus. Opinione 1060. num. 12. charta 174

Curator, vide in verbo Tutor.

1 CVRIA Romana ex ſtylo abſque alia cauſa concedit biennium appellantibus. Opinione 376. numero 15. charta 348

DE LITERA D.

1 DAMNVM datum, ſeù valor rei & æſtimatio debent probari per duos æſtimatores deputatos à iudice ad æſtimationem faciendam. Opin. 412. num. 1. 378

1 DATIO in ſolutum, & pro ſoluto, cum iudicis authoritate, ſeruatis de iure ſeruandis, reuocari non poteſt. Opinione 174. numero 1. charta 148

Datio in ſolutum, omnibus ſolennitatibus adhibitis, habet vim diffinitiuæ. & ideò creditor, cui res ipſa data eſt in ſolutum per ius offerendi, ea priuari non poteſt. ibi numero 2. ea.

Datio in ſolutum facta per debitorem creditori ſuo pro maiori quantitate, quàm debeatur, redditur nulla, & in totum vitiatur: ſecundùm vnam communem opinionem; ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, vbicunque debitor pro ſuo

ſuo debito per errorem traderet aliquid in ſolutum ſuo creditori maioris pretij, quàm eſſet creditum, vel ex facto ſuo, vel ex facto iudicis. tunc ipſa datio inſolutum pro illa maiori ſumma, valida, & firma remaneret. ibi nu. 4. ea.

Datio in ſolutum ex facto partis, ſeu ex facto iudicis, retractatur, & reſcinditur mediante remedio, l. 2. C. de reſcind. vend. Vbicunque quis eſſet ſuper re ipſa data in ſolutum deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. ſecundùm communem opinionem: licèt aliqui Doctores tenuerint contrarium, videlicèt, quòd in adiudicatione facta alicuius rei in ſolutum creditori, non habeat aliter locum remedium. d. l. 2. ibi nu. 5. 149

Datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni, & eius obtinet vicem. ibi nu. 6. ea.

Datio in ſolutum eſt uera ſpecies venditionis, imò poteſt dici venditio ipſa. ibi nu. 7. ea.

Datio in ſolutum, vel venditio facta de bonis emphyteoticis, mediante decreto iudicis, & ſubhaſtationibus, an reſcindi poſſit, remiſſiuè. ibi nu. 8. ea.

Datio in ſolutum, & res data in ſolutum, vtrùm à propinquioribus, & vicinis iure congrui reemi & retrahi poſſit, & ſic retractus an in datione in ſolutum locum habeat? & ponuntur etiam præſumptiones remiſſiuè iuris & de iure, ex quibus ipſa datio in ſolutum diſcernatur fraudulenta. ibi nu. 9. ea.

Datio in ſolutum facta, ſi certo tempore debitum non ſoluatur, non poſſet per creditorem reuocari, & pecuniam ipſam debitam exigere. ibi nu. 10. ea.

2 Datio in ſolutum, etiam voluntaria ex ſolutione neceſſaria, excludit uigore ſtatuti, & conſtitutionis Regni, Sancimus, ius congrui, & protomiſeos. Opin. 830. numero 7. 321

Datio in ſolutum dici poteſt voluntaria: tamen ſolutio, quæ fit mediante ipſa datione in ſolutum, dicitur neceſſaria. ibi num. 8. ea.

Datio in ſolutum non fit officio iudicis; ſed adiudicatio fit iudicis decreto: & ideò datio in ſolutum appellatur, quando debitor ſponte creditori dat rem pro aliquo debito: ſed quando aſſignatur res debitoris iudicialiter creditori, tunc illa adiudicatur creditori. ibi nu. 9. ea.

2 DARE & promittere paria ſunt. Opi. 815. nu. 7. 307

1 DEBITOR non poteſt inuitus extrahi de propria domo, nec in ea perſonaliter capi pro debito ciuili. Opin. 85. num. 1. 73

Debitor in propria domo, nec etiam pro maximo debito capi poteſt. ibi nu. 2. 74

Debitor in porticu propriæ domus, pro debito ciuili capi poteſt. ibi nu. 3. ea.

Debitor fiſcalis in Regno Neapolitano, nolens dare fideiuſſores de ſoluendo pœnam, arreſtari, ſeu carcerari non debet; & ſi arreſtatur, iudex tenetur in ſyndicatu actione iniuriarum. ibi nu. 8. ea.

1 Debitor coactus ſoluere ob creditoris iniuriam, conſequitur liberationem ope exceptionis. Opin. 86. numero 3. 75

1 Debitor cogi poteſt ad faciendum ſimpliciter inſtrumentum creditori ſuo de debito, non tamen cum clauſula guarantigiæ. Opin. 169. nu. 2. 145

1 Debitor, cui per Principem in moratoria conceſſa, remiſſa ſit cautio de ſoluendo, finita dilatione quinquennali, adhuc tenetur illam præſtare non obſtante dicto reſcripto Principis. Opin. 176. nu. 2. 150

Debitor non ualens fideiuſſionem inuenire in cauſa moratoriæ impetratæ, fortè ſufficeret ſe obligare, uel fideiubere cum generali hypotheca omnium bonorum ſuorum, & adiectione pœnæ. ibi nu. 5. ea.

Debitor impetrans dilationem quinquennalem, quæ expirat ob lapſum quinquennij, non poſſet cedere bonis: & ſic etiam quando non præſtitiſſet cautionem de ſoluendo finito tempore dilationis quinquennalis, non admitteretur ad beneficium ceſſionis bonorum. ibi numero 11. 151

1 Debitor capi, ac carcerari poteſt vt ſuſpectus de fuga, probata prius per ſolum iuramentum ſuſpitione fugæ à creditore, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam, communem ſimiliter, ipſe debitor vti ſuſpectus de fuga, capi & carcerari non poteſt, niſi allegetur legitima ſuſpitionis cauſa, & probetur per duos teſtes. Opinione 177. numero 1. 152

Debitor ſi eſſet fugitiuus, & aufugeret, liceret ſuo creditori ipſum capere propria authoritate, & ita captum ad iudicem ducere. ibi nu. 3. ea.

Et Opinione 717. num. 22. 217. lib. 2.

1 Debitor recipiens pecuniam nomine mutui, nec indigens iſta pecunia ſibi mutuata, poteſt eandem inuito creditore reddere; & ſic creditor inuitus cogitur illud idem recipere. Opin. 178. nu. 1. 152

1 Debitor quantitatis ob difficultatem ſoluendi, non excuſatur à mora. quod limitatur remiſſiuè. in 14. caſibus. Opin. 179. nu. 1. 153

1 Debitor non poteſt cedere bonis, quando creditor renunciat facultati illum carcerari faciendi. Opin. 180. numero 1. 153

1 Debitor redditur indignus ceſſionis bonorum beneficio, indicans partem bonorum, & partem occupans. Opin. 181. num. 1. 154

Debitor conuictus, quòd partem bonorum ſuorum non indicauit dolo, & malignitate, repellendus venit à beneficio ceſſionis bonorum. ibi nu. 2. ea.

Debitor volens cedere bonis in Regno, debet omnia bona ſua, & iura indicare, & in actis inſinuare creditoribus, & debitam quantitatem ipſorum bonorum, & iurium profiteri. ibi nu. 3. ea.

Debitor cedens bonis, & reſeruans ſibi vnum denarium duntaxat, ipſa ceſſione bonorum redditur indignus, & ceſſio prædicta nullatenus valeret. ibi numero 4. ea.

Debitor, errore ſeu bona fide non indicans bona omnia ſua creditoribus, vel modica eſſet res, quæ non fuit demonſtrata, non perdit beneficium ob hoc ceſſionis bonorum. ibi num. 5. ea.

1 Debitor deficiens in ſolutione certo tempore, & loco promiſſa, poteſt vbique conueniri, etiam ſi alibi non ſortiatur forum. Opin. 182. nu. 1. 154

Debitor obligatus cum clauſula, vt poſſit conueniri Aquilæ, & ubique locorum, poteſt ea non obſtante opponere declinatoriam, niſi adiectum ſit, & ubique locorum, ubi fuiſſet petitum. ibi nu. 2. ea.

Debi

1 Debitor non poteſt per pactum ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit. Opin. 183. nu. 1. 154

1 Debitor ſpeciei, per interitum rei ante moram, liberatur actione præſcriptis verbis, ſeù de dolo: quia caſus fortuitus non eſt aſcribendus culpæ debitoris. Opin. 184. numero 1. 155

Debitor ſpeciei per interitum rei ante moram, non liberatur à condictione ob cauſam, & traditur exemplū, vt facilius hoc intelligatur. ibi nu. 2. ea.

1 Debitor promittens cum iuramento ſoluere decem infra menſem ſub excommunicationis cenſura & pœna, non dicitur periurus, nec excommunicatus, ſi ſatisfecerit poſt alium menſem ſequentem ſibi prorogatum à creditore. Opin. 185. nu. 1. 155

Debitor promittens ſoluere debitum infra menſem ſub excommunicationis cenſura & pœna, ſi prorogetur ei terminus alterius menſis ad ſoluendum, & eo termino prorogato clapſo non ſolueret, pœnam & excommunicationem incurreret. ibi nu. 2. ea.

1 Debitor habens bona, quæ publica ſubhaſtatione vendi poſſunt, in carceres poni non poteſt. Opin. 186. numero 1. 156

Quod limitatur ibi verſ. Hoc verò ceſſat. ea.

1 Debitor moroſus tenetur omninò ad reſtitutionem, atque æſtimationem, re perempta penès ipſum, eodem modo quo & apud dominum, ac creditorem foret peritura, & ſic tenetur indiſtinctè de interitu rei debitæ, nulla facta diſtinctione, an eodem modo apud creditorem ipſum peritura eſſet. Opin. 187. nu. 1. 156

Debitor moroſus dicitur ob multas, varias, & diuerſas cauſas remiſſiuè: & particulariter dicitur in mora, qui ſine iuſta cauſa litigat. ibi nu. 2. ea.

1 Debitor conſtituens precario nomine creditoris omnia ſua bona poſſidere: ſi poſteà aliquid ex ipſis bonis alienaret, poſſet creditor adueniente caſu obligationis huiuſmodi bona alienata reuocare, nulla facta excuſſione in bonis ipſius debitoris. Opinione 188. numero 1. 156

1 Debitor condemnatus pro delicto, & eius bona ſint fiſco applicata, tunc contra eum excuſſio bonorum non eſt neceſſaria, ſed contra fiſcum. Opinione 286. numero 2. 268

Debitor vbicunque notoriè non eſſet ſoluendo, excuſſio non eſſet neceſſaria contra eum, ſed poſſet deueniri, & procedi contra fideiuſſorem ante principalem ipſum ex cuſſum. ibi nu. 3. ea.

Debitor quis dicatur notoriè non ſoluendo, remiſſiuè ponitur. ibi nu. 4. ea.

1 Debitor dans pignora creditori, ſi poſtea uellet dare fideiuſſorem, & repetere pignora, non poſſet inuito creditore. Opin. 296. nu. 2. 271

1 Debitor præueniens creditorem ad effectum impediendi repræſentationem inſtrumenti non auditur, niſi prius præſtita cautione per ipſum de ſoluendo debitum, & pœnam, & de ſe repræſentando perſonaliter tempore publicationis, etiam quòd cautio non ſit petita. Opin. 418. nu. 6. 382

2 Debitor ſoluens vnam monetam pro alia, creditore non conſentiente, non conſequitur liberationem, niſi ex con ſuetudine. Opin. 516. nu. 42. 62

Debitor liberatur ſoluendo ſpeciem, & numerum conuentum, non attenta variatione valoris extrinſeci, ſiue illa varietas tendat ad commodum debitoris, siuè creditoris. ibi nu. 44. 63

Debitor obligatus ad ducatos in certo numero, ſi æſtimationem ducatorum offeret ſine augmento, non intelligitur integrum debitum ſoluere. ibi nu. 46. ea.

Debitor determinans ſoluere monetam argenteam pro ducato in diſpoſitionem deducto, tenetur ad præſtationem tot ſolidorum pro quolibet ducato, quot ei tempore ſolutionis æquiualeant: ita vt ex ipſis ſolidis, qui ſoluuntur, creditor inuenire poſſit conuentum ducatorum numerum. ibi nu. 47. ea.

Debitor audiendus non eſt uolens dare ituro in aliqua regione ſcuta Solis, uel alia ſimilia, in qua pro minori quātitate expendantur. ibi n. 54. 65

Debitor ſpeciem pecuniæ promiſſam, uel eius valorem, ſecundùm tempus ſolutionis præſentare cogitur. ibi numero 56. ea.

2 Debitor conſtituitur in mora ex unica tantùm interpellatione extraiudiciali, & per uerba enarcirtiua, etiam quòd eſſet obligatus ex publico liquido inſtrumento. Opin. 523. nu. 2. 76

Debitor iuramento ſoluere obligatus certa die, vigore ipſius iuramenti, adueniente tempore ſolutionis ſine monitione, & interpellatione, in mora irregulari conſtitueretur, & moroſus eſſet. ibi nu. 6. ea.

2 Debitor confitens, ac affirmans cum iuramento nudum pactum, non ob hoc tenetur ſoluere. Opin. 568. numero 2. 117

2 Debitor fugam arripiens capi poteſt à creditore propria authoritate & duci ad carcerem. Opin. 717. numero 22. 217

Et Opin. 177. nu. 1. 152. lib. 1.

2 Debitor, qui tenetur dare unum par caponum, non liberatur ſi dederit mortuos. Opin. 734. nu. 5. 236

Debitor obligatus dare cuilibet canonico unum par caponum, non tenetur ſi augeatur numerus canonicorum. ibi num. 6. ea.

2 Debitor non poteſt renuntiare præſcriptioni ſtatutariæ decurſuræ in merum odium creditoris negligentis petere debitum, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit. Opin. 744. nu. 1. 241

Debitor renuntiare poteſt præſcriptioni decurſæ: quia iura redire non patiūtur ad ius ſemel renunciatū. ibi n. 2. ea.

3 Debitor per ſcripturām priuatam aſſerens ſe debitorem alicuius ſummæ erga aliam perſonam, ac promittens ſe eam ſoluturum, efficaciter obligatur, & cenſetur ob hoc facta promiſſio interueniente ſtipulatione. Opin. 1033. num. 2. 145

3 Debitor vltra ſortem principalem ſoluens creditori, ac fœneratori uſuras permiſſas, & eum poſtea abſolueret per Aquilianam ſtipulationem acceptilationē; & confiteretur ſibi plenariè fuiſſe ſatisfactum, non poſſet amplius petere ipſas vſuras. Opin. 1053. nu. 23. 165

1 DEBITORI quod tempus concedendum ſit, vt ſolutionem præparet, relinquitur arbitrio iudicis. Quod limitatur tribus modis. Opinione 60. numero 1. charta 53

1 DEBITORES impetrantes dilationem moratoriam, ſeu dilationem quinquennalem à Principe, tenentur præſtare idoneum fideiuſſorem de ſoluendo completo dicto tempore, aliter tali beneficio dilationis quinquennalis gaudere non poſſunt. Opinione 176. numero 1. 150

Debitores ad hoc vt poſſint gaudere dilatione quinquennali impetrata per eos, requiritur, quòd coram iudice debitum fateantur. ibi nu. 3. ea.

Debitores impetrantes ob paupertatem moratoriam à Principe, & non reperientes fideiuſſores, qui pro eis vellent fideiubere: tunc eis non ſufficeret iuratoriam cautionem præſtare. ibi nu. 4. ea.

1 Debitores excommunicati, qui promiſerunt cum iuramento ſoluere, conueniri non poſſunt in iudicio per excommunicatum durante excommunicatione: licèt ipſi excommunicati poſſint à creditoribus conueniri. Opin. 262. num. 4. 253

1 DEBITI appellatione, propriè loquendo, venit illud quod ex delicto, & ex legato debetur. Opin. 49. numero 4. 44

Debiti dictio capi poteſt ſtrictè, & minùs ſtrictè. ibi numero 5. 45

3 DECEPTVS in qualitate rei uenditæ, ad intereſſe agit. Opinione 1028. nu. 7. & 37. 132. & 135

1 DECIMA vbicunque in partibus de more non ſoluitur, nec prædicatur, non peccant mortaliter homines eam non ſoluendo: ſed ſi poſt prædicationem, & monitionem retineant decimam ipſam, mortaliter peccant. Opin. 153. nu. 10. 138

1 Decima ſolui debet conſiderato valore monetæ tempore ſolutionis. & hoc idem dicendum eſt in ſtatuto & præcepto, & reſcripto ſuperioris; vt ſolutio, quæ fieri debet ex ſtatuto ipſo, præcepto, vel reſcripto, debeat fieri ex moneta, & valore tẽpore ſolutionis. Opi. 516. n. 3. 58

1 DECIMAE ex diſpenſatione eccleſiæ olim fuit conceſſum, vt poſſint dari in feudum, & hoc ob neceſſitatem, vt laici defenderent eccleſias ab hæreticis, & oppreſſionibus, & iſtas decimas hodie poſſident eorum ſucceſſores. quod declaratur ibi in fin. Opin. 39. numero 12. 37

1 Decimę ſunt de iure diuino. Opinione 153. numero 2. charta 137

Decimæ ſunt Deo debitę in recognitionem vniuerſalis dominij ipſo iure. ibi nu. 6. 138

1 DECIMARVM ſolutio tribuit bonum ſanctitatis corporis, ubertatis fructuum, remiſſionem peccatorum, bona eccleſiaſtica, & pacem inter homines. Opin. 153. num. 4. 138

Decimarum quatuor genera reperiuntur. ibi numero 13. 139

Decimarum materia ponitur remiſſiuè. ibi nu. 14. ea.

1 DECISIONES Rotę non ſunt per Pontifices approbatæ, ſed eis tanquàm magiſtralibus deciſionibus ſtari debet. Opin. 398. nu. 8. 363

Deciſiones Rotæ ſunt maioris authoritatis, quàm ſit communis opinio: ſed hoc non eſt ſimpliciter verum. ibi num. 9. ea.

Deciſiones Regni Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine Regis, in caſibus deciſis ſuccedunt in Regno loco interpretationis imperialis & legis generalis. ibi numero 20. 364

ET Opin. 461. num. 3. lib. 2. 12

ET Opin. 1001. nu. 3. 120. lib. 3.

DECLARATIO verborum, Vide in dictione Verborum.

1 DECRETVM tanquàm ſtricti iuris, & interpoſitum per iudicem ex cauſa partim vera, & partim falſa, totum eſt nullum. Opin. 175. nu. 1. 149

1 Decretum iudicis habet præſumptionem pro ſe, vt præſumatur adhibitum cauſa cognita, etiam quòd in ſpecie non exprimantur ſolennia requiſita ad ipſum actũ, ſuper quo decretum interponitur. Opin. 699. numero 5. 202

1 DEFECTVS formę non ſuppletur iuramento: diſpoſitio enim non ualet omiſſa forma: ſed actus requirens tunc formam, ſi iuramento vallatus appareat, non videtur nullus ex defectu formæ, cæterùm valet eo modo, quo poteſt. Opin. 433. nu. 1. 395

1 DEFENSIO vnicuique permiſſa eſt pro rei ſuæ tuitione: & poteſt aggreſſus non ſolùm vulnerare aggreſſorem ſuum, ſed etiam interficere impunè, ſecundùm opinionem Legiſtarum communem: Canoniſtę uerò ſentiunt contrarium communiter, negantes licitum eſſe hominem occidere pro defenſione rerum. Opin. 189. num 1. 157

Defenſio permiſſa eſt pro tuitione vitę, & per ſonę incontinenti, cum moderamine inculpatæ tutelę. ibi numero 2. ea.

Defenſio iure naturali, etiam animalibus irrationalibus permiſſa eſt. ibi nu. 3. ea.

Defenſio vnicuique conceſſa eſt pro tuendo honore ſuo; & licèt aggreſſus potuiſſet aufugere, euitareque vulneris illationem: tamen fugam arripere non tenebatur, ſed potius vulnerare, vel occidere. ibi numero 4. ea.

Defenſio permittitur cum moderamine inculpatæ tutelę, id eſt cum paritate armorum. Ideò aggreſſus cum lapide, ſeu baculo, non debet ſe defendere cum baliſta, vel aliquo alio ſimili genere armorum: nam huiuſmodi armorum defenſio iure non conceditur. quod limitatur remiſſiuè. ibi nu. 7. 158

Defenſio ſuper prouocatione verbis facta, non eſt permiſſa facto, ſed verbis. ibi nu. 8. ea.

Defenſio vt inculpata, & licita eſſe dicatur, neceſſe eſt, vt ad vitę tutelam fiat non ad vindictam. ibi numero 9. ea.

1 DEFENSIONIS modum, ac metam excedens inſultatus in rixa, & occidens aggreſſorem ex propoſito, & deliberatè, non veniret lege Cornelia de ſicarijs puniendus, ſed alia mitiori pœna. Opin. 189. numero 11. 158

2 DEFENSIONES conceduntur etiam reo in crimine notorio. Opin. 717. num. 4. 216

Defenſiones inquiſitor hęretico tollere non poteſt. ibi numero 5. ea.

Defenſiones nemini tolli debent. ibi nu. 7. ea.

Defenſiones tolli non poſſunt, etiam quòd iudex haberet arbitrium ex forma ſtatuti, & poſſet procedere ſine iuris ſolennitate. ibi nu. 8. ea.

Defen-

{ Defenſiones conceduntur cum copia indiciorum in crimine laſæ maieſtatis humanæ. ibi nu. 11. ea.

Defenſiones & copia indiciorum, etiam ſponte confeſſo conceduntur. ibi nu. 16. 217

Defenſiones fieri poſſunt uſque ad ſententiam per inquiſitum. ibi num. 17. ea.

Defenſiones & copia indiciorum non conceduntur in inſigni & notorio maleficio; & quid ſit inſignis latro, diſcurritur remiſſiuè. ibi nu. 19. ea.

Defenſiones non conceduntur in flagranti crimine; cùm contra notorium delinquentem non cadat defenſio. ibi num. 20. ea.

1 DEFENDERE offenſum, & delicto obuiare, an quando quis teneatur. Opinione 190. numero 1. charta 158

1 DEFENDENS aliquem inſultatũ, & eum tuendo aliquem occideret, non venit puniendus. ibi numero 3. 159

Defendere quis tenetur alium in aliquibus caſibus, remiſſiuè. ibi num. 8. 160

1 DEGRADATVS actualiter matrimonium contrahere non poteſt. Opin. 127. nu. 8. 117

Degradatus incontinenti amittit priuilegium clericale, & efficitur de foro ſeculari, & deſinit eſſe clericus. ibi numero 9. ea.

Degradatus poſt degradationem de facto celebrans, conficit verum corpus Chriſti, & tenetur dicere officium, non tamen cum Dominus vobiſcum, & cum alia ſolennitate. ibi num. 10. ea.

Degradatus moriens, reſuſcitanſque poſtea, non iterum ordinandus. ibi nu. 11. ea.

1 DELEGATIO an arguat nouationem. Opin. 191. numero 1. 160

2 DELEGATVS non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, niſi eſſet talis delegatus, qui poſſet exequi ſententiam, vt eſt delegatus à Principe. Opin. 407. numero 3. 375

Delegatus à Principe poteſt exequi ſuam ſententiam. ibi numero 4. ea.

Delegatus, ſi citat aliquem, citatus non tenetur comparere, niſi in citatione inſeratur tota copia reſcripti, vel ſuæ commiſſionis. ibi nu. 5. ea.

2 DELICTA cum diuerſis qualitatibus, & circumſtantijs perpetrantur, ex quibus crimen quandoque fit excuſabile, quandoque magis atrox, & odioſum. Opin. 408. num. 5. 376

1 DELINQVENS, pro delicto commiſſo capi poteſt in propria domo, & de ea inuitus extrahi. Opin. 85. num. 5. 74

2 DEPONENS res ſuas penès turpe nomen habentem, & eas perdens, ſibi imputandum eſt; cùm de illo confidere auſus ſit. Opin. 540. nu. 10. 96

2 DEPORTATI & profeſſi religionem Sancti Franciſci, habentur pro mortuis. Opinione 812. numero 32. 295

1 DEPOSITARIVS de dolo duntaxat tenetur. Opin. 192. nu. 1. 160

Depoſitarius non ſolùm de dolo, ſed etiam de lata culpa tenetur. num. 2. ea.

Depoſitarius de leui, & leuiſſima culpa non tenetur, quando depoſitum factum ſit cauſa deponentis; ſecùs uerò ſi factum ſit depoſitum ipſum contemplatione depoſitarij: quia tunc de leuiſſima culpa tenetur. ibi numero 3. ea.

Depoſitarius tenetur de leuiſſima culpa, ubi obtulit teneri velle de ipſa culpa. nu 4. ea.

Depoſitarius tenetur de dolo, lata, & leui culpa, vbicunque depoſitum factum ſit contemplatione deponentis, & depoſitarij. ibi nu. 5. 161

3 DEPOSITIO ſeu teſtificatio facta per ſcripturam non probat, ſed facit præſumptionem. Opin. 949. numero 6. 73

Depoſitio uel teſtificatio facta per ſcripturam à patre ac matre de ætate filij plus probat, quàm ea quæ fit viua uoce. ibi nu. 7. ea.

3 Depoſitio pertinens dicitur, licèt in modicum faciat ad cauſam. Opin. 952. nu. 3. 77

3 Depoſitio ſocij criminis in caſibus in quibus poteſt ipſe de complicibus interrogari, non facit indicium ad torturam abſque alijs indicijs. Opinione 961. numero 5. charta [illegible]

Depoſitio teſtis. Vide in uerbo Teſtis depoſitio.

1 DESCENDENTES obtinent primum locum in ſucceſſione, & ipſis ſtantibus, aſcendentes non habent neceſſe inſtitui: quia prima cauſa ſucceſſionis eſt filiorum. Opin. 313. nu. 4. 291

1 DEVS vilipendit omnes fornicarios & immundos. Opin. 98. num. 25. 87

1 Deus adeò abhominari videtur immunditiam carnis, vt ipſos fornicarios non uiſitat, punit, & corrigit in præſenti ſeculo, ſed ſeruat puniendos in futuro & in inferno ibi num. 26. ea.

2 Deus dominus noſter clementiſſimus diſſimulat hominum peccata propter pœnitentiam. Opinione 832. numero 43. 330

Deus viſitat animas exiſtentes in purgatorio, & conſolatur eas per Angelos ſuos. Vide in uerbo Animas.

3 DIABOLVS detinet catena ligatum peccatorem, tanquàm captiuum & ſeruum. Opinione 971. numero 11. 99

1 DICTIO taxatiua poſita in lege continente caſum fauorabilem, vel pium, impedit extenſionem ad caſus ſimiles. Opin. 193. num. 161

2 Dictio donec, quouſque, quandiu, quoad, & ſimilia, ſunt determinatiua temporis, & ſignificant diſpoſitionem fieri poſteà. Opin. 642. nu. 6. 165

Dictio quoad, donec, quandiu, quouſque & ſimilia, denotant tempus, non autem conditionem. ibi numero 7. ea.

2 Dictio quiſquis, uel quicunque, comprehendit ex propria ſignificatione etiam fœminam. Opinione 808. numero 2. 286

3 Dictio, iuxtà, propinquitatem per unum, uel duos pedes denotat. Opin. 1018. num. 5. 132

ET diuerſimodè ſumitur, & ſecundùm ſubiectam materiam. ibi nu. 14. & 15. 133

Dictio, intrà, pro iuxtà, aliquando ponitur. ibi n. 15. ea.

Dictio, iuxtà, continuatiuè etiam capitur. ibi numero 16. ea.

Dictio

Dictio iuxtà, non excludit, quæ ad perpetuum rei vſum ſunt conceſſa. ibi num.34. 135

3 Dictio mox accipitur ſecundùm ſubiectam materiam diuerſimodè: Aliquando pro ſpatio decem dierum; quandoque pro ſpatio duorum menſuum; aliquando capitur vſque ad annum; aliquando pro anno ſequenti: aliquando ſignificat tempus incertum arbitrio iudicis ſtatuendum; aliquando dicitur fieri ſtatim & in continenti, vſque ad ſex mēſes. Opin.1031.nu.11. 144

Dictiones excluſiuæ, quæ per eandem rationem procedūt, minimè excludunt. Opin.1018.num.28. 134

DICTVM teſtis, uide in verbo Teſtis dictum.

1 DIES tacita, licèt impediat natiuitatem actionis, non tamen impedit natiuitatem obligationis, quæ ſtatim naſcitur ante diem, quæ tacitè ineſt, & ſubintelligitur ratione loci. Opin.22.num.1. 17

3 Dies artificialis habet duodecim horas non æquales, ſecundùm circulum æquinoctialis, ſed inæquales ſecundùm aſcenſiones Zodiaci per ſex ſigna. Opin.950. num.19. 76

Dies in treuga incipit ab ortu Solis. ibi num.20. ea.

Dies quando incipiat in omni materia, remiſſiuè. ibi numero 21. ea.

3 Dies iuridica illa dicitur, quæ iuridica deputatur, & obſeruatur in loco, in quo ius redditur, & non in loco rei vel actoris. Opin.992.num.3. 115

3 Diei ortus & occaſus principium vix capi & diſcerni poteſt. Opin.950.num.18. 76

2 DIETA dicitur duplex. vulgaris & legalis; vulgaris intelligitur ſecundùm conſuetudinem regionis: legalis vero intelligitur de viginti miliaribus. & aliquando dieta accipitur pro itinere vnius diei. Opin. 765.num.6. 251

2 DIFFERENTIAE plures inter contractum ſimulatum, ſiue fictitium & fraudulentū. Opin.832. num.48. 230

1 DIFFIDA eſt initium belli, quæ debet fieri antequam chriſtianus chriſtianum offendat, niſi authoritas iuris, vel iudicis conceſſa ſit ad offendendū. Opin. 247.num.4. 243

Diffidæ tempus computatur inter tempori belli, ex quo diffidare eſt, licentiare quemlibet ad offendendum. Opin.247. ibi num. 5. ea.

1 DIGITVS non eſt membrum, ſed officium, ſeu pars membri. Opin.123.num.4. 112

3 Digito carens, dummodò non ſit pollex, vel index, ad ſacros ordines promoueri poteſt. Opin.973.nu.2. 100

2 DIGNITAS maior ſuperueniens non tollit priuilegium minorum dignitatum præcedentium. Opin. 754.num.4. 245

1 DILATIO quatrimeſtris ad ſoluendum non conceditur, nec competit condemnatis ex maleficio, ſeu ex quocunque crimine, etiam ſi in ſententia in cauſa hac criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam & pecunialiter damnatus. Opin.125.num.3. 114

Dilatio quatrimeſtris ad ſoluendum iudicatis à lege conceſſa ceſſat: nec concedi debet, vbicunque facilis eſſet ſolutio iudicati condemnato. ibi num.4. ea.

1 Dilatio quinquennalis debitoribus conceſſa non competit eorum fideiuſſoribus. quod verum eſſet, niſi reus compareret in iudicio, & acciperet defenſionem fideiuſſoris, opponendo de priuilegio ſibi conceſſo; vel quando priuilegium conceſſum remaneret inutile, ſi non prodeſſet fideiuſſori; vel niſi dilatio prædicta cederetur cauſa iudicati: quia tunc indifferenter prodeſſet fideiuſſori iud. ſol. nō autē ex contractu. Opin.176.nu.6. 150

Dilatio moratoriæ melius eſt, & vtilius, vt currere incipiat a die datæ literarum moratoriarum quàm a die præſentationis. ibi num.7. 151

Dilatio quinquennalis conceſſa ſimpliciter pro debitis, nō extenditur ad debitum iuratum: & ſi debitor notificari faceret dilationem ipſam, redderetur nulla, & inualida, niſi concederetur ſaluus conductus cum expreſſa mentione de iuramento. ibi num.8. ea.

Dilatio quinquennalis, ſeu priuilegium ipſius dilationis non extenditur ad debitum ex delicto. ibi nu.10. ea.

3. DILVCVLVM ſeu aurora licèt videatur medium inter diem & noctem, tamen aſcribitur diei, & cenſetur pars diei. Opin. 950. num.16. 76

1 DIOCLETIANVS Imperator cōbuſſit, & igni tradidit omnes libros ſacræ Scripturæ eo tempore repertos. Opin.197.num.19. 167

1 DYNVS fuit damnatus ad inferos propter doloſam cōſultationem. Opin.38.num.14. 35

1 DISPENSATIO clericis pro homicidio voluntario non conceditur, etiam ſi illud occultum ſit, nullo modo is clericus ad ordines ſacros promoueri, nec illi aliqua beneficia conferri poſſet: ſed omni ordine ac beneficio, & officio eccleſiaſtico perpetuò carere deberet; ſed pro homicidio caſuali datur ipſa diſpenſatio. Opin.369.num.39. 343

2 DISPOSITIO omnis debet intelligi rebus ſic ſtantibus. Opin.562.num.1. 113

2 Diſpoſitio loquens de affine, non habet locum in ſponſo, & ſponſa. Opin.808.num.19. 288

1 DISTRIBVTIONES quotidianæ non ueniunt appellatione fructuum. Opin.194.num.1. 161

Diſtributiones quotidianæ ſunt redditus cenſuales, & ad corpus præbendæ non attinent, cùm incerti ſint, & in præbendarum ualore non computentur. ibi nu.2. ea.

Diſtributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuū, vbicunque præbendæ non ſunt diſtinctæ in eccleſia, ſed bona veniunt in cōmuni, & poſteà fit diſtributio ſingulariter tantum cuilibet: & iſtæ portiones, quæ dantur in eccleſijs hoc modo, ſuccedunt loco præbendæ. ibi num.7. 162

Diſtributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuū, quando redigi poſſint tanquam incertæ ad certum valorem, & æſtimationem. ibi num.9. ea.

Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, quando verbum fructus, & redditus profertur in priuilegijs. ibi num.11. ea.

1 Diſtributiones quotidianæ etiam ex conſuetudine abſentibus, & non miniſtrantibus dari non debent: & ſic hoc conſuetudine induci nequit. Opin.195. numero 1. 163

Diſtributiones quotidianæ non debentur canonicis non ſeruientibus, etiam exiſtentibus in epiſcopi ſeruitio. ibi num. 3. ea.

Diſtributiones quotidianæ non dantur canonicis, etiam ſi exiſtant

exiſtant in ſeruitio Papæ. ibi nu. 4. ea.

Diſtributiones quotidianæ non recipiuntur per exiſtentes in aliquo ſtudio, literis operam nauando. ibi numero 5. ea.

Diſtributiones quotidianę conſignari non poſſunt abſentibus, etiam in Theologia ſtudentibus: et ſi fortè acciperent, tenerentur ad reſtitutionem. ibi nu. 6. ea.

Diſtributiones quotidianas percipere nequit, habens à Papa priuilegium, vt abſentes fructus perciperent, etiam ſi in reſcripto dicatur, quòd fructus debeantur abſenti, ac ſi eſſet pręſens. Et etiam ſi diceret, quòd ei debeantur fructus, ac ſi reſideret. ibi nu. 7. ea.

1 DISTRIBVTIONVM quotidianarum duo ſunt genera; Vnum eſt proprium, & ſtrictum genus diſtributionum, quæ dantur intereſſentibus diuinis horis canonicis ſingulis diebus pro victu, & percipiens facit illas ſuas, & de illis etiam teſtari poteſt. Alterum verò genus diſtributionum eſt, quæ dantur etiam non intereſſentibus diuinis, dummodò ſint pręſentes: & iſtę non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, ſed potius redditus canonicales, qui aliàs appellantur fructus de menſa groſſa, & diuiduntur inter canonicos ſingulo anno, ſeu ſingulo ſemeſtri. Opinione 194. numero 6. charta 162

1 DIVISIO inter fratres debet fieri ſorte, vel officio iudicis, ſecundùm communem opinionem Legiſtarum: Canoniſtæ verò dicunt, maiorem natu debere diuidere, & minorem eligere, & hoc conſuetudine receptum eſt. Opin. 339. nu. 1. 311

2 Diuiſio facta inter fratres per errorem, retractari debet. Opin. 730. num. 3. 233

2 Diuiſio bonorum latis verbis, & clauſulis facta, operatur fideicommiſſi renunciationem. Opinione 845. numero 4. 371

1 DIVISIONIS contractus dicitur innominatus. Opin. 164. nu. 5. 143

Vide in verbo Contractus.

3 DIVITIAE, vel paupertas, quando ſunt fundamenta agentium, tenentur fundantes ſe in eis illas probare tanquàm cauſas eorum intentionis. Opin. 609. numero 1. 141

1 DOCTOR ignarus gaudet priuilegijs Doctorum, quemadmodum alij Doctores habiles, & idonei. Opin. 196. numero 2. 164

1 Doctor torqueri nequit, etiam ſi extaret conſuetudo in contrarium. Opin. 197. nu. 4. 166

Doctor dicitur nobilis, & nobilitatem ex legali ſcientia conſequitur. ibi nu. 5. ea.

Doctor ſtare debet ad latus Principis. ibi nu. 9. 167

1 Doctor, & aduocatus poteſt eſſe decimoſeptimo anno. Opin. 199. num. 1. 172

Doctor, & aduocatus omittens in allegatione iuris allegare quędam in cauſa ſua: ſi ſit minor, non poteſt allegare ſe deceptum, nec eſt reſtituendus: quia in ſuo doctoratu fuit approbatus vt ſapiens. ibi nu. 2. ea.

1 Doctor debet ſpecificare locum conſuetudinis, vt ei credatur atteſtanti de ipſa conſuetudine. Opin. 200. numero 4. 173

1 Doctor, & aduocatus locantes operas ſuas, & morientes pendēte anno locationis, tranſmittunt ſalarium annuum ad eorum hęredes, qui poſſint petere ſalarium integrū totius anni. Opin. 201. nu. 1. 173

Doctor legens, & moriens, tranſmittit ſalarium ad ſuos, etiam ſi ſit impeditus infirmitate. ibi numero. 3. 174

Doctor, Pretor, ſeù Senator locans operas ſuas pro annua mercede, ſi Princeps amittat ciuitatem, vbi eſt conductus, caſu bellico, conſequitur tunc integrum ſtipendium totius anni. ibi nu. 5. ea.

Doctor ſeù officialis poteſt petere ſalarium, etiam non pręſtito ſeruitio ob legitima impedimenta in tribus caſibus poſitis remiſſiuè. ibi nu. 8. ea.

1 Doctor incidenter quid ſcribens, non auget numerum aliorum ad conſtituendum communem opinionem. Opin. 398. num. 44. 366

Doctor relatus ab alijs, qui non habetur in fonte, cùm eius monumenta impreſſa non extent, non auget numerum aliorum ad inducendam cōmunem opinionem. ibi numero 45. ea.

2 Doctor ſeu famulus conductus, & ſimilis, certo ſalario pro vno anno, quo finito, & denique interpoſitis pluribus alijs annis, ſi reconducatur ſine repetitione ſalarij, intelligitur reconductus ſub illo ſalario, quod prius perceperat, Opin. 561. nu. 2. 113

2 Doctor eminentis ſcientiæ poteſt admitti ad collegium, non obſtante ſtatuto diſponente, neminem admitti ad collegium, niſi ſit natus in ciuitate, vel niſi ſit originarius. Opin. 804. nu. 5. 283

3 Doctor teſtis, Epiſcopus, Cardinalis, & quilibet alius in dignitate conſtitutus, etiam ſi vellet accedere ad iudicem, eius teſtimonium proferendi gratia, non poteſt renuntiare priuilegio. l. ad egregias. ff. de iureiur. Opin. 928. num. 13. 55

1 DOCTORIS tanta eſt authoritas, quod ipſi creditur atteſtanti de communi opinione. Opinione 197. numero 23. 168

Doctoris deciſio etiam ſine lege loquentis valet, pręſertim ſi non habet contradicentem. ibi nu. 24. ea.

Doctoris dicto magis creditur in conſulendo, quàm in legendo, quia eſt actus magis deliberatus, licèt aliqui aſſerant contrarium. ibi nu. 25. ea.

1 Doctoris aſſertio de conſuetudine, quę obſeruatur in aliqua particulari Ciuitate, inducit præſumptionem, & transfert onus probandi in aduerſarium. Opin. 200. numero 2. 173

Doctoris dicto atteſtantis de conſuetudine ſtandum eſt, ſi atteſtatur in ſuis ſcriptis obſeruari ipſam conſuetudinem in curijs in quibus verſatus eſt. ibi nu. 3. ea.

1 Doctoris authoritas probabilis duntaxat eſt, & non neceſſaria, ſecundùm communem opinionem. Quod ampliatur, & limitatur remiſſiuè. Opin. 349. numero 5. charta 322

1 DOCTORI ad Principem omnis clauſa ianua patere debet. Opin. 197. nu. 9. 167

Doctori ſi nubat Domina titulo Comitis inſignita, non diceretur nupſiſſe indigno. ibi nu. 14. ea.

Doctori ignobili excellenti virtutibus non præfertur nobilis non virtuoſus. vide in uerbo Nobilis.

1 Doctori famoſo atteſtanti de conſuetudine credendum eſt. Opin. 200. nu. 1. 172

DO-

1 *DOCTORES cauillationibus, cautelis doloſis, ſubterfugijs, colluſionibus, ambagibus, & corruptionibus, & ſubornationibus, ſeu ſenſarijs vti non debent in præiudicium animæ.* Opin. 38. *num.* 13. 35

1 *Doctores iuris tam actu legentes, quàm patrocinantes, ſunt exempti à ſolutione collectarū ſimul cum eorum vxoribus, & filijs, ſecundùm magis communem opinionem.* Opin. 196. *num.* 1. 164

Doctores iuris non tenentur hoſpitari milites in eorum domibus. ibi num. 3. ea.

1 *Doctores legum ſunt conſtituti in dignitate, & ſic doctoratus eſt dignitas.* Opin. 197. *num.* 1. 166

Quod extenditur ad medicos. ibi num. 2. ea.

Doctores, tanquam conſtituti in dignitate, torqueri non poſſunt. ibi num. 3. ea.

Doctores legum Imperator appellat dominos, patres, & milites. ibi num. 8. ea.

Doctores ſunt repleti ſplendore ſicut Sol, & ſacerdotes etiam nuncupantur. ibi num. 10. 167

Doctores, & eorum domus oracula ſunt ciuitatis: ciues enim de rebus ſuis incerti, per eos certi dimittūtur. ibi num. 11. ea.

Doctores ab alijs quantumuis maximis, non fratres, ſed domini debent appellari. ibi num. 13. ea.

Doctores publicè legentes 20. *annis efficiuntur illuſtres. ibi num.* 15. ea.

Doctores publicè legentes 20. *annis, gaudent priuilegio Comitum, & contra eos non poſſunt teſtificari uiles perſonæ: & quæ dicātur viles perſonæ. ibi nu.* 17. ea.

Doctores cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus exiſtant, non debent ſe glorioſos prædicare: quia tales ſolent è uiris grauibus, ſtulti, & glorioſi reputari, & de confrateria etiam, de Te Deū laudamus. ibi nu. 52. 171

Doctores multi amittunt laudem, quoniam eā de ſe prędicant. ibi num. 53. ea.

Doctores cauere debent à lingua glorioſa, & omnia agere tenentur ad Dei honorem, & aliorum ædificationē, atque utilitatem. ibi num. 56. ea.

Doctores, quando dicunt, quòd eſt communis opinio, illud eſt bonum verbum in practica. ibi nu. 23. 168

Doctores, qui libros compoſuerunt, reputantur velut ſtellæ in firmamento cœli & præferuntur cæteris Doctoribus paribus. vide in uerbo Doctorum.

1 *Doctores tam legentes, quàm non legentes, ac ſcholares quoque ex priuilegio, & fauore publicæ vtilitatis, ſcientiæque, poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxtà eorū domos malleantes.* Opin. 198. *nu.* 1. 172

Doctores vel ſcholares poſſunt expellere fabros iuxtà eorū domos malleantes, etiam quòd fabri ipſi Doctores aut ſcholares ipſos præueniſſent. ibi num. 2. ea.

1 *Doctores ad legendum conducti, qui legere nequeant ob aduentum, & acceſſum alicuius Principis in loco ſtudij, conſequūtur integrum ſalarium promiſſum totius temporis.* Opin. 201. *num* 6. 174

1 *Doctores boni conueniunt cum Gloſſa, mali verò diuertunt.* Opin. 319. *num.* 6. 299

1 *Doctores iniquè iudicantes, non merentur inter Doctores nominari.* Opin. 396. *num.* 3. 360

2 *Doctores ludentes ad taxillos ſunt infames: & ob hoc ab eorum officijs amouentur: Nam turpis uita agitur propter ludum.* Opin. 468. *num.* 5. 18

2 *Doctores ueniunt appellatione ſcholarium & profeſſorum.* Opin. 697. *num.* 1. 200

2 *Doctores leges profitentes, dogmata legum dilacerare nō debent, ſed illa inuiolabiliter obſeruare in conſulendo & aduocando, ad euitandum erroris, & peccati labyrinthum.* Opin. 832. *nu.* 38. 329

2 *Doctores ſunt ſpeculatores boni & æqui.* Opin. 857. *num.* 4. 394

2 *Doctores omnes unius ciuitatis non poſſunt allegari ſuſpecti; & ſi allegentur, talis allegatio præſumitur calumnioſa.* Opin. 867. *num.* 1. 411

Doctores hodie Ciuitas Aquilana 1581. *habet quinquaginta ſex. ibi poſt num.* 1. *in princ.* ea.

1 *DOCTORVM vita, & mors deſcribitur in Opin.* 38. *num.* 12. 35

1 *Doctorum ſcientia mundus illuminatur, & niſi fuiſſent Doctores, eſſemus in tenebris.* Opin. 197. *numero* 12. 167

Doctorum authoritas, vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt. ibi num. 24. 168

1 *DOCTORIBVS Princeps reuerentiam habet.* Opin. 197. *num.* 9. 167

1 *Doctoribus legere ceſſantibus ob peſtem infra annum conductionis, debetur totum illius anni ſalarium.* Opin. 201. *num.* 7. 174

1 *Doctoribus duobus in duabus opinionibus contrarijs exiſtentibus, ſanctum eſt tunc pro veritate pugnare, in qua vir bonus habet habenas.* Opin. 398. *numero* 35. 365

1 *DOCTORATVS eſt dignitas.* Opin. 197. *nu.* 1. 166. *ſed non liberet filium à patria poteſtate. ibi num.* 51. 171

Doctorari licèt non poſſint ſpurij, vel naturales; tamen de facto doctorantur, & eis præferuntur oēs Doctores legitimi & naturales. ibi num. 2. 166

2 *DOLVS, & metus non præſumitur, niſi probetur.* Opin. 500. *num.* 1. 47

2 *Dolus regulariter nō præſumitur.* Opin. 676. *nu.* 6. 183

Dolus vbi non apparet interueniſſe, & non oſtendatur, præſumitur nullo pacto interueniſſe. ibi num. 8. ea.

3 *Dolus quomodo poteſt probari per affines.* Opin. 960. *num.* 7. 86

3 *Dolus ſcienti, & uolenti, neque ex propoſito, neque ex re ipſa infertur.* Opin. 1023. *num.* 3. 137

2 *Dolum allegans, illum probare tenetur.* Opin. 676. *num.* 7. 183

3 *DOMESTICI non ſunt idonei teſtes in criminalibus.* Opin. 960. *num.* 1. 86

Domeſtici in criminalibus ob affectionem, teſtimonium ferre non poſſunt. ibi num. 3. ea.

Domeſtici teſtes etiam admiſſi pro domeſtico non probāt. ibi num. 4. ea.

Domeſtici præferuntur alijs in probatione facti domeſtici. ibi num. 8. ea.

Domeſtici probant innocentiam accuſati, niſi contra ipſos domeſticos adſint alij teſtes. ibi num. 10. ea.

Domeſtici qui propriè dicantur: & ſecundùm communē opinionem dicuntur omnes cohabitantes in eadem domo. ibi num. 15. 87

1 *DOMICILIVM contrahere non dicitur, qui manſit in aliquo loco animo inde recedendi. Opin. 203. num. 5.* 176

1 *DOMINIVM rei legatæ tacitè non transfertur ipſo iure in legatarium ſine traditione, ſicut transfertur dominium rei expreſsè legatæ. Opin. 204. numero 1.* 205

Dominium rei legatæ trãsfertur in legatarium ipſo iure, quando res legata eſſet apud legatarium ipſum: & ſic quando teſtator legat rem heredis, tranſit dominium recta uia in legatarium, quando res erat apud eum. ibi num. 2. ea.

1 *Dominium, nec poſſeſſio acquiritur donatario abſenti, & ignoranti per conſtitutum, nec per uſuſfructus retentionem, niſi ſequuta ratihabitione facta uerbis uel facto. Opin. 211. num. 23.* 217

Dominium non quæritur ei, cui conceditur ante ratificationem, ſed penès conſtituentem, & concedentem remanet. ibi num. 24. ea.

1 *Dominium quæritur filio in aduentitijs. Opin. 316. numero 1.* 295

Dominium non quæritur filio in aduentitijs ex ſtipulatione paterna: nam ſicut pater ſtipulando filio ex cauſa caſtrenſi, vel quaſi, totum quærit, ita ſtipulando ei ex cauſa aduentitia, debet acquirere proprietatem. ibi num. 2. ea.

3 *Dominium, ſiue proprietas, & uſuſfructus fluminum publicorum ad Cæſarem pertinet. Opin. 510. numero 3.* 52.

3 *Dominium ex contractu ſimulato non transfertur, nec poſſeſſio ciuilis per precariũ. Opin. 1029. nu. 7.* 142

3 *Dominia, & iuriſdictiones eſſe non poſſunt apud Sarracenos. Opin. 1050. num. 2.* 160

1 *DOMINVS tenetur vaſallum defendere, ſicut vaſallus dominum. Opin. 190. num. 6.* 159

1 *Dominus poſt declaratam caducitatem poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem rei emphyteoticæ: ſed in hoc reperiũtur opiniones hinc inde communes; Imò ſi emphyteota verbis tantùm reſiſteret, poſſet dominus illum expellere. Opin. 238. num. 10.* 236

2 *Dominus domus pro delicto familiæ de damno illato occaſione incendij non tenetur, quando illi de familia non reperiuntur deputati certo officio: quod declaratur varijs modis. Opin. 439. num. 32.* 403

3 *Dominus feudi, reuerſo feudo ad ipſum, non tenetur ad æſtimationem ædificij integri conſiſtentis melioramen torum factorum in feudo, ſed ſolummodò diruti: & ſic melioramenta in tali caſu reſtituenda, & æſtimanda ueniunt ſecundùm valorem ædificij diruti, & ruderum, & non aliter nec alio modo. Opin. 495. numero 3.* 44

3 *Dominus poteſt conſtruere bactinderias, molendina, ſeu alia ſimilia ędificia in ſuo feudo, & flumine proprio. Opin. 510. num. 11.* 53

Dominus conſtituens ſeruitutem alteri in flumine proprio, poteſt bactinderias, molendina, ac alia ædificia conſtruere, licèt impedientia bactinderias aliorum, pro quibus conſtituit ipſam ſeruitutem. ibi nu. 12. ea.

Dominus donans molendinum ſituatum in principio ſui feudi, poteſt deinde conſtruere aliud molendinum in parte inferiori, etiam inuito primo donatario. ibi num. 13. ea.

Dominus non eſt ueriſimile conceſſiſſe eo modo, vt commoditas, & vſus ipſius domini impediatur. ibi numero 16. ea.

Dominus priuans aliquem poſſeſſione, dicitur potius ſuã poſſeſſionem defendere, quàm alium priuare. ibi num. 21. 54

Dominus, & vſufructuarius quando ſimul concurrerent, ſemper præfertur dominus tanquàm plenius ius habens. vide in uerbo Vſufructuarius.

2 *Dominus litis, procuratore abſente vel impedito, poſt litis conteſtationẽ citari poteſt. Opin. 652. nu. 4.* 171.

1 *Domini uaſallos aduerſus patrem, fratrem, & filios, iuuare debent, ſin autem perdunt proprietatem. Opin. 190. num. 7.* 160

1 *DOMVS propria vnicuique eſt tutiſſimum refugium. Opin. 85. num. 2.* 74

1 *Domus ſola poſſeſſio non facit incolam. Opin. 203. numero 4.* 176

Domus, ſiue familia, vide in verbo Familia, & in verbo Cippus.

1 *Domo vendita vel legata, intelligitur vẽditus uel legatus hortus quoque, quando per domum ad hortum contiguum aditus, & acceſſus haberetur: quia tunc appellatione domus, veniet etiam hortus; aliàs autem non veniret, niſi actum ſit expreſsè. Opin. 202. numero 1.* 174

Vide reliqua in verbo Vendita.

1 *DONATIO non vallata ſtipulatione, vel traditione, ſed nudo pacto, agitur ex eo, & maximè ad pias cauſas; & actio iſta appellatur condictio ex lege. Opin. 11. num. 1.* 11

Donatio cauſa mortis nudo pacto perficitur. ibi nu. 4. ea.

Donatio præſumpta, velut quando quis promittit ſcienter abſque cauſa, præſumitur donatio. ibi num. 5. ea.

Donatio facti, & ſic continens merum factum, vt ire Romam, quando animo donandi tibi promitto, ex ea donatione agi non poteſt; ſed quando factum miſtam habet traditionem, putà quando factum, animo donandi promitto tibi, quòd cretam, vel lapidem poſſis eximere de fundo meo, videor donare cretam illam, uel lapidem per te eximendum, & patientiam eximendi promittere. ibi num. 6. ea.

1 *Donatio ſi inſinu tu, nõ eſt neceſſaria teſtium ſubſcriptio. Opin. 30. num. 2.* 22

1 *Donatio vſque ad ſeptingentos aureos, & ultra ualere poteſt abſque inſinuationis interuentu. Opin. 76. num. 7.* 63

1 *Donatio facta concubinæ, ſeu meretrici, valet & tenet, nõ tantùm quò ad exceptionem, ſed & quò ad actionem etiam: & ſic fieri poteſt donatio dictæ meretrici, & concubinæ. Opin. 205. num. 1.* 205

1 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, tanquam liberam teſtandi facultatẽ tollens, non ualet. quod limitatur pluribus modis remiſſiuè. nu. 7. Opin. 207. num. 1.* 207

Donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorũ facta eccleſiæ, vel piæ cauſæ, valet & tenet: tamen ipſa eccleſia donãti alimẽta ſubminiſtrare teneť. ibi n. 2. ea.

Donatio

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, in qua fuerit appoſitum precarium, ualet: quia tunc habetur loco traditionis. ibi num. 3. ea.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, in qua fuerit facta retentio fructuum, ac alicuius rei certæ a donante, de qua diſponere poſſet, ualet & tenet. Quod limitatur non procedere vbicunque vſusfructus reſeruatus, & bona retenta pro teſtando eſſēt tam parui momenti, ut non ſufficerent ad alimenta ipſius donatoris: quia tunc donatio non ualeret. ibi num. 4. ea.

Donatio omnium bonorum facta alicui per ſtipulationē, ualet, quia tranſit in contractum, qui eſt irreuocabilis, ſecundùm unam communem opinionem: ſed ſecūdum alteram ſententiam cōtrariam ſimiliter communem, ipſa donatio in totū uitiatur tam in bonis præſentibus, quàm futuris. ibi num. 5. 208

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, valet quò ad bona præſentia tantùm, non autem quò ad bona futura, & ſuſtinetur per clauſulam omni meliori modo, poſitam in ipſa donatione ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundum aliam ſententiā magis communem contrariam, dicta donatio in totum uitiatur, tam in bonis præſentibus, quàm futuris. ibi num. 6. ea.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorū ſuſtinetur, vbicunque ipſa bona tacitè, vel expreſſè eſſent donata cum honoribus, & oneribus, deducto ære alieno, & ſolutis debitis donantis parùm ſupererat pro donatario de ipſis bonis donatis. ibi num. 7. ea.

1 Donatio facta à patre filio in poteſtate non ualet regulariter. Opin. 208. num 1. 209

Donatio iurata facta à patre filio in poteſtate ualet, & ſuſtinetur. ratione iuramenti. ibi num. 2. ea.

Donatio facta à patre filio in poteſtate non eſt imputanda ipſi filio in legitimam. ibi num. 3. ea.

Donatio facta à patre filio exiſtenti in poteſtate ob benemerita valet: quia præſumitur ſibi deberi ex operibus ſuis, & imputatur in quartam, niſi expreſſè dicatur. ibi num. 4. ea.

Donatio facta à patre filio, qui ei contulit beneficia, nulla etiam facta mentione meritorum, præſumitur tamen facta intuitu meritorum præcedentium, non autē intuitu filiationis. ibi num. 5. ea.

Donatio inter patrem & filium ualet, & tenet, vbicunque in inſtrumento donationis eſſent ſpecificata merita & beneficia. ſed ſi exprimeretur in ipſo inſtrumento, ſeu diceretur donatum eſſe ſanguinis affectione; tunc præſumeretur potius ipſa donatio celebrata eſſe naturali affectione, quàm ob merita. ibi num. 6. ea.

Donatio facta per patrem filio ob benemerita ualet, quādo ipſa beneficia rei donatæ reſponderēt. ibi nu. 7. ea.

Donatio in qua pater remittit filio vſumfructum in bonis aduentitijs ipſius filij valet, etiam non expectata morte patris. num. 10. 210

Donatio facta à patre filio in poteſtate cauſa ſtudij valet; ſicut facta pro dote, ſecūdùm vnam communem opinionem, ſed ſecundùm alteram ſententiam ſimiliter communem, talis donatio non valet. ibi nu. 11. ea.

Donatio facta filio in poteſtate per Imperatorem, Regē, ſeu quemcunque alium Principem habentem poteſtatem in terris ſuis legis condendæ, ualet & tenet. ibi num. 12. ea.

Donatio regia, facta filio in poteſtate ualet, etiam quantumuis in tali donatione per Regem, ſeu Principem expreſſum non ſit ſe donare regia authoritate: quia in dubio etiam Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, quando actus aliàs nō ualeret niſi ea uteretur. ibi num. 13. ea.

1 Donatio inter virum & uxorem conſtante matrimonio regulariter non ualet. Opin. 209. num. 1. 211

Donatio inter uirum & uxorem conſtante matrimonio tenet, vbicunque appareat iuramento firmata, ſecundùm unam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam ſimiliter communem, ipſa donatio non firmatur iuramento aliquo modo. ibi nu. 2. ea.

Donatio ſimulata, ut potè facta in fraudem, non ualet, nec firmatur iuramento. ibi num. 3. ea.

Donatio inter uirum & uxorem, in qua appareat interpoſitum iuramentum aſſertorium, non ualidatur ipſo iuramento: ſed ſi eſſet promiſſorium iuramentum de futuro, ſcilicet, quando promitterem non contrauenire ullo unquam tempore, vigore iſtius iuramenti promiſſorij firmatur ipſa donatio. ibi num. 4. ea.

Donatio inter uirum & uxorem facta ex cauſa ſeruitiorum ualet. ibi num. 5. ea.

Donatio inter uirum & uxorem facta ex cauſa benemeritorum ualet, quatenus non excedat ipſa benemerita. ibi num. 6. 212

Donatio reciproca inter uirum & uxorem collata poſt tempus mortis, ualet, ſi fiat incontinenti; ſecùs ex interuallo. ibi num. 10. ea.

Donatio facta à marito uxori, uel econtrà de iurepatronatus tantùm, ualet, ex quo maritus non efficitur locupletior. ibi num. 11. ea.

Donatio facta per uirum plebeum futuræ ſponſæ nobili, ſeu per uirum infirmum, ſeù ſenem iuueni pulchræ, per publicum inſtrumentum, antequam ſint facta ſponſalia de futuro, ualet, & tenet. ibi nu. 12. ea.

Donatio remuneratoria facta ad recompenſationem propter inæqualitatem coniugum ualet, etiam conſtante matrimonio. ibi num. 13. ea.

Donatio facta ab uxore marito pro expenſis in refectione ædium incendio conſumptarū, ualet. ibi nu. 14. ea.

1 Donatio facta per patrem priuato, per ſuperuenientiam liberorum reuocatur. Quod limitatur num. 10. pluribus modis remiſſiuè. Opin. 210. num. 1. 213

Donatio facta priuato per patrem, reuertitur poſt natiuitatem filij in dominio ipſius donatoris, ipſo iure nulla præcedente petitione; etiam quòd dominium illius rei donatæ fuiſſet translatum in donatarium per patrē ante natiuitatem filij. ibi num. 2. ea.

Donatio facta priuato reuocatur per ſuperuenientiam filiorum ipſo iure; quia continet in ſe tacitam liberorū conditionem. ibi num. 3. ea.

Donatio facta priuato reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, etiam ſi in ea interuenerit iuramentum. ibi num. 4. ea.

Donatio partis bonorum reuocatur per ſuperuenientiam liberorum. ibi num. 5. ea.

Donatio

Donatio cuiuslibet rei particularis reuocatur per liberorum ſuperuenientiam. ibi nu. 6. ea.

Donatio facta eccleſiæ non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum, niſi duntaxat vſque ad legitimam. Quod procedit in foro contentioſo; ſecùs in foro poli: nam tunc eccleſia, per ſuperuenientiam liberorum, tenetur donata reſtituere. ibi nu. 7. 214

Donatio facta per patrem vni filiorum, nõ reuocatur per natiuitatem aliorum filiorum. ibi nu. 8. ea.

Donatio facta priuato non reuocatur per legitimationem filij poſt donationem factam. ibi nu. 9. ea.

Donatio remuneratoria facta priuato non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum. ibi nu. 11. ea.

Donatio facta extraneo ob cauſam, non reuocatur per ſuperuenientem donanti prolem: quia propriè donatio non eſt. ibi nu. 12. ea.

1 Donatio facta abſenti, & mortuo, ante acceptationem eius neſcit, & facultas acceptandi non tranſit in hæredes. Opin. 211. nu. 22. 217

1 Donatio inter viuos facta vſque ad quingentos aureos ualet ſine inſinuatione. Opin. 212. nu. 1. 218

Donatio facta eccleſiæ vel alteri pio loco vltra quingentos aureos valet, etiam ſi in ea non interueneri inſinuatio: licèt aliqui Doct. ſenſerint contrarium quòd donatio ipſa non teneat ſine inſinuatione. ibi numero 2. ea.

Donatio reciproca ſiue viciſſitudinaria, etiam quòd excedat quingentos ſolidos, valet, & tenet. ibi numero 3. ea.

Donatio facta vltra quingentos aureos valet vltra talem ſummam nulla interueniente inſinuatione, vbicunque ſoluta gabella non aſcenderet vſque ad quingentos ſolidos. ibi num. 4. ea.

Donatio excedens quingentos aureos confirmatur iuramento, & ſic iuramentum tollit ſolennitatem inſinuationis, & diſcurritur ibi de duplici. opin. ibi numero 5. ea.

Donatio remuneratoria non eget inſinuatione. ibi numero 6. 219

1 Donatio ex quibus cauſis poſſit reuocari, & an ex eo, quia donatarius non aluerit donantem. Opin. 213. numero 1. 220

Donatio reuocari poteſt per hæredem donantis: & ſic agere ad ipſam reuocationem, vbicunque ingratitudo ipſi donatori nota non fuit, vel repentina morte præuentus, impeditus fuit eam reuocare. ibi numero 2. ea.

Donatio propter pacta non ſeruata reuocari poteſt nedum à donante, ſed etiam ab hærede poſt eius mortem. ibi num. 3. ea.

Donatio remuneratoria propter ingratitudinem reuocari non poteſt. ibi nu 6. 221

Donatio facta eccleſiæ non reuocatur per ingratitudinem prælati etiam ſi concurreret ingratitudo capituli. ibi numero 8. ea.

1 Donatio quando incipit à promiſſione obligat donantem de euictione. Opinione 214. numero 1. charta 222

Donatio facta per libertum in fraudem patroni, etiam quòd incipiat à promiſſione, & reuocata ſit à patrono: tamen donatarius non habet actionem de euictione contra libertum, ibi nu. 2. ea.

Donatio, etiam quòd incipiat à promiſſione, licèt euicta ſit virtute hypothecæ ignoratæ, vt quia res fuerat obligata per anteceſſores donantis, non obligat donantem de euictione. ibi nu. 3. ea.

Donatio non incipiens à promiſſione, ſed à traditione, non obligat modo aliquo donatorem de euictione. ibi numero 4. ea.

Donatio incipiens à ficta traditione, vt quia donator conſtituit ſe donatarij nomine poſſidere, non obligat donantem de euictione. ibi nu. 5. ea.

Donatio remuneratoria incipiens à traditione obligat donatorem de euictione. ibi nu. 7. ea.

Donatio incipiens à traditione, & in ea promiſſa ſit euictio, ſiue p ſtipulationem, ſiue nudo pacto, obligat donatorem de euictione. ibi nu. 8. ea.

1 Donatio non obligat donantem, niſi in quantum facere poteſt, habita ratione ne egeat, & hoc in liberali; ſecùs in facta ob cauſam. Opin. 215. numero 1. 223

1 Donatio facta ſub conditione dicitur propriè donatio. Opin. 216. nu. 1. 223

Donatio propria an poſsit fieri ſub conditione, & qua, & qualis ſit iſta conditio. ibi nu. 2. ea.

1 Donatio facta de eccleſia per laicum patronum pio loco de conſenſu epiſcopi, in caſu, in quo patronus occuparet ipſam eccleſiam de facto, & ab eius manibus, & ſua potentia aliter eripi non poſſet eccleſia, niſi mediante tali donatione, ualeret & teneret. Opin. 217. nu. 3. 224

Donatio facta per laicum patronum de eccleſia alicui pio loco abſque epiſcopi conſenſu non valet, etiam quò ad ius patronatus, & conſequenter ex tali donatione nihil transfertur. ibi nu. 4. ea.

1 Donatio tam olim de iure Digeſtorum, quàm hodiè eſt contractus nominatus. Opinione 218. numero 2. 224

1 Donatio cenſetur facta cauſa mortis, quando de morte fit mentio, aliàs dicitur inter uiuos. Opin. 219. numero 1. 225

Donatio facta ab infirmo non preſumitur cauſa mortis, ſed inter viuos. ibi nu. 2. ea.

Donatio facta à conſtituto in extremo vitę ſuæ, reputatur donatio inter viuos, niſi in ea facta reperiatur ſpecialis mentio mortis. ibi nu. 3. ea.

Donatio facta cauſa mortis, nudo pacto perficitur. ibi numero 4. ea.

Donatio cauſa mortis in ſe poteſt onus recipere, & ſic in donatione cauſa mortis onus adijci permittitur. ibi numero 5. ea.

1 Donatio per patrem facta filio, conferenda non venit; morte enim confirmatur. quod limitatur remiſſiuè tribus modis. Opin. 220. nu. 1. 225

1 Donatio ſimplex facta à patre filio, quæ ab initio valuit, conferri non debet, quando implebat eius legitimam: quia tunc contemplatione legitimæ facta cenſetur: & ſic magis relicti, quàm inter viuos donationis naturam imitatur. Opin. 221. numero 1. 225

1 Donatio remuneratoria facta à tutoribus, curatoribus, cæteriſque adminiſtratoribus, & rei alienæ remunerandi cauſa eos, qui erga ſuos principales benemeriti fuerint, valet. Opin. 222. nu. 1. 226
Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio. ibi numero 6. 227
Donatio remuneratoria facta per minorem de rebus immobilibus, eſt potius quædam permutatio, vel beneficij compenſatio, quàm liberalitas. ibi nu. 10. ea.
Donatio remuneratoria per perſonas prohibitas facta valet, dummodò merita ſint æquiualentia rebus donatis. ibi nu. 12. ea.
1 Donatio cauſa mortis facta per filiam patri eo conſentiente bona fide, & non animo defraudandi alios ſucceſſione, prout eſſet, quando extantibus filijs ex filia ipſa, cum eius conſenſu donaret patri, valet & tenet. Opin. 302. nu. 24. 277
Donatio cauſa mortis facta per filium, ſeu filiam patri, ubicunque pater generaliter conſentiret eis, vt poſſint donare cauſa mortis quomodocunque, & qualitercunque, & cuicunque non ſpecificè, vt ſibi donaret, valet & tenet, ſecundùm vnam communem opin. licèt altera ſententia ſit ſimiliter communis. ibi numero 25. 278
Donatio cauſa mortis facta à filiofamiliâs abſque patris conſenſu, conualidatur per ſuperuenientem ipſius patris conſenſum, vbicunque filius perſeueraret in prima voluntate. ibi nu. 28. ea.
Donatio cauſa mortis facta per filium patri eo conſentiente non ualet, vbicunque eſſet facta incontinenti poſt preſtitum conſenſum: quia duo actus celebrati in eodem die, & coram eiſdem teſtibus, vnus ex eis cenſetur celebratus contemplatione alterius. ibi numero 30. ea.
Donatio cauſa mortis facta à filiafamiliâs neceſſariò requireret preſentiam donatarij, vel alterius, qui pro eo talem donationem acceptaret, aliás non valeret. ibi numero 33. 279
Donatio cauſa mortis facta à filiofamiliâs requirit ſpecificam patris permiſſionem. ibi nu. 39. ea.
Donatio, ſeu alienatio facta per Imperatorem tendens in diminutionem iuriſdictionis imperialis non ualet. Vide in uerbo Alienatio.
2 Donatio facta per Imperatorem priuato ſine inſinuatione ultra 500. aureos valet, & non eget inſinuatione: quia inſinuatum dicitur quod agitur coram ipſo Imperatore. Opin. 691. nu. 7. 194
Donatio facta priuato per Regem vel alium Dominum non recognoſcentem ſuperiorem vltra 500. aureos, non requirit inſinuationem. ibi nu. 8. 295
2 Donatio cauſa mortis licèt hodie nudo pacto fieri poſſit: non procedit tamen in pacto præſumpto, ne duo concurrant ſpecialia. Opin. 830. nu. 31. 323
2 Donatio omnium bonorum tanquàm inofficioſa reuocatur ſaltem vſque ad legitimam. Opinione 832. numero 26. 328
Donatio facta filio per patrem propter benemerita vt ualeat, debent neceſſariò illa benemerita in ſpecie probari; aliàs donatio ipſa non minuit legitimam. ibi numero 30. ea.
2 Donatio inter patrem & filium non valet ipſo iure. Opin. 833. nu. 4. 335
Donatio inter patrem & filium licèt firmetur iuramento, tamen hoc non procedit vbi traditio rei donatę ſecuta non ſit. ibi num. 5. ea.
Donatio inducta ex ſtipulatione facta per patrem filio lucri dotis, ex forma ſtatuti, licèt non valeat in vita ipſius patris, tamen morte confirmatur. ibi nu. 6. ea.
Donatio prǫſumpta facta per patrem filio, contrario iudicio reuocatur. ibi nu. 7. ea.
Donatio facta per patrem filio, poteſt reuocari & fieri alteri filio. ibi nu. 8. ea.
Donatio prǫſumpta facta per patrem filio reuocatur per teſtamentum ipſius patris poſtea conditum. ibi numero 9. ea.
Donatio inter virum, & vxorem, ſeu inter patrem & filium, etiam quòd ſit morte confirmata: tamen dominium erat, & eſt patris. ibi nu. 18. ea.
3 Donatio cauſa mortis æquiparatur contractui. Opin. 1053. num. 7. 163
DONATIONIS ratificatio abſenti factę & ſtipulatæ ſuo nomine per notarium tacita ſufficit. Vide in verbo Ratificatio.
Donationis inſinuatio non requirit decretum iudicis. Vide in verbo Inſinuatio.
1 DONATARIVS, qui non obſeruauit pacta conuenta inter ipſum, & donantem, præſertim ſi iurauit, non poteſt purgare moram: nam iuramentum obſtat purgationi. Opin. 213. nu. 4. 221
1 Donatarij præſentia in dubio præſumitur, licèt nihil fuerit dictum de præſentia ipſius. Opin. 211. numero 21. 217
Donatario abſenti dominium, nec poſſeſſio acquiritur per conſtitutum, nec per vſusfructus retentionem, uide in verbo Dominium.
3 DONATOR vel venditor non eſt idoneus teſtis in cauſa emptionis vel donationis, ſi teneretur de euictione. Opin. 956. nu. 2. 82
Vide reliqua in verbo Donans.
1 DONATA ſponſæ per conſanguineos ſponſi, ſoluto matrimonio morte ſponſæ, remanere debent penès ſponſum, & non ueniunt reſtituenda hęredibus vxoris: ſed donatio facta ipſi ſponſę per eius conſanguineos ad eam ſeu ad ſuos hęredes reuerti debet. Opin. 223. numero 1. 228
1 DONANS obligatur naturaliter ante donatarij acceptationem. Opin. 211. nu. 16. 215
1 Donans promittens rem donatam bonam facere verbis generalibus, tenetur de euictione. Opinione 214. numero 9. 222
Donans promittens pro ſuo dato, vel facto circa rem donatam, dicitur de euictione promiſiſſe. ibi nu. 10. ea.
1 Donans dicens in donatione ſe non habere niſi prædium, ex quo percipit alimenta, & non ultra, donatario aſſereni contrarium, hoc caſu incumbit onus probandi: quod de plano procedit, quãdo prǫſumptio eſt pro negante aliquid de pluri. Opin. 215. nu. 2. 225
1 Donans laicus eccleſiæ uel pio loco eccleſiam de conſenſu epiſcopi: tunc ex hac donatione transferuntur iuſpatronatus, dominiũ, proprietas, et omnia iura tẽporalia quæ

que habet epiſcopus in ipſa eccleſia. Opin. 217. numero 2. 224

3 Donans eandem rem duobus, ille præfertur, cui primò ſuerit facta traditio. Opin. 1029. nu. 1. 141

1 Donanti aſſerenti, ſe ob benemerita donaſſe, plena fides adhibenda eſt, vbicunque non erat prohibitus rem donare. Opin. 225. nu. 1. 229

1 DOS debet ſuſtinere onera matrimonij. Opinione 57. numero 8. 51

1 Dos data nepti per auum, cenſetur conſignata contemplatione ipſius neptis, niſi aliud probaretur. Et ſic dos data ab auo non eſt imputanda in legitimam in bonis ſui patris, ſecundùm vnam communem opinionem, ſed alteram ſententiam ſimiliter communem ſequitur. Opin. 75. nu. 2. 62

1 Dos exigi debet in loco domicilij mariti, non autem in loco contractus: quia agitur de contractu reſoluendo, & ideò actor ſequitur forum rei, quem mulier elegiſſe videtur. Opin. 226. nu. 1. 229

1 Dos promiſſa licèt nondum tradita, cenſetur propriè dos. Opin. 227. nu. 1. 230

Dos promiſſa ex proprietate ſermonis, comprehenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote. ibi nu. 2. ea.

Dos conſtituitur eo ipſo, quòd promittitur, vt dicitur in Opin. 228. num. 2. ibi nu. 6. ea.

Dos duplici modo creatur, & in eſſe deducitur, vel promiſſione, vel traditione rerum. ibi nu. 7. ea.

1 Dos propriè etiam dicitur ſoluto matrimonio. Opinione 228. num. 1. ea.

Dos promiſſa propriè dos dicitur, & comprehenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote. ibi numero 2. ea.

1 Dos legata, vel legatum dotis cauſa factum, non debetur, niſi ſequatur matrimonium temporale, vel ſpirituale. Opin. 229. num. 2. 231

1 Dos per actionem ex ſtipulatu exigi poteſt, licèt nulla fuerit adhibita ſtipulatio. Opinione 230. numero 1. ea.

Dos nuda pactione, nudoque conſenſu conſtituitur: & conſenſus ipſe tam nutu, & facto, quàm verbis declaratur. ibi nu. 3. ea.

1 Dos aliqua, quando nunquàm reperitur conſtituta, utrū præſumatur data. Opin. 278. nu. 9. 264

Dos vt conſtituta præſumatur, quanto tempore opus ſit, virum bona mulieris poſſediſſe vt dotalia. ibi numero 11. ea.

1 Dos de iure communi, ſoluto matrimonio, reuertitur ad dotantem, nulla interpoſita ſtipulatione, ac pacto facto in contrarium. Opin. 302. nu. 15. 276

Dos de generali conſuetudine, mortua matre, debet retineri per maritum pro filijs ſuis, & ſic conſuetudo generalis poteſt prohibere dictam dotem reſtitui patri. ibi nu. 16. 277

1 Dos relicta filiæ per patrem à lege, hac conditione, ſi nubat cum conſenſu matris, vel hæredis, exigitur, tali conſenſu nullo modo præſtito: quia matrimonia debent eſſe libera, nec pendere ab alieno arbitrio. Opin. 327. numero 7. 304

2 Dos data à matre vel fratre, ſimpliciter aſſignata in re propria, ſeù communi, præſumitur donata, etiam quòd aliàs adminiſtratores puellæ fuerint. Opin. 484. numero 1. 34

2 Dos data primo viro, ſecundo uiro cenſetur tacitè repetita, nulla facta mentione dotis, etiam ſi primum matrimonium fuiſſet inualidum, in quo illa dos fuit conſtituta; nihilominus in ſecundo matrimonio repetita videbitur. Opin. 534. nu. 2. 84

Dos matrimonij immediatè præcedentis, videtur repetita in ſequenti matrimonio, ſi plura matrimonia cum diuerſis dotibus præceſſerunt. ibi nu. 4. ea.

Dos data primo viro, intelligitur ſecundo viro tacitè repetita, vt ſi in quantitate data fuerat, in quantitate repetita videtur. ibi num. 7. 85

2 Dos recepta à patre, & filio, ex confeſſione in eodem inſtrumento facta, obligat quemlibet pro dimidia, & ad eam quilibet ipſorum pro rata tenetur. Opin. 595. numero 1. 134

2 Dos promiſſa arbitratu ſoceri, uel alterius promiſſoris, nulla expreſſa quantitate, debet ſolui arbitrio boni viri, detracto ipſo arbitrio promiſſoris. Opin. 671. numero 3. 181

2 Dos conſtituenda filiabus per propinquos, ſtante ſtatuto illas excludente à ſucceſſione patris, & præcipiente dotari arbitrio propinquorum, non poteſt arbitrarij in minùs legitima, in plus autem ſic, quando legitima non ſufficeret. Opinione 811. numero. 1. charta 291

2 Dos etiam ſtante ſtatuto, fœminas à ſucceſſione excludente, & iubente, ſua dote contentas eſſe, ſuccedit loco legitimæ: ſecundùm vnam communem opin. licèt ſecundùm alteram magis communem eius loco non ſuccedat. Opin. 812. nu. 42. 296

Dos conſtituta à fratribus ſorori de paragio, ſtante ſtatuto præcipiente fœminas, ſtantibus maſculis de paragio dotari, & illas excludente à ſucceſſione paterna, dicitur profectitia de bonis paternis, & non fraternis. ibi numero 51. 298

3 Dos dicitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam vxoris. Opin. 1055. nu. 7. 167

1 DOTIS cauſa eſt ſummaria, & in ea coarctari debent termini, & dilationes per iudicem. Opin. 57. numero 3. 51

Dotis cauſa licèt ſummaria ſit, tamen in ea debet ordinatè procedi quantum ad libellum, & alia ſubſtantialia iudicij. ibi nu. 4. ea.

Dotis cauſa, ſeu in cauſa dotis proceditur die feriata. ibi numero 5. ea.

Dotis cauſa eſt fauorabilior, quàm cauſa alimentorum. ibi num. 6. ea.

Dotis cauſa dicitur pia uerè, & propriè, & ſimpliciter: ſed ſecundùm communem opinionem cauſa dotis pia dicitur ob paupertatem. ibi nu. 9. ea.

Dotis cauſa & ſtudij æquiparantur. ibi numero 10. charta 52

Dotis cauſa, ſiue pro cauſa dotis in dubio iudicandum eſt, quamuis pro ea eſſent pauciores Doctores. ibi numero 12. ea.

1 Dotis conſtitutio facta per patrem filiæ, etiam de maiori parte ſuarum fortunarum, non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum. Opin. 210. nu. 13. 214

2 Dotis deterioratio contingens ob variationem in bonitate extrinſeca, vt quia valor alteratus ſit, remanente eadem argenti bonitate, tunc attendi debet tempus ſolutionis, non autem contractus. Opinione 514. numero 2. 56

2 Dotis receptę confeſſio, vel legatum non probat dotem datam, & præſertim ſi fiat abſente parte. Opin. 534. numero 6. 84

2 Dotis non facta mentione ſi quis vxorem duxerit, poteſt petere dotem: nam pater non liberatur ex eo, quòd maritata eſt filia non promiſſa dote. Opinione 588. numero 2. 138

2 Dotis cauſa non comprehenditur ſub ſtatuto requirente conſenſum propinquorum generaliter loquente. Opin. 784. num. 1. 271

3 Dotis ſubſtantia ſeu contractus dotalis conſerui poteſt in voluntatem alterius contrahentium, non ſolùm per verba importantia arbitrium boni uiri, ſed etiam liberam voluntatem. Opin. 811. nu. 7. 291

1 DOTEM appellant nonnullæ leges per verba importantia proprietatem, ex eo ipſo quòd eſt promiſſa. Opin. 227. nu. 8. 230

2 Dotem in dubio præſumitur frater tradidiſſe ſorori animo repetendi, non autem donandi. Opinione 484. numero 2. 34

2 Dotem primo viro datam eſſe, vt videatur ſecundo viro repetita, plenè probandum eſt. Opinione 534. numero 5. 84

1 DVBIVS fortunæ euentus non facit contractum illicitum. Opin. 577. ſub num. 1. 124

2 In dubijs ſiue ambiguis, de minimis intelligimus. Opin. 516. nu. 25. 60

2 DVBITATIO de qualitate, ſeu quantitate ſoluendæ pecuniæ, declaratur per ſubſequentes ſolutiones. Opin. 516. nu. 20. 60

1 DVELLVM, pugna, ſeu pancratium, quod fit gratia virtutis, & occaſione publicæ lętitiæ, & Principis, & gratia glorię, & pro honore licitum eſt. Opin. 231. num. 1. 232

1 Duellum eſt omni iure prohibitum, tam reſpectu prouocati acceptantis, quàm prouocantis, quibus deneganda ſunt ſacramenta eccleſiæ, & præcipuè Euchariſtia, niſi eos pœniteat. Opin. 232. nu. 1. 233

Duellum etiam ſuſceptum poteſt recuſari. ibi n. 2. ea.

Duellum radicitus extirpauit ſub pœnis hactenus inauditis, & quidem neceſſarijs, concilium Tridentinum. ibi num. 3. ea.

1 DVX Mediolani habet eandem poteſtatem in ſuo Ducatu, quam Imperator in ſuo Imperio. Opin. 692. numero 18. 195

Dux Vrbini non habet in ſuo Ducatu eandem poteſtatem, quam habet Imperator in ſuo Imperio. ibi numero 20. ea.

Dux Ferrariæ non habet eandem poteſtatem in ſuo Ducatu, quam Imperator in ſuo Imperio. ibi numero 21. ea.

DE LITERA E.

1 ECCLESIA, clericus, vel monaſterium, ſuccedens iure inſtitutionis, vel legati, laico iam conuento coram iudice ſeculari, litem ipſam inchoatam cum defuncto coram illo iudice finire tenetur, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram communẽ contrariam, lis cepta cum ipſo laico denuò inchoanda eſt coram iudice eccleſiaſtico, & non tranſit in clericum hæredem. Opin. 108. nu. 1. 97

1 Eccleſia poteſt rem ſolutam concedi in emphyteoſim, vt feudum, caſu quo reuertatur ad eam, eam concedere abſque ſolemnitate, & authoritate ſuperioris. Opin. 243. per totum. 239

1 Eccleſia determinans rem emphyteoticam ad ſe reuerſam pro ſe retinere, non tenetur de illa inueſtire hęredes, & deſcendentes vltimi morientis. Opin. 244. numero 2. 240

1 Eccleſia, vel pia cauſa hęres inſtituta, adeundo hęreditatem abſque beneficio inuentarij, non tenetur vltra vires hæreditarias. Opin. 352. nu. 9. 327

2 Eccleſia tenetur reſtituere melioramenta vtiliter, & neceſſariò facta in emphyteoſi, finita ipſa emphyteoſi, ad rationem integri ædificij conſiſtentis, non autem diruti: quia emphyteoſis datur ac conceditur ad meliorandum. Opin. 495. nu. 4. 44

2 Eccleſia conſecrata, in qua opus carnale commiſſum ſit, eget reconciliatione, ad hoc vt poſſint in ea poſtea diuina celebrari. Quod equidem intelligitur de emiſſione ſeminis per fornicationem, aut adulterium, & non per ſomnium, vel per coitum cum propria vxore. Opin. 618. num. 2. 146

3 Eccleſia poteſt vendere certos annuos redditus, & cẽſus, & non eſt vſura talis venditio. Opi. 1052. n. 2. 161

2 EFFECTVS ſententię tranſitũ facientis in rẽ iudicatã, ponuntur remiſſiuè. Opin. 713. num. 3. 211

2 ELECTIO iuſtè facta, irrita fit, & reuocatur ad euitandum ſcandalum. Opin. 581. nu. 4. 129

1 Electus in Regẽ Romanorũ poteſt quęcunq; poteſt Imperator poſt coronationem. Opin. 369. num. 8. 340

3 ELEEMOSYNA de rebus alienis licitè fieri nõ poteſt. Opin. 1059. nu. 3. 172

EMAN-

1 EMANCIPATVS non tranſmittit partem hereditatis non aditam, ſicut ſuus: quia ſuitas in patria poteſtate regulariter fundatur, & propter ſuitatis exiſtentiam confirmantur tabulæ pupillares, tutelæ, & libertates, dato quòd filius ſe abſtinuerit ab hereditate, quod non eſt in emancipato. Opin. 235. numero 1. 234

Emancipatus vocans in ius patrem, non prius impetrata & obtenta venia, incidit in pœnam l. pen. ff. de in ius voc. quam ſoluere tenetur. ſed acta facta circa hoc, & proceſſus fabricatus valet parte citata non opponente. ibi nu. 2. ea.

1 Emancipatus in feudis admittitur: quia hodiè in ſucceſſionibus ab inteſtato eſt ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis. Opin. 304. nu. 8. 284

3 EMPTIO certi annui redditus ſeù cenſus permiſſa eſt, & non ſapit vſuram modo aliquo. Opin. 1052. numero 1. 161

1 EMPTOR non percipiens, nec percipere valens fructus ex re empta, non tenetur venditori ad intereſſe pretij non ſoluti à die traditionis rei venditæ. Opin. 253. num. 1. 246

3 Emptor pro venditore teſtis eſſe non poteſt, uel econtra in cauſa emptionis. Opin. 956. nu. 1. 82

3 Emptor alicuius rei, mediante iuſto pretio, bonaque intentione, ac omni fraude remota; licitè, & ſecura conſcientia potuit ipſam rem emere: & donec ea redimeretur, faceret fructus ſuos, nec teneretur eos in ſortem modo aliquo computare. Opin. 1013. n. 2. 128

3 Emptor emens rem valentem quatuor pro decem, cenſetur deceptus vltra dimidiam iuſti pretij in vno tantùm numo: & ob exceſſum vnius numi vltra dimidiam prædictam, ſibi totum, ac integrum iniuſtum pretium ſolutum reſtituẽdum foret. Opinione 1015. numero 2. 129

3 Emptor promittens rem emptam à duobus, eis retrouendere, non cogitur vni ex eis reuendere partem: quia contractum ipſum diuidere non compellitur. Opin. 1016. numero 1. 130

3 Emptor ſecundus cui res vendita tradita extat, præfertur priori emptori in dominio detinendo: quia dominium non poteſt in alium transferri aliter, quàm per traditionem. Opin. 1029. nu. 1. 141

Emptor primus præfertur ſecundo emptori in dominio detinendo; quando Princeps venderet vel donaret eandem rem duobus: quia ex ſolo contractu ſeù donatione Principis transfertur dominium. ibi nu. 3. ea.

Emptor primus præfertur ſecundo, etiamſi traditio realis rei venditæ facta fuerit ſecundo emptori, vbicunque ipſa res vendita extitiſſet duobus per eccleſiam vel eccleſiaſticas perſonas, ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter cõmunis ſit. ibi nu. 4. ea.

Emptor primus præfertur ſecundo emptori, ſi ſecundus emptor ipſe ſciens fuerit venditionis primo loco alteri factæ eiuſdem rei: & tunc licèt eidem tradita ſit cum fraude: tamen per prædictum emptorem res ipſa reuocabitur, & euincetur per actionem in factum prætoriam competentem ad reuocandum alienata in fraudem. ibi nu. 5. ea.

Emptor primus præfertur ſecundo emptori in dominio detinendo, vbicunq; venditor conſtituiſſet ſe in prima venditione precario nomine primi emptoris poſſidere, ſecundùm communem opinionem: licèt contrarium deciſum extiterit in Rota Neapolitana. ibi nu. 6. ea.

1 EMPTORES & venditores bonorum eccleſiæ immobilium, ac mobilium pertinentium ad diuinum cultum, tam in caſu non licito, quàm licito, ſed non ſecundùm formam traditam à lege, ſacrilegium committerent, & mortaliter peccarent. Opin. 39. nu. 3. 36

1 Emptores poſſeſſionum eccleſiæ, eorum vita durante, cũ pacto, quòd poſt eorum mortem, ad eccleſiam ipſam reuertantur, non committunt uſuram, & valet talis emptio. Opin. 251. nu. 1. 245

1 EMENS rem aliquam nomine proprio de pecunia aliena, eſt ipſius ementis, & ei acquiritur, non autem illi, cuius eſt pecunia. Opin. 152. nu. 1. 245

Emens rem aliquam nomine proprio de pecunia eccleſiæ, acquirit eccleſiæ & non ſibi, quotieſcunque emptor eſſet adminiſtrator ipſius eccleſiæ.

Quod procedit etiam in re empta ex pecunia militis, vniuerſitatis, aut minoris. ibi nu. 2. ea.

2 Emens rem etiam alienam à fiſco, ſtatim redditur ſecurus, & dominus rei contra fiſcum habet regreſſum intra quadriennium, quo elapſo amplius non auditur. Opin. 691. num. 10. 195

Et ibi vberrimè proſequere materiam, l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. à d. nu. 10. vſque ad 17. & vide etiam in uerbo Lex.

3 EMIMVS res, non eius fines. Opin. 1018. n. 4. 132

1 EMPHYTEOSIS renouatio, inducta tacitè præſumitur ob canonis receptionem à domino factam poſt incurſam caducitatem ob canonem non ſolutum. quod limitatur duobus modis. Opin. 238. nu. 11. 237

1 Emphyteoſis finitæ propter generationem, & reuerſæ ad dominum, per deſcendentes, ſeù heredes emphyteotæ, ſeu generationis finitæ, poteſt peti confirmatio: & ſi dominus negauerit, poſſunt appellare ad ſuperiorem, & implorare officium iudicis pro renouatione huiuſmodi facienda. Opin. 244. nu. 1. 240

Emphyteoſis renouatio facta in extraneo, re non integra, excludit conſanguineos vltimi morientis à renouatione ipſis ſpectante: ſecundùm unam communem opinionem: licèt & altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat: ſed hoc reſoluitur per irrefragabilem diſtinctionem. ibi nu. 3. ea.

Emphyteoſis renouatio infra quantum tempus peti debeat, remiſſiuè ibi nu. 4. 241

Emphyteoſis renouatio fieri debet non obſtante, quòd primus accipiens in emphyteoſim ceciderit propter inobſeruantiam. ibi nu. 5. ea.

Emphyteoſis renouatio ob canonem non ſolutum peti non poteſt per deſcendentes, & hæredes vltimi morientis. ibi num. 6. ea.

Emphyteoſis renouationem petens, opus eſt, vt ille inſtitutus hæres ſit. ſed inſtituto hærede extraneo his præfertur non inſtituto. ibi nu. 7. ea.

Emphyteoſis renouari debet generatione finita, etiam agnatis, & collateralibus, dummodò ſint hæredes inſtituti. ibi nu. 8. ea.

Emphyteoſis renouationem petens, debet eſſe heres vniuerſalis, vel ſucceſſor ſingularis in re: & tunc ſucceſſor ipſe ſingularis præfertur hæredi vniuerſali, penes quem res non extat. ibi nu. 9. ea.

Emphyteoſis renouari debet agnatis, etiam ſi eccleſiaſtica ſit. ibi nu. 10. ea.

Emphyteoſis renouatio debet agnatis renouari, etiam ſi noua ſit. ibi num. 11. ea.

1 *Emphyteoſis conceſſa alicui, & hæredibus ſuis, ad extraneos non tranſit, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, ipſa emphyteoſis ad extraneos hæredes porrigitur. Opinione 245. numero 2.* 242

1 *Emphyteoſis conceſſa priuato comprehendit naturales, niſi conditio concedentis aliud ſuaderet. Opin. 246. numero 1.* ea.

1 *Emphyteoſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos hæredes, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, ipſa emphyteoſis tranſire videtur ad dictos hæredes extraneos. Sed retenta prima opinione, limitatur non procedere, ſi emphyteoſis, ſeù feudum reperiretur receptum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunq; tunc enim tranſiret ad hæredes extraneos. Opin. 248. numero 1.* 243

1 *Emphyteoſis eccleſiæ ſuſcepta pro ſe & hæredibus ſuis, comprehendit tam fœminas, quàm maſculos: & ſic filij, filięque in ipſa emphyteoſi vnà ſimul ſuccedunt. Opin. 249. nu. 1.* 244

Emphyteoſis conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, ſtante ſtatuto non excludente ipſas fœminas, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & conſequenter tranſiret primò ad filios maſculos, & eis deficientibus ad fœminas. ibi nu. 2. ea.

Emphyteoſis res ſtipulata à patre pro ſe & filijs, ordine ſucceſſiuo ſtipulata cenſetur. Vide in verbo Pater Stipulans.

1 *Emphyteoſis pro ſe, & filijs, & hæredibus maſculis ſtipulata, debetur filijs etiam ſi non ſint hæredes. Opin. 315. num. 5.* 288

Emphyteoſis à patre ſibi, filijs, & hæredibus ſtipulata, à filijs hæredibus tantùm haberi poteſt, & obligabuntur æs alienum ſoluere, cū cenſeantur hæredes. ibi n. 6. ea.

1 *EMPHYTEOTA eo ipſo, quòd probat ſe ſoluiſſe canonem, ſeu cenſum per tres annos continuos, præſumitur ſoluiſſe toto tempore retro, niſi contrarium probetur. quod habet locum etiam in colono ſimplici, ac in cenſuario & conductore. Opin. 236. nu. 1.* 234

1 *Emphyteota priuatus ceſſans à ſolutione canonis per triēnium, & eccleſiæ per biennium, cadit à iure emphyteotico, etiam ſi teneatur ad canonē vnius ſolius nummi. Opin. 238. nu. 1.* 235

Emphyteota obligatus ad ſoluendum certum canonem, ſi ſoluat excepto vno nummo, res incidit in commiſſum, ſecundùm communem opinionem: licèt contrarium deciſum reperiatur in Rota Bononienſi, quòd deficiens emphyteota in minima parte à ſolutione canonis, non cadat à iure ſuo. ibi nu. 2. 236

Emphyteota promittens ſoluere canonem, etiam ſub pœna, & poſtea ceſſans in ſolutione ipſius canonis, poteſt expelli nō obſtāte quòd pœna promiſſa ſit. ibi n. 3. ea.

Emphyteota differens tempore congruo ſoluere canonē, non ſolùm perdit rem emphyteoticam, ſed etiam fructus ipſius rei: & ſic poſſidens à tempore, quo res incidit in commiſſum, fructus perceptos reſtituere tenetur. ibi num. 4. ea.

Emphyteota non ſoluens canonem, non perdit fructus rei cum ipſa re, à die, quo à ſolutione canonis ceſſauit, ſed à die, quo dominus declararet emphyteotam incidiſſe in commiſſum. ibi nu. 5. ea.

Emphyteota cadens à iure ſuo propter canonem non ſolutum, non ob hoc videtur cadere à iure luendi vel francandi. ibi nu. 6. ea.

Emphyteota ceſſans à ſolutione canonis, cadit ab emphyteoſi, domino volente: & ſic tum demum priuatur, ſi dominus voluerit. ibi nu. 9. ea.

1 *Emphyteota priuati ſi iurauit in contractu, poteſt expelli ſtatim ob ceſſationem à ſolutione ſicbus, licèt lapſum non ſit triennium. Opin. 239. nu. 1.* 237

1 *Emphyteota alienans rem emphyteoticam abſque conſenſu domini, cadit á iure ſuo, etiam ſi poſt alienationem celeriter reemat rem illam: nam per hoc non releuatur à caducitate iam incurſa. quod limitatur, & ampliatur pluribus modis. Opin. 240. nu. 1.* 238

1 *Emphyteota alienans partem ſuam alteri emphyteotæ, poſſet vtique alienare indiſtinctè, etiam irrequiſito domino. Opin. 241. nu. 1.* 238

Emphyteota ſeu vaſallus alienans partem emphyteoſis, vel feudi, irrequiſito domino, cum proteſtatione, & clauſula apposita in inſtrumento, quòd talis alienatio intelligatur facta reſeruato ſemper conſenſu eccleſię, ac domini, debet priuari pro illa parte alienata, & pro illa parte cadit à iure ſuo. ibi nu. 4. 239

1 *Emphyteota ius emphyteoticum donare poteſt, etiam irrequiſito domino. quod declaratur latiſſimè. Opin. 242.* 239

1 *Emphyteota propter diffidam guerrę, canonem, & mercedem ſoluere non tenetur. Opin. 247. nu. 3.* 243

Emphyteota non tenetur ſoluere penſionem tempore treugę. ibi num. 6. ea.

3 *Emphyteota per duos teſtes plenè probat ſolutionem canonis emphyteotici. Opin. 997. nu. 2.* 118

1 *Emphyteotæ poſſunt inter ſe diuidere rem emphyteoticam abſque domini conſenſu. Opin. 241. n. 3.* 239

1 *EPISCOPVS alienans res eccleſiæ non menſales, qui iurauerat non alienare res ipſius eccleſię menſales, non incurrit periurium, quia iuramentum de illis interpoſitum non intelligitur. Opin. 39. nu. 10.* 36

Vide in verbo Alienans.

1 *Epiſcopus poteſt licitè viuere de fructibus epiſcopatus retentis bonis ſuis patrimonialibus. Opinione 100. numero 3.* 90

1 *Epiſcopus poteſt abſoluere iniuriantem clericum, ſeu eum lædentem leui iniuria, etiam perſonali: & inferens talem iniuriam, tanquàm excommunicatus non tenetur Romam accedere, ſed poteſt abſolui ab ipſo epiſcopo. Opin. 104. nu. 10.* 95

1 *Epiſcopus eſt iudex in caſibus ſuæ eccleſiæ. Opin. 120. numero 9.* 109

1 *Epiſcopus regulariter diſpenſare poteſt, vbicunque ſpecialiter, & expreſſè nō prohibetur. Opin. 254. numero 1.* 246

1 *Epiſcopus habet fiſcum, qui poteſt cōfiſcare cameræ epiſcopali bona cōfiſcanda clerici iuriſdictionarij: nec tenetur deuoluere, ſeu applicare ipſa bona cameræ Romanæ. Opin. 255. num. 1.* ea.

Epiſcopus ſeu eius vicarius poteſt applicare cameræ epiſcopali pœnam pecuniariam, quam imponit laico pro crimine eccleſiaſtico perpetrato per eū. ibi nu. 2. 247

2 *Epiſcopus poteſt committere laico cauſam eccleſiaſticā ciuilem, non autem criminalem, vel ſpiritualem.* Opin. 440. num. 4. 1

2 *Epiſcopus reſtituere nequit clericum aliàs depoſitum in eccleſia patronata ſine patroni conſenſu.* Opin. 614. num. 4. 145

2 *Epiſcopus reſignans epiſcopatum in manibus Papæ: licèt ei donata ſint ſpolia & bona &c. tamen nō poſſet amouere de epiſcopatu boues aratorios, tanquam inſtrumenta fundorum, pro quibus cultiuandis empti fuerant. Nam animal deputatum ad vtilitatem eccleſiæ, ſanctum ſanctorum efficitur. Opin. 683. num. 9.* 190

2 *Epiſcopus poteſt adiuuando canonem imponere nouam pœnam, dummodò non procedat ex radice cupiditatis.* Opin. 746. num. 3. 242

2 *Epiſcopus liberatur à patria poteſtate ob dignitatem epiſcopalem. quod intelligitur quò ad commodum ſuum, non autem quò ad incōmodum. Opin. 754. nu 5.* 245.

3 *Epiſcopus in dubio, vbi non eſt datus exequutor, ipſe eſt vltimæ voluntatis exequutor. Opin. 876. nu. 2.* 5

3 Epiſcopus, *Cardinalis, Doctor vel quilibet alius in dignitate conſtitutus, vocatus in teſtem, etiam ſi vellet accedere ad iudicem, eius teſtimonium proferendi gratia, non poteſt renuntiare priuilegio l. ad egregias. ff. de iureiur. Opin. 928. num. 13.* 55

3 *Epiſcopus deponens ſuper eo, in quo vertitur ſuum commodum vel incommodum, non probat. Opin. 955. num. 3.* 82

1 EPISCOPI *fornicarij à ſynodo prouinciali moniti vt abſtineant à fornicatione, & ob hoc non abſtinerēt, & ſe non emendarent, ipſo facto ſunt ſuſpenſi: & ſi perſeuerarent, ab eadem ſynodo ad Papam deferendi ueniunt. Opin. 98. num. 3.* 85

Epiſcopi fornicarij, ſeu concubinarij reperti, irreuocabili ſententia priuantur dignitate loci & ordinis. ibi num. 32. 88

1 *Epiſcopi, & ordinarij nonnulli in temporalibus recognoſcunt Imperatorem, Regem Franciæ, & alios Dominos, quibus præſtant iuramentum fidelitatis. Opin. 369. num. 33.* 342

3 *Epiſcopi, productis ſacroſanctis ſcripturis, manu tacto pectore iurare conſueuere. Opin. 931. num. 14.* 60

EPISCOPO *Florentino ſe ſcaccorum ludo intereſſenti ſeu aſſiſtenti ad uidendum ipſum ludum, duram pœnitentiam impoſuit Petrus Damianus. vide in uerbo Ludo.*

2 *Epiſcopis in ſua diœceſi licitum eſt diſpenſare ſuper omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto prouenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur: & ſic quoſcunque delinquentes ipſis ſubditos per ſe ipſos, aut ſuos vicarios in foro conſcientiæ gratis abſoluere poſſunt in quibuſcūque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, impoſita pœnitentia ſalutari. Opin. 727. num. 3.* 231

5 *Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Nuncios, uel* Legatos Sedis Apoſtolicæ *offendens, ac ipſos Legatos aut Nuncios è ſuis terris, & dominijs eijciens, excōmunicatur, & anathematizatur per bullā Pij Quinti, ſimul cum mandantibus, & conſilium ſuper hoc præſtantibus, & incidit in crimen leſæ maieſtatis, quemadmodum Cardinalem percuſſiſſet. Opin. 88. numero 3.* 77

1 EPISCOPALIS *dignitas filium à patria poteſtate eximit. Opin. 318. num. 1.* 297

1 *Equus, mulus, aſinus, bos, vel aliud animal ſimile, ſi moreretur intra triduum à tempore locationis, uel uenditionis factæ alicui, præſumeretur morboſum: in tantum, quòd agi poſſet ad pretium contra uenditorē; ſecùs ſi ex longo interuallo animal prædictum moreretur. Opin. 129. num. 2.* 120

Equus uel equi currentes ad brauium, uide in uerbo Brauium.

1 ERROR *iniuſtus cauſat bonam fidem. Opin. 82. num. 2.* 73

2 *Error aduerſatur veritati, quæ quocunque modo deprehenſa, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo, ſequenda eſt, & ſemper amanda in omnibus. Opin. 516. nu. 72.* 70

Error probatus uidetur eo ipſo, quòd quis certat de dāno uitando. ibi num. 73. ea.

2 *Error iuris impedit præſcriptionem triginta, uel quadraginta annorum, ſecundùm unā communem opinionē: licèt altera ſententia cōtraria ſit ſimiliter communis, quòd error iuris non impedit præſcriptionem longiſſimi temporis. Opin. 631. num. 1.* 154

Error iuris non obeſt præſcribenti, quando præſcribens tractaret de damno uitando; & eccleſia, minor, mulier, miles uel ruſticus de lucro captando. ibi numero 2. 155

Error iuris non nocet, quando præſcriptio habet in ſe naturalem æquitatem; ueluti quando quis præſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni. ibi nu. 3. ea.

1 *Errans in iure, uel ignorans leges, ſtatuta & proclamationes, nō dicitur in dolo, ſed in lata culpa. Opin. 366 num. 5.* 337

3 EXAMEN *teſtium non ualet, ubicunque non extiterit citatus procurator, cum quo apparebat lis conteſtata, ad videndum iurare teſtes, ſed ſolummodò principalis conſtituens. Quod non ſortitur locum, quando dominus compareat, conſentiat, & uideat iurare teſtes citatos ad deponendum. Opin. 931. numero 10.* 59

3 *Examen teſtium nō publicatorum uidetur ſcriptura priuata. Opin. 932. num. 2.* 61

3 *Examen teſtium factum abſque legitima citatione ad uidendum eos iurare, tanquam nullum ſuſtineri non poteſt. Opin. 966. num. 2.* 93

Examen eſt nullum, vbicunque pars non eſt citata ad uidendū iurare teſtes: ſanatur illud tamen, ſi cū interrogatorijs ſunt examinati per cōmiſſionē. ibi nu. 9. 94

Examen

3 Examen teſtium non retardatur vigore oppoſitionis excommunicationis, & infamiæ: ſed talis exceptio reſeruatur in fine iudicij, niſi pars vellet incontinenti probare. Opin. 977. num. 4. 102

3 EXAMINATIO teſtis in cauſa ciuili per iudicē recipi debet, non autem per notarium, niſi præcedat commiſſio iudicis. Opin. 927. num. 1. 51

Examinatio teſtium poteſt recipi per notarium ex commiſſione iudicis, ſi talis commiſſio ſit facta ex cauſa. ibi num. 17. 53

4 Examinatio teſtis in cauſa criminali non poteſt à iudice committi notario; imò nec alteri iudici illius vel diuerſi territorij. Opin. 928. num. 1. 54

Examinatio teſtium abſentium vel non ſubiacentium, etiam in criminali cauſa alteri committi poteſt. ibi num. 3. 55

Examinatio uel audientia teſtium per iudicem ordinariū, quando intereſſe non ualeat propter multitudinem occupationum, poterit committi alteri, etiam in criminalibus. ibi num. 4. ea.

Examinatio teſtium licèt ſuper probatione principalis delicti non poſſit committi: tamen ſuper remotis ab ipſo delicto, ac ſuper adminiculis, & appendicijs poterit fieri commiſſio. ibi num. 5. ea.

Examinatio teſtium etiam in criminalibus cauſis in Regno alteri committitur, quando ſunt ſenes, & ualetudinarij. ibi num. 8. ea.

1 EXCEPTIO excōmunicationis, quæ obſtaret principali debitori ſuam actionem alij cedenti non obſtat ceſſionario. Opin. 92. num. 4. 79

1 Exceptio compenſationis efficax eſt: quia qui compenſat, ſoluit. Opin. 114. num. 2. 106

Exceptio compenſationis probata, non obſtat agenti ad debitum iuratum, ſeu promiſſum cum iuramento. ibi num. 3. ea.

Exceptio compenſationis opponi non poteſt de debito, etiā liquido, ad debitum iuratum. ibi num. 4. ea.

Exceptio compenſationis nō admittitur contra Doctores eorum ſalaria petentes. ibi num. 5. ea.

Exceptio compenſationis non obſtat contra dotem. ibi num. 6. ea.

Exceptio compenſationis non obſtat agenti ad depoſitum. ibi num. 7. ea.

Exceptio compenſationis de diuerſa ſtatione non poteſt opponi fiſco agenti ad penſionem. ibi num. 8. ea.

Exceptio compenſationis de debito liquido ad debitum illiquidum admitti non debet. ibi num. 9. ea.

Vide in verbo Compenſatio, & Compenſans.

2 Exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium opponi poteſt, non obſtante confeſſione de mutuo facta. quod ampliatur, & limitatur, remiſſiuè. Opin. 138. numero 1. 125

1 Exceptio dotis confeſſatæ, & non numeratæ opponi non poteſt, etiam quòd non ſit lapſum decennium, ubicunque præcederet inſtrumentum dotale, quo dos marito eſſet promiſſa, & ſequeretur cōſtante matrimonio cōfeſſio ipſius dotis. Opin. 148. num. 2. 133

Exceptio dotis cautæ, & non numeratæ opponi non poteſt, quotieſcunque maritus præſtitiſſet uxori tanquā dotatæ alimenta, & eam retinuiſſet in domo. ibi numero 3. ea.

Exceptio dotis non numeratæ opponi non poteſt, ſtante confeſſione geminata mariti de dote recepta. ibi numero 4. ea.

Exceptio dotis non numeratæ opponi nequit, ubi cum iuramento aſſertorio fuiſſet renunciatum exceptioni nō numeratæ dotis, iurando maritus omnia, & ſingula vera eſſe &c. ibi num. 5. ea.

1 Exceptio inuentarij non confecti, propoſita per hæredem conuentum, impedit litem conteſtari: niſi caſu, quo conueniatur ad reſtituendas vſuras, quas defunctus iuſſit reſtitui; & niſi conueniretur pro legatis pijs, & alimentis non requirentibus dilationem; & niſi conueniretur rei uendicatione: quia tunc conuenitur, vt quilibet poſſeſſor; & quotieſcunque petitur aliquid ab hærede pro impenſa funeris. Opin. 257. num. 1. char. 247. & Opin. 351. num. 12. 325

1 Exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum: cùm ſpoliatus debeat ante omnia reſtitui. Opin. 258 n. 1. 248

Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria. ibi num. 2. ea.

Exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam. ibi num. 3. ea.

1 Exceptio expenſarum, ſeu melioramentorum poteſt opponi in executione ſententiæ, etiam ſi ius retentionis in ſententia excipienti reſeruatum non fuiſſet. Opin. 259. num. 2. 249

Exceptio, ne quis exigatur ultra quàm facere poſſit, opponi poteſt in executione ſententiæ. ibi num. 3. ea.

Exceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ. ibi num. 3. ea.

1 Exceptio oppoſita per poſſidentem hæreditatem contra agentem petitione hæreditatis, vel familiæ erciſcundæ iudicio, quòd eſt indignus hæreditate, uel quòd defuncti uxorem adulterauerit, vel liberos occiderit, vel tacitam fidem incapaci accommodauerit, nihil operatur. Opin. 272. num. 1. 259

1 Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi quandocunque etiam poſt litem conteſtatam, & latam ſententiam. Opin. 418. num. 12. 383

Exceptio quæcunque reddens iudicium nullum, poteſt opponi quandocunque, etiam poſt latam ſententiam. ibi num. 13. ea.

2 Exceptio ſi eſſet ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur: tunc ne reddatur inutilis & ſuperflua, cenſetur regulam illam ampliare ſecundū exceptionis qualitatem. Opin. 477. num. 1. 30

2 Exceptio notoriæ proprietatis domini obſtat agentibus poſſeſſorio recuperandæ, & repelluntur à reſtitutione poſſeſſionis. Opin. 510. num. 17. 53

Exceptio oppoſita contra ſpoliatum non requirit probationem; & præſertim cùm conſtaret per inſpectionē priuilegij, admitteretur ad excludēdum petentem reſtitutionem poſſeſſionis. ibi num. 18. ea.

2 Exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum. Opin. 739. num. 1. 238

Exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam. ibi num. 2. ea. ſiue ſpoliatus tradatur in cauſam criminalem per uiam accuſationis, ſiue per uiam inquiſitionis. ibi uerſ. Amplia præfatam. ea.

2 Exceptio non fit de una perſona ad aliam, & ſic de ſorore ad

adneptem. Opin. 869. num. 15. 416
3 Exceptio contra perſonas, uel dicta teſtium ante aperturam ipſorum teſtium opponi debet, non autem poſt publicationem. Opin. 926. num. 1. 50
Exceptio contra perſonas, & dicta teſtium, quòd ſint infames uel excommunicati, reſeruatur per iudicem in fine iudicij: niſi pars obijciens talem exceptionem vellet incontinenti probare, quia eſt audienda, ſi habet probationes in promptu. ibi num. 4. ea.
Exceptio contra perſonas teſtium non poteſt opponi poſt ſententiam in ſecunda inſtantia appellationis in caſibus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam, vt in cauſis matrimonialibus. ibi num. 6. 51
Exceptio, tu non potes eſſe procurator, non oppoſita in prima inſtantia, ſed in ſecunda, & admiſſa abſque appellatione operatur. ibi num. 8. ea.
3 Exceptio excommunicationis, & infamię contra teſtes reſeruatur in fine iudicij, niſi pars uellet incontinenti probare. Opin. 977. num. 4. 102
3 Exceptio rei iudicatæ actori proponenti pactum de retro uendendo, modicitatem pretij, & ſimulationem cōtractus obſtare uidetur quò ad ſimulationem ipſam; ſecus uerò quò ad pactum de retrouendendo, & læſionem in pretio. Opin. 1030. num. 4. 142
1 EXCEPTIONES, quæ opponuntur ad impediendum executionem ſententiæ in rem iudicatam trāſactæ, ſi reſpiciunt actionem primam, & eſſent natę ante ſententiam, non poſſūt opponi, & oppoſitæ non impediunt executionem. Opin. 259. num. 1. 249
1 EXCIPERE tertius non poteſt de iure fiſci, vbicunque bona cum effectu eſſent per fiſcum apprehenſa. Opin. 331. num. 1. 305
1 EXCOMMVNICATIO eſt maxima pœna; & nulla maior pœna de iure canonico inferri poteſt quàm excommunicatio. Opin. 263. num. 5. 255
Excommunicatio adeò eſt timenda, vt nil debeat ſic Chriſtianus formidare, quàm ſeparari ab eccleſia. ibi num. 6. ea.
Excommunicatio non ſolùm corpori, ſed animæ etiam detrimentum affert, cùm hominem à Deo ſeparet. ibi num. 8. ea.
1 EXCOMMVNICATIONIS exceptionem opponens contra actorem, non auditur, nec impedit litis ingreſſum in Regno, & ibi de ratione. Opin. 262. num. 7. 253
1 EXCOMMVNICATIONEM licèt incurrat, qui hoſtiliter inſequitur Cardinalem: tamen non incurrit illam per ſolam inſequutionē ipſius Cardinalis, niſi percutiat, capiat, vel banniat eum. Opin. 88. num. 7. 77
1 EXCOMMVNICATVS abſolui non poteſt, niſi prius ſatisfecerit de expenſis, & fideiuſſerit de ſiſtendo in iudicio. Opin. 3. num. 2. 5
1 Excommunicatus licèt non poſſit eſſe arbitrator, nihilominus poteſt eſſe arbiter. Opin. 62. num. 2. 55
Excommunicatus iterum excommunicari poteſt. Opin. 80. num. 2. 70
Excommunicatus pluries, pluries debet abſolui. ibi num. 9. 71
1 Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, dum eſt in excōmunicatione. Opin. 260. num. 1. 251
Excommunicatus poſt abſolutionem impetratam ab excommunicatione, poteſt eſſe teſtis, & recipi in teſtē. ibi num. 2. ea.
Excommunicatus teſtis eſſe non poteſt, etiam poſt impetratam abſolutionem, ſi fuit excōmunicatus pro furto, vel alio facinore. ibi num. 3. ea.
Excommunicatus admitti poteſt in teſtem, & pro teſte in teſtamento. ibi num. 4. ea.
Excommunicatus condere poteſt teſtamētum, ſicut alius non excommunicatus. ibi num. 5. ea.
Excommunicatus habet teſtamenti factionem tam actiuè, quàm paſſiuè: & traditur hìc etiam cautela remiſſiuè excommunicato uolenti teſtamentum condere, quando teſtes, & notarij, ad eum ob timorem excommunicationis accedere nollent. ibi num. 6. ea.
Excommunicatus admittitur in teſtem in contractibus. ibi num. 7. ea.
1 Excommunicatus pro quacunque cauſa, etiam ciuili, perſiſtens per annum in excommunicatione, habetur ſuſpectus de hæreſi, & ob hoc poteſt inquiri ad indicendam ſibi purgationem, in qua ſi forte deficeret, habetur pro conuicto de hæreſi: nam permanendo tanto tempore in cenſuris, uidetur malè ſentire de ſacramentis eccleſiæ, & de clauibus. Opin. 261. nu. 1. 252
Excommunicatus perſeuerans in excommunicatione per annum, & monitus nolens reſipiſcere, poſſet tanquā hæreticus condemnari, & eius bona publicari. ibi num. 3. ea.
Excommunicatus occaſione contumaciæ contractæ per eum in non comparendo pro cauſa criminali, pro qua vocatus extiterat, & perſeuerans per annum in ipſa excommunicatione, conuictus cenſetur pro eo crimine, cuius accuſatus fuit. ibi num. 4. ea.
Excommunicatus perſeuerans in Regno in excommunicatione ultra annum debet per prælatos, qui eum excommunicarunt, denunciari iudici ſeculari, & legitima pœna condemnari per ipſum iudicem ſecularem. ibi num. 5. ea.
Excommunicatus perſeuerans in excommunicatione per annum, debet in Regno ſecundùm ſtatum, & qualitatem ſuam variè puniri. ibi num. 6. ea.
1 Excommunicatus non poteſt agere in iudicio. Opin. 262. num. 1. 253
Excommunicatus per ſentētiam repellitur à iudicio abſque aliqua alia declaratoria, ſeu publicatoria ipſius excommunicationis: & oſtenſa ſolummodò in iudicio fide ſententiæ excommunicationis, ab eodem iudicio penitus repelli debet. ibi num. 2. ea.
Excommunicatus non admittitur ad compenſationem: quia qui compenſat, quodammodo agit, & petit. ibi num. 3. ea.
Excommunicatus tam per ſe, quàm per procuratorem comparere non poteſt in iudicio, ſcilicet agendo. ibi eod. num.
Excommunicatus audiri debet in iudicio comparens per procuratorem, & non per ſe ad proponendas eius defenſiones. ibi num. 5. ea.
Excōmunicatus non poteſt eſſe procurator, aduocatus, tutor, curator, uel hoſpitalarius. ibi eod. num.

Excom-

Excommunicatus repelli debet à iudicio officio iudicis, etiam parte non opponente. quod procedit in publicè excommunicato. ibi num. 6. ea.
1 Excommunicatus occultus, ſeu toleratus, non poteſt alium excommunicare: ſecundùm vnam communem opinionem, licèt altera communis ſit. Opin. 263. num. 1. 254
Excommunicatus eſt in manibus diaboli. ibi nu. 2. ea.
Excommunicatus non debet ſepelliri in loco ſacro. & damnatis obeſt eccleſiaſtica ſepultura. ibi nu. 9. 255
Excommunicatus non poteſt ordinari, ſed ſi ordinatur, caracterem recipit. ibi num. 10. 256
Excommunicatus dicitur infamis, & æquiparatur deportato, ſeu damnato in metallum. ibi num. 11. ea.
Excommunicatus efficitur ſeruus peccati, & hæreticus. ibi num. 12. ea.
1 Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator, ſeu arbiter. Opin. 264. num. 1. 256
1 Excommunicatus non prohibetur contrahere, ſed contrahens cùm eo peccat mortaliter, niſi in caſu neceſſitatis contraheret. Opin. 265. num. 1. ea.
1 Excommunicatus non poteſt conferre beneficium. Nec patronus excommunicatus præſentare poteſt modo aliquo. Opin. 266. num. 1. ea.
Excommunicatus occultus, ſeu toleratus poteſt conferre beneficium, & eius collatio ualet & tenet. ibi num. 2. ea.
Excommunicatus optare non poteſt. ibi num. 4. 257
2 Excommunicatus conſtituere poteſt ad negocia ſua procuratorem. Opin. 651. num. 9. 170
3 Excommunicatus licèt non poſſit ſtatim priuari beneficio: tamen redditibus ipſius beneficij eſt ipſo iure priuatus. Opin. 884. num. 7. 9
3 Excommunicatus repellitur à teſtimonio regulariter. Opin. 977. num. 1. 102
Excommunicatus & ſocius criminis teſtes [illegible] poſſunt in inquirenda hæreſi. ibi num. 2. ea.
Excommunicatus abſolutus ab excõmunicationis nexu, poteſt eſſe teſtis poſt abſolutionem impetratam. ibi num. 3. ea.
EXCOMMVNICATI debitores, qui promiſerunt cum iuramento ſoluere, conueniri non poſſunt in iudicio per excommunicatum, durante excommunicatione: licèt ipſi excommunicati poſſint à creditoribus conueniri. Opin. 262. num. 4. 253
1 EXCOMMVNICATO non aſſiſti: Angelus bonus. Opin. 263. num. 3. 254
Excommunicato non proſunt bona opera, quæ facit, & excommunicatio ſeparat à multis bonis: & excommunicatus audiens diuina, mortaliter peccat; & participans cum excommunicato, incurrit excommunicationem minorem, cum qua ſi accederet ad aliquod ſacramentum, peccaret mortaliter: & participans ipſe vrbanè cum excommunicato, peccat uenialiter; ſecùs ſi ex contemptu eccleſiæ, tunc enim peccaret mortaliter. ibi num. 4. ea.
1 EXCVSSIO non eſt neceſſaria in iudicio, ubi agitur cum clauſula, ſummariè &c. Opin. 96. nu. 4. 82
1 EXECVTIO contra principalem debitorem per hæredem, ſeu ſingularem ſucceſſorem creditoris fieri nõ poteſt non prius ipſo citato. Opin. 385. nu. 4. 392
2 Executio rei iudicatæ pertinet ad eundem iudicem, qui ſententiam promulgauit, & ſic ad primum iudicem à quo, vbicunque infra legitima tempora non appellatur, vel interpoſita appellatio non proſequatur. Opin. 695. num. 9. 202
3 Executio ſeu venditio rei immobilis ſubhaſtatæ, non ſeruato ordine, l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. non ualet, nec tenet; imò annullatur, & reuocatur, ſecundùm deciſ. ſacri Regij Concilij Neapolitani, licèt communis opinio appareat in contrarium, quòd ipſa executio, & uenditio ob huiuſmodi ordinis transgreſſionem non irritetur, neque annulletur. Opin. 1011. num. 1. 127
1 EXECVTOR teſtamentarius ob bannum non deſinit eſſe executor, & ſic durante banno poſſet exequi teſtamentum. Opin. 63. num. 2. 55
1 Executor ſententiæ non tenetur citare partem ad executionem faciendam. Opin. 94. num. 3. 80
3 Executor ubi non eſt datus in vltimis voluntatibus, in dubio eſt epiſcopus. Opin. 876. num. 2. 5
2 EXEMPTIO & immunitas poſſunt præſcribi, concurrente titulo, & bona fide, 40. ann. ſpatio; & ſic præſcripta tolli non poteſt. Opin. 634. nu. 1. 157
1 EXHAEREDATIO ex cauſa ingratitudinis non tenet, hæreditate ex teſtamento patris non adita. Opin. 309. num. 5. 288
1 Exhæredationis cauſas nõ tantùm exprimere, ſed etiam probare pater tenetur. Opin. 307. num. 5. 286
1 Exhæredari nequit filius, quem ante teſtamentum patris commiſſæ ingratitudinis pœnitet. Opin. 309. num. 4. 288
1 EXPECTATIVVS prouiſus per ſuos exequutores, ſi ignoretur de prioritate, præfertur reſeruatiuo Papæ. Opin. 378. num. 10. 350
2 EXPENSAE factæ in ſtudio, & doctoratu per unum ex ſocijs omnium bonorum, non præſumuntur factæ de communi patrimonio, vel capitali ſocietatis, ſed de parte tantùm patris ſui, & in eius partem imputari debent. Opin. 338. num. 4. 310
2 Expenſæ factæ cauſa quærendorum fructuum, deducuntur ex fructibus. Opin. 798. num. 3. 280
EXTENSIO fit etiam in correctorijs, vbi tractatur de fauore publico: & conſequenter ſtatutum puniens homicidas, extenditur in præcipientibus fieri homicidium: cùm hoc tendat ad fauorem reipublicæ. Opin. 269. num. 1. 258
Quod procedit in grauibus delictis. ibi verſ. Sed aduerte. ea.
1 Extenſio in correctorijs non ſolùm à ſimili, ſed ex maioritate rationis non eſt licita. Opin. 270. num. 1. ea.
1 Extenſio in odioſis, & pœnalibus, vbi lex figit pedem nõ admittitur; quia odioſa reſtringi debent, niſi ratio eſſet expreſſa in lege pœnali, & niſi fieret extenſio de caſu ad caſum: quia aliàs lex fieret eluſoria. Opin. 271. num. 1. 259
Quod limitatur ibi, uerſ. Quæ quidem, & uerſ. Interpretatur quoque, & verſ. Limitatur etiam. ea.
1 Extenſio aliud eſt, & aliud enucleatio. Opin. 306. num. 7. 286

Extenſio

Extenſio fit de ſimilibus ad ſimilia, & ſic de caſu ad caſum, etiam in pœnalibus, ex identitate rationis: quia aliàs extenſio fieret eluſoria. ibi num.7. ea.

Extenſio fit, ubi militat eadem vel maior ratio. ibi num.9. ea.

2 Extenſio non fit in pœnalibus per identitatem rationis, quando conſtitutio pœnalis odium irrationale continet. Opin.771. num.4. 265

2 Extenſio fit in exorbitantibus de caſu ad caſum in materia fauorabili, etiam ſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quàm in alio, & quamuis non adſit omninò eadem ratio. Opin.773. num.6. 267

2 Extenſio fit de perſona ad perſonam, abſurdi euitandi cauſa. Opin.863. num.2. 399

Extenſio de perſona ad perſonam non fit, vbi abſurditas ſequeretur. ibi num.3. ea.

Extenſio difficilius fit de perſona ad perſonam, quàm de caſu ad caſum. ibi num.7. 400

2 Extenſio de una perſona ad aliam non fit, etiam ex conjecturata mente teſtatoris. Opin.869. nu.16. 416

Extenſio non fit à ratione conſeruandæ agnationis. ibi num. 22. 417

Extenſio prohibita eſt, etiam ex maioritate rationis in ſtatutis excludentibus fœminas. ibi num.23. 407

Extendi non dicitur lex, ubi eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo. vide in verbo Lex.

1 EXTRANEVS reſtituitur ad hæreditatem non agnitam lapſu triginta annorum, dummodò ignorauerit ſibi delatam. Opin. 225. num.2. 303

1 Extraneus dotans extraneam, dote deperdita, non tenetur iterum dotare. Opin. 337. num. 5. 309

2 EXTRANEI dicuntur, mater, frater, & patruus, & omnes alij, qui non habent filiam in poteſtate; qui ſi promitterent dotem, in dubio cenſerētur illam promittere vti extranei & non aliter. Opin. 484. num.5. 35

2 EXTREMIS probatis, videtur probatum mediū. Opin.516. num. 32. 61

DE LITERA F.

2 FABIVS voluit potius patrimonijs, quàm fide inops eſſe. Opin.569. num.4. 118

1 FACILITAS nimia in iudicando damnatur. Opin. 396. num.4. 360

1 FALSITAS, quæ nemini nocet, non poteſt pœna ordinaria falſi puniri, ſiuè per teſtem, ſiuè per notarium, uel alium commiſſa ſit. Opin.273. num.1. 260

Falſitas commiſſa per teſtem, cuius depoſitio nulla ſit, non debet pœna ordinaria falſi puniri, ſed extraordinaria pecuniaria, vel ſimili iudicis arbitrio. ibi numero 3. ea.

3 Falſitas teſtium ut excludatur, lex præſumit varietatē loci, & temporis. Opin.921. num.1. 44

Falſitas ſcaturiens ex aliquo uerbo inuente falſitatem; ad excludendum falſitatem ipſam interpretatio fit vt non importet. ibi num.2. ea.

Falſitas ne committatur, maxima ſubtilitas adhibenda eſt. ibi num.3. ea.

3 Falſitas commiſſa in uno capitulo, ſeu articulo non vitiat cætera capitula omninò diuerſa à falſo. Opi.935. num. 4. 63

3 Falſitas teſtis ſiue eius dicti commiſſa non tangens negocium principale, non reprobat eius dictum, imò probat, punitur tamen crimine ſtellionatus. Opin. 936. num.1. & 2. 63

3 Falſitas nemini nocibilis non poteſt de iure communi puniri pœna falſi ordinaria, ſiuè per notarium, ſiuè per teſtem, vel per alium ſit commiſſa. Opin. 937. num. 5. 64

3 Falſitas teſtium debet probari, nec ſufficit ſolam corruptelam probaſſe, ut ſententia retractetur vel annulletur. Opin.938. num.1. 64

1 Falſum committens inquiſitus, vel accuſatus de falſo, debet ſub cautione relaxari, & habilitari. Opin. 273. num.2. 260

Falſum commiſſum in inſtrumento nullo non poteſt puniri pœna falſi ordinaria. ibi num.4. ea.

2 Falſi ſuſpitio nō habetur pro falſo. Opin.538. n.15. 93

1 FAMA publica regulariter facit ſemiplenam probationem, non autem plenam. Opin.274. nu.1. 260

Fama publica in antiquis, quorum non extat principij memoria, habetur pro plena ſcientia, & veritate; taliter quòd teſtis deponere poteſt: ſcio Chriſtum crucifixum, & Conſtantinum fuiſſe Imperatorem: quia nouit indubitanter, quamuis non viderit. ibi nu.2. ea.

Fama in antiquis plenè probat. & infra ibi nu.4. 261

Fama publica ſola in antiquis, cuius initij memoria non extat, probat dominium antiquiſſimum, videlicet, quòd iſta domus fuerit Dantis Poetę Florentini, & Vergilij in Mantua. ibi num.4. ea.

3 Fama debet probari apud maiorem partem populi: & ſic vt dicatur ad hoc fama probata, requiritur, quòd teſtes deponant ſe audiuiſſe à maiori parte populi: licet contrarium ſeruetur in Rota Romana, quòd famam probent teſtes deponentes publicè dici audiuiſſe. Opin. 898. num.5. 27

Fama publica non probatur ex eo, quòd teſtes deponant ſe

audiuiſſe

audiuiſſe à multis: quia multi dicuntur duo. Nec probatur ipſa fama, ſi diceretur inter homines audiuiſſe: quia dictio inter, verificatur in duobus. minimeque probatur, ſi teſtes aſſererent à pluribus. Item neque probatur ipſa fama, quando teſtis neſcit à quibus dicere audiuit. ibi num. 6. ea.

Fama publica probatur per duos teſtes. ibi nu. 8. ea.

Fama publica eſt probanda, & de ea conſtare debet in proceſſu: nec creditur aſſertioni iudicis de fama ipſa. ibi num. 12. ea.

Fama publica legitimè probata ſufficit, & probat in his quæ ſunt difficilis probationis. ibi num. 14. 28

Fama ſufficit, & plenè probat in antiquis excedentibus viuentium memoriam. ibi num. 16. ea.

Fama in factis antiquis facit iuris præſumptionem. ibi num. 17. ea.

3 Fama bona rei probata, penitus certe tollitur præſumptio delicti, etiam quòd contra reum ipſum extarent producta in proceſſu alia indicia, & mala fama. Opin. 925. num. 9. 49

3 Fama, & vnicus teſtis, eo potiſſimùm caſu, quo fama facit ſemiplenam probationem, plenè probarent. Opin 945. num. 2. 70

2 FAMILIA, ſeù domus, in qua uoluit teſtator bona ſua conſeruari, reſtringitur ad diſcendentes ſuos maſculos. Opin. 850. num. 4. 381

1 FAMILIARES, ſerui, ac liberti non poſſunt accuſare dominos, & ſi accuſant, puniuntur. quod limitatur pluribus modis. Opin. 26. num. 10. 20

1 FAMVLVS ſeruiens pro mercede, valetudine impeditus operas præſtare, ſalarium pro eo tempore, & ſic durante infirmitate habere non debet: nam merces debetur, quatenus operæ præſtentur. Opin. 275. num. 1. 261

1 Famulus fugiens, vel famuli fuga facit plenam probationem, vbicunque concurrerent lamentationes domini factæ de bonis ſibi ablatis ante inquiſitionem, & poſt accuſationem. Opin. 343. num. 19. 315

Famulus præſumitur ſubtraxiſſe bona, quæ non reperiuntur extare in domo domini, & quæ aderant ante fugam. ibi num. 20. 316

2 Famulus, ſiuè Doctor, & ſimilis conductus certo ſalario pro vno anno, quo finito, & denique interpoſitis pluribus alijs annis, ſi reconducatur ſine repetitione ſalarij, intelligitur reconductus ſub illo ſalario, quod prius perceperat. Opin. 561. num. 2. 113

3 FELYNVS in c. quia iudicante num. 8. extra de præſcript. & Alex. conſ. 120. num. 6. lib. 2. declarantur. Opin. 1018. num. 33. 135

3 FELLONIA vaſalli neceſſariò probari debet per quinque teſtes omni exceptione maiores. Opin. 913. num. 1. 39

1 FEVDVM rebellis, confiſcatis eius bonis ob crimen leſæ maieſtatis, non venit in confiſcatione, nec poteſt confiſcari, ſed reuertitur ad dominum directum. Opin. 149. num. 6. 135

1 Feudum eſt contractus nominatus. Opin. 151. numero 4. 136

Feudum dicitur contractus innominatus, & eſt contractus etiam vltro citroque obligatorius. Opin. 283. num. 2. 267

1 Feudum ſi reperiatur receptum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque, tranſit ad hæredes extraneos. Opin. 248. num. 1. char. 243. & ibi verſ. Sed iſta ſententia. 244

1 Feudum acquiſitum ex re patris, & non gratis conceſſum, poteſt pater, qui illud recepit pro ſe, & filijs, vni filiorum aſſignare. Opin. 276. num. 6. 262

Feudum hæreditarium non tranſit niſi ad illos, ad quos tranſit hæreditas, & feudum ipſum hæreditarium. Opin. 279. num. 1. 265

Feudum hæreditarium dicitur illud, quando ex tenore inueſtituræ fuerit conceſſum, & acquiſitum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus. ibi num. 2. ea.

1 Feudum in dubio præſumitur antiquum, non nouum. Opin. 281. num. 1. 266

1 Feudum nouum quando conceditur iure antiqui feudi, nõ aſſumit naturam, & qualitatem feudi antiqui: nam iſta verba iure antiqui, facti qualitatem non mutant: ſed communis opinio eſt in contrarium, quòd imò aſſumat. Opin. 282. num. 1. ea.

1 Feudum hæreditarium ex illa forma inueſtituræ, tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendẽtibus, conſtituitur. Opin. 307. num. 8. 286

1 Feudum non retinetur hæreditate non retenta, & ſic repudiata, in Regno Neapolitano. Opin. 310. numero 3. 288

Feudum non debetur iure hæreditario, ſed vigore contractus. ibi num. 4. ea.

2 Feudum denegans eſſe domini, ac à domino illud retinere; ex hac inficiatione poteſt per dominum feudi, & proprietarium, poſſeſſor iure aliàs ſibi competẽte priuari. Opin. 510. num. 24. 54

Feudum deueniens ad Regem directum dominum, omnes alienationes, & conceſſiones inde factæ per vtiles dominos antea exiſtentes, ipſo iure extinguuntur. ibi num. 25. ea.

Feudum perueniens ad directum dominum, licèt reuertatur poſtmodùm ex noua conceſſione ad deſcendentes illorum, quibus primò fuerat conceſſum, cùm ſapiat naturam noui feudi, non erit obligatus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas, conſiderato iure reintegrationis in directum dominum. ibi num. 27. ea.

2 Feudum paternum poſtquam peruenit ad filium, non dicitur amplius paternum, ſed filij. Opin. 812. num. 55. 298

2 FEVDI reuocatio permittitur domino, quotieſcũque reperiatur ipſi feudo ſeruitus impoſita, ſeù pars illius alienata. Opin. 510. num. 23. 54

1 FEVDORVM liber fuit compilatus ab Oberto de Orto ciue Mediolanenſe, & poſtea fuit lectus in publicis ſcholis. Opin. 278. num. 1. 263

Feudorum liber habet plenam fidem, ſicut aliæ leges. ibi num. 2. ead. & Opin. 913. lib. 3. num. 2. 39

Feudorum liber non ligat Gallos, & ſic in Gallia, in ſucceſſione feudorum, allegari non poteſt. ibi nu. 3. ea.

Feudorum liber, ſeu conſtitutiones feudales, & iura feudorum allegari non poſſunt ad deciſionem aliarũ cauſarum non feudalium. ibi num. 4. ea.

FEVDA-

1 *FEVDALEM rem poſſidens per decennium vt feudalem, præſumitur tunc præceſſiſſe ſolemnis conceſſio feudalis.* Opinione 237. *numero* 2. *char.* 235

1 *Feudale ius, mortuo vaſſallo, continuatur in filium abſque aliqua inueſtitura: adeo quòd non ſit opus in poſſeſſionem immitti: cùm in feudo etiam habeat locum ſuitas.* Opin. 321. *num.* 2. 299

2 *FIDES habet vim iuramenti: & ſic conuentio, ſeu pactum nudum, data fide, validum vel valida efficitur.* Opin. 569. *num.* 3. 118

Imperator debet à Papa tanquam ſuperiori confirmari, examinari, vngi, conſecrari, & coronari, ſi dignus ſit, vel reijci ſi ſacrilegus, & excommunicatus appareat, etiam ſi electus reperiretur ab electoribus Imperij. ibi num.20. ea.
Imperator iurat tempore coronationis de non alienando bona Imperij. ibi num.21. ea.
Imperator eſt dominus totius mundi. ibi num.24. ea.
Imperator eſt dominus totius mundi, quò ad omnimodã poteſtatem, & vniuerſalem iuriſdictionem, & non quò ad proprietatem rerum ſingularium: & ſic eſt dominus ipſe Imperator totius orbis, quò ad protectionem, & defenſionem tantùm, non quò ad dominium. ibi num. 26. ea.
Imperator tantæ eſt authoritatis, & præeminentiæ, vt ab ipſo ad Papã non poſſit appellari. ibi nu.28. 342
Imperator, quòd ſit dominus totius orbis, quò ad protectionem, & defenſionem, non quò ad dominium, procedit vniuerſaliter, non autem particulariter; vnde poteſt mundum ab alio occupatum vendicare. ibi numero 30. ea.
Imperator poteſt punire ſubditum de delicto vbique commiſſo. ibi num.31. ea.
1 *Imperator in terris Imperij, & in temporalibus præeſt omnibus clericis, ſed non in ſpiritualibus. ibi numero 32.* ea.
Imperator in temporalibus dicitur Vicarius Dei. ibi num. 34. ea.
Imperator Papæ, & canoni ſubeſt in ſpiritualibus, & concernentibus principaliter peccatum. ibi nu.35. ea.
Imperator non poteſt diſpenſare contra ius diuinum, niſi ex cauſa neceſſaria, & magna. ibi num.36. ea.
Imperator, Rex, ſeu alij Principes ſuperiorem non recognoſcentes, gratiam facere nequeunt pro homicidio voluntario, etiam ſi homicida pacem habuerit ab hæredibus occiſi. ibi num. 37. ea.
1 *Imperator dicitur filius eccleſiæ, ſiue Papæ. ibi numero 47.* 343
Imperator ſortitur forum Eccleſiæ in iuramento, voto, pacis, & contractus obſeruatione. ibi nu. 48. ea.
Imperator cùm filius Eccleſiæ ſit, nõ præſumitur ei præiudicare. ibi num. 49. ea.
Imperator non iudicat cauſas clericorum, & ſacerdotũ. ibi num. 50. ea.
Imperator dicitur Dei miniſter, & Dei ſeruus, ſed non ſeruus eccleſiæ. ibi num. 51. ea.
Imperator dicitur aduocatus Eccleſiæ. ibi nu. 52. ea.
Imperator eſt aduocatus Papæ. ibi num. 53. ea.
Imperator olim dominus erat totius mundi quò ad omnia. ibi num. 54. ea.
Imperator immediatè habet hodiè iuriſdictionẽ à Deo, & ab Eccleſia. ibi num. 57. 344
2 *Imperator in ſoldis uidetur, & Princeps cognoſcitur, & iudicatur. Opin. 516. num. 52.* 64
2 *Imperator in terris Pontificis legitimare nequit. Opin. 583. num. 3.* 130
Vide in verbo Rex.
Imperator poteſt legitimare, vide in uerbo Legitimare.
1 IMPERATORES *Deus de cœlo conſtituit ad hoc, per ora eorum diuinitus iura conderentur. Opin. 369. nu. 1, char. 340. & lib. 2. Opin. 832. nu. 17.* 327
3 IMPERTINENS *non dicitur illud, quod ex leui præſumptione cauſam adiuuat. Opin. 952. numero 4.* 78
1 IMPETRANS *reſcriptum à Papa ab abſolutione à iuramento, quò ad effectum agendi, tenetur, & debet*

& debet petere relaxationem non ſolùm ab uno iuramento, ſed etiam ab omnibus iuramentis præſtitis in contractu, gradatim, explicitè, & expreſſè, non autem relatiuè, & implicitè. Opin. 2. num. 7. 4

Impetrans abſolutionem à iuramento, tenetur exprimere in reſcripto apoſtolico, quòd iurauit in contractu ei non contrauenire, ſed omnia vera eſſe, & non petere abſolutionem, etiam ad effectum agendi, vbi ipſe in contractu promiſit modo, & forma, ut ſupra: aliàs hoc non expreſſò ſpecificè, abſolutoria contra tale iuramentum non ualet. ibi num. 8. ea.

1 IMPVBES ante legitimam ætatem, ſi ſolẽniter religionem profiteatur, profeſſio eſt nulla, etiam ſi ſit puer diſcretus, & doli capax. Opin. 370. nu. 1. 344

3 Impubes in cauſa ciuili non poteſt teſtificari, quia quicquid videt ignorat, & eius teſtimonium eſt, ſicuti ſi cæcus teſtificaretur de coloribus. Opin. 964. numero 1. 90

1 IMMVNITAS conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis, & inſolitis, non extenditur ad onera impoſita ratione belli diuini, putà peſtis, vel belli humani. Opin. 387. numero 1. 337

Immunitas cõceſſa etiam verbis generalibus, & amplis, non extenditur ad onera impoſita ratione belli, vel alterius publicæ neceſſitatis inexcogitatæ, ſecundùm vnam communem opinionem, licèt & altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis. ibi nu. 2. 338

Immunitas cõceſſa per hæc verba, uidelicet ab omnibus, & quibuſcunque, extenditur ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnæ neceſſitatis reipublicæ, propter ipſa uerba geminata, ab omnibus, & quibuſcunque oneribus. ibi num. 3. ea.

Immunitas conceſſa ex contractu oneroſo, & non ex priuilegio non procedit: quia tunc immunis quoque grauari non poſſet propter onera belli. ibi num. 4. ea.

2 Immunitas conceſſa à lege propter numerum duodecim filiorum, non admitur ſi aliquis eorum moriatur. Opin. 443. num. 4. 3

2 Immunitas, & exemptio poſſunt præſcribi concurrente titulo & bona fide quadraginta annorum ſpatio; & ſic præſcripta tolli non poteſt. Opin. 634. nu. 1. 157

3 Immunitas conceſſa propter paupertatem, ceſſat ſuperuenientibus diuitijs. Opin. 642. num. 1. 164

Immunitas conceſſa alicui quandiù reipublicæ cauſa abfuerit, ceſſat illicò ceſſante abſentia. ibi nu. 4. 165

2 Immunitas alicui conceſſa ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, cum clauſula non obſtantibus quibuſcunque, non includit onera taxarum, equorum, & hoſpitationis militum, ſtante ſtatuto diſponente, quòd ad onera taxarum, equorum, & hoſpitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis his qui à Principe literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione habuerint, niſi in ſpecie nominentur. Opin. 823. num. 1. 314

1 INCENDIVM culpa inhabitantium præſumitur ortum. Opin. 439. num. 2. 397

Quando conſtaret de origine ſiue principio ignis. ibi num. 28. 402

Incendium fortuitum, præſumitur culpa inhabitantium ortum. ibi num. 7. 399

Incendium præſumitur ortum inhabitantium culpa leuiſſima. ibi num. 8. ea.

Incendium connumeratur inter caſus difficilis probationis. ibi num. 25. 402

1 INCENDIARIVS tenetur de leui culpa, vbicunque incendium eſſet fortuitò cauſatum. Opi. 439. num. 6. 399

1 Incendiarij doloſi, viui ſunt concremandi, aut capitis pæna puniendi, quando aliquis in domo combuſta mortuus fuerit; aliàs puniretur pœna extraordinaria relegationis, & publicationis bonorum. Opin. 439. num. 1. 397

INCERTITVDINIS ratione denegatur, quod vni certè dandum erat. Opin. 84. num. 2. 73

1 INCOLA dicitur, vbicunque habitauerit in loco cum maiori parte fortunarũ ſuarũ, cauſa ibi perpetuò habitandi. Opin. 203. num. 3. 176

1 Incolatus præſumitur ex varijs, diuerſiſque coniecturis poſitis remiſſiuè. Opin. 203. num. 7. 176

2 INCONVENIENTI vno dato, aliud dari non debet, etiam conſeruandæ agnationis cauſa. Opin. 795. num. 2. 276

1 INDICIVM ad torturã faceret præſumptio, vbicunque homicidium commiſſum reperiretur ex eo ſolùm, quòd quis dixerit, ſumam vindictam de te, & præſertim, ſi is ſolitus erat minas executioni mandare, & minatus reperiatur occiſus. Opin. 365. num. 2. 336

1 Indicia indubitata quæ dicantur, & qualia ſint, ponitur remiſſiuè. Opin. 126. num. 3. 115

1 Indicia, præſumptiones, & coniecturæ in cauſa difficilis probationis, etiam ad plenam probationem inducendã admittuntur. Opin. 439. num. 26. 402

3 Indicia ad torturam contra reum penitus tolluntur per quodlibet indicium, ſeu coniecturam ad ipſius rei fauorem in proceſſu oſtenſam. Opin. 925. num. 8. 49

2 INDICTIO quomodo inueniatur, traditur modus remiſſiuè. Opin. 542. num. 9. char. 98. Vide in verbo Notarius.

2 INAEQVALITAS parit diſcordiam, & inuidiam inter filios. Opin. 833. num. 13. 335

Inæqualitas inter filios meritò reprobatur à lege. ibi num. 14. ea.

1 INFAMIA iuris dicitur, quæ ſecundùm leges ciuiles, vel ipſo iure, vel mediante ſententia eſt. Opin. 26. num. 2. 19

Infamia facti dicitur, quando eſt læſa fama, ſeu æſtimatio alicuius propter factum ab eo commiſſum apud bonos, & graues uiros. ibi num. 5. ea.

1 Infamia iuris quæ dicatur. Opin. 371. num. 1. 344

Infamia iuris non probatur niſi per ſententiam, vel per confeſſionem delinquẽtis, quamuis delictum probetur per teſtes. ibi num. 2. ea.

3 Infamia facti probatur per teſtes, etiam nullo modo iuratos. Opin. 991. num. 3. 114

1 INFAMIS, infamia iuris non poteſt accuſare. Opin. 26. num. 1. 19

Infamis infamia iuris, ac ex damnatione publici iudicij accuſare non poteſt in criminibus exceptuatis. ibi num. 3. ea.

Infamis

Infamis infamia facti repellitur ab accuſando de iure canonico, non autem de iure ciuili. ibi num. 4. ea.

Infamis eſt ipſo facto habens vnam vxorem, & vnam concubinam, & non admittitur ad accuſandum de publico crimine. ibi num. 6. ea.

Infamis eſt habens duas concubinas. ibi num. 7. ea.

1 *Infamis non efficitur abſens, ſi cōdemnetur vt contumax præcedente inquiſitione: & conſequenter infamis nō efficitur damnatus per inquiſitionem: ſed bene infamis efficeretur inquiſitus, quando comparuit, & defenſionem ſuſcepit, & condemnatus fuit. Opin. 371. num. 3.* 344

1 *Infamis non efficitur condemnatus pro leui, ſeu modica iniuria alteri illata. Opin. 372. num. 1.* 345

2 *Infamis poteſt eſſe notarius; cùm ſpurij poſſint creari tabelliones, & conficere inſtrumenta. Opin. 647. numero 9.* 167

3 *Infamis occultus poteſt eſſe teſtis in teſtamēto. Opi. 906. num. 1.* 33

3 *Infamis teſtis eſſe non poteſt contra alium infamem: nec etiam admittitur ad iurandum in litem, nec in ſupplementum probationis. Opin. 958. num. 1.* 83

Infamis vel periurus dici non poteſt periurās ſine dolo, & ex inaduertentia. ibi num. 9. ea.

3 *Infamis infamia canonica, dicitur exiſtēs in peccato mortali. Opin. 971. num. 1.* 98

3 *Infamis infamia facti, hoc eſt improbatis, & leuioribus præditus moribus, eſt idoneus teſtis in cauſa ciuili, de iure ciuili; ſecùs de iure canonico. Opin. 991. numero 1.* 114

Infamis infamia facti non eſt ita integer teſtis, & dignus tanta fide, ſicut non infamis: ideo relinquitur arbitrio iudicis quantum ex hoc fidei teſtis antedicti diminuatur. ibi num. 2. ea.

3 INFAMES *infamia facti non poſſunt eſſe teſtes in criminali, mixtò, ciuiliq; graui negocio, vel in cauſa ingratitudinis, & matrimonij. Opin. 969. nu. 1.* 97

Infames, & viles perſonæ non probant vllo modo, ſi ſine tormentis, & quæſtionibus deponerent. ibi nu. 4. ea.

1 INFANS, *ſeu pupillus moriens, non adita hæreditate, tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum ad hæredes, ex clauſula generali, ſi qua mihi &c. Opin. 359. num. 3.* 333

Infans per ſe ipſum hæreditatem adire non poteſt, ſed vel per patrem, vel per protectorem opus eſt vt adeat. ibi num. 5. ea.

2 *Infans minor duorum, vel trium annorum non poteſt cū authoritate tutoris acquirere poſſeſſionem: quia cùm omninò careat intellectu, non poteſt per tutorem ſuppleri: ſecùs in infante quinque vel ſex annorum, qui fari, & loqui poſſit: & hoc idem concluditur in furioſo. Opin. 677. num. 17.* 184

2 *Infans filius ſi horam vixerit tantùm poſt mortem patris, hæreditatem patris ſui non aditam tranſmittit ex potentia ſuitatis ad quoſcunque hæredes, etiam quòd fœminæ ſuperſint, ſtante ſtatuto fœminas excludente. Opin. 812. num. 47.* 297

3 INFIDELIS *Deo non præſumitur fidelis hominibus, & fidele deponere teſtimonium. Opin. 971. num. 3.* 98

2 INFIRMVS *non præſumitur ſcire etiam id, de quo extat publica fama. Opin. 835. num. 13.* 338

1 INHABILIS *toleratur per habilem. Opin. 120. num. 6.* 109

1 INGRATITVDO *vbicunque donatori nota non fuit, vel repentina morte præuentus impeditus fuit donationem reuocare, donatio ipſa reuocari poteſt per hæredem donantis. Opin. 213. num. 2.* 220

1 *Ingratitudo deſiccat fontem pietatis. Opin. 222. numero 8.* 227

1 *Ingratitudo præcedens non purgatur per furorem ſuperuenientem. Opin. 309. num. 2.* 287

1 INGRATITVDINIS *vitium, ex quo filius poteſt exhæredari, tollitur per reconciliationem, per quam videtur remiſſa ingratitudo. Opin. 309. numero 3.* 288

1 *Ingratus animal homine nullum eſt, quia ſi accipientium animum intueare, beneficiorum magna pars perditur, & ideò omnes vici lamentationibus aduerſus ingratos pleni ſunt. Opin. 222. num. 16.* 227

2 INGREDIENS *poſſeſſionem vigore decreti inualidi, incurrit pœnas ſtatuti punientis turbantem poſſeſſionem alterius. Opin 767. num. 1.* 257

1 INIMICITIA *capitalis ſola, ſimplex, & de per ſe, non facit indicium ad torturam, ſecundùm vnam magis communem ſententiam; licèt ſecundùm alteram ſimiliter communem ex ſola capitali inimicitia tortura inferri poſſit. Opin. 374. num. 1.* 345

3 *Inimicitia capitalis vel dicitur, & oritur, vbicunque lis eſt ſuper omnibus bonis, vel ſuper maiori parte. Opin. 978. num. 7.* 104

Inimicitia capitalis contrahitur etiam ex verbalibus iniurijs. ibi num. 8. ea.

Inimicitia capitalis præſumitur ex minis de occidendo: & ſic minæ probant inimicitiam ipſam. ibi nu. 9. ea.

Inimicitia dicitur etiam quando conſtat de offenſa facta contra aliquem: licèt offenſus ignoret offenſam ipſam ſibi illatam. ibi num. 14. 105

3 INIMICVS *contra inimicum ſuum teſtis eſſe non poteſt. Opin. 978. num. 1.* 103

Inimicus etiam reconciliatus repellitur à teſtimonio cōtra inimicum ſuum, ſi reconciliatio nuper contingerit. ibi num. 2. ea.

Inimicus contra inimicum ſuum teſtis non admittitur vllo modo, etiam in crimine hæreſis, ſimoniæ, læſæ maieſtatis, & aliorum enormiſſimorum delictorum. ibi num. 3. 104

Inimicus non capitalis contra inimicum ſuum admittitur teſtis, quamuis minus ei credatur. ibi nu. 4. ea.

Inimicus teſtis ob non capitalem, & grauem inimicitiā non debet indiſtinctè repelli, ſed relinquitur arbitrio iudicis, qui ſecundùm inimicitiam deductam, & probatam, arbitrari poſſet teſtem ipſum eſſe vel non eſſe repetendum. ibi num. 5. ea.

Inimicus capitalis quis dicatur, & quibus modis probetur capitalis inimicitia, remiſſiuè. ibi num. 6. ea.

Inimicus capitalis, etiam cum tortura non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali contra inimicum ſuum. ibi num. 11. ea.

Inimicus repellitur à teſtimonio: quod habet locum non ſolum

ſolùm in capitalibus inimicis, ſed etiam in ſuſpectis de capitali inimicitia. ibi num. 13. ea.

Inimicus teſtis, etiam quòd non conſtet de inimicitia, dummodò conſtet de cauſa inimicitiæ, etiam per ſolũ eiuſdem teſtis dictum repellitur. ibi num. 15. 105

Inimicus teſtis in extremis laborans, etiam Chriſti corpore ſuſcepto, examinari non poteſt ad æternam rei memoriam contra inimicum ſuum. ibi nu. 16. ea.

3 Inimico teſti minimè creditur, etiam ſi eſſemus in cauſis difficilis probationis. Opin. 978. num. 12. 104

3 Inimici etiam quòd plures extent recepti cõtra ſuum inimicum, minimè facerent indicium ad torturam. Opin. 978. num. 10. 104

1 INIVRIA non infertur alicui ex eo, quòd quis ei dicat, tu dicis falſum, vel non dicis uerum, vel non dicis veritatem. Opin. 6. num. 5. 8

2 Iniuria non infertur filijs ex tranſitu ſuæ matris ad ſecũdas nuptias: cùm licitæ ſint ſecundæ, tertiæ, & deinceps nuptiæ; & iniuriam non inferas, qui ſuo iure vtitur. Opin. 852. num. 12. 387

3 Iniuria non præſumitur illata in dubio: & ſic vbicunque eſt dubium an quis fecerit cauſa iuris ſui conſeruandi, vel aliquem iniuriandi, præſumendum eſt, quòd cauſa iuris ſui conſeruandi. Opin. 925. num. 5 49

3 Iniuria facta vni de familia, cenſetur facta omnibus de illa familia. Opin. 960. num. 2. 86

1 INIVSTITIA euidens æquiparatur nullitati. Opin. 51. num. 3. 46

Iniuſtitia apparens notoria præbet occaſionem iudicibus recedendi à regulis iuris communis. ibi num. 4. ea.

3 INNOCENTIA rei accuſati poteſt probari per parentes, fratres, domeſticos, & per alios teſtes aliàs non idoneos, niſi contra ipſos domeſticos eſſent alij teſtes. Opin. 960. num. 10. 86

1 INQVISITIO formata ex officio iudicis tollitur viginti annis. Opin. 27. num. 2. 20

2 Inquiſitio iudicis formata contra aliquem, debet continere nomen, cognomen, & agnomen delinquentis, & rei inquiſiti, ne corruant inquiſitio ipſa, citationes, & bona ex eis prouenientia. Opin. 540. num. 12. 96

2 Inquiſitio formari poteſt ad nuncij relationem. Opin. 555. poſt num. 6. 108

2 INSIGNIA, & arma quilibet poteſt aſſumere ad beneplacitum, & imponere rebus ſuis. Opin. 540. num. 14. 96

2 Inſignibus, & armis alienis licitum eſt vti, dumtamen non tendat in alterius præiudicium. Inſignibus verò dignitatis non niſi ipſam habeat, aliter punitur vt falſarius. & vtens priuatus veſtibus & ornamentis Papæ, tenetur pœna capitali. Opin. 540. num. 15. 96

1 INSINVATIO donationis non requirit decretũ iudicis. Opin. 212. num. 7. 219

Inſinuatio donationis fieri poteſt coram quocunque iudice, etiam cui non ſubſit donator, nec res donata. ibi num. 8. ea.

Inſinuatio donationis nihil aliud eſt quàm eam facere redigi in ſcriptis coram iudice. ibi num. 9. ea.

1 INSTANTIA litis durat triennio, & non poteſt vltra triennium protelari per partes. Opin. 376. numero 1. 346

Inſtantia litis nec per indirectum per partes protelari poteſt, etiam per pœnæ impoſitionem. ibi num. 2. 347

Inſtantia litis labitur, etiam facto partis, ſine iudicis, & currit ipſo iure, etiam ſi partes vel iudex extiterit impeditus. ibi num. 7. ea.

Inſtantia de iure canonico non finitur triennio, ſed durat perpetuo, tam in negocijs ciuilibus, quàm criminalibus. ibi num. 9. ea.

Inſtantia incipit currere à die litis conteſtationis tam in cauſis ordinarijs, quàm arbitrarijs, aut compromiſſarijs. ibi num. 12. ea.

Inſtantia cauſæ appellationis, tam de iure canonico, quàm ciuili, ex lapſu vnius anni, vel ex cauſa biennij finitur. ibi num. 13. ea.

Inſtantia litis licèt prorogari nequeat per partes, etiam cum iuramento, de partium tamen conſenſu ſuſpendi poteſt. ibi num. 16. 348

Inſtantiæ peremptio, vide in verbo Peremptio.

2 Inſtantia litis non finita non tranſit in hæredem ipſo iure, ſed debet citari ad videndum translationem iudicij in ipſum faciendam. Opin. 700. num. 3. 203

3 INSTIGATOR cauſæ an recipiatur in teſtem per iudicem parte non opponente, remiſſiuè. Opin. 959. num. 7. 84

1 INSTITVTIO hæredis, facta per interrogationẽ ipſius hæredis, procedit, ſi teſtator articulatè loquatur, adeò vt conſtet de eius voluntate. Opin. 361. num. 2. 334

Inſtitutio hæredis facta ad interrogationem eiuſdem hæredis valeret, ſi notarius in conſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentum, & non ſeorſum, & ſi teſtator ſit ſanæ mentis, & non infirmitate valdè grauatus. ibi num. 3. ea.

Inſtitutio hæredis ad interrogationem ipſius hæredis facta valet, ſi notarius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo loquitur: quia aliter rueret teſtamentũ. ibi num. 4. 335

Inſtitutio hæredis per interrogationem notarij, vel prædicti hæredis facta procedit, quando notarius non ſcribit teſtamentum ad nutum teſtatoris, ſed ad ita clarã reſponſionem, vt benè exaudiatur à teſtibus. ibi num. 5. ea.

2 Inſtitutio, vel ſubſtitutio, quæ non valuit à principio vt directa, valet vt fideicommiſſaria. Opin. 865. numero 6. 405

1 INSTITVTVS in re certa, hærede uniuerſali nõ adeunte, habebit totam hæreditatem. Opin. 312. num. 1. 290

1 Inſtitutus in re certa, dato ſeu conceſſo ſibi uniuerſali cohærede, non habet actiones hæreditarias, nec actiuè, nec paſſiuè. Opin. 377. num. 1. 349

Inſtitutus in re certa regulariter habetur loco legatarij. ibi num. 2. ea.

Inſtitutus in re certa in quamplurimis caſibus habetur loco hæredis, remiſſiuè. ibi num. 3. ea.

2 Inſtitutus magis cenſetur dilectus à teſtatore quàm ſubſtitutus. Opin. 844. num. 23. & 25. char. 356. Vide in verbo Subſtitutionis.

1 INSTRVMENTVM mandati, & alij contractus non poſſunt fieri apud acta ſine teſtibus, ſecundùm

cundùm communem opinionem, licèt contrarium ſeruetur in practica. Opin. 30. num. 11. & 14. 23

1 Inſtrumentum poſſeſſoris præſumitur prius celebratum inſtrumento non poſſidentis, & poſſeſſor non poſſeßori præfertur. Opin. 378. num. 1. 349

Inſtrumentum dotis præfertur alijs priuatorum eadem die confectis, ſi non conſtet de temporis prioritate, vel poſterioritate. ibi num. 3. 350

Inſtrumentum dotis præfertur inſtrumento fiſci eadem die confecto, ſi non conſtat de temporis prioritate. ibi num. 4. ea.

Inſtrumentum priuati continens diem, & horam determinatam, præfertur inſtrumento priuilegiati carente hora: & præſumitur anterior collatio ordinarij cõtinens diem, & horam, præualetq; collationi Papæ carenti hora, & præſumitur anterior. ibi numero 11. ea.

1 Inſtrumentũ ex forma ſtatuti habẽs exequutionẽ paratã, poteſt exequi non ſolùm contra principales debitores, ſed etiam contra eorum hæredes citatos ante exequutionem, de iure cõmuni; ſecùs de iure Regni Neapolitani. Opin. 380. num. 1. 351

1 Inſtrumẽtum publicum confectum per tabellionem, eius ſignum neceſſariò requirit, aliàs non probat, ſecundùm magis communem opinionem: licèt ſecundùm alteram itidem & communem, illud neceſſariò non requiratur. Opin. 382. num. 1. 352

Inſtrumentum non continens nomen Papæ, vel Imperatoris, in eorum terris confectum, non plenè probat, nec facit fidem ſi notarius viuat. ibi numero 5. & 7. char. 353

Inſtrumentum publicum, in quo eſt omiſſa inuocatio nominis Imperatoris, vel Pontificis, in terris ſibi ſubiectis, ſemiplenè probat, quando notarius eſt mortuus. ibi num. 6. ea.

Inſtrumentum non continens locum loci generaliter ſaltim, licèt non ſpecialius, non facit fidem. Opin. 383. num. 1. 353

1 Inſtrumentum non ſolenne producens in iudicio, cenſetur illud approbare, & confiteri quò ad fidem probatoriã contra ſe, nec ipſum releuat proteſtatio, quòd ipſum producit in parte, & partibus pro ſe facientibus tantùm & non aliter, nec alio modo, præſertim quando aduerſarius tali proteſtationi non conſentit, dummodò inſtrumentum ſit commune, vel illud pars producere teneatur. Opin. 384. num. 1. 354

Inſtrumentum producens in iudicio, in quo aliquid enunciatiuè prolatum ſit, non videtur confiteri vera ea eſſe, quæ ibi enunciatiuè prolata extent, ſed ea duntaxat, quæ diſpoſitiuè. ibi num. 2. ea.

1 Inſtrumentum publicum productum de longinquis partibus in iudicijs, ſi negetur à notario publico confectũ, vel eum qui confecit eſſe notarium, præſente & contradicente aduerſario, non facit fidem pro producente. Opin. 387. num. 1. 355

Inſtrumentum publicum productum de partibus longinquis, roboratum literis teſtimonialibus officialis loci, vbi confectum eſt, vel ciuitatis cum ſigillo, & atteſtatione tabellionatus, etiam parte contradicente, plenè probat. ibi num. 2. ea.

1 Inſtrumentum antiquum dicitur à centum annis, ſecundùm vnam ſententiam, & ſecundùm aliam à quadraginta citra confectum. Opin. 388. nu. 2. 356

1 Inſtrumentum publicum de iure communi licèt non habeat executionem paratam, ſi tamen iuramentum apponatur, habebit. Opin. 428. num. 4. 392

2 Inſtrumentum locationis guarentigiatum pro tacita reconductione exequi non poteſt quò ad pœnam. Opin. 534. num. 11. 85

2 Inſtrumentum non probat ſi in eo deſit dies, vel annus: niſi probetur annum ſiuè diem in protocollo adeſſe. Opin. 542. num. 10. 98

2 Inſtrumentum illiquidum regulariter nullam meretur executionem. Opin. 802. num. 2. 282

2 Inſtrumentum in Regno poteſt præſentari ſecundùm formam ritus per unum ex fratribus, ſeu ſocijs ad fauorem alterius fratris, & ſocij, poſt diuiſionem factam bonorum communium, & ſocietatis inter eos: ſi hoc ex pacto inter eos actum ſit. Opin. 826. numero 13. char. 317

2 Inſtrumentum ſimulatum non venit appellatione inſtrumenti. Opin. 832. num. 60. 331

Inſtrumentum principale ſi eſt nullum, omnia in eo contenta redduntur inualida. ibi num. 60. 332

3 Inſtrumentum non probat, niſi habeat teſtes in eo deſcriptos. Opin. 940. num. 2. 65

Inſtrumentum reaſſumptum in forma probante per notarium in Regno, exigit ſubſcriptionem teſtium propria manus, aliàs non probat. ibi num. 3. ea.

Inſtrumentum continens ſummam infra libram auri, exigit in Regno ſubſcriptionem ad minus duorum teſtium; & vltra libram auri ſubſcriptionem trium teſtium. ibi num. 4. 66

3 Inſtrumentum ſiuè contractus celebratus cum eccleſia, aut cum viris eccleſiaſticis, in quo interuenerit modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, non præſumitur vſurarius. Opin. 1030. num. 2. 142

3 Inſtrumenti ſolennitas atque præſumptio poteſt probari per duos teſtes. Opin. 892. num. 1. 18

Inſtrumenti tenor non poteſt reprobari niſi per aliam ſcripturam, excepto quando quis vellet probare ſimulationem ac fraudem inſtrumenti, hoc enim facere poſſet per teſtes. ibi num. 2. & 3. ea.

Inſtrumenti tenor per teſtes probari poteſt, quando inſtrumentum fuit amiſſum, & ita teſtes aperti & inſtructi ſint, vt inſtrumenti defectum, et literas notarij cognoſcant. ibi num. 4. ea.

3 INSTRVMENTO plus creditur quã teſti, quãdo agitur de tempore. Opin. 893. num. 4. 19

1 INSTRVMENTA, chyrografa, & nomina debitorum illata in domum conductam, non videntur tacitè obligata pro penſione locatori. Opin. 121. numero 8. 110

1 Inſtrumenta de nouo reperta produci poſſunt in cauſa, etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt citationem ad ſententiam, præſertim ſi productor iuraret ea nouiſſimè reperta extitiſſe, nec prius in ipſius cognitionem veniſſe, facta tamen diligenti perquiſitione. Opi. 386. num. 1. 355

1 Inſtrumenta produci regulariter non poſſunt in iudicio poſt

poſt concluſum in cauſa. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè. ibi num. 2. ea.

1 Inſtrumenta publica inter partes confecta ad ipſarũ tantùm præiudicium regulariter inducunt plenum præiudicium, & plenè probant. Opin. 388. nu. 3. 356

2 Inſtrumenta habentia executionem vigore ſtatuti poſſunt exequi, etiam ſi ſint obſcura, & illiquida, & liquidatio fieri poteſt in proceſſu. Opin. 802. numero 1. char. 282

Inſtrumenta, & teſtes æquiparantur. Vide in verbo Teſtes.

3 Inſtrumenta & teſtes licèt æquiparentur: tamen in multis caſibus probatio non poteſt fieri per teſtes, ſed ſolùm per ſcripturas. Opin. 893. num. 5. 19

2 INTENTIO, & voluntas declaratur facto. Opin. 516. num. 18. 60

1 INTERESSE extrinſecum de tritico, vino, & ſimilibus non debetur, ſed intrinſecum duntaxat conſequi poteſt. Opin. 389. num. 1. 356

1 Intereſſe intrinſecum vbi locum habet, facit ceſſare extrinſecum, & creditor altero tantùm contentus eſſe debet. Opin. 390. num. 1. 357

1 INTERLOCVTORIA Principis habet vim legis, quando in ea hoc dictum fuit, aliàs non; imò tũc ſententia iudicis lata contra ipſam Principis interlocutoriam, non eſſet ipſo iure nulla, ſed valeret, & teneret. Opin. 398. num. 26. 364

2 INTERPELLATIO, ſeu monitio requiritur quando imponitur pœna pro facto negatiuo, ſeu in non faciendo: vt quia dicatur, quicunque non fecerit reſidentiam in beneficio, vel collectas non ſoluerit, ſit excommunicatus, vel duplum ſoluat, vel quid ſimile. Secus uerò quando imponeretur pœna pro facto affirmatiuo, ut quia dicit: quicunque intrabit talem locũ, vel furtum fecerit, puniatur tali pœna; tunc enim ſtatim contraueniens, ex ſua contrauentione pœnam incurreret. Opin. 611. num. 1. 142

3 INTERPRETATIO in dubio contra fundantẽ ſe in verbis fieri debet. Opin. 1018. num. 17. 133

1 INVENTARIVM non tenet, quando non eſt legitimè confectum, vel factum eſt ſine ſolennitatibus, quæ debent adhiberi. Opin. 351. numer. 15. char. 325

3 Inuentarium confici debet coram duobus teſtibus, & in ipſa confectione inuentarij interuenire debent tres alij teſtes loco creditorum abſentium, vt diſcurritur per totam opinionem. Opin. 887. num. [illegible] 10

1 Inuentis vti ſolummodò, miſerrimi eſt ingenij. Opin. 398. num 51. 367

1 INVESTITVRA feudi quando conceditur abſenti, nuncius debet eſſe ſpecialiter deputatus. Opin. 429. num. 3. 392

1 INVOCATIO nominis Chriſti non requiritur neceſſariò in inſtrumento publico, & omiſſio illud uitiat ante factum, ſecùs poſtea. ſed inſtrumenta ſine inuocatione diuini nominis de conſuetudine ſunt nulla. Opin. 382. num. 4. 353

1 INVTILE habilitatur per vtile. Opin. 120. numero 5. 109

1 IOANNIS Campani audacia, dum Aquilanos nequiter, & falsò mordet, reprimitur iuſta, rationabiliq; ex cauſa. Opin. 203. num. 26. 178

2 IOSEPHVS de Ruſticis, I. C. Aquilanus laudatur. Opin. 715. num. 14. 215

Et, in materia foſſatorum, eius ſingulare, celebre, & doctrina refertiſſimum reſponſum, à nonnullis primarijs Doctoribus Neapolitanis, & Aquilanis ſubſcriptum inſeritur lib. 3. poſt. Opin. 1018. nu. 2. 133

2 IRA valde aduerſatur & inimicatur proximo. Opi. 638. num. 3. 160

Ira eſt refrenanda, & vitanda. ibi num. 6. 161

2 Iratus homo commotionis tempore iuſtum putat omne, quod facit. Opin. 638. num. 5. 160

2 IRREGVLARITAS incurritur ob celebrationem factam contra determinationem Pontificum, & Conciliorum. Opin. 563. num. 5. 114

3 Irregularitas etiam aliquando ſine culpa, & peccato contrahitur. Opin. 917. num. 2. 41

Irregularitas eſt nota, infamiaq; ſeu impedimentum canonicum ex facto, vel ex defectu proueniẽs, quæ quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, vel in eiſdem miniſtrare. ibi num. 6. 42

Vide in verbo Clericus, Teſtis, & Iudex.

1 IRREGVLARIS non efficitur quis ob amputationem digiti alicui factam: quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri: ideò pro irregularitate incurrenda requiritur ſeparatio membri, vel ipſius totalis debilitatio. Opin. 123. num. 3. 112

2 ITERATIO, & multiplicatio receptionis pecuniæ oſtendit euixam intentionis uoluntatem, debitæque quantitatis determinationem; & certitudinem. Opin. 516. num. 19. 60

1 IVDAEVS abſolutus per pœnitentiam, poteſt tamen accuſari de crimine commiſſo ante baptiſmum, ſecundùm unam communem opinionem: & licèt altera contraria opinio ſimiliter communis appareat, nihilominus prima ſententia à lege nouiter approbatur. Opin. 28. num. 1. 20

1 Iudæus coiens cum Chriſtiana ſine matrimonio, non vi, nec ſtupro, nec adulterio, non punitur pœna mortis, ſed alia extraordinaria arbitraria, ſi chriſtiana erat meretrix. Opin. 391. num. 1. 357

Iudæus committens adulterium cum Chriſtiana meretrice, non punitur pœna adulterij. ibi num. 3. ea.

2 Iudæus etiam admittitur ad purgandum moram, & conſequenter purgatio moræ habet locum quoque in Iudæis. Opin. 522. num. 4. 74

2 Iudæus, dimiſſa ac repudiata prima uxore adultera, poteſt aliam ducere. Opin. 533. num. 7. 83

2 Iudæus effectus Chriſtianus retinens nomen iudaicum, ac eo utens poſt baptiſmum aſſumptum, videtur approbare iudaiſmum & arguit hoc retentionis effectum. Opin. 540. num. 11. 96

Iudæus non poteſt filijs ſuis pupillariter ſubſtituere. vide in uerbo Pater.

3 Iudæus non debet iurare per Euangelia, ſed per legem Moyſi, uel per Deum. Opin. 982. num. 3. 108

Iudæus quamuis non teneatur iurare per Euangelia; tamen ſi iurat per Chriſtum, cogitur ſeruare iuramentum: nec peccat Chriſtianus recipiens huiuſmodi iuramen-

iuramentum . ibi num. 4. ea.

Iudæus etiam in ciuili cauſa teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum . ibi num. 5. ea.

Iudæus de proximo baptizatus, & conuerſus ad fidem Chriſti, non poteſt contra Chriſtianos teſtimonium ferre . ibi num. 6. ea.

Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum, etiam in crimine uſurarum . ibi num. 8. 109

Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra officialem bonæ conditionis, & qualitatis, in ſyndicatu, in crimine corruptionis, & barattariæ . ibi num. 9. ea.

Iudæus aſſumi non poteſt pro teſte, ſeu tanquàm peritus ad recognoſcendum, uel interpretandum ſcripturam literis Hebraicis ſcriptam contra Chriſtianum, ubicunque in loco reperiantur Chriſtiani, qui ſciant tales literas interpretari. ibi num. 10. ea.

Iudæus in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis admittitur teſtis contra Chriſtianos . ibi num. 11. ea.

Iudæus in contractibus, quaſi contractibus, & teſtamentis contra Chriſtianos teſtis admittitur . ibi numero 12. ea.

3 Iudęo non poteſt deferri iuramentum in litem, vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum. Opin. 982. num. 7. 108

1 IVDAEI habent filios in poteſtate . Opin. 392. numero 1. 357

Iudæi vtuntur iure cõmuni Romanorum. ibi nu. 2. 358

Iudæi in concernentibus fauorem animarum non ligantur legibus Romanorum, uel canonicis. ibi num. 3. ea.

2 Iudæi maſculi conuerſi ad fidem Chriſti ſimul cum eo, de cuius ſucceſſione agitur, excludunt fœminas ſimiliter conuerſas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur propter maſculos . Opin. 812. num. 15. 294

3 Iudęi contra Chriſtianos teſtes non admittuntur vllo modo, quia ſemper dicuntur eſſe in delicto . Opin. 982. num. 2. 108

3 Iudęi, etiam quòd ſint publici fœneratores, poſſunt teſtari nulla cautione præſtita . Opin. 1053. num 8. 163

Iudæi poſſunt teſtari vt Chriſtiani . ibi num. 9. ea.

1 IVDAEORVM infantes inuitis parentibus nõ poſſunt baptizari, & ad fidẽ cogi. Opi. 393. nu. 1. 358

Iudæorum infantes poſt annos diſcretionis poſſunt baptizari, & fidem recipere, etiam inuitis parentibus . ibi num. 2. ea.

Iudęorum pueri in agone mortis conſtituti, baptizati, ſi morerentur, ad cœlum conuolarent, etiam ſi baptizarentur à laico in caſu neceſſitatis, & non aliter . ibi num. 3. ea.

2 Iudęorum, hęreticorum ac infidelium bona peruenire debent tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad ſolos filios effectos Chriſtianos, adeò quòd parentes eorum contrarium diſponere nequeunt. Opi. 455. nu. 10. 8

Iudęorum filij, vel filiæ, effecti Chriſtiani poſſunt petere in uita parentum alimenta, legitimam, dotes, & donationes propter nuptias . vide in verbo Filij.

1 IVDICIVM cœptũ dicitur ante litis cõteſtationem. Opin. 108. num. 2. 98

Iudicium cœptum dicitur per ſolam citationem, uel mandatum cum clauſula, ſi ſenſeris te &c. ibi num. 3. ea.

1 Iudicium criminale dicitur, quotieſcunque pœna delicti commiſſi fiſco applicatur. Opin. 172. num. 3. 147

Et ibi quæ dicatur cauſa ciuilis. Vide in uerbo Cauſa.

2 Iudicium cœptum cum defuncto non tranſit in fiſcum, ut teneatur litigare coràm eodem iudice: quia fiſcus habet proprios iudices, ſecundùm communem opinionem. ſed ſecundum alteram ſententiam contrariam & communem; inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in fiſcum, & cauſa ipſa finienda uenit coràm Cæſaris rationale, non autem coràm alio iudice cœpti iudicij. Opin. 465. num. 1. 14

1 IVDEX ex officio cogere nequit accuſatorem ad exprimendum diem delicti commiſſi, ſed bene ad requiſitionem partis poſſet. Opin. 24. num. 3. 18

1 Iudex tenetur examinare teſtes contra hæreticos coram duobus teſtibus religioſis, & non aliter, & coram eiſdem teſtibus actuarius tenetur etiam ſcribere eorũ dicta . Opin. 30. num. 18. 24

Iudex tolerans teſtes examinari per eius actuarium in cauſis criminalibus, eo non audiente examine, damnatur. ibi num. 20. ea.

Iudex tenetur aſſiſtere examinationi teſtium in cauſis criminalibus, nec ſpem collocare tenetur in repetitione ipſorum teſtium, cùm ſemper ſoleant ſe referre primæ eorum depoſitioni, ſiue ea uera, ſiue falſa ſit . ibi numero 25. ea.

Iudex negligens, ſi ex negligentia ſua damnũ inferat partibus, tenetur illud illis reſarcire, in foro conſcientiæ, ſi fuerit in dolo, uel lata culpa . ibi num. 28. 25

1 Iudex non poteſt torquere reum conuictum, ad effectum, vt habita ab eo confeſſione non audiatur appellans . Opin. 56. num. 1. 49

Iudex licèt non poſſit torquere reum legitimè conuictũ, tamen poteſt torquere ad detegendum ſocios, in caſibus à iure permiſſis. ibi num. 3. ea.

1 Iudex neceſſariò tenetur actori deferre iuramentum in litem, vbi ſubeſt cauſa, uel concurrentibus requiſitis neceſſarijs . Opin. 60. num. 4. 53

1 Iudex ex æquitate ad ſecundum decretum deuenire non poteſt, niſi tranſacto integro anno à die primi decreti: in Regno uerò infra tres menſes iudex poteſt procedere ad ſecundum decretum . Opin. 61. num. 7. 54

1 Iudex ordinarius non poteſt ſententiare, & procedere ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij in cauſa, etiam accedente, & concurrente partium uoluntate: quia forma iudicij immutari nequit in totum, neque in partem de ipſorum partium conſenſu. quod limitatur pluribus modis remiſſiuè. Opin. 65. num. 2. 56

1 Iudex poſtquàm ſemel pronunciauit, ſiuè malè, ſiuè benè, functus eſt officio ſuo . Opin. 77. num. 21. 67

1 Iudex debitori non exeunti de propria domo poteſt facere præceptum pœnale, & non comparentem capere in propria domo, & captum confirmare pro debito creditorum, de iure communi . Opin. 85. num 6. 74

1 Iudex cognoſcens cauſam cum clauſula, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, poteſt uenire ad pignorum captionem abſque alia ſententia. Opin. 96. num. 3. 82

Iudex tenetur omninò inquirere ueritatem. ibi nu. 10. ea.

Iudex cognoſcens cum clauſula, ſola facti ueritate inſpecta &c. manu militari, regiaque ex lege poteſt . Sed

ſecundùm Rotam Rom. poßunt ad arbitrium commiſſarij abreuiari termini de ſtylo ſacri Palatij introducti, non autem totaliter præteriri. ibi num. 13. ea.

Iudex cognoſcens cum clauſula ſola facti ueritate inſpecta &c. poteſt iudicare ſecundùm conſcientiam, & ut Deus poſſet, etiam in eo, quod petitum non eſſet, & recedere à regulis iuris. ibi num. 14. ea.

1 Iudex eccleſiaſticus cognoſcit cauſam contra clericū fornicarium, & ipſam mulierem fornicariam etiam, non autem index ſecularis. Opin. 98. num. 12. 86

Iudex ſecularis ratione præuentionis, & ob negligentiā iudicis eccleſiaſtici, poteſt punire mulierem fornicariam, cum qua habuit rem clericus. ibi num. 13. ea.

1 Iudex ex æquitate compellet debitorem ad reſpondendū, utrum ſcriptura priuata ſit ipſius debitoris, & ad ſcribendum propria manu, ut ex ea ſcriptura fiat comparatio. Opin. 113. num. 2. 104

1 Iudex ex præſumptionibus uiolentis, & indicijs indubitatis, & uehementiſſimis, non poteſt deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diffinitiuam in cauſa capitali abſque alijs probationibus, ut corporaliter puniat; ſecùs pecunialiter. Opin. 126. num. 1. 115

1 Iudex iudicans contra communem opinionem, cenſetur propter imperitiam iudicaſſe. Opi. 179. nu. 4. 153

1 Iudex, ſeu officialis, tam ab officio quàm à ſyndicatu fugiens, habet præſumptionem contra ſe de obiectis in ſyndicatu: & talis fuga facit ſemiplenam probationem; & defertur tunc iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis, dummodo non ſit reductus ad carceres. Opin. 343. num. 32. 317

1 Iudex in eodem iudicio, inſtantia, & ſententia, & ad pœnam mortis, & rei furtiuæ reſtitutionem, furem condemnare debet; aliter non condemnans modo prædicto tenetur de ſuo proprio. Opin. 347. num. 3. 321

1 Iudex nec in iudicādo, nec in conſulendo ab opinione Gloſſa recedere poteſt, quia communis habetur. Opin. 349. num. 1. 322

1 Iudex ex officio poteſt rem æſtimare, & taxare, ubi eius æſtimatio, & ualor nō probaretur. Opi. 394. n. 1. 358

Iudex ex officio poteſt æſtimare quantitatem intereſſe, ſi in actis non ſit probata, & condemnare reum arbitrio ſuo. ibi num. 2. 359

Iudex tenetur ſe informare de ualore rei, uel quantitate intereße, & taxare, & condemnare, quando de eis non conſtat, maximè ad inſtantiam partis. ibi nu. 3. ea.

1 Iudex poteſt quandocunque reuocare, moderare, emendareuè taxationem expenſarum, quouſque ſuper quantitate iurata feretur ſententia, ubi de iuramento in litem affectionis ageretur. Opin. 395. 359

1 Iudex laicus non tenetur exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici contra clericum per ipſum degradatum, & ſibi traditum ultimo ſupplicio puniendū, niſi eius inſpecto proceſſu, & ſententia iuſta reperta, ſecundùm unā ſententiam communem, licèt ſecundùm alteram itidem & communem illam exequi poſſit. Opin. 396. num. 1. 359

Iudex laicus, cui traditur clericus degradatus puniendus per iudicem eccleſiaſticum, eſt merus exequutor. ibi num. 2. 360

Iudex debet eße ſapiens, timens Deum, ueridicus, & non auarus. ibi num. 7. ea.

Iudex bonus, debet magis timere Deum, quàm homines, nec debet propter eos deuiare à iuſtitia. ibi num. 8. ea.

Iudex laicus exequitur ſententiam iudicis eccleſiaſtici contra hæreticum, non aliter uiſo eius proceſſu, nec alia facta diligentia. ibi num. 11. ea.

Iudex in iudicijs obeūdis debet eſſe integer, incorruptus, æquus, & à ſe remouere fauorem, odium, & alios affectus. ibi num. 12. ea.

Iudex ex re ipſa debet iuſtum iudicium iudicare, nec per gratiam, uel aliud in hanc, uel illam partem inclinare. ibi num. 13. 361

1 Iudex recuſatus, & allegatus ſuſpectus ex cauſa legitima, deſinit eſſe iudex, & acta coràm eo facta poſt recuſationem ſunt ipſo iure nulla. Opi. 397. nu. 1. 361

Iudex tam ordinarius, quàm delegatus poteſt ut ſuſpectus in totum recuſari. ibi num. 3. ea.

1 Iudex in iudicando non poteſt recedere à communi opinione. Opin. 398. num. 1. 363

Iudex contra communem opinionem iudicans, cenſetur iudicaſſe ob imperitiam. ibi num. 2. ea.

Iudex debet iudicare ſecundùm communem opinionem, etiam ſi contraria opinio eßet uerior. ibi num. 5. ea.

Iudex debet iudicare ſecundùm communem opinionem, etiam ſi Pontifex contra illam teneret. ibi nu. 6. ea.

Iudex non cogitur iudicare ſecundùm deciſiones Rotæ Romanæ, imò licet contra eas ſententias proferre. ibi num. 7. ea.

Iudex ferens ſententiam pro communi opinione, ubi adeſt altera communis opinio in contrarium, uel in caſu ubi non apparet de communi opinione, non tenetur in ſyndicatu, & eius ſententia ualet & tenet propter conflictum opinionum: & iſtos caſus dubios ſolebat appellare Iaſon pro amico: & in eiſdem caſibus optimum eſt habere iudicem propitium, & fauorabilem: quia tunc poteſt eligere, cuius dicat, & fauere amico. ſed hoc intelligitur de iudice non claudicante. ibi numero 30. 365

Iudex pronuncians contra legē uarios intellectus habentem, non eſt reprehendendus, ſed tanquam faciens hoc ex cauſa, ſuſtinetur eius ſententia. ibi nu. 33. ea.

Iudex non poteſt iudicare contra communem opinionem, etiam quòd ea caſum legis non habeat. ibi num. 48. clar. 367

Iudex tenetur iudicare ſecundùm communem opinionē, etiam ſi uideretur caſus legis in contrarium. ibi numero 60. 369

Iudex habens claram deciſionem Doctorum, de ratione ipſius in iudicādo ſcrutari nō tenetur. ibi n. 61. 370

1 Iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia; imò eam exprimendo fatuus cenſetur. Opin. 399. numero 1. 370

Iudex aſſerens in ſententia aliquid fuiße probatum per duos teſtes, referendo ſe ad acta, ſi conſtaret de errore ipſius iudicis, ſententia foret nulla. ibi num. 5. ea.

Iudex motus ad ferendam ſententiam ex duabus cauſis, una faciente ad cauſam, altera uerò non, ſuſtinetur ſententia ex ea faciente ad cauſam, ubi aliàs redderetur nulla, ſi una tantùm cauſa eßet expreßa. ibi num. 6. ea.

Iudex

Iudex exprimens falſam cauſam in ſententia cum adie-ctione dictionis maximè, ſuſtinetur ſententia, quando ex actis apparet de alia legitima cauſa. ibi numero 7. ea.

1 Iudex poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex coniecturis, & alijs, quæ percipere poteſt ex agitatis; ſecùs uerò ſi ſucceſſor uellet ſententiam ex ſuo capite, & ceruice interpretari. Opin. 400. nu. 1. 371

Iudex poteſt exequi ſententiam abſque mandato ſui prædeceſſoris, quia uidetur eſſe idem iudex. ibi nu. 2. ea.

Iudex etiam alterius tribunalis poteſt exequi ſententiam alterius iudicis, quando executio ſpectat ad ipſum de iure communi, vel ſtatutario; ſecùs uerò ſi ad ipſum non pertineret: quia tunc non poſſet ſine literis iudicantis. ibi num. 3. ea.

1 Iudex eccleſiaſticus, qui fuit aditus pro abſolutione à iuramento, erit poſtmodum iudex in cauſa principali. Opin. 401. num. 1. 371

Iudex aditus ſuper præparatorijs, erit iudex in iudicio præparato. ibi num. 2. ea.

1 Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa uſuraria, ſed contrarium ſeruatur in Regno Neapolitano. Opin. 402. num. 1. 372

Iudex eccleſiaſticus de iure communi cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus, ac eccleſiaſticis ad eccleſiam ſpectantibus, etiam ſi inter laicos agitentur: & quæ ſint iuſtæ cauſæ ſpirituales, uide intus. ibi nu. 2. ea.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiã in cauſis ſpiritualibus annexis. ibi num. 2. & 4. ea.

1 Iudex, cui eſt ſublata facultas condemnandi à nouo iure corrigente antiquum, non intelligitur prohibitus authoritate abſoluendi, niſi ſimus in materia correctoria: nam eo caſu, prohibita condemnandi facultate, cenſetur & prohibita poteſtas abſoluendi. Opi. 403. num. 1. 372

Iudex prohibitus aliquem condemnare, fauore, & priuilegio perſonæ condemnandæ, non eſt prohibitus eum abſoluere, ne in odium retorqueatur, quod fuit inductum ad fauorem ipſius. ibi num. 2. ea.

1 Iudex tenetur condemnare uictum victori in expenſis, ſi petantur expenſæ per partem, aliàs non. Opin. 404. num. 1. 373

Iudex poteſt ſi uelit condemnare victum uictori in expenſis, etiam non petitis per partem. ibi num. 2. ea.

Iudex reum conuentum in fructibus, intereſſe, & uſuris, etiam actore non petente, condemnare poteſt, maximè quando actor petierit ius, & iuſtitiam miniſtrari. ibi num. 3. ea.

Iudex poteſt condemnare victum uictori, non ſolùm in expenſis non petitis, ſi uelit, & factis ante litis conteſtationem, ſed etiam in expẽſis poſt litem conteſtatam erogatis. ibi num. 5. ea.

Iudex non condemnans uictũ uictori in expenſis petitis, facit litem ſuam, & tenetur eas reſarcire de ſuo. ibi num. 5. ea.

Iudex tenetur condemnare uictum uictori in expẽſis petitis non ſolùm in cauſis ciuilibus, ſed in cauſis etiam criminalibus. ibi num. 6. ea.

1 Iudex laicus, ſeu eius familia poteſt capere clericum deprehenſum in crimine, uel rixa, ſed non poteſt eum detinere; imò debet ſtatim iudici competenti eccleſiaſtico præſentare. Opin. 405. num. 1. 374

Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis formato contra clericum de delicto ab eo commiſſo, dum ſibi remittitur clericus cum dicto proceſſu. ibi num. 2. ea.

1 Iudex laicus poteſt punire ſacerdotem, uel clericum, crimen aſſaſſinij committẽtem, eo ipſo abſque actuali, & ſolenni depoſitione, & degradatione, ob criminis immanitatem. Opin. 406. num. 1. 375

1 Iudex in ſententia diffinitiua non poteſt aliquo pacto ſibi reſeruare in futurum condemnationem, vel abſolutionẽ expenſarũ, ſed taxationẽ ſic. Opi. 407. nu. 1. 375

Iudex in ſententia interlocutoria poteſt ſibi reſeruare cõdemnationem, vel abſolutionem expenſarum in futurum, quia non deſint eſſe iudex. ibi num. 2. ea.

Iudex non poteſt ſibi reſeruare condemnationem fructuũ, ſiue ſibi liqueat, ſiue non; ſed taxationẽ eorum ſic, ſi ſibi non liqueat. ibi num. 6. 376

1 Iudex non poteſt recedere à pœna legali. Opin. 308. num. 1. 376

Iudex poteſt ex iuſta cauſa augere, vel minuere pœnas ſtatutas à lege, conſideratis qualitatibus delinquentis, & circumſtantijs delicti, quæ cauſæ ponuntur, & explicantur. ibi num. 2. & 5. ea.

Iudex habet arbitrium à lege minorandi, & commutandi pœnas legales, ex iuſta quidem cauſa. ibi nu. 4. ea.

Iudex aliquid faciens contra regulas iuris, cauſa eſt exprimenda. ibi num. 6. ea.

Iudex leges, & ſtatuta poteſt transgredi ex magna, & euidenti cauſa. ibi num. 7. 377

Iudex ex iuſta cauſa non ſolùm poteſt permutare pœnã in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinarijs, ſed generaliter in omnibus ordinarijs. ibi num. 8. ea.

Iudex poteſt pupillo homicidium cõmittenti pœnam mortis commutare. vide in uerbo Pœna.

1 Iudex, à quo fuit appellatum, reijciens appellationem, quæ interponitur non ab executione, ſeu re iudicata, ſed à ſententia, debet puniri in triginta auri pondo. Opin. 410. num. 1. 377

Iudex reijciens appellationem, ſi non appellatur ab hac reiectione, reiectio facit tranſitum in rem iudicatam. ibi num. 2. ea.

Iudex admittens appellationem, ſi & in quantum, uidetur à ſe iuriſdictionem abdicare: adeò quòd proceſſus aliquis coram eo amplius fieri nequit, & factus non ualet. ibi num. 4. ea.

1 Iudex deferendo appellationi, etiam ſi re integra reuocet grauamen, non propterea recuperat, neque reaſſumit iuriſdictionem in ea cauſa abdicatam. Opin. 411. num. 1. 378

Iudex quibus de cauſis poſſit deferre appellationi, ponitur remiſſiuè. ibi num. 2. ea.

Iudex inferior non habet authoritatem tollendi appellationem à diffinitiua; ſecùs ab interlocutoria: nec ſuſpenditur iuriſdictio iudicis quò ad principale negotiũ: nec tenetur iudex, à quo prouocatur, eidem ſuperſedere, ſecundùm communem opinionem Legiſtarum, licèt Canoniſtæ communiter uelint contrarium. ibi numero 3. ea.

Iudex unus ex tribus delegatis, quandò detulerit appellationi, cauſa non deuoluitur ad ſuperiorem per huiuſmodi delationem vnius iudicis. ibi num.4. ea.

1 Iudex neceſſariò citandus eſt, ubicunque in cauſa appellationis, quæ uentilabatur coram ſuperioribus, ex officio proceſſit; aliàs proceſſus nullus, & inualidus redditur. Opin.413. num.1. 379

1 Iudex citari debet per ſuperiorem, ad tuendum honorem ſuum, vbi ageretur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam ipſi iudici, qui malè iudicauerit. Opin.414.num.1. 379

1 Iudex promittens impunitatem delinquenti ſi delictum confiteatur, non tenetur promiſſum ſeruare, licèt reus confiteatur, Imò ex tali confeſſione poteſt reum condemnare, & excuſatur non obſtante promiſſione. Opin.415.num.1. 379

Iudex ad inueſtigandam ueritatem, poteſt vti blanditijs, & cauillationibus, & ſimulare. ibi num.2. ea.

1 Iudex interponens decretum ſuper alienatione rerum minoris, uel eccleſiæ, ſi aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, ei non creditur; licèt communis opinio in contrarium appareat. Opi.416. nu.1. 380

1 Iudex habet arbitrium imponendi pœnam, quotieſcunque à iure non reperitur limitata. Opin. 417. numero 1. 381

Iudex, quando non appareat limitata pœna à lege, poteſt extendere arbitrium ſuum vſque ad pœnam mortis incluſiuè. ibi num.2. ea.

Iudex nō poteſt arbitrari de pœna mortis, aut de alia pœna ſanguinis, niſi concurrentibus qualitatibus, & circumſtantijs, quæ ſuaderent talem pœnam imponi, conſideratis qualitatibus facti, & perſonarum: aliàs ab eius arbitrio appellari poteſt. ibi num.3. ea.

1 Iudex non poteſt motu proprio, ad priuatam utilitatem, officium ſuum impartiri, niſi imploranti. Opin. 418. num.1. 382

Iudex non ſupplet de facto, ſed de iure tantùm. ibi numero 2. ea.

Iudex in cauſis pijs, & in cauſis pupillorum, tenetur officium ſuum, etiam non petitum, impartiri. ibi num. 9. 383

Iudex abſentibus ex legitima cauſa poteſt officium ſuum non petitum impartiri, & nouas probationes inducere; ſecùs uerò ſi non eſt legitima abſentia. ibi numero 10. ea.

Iudex ex officio, ne fruſtra laboret, & faciat iudicium fruſtratorium, & ferat ſententiam nullam, tanquam latam cum falſo procuratore, poteſt compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, uel ad cauendum de rato, ſi dubitatur de mandato: ſecundùm communem opinionem, licèt ſententia contraria ſit ſimiliter communis. ibi num.11. ea.

Iudex ex mero officio poteſt partibus dare, concedere, ac præfigere terminum ad producendum, & examinandum teſtes; dummodò iſtud ex iuſta cauſa faciat. ibi num.14. 384

Iudex ex iuſta cauſa poteſt abreuiare omnem iuris terminum. ibi num.15. ea.

Iudex ex officio non poteſt impartiri officium ſuum, ubicunque præſcriptio, compenſatio, notorium, præſumptio, ignorantia, diuturna præſtatio, dominium præſumptum, exceptio quando ineſt actioni, reſtitutio in integrum, & alia ſimilia iura per actorem, vel reum, in iudicio allegari prætermittuntur. ibi numero 16. ea.

Iudex ſuper non petitis iudicare non poteſt. ibi numero 17. ea.

Iudex qui tenetur infra certum tempus cauſam committere, intelligitur ſi petitum fuerit. d. Opin.418. poſt num.7. uerſ. corroboratur poſtremò. 382

1 Iudex condemnans aliquem in aliqua parte, non uidetur à contrario ſenſu in alia parte abſoluere, nō ualet enim conſequentia, iudex condemnat aliquem in una parte, ergò in alia abſoluit, quia datur medium. Opin. 419 num.1. 384

1 Iudex domicilij, ſeù originis non poteſt cognoſcere de delicto commiſſo per ſubditum ſuum extra territorium. Opin.420. num.1. & 5. char. 385. & 386

Iudex habens delinquentem in carceribus, tenetur remittere eum ad iudicem loci commiſſi delicti. ibi numero 3. 385

Iudex originis punire poteſt ſubditum de crimine commiſſo per eum extra territorium, quando delictum reperiretur patratum à ſubdito contra ſubditum, & procederetur per uiam accuſationis, & querelæ, & de iure communi. ibi num.7. 385

1 Iudex ordinarius, propter ſimplicem commiſſionem, præſumitur delegatus, imò eſt verè delegatus, quando eius iuriſdictio eſt alterata. Opin.421. num.1. 386

Iudex ordinarius iudicans tanquam delegatus, appellatur ab eius ſententia ad ſuperiorem: nec ipſa ſententia habet executionem paratam ſicut ſententia Principis delegantis. ibi num. 3. 387

1 Iudex in reſcripto datus, ordinem reſcripti ſequi tenetur, etiam ſi is iuri contrarius ſit. Opin. 422. numero 1. 387

Iudex datus in reſcripto non habet iuriſdictionem aliquam ante præſentationem ſui reſcripti. ibi numero 2. ea.

1 Iudex ordinarius, de iure ciuili non poteſt eſſe arbiter, de iure uerò canonico ſic. Opin.424. num.1. 387

Iudex ordinarius de iure ciuili poteſt eſſe arbitrator, vel amicabilis compoſitor. ibi num. 2. 388

Iudex poteſt compellere partes ad compromittendum, ſtante diuturna, & intricata lite, & ambiguis probationibus. ibi num.4. ea.

Iudex condemnatus in ſyndicatu. vide in verbo Officialis.

Iudex poteſt compellere partes ad concordiam quando timeretur de rixa. ibi poſt num. 4. uerſ. Et hoc quòd Iudex. ea. Et ad pacem, uerſ. Et quemadmodum. ea. vide in uerbo Princeps.

2 Iudex poteſt ſe informare, ac ſumere informationem, an aliquid ſit notorium, etiam parte non citata. Opin. 548. num.7. 103

2 Iudex ſi mandat aliquem mitti in poſſeſſionem per nuncium, mandatum non expirat morte mandantis: & conſequenter nuncius tenetur mandatum exequi non obſtante morte prius ſubſequuta. Opin. 555. numero 3. 108

2 Iudex in ſentētijs capitalibus vltimi ſupplicij proferēdis, debet

debet in eis neceſſariò, & cautè apponere; amputetur reo caput à ſpatulis, vel totaliter mortatur, ita quòd anima ſeparetur à corpore. Opin.613.nu.2. 144

2 Iudex vſque ad 30. dies tenetur differre ac ſuperſedere in exequendo mandatum, vel reſcriptum Principis de decapitando, vel furca ſuſpendendo aliquē ſine proceſſu, & illegitimè. Opin.638.num.1. 160

Iudex exiſtens in ira, neminem tunc debet iudicare, eo quòd iudicium rationis in eo eſt obſcuratum: ſed tenetur expectare, quòd mens prius per iram concitata ad tranquillitatem redierit: & ita obſeruauit Imperator quidam, dum condemnauerat aliquem ad ultimi ſupplicij pœnam in ira, qui appellauit; & eo interrogato, ad quem appellaret, reſpondiſſe legitur: appello de Cæſare irato ad Cæſarem tranquillum & pacatum: & Imperator ob hoc iuſſit reſeruari in craſtinum, & interim ſedata ira eius, fuit reuocata condemnatio. ibi num.4. & 5. ea.

Iudex fieri noli, niſi valeas veritate irrumpere iniquitates; & ne fortè extimeſcas faciem potentis, & propterea deuies à recto iudicij tramite. ibi nu.10. 161

Iudex bonus non debet timere homines, ſed Deum, cuius miniſter eſt magis, quàm Principis terreni, vt probatur exemplo. ibi num.11. 162

Iudex tenetur cuncta rimari, quia non exercet hominis iudicium, ſed Dei: & quicquid iudicat in eum redundat, & probatur exemplo cuiuſdam iudicis mortui ſine cognitione veræ fidei, qui in vita ſua nunquam protulerat iniquam ſententiā: ob quod Deus miſericordia motus poſt eius mortē reſeruauit animā in lingua eius quouſque baptiſmum reciperet. ibi num.12. ea.

2 Iudex, & officialis prohibitus exigere, & accipere aliquid in officio, durante ipſo officio, non poteſt quicquā capere, etiam à ſponte ſoluentibus, & tradentibus. Opin.667.num.1. 177

2 Iudex in ſententia vtens verbis futuri temporis, eius ſententia non tenet. Opin.705.num.2. 205

Iudex pronuncians in ſententia ſimpliciter: prout in conſilio ſapientis ſiue conſultoris continetur, an valeat eius ſententia. Vide in verbo Sententia.

2 Iudex non tenetur præciſè ſequi conſilium ſapientis. Opin.711.num.5. 210

Iudex non excuſatur in ſyndicatu propter conſilium ſapientis, niſi ſtatutum, vel commiſſio expreſſè diſponat, debere iudicari ſecundùm huiuſmodi conſilium. ibi num.6. ea.

2 Iudex etiam quòd habeat arbitrium, tenetur reo tradere copiam inquiſitionis cum cōpetenti termino ad purgandum indicia. Opin.717. num.9. 216

Iudex deuenire poteſt ad torturam contra reum, etiam non petita per eum indiciorum copia. ibi num.25. cbar. 217

2 Iudex delegatus habens ſufficientes redditus, non poteſt petere ſportulas à litigantibus. Quod procedit in delegatis Papę, non autem in alijs delegatis. Opin.740. num.5. 239

2 Iudex poteſt ſupplere defectum conſenſus propinquorum requiſiti per ſtatutum, quando propinqui, qui conſentire debent, ſunt inhabiles ad conſentiendum. Opin. 796. num.13. 278

Iudex ex officio poteſt cogere reum ex cauſa ad edendum inſtrumenta ſua actori, dummodò iuret actor ſe hoc non petere animo calumniandi: & dummodo actor cauſam ipſam aſſignet, ſeu probet. vide in verbo Reū.

2 Iudex à iudicando repellitur in cauſa ſui vaſalli, ſi allegetur ſuſpectus. Opin. 866. num.17. 410

Iudex ſuſpectus. Vide in verbo Prælatus, Suſpitio, Suſpectum, Allegans.

3 Iudex poteſt compellere tutorem, ſi ei videatur expedire, ad faciendum inuentarium, quamuis à teſtatore fuerit hæredi remiſſum. Opin.878. num.1. 5

3 Iudex poteſt examinare principalem vti principalem, & melius de veritate informatū, ad ſimplicem partis requiſitionē, poſt cauſæ cōcluſionē. Opi.896.n.24. 24

Iudex ſicut poteſt examinare principalem ad partis inſtantiam: ita ex officio etiam in cauſis ſummarijs, mediante iuſta cauſa poſt concluſionem: & vſque ad ſententiam poteſt interrogare, & examinare partem abſque petitione aliqua ad clarificanda, dilucidandaq; dubia circa merita cauſæ, etiam ſi ad utilitatem priuatam procedat. Quod intelligitur ut iudex ualeat interrogare partes circa dubia occurſa, & orta in actis factis in cauſa ante concluſionem, non autem in alijs. ibi num. 25. ea.

3 Iudex incurrit irregularitatem, proferens ſententiam capitalem, ſeù mutilationis membri, etiam iuſtam: ac etiam actuarius publicans ſententiam ipſam; accuſator; aduocatus contra reū, & pro reo; & omnes alij fauorem quomodolibet præbētes pro executione eiuſdem ſententiæ. Opin.917.num.7. 42

Vide in materia in verbo Clericus, Teſtis, & Irregularitas.

3 Iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Baldi: quia vbi non habet contradictorem, maximæ eſt authoritatis. Opin.924. num.4. 47

Iudex confitens in articulo mortis ſe iniquam protuliſſe ſententiam, talis confeſſio non ualet, neque probat. ibi num.7. 48

3 Iudex in cauſa ciuili ardua non debet committere audientiam teſtium alteri, ſed tenetur eos ad ſe uocare. Opin.928. num.2. 54

Iudex maleficiorū quamuis non poſſit cognoſcere de cauſis ciuilibus principaliter; nihilominus incidenter poterit bene cognoſcere cauſas, quę deſcendunt ex crimine; ſicut eſt reſtitutio rei furto ſubtractæ; & expenſas factas in cauſa, poterit illas ſimiliter cognoſcere, & reum in eiſdem condemnare. ibi num.7. 55

3 Iudex facilius cognoſcit veritatem ex trepidatione, & titubatione deponentis. Opin. 949. num.4. 72

1 IVDICIS arbitrio committitur, quæ perſonæ dicantur digniores. Opin. 61. num.1. 54

Iudicis arbitrio relinquitur, quæ cauſa dicatur grauis, ardua vel parua. ibi num.2. ea.

Iudicis arbitrio terminatur, quis dicatur pauper vel diues, in caſibus in quibus id non reperitur expreſſum uel determinatum. ibi num.3. ea.

Iudicis arbitrio declaratur, quæ perſonæ dicantur miſerabiles. ibi num. 4. ea.

Iudicis arbitrio terminatur, quando aliquid non eſt à iure deciſum. ibi num.5. ea.

Iudicis arbitrio relinquitur infra quãtum tempus pignora pro executione ſententiæ uendi debeãt. ibi nu.6. ea.
Iudicis arbitrio terminatur infra quod tempus mora ſemel contracta purgari poſſit. ibi num.8. ea.
Iudicis arbitrio relinquitur, quando indicium oriatur ad torturam, vel quæ indicia ſufficiãt ad torturam ipſam. ibi num.9. ea.
Iudicis arbitrio terminatur, an reuocata confeſſio indiciũ faciat ad torturam. ibi num.10. ea.
Iudicis arbitrio debet declarari, vtrùm indicia ſint ſufficienter purgata. ibi num.12. 55
Iudicis arbitrio definitur, an inquiſitus ſit repetendus in tormentis. ibi num.13. ea.
Iudicis arbitrio ſtatur in 62. caſibus poſitis remiſſiuè. ibi num.14. ea.
1 Iudicis arbitrio committitur, quando quis dicatur habuiſſe mentionem perpetuò habitandi in loco. Opin. 203. num. 6. 176
1 Iudicis arbitrio relinquitur, quomodo, & quando dicantur merita æquiualere donationi. Opi.208.n.8. 209
1 Iudicis arbitrio terminandum eſt, quando merita dicantur æqualia rei donatę. Opin.222. num.13. 227
1 Iudicis aſſertioni, dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione, ſtandum non eſt. Opin.416. nu.4. 380
2 Iudicis, teſtis, aut Notarij facto, vbicunque eſſet ius parti quæſitum: tunc in facultate eorum dicendi aliquid non foret, propter quod ius tale alteri quæſitum tollatur. Opin.541. num.5. 97
2 Iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur proximus pubertati. Opin. 674. num. 2. 182
3 Iudicis arbitrio relinquenda eſt facultas examinandi teſtes ualetudinarios, ſenes, & abſuturos longa abſentia, lite non conteſtata, cùm de hoc non poſſit dari certa doctrina. Opin 922. num.5. 45
1 IVDICI aſſerenti ſe detuliſſe iuramentũ ſuppletoriũ, cauſa cognita, non creditur; cùm abſque cauſæ cognitione deferri non poſſit. Opin.416. nu.2. 380
Iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorũ, & ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo ſequeſtratio fieri non poteſt, non creditur. ibi num.3. ea.
Iudici non creditur ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt, in qua conſiſtat fundamentum ſuæ poteſtatis. ibi num.5. 381
3 Iudici ſunt fiendæ probationes. Opin.927. num.2. 52
1 IVDICES tenentur vti quæſtionibus, & tormentis contra reos inquiſitos in omnibus caſibus, in quibus crimen non probatur. Opin.56. num.2. 49
1 Indices eorum arbitrio hodie de conſuetudine ſolent concedere terminum decem dierum ad ſoluendum debitori, ubicunque tempus indulgetur à lege ipſi debitori non taxatum, licèt aliqui velint concedendos eſſe triginta dies. Opin.60. num.2. 53
1 Iudices carcerantes mulieres caſtè viuẽtes, & de crimine inquiſitas, puniuntur pœna capitali. Opi.87.n.2. 75
1 Iudices quotidie iudicant contra Gloſſam, vbicunque reperitur communiter per Doctores reprobata. Opin. 398. num.41. 366
1 Iudices ſeculares, magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & omnes alij iudices quocunque nomine uocentur, ac cancellarij, notarij, ſcribæ, ac quicunque executores, & ſubexecutores intromittentes ſe in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas capiendo, proceſſando, & ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prętextu quorumcunque priuilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum, excommunicantur, & anathematizantur per bullam Pij Quinti lectam in die Cœnæ Domini. Opin.405. num.4. 374
2 Iudices ſeu officiales aſſentientes, & complacentes Principibus contra veritatem, & iuſtitiam, incurrunt iram Dei. Opin.638. num.7. 161
2 Iudices ſeu officiales cauſas audientes matutino, mox, meridie, & demum veſpere, id eſt ante noctem ſedere debent de iure communi, & de iure Regni Neapolitani. Opin. 703. num. 5. 204
3 Iudices, actuarij, & notarij in Regno laborant aliquando contra propriam ſalutem, & peccant mortaliter ſuper formandis inquiſitionibus in non ſcribendo integra dicta teſtium, tam ad fauorem fiſci, quàm contra. Opin. 907. num.5. 34
Vide in verbo Notarij.
3 Iudices non ſolùm poſſunt mulctare contumaces, & inobedientes, uerùm etiam eos perſonaliter capere, & cogere teſtes ſub pœna confiſcationis bonorum ad perhibendum teſtimonium. Opin.918 num.4. 43
1 IVDICARE contra cõmunem eſſet contra ſtimulũ calcitrare: quia communis opinio habet uim conſuetudinis. Opin 398. num. 46. char. 366. & lib. 2. Opin.812. num.12. 204
1 Iudicari debet ſemper pro poſſeſſore in pari cauſa. Opin. 378. num.16. 351
1 Iudicans contra communem opinionem dicitur facere litem ſuam, & tenetur in ſyndicatu. Opin. 398. numero 3. 363
2 Iudicandum eſt in dubio pro poſſeſſore. Opin. 844. numero 69. 368
Iulij clari Alexandrini laudes. Opin. 241. nu.2. 239
1 IVRAMENTVM, & uotum ſunt de iure diuino. Opin.96. num.6. 82
Iuramentum, & uotum de pari procedunt. ibi nu.7. ea.
Iuramentum pro ueritate accipitur. ibi num.9. ea.
Iuramentum debet eſſe ueritatis indagatio. ibi nu.11. ea.
Iuramentum dicitur quaſi pro iure introductum. ibi numero 12. ea.
1 Iuramentum probat uotum, & ſic iuramento probantur ea quæ conſiſtunt in conſcientia alicuius. Opin. 112. num.4. 102
1 Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica, & conſequenter compellit præciſè ad factum: ita quòd non euaditur periurium ſoluẽdo intereſſe, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam, ipſum iuramentum non debet in forma ſpecifica ſeruari, & euadetur periurium ſoluendo intereſſe. Opin.115. num.2. 107
1 Iuramentum præciſè obligat iurantem ad factum, quando is, qui factum promiſit, facultatem faciendi habuerit; ſecùs ſi amplius facere non poſſet: quia iuramentum non obligat ad impoſſibilia: & tunc præciſè debet adimpleri, quando commodè poteſt adimpleri. Opin.128. num.11. 120

Iura-

Iuramentum ſemper intelligitur, vt ſit ſeruandum omni meliori modo quo poteſt. ibi nu. 12. ea.

Iuramentum ſi præciſè adimpleri non potuit, ſed ſolùm certo modo, putà ſoluendo intereſſe, debet ſufficere. ibi numero 13. ea.

Iuramentum ſuum in contractu appoſitum non obſeruans, licèt commodo contractus indignus efficiatur; nihilominus hoc verum eſt, quando contractu, & contentus in eo ad ſuum fauorem vti vellet contra illum, cum quo contraxit, ſeù cui promiſit, & iurauit. ibi numero 14. ea.

Iuramentum cùm perſonale ſit, perſonam iurantis non excedit; & conſequenter ad ſingularem ſucceſſorem actiuè, & paſſiuè non tranſit, niſi etiam ſucceſſoribus eſſet iuratum, & promiſſum. ibi 16. ea.

1 Iuramentum non attenditur, ſiue receditur ex cauſa ſuperueniente à iuramento, à promiſſione, & alijs legitimè celebratis, quaſi ſub ea conditione contractum ſit, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. Opin. 130. numero 3. 121

1 Iuramentum præſtitum per debitorem ante ſpolium non obſtat aduerſus exceptionem ſpoliationis. Opin. 258. numero 4. 248

Iuramentum calumniæ, ſi omittitur vbi petitum ſit, reddit totum proceſſum, & ſententiam inde ſecutam ipſo iure nullam, & nullum. ibi nu. 5. 249

1 Iuramentum non firmat actum contra publicam vtilitatem. Opin. 376. nu. 6. 347

1 Iuramentum ſuper contractu ſimulato interpoſitum, eſt nullum. Opin. 425. nu. 1. 389

Iuramentum omnia, & ſingula eſſe vera, excludit exceptionem ſimulationis in contractu, non impetrata abſolutione à iuramento. ibi nu. 7. 390

1 Iuramentum nō dicitur propriè probatio, niſi in caſibus, quibus de iure communi, vel ex forma ſtatutorum habetur pro plena probatione. Opinione 426. numero 1. 390

1 Iuramentum in ſupplementum probationis non poteſt deferri, vbi ſtatutum, ſeù lex requirit manifeſtiſſimas probationes. Opin. 427 nu. 1. 391

1 Iuramentum iudiciale eſt illud, quod defertur à parte parti in iudicio, iudice approbante. Opinione 428. numero 1. 391

Iuramentum iudiciale, quod defertur à parte parti in iudice approbante, non dicitur facere probationem, ſed habet vim rei iudicatæ, tranſactionis, & litis finitæ. ibi numero 2. ea.

Iuramentum in aliquibus vim rei iudicatæ excedit, & in multis econuerſo, ſententia excedit virtutem iuramenti. ibi num. 3. ea.

1 Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari pro abſente per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, ſi ille, cui debet præſtare conſentit, vel reperiatur impeditus ille, qui tenetur præſtare iuſta ex cauſa. Opin. 429. numero 2. 392

Iuramentum, quod tenetur præſtare vaſallus, ſiue ſit feudalis, ſiue burgenſis, dicitur extraiudiciale. ibi numero 4. ea.

Iuramentum, quod requiritur pro forma à lege communi, vel municipali, non poteſt præſtari per procuratorem. ibi num. 10. 393

1 Iuramentum deferre recuſans, offerenſque onus probandi potius aſſumere, ſi non probet, abſoluitur reus, & non habet amplius facultatem redeundi ad iuramentum. Opin. 430. nu. 2. 393

1 Iuramentum ſufficit præſtari ſuper quacunque ſcriptura, etiam non ſacra, de conſuetudine: & conſequenter conſuetudo, mos ſeu ſtylus generalis inoleuit, vt nunquā præponantur euangelia ei, cui iuramentum defertur, ſed præponitur quæuis alia ſcriptura, & iſta conſuetudo iuramenti teſtium valet, tenet, & obſeruatur. Opin. 432. num. 1. 394

Iuramentum præſtari nequit ſuper ſcriptura non ſacra, vbicunque lex pro forma requireret in iuramento tactum ſacrorum euangeliorum. ibi nu. 2. ea.

Iuramentum vbicunque negaretur præſtitum eſſe, uel fortè ſi appareret præſtitum, negaretur præſentia partis, alleganti hoc incumberet onus probandi. ibi numero 3. ea.

1 Iuramentum habet talem, tantamque vim, vt faciat aliquo vitio ſeù defectu actum laborantem valere omni meliori modo quo poteſt. Opinione 434. numero 1. 395

2 Iuramentum deferendum eſt viro offerenti iurare ſuper copula carnali habita cum eius vxore. Opin. 491. numero 7. 140

2 Iuramentum non tollit remedium l. 2. C. de reſcin. vend. Opin. 522. nu. 2. 82

2 Iuramentum perſonale eſt ex parte iurantis. Opin. 559. ſub num. 2. 111

2 Iuramentum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus. Opin. 562. num. 5. 113

2 Iuramentum in inſtrumento appoſitum contra bonos mores non eſt obligatorium. Opinione 574. numero 3. charta 122

2 Iuramentum ab Imperatore, vel alio Principe ſeù conſiſtorio relaxari poteſt. Opin. 794. nu 1. 276

2 Iuramentum appoſitum in contractu ſimulato non ligat. Opin. 832. nu. 58. 331

2 Iuramentum in inſtrumento diuiſionis appoſitum, inducit remiſſionem fideicommiſſi, cùm illud habeat vim expreſſi, & ſpecialis conſenſus, & ſpecialis clauſulæ derogatoriæ. Opin. 845. nu. 16. 374

Iuramentum quando in diuiſione vel tranſactione interpoſitum eſt, limitatur l. de his. ff. de tranſact. non procedere. ibi num. 25. 375

2 Iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris. Opinione 865. numero 17. 406

Iuramentum importat clauſulam illam, vt actus valeat omni meliori modo quo poteſt. ibi nu. 18. ea.

2 Iuramentum non dicitur probatio, nec probationem inducit. Opin. 866. nu. 8. 410

Iuramentum licèt aliquando dicatur probatio: tamen eſſet tunc ficta probatio. ibi nu. 9. ea.

Iuramentum non dicitur plena, nec legitima probatio, ſed quaſi probatio vel ſemiplena. ibi nu. 10. ea.

Iuramentum non ſufficit, quando requiritur de iure vera & liquida probatio. ibi nu. 11. ea.

Iuramentum vt ſit ſeruandum, & illud obliget, debet habere tres comites; ſcilicet, veritatem, iudicium, & iuſtitiam,

ſtitiam; quorum ſi alterum deficiat non eſt ſeruandum. ibi numero 12. ea.

Iuramentum comparatur ad tria. ibi nu. 13. ea.

3 Iuramentum eſt tortura ſpiritualis: quia ſpiritus torquetur, & ſpiritus confitebitur. Opinione 903. numero 4. 31

3 Iuramentum ſuppletorium reo eſt deferendum, vbicunque actor probaret per duos teſtes ſe mutuaſſe ipſa centum per vnum teſtem. Opinione 933. numero 1. 62

3 Iuramentum ſuppletorium non defertur ex vnico teſte & ſemiplena probatione in criminalibus: ſiquidem in criminalibus ipſis probationes debent eſſe luce meridiana clariores. Sed hoc procedit in criminalibus cauſis criminaliter intentatis ad vindictam publicam: ſecùs autem in ciuiliter ad pœnam pecuniariam. Tamen non procederet in cauſa criminali parua, ſeù vbi ageretur de modico præiudicio: tunc enim poteſt deferri iuramentum in ſupplementum. Opinione 941. numero 2. 66

3 Iuramentum partes teſti remittere poſſunt. Opin. 942. numero 6. 69

3 Iuramentum teſtis poteſt per procuratorem præſtari; ſed teſtis dictum non poteſt deponi per procuratorem, ſecundùm aliquos. Opin. 951. nu. 2. 77

3 Iuramentum in litem vel in ſupplementum Iudæo non defertur contra Chriſtianum. Opinione 982. numero 7. 109

3 Iuramentum excludit maiorem vigintiquinque annis à remedio l. 2. C. de reſcind. vend. Opin. 1047. numero 15. 157

1 Iuramentum in litem an ſit arbitrarium, & quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur. Opinione 60. numero 5. 53

1 IVRAMENTO fugientis ſtatur de iuſta fuga cum cauſa facta. Opin. 343. nu. 13. 315

1 Iuramento in litem quando ſtandum ſit contra hoſpitem. Opin. 431. num. 1. 393

Iuramento non ſuppletur formæ defectus. Vide in verbo Defectus.

2 Iuramento nullo modo contractus prodigi firmatur. Opin. 659. num. 1. 174

2 Iuramento portantis res extra territorium ſui vſus cauſa, & pro neceſſitate, ſtatur de iure, dummodò hoc veriſimile ſit; aliàs ſecùs. Opinione 765. numero 13. charta 252

Iuramento probatur clericum ferre res cauſa vſus ſui, ſuæque familiæ, niſi rerum, & perſonarum qualitas aliud ſuadeat. ibi num. 14. ea.

2 Iuramento, vel per iuramentum videtur renunciatum diſpoſitioni, l. de his. ff. de tranſact. Opinione 845. numero 17. 374

3 Iuramento ſemel violato, quod eſt confirmatorium veritatis, remanet ſemper ſuſpitio periurij. Opin. 958. numero 5. 83

1 IVRARE eſt aſſumere, & vocare Deum in teſtem, & dicitur iuramentum, quaſi pro iure introductum. Opin. 96. num. 12. 82

1 Iurare in litem nemo cogendus eſt per iudicem, quando vellet probare per teſtes. Opin. 430. nu. 1. 393

3 Iurare non poteſt pauper in ſupplementum probationis; nec vigore ſtatuti diſponentis credi debere iuramento damnum paſſi, creditoris vel alterius. Opinione 988. numero 3. 113

1 IVRANS non reuelare ſecreta, poteſt reuelare ſine reatu periurij turpia, & illicita non omnibus, ſed ei tantùm, cui poteſt prodeſſe, & non obeſſe. Opin. 144. numero 9. 130

1 Iurans falſum coram iudice ſeculari, non poteſt ab eo puniri, ſed à iudice eccleſiaſtico, ſecundùm ius commune. Opin. 402. num 3. 372

2 Iurans iocosè obligatur ſaltem ad veniale peccatum. Opin. 668. num. 6. 178

Iurans temerariè an obligetur ad veniale vel mortale peccatum, remiſſiuè. ibi num. 7. ea.

2 Iurans omnia, & ſingula in inſtrumento contenta fuiſſe & eſſe vera, non poteſt opponere exceptionem ſimulationis, parte reluctante; ſecùs verò tacente, & patiente: quia tunc talis exceptio valeret, & noceret. Opin. 832. num. 59. 331

1 IVRISDICTIO loci, confinia territorij, & etiam dominium, & poſſeſſio rerum particularium plenè probantur per inſtrumenta antiqua inter alios confecta. Opin. 388. num. 1. 356

1 Iuriſdictio ſpecialis conceſſa delegato non derogat generali iuriſdictioni ordinarij, nec minuit ei poteſtatem, quin circa idem, re integra, iuriſdictionem ſuam exerceat. Opin. 435. num. 1. 395

Iuriſdictio conceſſa iudici inferiori, quando ex mente ſuperioris apparet conceſſa priuatiuè, tunc iudex ſuperior non poteſt ſe intromittere in cauſis conceſſis. ibi numero 2. ea.

3 Iuriſdictiones, & dominia eſſe non poſſunt apud Sarracenos. Opin. 1050. num. 2. 160

1 IVS PATRONATVS non cadit in confiſcationem bonorum rebellis, ſed tranſit in hæredes condemnati, qui præſentare poſſunt ad beneficium patronale in caſu præſenti: ſicut præſentare condemnatus poterat ante condemnationem. Opinione 150. numero 1. 135

1 Iuſpatronatus poteſt eccleſiæ, vel religioſis concedi per laicum patronum ſine conſenſu epiſcopi. Opin. 217. numero 1. 224

Iuſpatronatus non poteſt legari vel donari à patrono priuatæ perſonæ, & laico abſque conſenſu ſui epiſcopi. ibi numero 5. ea.

1 Iuſpatronatus, de gratia patronis competere dicitur. & quare introductum ſit. Opinione 436. numero 1. charta 396

1 Iuſpatronatus ſi competat pluribus laicis, vel clericis vt ſinguliſ, ex conſtitutione, ac fundatione ſui patrimonij, præſentatio facta à maiori parte, comparatione minorum, dicitur eſſe legitima. Opinione 437. numero 1. 396

1 Iuſpatronatus præſcribi poteſt aduerſus patronum ſpatio quadraginta annorum. Opinione 438. numero 1. 396

Iuſpatronatus acquiritur etiam populo ex præſcriptione. ibi num. 2. ea.

2 Iuſpatronatus poteſt præſcribi etiam per laicum contra

alium laicum ſpatio 40. annorum. Opin. 608. numero 2. 140
Vide in verbo Ius præſentandi.

2 IVRISPATRONATVS titulus neceſſariò eſſe debet ex fundatione, vel dotatione, qui oſtendatur ex authentico documento, & alijs à iure requiſitis, ſiue ex multiplicatis pręſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat. Opin 608. nu. 5. 149

IVSTA cauſa litigandi excuſat victum ab expenſis de iure communi. vide cætera in verbo Cauſa.

1 IVSTINIANVS credendo poſteritati conſulere, perdidit tot illuſtrium ſcriptorum congeſtos labores, tot libros propè diuinos, & probibuit ſcripturam interpretatiuam poni in libris per modum gloſſationis. Opin. 197. nu. 20. 167

1 Iuſtiniani opera, qui nec elementa quidem nouerat, deperiiſſe legitur pulcherrimam, & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à ſanctiſſimis legum cōditoribus deſcripti erant. Opin. 197. nu. 18. 167

1 IVS priuatus condere non poteſt, nec aliqua familia; Vnde non valens ius condere, neque poteſt conſuetudinem introducere. Opin. 160. nu. 3. 141

1 Ius congrui, prothomiſeos, ſiue retractus, an habeat locum in datione in ſolutum? Opin. 174. n. 9. 149

Ius feudale non poteſt allegari ad deciſionem aliarum cauſarum non feudalium. Vide in verbo Feudorum.

Ius feudale. Vide in verbo Feudale.

Ius loquens de ſocijs poſſet adaptari ad ſcholares, & alios ſocios in eodem cænaculo habitantes. Vide in verbo Scholares.

2 Ius accreſcendi quando eſt fideicommiſſariæ ſubſtitutioni iunctum, facit illam ſubſtitutionē ſui natura non tranſmiſſibilem eſſe tranſmiſſibilem. Opinione 844. numero 40. 360

1 Ius accreſcendi poteſt à teſtatore in teſtamento prohiberi expreſſè, & cenſetur prohibitum ex dictione taxatiua, & ita quòd amplius habere non poſſit. quod totum militat inter legatarios, ſecùs inter hæredes. Opinione 312. numero 3. 290

1 Ius adeundi hæreditatem extraneorum triginta annorum curriculo pręſcribitur. Opin. 325. nu. 3. 303

2 Ius petendi, uel agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur minori triginta annorum curriculo. Opin. 458. num. 1. 9

Ius aquę eſt de demanio, & alienari non poteſt, nec præſcribi, tanquàm res particularis feudi. Vide in verbo Aqua ius.

2 Ius præſentandi, & ſuccedendi in iurepatronatus eſt commune inter mares, & fœminas, & in eo tantam vocis habent fœminæ, quantum maſculi. quod declaratur fuſiſſimè. Opin. 608. num. 7. 140

Et in tali iure patronatus nullum eſt diſcrimen inter mares, & fœminas. ibi verſ. Et conſequenter. Et ſi iuſpatronatus competeret alicui uniuerſitati, in præſentādo deberent tunc vocari virgines, maritatæ, & viduæ. ibi verſ. Nam ſi. Et ſi fundator iuriſpatronatus velit ipſum iuſpat. tranſire in hæredes, & ſucceſſores ſanguinis, tranſibit ad eos etiam, quòd non ſint hæredes: & ſi filius vel filia hæreditati renunciauerit, poſſet renunciatione non obſtante habere iuſpatr. ibi verſ. Sed Gaietanus. Et iuſpatronatus eſt quoddam ius de per ſe, & non dicitur modo aliquo eſſe in bonis, & minimè venit appellatione iurium; & regulatur vt ius eccleſiaſticum, & eſt alterius naturæ quàm ſint alia iura. ibi uerſ. Et eo magis. Et quis in hoc iure ſit prefe-rēdus, à maſculo, vel fœmina repreſentatuſ, quòd cæteris paribus, repręſentatus à mare. ibi verſ. Et Canoniſtę. Et tale iuſpat. tranſit ad fœminam hæredem. ibi verſ. Eſt benè verum. Vnde iuſpatronatus patris, in quo licèt filij veniant vt filij, non vt hęredes, pater poſſet vni ſoli aſſignare, & omnibus alijs præiudicare alios excludendo. ibi verſ. Vnde iuſpatronatus. Et hoc iuſpatronatus tranſit ad hæredes fœminas, & tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. ibi verſ. Imò etiā. Et tranſit etiam ad hęredes extraneos. ibi uerſ. Imò denique. charta 141

2 Ius adeundi hęreditatem, quod competit extraneis; & ius immiſcendi, quod competit ſuis, triginta annorum ſpatio durat. Opin. 632. nu. 1. 155

Ius adeundi quod præſcribitur triginta annis currit etiam ignoranti. ibi num. 2. ea.

2 Ius commune, & ſtatutum idem ſunt. Opinione 766. numero 21. 257

2 Ius ſpecialiter competens, nunquàm videtur ſublatum per generalem diſpoſitionem ſtatuti, vel legis. Opin. 818. numero 2. 311

2 Ius congrui, ſeu prothomiſeos non tollitur exiſtente in medio via vicinali. Opin. 830. nu. 3. 320

Ius congrui ac prothomiſeos non tollitur, etiam via vicinali in medio exiſtente, quam aliter non conſtet conſtitutam eſſe à vicinis. ibi nu. 4. ea.

Ius congrui uigore ſeruitutis eundi, vicinus prætendere nequit, exiſtente aliqua re immobili vicina. ibi numero 12. 322

Ius congrui competit marito ratione rei dotalis, cùm ſit dominus ibi nu. 17. ea.

Ius eundi habens per aliquam domum, vel fundū, non eſt dominus illius, cuius eſt prædiū ſeruiens. ibi n 18. ea.

2 Ius conditionale non tranſmittitur ad hæredes. Opinione 843. numero 3. 346

Ius in ſpe non dicitur eſſe in bonis noſtris ibi nu. 12. 347

2 Ius eſt ars boni, & ęqui. Opin. 857. nu. 3. 394

3 IVRIS idem eſt de toto quò ad totum, quod de parte quò ad partem. Opin. 1018. nu. 35. 135

1 Iuri offerendi non eſt locus poſt concluſum in cauſa, nec poſt ſententiam, niſi in ipſa fuiſſet reſeruatum. Opin. 174. num. 3. 148

Iuri prothomiſeos, ſeu congrui renunciari non poteſt per procuratorem habentem mandatum cum libero arbitrio. Opin. 830. nu. 20. 322. & nu. 32. 323

2 IVRA poſſeſſoria vigore ſtatuti diſponentis, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hęredem abſq; alia apprehenſione, non competunt, nec conceduntur hæredi ante adeptam corporalem poſſeſſionem. Opin. 801. numero 2. 281

2 Iura limitatoria, ſeu ſpecialia non tolluntur per ſtatutū, vel per nouam legem, etiam quòd in eo vel in ea reperiatur clauſula, non obſtantibus ſtatutis, & legibus. Opin. 818. nu. 1. 311

DE LITERA L.

1 LACVS Aſphaltitis in regione Gomorrenſium, nil præter bitumen gignit, & nullum corpus animalium recipit; imò tauri, camelli que fluitant, & nil in eo mergitur. Opinione 726. numero 23. 228

1 LAICVS, qui poſt delictum commiſſum religionem ingreſſus eſt, vel factus eſt clericus; putà, quia iam erat inquiſitio contra eum formata, non euitabit ob hoc forum ſeculare. Opin. 112. nu. 1. 101

Laicus committens delictum, & poſtmodum efficiens ſe clericum abſque fraude, & dolo, puniri poteſt ſolummodò in foro eccleſiaſtico. ibi nu. 6. 102

1 Laicus poteſt reuelare confeſſionem, & conſequenter ea quæ in ſecreto, & confeſſione dicantur, etiam ei præſtito iuramento: nam ſi in teſtem producatur, debet hoc propalare, non obſtante iuramento ipſo. Opin. 144. numero 8. 130

1 Laicus, qui in neceſſitate audiuit confeſſionem mulieris non poteſt poſteà cum ea contrahere matrimonium. Opin. 145. num. 3. 131

Vide in verbo Confeſſio peccatorum.

1 Laicus poteſt capere clericum ſuum debitorem ſuſpectum de fuga, & præſentare iudici eccleſiaſtico ſine incurſu excommunicationis. Opinione 177. numero 5. 152

1 Laicus donans eccleſiæ vel pio loco eccleſiam de conſenſu epiſcopi: tunc ex hac donatione transferuntur iuſpatronatus, dominium, proprietas, & omnia iura temporalia, quæ habet epiſcopus in ipſa eccleſia. Opinione 217. num. 2. 224

2 Laicus non poteſt exercere officium vicariatus epiſcopi. Opin. 440. num. 1. 1

Laicus poteſt eſſe aſſeſſor epiſcopi, & cuiuſcunque iudicis eccleſiaſtici. ibi num. 3. ea.

2 Laicus poteſt eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualibus; & res eccleſiaſtica ſeu ſpiritualis in arbitratorem laicum compromitti poteſt. Opin. 441. nu. 1. 2

Laicus non poteſt eſſe arbiter in cauſis ſpiritualibus. ibi numero 2. ea.

Laicus, & clericus ſimul electi in cauſis ſpiritualibus, poſſunt eſſe arbitri, & in eis procedere poſſunt, & valet, & tenet compromiſſum. ibi nu. 3. ea.

2 Laicus ſuper actu ſpirituali ſtatuere non poteſt. Opinione 796. num. 2. 277

3 Laicus, & mulier in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis contra clericum. Opin. 989. nu. 1. 113

3 LAICI, & mulieres in cauſa criminali teſtes contra clericos non admittuntur. Opin. 989. nu. 2. 113

Laici, & mulieres ſunt idonei teſtes contra clericos in criminalibus, quando veritas actu, & habitu aliter haberi non poſſet: & conſequenter vbicunque in loco cõmiſſi delicti per ipſum clericum nõ adeſſent alij quàm laici. ibi num. 3. ea.

2 LATRO inſignis quis dicatur, diſcurritur remiſſiuè. Opin. 717. poſt num. 19. 217

2 LAVDVM antiquius præſumitur in dubio latum præcedente compromiſſo; & ſicut præſumitur in ſententia antiqua in dubio præceſſiſſe mandatum, eodem modo præſumitur etiam præceſſiſſe compromiſſum. Opin. 475. num. 2. 28

2 Laudum arbitratoris habet præſumptionem pro ſe, pendente etiam reductione ad arbitrium boni viri. Opin. 699. num. 4. 202

2 Laudum, ſeu ſententia nulla, licèt regulariter non valeat, nihilominus poteſt confirmari conſenſu partium: & ipſa ſententia non valeret in vim ſententiæ, ſed in vim pacti. Opin. 702. nu. 1. 203

2 Laudum prolatum de nocte per arbitros non ualet. Opin. 703. numero 2. 204

2 Laudum latum ad fauorem alicuius per arbitros, approbatum, & confirmatum per iudicem reclamationis, mandatur executioni in Regno, nec auditur appellans, niſi prius facta reali executione. Opin. 816. numero 31. 310

Cætera vide in verbo Compromiſſum.

1 LAVDEM iactantes de ſapientia ſua, de ſenſu proprio, de ſcientia, de ſpeculatione, ac nouis intellectibus inuentis, atque traditis per eos ad aliquas leges, & de victorijs reportatis, ſeù ſententijs prolatis in fauorem ſuorum clientum, de diſputationibus ſuis, de ſequela populi, atque de fama celebri, & de libris compoſitis, ſiut valdè vituperandi, vt per exempla poſita diſcernitur. Opin. 197. num. 54. 178

2 Laudes collegij notariorum Ciuitatis Aquilę. Opi. 647. numero 13. & 14. 167. & 168

1 LEGALIS ſcientia nunquàm fuiſſet augmentata, ſi Doctores noluiſſent reſpondere niſi in caſibus à lege deciſis. Opin. 398. nu. 54. 367

1 LEGATVS de latere, ſeu inferior à Papa, vel Imperatore non poteſt diſpenſare, quòd ſimpliciter, & de plano vt iuris ordine non ſeruato in aliquo negocio procedatur, & taliter facta commiſſione, dicta clauſula nihil operatur, & proceſſus eſſet nullus. Opin. 96. numero 1. 81

1 LEGATA ſeu vendita domo, an intelligatur venditus hortus, ſiue apotheca. Opin. 202. nu. 1. 174

Vide in verbo Vendita domo.

1 LEGATVM, aut hæreditatem eccleſia delatam, abſque

abſque capituli conſenſu prælatus repudiare non poteſt. ubi de duplici opinione communi. Opinione 1. numero 6. 2

1 Legatum in teſtamento minùs ſolenni relictum, quemadmodum debetur propinquo: ita etiam & amico. Opin. 48. num. 5. 44

1 Legatum factum uni de duobus, qui primò aſcenderit capitolium, ſi contingat ambos aſcendere, & neſciatur quis prior, tunc neutri debetur. Opinione 84. numero 3. 73

1 Legatum ſeu donatio facta per clericos concubinæ pro ſeruitijs præſtitis, valet, & præſtari debet proportionabiliter ſecundùm ipſorum ſeruitiorum qualitatem. Opin. 205. num. 9. 206

1 Legatum factum fratribus, primis tantùm fratribus legatum relictum intelligitur. Opinione 333. numero 1. 306

2 Legatum factum filiabus in teſtamento non comprehendit poſthumos natos poſt mortem teſtatoris, ſed natos poſt conditum teſtamentum, & ante mortem teſtatoris. Opin. 442. num. 1. 2

Legatum factum filijs non comprehendit natos poſt mortem teſtatoris, ſed ortos duntaxat tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris. ibi nu. 2. ea.

Legatum factum filijs extenditur aliquando ad filios naſcituros poſt mortem teſtatoris. ibi nu. 3. 3

2 Legatum factum pro filiabus maritandis, intelligitur de primis nuptijs tantùm, non de ſecundis, & ſic non habet locum in uiduis quantumuis pauperrimis. Opin. 443 num. 1. 3

Legatum factum viduæ tempore mortis patris, debetur illi, quæ fuit vidua, licèt poſteà maritetur. ibi numero 2. ea.

Legatum factum filię in caſu viduitatis, debetur, quamuis legataria non perſeueret in viduitate: quia ſufficit, quòd ſit vidua tempore mortis patris per illud momentum. ibi num. 3. ea.

Legatum factum mulieri ſi ingrediatur monaſterium, vel aſſumat habitum tertij ordinis; ſi tunc acciperet habitum ipſum, & deinde dimitteret, deberet nempè habere prædictum legatum. ibi nu. 6. ea.

2 Legatum generaliter factum eccleſię, ſine declaratione de qua eccleſia, non vitiatur ratione incertitudinis, ſed debetur tunc parochiali eccleſiæ teſtatoris. Opi. 444. numero 1. 3

2 Legatum relictum canonicis alicuius eccleſię, videtur relictum ipſi eccleſiæ non autem canonicis, ſecundùm vnam communem opinionem; licèt altera opinio contraria appareat ſimiliter communis. Opinione 445. numero 1. 4

2 Legatum annuum perpetuò eccleſiæ relictum, reſtringitur ad ſpatium centum annorum. Opinione 446. numero 1. 4

Legatum alimentorum præſtandorum fratribus alicuius eccleſia in die putà Sancti Ambroſij, niſi aliud ſit dictum, non debetur niſi primo anno. ibi nu. 2. ea.

2 Legatum eſt acceſſorium teſtamenti, non autem pars. Opin. 447. num. 1. 5

2 Legatum alicui factum de re alteri obligata, etiam pro æquiualente quantitate, valet, & hæres illam luere tenetur; etiam ſi teſtator rem obligatam fore ignoraſſet, ſecundùm communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſit ſimiliter communis. Opin. 448. numero 1. 5

2 Legatum relictum vxori per maritum ſi caſtè atque honeſtè vixerit poſt eius mortem, debetur ipſi vxori etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, ſecundùm vnam communem opin. quamuis altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat. Opinione 449. numero 1. 5

2 Legatum non compenſatur cum dote; cùm id compenſationem ipſam penitus excludat, niſi filia conſentiret. Opin. 484. num. 12. 35

2 Legatum non vitiat modus caſu deficiens: & ſic legatarius non implens modum, ex quo per eum non ſtetit, illud conſequi poteſt. Opin. 509. nu. 1. 50

2 Legatum, & confeſſio dotis receptæ non probat dotem datam, & præſertim ſi fiat abſente parte. Opin. 534. numero 6. 84

2 Legatum non eſt propriè negociatio. Opinione 817. numero 7. 321

2 Legatum ſeu fideicommiſſum particulare conditionale, pendente conditione non tranſmittitur. Opinione. 843. numero 18. 348

3 Legatũ ad pias cauſas ſicut valet factum coram duobus teſtibus omni exceptione maioribus: ita et poteſt reuocari, et adimi coram alijs ſolummodò duobus teſtibus. Opin. 890. nu. 2. & 16. 13 & 15

3 Legatum filiæ iure reſtitutionis, intelligitur id eſt inſtitutionis. Opin. 1039. num. 4. 149

3 Legatum factum coniugi non tollit quartam partem bonorum, quę ſibi debetur, ſed computatur in partem. Opin. 1055. num. 5. 167

1 LEGATA ad pias cauſas non debentur hæreditate non adita, ſecundùm communem opinionem, ſed contraria opinio obſeruatur in practica. Opinione 359. numero 6. 333

1 LEGATARIVS, ſe quilibet creditor, ſi dicat opponatque plura bona, quæ oſtenduntur per hæredem, eſſe in bonis teſtatoris, debet iſtud probare. Opinione 351. numero 13. 325

3 Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento, & cauſa teſtamenti. Opin. 985. nu. 1. 110

Legatarius ad probandum legatum ſibi factum teſtis eſſe non poteſt; ſed ſi interrogaretur, & examinaretur ſuper toto teſtamento, tunc foret idoneus teſtis in cauſa ſui legati. ibi num. 2. ea.

Legatarius dicitur idoneus teſtis in teſtamento, quia eſt approbatus à teſtante. ibi nu. 3. 111

LEGATARII, fideicommiſſarij, & alij creditores citantur ſuper confectione inuentarij ſemel tantùm, et ſufficit. Vide in verbo Creditores.

3 Legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamẽto in ſcriptis, etiam ſi omnes ipſi teſtes deberent conſequi legatum aſcriptum in eodemmet teſtamento. Opinione 985. numero 4. 111

Legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamento nuncupatiuo, non aliter reaſſumpto à notario in publicam formam, & tunc valet etiam teſtamentum ipſum, atque ex eo poteſt adiri hæreditas. ibi nu. 5. ea.

1 *LEGITIMA debetur parentibus à filijs propter honorem & reuerentiã; & matri, ne dicatur à luctuoſa filij hęreditate excludi, & ꝑpter pericula partus. Opi. 313. nu. 2. 291. & lib. 2. Opin. 813. nu. 2.* 303

1 *Legitima debetur parentibus iure naturali, non autem vinculo ciuili, vt agnationis. ibi nu. 3.* 291

2 *Legitima non debetur filio, viuente patre, ſed videtur quaſi debita. Opin. 455. nu. 1.* 7

Legitima debetur filio liberè, & abſque aliquo grauamine. ibi num. 2. ea.

Legitima eſt quota bonorum, non autem hæreditatis. ibi numero 3. ea.

Legitima debetur de ſubſtantia, non autem de fructibus, & eſt in electione filij, an velit bona, vel æſtimationem. ibi numero 4. ea.

Legitima detrahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarum, ſaltim arbitrio boni viri. ibi nu. 5. ea.

Legitima eſt quota bonorum, deducto ære alieno. ibi numero 7. 8

Legitima debetur filijs, quando pater ingrederetur monaſterium, ſecundùm communem opin. Canoniſtarum: licèt Legiſtæ communiter aſſerant contrarium, quòd in vita patris religionem profitentis, filio legitima non debeatur. ibi nu. 11. ea.

3 *Legitima de ſubſtantia, & de rebus hæreditarijs, & non de fructibus debetur. Opin. 459. nu. 7.* 10

2 *Legitima non debetur matri excluſę per ſubſtitutionem pupillarem. Opin. 461. nu. 1.* 12

2 *Legitima ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis; cùm primogenitus habeat hæc bona vigore primogenituræ acquiſita, & non recognoſcat illa ab hæreditate patris. Opin. 462. nu. 1.* 12

2 *Legitima non poteſt per fideicommiſſum deduci ab hæredibus pupilli, quando non filius, ſed eius ſucceſſores rogentur hæreditatem reſtituere. Opinione 590. numero 2.* 133

Legitima non debetur eis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt. ibi num. 3. ea.

2 *Legitima eſt pars minuſcula. Opin. 811. nu. 2.* 291

Legitima cenſetur æs alienum, & eſt debita iure naturę. ibi numero 4. ea.

Legitima ſuccedit loco alimentorum. ibi nu. 5. ea.

2 *Legitima non debetur ei, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt. Opin. 812. num. 40.* 296

2 *Legitima debetur parentibus in bonis filijs propter honorem & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenentur. Opin. 813. num. 2.* 303

Legitima matri debita in bonis filiorum poteſt per ſtatutum tolli; cùm debita ſit tantùm de iure poſitiuo, non de iure naturę. ibi num. 4. ea.

Legitima filiorum poteſt in totum tolli per ſtatutum: ſecundùm vnam magis communem opinionem, licèt ſecundùm alteram illi contrariam, ſimiliter communẽ, penitus tolli non poſſit. ibi nu. 5. ea.

Legitima filiorum per ſtatutum rationabile, ex ęqua, & iuſta cauſa introductum, in totum tolli poteſt, & ſtatutum valet. ibi nu. 6. ea.

Legitima filiorum per ſtatutum introductum abſque ratione, & abſque cauſa, tolli non poteſt, & ſtatutum eſt inualidum. ibi nu. 7. ea.

2 *Legitima prius detrahenda eſt, quàm legata. Opin. 832. numero 27.* 328

Legitima detrahitur etiam de legatis pijs. ibi numero 28. ea.

Legitima non debetur de bonis feudalibus. ibi numero 34. ea.

2 *Legitimæ nullum grauamen, aut onus, vel conditio perpetua poteſt imponi. Opinione 460. numero 1. charta* 11

1 *LEGITIMATIO filij facta non tollitur, nec reuocatur per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium: ſed effectus illius legitimationis limitatur, atque reſtringitur. Opinione 210. numero 10. charta* 214

2 *Legitimatio in fauorabilibus legitimato, & non prąiudicialibus alicui, retrotrahitur, ita vt legitimatus ſemper fingatur fuiſſe legitimus. Opinione 453. numero 1.* 6

2 *Legitimatio præſumitur facta in fraudem ſubſtituti, vbicunque ducens concubinam in uxorem in articulo mortis ad effectum legitimandi filios ex ea na os, ſæpè comminatus ſit ei de excluſione. Opinione 492. numero 3.* 42

2 *Legitimatio filij naturalis per reſcriptum Principis fieri poteſt viuente patre, agnatis non citatis, quantum ad bona ipſius. Opin. 853. nu. 6.* 389

3 *Legitimatio non poteſt probari per patrem legitimati. Opin. 954. nu. 10.* 81

1 *LEGITIMATVS per ſubſequens matrimonium admittitur ad ſucceſſionem feudi. Opinione 304. numero 2.* 283

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, quantùm ad effectum iuris, dicitur verè, & propriè natus: imò iſte propriè agnatus, dicitur legitimus naturalis. ibi numero. 3. ea.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit etiã in emphyteoſi eccleſiaſtica. ibi nu. 7. ea.

1 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium non ſuccedit, niſi quatenus natus eſt ex concubina, domi maritali affectione retenta, ſecundùm communem opinionem Legiſtarum. Contrariam verò ſententiam ſic tenuere Canoniſtæ, quòd mulier etiam, quòd non fuerit retenta in ſchemate concubinę; tamen filij antea nati legitimantur per ſubſequens matrimonium: quia meretricem ducere inter opera charitatis reputatur: ſed hæc vltima opinio procedit cum grano ſalis. Opin. 315. numero 9.* 294

2 *Legitimatus ab Imperatore, in feudis ſuccedere poteſt, ſi ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit etiam ſi non exprimeretur ad talia feuda. Opinione 450. numero 1.* 5

Legitimatus per Imperatorem non ſuccedit in maximis dignitatibus, niſi ſpecialis mentio facta ſit. ibi numero 2. 6

2 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium poteſt admitti ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas, prout ad ordines ſacros, beneficia, & ad epiſcopatum quoque. Opin. 451. num. 1.* 6

2 *Legitimatus per reſcriptum excludit ſubſtitutum. Opin. 853. num. 4.* 388

Legi-

2 *Legitimati per ſubſequens matrimonium excludunt fœminas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur per maſculos. Opin.* 812. *nu.* 13. 294

2 *LEGITIMARE poteſt Papa, vel Imperator ſi vult, poſt mortem patris filium naturalem, non requiſitis his de quorum præiudicio agitur. Opinione* 853. *numero* 7. 389

2 *Legitimari poteſt filius poſt mortem patris quandocunque, cùm à patre inſtitutus eſt. Opinione* 853. *numero* 2. 388

2 *Legitimans filium poſt mortem patris, tenetur citare ſubſtitutos, quia requiritur eorum conſenſus. Opin.* 853. *num.* 5. 388

3 *LENA, meretrix, tabernaria, leno, & ſimiles repelluntur à teſtimonio in cauſis criminalibus. Opin.* 970. *numero* 1. 97

1 *LEX prohibens minoris debitorem eſſe tutorem, comprehendit etiam fideiuſſorem. Opinione* 300. *numero* 3. 273

1 *Lex, vbi eſt eadem ratio, vel maior, non dicitur extendi, ſed declarari: quia non dicitur quis addere nouum caſum extendendo, ſed quod erat in primo in ratione concluſum enudare, & declarare. Opinione* 306. *numero* 2. 285

Lex dicitur eſſe, quod in ratione conſiſtit. ibi numero 3. *ea.*

Lex dici debet circa illud, vbi locum habet legis ratio. ibi numero 4. *ea.*

Lex non dicitur extendi, vbi eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo, ſed caſus ſub eiuſdem legis diſpoſitione includi. ibi num. 6. *ea.*

1 *Lex diuina maledicit iudicibus iniquè iudicantibus. Opi.* 396. *numero* 5. 360

1 *Lex obſcura, & varios habens intellectus, ad deciſionem cauſarum allegari nequit. Opinione* 398. *numero* 32. 365

Lex omnes caſus comprehendere nequit, ſiquidem plura ſunt negocia, quàm vocabula. ibi numero 49. *charta* 367

Lex omnes articulos, controuerſias, & quæſtiones decidere non poteſt: & ideò in eis decidendis per Doctores proceditur de ſimilibus ad ſimilia, & per rationes, iuris regulas, indagationes, & argumenta, mediante ſcientia practica, & ſpeculatiua. ibi nu. 50. *ea.*

2 *Lex poſtquàm publicata eſt, præſumitur in vtilitatem reipublicæ ceſſiſſe, & moribus vtentium recepta, & approbata eſſe. Opin.* 516. *nu.* 26. 61

Lex ligat in vniuerſum omnes; ita vt iudici liceat punire contrauenientes ſtatim à publicatione; Imò etiam poſt æditionem, & poſtquàm peruenit ad notitiã ſubditorum, etiam prius quàm ſolenniter ſit publicata. ibi numero 27. *ea.*

Lex præſumitur ſemper vigere, & robur habere, niſi per deſuetudinem, & contrario vſu abrogata probetur ab eo, qui conſtitutionem prætendit moribus populi non fuiſſe obſeruatam. ibi nu. 28. *ea.*

Lex ita habet præſumptionem pro ſe, vt fundans ſe in ea, videatur habere intentionem fundatam, quamuis aduerſarius proponat negatiuam. ibi nu. 29. *ea.*

Lex olim lata, & publicata, quæ hodie obſeruatur, quòd medio tempore fuerit interrupta, aut ceſſauerit, non eſt veriſimile. ibi num. 34. *ea.*

2 *Lex fœminæ. C. de ſecund. nupt. non habet locum in donatione remuneratoria. Opinione* 535. *numero* 26. 89

2 *Lex benè à Zenone. C. de quadr. præſcript. habet locum non ſolùm in Imperatore, ſed etiam in quocunque Principe ſuperiorem non recognoſcente. Opin.* 691. *num.* 11. 195

Lex benè à Zenone procedit etiam in Duce Mediolani, et Ciuitate qualibet ſuperiorem non recognoſcente. ibi numero 12. *ea.*

Lex benè à Zenone habet locum in quocunque Principe non recognoſcente ſuperiorem. ibi numero 13. *ea.*

Lex benè à Zenone procedit in quolibet Duce, Marchione, Comite, & hiſcè ſimilibus. ibi numero 14. *ea.*

Lex benè à Zenone non obſeruatur Mediolani, & eius dominio. ibi num. 16. *ea.*

Lex benè à Zenone ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè. ibi nu. 17. *ea.*

2 *Lex, ſeu ſtatutum pœnale, vel odioſum non extenditur de vno caſu ad alium caſum. Opinione* 766. *numero* 2. 254

2 *Lex, quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. vbi filij puniuntur ob delictum parentis, non extenditur ad filias: quia continet odium irrationale. Opinione* 771. *numero* 5. 265

2 *Lex municipalis, vel conſuetudo poteſt addere formam teſtandi vltra ſolemnitatem traditam à iure ciuili. Opin.* 803. *num.* 2. 282

Lex caſſans conſuetudinem præteritam, videtur ita caſſare, vt de nouo introduci nequeat, vide in verbo Conſuetudinem.

2 *Lex vel ſtatutum per non vſum tollitur, ſecundùm communem opinionem; licèt contraria opinio ſit magis communis, quòd ſolùm per deſuetudinem nunquàm tollatur lex. Opin.* 831. *nu.* 1. 324

Lex ſeu ſtatutum vt tollatur per contrarium vſum, neceſſariò requiritur, vt vſus ipſe obtineatur in contradictorio iudicio, vel ſcientibus, & non contradicentibus dominis. ibi nu. 9. 325

2 *Lex ſecularis eſt donum Dei. Opinione* 832. *numero* 13. 327

Lex ciuilis, & imperialis, lux eſt dirigens in iudicijs decernendis. ibi num. 19. *ea.*

Lex nulla eſt, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit. ibi num. 20. *ea.*

Lex, ſeu ſuperior tradens nobis modum aliquid faciendi, modus ille habetur pro forma, & à tali forma, etiam partium conſenſu, recedi non poteſt. ibi numero 70. *&* 71. 333

3 *Lex prohibens tranſactionem ſuper alimentis futuris an videatur prohibere pactum gratuitum. Opin.* 1002. *numero* 4. 121

2 *LEGIS præcepto obtemperat, qui conſultè agit. Opin.* 832. *numero* 12. 327

Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, & punire. ibi numero 21. *ea.*

2 LEGI publicatæ non derogat particularis receptio pecuniæ pro tanto pretio, nec alterat publicam, & communem aurei æſtimationem. Opinione 516. numero 36, 62

1 LEGES ſacratiſſimæ ab omnibus ſciri debent. Opin. 366. num. 1. 337

Leges ab omnibus ſciri oportet in caſibus vulgaribus, & qui frequenter ſunt in facto. ibi nu. 2. ea.

Leges vt ſciantur, debet quis à peritis ſe informare. ibi numero 3. ea.

Leges ab omnibus ſciri tenentur. Quod procedit in iure ſcripto; ſecùs in non ſcripto. ibi nu. 4. ea.

1 Leges dicuntur ab Imperatore emanare diuino quodam modo. Opin. 369. nu. 2. 340

2 Leges ciuiles nobiliſſimos theſauros aperiunt. Opinione 832. numero 14. 327

Leges ſeculares dicuntur emanaſſe diuino quodam motu, & ſubtiliſſimo animo. ibi nu. 15. ea.

Leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerunt promulgatæ. ibi nu. 16. ea.

2 LEGVM omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus. Opin. 832. nu. 18. 327

1 LIBELLVS non vitiatur ex omiſſione proteſtationis in caſu plurium actionum propoſitarum per actorem in caſibus permiſſis, quod non intendit ſolutionem conſequi niſi ex vna. Opinione 13. numero 4. charta 12

2 Libellus appellatorius ſiue ſententia valet, etiam ſi in eo appoſitum non ſit per appellantem, Et in his ſcriptis prouocat &c. Opin. 720. nu. 8. 220

2 Libellus nullus non eſt libellus. Opinione 817. numero 4. 311

Libellus nullus ſeu ineptus à iudice lacerandus eſt. ibi numero 5. ea.

Libellus in materia venditionis, in terminis. l. 2. C. de reſcinden. vendit. quomodò formetur, vide in verbo Petitio.

2 LIBERATIO, ſeu quietatio generalis omnem præcedentem obligationem diſſolutam oſtendit. Opin. 516. numero 22. 60

Liberatio eſt ſtricti iuris, & in ea non veniunt niſi expreſſa. Opin. 516. num. 65. 69

Liberatio facta pro una quantitate, affictu, ſeu tempore, non extenditur ad alia. ibi nu. 66. ea.

Liberatio generalis continens enormem læſionem, nihil nocere poteſt. ibi nu. 69. ea.

Cætera vide in verbo Quietatio.

1 LIBER feudorum fuit compilatus ab Oberto de Orto ciue Mediolanenſe, & poſtea fuit lectus in publicis ſcholis. Opin. 279. nu. 1. 263

Cætera ad materiam libri feudorum conuenientia vide in verbo Feudorum.

2 Liber mercatorum, ex forma ſtatuti, faciens plenam fidem, vbique, etiam extra territorium, plenè probat: licèt in iudicio, vbi producitur, nõ adſit tale ſtatutum. Opin. 806. num. 2. 284

Liber mercatorum pannorum, vel alterius mercaturæ, non probat depoſitum, vel mutuum in eo deſcriptum, ſi non ſpectet ad eorum artem, ſtante ſtatuto, quòd eorum libris plena adhibeatur fides. ibi nu. 6. ea.

Liber mercatorum infamium non probat, ſicut liber aliorum mercatorum, ſtante ſtatuto, quòd libris mercatorum adhibeatur plena fides. ibi numero 8. 285

Liber rationum deſcriptus à mercatoribus alibi commorantibus extra territorium, vbi viget ſtatutum, non probat in loco ſtatuti, diſponentis eorum libris plenam adhiberi fidem. ibi nu. 9. ea.

1 LIBRI empti per vnum ex fratribus, durante ſocietate omnium bonorum, pro eius filio, de pecunia communi, debent imputari in portionem ipſius fratris, ſaltim illi libri, qui tempore diuiſionis reperirentur extare. Opinione 338. numero 5. charta 310

1 Libris Ariſtotelis, ſeu Hypocratis, Galeni, vel aliorum authorum, in eorum facultate ſtandum eſt ad deciſionem cauſarum. Opinione 278. numero 5. 264

1 LIBRA argenti valet decem aureos. ibi numero 8. 64

Cætera vide in verbo Aurei, & in verbo Solidus.

Libra auri conſtituitur ex ſeptuaginta duobus aureis legalib. Opin. 76. nu. 4. 63

Libra auri hodie, cùm aurei adeò diminuti appareant, vt nonaginta duobus conſtituatur. nu. 5. ea.

Libra auri hodie conſtituitur ex centum & ſeptem aureis ob eorum diminutionem. ibi nu. 6. ea.

1 LICENTIA per creditorem petita ingrediendi poſſeſſionem vigore pactorum exequtiuorum appoſitorum in inſtrumento, non poteſt per iudicem concedi abſque partis citatione. Opinione 93. numero 2. 79

1 Licentia capiendi debitorem pro aſſecuratione iudicij poteſt concedi per iudicem ad hunc effectum, etiam die feriata introducta in honorem Dei. Opinione 177. numero 2. 152

1 Licentia tradita per teſtatorem legatarijs apprehendendi propria authoritate poſſeſſionem rerum relictarum, probatur etiam per actus inualidos. Opinione 362. numero 3. 335

2 Licentia patris, & poſt eius mortem ſolius matris, & poſt matris mortem, agnatorum ſufficit, quando per ſtatutũ requiritur licentia patris, & matris agnatorum. Opin. 796. nu. 10. 278

2 LICENTIATVS poſtea doctoratus præfertur Doctori medij temporis, quando mox gradus, & inſignia doctoratus recepit, & dum in practica eſſet ea conſequendi, alij extitiſſent doctorati; & tunc licentiatus præferendus foret; aliàs ſecus. Opin. 463. numero 1. 13

2 Licentiatus in Decretis, & magiſter in Artibus non eſt præferendus Doctori Decretorum. Opinione 464. mero 1. ea.

3 LITIGATOR non cõſentiens teſtibus per aduerſarium productis, eos generaliter reprobando, poteſt poſtea eis vti. Opin. 929. nu. 1. 56

1 LIS, quò ad actorem, introducitur literis non expeditis. Opin. 108. num. 4. 98

1 Litem non facit productio mandati. Opinione 108. numero 5. 98

LITI-

1 LITIGANS in iudicio contra communem opinionem, venit in expenſis condemnandus. Opinione 398. numero 62. 370

2 LITERIS ſeu verbis Principis narrantibus factum proprium, regulariter creditur. Sed hac regula ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè. Opin. 639. num. 2. 162

1 LIVIVS Margarita Neapolitanus, Doctor ſupremus & inſignis, Auditor Regiæ Aprutinæ audientiæ, electus commiſſarius de anno Domini. 1580. ad componendas paces, ſedandaſque crudeliſſimas, & atrociſſimas inimicitias inter ciues Ciuitatis Terami, laudatur viriliſsimè, & ob eius varias animi dotes, & prærogatiuas ſummopere extollitur. Opinione 424. poſt num. 4. verſ. Necnon iudex. 388

1 LOCATIO facta pro mercede in pecunia numerata, ſeu pro penſione in certa ſpecie; tunc locator, & dominus habet res inuectas in re locata tacitè obligatas. Opin. 121. num. 3. 110

2 Locatio inter Principes legis poteſtatem habet. Opin. 516. num. 55. 65

3 Locatio ſeu potius relocatio facta tacitè ex perſeuerantia conductoris finito tempore, cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ erant in priori locatione. Opin. 534. numero 10. 85

3 Locatio ad longum tempus, & ſic ad decennium vel vltra videtur prohibita, prohibita alienatione ſeu venditione. Opin. 1007. nu. 2. 124

Locatio facta ad nouem annos non dicitur facta ad longum tempus: ſecùs verò ſi eſſet facta ad decem annos vel vltra. ibi num. 3. ea.

Locatio vbi ſit ad decennium vel vltra, transfertur vtile dominium. ibi num. 5. ea.

Locatio ad longum tempus dicitur alienatio. ibi numero 6. ea.

Locatio ad decem annos dicitur alienatio, ſicut datio in feudum, & in emphyteoſim: & ſic alienare prohibitus, nec in feudum vel emphyteoſim dare, nec ad decem annos locare poteſt. ibi nu. 7. 125

Locatio facta ad quinque annos, ita vt poſtea in aliud quinquennium valeat, ipſo iure dicitur alienatio. ibi numero 8. ea.

Locatio facta ad decennium cum pacto, quòd non transferat dominium: tunc, iſta clauſula nõ obſtante, transfert ipſum dominium. ibi nu. 9. ea.

3 Locatio reſcinditur ex enormi leſione vltra dimidiam, ſiue durante locatione, ſiue finita. Opinione 1047. numero 8. 156

1 LOCATOR res coloni illatas in fundum ruſticum habet tacitè obligatas, & dominus res coloni nummis colentis vel præſtantis aliquam quantitatem frumenti, vel olei; vel partiarij partientis illud, quod conuentum eſt; vel diuidentis fructus fundi cum domino inuectas in fundo hypothecatas habere videtur. Opin. 121. num. 1. 110

Locator res coloni, vel inquilini illatas, habet tacitè obligatas, non ſolùm pro penſione fundi, vel domus conductæ, ſed etiam pro deterioratione aut eius refectione. ibi nu. 2. ea.

Locator res alienas illatas in re locata, non habet tacitè obligatas pro penſione, etiam ſi res ipſa inueherentur domino ipſarum rerum præſente, & tacente: ſecundùm vnam communem opinionem; ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam communem ſimiliter, per ſolam ſcientiam inducitur tacita obligatio in re inuecta. ibi nu. 4. ea.

Locator ad hoc vt habeat tacitè hypothecatas res alienas inuectas in domo conducta, tria debent neceſſariò interuenire; & ſi vnum ex dictis requiſitis deficeret, bona ipſa non cenſerentur aliquo modo hypothecata pro penſione. ibi nu. 5. ea.

Locator res inductas in prædijs vrbanis habet tacitè obligatas abſque ſcientia domini prædij. Sed inuecta in prædium ruſticum non videntur tacitè hypothecata, niſi ita demum dominus ſciat. ibi numero 7. ea.

1 Locator non poteſt obtinere, niſi probet ſuam poſſeſſionem. Opin. 136. nu. 4. 124

Locator tenetur probare fuiſſe ſaltem poſſeſſorem rei locatæ tempore locationis. ibi num. 5. ea.

1 LOTHARIVS Imperator fuit iuſtus, & iuſtitiæ cultor, qui Hirnerium, aliàs Guarnerium elegit: iſte omnium primus leges ciuiles aperuit, nouellas Iuſtiniani in breuiarium redegit, gloſſaſque compoſuit, & ideò merito iuris lucerna appellatus eſt. Opin. 197. nu. 18. 167

Lotharius Imperator occaſionem præbuit Doctoribus, vt iura publicè interpretando illuſtres efficerentur. ibi numero 22. 168

2 LVCRVM dotis habitum per maritum vigore ſtatuti, vxore præmortua, non communicatur per maritum cum eius fratribus, ſed eſt præcipuum mariti. Opinione 815. numero 12. charta 306

2 Lucrum dotis faciens maritus ex forma ſtatuti, venit cum fratribus communicandum poſt mortem communis patris, quando pater ipſe ſuſtinuiſſet onera matrimonij: quia lucrum ipſum reſpicit onera matrimonij. Opinione 833. numero 1. charta 334

Lucrum dotis conceditur propter onera matrimonij. ibi numero 2. ea.

LVDVS permittitur clericis pro experimento virtutis, & gloriæ, de iure ciuili, & canonico, dummodò talis ludus, ſeu duellum, aut exercitium ad mortem non tendat. Sed ſecundùm Concil. Trident. clericis non poſſunt ſe exercere in huiuſmodi ludis. vide in verbo Clericis.

2 Ludus ſcachorum eſt licitus, ac permiſſus laicis: quia in ingenio naturali conſiſtit. Opinione 467. numero 1. 14

Ludus ſcachorum eſt permiſſus clericis, dummodò ludant cauſa recreationis, & non ex cauſa auaritiæ; & quòd non palàm ludant propter vitandum ſcandalum; & quòd non ſint aſſidui tali ludo, neque ordinarij; & quòd non omittant tempore debito intereſſe diuinis; & quòd non ludant cum perſonis inhoneſtis, aut ſuſpectis; & denique abſtineant inter ludendum ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & huiuſmodi. ibi num. 2. ea.

Ludus latrunculorum, & ſcachorum inhibetur clericis cum laicis. ibi nu. 4. 15

Ludus ſcachorum, ſeu latrunculorum, & pilæ, omni iure permiſſus eſt ibi num. 6. ea.

Ludus paruæ pilę multum commendatur: quia in eo corpus, & anima ſimul exercentur cum lætitia. ibi numero 9. 16

Ludus ſcachorum inuentus extitit tempore Giulmerodac Regis Babilonię; & cauſa cur ludus iſte inuentus ſit, narratur diffuſè, & moraliter. ibi numero 11. ea.

2 Ludus eſt crimen, & delictum. Et hinc eſt, quòd luſori, ſicut prodigo, & furioſo poteſt interdici adminiſtratio bonorum. Et ludens præſumitur dilapidare bona, & malè vti ſubſtantia ſua. Opinione 468. numero 1. 18

Ludus eſt fames iniquitatis, & cupiditatis, domeſtica prędatio, vſuraria labes; mendaciorum atque nugarum ſedula mater; fons diuinæ negationis; crudelis blaſphemiæ pater, corruptio populorum; ſcandalum proximorum; pernicax inobedientiæ filius; amiſſio temporis; diſcordiarum, & homicidiorum multorum origo; immane deſperationis baratrum; idolorum cultus; inerta ſegnities; ocij nutrimentum; diffamationis titulus, atque multarum ſtultitiarum ludibrium ſingulare. ibi num. 3. ea.

2 Ludus præſertim ob blaſphemias prohibitus eſt. Opin. 469. num. 1. 20

Ludus alearum non ſolùm prohibetur Chriſtianis, ſed etiam Sarracenis. ibi nu. 2. ea.

Ludus taxillorum, & alearum, & ſimilium, reperitur prohibitus non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam omni alio iure; quia fortunæ innititur. ibi nu. 3. ea.

Ludus eſt euitandus tam à laicis, quàm à clericis. Nam diſpoſitio auth. alearum vſus, eſt ſeruanda etiam inter clericos, & perſonas eccleſiæ ſubiectas. ibi numero 10. 23

Ludus taxillorum multa mala, & inconuenientia producit. ibi num. 11. ea.

Ludus alearum à quo traxit originē remiſſiuè: & qui ob eum damnati fuerint, & quòd extitit à Romanis prohibitus. ibi num. 14. 24

Ludus parit tot mala, quę vix numerari poſſunt: quia in taxillis quot puncta reperiuntur, tot ſcelera ex eo vnū grauius altero proueniunt. ibi nu. 15. ea.

2 LVDI inſpectores ſi præſtarent cauſam ludo, ſiue inducendo, ſiue pecunias mutuando, ſiue alijs modis haberent ibi inordinatam affectionem, mortaliter peccarent. Sed ſi non præſtarent cauſam, tunc tantùm peccarent venialiter. Opinione 468. numero 8. charta 18

2 Ludi taxillorum nullus euentus proſper, mali omnes, & miſeri: & ſi quid in ipſo ludo lucratur, lucrum illud arrha eſt damni. Nemini enim amarior eſt iactura, quàm lucri dulcedinem deguſtanti: quia tartareus quiſpiam ludi huius inuentor fuit. Opin. 469. numero 13. 23

2 LVDO ſcachorum epiſcopo Florentino intereſſenti ſeu aſſiſtenti ad videndum ipſum ludum, Petrus Damianus duram pœnitentiam impoſuit, videlicet tria pſalteria, & lotionem pedum duodecim pauperum cum certa eleemoſyna; & iſte ludus dicitur ludus ſimiæ. Opin. 467. num. 3. 15

Ludo pilæ fertur optimè luſiſſe Scæuolam, Mecenatem, Dionyſium Siracuſanum, Alexandrum Magnum, Scipionem, Lico. Philoſophum, & Cæſarem. ibi numero 5. ea.

Ludo aliquid lucrans prouocatus, & quaſi inuitus adductus ad ludum, non tenetur in foro poli perdenti aliquid reſtituere. ibi num. 17. 19

Ludo vincentes, ſeu lucrantes à filijsfamiliàs, à monacho, furioſo, & ab alijs ſimilibus, tenentur in foro conſcientię reſtituere lucrata non luſoribus perdentibus, ſed domino, patri, eccleſiæ, vel adminiſtratori. ibi numero 18. 19

Ludo quæſita, vide in verbo Quęſita.

2 LVDI quot permiſſi ſint ad humanam recreationem, numerantur. Opin. 467. nu. 10. 16

2 Ludi permiſſi, & prohibiti legibus ſecularibus qui reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur, ponūtur remiſſiuè. Opin. 468. nu. 2. 18

2 LVDIS prohibitis aſſiſtentes ſcommittendo inter ſe, ac obligando ſe mutuò ad aliquam pecuniam, quòd Titius lucrabitur, vel non lucrabitur, facerent equidem pecuniam ſuam, nec tenerentur ad reſtitutionem ex aliqua lege, ſed peccarent vtique mortaliter. Opinione 577. numero 2. 124

2 LVDENS cum filijsfamiliàs, ſeruis, monachis, furioſis, & alijs non habentibus liberam adminiſtrationem rerum in ludo appoſitarum; lucranſque pecuniam quę erat patris, domini, aut eccleſiæ, committit furtum, & tenetur pœna furti, tanquàm accipiens pecuniam alienam. Et in dubio victor pręſumitur ſciuiſſe pecuniam alienam. Opin. 468. nu. 19. 20

2 Ludentes aſſiduè taxillis, & alea, inter perſonas infames habentur in Regno Neapolitano. Opinione 468. numero 4. 18

Ludentes ludis prohibitis, & inſpicientes ludere, eadem pœna puniuntur, quoties reperitur bannum emanatū per officiales, vt nemo ludere audeat ſub certa pœna. ibi numero 7. ea.

Ludentes non ſolùm efficiuntur infames, ſed etiam tenentes aleas, & taxillos, & alijs accommodātes ad ludendum: & factores, & venditores alearum, taxillorum, & ſimilium, peccant mortaliter ibi nu. 10. 19

2 Ludentibus ad ludum prohibitum accommodans ſcienter domum, taxillos, aut aleas, tenetur ad reſtitutionem eorum, quæ in ludo illo amitterentur. Opinione 470. numero 3. 24

3 LVNA habet radios lugubres. Opi. 950. n. 9. 75

Luna quicquid luminis habet, recipit à Sole, quia per ſe eſt corpus obſcurum. ibi nu. 10. ea.

Luna licèt cōtra ſucceſſionem ſignorum per circulos deferentes augeat à die naturali vndecim gradibus, & 12. minutis ferè, & per deferentem Epicili 13. gradibus, & undecim propè minutis moueatur; nihilominùs ſexta quaque hora quartam cœli partem quaſi peragrat, non ex motu proprio, ſed motu primi mobilis rapiente illam ſecum, & omnes planetas. ibi numero 12. ea.

Luna

Luna ſilens, & incerta quando dicatur. ibi numero 15. charta 76

3 Lunæ totus ac integralis curſus deſcribitur, ſimul cum ratione ortus ſignorum, & cum theorica planetarum, & lunæ. Opinione 950. numero 13. charta 75

Luna lumen ſi contingerit dignoſcere an illuſtrauit aliqua loca, videndum eſt, an ea hora luna ſe erexerit, vt illam partem illuminare potuerit. ibi numero. 14. charta 76

3 Lunares radij ſunt adeò debiles, vt minimum lumen ex ſua reflexione progignant. Opinione 950. numero 11. 75

1 LVSOR ac vſurarius ſe ipſum, vxorem ſuam, filios, & hæredes damnat: ideò à luſu, & turpi illicitoque quæſtu eſt abſtinendum. Et hiſtoria de quodam luſore, & vſurario ex viſione cuiuſdam deuoti hominis rapti, & ducti ad videndum gaudia beatorum, & pœnas damnatorum, recitatur. Opinione 314. numero 4. 292

2 Luſor quidam aliquando conuerſus extitit per beatum Bernardum miraculoſè. Opinione 469. numero 12. 23

2 Luſor obligans ſe colluſori, ex cauſa ludi, per publicum inſtrumentum, exigi non poteſt; imò ſi aliquid eſſet ſolutum, uigore ipſius obligationis, uſque ad triginta annos repeti poſſet; & ſic inſtrumentum hoc cauſa ludi celebratum nullas vires habet. Opinione 471. numero 2. 25

2 LVSORES taxillorum, alearum, & aliorum ſimilium ludorum prohibitorum peccant ſemper, & vbique mortaliter: Et peccant contra omnia Dei præcepta: & in ipſis ludis ſolent committi quindecim peccata mortalia. Opinione 469. numero 4. charta 20

Luſores ſunt hoſtes publici ciuitatis: Nam aliqui ex eis, perditis ſubſtantijs, deſperati veneno ſe occiderunt; aliqui proprio chirographo diabolo ſe viui dederunt; & nonnullos homines ob blaſphemiam terra abſorbuit, & fulgure perierunt; & aliquibus luſoribus ob blaſphemiam, aliquando in menſam luſoriam oculi ceciderunt. ibi num. 5. 21

Luſores ſunt pagani propter canonis trãſgreſſionem; cùm inter luſores non appareat decor morum, non modeſtia verborum, non amor erga homines, non erga Deum reuerentia; ſed iurgia, rancores, & doli, periuria, & rapinæ, & vulnera, & homicidia quoque. ibi numero 6. ea.

Luſores ob ſubſtantiam eorum in ludo deperditam, percutere conſueuere imagines Dei, & Sanctorum: ob quod nonnulla miracula Deus demonſtrauit ad cõfuſionem ipſorum luſorum notatu digna, poſita remiſſiuè ad emendationẽ, & correctionem ludentium. nu. 8. verſ. Aliud uerò. & verſ. Ac aliud miraculum. & verſ. Euenit etiam. & verſ. Item accidit, & verſ. Occurrit. char. 21. verſ. Reperio. verſ. Narratur, verſ. Item legitur, verſ. Recitatur, verſ. Necnon. verſ. Euenit etiam in Tiro. verſ. Euenit quoque in Samaria. verſ. Item legitur. char. 22. verſ. Reperio etiam exemplũ. char. 23. vbi candidiſſime, & deuotiſſime lector, ab Auctore habes quãplura miracula charitatis zelo, pio affectu, relata ad blaſphemantium, & ludentium terrorem; quæ cùm pulcherrima ſint, omninò memoriæ commẽdanda, ut ab huiuſcemodi delictis homines retrahantur: ideò in diſcurſu dicta Opin. per te videre poteris.

Luſores percutientes imagines Dei, & Sanctorum, capitaliter ſunt puniendi. ibi nu. 9. 23

Luſores ſimiles ſunt araneæ: & traditur conſilium luſori ſatis proficuum, ſi illo vti uelit. nu. 16. 24

DE LITERA M.

1 MAIOR 20. annis regulariter poteſt accuſare, quamuis ſit minor vigintiquinque. Opinione 29. numero 1. 21

Maior vigintiquinq; annis poteſt in criminalibus teſtificari. ibi numero 3. ea.

Maior ſumma. Vide in uerbo Summa.

3 Maior 25. annis vigore iuramenti excluditur à remedio. l. 2. C. de reſcind. vend. Opinione 1047. numero 15. 157

3 Maiori decepto in magno exceſſu vltra dimidiam iuſti pretij competit remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. impetrata per eum abſolutione à iuramento. Opinione 1047. num. 16. 156

1 MALA fides defuncti impedit præſcriptionem hæredis, etiam volentis eam de nouo inchoare. Opin. 7. numero 3. 9

2 Mala fides probatur per famam publicam: quia quod publicè fertur, præſumitur ad notitiam deueniſſe. & probatur etiam per indicia eadem mala fides. Opin. 472. numero 1. 25

Mala fides præſumitur interueniſſe, quando ſolennitas fuit omiſſa, & ordo debitus non fuit ſeruatus.ibi numero 2. ea.

Mala fides præſumitur in emptore ex eo, quòd ei venditum eſt pignus viliori pretio, vel ob gratiam, vel ob colluſionem.ibi nu. 3. ea.

Mala fides probatur ex denunciatione facta emptori ne emat. ibi nu.4. ea.

Mala fides inducitur ex denunciatione facta emptori ne emere debeat ante venditionem, non autem poſt emptionem, & poſſeſſionem adeptam. ibi numero. 5. ea.

Quod ampliatur ibi verſ. Quod vtique. ea.

2 Mala fides preſumpta triginta annis purgatur, & extinguitur. Opin.473.nu.1. 26

Mala fides in præſcribenda ſeruitute ſemper præſumitur: ſiquidem præſcribens videtur contra ſe habere iuris præſumptionem.ibi nu.5. ea.

3 Mala non ſunt facienda vt veniant bona. Opin. 1059. numero 5. 172

Mala facienda eſſe, vt veniant bona, aſſerentes, tanquàm blaſphematores ſunt damnandi.ibi nu.6. ea.

2 MANDATVM ſpeciale ad compromittendum requiritur: nec ſufficit mandatum generale cum clauſula de rato. Opin.474.nu.4. 27

2 Mandatum de compromittendo, emendo, vendendo, & ſimilibus, præſumitur etiam poſt ſpatium decurſum mille annorum; vndè ex defectu huiuſmodi mandati uſque ad mille annos non poteſt dici ſententia nulla, ſi de mandato non conſtet: quia præſumitur ex maxima diuturnitate temporis interueniſſe; ſecundùm vnam communem opinionem; ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, mandatum de quo non conſtet, non preſumitur, niſi per partem aduerſam probetur. Opinione 475. numero 1. 28

Mandatum de cuſtodiendo præſumitur ex antiquitate temporis ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præcedentis.ibi numero 3. 29

Mandatum præſumitur ex antiquitate temporis, quando apparet productionem mandati eſſe factam; vel ceſſante ipſa productione, litem conteſtatam extitiſſe cum aliquo tanquàm procuratore. ibi numero 5. ea.

Mandatum ex curſu longi temporis preſumitur in actu, ad quem quis veriſimiliter ſine mandato non accederet. Et ſic penſionem nomine alieno ſoluens, præſumitur ſoluere procuratorio nomine. Nam non præſumitur quis velle iactare ſuum. ibi numero 6. ea.

Mandatum mentionatum in ſententia, aut in inſtrumento antiquo, præſumitur interueniſſe propter antiquitatem temporis; & conſequenter eo caſu, antiquitas fidem, & authoritatem præbet inſtrumento enunciantí mandatum; aliàs ſecùs.ibi nu.7. ea.

2 Mandatum poteſt probari per inſtrumenta, & per literas, etiam domini, ad iudicem miſſas. Opinione 476. numero 1. 29

2 Mandatum Vniuerſitatis de querulando, vel accuſando, debet continere omnes ſolennitates, quas debet continere querela: & ſic in mandato ad accuſandum requiritur ſpecificatio criminum. Opinione 650. numero 2. 169

2 Mandatum procurationis in cauſa criminali non debet continere ſpecificationem criminum, & perſonas contra quas accuſandum ſit. Opinione 650. numero 3. ea.

2 Mandatum factum cauſa cognita habet vim ſententiæ, & reuocari non poteſt. Opin.678. numero. 12. charta 186

2 Mandatum habens in principali non videtur habere in acceſſorio, quod poteſt expediri ſine principali. Opin. 830. nu.21. 322

3 Mandatum generale procuratori, de ſolitis à domino fieri, datum; de ſolitis ordinariè fieri, & non extraordinariè intelligitur. Opinione 1018. numero 19. charta 133

2 Mandati reuocatio poteſt eodem modo probari, ac etiam per vnum teſtem cum delatione proprij iuramenti. Opin. 476. nu.2. 29

2 Mandati contractus eſt bonæ fidei, & extendi non poteſt niſi de veriſimili mente mandantis: quia procurator non poteſt prætendere authoritatem, niſi quatenus ex verbis mandati appareat ſibi conceſſa. Opin. 830. numero 20. 322

2 MANDANTEM habuiſſe notitiam, & ſcientiam aſſerenti incumbit onus probandi. Opin. 830. numero 30. 323

2 MANIFESTVM habet vim quaſi ſententiæ. Opin. 816. nu.12. 308

Manifeſtum non indiget probatione, nec expreſſione aliqua. ibi nu. 13. ea.

2 MARCHIO Mantuæ habet eandem poteſtatem in ſuo Marchionatu, quam Imperator in ſuo Imperio. Opin. 691. nu.19. 195

1 MARITVS reperiens vxorem cum adultero, ambos ſine mora protracta poteſt impune occidere: Et licèt vnus ex adulteris aufugeret, tamen maritus poſſet occidere alium non fugientem. Opin. 33. numero 7. & 8. 27

Maritus tam ægrè fert adulterium, vt moleſtius id patiatur, quàm proprij filij mortem: & ſic adulterium ipſum peius eſt, quàm mors filiorum. ibi numero 8. ea.

Maritus recipiens uxorem adulteram, & eam reconcilians, non poteſt in poſterum eam de adulterio accuſare. ibi nu.26. 28

1 Maritus confitens ſe recepiſſe dotem ab vxore, vel à ſocero, vel ab alio, ſub ſpe futuræ numerationis, poteſt opponere exceptionem non numeratæ dotis infra decennium. Opin.148. nu.1. 133

1 Maritus, cui non appareat promiſſa dos, & poſſidens bona omnia vxoris, & ea vidente, & patiente, præſumitur ea dediſſe in dotem, vbicunque mulier eſſet inferior, & inæqualis marito: quia foret dignus habere in dotem omnia bona ipſius mulieris. Opin. 278. num.14. 265

1 Maritus non tenetur dare fideiuſſorem de dote conſeruanda, conſtante matrimonio. Opinione 285. numero 1. 267

1 Maritus profeſſus in monaſterio, compellitur exire, & vxoris neceſsitati præſtare obſequia. Opin. 302. num. 11. 276

Maritus uxorem, & uxor maritum, qui lepræ; morbū incurrunt, ſequi deberet, & eis coniugali affectione miniſtrare tenentur; & ſi non faciunt, aſtringuntur ad hoc uinculo excommunicationis. ibi num. 12. ea.

2 Maritus poteſt expellere ab eius domo vxorem, ſi dos promiſſa ei non ſoluitur. quod obſeruatur potius à ruſticis, & plebeis, quàm a nobilibus, qui honeſtius procedendo, ac agendo, etiam ad dotem eis promiſſam non ſolutam, retinent vxores in eorum domibus. Opi. 478. num. 1. 30

Maritus ageret contra euangelium, repellendo uxorem ab eius domo ob dotem promiſſam non ſolutam. ibi num. 2. ea.

Maritus, iure permittente, poteſt leuiter verberare vxorem, vbicunque ſubeſſet iuſta, & rationabilis cauſa. ibi num. 7. 31

Maritus præſtans alimenta uxori, vbicunque extitiſſet dos promiſſa & non ſoluta, & nihil proteſtans; dum potuiſſet ob hoc expellere de domo uxorem, illa alimenta repetere non poſſet: quia intuitu pietatis præſumuntur præſtita. ibi num. 11. ea.

2 Maritus ſuſtinens onera matrimonij ob non ſolutionem dotis promiſſæ debito, & conuento tempore, poteſt petere non ſolùm dotem ipſam, ſed etiam intereſſe à tempore moræ decurſum, & decurrendum. Opin. 479. num. 1. 31

Maritus cui promiſſum eſt prædium pro dote ſuę uxoris, & non ſolueretur, ſeu conſignaretur poſtquàm inciperet ſuſcipere onera matrimonialia, poſſet petere vltra fundum ipſum intereſſe, etiam ratione dictæ moræ. ibi num. 2. 32

2 Maritus pro rebus dotalibus eſt legitimus adminiſtrator, & poteſt agere, & comparere in huiuſmodi caſu in iudicio ſine mandato uxoris. Opin. 480. nu. 1. 32

Maritus pro rebus paraphernalibus nō poteſt agere ſine mandato vxoris expreſſo, vel ſaltim tacito. ibi numero 2. ea.

Maritus non poteſt agere abſque mandato vxoris in caſu remiſſiuè poſito. ibi num. 3. ea.

Maritus procuratorio nomine percipiens fructus bonorū paraphernalium an teneatur ad illorum reſtitutionē? remiſſiuè. ibi num. 5. ea.

Maritus percipiēs fructus ex feudo paraphernali, vtrùm eos lucretur? remiſſiuè. ibi num. 7. ea.

Maritus non poteſt vendere rem paraphernalem ſuæ vxoris, tam mobilem, quàm immobilem. ibi numero 8. ea.

Maritus eſt verus dominus rei dotalis: & ſic dominium rei dotalis eſt mariti, & non vxoris. ibi num. 10. ea.

2 Maritus ſubuenire tenetur uxori in medicinis, & cæteris neceſſarijs. Opin. 481. num. 3. 33

Maritus tenetur ducere medicum de locis conuicinis pro curanda uxore, præſuppoſita eius facultate, quando medicus non reperitur ibi, vbi uxor infirma manet. ibi num. 4. ea.

2 Maritus, cui fuit dos promiſſa, & poſtea data, & ſoluta, præſumitur obligatis ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis, & ab illo die cenſetur tacita conſtituta hypotheca. Opin. 482. num. 1. 33

2 Maritus ſpoliatus ab vxore quaſi poſſeſſione maritali, probata copula carnali, ante omnia eſt reſtituendus. Opin. 491. num. 9. 40

2 Maritus & vxor ſubſtinentes onera matrimonij, in quibus caſibus poſſint agere ad intereſſe dotis, ponuntur remiſſiuè. Opin. 524. num. 4. 76

2 Maritus ex ſecundo matrimonio, mortua uxore abſque liberis cōmunibus, poteſt percipere ſolummodò quantum vnus ex filijs primi matrimonij. Opin. 527. numero 2. 78

Maritus ſecundus poteſt tantundem conſequi de bonis uxoris, quantum percipit unus ex filijs primi matrimonij, recepta prius legitima præcipua eis ſpectante de ipſis bonis maternis ultra dictam partem, ſecundum unam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, filij primi matrimonij tenentur illud quod percipiunt ex diſpoſitione. l. hac edictali C. de ſecund. nupt. cōputare in legitimam: & ſic filij ipſi non poſſunt facere duas deductiones. ibi num. 3. ea.

Maritus ſecundus in duobus caſibus tantundem conſequi poteſt, quantum filijs ex primo matrimonio relictum legatùmque ſit, nulla conſideratione habita ſupplementi legitimæ, quod ipſi filij petere poſſent, remiſſiuè. ibi num. 5. ea.

Maritus ſecundus tenetur non ſolùm ad reſtitutionem ſortis principalis illius pluris ſibi relicti, aut legati, quàm filijs primi matrimonij, ſed etiam ad reſtitutionem fructuum à tempore mortis ſuæ vxoris perceptorum de ipſis bonis ſuperfluis ſibi relictis. ibi numero 7. 79

Maritus conſequitur plus, quàm vnus de filijs prioris matrimonij, vbicunque donationi ſecundo viro factæ accederet fideiuſſor, qui principaliter ſe obligaret pro obſeruatione conuentorum, & euictione dictorum. ibi num. 8. ea.

Maritus recipiens ac ſtipulans promiſſa per filijs ex ſe & ex alia muliere naſcituris: tunc filij prioris matrimonij ea non auocarent: quia diſpoſitio, l. hac edictali. C. de ſec. nupt. non prohibet alienare in communes filios, ſecundùm unam opinionem: licèt contraria communis opinio appareat. ibi num. 10. 79

Maritus filijs ex primo matrimonio genitis, agentibus l. hac edictali. C. de ſec. nup. poteſt dare portiones ſuas in pecunia, etiam corporibus iuſto pretio in dotem datis. ibi num. 12. ea.

2 Maritus quādiu uiuit uxor ſua conſtuprata, & adultera, non poteſt aliquo modo alteram vxorem ducere. Opi. 533. num. 6. 83

Maritus poteſt criminaliter accuſare vxorem de adulterio, ſed non econuerſò vxor virum. ibi num. 8. ea.

Maritus poteſt accuſare ciuiliter vxorem ſuam, vt ſeparato thoro dotem recipiat, aut lucretur donationem propter nuptias, quam fecit maritus. ibi nu. 9. ea.

2 Maritus hæres inſtitutus per eius uxorem, cadit à proprietate bonorum vxoris per tranſitum ad ſecundas nuptias poſt eius mortem, & remanet duntaxat vſufructuarius ipſorum bonorum. Opi. 535. nu. 5. 87

Maritus

2 *Maritus, qui uxorem duxit ſine dote, mortuo patre vxoris, non poteſt eam compellere ad dotem conſtituendã. Opin. 588. num. 3.* 132

2 *Maritus, & uxor confitentes habuiſſe pretium rei dotalis venditæ, non ob hoc inducit ſibi præiudicium vxor, ſed totum pretium ad manus ipſius mariti perueniſſe præſumitur. Opin. 595. num. 2.* 135

2 *Maritus polluens vxorem extra clauſtrum pudoris, vel ſe ipſum polluens proprijs manibus, non poteſt dimitti ab uxore: nec ipſa vxor ob hoc valet petere ſeparationem quò ad thorum. Opin. 725. num. 5.* 226

2 *Maritus non poteſt, ſiuè ei non licet dimittere vxorem cum qua conſumauit matrimonium per copulam carnalem; ſecùs verò ſponſam; cùm vxor nondum cognita poſsit ingredi religionem. Opin. 808. num. 36. char.* 289

2 *Maritus, etiam exiſtentibus filijs primi matrimonij, lucratur dotem ex forma ſtatuti ſimpliciter diſponentis, maritum lucrari dotem, mortua vxore in matrimonio; quando coniecturis ſeù verbis ſtatuti colligi poteſt, mentem ſtatuentium id voluiſſe, & derogatur l. hac edictali. C. de ſec. nup. Opin. 815. num. 2.* 304

Maritus, ſtante ſtatuto, quòd præmortua vxore, lucretur dotem; illã lucretur, etiam quòd momento matrimonium carnali copula conſumatum duraſſet. ibi num. 9. 305

Maritus etiam dotem ex forma ſtatuti lucratur, ſi uxor moriatur antequàm ducatur ad ipſius domum. ibi num. 10. ea.

Maritus ex diſpoſitione ſtatuti dotem lucratur, ſi poſt contractum matrimonium per uerba de præſenti, ante copulam conſecutam, vxor ingreſſa fuerit monaſterium mendicantium. ibi num. 11. ea.

Maritus, ſtante ſtatuto, quòd uxore præmortua, lucretur dotem, illam non lucratur, ſed perdit, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias. ibi num. 13. 306

Maritus, ſtante ſtatuto in domicilio uxoris, quòd vxore præmortua vir lucretur dotem, uigore talis ſtatuti illam non lucratur, ſed attenditur ſtatutum domicilij mariti, etiam quòd vxor duxerit maritum ad eius domum. ibi num. 14. & 15. ea.

3 *Maritus contra uxorem, nec econtra cogitur ad deponendum. Opin. 928. num. 14.* 56

3 *Maritus non poteſt eſſe teſtis pro uxore, nec econtra. Opi. 955. num. 1.* 81

3 *Maritus, quem vxor relinqueret dominum, vſufructuarium, & maſſarium omnium bonorum, filijs extantibus, poſſet conſequi ex hoc legato ſolummodò alimenta. Opin. 1054. num. 2.* 165

3 *Maritus pauper vxori ſuæ diuiti ſuccedit in quarta parte bonorum ſuorum. Opin. 1055. num. 4.* 167

Maritus inops, mortua eius vxore teſtata vel inteſtata, accipit quartam partem bonorũ uxoris à ſe ipſo propria authoritate ut hæres, vtendo iure retentionis pro eadem quarta in bonis mulieris diuitis, non expectata aditione facienda per inſtitutos, vel hæredes uenientes ab inteſtato. ibi num. 13. 168

3 *Maritus fornicans, etiam ſi ſentẽtia diuortij lata ſit propter adulterium, cogitur vxorem in conſortium coniugale admittere. Opin. 1060. num. 19.* 175

2 *Mariti bona ſunt tacitè obligata eius vxori pro adminiſtratione bonorũ paraphernaliũ. Opi. 480. nu. 6.* 32
Vide in uerbo Bona.

3 *Marito inopi, præmoriente uxore locuplete, debetur quarta pars bonorum uxoris ſuæ, tam condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & contra uoluntatem uxoris. Opin. 1055. num. 11.* 168

2 *MASCVLVS vnus excludit fœminas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur ſtantibus maſculis. Opin. 812. num. 16.* 294

Maſculus moriens antequàm portionẽ ſibi debitã adeat, ſimiliter excludit fœminam à ſucceſsione, ſtante ſtatuto ipſam excludente; & ſufficit maſculum momento uiuere, ut perpetuò fœminam excludat. ibi numero 46. 297

2 *Maſculi excludentes fœminas vigore ſtatuti à ſucceſſione, excludunt etiam venientes ex earum perſona. Opin. 812. num. 17.* 294

Maſculi carentes uirilibus uel quomodocunque, & qualitercunque incapaces ac inhabiles ad ſoboles procreandum, & conſeruandam familiam, excludunt fœminas, ſtante ſtatuto illas excludente extantibus maſculis. ibi num. 23. 295

Maſculi non excludunt fœminas à ſucceſſione bonorum exiſtentium extra territorium ſtatuti, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur ſtantibus maſculis; & quò ad bona prædicta ſtatutum non extenditur. ibi numero 25. ea.

Maſculi incapaces ſucceſſione, & deportati, uel fratres ſancti Franciſci, & ſimiles uigore, & ex forma ſtatuti excludentis fœminas, ſtantibus maſculis, illas non excludunt. ibi num. 31. ea.

Maſculi non excludunt fœminas uigore ſtatuti illas excludentis, ſi ſuccedere nolunt. ibi num. 33. ea.

2 *MASCVLINVM reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt, non continet fœmininum. Opin. 795. num. 5.* 276

2 *Maſculinum in materia ſtatutaria concipit fœmininũ. Opin. 808. num. 10.* 287

Maſculinum in diſpoſitione legis correctoriæ in materia fauorabili concipit fœmininum, ubi militat eadem ratio. ibi num. 13. ea.

2 *Maſculinum concipit fœmininum in ultima uoluntate, etiam ubi tractatur de grauando hærede. Opin. 844. num. 54.* 362

1 *MATER meretrix filiam meretricem exhæredare non poteſt. Opin. 308. num. 3.* 287

2 *Mater dotans filiam, etiam quòd ualde diues ſit, in dubio præſumitur dotaſſe de bonis filiæ, & animo repetendi. Opin. 484. num. 3.* 35

Mater, frater, & patruus, & omnes alij qui non habent filiam in poteſtate, dicuntur extranei. vide in verbo Extranei.

Mater non habet filiam in poteſtate, niſi quando eſſet tutrix ipſius filię. ibi num. 6. 35

Mater non tenetur ad dotandam filiam. ibi num. 7. ea.

Mater hæretica, & iudæa tenetur dotare filiam chriſtianam, etiam quòd non eſſet ſuum officium dotare filiam. ibi num. 8. ea.

Mater, & pater ſimul ſe obligantes pro dote communis filia

filiæ, adhuc non videtur mater animo donandi ſe obligaſſe, ſed intercedendi pro uiro, & repetendi. ibi numero 9. ea.

Mater licèt non teneatur dotare filiam, quando commodè aliundè illa ſe dotare poſſet; tamen ſi dotaretur, dos ipſa imputaretur in legitimam. ibi num. 10. ea.

2 Mater aſſerens filium non eſſe mariti, ei non adhibetur fides, ubicunque filius non conſentiret confeſſioni adulteræ; alias ſecùs. Opin. 485. num. 2. 36

2 Mater diues, ob inopiam patris, tenetur dotare filiam pauperem: & tunc poteſt dare ipſi filiæ in dotem bona á lege prohibita alienari in vltima uoluntate. ſed hoc non procederet, ubicunque teſtator prohibuiſſet dicta bona alienari in cauſam dotis. Opin. 486. numero 2. 37

2 Mater ante alios poteſt ſuſcipere, ſi uelit, tutelam filiorũ; ſi ſecundis nuptijs, Velliano, & omni legum auxilio in eius fauorem introducto renunciauerit; alioquin, iſtis non concurrentibus, tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla, ſecundùm vnam opinionem, licèt de conſuetudine contrarium ſeruetur, quòd mater tutrix, vel auia tutrix teſtamentaria nõ teneatur talem renunciationem facere. Opi 535. num. 9. 87

Mater habet annum integrum ad petendum tutorem dari filijs, niſi velit ipſam tutelam ſuſcipere. ibi numero 10. ea.

Mater minor vigintiquinque annis non poteſt eſſe tutrix filiorum, niſi extaret conſuetudo in contrarium, quòd minor poſſit habere tutelam. ibi num. 12. 88

Mater minor uigintiquinque annis non priuatur ſucceſſione filij, licèt non petierit tutorem dari filio, etiam poſtquàm effecta eſſet maior. ibi num. 13. ea.

Mater negligens petere tutorem filijs ſuis impuberibus infra annum, uenit priuanda eorum ſucceſſione. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiuè. ibi num. 15. ea.

Mater ad hoc ut poſſit excludi à ſucceſſione filij, neceſſariò deducendum, probandumq́ue eſſet in mora fuiſſe petendi tutores dari filijs infra annum à die mortis mariti; aliâs quælibet iuſta cauſa excuſaret matrem à priuatione ſucceſſionis. ibi num. 16. ea.

Mater tranſacto anno petens tutorem dari filijs non auditur, nec recuperat ius eis ſuccedendi, nec poteſt purgare moram. ibi num. 17. ea.

Mater non ſolùm tranſeundo ad ſecunda uota priuatur tutela filiorum, ſed etiam contrahendo ſponſalia de futuro: quia tunc ſtatim contractis ſponſalibus perderet tutelam ipſam, ſecundùm unam cõmunem opinionem, ſed ſecũdum alteram ſententiam contrariã, ſimiliter communem; mater contrahendo ſponſalia, & pœnitendo poſtea, & perſeuerando in viduitate, tutelam filiorum ſuſceptam aliter non amittit. Quod procedit niſi copula ante traductionem in domou xoris fuiſſet ſubſequuta. ibi num. 19. ea.

Mater excluſa à ſucceſſione filiorum, non petendo tutorem infra annum dari filijs; tunc excluſa non cenſetur auia, nec alius proximior. ibi nu. 21. 89

Mater tranſiens ad ſecundas nuptias priuatur dumtaxat proprietate ſubſtantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantiæ auitæ. ibi num. 24. ea.

Mater tranſiens ad ſecunda uota non priuatur proprietate legati à primo uiro ſibi facti, filijs de hoc tranſitu non conquerentibus: quia tunc filius non conquerendo de matre, uidetur ſibi remiſſa iniuria. ibi nu. 25. ea.

2 Mater ſtante pace, ſeu remiſſione facta per patrem de iniuria ſiue nece communis filij, non poteſt amplius accuſare, ſeu querelare. Opin. 607. num. 2. 139

Mater per pupillarem ſubſtitutionem expreſſam excluditur à ſucceſſione filij, & legitima. uide in uerbo Legitima.

2 Mater excluſa à ſucceſſione, & legitima filij per ſubſtitutionem pupillarẽ expreſſam, ſi pauper ſit, poteſt petere tunc alimenta à ſubſtituto. Opin. 864. num. 5. char. 401

Mater excluditur per expreſſam pupillarem à legitima filij, etiam ſi filius haberet bona aliũde quæſita quàm à patre. ibi num. 6. ea.

Mater per pupillarem ſubſtitutionem ſimpliciter factã, à luctuoſa filij hæreditate, & à legitima non excluditur. ibi num. 7. ea.

Mater vt excludatur à filij hæreditate in pupillari ætate morientis per ſubſtitutionem pupillarem, requiritur ut ea facta ſit in ſpecie, & in ſua forma. ibi nu. 8. ea.

Mater ſuis filijs non poteſt pupillariter ſubſtituere. ibi num. 22. 403

Mater non habet filios in poteſtate. ibi num. 23. ea.

3 Mater naturalis teſtamentum condere poteſt inter filios naturales coram duobus teſtibus. Opin. 890. numero 14. 15

3 Mater poteſt teſtificari cùm quæritur de ætate uel genere aut cognatione filij. Opin. 954. num. 4. 80

Mater poteſt eſſe teſtis cùm quæritur vtrum matrimonium poſſit eſſe cum eis uel non, propter conſanguinitatem, & affinitatem. ibi num 5. ea.

Mater ſponſa non admittitur in teſtem in fauorẽ matrimonij, ubi agitur an matrimonium fuerit contractum uel non, ſponſa aſſerente fore contractum, & ſponſo hoc negante, & præſertim ſi ſponſus eſſet ditior, nobilior, potentior, uel honorabilior; imò ſi eſſent pares, mater, & pater uidentur ſuſpecti. ibi num. 6. ea.

Mater in cauſa matrimoniali an admittatur in teſtem pro liberis atque ſuſpecta ſit pro eis, relinquitur arbitrio iudicis, qui diligenter inſpicere debet an adhibenda ſit fides patri, uel matri circa hoc. ibi nu. 7. ea.

3 Mater, & pater in cauſa matrimoniali, & coniugali ad teſtimonium admittuntur. idem in ſorore, & alijs cognatis: arbitrio tamen iudicis debet perpendi quanta fides ſit ipſis adhibenda. Opin. 993. num. 3. 116

3 Mater, & pater admittuntur ad probandum ætatem filiorum, non ut ex hoc plenè uel ſemiplenè probent, ſed ut faciant aliqualem præſumptionem, & inſtructionẽ iudici. Opin. 994. num. 1. 116

3 Matris uel patris ſcriptura magis probat ſuper ætate filiorum, quàm eorum una uox. Opin. 994. numero 3. 116

MATRI per ſubſtitutionem pupillarem excluſæ non debetur legitima. uide in uerbo Legitima.

2 Matri dicenti filium non eſſe mariti, non creditur. Opi. 485. num. 1. 36

2 Matri diuiti propter inopiam patris incumbit dotare filiam

filium pauperem. Opin. 486. num. 1. 36
3 Matri dicenti filium non eſſe mariti non creditur: in tantum, quòd ſi filius non haberet ſufficientem cauſam, & rationem hoc credendi, nullo iure teneretur bona percepta, ſeu percipienda à patre putatiuo reſtituere; ſecùs ſi filius crederet indubitanter ſe ſpurium ex aſſertione matris. Opin. 1060. num. 23. 176
1 MATRIMONIVM ex epiſtolis miſſis ab altero coniugum alteri, in quibus ſe coniuges affirment, ac nominent, plenè non probatur, ſed talis nominatio inducit aliqualem præſumptionem. Opin. 322. numero 7. 301
1 Matrimonium affirmans à filiofamiliàs contractum, irritum eſſe abſque conſenſu parentum, ac parentes ipſos illud ratum, ſeu irritum facere poſſe, anathema eſt. Opin. 327. num. 8. 304
2 Matrimonium non poteſt contrahi cum conſanguinea, vel prohibita, etiam ſub conditione, ſi Pontifex diſpenſauerit. Opin. 487. num. 3. 37
Matrimonium ignoranter contrahentes in gradu prohibito, non incidunt in pœnam aliquam, & excuſantur à proceſſu criminali, dummodo ſtatim habita notitia abſtineant à coitu. ibi num. 6. ea.
Matrimonium putatiuum, data ignorantia in altero ex contrahentibus, ita prolem legitimat, ſicut uerum: & conſequenter filij nati ex tali matrimonio ſunt legitimi quò ad vtrunque parentum, etiam ſi unus eorũ impedimentum ignorauerit. ibi num. 7. 38
Matrimonium putatiuum bona fide contractum, habet omnia priuilegia ueri matrimonij ex parte uxoris; ſecùs ex parte viri: quia non eſt idem fauor in marito putatiuo, qui eſt in uxore. ibi num. 9. ea.
2 Matrimonium carnale non requirit neceſſariò uerba, ſed ſufficit conſenſus. Opin. 488. num. 1. 38
2 Matrimonium non inducunt infraſcripta uerba, ſed potius ſponſalia de futuro uidelicèt; matrimonium uolo tecum contrahere, vel volo ducere te in uxorem; ſeu placet mihi te ducere in coniugem. Opin. 489. numero 1. 39
Matrimonium probetur per verba hæc; dimittam vos quandiu vixero, iunctis alijs uerbis literarum. ibi numero 2. ea.
2 Matrimonium uerum contrahitur de præſenti ex his verbis; habebo te in vxorem: & ex eiſdem vel ſimilibus verbis replicatis per mulierem: quia verbum habebo, referri poteſt ad tempus præſens. Opin. 490. numero 1. 39
2 Matrimonium non poteſt niſi inter puberes contrahi; ſecùs in ſponſalibus. Opin. 491. num. 1. 40
Matrimonium contractum per uerba de præſenti inter perſonas inhabiles ratione ætatis, confirmatur per ſuperuenientem ætatem, & cohabitationem inter puellam, & eius uirum, finita pubertate. ibi num. 2. ea.
Matrimonium præſumptum non admittit probationem in contrarium. ibi num. 5. ea.
2 Matrimonium contrahi poteſt etiam per conſtitutum in articulo mortis. Opin. 492. num. 1. 41
2 Matrimonium metu contractum, eſt ipſo iure nullum. Opin. 493. num. 1. 42
Matrimonium conſiſtere non poteſt inter raptorem, & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit. ibi num. 2. ea.
Matrimonium impugnare procurans, arctatur ad articulandum, & probandum illud, quod eſt cauſa impugnationis. ibi num. 3. ea.
Matrimonium habet præſumptionem iuris pro ſe, vbicunque eſſet contractum in facie eccleſiæ. ibi num. 6. ea.
Matrimonium quando aliqua ſuſpitione doloſè impediri poſſet, celebrandum foret præſentibus parochio, & duobus vel tribus teſtibus. ibi num. 7. ea.
Matrimonium probatur duobus teſtibus, ſiue maſculis, ſiue fœminis. ibi num. 8. ea.
Matrimonium plenè probatur per confeſſionem coniugũ. num. 9. ea.
2 Matrimonium inter raptam, & raptorem eſſe nequit de iure ciuili, & regio; ſecus autem de iure canonico: & eo iure raptæ, & omnes eius fautores, auxiliatores, & conſultores ſunt ipſo iure excommunicati, & perpetuò infames, & omnium dignitatum incapaces: & tenetur raptor raptam, ſiuè in uxorem duxerit, ſiue non, eam dotare arbitrio iudicis. Opin. 679. numero 7. 187
2 Matrimonium ratum, licèt perfectum ſit quò ad uinculum ſacramenti, & illud tanto ſanctius ſit, quanto à carnis coniunctione alienius: tamen ipſum matrimonium imperfectum remanet quò ad ſignificationem; cùm illud non illa omnia ſignificet, quæ ſignificaret carnali copula conſumatum. Opin. 808. nu. 21. 288
Matrimonium uocatur, vbicunque mulier eſt tradita viro ita, vt ea vtatur. ibi num. 37. 289
Matrimonium dupliciter probari poteſt, uerè, & præſumptiuè: & ubicunque illud uerificatur præſumptiuè, quatuor requiſita neceſſariò copulatiuè debent cõcurrere. ibi num. 42. ea.
Matrimonium non probatur probata copula, ſeù cohabitatione maſculi & fœminæ. ibi num. 44. ea.
3 Matrimonium probatur per teſtes deponentes de uerbis contrahentium, licèt perſonas non uiderint. Opin. 990. num. 1. & 2. 114
3 Matrimonium probatur per patrem, matrem, ſorores, & cognatos. Opin. 993. num. 3. 116
Matrimonium quando celebratur, debent interuenire duo uel tres teſtes ſimul cum Parocho. ibi num. 5. ea.
Matrimonium plenè probatur per unum teſtem cum fama, & confeſſione coniugum. ibi num. 7. ea.
2 Matrimonij præſumptio non inducitur propter oſcula, & cohabitationem inſimul maſculi & fœminæ. Opi. 808. num. 43. 289
3 MATRIMONIALES cauſæ ſpectant ad iudices eccleſiaſticos: & aſſerens eas non ſpectare ad ipſos iudices, anathema eſt. Opin. 1057. numero 2. 169
3 Matrimoniale negocium graue & arduum eſt, & æquiparatur criminali negocio. Opin. 988. num. 9. 113
2 MEDIA ſapiunt naturam extremorum. Opin. 516. num. 31. 61
Et extremis probatis, medium probatum videtur. ibi num. 32. ea.
Et medium præſumitur in poſſeſſione, & præſcriptione odioſa, ibi num. 33. ea.

MEDIA-

1 *MEDIATOR interponens ſe inter rixantes bono zelo, ad effectum illos diuidendi, & occideretur ab aliquo ex ipſis certantibus, ipſum delictum remaneret impunitum, & ſibi aſcriberetur, & imputaretur: quia ut prudens debebat præparare, & interponere ſe talibus armis, ut eius defenſio non redderetur debilior.* Opin. 190. num. 4. 159

3 *Mediator non poteſt dicere teſtimonium.* Opin. 959. num. 8. 84

1 *MEDICVS de publico conductus, ſi morte præuentus annum perficere non poteſt, tranſmittit integrum ſalarium totius anni ad ſuos hæredes.* Opi. 201. numero 4. 174

Vide in verbo Doctor.

2 *Medicus carens publico ſalario, non debet ab ægrotis ſalarium recipere, niſi poſtquàm eos curauerit, & ſanauerit.* Opi. 494. num. 1. 43

Medicus in Regno Neapolitano tenetur bis in die uiſitare infirmum, & ſemel in nocte ad ipſius requiſitionē: & debet recipere per diem medium tarenum auri uiſitādo infirmum intus Ciuitatem, extrà verò Ciuitatem tres tarenos cum expenſis infirmi, vel cum expēſis ſuis tarenos quatuor. ibi num. 6. ea.

Medicus malè curans ægrotum, ex ignorantia, uel negligentia, derelinquendo curam ante terminum, non poteſt petere ſalarium, & tenetur infirmo ad ſatisfactionem. ibi num. 7. ea.

Medicus, ſeu chirurgicus delinquens in medendo, & infirmus moriens ex eius imperitia, non punitur corporaliter. ibi num. 8. ea.

2 *MELIORAMENTA facta in re feudali nō pertinent ad dominum, reuertente ad eum feudo, finita inueſtitura feudali per curſum temporis per lineam finitam, uel aliter abſque dolo, vel culpa uaſalli, ſed dominus tenetur ad æſtimationem eorum, ſi velit ea retinere.* Opin. 495. num. 1. 44

2 *Melioramentorū materia ponitur remiſſiuè.* Opin. 495. num. 6. 44

2 *Melioranс propriis impenſis rem emptam & alteri obligatam, ſi euinceretur abſolui deberet ab actione hypothecaria, quia extiterat conuentus, & liberaretur præſtando primam æſtimationem rei, detractis melioramentis.* Opin. 496 num. 1. 45

1 *MEMBRVM aliquod pueri non perfectè nati ſufficit baptizari, vt efficiatur Chriſtianus.* Opin. 81. num. 5. 72

3 *MEMORIA hominum non dicitur extare poſt lapſum centum annorum.* Opin. 965. num. 9. 92

2 *MENDACIVM inquiſiti facit indicium ſufficiens ad torturam, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam, ſimiliter communem, mendacium non inducit indicium ad torturam.* Opin. 497. num. 1. 45

1 *Mendaces homines non ſunt filij Dei, ſed diaboli.* Opin. 395. num. 10. 360

2 *MENDICANTES in dignitate conſtituti, vt ſunt Priores, Miniſtri, & Guardiani, etiam fratrum minorum, poſſunt eſſe delegati Apoſtolici.* Opi. 498. num. 1. 46

3 *MENS contrahentium attenditur, non ſonus uerborum, etiam illa impropriando.* Opin. 1018. numero 37. 135

3 *Mens potius quàm verba contractus attendi debet.* Opin. 1031. num. 2. 143

Mentis ſanitas, vide in verbo Sanitas.

1 *MENSVRA, vide in verbo Vendito prædio.*

1 *MENTIRI non licet in iudicijs, etiam quòd aliquis foueat iuſtam cauſam.* Opin. 38. num 9. 35

1 *MERCATOR ſi reperiatur deſcriptus in matricula mercatorum, & aſſerat ſe in actibus mercantiæ deceptum, non audiretur tanquam allegans turpitudinem ſuam.* Opin. 159. num. 3. 172

1 *MERETRIX maritata, ob reuerentiam matrimonij, carcerari non debet in carceribus communis.* Opi. 87. num. 8. 76

1 *Meretrix ſeu concubina inſtituta hæres per concubinarium, uel fornicarium, ſuis fratribus conſanguineis exhæredatis, præbet occaſionem annullandi, & penitus irritandi ipſam inſtitutionem factam, & tunc locus eſſet querelæ inoſſicioſi teſtamenti.* Opin. 205. num. 3. 205

Meretrix, vel concubina, vel alia turpis mulier non poteſt donare ſeu legare clerico, ſeu presbytero, & dicta donatio, ſeu legatum non ualet. ibi nu. 11. 206

2 *Meretrix, cui aliquid promiſſum ſit ratione mercedis ob fornicationem, & ex cauſa libidinis, poteſt conuenire promiſſorem ipſum in iudicio, & tanquam renuentem ſoluere iudex poteſt cogere ad ſolutionem promiſſionis factæ.* Opin. 499. num. 1. 46

Meretrix accipiēs pecuniam pro meretricio ac actu venereo ab eo, qui poterat tanquam verus dominus elargiri illam pecuniam, poteſt licitè retinere, nec tenetur reſtituere, nec inter pauperes elargiri de neceſſitate ſalutis. ibi num. 2. ea.

2 *Meretrix dicitur illa, quæ licèt non proſtituat ſe publicè in lupanari: tamen alibi, & in quacunque domo pudori ſuo non parcit, & quæcumque cauſa quæſtus admittit.* Opin. 679. num. 3. 187

Meretrix dicitur illa, quæ duos, & non plures ad coitum admiſit cauſa quæſtus. ibi num. 4. ea.

Meretrix ab honeſtis locis eſt expellenda, & in lupanari relegenda. ibi num. 5. ea.

3 *Meretrix, lena, tabernaria, leno, & ſimiles repelluntur à teſtimonio in cauſis criminalibus.* Opin. 970. numero 1. 97

1 *Meretrici ſeu concubinæ quis non ſolùm donare poteſt, ſed legare in teſtamento etiam, atque illam hæredem inſtituere.* Opin. 205. num. 2. 205

1 *Meretricem trahens è lupanari, & accipiēs in vxorem, conſequitur remiſſionem omnium peccatorum, & nō eſt culpandus, ſed laudandus, etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis, & famæ, & ſine culpa aliqua.* Opin. 127. num. 5. 116

Meretricem ducens in uxorem, facit ceſſare pœnam, & ſolennitatem iuris humani: nam quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege humana. & tunc uidetur redemptum corpus, & anima meretricis à peccato, & diaboli captiuitate. ibi num. 6. 117

1 *Meretricem ducere, inter opera charitatis reputatur.* Opin. 315. ſub num. 9. 294

Meretri-

2 *Meretricem rapiens non punitur pœna capitis, de iure: quia leges abhorrent uitam inhoneſtam mulierum. Opin. 679. num. 2.* 187
1 *Meretrices carcerari poſſunt in carceribus communis, & non gaudent in hoc priuilegio honeſtarum mulierum. Opin. 87. num. 7.* 76
1 *Meretrices extractæ de lupanari, & in matrimonio copulatæ, habent tutam ſpem vitæ æternæ. Opin. 127. num. 7.* 117
2 *Meretrices licitè poſſunt facere teſtamentum de acquiſitis ex meretricio. Opin. 499. num. 5.* 47
2 *Meretricibus uim inferentibus, contra earum uoluntatem, in Regno Neapolitano pœna ultimi ſupplicij imponitur. Opin. 679. num. 6.* 187
1 *METVS inſtantis periculi, & mortis excuſat delinquentem à pœna capitali. Opin. 127. nu. 13.* 117
1 *Metus reuerentialis non præſumitur, vt eo mediante actus reſcindi poſſit, præſertim in marito, reſpectu vxoris; in prælato, reſpectu epiſcopi; in patre reſpectu filiæ, & ijs ſimilibus. Opin. 165. num. 2.* 144
Metus reuerentialis, concurrente maxima læſione, ſufficeret ad reſcindẽdum contractum: quia aliàs ſola præſentia, & reuerentia uiri non ſufficeret. ibi nu. 3. ea.
Metus probatio remittitur arbitrio iudicis. ibi nu. 4. ea.
1 *Metus eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. Opin. 247. num. 8.* 243
1 *Metus, ſeu perorreſcentia probatur etiam iuramento. Opin. 368. num. 5.* 339
2 *Metus, & fraus non præſumitur, vbi interuenerit præſentia coniunctorum. Opin. 493. num. 4.* 42
Metus non præſumitur, vbi interuenerit iudicis præſentia, quia non cenſetur in fraudem legis, & metu factum, quod coràm iudice actum eſt. ibi num. 5. ea.
2 *Metus, vel dolus non præſumitur, niſi probetur. Opin. 500. num. 1.* 47
Metus reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendũ contractum, ex eo, quia dicatur initus inter virum & uxorem, patrem & filiam, prelatum & clericum, dominum & ſeruum; niſi precedant minæ, & ita articuletur & probetur. ibi num. 2. ea.
Metus vbicunque eſt probatus, ex quo Mæuius amiſit bona ſua, debet ſtari iuramento ipſius Mæuij de quantitate, & æſtimatione bonorum contra illum, qui intulit metum. ibi num. 4. ea.
2 *Metus genera quinque reperiuntur, ut remiſſiuè ponuntur. Opin. 500. num. 5.* 47
2 *Metum iuſtum non cauſat ſola præſentia patris ad reſcindendum contractum, uel matrimonium carnale vel ſpirituale filię. Opin. 500. num. 3.* 47
3 *MILES nutu teſtari non poteſt, & ita teſtando, eius teſtamentum nihil valet. Opin. 880. num. 5.* 7
1 *Milites non poſſunt donare, & legare in teſtamento concubinæ, ſeu meretrici, & donatio ei facta non ualeret, neque teneret. Opin. 205. num. 7.* 206
3 *MINAE probant inimicitiam, & ipſę de occidendo emiſſæ, faciunt præſumi capitalem inimicitiam. Opin. 978. num. 9.* 104
1 *MINOR uigintiquinque annis ſi domum conducat, in eamq; inferat res ſuas, non ob id ipſa eius bona inuecta erunt tacitè hypothecata pro penſione domus, ſecundùm unam communem opinionem: ſed ſecundũ alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, antedicta bona minoris illata in re conducta abſque tutoris, uel curatoris authoritate, videntur tacitè obligata pro penſione ipſa. Opin. 134. nu. 1.* 123
1 *Minor, ſeu eius tutor poteſt donare magiſtro pupilli, vel alteri iuſta cauſa ſuadente pro remuneratione. Opin. 222. num. 3.* 226
Minor donans ex cauſa remunerationis, uidetur potius ſoluere debitum naturæ, quàm donare. ibi num. 4. ea.
Minor ſi fuerit læſus ex tutoris, ſeu curatoris defectu, nõ reſtituitur, donec prius egerit ad intereſſe contra tutorem vel curatorem ſi ſit ſoluendo. ibi nu. 20. 228
1 *Minor, uel pupillus poteſt ex ſe ipſo ſine tutore præſentare. Opin. 222. num. 22.* 228
1 *Minor iurans in inſtrumento ſe maiorem, & allegans poſtmodum ſe minorem, non auditur, nec poterit hoc probare. Opin. 256. num. 3.* 247
2 *Minor non poteſt pro debito carcerari, quando eſt filiusfamilias; vel quando contraxiſſet ſine tutoris authoritate. Opin. 502. num. 1.* 48
2 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur neceſſariò probare ſe minorem, læſumq; ad cauſam, quam quidem ſi defendiſſet, foueret bonam cauſam. Opin. 503. num. 1.* 48
Minor ſumma, vide in uerbo Summa.
2 *Minor confitens aliquod delictum ſponte, ſeu in tortura coram iudice, ſiue curatore ad litem, ſibi non nocet; cùm iudicium nullum, & irritum ſit. Opin. 504. num. 1.* 48
Minor confitens ſponte, vel in tormentis, nulla conceſſione prius ei facta de curatore ad litem, ibi præiudicat in emergenti à cauſa principali, nec aliquo modo reſtituitur aduerſus talem confeſſionem. ibi num. 3. 49
2 *Minor litigans cum conſanguineo, compromittere tenetur abſque ſolennitatibus: & ſic ad compromittendum compelli poteſt, ſtante ſtatuto, quòd cauſę inter conſanguineos debeant compromitti. Opin. 505. numero 1.* 49
2 *Minor vigintiquinque annis, & maior decem & octo, poteſt eſſe arbiter de communi partium voluntate ſi vult, ſed non poteſt compelli, ſecundùm unam communem opinionem; ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, minor ipſe arbiter eſſe nequiret, & eius ſententia non ualeret. Opin. 506. num. 1.* 49
2 *Minor locationi factę rerum ſuarum ſine iudicis decreto per tutorem, ſtare debet finita tutela. Opin. 507. num. 1.* 50
2 *Minor quatuordecim annis, maior autem capacitate, obligatur iuramento ſi pubes eſſet, ſecundùm unam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, non obligatur aliquo modo. Opin. 508. num. 1.* 50
2 *Minor enormiter læſus, ſciens euidentem læſionem, ſponte, & ex certa ſcientia, & bene conſultus cedens &c. non habet beneficium relaxationis iuramenti. Opin. 532. num. 5.* 82
2 *Minor poteſt promittere, facere, ac ſtipulari pacem ſine tutoris,*

tutoris, ac curatoris authoritate. Nec ei conceditur reſtitutio in integrũ aduerſus pacem, nec factus maior poteſt eam rumpere. Opin.564. nu.2. 114

Minor faciens pacem iuratam, promittensq; non contrauenire, virtute iuramenti tenaciter obligatur. ibi num.4. ea.

Minor poteſt petere reſtitutionem in integrum, & ſibi concedenda eſt aduerſus pacem factam per eum, ubi tractaretur de eius intereſſe pecuniario, quod cõſequi deberet ex perſecutione iniuriarum. ibi nu.5. 115

2 Minor vigintiquinque annis poteſt accuſare. Opin.677. num.14. 184

3 Minor prohibitus per ſtatutum contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, etiam ſi iurauit ſe maiorem, poteſt dicere contractum factum abſque tali conſenſu nullum. Opin.796.num.25. 279

Minor iurans ſe maiorem, & dicens mendacium, per mendacium excluditur à reſtitutione in integrum; ſecus à remedio ordinario nullitatis actus, & poteſt ex capite minoris ætatis infringere actum. ibi nu.26.ea.

Minor dolo aduerſarij inductus ad iurandum ſe maiorem, ſtante ſtatuto quòd contrahere non poſſit abſque conſenſu conſanguineorum, poteſt dicere actum nullum. ibi num.27. ea.

2 Minor non dicitur læſus, quando fideicommiſſum reciprocum tollitur. Opin.844.num.51. 362

3 Minor vendens, & promittens reemere rem vẽditam infra certum tempus, & non reemens debito tempore, habet reſtitutionem in integrum, etiam elapſo termino in minori ætate. Opin.1013.num.4. 128

1 MINORI promittenti pacem de nece patris ſine tutoris authoritate non conceditur in integrum reſtitutio. Opin.222. num.11. 227

2 Minori curatore etiam carenti nocet confeſſio facta ſponte, vel in tortura, in atrocioribus delictis: nec ei ſubuenitur per reſtitutionem in integrum aduerſus cõfeſſionem factam. Opin.504. num.2. 49

2 Minori enormiter læſo ſuccurrendum eſt per relaxationem iuramenti. Opin.532. num.4. 82

Minori non conceditur reſtitutio in integrum aduerſus venditionem per eum factam de rebus ſuis, etiam ſi non eſſet certioratus de beneficio. ibi num.6. ea.

3 MINORES abſque decreto iudicis poſſunt facere donationem remuneratoriam occaſione remunerandi eos, qui erga ipſos minores benemeriti fuerunt. Opin.222. num.2. 226

2 MISSIO in poſſeſſionẽ nulliter facta per iudicem, eſt ante omnia reuocanda. Opin.767. num.3. 258

2 Miſſus in poſſeſſionem vigore decreti iniuſti, poſſet accuſari de vi turbatiua. Opin.767. num.2. 258

2 MODVS caſu deficiens non uitiat legatum: & ſic ſi legatarius non implens modum, ex quo per eum non ſtetit, illud conſequi poteſt. Opi.509. nu.1. 50

2 MOLENDINVM habens in parte inferiori fluminis, vtrum poſſit impedire uolentem fabricare molendinum in parte ſuperiori. Opi.510. nu.1. 51

2 Molendinũ ſiue aquæductum incipiens ædificare, ac præoccupare, licèt illud non perfecerit, ac cõpleuerit, cẽſetur ſibi ius acquiſiuiſſe, ut poſſit prohibere alium cõſtruere uolentẽ aliud molendinũ. Opi.511. nu.1. 55

1 MONACHVS eſt ſeruus, cùm per ſe non videatur habere uelle, neque nolle: ſed omne ſuum velle depen det à velle Abbatis. Opin.1. num.2. 1

1 Monachus æquiparatur potius ſeruo, quàm filio, quò ad acquiſitionem. ibi num.3. ea.

1 Monachus æquiparatur filio, vel ſeruo, prout eſt utilius monaſterio. ibi num.4. ea.

1 Monachus non poteſt adire hæreditatem, vel capere legatum ſine licentia ſuperioris. ibi num.5. 2

3 Monachus uel clericus poteſt eſſe notarius in cauſa hæreſis, qui tenetur iurare fideliter ſe gerere: & poteſt etiã recipere mercedẽ ab inquiſito. Opi.647.nu.10. 167

3 Monachus ac frater minor poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento, in quo eorum monaſterium inſtitutum ſit, vel relictum ſit legatum ſeu donatum aliquid ſuo monaſterio pro fabrica eccleſiæ. Opi.995. nu.1. 117

Monachus, & frater minor, & clericus poſſunt eſſe teſtes in iudicijs cũ eorum ſuperiorum licentia in actis apparente, aliter non probant. ibi num.2. ea.

Monachus in cauſa monachi teſtis eſſe poteſt. ibi numero 3. ea.

3 Monachus, Rector, ſeu Prælatus in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ. Opi.1058. nu.3. 171

1 Monachi vel clerici in ſacris exiſtentes poſſunt exercere officium tabellionatus, & ſcribere acta in cauſa hæreticorum; cùm in ea non poſſint niſi religioſi ſcribere acta. Opin.30. num.16. 24

1 Monachi non ueniunt appellatione clericorum in fauorabilibus, ſecus in odioſis. Opin.107. num.3. 97

1 MONASTERIVM, clericus, uel eccleſia ſuccedens iure inſtitutionis, vel legati, laico iam conuento coram iudice ſeculari, litem ipſam inchoatam cum defuncto coram illo iudice finire tenetur, ſecundùm unam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram communem contrariam, lis cœpta cum ipſo laico, denuò inchoanda eſt coram iudice eccleſiaſtico, & non tranſit in clericum heredem. Opin.108. nu.1. 97

2 Monaſterium bonorum capax, in quo eſt ingreſſus inſtitutus hęres, excludit ſubſtitutum cum conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit. Opi.840.nu.2. 343

2 Monaſterium quò ad excludendum ſubſtitutum habetur loco filij. Opi.841. num 3. 344

Monaſterium non excludit ſubſtitutum, cùm teſtator filio ſubſtituit expreſsè, caſu quo monaſteriũ introiret, uel ſine liberis decederet. ibi num.7. ea.

Monaſterium filij loco non habetur, neque ſubſtitutum excludit, cùm teſtatoris filius eſt ſubſtitutus. ibi numero 20. 345

2 MONETA promiſſa, ſi in totum ſimul ac in perpetuum reprobaretur, eius æſtimatio ſoluenda foret in noua pecunia, conſiderata æſtimatione monetę, quæ erat tempore contractus. Opin.512. num.1. 55

2 Moneta non deminuta, aut mutata in totũ, ſed deminuta ob deminutionẽ ligæ, uel põderis, pertinet ad debitorẽ, qui ualorẽ prioris monetę ſoluere tenetur. Nã creditoris cõditio nõ eſt facienda deterior. Op.513.n.1. 55

2 Moneta non deminuta, vel mutata in pondere, aut liga, ſed in valore ex conſtitutione Principis; eius periculũ, ac incõmodũ, cõmodũmue tunc pertinet ad creditorẽ: & conſequenter volens ſoluere ſcuta in auro, ſecũdũ

formam obligationis, nulla habetur conſideratio valoris augmenti, aut detrimenti, ſed numeri tantùm. Opin. 514. num. 1. 56

2 Moneta ſi fuerit mutata, uariataq; poſt morã debitoris, ipſe debitor quantitatis moroſus tenetur ſoluere æſtimationẽ quãti plurimi à tẽpore morę. Op. 515. n. 1. 56

Moneta uariata, ſeu mutata tempore ſolutionis attendi debet, non cõtractus, ſecundum communem opinionẽ. Opin. 516. num. 1. 58

Moneta quando ex ultima uoluntate debetur fieri debet ſolutio iuxtà valorem pecuniæ currentis tempore ſolutionis. ibi num. 2. ea.

Moneta debetur ſecundùm æſtimationem, quæ erat tempore contractus, quaſi tunc præſtatio formam accipiat. ibi num. 5. 59

Moneta non promiſſa, vt maſſa, aut ſpecies certa, ſed tan quam moneta, & quantitas, uidetur promiſſa uti appretiatum pretium, & certa ſumma. ibi num. 9. ea.

Moneta certa qualitatis, formæ, aut ſpeciei non deducitur in diſpoſitionẽ ſubtractionis ſimplicis ualoris extrinſeci, & caſualis tantùm, nec tanquàm ſimplex quantitas generica, quæ in ſola denominatione cõſiſtit ſine applicatione ad certũ corpus, & conſiderata qualitate monetæ conuentæ florenorũ, ducatorũ, aut ſcutorũ auri, quæ obligationẽ qualificat, & certũ monetę corpus reſpicit, & ad illud tanquàm determinatũ cõtinens diſpoſitionem reſtringit. ibi num. 38. 62

Moneta certa promiſſa, ſeu ſpecie monetæ, non tenetur creditor recipere in alia moneta vel forma, niſi cõſtet, quòd ſua non interſit. ibi num. 40. ea.

Moneta ſeu eius ualor, licèt non habeatur in obligatione generica quantitatis in voce tantùm conſiſtentis: tamen quoties ſuper certa monetæ ſpecie fundata eſt con trahentiũ cõuentio; eadẽ ſpecies, & idẽ numerus dari debet, vel aliter creditoris indemnitati cõſulendum eſt. ibi num. 43. ea.

2 Moneta ſeu pecunia minuta de generali cõnſuetudine ſolui poteſt pro ducatis, et econuerſo in eadẽ æſtimatione, quãuis moneta nõ ſit in obligatione. Op. 517. n. 1. 71

2 Moneta debet tantum ualere in forma, quantum in maſſa: & expenſa pro ea cudenda debet fieri de publico. Opin. 518. num. 2. 71

2 Moneta aurea, ſeũ ærea, vel argentea ſit, parũm aut nihil refert in punitione falſificantis ipſam monetam. Opi. 519. num. 2. 72

2 MONETAE mutationem ſciens debitor infra breue temporis curriculum, & uolens ſoluere in fraudẽ mutationis creditori ad recipiendũ monetam ei oblatam, creditor ipſe eam recipere non tenetur ante tempus ſolutionis faciẽdæ. Opin. 515. num. 2. 56

2 Monetæ currentis temporæ ſolutionis inſpicitur ualor, ſi non conſtat de ualore antiquæ currentis tempore contractus. Opin. 516. num. 4. 59

2 Monetæ in diſpoſitione facta ad uerbũ, conſideratur ualor currens tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti, vel deminutionis inde ſequutæ. ibi num. 7. ea.

Monetæ curſus mutatio non imputatur, niſi poſt moram, ſiue agatur de obligatione ſimplici, & pecunia ſemel ſoluenda, ſiue de obligatione ſucceſſiua, ex qua annua pecunia præſtatur. ibi num. 11. 60

Monetæ, ſeu auri promiſſi, aucta vel deminuta æſtimatione, rerum quoque pretia proportionabiliter augentur vel diminuuntur. ibi num. 50. 64

Monetæ extrinſeca bonitas, ideſt ualor, & æſtimatio cõſideratur ſecũdũ tẽpus faciẽdę ſolutionis. ibi n. 57. 66

2 Monetam falſam Imperatoris efficiens, aut cudens, igne comburendus eſt, & eius bona publicãtur: ſi inferioris Principis, puniendus eſt pœna capitali; ſecùs autẽ in Regno Neap. vbi uigore conſtitutionis punitur pœna capitis, & publicatione bonorũ. Opi. 519. n. 1. 72

2 Monetam radens, uel minuens, ſi liber eſt, beſtijs ſubijcitur; ſi ſeruus, ultimo ſupplicio punitur. quod procedit in tondente, & radente monetã aureã, aut aureo tingẽte nũmos alterius metalli nõ alio. Op. 520. n. 1. 72

Monetam auream vel argenteam minuẽs, uel radens, in Regno Neap. condemnatur ad mortem cum publicatione bonorũ: ſed circũcidens aureos grauioris põderis, & reducẽs ad iuſtũ põdus, nõ eſt puniẽdus. ibi n. 2. 73

Monetam tondens, per priuatos homines capi poteſt impunè, abſq; ſuperioris licẽtia, & ad eũ duci. ibi n. 3. ea.

Monetam tondens, ſeu falſificans, vel ſcienter eã expendens, tenetur ad reſtitutionem, uel ad elargiendum ipſum lucrum inter pauperes; & falſificantes monetas mortaliter peccant. ibi num. 4. ea.

2 Monetam falſam ſcienter expendens, ſi nummi plumbei, vel ſtannei ſint, pœna falſi punitur: ſi uero ſint alterius materia, pœna erit extraordinaria. Opi. 521. n. 1. 73

Monetam falſam pluribus uicibus expendens, tanquam aſſuetus hoc facinus patrare, eſſet puniendus pœna capitis, ſeu ignis. ibi num. 2. ea.

Monetam adulterinam cudens, accipiens, ac utens, punitur pœna capitis, & publicatione bonorum in Regno Neapolitano. ibi num. 3. ea.

Monetam falſam habens, reus falſę monetę præſumitur, ſi non indicauerit illum, à quo eam monetam habuerit. ibi num. 4. ea.

2 MONETARVM curſus debitori non imputatur niſi poſt moram. Opin. 516. num. 45. 63

Monetarũ diuerſarũ ſeu quoties incidit, & dubitatur de qua actum ſit, ante omnia, veriſimilitudo inſpicitur, quæ ex dignitate rei colligitur. ibi num. 60. ea.

2 Monetarum materia remiſſiuè. Opin. 521. nu. 5. 73

2 MONIALIS ubicunque eſſet recepta gratis ad religionẽ, poſt receptionem pater eius nil vellet ſoluere monaſterio, poſſet agere contra patrem pro alimentis & ſi pater mortuus eſſet, poteſt agere ad partem ſuæ hæreditatis. Opin. 724. num. 13. 225

3 Monialis teſtamẽto dicẽs, relinquo Titio proprietatẽ talis rei, exponitur id eſt uſufructũ. Opi. 1031. nu. 6. 144

Moniales ſeu Abbatiſſæ, vide in uerbo Abbatiſſę.

MONITIO, vide in uerbo Interpellatio.

1 MORA purgari poteſt in emphytheoſi eccleſiaſtica, non autem in emphytheoſi priuata. Opi. 238. n. 12. 237

2 Mora parua non dicitur mora. Opin. 522. nu. 2. 74

Mora committitur ſine interpellatione aliqua, ubi in con tractu interuenerit iuramentum: quia iuramentum habet uim interpellationis. ibi num. 7. ea.

Mora duplicata ſeu geminata per lapſum termini purgationis, excludit facultatem purgandi: & ſic moroſus tunc non admittitur ad purgationẽ moræ. ibi nu. 8. ea.

Mora

Mora ſecundùm æquitatem canonicam purgari poteſt, etiam vbi interuenerit iuramentum. ibi nu. 10. 75

Mora de æquitate canonica purgari poteſt, vbi ea nullum damnum parti affert, aliàs ſecùs. ibi nu. 11. ea.

Mora geminata purgari non poteſt etiam de æquitate canonica. ibi num. 13. ea.

Mora purgatur de æquitate canonica in terris eccleſiæ duntaxat. ibi num. 14. ea.

Mora purgari non poteſt ſecundùm æquitatem canonicā, vbicunque ei renunciatum ſit: & dicitur mora renunciatum, vbi in contractu quis omni legum auxilio renunciaret. ibi num. 15. ea.

Mora de æquitate canonica purgatur ſolūmodò per perſonas eccleſiaſticas. ibi num. 16. ea.

2 Mora inducitur, & cauſatur ex vna ſola interpellatione: & ſic interpellatio ipſa requiritur ad conſtituendum debitorem in more. Opin. 523. num. 1. 75

2 Mora incurritur, etiam ſi facta eſſet interpellatio debitori per uerba incitatoria, & congruo loco, & tēpore, & verbis aptis ad inducēdū ipſam morā. ibi n. 3. 76

Mora committitur, & cauſatur ex vna ſola interpellatione extraiudiciali. ibi num. 4. ea.

Mora per interpellationem incurſa, intelligitur de illa, in qua debitor conſtituitur moroſus per interpellationem hominis expreſſam, non autem de interpellatione tacita per interpoſitionem diei in inſtrumento, quæ interpellat pro homine ſtatim elapſa illa die. ibi nu. 5. ea.

2 Mora irregularis committitur in obligatione, ſi mulier, vel eius pater, qui marito dotem promiſit ſoluere ſine dilatione aliqua, non ſoluit; cùm vir onera matrimonij incipit ſuſtinere, ſtatim committitur ipſa mora irregularis. Opin. 524. num. 1. 76

Mora regularis, vel irregularis non committitur, vbicunque dos non fuit promiſſa viro, ſed mulieri ſolummodò, vt maritus ipſe fructus dotis conſequi ualeat. ibi num. 3. ea.

1 Moræ purgatio an admittatur de æquitate canonica, remiſſiuè. Opin. 213. num. 5. 221

2 Moræ purgatio debet fieri celeriter iudicis arbitrio. Opi. 522. num. 1. 74

Moræ purgatio excluditur per iuramentum: nam iuramentum obſtat purgationi moræ. ibi num. 6. ea.

Moræ purgatio in omni caſu admittitur ſemper de æquitate canonica. ibi num. 9. 75

Moræ purgatio non admittitur, ſi ex pacto poſt moram contractā facta eſſet reſolutio cōtractus. ibi nu. 12. ea.

2 Moram irregularem incidit extraneus promittens dotem poſt lapſum biennij, à die, quo vir cæpit onera matrimonij portare. Opin. 524. num. 2. 76

1 MORS ſtatuta contra adulteros, licèt amara ſit, quia ſeparat animā à corpore; tamen amarior eſt luxuria, vel mulier, quia ſeparat animam à Deo; Vnde mulier meritò dicitur amarior morte ipſa. Op. 33. nu. 31. 29

2 Mors ficta, & ſic ciuilis numquam naturali morti æquiparatur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Opin. 525. num. 1. 76

3 Mors probatur per librū hoſpitalis, ſtante cōſuetudine, vt huiuſmodi libro circa hoc fides adhibeatur. Opin. 1043. num. 2. 150

Mors probatur per librū Rectoris eccleſiæ, in quo mors ſepultorum deſcribitur, quando ſtaret conſuetudo, ut ipſi libro præſtaretur fides de morte alicuius. ibi numero 3. 151

Mors probatur ex eo, quòd propinqui aliquem de eorum domo habuerunt pro mortuo. ibi nu. 4. ea.

Mors probatur per famam publicam in cauſis ciuilibus. ibi nu. 6. ea.

Mors per teſtes probari debet in criminalibus. ibi n. 7. ea.

Mors, vbi agitur de cauſa ſtatus, & famæ, quomodò probetur, remiſſiuè. ibi num. 8. ea.

3 Mortis tempus debet continenter memoria reuolui: quia nihil tunc proderunt felicitates huius mundi, ſed duntaxat homo feret ſecum tempore prædicto, bona, & mala propria quæ egit. Opin. 1042. nu. 11. 151

2 Mortem ſibi conſciuerunt 164. antiqui ob uarias, & diuerſas cauſas remiſſiuè. Opin. 560. nu. 7. 112

3 MORTVVS præſumitur, qui per 20. annos abſuit; ita vt nullam de eo domus, & familia ſua habuerit notitiam. Opin. 142. num. 5. 150

3 MORIENS poteſt in articulo mortis ducere concubinam in uxorem ad finem legitimandi filios ex ea natos. Opin. 492. num. 2. 41

2 MVLCTA ſeu pœna ſpreti mandati in Regno taxatur ad unum tarenum vel duos pro qualibet vncia. Opin. 678. num. 7. 185

Vide reliqua in verbo Pœna.

1 MVLIER lucratur dotis augmentum ex adulterio mariti. Opin. 33. num. 28. 28

Mulier dicitur amarior morte ipſa ibi poſt nu. 31. 29

1 Mulier alienare poteſt dotem ſuam abſque iuris ſolemnitate, ut ſuos ab hoſtibus redimere poſſit. Opin. 41. num. 4. 38

1 Mulier occidens pro defenſione ſuę pudicitię uolentem eam rapere, ſeu carnaliter cognoſcere, non peccaret. Opin. 189. num. 6. 158

1 Mulier non uidetur dediſſe omnia bona ſua in dotem marito, quando iſti uiro, neque alteri priori marito dotem dederat. Opin. 278. num. 8. 264

Mulier non conſtituens dotem marito, ſed patiens, & uidens omnia bona ſua poſſideri à marito, præſumitur tunc dos conſtituta. ibi num. 10. ea.

1 Mulier tenetur viro ad alia ſeruitia præter copulam, ſcilicet ad mutuum auxilium, & ad obſequium. Opin. 302. num. 10. 276

1 Mulier turpiter uiuens, ſi poſtmodum reuertatur ad honeſtam uitam, non debet reputari turpis perſona: quia conſuetudo ultima eſt inſpicienda. Opin. 308. numero 5. 287

1 Mulier fugiens è carcere publico, vt euitet libidinem, non habetur pro cōfeſſa & cōuicta. Opi. 342. nu. 5. 312

1 Mulier non habet reſtitutionem in integrum ad conficiendum inuentarium. Opin. 351. num. 16. 325

Mulier habet reſtitutionem in integrum in Regno Neapolitano ad inuentarium conficiendum. ibi nu. 17. ea.

Mulier in Regno Neap. indifferenter reſtituitur, quando læſio eſt in promptu ex aliquibus omiſſis, uel productis, & non probatis in iudicio. ibi num. 18. ea.

1 Mulier, ſicut maſculus, tenetur in ſolidum, ſi adeat ſine inuentario, ultra uires hæreditarias. Opin. 352. num. 5. 326

1 *Mulier habens in ſua poteſtate dotem repetere, & non curauit, nō poteſt poſt annum alimenta, ſeu dotis vſuras petere. Opin. 360. num. 6.* 334

1 *Mulier in dubio, ratione dotis, præfertur fiſco. Opi. 378. num. 5.* 350

2 *Mulier diſcedens à domo viri ob eius culpam, quia detineret concubinam, poſſet petere alimenta, & dotes, & ſeparationem tori. Opin. 478. num. 8.* 31

2 *Mulier liberè poteſt dare bona paraphernalia cui, & quibus uult. Opin. 480. num. 9.* 32

2 *Mulier ignoranter contrahendo matrimoniū in caſu prohibito, poteſt repetere dotem. Opi. 487. nu. 8.* 38

2 *Mulier occultè fornicaria, quæ publicè meretrix non eſt, in foro poli, ſibi ſolutum ob occultam fornicationem nō tenetur reſtituere: Benè tamen verum eſt, quòd promiſſam mercedem pro tali fornicatione petere nō poſſet in iudicio. Opin. 499. num. 3.* 46

2 *Mulier agens hypothecaria conſtante matrimonio, ad bona mariti hypothecata pro dote ſua, quando maritus vergeret ad inopiam, poteſt impedire creditores ipſius mariti offerentes ei dotem ſuam in pecunia, ac requirentes relaxationem iſtorum bonorū occupatorum cū ceſſione iurium dotalium vt non admittātur, qui creditores mariti non habent ius offerendi aduerſus vxorē poſſidentem, vel petentē bona mariti vergentis ad inopiam, in ſolutionem dotis ſuæ. Opi. 526. nu. 1.* 77

Mulier quomodo poſſit obtinere, ac impetrare aſſecurationem ſuæ dotis in bonis mariti ad inopiam uergentis, ac impedire creditores ipſius mariti non probata in promptu ſua inopia, ponitur remiſſiuè. ibi num. 2. ea.

2 *Mulier viro ſuo non poteſt plus relinquere, vel donare de bonis ſuis, quàm relinquat, ſeu donet uni ex liberis ex primo matrimonio genitis. Opi. 527. nu. 1.* 78

Mulier poteſt tantum relinquere, aut legare ſecundo uiro, quantum aſcendebat legitima cuiuſlibet ex filijs primi matrimonij. ibi num. 4. ea.

Mulier ſecundò nubens ac plus relinquens, atque legans ſecundo viro, quàm liberis primi matrimonij: tunc diuidendum eſſet inter ipſos filios, & ſecundum coniugem; intantum quòd unuſquiſque habeat æqualem portionē ſuam, ſecundùm unam cōmunem opinionē: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam, ſimiliter communem, illud plus totum ſpectat ad ipſos filios abſque aliqua participatione ſecundi viri, vel diuiſione illius pluris, tanquàm non ſcriptum aut relictum ſit. ibi num. 6. ea.

2 *Mulier non poteſt aliquid accipere vel petere pro alimentis ab hæredibus mariti, etiam ſi poſt annum hæredes ipſi eſſent in mora, & hoc procedit etiam in vidua inope, & paupere, quia præſumitur vſura. Opi. 528. num. 2.* 79

2 *Mulier pro alio fideiubens cum iuramento, non iuuatur aliter beneficio Velleiani: et ſic fideiuſſio ipſa firmatur dicto iuramento, ſecundùm unam communem opinionem: ſed ſecúndum alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, fideiuſſio ipſa facta per mulierē non firmatur iuramento. Opin. 529. num. 2* 80

Mulier in Regno Neapolitano etiam certiorata per notarium de beneficio Velleiani, ei renuncians cum iuramento; non obligatur, imò obligatio ipſa habetur tā quam irrita, nulla, meticuloſa, & contra bonos mores ciuiles, & naturales facta. ibi num. 3. ea.

2 *Mulier iuuatur Velleiano, & ipſi renunciare poteſt, ſed prius debet certiorari per notarium in confectione inſtrumenti, ſi tamen notarius ſciat quid ſit Velleianū, & quid ſeruetur in Regno Neap. Opi. 531. nu. 1.* 81

Mulier cum iuramento renuncians, non debet certiorari de Velleiano. ibi num. 2. ea.

2 *Mulier renuncians omni iuri, quod habet in bonis paternis cum iuramento, poterit (prius abſoluta ab ipſo iuramento) contrauenire ex capite enormiſſimæ læſionis, nam ex hoc præſumitur dolus, etiam ſi ceſſio eſſet facta patri. Opin. 532. num. 1.* 81

Mulier ſciens hæreditatis æſtimationem, ſpontè, & ex certa eius ſcientia cedens &c. non poteſt uenire cōtra pacta tanquàm decepta, & præſertim ſi iuraſſet non cōtrauenire ratione enormiſſimę lęſionis: quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria. ibi num. 8. 82

Mulier tanquàm læſa enormiter non poteſt uenire contra pacta, quando ſubeſſent veriſimiles coniecturæ, quòd ſponte donare uoluerit. ibi num. 9. ea.

2 *Mulier non poteſt agere ad dotis repetitionem, conſtante matrimonio, ſed dotis reſtitutio, matrimonio cōſtante, fit in caſu neceſſitatis, honeſtatis, vel vtilitatis. Opi. 533. num. 1.* 82

Mulier conſtante matrimonio non poteſt dotem à marito petere, etiam ſi marito ſæuiens in eam abſque cauſa à ſe repellat. ibi num. 2. ea.

Mulier poteſt petere dotē à viro cōſtante matrimonio in caſu emergentis inopię ipſius mariti, uel alterius obligati ad dotis reſtitutionē; uel etiā quando maritus incipit malè uti ſubſtantia ſua. ibi num. 3. 83

Mulier uidens maritum bona diſſipantē, poteſt petere dotem ſuā ſequeſtrari. ſed utrùm hoc habeat locū in marito diſſipāte dotē, uel bona ſua, declaratur. ibi n. 4. ea.

2 *Mulier recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & tranſiens poſtmodum ad ſecunda uota ſimpliciter, nulla habita mentione dotis: intelligitur tunc dare tantam dotem ſecundo marito, quantam dedit primo uiro. Opin. 534. num. 1.* 84

Mulier ſi expreſſim promittit dotem ſecundo uiro, ceſſat tacita dotis conſtitutio; quia ueriſimile non eſt duplicem dotem dare uoluiſſe. Quod procedit, quando mulier promittit ſecundo uiro dotem; ſecus ſi pater uel alius: quia tunc maritus ultra dotem tacitam, poteſt conſequi etiam promiſſam. ibi num. 3. ea.

Mulier, quæ dotem non exegit, non uidetur ſecundo uiro nomen dotis dare, ſed promittere quantum primo uiro dedit. ibi num. 8. 85

2 *Mulier ad ſecūdas nuptias trāſiēs, perdit dominiū rerū, quas ex liberalitate primi uiri conſequuta eſt, & ſolā poteſtatē fruendi retinebit; illasq; filijs ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur. Op. 535. n. 1.* 86

Mulier, ac vidua non tranſiens ad ſecunda uota, & in viduitate permanens, conſtituitur in maiori libertate; eſt domina ſui ipſius, familię, & domus; oſtendit euidens ſignū continentiæ: & hoc inducit etiā non leue meritum, quia ei debetur fructus ſexageſimus, & matrimonialiter coniugatis triceſimus; & narrantur etiam cōplures laudes continentię, ac viduitatis. ibi nu. 3. ea.

Mulier

Mulier ad ſecunda vota tranſiens, tria negligere videtur; Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem. ibi num. 4. 87

Mulier ſeu mater relicta à marito defuncto tutrix filiorũ, per tranſitũ ad ſecũda vota perdit tutelã: & geſta ab ea tãquàm tutrice ſunt ipſo iure nulla. ibi nu. 7. ea.

Mulier non habet annum integrum ad petẽdum tutorem dari filio, quotieſcunque ipſe filius tempore mortis patris habebat 13. annos, & vnum menſem, & decederet penultima die pupillaris ætatis, & tunc non excuſaretur; imò priuaretur ſucceſſione filij, ex quo nõ purgauit moram, neque purgare poſſet. ibi nu. 11. ea.

Mulier minor vigintiquinque annis exiſtens, tranſiẽſq; ad ſecunda vota, & tutelã filiorum ſubire recuſans ſibi ex teſtamento mariti delatam: tunc legatum purè à marito ſibi relictum cõſequi poſſet. ibi nu. 14. 88

Mulier non petens tutorem infra annũ dari filijs, cadit ab eorum ſucceſſione: ſed uolens opponere filiũ ſeu filios deceſſiſſe illo anno, ipſi incumbit onus probandi hoc. ibi num. 18. ea.

Mulier licèt ob tranſitum ad ſecunda vota amittat dominium rei ſibi à primo marito relictæ, et vſufructuaria dũtaxat eiuſdẽ rei remaneat: tamen hoc non procedit vbicũque vir licentiam dediſſet vxori ad ipſas ſecundas nuptias conuolandi: quia pœna ſecundò nubẽtibus eſt impoſita ex eo, quia videtur illata iniuria primo uiro per ſecundas nuptias. ibi num. 22. 89

Mulier tranſiens ad ſecunda uota de conſenſu filiorũ, non perdit ea, quæ haberet ex liberalitate ac legato primi uiri: quia iniuria, quæ ſit filijs primi viri ob tranſitũ matris ad ſecundas nuptias, tollitur eorum conſenſu. ibi num. 23. ea.

Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, non amittit proprietatẽ legati ſibi facti à primo viro ex cauſa oneroſa; & minimè donatio remuneratoria facta per virũ vxori in recompenſationẽ nobilitatis ſuæ amittitur ob tranſitũ ad ſecunda uota. Et l. fœminæ. C. de ſec. nupt. non habet locũ in donatione remuneratoria, ſecũdum deciſ. ſacri Regij Concilij Neapolitani. ibi nu. 26. ea.

2 *Mulier tutrix ſine conſenſu propinquorum poteſt pacem facere pro pupillo. Opin. 564. num. 1.* 114

2 *Mulier prohibita per ſtatutum ſe obligare ſine conſenſu conſanguineorũ, non poteſt etiam facere pactum de nõ petendo, & liberare debitorẽ mediante quietatione: & ſic ſtatutum hoc obtinet locum etiam in quietatione ipſa. Opin. 750. num. 1.* 243

Mulier prohibita per ſtatutũ contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, cenſetur etiam prohibita liberare debitorem. ibi num. 2. ea.

2 *Mulier comitatiua nupta ciui, gaudet priuilegio ciuis, mortuo uiro, donec vidua mane, & non aliter. Opin. 789. num. 3.* 273

2 *Mulier per ſtatutum prohibita contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, non prohibetur donare cauſa mortis. Opin. 796. num. 3.* 277

Mulier in cõtractibus ſibi lucroſis poteſt cõtrahere abſq; conſenſu propinquorũ, non obſtante ſtatuto, quòd debeat contrahere cũ eorũ conſenſu. ibi nu. 15. 278

Mulier poteſt contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, quando conſanguinei, quorum conſenſus requiritur, ſunt abſentes, nec haberi poteſt. ibi nu. 16. ea.

Mulier, ſtante ſtatuto quòd contrahere non poſſit abſque conſenſu conſanguineorum, poteſt abſque eorum conſenſu extra territorium condere teſtamentum, etiam de bonis ubique ſitis. ibi num. 19. ea.

Mulier prohibita contrahere per ſtatutum abſque conſenſu conſanguineorum, non poteſt abſque huiuſmodi conſenſu facere compromiſſum. ibi num. 20. ea.

Mulier prohibita contrahere per ſtatutum abſque conſenſu conſanguineorum, non cenſetur prohibita acceptare tutelam. ibi num. 21. ea.

Mulier non poteſt renunciare conſtitutioni prohibitoriæ ſtatuti diſponentis, quòd ſi mulier contraxerit abſque conſenſu conſanguineorum, contractus decernatur nullus. ibi num. 22. ea.

Mulier poteſt cõtrahere cũ patre, omiſſa ſolemnitate ſtatuti, renũciãs in manibus ipſius patris. ibi n. 23. 279

Mulier contrahẽs procuratorio, tutorio, & ſimili nomine abſque conſenſu conſanguineorũ requiſito per ſtatutũ in cõtractibus mulierũ cõtrahere poteſt. ibi nu. 28. ea.

Mulier poteſt cõtrahere per ſuũ procuratorẽ abſq; conſẽſu cõſanguineorũ requiſito per ſtatutũ. ibi n. 29 ea.

2 *Mulier non poteſt cõpromittere ex ſemetipſa, prætermiſſa forma ſtatuti diſponentis, quòd mulier contrahere non poſſit ſine præſentia duorum cõſanguineorum, vel cum decreto iudicis. Opin. 808. num. 16.* 287

2 *Mulier ut repellatur à ſucceſſione alicuius, requiritur ut ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur. Opin. 812. num. 54.* 298

2 *Mulier ex ſola promiſſione dotis dicitur habere dotem. Opin. 815. num. 8.* 305

3 *Mulier tam de iure canonico, quàm ciuili non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Opin. 968. num. 1.* 95

Mulier in codicillis poteſt eſſe teſtis. ibi num. 2. & 3. ea.

Mulier eſt idonea teſtis ad ꝓbãdũ teſtamẽtũ. ibi n. 6. 96

Mulier etiam non rogata poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito, & probare teſtamentum ipſum. ibi num. 7. ea.

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris baſtardum inſtituentis. ibi num. 8. ea.

Mulier poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto militis. ibi nu. 10. ea.

3 *Mulier poteſt eſſe teſtis in cauſis criminalibus de iure ciuili. Opin. 980. num. 1.* 106

Mulier in criminali cauſa, propter eius grauitatem, teſtificari non poteſt, de iure canonico. ibi num. 2. ea.

Mulier etiam de iure canonico in criminalibus teſtis eſſe poteſt, vbicunque ueritas aliter haberi non poſſet: quia mulieres in ſubſidium, etiam in criminalibus in teſtes recipiuntur. ibi num. 3. ea.

3 *Mulier in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis contra clericum. Opin. 989. num. 1.* 113

3 *Mulier patiens ſe oſculari, ipſo facto perdit in toto Regno Neapolitano omnes dotes receptas, & recepturas, & priuatur etiam paterna, & materna ſucceſſione: & oſculans mulierem per uim, punitur pœna ultimi ſupplicij, & confiſcationis omnium bonorũ mobilium, & ſtabilium. Opin. 1060. num. 7.* 173

Mulier committens adulterium, marito ignorante, ab eius hæredibus accuſari poſſet ad dotis amiſſionem. ibi num. 14. 175

Mulier committens adulterium, & tranſiens ad ſecunda vota, ſuperſtite filio de hoc non conquerente, non priuatur eius hæreditate, ſi decederet: quia filius non conquerens de matre, videtur iniuriam ſibi per eam factam remiſiſſe. ibi num. 15. ea.
Mulier committens adulterium, exiſtenſque in patria poteſtate tempore perpetrati delicti, non poteſt in dote patri nocere. ibi num. 17. ea.
Mulier ſui iuris effecta amittit dotem ex adulterio prius commiſſo. ibi num. 18. ea.
Mulier adultera ſi ex adulterio filium conciperet, & pareret, quem vir eius credebat eſſe ſuum, non teneretur, hoc ei reuelare, vbi imminerent ſcandala hîc expreſſa. ibi num. 21. 176
Mulier adultera, ſi ex adulterio pareret filiũ, quid agere debeat pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, & an teneatur reuelare adulterium marito, ſeu alijs perſonis extra confeſſionem: & an teneatur hoc reuelare filijs ſpurijs ad exonerandũ conſcientiam ſuam, & ad conſeruandum legitimos hæredes mariti ſui indemnes, & illæſos. ibi num. 22. ea.
Mulier adultera ad euitandum præiudicium filiorum legitimorum, quæ remedia adhibere debeat pro collocandis filijs ſpurijs. ibi num. 24. 177
Mulier adultera patrimonium habens, ex quo poſſit commodè legitimis hæredibus mariti damnũ illatum reſarcire, tenetur id omninò facere, cùm reſtitutio hæc ſatis fieri poſſit ſine iactura famæ, & honoris adulter. ibi num. 25. ea.
2 MVLIERES in adulterio cum clericis deprehenſæ qua pœna plectantur. Opin. 35. num. 2. 31
1 Mulieres caſtè viuentes non poſſunt carcerari pro priuato debito in defectum bonorum, aut pro pecunia fiſcali, nec etiam pro quolibet crimine commiſſo. Opi. 87. num. 1. 75
Mulieres caſtè viuentes de crimine inquiſitæ carcerari poſſunt in carceribus, tamen ſeparatis à carceribus maſculorum. ibi num. 3. ea.
Mulieres etiam honeſtæ in Regno Neap. contra quas liquidatur inſtrumentum, pro ſumma liquidata carcerantur, & locus carceris ſecundùm qualitatem perſonarum arbitrio iudicis deputatur. ibi num. 6. 76
2 Mulieres pro alio fideiubentes regulariter non obligantur. Opin. 529. num. 1. 80
2 Mulieres duæ ſe mutuò vt viri ſubagitantes, ac actum venereum, ſeu libidinem inuicem exercentes, & inſimul corrumpentes, pœna vltimi ſupplicij puniri debent, quia committunt ſodomiticum facinus. Opin. 530. num. 1. 80
2 Mulieres radijs virorum ſuorum corruſcant, etiam poſt illorum mortem, donec alijs non nupſerint. Opi. 642. num. 5. 165
3 Mulieres poſſunt eſſe teſtes in cauſis matrimonij, & ſic duæ mulieres probant matrimonium. Opin. 968. num. 11. 96
3 Mulieres licèt probent in criminalibus: tamen non dicuntur teſtes omni exceptione maiores. Opin. 980. num. 4. 106
3 Mulieres in cauſa criminali teſtes contra clericos nõ admittuntur. Opin. 989. num. 2. 113
Mulieres ſunt idonei teſtes contra clericos in criminalibus, quando veritas actu & habitu aliter haberi non poſſet: & conſequenter vbicunque in loco commiſſi delicti per ipſum clericum non adeſſent alij quàm laici. Opin. 989. num. 3. 113
3 Mulieres poſſunt eſſe teſtes in cauſis matrimonialibus, ſaltem quò ad probandum matrimonium cõtractum. Opin. 993. num. 1. 115
Mulieres teſtes eſſe poſſunt etiam in cauſa matrimonij ſeparandi. ibi num. 2. 116
2 Mulieribus determinantibus conuolare ad ſecundas nuptias, ne ſibi ipſis præiudicium afferant, traditur remedium, & cautela remiſſiuè. Opi. 535. nu. 20. 89
Mulieribus ac viris licitum ac permiſſum eſt tranſire ad ſecundas, tertias, quartas, quintas, & deinceps nuptias. Nam multi homines, quorum nomina ſunt deſcripta in libro uitæ, plures nuptias contraxerunt: & ſic non damnantur bigami, trigami, & octogami. ibi num. 27. ea.
3 MVLIO, baiulus, vel alius portitor, & ſolitus portare frumentum, vinum, & ſimilia, facit fidem teſtificando, & deponendo contra alium, etiam quòd eius confeſſio tendat ad ſui exonerationem. Opin. 967. num. 2. 94
2 MVLTIPLICATIO & iteratio receptionis pecuniæ oſtendit enixam intentionis voluntatem, debitęque quantitatis determinationem, & certitudinẽ. Opin. 516. num. 19. 60
2 MVTATIO nominis liberis hominibus impunè eſt permiſſa, dũtamẽ fiat ſine fraude. Opi. 540. n. 2. 95
Vide cætera in uerbo Nomen.
2 Mutatur, & aſſumitur cognomen ex aliquo felici euentu, vt latè diſcurritur varijs, & diuerſis exemplis. Opin. 540. num. 5. 95
2 Mutans ſibi nomen proprium, pronomen, & agnomen, doloſè & in fraudem, quomodo & quando puniatur remiſſiuè. Opin. 540. num. 3. 95
3 MVTILATI membris, ſeu corpore vitiati non poſſunt eſſe teſtes, teſtificarique in criminalibus negocijs contra clericos, ſi patiantur vitium impediens clericatum. Opin. 973. num. 1. 100.
2 MVTVS, cæcus, fœmina, & aliæ perſonę ſimiles de iure inhabiles, vel aliter imperfectæ ad tenendum feudalia, admittuntur ad feudum, ſtatuto vel proclamate diſponente, quòd qui cœperit bannitum ſiue aliquem malefactorem habeat tale caſtrum in feudum. Opi. 821. num. 1. 313
3 Mutus ſciens ſcribere, poteſt eſſe teſtis, & deponere per ſcripturam. Opin. 949. num. 2. 72
3 Mutus, & ſurdus teſtificari poſſunt, dumtamen audiant, & ſcribere ſciant. quod procedit in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus. Opi. 975. nu. 1. 101
Mutus à natura vel ex accidenti ſcribere ſciens, poteſt teſtari, & codicillari, mentem ſuam in ſcriptis aperiendo. ibi num. 2. ea.
1 MVTVVM petens ab aliquo, & ille ob talẽ requiſitionẽ numerãdo nõ ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis; aduerte, quòd tũc hęc numeratio ratione diſſenſus inter partes non erit donatio, nec mutuũ: ſed ſi pecunia mutuata conſũpta ſit, obſtabit mutuãti exceptio donatio-

donationis. Sed ſi extaret adhuc pecunia numerata, repeti non poſſet:& ſic re ipſa extante videretur voluntate tam dantis, quàm etiã recipientis reconciliari poſſe donationem, & tradens cenſeretur tunc tradere animo non repetendi. Opinione 206. numero 1. charta 206

2 Mutuum factum ludentibus à tertio ſeu extraneo non ludente, nec eos receptante in domo ſua, repeti poteſt. Opin. 470. nu. 1. 24

Mutuum factum ludentibus à receptante eos in ſua domo non poteſt repeti. ibi nu. 2. ea.

Mutuum factum ludenti á colluſore repeti non poteſt. ibi numero 4. ea.

3 Mutuum eſt probatum in decem, ſi duo teſtes deponant Mæuium mutuaſſe pecuniam Sempronio, & neſciãt quantitatem; & alij duo teſtes aſſerant eundem Mæuium petiiſſe à Sempronio decem. Opinione 933. numero 2. 62

3 Mutuum non probatur vbicunque vnus teſtis depoſuit de vera numeratione, & alius teſtis de confeſſione. Opin. 946. num 1. 71

Mutuum eſt naturale, & ciuile: & naturale quidem eſt, quod vera numeratione contrahitur; ciuile autem, quod ſola confeſſione perficitur. ibi nu. 2. ea.

3 Mutuum factũ Prælato, regulariter probandum eſt verſum fuiſſe in utilitatem ſuæ eccleſiæ. Opinione 953. numero 10. 79

Quod declaratur. ibi nu. 11. & 12. ea.

3 MVTVANS pecuniam mercatori expreſsè, ſpecialiter, & nominatim pro emendis talibus mercibus, cauſat vt tunc præferantur, & præferri debeant in ipſis mercibus emptis anteriores creditores habentes ſpecialem hypothecam dicto creditori mutuanti. Opin. 536. numero 1. 91

DE LITERA N.

1 NARRATIO atque aſſertio Principis eſt ſufficiens probatio delicti: nam verbis narratiuis Principis credendum eſt, vbicunque in eis ſe fundat, Opin. 639. numero 1. 162

2 NARRATIVA rebellionis in magnum prętudicium tertij non probat. Opin. 639. num. 3. 162

Narratiua Papæ alicuius delicti in præiudicium tertij non probat, niſi in antiquis, & cum adminiculis, ibi numero 4. 163

2 NATVS tranſeundo, vel caſu extra ciuitatem, in qua extat ſtatutum diſponens, neminem admitti ad ipſius collegium, niſi natum ibi, vel originarium; poteſt admitti ad collegium non obſtante, quòd natus ſit extra ciuitatem. Opin. 804. nu. 1. 283

Natus extra ciuitatem ſuorum maiorum non obligatur oneribus ciuitatis, vel loci, ubi verè natus eſt. ibi numero 3. ea.

1 NECESSITAS extrema quę dicatur. Opinione 346. num. 2. 320

2 Neceſſitas excuſat nos, ſi eius cauſa, formam à ſtatuto traditam non ſeruauerimus. Opinione 766. poſt nu. 4. verſ. Et hinc eſt. 255

Neceſſitas non habet legem. ibi verſ. Nam neceſſitas. ead. Imò ea que neceſsitatis cauſa fiunt, nunquàm prohibita intelliguntur, etiam ſi latiſsimè pateat prohibitio generalis, & vniuerſalis. ibi verſ. Imò neceſſitatis. ead. Et plures neceſsitatis effectus remiſsiuè. ibi verſ. Et alios. ea.

2 NEGATIVA quando eſt fundamentum intentionis alicuius, per illum probanda foret, ſiue ageret, ſiue exciperet. quod ampliatur, atque limitatur pluribus modis remiſsiuè. Opin. 538. nu. 1. 92

Negatiua, vbicunque eſt negantis fundamentum, venit plenè probanda. ibi num. 2. ea.

Negatiua cadens in plenam teſtis notitiam, ſicut negatiua facti inſtantanei, debet choarctari loco, & tempore; quæ ita regulata poteſt probari per viſum. ibi numero 3. ea.

Negatiua loco, & tempore choarctata probatur, vbicunque teſtis aſſereret fuiſſe præſentem, & vidiſſe, quòd non potuiſſet fieri quin vidiſſet. ibi nu. 4. ea.

Negatiua quomodo articulanda ſit, traditur norma. ibi numero 5. 93

Negatiua limitata loco, & tempore, probatur, vbicunque probaretur reum inquiſitum, tempore quo prętenditur patratum delictum, fuiſſe abſentem. ibi numero 6. ea.

Negatiua choarctata loco. & tempore tantæ potentiæ, et virtutis eſt, quanta probatio affirmatiua. ibi numero 8. ea.

Negatiua cadens in ſenſum, & cognitionem teſtis eſt, vbicunque ea finita foret: & tunc ipſa negatiua regulata loco, & tempore, rebus vel perſonis, probatur melius per duos teſtes, quàm affirmatiua per vnum teſtem. ibi num. 9. ea.

Negatiua non moderata loco, & tempore, non cadit in notitiam teſtis, & ea improbabilis extat. ibi numero 12. ea.

Negatiua eſt non ens: quia non poteſt directò ſenſui ſubiacere: & ſic entium ſunt ſenſus, non autem non entium. ibi nu. 13. ea.

Nega-

Negatiua ea eſt, quæ cadit in præſumptam notitiam teſtis, vt negatiua facti continui, vt quia negat teſtis Titium non poſſediſſe, ex quo viderat Mauium ſolùm intrare & exire & fructus percipere: & tunc præſumitur Titium ipſum non eſſe poſſeſſorem. ibi numero 16. ea.

Negatiua dicitur etiam, quæ non cadit in ſenſum teſtis, ſicut illa, quæ non habet concomitantiam loci, & temporis. ibi num. 17. 94

2 Negatiuæ choarctatio requiritur de toto loco, de toto tempore, & de perſonæ identitate; & ſic teſtis tenetur choarctare totum locum, & tempus, & identitatem perſonarum, & deponere inquiſitum tota die prætenſi criminis fuiſſe alibi, & inde non receſſiſſe, nec diſcedere potuiſſe, quin viſus fuiſſet. Opinione 538. numero 7. 93

2 NEGLIGENTIA omnia lædit. Opinione 30. numero 21. 24

Negligentia in eo, qui tenetur diligentiam præſtare, inducit peccatum mortale. ibi nu. 23. 24

Negligentia eſt eruditionis nouerca. ibi nu. 24. ea.

Negligentia iudicis committitur in non recipiendo libellum querimoniarum, nec teſtes, nec in aduertendo quid ſcribatur apud acta, nec in prouidendo reis inquiſitis, & miſerabilibus perſonis de aduocato, & procuratore, nec in curando reuoluere libros. ibi numero 27. 24

1 Negligens nemo debet eſſe in ſuo officio. Opinione 30. numero 26. 24

3 NEGOCIUM matrimoniale graue, & arduum eſt, & æquiparatur criminali negocio. Opinione 988. numero 9. 113

2 NEMO poteſt ſe excuſare ab oneribus realibus, etiam ſi eſſet exemptus, & priuilegiatus. Opinione 823. numero 4. 315

3 Nemo præſumitur iactare ſuum. Opinione 1018. numero 21. 133

1 NEPOS, vel filius pauper exiſtens, & agens querela inofficioſi teſtamenti, uel petens bona paterna ſibi reſtitui, ac reportans primam ſententiam in eius fauorem aduerſus reum conuentum in iudicio, poteſt petere ſibi ſubminiſtrari per ipſum reum, officio iudicis, expenſas litis, alimenta, ſeu victus. Opinione 268. numero 1. 258

2 Nepos ex filia præmortua dotata, non obſtante matris renunciatione, ex propria perſona ſua in bonis ſui aui materni legitimam petere poteſt. Opinione 457. numero 1. 9

2 Nepos natus ex primogenito, patre prædefuncto, excludit filium ſecundogenitum patruum ſuum à ſucceſſione Regni & primogenitura, ſecundùm vnam communem. Nepos ex primogenito non præfertur filio ſecundo genito in ſucceſſione Regni, & quid tenendũ. Opin. 539. num. 1. 94

2 Nepos ex filio excludit fœminas, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ propter maſculos excludantur. Opinione 812. numero 5. 293

Nepos in ſucceſſione tenet locum patris. ibi numero 8. ea.

2 Nepos, quòd ſubintret in locum patris, & eum repræſentet, quando ſucceditur ex diſpoſitione legis: ſecùs quando ex titulo fideicommiſſi, & ſic ex diſpoſitione hominis. Opin. 844. num. 18. 355

Nepos ſubintrat in locum patris per fictionem. ibi numero 20. ea.

Quod declara. ibi num. 56. 363

1 NEPOTES ſuccedentes ſimul cum patruo ex teſtamento in hæreditate patrui, & nepotes ipſi inſtituantur, vel ſubſtituantur ſimul cum fratre teſtatoris per patruum, proprijs nominibus expreſſis, ſuccedunt patruo in capita non in ſtirpes. Opinione 323. numero 2. 302

Nepotes in Hiſpania ſuccedunt ſimul cum patruo in hæreditate patrui decedentis ab inteſtato in ſtirpes non in capita. ibi num. 3. ea.

2 Nepotes continentur appellatione filiorum. Opin. 812. numero 6. 293

2 Nepotes appellatione filiorum veniũt in fideicommiſſis. Opin. 844. num. 47. 362. & nu. 71. 368

Nepotes veniunt appellatione filiorum in diſpoſitione collata in aliquem futurum euentum, vbi poterat dubitari an filij primi gradus exituri eſſent, an nepotes, vel alij vlterioris gradus. ibi nu. 48. 362

Nepotes veniunt appellatione filiorum in materia fauorabili, & in caſibus etiam, in quibus maſculinum concipit fœmininum. ibi nu. 52. & 53. ea. & numer. 70. 368

Et in dubio propter anfractum opinionum adhærendum eſt opinioni, quæ fauet nepotibus. ibi numero 68. charta 368

Nepotes cenſentur vocati etiam appellatione filiorum in fideicommiſſo in futurum euentum prolato, & ab aſcendente facto. ibi nu. 77. 369

1 NOBILITAS diuiditur in quatuor genera, ac etiã in nouem alia. Opin. 197. nu. 6. 166

Nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati ex genere. ibi numero 28. 169

Nobilitas indubitata ea eſt, quæ ex honeſtis moribus honoratur. ibi nu. 29. ea.

Nobilitas eſt excellentia quædam animi, qua digniores fiunt homines, & indignioribus præſtanda. ibi numero 30. ea.

Nobilitas eſt antiqua virtus, atque diuitiæ antiquæ. ibi numero 31. ea.

Nobilitas ſola eſt atque vnica uirtus. ibi nu. 33. ea.

Nobilitas uera eſt, clarum eſſe virtutibus. ibi numero 34. ea.

Nobilitatis quid melius exiſtimas, an quòd à me incipiat, an quòd in te deſinat? dictitare ſolebat Iulius Cæſar. ibi numero 36. ea.

Nobilitas habuit ortum ex virtutibus, & traduntur exempla Teſtamenti veteris. ibi nu. 40. ea.

Nobilitas ſumma apud Deum eſt, eſſe clarum virtutibus, & non ſeruire peccatis. Quid apud Deum in viris nobilius Petro? qui tamen piſcator fuit. Quid in fœminis Beata Maria illuſtrius fuit? quæ tamen ſponſa fabri deſcribitur. Sed illi piſcatori, & pauperi à Chriſto claues Regni cœleſtis traduntur; & ſponſa fabri meruit eſſe mater illius, à quo ipſæ claues datæ ſunt. ibi numero 46. 170

Nobili-

Nobilitas ſtercus eſt, niſi habeat virtutis concomitantiam. ibi num. 47. ea.

1 NOBILIS non virtuoſus, non præfertur ignobili excellenti virtutibus & ſic Doctori. Opinione 197. numero 26. 168

Nobilis non debet ſe ipſum iactare, & glorioſum prædicare propter generis nobilitatem, aut claritatem, ſed debet admoneri ad humilitatem, & ad nobilitatis contemptum, ob multas rationes poſitas. ibi numero 45. 170

Nobilis, qui de nobiliori ſanguine ſuperbit, de nobiliori ſtercore intumeſcit. ibi nu. 48. ea.

Nobilis magis cenſetur Doctor, qui nobilitatem mediante virtute acquiſiuit, quàm deſcendens ex nobili genere. ibi numero 49. ea.

Nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili: quia data paritate in ſcientia, præhonoratur qui eſt de nobiliori ſanguine. ibi num. 50. ea.

2 Nobilis exercens officium tabellionatus, perdit priuilegia nobilitatis ſuæ. Opin. 547. nu. 6. 102

1 Nobilem non naſci, ſed fieri virtute nobilem ſolebat dicere Vrbanus Quartus. Opinione 197. numero 35. 169

1 Nobiles debent eſſe virtuoſi, & per virtutes cognoſcuntur. Et ſic virtus, & malitia determinant nobiles, & ignobiles. Opin. 197. nu. 41. 170

1 Nobiliſſimi fuerũt Socrates & Demoſthenes; ille tamen parentibus ignobiliſſimis, hic prorſus ignotis natus eſt. ibi nu. 39. 169

2 NOMEN bonum habere, bonum eſt. Opinione 540. numero 1. 95

Nomen bonum inducit bonam præſumptionem, & econtra, nomen turpe inducit ſiniſtram ſuſpitionem. ibi numero 7. ea.

2 Nomen proprium expreſſum in inſtrumento ſi ſit ſingulare, & de ſe notum, ita validat inſtrumentum ipſum, quemadmodum ſi expreſſum in eo extitiſſet nomen, pronomen, & cognomen. Et ſic ſi ſtatutum diſponeret, vt non valeret inſtrumentum, in quo expreſſum non foret per notarium nomen proprium, & pronomen, & cognomen contrahentis, valeret nempe: & ſi per expreſſionem ſolius nominis ſatis certi eſſe poſſemus, inſtrumentũ valeret non aliter quàm ſi expreſſum eſſet nomen, pronomen, & cognomen. Opinione 749. num. 1. 243

2 Nominis mutatio liberis hominibus impunè eſt permiſſa, dummodo fiat ſine fraude. Opinione 540. numero 2. 95

Nominis proprij, cognominis, & patriæ expreſſio requiritur in libello, & in inſtrumento publico, ac in quolibet etiam actu priuato. ibi nu. 13. 96

2 Nomina propria imponuntur ad beneplacitum. Opin. 540. num. 1. 95

Nomina pulchra, & præſertim Sanctorum, & Apoſtolorum imponi debent per patres filijs: & cauendum eſt à turpi nomine; vnde damnantur qui turpia nomina progenitorum repetunt. ibi nu. 8. ea.

3 Nominum pluralitas non præſumitur. Opinione 870. numero 12. 2

2 NOTARIVS actorum conficiens acta, tenetur explicare à quibus perſonis fiãt ipſa acta. Opinione 30. numero 6. 22

Notarius actorum non poteſt committere alteri notario extraneo, vt acta, tanquàm eius ſubſtitutus ſcribat, niſi ſpecialis iudicis authoritas interueniat. ibi numero 8. ea.

Notarius inquiſitionis licèt iurauerit in principio ſui officij fideliter exercere officium: tamen iterum tenetur iurare, dum aſſumitur in cauſa inquiſitionis. ibi numero 17. 24

1 Notarius ſtipulans pro abſente, ipſi abſenti & ignoranti nullum ius acquirit, niſi ratificatione ſecuta, & abſentis conſenſu concurrente, & tunc ſufficit tacita ratificatio, licèt non interueniat expreſſa. & habetur. numero 7. Opin. 211. nu. 1. 215

Notarius ſtipulans pro abſente, non valet eius ſtipulatio, niſi ipſo abſente ratificante ipſam ſtipulationem. ibi num. 2. ea.

1 Notarius aſſerens, coram me Notario, iudice, & parte præſentibus iurauit, nec diceret tactis ſacroſanctis ſcripturis, præſumerentur tunc tactę ſcripturæ. Opin. 432. num. 4. 394

2 Notarius non poteſt ſibi mutare nomen. Opinione 540. numero 4. 95

2 Notarius omittens debitas opportunas ſolemnitates in inſtrumento, præſumitur falſarius, & puniri poteſt de falſo. Opin. 542. nu. 1. 97

Notarius potius errare præſumitur, quàm falſum committere. ibi num. 2. 98

Notarius præſumitur erraſſe, niſi probetur contrarium. ibi num. 3. ea.

Notarius, probato errore, illum poſſet ſua authoritate corrigere. ibi nu. 4. ea.

Notarius poſtquàm eſſet inſtrumentum parti conſignatum, ſi prothocollo ſuo inſpecto ſe erraſſe nouerit, errorem ſuum corrigere poſſet. ibi nu. 5. ea.

Notarius integer, & bonus vir eſſe præſumitur. ibi numero 6. ea.

Notarius omittens indictionem in inſtrumento, tenetur parti ad intereſſe. ibi nu. 7. ea.

Notarius errans in annis Domini, præſumitur eſſe in dolo; ſecùs ſi erraret in indictione. ibi nu. 8. ea.

Quod limitatur ibi poſt num. 10, non procedere vbicunque dies, ſeu annus omiſſus in inſtrumento appareat in originali prothocollo. ea.

2 Notarius quis non præſumitur, etiam ſi conficiat inſtrumenta, niſi probetur verus titulus tabellionatus, exceptis in inſtrumentis antiquis centum annorum, & non minùs. Opin. 543. num. 1. 98

2 Notarius faciendo mentionem in teſtamento, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, non ex hoc probatam reddit ipſam mentis ſanitatem: quia notario non adhibetur fides in his, circa quæ verſatur eius laus, vel opprobrium, niſi qualitas, & conditio perſonæ aliud ſuaderet. Opin. 544 numero 1. 99

Notarius in teſtamento nullam mentionem faciens de homine ſanæ mentis: tunc ſi teſtator ipſe relicta omnia rectè diſpoſuerit, valebit teſtamentum, tanquam conditum ab homine ſanæ mentis. ibi nu. 5. ea.

Notarius non probat ſanitatẽ mentis teſtatoris, ex eo

quòd in teſtamento dicat teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis. vide in verbo Sanitas.

2 Notarius cui eſt facta commiſſio examinationis teſtium, vel receptionis iurium, non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta per iudicem: nec ei creditur ſuper hoc deponenti, ſed talis commiſſio debet per alium notarium ſcribi. Opinione 545. numero 1. 100

2 Notarius rogatus ad ſcribendum teſtamentum, computatur & inſeritur in numero teſtium, & ſic eſt idoneus teſtis, vbicunque citatus, & productus eſſet in iudicio ad probandum per viuam vocem ipſum teſtamentum. Opin. 546. nu. 1. 100

Notarius rogatus de teſtamento, vbicunque ageretur de probatione actus facienda per inſtrumentum ab ipſo notario ſumptum, non connumeraretur inter teſtes teſtamentarios. ibi nu. 2. 101

2 Notarius acta inter priuatos recipiens, poteſt eſſe infamis, excepto notario Principis: quia ſemel habuit dignitatem, retinetque primum locum inter notarios. Opin. 547. nu. 1. 101

2 Notarius ſcribens in inſtrumento aliquem habuiſſe centum, dando & numerando, ex quo videtur atteſtari de reali numeratione, ideò non poteſt puniri de falſo ſi non numerauerit; ſecùs ſi diceret, dante & numerante. Opin. 586. num. 2. 131

2 Notarius in Regno non poteſt creari villanus, angarius, baſtardus, & ſpurius. Opinione 647. numero 5. charta 167

Notarius in Regno hodie non creatur, niſi ſit idoneus in officio notariatus, fidelis Regis, abſque crimine aliquo, boniſque ornatus moribus, & ex legitimo matrimonio natus. ibi n. 6. ea.

Notarius antequam incipiat exercere officium tabellionatus, tenetur iurare fideliter officium ſuum exercere. ibi num. 7. ea.

Notarius poteſt eſſe infamis, cùm ſpurij poſſint creari tabelliones, & conficere inſtrumenta. ibi numero 9. ea.

Notarius dicitur iudex, habetque voluntariam iuriſdictionem, præcipit quarentigiam. ibi nu. 11. ea.

Notarius eſt nobilis. ibi nu. 12. ea.

Notarius exercens officium actuariatus ad banchum iuris, habet dignitatem. ibi nu. 14. 168

Notarius ſeu procurator quod acquirit mediante officio ſuo procuratoris, non dicitur peculium quaſi caſtrenſe, ſed aduentitium: concluditur tamen cõtrarium. vide in uerbo Procurator.

2 Notarius rogans ſe de ſimulato inſtrumento, pœna falſi punitur. Opin. 832. nu. 42. 330

3 Notarius idem & ijdem teſtes non ſemper debent adhiberi ad inuentarium. Opinione 887. numero 4. charta 11

3 Notarius ſeu Tabellio doloſè non interrogans teſtem de cauſa ſcientiæ, tenetur parti ad intereſſe, & curię ad pœnam, in Regno Neapolis. Opinione 898. numero 3. 27

3 Notarius tenetur extenſè ſcribere dicta teſtium, non autem per relationem ad dicta aliorum teſtium, & ſic per breuiſſima verba. Opin. 907. nu. 3. 34

3 Notarius confitens in extremis conſtitutus ſe falſum cõmiſiſſe, ſua confeſſio ſic emanata non operatur. Opin. 924. num. 6. 47

3 Notarius non debet recipere examinationem teſtium in cauſa criminali, ſed iudex: niſi habeat ipſius iudicis commiſſionem. Opin. 927. nu. 1. 51

Notarius non poteſt de conſenſu partium ſine iudicis præſentia recipere dicta & iuramenta teſtium, nulla facta ſibi prius commiſſione per ipſum iudicem: nam recipere pertinet ad ipſum iudicem, ſcribere autem ad notarium. ibi nu. 13. 53

Notarius non poteſt recipere confeſſionem ſine iudicis commiſſione. ibi num. 14. ea.

Notarius non poteſt dare acta parti illa petenti ſine iudicis commiſſione. ibi nu. 15. ea.

3 Notarius ſcribens teſtem iuratum depoſuiſſe, præſumitur ad fidem teſtimonij pro iuramẽto: licèt tutius ſit quòd notarius expreſſim ſcribat formam & ſolemnitatem iuramenti. Opin. 931. nu. 21. 60

Notarij tabellionatus, vide in verbo Tabellionatus.

2 Notarij, teſtis, aut iudicis facto, vbicunque eſſet ius quæſitum parti, non foret tunc in facultate eorum dicendi aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur. Opin. 541. nu. 5. 97

Notarij contrarietas, vide in uerbo Contrarietas.

3 NOTARIO probationes fieri nequeunt ſine mandato iudicis. Opin. 927. nu. 16. 53

3 Notario ſiue tabellioni potius credendum eſt, quàm teſti aſſerenti etiam cum iuramento ſe aliter dixiſſe, quàm tabellio ſcripſerit in criminalibus, præſertim ſi haberet vt retineret ſuum ſcriptorem. Opin. 930. numero 2. 58

1 NOTARII in Regno Neapolitano non poſſunt recipere obligationes, & inſtrumenta, vel contractus à filijsfamiliàs ſine præſentia, & conſenſu patrum, ſub pœna priuationis officiorum, & vnciarum auri centum; niſi in caſu, quo viuerent ſeorſum ab eorum patribus, & habitarent, vel emancipati reperirentur. Opin. 303. num. 29. 283

2 Notarij quotidie alijs ſtipulantur ſine iudicis authoritate ac mandato. Opin. 541. nu. 1. 97

Notarij poſſunt ſtipulari non ſolùm præſentibus, acceptantibus, & recipientibus, ſed abſentibus etiam, & ignorantibus. ibi nu. 2. ea.

2 Notarij, & procuratores hodie in Regno inter nobiles cõnumerantur; cùm in eo officium tabellionatus vile nõ ſit, ſed nobile. Opin. 647. nu. 4. 167

3 Notarij duo rogati de aliquo actu, si unus ex eis probatæ fidei foret, & alter infamatæ, ob fidem alterius ualeret inſtrumentum. Opin. 885. nu. 2. 10

3 Notarij ſcribentes diminutè, & non integrè dicta teſtiũ, & aſſerentes dixiſſe idem ſecundum teſtem per omnia, vt primus teſtis depoſuit, reprehendendi ſunt. Opin. 907. num. 4. 34

Notarij, actuarij, & iudices in Regno laborant aliquando contra propriam ſalutem, & peccant mortaliter ſuper formandis inquiſitionibus in non ſcribendo integra dicta teſtium tam ad fauorem fiſci, quàm contra: & hinc contingunt infinita inconuenientia, damna, & iniuſtitiæ contra miſeros inquiſitos; de quibus erunt

erunt reddituri rationem in die iudicij. ibi numero 5. ea.

2 NOTARIATVS *officium dicitur vile. Opinione 547. num. 2.* 101

2 *Notariatus non eſt dignitas, ſed quoddam munus. Opin. 647. num. 8.* 167

1 NOTITIA, *ſcientia, & cognitio eorum, quæ publicè fiunt, præſumitur apud eos, qui in loco conuerſantur. Opin. 695. nu. 1.* 198

2 NOTORIVM *releuat ab onere probandi, & inducit plenam probationem. Opinione 548. numero 1.* 102

Notorium æquiparatur ſententiæ. ibi nu. 2. ea.

Notorium eſt probatio probata, vel de facili probabile. ibi num. 3. ea.

Notorium debet allegari, & proponi, quando debens allegare eſſet præſens in iudicio; ſecùs ſi abſens, licèt citatus citatione habente vitium notoriũ. ibi nu. 4. ea.

Notorium in notorio, quod conſtat ex actis, iudex ſupplet etiam nemine petente. ibi nu. 6. 103

Notorium vbi aliquid extat, non iuratur de calumnia. ibi numero 8. ea.

Notorium probatur per duos teſtes. ibi nu. 9. ea.

2 *Notorium licèt releuet ab onere probandi, allegari tamen debet. Opin. 549. nu. 1.* 103

Notorium licèt non exigat probationem de veritate ipſius, tamen debet conſtare iudici ex actis eſſe notorium. ibi nu. 2. ea.

Notorium requirit ſententiam declaratoriam: quia multa dicuntur notoria, quę non ſunt. ibi numero 4. ea.

Notorium quod dicatur, & quotuplex ſit, remiſſiuè ponitur. ibi num. 6. 104

Notorium notorietate iuris inducunt acta iudicij. Opin. 816. numero 14. 307

Notorium eſſe, debet conſtare ex actis. ibi numero 15. ea.

2 *Notorium nullitatis induci poteſt, etiam ſi adhuc notorium non ſit, ſed fieri poſſit notorium ipſius nullitatis ob paratas probationes. ibi nu. 17.* 308

Notorium reſultans ex actis, non indiget allegatione, & propoſitione. ibi nu. 18. ea.

Notorium ex facto iuris reſultans non eſt opus vt à parte allegetur: quia aliundè elicitur. ibi numero 19. charta 309

2 NOVATIO *hodie non inducitur, niſi expreſsè dicatur. Opin. 550. nu. 1.* 104

Nouatio hodie neque fieri poteſt ſaltem ope exceptionis, neque ex tacita mente contrahentium, & ex manifeſtis coniecturis, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, hodie non ſit nouatio ope exceptionis. ibi nu. 2. ea.

2 NOX *dicitur quando tenebræ ſunt ſuper terram, & quando quis de facili non cognoſcitur. Opinione 703. numero 4.* 204

3 *Nox quando dicatur eſſe ad hoc vt ſciatur quando delictum ſit commiſſum de nocte, vel de die, relinquitur arbitrio iudicis. Opinione 950. numero 17. charta* 76

3 *Nocturno tempore nec videri, nec recognoſci quis poteſt. Opin. 950. nu. 2.* 74

1 NVLLITAS *patens ex actis impedit ſententiæ executionem, & perimit negocium. Opinione 255. numero 5.* 249

Nullitas incontinenti allegata, & iuſtificata ex proceſſu, in quo deficerent ſolennia iuris, impedit executionem ſententiæ. ibi nu. 6. 250

2 *Nullitas ſententiæ perpetuò opponi poteſt vſque ad 30. annos, licèt appellatum non fuerit, aut appellatio ipſa deſerta ſit, quoties non vertitur periculum animę; aliàs poſſet perpetuò agi. Opinione 551. numero 1.* 104

Nullitas incidenter tractata, vbicunque condemnatus ſimpliciter appellauit; tunc appellatione deſerta, poterit iterum cauſa nullitatis non obſtante deſertione proponi. ibi nu 4. 105

Nullitas propoſita principaliter dicitur, quando proponens dicit, dico ſententiam nullam eſſe, & ſi qua eſt, appello. ibi nu. 5. ea.

Nullitas quando cum appellatione principaliter proponitur; ſi deſeratur appellatio, non eſt vlterius locus proſequendi nullitatem, quaſi ſit vna eademque inſtantia nullitatis, & appellationis, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, in hoc caſu non eſt præcluſa via nullitatem ipſam probandi, & proſequendi. ibi nu. 6. ea.

2 *Nullitas proponi poteſt etiam quando appellatio ſublata ſit per querelam appellatione remota. Opin. 816. numero 10.* 308

Nullitas notoria impedit executionem ſentẽtiæ: & tunc idem iudex etiam poteſt retardare executionem ipſam. ibi nu. 16. ea.

2 *Nullitatis notorium induci poteſt etiam ſi adhuc notorium non ſit, ſed fieri poſſit notorium ipſius nullitatis ob paratas probationes. Opinione 816. numero 17.* 308

2 *Nullitate oppoſita in iudicio incidenter per modum exceptionis ſummariæ non requirentis altiorem indaginem ad impediendam executionem ſententiæ, executio impeditur. Opin. 551. nu. 2.* 105

Nullitate propoſita, & lite ſuper ea pendente, attentata interim ſunt reuocanda ante omnia, ſecundùm communem opinionem: licèt aliqui Doctores aſſeruerint contrarium, videlicet attentata ipſa, pendente nullitate, non eſſe ante omnia reuocanda. ibi n. 3. ea.

1 *Nullitates ne impediãt executionem ſententiæ, prouidere conſueuit Romana Curia per viam reſcripti, committereque cauſam ſuper aſſertis nullitatibus, ſeu in integrum reſtitutione. Opinione 259. numero 9. charta* 250

2 *Nullitates non ſubſiſtentes opponi non poſſunt contra ſententiam Principis, & Sacri Concilij Neapolitani. Opin. 710. num. 7.* 209

Quapropter author admonet nouitios, & alios cauſidicos ne incidãt in errorẽ, & ignorantiã diſpoſitionis, & pœnæ regię pragmaticæ contra nullitates ipſas opponentes, & non probantes ſtatutæ. prout d. num. 7. & verſ. Et hinc haud. ea.

NVME-

2 NVMERVS duodecim filiorum non præbet immunitatem ab oneribus, & penſionibus ſeudorum vel emphyteoſis: quia non ſunt publica munera, ſed priuata. Opinione 603. numero 4. charta 138

3 Numerus teſtium non ſupplet defectum aliorum teſtium ſine iuramento deponentium. Opinione 931. numero 17. 60.

2 NVNCII relatio quò ad reſponſionem ſibi per citatum factam, debet per teſtes probari: nec ſufficit ſola ipſius nuncij relatio, vt dicatur contumacia manifeſta. Opin. 556. num. 3. 109

Nuncij iurati relationi in Regno Neapolitano ſtandum non eſt, niſi fieret per eum intimatio, ac notificatio citationis coram duobus teſtibus: & niſi nuncius ipſe relationem faceret, ſe citaſſe citandum, talibus teſtibus præſentibus, videntibus, & audientibus. ibi numero 4. ea.

2 Nuncio publico plenè creditur in ſpectantibus ad ſuum officium; ſecùs extra officium. Opinione 555. numero 1. 107

Nuncio publico referenti ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati, plenè creditur. ibi numero 2. 108

Nuncio licentia data à iudice de capiendo, exequi poteſt poſt mortem ipſius iudicis mandantis. ibi numero 4. ea.

Nuncio publico, & iurato non creditur in denunciando crimina. quod procedit quò ad condemnandum, non autem quò ad inquirendum: quia quò ad relationem nuncij poteſt inquiſitio formari. ibi nu. 6. ea.

Nuncio referenti ſe citaſſe non creditur, niſi conſtet de commiſſione ſibi facta ad citandum. ibi numero 8. ea.

2 Nuncio publico plenè creditur, eiúſque relationi ſtatur quò ad citationem. Opinione 556. numero 1. charta 109

Nuncio publico referenti citatum dixiſſe nolle venire, credendum eſt: & ob talem relationem citatus cenſetur verus, & manifeſtus contumax. ibi n. 2. ea.

Nuncio publico quamuis credatur in ſpectantibus ad eius officium: tamen tunc ſi fallax appareret eius relatio, poſſet contrarium probari à parte non fuiſſe aliter citatam. ibi num. 5. ea.

2 Nuncij de conſuetudine admittuntur viles, & viliſſimi, licèt de iure nuncius ipſe deberet eſſe idoneus, & fidelis. Opin. 555. nu. 7. 108

2 NVNCIATIO fieri permittitur aduerſus abſentes etiam inuitos, & ignorantes, & eos ligat quò ad effectum patientiæ præſtandæ per eos in demolitione facienda, non tamen eorum expenſis, ſed nunciantis. Opin. 552. nu. 1. 106

2 Nunciatio facta in loco, vbi nemo penitus reperitur, valet: ſed dominus non tenetur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientiam. Opinione 553. numero 1. charta 106

2 Nunciatio noui operis facta authore prætore, etiam iniuſta nocet, & ligat ædificantes, vt teneantur deſiſtere ab opere cœpto etiam in ſuo; & ſi obtemperent, ædificatum poſtea debet demoliri, & deſtrui ſumptibus ædificantium. Opinione 554. numero 1. 106

Nunciatio noui operis facta authore prætore, vt quis non ædificet, ligat ædificantem ipſum, vt teneatur deſiſtere ab opere iuſtè cœptò in ſuo, etiam ſi nunciatio ſit alternatiuè facta, vt non ædifices, vel venias reſponſurus. ibi num. 2. ea.

Nunciatio noui operis facta ſimplici verbo, tunc nuncians nouum opus amittit facultatem demoliendi ipſum opus propria authoritate ſibi à iure conceſſa. Quod non procedit, quando nuncians incontinenti recuperauit poſſeſſionē propria authoritate, quam amiſerat per nunciationem verbalem; ſecùs autem eſſet, ſi diuerteret ad extraneos actus. ibi nu. 3. ea.

Nunciatio noui operis tollitur per ſatiſdationem præſtitam de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, & nunciatus poterit perſeuerare in opere: & mandatum ſuper hoc factum, reo comparente, reſoluitur in vim ſimplicis petitionis, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariā ſimiliter communem ſuperſederi debet per tres menſes, non obſtante fideiuſſione oblata. ibi numero 4. 107

Nunciatio noui operis debet cauſam continere. ibi numero 5. ea.

Nunciatio noui operis euidenter iniqua, id eſt quando conſtaret de non iure nunciantis, ſperni poſſet. ibi numero 7. ea.

Nunciatio noui operis fieri poteſt à non poſſidente. ibi numero 8. ea.

2 NVNCIATVS offerens iudicium per hodie conſtat, hodie agatur, & veniat ad iudicem, & nuncians ſperneret uenire ad iudicium, tunc nunciatio haberetur pro remiſſa. Opinione 554. numero 6. charta 107

3 NVTRITOR vel batulinus quandiù nutrit, teſtis eſſe non poteſt, poſtea uero eius teſtimonium admittitur: & ſic teſtimonio nutritoris, & nutricis pro eorum alumno credendum non eſt, dum illum domi nutrit, ſed poſtquàm illum eorum parentibus reddiderint, eſſent idonei teſtes. Opinione 976. numero 4. 102

3 Nutrix licèt regulariter teſtis eſſe non poſſit pro alumno ſuo: tamen ſuper ætate ipſius alumni teſtis eſſe poteſt, & probat. Opinione 976. numero 5. 102

Et Opinione 994. numero 4. 116

DE LI-

DE LITERA O.

2 OBLATIO verbalis non relevat offerentem, ſed debet eſſe realis. Opin. 557. nu. 1. 120

Oblatio vbi requiritur, non ſufficit verbalis, ſed realis. ibi numero 3. ea.

Oblatio de volendo fideiubere non ſufficit, niſi fideiuſſor præſens ſit, & paratus fideiubere. ibi num. 4. ea.

Oblatio realis non requiritur, quando creditor, cui ſolo verbo offertur, recuſaret ſe nolle ſolutionem recipere. ibi num. 5. ea.

Oblatio verbalis ſufficit quò ad effectum retardandi vēditionem pignoris factam per creditorem. ibi numero 6. ea.

Oblatio verbalis ſufficit, etiam cum proteſtatione, ne creditor pignora venderet. ibi nu. 7. ea.

Oblatio verbalis impedit pignorum alienationem faciendam, non autem iam factam. ibi nu. 8. ea.

Oblatio verbalis ſufficit, niſi eſſent vendita, & tradita pignora emptori per creditorem. ibi nu. 9. ea.

Oblatio verbalis, ne creditor pignora vendat, procedit ſi facta eſſet à debitore. ibi nu. 10. ea.

Oblatio ſola uerbalis tantùm ſufficit in rebus immobilibus, quæ offerri non poſſunt, vt fundus: vel in rebus mobilibus, quæ facilè conſignari nequeunt, vt equus. ibi num. 11. ea.

Oblatio ſola ſufficit, & verbalis, quando pecunia eſſet alibi ſoluenda. ibi num. 12. ea.

Oblatio verbalis ſufficit ad pœnam legalem euitandam, non autem conuentionalem ibi nu. 13. ea.

Oblatio verbalis ſufficit, vbi debitum non eſſet liquidum; & ſufficit tunc vt fiat ipſa oblatio etiam per tertiũ, & poſt litem conteſtatam. ibi nu. 14. ea.

2 Oblatio debiti etiam ſine conſignatione, ac depoſitione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis; ſecùs in canone emphyteotico. Opinione 558. numero 1. 111

1 OBLIGATIO naturalis repetitionem impedit. Opin. 211. nu. 17. 216

1 Obligatio fideiuſſoris tollitur, ſicut tollitur obligatio principalis. Opin. 300. nu. 2. 273

2 Obligatio talis præſumitur fuiſſe, qualis fuit ſubſecuta ſolutio. Opin. 516. nu. 21. 60

2 Obligatio pretij reſtricta, & determinata ad certam ſpeciem, & numerum, aſtringit debitorem ad determinatam ſpeciem, & numerum, qui eſt in obligatione, & ſolutione. Opinione 516. numero 37. charta 62

2 Obligatio ſine cauſa veluti indiſcreta non valet. Opin. 830. num. 22. 323

2 OBLIGATVS ad factum, licèt non poſſit compelli ad factum ipſum, cùm ſuccedat obligatio ad intereſſe: tamen interueniente iuramento poſſet præciſè compelli ad ipſum factum. Opinione 559. numero 1. 111

Obligatus ex ſententia ad aliquid agendum, præciſè facere tenetur, nec liberatur ſoluens intereſſe. ibi numero 3. ea.

1 OBSERVANTIA non requirit contradictorium iudicium, neque tempus longæuum. Opin. 162. numero 2. 142

2 OBSTETRICES electæ ad recognoſcendum virginitatem alicuius mulieris, quomodò ſe gerere debeant, traditur modus, & norma. Opinione 491. numero 11. 41

1 OCCASIO leuis interdum eſt magni ponderis. Opin. 89. num. 5. 78

1 OCCIDENS adulteram, ſeù adulterum, etiam lege permittente, incurrit peccatum mortale. Opin. 33. numero 25. 28

Occidens aggreſſorem ſuum ad neceſſariam ſui honoris defenſionem, non peccaret. Opinione 189 numero 6. 158

Et ſic mulier occidēs aggreſſorem, & volentem eam carnaliter cognoſcere ſiue rapere, non peccaret. ibi ea. Vide in verbo Mulier.

2 Occidens ſe ipſum alicuius criminis, ſceleriſue reus exiſtens, punitur publicatione bonorum, niſi hæredem habeat; ſecundùm aliquos Doctores: tamen communis ſchola Doctorum eſt in contrarium, quòd accuſatus, vel ſuſpectus de crimine, vel in crimine deprehenſus, ſi mortem ſibi conſciuit, hodie eius bona non veniunt publicanda. Opinione 560. numero 1. charta. 112

Occidens ſe ipſum accuſatus, vel ſuſpectus de crimine, vltra quòd eius bona publicantur, cadauer eius furca ſuſpenditur, ac ſi extraneum occidiſſet. ibi nu. 3. ea.

Occidens ſe ipſum, debet carere eccleſiaſtica ſepultura. ibi numero 10. ea.

2 Occidens bannitum, ſtatuto permittente, licèt non teneatur, nec puniatur aliqua pœna corporali, vel pecuniaria: tamen efficitur infamis: adeò quòd in facto graui non poteſt eſſe teſtis ſine tortura. Opin. 770. numero 5. 260

Occidens bannitum vigore ſtatuti, non tenetur de pace alias facta, & conuenta cum eo, etiam ſi fuerit iurata. ibi num. 7. ea.

Occidens non ritè bannitum, punitur ordinariè, ſi haberet notitiam huius nullitatis; aliàs tanquàm culpabilis eſt puniendus arbitrio iudicantis. ibi numero 17. charta 262

Occidens bannitum extra territorium ſtatuentium: licèt non euitet pœnam homicidij, & peccatum mortale: tamen conſequi poteſt præmium ſibi in banno pollicitum. ibi nu. 25. 263

Vide in verbo Statutum, & in uerbo Bannitus.

1 Occidere ſe ipſum tentans, tanquàm alicuius criminis reus exiſtens, licèt non perficiat actum, tamen eadem pœna puniendus veniret, qua puniretur ſi alterum vulneraſſet. Opin. 560. nu. 4. 112

Occidere ſe ipſum in caſu licitum non eſt. ibi numero 8. ea.

1 OCCVPANS iniuſtè, vel furans, ſi res furto ſubtracta, vel iniuſtè occupata perierit ſine culpa furis, vel iniuſti occupatoris, tenetur tamen ad æſtimationem, etiam in foro poli. Opinione 347. numero 6. 321

2 OCTAVIVS Viuius laudatur. Opinione 869. numero 19. 417

2 OFFENDENS aliquem de comprehenſis in treuga, treugam ipſam rumpendo, treuga ipſa durante, punitur in pœnam amiſſionis manus: offendens autem ſub pace, punitur ultimo ſupplicio. Opin. 567. num. 2. 117

2 OFFERRE illegitimè, & non offerre paria ſunt. Opin. 557. nu. 2. 110

1 OFFICIVM iudicis lato ſumpto vocabulo, venit appellatione actionis. Opinione 21. nu. 1. 17

Officium iudicis, & actio differunt inter ſe in duodecim caſibus poſitis remiſſiuè. ibi num. 2. ea.

2 Officium iudicis competit eccleſiis, minoribus, abſentibus, qui eorum negligentia ceciderunt à poſſeſſione, pro ipſa poſſeſſione recuperanda. Opinione 738. numero 3. 238

2 Officium iudicis non videtur excluſum, etiam quando remotum ſit omne remedium. Opinione 816. numero 29. 310

1 Officium ſanctę Crucis dicentibus, Ioannes 22. dedit 40. dies indulgentiarum. Opinione 109. numero 5. 99

1 Officium à duobus ſimul impetratum, neutri traditur ratione incertitudinis, niſi alter fuerit adeptus poſſeſſionem. Opin. 378. num. 2. 340

2 Officium procuratoris vel notarij viliſſimum eſt, & ſimiliter non publicum, ſed priuatum eſt. Opin. 647. numero 1. 166

Officium tabellionatus in Regno non eſt vile, ſed nobile. ibi numero 4. 167

1 OFFICIALIS, qui ex forma ſtatuti tenetur ante ingreſſum ſui officij ſatiſdare, non teneretur ſi ipſe idoneus foret, ſed crederetur ei ſoli, cum generali obligatione omnium bonorum ſuorum: Tamen contrarium ſeruatur in Regno Neapolitano, vbi traditur forma præſtandi cautionum, & iuramentum in Regno per officiales regios, ante ingreſſum eorum officij. Opin. 298. num. 2. 272

Officialis ſiue iudex fugiens ab officio, ſiue ſyndicatu habet præſumptionem contra ſe de obiectis in ſyndicatu. Vide in verbo Iudex.

Officialis condemnatus in ſyndicatu ob dolum commiſſum intuitu officij non poteſt appellare, ſed benè ſupplicare ſuperiori. Opin. 423. nu. 1. 387

2 Officialis, ſi durante tempore ſui officij fuit caſus ab officio, & poſtea reaſſumptus, cum eiſdem pactis reaſſumptus intelligitur. Opin. 561. nu. 1. 113

2 Officialis ac iudex prohibitus exigere, & accipere aliquid in officio, durante ipſo officio non poteſt quicquã capere, etiam à ſponte ſoluentibus, & tradentibus. Opin. 667. num. 1. 177

Officiales in Regno Neapolitano nõ poſſunt recipere munera cuiuſcunque generis, nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas, nec etiam res comeſtibiles magnas, nec paruas, etiam à ſponte dantibus. ibi numero 2. ea.

2 Officialis condemnatus in ſyndicatu licèt appellare non poſſit: tamen poteſt ſupplicare in terris eccleſiæ, ſed in Regno contrarium obſeruatur; cùm in eo nullatenus retardetur executio promulgatæ ſententiæ in ſyndicatu contra officialem per appellationem, & querelam Opin. 816. nu. 6. 308

3 Officialis in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Principis, ſed hoc declaratur. Opinione 1058. numero 6. 171

2 OFFICIALES in Regno Neapolitano, vt primùm eorum officium aſſumunt, emittunt banna, vt nullus ludere audeat ad taxillos, ſeu ad alium ludum prohibitum, ſub determinata pœna: cùm hoc in republica chriſtiana ſit maxima pernicies. Opinione 468. numero 6. 18

Officiales valentes prohibere ne ludi fierent in ſua iuriſdictione, & non prohibentes, tenentur ad reſtitutionem perditi in illo ludo, à tempore quo prohibere potuiſſent. ibi nu 9. ea.

Officiales non ſolùm manus à lucro pecuniæ, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes habere debent. Opin. 667. nu. 3. 177

Officiales impij magis alienum panem manducant, quã ſuum Opin. 667. num. 7. 178

2 Officiales ſeu iudices cauſas audientes matutino, mox, meridie, & demum veſpere, id eſt ante noctem ſedere debent, de iure communi, & de iure Regni Neapolitani. Opin 703. nu. 5. 204

2 Officialibus ſalarium præſtandum eſt in principio officij. Opin. 93. num. 5. 43

2 OMNIS diſpoſitio debet intelligi rebus ſic ſtantibus. Opin. 562. nu. 1. 113

2 OMISSIO minimæ ſolemnitatis non nocet, nec obeſſe poteſt. Opin. 501. nu. 1. 47

1 ONVS probandi notariatum pertinet ad producentem eius inſtrumentum, non ad eum, contra quem producitur. Opin. 379. nu. 1. 351

1 Onus probandi, quòd meretrix ſit chriſtiana, pertinet ad fiſcum. Opin. 391. num. 2. 357

2 Onera taxarum, equorum, & hoſpitationis militum, ſunt onera realia. Opin. 823. nu. 3. 315

1 OPERA mortua proficiunt ob bona temporalia. Opi. 109. num. 11. 100

Opera mortua ſatisfactoria ſunt, cùm homo permanens in peccato mortali poſſit ſatisfacere pro ſeipſo, licèt non ſint meritoria ad vitam æternam. ibi n. 12. ea.

1 *OPINIO aliqua ſingularis, aut peregrina non eſt attendenda in iudicando, vbi habemus communem, ſed illam ſequi debemus. Opin 398. n4.* 363

Opinio ſingularis, vbi datur opinionum conflictus, non ſolùm lege expreſſa conuinceretur, ſed etiam per rationes, & argumenta neceſſaria, & concludentia. ibi numero 28. 365

Opinio communis ita à iudicante ſeruanda eſt, vt ab ea recedere non ualeat propter ſententiam Gloſſa contrariam. ibi nu. 37. 366

Opinio communis regulariter illa dicitur, quæ plurium Doctorum illuſtrium, vel grauium authoritate iuuatur, ſeù quæ habet plures Doctores pro ſe. ibi numero 43. ea.

Opinio Doctorum, vbi deficit lex, pro lege ſeruatur. ibi numero 55. 367

1 *Opiniones communes ſemper reperiuntur fundatæ in viſceribus, & anima legis, & in ſolidis rationibus, & ideò ſacroſanctæ meritò appellantur. Opinione 398. numero 58.* 369

2 *OPPONENS, teſtatorem fuiſſe furioſum, vel inſanum, vel ebrium, vel mentecaptum tempore conditi teſtamenti, tenetur hoc probare, tanquàm fundamentum ſuæ intentionis; aliàs ſuccumbit. Opin. 544. numero 4.* 99

Opponens defectus, & crimina contra teſtes. Vide in uerbo Teſtium.

3 *Opponens teſtem eſſe excommunicatum vel infamem, non facit retardare eius examinationem, ſed hæc exceptio reſeruatur in fine iudicij, niſi pars eam vellet incontinenti probare. Opin. 977 nu. 4.* 102

1 *ORDO ſacer ligamina patriæ poteſtatis non diſſoluit. Opin. 318. num. 4.* 297

2 *Ordo ſacer, aut promotio ad ſacros ordines ante legitimam ætatem concedenda non eſt ſub pœnis tam ſuſcipienti, quàm promouenti. Opi. 563. nu. 1.* 113

2 *ORDINATIO, ſtatutum, vel prohibitio per laicos in præiudicium eccleſiæ, aut eidem ſubditorum facta per indirectum non ualet nec tenet. Opin. 799. numero 1.* 280

1 *ORDINATVS ad titulum patrimonij tenetur neceſſariò facere mentionem de illo titulo patrimonij. Opin. 82. num. 2.* 72

2 *Ordinatus, ac promotus ad ſacros ordines ante legitimam ætatem, non poteſt tales ordines exercere, niſi accedente legitima ætate ipſius; qua accedente impedimentum ceſſat, & tunc poſſet in ordinibus ipſis ſuſceptis miniſtrare, ac eorum vſum exercere. Opinione 563. numero 2.* 113

Ordinatus ac promotus ante legitimam ætatem, non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed eſt ſuſpendendus. ibi n. 3. ea.

Ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel abſque ſui ordinarij licentia, & abſque literis dimiſſorijs ab alieno Epiſcopo, eſt ipſo iure ſuſpenſus; et celebrans interim, efficitur irregularis, à ſolo Pontifice abſoluendus, & beneficio priuari poteſt. ibi numero 4. 114

2 *ORIGINARIVS non dicitur quis loci, in quo natus eſt caſu, vel tranſeundo, ſecundùm communem opinionem: licèt alia contraria ſententia ſit etiam communis. Opin. 804. nu. 2. & 4.* 283

3 *OSCVLVM luxurioſum eſt peccatum mortale, remiſſiuè. Opin. 1060. nu. 6.* 173

Oſculum quod in ſignum pacis, & veri amoris præſtatur, non ſolùm peccatum non eſt, ſed potius virtutis, ſicut & pax ipſa, cuius eſt ſignum. ibi nu. 8. 174

Oſculum, quod cauſa ſolicitandæ carnis præſtatur, non ſolùm non eſt peccatum, ſi coitus ille, ad quem dirigitur, licitus eſt, vt in coniugibus contingit, ſed potius eſt virtutis: ſicut & ipſe coitus eſt actus iuſtitiæ. ibi numero 9. ea.

3 *OSCVLANS mulierem per vim in Regno Neapolitano, punitur pœna ultimi ſupplicij, & confiſcationis omnium bonorum mobilium, & ſtabilium. Opin. 1060. num. 7.* 17-

DE LITERA P.

1 *PACTVM, quòd pater teneatur educare filium, cui conſignauit partem ſuam, non ualet, etiam ſi pactum hoc iuratum ſit. Opin. 45. num. 5.* 41

Quod declaratur, niſi filius partẽ ſuam ſibi datam perdidiſſet dolo, vel eius lata culpa. ibi nu. 6. & 7. ea.

1 *Pactum, per quod renunciatur beneficio ceſſionis bonorum, non valet. Opin. 183. nu. 2.* 155

Pactum, ne debitor bonis cedere poſſit, etiam iuramento firmatum, non tenet. ibi nu. 3. ea.

Pactum, quo debitor ſe obligat ad carceres, etiam iuramento firmatum, non valet. ibi nu. 4. ea.

1 *Pactũ quòd donatio reuocari nequeat rõne cuiuſcunque ingratitudinis committendæ non valet nec tenet, niſi fuerit iuratum; nã tũc ingratitudo futura nõ poſſet remitti, & pactũ firmatur iuramento: ſecundũ vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria ſimiliter communis appareat. Opi. 224. n. 1.* 228

1 Pactum ſimile procedit in dote promiſſa, in materia de qua author ibi loquitur. Opin.227. nu.4. 230

1 Pactum contra publicam utilitatem, etiam ſi iuramento vallatum ſit, non debet ſeruari. Opinione 415. numero 3. 379

2 Pactum non ualet, nec tenet, vt alter ludentium non poſſit ad libitum recedere à ludo, & dicere, Tiemmi il giuoco. Opin.468 .num.16. 19

2 Pactum nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem, & ſic non parit actionem, ſed exceptionem: quia vbi non eſt cauſa, ibi non eſt cauſatum; ſed in pacto nudo non eſt cauſa, ergo non parit actionem, quæ eſt cauſatum. Opin. 568.nu.1. 117

2 Pactum nudum tam de iure ſtricto ciuili, quàm canonico, in foro contentioſo, non producit actionem, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera ſententia cõtraria ſimiliter communis ſit, quòd de iure canonico omnis conuentio, etiam nuda efficax ſit. Opinione 569 numero 1. 118

Pactum nudum iuramento firmatum, de iure ciuili producit actionem, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſternatur, quòd de iure ciuili prædictum pactum non pariat actionem. ibi nu.2. ea.

Pactum nudum fit validum data fide. ibi nu. 3. ea.

Cætera vide in verbo, Fides.

2 Pactum nudum in foro mercatorum, vbi ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis generalis totius Italiæ proceditur ex æquitate, producit actionem. Opinione 570. numero 1. 119

Pactum nudum exequi poteſt manu regia, & ſic per habentem talem manum regiam ab Imperatore, ac Rege noſtro, ſuoque concilio, ſeu ab alio, non recognoſcente ſuperiorem, exequi tenetur pactum nudum. ibi numero 2. ea.

Pactum nudum geminatum ſuper eadem re parit actionem: quia cùm ſit geminata promiſſio, arguit maiorem deliberationem. ibi nu.3. ea.

Pactum nudum quodcunque propriè geminatum, eſt conſtitutum. ibi nu.4. ea.

Pactum nudum geminatum producit actionem, ſi ex interuallo, & diuerſis temporibus geminatio fieret, non autem incontinenti. ibi nu.5. ea.

Pactum nudum factum in iudicio producit actionem, dummodò tendat ad iudicium iuuandum, ſeu tendat ad pertinentia, atque ſpectantia ad ipſum iudicium principaliter, vel acceſſoriè. ibi nu.6. 120

Pactum nudum propriè eſt, quando aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat. ibi nu.7. ea.

Pactum nudum fit pluribus modis, & præſertim cùm tacitè fit. ibi num.8. ea.

2 Pactum, quòd ſcriptor ſtet in compedibus donec ſcripſerit librum, ac opus perfecerit, valet: niſi ipſe ſcriptor promoueretur ad aliquam dignitatem. Opin. 571. numero 1. 120

2 Pactum nudum cognoſcitur ex tribus, ſcilicet, quando ſecum non habet dationem, factum, vel ſtipulationem. Opin.572.num.1. 120

Pactum in dubio intelligitur de nudo. ibi nu. 3. ea.

Pactum nudum de iure canonico producit actionem, ſecundùm regulam generalem fundatam in iure canonico. ibi numero 4. 121

Pactum nudum de iure canonico producit actionem: quia in foro canonico proceditur de æquitate: nec illud ius conſtituit differentiam inter ſimplicem loquelam, & aliam. ibi nu.7. ea.

Pactum nudum producit actionem non tantùm in foro canonico, ſed etiam in foro ſeculari in omnibus terris ſubiectis eccleſiæ. ibi nu.8. ea.

Pactum nudum parit actionem nõ ſolùm in omnibus terris Eccleſiæ, verùm etiã in terris Imperij. ibi nu.9. ea.

Pactum nudum parit actionem in curia mercatorum, atque etiam vbi proceditur ſecundùm æquitatem de bono, & æquo: & conſequenter mercatores, & nummularij agunt inter ſe ex pacto nudo. ibi nu.11. ea.

Pactum nudum, etiam de iure canonico non parit actionem, vbicunq; eſſet initum dolo, & metu. ibi n.12. ea.

2 Pactum vel conuentio facta de ſtando iuramento, ſeu dicto alicuius licèt valeat; tamen pars non debet eſſe præſens tempore declarationis faciendæ: ſiquidem non poſſet reuocare illam promiſſionem de ſtando iuramento aduerſarij. Opin.573.n.2. 122

2 Pactum, quòd ab arbitri ſententia appellari poſſit, valet. Opin.574.num.1. 122

Pactum contra bonos mores initum eſt ipſo iure nullum. ibi num. 2. ea.

Pactum quando eſſe diſcernatur contra bonos mores, colligitur ex exemplis traditis per Baldum, remiſſiuè. ibi numero 4. ea.

Pactum dicitur contra bonos mores quando nõ poſſet ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ. ibi nu. 5. ea.

Pactum quando non intereſt, & nullam parit contrahentibus vtilitatem non valet: & præſertim quando conſiſteret in faciendo; ſecùs quando conſiſteret in iure transferendo. ibi nu.6. ea.

Pactum de ponendo ſe in manibus inimici eſt nullum, & fruſtratorium. ibi nu.7. ea.

Pactum contra ius diuinum eſt penitus nullum, atque inualidum. ibi nu.8. 123

Pactum appoſitum contra naturam contractus, etiam iuramento vallatum non tenet. ibi n.10. ea.

Pactum inhoneſtum nullam obligationem inducit. ibi numero 12. ea.

Pactum turpe, & vergens in periculum animarum non eſt obligatorium. Et dicitur pactum turpe, etiam quòd res ſuper qua interponitur non ſit turpis, & pactum contra ius dicitur turpe. ibi nu.13. ea.

2 Pactum initum inter partes, quòd ſolutio probari non poſſit, niſi mediante inſtrumento, vel ſcriptura, non valet. Opin.575.nu.1. 123

2 Pactum expreſſum factum ab ingrediente monaſterium in profeſſione ipſa regulæ monachalis, quòd liceat ſibi retinere proprietatem aliquorum bonorum, vitiat in totum religionis ingreſſum, ſecundùm unam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria appareat ſimiliter communis, quòd huiuſmodi pactum non valeat, ſed ingreſſus, & profeſſio valida remaneat. Opinione 576. numero 1. charta 124

2 Pactum cõuentio, ſeu promiſſio facta ſub futuro fortunæ, vel con-

vel conditionis euentu, quales ſunt le ſcommeſſe, *valent; quoniam dubius fortunæ euentus non facit contractum illicitum; & obligati ſoluere tenentur; & quæſita ex tali pacto per victores, etiam in foro conſcientiæ, non ſunt reſtituenda. Opinione 577. numero 1.* 124

2 *Pactum inter aliquos initum de futura ſucceſſione quærenda non ualet ſine conſenſu eius, de cuius ſucceſſione agitur: quia turpe eſt ac moribus contrarium pactum fieri ſuper viuentis hæreditate abſque eius conſenſu. Opin.578.nu.1.* 125

Pactum, quòd vltra dotem poſt mortem parentum mulier habere poſſit hæreditatem non valet: nec valet pactum de futura ſucceſſione viuentis quærenda, ſi fieret ſub nomine quotæ hæreditatis. ibi nu.3. ea.

Pactum de futura ſucceſſione quærenda non valet, etiam ſi fuerit iuramento firmatum: quia tale pactum eſt contra bonos mores. ibi nu. 4. ea.

Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, quando ille de cuius ſucceſſione agitur conſentiat; & in tali conſenſu perſeueret vſque ad mortem. ibi numero 5. ea.

Pactum de futura ſucceſſione quærenda efficax redditur, quando foret in certis bonis ſingulariter expreſſis, vel ſub nomine quotę bonorum, non autem ſub nomine quotæ hęreditatis. Et hoc procedit, dummodò non fiat pactũ de omnibus bonis præſentibus, & futuris. ibi numero 7. ea.

Pactum de futura ſucceſſione incerti hominis in genere valet. ibi nu.8. 126

Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, quando veniret ex neceſſitate contractus præambuli. ibi numero 9. ea.

Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, ſi eſſet reciprocum. ibi nu.10. ea.

Pactum de futura ſucceſſione viuentis quærenda, tanquã plenum triſtiſsimi euentus non valet. Quod ampliatur in ſeptem caſibus, & in ſeptem alijs limitatur remiſsiuè. ibi num.11. ea.

2 *Pactum de retrouendendo factum infra certum tempus, vel abſque aliqua temporis præfinitione, & ſic quandocunque ſeu in perpetuum, & in infinitum; cenſetur triginta annorum ſpatio terminatum: & venditor rem venditam, reſtituto pretio venditionis, poteſt infra pręmiſſum tempus redimere: ſed tranſactis 30. annis, pręſcriptio dicti temporis obſtaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo, etiam ſi tale pactum eſſet iuratum, & adiectum, non obſtante quacunque præſcriptione: quia facultati præſcribendi renunciari non poteſt, qum præſcribi poſſit ſpatio triginta annorum. Opin. 579. num.1.* 126

Pactum de retrouendendo poteſt exerceri contra tertium poſſeſſorem; ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariã ſimiliter cõem, venditor primus à ſecundo emptore, ſeu ſingulari ſucceſſore rẽ venditã auocare nequit. ibi n.2. 127

2 *Pactum de non præſcribendo confirmatur per iuramentum. Opin.626.nu.2.* 152

2 *Pactum per errorẽ interpoſitũ, ſeu diuiſio inter fratres facta per errorẽ rętractari debet. Opi.730.n.3.* 233

2 *Pactum, ſtatutum uel conſuetudo introducta ad dandum, et tradendũ aliquid publicæ vtilitatis cauſa, veluti pro fabrica conſtituenda vel faciendis paramentis pro conſequendo ſpiritualia, non eſt obſeruandum. Opin.820. numero 1.* 313

Pactum vel ſtatutũ factũ poſt traditionem rerum ſpiritualiũ ad dandum aliquid vel tradendum publicæ utilitatis cauſa, veluti pro fabrica cõſtruenda & ſimilibꝰ pro cõſequẽdo ſpiritualia eſt obſeruandũ. ibi n.2. ea.

3 *Pactum gratuitum an videatur prohibitum, ſi lex prohibet tranſactionem ſuper alimentis futuris. Opinione 1002.num.4.* 131

3 *Pactum de retrouendendo poſt triennium non facit contractum ſimulatum, niſi in facto fœneratorio. Opin. 1030. num. 5.* 143

2 *Pacto ſeu conuentioni de ſtando dicto alterius ſuper damnis, expenſis, & intereſſe ſtatur, ſi eius dictũ eſt æquũ: ſed ſi eſt iniquum, reducitur ad arbitriũ boni viri: quia ſic intelligitur conuentum. Opi.573.nu.1.* 121

1 *Pacta de quota litis, & immenſi ſalarij facta etiam cum iuramento non ualet. Opin.38.num.2.* 34

2 *Pactorum genera tria ſunt. Opin.572. nu. 1.* 120

1 *PAPA poteſt concedere clerico priuilegium teſtandi, & de rebus ex beneficio acquiſitis diſponendi: cùm ad ipſum vniuerſarum eccleſiarum plena diſpoſitio pertineat. Opin.101.num.8.* 92

Papa poteſt concedere facultatem teſtandi clerico de fructibus, & redditibus beneficij, vbicunque moueretur ex iuſta cauſa. ibi num. 9. ea.

Et quę ſit iuſta cauſa, Vide ibi num.10. ea.

1 *Papa non ſolet concedere abſolutionem ab excõmunicatione incurſa ob iniectionem manuum in Prælatum propter criminis atrocitatem. Opin.104.n.2.* 94

1 *Papa non poteſt diſpenſare, vt clericus non teneatur ad officium, quamuis poſsit diſpenſare ſuper tempore commutationis ipſius officij. Opin.109.nu.7.* 99

1 *Papa ſolus & præſertim in concilijs generalibus poteſt interpretari ſacram Scripturam, canones condendo ab omnibus ſeruandos. Opin. 153.nu.3.* 238

Papa poteſt aliquibus locis concedere priuilegium, vt nõ teneantur ad decimas. ibi nu.11. 139

Papa poteſt concedere fratribus minoritanis immunitatem non ſoluendi decimas quaſcunque etiam papales, & tã de bonis pręſentibus quàm futuris. ibi n.12. ea.

1 *Papa vel Imperator caſſans ſtatuta, ſeu conſuetudines, non videtur caſſare ſtatuta iuramento confirmata. Opinione 150.nu.2.* 141

1 *Papa poteſt iuramentum remittere, & ſuper eo diſpenſare & moratoriam concedere debitoribus, per inſtrumenta iurata. Opin. 176.nu.9.* 151

1 *Papa, in caſu, quo poſſet ab alio iudicari, non deberet in ius vocari ſine venia. Opin.317.nu.4.* 296

1 *Papa eſt ſupra Imperatorem, & omnes Reges. Opinione 369. num.19.* 341

Papa deponere poteſt ex cauſa Imperatorem ab Imperio. ibi nu.21. ea.

Papa diſpenſat cum homicida uoluntario laico. ibi numero 38. 343

Papa contra ius diuinũ reſcribere valet in aliquo particulari caſu, illud diſtinguendo, & limitando. ibi n.40. ea.

Papa eſt cauſa cauſarum, & nemo petere poteſt rationem ab eo ſibi reddi eorum, quæ agit. ibi nu. 41. ea.

Papa dicitur omnia, & ſuper omnia, ac poteſt omnia, etiam ſupra ius, & contra ius. ibi nu. 42. ea.

Papa eſt Dominus dominantium, & Rex Regum. ibi numero 43. ea.

Papa habet plenam iuriſdictionem, & alij Principes ſemiplenam. ibi nu. 44. ea.

Papa habet plenitudinem poteſtatis. ibi nu. 45. ea.

Papa non diſpenſat in his, quæ pertinent ad articulos fidei. ibi num. 46. ea.

Papa etiam verè habet temporalem poteſtatem in toto Chriſtiano orbe, etiam ſupra Imperatorem, & ſic omnium eſt iudex; habetque vtriuſque gladij poteſtatem, & habet ordinariã poteſtatẽ in iudicando cauſas totius mundi; & in conferendo beneficia, & adminiſtrando: quia omnium eſt iudex. ibi nu. 58. 344

2 Papa poteſt committere iudicibus laicis cauſas criminales clericorum: & tunc iudicabunt non tam ex propria iuriſdictione, quàm ex iuriſdictione eccleſiæ ipſis demandata. Opin. 440. nu. 5. 1

Papa poteſt concedere laicis poteſtatem conferendi beneficia. ibi num. 6. 2

Papa poteſt delegare laico, vt aliquem excommunicet; ſecùs verò Epiſcopus, qui non poteſt. ibi numero 7. ea.

Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam laicis in clericos, ſed delegatam ſic, & laici talem iuriſdictionem tempore vel conſuetudine acquirere nequeunt. ibi num. 8. ea.

2 Papa ex conſenſu vtriuſque ſponſi poteſt diſpenſare circa matrimonium nondum conſumatum copula carnali, ſubſiſtente cauſa legitima, vt quis accipiat aliam vxorem. Opin. 580. nu. 1. 127

Papa non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio conſumato. ibi nu. 2. ea.

Papa poteſt ſeparare ſtatum monachalem, & diſpenſare cum monacho, vt accipere vxorem queat, euadatque ſimiliter ſecularis. ibi nu. 3. 128

2 Papa in beneficialibus obtinet pleniſsimam poteſtatem, tam in conferendo, quàm in auferendo, etiam poſtquàm contulit Opin. 581. nu. 1. 128

Papa non poteſt priuare clericum beneficio eccleſiaſtico ſine iuſta cauſa, ſecundùm communem opin. relatam ſub num. 4. licèt magna cohors Doctorum inhæreat opinioni contrariæ. ibi nu. 2. ea.

Papa poteſt priuare clericum beneficio, ratione imminentis ſcandali, ſecũdùm communem opinionem: quia potius expedit reipublicæ, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd ſcandalum oriatur: & dicitur infra ibi num. 4. ibi nu. 3. 129

Papa de plenitudine poteſtatis priuans clericum beneficio eccleſiaſtico cum cauſa vel ſine cauſa, cuius titulum canonicum habeat, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono, vel de compenſatione totius læſionis & damni paſſi. ibi nu. 6. ea.

Papa licèt poſſit de plenitudine poteſtatis ad libitum clericum priuare beneficio eccleſiaſtico: tamen hoc non procedit in bonis patrimonialibus ipſius clerici. ibi numero 7. ea.

Papa non poteſt priuare Epiſcopum ſuo epiſcopatu ſine cauſa. ibi num. 8. ea.

Papa poteſt minuere, imò penitus tollere penſionem de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa. ibi numero 9. ea.

2 Papa cùm mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium, quod vacabat tempore datę. Opin. 582. nu. 1. 129

2 Papa in terris Regis non habet iuriſdictionem quò ad tẽporalia. Opin. 583. nu. 1. 130

Papa in terris Imperij legitimare non poteſt. ibi numero 2. ea.

2 Papa non poteſt de aliquo crimine accuſari, conuinci, ac damnari, etiam ſi delictum notorium & ſcandaloſum foret, & ipſe corrigibilis eſſet; niſi de crimine verę hæreſis, & propriæ; & vbicunque eſſet dubius in fide, ac in uno articulo fidei erraret. Opin. 584. nu. 1. 130

Papa poteſt legitimare, vide in uerbo Legitimare.

2 Papa non cenſetur, nec preſumitur in dubio præiudicare, iuripatronatus laicorum, niſi illi expreſſè derogauerit. Opin. 585. nu. 1. 130

Papa in dubio non præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſſè conſtet: nam ipſe magis cauere debet ab iniuſtitia, quàm alius; & ſic debet conſtare de eius voluntate, quòd vti velit plenitudine poteſtatis: quia in dubio non preſumitur, ſed potius præſumitur circumuentus. ibi nu. 2. ea.

Papa in dubio præſumitur vti voluiſſe clauſula de plenitudine poteſtatis. ibi num. 3. 131

2 Papa eximendo monaſterium à decimis, in conſequentiam præiudicat laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in conſequentiam. Opin. 635. num. 4. 158

2 Papa põt concedere priuilegium, vt religioſi eximãtur à decimarum præſtatione. Opin. 641. nu. 1. 163

Papa per priuilegium poteſt eximere religioſos à præſtatione decimarum. ibi nu. 2. ea.

2 Papa eſt ſubditus legi naturali, & diuinæ, vt cæteri homines, & in eum cadit ſimonia, & peccatum ſimoniæ quò ad Deum: & non incurrit pœnas iuris poſitiui, cui non ſubeſt. Opin. 724. nu. 4. 223

Papa ſi ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia confert beneficia, non incurrit ſimoniam: quia in dubio præſumitur, quòd non animo vendendi eccleſiaſtica beneficia munera receperit. ibi nu. 5. ea.

2 Papa committere poteſt cauſam iudici ſuſpecto ex certa ſcientia, recuſatione remota. Opin. 866. n. 24. 411

Papa de plenitudine poteſtatis poteſt ratificare ſententiã prolatam à iuriſdictione carente. ibi nu. 25. ea.

3 Papa duobus teſtibus poteſt conuinci, & condẽnari. Opi. 915. nu. 2. 40. & Opin. 996. nu. 2. 117

3 Papa poteſt diſpenſare, quòd conſtitutus in peccato mortali non repellatur à teſtimonio. Opi. 971. nu. 14. 99

2 Papa ueſtibus, & ornamentis priuata perſona utens, tenetur pœna capitali. Opin. 540. poſt nu. 15. 96

2 Papa narratiua alicuius delicti in præiudicium tertij nõ probat niſi in antiquis, & cum adminiculis. Opi. 639. numero 4. 163

Papa verbis aſſertiuis in materia beneficiali ſtandum nõ eſt; et ipſa uerba nemini præiudiciũ inferrẽt. ibi n. 5. ea.

PA-

2 PARENTES ac aſcendentes inſtituti per filios in eorum teſtamentis, & grauati reſtituere hereditatem poſt eorum mortem, poſſunt detrahere duas quartas, id eſt legitimam, & Trebellianicam; quemadmodum detrahit filius grauatus à patre. Opin. 459. num. 4. 10

3 Parentes, fratres, & alij domeſtici poſſunt innocentiam rei accuſati probare, niſi contra ipſos adeſſent alij teſtes. Opin. 960. num. 10. 86

3 PARS debet citari non ſolùm ad uidendum teſtes produci, & iurare, ſed etiam ad illorum examinationem videndum; cùm depoſitio, & examinatio magis præiudicare poſſit quàm iuramentum. Opin. 966. numero 4. 93

Pars debet citari viſura iuramẽta teſtium productorum contra eam, non ſolùm in cauſis ordinarijs, ſed etiam in ſummarijs, in quibus proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, figura iudicij, & omni prorſus tela iudiciaria remota. ibi numero 5. ea.

Pars vbicunque citata non extet ad uidendum iurare teſtes, examen eſt nullum: ſanatur illud tamen ſi cum interrogatorijs ſunt examinati per commiſſionem. ibi num. 9. 94

3 Partes paciſcentes inter eas de ſtando dicto unius teſtis, non poſſunt recedere à tali pacto, & conuentione, etiam antequàm teſtis declararet, & deponeret eius uoluntatem. Quod limitatur ubicunque ſuperueniſſet iuſta cauſa iuramentum, & electionem reuocandi. Opin. 912. num. 4. 68

Partes poſſunt remittere iuramentum teſtibus. ibi numero 6. 69

Partes quando conſentirẽt in perſona tantùm teſtis, non autem in eius dicto, poſſunt opponere dicto eiuſdem teſtis. ibi num. 10. ea.

2 PARTICIPIVM de ſui natura non denotat, neque importat neceſſitatem, niſi ratione ſubiectæ materiæ, aut ubi oppoſitum fuit verbum eſt, aut ſunt. Opin. 586. num. 1. 131

2 PASCHALIS Turcanicus Aquilanus V.I.D. introduxit ius congrui in Ciuitate Aquilæ, laudatur. Opin. 381. poſt num. 2. verſ. Et dum eſſet. char. 324. & Opin. 832. poſt num. 38. verſ. Et cùm nequiuerim. char. 329. vbi inſeritur quæſtio eiuſdem ſatis utilis in materia ſimulationis, & pragmatica cenſualis prohibentis contra inſtrumentum annui cenſus nullam opponi poſſe exceptionem, præter ſolutionis &c.

1 Paſtor non tenetur ad emendam bouum combuſtorum in capanna ſua, receptorumque in ea nocturno tempore. Opi. 439. num. 5. 398

1 PATER, ſeu maritus licèt poſſint impunè adulteros occidere, tamen non poſſunt committere alteri licentiam propria authoritate occidendi adulteros. Opin. 33. num. 10. 27

Pater licentiam proprio filio committere poteſt occidendi adulteros propria authoritate. ibi num. 11. ea.

Pater, & filius eadem perſona reputantur. ibi numero 12. ea.

Pater, & filius pro una perſona tantùm ſoluunt tributũ unicuique perſonæ impoſitum; quia cenſentur una eademque perſona. ibi num. 13. ea.

Pater, & filius ſunt copulati nexu diuino. ibi num. 15. char. 28

Pater nomen, non ſolùm naturæ nomen apparet, ſed religionis etiam, & reuerentiæ. ibi num. 18. ea.

Pater dicitur ſuperior, cui filius obedire tenetur. ibi numero 20. ea.

1 Pater tanquàm legitimus adminiſtrator filij minoris carentis tutore, vel curatore, poteſt alienare bona aduentitia immobilia ipſius filij, in quibus habet uſumfructũ ſine decreto iudicis ob cauſam neceſſariam æris alieni. Opin. 42. num. 1. 39

1 Pater tenetur præſtare alimenta filio de iure naturali. Opin. 45. num. 1. 40

Pater poteſt denegare alimenta filio, ubicũque filius poſſet viuere à ſeipſo, & exprimitur num. 11. ibi numero 2. ea.

Pater non ſolùm tenetur alere filium, ſed etiam eius vxorem, & filios. quod declaratur. ibi num. 9. 41

1 Pater quando inſtitueret filium, & nepotem heredes, nõ intelligerentur pater, & filius inſtituti, ac vocati ſimul & eodem gradu: ſed hoc caſu filius primo gradu inſtitutus, & nepos ſubſtitutus videtur. & ſic alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadit affectio, vel ordo charitatis, ſemper intelligitur ordine ſucceſſiuo. Opin. 46. num. 2. 42

1 Pater verberans filium clericum non incidit in excommunicationem aliquam. Opin. 104. num. 12. 95

1 Pater ſtipulans rem emphyteoticam pro ſe, & ſuis filijs, ordine ſucceſſiuo ſtipulari cenſetur, & ſic durante uita patris, primò ad ipſum emphyteoſis ipſa ſpectat, & poſt eius mortem, ad eam filij, filiæq; admittuntur. Opin. 250. num. 1. 245

1 Pater in teſtamento poteſt feudum hęreditarium prælegare vni filiorum. Opin. 284. num. 2. 267

1 Pater, mortuo marito filię ſuę, non habet actionem ad dotem aduentitiam ipſius filię: quia ille dotis aliter adminiſtrator non eſt, & conſequenter ſoli filię exiſtenti in patria poteſtate, ad dotem repetendam actio ipſa conceditur; ſecùs eſt in dote profectitia promiſſa, & tradita à patre, vel eius contemplatione. Opin. 302. num. 14. 276

Pater generaliter filio donare permittens, non poteſt ex tali permiſſione cauſa mortis donare, niſi hoc ſpecialiter ei pater permitteret. ibi num. 41. 279

1 Pater neceſſariò tenetur filios inſtituere, vel exhæredare, & illis legitimam honorabili titulo inſtitutionis relinquere; aliàs teſtamentum non ualeret, vt ibi exactiſſimè diſcurritur. Opin. 305. num. 1. 284

1 Pater in teſtamento poteſt feudum prælegare uni filiorum, quando feudum eſt hęreditarium: quia in tali feudo nullus, niſi hęres, ſuccedere poteſt. Opin. 307. num. 4. 286

Pater poteſt in uita probare ingratitudinem filij, ac procurare examinationem teſtium ad futuram rei memoriam, ſuper tali ingratitudine. ſed hęc examinatio, & teſtium receptio debet fieri ritè, & rectè, exhęredato formiter citato. ibi num. 7. ea.

Pater non ſolùm exprimere, ſed etiam probare tenetur cauſas exhęredationis. vide in uerbo Exhęredationis.

Pater non tenetur dotare filiam, quæ peccauit in corpus ſuum. vide in verbo Filia.

1 Pater luxurioſè viuens poteſt filiam luxurioſè viuentem exhæredare. Opin. 308. num. 2. 287

1 Pater tenetur dare dotem filiæ iam nuptæ de eius conſenſu. Opin. 327. num. 1. 303

Pater non perdit vſumfructum, quem habere debet iure patriæ poteſtatis in bonis filij, qui matrimonium contraxit ſine eius conſenſu; ſecus ſi eius conſenſu. ibi num. 9. 304

1 Pater relinquens filiæ mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſterium, poterunt peti mille à monaſterio; & ea conditio tanquam turpis reijcitur. Opi. 329. num. 1. ea.

Limita niſi pater ipſe expreſſè declaret. ibi verſ. Sed interpretatur. char. 305

Limita etiam in alijs duobus caſibus remiſſiuè. ibi verſ. Limitatur etiam. ea.

1 Pater non imputat in ſuam portionem tempore diuiſionis dotem ab auo filiæ ſuæ præſtitam: et ſic dotata nepte ab auo, pater ipſius poſt mortem aui non tenetur in partem ſuam imputare. Opin. 338. num. 3. 310

1 Pater licèt filijs primi gradus Trebellianicam prohibere non poſſit, tamen hoc habet locum, quando vna quarta detrahi poſſet, ut quia purè fuiſſet grauatus filius per fideicommiſſum; ſecùs verò quando duas quartas detrahere poſſet, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione, uel in diem: iſto enim caſu pater poſſet prohibere Trebellianicam, & filius haberet ſolummodò legitimam, ſecundùm vnam communem opinionem: ſed ſecundùm alteram ſententiam contrariam ſimiliter communem, pater non poteſt prohibere Trebellianicam ipſam. Opin. 358. nu. 4. 331

2 Pater in uita ſua poteſt legitimari facere filium naturalē abſque alicuius citatione; etiam quò ad feuda, in præiudicium agnatorum. Opi. 454. num. 1. 6

2 Pater de iure communi non tenetur ad pœnam ratione legitimæ pro filio condemnato ex delicto. Opin. 455. num. 8. 8

2 Pater à filio inſtitutus, & grauatus reſtituere ſub conditione, fructus non lucratur ex toto, ſed in Trebellianicam tanquam extraneus hæres imputare debet. Opin. 459. num. 5. 10

2 Pater non poteſt diſponere in teſtamento ſuos filios ſtare, ſeu uiuere in communione paterna: quia nec quis cogitur ſtare in communione perpetua, etiam ſi iuraſſet. Opin. 460. num. 2. 11

Pater licèt non poſſit grauamen imponere legitimæ filij, tamen poteſt prohibere eius alienationem vſque ad certum tempus; cùm talis prohibitio contineat fauorem liberorum, ibi num. 3. ea.

Pater prohibens alienationem ſimpliciter, tunc bona poſſent alienari uſque ad integram legitimam: & ſic ſimplex prohibitio alienationis quantum ad legitimā nihil operatur. ibi num. 4. 12

2 Pater, & mater ſimul ſe obligantes pro dote communis filiæ, adhuc non uidetur mater animo donandi ſe obligaſſe, ſed intercedendi pro uiro, & repetendi. Opin. 484. num. 9. 35

Pater licèt promittat dotem filiæ de bonis paternis & maternis; nihilominus filia poteſt conſequi dotem integram de bonis patris, & petere bona materna. quod explanatur. Opin. 484. num. 8. & 13. ea.

Pater tenetur de bonis ſuis proprijs dotare filiam. ibi num. 15. 36

2 Pater tranſiens ad ſecunda uota non remouetur à tutela filiorum ſuorum. Opin. 535. num. 8. 87

2 Pater tenetur dare dotem, aut alimenta filiæ, ac filijs diuitibus & habentibus vnde ſe alere, & dotare queāt, ſecundum cōmunem opinionem; licèt magna catherua Doctorum contrariam ſententiam amplectatur. Opin. 587. num. 1. 131

Pater vt tenetur filiam nuptam dotare: ita filiam etiam monaſterium ac religionem ingreſſam. ibi numero 2. ea.

2 Pater tenetur iure actionis dotare filiam, ſecundùm communem opinionem: licèt altera ſententia contraria appareat ſimiliter communis. uidelicet, quòd pater iudicis officio cogatur dotare filiam. Opin. 588. numero 1. 131

2 Pater acquirens, ſtipulans, paciſcens, emenſq; rem pro ſe, ſuiſq; filijs, & hæredibus, non uidetur ſimul acquirere, ſed ordine ſucceſſiuo; & conſequenter poſt mortem patris admittuntur filij in poteſtate: quia in dubio pater paciſcendo ſibi & filijs, cenſetur illis vt hæredibus paciſci. Opin. 589. num. 1. 132

Pater licèt ſemper videatur ſtipulari filijs vt hæredibus; tamen hoc non procedit ſi pater emphyteoſim pro ſe & filijs ſuis acquireret, non tanquàm hæredibus, ſed uti filijs acquiſiuiſſe uideretur, & pro uirilibus, non autem hæreditarijs portionibus admitterentur. ibi num. 2. ea.

2 Pater prius condito teſtamento filio impuberi, non poteſt in codicillis directam pupillarem ſubſtitutionem facere, ſed per fideicommiſſum ſubſtituere poteſt. Opin. 590. num. 1. 133

2 Pater filiæ ſuæ nubenti impari, & indigno ſine eius conſenſu, non tenetur dare dotem ſeù legitimam: quia iſta eſt iuſta cauſa exhæredationis, & denegandi dotem. Opin. 591. num. 1. 133

2 Pater in teſtamento ſuo diuidens omnia bona, uel maiorem partem inter filios, eo caſu, appellatione hæreditatis venirēt etiam prælegata: quia talia prælegata ſuccedunt in locum portionis hæreditariæ. Opin. 592. num. 1. 133

2 Pater procuratorem poteſt conſtituere abſque conſenſu filij in aduentitijs ante litem conteſtatam. Opin. 593. num. 1. 134

2 Pater in bonis maternis, & quò ad proprietatem bonorum aduentitiorum agere non poteſt citrà conſenſum filij, dummodò non infans, & abſens ſit, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſecernatur, uidelicèt, quòd pater habeat ius agendi, & defendendi ſine filij conſenſu in bonis aduentitijs, & proprietate bonorum. Opi. 594. num. 1. 134

Pater agere poteſt in aduentitijs citrà conſenſum filij, vbicunque filius requiſitus ſit, & conſenſum patri in tali caſu præſtare nollet, dūmodò non adſit & urgeat iuſta cauſa contradicendi. ibi num. 2. ea.

Pater tanquàm legitimus adminiſtrator poteſt agere & defendere filium ſine conſeſu ipſius filij, quò ad vſumfructum bonorum aduentitiorum: in alijs autem bonis, in quibus non habet vſumfructum pater ipſe, non eſt legitimus adminiſtrator. ibi num. 3. ea.

Pater agens ad aduentitia ſine filio, tenetur cauere de rato reſpectu proprietatis. ibi num. 4. ea.

2 Pater, & filius confitentes in eodem inſtrumento recepiſſe dotem; unuſquiſque tunc tenetur pro dimidia; & ſic ad quemlibet pro dimidia præſens dos intelligitur perueniſſe, & quilibet ipſorum pro rata tenetur. Opi. 595. num. 1. 134

2 Pater poteſt vendere filium vel pignori dare etiam inuitum propter neceſſitatem, & oppreſſionem famis. Opin. 596. num. 1. 135

Pater non poteſt uendere filium presbyterum ob oppreſſionem, ac neceſſitatem famis. ibi num. 2. ea.

Pater filium uẽditum per eum ex neceſſitate famis, perueniens ad pinguiorem fortunam, cogitur illum redimere. ibi num. 3. ea.

Pater captiuus non poteſt dare in obſidem eius filium in locum ſui ipſius. ibi num. 4. ea.

2 Pater ſi quid legat filiæ, cenſetur etiam eo nomine non expreſſo pro dote legare. quod limitatur in fine duobus modis. Opin. 597. num. 1. 136

Pater legans filiæ, & eius vita durante ei dotem tradẽs: dos ipſa tunc abſque dubio imputatur in legatum. ibi num. 2. ea.

2 Pater dotans filiam, ac ſtipulans ei dotem profectitiam reddi, ipſi filiæ ſine filijs decedenti omnibus excluſis ſuccedit: nec non in alijs bonis ex linea paterna, uidelicet ab auo, auiaque paternà prouenientibus. Nam in bonis à linea materna quæſitis pater ipſe præferendus eſt omnibus in ſucceſſione ab inteſtato. Opi. 598. num. 1. 136

2 Pater, & filius hodie in aduentitijs inter ſe efficaciter obligantur. Opin. 599. num. 1. 136

2 Pater habens filios, ingrediens religionem, non perdit vſumfructum aduẽtitiorum, & maternorum, ſed acquirit illum monaſterio pro toto tempore vitæ ſuæ, ſecundùm unam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, videlicet, ipſum vſumfructum ſtatim reuerti ad filium. Opin. 600. num. 1. 137

2 Pater vſumfructum bonorum, quem in filij ſui bonis habet, non predit per monachiſmum, vel clericatum. Opin. 601. num. 1. 137

2 Pater iure hodierno eſt legitimus adminiſtrator in dote profectitia filiæ: licèt cùm ea nullam communionem habeat: & ipſi patri in huiuſmodi dote quaritur vſusfructus. Opin. 602. num. 1. 137

Pater habens duodecim filios excuſatur tam à muneribus perſonalibus, ſeu collectis quibuſcunque, quem etiam à patrimonialibus: nec perdit conſecutam immunitatem, etiam ſi poſt aliquis ex duodecim moriatur. Opin. 603. num. 1. 137

Pater habens duodecim filios non excuſatur à contribuendo in refectione murorum. ibi num. 2. 138

Pater duodecim habens filios tenetur contribuere in ſubſidijs regijs non obſtante immunitate conſecuta ex ipſis filijs. ibi num. 3. ea.

2 Pater habet vſumfructum in omnibus bonis aduentitijs filij eo viuente; ſcilicet in quæſitis per filium tempore emancipationis; ſecùs in poſtea quærendis, in quibus nullum vſumfructum habet: nec in illis pater poteſt ſibi reſeruare vſumfructum. Opin. 604. numero 1. 138

2 Pater naturalis tenetur dũtaxat alere filiam, non autem dotare. quod procedit de iure canonico, & ciuili, & ſeruatur ubique, & explicatur, & num. 2. Opi. 605. num. 1. 138

Pater naturalis poteſt dotare filiam ſuam naturalem, ſi vult. ibi num. 2. ea.

2 Pater interueniens, ſeu promittẽs quouis modo pro filio, non poteſt petere prius excuti filium principalem, ſed ipſe pater tenetur ſoluere vtì principalis. Opin. 606. num. 1. 139

2 Pater poteſt remittere iniuriam factam filio, etiam ex lege Cornelia deſcendentem, eo inuito, nec alius amplius agere poteſt. Opin. 607. num. 1. 139

2 Pater percipiendo fructus beneficiorum filij clerici, tenetur ad reſtitutionem eorum ſi extant, ſi uerò non extant, cogitur ad pretium eorundem fructuum: quia tales fructus ſunt peculium quaſi caſtrenſe filij, in quo patri nullum ius competit. Opin. 610. numero 6. char. 142

Pater præſtans filio clerico alimenta, dum percipit fructus beneficiorum ipſius filij, alimenta præſtita poteſt repetere, & compenſare in fructibus antedictis beneficiorum. ibi num. 7. ea.

Pater filio clerico, qui viuere poteſt ex fructibus beneficiorum, non tenetur præſtare alimenta. ibi numero 8. ea.

2 Pater in Regno Neapolitano carens bonis ſufficientibus ad dotem competentem, poteſt dare feudum in dotem filiæ ſuę. Opin. 666. num. 5. 177

2 Pater de iure communi, ſtante condemnatione filij ad pœnam pecuniariam, non tenetur ad pœnam ipſam ratione legitimæ: quia filius non habet ius in legitima viuente patre. Opin. 771. num. 2. 264

Pater punitur ob crimen læſæ maieſtatis commiſſum per filium. ibi num. 6. 265

Pater ſoluens pro redemptione filij legitimam fiſco, ex forma ſtatuti ipſum obligantis, non cogeretur illam in teſtamento relinquere: nec per conſequens tenetur ad aſſignandam aliam; ſecùs ſi uoluntariè. ibi numero 15. ea.

Pater ſoluens condemnationem pro delicto filij, præſumitur in dubio ſoluere de bonis filij, & non de ſuis, quotieſcunque habet bona aduentitia, & materna; & illud computabitur in partem ipſi filio. ibi numero 16. ea.

2 Pater non obligatur ex contractibus filij celebratis extra territorium, ſtante ſtatuto Florentino, quòd pater obligetur, & teneatur ex contractibus filij. Opin. 797. num. 3. 280

2 Pater tenetur neceſſariò vocare filiam in ſuo teſtamento, vel eius filios; etiam ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ excludantur. Opin. 812. numero 27. 295

Pater

2 Pater fraudans filium ſua legitima mortaliter peccat. Opin. 832. num. 23. 327
Pater aſſignãs aliqua bona præcipua alicui ex filijs ſuis, pro exoneratione propria conſcientiæ, quæ ille ex ſuis laboribus, & induſtria acquiſiuerit, religioſè agit, & alij filij conqueri non poſſunt, prætendendo deminutionem eorum legitimæ. ibi num. 36. 328
2 Pater ſtipulans lucrum dotis ex forma ſtatuti pro ſe, & filio, videtur donare ipſi filio. Opin. 833. num. 3. char. 334
Pater non tenetur dare in dotem tantum uni filiæ quantum alteri. ibi num. 17. 335
Pater poteſt tacitè, & expreſſè reuocare ius quæſitum filio, uendendo vel relinquendo alteri, ſecundùm vnã opinionem: licèt altera ſententia contraria, videlicèt quòd pater feudum ſeu emphyteoſim recepta pro ſe & filijs non poſſit vni ex ipſis filijs prælegare, communis extet. ibi num. 19. ea.
2 Pater filijs in ſua poteſtate conſtitutis pupillariter ſubſtituere poteſt. Opin. 864. num. 17. 402
Pater hæreticus non poteſt pupillariter ſubſtituere filijs ſuis. ibi num. 18. ea.
Pater Iudæus filijs ſuis pupillariter ſubſtituere non ualet. ibi num. 19. ea.
Pater turpis perſona filijs ſuis pupillariter ſubſtituere non poteſt. ibi num. 20. ea.
3 Pater loqui non ualens, ſi inſtitueret filium in ſuo teſtamento mediante nutu ipſo, non ualeret tale teſtamentum modo aliquo. Opin. 880. num. 3. 6
3 Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, nec filius in cauſa patris. Opin. 954. num. 1. 80
Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, etiam emancipati. ibi num. 2. ea.
Pater teſtificari poteſt pro filia in cauſa religionis. ibi num. 3. ea.
Pater, & mater poteſt teſtificari, cùm quæritur de ætate vel genere aut cognatione filij. ibi num. 4. ea. & Opin. 994. num. 1. 116
Pater & mater poteſt eſſe teſtis cùm quæritur vtrum matrimonium poſſit eſſe cum eis vel non propter conſanguinitatem vel affinitatem. ibi num. 5. 80
Pater & mater ſponſæ non admittuntur in teſtes in fauorem matrimonij, vbi agitur an matrimonium fuerit contractum vel non, ſponſa aſſerente fore contractum, & ſponſo hoc negante, & præſertim ſi ſponſus eſſet ditior, nobilior, potentior, vel honorabilior; imò ſi eſſent pares, pater & mater videntur ſuſpecti. ibi num. 6. ea.
Pater aut mater in cauſa matrimoniali an admittantur in teſtes pro liberis atque ſuſpecti ſint pro eis, relinquitur arbitrio iudicis, qui diligenter inſpicere debet, an adhibenda ſit fides patri vel matri circa hoc. ibi num. 7. ea.
Pater teſtificatur pro filio in cauſa ſtatus. ibi num. 8. char. 81
Pater admittitur teſtis in teſtamento militis, & ſi filius teſtetur de caſtrenſi, vel quaſi, & in alijs contractibus. ibi num. 9. & 11. in fine ea.
Pater contra filium, & econtrà admittitur teſtis, vbicunque accedit conſenſus eius, contra quem deponere poſſent huiuſmodi teſtes. ibi num. 11. ea.
Pater in cauſa filij procuratoris repellitur à teſtimonio. ibi num. 22. ea.
3 Pater ſpiritualis non repellitur à teſtimonio in cauſa filij ſui ſpiritualis. Opin. 976. num. 1. 101
Pater ſpiritualis, licèt eſſe poſſit teſtis in cauſa filij ſui ſpiritualis: tamen non foret teſtis idoneus, & omni exceptione maior, vt ei plena fides adhibeatur: & ideò quanta fides ipſi teſti ſit adhibenda, relinquitur arbitrio iudicis. ibi num. 2. 102
3 Pater & mater in cauſa matrimoniali & coniugali ad teſtimonium admittuntur. Idem in ſorore & alijs cognatis: arbitrio tamen iudicis debet perpendi quanta fides ſit ipſis adhibenda. Opin. 993. num. 3. 116
3 Pater & mater admittuntur ad probandum ætatem filiorum, non ut ex hoc plenè vel ſemiplenè probent, ſed vt faciant aliqualem præſumptionem & inſtructionem iudici. Opin. 994. num. 1. 116
Pater in cauſa filiæ teſtis eſſe non poteſt ad fauorem filię. ibi num. 2. ea.
1 PATRIS iuſſus excuſat filium à periurio. Opi. 33. num. 21. 28
Patris iuſſis honeſtis obſequendum eſt, turpibus verò nequaquàm. ibi num. 23. ea.
Patris ſola præſentia non cauſat iuſtum metum ad reſcindendum contractum, vel matrimoniũ carnale, vel ſpirituale filiæ. vide in uerbo Metum.
2 Patris confeſſioni etiam cum iuramento non ſtatur in præiudicium legitimæ filiæ. Opin. 832. num. 31. char. 328
Patris confeſſio alienantis bona ſuper receptione pretij non præiudicat filijs, cùm neceſſaria ſit uera, actualis, & realis pecunię & pretij numeratio. ibi numero 32. ea.
Patris confeſſioni de debito ſimpliciter factæ non præiudicat filio quò ad minuendam legitimam. ibi numero 33. ea.
3 Patri vel matris ſcriptura magis probat ſuper ætate filiorum, quàm eorum viua uox. Opin. 994. numero 3. 116
1 Patri in bonis clericis ſui filij (quæ reputantur quaſi caſtrenſia peculia) nihil quæritur, ſiue quæſita ſint intuitu eccleſiæ, ſiue non, aut ante clericatum aut poſt. Opin. 303. num. 10. 281
2 Patrem hortatur lex quantum poteſt ad ſeruandam æqualitatem inter filios: quia pater non debet vnum filium legitimum facere, & alterum priuignum. Opi. 833. num. 12. 335
2 PATIENTIA poſſeſſionis rei ſuæ duplex eſt. Opin. 278. num. 12. 264
Patientia ſola non ſufficit ad præſumendum dotem. ibi num. 13. ea.
2 PATRIAM expugnans, committit crimen læſæ maieſtatis. Opin. 822. num. 5. 314
2 PATROCLVM puerum ac minorem legitur exilio punitum, cùm aleæ ludo ſodalem puerum occidiſſet. Opin. 469. num. 7. 21
1 PATRONVS ante quàm leget in ſuo teſtamento ius patronatus laico, debet impetrare cõſensũ epiſcopi legãdi, ad hoc vt ualeat legatũ. Opi. 217. nu. 6. 224

Patronus

2 Patronus etiam dici poteſt is, qui reperitur in quaſi poſſeſſione præſentationis, ac etiam ex vnica præſentatione vltima: & dicta quaſi poſſeſſio acquiritur ex tribus, vt explicatur in fine. Opin. 608. num. 4. char. 140

2 Patroni dicuntur non ſolùm qui fundant, conſtruunt, vel dotant, ſed etiam qui præſcripſerunt iuspatronatus. Opin. 608. num. 1. 140

2 Patruus dotans neptem, & non ſtipulans dotem ſibi reſtitui debere, non præſumitur ob hoc animo donandi illam dotaſſe. Opin. 484. num. 3. 35

2 Patruus uigore ſtatuti excludẽtis ſororem, non excludit amitam, licèt ea remotior ſit, ex quo ſi ſtatutũ hoc voluiſſet, expreſſiſſet. Opin. 6[illegible]9. num. 24. 418

3 Patruus pro nepote contra alium nepotem teſtis admittitur, & ſimiliter conſobrinus pro conſobrino, & ſic de ſingulis. Opin. 960. num. 13. 87

1 Paupertas eſt iuſta cauſa in inſtantia appellationis concedendi biennium, quod ipſo iure conceſſum intelligitur, non tamen concedendi tertium fatale, quod non concederetur ipſo iure, ſed ope reſtitutionis in integrum. Opin. 376. num. 24. 348

2 Paupertas, vel diuitiæ quando ſunt fundamenta agentium; tenentur fundantes ſe in eis illas probare tanquàm cauſas eorum intentionis. Opin. 609. numero 1. 141

Paupertas probatur ſufficienter per duos teſtes, ad finem & effectum, vt expenſæ reſeruentur in fine litis. ibi num. 2. ea.

Paupertas probatur per uicinos. ibi num. 3. ea.

Paupertas probatur per famam publicam, vbi agitur de paruo præiudicio; ſecùs de magno: tunc enim hoc remittitur arbitrio iudicis. ibi num 4. ea.

2 Paupertas quomodo diffiniatur. Opin. 850. num. 10. char. 381

1 PAVPER dicitur frater, pater, auus, & mater, ad hoc vt non teneãtur dotare filiam, & ſororem, quando deducta dote, commodè ſecundùm eorum qualitatem & dignitatem viuere non poſſent ex bonis quæ ſupereſſent. Opin. 337. num. 3. 309

3 Pauper ob ſolam paupertatem in ciuilibus non repellitur à teſtimonio. Opin. 988. num. 1. 112

Pauper non eſt teſtis omni exceptione maior. ibi numero 2. ea.

Pauper non poteſt iurare in ſupplementum probationis; nec vigore ſtatuti diſponentis credi debere iuramento damnum paſſi vel creditoris, vel alterius. ibi numero 3. ea.

Pauper ille dicitur, qui non habet vltra quinquaginta aureos in bonis: & hoc intelligitur de ijs aureis, quorum ſeptuaginta duo faciunt libram auri. ibi numero 4. ea.

Pauper ille dicitur, qui non habet in bonis quantum eſt cauſa de qua agitur. ibi num. 5. ea.

Pauper quis ſit, relinquitur arbitrio iudicis, qui debet conſiderare qualitatem perſonarum, conſuetudinem loci, & aliàs circumſtantias. ibi num. 6. ea.

Pauper in cauſa criminali nullo modo teſtis admittitur. ibi num. 7. 113

Pauper poteſt eſſe teſtis in cauſa matrimoniali, vbicumque eſſet honeſta perſona tempore ſuæ depoſitionis. ibi num. 8. ea.

2 Pauperes non facilè ad dignitates eliguntur. Opi. 850. num. 9. 381

1 PAX ſeu treuga ob incertitudinem rupta dici non debet, vbi non apparet quis fuerit aggreſſor. Opin. 84. num. 4. 73

2 Pax adeo grande bonum eſt, ut in rebus humanis nil glorioſius, delectabilius, aut utilius audiri, concupiſci, poſſiderique ſoleat; imò pro pace, mala etiam toleranda ſunt. Opin. 564. num. 3. 114

2 Pax ſufficit, quòd à maiori parte hæredum habeatur: quæ maior pars intelligitur, ſecundùm communem opinionem, reſpectu vnciarum; in quo ſi ſunt pares pro numero; & ſi in hoc etiam pares ſunt, attenditur dignitas perſonarũ: & cæteris paribus, parti remittenti ſtatur. Opin. 565. num. 1. 115

2 Pax ex noua cauſa ſuperueniente non cenſetur rupta. Opin. 566. num. 1. 115

Pax non rumpitur etiam ſi noua cauſa ſuperueniens iniuſta ſit, & friuola. ibi num. 3. 116

Pax adulterio ſeu furto non rumpitur. ibi num. 5. ea.

Quod limitatur ibi dupliciter. verſ. Sed idem. & uerſ. Et limitat quoque primò videlicet, ubicunque aliquo ſigno, veſtigio, ſeu coniectura colligi poſſet, adulterium ipſum vel furtum cõmiſſum eſſe non animo explendæ luxuriæ aut lucri propoſito, ſed principaliter offendendi & occaſione vlciſcendi. 2. Vbi pax ſequuta foret à principio ex actibus laſciuis, libidinoſis. & impudicis. ea.

2 Pax vel treuga fracta, & rupta ab vna parte, terminis ſic ſtantibus, non poteſt rumpi ab altera parte ſine pœna, & incurſione illius, ſecundùm unam opinionẽ: licèt altera ſententia contraria communis ſit, & obſeruanda. Opin. 567. num. 1. 117

2 Pax ſub pacto, & conditione inita, quòd delinquens intra certum tempus, vel abſque paciſcentis, vel alterius extranei licentia ad patriam redire non poſſit, non ualet, etiam ſi iuramento vallatum ſit. Opin. 574. numero 14. 123

2 Pax ſeu remiſſio hodie in Regno debet neceſſariò obtineri ab omnibus offenſis, qui accuſare poſſunt. Opi. 607. num. 3. 139

Pacis contractus, vide in verbo Contractus.

2 Pacem haberi à minore an ſufficiat abſque decreto iudicis? Opin. 564. num. 6. 115

PECCATOR vocatur cæcus. Opin. 971. numero 4. 98

3 Peccator nocentior eſt quàm beſtia: & conſequenter homo iniuſtus deterior eſt beſtia ipſa decies millies. ibi num. 5. ea.

3 Peccator in quantum peccator eſt, non eſt diligendus, ſed in quantum eſt homo, diligendus eſt propter Deũ. Opin. 1050. num. 5. 160

3 Peccatorem diabolus catena detinet ligatum tanquam captiuum, & ſeruum. Opin. 971. num. 11. 99

2 Peccatores legem ciuilem odio habent. Opin. 832. numero 21. 327

3 Peccatores differentes conuerſionem, & pœnitentiam, videntur conſtituti in maximo animæ diſcrimine,

cùm

ciũ de centum millibus eorum, vnus vix diuinam indulgentiam obtineat. Opin. 971. num. 12. 99

2 Peccare mortaliter videtur proſequens odio, & rancore inimicum ſuum, & recuſans atque impediens illum redire ad patriam. Opin. 574. num. 9. 123

1 PECCANS mortaliter dum eſt ſanæ mentis, ſi poſtea efficiatur furioſus, & moriatur in furore, dicitur mori in peccato mortali. Opi. 344. num. 7. 318

2 Peccat mortaliter contraueniens prohibitioni legis, etiã ciuilis. Opin. 832. num. 11. 327

Peccat mortaliter non ſolùm pater fraudans filium legitima, ſed etiam dans ei conſilium fraudandi talem legitimam. ibi num. 24. ea.

1 PECCATVM mortale eſt, quando prætermittitur illud, quod eſt de neceſſitate ſalutis, ſiue ſit actus, ſiue circumſtantia. Opin. 30. num. 22. 24

1 Peccatum incurreret non repellens iniuriam à proximo ſi poſſet. Opin. 90. num. 2. 159

2 Peccatum mortale eſt omnis coitus, præter quàm cum vxore: & tenere, ſeu firmare contrarium, hæreticũ eſſet. Opin. 315. num. 4. 294

1 Peccatum eſt, quando Doctores excellentes ſunt in diuerſis opinionibus, uni ex eis magis, quàm alij adhærere. Opi. 398. num. 34. 365

Peccatum euitatur per iudices in iudicando, in caſu ubi opiniones complurium Doctorum reperiuntur, tribus conſideratis qualitatibus, & obſeruatis per eos, poſitis hic: licèt nemo ſit, nec eſſe poſſit in periculo mortalis culpæ, niſi periculo contra conſcientiam ſe exponat. ibi num. 36. ea.

Peccatum mortale non eſt abuſus vxoris in ſupergrediendo virum ſuum in coeundo. vide in verbo Vxoris.

3 Peccatum excæcat intellectum practicum, non autem ſpeculatiuum: & ſic peccator vocatur cæcus. Opin. 971. num. 4. 98

Peccatum vnum ſolummodò continet in ſe plura alia peccata. ibi num. 6. ea.

Peccatum quodlibet non repellit teſtem à teſtificando. ibi num. 7. ea.

Peccatum mortale ſaltem tranſitorium, teſtem non repellit a teſtimonio. ibi num. 8. 99

Peccatum, quod pœnitentia non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit. ibi num. 10. ea.

2 PECVLIVM quaſi caſtrenſe dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magiſtri liberalium artium de publico acquirunt. Opin. 610. num. 1. 142

Vide in verbo Aduocati, in verbo Aſſeſſores, in verbo Clerici.

2 PECVNIA poſita in montibus inter mobilia bona connumeratur. Opin. 683. num. 3. 189

Pecunia emptioni prædiorum deſtinata, dicitur mobilis, & inter bona mobilia computatur. ibi num. 4. ea.

Pecunia uenit in legato mobilium. ibi num. 5. ea.

2 Pecuniæ, ſeu monetæ valor præſumitur talis fuiſſe medio tempore, qualis antea vel poſtea fuiſſe inuenitur. Opin. 516. num. 35. 61

1 PENSIO reſeruata ſuper fructibus non valet, licèt diceret, fructibus, iuribus, & obuentibus. Opin. 194. num. 4. 161

1 Penſionarius licèt percipiat penſionem, non tenetur dicere officium. Opin. 109. num 3. 99

1 Penſionarij poſſunt viuere de penſionibus eccleſiaſticis, & retinere propria bona. Opin. 100. num. 2. 90

1 PERCVSSVS ab inſultante, ſi ex interuallo, ſe datoq; tumultu inſultum feciſſet in vulnerantem, videtur ſe animo vindicandi non autem defendendi percuſſiſſe. Opin. 189. num. 10. 158

1 PERCVTIENS clericum ſeu lædens, in excommunicationem incidit, etiam nullo interueniente vulnere in percuſſione ipſa, & incidit in c. ſi quis ſuadente diabolo, & tenetur Romam accedere pro impetranda abſolutione à tali excommunicatione. Opin. 104. num. 1. 94

Vide in verbo Clericus. Clericum. Epiſcopus. Epiſcopum. & Cardinalem.

2 PEREGRINI poſſunt teſtari non ſeruata ſolennitate iuris ciuilis. Opin. 803. num. 10. 283

1 PEREMPTIO inſtantiæ eſt introducta ob bonum, & fauorem publicum, ne lites fiant immortales. Opin. 376. num. 3. 347

1 Peremptioni inſtantiæ etiam cum iuramento renunciari non poteſt. Opin. 376. num. 4. 347

2 Periculum amans, peribit in eo. Opin. 693. nu. 3. 197

1 PERITI, qui quotidie aſſumuntur in cauſarum diffinitionibus, vt ſecundùm artis peritiam proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur. Opin. 412. num. 3. 378

1 PERIVRVS non dicitur intentans, & utens præuentione. Opin. 425. num. 9. 390

3 Periurus vel infamis teſtis eſſe non poteſt contra alium infamem, vel periurum: nec etiam admittitur ad iurandum in litem, nec in ſupplementum probationis. Opin. 958. num. 1. 83

Periurus etiam abſolutus à periurio non eſt idoneus teſtis in aliqua cauſa. ibi num. 6. ea.

Periurus poteſt habilitari à Pontifice, vt ualeat ferre teſtimonium. ibi num. 7. ea.

Periurus uel infamis dici non poteſt periurans ſine dolo, & ex inaduertentia. Itidem minimè periurus dicitur iurans ſoluere ad tempus, & non ualeat poſtmodùm ſoluere debito tempore. ibi num. 9. ea.

3 Periuri probant contra hæreticos, & ſic eorũ teſtimoniũ admittitur in negocio hæreſis. Opi. 958. nu. 8. 83

Periuri non ſunt qui ex iuſta cauſa iuramentum non ſeruant: & ſic periurium non eſſet iſto caſu modo aliquo puniendum, cùm periurans ſatis Deum habeat ultorem. ibi num. 10. ea.

1 PERMVTATIO eſt contractus innominatus. Opin. 164. num. 3. 143

2 Permutatio beneficij eccleſiaſtici exiſtentis de iurepatronatus laicorum facta abſque conſenſu patronorum, & eis non vocatis, non eſt ipſo iure nulla, ſed ualet: licèt poſtea annullari poſſit agentibus ipſis patronis ſuper contemptu infra quatuor menſes: ſecundùm unam communem opinionem, licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis appareat, quòd permutatio ipſa ſit ipſo iure nulla. Opin. 614. num. 1. 144

Permutatio beneficiorum ex patronis laicis facta in curia Romana nullatenus ualet, non facta mentione patronatus. ibi num. 3. ea.

Permu

3 Permutatio beneficiorum non reſcinditur intuitu læſionis vltra dimidium redituum beneficiorum. Opin. 1047. num. 21. 158

1 PERSONA qualibet priuilegiata habens fori electionem poteſt perorreſcentiam probare in foro, & iudice electo, in quacunque parte iudicij, etiam poſt ſententiam in ſecunda inſtantia ſolo iuramento, & acta, quæ præceſſerunt eiuſmodi iuramentum valent: & in eo capite, in quo iuratum eſt, quicquid eſt, relinquitur conſcientiæ iurantis: & aduerſarius poſt eiuſmodi iuramentum non auditur, ſi vult oſtendere, & de contrario docere. Opin. 368. num. 6. 339

3 Perſona qualibet in dignitate conſtituta, vocata in teſtem, etiam ſi vellet accedere ad iudicem, eius teſtimonium proferendi gratia, non poteſt renunciare priuilegio l. ad egregias. ff. de iureiur. Opin. 928. numero 13. 55

1 Perſonæ aliquæ prohibitæ videntur ab honoribus & à participatione bonorum communalium vniuerſitatum de iure ſcripto. Opin. 203. num. 13. 176

3 Perſonæ in ſacris conſtitutæ, veluti Cardinales, Epiſcopi, & Clerici, & aliæ quælibet, non iurant tactis ſcripturis, ſed eis productis, manu tacto pectore iurare conſueuere. Opin. 931. num. 14. 60

3 Perſonæ viles, & infames non probant vllo modo, ſi ſine tormentis, & quæſtionibus deponerent. Opin. 969. num. 4. 97

3 PETITIO quomodò formari debeat, & quid continere in caſu enormis læſionis, in caſu venditionis. Opi. 1047. num. 20. 158

2 PIGNVS pratorium, quod in contumaciam rei non comparentis capitur, infra quantum tempus vendi poſſit, relinquitur iudicis arbitrio, cùm non reperiatur in iure ſtatutum tempus quando vendi debeat. Opin. 615. num. 1. 145

Pignus prætorium illud dicitur, quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto, ſequuta tamen immiſſione. ibi num. 2. ea.

Pignus prætorium non conſtituitur nudo verbo iudicis, ſed requiritur immiſſio in poſſeſſionem; niſi quando caſu, vel facto potentioris fieri nequeat. ibi nu. 3. ea.

2 Pignus conuentionale creditor poteſt vēdere elapſo biennio à tempore moræ debitoris, niſi aliud conuentum ſit inter partes. Opin. 616. num. 1. 145

Pignus conuentionale conſtituitur inter abſentes, & de nocte, & multis alijs modis: & contrahitur etiam quibuſcunque verbis, & ſine ſcriptura. ibi num. 3. char. 146

2 Pignoris conuentionalis, & prætorij ponuntur decem differentiæ, remiſſiuè. Opin. 616. num. 2. 145

2 PILAE exercitium plurimum confert ad ſanitatem, ſeruatis aliquibus conditionibus. Opin. 467. num. 8. char. 16

Pilæ ſeu ſcachorum ludo quæſita non ſunt reſtituenda, vide in verbo Quæſita.

Pilæ ludo optimè luſiſſe fertur Scæuolam, Mecenatem. Dionyſium Siracuſanum, Alex. Magnū, Scipionem, Lico. Philoſophum & Cæſarem. vide in verbo Ludo.

1 PINARIVS laudatur, & eius laudes, & ſubtilitates aliquæ narrantur. Opin. 112. num. 5. 102

2 PISO adeò iracundus, & crudelis tyrannus fuit, vt ob innocentiam vnius hominis, tres homines innocentiſſimos iuſſit occidi, & neci tradi. Opin. 638. numero 2. 160

3 PISCARI licet in loco alieno. Opi. 1010. nu. 5. 127

Piſcari, & venari ſubditis ſuis non poſſunt prohibere præſides, barones, & alij ſimiles domini. ibi nu. 6. ea.

3 PLVRALITAS nominum non præſumitur. Opi. 870. num. 12. 2

1 POENA pacis ruptæ non acquiritur complicibus, & ſequacibus abſentibus, pro quibus fuerit pax facta, niſi illorum ſequuta ratificatione: & ſi vnum interim ex ijs fuerit offenſus, agere non poſſet ad pœnam ipſam. Opin. 211. num. 3. 216

Pœna promiſſa in inſtrumento pacis, vt pro parte acquiratur parti offenſæ, & pro altera fiſco: tunc fiſcus agere non poſſet, niſi notarius ſtipulatus eſſet fiſci nomine. ibi num. 6. ea.

1 Pœna non modica eſt inter homines eſſe, & hominum carere conſortio. Opin. 263. num. 7. 255

1 Pœna quadrupli in foro poli contra fures non eſt permiſſa. Opin. 347. num. 4. 321

1 Pœna l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, procedit etiam contra mulieres. Opin. 366. num. 8. 337

Pœna mortis poteſt à iudice pupillo committenti homicidium commutari. vide in verbo Pupillo.

2 Pœna capitalis iniuncta per l. 2. C. de falſa moneta, pro falſificatione monetæ, digna deportationis eſt. Opin. 519. num. 3. 72

2 Pœna committitur ſemel tantùm regulariter, etiam quòd offendens ſemel offenderet iterum; niſi dictum ſit in promiſſione ſeruandę pacis, vel in compromiſſo, quòd toties pœna committatur, quoties fuerit contrafactum. Opin 612. num. 1. 143

Pœna promiſſa in contractu cum clauſula, toties, quoties, verificatur in bina contrafactione, vel bis ſolummodò pœna ipſa exigatur ſi contrafieret. ibi num. 2. ea.

Pœna adiecta in promiſſione, ſeu contractu, committitur ex ſola facti contrauentione, vel contradictione, licet contrauentio, vel contradictio non habuerit effectum. ibi num. 3. ea.

Pœna legalis peti poteſt etiam in eo, quod excedit damnum, & intereſſe. ibi num. 5. ea.

2 Pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur: quia appellatio pœnæ capitis, in dubio de pœna mortis non intelligitur. quare ſi iudex condemnaret reum in ſententia ad mortis pœnam, non veniret quippe plectendus pœna mortis, ſed pœna exilij perpetui. Opin. 613. num. 1. 143

2 Pœna ſpreti mandati, ſeu mulcta in Regno taxatur ad vnum tarenum, vel duos pro qualibet vncia. Opin. 678. num. 7. 185

Pœna ſpreti mandati, ſeu mulcta in cauſis ciuilibus non incurritur inſtante procuratore fiſcali, cui applicatur, ſed ſolummodo inſtante parte. ibi numero 8. char. 186

2 Pœna mutilationis alicuius membri æquiparatur pœnæ mortis. Opin. 684. num. 4. 191

Pœna abſciſſionis membri eſt de mero imperio maiori. ibi num. 5. ea.

Pœna abſciſſionis membri ex diſpoſitione iuris municipalis commutari poteſt, ſtante, & concurrente pace, & remiſſione offenſi. ibi num.6. ea.

3 Pœna incurſa per teſtes renuentes comparere, & ſe examinare in cauſis ciuilibus, nõ poteſt accuſari per procuratorem fiſci, ſed per partem; ſecùs quãdo ageretur ex officio. Opin. 918. num.3. 43

3 Pœna ad quam condemnantur opponentes, & non probantes defectus, & crimina teſtium, applicatur fiſco, & non parti. Opin. 925. num.4. 49

Pœnæ condemnatio, vide in verbo Condemnatio.

2 Pœnæ ſecundò nubentium inductæ fauore filiorum non ſunt ſublatæ: & pœna impoſita viduæ ſecundò nubenti militat etiam in viro. Opin. 535. num. 2. & 4. char. 87

2 Pœnas conuentionales, contrahentes, etiam quòd clerici ſint, ultra damna, & intereſſe petere nequeunt. Opi. 612. num.4. 143

1 POENITENTIA imponenda per cõfeſſores hodie presbyteris, ac ſacerdotibus, pro fornicatione, eſt arbitraria. Opin. 98. num.14. 86

Pœnitentia imponenda per confeſſores ſacerdotibus, ſeu epiſcopis cognoſcentibus filias ſpirituales, quas baptizarunt, vel chriſmarunt, vel audierunt confeſſionem, hodie eſt arbitraria. ibi num.15. ea.

1 Pœnitentiæ an locus ſit aliquando in delictis, remiſſiuè. Opin. 347. num. 11. 321

2 POLLICITATIO de iure canonico an inducat actionem. Opin.617. nu.10. char.121. & quòd non inducat actionem. Opin.617. num.1. 146

2 POLLICITVS repetere non poteſt in ſeptem caſibus illud quod ſoluit, etiam ſi poſt ſolutionem pœniteat. Opin.617. num. 2. 146

2 POLLVTIO nocturna de per ſe ſola non eſt peccatum mortale, nec veniale, etiam quòd procedat ab ingluuie: ſed quando haberet ortum à culpa, ratione ipſius culpæ eſſet peccatum mortale, vel veniale. Opi. 618. num.1. & 2. 146

3 PORTITOR, baiulus, mulio, & ſolitus portare frumentum, vinum, & ſimilia, facit fidem teſtificando, & deponendo contra alium, etiam quòd eius confeſſio tendat ad ſui exonerationem. Opin. 967. numero 2. 94

2 POSITIO impertinens, quæ aliàs reijcienda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur pertinens, & admitti deberet. Opin.624. num.1. 151

Poſitio pertinens quando dicatur, ponitur remiſſiuè. ibi num. 2. ea.

POSSESSIO, nec dominium acquiritur donatario abſenti, & ignoranti per conſtitutum, nec per vſusfructus retentionem niſi ſequuta ratihabitione. vide in verbo Donatario.

Poſſeſſio hæreditatis paternæ non cõtinuatur, neque tranſit in ſuum hæredem ſine apprehenſa poſſeſſione. Opi. 321. num.4. 299

Poſſeſſio ſine animo retineri non poteſt. ibi nu.5. 300

Pupillus doli capax per interuentum iuramenti cogitur ſtare contractui ſummi præiudicij, qualis eſt contractus matrimonij. ibi nu. 2. ea.
Pupillus vt ligetur iuramento, neceſſariò requiritur, vt ſit pubertati proximus, & doli capax; nec vnum ex his ſufficeret ibi num. 3. ea.
Pupillus pubertati pxim⁹ pſumit doli capax. ibi n. 4. ea.
Pupillus, & ſic proximus pubertati, vt teneatur ex delicto, duo de neceſſitate copulatiuè exiguntur; vt ſit doli capax, & proximus pubertati; aliàs vnum ex illis non ſufficeret. ibi nu. 5. ea.
2 *Pupillus ſine tutoris authoritate intra 14. annum non poteſt contrahere ſocietatem nedum expreſſè, ſed nec etiam tacitè; niſi poſt finitam pupillarem ætatem ratificaret talem ſocietatem. Opin. 677. nu. 1.* 184
Pupillus non poteſt facere teſtamentum. ibi nu. 2. ea.
Pupillus etiam miles teſtari non poteſt. ibi nu. 3. ea.
Pupillus etiam doli capax teſtamentum condere nequit: quia malitia, quò ad hoc, nō ſupplet ætatē ibi n. 5. ea.
Pupillus non poteſt condere teſtamentum, etiam ſi vellet ad pias cauſas teſtari. ibi nu. 6. ea.
Pupillus exiſtens doli capax poteſt teſtari de licentia Principis: quia Princeps poteſt ipſi pupillo doli capaci concedere teſtamenti factionem. ibi nu. 7. ea.
Pupillus doli capax poteſt diſponere in euentum mortis donando de bonis ſuis ſub conditione (ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate) & talem diſpoſitionem confirmaret iuramento. ibi nu. 8. ea.
Pupillus aſtringitur religione iuramenti. ibi nu. 9. ea.
Pupillus non poteſt eſſe notarius. ibi nu. 10. ea.
Pupillus non poteſt eſſe iudex. ibi nu. 11. ea.
Pupillus regulariter accuſare nequit propter carentiam rationis, & intellectus. ibi nu. 12. ea.
Pupillus poteſt accuſare in crimine læſæ maieſtatis, adulterij, & fraudatæ annonæ. ibi nu. 15. ea.
Pupillus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. ibi nu. 16. ea.
Pupillus pubertati proximus, ſine tutoris authoritate apprehendere poſſeſſionem poteſt. ibi n. 18. ea.
3 *Pupillus, vel impubes in cauſa ciuili non poteſt teſtificari: quia quicquid videt, et audit, ignorat: & eius teſtimonium eſt ſicut ſi cæcus teſtificaretur de coloribus. Opin. 964. nu. 1.* 90
Pupillus quandoque facit indicium ad probandum dominum occiſum à familia. ibi nu. 3. 91
Pupillus factus maior teſtimonium de ijs, quæ vidit in pupillari ętate, rectè perhibet, dummodò eſſet proximus pubertati. ibi nu. 4. ea.
1 *Pupillo cōmittenti homicidiū, pœna mortis commutari poteſt per iudicem. Opin. 408. nu. 3.* 376
2 PVTEVS *exiſtens intra domū feudatariā, & domū domini: ſi aqua ipſius putei nō ſufficiat vtriq;, tūc illa eſt cōcedenda habenti pleniu s ius. Opi. 510. n. 14.* 53

DE LITERA Q.

1 QVALITAS, *quæ fundat, aut priuat iuriſdictionem, debet de ea ante omnia conſtare. Opiñ. 406. numero 2.* 375
2 *Qualitas adiecta verbo, qualificatur ſecundùm tempus verbi. Opin. 868. numero 3. charta* 413
3 *Qualitas teſtium omni exceptione maiorum, in caſu vbi ipſi teſtes taliter requiruntur, debet articulari, & probari. Opin. 968. nu. 16.* 96
3 QVI *vult vnum, vult omne, ſine quo illud eſſe nequit. Opin. 1018. num. 36.* 135

QVAE

2 QVÆ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. Opin.843.nu.13. 347

2 QVÆSITA in ludo ſcachorum, ſeu pilæ, non veniunt reſtituenda, dummodò amittens non ſit filiusfamiliâs. & cauſa recreationis fiat, & ſine blaſphemijs. Opin.467.num.5. 15

2 Quæſita in ludo in foro poli, & conſcientiæ non ſunt reſtituenda ante iudicis condemnationem. Opinione 468. numero 11. 19

Quæſita in ludo in animæ iudicio reſtitui non debent, vbicunque in illo ludo ceſſaret omnis dolus, & fraus: ſed interueniente fraude in ipſo ludo, tunc in foro animę, abſque iudicis condemnatione debet fieri reſtitutio omnium lucratorum mediante fraude. ibi numero 13. ea.

Quæſita in ludo, pauperibus ſeu pijs locis victores tenentur erogare atque elargiri. ibi nu.14. ea.

Quæſita in ludo ab eo, qui ludere penitùs recuſabat, veniunt reſtituenda in foro conſcientiæ: Et iſta attractio ad ludendum etiam largè intelligenda eſt, videlicet quocunque modo quis adduxeri: aliquem ad ludendũ ſecum verbis, vel re, ſiue in principio ludi, ſeu in medio, quando ille valet deſiſtere, & amplius non ludere. ibi num. 15. ea.

1 QVERELA inofficioſi teſtamenti intentari debet infra quinquennium per conſanguineos fratres exhæredatos per concubinarium, ſeu fornicatorem; aliâs tranſacto termino, teſtamentum valeret, & teneret, & concubina totam hæreditatem conſequi poſſet. Opin. 205.num.4. 205

2 QVIETATIO, ſeù liberatio generalis omnem pręcedentem obligationem diſſolutam oſtendit. Opinione 516.num.22. 60

Quietatio ex propria ui, & natura ſua tollit obligationem. ibi num.23. ea.

Quietatio generalis tollit omnem obligationem: cùm in genere quis liberando videatur de omnibus obligationibus cogitaſſe. ibi num.24. ea.

DE LITERA R.

1 RAPTOR reſtituens rem raptam ante iudicium motum, non liberatur à pęna. Opinione 347. numero 8. 321

2 Raptor honeſtæ mulieris tenetur pœna capitali; & in fragranti crimine deprehenſus poteſt à coniunctis perſonis occidi, quando eam carnaliter cognouiſſet, vel libidinis cauſa rapuiſſet. Opinione 679. numero 1. 187

2 RAPTA non poteſt contrahere matrimonium cum raptore. Opin.679.num.7. 187

Vide in verbo Matrimonium.

1 RAPERE procurans, vel tentans virginem, honeſtamque mulierem, & deducens non ad actum proximum contra ipſam mulierem, non ſequuto effectu, & non ſtuprata muliere, punitur extraordinariè. Opin. 122.num.4. 111

1 RATIO dicitur lex communis ad omnes caſus; vndè diſpoſitionis ratio an eadem ſit, conſideratur. Opin. 306.numero 5. 285

1 Ratione poſſunt omnia decidi, deficiente lege. Opin. 398. numero 53. 367

2 Rationum computatio nullum affert pręiudicium veritati, etiam ſi fuerit concluſa, perfecta, & ſubſcripta, & ſæpius iterata, & repetita. Opinione 516. numero 71. 69

1 Rationibus innitendum eſt. Opin.398.nu.52. 367

1 RATIFICATIO donationis abſenti facta, & ſtipulatæ ſuo nomine per notarium tacita ſufficit, & ſic abſens poſt eius ſcientiam tacitè ratificaſſe cenſeri poteſt. Opin.211.nu.19. 217

2 Ratificatio mandati præſumitur ex antiquitate temporis. Quod tamen procedit, quando ageretur de modico præiudicio; ſecùs ſi de magno: tunc enim non præſumitur ratificatio ipſa ex antiquitate temporis, niſi cõcurrat alia præſumptio. Opin. 475.nu.4. 29

2 Ratificatio actus abſente parte fieri poteſt, & abſenti prodeſt: quia pendet dumtaxat à voluntate ratificantis: licèt ex huiuſmodi ratificatione ratificans obligetur. Opin.680.num.1. 188

2 Ratificatio, quę fit tempore, quo actus nihil operatur, propter lapſum temporis nõ valet: quia inuenit obſtaculum in medio, quod impedit ne extrema coniungantur. Opin.681.num.1. 188

2 Ratificatio repræſentat conſenſum, non tamen præſentiam corporalem. Opin.796.num.18. 278

1 REBELLIS, non obſtante teſtamento confecto per eum, publicatis poſteà bonis ſuis propter fellonian, vel aliud ſimile crimen, decedit inteſtatus tanquam incapax, tam quò ad legata, & fideicommiſſa, tam quò ad inſtitutiones. Opin.332.nu.3. 306

2 RECEPTANS famoſum malefactorem, per iuramentum prætendendo ignorantiam, id non excuſat dolum ſuum. Opin.695.nu.4. 199

2 RECONVENTIO quò ad effectum ſimultanei proceſſus fieri debet ante litem conteſtatam, & tunc dicitur vera reconuentio, & pari paſſu procedit cum ipſa conuentione; & eadem ſententia terminatur cauſa conuentionis & reconuentionis, ſed quò ad effectum

Tum prorogationis iudicis poteſt fieri reconuentio ipſa vſque ad ſententiam coram eo. Opinione 682. numero 2. 188

Reconuentio in quibus cauſis, & rebus fieri non poſſit remiſſiuè. ibi num. 3. ea.

2 Reconuentioni non eſt locus quò ad effectum ſimultanei proceſſus aliquo pacto, quotieſcunque vna cauſa reperitur ſummaria, altera uerò plenaria. Opin. 682. numero 1. 188

3 RECTOR *in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ. Opin. 1058. nu. 3.* 171

2 REDITVS *annui perpetui inter immobilia connumerantur: quia de huiuſmodi reditu perpetuo, ſeu ad longum tempus ſuper re immobili non iudicatur tanquam de pecunia, ſed ſicut de re immobili. Opin. 683. num. 1. & 10.* 189. & 190

Reditus annui temporales ad modicum breueque tempus duraturi inter mobilia computantur. ibi n. 2. ea.

2 REDEMPTIO *permiſſa in quantitate generica monetæ ſimilis illi, pro qua venditio facta erat, non exercetur poſteà aucto valore. Opin. 516. n. 49.* 63

1 REGNVM *Neapolitanum eſt feudum eccleſiæ, & in eo attenditur ius canonicum. Opin. 439. numero 23. charta* 402

Regnum alteri vnitum, vel prouincia, ſeu territorium incorporatum Regno, ſiue caſtrum vnitum Comitatui, regulatur, ſecundùm regulas primi, cui accedit. Opinione 685. nu. 1. 191

2 REGALIA *ſibi nonnullæ Ciuitates Italiæ hodie vſurpant. Opin. 519. nu. 4.* 52

3 REGIA *pragmatica prohibens opponi exceptiones cōtra inſtrumentum annui cenſus, excepta ſolutionis, nō propterea intelliguntur excluſæ exceptiones ſimulationis, & aliæ rationabiles & legitimæ. Opinio. 832. num. 64.* 332

Regia pragmatica, & diſpenſatio ſuper cenſibus eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi. ibi n. 73. 333

2 RELATIVVM *quis, vel qui, concipit etiam fœmininum. Opin. 808. n. 4.* 287

Relatiuum quis, vel qui declaratiuum eſt. ibi numero 5. ea.

Relatiuum quis, vel qui generale eſt ad maſculum & fœminam, maiores & minores, liberos, & in poteſtate conſtitutos. ibi nu. 6. ea.

3 RELEGATIO *non eſt pœna capitalis, & tam ipſa relegatio, quàm omnis pœna, qua corpus acriter affligitur, dicitur de mero imperio paruo & minimo. Opinione 684. nu. 1.* 191

RELIGIONIS *profeſſione filius ſoluitur nexibus patriæ poteſtatis. vide in uerbo, Filius.*

1 RELIGIOSI, *profeſſi, & conuerſi, etiam religionis approbatæ per eccleſiam, tenentur ad dicendum horas canonicas, ac etiam ad officium Diuæ Mariæ Virginis, & defunctorum, pſalmorum, letaniarum, & nocturnorum, ſecūdùm quòd in eorum ſtatutis cauetur. Opin. 109. nu. 8.* 99

1 RELIQVIAE *Sanctorum non poſſunt vendi, neque obligari. Opin. 39. nu. 6.* 36

1 REMEDIVM *ad euitandum adulterium tutum, eſt recurſus ad orationem, & ieiunium. Et traditur exemplum Ioſephi cum nonnullis authoritatibus noui, & veteris Teſtamenti. Opi. 33. nu. 32.* 29

1 Remedium *l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. non competit volenti ſuccedere ab inteſtato: quia tunc competeret officium iudicis. Opinione 353. numero 6. charta* 328

Remedium *l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. ceſſat contra habentem titulum ante mortem teſtatoris. ibi numero 8.* ea.

2 Remedium, *c. reintegranda. 3. q. 1. competit ſpoliato, dato quòd non probet vim, & violentiam fuiſſe illatam: & ſic ſufficit, quòd ſola clandeſtinitas interuenerit in ſpolio facto. Nam contra clandeſtinum poſſeſſorem poteſt agi remedio recuperandæ, nec poſſet excipere de ſuo dominio. ſpoliatus enim quomodocunque poteſt agere ſibi dominij exceptione non obſtante. Opinio. 732. num. 3.* 234

Remedium, *c. reintegranda 3. q. 1. limitatur in quinquaginta caſibus remiſſiuè. ibi nu. 9.* ea.

2 Remedium, *c. reintegranda. 3. q. 1. competit nedum poſſeſſori, ſed etiam conductori, & mandatario, commodatario & ſimilibus. Opin. 733. nu. 1.* 235

2 Remedium, *c. reintegranda. 3. q. 1. eſt pleniſſimum remedium, & magis generale, vtile inter alia remedia poſſeſſoria, cui ritque cum omnibus alijs remedijs. Opin. 734. nu. 1.* 235

Remedium *c. reintegranda datur clericis non ſolùm pro rebus eccleſiæ, ſeu proprijs, ſed etiam pro rebus laicorum, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, ſecundùm unā communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd d. c. reintegranda, cōpetat ſolummodò in rebus eccleſiæ, & in perſonis eccleſiaſticis, non autem inter laicos pro rebus profanis. ibi nu. 2.* ea.

Remedium *c. reintegranda, conceditur pro feudis, & iuribus incorporalibus, & bonis etiam ſtabilibus. ibi numero 3.* ea.

Remedium *c. reintegranda, & poſſeſſorium iudicium, vtrum competat in iuribus perſonalibus, & pro penſionibus denegatis, ponitur communis opinio pro vtraque parte. ibi nu. 4.* ea.

2 Remedium, *c. reintegranda. 3. q. 1. licèt non detur contra titulo poſſidentē, ſecundū communem opinionem: nihilominus ſecundū alteram ſententiam contrariā, ſimiliter cōem, d. c. reintegranda conceditur contra ipſum bonæ fidei poſſeſſorē cum titulo. Opin. 736. n. 1.* 236

2 Remedium, *c. redintegranda. 3 q. 1. non conceditur amittentibus poſſeſſionem culpa, negligentia vel iuſta cauſa. Opin. 738. nu. 2.* 238

Remedium *c. reintegrandæ intentatum, non requirit vt in eo deducatur aduerſarium clam poſſidere reſpectu poſſeſſionis. ibi nu. 4.* ea.

3 Remedium *l. 2. C. de reſcind. uend. habet etiam locum in re vendita ad ſubhaſtationem: & ſic venditio facta ad publicum incantum vltra dimidium iuſti pretij non tenet. Opin. 1017. nu. 2.* 130

3 Remedium *l. 2. C. de reſcind. vend. non datur ſcienti verum rei valorem, ſecundùm communem opinionem: licèt contraria æquior & irrefragabilis ſit. Opi. 1023. num. 1. & 4.* 137

3 *Remedium l.2.C.de reſcind.vend. vt conceditur emptori,ita & venditori. Opin.1047.nu.5.* 156

Remedium l.2.C.de reſcind. vend. competit etiam interueniente iuramento,& renunciatione in contractu venditionis.ibi nu.6. ea.

Remedium l.2.C de reſcind. vend. conceditur non ſolùm in emptione, & venditione, ſed etiam in omnibus contractibus bonæ fidei.ibi nu. 7. ea.

Remedium l.2.C.de reſcind.vend. non procedit, quando quis damnatur vendere ex vltima voluntate; & præſertim ſi teſtator taxauerit certum pretium,alias ſecus.ibi nu.9. 157

Remedium l.2.C.de reſcind.vend.non conceditur quando quis tradit rem pro tanto pretio, & quod plus valet aſſeruit donare, & præſertim ſi ſciebat rei venditę ualorem.ibi nu.13. ea.

Remedium l.2.C.de reſcind.vend. non conceditur quando in inſtrumento venditor non ſolùm expreſſit,quòd illud quod plus valet donabat,ſiue quantitas ſit parua, ſiue magna: ſed etiam ſi excedat dimidiam iuſti pretij,ſponte,& ex certa ſcientia dedit,& donauit, & renunciauit beneficio,d.l.2. quod declaratur procedere ſi hoc bis aſſerit, non autem ſemel. ibi nu.14. ea.

Remedium l.2.C.de reſcind.vend. non competit in adiudicatione facta per iudicem in ſolutum creditori in iudicio; ſecùs extra iudicium.ibi nu.17. 158

Remedium l.2.C.de reſcind.vend.non conceditur quando fuerit facta venditio minus dimidia iuſti pretij, cũ conditione, quòd ſi pretium conuentum non ſoluatur certo tempore, ſuppleatur certum iuſtum pretium.ibi num.18. ea.

Remedium l.2.C.de reſcind.vend.conceditur quando venditor ignoraret qualitatem rei venditę; ſecùs ſi ſciret valorem ipſius rei.ibi nu.19. ea.

Et an tale remedium extendatur ad permutationem beneficiorum, vide in verbo Permutatio.

Et quomodò in materia venditionis, in terminis l.2.C.de reſcind, vend. formetur libellus ſiue petitio, vide in verbo Petitio.

Et an tale remedium extendatur ad ſocietatem, vide in verbo Societas.

Et an extendatur ad maiorem .25. annis.vide in verbo Maiori.

1 *REMISSIO concedenda eſt conductori ob bellum, peſtem, ſeu ſterilitatem maiorem, quibus quidem caſibus penſionem ſoluere non tenetur.Op.131.n.1.* 122

Remiſſio penſionis ſolet fieri in octo caſibus poſitis remiſſiuè.ibi nu. 2. ea.

1 *Remiſſio conductori facienda non eſt,niſi damnum ſit vltra dimidiam iuſti pretij: & in iſto caſu per conductorem ipſum agi poſſet non obſtante iuramento præſtito de non contraueniendo aliqua ratione, vel cauſa. Opin.132.num.2.* 122

1 *Remiſſio penſionis non eſt facienda emphyteotę ob ſterilitatem, vel ob alium caſum fortuitum. Opin. 247. numero 1.* 242

Remiſſio mercedis, & canonis tempore belli habet locum in contractu emphyteotico, quando propter timorem hoſtium fundus datus in emphytheoſim, coli nequit.ibi numero 2. 243

1 *Remiſſio iniuriæ ac violentiæ ſimpliciter facta in inſtrumento pacis, ſeu iniuriæ, non continet remiſſionem damnorum, & intereſſe, nec ad illa extenditur, niſi exprimatur.Opin.375.nu.1.* 346

1 *REMVNERATIO beneficiorum ex naturali ratione procedit.Opin.222.nu.5.* 227

Remuneratio eſt debita ex honeſta, & morali obligatione, non autem legali.ibi nu.14. ea.

1 *RENVNCIATIO omni legum auxilio, etiam cum iuramento confirmata, non impedit quin renuncians à iuramento abſolutionem petere poſſit. Opin. 130.num.9.* 122

Renunciatio in contractu facta, ſi graue, vel grauiſsimũ renuncianti damnum afferat, non valet neque tenet, ibi num. 10. ea.

1 *Renunciatio litis, & cauſæ facta abſente aduerſario non prodeſt illi niſi ſecuta ratificatione: ideo renunciatio ipſa reuocari poſſet re integra.Opin.211.n.4.* 216

Renunciatio facta abſenti valet, etiam ad pręiudicium renunciantis; ſecùs ad præiudicium abſentis, donec non fuerit notificata.ibi num.18. 217

1 *Renunciatio ſeu collatio beneficij in fauorem alterius facta nunquàm reuocatur etiam ratione ingratitudinis, poſtquàm tale beneficium fuerit alteri collatum: quia beneficia gratis conferuntur.Opin.213.n.9.* 221

1 *Renunciatio beneficij in fauorem alterius facta nunquã reuocatur, etiam ratione ingratitudinis. Opinio. 373. numero 3.* 345

1 *Renunciatio exceptionis, fictionis, & ſimulationis in contractu non valet, etiam ſi iuramentum eſſet in contractu appoſitum; ſecùs verò ſi fiat ex interuallo cum iuramento, quia tunc valet.Opin.425.n.5.* 389

Renunciatio exceptionis ſimulationis, fictionis, & aliorum &c.in contractu valet, vbicunque fuiſſet iuratũ omnia eſſe vera, & in nullo contrafacere, uel contrauenire. Quod non procedit vbicunque fuiſſet prius petita abſolutio à iuramento.ibi nu.6. ea.

2 *Renunciatio liti, & iuri differt. Nam renuncians liti, & cauſæ, non dicitur renunciare iuri.Opi.686.n.5.* 192

Renunciatio litis ſine cauſa expreſſa valet: quia ſufficit præſumpta.ibi nu. 7. ea.

Renũciatio litis facta per adminiſtratorem, tutorem, vel curatorem, nulla expreſſa cauſa in ea, non valet: quia in ipſa renunciatione debet inſeri cauſa.ibi n.8. ea.

Renunciatio litis & cauſæ facta abſenti non prodeſt, niſi ſecuta ratificatione.ibi n.9. ea.

Renunciatio litis facta ſuper beneficiali cauſa recepta pecunia non valet.ibi nu.10. ea.

Renunciatio non videtur facta iuri, quod quis ignorat ſibi competere; etiam quòd de tali iure in genere cogitare potuerit.ibi num.11. ea.

Renunciatio litis non inducitur per ceſſionem inualidam. ibi num.12. ea.

2 *Renunciare cauſæ, eſt renunciare liti. Opinione 686. numero 2.* 192

2 *Renuncians liti, videtur renunciare liti, cauſæ, & iuri. Opin.686.nu.1.* 192

Renuncians liti, non poteſt cũ amplius panitere & ad litem redire.ibi nu.3. ea.

Renuncians liti, cenſetur renunciare liti, cauſę & iuri in pro-

in profanis non autem in beneficialibus. ibi n. 4. ea.

Renuncians liti, cauſæ, & beneficio; niſi de facto dimiſerit poſſeſſionem, tenetur ad fructus perceptos. ibi numero 6. ea.

Renuncians liti, ſtatim cogi non poteſt per iudicem ad ſatisfaciendum aduerſario ibi nu. 13. ea.

2 REPERTVS cum rebus prohibitis in via ſuſpecta, in tantùm habet contra ſe ſuſpitionem, vt arbitrio iudicis puniri poſſit. Opin. 766. nu. 19. 257

2 REPRAESALIAE conceſſæ putà Bononiæ contra Peruſinos, non poſſunt exequi contra Peruſinum habitantem Bononiæ, qui non ſubeat munera Peruſina per ſe, vel per alium: quoniam tunc non poteſt appellari. Opin. 687. nu. 1. 192

Repræſaliæ inductæ contra Aquilanos extendi non debent ad Aquilanos habentes alibi domicilium. ibi numero 2. ea.

Repræſaliæ ſunt odioſiſſimæ. ibi nu. 3. 193

Repræſaliæ, cùm odioſæ ſint, debent ſtrictè quantum poteſt intelligi. ibi nu 4. ea.

1 REPRAESALIATVS pro ſua communitate, accipiens pro ſoluendo eius debitum pecuniam ad vſuras; non ſolùm debitum principale, ſed etiam vſuras ipſas ſeù intereſſe decurſum licitè conſequi & repetere poteſt. Opin. 86. nu. 4. 75

3 REPVLSA teſtium criminoſorum non eſt proponẽda, allegandà, & articulanda in genere, ſed ſpecificè et ſigillatim. Opin. 925. nu. 1. 48

1 RES tota in dubio venit appellatione cuiuslibet rei, non autem pars illius. Opin. 49. nu. 1. 44

1 Res dubia dicitur, vbi non apparet de communi opinione, vel vbi aliqui Doctores atteſtantur vnam opinionem eſſe cõem, & alij contrariã. Opi. 398. n. 29. 365

2 Res prohibita alienari, ſicut pro matrimonio carnali in cauſam dotis dari poteſt: ita etiã pro matrimonio ſpirituali, & pro ingreſſu monaſterij. Op. 664. n. 3. 175

2 Res prohibita alienari non poteſt publicari & confiſcari: & ſic publicatis bonis hæredis prohibiti alienare; res ipſa prohibita alienari non tranſit in fiſcum, etiam durante vita prohibiti, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera ſententia contraria ſimiliter communis ſit, quòd ob alienationem prohibitam non cenſeatur prohibita confiſcatio. Opin. 665. n. 1. 175

2 Res iudicata falſum mutat in verum. Opi. 713. n. 2. 211

3 Res vendita dicitur minus valere ratione oneris adiuncti ipſi rei. Opin. 1047. nu. 22. 158

3 Rem emimus, non eius fines. Opin. 1018. nu. 4. 132

2 Re notoria extante, non iuratur de calumnia. Opin. 548. num. 8. 103

2 Res eccleſiæ poſſunt pignorari, vel obligari pro ſuſtentatione rectoris. Opin. 838. nu. 3. 341

1 Rerum appellatione comprehenduntur iura, & actiones, cum ſit nomen generale, quod limitatur. Opinione 49. numero 2. 44

2 RESCRIPTVM Principis geminatum, & iuſſio facta iudici, vt quis vltimo ſupplicio afficiatur, non patitur moram in exequutione. Opi. 638. n. 13. 162

2 Reſcriptum ſecundum debet facere ſpecialiter mentionem de primo reſcripto, aliter redditur ſubreptitium, & ſubreptionis vitio annullatur. Op. 688. n. 1. 193

Reſcriptum primum quotieſcunque nullum, vel non nullum foret, ſed poſſet per exceptionem elidi, valeret ſecundum reſcriptum non faciens mentionem de primo reſcripto. ibi nu. 2. ea.

Reſcriptum ſecundùm ad lites ſubreptitium, vel obreptitium non faciens mentionem de primo, & vitio ſubreptionis, vel obreptionis laborans, non foret ipſo iure nullum, ſed veniret annullandum, & deberet opponi exceptio. ibi nu. 3. ea.

2 Reſcriptum Principis, quando fiſco damnoſum eſt, non valet. Opin 689. nu. 1. 193

Reſcriptum Principis geminatum, ubicunque fiſco damnoſum ſit, valet & tenet. ibi nu. 2. ea.

2 Reſcriptum Principis non valet contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi conſtet de expreſſa mente reſcribentis. Opin. 713. nu. 4. 211

1 Reſcripta ſuper nullitatibus poſt tres conformes non conceduntur in Romana curia, niſi cum clauſula, ſine prę iudicio trium conformium. Opinione 259. numero 11. 250

2 Reſcripta gratiæ ob vitium obreptionis, & ſubreptionis, ipſo iure irritantur, & vitiantur. Opinione 688. numero 4. 193

1 RESERVATIO facta per Papam eadem die, qua ordinarius confert beneficium, præfertur collationi ordinarij, ſi non apparet de prioritate horæ. Opin. 378. numero 9. 350

2 RESOLVTO iure concedentis, reſoluitur etiam conceſſoris. Opin. 510. num. 26. 54

2 RESPONSIO poſitionibus non fit ſimpliciter per debitorem conuentum, ſi negat recepiſſe centum, vel quid ſimile petitũ, ſi addatur, quòd ſi appareret iſta centum habuiſſe, affirmat & fatetur expendiſſe in negocijs petentis, vel reſtituiſſe, habetur pro confeſſo, ſtante ſtatuto, quòd poſitionibus ſimpliciter, & præcisè reſpondeatur. Opin. 800. nu. 1. 280

Reſponſio ſimpliciter facienda ex forma ſtatuti poſitionibus, debet eſſe ſine plica. ibi nu. 2. 281

Reſponſio ex forma ſtatuti ſimpliciter facienda poſitionibus poteſt modificari. ibi nu. 3. ea.

2 RESPONDENS poſitioni mentionem facienti de aliquo inſtrumento, ſi dicit, credo prout apparet in inſtrumento, valida eſt iſta reſponſio ex communi Doctorum opinione. Opin. 800. nu. 4. 281

1 RESTITVTIO Principis trahitur etiam ad bona immediatè quæſita ex damnatione nulla, nullo hominis facto interueniente. Opinione 78. numero 2. 68

Reſtitutio facta per Principem, vel ſuperiorem cum clauſula prægnanti, quòd bannitus pleniſſimè reſtituatur, trahitur, & extenditur ad bona in tertium alienata, ſecundùm magis communem opinionem: licèt ſecundùm aliam ſecùs ſit, niſi per Principem id expreſsè declaretur. ibi nu. 5. 69

Reſtitutio in integrum non conceditur minori promittenti pacem de nece patris ſine tutoris authoritate. Vide in uerbo Minori.

Reſtitutio in integrum vt habeat locum, requiritur neceſſariò, vt minor ſit læſus ſui facilitate, et dolo aduerſarij. Opin. 222. num. 21. 228

1 Reſtitutio in integrum competit hæredibus infantis aduerſus non aditam hæreditatem à minore. Opi. 359. numero 4. 333

1 Reſtitutio in integrum competit, & concedi debet aduerſus peremptionẽ inſtantiæ, ſi petatur, & non aliter. Opin. 376. nu. 8. 347

Reſtitutio in integrum competit pauperi non proſequenti appellationem infra biennium, & concedi debet tertium fatale. ibi nu. 25. 348

2 Reſtitutio in integrum conceditur contra præſcriptionem legitimã, & lapſum 30. annorum ex qualibet iuſta cauſa. Opin. 458. nu. 3. 10

2 Reſtitutio in integrum ex clauſula ſi qua mihi &c. competit ignoranti hæreditatem ſibi delatam aduerſus præſcriptionem triginta annorum, vltra quos non datur ius adeundi, vel ſe immiſcendi. Opinione 632. numero 3. 155

Reſtitutio in integrum non conceditur contra præſcriptionem quadraginta annorum: quia illa pleniſſimã ſecuritatem parit. ibi nu. 4. 156

Reſtitutio in integrum contra præſcriptionem quadraginta annorum concedenda eſt ex iuſta, probabilique ignorantia, ſecundùm vnam communem opinionem: licèt altera opinio contraria, videlicet quòd reſtitutio in integrum non concedatur ex capite iuſtæ ignorantiæ aduerſus præſcriptionem triginta vel quadraginta annorum ſimiliter communis ſit. ibi nu. 6. ea.

2 Reſtitutio in integrum ex ignorantia probabili nedum minoribus, ſed etiam maioribus concedenda eſt. Opin. 690. num. 1. 193

3 Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam latam ſub prætextu falſorum teſtium vt competat, ſufficit probare ſolam ipſorum teſtium falſitatem, abſq; eo quòd probetur corruptela partis; ſecus verò ſi libellans ſe aſtringeret in libello in eadem oratione ad vtrunque probandum: ſiquidem tunc tenetur falſitatem, & corruptionem probare. Opin. 938. nu. 2. 65

Reſtitutionis in integ. beneficiũ, vide in uerbo Beneficiũ.

2 Reſtitutioni in integrum locus non eſt in præſcriptione centum annorum. Opin. 692. nu. 8. 196

2 RESTITVTVS per Principem, licèt recuperet bona non alienata, non tamen recuperat fructus perceptos tempore banni. quod limitatur. Opi. 78. n. 6. 69

Reſtitutus generaliter recuperat iura ſibi ex teſtamento prouenientia, & quę prius ad eũ nõ extitiſſent delata. ibi num. 7. ea.

1 RETENTIO pro expenſis conceditur in beneficijs. Opin. 97. num. 8. 84

2 REVOCATIO mandati poteſt eodem modo probari, ac etiam per vnum teſtem cum delatione proprij iuramenti. Opin. 476. nu. 2. 29

3 Reuocatio teſtamenti debet fieri coram ſeptem teſtibus. Opin. 890. nu. 15. 15

1 REVS in quibus caſibus teneatur ſubminiſtrare litis expenſas actori, remiſſiuè. Opin. 268. nu. 3. 258

1 Reus, contra quem producitur inſtrumentum, ſeù ſcriptura minùs ſolennis, etiam continens capitula ſeparata, poteſt illa acceptare in parte, & in parte non. Opi. 385. num. 1. 354

1 Reus confitens ſub ſpe impunitatis, non eſt puniendus; niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret. Opinione 415. num. 4. 380

Reus non debet damnari per confeſſionem extortam ſpe promiſſionis impunitatis, ſi eam reuocauerit; ſecùs ſi in ea perſeueraret. ibi nu. 5. ea.

2 Reus poteſt iuramentum deferre accuſatori contra ſe, & ſi is iuraret, ob tale iuramentum confiteretur eſſe verum. Opin. 693. nu. 1. 197

Reus pati poteſt ſe conueniri ſine actione. ibi n. 2. ea.

Reus in caſu dubio eſt abſoluendus. ibi n. 4. ea.

Reus abſoluendus eſt, vbicunque actor minùs plenè probauerit. ibi nu. 5. ea.

Reus dicitur à re quæ petitur; qui, & ſi conſcius ſceleris non ſit, adhuc dicitur tamen reus, quandiu in iudicio pro re ipſa uexatur. ibi nu. 6. ea.

Reus excipiens non videtur ad probandum ſe aſtringere, niſi actor probaret, ex quo actori incumbit onus probandi. ibi nu. 7. ea.

Reus in deciſione cauſæ magis fauendus eſt quàm actor; ſecus uerò in ordinatione, & formatione proceſſus: tunc enim magis actori, quàm reo fauendum eſt. ibi num. 8. ea.

2 Reus quomodocunque ſe tueri uelit, admittitur ad defenſiones. Opin. 717. nu. 6. 216

2 Reus non tenetur inſtrumenta ſua edere actori ad intentionem eius probandam. Opin. 836. nu. 1. 339

Reus in cauſa dotis, alimentorum, matrimonij, piæ cauſæ, libertatis, & ſimilium, tenetur edere actori inſtrumenta ſua ad intentionem eius fundandam. ibi numero 2. ea.

Reus cogitur edere eccleſiæ ſua inſtrumenta, ad intentionem eius propriam fundandam. ibi n. 3. ea.

Reus poteſt ex officio compelli per iudicem ad exhibendum iura, dummodò ſint propria, vel communia, vel facientia ad cauſam. ibi nu. 5. ea.

3 Reo confitenti in tortura, & ratificanti eius confeſſionẽ, datur terminus dierũ duorum ad producendas omnes defenſiones competẽtes aduerſus ſuam confeſſionem. Opin. 717. num. 18. 217

2 Reum poteſt cogere iudex ex officio ex cauſa ad edendũ inſtrumenta ſua actori, dummodò iuret actor ſe hoc non petere animo calumniandi: & dummodò actor cauſam ipſam aſſignet, ſeù probet. Opin. 836. numero 4. 339

2 REX non recognoſcens ſuperiorem in ſuo Regno, eſt Imperator in ſuo Regno, & poteſt quicquid Imperator in ſuo Imperio. Opin. 691. nu. 1. 194

Rex in ſuo Regno non habet minorem poteſtatem, quàm Imperator in ſuo Imperio. ibi nu. 2. ea.

Rex eſt monarcha in ſuo Regno, & habet plus iuris quã Imperator in ſuo Imperio. ibi nu. 3. ea.

Rex, & Imperator æquiparantur. ibi nu. 4. ea.

Rex, & Dominus noſter Siciliæ eſt liber ab Imperio, & eſt monarcha in Regno. ibi num. 5. ea.

2 Rex in Regno, filiabus minoribus, filijs non extantibus, in feudalibus dat balium; & cùm perueniunt ad ætatem nubilem ad 14. vel 15. ann. procurare ſolet illas maritare ſecundùm paragium. Opinione 812. numero 35. 296

2 Regis perſona intelligitur exempta in iuramento fidelitatis,

ſtatis, ſicuti perſona Imperatoris. Opinione 691. numero 6. 194
Regis in ſuo Regno, & Imperatoris in ſuo Imperio par eſt poteſtas in multis caſibus poſitis remiſſiuè. ibi numero 9. 195
1 Reges, Principes, & omnes nationes ſubſunt Imperatori. Opin. 369. num. 25. 341
1 RODERICVS Niqſa Hiſpanus electus commiſſarius ad ſedandas diſcordias, & inimicitias inter ciues in Ciuitate Aquilæ, de menſe Maij 1580. Regiæ Aprutinæ audientiæ auditor meritiſſimus, laudatur, & celebratur. Opin. 424. poſt num. 4. verſ. Necnon index. charta 388
2 RVBRICA generalis habens orationem perfectam, non reſtringitur per nigrum. Opi. 745. n. 2. 241
Rubrica generalior nigro poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quando rubrica habet orationem perfectam. ibi num. 3. ea.
3 RVSTICVS condens teſtamentum in rure, & non valens adhibere ſeptem teſtes in teſtamento, tunc ſufficerent quinque teſtes. Quod procedit in teſtamento nuncupatiuo, non autem in teſtamento in ſcriptis. Opin. 890. num. 17. 16
Ruſticus conficiẽs teſtamentũ ruri corã quinq; teſtibus, valet, etiam ſi deindè ciuis euaderet. ibi n. 18. ea.
3 Ruſtici teſtes, in materia confinium, benè probant. Opin. 1018. num. 30. 134
Vide cætera in verbo Teſtes.

DE LITERA S.

1 SACERDOS cognoſcens carnaliter filiam ſpiritualem, id eſt quam baptizauit, aut chriſmauit, aut audiuit eius confeſſionẽ, deponendus eſt. Opinione 98. numero 7. 86
Sacerdos cognoſcens filiam ſpiritualem, & ipſa filia ſpiritualis cognita; ob hoc magnum facinus, & ſacrilegium, tenetur facere magnam pœnitentiam. ibi num. 8. ea.
Sacerdos cognoſcẽs cõmatrẽ ſuã, deponi debet. ibi n. 10. e.
1 Sacerdos non poteſt reuelare confeſſionem, & ſibi reuelanti nulla fides adhibetur, niſi eſſet fide dignus, aſſereretque iuratus mortuum ſeu morientem dediſſe ſibi licentiam reuelandi: tunc enim eius dicto creditur. Opin. 143. num. 1. 128
1 Sacerdos non poteſt reuelare confeſſionem, & reuelans non ſolùm à ſacerdotali officio deponendus eſt, ſed etiã ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detruditur. Opin. 144. nu. 1. 129
Sacerdos non tenetur propalare confeſſionem, etiam Papa mandante, ſub pœna excommunicationis: quia ſigillum, & cœlatio ipſius confeſſionis eſt de iure diuino, & de neceſſitate ſacramenti. ibi nu. 2. ea.
Sacerdos in actu confeſſionis gerit ueri Dei vices, & in hoc eſt maior ſummo Pontifice: ideò à Papa tanquã in iſto actu inferiore compelli non poteſt ad reuelandum confeſſionem. ibi nu. 3. ea.
Sacerdos interrogatus cum iuramento per Papam, vel epiſcopum, ſuper aliqua re audita in confeſſione per eum, licitè iurare poteſt, ſe nihil ſcire: quia illud, quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio, quám illud, quod neſcio. ibi num. 4. ea.
Sacerdos non tenetur propalare confeſſionem, etiã quòd Papa vel epiſcopus excommunicaret omnes conſcios alicuius criminis. ibi nu. 5. ea.
Sacerdos poteſt ad reuelandum cogi in cauſa matrimoniali omnia, quę in confeſſione habuit. ibi nu. 7. 130
2 Sacerdos de conſilio ea die debet abſtinere à celebratione miſſæ ob pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem: ſed vbi culpa eſſet mortalis, de præcepto teneretur ab ipſa celebratione abſtinere propter reuerentiam ſacramenti. Opin. 618. nu. 3. 146
1 Sacerdotes concubinarios adeò eccleſia abhorret, vt prohibeat eos à celebratione miſſæ, & diuinorum officiorum, & fidelibus præcipiat, ne audiant miſſas, vel officia eorum, uel percipiant ſacramenta ab eis, quando eſſent notorij fornicatores. Opin. 98. nu. 16. 86
2 SALARIVM procuratoribus, ac familiaribus debetur in fine temporis. Opin. 494. nu. 2. 43
Salarium in principio litis non debetur aduocato, niſi extaret conſuetudo in contrarium. ibi nu. 3. ea.
Salarium ſuum in medio litis ſeu anni debet conſequi aduocatus fiſci. ibi num. 4. ea.
Salarium officialibus pręſtandum eſt in principio officij. ibi num. 5. ea.
2 SANITAS mentis non probatur ex eo, quòd notarius in teſtamento dicat, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis: nam iſtud eſt, quid inuiſibile, & propriè non percipitur viſu vel auditu, ſed potius rationis iudicio. Opin. 544. numero 2. 99
Sanitas mentis à teſte probari non poteſt: quia non cadit directè in ſenſum ipſius teſtis. ibi nu. 3. ea.
1 SAPIENS non debet gloriari in ſapientia ſua. Opin. 197. num. 55. 171
2 SCELVS nefandũ Deus nõ dimittit impunitũ, ſed gladiũ furoris ſui extendet, nõ ſecùs ac fecit Sodomitis, & Gomorrenſibus; quos nõ ſolũ abſumpſit igne, ſed nec terra quidẽ ſuperſtes remanſit: nam omnis illa regio abſorpta eſt in Aſphaltitẽ lacũ. Opi. 726. n. 22. 228

1 SCHOLARIS vocat in ius præceptorem ſuum abſque venia. Opin. 317. num. 5. 297

1 Scholaris conducens domum, & eam deſerens propter peſtem, non tenetur ad ſoluendum penſionem, dũmodò reddat claues vel denunciet dño. Opi. 343. n. 26. 316

2 Scholares comprehendunt etiam iura loquentia de ſocijs: & ſic iura loquentia de ſocijs poſſent adaptari ad ſcholares, & alios ſocios in eodem cœnaculo habitantes. Opinione 697. nu. 3. 200

Scholares ſtantes in eadẽ domo poſſunt dici ſocij: nec vnus eorũ poteſt eſſe iudex in cauſa alterius. ibi n. 4 ea.

1 SCIENTIA legalis nunquã fuiſſet augmentata, ſi Doctores noluiſſent reſpondere, niſi in caſibus à lege deciſis. Opin. 398. nu 54. 367

2 Scientia Principis non requiritur in præſcriptione regalium, & Principi reſeruatarum rerum, ex cõi opin. licèt aliqui ſentiant contrarium. Opin. 692. n. 6. 196

2 Scientia ſola in crimine læſæ maieſtatis ob delicti atrocitatem & immanitatem non ſequuto aliquo conſenſu, & conſilio, eſt punibilis. Opi. 694 poſt nu. 1. 198

2 Scientia, cognitio, & notitia eorum, quæ publicè fiunt, præſumitur apud eos, qui in loco conuerſantur. Opin. 695. num. 1. 198

Scientia præſumitur, vbicunque aliquid publicatum eſt in valuis eccleſiæ, vel in alio loco publico: & allegans tunc ignorantiam non auditur. ibi n. 9. 199

2 Scientia vera vel præſumpta diuidentium quomodò colligatur, remiſſiuè. Opin. 845. nu. 24. 375

1 SCIPIO Africanus dum prouocaretur, eique diceretur militem eſſe ſub armis, & parũ pugnantem; patienter reſpõdiſſe fertur; quòd Imperatorẽ peperit me mater mea, & non pugnatorẽ. Op. 197. n. 37. 169

2 SCRIPTORES non veniunt appellatione ſcholarium, aut ſtudentium. Opin. 697. nu. 2. 200

1 SCRIPTVRA quælibet facta coram iudice dicitur de actis. Opin. 30. num. 12. 23

1 Scriptura priuata recognita mediante iuramento per teſtes in ea ſubſcriptos, deponẽtes eos interfuiſſe, & vidiſſe debitorem, illam ſua manu ſcribere, plenè probat. Opin. 113. nu. 5. 104

Scriptura priuata habens ſubſcriptionem teſtium, & partium, vel debitoris ſaltem, & teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcendo, facit plenam fidem ſine aliqua alia literarum comparatione. ibi nu. 7. ea.

Scriptura priuata ſcripta manu tertij probat, ſi ſubſcripta extet tribus teſtibus, qui fuerint præſentes, quando ea ſcripta extiterit; & quòd teſtes recognoſcant eorum ſubſcriptiones, mediantibus eorum iuratis depoſitionibus; & quòd ſit ſubſcripta manibus partium, vel ſaltim debitoris; & quòd comprobetur cõparatione literarum. ibi num. 8. ea.

Scriptura priuata nullam habet authoritatem, niſi illam confiteatur aduerſarius, vel niſi per collationem alterius ſcripturæ, & ſubſcriptionis eiuſdem aduerſarij, & teſtium, qui ſubſcripſerunt, probetur. ibi n 9. 105

Scriptura priuata ſcripta à tertio nunquàm probat abſq; vtriuſque partis ſubſcriptione, ẽt ſi probata ſit concludenter p teſtes ſubſcriptos, vel deſcriptos. ibi n. 10 ea.

Scriptura priuata requirit ſubſcriptionem teſtium, & cõparationem literarum; & ſic vnum ex ipſis requiſitis non ſufficit. ibi nu. 11. ea.

Scriptura priuata vt valeat, debet continere diem, conſulem, & locum. ibi nu. 13. ea.

Scriptura priuata carens loco, in quo ſcripta ſit, nulla redditur; etiam ſi illa ſcriptura probata, recognitaque ſit per teſtes in eadem deſcriptos. ibi nu. 14. ea.

Scriptura priuata non continens cauſam expreſſam, qua adductæ ſint partes ad celebrandum talem ſcripturã, tanquàm defectiua nihil probat, & habetur pro non facta. Et cauſa ipſa debet eſſe apta, potens, & cohærens: Et non ſufficit quòd in ipſa ſcriptura ſint expreſſæ rationes, niſi adſit cauſa expreſſa. ibi nu. 15. ea.

Scriptura priuata ſcripta per tertiam perſonam, exigit vt ea lecta, & publicata ſit partibus præſentibus, & acceptantibus, aliter non probat. ibi nu. 16. ea.

3 Scriptura confecta manu teſtatoris ſine teſtibus, fauore piæ cauſæ facit fidem, & ei creditur. Opin. 880. ſub numero 7. 7

3 Scriptura priuata debet eſſe ſubſcripta tribus teſtibus maſculis, & in ea non requiritur dies neque conſul, ad hoc vt probet, vel faciat contra ſcribentem fidem. Opin. 889. num. 2. 12

Scriptura priuata recognita per eum, qui eam feciſſe prætenditur, vel per eius hæredem, plenam fidem facit cõtra eum. ibi num. 3. ea.

Scriptura priuata vbicunq; reperiretur negata per eum, qui eam feciſſe prætenderetur: tunc nõ ſufficeret, quòd teſtes ſuper recognitione ipſius ſcripturæ deponerent ſcripturam ipſam per talem, factam ſeu ſcriptã eſſe, ſeu oporteret, quòd teſtificarentur, quod præſentes fuerint quando ſcripta vel facta extitit eadem ſcriptura, ſecundùm communem opinionẽ: licèt contrariũ ſeruetur in Sacro Palatio Romano. ibi nu. 4. ea.

3 Scriptura patris vel matris de ætate filij plus probat qua eorum depoſitio facta viua voce. Opi. 949. nu. 7. char. 73. & Opin. 994 nu. 3. 116

2 Scripturã producens minùs ſolẽnem in iudicio contra aliquẽ, non poteſt acceptare in parte, & in parte non, ẽt ſi capitula eſſent ſeparata: Sed ipſe, contra quẽ producitur, debet eam in totũ acceptare, aut in totum repudiare: quod equidem vtiliter, & fuſiſſimè declaratur. Opin. 696 num. 1. 199

Et limitatur in ſcriptura alicuius adminiſtrationis, putà in libro rationis tutoris. ibi verſ. Quæ cõis. ea. Item in ſcriptura priuata conſcripta manu alicuius tertij. ibi verſ. Choarctãt ſimiliter. ea. Itẽ qñ iudici aliud cauſa cognita videreẽ etc. ibi verſ. Limitatur poſtremò. ea.

3 Scripturã producens in iudicio, uidetur fateri omnia contenta in ea, nõ ſolùm quò ad ea, quæ principaliter diſponũt, ſed ẽt quo ad dicta ibi incidenter, & enunciatiuè pro ata; & pars aduerſa poteſt ſe fundare ſuper illis. Opin. 1038. numero 6. 148

2 Sebaſtianus de Pantaleonibus Abbas Sancti Laurentij de Fano de Terra Montis Regalis laudatur. Opinione 837. num. 2. 340

1 SEMEL malus, ſemper præſumitur malus. Opi. 308. numero 6. 287

2 SENEX ætatis decrepitæ torqueri nõ poteſt: & ſi tortus confiteatur, & ratificet, etiam ad banchũ iuris, nõ ei præiudicat confeſſio. Opin. 698 nu. 1. 200

Senex

Senex dicitur ab ætate quinquaginta annorum vſque ad ſeptuaginta; & conſequenter ſenes dicuntur, qui ſunt ſeptuaginta annorum. ibi num. 2. ea.

1 *SENTENTIA diffinitiua dicitur de actis, ſeu proceſſu iudicij, & ſufficit, quòd ea ſcripta in actis ſit abſque teſtibus. Opin. 30. num. 15.* 23

1 *Sententia notoriè iniqua eſt nulla. Opin. 51. num. 6. char.* 46

Sententia manifeſtiſſimè iniqua nunquam tranſit in rem iudicatam. ibi num. 7. ea.

1 *Sententia capitalis exequi poteſt per iudicem contra condemnatum infra decem dies ad appellandum conceſſos, quando appellatum non eſt per ipſum reum condemnatum. Opin. 77. num. 6.* 65

1 *Sententia lata ex præſumptionibus non tranſit in rem iudicatam. Opin. 126. num. 2.* 115

1 *Sententia condemnatoria contra clericos, pro eorum morum correctione, habet executionē paratam; & pro exactione huiuſmodi pœnæ declaratæ proceditur executiuè, omni appellatione remota, & non admiſſa. Opin. 231. num. 6.* 232

1 *Sententia diffinitiua, & declaratio, ac deciſio Papæ, vel Imperatoris, vel Regis, vel alterius Principis ſupremi facit ius quò ad omnes, & habetur pro lege generali. Opin. 398. num. 21.* 364

Sententia lata per iudicem contra ſententiam diffinitiuā, declarationem, vel declarationem Principis ſupremi, eſt ipſo iure nulla, ſicuti lata eſſet contra legem. ibi num. 22. ea.

Sententia Principis, vel deciſio vt obtineat vim legis, neceſſe eſt probare, quòd huiuſmodi ſententia lata ſit præſentibus partibus. ibi num. 23. ea.

Sententia vel deciſio Principis vt habeatur pro lege, deberet eſſe iuris diſpoſitiua, vel declaratiua, & eſſet fundata ſub generali ratione. ibi num. 24. ea.

Sententia vel deciſio Principis vt habeat vim legis generalis, deberet eſſe diffinitiua, non autem interlocutoria. ibi num. 25. ea.

Sententia interlocutoria Principis habet vim legis, quando hoc in ea dictum fuit; aliàs non; imò tunc ſententia iudicis lata contra ipſam Principis interlocutoriam, non eſſet ipſo iure nulla, ſed ualeret, & teneret. ibi num. 26. ea.

Sententia lata contra aliquem intellectum legis magis communem, vbi adſunt alij intellectus ad eandem legem, non dicitur nulla. ibi num. 31. 365

Sententia prolata contra communem opinionem eſt ipſo iure nulla, tanquàm promulgata contra legem: quia paria ſunt iudicare contra legem, vel communem opinionem: ſed in contrarium apparet communis opinio. ibi num. 59. 369

1 *Sententia penitus uitiatur, in qua inepta cauſa per iudicem expreſſa ſit. Opin. 399. num. 2.* 370

1 *Sententia lata ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria. Opin. 400. num. 4.* 371

1 *Sententia lata ſuper vna parte eſt nulla, quia debet ferri ſuper toto. Opin. 419. num. 2.* 384

Sententia, in qua iudex dicat victum victori in expenſis, nec adijciat condemnantes, non valet reſpectu expenſarum, quaſi non continens condemnationem, abſolutionem, ſeu æquipollens: niſi in ſententia ſint illa verba, &c. quæ inducunt omne, quod venit de natura actus. ibi num. 3. ea.

1 *Sententia condemnatoria, poſtquam eſt ſoluta, habet vim ſententiæ abſolutoriæ. Opin. 420. num. 5.* 386

2 *Sententia exfractationis, & diſgombrationis habet executionem paratam, & ab ea appellari non poteſt. Opin. 678. num. 25.* 186

2 *Sententia iudicis, quæ tranſiuit in rem iudicatam, habet præſumptionem pro ſe, ſiue lata fuerit in præſentem, ſiuè in abſentem, & contumacem verum vel fictum. Nam ſententia cuiuſcunque iudicis, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, habetur pro veritate, & ex ea reſultat præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis, maximè ſi eſſet lata de antiquo. Opin. 699. num. 1. char.* 201

Sententia ad hoc vt dicatur lata de antiquo, & pro ea præſumatur, etiam in ea non facta mentione ſolennium, & actorum relinquitur iudicis arbitrio, attenta qualitate eius qui ipſam ſententiam tulit. ibi numero 2. ea.

Sententia habet præſumptionem pro ſe, poſtquàm tranſiuit in rem iudicatam, etiam ſi pœna iuris alterata reperiretur. ibi num. 6. 202

2 *Sententia lata per iudicem finita inſtantia eſt nulla. Opi. 700. num. 1.* 202

Sententia lata pro mortuo non valet. ibi num. 2. 203

2 *Sententia transfert dominium in rei vendicatione: & conſequenter agens rei uendicatione, & per iniuriam iudicis dominus declaratus ſit, tranſiret dominium in eum tunc eius rei de qua ageretur. Opin. 701. numero 1.* 203

2 *Sententia nulla, ſiue laudum licèt regulariter non valeat, nihilominus poteſt confirmari conſenſu partiū: & ipſa ſententia non valeret in vim ſententiæ, ſed in vim pacti. Opin. 702. num. 1.* 203

2 *Sententia lata de nocte, quaſi extra tempus ſtatutum à lege prolata, & quando poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur, non valet, niſi ambæ partes eſſent præſentes, & non contradicerent, niſi vltima dies inſtantię, & iuriſdictionis eſſet exſpiratura; & niſi expreſſus partium conſenſus accederet; & niſi quando iudex multitudine negociorum impeditus, de die pronunciare non potuiſſet; & niſi conſuetudo in loco vigeret, vt nocturno tempore ſententia feratur; quo caſu debent eſſe tria luminaria accenſa. Opin. 703. num. 1. char.* 204

Sententia arbitratoris aſſumpti de iure, & de facto, prolata de nocte non ualet, neque tenet. ibi num. 3. ea.

2 *Sententia expertorum, & peritorum in arte, qui de credulitate iurant, & non de ueritate, nunquam tranſit in rem iudicatam, ita quòd perpetuò ab ea appellari poteſt, & poteſt retractari poſt tempus datum ad appellandum, ſi ſuperueniret dictum aliorum magis peritorum, qui contrarium dicerent, quàm primi periti extimauerunt, & iudicauerunt. Opin. 704. num. 1. char.* 204

Sententia expertorum, vel peritorum à qua extitit appellatum, perempta inſtantia appellationis per anni curſum,

curſum, prout in cæteris cauſis, mandatur executioni. ibi num. 2. 205

Sententia peritorum, & expertorum, accedente ambarum partium conſenſu, aſſumptorum, non poteſt retractari. ibi num. 3. ea.

2 Sententia, qua iudex ſimpliciter pronunciat, prout in conſilio ſapientis, ſeu conſultoris continetur, valet, & tenet propter relationem factam ad illud conſilium. Opin. 705. num. 1. 205

Sententia, in qua iudex dicit: Pronuncio in omnibus, & per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa, non valet: quia certificatio nulla fit per relationem ad acta eiuſdem inſtantiæ. ibi num. 2. ea.

Sententia, in qua iudex formaliter aſſerit: Pronuncio abſolutionem, ut in conſilio, non valet: quia futuri temporis verbis vtitur: & ſic ſententia non poteſt ferri per verbum gerundium; vt dicimus talem abſoluendum: ex quo illud verbum habet tractum de futuro, quod non eſt in poteſtate iudicis. ibi num. 3. ea.

Sententia, in qua iudex dicit; Condemno ſi eſt probatum, aliter abſoluo, ualet. ibi num. 4. ea.

2 Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, ſicuti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & ſimilibus, nunquam tranſit in rem iudicatam: ita quòd perpetuò ſemperq; apparētibus veris probationibus reuocari poteſt. Op. 706. num. 1. 205

Sententia non tranſit in rem iudicatam in vigintiquatuor caſibus remiſſiuè. ibi num. 2. 206

2 Sententia ex præſumptionibus prolata, non tranſit in rem iudicatam vllo modo. Opin. 707. num. 1. 206

2 Sententia arbitri prolata, non citata parte, non tenet, neque ualet: etiam ſi in compromiſſo dictum ſit, quòd arbiter ferre ſententiam ipſam poſſit partibus abſentibus. Opin. 708. num. 1. 206

Sententia arbitri prolata partibus abſentibus, & non citatis, vbicunque in compromiſſo adſit clauſula, quòd arbitri poſſint laudare, ferreq; ſententiam partibus abſentibus, & non citatis, ualet, & tenet: nec citatio vel partis præſentia requiritur, ſi partes ipſæ auditæ fuerint plenè ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo. ibi num. 2. ea.

2 Sententia ferri non poteſt parte non citata, & lata non præiudicat: quia citatio eſt fundamentum iudicij: nec valet etiam lata in fauorem abſentis non citati. Opin. 709. num. 1. 207

Sententia lata contra abſentem non citatum, non valet, etiam quando lata eſſet in fauorem abſentis non citati. Et nedum procedit hoc in diffinitiua, ſed etiam in interlocutoria requirente cauſæ cognitionem. ibi numero 2. ea.

Sententia lata à Principe ſine citatione dicitur nulla. ibi num. 3. ea.

Sententia difficitiua nulla redditur, ſi pars citetur ad audiendum iudicis uoluntatem: quia debet citari ad audiendum ſententiam, etiam in ſummarijs. ibi numero 9. ea.

